3 1761 04568471 9

UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

NIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE TERTIVM RECOGNITA ET PLVRIMIS LOCIS AVCTA

EDITIO QVARTA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG

ACCEDVNT

B. I. A. FABRICII ET CHRISTOPH. AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

VOLVMEN PRIMVM

27/9/3 5/6/93. L

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCLXXXX

LIPSIAE, EX OFFICINA BREITKOPFIA.

GALENVS de compoſitione medicamentor. ſecundum locos, libro 2. T. 2. edit. Baſil. p. 177.

Χαλεπὸν μὲν ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέςερον γράψαντα.

SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

CHRISTIANO FRIDERICO CAROLO ALEXANDRO

MARGGRAVIO BRANDENBVRGICO

BORVSSIAE SILESIAEQVE DVCI BVRGGRAVIO NORIBERGENSI

VTRIVSQVE PRINCIPATVS

REL. REL. REL

PATRI PATRIAE INDVLGENTISSIMO

TERRARVM SVARVM PALLADIO POPVLI SVI TRAIANO

MVSARVM STATORI ET CONSERVATORI OPTIMO

FRIDERICO-ALEXANDRINAE SVAE RECTORI

ET

NVTRITORI MVNIFICENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO SVO LENISSIMO

HOC PRIMVM VOLVMEN

BIBLIOTHECAE GRAECAE

SACRVM

ET

PII GRATISSIMI

DEVOTISSIMIQVE ANIMI

MONVMENTVM

ESSE IVBET

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLES

CVLMBACO-FRANCVS

LECTORI BENEVOLO

S. D

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLES

Quoniam in programmate *de noua bibliothecae graecae I. A. Fabricii editione curanda* mentem meam et inſtituti rationem iam ſatis explicuiſſe mihi videor; idque, vt plures, cum primis exteri, in quorum manus notitiamque illud nondum peruenerit, meam ſociorumque operam ſtudiumque cognoſcant, hinc inde paullulum immutatum praefationi huic ſum ſubiecturus, in praeſenti paucis me expedire, et nonnulla tantum, quae adhuc dicenda ſint, adiicere licebit. Neque enim opus eſſe videtur copioſa vitae ac meritorum, quorum quidem memoria erit immortalis, Fabricianorum, nec longa iudiciorum enumeratione, quae de opere hocce praeclaro, a *Pfaffio* in Introd. in hiſt. liter. theol. p. 30. edit. ſec. magnifice laudato, et quod *Needham* in praefat. ad Hieroclem p. 5. vocat *maximum antiquae eruditionis theſaurum*, *Heumannus* vero in exempli ſui fronte, ſine vlla adulationis ſpecie, (nam id teſtimonii manu ſua ſcriptum reliquerat,) *Muſeum Graeciae*, permulti viri eruditi, harumque litterarum et periti et ſtatores paſſim tulerunt. Nam quanto adplauſu hominum doctorum omni tempore excepta ſit Bibliotheca graeca, ex indice patet iudiciorum atque elogiorum bene longo, quem dedit *Herm. Sam. Reimarus*, gener quondam Fabricii digniſſimus et Profeſſor in Gymnaſio Hamburgenſi poſt fata celeberrimus *). Non defuerunt quidem, qui diſſentirent interdum ab auctore, aut corrigerent minus recte adcurateque ſiue narrata ſiue expoſita, vt nouiſſime *Kollarius* hinc inde in notis ad Lambecii commentarios de codd. mstis bibliothecae Caeſareo Vindobonenſis, aut ordinem rerum non omnino probarent. Enimuero, quis mortalium reperietur, qui opus, omnibus numeris abſolutum

*) In libro: de vita et ſcriptis Io. Alberti Fabricii Commentarius: accedunt argumenta hiſtorico-critica ex epiſtolis virorum claror. ad Fabricium: praeter ea pl. reu. Chriſtiani Kortholti Parentatio Lipſienſis et variorum epicedia. Hamburgi, 1737. 8. pag. 127 — 134.

tum componat, cui nihil deſit, et quod in nullius incurrat reprehenſionem; atque qui in tam lato vaſtoque, et multis ſpinis carduisque obſito impeditoque campo, et in tam longo moleſtoque itinere numquam aberret a via recta, aut labatur, vel denique in tanta et tam denſa materiarum ſilua cernat omnia curateque diſtinguat? Atque ego, qui meam tenuitatem cum Fabricianis opibus conferre minime audeam, et cum maxime cupiam, vt omnes admonitiones atque emendationes, a viris doctis hinc inde ſparſas et ſaepe vel tribus verbis factas, habeam in enumerato, quo diutius in percenſendo locupletandoque hoc opere verſor, eo magis ſentio difficultates, quibuscum mihi conflictandum eſt, onerisque, quo fere opprimor, vim ac magnitudinem. Quare diu horruit animus, priusquam mari huic me Aegaeo commiſiſſem. Suſcepto demum labore, equidem, ſi deus vires vitamque conceſſerit, adiuuantibus amicis, omnem operam dabo, vt, quantum in noſtra erit ſitum poteſtate, (nam magno hiatu promiſſor eſſe nolo,) neque me obſequii poeniteat, neque amicos operisque redemtorem conſilii. Atque ego paullo confidentius eam concipio ſpem, quia non ſolum viri, fama nominis atque eruditionis florentiſſimi, quorum beneuolentiam amicitiamque in programmate iam laudaui, operam auxiliumque partim promiſerunt, partim iam praeſtiterunt, quibus acceſſerunt alii, alio tempore a me praedicandi; ſed etiam quaedam, quae iam ſatis commendationis futura eſſent editioni nouae, nactus ſum ornamenta ab amicis nominisque Fabriciani fautoribus: quorum omnium amorem et beneficia cum grati piique animi teſtificatione palam celebro, nec praedicare deſinam. Accepi igitur a viro quodam vt celeberrimo, ita quoque humaniſſimo, cuius nomen quo minus palam indicarem, inſignis eius modeſtia prohibuit, doctiſſima et copioſa ad primum volumen ſupplementa, quae b. *Fabricius* ſua ipſius manu adſcripſerat exempli ſui orae: e qua quidem intellexi, Fabricium vſque ad vltima vitae tempora, quaecumque vaſta illius eruditio et incredibilis diligentia atque ſedulitas obtuliſſet, ſollerter collegiſſe et adnotaſſe. Quia vero chartae demum poſteaquam priores plagulae iam exiiſſent praelo, in meas venerant manus, ea, quae hisce addenda reliquerat, ſubieci praefationi; reliqua, quae Fabricius repetitae editioni nondum inſeruerat, ſiue ſuo quoduis loco inſerui, ſiue margini ſubdidi, et quoniam a Fabricio ipſo illa ſunt profecta, nomen eius vbiuis adſcribere ſuperuacaneum videbatur. Ego autem ſpero, fore, vt cetera quoque ſupplementa Fabriciana de exemplo illius, quod in bibliotheca regia Haunienſi adſeruatur, deſcripta nanciſcar: ſaltem, ne ſpe excidam, ſummopere oro, palamque rogo virum illum doctiſſimum.

Alterum,

Alterum, quod huic editioni accedit, decus, ſunt bene multae doctaeque adnotationes, quas *Heumannus*, ornamentum quondam vniuerſitatis Gottingenſis, et Fabricio amicus *), neque inſigni litterarum amore et copia, eruditione, ingenioque illi inferior, margini ſui exemplaris adleuerat. Id exemplum *Reuſſius*, Profeſſor Gottingenſis celeberrimus, mihique amiciſſimus, cuius humanitatem atque vrbanitatem iam pluribus modis habui comprobatam, ex ſectione librorum adeptus Walchiana, vltro mihi obtulit; qua ſingulari beneuolentia ſibi non me ſolum, ſed omnes litterarum graecarum hiſtoriaeque cupidos mire deuinxit. Denique Bohnius, vir honeſtus, parauit mihi et miſit ſupplementa a b. *Richeio*, Profeſſore quondam Hamburgenſi, ſuo adſcripta exemplo, quae ab homine quodam docto, mihi quidem ignoto, cui tamen maximas, quas poſſum, gratias habeo agoque, acceperat communicata. Incipiunt vero illa, vt plurium adnotationes vſui publico permiſſae, ab Homero. Quamquam in his reliquisque, quae humanitati atque benignitati doctiſſimorum hominum debeo, multa erant, a me partim iam in Introductione mea in hiſtoriam linguae graecae, partim interea temporis occupata et collecta: tamen, quaecumque mihi obtigerunt alienae copiae, mihi ſunt gratiſſimae, nec pauca, quae meam induſtriam diligentiamque effugiſſent, largiter ſuppeditant. Atque ego mihi meoque Fabricio gratularer, ſi plures eorum, quos et modo, et in programmate laudaui, facilitatem ac liberalitatem imitarentur, atque amici Veneti ac Romani, meum adiuuantes ſtudium, ex theſauris italicis, quae mihi polliciti ſunt, ſupplementa, mature beneuoleque mitterent. Audiui praeterea, b. *Erneſtum*, virum quondam graece doctiſſimum et litterarum lumen, atque b. *Schreberum*, rectorem quondam ſcholae Portenſis praeclare meritum, multa adleuiſſe ſuis bibliothecae Fabricianae exemplis: ſed, in quas illa peruenerint manus aut bibliothecas publicas, nondum potui comperire. Quapropter eos, qui theſauros illos poſſident, etiam atque etiam rogatos volo, vt, quae *Erneſti* atque *Schreberus* ad Fabricianam bibliothecam gr. ſiue emendandam ſiue locupletandam congeſſerant, ad me perferenda curent: neque id beneficii collocabunt in homine ingrato.

Quod

*) Hic in fronte vol. I. his laudibus mactauit Fabricium: „Fabricius fuit vir πρός τε πόνους καρτερὸς καὶ δεινὸς συνιέναι, qua laude filios Abrahami e Ketura ſuſceptos afficit Ioſephus Antiquitatt. Iud. lib. I. cap. 15. item. *O decus atque aeui gloria magna tui!* Ouid. Heroid. XXI. 94. denique; *Petrum Fabrum, maximum Fabrorum adpellat Sammarthanus Elog.* lib. V. cap 5. nr. 1. *Pari iure Fabricium hunc dixeris maximum Fabriciorum.*“ Idem adnotarat, hunc librum recenſeri a Clerico tom. XIII. Biblioth. ſelectae p. 327. et 337. item tom. XVI. p. 393. Fabricii autem noſtri vitam et ſcripta enarrari in Bericht von neuen Büchern pag. 611. ſqq. et in *Kleſeckeri* Bibliotheca eruditorum praecocium p. 74 ſqq.

Quod in programmate iam profeſſus ſum, me mecum habitare, et, omni licet adhibita diligentia, non ſpicilegium, ſed meſſem aliis eſſe relictutum *) id iterum profiteor. Mihi igitur liceat, vt verbis vtar Ciceronis II. de Oratore, negare poſſe, quod non potero, et fateri neſcire, quod neſciam. Neque enim omnia legere, aut, quae legeram, tenere memoria, (atque multa in tempore non ſuccurrere illi, aliquoties expertus ſum,) neque omnia, vel illa, quae equidem noueram, ſubſidia, eaque ſiue ob raritatem, ſiue ob voluminum multitudinem aut praeſtantiam aut aliis de cauſſis cara minusue obuia, meo aere parare, aut commode nanciſci potui. Gratus tamen agnoſco et palam celebro humanitatem atque facilitatem ven. *Moerlii*, antiſtitis eccleſiae Sebaldinae apud Noribergenſes et *Seidelii* **), diaconi ad eandem aedem Sebaldinam, affinis mei aeſtumatiſſimi, qui caris rariſue libris e bibliotheca publica Norbergenſi mihi beneuole committendis, meum ſtudium promte officioſeque adiuuerunt. Et tamen multa deſunt. Opus autem vt, quantum per imbecillitatem humanam fieri licet, perfectius limatiusque reddatur, ea, quae vel mihi ipſi deinceps addenda aut corrigenda viſa erunt, vel ab amicis, aut cenſoribus harum litterarum peritis, prudentibus, neque importunis, (quidam enim adeo Suffeni ſunt, vt, manticae quod in tergo eſt, non videant, infacetoque rure ſint infacetiores,) aliisque viris doctis notata aut monita adiectaue cognouero, colligam ſtudioſe, aliquando in ſupplementorum volumen coniecturus. Enimuero, qui mihi ipſe non ſatisfaciam, cunctorum, praecipue malignorum inuidorumque, votis atque deſiderio me prouideo haud omnino eſſe reſponſurum. At, vt *Galenus* de dignatione affectuum p. 532. monet, *τὸ πάντας ἀνθρώπους ἐπαινοῦντας ἐπιθυμεῖν ἔχειν ἔοικε τῷ θ' ἅπαντα ἔχειν ἐθέλειν κτήματα.* Sic iam intellexi, alios, qui tamen mihi fauebant, aliam voluiſſe viam atque rationem. Exſtiterunt enim, qui ſuaderent, vt plura reſecarem, e. gr. omnes indices hominum aliarumque rerum apud auctores, maxime ſcholiaſtas, occurrentium, omnia anecdota aliaque, et multa contraherem; alii, qui diſſuaderent. Aliis codicum MSStorum enumeratio, mihi quidem valde

*) Ad Palaephati editiones referenda eſt verſio latina: *Libellus Palaephati graeci authoris, quo aliquot veteres fabulae, vnde tractae ſint narratur, ſtudioſis hominibus apprime vtilis* et in fol. 2. *Palaephati graeci authoris Opuſculum, de falſis hiſtoriis, Angelo Coſpo interprete.* in calce: Impreſſum Viennae Pannoniae opera Hieronymi Victoris et Ioannis Singrenii Calcographor. — an. M D XIV. 4. vid. Denis Wiens Buchdruckergeſchichte bis MDLX. Wien, 1782. pag. 100 ſq. — De fragmento quodam e cod. Herculan. v. d. *Olla Potrida*, 1780. part. I. pag. 49. — gallice verſus prodiit Palaephatus, Lauſannae, 1771. 12. — Verſio Muſaei theotiſca, verſibus heroicis, Baſil. 1784. 8. Sed plura alio tempore.

**) At vir optimus interea temporis diem obiit ſupremum. Praedicandum tamen eſt par ſtudium cl. *Mannerti*, doctoris publici in Gymnaſio Noribergenſi. (ſcr. 1790.)

valde moleſta, vtilis et neceſſaria videbatur; aliis ſuperuacanea. Alii alium ordinem, ſiue ſecundum temporis rationem, ſiue more G. I. Voſſii ſecundum rerum et doctrinarum argumenta poſtulabant; alii cenſebant, Fabricianum ordinem eſſe minime mutandum. *Heumannus* in fronte ſui exempli ſcripſerat: „ deſidero in praeſtantiſſimo hoc opere, h. e. in eo adnotata fuiſſe vellem 1) Elogia ſelectiſſima de vnoquoque auctore, qualia congeſſit Bluntius in Cenſura ſua; 2) Indicem eorum locorum, quae a criticis, e. gr. in Gruteri theſauro critico, fuerunt emendata vel illuſtrata, vel nondum fuere adnotata in praeſtantiſſima cuiusque auctoris editione." Vide, quam diuerſa fuerint hominum iudicia, quae candide retuli!

Heumanni deſideria haud iniqua eſſe, non nego; atque aliquatenus ſtudui, illis mederi. Verum enim vero, quia Bluntius in plurium eſt manibus, et editionibus multis recentioribus praemitti ſolent iudicia, praeter rem atque neceſſitatem, Bluntio aliisque compilatis, nolui libri molem, per ſe grandem, amplificare, eoque marſupio emtorum iniuriam fraudesque facere. Tum plena omnium locorum, quae a Criticis ſiue per occaſionem, ſiue in ſingularibus libellis emendata ſunt aut illuſtrata, commemoratio eſt mire moleſta et res infinita; neque ſemper neceſſaria. Gruteri autem fax critica ab editoribus vt plurimum iam adhibita eſt. Criticorum tamen, quotquot in meam venient notitiam, opera in ſanandis aut explicandis pluribus locis ſiue corruptis maleque adfectis, ſiue difficilioribus poſita omnino commemorabitur; vti iam in Introductione in hiſtoriam L. Gr. et litteraturam rom. feceram: at omnium correctionum et expoſitionum ſparſim aut per occaſionem adlatarum, libellorumque, qui huc pertineant, cunctorum enumerationem promittere neque audeo, neque poſſum. Recenſio denique locorum, qui adhuc medicina egent, res eſt periculoſa et criticis relinquenda, qui in edendo aut percenſendo opere quodam ſunt verſaturi. De reliquis monitis, quae et ſociorum et aliorum rei peritorum ſubieceram iudicio, iam in programmate dixi ſententiam. Neque enim nouum opus, in quo conficiendo maior foret libertas; ſed *nouam* Fabricianae Biblioth. Gr. *editionem*, quam pro arbitrio immutare nefas eſt, et res, non dicam, taedii moleſtiaeque, ſed periculi metusque, ne multa omitterentur aut negligerentur, plenior, quam nouam condere bibliothecam, nos cum libri redemtore promittimus. Atque quo diutius rem perpendo tractoque hanc bibliothecam, eo magis perſpicio, ne maior oriatur confuſio, membraque corporis foede diſcerpantur, viam, quam Fabricius ingreſſus perſequebatur, rarius, quam mecum conſtitueram, eſſe deſerendam. Fabricius enim hiſtoriam auctorum, licet aetate aut multo inferiorum aut interdum ſuperiorum tam arte coniunxit, vt

aegre

aegre poſſet diuelli. Quare temporis ordinem eatenus, quatenus ſalua perſpicuitate aptaque membrorum connexione poterit fieri, reſtituere tantum licebit. Quae vero in hoc primo volumine vel a me vel ab aliis acceſſerunt, ea, vti quoque in reliquis fiet voluminibus, vel vncis ſecluſi a verbis Fabricianis, nomine ſiue addito ſiue omiſſo, vel in imo margine poſui, nota auctoris adſcripta. In recenſione tamen editionum, ne taedium oriretur, Fabriciana verba non vbiuis poteram diſtinguere atque ſeparare a meis.

Ceterum tum ad excuſationem errorum *), quos vel incuria fudit, vel infirmitas virium ſubſidiorumque penuria euitare haud ſiuerunt, tum ad veniam lectorum aequorum impetrandam, quasdam veterum ſententias, quas *Fabricius* in limine ſui exemplaris congeſſerat, et ego meas quoque facio, hic repetere iuuat. *Ambroſius* ad Albanum: „Quare vt diſcam, precor lectores meos, vt, ſi quid in mea bibliotheca perpenderint corrigendum, me fraterne commoneant: nam hilariter emendabo; needum enim manum de tabula, nec de manu calamum ſuſtuli. Exemplum praebui; me iudicem primipulum primum mihi conſtitui, ſequantur alii et mea errata reprehendant, et cenſoria virga caſtigent, innumeras gratias referam; non laudatore, dum ſcribo; ſed cenſore, qui ſeuere arguat, ſcribo.“ *Ouid.* III. 9. verſ. 5 ſq. e Ponto.

O quam de multis vitium reprehenditur vnum!
Hoc peccat ſolum ſi mala Muſa, bene eſt.

Alius poeta:

Aequam cenſuram ſit tibi dulce pati,
Poſthaec naſutos contemnens denique naſos
Atque canum rabiem Zoileasque notas.

Tu vero, B. L. vale, et mihi meisque ſociis amantiſſimis faueas velim.

Scr. Erlangae d. VIII. Maii MDCCLXXXVI

*) Errores typographicos, quibus nullius, vel acutiſſimi, acies ac perſpicacia ſatis poteſt cauere omnesque tollere, errores quosdam notabo, p. 6. not c. lin 4. lege *Bur.* — p. 22. §. IV. lin. 10. *ſuppoſititius*, [illegible], quo fato, *ſuppoſitius* loco *ſuppoſititius* aut *ſuppoſitus*, crebrius ſit typis exſcriptum.) pag. 26. §. IX. lin. 2. *Dictyos.* — p. 49. not. d. col. 2. lin. 4. *Anupide.* p 62. not. b) col 1. lin. penultima, *adſcriptae ſunt.* — p. 127. lin. 32. *Laycarin*, et lin. vlt. 1486. — p. 282. n. col. 2. lin. 3. *nouis.* — p. 423. lin. 30. loc. *Prof. Stuttgard.* lege, praetexto h. l. Tubingenſis. Hos obiter notaram. Alios alio tempore indicabo. Reliquos vt L. B. emendet, oro rogoque.

Haec atque, ſi recte memini, plura alia ſcripſeram ante quatuor annos, et plagulae vsque ad caput de Homero eodem tempore exierant prelo. Partem tamen haud exiguam praefationis, tum Lipſiam miſſae, inter ea temporis, dum operae, non mea quidem culpa, ceſſare cogebantur, neſcio, quo fato periiſſe, nuper demum intellexi. Quare, quae praeter ea adnotauerim, non amplius teneo memoria: id quidem recordor, me paullo fuſius expoſuiſſe, Strothium, me antea plane inſcio, conſilium quoque cepiſſe, bibliothecae Fabricianae aliquando edendae, ideoque poſt programma a me publicatum ad me plures exaraſſe litteras: quod vero cum ego, tum inprimis legitimus operis redemtor, cui miras atque iniquas praeſcripſerat conditiones, deſiderio eius ſatisfacere non potuimus, eum vindictae turpis libidine iraque in me innocentem abreptum in bibliotheca vniuerſali Berolin et in Annalibus litterariis Ienenſibus, quod quidem poſt illius demum mortem reſciui, me meosque libros inhumaniter et arroganter tractaſſe, et, nullo modo a me irritatum, omnem atram bilem in me effudiſſe. At haec tranſeant cum ceteris erroribus: neque ego, qui nulli agreſti atque impotenti cenſori reſpondere ſoleam, omnemque acrem controuerſiam, ſiue iracundi animi, ſiue malae rei teſtem ac proditorem, honore ac dignitate litterarum manſuetiorum nomineque Chriſtiani indignam cenſeam maximoque opere defugiam, mortuum volo inſultare. Terra ſit illi leuis! Illa vero libri particula, tamquam prior voluminis pars eo tempore euulgari debebat: hinc recentiora ſcripta aliaque, quae tamen in volumine ſupplementorum aliquando comparebunt, deſiderabit lector. At operis redemtor, quod iuſtum volumen reliquisque futuris par venditurus erat, mutauit conſilium. Enimuero noua orta ſunt impedimenta. Vir enim quidam eruditus, cuius ingenium et litterarum copiam magni aeſtimo, capita de Homero ſuſceperat pertractanda atque locupletanda: ſed multis aliis laboribus diſtrictus, quod equidem vel ipſius Fabriciani operis cauſſa valde doleo, rem perficere non potuit. Quapropter ego, poſtquam capita de Heſiodo et reliquis, quae in hoc exhibentur volumine, iam abſolueram, ad Homerum redire ſum coactus. Altera, eaque grauior morae cauſſa fuit, quod noua Homeri vna cum ſcholiis Marcianis editio, quam ſingulari ſtudio cel. *Villoiſonii* debemus, erat exſpectanda, quoniam, vti quoque exitus reſpondit promiſſis et opinioni, ſpes erat facta, futurum eſſe, vt ex illis ſcholiis Marcianis doctisque editoris prolegomenis multa, quae conducant ad meliorem hiſtoriae Homericae litterariae cognitionem et ad partem operis Fabriciani de Homero emendandam ornandamque, poſſint depromi. Atqui quilibet aequus lector intelliget, quantum lucrum, et quae praeclara incrementa opus Fabricianum acceperit ex praeſtanti illa Villoiſonii editione: quantam vero iacturam fecerit, nobis feſtinantibus. Quare ſperamus et confidimus, fore, vt prudens lector tarditati noſtrae ignoſcat, tot am-

pliſque muneribus mactatus. Eſt quoque a me praedicanda humanitas atque ſollertia Beckii atque Keilii, celeberrimorum in Vniuerſitate litterarum Lipſica doctorum, quorum cura ac diligentia contigit, vt haec editio, a peccatis operarum purgata, multo emendatior prelum relinqueret. Prioris quoque liberalitate atque parata eruditione acceſſerunt eximiae doctaeque obſeruationes, inter plagulas a mendis typographicis purgandas hinc inde ab illo inſertae: pro qua humanitate atque amicitia viro doctiſſimo palam gratias ago, quas poſſum, maximas. TV vero, LECTOR BENEVOLE! iterum iterumque vale. Scr. Erlangae d. XVI. Maii MDCCLXXXX

PROGRAM-

PROGRAMMA

DE

NOVA BIBLIOTHECAE GRAECAE IOAN. ALBERTI FABRICII

EDITIONE ADORNANDA

Ioannis Alberti Fabricii, Polyhiſtoris quondam Hamburgenſis clariſſimi, *Bibliothecam graecam* cuius priora volumina, quamuis opus XIIII. conſtet tomis, tamen ter formulis typographicis ſunt deſcripta, adeo cognitam eſſe omnibus litterarum bonarum cupidis ſcientibusque arbitror, vt de illius vtilitate pretioque multa verba facere, res plane ſuperuacanea eſſe mihi videatur. Neque tamen diſſimulandum eſt, in illa, quoniam inter ea temporis hiſtoria litterarum graecarum, cum primis editionum, multa nouaque cepit incrementa, et ſedulitate, ingenio, diligentiaque criticorum factum eſt, vt multa, quae antea vel incognita eſſent, vel dubia, vel non recte expoſita, ab obitu Fabricii inueſtigarentur ſagacius, multa ordinarentur melius, et curatius explicarentur, haud pauca iure deſiderari, nec ordinem vbiuis eſſe commodum. Quae quamquam nemo negabit, his tamen famae laudique eruditionis paratae, immenſaeque vis doctrinarum et ſedulitatis incredibilis, quas cum aliis virtutibus in Fabricio fuiſſe vel ſcripta illius, quae multa ſunt, teſtantur, nihil derogabitur, nec aliquid per me detractum volo. Multa enim illi incognita eſſe debebant; ſaepe ipſi via ſatis ſpinoſa atque impedita fuit aperienda, atque, quum vnus tantam ſubiret molem, a lapſu humanaeque imbecillitatis vitio immunis eſſe non potuit. Immo vero, vnum hominem, cumque occupatiſſimum, tam difficilem moleſtumque ſuſcepiſſe laborem, opusque, quod etiam exteri ſumma laude proſequi ſolent, tam feliciter abſoluiſſe, omnino eſt mirandum.

Quare mihi, cui *Bohnius,* vir honeſtus, et bibliopola Hamburgenſis, legitimus huius operis redemtor, prouinciam nouae parandae editionis demandauit, eo maior adhibenda erit cautio ac diligentia,

vt, quantum per infirmitatem humanam licebit, in illa curanda eae, quae et vtiles videantur et neceſſariae, fiant acceſſiones atque mutationes: de quibus quidem, cupiente redemtore, in hoc programmate certiores facturus ſum lectores.

Ante omnia vero monendum erit, me, quod mihi nouae, eiusque emendandae augendaeque editionis cura munusque eſt iniunctum, non eo progreſſurum eſſe audaciae neque id mihi ſumturum arroganter, vt omnem ordinem, prouti libitum aut melius viſum erit, immutem, nouumque plane exſtruam quaſi aedificium. Quapropter, ne meritis viri beati a me fiat iniuria, nec, verbis ſententiisque pro arbitrio commutatis, iuſtae querelae confuſionis aut alienae laudis adpetendae ſuſpiciones oriantur, contextum Fabricianum, ſublatis tantum apertis vitiis, potiſſimum typographicis, relinquam illibatum. Commemoratio vero eorum, quae a Fabricii aetate vel inuenta, vel melius expoſita illuſtrataque eſſe vel illius ſolertiam memoriamque effugiſſe ſcio aut cognouero, iudicia de auctoribus, eorumque ſcriptis, notitia litteraria ad noſtram vsque memoriam continuata, vniuerſim, quae ſingulis fere foliis adiicienda videantur, et ad emendationem, ornatum iuſtamque operis amplificationem conducant, ea igitur omnia vel vncis incluſa inſerentur contextui, vel in imo margine adnotabuntur. Editionum tamen recenſio ſecundum temporis ac familiarum ordinem inſtituetur, addito, quoad fieri poterit aut erit neceſſe, de earum pretio et progenie iudicio. Inſuper accedet breuis, at dilucida interpretationum praecipuarum, earum imprimis, quibus vtiles adiectae ſunt animaduerſiones, et codicum manuſcriptorum enumeratio.

In noua tamen hac editione duae immutationes ad maiorem operis vtilitatem non minus, quam lectoris commoditatem erunt neceſſariae. Primum Fabricius temporis, quo ſinguli graeci auctores vixerunt, ordinem nimis neglexit, et ſaepius, idque diuerſis locis de vno eodemque auctore diſſeruit. Quod quam incommodum ſit, plures ſenſerunt, et, vt nuper quoque Iriarte in praefatione ad Catalogum MSSt. graecorum Matrit. conqueſti ſunt. Vbi igitur ratio inſtituti permiſerit, curabo, vt ab Homero, (cum quae ante illum a Fabricio commemorantur, aegre diuelli poſſint, et ſuo quaeuis ordine collocata maneant,) auctores, quorum ſcripta ſiue integra ſiue magnam partem ſuperſunt, meliore aetatis temporisque ordine ſeruato, ſe excipiant. Ii tamen, quorum vel perpauca fragmenta, vel nomina tantum ab interitu ſunt ſeruata, diuiſiones ſuis, in quas diſtributi ſunt a Fabricio, aeque minus [illegible], ac *[illegible]*, *[illegible]*, *[illegible]*, catalogi etc. confecti ab illo, plane immutari, locisque ſuis moueri commode potuerunt [illegible]. vbi neceſſarium videbitur, aut in noſtra erit poteſtate, nec emendanda nec augenda [illegible]. Sic e. g. *[illegible]*, cuius notitiam ſubiunxit Fabricius enarrationi de Homero, ad eam, qua ille vixit, referetur aetatem; recenſio *editionum*, quae in graecorum epiſtolarum enumeratione collectionibus, ab harum commemoratione magnam partem ſeiuncta, ad hiſtoriam ſingulorum au-

ctorum

ctorum ablegabitur. Pari ratione in ordinandis multorum vitis atque narrationibus, quantum fieri poterit, mea verſabitur opera. Cauſſas enim, cur id conſilii vbiuis exſequi et in ſingulis ordinem ſeruare nequeam chronologicum, (quem in Introductione mea in hiſtoriam linguae graecae ſequutus ſum,) viri docti, harumque rerum intelligentes et viae Fabricianae gnari, ipſi facile perſpicient. Sentient igitur, rem, quamuis nulla laboris moleſtia a me recuſaretur, fore taedii pleniſſimam, et pluribus, iisque tantis, implicitam eſſe difficultatibus, vt omnino, ſi omnia in meliorem redigenda eſſent ordinem, metuendum eſſet, ne capita membraque orationis Fabricianae foede diſcerperentur, indeque maior exiſteret confuſio. Quae vero Fabricius pluribus locis de eodem auctore narrauit, ea, quoad fieri poterit, praecipue de ſcriptoribus memoratu dignioribus aut notioribus, poſtliminio quaſi ad capita, in quibus de illis fuſius ſtrictimque diſputatum eſt, reducam. Calci denique totius operis poſt indicem, curatius ordinandum, tabulae, ſi placebit, chronologicae, et aliae, in quibus auctores graeci per totum opus diſperſi, ſecundum artes et diſciplinas memorentur, concinnatae ad maiorem lectorum vtilitatem adhaerebunt. In ſuprema linea ſingularum paene paginarum notabitur volumen et pagina ſuperioris editionis, vt loca, quae ex illa a viris doctis citata ſint, in hac facilius et commodius inueniantur.

Tum Fabricius ſingulis voluminibus ἀνέκδοτα quaedam aut libellos inſeruit rariores: quae quidem opera multis grata fuit et vtilis. Enimuero et locum iniquum ſaepe occuparunt illa ſcripta, et fecerunt, vt opus ſua fere mole laboraret. Neque vero meum eſt, quae alii viri de litteris optime meriti operoſe extruxerunt, ea vno veluti ictu deſtruere, aut per vim atque iniquitatem exſcindere. Interea tamen haud vereor, ne in ſuſpicionem temeritatis aut iniuſtitiae incidam, qui ea, quae poſtea temporis alibi, eaque melius explanata illuſtrataque typis repetita ſunt, ex. gr. Libanii orationes atque epiſtolas, a Fabricio publicatas, aliaque omnino excludam: quo quidem fiet, vt opus, nouis licet, iisque haud paucis, factis acceſſionibus, non nimis accreſcat: reliqua autem, niſi, vt Porphyrii narratio de vita Plotini, ad ipſam auctoris notitiam pertinent, ſecundum ordinem in ſupplementis recudenda curabo, ſaltem ea reddam, quae a Fabricio obſeruationibus ſunt aucta, aut emendata, aut quae ab illo primum edita, nec vllibi repetita. Ceteri libelli num rurſus typis exſcribantur, in Supplementorum claſſem recipiendi, nondum, ſententiis adhuc diuerſis, poteſt definiri. Penes igitur peritos emtoresque futuros, qui vt mature dent nomen, velit Bohnius, vir honeſtus, eſto arbitrium, et ſecundum plurium ſententiam ac deſiderium lis dirimetur. Plura quidem reſecare in animo fuerat: at enim exſtiterunt haud pauci, qui diſſuaderent, timentes, ne emtores de mutilato truncatoque opere Fabriciano iure ſuo conquererentur. Qua de cauſſa etiam quorumdam amicorum voluntati, vt indices hominum ab auctoribus graecis eorumque ſcholiaſtis memoratorum omitterem, obtemperare non potui. In qua ſententia confirmatus ſum conſiliis et auctoritate aliorum, quoniam eiusmodi indices, praecipue ii, qui rarioribus exemplaribus, ex. gr. Euſtathii

ſtathii ad Homerum, Euripidis aliorumque ſunt additi, pluribus grammaticis, maxime criticis ad loca inueſtiganda perquam vtiles ſunt, et tamen difficiles inuentu, aut non ſemper cuiuis, hunc illumue conſultanti, ad manus, exemplaribus alias licet obuiis et parabilibus. At in tali opere etiam illorum ratio habenda eſt, qui non omnium auctorum graecorum editiones, quibus adiecti ſunt eiusmodi indices, praeſtantiores ſibi poſſunt parare, et tamen modo huius modo illius hominis graeci teſtimonium, auctoritatem aut notitiam ſcire cupiant.

Verum enim vero arduum eſſe, quod adgredior, opus, et laborem perquam moleſtum, nec non infinitis paene difficultatibus impeditum, nemo erit, vel parum exercitatus in hoc litterarum genere, qui neget. Neque vnius hominis, licet ſollertiſſimi atque diligentiſſimi, licet in Graecia per omnem vitam quaſi habitaſſet, aut in ampliſſima ſedeat bibliotheca, vires animi corporisque et aetas ſufficiunt, ad ſtadium hoc longiſſimum ſine vllo lapſus periculo metuque feliciter decurrendum et opus omnibus numeris perfectum abſoluendum. In hac enim vita humana, in qua nihil eſt ab omni parte beatum, imbecillitate vel vaſta Caſaubonorum memoria, aut incredibile Salmaſiorum et Valckenariorum ſtudium veri et omnis antiquitatis cognoſcendae, aut immenſa adcurataque Hemſterhuſiorum ac Toupiorum eruditio litterarumque graecarum copia peritiaque, aut ſumma Voſſiorum et Cellariorum ſedulitas, aut acutiſſimum Bentleiorum ac Ruhnkeniorum iudicium, ingeniique ſubtilitas, raraque Marklandorum, Heyniorum, Brunkiorum et Meinerſiorum ſagacitas, multa relinquent intacta et a poſteritate demum eruenda, nec vbiuis reſpondere poterunt omnium omnis aetatis opinioni atque exſpectationi. Ipſe Fabricius, qui copia litterarum, diligentia iudicioque paucos habuiſſet pares, multos ſuperaſſet, in fingendo ornandoque hoc opere Pinaciaco non potuit omnibus ſatisfacere. Quare ego, etiamſi omnia mea ſtudia, omnem operam, curam induſtriamque in hoc opere perficiendo figere et locare decreuerim, aliis tamen me, ingenue fateor, non ſpicilegium, ſed meſſem eſſe relicturum. Ideo mecum habitans, et probe ſentiens, me vnum oneri ferendo et ſuſtinendo grauiſſimo eſſe imparem, non auſus ſum, omnem laboris moleſtiam ſubire. Hac de cauſa et quo negotium melius citiusque procederet, opusque exſurgeret aliquantum ſplendidius, ſaltem, id ſi ſperare fas eſt, perfectius, ego vt primum ad id animum adpuli, virorum doctorum, qui in ſocietatem laboris irent, amicitiam opemque parare mihi ſtudui. Atque mihi contigiſſe laetor tam feliciter tuliſſe, vt eos, qui, in hoc litterarum genere verſati, et gloria famaque nominis florent et praeſidia tam ingenii doctrinaeque, quam librorum habent idonea, nanciſcerer ſocios: quos nominaſſe, propediem nos ſatis erit ad illorum laudem et laboris commendationem, illorumque operam ſtudiumque etiam ceteris in publicum, perſuaſum mihi habeo. Illuſtris igitur *Grunerus*, artis ſalutaris doctor et profeſſor in vniuerſitate litterarum Ienenſi celeberrimus ea, quae de medicis graecis collegit et expoſuit Fabricius, perleget diligenter et recenſebit: de legumlatoribus autem et iuris per-

tis graecis, librisque, qui ad ius graecum pertinent, cel. *Richterus*, qui in Vniuerſitate Lipſica ius profitetur, poſt Fabricium aget ſollerter. In eadem muſarum ſede cl. *Scharfenberg* *) de interpretibus V. T. graecis librisque apocryphis et quibusdam ſcriptoribus eccleſiaſticis, etc. et cel. *Keil*, diuinarum humanarumque diſciplinarum doctor, de N. T. itidem de quibusdam ſcriptoribus eccleſiaſticis aliisque bene merebunt, et ſupplementa dabunt luculenta doctaque: praecipue cel. *Beckius*, qui in primis huius laboris ſuſcipiendi exſtitit auctor, et pluribus iam libris maioris minorisue molis famam ingenii eruditionisque praeclarae conſequutus eſt, promiſit, ad ornandam augendamque hanc bibliothecam ſe multum eſſe collaturum. Cel. *Zeune*, qui vniuerſitatem ornat Wittebergenſem, Xenophonti, cuius plurimos libros iam notis ſuis doctiſſimis explanatos edidit, etiam in hoc opere ſtudium ſuum diligentiamque addicet. **) Cel. mihique amiciſſimus *Iaegerus*, Profeſſor in Vniuerſitate Altdorfina, iam ſymbolas contulit egregias pluresque promiſit liberaliter. Ven. *Henke*, Doctor et Profeſſor litterarum ſacrarum in Vniuerſitate Helmſtadienſi, ſcriptorum aliquot eccleſiaſticorum atque hiſtoricorum curam in ſe ſuſcipiet. Forſan accedent alii. Praeter ea viri nonnulli doctiſſimi, e. g. humaniſſimus *Lengnichius*, optime meritus verbi diuini apud Dantiscanos miniſter, cuius liberalitas officiaque non minus, quam adcurata litteraturae cognitio diligentiaque omnes meas laudes ſuperant, et qui non ſolum ea, quae ſocer illius venerandus, *Guil. Paul. Verpoorten*, S. Theol. Doctor Gymnaſii acad. Gedan. et ad aedem S. S. Trin. verbi diuini miniſter praeclare meritus, ad emendandum opus Fabricianum collegerat, mihi parauit, ſed ea quoque, quae b. *Wernsdorfius*, ornamentum quondam Gymnaſii Dantiscani, ſuo Fabricianae B. gr. exemplari adſcripſerat, quae docta ſunt, deſcripſit mihique miſit; plur. reuer. *Krohn*, verbi diuini praeco apud Hamburgenſes, et reuer. *Roth*, diaconus Noribergenſis, a ſe collecta, et quae ad ornatum atque amplificationem Bibl. graecae facerent, polliciti ſunt partim mihi, partim iam mecum communicarunt. ***) Quorum exempla vt plures viri docti, etiam exteri, imitentur, in ſummis habeo votis. Illi ſi vel conſilia vel additamenta per litteras ſiue ad me ſiue ad redemtorem operis Hamburgenſem datas ſuppeditabunt, non me ſolum omnesque litteraturae graecae cupientes mire deuinctos ſibi reddent; ſed ego quoque illorum beneuolentiam, operam auxiliumque palam declarabo cum grati animi ſignificatione.

 Ex

*) Hic quidem animam aliquot iam abhinc annis efflauit; at tamen, ad caput de interpretibus V. T. graecis et libris apocryphis locupletandum collecta parataque reliquit, quae manibus et fidei amici docti ſunt commiſſa. (ſcr. 1790.)

**) Viri huius docti mortem etiam lugent Muſae: eius tamen ſupplementa ad Xenophontem iam diu accepi. (ſcr. 1790.)

***) Illuſtris *Adelung* ea, quae ad notitiam editionum Homeri, Heſiodi atque Aeſopi, et ſcriptorum illos illuſtrantium collegerat, ſuperiore anno beneuole mecum communicauit, quod cum grati animi ſignificatione praedico, optoque, vt in reliquis eamdem mihi litterisque praeſtet fidem atque humanitatem. (ſcr. 1790.)

Ex his, quae a me narrata ſunt, lector beneuolus, quid ego cum ſociis in noua editione, bono cum deo, quantum inſtituti ratio et virium copiarumque conditio permiſerit, ſim praeſtiturus, ſatis ſuperque intelliget. At, vt maledicae, maleuolentiae malignisque neglegentiae inſcitiaeque ſuſpicionibus iudiciisque occurramus, iterum monendus eſt lector, nos non omnia, quae de quodam graeco auctore dici poſſint, aut ab aliis dicta ſcriptaque ſint, anxie corraſuros, quae obſcura foret diligentia, et repetituros eſſe, nec omnes omnino, ex quibus vel proficere, vel notitiam quamdam meliorem aut obſeruationem aptam et perquam efficacem ad veri ſiue inquiſitionem ſiue cognitionem, at ὡς ἐν παρόδῳ ſparſam, haurire potuerimus, legiſſe libros aut ad manus habere. Operam tamen dabimus, vt opinionem atque exſpectationem virorum doctorum, niſi vincamus, ſaltem haud minuamus aut fallamus. *Bohnius* vero vir honeſtus probusque, nullis parcet ſumtibus ad maiorem operis cultum et commendationem, in formaque media quarta prelo id ſubiiciet exire. Primi autem voluminis pars prior futuro anno, ſi deus vires vitamque concesſerit, in lucem prodibit. Qui, vt aiunt, ſubſcribere velint, ii opus minore, quam reliqui emtores, accipient pretio, et nomina collecturi vndecimum exemplar, ſi decem comparauerint ſubſcriptores, gratis, tanquam mercedem operae ſtudiique, nanciſcentur. Qui exemplaria in charta elegantiore et ſcriptoria deſiderent, eos, monente bibliopola, rogatos volo, vt ſi voti compotes fieri cupiant, apud illum ante menſem Iulium futurum nomina profiteantur. Scr. Erlangae menſe Mart. MDCCLXXXV.

Gottlieb Chriſtophor. Harles,

Sereniſſ. Marggrauio Onoldino a conſiliis aulae, P. P. O. rhetorices ac poeſeos, bibliothecae academicae praefectus, Seminarii philologici Director, et Gymnaſii Scholarcha.

PRAEFATIO

PRAEFATIO I. A. FABRICII *)

AD LECTOREM

Octo ſunt anni, mi Lector, ex quo bibliothecam latinam edidi: quam quum non maligne exceptam eſſe a litterarum ſtudioſis intelligam, audeo in praeſenti Bibliothecam graecam tibi ſimiliter offerre. Opus maioris corporis et animi adgreſſum me non infiteor: eſt enim materia vberrima, varietas incredibilis, numerus ſcriptorum propemodum infinitus, non infrequentes hinc inde tenebrae, paucorum ſtilo diſcuſſae. Quid de editionum multitudine dicam, quas vt indagare ſingulas induſtriae et fortunae eſt; ita diſcernere ac diiudicare, non contemnendae facultatis. Neque vero de me tam arroganter, neque de argumento, quod tractandum in me ſuſcepi, tam anguſte ſentio, vt omnibus numeris perfectam et abſolutam bibliothecam graecam tibi exhibere me poſſe exiſtimem. Quid tamen efficere potuerim, ſi placet, accipe, atque vtrum et quousque vel meo inſtituto, vel tuae ſatisfecerim exſpectationi, pro aequitate et captu tuo, opere ipſo inſpecto, iudica.

Cum primis dedi operam, vt ſcriptorum vniuerſorum graecorum, non eccleſiaſticorum, quotquot ex iis, qui ante captam a Turcis Conſtantinopolin vixere, in lucem editi ſunt, notitia tibi conſtaret: quamquam eccleſiaſticos quoque ſuo loco ſtrictim perſequutus ſum, qualecumque obſeruationum ſpicilegium daturus poſt ampliſſimas meſſes praeſtantium virorum, Labbei, Cauei, et Eliae du Pinii. Quantum potui, diligenter conſtitui ſingulorum ſcriptorum aetatem, et quae de illis explorata ſunt, vel retuli ipſe, vel a quibus prolixius pertractata fuerunt, indicaui. Scripta deinde recenſui ſingula diſtincte, atque edita quidem prae ceteris; tum etiam ſi quae in bibliothecis abdita deliteſcunt; denique deperdita, quorum vel ſolos titulos, vel exigua fragmenta reliqua nobis fecit tempus. Circa editiones haud infima laboris mei

*) Aucta b. auctoris additamentis ineditis.

cura verſata eſt, vt quam pleniſſimam et accuratiſſimam earum hiſtoriam tibi exhiberem, non e Catalogis vndique et oſcitanter corraſerim; ſed, quantum fieri potuit, inſpectis et euolutis libris ipſis et haud negligenter conſideratis contextam atque concinnatam. Fateor tamen, hac in parte me nondum in omnibus potuiſſe mihi ipſi ſatisfacere, itaque gratias acturus ſum ei, qui vel omiſſa a me, vel perperam etiam poſita notauerit, obſeruatione ſua priuata et certa fultus. Huius reprehenſioni libenter materiem praebebo, etiamſi illi viſum fuerit, quod eſt criticorum quorumdam ſummum ius, vt, notata vna hallucinatione vel omiſſione, totum laborem meum conculcet et nauci eſſe clamitet. *Adiuuari me ab his, qui aliquid operi huic adſtruent, non argui credam*, vt ait *Frontin.*

Deperditorum autem auctorum non promitto plenam notitiam, ita tamen vſus ſum circa hoc argumentum virorum doctorum laboribus, vt addiderim non pauca e communibus fontibus, alia emendauerim, quaedam ipſe ex integro ſim molitus. Subinde etiam Homonymos ſiue cognomines ſcriptores ſtudui diſtinguere, quia nihil vtilius eſt in hiſtoria litteraria, nihil, quod neglectum maiores vel frequentiores pariat errores. Indices auctorum in variis ſcriptoribus, antiquis praecipue ſcholiaſtis citatorum, quos ſtudioſis non ingratos futuros confido, partim ab aliis concinnandos curaui, ſuo loco a me laudatos; partim ipſe compoſui, (vt in ſcholiaſten Homeri, Euripidis etc.) partim ex libris editis depromſi.

Multis ante me in mentem venit graecos ſcriptores recenſere viris eximiis, vnde non ignobilem, nec ſterilem agrum coluiſſe mihi videor. *Meurſii* quidem de ſolis deperditis ſolliciti *Bibliotheca graeca*, quam ineditam euoluere me memini Holmiae in Bibliotheca Potentiſſimi Sueciae Regis, nuperque editam *Iacobo Gronouio*, (tom. X Theſauri antiquitatum graecarum,) debent ſtudioſi, litterarum ordine decurrit, ſed iam deſinit in *Diocle*. Idem *Meurſius* in *Bibliotheca attica* et variis ad plurimos ſcriptores notis innumera obſeruauit ad ſcriptorum graecorum, qui interciderunt, hiſtoriam mirifice facientia. Non pauciora *Ger. Io. Voſſio* debere me fateor, ac *Io. Ionſio*, quorum ſcripta nemo, niſi qui has litteras, ignorat. *Io. Henr. Boecleri* libellus de ſcriptoribus graecis ac latinis, et *Laurentii Lundii* compendium bibliothecae graecae, (Hauniae, 1705. 8.) vtiles pro tironibus nomenclaturae ſunt ab auctoribus deſtinatae. Perquam elegans quoque, etſi et ipſa compendiaria de variis linguae graecae ſcriptoribus notitia eſt, quam *Paullus Vindingius* ſub Veris graeci, et aeſtatis atque autumni titulo obtulit Hauniae, 1693. 4. *Gaddii* de ſcriptoribus non eccleſiaſticis volumina mihi exiguum praeſtiterunt vſum, *Geſneri* Bibliotheca magnum,

cuius

cuius induſtriam ſemper ſum admiratus, cui ſi reſpondiſſent continuatores, in plerisque minus lacunoſa eſſet hiſtoria litteraria. *Gyraldi* dialogos plurimum quoque mihi profuiſſe fateor, quo nemo eruditius de poetarum hiſtoria ſcripſit. [Contra *Buchnerus* lib. II. epiſt. 64. de Gyraldo iudicat, quod nemo infelicius de poetis iudicarit. *Heumann.*] *Alphonſii Ciacconii* Hiſpani bibliotheca vniuerſalis MS. ad an. 1583. ordine litterarum per praenomina deſinit in *Epimenide*. *Antonii Auguſtini* bibliotheca graeca et latina MS. citatur ab *Antonio Mongitore*, tom. II. biblioth. Siculae p. 259. *Ioannis Liuinei*, initio an. 1599. defuncti, vid. Syllogen Epiſt. Burmann. tom. II. p. 41. In *Philippi Cattierii* exercitationibus ſ. orationibus quatuor, Pariſ. ad Anton. Stephanum, 1647. 4. prima eſt de vtilitate L. Gr. et quo pacto bibliotheca graeca inſtituenda ſit. His addantur *Io. Grammii* Notitia veterum graecae linguae virorum contractior, Hauniae, 1730. 4. M. *Beniamin Hederich* notitia auctorum gr. et lat. antiqua et media. Wittebergae, 1714. 8. et ſaepius edita germanice. [*Io. Ern. Imman. Walchii* Introductio in linguam graecam edit. II. auctior, Ienae, 1772. mai. 8.]

Aliorum ſcripta vel in herba periere, vel adhuc premuntur, quae ſi prodiiſſent in lucem, me poterant a ſcribendi labore reuocare, 1) *Leonis Allatii* *) bibliotheca ſcriptorum profanorum, quam molitum ſe teſtatur in notis ad Euſtathii Antiocheni Hexaemeron p. 19. 2) *Ioa. Conradi Dieterici* bibliotheca graeca, ad quam componendam eum hortatus eſt ill. *Boineburgius*, vt ex eius Epiſtolis a Meelführero editis p. 163. didici, (adde eumdem in epiſtola 36. p. 195. epiſt. 42. p. 205. et epiſt. 51. p. 236.) et quam prelo exſpectare lucem, modo typographum et emtorem inuenerit, iam an. 1657. ſcripſit *Dietericus* in Introductione ad Heſiodum p. 7. ſed grandia eius et egregia collectanea ad Boineburgum miſſa, periere, teſte *Leibnitio* in Otio Hannouerano p. 184. 3) *Philippi Labbei* bibliotheca chronologica vniuerſalis, in qua ſe ſingulatim et accurate dicturum recepit de ſcriptoribus omnis generis, qui ab orbe condito ad chriſtianam aeram et a Chriſto nato ad noſtra tempora, libris praeſertim in lucem editis floruerunt, vt ipſe refert parte I. Chronologiae hiſtoricae pag. 67. vid. de hoc Labbei opere, quae *Caſpar. Sagittarius* ſcripſit in Introd. ad hiſtor. eccleſ. pag. 202. — 4) *Thomae Reineſii* bibliotheca graeca et ſupplementum hiſtoricorum graecorum, de quo legas in epiſtolis Ruperti ac Reineſii amoebaeis, p. 564. 567. 579. 608. — 5) *Emerici Bigotii* Catalogus ſcriptorum graecorum, quem non exſtare in

*) A. Teiſſerius p. 2. catalogi auctorum p. 184. tamquam editam commemorat Leonis Allatii biblioth. ſcriptor. graecorum profanorum et eccleſiaſticorum, Coloniae, 1646. ſed fallitur, ſicuti, quando Nic. Gerbelium opus de ſcriptoribus graecis edidiſſe memorat.

in primis doleo, et a viro illo doctiſſimo elaboratum, vel certe adfectum teſtentur Menagiana tom. II p. 35 et perſonatus Vignolius Marvillius tom. I. miſcellaneorum hiſtor. et litterar. pag. 176. — 6) *Eraſmi Vindingii* conſpectus auctorum graecorum, cuius ſpecimen Ms. videre me memini, et quem integrum fortaſſe aliquando debebimus cognomini Lexicon Oppianeorum editori praeſtantiſſimo Eraſmo Vindingio, Pauli F. — 7) *Henr. Chriſtiani Henninii*, medici ac philologi eruditiſſimi Duisburgenſis, Index bibliothecae graecae quadripartitus, cuius ſpem palam fecit in diſſertat. de graeca lingua ſecundum accentus non pronuncianda pag 119. [conf. *Morhofii* Polyhiſt. liter. libri IV. cap. 6. §. 17. *Struuii* Introduct. ad hiſtor. litterar. cap. 7. § 38. p. 3 7. *Heumann.*] — 8) *Petrum Dan. Huetium* ad ſimilem laborem hortatus eſt Bochartus. vid. Huetii vitam pag. 44. (libr. I. pag. 18.) [De Allatii conſilio vide eum in Apibus vrbanis, pag. 50. — 9) Talem bibioth. graecam editurus fuit *Henr. Stephanus*, vt patet ex eius Schediaſmatum libr. VI. cap. 10. *Heumann.*]

Haec egregiorum virorum monumenta incaſſum quum hactenus exſpectentur, meum laborem Tibi, Lector, offerre non dubito, vel laboris duntaxat partem primam, duobus conſtantem libris, in quorum *priore* ago de ſcriptoribus graecis, qui Homerum aetate praeceſſiſſe dicuntur; praecipue vero de ſcriptis Hermeticis, Orphicis, Sibyllinis ac Zoroaſtreis. In hoc libro litterarum ordinem ſequutus ſum potius, quam temporis, qui nullus eſt in tam incertis et commentitiis. Altero libro perſequor ſcriptores claros ab Homero vsque ad Platonem, ordine chronologico, adiunctis variis, quae ex indice capitum infra ſubiuncto facile tibi patebunt.

Tertius liber ſimiliter a Platone decurret ad tempora Auguſti Imperatoris, ſub quo natus eſt Seruator noſter Ieſus Chriſtus. In hoc praeter hiſtoriam criticam verſionum graecarum et librorum apocryphorum antiqui foederis, aliaque offeretur tibi notitia philoſophorum platonicorum, peripateticorum, aliarumque ſectarum alphabetica, qualem ſectae pythagoricae tibi exhibui libro II. cap. 13. Muſici item et aſtrologi, geometrae, ſcriptores rei militaris et epigrammatarii poetae. Liber *quartus* ab Auguſto perget ad Conſtantini M. tempora, in quo occurrent ſacri in primis ſcriptores noui teſtamenti: tum Iudaei Philo ac Ioſephus, atque inter plures alios geographi, grammatici, ac rhetores magno numero, et hiſtoria lexicorum graecorum longe, quam olim a me edita fuit plenior. Liber *quintus* hiſtoriam graecorum ſcriptorum perſequetur a Conſtantino M. ad captam vsque a Turcis Conſtantinopolin, ſiue ad ſaeculum medium XV. In hoc eroticis ſcriptoribus et chronologis et Byzantinae conditoribus hiſtoriae

ſtoriae et plerisque aliis Chriſtianis erit locus. Poſtremus futurus eſt liber *ſextus*, Ictos, medicos, chemicos et geoponicos complexus, cum notitia ſcriptorum graecorum quorumdam anonymorum vel ſuppoſitorum et recenſione collectionum variarum, quibus plures ſcriptores graecos vel eorum fragmenta iunctim ediderunt viri docti. Hunc librum atque adeo totam bibliothecam claudet triplex adpendix, cuius pars prima continebit *paralipomena* et *emendanda* quaedam, ſecunda *tabulam chronologicam* ſcriptorum, et tertia *indicem* plenum et accuratum in vniuerſos ſex libros, inſerta ſuo ſubinde loco notitia quam plurimorum ſcriptorum deperditorum, quorum mentionem in ipſo libro facere praetermiſi.

Haec vniuerſi operis oeconomia eſt, cogitatione pridem mecum praecepta, quod magnam licet partem iam a me elaboratum, vtrum perficere etiam, et, quod facere proxime ſtudeo, ad vmbilicum perducere valiturus ſim, in dei eſt manibus vitae noſtrae arbitri, cuius benignitati pro conceſſa hactenus vita ac valetudine gratum obſequium libenter debeo.

INDEX CAPITVM

LIBRI PRIMI

CAPVT I.

Nullum exſtare ſcriptorem graecum, Homero antiquiorem. Catalogus ſcriptorum, qui ante Homerum fuiſſe feruntur cum auctariis et animaduerſionibus W. Iaegeri et G. C. Harleſii, pag. 1.

II. De Amphione, Ammune, Anthe, Arctino, Antipatro Acanthio, Ariſtea Proconneſio, Abari, Asbolo, Aſclepio et Auomede Mycenaeo et ſcriptis horum nomini tributis, cum eorumdem additamentis, pag. 6.

III. De Chirone et ſcriptis ad eum relatis. De Sidetae carmine, pag. 13.

IIII. De Corinno, Creophylo, Daphne, Dardano, et ſcriptis ſub eorum nomine laudatis; cum eorumdem obſeruationibus, pag. 16.

V. De Darete, Demodoco et Dicty, et ſcriptis, quae ſub horum nomine iactata ſunt vel etiamnum exſtant: cum ſupplementis G. C. Harleſii, pag. 21.

VI. De Dryante, Epimenide Cretenſi, Eudo, Eumolpo, Helena, Hellene, et Hercule: cum ſupplem. Harleſii, pag. 29.

VII. De Hermete Triſmegiſto et de Poemandro, qui illi adſcribitur, variarumque editionum inter ſe collatio: cum ſupplementis Harleſii. pag. 46.

VIII. De Aſclepio Hermetis; cum notis Harleſii, pag. 62.

VIIII. De Hermetis Iatromathematicis, Cyranidibus, et aliis ſcriptis aſtrologicis atque phyſicis Hermeti inſcriptis; cum aduotatt. Harleſii, pag. 66.

X. De ſcriptis chemicis relatis ad Hermetem, tabula Smaragdina, aliisque; cum adnotatt. Harleſii, pag. 75.

XI. De ſcriptis Hermeticis, quae interciderunt; cum notis Harleſii, pag. 81.

XII. De ſententiis, quae apud veteres ad Hermetem Triſmegiſtum referuntur; cum adnotatt. Harles. pag. 89.

XIII. De Heſiodi aetate, et de Horo, tum de Horapolline eiusque Hieroglyphicis; cum ſupplem. Harleſii, pag. 95.

XIIII. De Hyſbate, Hydaſpe, Iambe, Ianthe, Iſatide, Iſide, Lino; cum ſupplementis Harleſii, pag. 106.

XV. De Melampode et incertis Melampodis Phyſiognomonicis aliisque ſcriptis; cum ſupplem. Harleſii, pag. 115.

XVI. De Methymnaeo Mopſo, Moſcho Sidonio et Muſaeo ac de ceteris poetis huius nominis, cum auctario Harleſii, pag. 119.

XVII.

XVII. De Neſtore, Olene, Olympo, oraculis variis et Orebantio Troezenio; cum ſupplem. Harleſii, pag. 134.

XVIII. De Orpheo et ſcriptis, ſub nomine eius editis; cum auctar. Harleſii, pag. 140.

XVIIII. De ſcriptis Orphei apud veteres laudatis, quae interciderunt, cum auctario Harleſii, pag. 161.

XX. Orphei inuenta et dogma Orphicum de pluribus orbibus habitabilibus, cum adnotatt. Harleſii, pag. 173.

XXI. De Palaephato, ἀπίστων ſcriptore, cum ſupplem. Harleſii, pag. 182.

XXII. De aliis ſcriptoribus ἀπίστων et mirabilium, anonymo etc. tum de Abydeno ſcriptore hiſtoriae Aſſyriacae, cum adnotatt. Harleſii, pag. 192.

XXIII. De Palamede et Cadmo aliisque litterarum graecarum inuentoribus: cum ſupplementis Harleſii, pag. 198.

XXIIII. De Pamphe, Paride, Phaënone et Phanothea; cum animaduerſionibus Harleſii, pag. 206.

XXV. De Phantaſia Memphitide, de Phemio Ithacenſi et Phemonoë, reique accipitrariae ſcriptoribus, cum adnotatt. Harleſii, pag. 208.

XXVI. De Philammone, Piero, Piſandro et Pittheo Troezenio, cum auctario Harleſii, pag. 214.

XXVII. De Priamo et Prometheo, de Pronapide et de variis ſcribendi formis apud veteres, e ſcholiis ineditis ad Dionyſium Thracem, cum ſupplementis Harleſii, pag. 216.

XXVIII. De Sanchoniathone et Sanchide. Tum de epiſtola Sarpedonis, regis Lyciae; cum ſupplementis Wolfg. Iaegeri et Beckii, pag. 222.

XXVIIII. De Sibylla et Sibyllis, cum ſupplementis Wolfg. Iaegeri et Harleſii, pag. 227.

XXX. De Sibyllinis oraculis in genere et ſingulatim de iis, quae regem futurum praedixerunt; cum adnotationibus Wolfg. Iaegeri, pag. 238.

XXXI. De libris Sibyllinis eorumque vſu apud Romanos: cum adnotationibus W. Iaegeri, pag. 248.

XXXII, De Sibyllinorum librorum, quales hodie exſtant, editionibus, verſionibus, argumento et de dogmatis, quae in illis continentur: cum ſupplementis Wolfg. Iaegeri et Harleſii, pag. 257.

XXXIII. De collectione Sibyllinorum, quae hodie exſtant, iudicium deductum per obſeruationes viginti; cum additamentis W. Iaegeri, pag. 274.

XXXIIII. De Sidone, Siſypho Coo, Syagro ac Terpandro; cum auctario Harleſii, pag. 290.

XXXV. De Thalete vtroque Cretenſi et Mileſio. De Thamyri, Thymoete ac Tireſia: cum auctario Harleſii pag. 295.

XXXVI. De Zoroaſtre et ſcriptis ſub eius nomine iactatis: cum ſupplementis W. Iaegeri, Beckii, et Harleſii, pag. 304.

 LIBRI

LIBRI SECVNDI

CAPVT I.

De Homero eiusque vitae ac laudum ſcriptoribus, cum animaduerſionibus et auctario G. C. Harleſii, (a quo reliqua etiam additamenta usque ad finem primi huius voluminis, h. e. usque ad cap. 13. profecta ſunt,) pag. 317.

II. De Homeri ſcriptis editis ac deperditis, genuinis ac hypobolimaeis tum de genuinorum diſpoſitione, emendatoribus, rhapſodis etc. pag. 335.

III. De Homeri ſcholiaſtis, interpretibus, et metaphraſtis graecis, qui exſtant, vel editi vel inediti, tum de poetae verſionibus, editionibus, argumentis, indicibus Lexicisque in Homerum vulgatis. pag. 386.

IV. Elenchus alphabeticus ſcriptorum in ſcholiis ad Homerum et Euſtathii commentariis memoratorum. pag. 440.

V. De commentariis in Homerum variisque ſcriptis eum ſpectantibus, quae interciderunt. pag. 502.

VI. De omnigena Homeri doctrina et apud veteres auctoritate. pag. 527.

VII. De imitatione Homerica, de Parodiis, Homerocent. Paralipomenis ad Hom. ac denique de Hom. Zoilis ac detrectatoribus. pag. 548.

VIII. De Heſiodi Aſcraei aetate, ſcriptis editis ac deperditis, eorumque, quae exſtant, editionibus atque interpretibus, tum index ſcriptorum, qui in graecis ſcholiis laudantur. pag. 567.

IX. De Aeſopo et aliis ſcriptoribus fabularum. pag. 618.

X. De Epiſtolis, quae ad Phalaridem referuntur, ac de aliis Epiſtolarum graecarum ſcriptoribus. pag. 662.

XI. De Theognide, Phocylide aliisque ſententiarum ſcriptoribus et collectoribus, pag. 704.

XII. De Pythagora et ſcriptis ei tributis ſymbolisque. Empedoclis ſphaera, graece et latine. pag. 750.

XIII. Notitia Pythagoreorum, pag. 826. *et Pythagorearum,* pag. 880. *ordine alphabeti, Pythagoreorumque edita fragmenta,* pag. 885.

BIBLIO-

BIBLIOTHECAE GRAECAE

LIBER I

DE SCRIPTORIBVS

QVI

ANTE HOMERVM FVISSE FERVNTVR.

Vol. I. p. 1. ¶ 2.

CAPVT I

I. Nullum poema Graecum extat Homeri poematis antiquius. Ποιητὴς *de quouis ſcriptore.* II. Ποίησις *Pherecydis & Heracliti.* III. MVSARVM *titulus etiam datus ſcriptis proſariis. Heracliti plures.* IV. *Antiquiſſimi, quos nouimus, Hiſtorici et Philoſophi Graeci, Homero iuniores.* V. *Sexti Empirici et Ciceronis argumenta, quibus oſtendant, Graecos ante Homerum poëtas exſtitiſſe.* VI. *Septuaginta nomina ſcriptorum Graecorum, qui ante Homerum fuiſſe apud varios auctores feruntur, de quibus deinceps agendum.*

[Cum auctariis animaduerſionibusque *I. W. Iaegeri* et *G. C. Harleſii.*]

Nullum poema gr. exſtat Homeri poematis antiquius.

I. Inter Graecos ſcriptores nullum antiquius monumentum ad nos perueniſſe HOMERO, certum eſt atque exploratum a). Idem iam olim de ſuis temporibus faſſi ſunt veteres, non Ioſephus modo Iudaeus, et ſcriptores Chriſtiani, ſed Graeci ipſi, ex quibus Sextus Empiricus I. Aduerſus Mathematicos pag. 41 ποίημα οὐδὲν πρεσβύτερον ἧκεν εἰς ἡμᾶς τῆς Ὁμήρου ποιήσεως. [¶] Vbi ποίημα b) fas eſt interpretari non tantum de carmine, ſed ſcripto quouis, vti ποιητὴς pro quolibet ſcriptore ſiue auctore libri cuiuscunque occurrit apud Theodoſium Alexandrinum in Scholiis ineditis ad Dionyſium Thracem. [adde *G. Wernsdorf* ad *Himerii* Orat. a me editam, pag. 113 fin. *Harl.*]

II.

a) *Iſaac Voſſius* Hannonis Periplum antiquiorem eſſe putat Homeri poemate. vide infra I. cap. VI. §. 8. *Heumann.*

b) Suidas ait, Soſitheum ſcripſiſſe ποιήματα καταλογάδην, pro quo Cl. Voſſius lib. de natura et conſtitut. Poeticae p. 11. legit, καὶ ποιήματα καὶ καταλογάδην. Sed vulgatam ſcripturam recte tuetur Colomeſius ad Gyraldum p. 378. *Fabric.* conf. *Reineſium* in *Cypriani* Catalogo MSS. bibl. Gothanae p. 95 ſq. qui animaduertit, ſcriptores chemicos adpeliare ποιητὰς illos, qui artem ſacram docent exercentue. Vnde extremo cod. Gothani chemici: γίνωσκε, ὦ φίλε, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ποιητῶν. Πλάτων, Ἀριστοτέλης etc. et ipſum artis exercitium ſ. doctrina τοῦ μυστηρίου ποίησις vocatur. adde *Lambecii* Comment. de Biblioth. Caeſ. Vindobon. lib. VI. p. 415 *Harl.*

Pherecydis et Heracliti ποίησις.

II. Eodem ſenſu Maximus Tyrius τῦ Συρίυ τὴν ποίησιν inſpicere iubet Diſſ. 29. [X. p. 107 ed. II. Dau. quem ad h. l. conferes p. 532 et Markland p. 669 *Harl.*] h. e. *Pherecydis librum*, qui proſa ſcripſit: et Epiphanius Haereſi XXVI. num. 2. Euangelium perfectionis a Gnoſticis iactatum vocat modo ποίημα, modo ποιήτευμα [c]. Dionyſius Halic. Epiſt. ad Pompeium pag. 130 de Herodoto agens et Thucydide, καλαὶ μὲν, inquit, αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· ὁ γὰρ ἂν αἰσχυνθείην ποιήσεις αὐτὰς λέγων. Et Tatianus, ſ. 143 [pag. 11 ed. Oxon. 1700. 8] Heracliti Epheſii [d] ποίησιν, i. e. ſcriptum ſiue opus commemorat, non poema; inter tot enim Heracliti fragmenta, quae a veteribus ex opere illius περὶ φύσεως adducuntur, nihil ſe offert, quod ſit verſibus adſtrictum, vt demonſtraui infra lib. II. cap. XXIII. §. 4 neque germanos eſſe crediderim, quos Heracliti ac Democriti verſus de vita humana in codice Regis Chriſtianiſſimi 2216 exſtare refert Philippus Labbeus Bibl. nou. MSS. pag. 134. Feſellit tamen Tatianus perperam intellectus Suidam, vt Heraclitum multa ποιητικῶς ſcripſiſſe fingeret, et Lilium Gyraldum, vt Poetis illum annumeraret.

Muſarum titulus etiam datus ſcriptis proſaicis. Heracliti plures.

III. Neque aliud euincit argumentum, quo nuperus Tatiani editor Wilhelmus Worthus, [ad locum excitat.] manifeſtum eſſe putat Heraclitum carmine ſcripſiſſe, quia nempe opus eius MVSAS dictas eſſe teſtetur Laertius. IX. 12. Quis enim neſcit, Herodoti, Bionis Rhetoris, Aurelii Opilii et Cephalionis Gergethii ſcripta, et nouem Aeſchinis Epiſtolas Muſarum nomine [e] appellatas, nec magis tamen verſibus ſcriptas fuiſſe, quam nouem capita, quae ad iram compeſcendam, veluti totidem dona Muſarum, mente reponere iubet M. Antoninus XI. 182. Fuit ſane *Heraclitus* quidam Poeta, cuius meminit Strabo lib. XIV. pag. 656. Sed is Callimachi aequalis, et patria Halicarnaſſenſis, adeoque ab Epheſio Heraclito non minus diuerſus, quam *Heraclitus* Peripateticus, cuius [p] ſcripta refert Plutarchus aduerſus Colotem T. 2. Opp. pag. 1215 vel *Heraclitus*, Theophraſti Acharnenſis pater, qui memoratur in veteri inſcriptione apud Humfredum Prideaux part. 2 marmorum Oxon. pag. 302 vel *Heraclitus* denique Grammaticus, de cujus libello περὶ ἀπίστων et aliis ſcriptis infra cap. XXII. ſum dicturus. [*Fabric.* ad pag. 142 tom. I. notam addidit, quam huc transferre praeſtat. „Addes quatuor *Heraclitos*, de quibus Laertius IX. 17. 1) poetam lyricum, cuius eſt illa duodecim deorum laus. 2) elegiarum poetam, Halicarnaſſeum, (de quo in contextu.) 3) Lesbium, ſcriptorem macedonicae hiſtoriae. 4) e citharoedo σπουδογελοῖον. Tum alios tres obſeruatos a Menagio: *Heraclitum*, Tyrium philoſophum, Academicum, de quo Cicero IV. academ. cap. 4. *Heraclitum*, cuius 2. de lapidibus librum laudat Plutarchus libro de Fluminibus, cap. de Scamandro. Tum *Heraclitum* Perineum curſorem, de quo Zenobius IV. 35 et Suidas in Θᾶττον. *Heraclitum* denique Mitylenaeum. Euſtath. ad Odyſſ. δ'. p. 178 (c. p. 1504. 56)" *Harl.*]

IV.

c) Sic Laertius I. 111 et paſſim: ἐποίησε *ſcripſit*, pro συγγράφη, quod paullo poſt loco cit. ſequitur. Ibid. §. 112 ποιητὶς et συγγραφεῖς diſtinguuntur. *Heumann.*

d) Laertius lib. I. cap. 15 de Iſidoro Peluſiota ἃ κλλοι ἰοχῦ κατὰ τὴν ποίησιν, ex quo loco male quidam concludunt Iſidorum ſcriptis carminibus magnam ſibi gloriam comparaſſe. Rectius Valeſius: *cuius, vt poetico verbo vtar, lautiſſima eſt gloria.*

e) Vide Voſſium lib. I. de Hiſt. Graec. c. 3 ter quae viri docti ad Laertium IV. 58 et Sueton. c. 6 de Grammaticis.

Antiquiſſimi hiſtorici et philoſ. ſunt Homero iuniores. IV. Ceterum, quemadmodum apud Graecos poemata prius edita fuiſſe conſtat, f) quam συγγραφὰς, ſiue ſcripta proſaria, vt praeter alios docet idem Strabo libro primo, pag. 18 g) multo minus Sexti temporibus exſtabant libri ſoluto ſermone Graeco exarati, qui Homeri aetatem excederent; nam et hiſtorici, quorum ſcripta perdita memorantur, antiquiſſimi, Cadmus Mileſius, Acuſilaus Argiuus, Archilochus, Archetimus, Theagenes Rheginus, Ariſteas Proconneſius, Hecataeus Mileſius, Pherecydes Lerius ſiue Athenienſis, Charon h) Lampſacenus et Hellanicus Lesbius, et, cuius opus aetatem tulit, veterrimus ex iis, qui exſtant, Graecis hiſtoricis Herodotus, et Philoſophorum denique, qui vnquam proſa oratione Graeca aliquid in literas miſerunt, antiquiſſimi Pherecydes Syrius, praeceptor Pythagorae, et Anaximander; ſed de quorum ſcriptis nullum nobis reſtat, vniuerſi Homero fuere iuniores, vt oſtenſum Voſſio libro et capite primo operis praeſtantiſſimi de Hiſtoricis Graecis i).

Ante Homerum graeci poetae exſtiterunt. V. Addit tamen mox Sextus, ex ipſius Homeri poematis apparere, quod et ante ipſum et illius aetate plures poetae fuerint, de quo ego ſane non dubito, neque eo elegantiae et artis in poeſi procedere potuiſſe contendo, ſi clariſſimum illud ingenium, quod viſum Velleio eſt, neminem, quem imitaretur, habuiſſet. Locus, quem Sextus ex Homero producit, hic eſt Ὀδυσσ. α΄. verſ. 351

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ᾽ ἄνθρωποι
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

Simile argumentum nectit Cicero in Bruto, cap. 18: *Nec dubitari debet*, inquit, *quin fuerint ante Homerum Poetae, quod ex eis carminibus intelligi poteſt, quae apud illum et in Phaeacum et in procorum epulis canuntur.* Non poteſt tamen ex his probari, poemata Graeca ante Homerum literis mandata et ad poſteros transmiſſa fuiſſe k) ſed duntaxat decantata voce, [?] perinde vti apud veteres Germanos ac Getas carmina antiqua, quae Tacitus in libro de moribus

f) Vniuerſam quaeſtionem de antiquitate poeſeos inſtituit, et, qua ratione proſam tempore anteceſſerit, exquirit *Quadrio*, nella Storia e ragion d'ogni poeſia, Lib. I. cap. 2 ſed vtitur in illa diſputatione argumentis quibusdam parum firmis. *Iaeger.* adde *Georg. Dau. Koeler* diſſ. de antiquae graecae poeſeos indole — P. I. Goettingae 1783. 8. *H.*

g) Iſidorus Hiſp. lib. I. Originum cap. 37. *Omnia enim prius verſibus condebantur, proſae autem ſtudium ſero viguit.* Ante Iſidorum Cicero: *apud Graecos antiquiſſimum e doctis eſt genus Poetarum.* [Tuſc. I, 3.]

h) Apud Dionyſ. Halicarnaſſ. Epiſt. ad Pompeium pag. 128 χαίρωνος male excuſum pro χάρωνος.

i) De *Cadmo* Mileſio vide ad lib. I. cap. 23 §. 2 not. vbi quoque de *Hecataeo* et *Pherecyde* pauca traduntur: de *Acuſilao* vide ad lib. II. cap. 1. §. 14 not. b. *Theagenes Rheginus* apud Tatianum, infra lib. II. cap. 1. §. 3 pag. 254 excitatum, dicitur ſub Cambyſe vixiſſe; memoratur quoque in ſcholiis Venet. in Homerum ineditis apud *Villoiſon* V. C. in Anecdot. gr. tom. II. p. 184 not. De *Ariſtea* vide mox cap. 11. §. 6 etc. Adde locum *Agathemeri* memorabilem a *Fabricio* vol. III. libr. IV. cap. 2 §. 11 pag. 38 excerptum, et *Ionſium* de ſcriptoribus hiſtoriae philoſ. libr. I. cap. 3 vbi recenſentur poetae, qui Homerum anteceſſiſſe dicuntur. *Harl.*

k) Si ante Homerum ſcriptura fuit in vſu, quod dubitari non poteſt, ſequitur etiam, ſcriptores ante eum fuiſſe. Immo elegantia carmina ſine ſcripturae ſubſidio componi non poſſunt. Sic Canticum canticorum, i. e. poema elegantiſſimum, quod in ſacro codice habetur, Homero eſt antiquius. *Heumann.*

bus priſcae gentis noſtrae, ac Iornandes cap. 4 et 5 de rebus Geticis celebrat. Forte primus Homerus dignus habitus eſt, cuius poemata ſcripto a Graecis exciperentur, et poſteris traderentur: certe primus fuit Graecorum, cuius carmina vltimam aetatem ferrent. Primus etiam fortaſſis, qui integrum corpus poematis Heroici conderet, quo ſenſu ποίησιν ἡρωϊκὴν ab Homero repertam accipio apud Athanaſium libro I. contra gentes pag. 20.

Nomina LXX ſcriptorum, qui ante Homerum fuiſſe feruntur.

VI. Multos nihilominus [l]) cum idem Sextus eodem loco, tum alii autores veteres commemorant, a quorum ſcriptis Homerum aetate vinci fama apud Graecos fuerit. Quare operae pretium me facturum eſſe duxi, ſi antequam de Homero et aliis ſcriptoribus Graecis dicere aggrederer, ſingulos illos ordine Alphabeti commemorauerim, et quae de ſcriptis ſub eorum nomine vel olim iactatis, vel hodieque ambulantibus collegi, hoc libro ſuccincte fuerim complexus. Nomina [m]) quidem ſcriptorum ante Homericorum vel qui ante Homerum vixiſſe apud varios auctores, vere an falſo, feruntur, haec LXX amplius mihi occurrerunt:

AMPHION Thebanus.	
AMVS, ſiue AMMON, Platoni THAMVS.	
ANTHES Boeotius.	
ANTIPATER Acanthius.	
ARCTINVS Mileſius.	
ARISTEAS Proconneſius	ABARIS Hyperboreus.
ASBOLVS Centaurus.	
* ASCLEPIVS Aegyptius.	
AVTOMEDES Mycenaeus	CADMVS.
* CHIRON Pelethronius.	
CORINNVS Ilienſis.	
CREOPHILVS Samius.	
DAPHNE Tireſiae filia. [*]	
DARDANVS Magus.	
* DARES Phrygius.	
DEMODOCVS Corcyraeus.	
* DICTYS Cretenſis.	
DRYMON.	

EPIME-

l) Quales Inſcriptiones veteres verſibus conceptas, et Homeri aetate antiquiores, quales apud Thebas Boeotias in templo Apollinis Iſmenii literis Cadmeis ſcriptas vidiſſe ſe narrat Herodotus lib. V. c. 59 [pag. 400 ed. Weſſeling. quam quidem illuſtrat, et poſt *Perellium* tom. 1 pag. 52. Nuoui Miſcellanei Luccheſi, Lucca 1775 emendat cel. *Villoiſon* in Anecdot. graecis Venet. 1781 tom. II. pag. 129 not idem pag. 169 n. 1 antiquiſſimas graecas recenſet inſcriptiones. *Harl.*] Verſus item Iambicos, quos pomo inſcriptos Achilli, Pedaſum Moneniam vrbem munitam Troianorum obſidenti, et iam re infecta diſceſſuro, virgo quaedam eius quam patriae amantior miſiſſe fertur, apud Veterem Scholiaſten in Iliad. ζ. non procul ab initio, et apud Euſtathium p. 476. Epitaphium Ereuthalionis apud eundem Scholiaſten Iliad. δ. v. 319. Epitaphium Idomenei apud Diodorum Sic. lib. V. pag. 239. [c. 79.]

m) Quibus aſteriſcum nullum additum vides, ſub eorum nomine nihil hodie exſtat.

EPIMENIDES Cretenſis.
EVCLVS Cyprius.
EVMOLPVS Athenienſis.
* HANNO Carthaginienſis.
HELENA Muſaei Athenienſis Filia.
HELLEN Deucalionis F.
HERCVLES.
* HERMES TRISMEGISTVS.
* HESIODVS.
* HORVS Aegyptius.
* HOSTANES Magus.
HYSTASPES. IAMBE. IMVTHE.
* ISATIS ſiue ISIS.
* LINVS Thebanus.
* MELAMPVS Amythaonis F.
MELISANDER Mileſius.
MOCHVS Sidonius.
* MVSAEVS Athenienſis. NESTOR.
OLEN Lycius.
OLYMPI duo.
* ORACVLA.
ORIBANTIVS Troezenius.
* ORPHEVS Thrax. OSIRIS.
* PALAEPHATVS Athenienſis.
PALAMEDES Argiuus.
PAMPHVS Athenienſis.
PARIS Troianus.
PHAENNO Epirotica.
PHANOTHEA.
PHANTASIA Memphitis.
* PHEMIVS Ithacenſis.
PHEMONOE Cumana.
PHILAMMON Delphicus. [¶]
PIERVS Lini F.
PISANDER Camiraeus.
PITTHEVS Troezenius. PRIAMVS.
PROMETHEVS.
PRONAPIDES Athenienſis.
SANCHONIATHON Berytius.
SARPEDON Lyciae Rex.
* SIBYLLA.
SIDON Ponti filia.
SISYPHVS Cous.

SYAGRUS.
TERPANDER Lesbius.
THALES Cretenſis.
THAMYRIS Thrax.
THEMIS Fatidica.
THYMOETES. TIRESIAS.
* ZOROASTER.

CAPVT II

I. *De Amphione.* II. *Amune ſiue Thamune.* III. *Anthe.* IV. *Arction.* V. *Antipatro Acanthio.* VI. *De Ariſtea Proconneſio ſcriptore carminum Arimaſpeorum.* VII. *De Abari, obiter.* VIII. *De Asbolo.* IX. *Aſclepius.* X. *Automedes Mycenaeus.*

Amphion. I. AMPHION Thebanus a Tatiano f. 173 a) refertur inter ſcriptores Homero antiquiores, ſed alii de eius ſcriptis tacent, Muſicam Amphionis artem celebris contenti b). Vide Ludouicum Viuem ad Auguſtini lib. XVIII. de C. D. cap. 13. Hymnos Amphionis celebrat Philoſtratus in Hippodromi vita lib. II. de Sophiſt. pag. 613 c). Nonnulli et Lexicographi apud Suidam in Ἀμφίων, non Muſices tantum Lydiorumque modulorum, ſed et lyrae inuentorem faciunt: Lyricum vocat Ioh. Malalas pag. 57. Syncellus pag. 156 et 158. A plerisque, vt Tzetza, Chil. I. hiſt. 13. Amphion traditur lapides canendo mouiſſe, edoctus a Mercurio d) a quo lyram ſeptem neruis inſtructam acceperit e). Quod vero Clementi Alex. [p.] initio Protreptici, dicitur Muſices ope Thebas f) muro cinxiſſe, hoc ab Horatio in arte,

a) Siue pag. 136 ed. Oxon. 8. Ab eodem *Tatiano* pag. 139, nec non a *Clemente Alexandr* Strom. pag. 332 traditur, conſtare, Amphiona duabus aetatibus ante bellum Troianum claruiſſe. conf. *Simſon* in Chron. cath. ad A.M. 2616 et 2677. Catalog. Argonautarum a *Burmanno* confectum et ed. Valerii Flacci praefixum h. v. *Brucker.* in Hiſtor. philoſ. crit. tom. I. pag. 402 ſq. *Eudocia* in Villoiſon Anecd. graec. tom. I. pag. 18 et 19. *Harl.*

b) Conf. *Virgil.* Ecl. II. 23. 24 ibique interpr. *Lambecius* in Prodromo hiſt. lit. libr. II. cap. 4 §. 6 p. 185. *Harl.*

c) Siue II. 27 §. 4 fin. pag. 618 ed. *Olearii*, qui illic Amphionis, vt poetae, hymnos citari cenſet, in qua ſententia quoque verſatur *Petr. Ioan. Parette* in Memor. lit. acad. Pariſ. I. et B. L. tom. X. pag. 194. Idem *Philoſtratus* in Iconum libr. I. 10 pag. 777 ſqq. de Amphione, eiusque inuentis lyraque agit, eiusque interpres, *Olearius*, hiſtorias pluribus explicat. *H.*

d) Secundum alios a Ioue ipſo. *Heraclides* apud Plutarch. de Muſica pag. 1131 tom. II. aut tom. X. p. 651 ed. Reiskii, citharae cantum eiusque artem excogitatam primum perhibet ab Amphione, Iouis et Antiopae F. *patre* nimirum *docente.* adde *Huetii* Demonſtr. Euang. Propos. IV. 21 p. 106 qui, cum atque Moſen vnum eundemque fuiſſe, nimis ſubtiliter abſoneque ſuſpicatur. *Harl.*

e) Mercurium ei donaſſe lyram, narrat quoque *Apollod.* lib. III. cap. 5 §. 5. Apud ſcholiaſten ad *Apoll. Rhod.* Argon. I. v. 740 ſq. (qui fabulam de lapidibus cantu motis et muro Thebano repetit,) *Dioſcorides* tradit, Amphionem accepiſſe lyram ab Apolline; Pherecydes contra ibid. et apud Schol. ad Homeri Iliad. N. verſ. 302. Muſas dediſſe illi, prodit. *H.*

f) Thebas muro cinctas ab Amphione, memorat poſt Homerum [Odyſſ. Λ. verſ. 263 ſqq. vbi v. Scholiaſt. eundem ad Homeri Il. N. 302 et Schol. Apollon. Rhod. I. 735, (qui Thebas ab Amphione Zethoque muro cinctas eſſe ad vim impetumque Phlegyarum depellendum, ex Pherecyde repetunt,) *Pauſaniam* Boeot. ſ. L. IX. 5 pag. 720 qui bene obſeruat, Homerum illius fabulae nullam feciſſe

arte, [f]) et aliis refertur ad ſingularem eius ſapientiam, qua ciues collegerit et in officio continuerit, ab Albrico [h]) ad eloquentiam, qua ciuibus ſparſim degentibus ſuaſerit, vt in vnum coeuntes ciuitatem moenibus cingerent. Amphionis dictum, ad quod reſpicit Plato in Gorgia. [I. p. 506 B.] illuſtrat Guilelmus Canterus Nou. Lect. lib. VII. cap. 27. [i]) Alius fuit *Amphion Theſpienſis*, cuius librum ſecundum περὶ τȣ ἐν Ἑλικῶνι Μȣσεῖȣ laudat Athenaeus lib. XIV. pag. 629.

Amune. II. Zoroaſtri et Hermeti adjungit, quin imo praeponit AMVNEM quendam Aegyptium Syneſius in Dione pag. 51 εἰ μὲν ἠπιςάμεθα ὑμᾶς ἐυμοιρήσαντας ἐκείνην τῆς ψυχῆς τὴν ἀξίαν, ἣν Ἄμȣς, ἢ Ζωροάςρης, ἢ Ἑρμῆς, ἢ Ἀντώνιος. De eodem Amune dixerat paulo ante pag. 48. Ὁποῖος Ἀμȣ̃ς ὁ Αἰγύπτιος ȣ̓κ ἐξεῦρεν ἀλλ' ἔκρινε χρείαν γραμμάτων. Petauius quidem in notis demonſtrat, ſe exiſtimaſſe, quod Syneſio ſermo ſit de Amune ſiue Amunte Monacho, de quo praeter Socratem, Sozomenum ac Suidam meminit in hiſtoria Lauſo inſcripta Palladius, Epiſcopus Aſponenſis. Addit etiam, hoc ſcholion repertum in ora Codicis Medicei: Ἐρομένȣ τινὸς αὐτὸν, εἰ ἀναγκαῖα τὰ γράμματα, ἔφη· εἰ ὁ νȣ̃ς ἐῤῥωται, τίς χρεία γραμμάτων; τὸ δὲ ȣ̓κ ἐξεῦρεν ἀλλ' ἔκρινε χρείαν γραμμάτων, ἀντὶ τȣ̃, ȣ̓κ ἐχρήσατο αὐτὸς γράμμασι, ἀλλ' ἀπεφήνατο τȣ́τȣς δεῖσθαι γραμμάτων, οἵτινες ȣ̓ μέγεθος ἐυτύχησαν νȣ̃, ἵνα τὴν τȣ̃ νȣ̃ ἔνδειαν ἐντεῦθεν ἐπανορθῶνται. At enim longe veriſſima mihi videtur ſententia Cotelerii T. 3. monumentorum Eccleſiae Graecae pag. 564 arbitrantis, a Syneſio intelligi Amunem quendam Aegyptium ſapientem vetuſtiſſimum, Hermetis Triſmegiſti aequalem. Ab hoc fortaſſis Amune ſcripta Ἀμμȣνέων memorata Euſebio lib. I. praeparat. Euangelicae cap. IX. et Apocrypha Ἀμμȣνέων γράμματα [k]) Philoni Byblio apud eundem lib. X. cap. 14. Quanquam ex Reineſii ſententia pag. 97. Variar. Lect. Ἀμμȣνέες dicti ſunt ſacerdotes Aegyptiorum. Sed et hi ipſi fortaſſis ab antiquo illo Amune nomen habuerunt, qui in Platonis Phaedro dicitur THAMVS [l]). Eundem

feciſſe mentionem, et auctorem eſſe poetam quemdam, qui carmina in Europam fecit; *Statium* in Theb. I. 10. ibique Lactant. *H.*] aliosque Hyginus fab. 69 vbi et nomina ſeptem portarum a totidem filiabus Amphionis appellatarum. Vide ibi notas Thomae Munkeri, [et Staueren. pag. 141.]

g) v. 394 ſeq. adde Macrobium II. 3 in Somn. [et *Banier* Erläuterungen der Götterlehre von Fabeln etc. Vol. IV. p. 297.]

h) Praeiuit iam *Solin.* Polyhiſt. cap. 13 „Thebas condidit Amphion — quod *afflatus ſuauitate* homines — ad obſequii ciuilis pellexerit diſciplinam.“ De Amphionis erga fratrem ἄκαιρον facilitate v. *Horat.* Epiſt. I. 18. 41 ſqq. ibique Lambin. nec non *Wieland* in elegantiſſima verſione pag. 269 ſq. vbi res ex antiquis monumentis praeclare illuſtratur. *Iaeg.*

i) adde *Valckenar.* Diatrib. in Euripidis Reliq. cap. VIII. vbi ex *Olympiodori* comment. inedito in Gorgiam Platonis, ad huius verba πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα ὁ Εὐριπίδȣ, haec producit in lucem: ὁ Ἀμφίων ȣ̃τος Μȣσικὸς ἦν· ὁ ȣ̃ν Ζῆθος, ὁ ἀδελφὸς αὐτȣ̃ ἔλεγεν αὐτῷ, ὅτι ῥίψον τὴν λύραν, καὶ κέχρησο ὅπλοις. Κἀγὼ ȣ̃ν λέγω σοι, ὅτι ῥίψον τὴν φιλοσοφίαν, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν δεῦρο, καὶ δίκαζε. — De interitu Amphionis alii aliter tradiderunt. v. cel. *Heyne* ad Apollod. Biblioth. I. pag. 595. *Harl.*

k) conf. quae de his docte exponit *Iackſon*, Chronol. Alterthüm. p. 703 n. 8. *Iaeg.*

l) At Plato, iuuenis adhuc, ſcripſerat Phaedrum, diu ante Socratis interitum, quum nondum in Aegyptum profectus eſſet: ideo hanc narrationem non potuit, (vti *Iablonskius* in Pantheo Aegypt. libro alioqui doctiſſimo, vbi de *Amune* copioſe agit, V. §. 6. arbitratus eſt,) accipere ex ſacerdotibus Aegyptiacis. Neque ipſe in Phaedro, traditionem illam omni carere dubitatione, videtur exiſtimaſſe. Saltem in Philebo (II. pag. 18 aut ſecundum edit. Bipontinam Vol. IV. pag. 223 c. 8. p. 25.

dem ſane hunc eſſe, de quo apud Syneſium ſermo eſt, res ipſa declarat. Refert enim Plato, [Phaedr. III. p. 274] Theutum tum alia praeclara, tum inuentum literarum tanquam memoriae et ſapientiae eximium inſtrumentum Thamuni Aegypti Regi commendantem, hoc ab eo tuliſſe reſponſum: *ὦ τεχνικώτατε Θεῦθ, ἄλλος μὲν τεκεῖν δυνατὸς τὰ τῆς τέχνης, ἄλλος δὲ κρῖναι τίν᾽ ἔχει μοῖραν βλάβης τε καὶ ὠφελείας τοῖς μέλλουσι χρῆσθαι. καὶ νῦν σὺ πατὴρ ὢν γραμμάτων, [δι᾽] εὔνοιαν τοὐναντίον εἶπες ἢ δύναται. Τοῦτο γὰρ τῶν μαθόντων λήθην μὲν ἐν ψυχαῖς παρέξει μνήμης ἀμελετησίᾳ … οὐκ ἂν μνήμης ἀλλ᾽ ἀπομνήσεως* (*obliuionis*, ita legendum, non *ὑπομνήσεως*) *φάρμακον εὗρες, σοφίας δὲ τοῖς μαθηταῖς δόξαν οὐκ ἀλήθειαν πορίζεις.* Thamus hic Aegyptius memoratur etiam a Philoſtrato et aliis. Ceterum a Philippo Cluuerio in Germania antiqua pag. 195 praeter rem confunditur cum Protoplaſto Adamo, vt a praeſtantiſſimo Huetio pag. 110. Demonſtrat. cum Moyſe: rectius Coelius Rhodiginus lib. XXII. Antiquar. lect. c. 15 eum cum *Ammone* eundem facit, illo, vt exiſtimo, ad quem ſcripſiſſe fertur Mercurius Triſmegiſtus, de quo infra ſuo loco. Sane Plutarchus de Iſide et Oſiride pag. 354 [ſ. Vol. VII. pag. 396 ſq. ed. Reiske.] auctor eſt, nomen *Amun*, quod Ioui quidam proprium eſſe affirmarunt, producto vocabulo Ammonem a Graecis appellari. De ſignificatione eiusdem nominis conſulendus praeter Plutarchum Iamblichus libro de myſteriis Aegyptiorum ſect. VIII. cap. III. Quae vero de Thamuſo (neſcio an eodem?) ſiue Rege ſiue Pſeudopropheta, m) eiusque planctu apud Aegyptios Zabiosque olim recepto diſputantur ab interpretibus doctis ad Ezechiel. VIII. 14. a Joh. Seldeno ſyntagm. 2 de Diis Syris, Io. Marshamo in Chronico Canone, Hermanno Witſio in Aegyptiacis, Athanaſio Kirchero Tomo I. Oedip. a Iohanne Braunio in ſingularibus diſſertationibus libro IV. ſelectorum ſacrorum, ea vtpote quam ab hoc loco aliena lubens praetereo. Memoratur et Thamus quidam iunior Aegyptius apud Plutarchum de Oraculorum defectu pag. 419 qui mortem magni Panis imperante Tiberio renunciauit.

Anthes. III. ANTHES Lini aequalis (Pauſaniae lib. IX. pag. 763. Ἀνθᾶς) ex Anthedone Boeotiae vrbe, cuius mentio apud Homerum, Iliad. β. v. 518. hymnos (non θρήνους, vt habet Gyraldus) ſcripſiſſe traditur a Plutarcho libro de Muſica, pag. 1132 qui hoc hauſiſſe ſe ait ex Heraclidis Pontici *συναγωγῇ μουσικῇ*. Vide et Stephanum in Ἀνθάνα, vbi ex Philoſtephano refert, Anthen, Neptuni filium, a Cleomene Leonidae fratre interfectum excoriatumque, et in eius corio perſcripta oracula. Allegatur Anthes, alius, vt opinor, ab eodem Stephano in Ἁλικαρνασσὸς et Harpocratione in Ἄττις.

IV. De

p. 15. ſ. Fiſch.) iudicio inſtructus maturiore multo cautius et conſiderantius diſſerit de inuento illo: Ἐπειδὴ, inquit, φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν, ἄτε τις θεὸς, ἄτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος, ἐν Αἰγύπτῳ, Θεῦθ τινὰ τοῦτον γενέσθαι λέγων, etc. i. e. *Poſtquam infinitam vocem cogitauit, ſiue* deus aliquis, *ſiue* homo diuinus, *qualis apud Aegyptios* Theuth quidam fuiſſe fertur, *qui primas in ipſa vocis infinitae vocales litteras conſiderauit, quae non vna, ſed plures ſunt* &c. Reliqua ipſe, cui volupe erit, leget feretque iudicium. Videmus vero, quam prudentius, at quoque minus confidenter de re tamquam incerta vagaque fama, in Philebo diſſeruerit Plato. Plura in hanc ſententiam diſputauit acutus *Meiners*, in Verſuch über die Religionsgeſchichte der älteſten Völker, beſonders der Aegyptier. Gottingae 1775 pag. 208 ſqq. De Thaut, qui litterarum habetur inuentor, infra ad cap. XII huius libri commodior erit locus dicendi. *Harl.*

m) Vide Maimonidem in More Neuochim parte III. cap. 29 p. 426 edit. Buxtorfii.

Arctinus. IV. De Palladio agens Dionyſius Halicarnaſſaeus antiquiſſimum teſtem citare ſe ait, ARCTINVM Poetam n), Παλαιώτατος δὲ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ποιητὴς ἈΡΚΤΙΝΟΣ, lib. I. Antiqu. Rom. c. 68. et 69. pag. 55., ex quibus verbis Martinus Delrio in aduerſariis ad Senecae Troadem pag. 233. colligit, hunc Arctinum ante Homeri tempora res Troianas ſcripſiſſe. [P] Sed Dionyſii mens eſt, nullum ſe ſcire antiquiorem auctorem, qui de Palladio commemorauerit, quippe de quo ne γρὺ quidem exſtat apud Homerum. Et Io. Tzetzes Chil. XIII. v. 642 aliique ſcriptores fide digniores, vt Artemon Clazomenius in libro de Homero apud Suidam in Ἀρκτῖνος, (ita etiam diſerte legit MStus Dionyſii codex, non Ἀρατῖνος, teſte Theodoro Rycquio in diſſ. de primis Italiae colonis pag. 440.) hunc poetam Homeri diſcipulum fuiſſe teſtantur. Confer Allatium lib. de Patria Homeri cap. IV. pag. 67 ſq. Voſſium de Poetis Graecis pag. 10 et Salmaſium ad Solinum pag. 599. edit. Traiect. qui perperam ſcribit et ipſe, Arctinum omnium Poetarum antiquiſſimum a Dionyſio Hal. habitum fuiſſe. o) Scripſerat *Arctinus* iſte Mileſius Αἰθιοπίδα ſiue de rebus Memnonis Aethiopis, qui auxilium tulit Troianis: et Ilii p) πέρσιν ſiue excidium, vt refert Euſebius in Chronico ad A. MCCL. vbi vide Ioſ. Sca-

n) conf. quae de hoc poeta tradit *Heyne* ad *Virgil.* Aen. I. Excurs. XIX. et II. Exc. I. p. 230, vbi contendit, ea, quae ex *Arctino* Dionyſ. Halic. de Palladio narrat, poſſe vix aliunde, quam ex carmine Aethiopidis petita eſſe. At *Proclus* quoque Ἰλίου πέρσιδος fecit mentionem. Nam in Bibliotheca publica D. Marci Veneta eſt cod. MSt. Homeri Iliadis a Villoiſono in Vol. II. Anecdotorum graecorum celebratus, cui particulae quaedam ex *Procli* Chreſtomathia praemittuntur. Hae, vt vir quidam doctus, qui illum codicem diu habuit in manibus, me fecit per litteras certiorem, continent notitiam de Cyclo poetarum, qui Poſt Homerica ſcripſerunt. Omnes illae, praeter Homeri vitam, a *Leone Allatio* iam tributam Proclo, et in lib. de patria Homeri editam, (quamquam in hac etiam quaedam deſunt, quae in codice Veneto reperiuntur, at a manu aliena addita videntur,) ſunt, vt opinatur amicus, adhuc ineditae, et de ſequentibus agunt carminibus, de Telegonia *Eugamonis*, poetae, cuius nomen in *Fabricii* Bibl. graeca deſideratur; de Aethiopide *Arctini*, (qui hic *Mitylenaeus* fuiſſe dicitur, non, Mileſius, vt Euſebius et Suidas produnt;) de νόστοις *Augiae*, probabiliter poetae comici mediae comoediae; de Iliade parua *Leſchis*; de carmine ARCTINI, Ἰλίου πέρσις: cuius commemoratio facit, vt credat vir ille doctus, a Proclo quoque adſignatum fuiſſe *Arctino* id carmen, et Hieronymi, (quem quidem interpolatum eſſe, nec tale poema exſtitiſſe vmquam, ſuſpicatur *Heyne* l. c.) auctoritatem Procli teſtimonio firmari. *Iaeg.* adde *Chriſt. Gottlieb Schwarz* diſp. de poetis Cyclicis, praecipue notam, (ex Dodwello, de Cyclis, pag. 128 et 129 hauſtam,) pag. 40. *C. G. S. diſſertationum ſelectarum*, a me collectarum et editarum, Erlangae, 1778. 4. *Harl.*

o) In *Eduardi Corſini* Faſtor. Atticor. Tomo III. (Flor. 1751. 4.) Olympiade I. p. 3. de tempore, quo floruerit *Arctinus* Mileſius, inter alia haec habentur: „At *Fabricius* (B. Gr. T. I. p. 9.) optime obſeruauit, illud vnum ex *Dionyſii* verbis inferri, „quod *Arctinus* ille omnium primus *Palladii* mentionem iniecerit, longeque veriſimilius exiſtimat, „*Arctinum* inter *Homeri* diſcipulos habendum eſſe. „*Ego vero Suidae, ſiue potius Artemonis Clazomenii, quem Suidas exſcripſit, verba ſic explicari poſſe putauerim, vt Arctinus Homeri* imitator, *non* auditor, *fuerit, adeoque illo longe inferior ad Olympiadas iam numeratas referri debeat. At certe quidem Homerus ea aetate, qua Olympiades numerari coeperunt, iam e viuis exceſſerat; et quamuis etiam Olympiadum initio vixiſſe cum aliis exiſtimetur, Arctinus tamen illi ſuppar eſſe non potuit; vbi praeſertim cum Leſche Lesbio certaſſe concedatur, quod a Clemente aſſeritur, adeoque ad Olymp. XXX. referri debeat, vt accuratius ibi exponetur.* (NB. quo loco i. e. p. 50. promiſſi oblitus ne verbulum quidem de Arctino, perpauca de Leſche, plura de Alcmane refert Auctor) „*Cyrillus tamen* (contra Iulianum L. I.) *Euſebium, opinor, ſecutus, ait: Prima Olympiade fuiſſe dicitur Arctinus Mileſius, Romulusque et Remus naſcuntur.* *Krohn.*

p) Ilii πέρσιν ſcripſit etiam *Steſichorus*, *Leſches* et

Scaligeri notas pag. 72. Αἰθιοπὶς κατὰ Ἀρκτῖνον τὸν Μιλήσιον memoratur etiam in veteri tabula Iliaca a Raph. Fabretto illuſtrata. Neſcio, an idem ſit *Arctinus*, quem Corinthium vocat Athenaeus lib. I. pag. 22. et cui Titanomachiam a quibusdam tributam docet lib. VII. pag. 277. quam alii tribuerunt Eumelo Corinthio q). Recentior certe ſit oportet *Arctinus* Poeta, cuius verſus nonnullos Graecos de Iambo adducit Diomedes lib. III. pag. 473 edit. Putſchii. Meminit *Arctini* veteris etiam Cyrillus I. contra Iulian. pag. 12.

Antipater. V. ANTIPATRVM praeterea *Acanthium* iis, qui ante Homerum bellum Troianum literis mandauerunt, accenſet Ryckquius pag. 431. Photium auctorem allegans. Sed nihil tale apud Photium legas. En tibi eius verba cod. CXC. Ἀντίπατρος δέ φησιν ὁ Ἀκάνθιος Δάρητα πρὸ Ὁμήρου γράψαντα τὴν Ἰλιάδα, μνήμονα γενέσθαι Ἕκτορος. Nihil aliud dicit, quam Antipatrum de Darete, qui ante Homerum ſcripſit, aliqua memoriae prodidiſſe, non ipſum Homero antiquiorem fuiſſe. Confer Euſtathium ad Odyſſeae λ. pag. 453.

Ariſteas. VI. Inter ſcriptores ante Homerum a Tatiano refertur etiam ARISTEAS r) ſiue *Ariſteus*, PROCONNESIVS, ſcriptor carminum Arimaspeorum. Hoc fuit poema Epicum, tribus libris conſtans de bello Arimaſporum, gentis Scythicae ſiue Hyperboreae cum gryphibus, auri cuſtodibus. Senos Verſus ex illo opere producit Dionyſius Longinus lib. περὶ ὕψους S. VII. pag. 82 edit. Iac. Tollii, [vbi v. Langbaen.] Alios ſex, Tzetzes Chil. VII. v. 688 ſequ. quem vide ſis etiam Chiliad. II. Hiſtor. 50. Meminerunt eiusdem poematis, [?] Herodotus lib. IV. c. 13. s) et 14 et 16. Strabo et alii veteres, quorum loca notauit Meurſius in Bibliotheca Graeca pag. 1246. et Voſſius de Hiſtoricis Graecis lib. IV. cap. 2. qui etiam ex Dionyſii Halicarnaſſenſis iudicio de Thucydide, obſeruat, opus illud fuiſſe ſuppoſitium. Arimaſpae μονῶπες t) ſiue vnoculi ab Aeſchylo dicti, ab Orpheo in Argonaut. v. 1061 ἀεσῶπες (ſiue ἀργῶπες, vt Holſtenius ad Stephanum pag. 46) quod ſagittis iaculandis valerent, et inter dirigendum arcus alterutrum oculorum clauderent, vt Euſtathius tradit ad Dionyſium Periegetem v. 31.

et *Acatus* Argiuus, teſte Athenaeo. lib. 13. [p. 610. C. Caſaub.] niſi legendum *Sacadas*, vt Meurſio in mentem venit. *Fabr. Corſinus* l. c. p. 3. *Nihil ego tamen in Athenaei textu* (L. XIII. ἐκ τῆς Ἀκάτου Ἀργείου Ἰλιουπέρσιδος) *mutauerim; ſed ſolum ita voces diſtin-* „*xerim* ἐκ τῆς Ἀκᾶ τοῦ Ἀργείου. *Etenim Acas qui-* „*dem Poeta Tragicus a Suida memoratur, qui* „*facile* ARGIVVS *fuerit. At certe quidem Saca-* „*das ille, qui ſaepius Auloedia Pythiis vicit, non* „*Poeta, ſed Cantor potius, fuiſſe dicitur, adeo-* „*que Ilioperſida edidiſſe non videtur. Krohn.*

q) *Eumelum* Titanomachiae auctorem habuiſſe quoque videtur *Eudocia:* nam in Ἰωνιᾷ ſ. *Violario* ab ill. *Villoiſono* in Anecdot. graecis, part. I. publicato, pag. 91 de illa Titanum pugna, Βριάρεως, ait, κατὰ μὲν Ἡσίοδον, Οὐρανοῦ καὶ Γῆς παῖς ἐστι· . . . κατὰ δὲ Εὔμηλον, Γῆς καὶ πόντου. *Harl.*

r) Vtrumque enim dicitur. Vide Perizonium ad Aeliani Var. Hiſt. lib. 3. c. 30. *Fabric.* Ariſteae etiam meminit cum iudicio *Gellius* N. A. lib. IX. 4. et copioſe *Huetius* demonſtr. euangel. Prop. IX. c. 142. §. 6. conf. *Origenes* lib. III. contra Celſum pag. 126. *Heumann.*

s) Ad quem locum *Valkenaer* pag. 256 ed. Weſſeling. „inſulſi, ait, quod condidiſſe credebatur ille praeſtigiator, poematis enarrat etiam argumentum *Pauſanias* I. p. 58. qui meminit eiusdem V. pag. 392. Hoc veluti fonte Scythica Herodotum non pauca deriuaſſe, ſuſpicari licet ex iſtis, quae dedit ex hoc fabulatore *Gellius* N. A. IX. c. 5. [potius c. 4]" *Harl.*

t) Herodotus IV. 27. ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι, σοῦ δὲ τὸν ὀφθαλμόν.

31. Suidas praeterea auctor eſt, Ariſteam [v] hunc proſa ſcripſiſſe Theogoniam, ϛίχοις circiter mille. Ceterum licet pro Tatiano, Ariſteam Homero antiquiorem ſtatuente, faciant, qui eundem Homeri magiſtrum fuiſſe exiſtimarunt, teſte Strabone lib. XIV. pag. 639 et Euſtathio ad Iliad. β. pag. 250.: communis tamen ſententia eſt, Ariſteam vixiſſe Croeſi Cyrique temporibus, vt idem Voſſius oſtendit, adeoque centum minimum poſt Homerum annis. Ne dicam, quod Olympiade quinquageſima [x] natum eſſe Suidas retulit.

Abaris. VII. Homero iunior quoque eſt ABARIS, [y] Seuthi F. Sacerdos Apollinis, non ante Olympiadem tertiam celebris et Herodoto IV. 36. [p. 297. vbi v. Weſſeling. et Valken.] Straboni aliisque memoratus, quem Porphyrius et Iamblichus teſtantur dictum fuiſſe αἰθροβάτην. Suidas [z] ait, ſcripſiſſe χρησμοὺς ſiue oracula, Scythica vulgo dicta, quae laudat etiam Schol. Comici ad Equites [v. 725] et Apollonius hiſt. mirab. c. 4. Tum καθαρμοὺς et Nuptias Hebri fluuii, et Apollinis aduentum ad Hyperboreos, denique proſa Theogoniam. Abaridis Hyperborei ἐπῳδαὶ memorantur Platoni in Charmide. [p. 465. D. ed. Frf.] *Abaris Heraclidis* Plutarcho, de Poetis audiendis [c. 1. ad q. l. vid. Krebs. p. 99. ſ.] memoratus fuit liber fabulis refertus ad voluptatem lectorum. Pythagorae λόγον πρὸς Ἄβαριν excitat Proclus in Timaeum lib. III. pag. 141. Nec ſane deſunt, qui Pythagoraeis Abarin accenſeant, et coram Phalaride rebus praeclaris edoctum, femurque aureum a Pythagora illi oſtenſum referant, vt Porphyrius in Philoſophi vita pag. 18. 19. Iamblichus c. 19. 22. 28. et 32. quo in loco mihi ſummam ac praecipua capita libri Pythagorici ad Abarin referre videtur, licet apud Iamblichum non inueniam, quod Pythagoram in libro ad Abarin demonſtraſſe teſtatur Proclus, τὸν ὀφθαλμὸν ἀνάλογον εἶναι τῷ πυρί. Etiam inter Epiſtolas, quae Phalaridis nomine feruntur, quinquageſima ſexta eſt ad Abarin, quam ſequitur quinquageſima ſeptima [aa] Abaridis nomine ſcripta ad Tyrannum. Sed Pythagora ipſo atque adeo Phalaride ſecundum nonnullos (quorum Harpocratio in Ἄβαρις meminit) longe antiquior fuit Abaris; [bb] et librum ſub Pythagorae nomine ad Abarin, vt plura alia, a Py-

v) Idem, quod Suidas, at breuius, prodidit *Eudocia* l. m. pag. 68., addit tamen, Theogoniam ab eo ſcriptam eſſe πάνυ καλῶς. *Harl.* Praeter ſcriptores, a Fabricio laudatos, conſuli poteſt *Baylius*, Art. Ariſtée le Proconneſien. *Iaeg.* et *Laur. Craſſus* in Iſtoria de poeti graeci. — Neapol. 1678. fol. p. 66. De fabuloſa eius peregrinatione praeter Herodot. v. quoque *Maxim. Tyrius* diſſ. 38 p. 447 et diſſ. 16 p. 177 ed. 2. Dauis. *Harl.*

x) Apud Suidam pro Ὀλυμπιάδι ν, omnino reponendum eſſe νε, h. e. Olympiade quinquageſima quinta, *Edward Simſon* in Chron. cathol. col. 625. vbi diſputat de illo homine, adfirmat. adde *Dodwel.* de vett. Cyclis etc. diſſ. III. p. 130. *Harl.*

y) Alius Seuthus ſiue Scythus, pater Arceſilae, Laert. IV. 28.

z) Adde *Eudociam* l. m. p. 20. quae etiam memorat, Lycurgum, oratorem, in quadam oratione meminiſſe illius in Graeciam aduentus et peritiae vaticinandi ab Apolline acceptae. *Harl.*

aa) ſ. ep. 77. et 78. ed. Lennepii, quem conferes ad vtramque epiſtolam. *Harl.*

bb) *Suidas* in Ἄβαρις ſcribit, Abarin legatum, qui oraculum conſuleret, eo veniſſe dici κατὰ τὴν τρίτην ὀλυμπιάδα. Kuſter. tamen inuenit in vno cod. Pariſ. ſcriptum κατὰ τὴν νγ' ὀλυμπιάδα, i. e. *Olympiade LIII.* quod magis conſentit cum Pindaro apud Harpocrationem, Abarin veniſſe in Graeciam tempore Croeſi, qui a Cyro victus Olymp. LIX. conf. *Bentleii* reſponſ. ad Boyl. de aetate Pythagorae, ex interpret. *Lennepii* latina poſt Phalarid. epiſtolas tom. II. p. 24. Olymp. III. h. e. ante Chriſt. 766 claruiſſe Abarin, *Edward. Simſon* in Chron. col. 475 ſq. ex Euſebiano Chronico et Harpocratione, manifeſtum eſſe putat, et illi circiter tempori adſerit quoque *Arctinum*, Mileſium, poetam, *Leſchen* atque *Eumelum.* Pythagora fuiſſe antiquiorem Abarin, ſtatuit quoque *Huetius* Quaeſt. Alnet. lib. II. cap. 12. §. 2. pag. 177. *Harl.*

thagoricorum vel Platonicorum aliquo confictum eſſe haud dubito. Tum res Ariſteae pariter et Abaridis multis fabulis conſperſas fuiſſe praeter alios nec ipſe diſſitetur Iamblichus, qui c. 28. μυθολογέμενα appellat. ee)

Aſbolus. VIII. ASBOLVS Centaurus, ſcriptoribus, qui ante Homerum floruere, accenſetur ab eodem Tatiano, cuius locum repetit Euſebius [*] lib. X. praeparat. pag. 495. Idem Euſebius lib. IX. c. 17 ex Eupolemo, Alexandri Polyhiſtoris fide refert, Aſbolum Graecis dici, qui Phoenicibus Chanus, Chanaanis filius, Meſraimi frater, Aethiopumque ſimul, et Aegyptiorum parens. Aſbolii cadaueri hoc Epigramma impoſuiſſe dicitur Hercules, qui eum ob impietatem et truculentiam crucifixit:

ἈΣΒΟΛΟΣ ἄτε Θεῶν τρομέων ὄπιν, ἄτ' ἀνθρώπων
Ὀξυκόμοιο κρεμαστὸς ἀπ' εὐλιπέος κατὰ πεύκης
Ἔγκαμαι μέγα δεῖπνον ἀμετροβίοις κοράκεσσιν.

Auctor Philoſtratus in Heroicis in imagine Neoptolemi, vbi ex his Herculis verſibus dignitatem antiquitatemque poeſeos conatur adſtruere. Eoſdem refert Tzetzes Chil. V. hiſt. 22., quo in loco Herculem ſapientiſſimum fuiſſe obſeruat, Aſtrologum, Poetam, Philoſophum, Medicum et Magum denique. Sed Aſbolum Poetis audacter accenſet Gyraldus, vir doctiſſimus, eumque ſecutus Ioſephus Barberius libro de miſeria Poetarum Graecorum, etſi, verſus ipſum ante Homerum feciſſe, neque Tatianus neque Euſebius vſquam prodiderunt. Herculis Epigramma neſcio, an vno verſu auctius, legerit Ianus Parrhaſius, qui ita latine reddit ad Horatii artem Poeticam, ſtatim ſub initium:

Contemtor Diuum atque hominum, crudelis et idem,
Per terras ſcelere infamis, pro turpibus auſis
Aſbolus, ex alta ſuſpenſus brachia pinu
Semifero nigros depaſcit pectore coruos.

Aſclepius. IX. De ASCLEPIO diſcipulo Hermetis infra diſſerui capite octauo, vbi egi de ſcriptis, quae vulgo referuntur ad Hermetem Triſmegiſtum. Medicinae ac Chirurgiae inuentorem celebrat Diodorus Sic. lib. V. c. 74. pag. 235. [ſ. tom. I. p. 390 ed. Weſſeling. adde *Euſebium* in Villoiſ. Anecd. gr. I. p. 43. *Xenoph.* de Venat. cap. 1. §. 6. ibique ed. Zeune, pag. 214. I. H. *Schulzii* hiſtoriam Medicinae p. 80 ſqq. *H.*] Ad tempora Deborae refertur in Chronico Paſchali pag. 79. Fuit et *Aſclepius* iunior Grammaticus et Sophiſta, cuius meminit Vlpianus ad Demoſthenis Philippicam I. Scholiaſtes Thucydidis lib. I. pag. 13. Marcellinus in Thucydidis vita, et Etymologicum magnum in ἄχιν, niſi ibi ex Sylburgii correctura legendum ſit *Aſclepiades*. Alius *Aſclepius Trallianus*, qui Nicomachi Arithmeticam illuſtrauit commentario, etiamnum ſuperſtite in variis Bibliothecis. Varios *Aſclepiades* eorumque ſcripta refert Meurſius in Bibliotheca Graeca pag. 1267. 1195 et in notis ad Chalcidium pag. 24 ſeq.

Automedes. X. AVTOMEDES MYCENAEVS, qui circa tempora Troiana vixit, ab Euſtathio in Odyſſ. γ'. pag. 126. dicitur Praeceptor fuiſſe Demodoci, de quo mox dictum ſupra, et carmine Heroico ſcripſiſſe τὴν Ἀμφιτρύωνος μάχην πρὸς Τηλεβόας et τὸν

ἔριν

ee) v. *Baylius* art. *Abaris*, et *Brucker.* Hiſt. philoſ. lib. II. cap. XI. *Iaeger.*

ὄρη Κιθαιρῶνες καὶ Ἑλικῶνες, quae deinde [?] nomina montibus Boeotiae notiſſimis indita ſunt. Meminit eius quoque Tzetzes prolegomenis ad Lycophronem ex Demetrio Phalereo: ipſe enim illum legiſſe ſe negat, non magis, quam Demodocum et Chaerin Cercyraeos, vel Phemium Ithacenſem. Automedis Praeceptor fuiſſe fertur Perimedes Argiuus, idemque Demodoci, et Licymnii Bupraſii, et Pharidae Probolique Lacedaemoniorum.

CAPVT III

I. *Chiron vnde dictus, item Centaurus ac ſemiuir ſiue ſemiferus.* II. *Sidonii locus de Chironia arte.* III. *Chironis ſcripta.* IV. ὑποθῆκαι Χείρωνος *Heſiodo ab aliis tributae.* V. *Marcelli Sidetae* σχόλια Χείρωνος περὶ ἰχθύων.

De CADMO Phoenicio dixi infra cap. XXIII. 2.

Chiron. I. CHIRON Pelethronius, Phillyrae a) vt ferunt et Saturni filius, vnde *Phillyrides* dicitur Virgilio [Georg III. v. 550.] Aeſculapii, Iaſonis, Achillis b) aliorumque illa aetate heroum praeceptor, Medicus, Muſicus ac Philoſophus illuſtris fuiſſe perhibetur, μουσικῆς τε ἅμα ὢν καὶ δικαιοσύνης καὶ ἰατρικῆς διδάσκαλος, Plutarch. de Muſica pag. 1145. 1146 et quod equis venari docuiſſet, centaurus appellatus, vt notat Tzetzes Chiliad. VI. hiſt. 94. [adde *Palaephat.* fab. 1.] Aliam rationem reddit Damaſcius apud Suidam in Σαραπίων et Iohannes Sariſberienſis lib. I. policratici pag. 12 vbi pro *ſemiuiri* Chironis, legendum, vt paulo poſt, *ſemiferi*, etſi *ſemiuir* audit etiam Ouidio lib. V. Faſtor. v. 380. Otto Heurnius in antiquitatibus Philoſ. Barbaricae pag. 107 affirmat, eum vti *Chironem* dictum a manuum dexteritate in tractandis vulneribus, ſic *ſemiferum* habitum, quod inuenta ipſius non humano generi tantum, ſed brutorum quoque animantium ſaluti conducant. [Aeque lepida eſt *Eudociae*, p. 432.

a) In Chronico Paſchali pag. 36. et 37. male Φηλύρα. *Fabric.* *Ixionis* filium fuiſſe Chirona atque auctorem Γιγαντομαχίας finxiſſe, Saturnum in equum conuerſum, rem habuiſſe cum Philyra, Oceani filia et procreaſſe Centaurum Chirona, narrat *Eudocia* p. 431. confer quoque *Hygini* fab. 138 ibique Munker et Staueeren. Tum *Philyra* cum ſimplici *l* ſcribitur a *Pindaro* in Nem. Od. 3. ſtr. 3. verſ. 76. vbi educatio Achillis deſcribitur, *Apollon. Rhod.* Argon. II. 1235 ſqq. cum ſchol. vbi Chironis hiſtoria enarratur, *Apollodor.* I. cap. 2. ſect. 4. *Hygino* aliisque. In Marmoribus Taurinenſibus (Auguſtae Taurinorum 1743. 4.) part. II. pag. 10. eſt Achilles puellulus equino Nutricii, Chironis, dorſo inſidens, cum muliere, n. Thetide, quae adſtat et filiolum tradit commendatque Chironi: in adiecto commentario Achillis et Chironis hiſtoria explicatur. *Laur. Beger* in libro: Bellum et excidium Troianum ex antiquitatum reliquiis delineatum et illuſtratum, Berolini 1699. 4. ex Fabretti tab. Iliaca exhibet tab. 4—6. Achillem Chironi traditum, ab eodemque venationem et muſicam edoctum, et pag. 2 ſqq. illuſtrat. *Harl.*

b) *Theſei* quoque, vt tradit Xenophon libro de Venatione, [cap. 1. p. 212 ſqq. ed. cel. Zeunii, in Xenophontis Opuſculis politicis, etc. Lipſiae 1778 vbi plures Chironis diſcipuli memorantur. *Theſeum* quoque adnumerat ſociis aut diſcipulis Chironis *Eudocia* in Villoiſoni Anecdot. graecis I. pag. 84 vbi de Achille copioſa eſt, itemque et pag. 431. Chironis fictam veramque hiſtoriam, artes diſciplinam fataque explicat. *Harl.*] *De Achille* vide Fabrettum ad tabulam vet. Iliadis p. 357. et Caroli Drelincurtii Achillem p. 10. Reſpicit et Ouid. 5 faſtor. 385. Tertullianus c. 5 de Pallio, et Plutarchus V. 4 et IV. 1. Sympoſ. De *Aeſculapio* Pindarum Pythionic. Od. 3. [Apollod. Biblioth. I. cap. 10 ſ. 3.] Fertur et Chiron filiam habuiſſe *Hipponem*, quae naturali diſciplina Aeolum imbuerit, vt legitur apud Clementem Alex. L. Strom. p. 306.

p. 432 explicatio: partem equi, adeoque rationis expertem, ſignificare τὸ πρακτικὸν, partem humanam τὸ λογικόν. *H.*]

Chironis inuenta. II. Artis lyricae ac Medicinae inuentorem fuiſſe, et Aeſculapium medicina, Achillem cithara, in Aſtrologia c) Herculem literis inſtruxiſſe, notant Scholiaſtes Homeri Iliad. Λ. 219. Arati v. 436 et Scholiaſtes Germanici [?] pag. 135. 136. Herbarum vires ac medicamenta ſiue artem Chirurgicam ex herbis reperiſſe referunt etiam Hyginus fab. 138 et 274. Plinius lib. VII. c. 56 et Suidas, [item Eudocia, pag. 437.] Plutarchus III. 1. Sympoſ. pag. 647. Τύριοι μὲν Ἀγηνορίδῃ, Μάγνητες δὲ Χείρωνι τοῖς πρώτοις ἰατρεῦσαι λεγομένοις ἀπαρχὰς κομίζουσι. Hinc vulgari prouerbio Χειρώνιον ἕλκος pro inſanabili. Et vetus Epigramma:

Quod Chironia nec manus leuarit
Nec Phoebus, ſobolesue clara Phoebi.

Apud *Sidonium* tamen libro Epiſt. 12. Chironia ars Medicae ſiue Machaoniae opponitur, vbi ait Iuſtum Medicum *Chironia magis inſtitutum arte quam Machaonia.* Siue quod per Chironiam artem perſtringit heredipetarum quorundam Medicorum manus auidas, vt ſuſpicatur Sauaro, ſiue potius (vt Rigaltius ad Onoſandrum pag. 12.) ludit ambiguitate vocis χείρων, quod peiorem Graecis ſignificat, ac ſi mala potius arte, quam medica et ſalutari inſtitutum Iuſtum innuat. Perinde vt Diogenes, duos cum centauros peſſime pictos videret, vter, inquit, horum eſt χείρων ſiue deterior? Confer Menagium ad Laertii lib. VI. ſect. 50. pag. 244. [adde *Schulzii* Hiſtor. Medicinae p. 92 ſqq.]

Chironis ſcripta. III. Porro Suidas teſtatur, Chironem ſcripſiſſe ὑποθήκας δι' ἐπῶν, πρὸς Ἀχιλλέα, et ἱππιατρικὸν, d) vnde Centauri quoque nomen conſecutus fuerit, etſi Daniel Clericus, qui de Chirone nonnulla collegit parte 1. Hiſtoriae Medicinae lib. I. cap. 10. ita dictum mauult, quod fuerit Theſſalus, quam gentem primam equos domuiſſe conſtat. Clemens Alex. I. Strom. p. 306. ex auctore Titanomachiae refert ὡς πρῶτος Χείρων οὗτος

Εἴς τε δικαιοσύνην θνητῶν γένος ἤγαγε, δείξας
Ὅρκον, καὶ θυσίας ἱλαρὰς καὶ σχήματ' Ὀλύμπου.

Praeterea, quae de Chirone obſeruauit Ioh. Brodaeus ad Anthologiam Epigrammatum Graecorum pag. 86 et Petrus Lambecius lib. II. de Bibl. Vindob. pag. 525 ſq. vbi recenſet antiquiſſimum Dioſcoridis codicem manu exaratum Bibliothecae Vindobonenſis, in quo praeter alias imagines occurrit pictura quadrata, cui aureus eſt fundus, repraeſentans hos ſeptem Medicos priſcos, Machaonem, Chironem, Nigrum, Heraclidem, Mantiam, Xenocratem et Pamphilum. Chironem in *mulomedicinae* libris laudat praeter Hieroclem in Veterinariorum Graecorum collectione etiam Vegetius, et in libro *de herbis* Apuleius, idemque opus Chironis nec Arabibus ignotum eſſe obſeruat Kircherus T. III. Oedipi Aegyptiaci p. 68. [v. *Meurſii* Biblioth. gr. libr. X. h. v. in Theſaur. Gronou.]

IV. Quod

c) Quatenus aſtrorum cognitio illi tribui poſſit, diſquirit *Goguetus* de Orig. Legg. et Art. Part. II. p. 243 ſqq. verſ. germ. De inuentis illius in arte ſalutari vide *Cellarii* diſſ. de antiquitatt. med. cap. II. §. XI. (pag. 243 ed. Walch.) *Iaeg.* adde *Bailly* Geſchichte der Sternkunde des Alterthums, ex verſione Wuinſchii theotiſca, part. I. pag. 224. part. II. p. 242. et 385. *Harl.*

d) Ex Suida etiam *Eudocia* p. 437 vbi vero exaratum legitur ἱππιατρικῶν. *Harl.*

Eius ὑποθῆκαι. IV. Quod ad ὑποθήκας attinet, eas Heſiodo alii tribuerunt, inter cuius ſcripta Scholiaſtes Pindari *) Pythionic. Od. VI. initium carminis [¶] referens et Pauſanias quoque in Boeoticis pag. 772. auctor eſt, a quibusdam referri παραίνεσιν Χείρωνος ἐπὶ διδασκαλίᾳ τοῦ Ἀχιλλέως. Et Ariſtophanes Comicus in Δαιταλεῦσι apud Phrynichum [p. 32. ed. Paw.] et Thomam Magiſtrum, in ἀκεστής, [p. 25. etc. ed. Bernard. vbi vide interpr.] ridet Heſiodi ὑποθήκας. At Heſiodo abiudicarunt Boeotii ipſi et Ariſtophanes Grammaticus apud Quintilianum libro et capite primo Inſtitutionum Oratoriarum, [§. 15. ſiue pag. 18 ſq. ed. Burmanni, vbi vide interpretes, et Regius iam notat, Ariſtotelem libr. VII. Politic. cap. 17. huius praecepti *Heſiodei* meminiſſe. *H.*] Neque vnquam probari poterit, germanum fuiſſe foetum Chironis: quanquam multorum auctorum teſtimonio traditum eſt, quod Chiron Achillem inſtituerit *Venatu, fidibus, palaeſtra et herbis* vt ait Sidonius carmine IX. v. 131.

Marcellus Sidetes. V. Longe minus ad Chironem noſtrum referri fas erit *Marcelli Sidetae* verſus de piſcibus, qui in codice Mediceo, cuius apographum vidi in Bibliotheca Marquardi Gudii, inſcribuntur Μαρκέλλου Σιδέτου σχόλια Χείρωνος περὶ ἰχθύων. Quod poema (ſiue poematis fragmentum potius) ſeparatim editum eſt olim Pariſiis a Morello Graece [¶] forma octaua ſic octopertita ſub titulo *Marcelli Sidetae* ἰατρικῶν περὶ ἰχθύων. Huius Marcelli ex Side Pamphyliae vrbe oriundi meminit Hieronymus libro 2. contra Iouinianum, [tom. II. p. 166 ed. Oper. Plantinian.] et Suidas [atque ex illo *Eudocia* pag. 299] teſtatur, Medicum fuiſſe temporibus Marci Antonini Imp. ſcripſiſſeque verſibus Heroicis Βιβλία Ἰατρικὰ μβ ſiue *Poema Medicum libris XLII.* Idem, ni fallor, eſt Marcellus Medicus laudatus Stephano Byz. in ἀντίκυραι f) [¶]. Quod denique Suidas teſtatur in Marcelli opere nonnulla etiam

e) ὑποθήκας Chironis reſpicit praeter Pindarum etiam Horatius Epod. XIII. notante Petro la Seine libro de Nepenthe Homeri parte IV. pag. 1404 in theſauro Gronouiano Tom. XI. Porro apud Iuuenalem III. 205 in verbis — *et recubans ſub eodem marmore Chiron*, intelligitur abacum marmoreum ſuſtinens fulcrum itidem e marmore formatum in ſpeciem Centauri ſiue Chironis, non vt Britannicus ſuſpicabatur, opus neſcio quod, compoſitum de Chirone, *vt planius*, inquit, *paupertas Codri oſtendatur, qui ne haberet quidem commoda librorum ſuorum repoſitoria. Fabric.* v. Interpr. ad Petron. c. 36. *Iaeg.* Ὑποθῆκαι denotant *praecepta*, quomodo aurea Pythagorae carmina *Hierocles* in Comment. princ. ad ea vocat, atque *Simplicius* in Epicteti Ἐγχειρίδ. princ. a *Galeno* autem de Anim. perturb. c. VI. παραινέσεις dicuntur, in quem modum quoque *Heſychius* v. Ὑποθήκη et *Suidas*, v. Ὑποθῆκαι interpretantur. Solonis Ὑποθηκῶν meminit Suidas v. Σόλων. κατὰ τὴν τοῦ μάντεως ὑποθήκην *ſecundum vatis conſilium* ſiue *praeceptum*, Diodor. Sic. IV. cap. 66. *Harl.*

f) Eudocia fere deſcripſit Suidam, niſi vt expreſſis verbis exaratus ſit numerus librorum, — βίβλια ἰατρικὰ δύο πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα. Quod vero in exemplo editum Σιδίτης loco Σιδήτης ab vrbe Σίδη in Pamphylia (vide Stephan. Byzant. h. vrbe,) et additum eſt, ἐν οἷς καὶ περὶ Λυκάνου, Eudocia corruptum Suidae codicem manibus verſaſſe eſt credibile. Nam apud Suidam editiones veteres easdem maculas habuerant adſperſas. Kuſter. vero, correctioni Lambecii in Comment. de bibl. Caeſ. Vindobon. part. II. lib. VI. col. 338 ſq. (ed. Kollarii) ex Aetio Amideno bene docteque factae, recte obſequutus reſcripſit λυκανθρώπου.

Poematis autem ſ. fragmenti codd. MSS. exſtant, *vnus* in biblioth. Medicea. (vide *Bandini* Catalog. codd. gr. bibl. Laurentianae, tom. II. col. 246 ſq. et *Montfaucon.* Bibliothecam biblioth. MSStorum pag. 345) tum *duo* in biblioth. regia Pariſ. apud Labbeum in Noua bibliothec. MSS. librorum, pag. 134. Pariſ. 1653. n. 1691. et 1708 in Catalogo autem codd. MSS. Pariſ. vol. II. pag. 496 nr. 2408 circa a. C. 1270 exaratus, et pag. 531 n. 2633

et in lecta olim fuiſſe *περὶ λυκανθρώπου*, hoc confirmat Aetius Amidenus [lib. VI. cap. 11.] qui Marcellum auctorem laudans de *lycanthropia* agit libro ſecundo ſecundae tetrabibli capite vndecimo. [*Lambec.* Comment. de Bibl. Vindob. vol. VI. col. 339 ſqq. hoc fragmentum ex Aetio quoque inſeruit, et illuſtrauit. Eundem locum transſcripſerat olim ad verbum fere *Paullus Aegineta* lib. III. cap. 16 et typis repetendum curauit *Schneiderus* V. C. ad Plutarch. de puerorum educat. pag. 109. *Harl.*] [℣]

CAPVT IV

I. *De Corinno.* II. *Creophylus Homeri magiſter, an hoſpes.* III *Ab Homero accepit* Οἰχαλίας ἅλωσιν, *vel, vt alii, ab illo Homerus. Vtrum idem poema* Ἡρακλεία. IV. *Callimachi Epigramma.* V. *Daphne Tireſiae filia.* VI. *Plures hoc nomine. Daphnis bucolici carminis inuentor.* VII. *Daphnes de Homero Vaticinium.* VIII *Dardanus Magus. Dardaniae artes et ſcripta.* IX. *Dardanarii qui.* X. *Plures Dardani.*

[Cum auctario et animaduerſionibus I. W. Iaegeri et G. C. Harles.]

Corinnus. I. CORINNVS Ilienſis, Palamedis diſcipulus, Iliada ante Homerum primus concinnaſſe traditur a Suida, [atque ex eo *Eudocia* pag. 271.] et Homero totum poematis ſui argumentum praebuiſſe. ΚΟΡΙΝΝΟΣ Ἰλιεὺς ἐποποιὸς τῶν πρὸ Ὁμήρου, ὥς τισιν ἔδοξε, καὶ πρῶτος γράψας τὴν Ἰλιάδα ἔτι τῶν Τρωικῶν συνισταμένων. Ἦν δὲ Παλαμήδους μαθητὴς καὶ ἔγραψε τοῖς ὑπὸ Παλαμήδους εὑρεθεῖσι δωρικοῖς γράμμασιν. Ἔγραψε καὶ τὸν Δαρδάνου πρὸς Παφλαγόνας πόλεμον, ὡς ἐκ τούτου λαβεῖν καὶ τῆς ποιήσεως πᾶσαν ὑπόθεσιν

2633 cod. ſaec. decimo quarto ſcriptus. In Montfauconii Bibl. bibliothecarum etc. pag. 770 D. vnus regius tantum memoratur. In bibliotheca Strozzae *Marcelli librum de Piſcibus, verſibus heroicis* 196. extitiſſe, refert *Io. Iac. Friſius* in Biblioth. Geſneriana. et Marc. Sidetae de piſcibus liber vnus carmine ex catalogo libr. MSS. *Scipionis Tetii* nominatur a *Labbeo* l. m. p. 385. — De *Sideta* plura tradit *Fabricius* in B. Gr. vol. XIII. pag. 315 ſq. et pag. 317 recudendam curauit verſionem *Fred. Morelli* latinam, eamque metricam huius fragmenti. Pro inedito tamen habuiſſe videtur *Daniel Clericus*, part. III. hiſtoriae medicinae pag. 203 et Morelli editio ignota videtur fuiſſe Bartholino de medicis poetis, Lindenio et Merklino de ſcriptis medicis, Bocharto in Hierozoico, Harduino ad Plinium, quoniam illi, notante Fabricio, eius mentionem fecerunt nullam. Editum vero eſt fragmentum a Frid. Morello:

Ἐκ τῶν Μαρκέλλου Σιδήτου Ἰατρικῶν, τὸ περὶ ἰχθύων. Marcelli Sidetae *medici, de remediis ex piſcibus fragmentum poematis de re medica e Bibliotheca Reg. Medicea erutum. Interprete Fed. Morello, Pariſ. prof. reg. Lutetiae apud Fed. Morellum, typographum regium via Iac. ad Inſigne Fontis M.D.XCI. 8.* Primum locum occupat verſio latina, (VIII. pagg.) cum ſingulari titulo: Μαρκέλλου Σιδήτου Ἰατρικὰ περὶ ἰχθύων.

In Catalogo bibliothecae Lugduno Batauae pag. 46. (ed. 1716. fol.) memoratur in ſpiſſo plurium opuſculorum volumine:

Michaelis Plochiri Dramation. Pauli Silentiarii thermae in Pythiis. *Marcelli Sidetae medicamentorum ex piſcibus fragmentum, graece.* Clementis Alexandrini hymni in Chriſtum, gr. et lat. per *Fed. Morellum* Lutetiae 1598. 8.

Fabricius id fragmentum addita ſua verſione et caſtigationibus, quoniam ſchedae fugitiuae a Morello commiſſum, et ſeparatim graece editum vix reperiatur, in B. Gr. hoc loco typis repetendum curauit. Ego vero, quia cl. *Schneiderus* id, omiſſa verſione lat. editioni ſuae Plutarchi de educatione liberorum, Argentor. 1775. 8. a pag. 96 correctius adiecit atque illuſtrauit et emendationes Fabricianas modo probauit, modo reiecit, omittendum putaui. Num autem in volumen ſupplementorum vna cum verſione Morelliana recipiatur, ſit penes iudicium lectorum. *Harl.*

θεῖν Ὅμηρον καὶ ἐντάξαι τοῖς αὐτοῦ βιβλίοις. Videtur autem perſpicue inter ſe pugnare, quod affirmat Suidas, Corinnum ſtante adhuc Troia ſcripſiſſe, et Homerum totum poematis ſui argumentum ab eo accepiſſe a). Idem, an alius, *Corinnus* fuit, cuius *ῥῆσιν* de Orione, (de quo videndus etiam Diodorus Siculus libro quarto extremo) afferre ſe putat Scholiaſtes Nicandri ad Theriaca p. 28. edit. Aldinae? Certe fallitur Vir Clariſſimus, qui in iudicio de Scriptoribus Troiani excidii, quod tomo tertio Obſeruationum Hallenſium eſt inſertum, hunc Corinnum Ilienſem p. 8. confundit cum *Corinna* Poetria Thebana, Pindari aequali, de qua erit infra dicendi locus lib. II. cap. 15.

Creophylus. II. CREOPHYLVS Samius, Homeri Magiſter a quibusdam olim habitus, vt refert b) Strabo lib. XIV. p. 639. [vbi v. Caſaubon.] Alii narrant, Homerum aliquando eius hoſpitio vſum, vt Ioan. Tzetzes Chil. XIII. v. 659. Apuleius in Floridis, cum Leodamantem (Hermodamantem alii vocant, vide Menagium ad Laertii lib. VIII. ſect. 2.) Creophyli diſcipulum nominaſſet, *qui Creophylus*, inquit, *memoratur poetae Homeri hoſpes et aemulator canendi fuiſſe.* [Apud *Creophyli* poſteros in Ionia adſeruatos fuiſſe verſus Homeri, eosque ibi Lycurgum deſcripſiſſe auide, conſarcinauiſſe ad deferendum domum, narrat *Plutarchus* in vita Lycurgi, c. 4. vol. I. pag. 165. ſq. ed. Reiske. adde *Laur. Craſſi* Iſtoria de' poeti greci pag. 138. *Harl.*] [❡].

Eius poema. III. Idem Strabo pag. 63. et ex eo Euſtathius ad Iliad. *β*. p. 250. addit ex quorundam ſententia, Homerum hoſpiti poema ſuum *Οἰχαλίας ἅλωσιν* dono dediſſe, atque vt ſub nomine Creophyli ederetur permiſiſſe. Idem narrat Proclus in vita Homeri ab Allatio edita, et Suidas. Allegat Creophylum Scholiaſtes Sophoclis ad Trachinias, 270. Mentio eiusdem apud Platonem decimo de Rep. [p. 752. A. ed. Frf.] *ὁ γὰρ Κρεώφυλος, ὦ Σώκρατες, ἴσως ὁ Ὁμήρου ἑταῖρος.* Photius in Lexico MS. laudante eruditiſſimo Bentleio: *τοῦτον τινες καὶ διδάσκαλον Ὁμήρου λέγουσι γεγονέναι· Καὶ ἔστι αὐτοῦ ποίημα Οἰχαλίας ἅλωσις. Ἀρχαῖος μὲν οὖν ἐστὶ, νεώτερος δὲ ἱκανῶς Ὁμήρου.* Creophylus in *Ἡρακλείᾳ* allegatur a Pauſania in Meſſenicis p. 283. Sed ibi de Oechalia agit Pauſanias, adeoque legendum in *Οἰχαλίᾳ*, vt pridem notatum Menagio p. 348. ad Laertium, niſi *Ἡράκλεια* inſcriptum fuit etiam illud poema, quia Oechaliam ab Hercule virginis cauſa, vt notat Plutarchus de defectu Oraculorum p. 417. euerſam deſcribebat, c) etſi Voſſius de Hiſt. Graecis p. 348. aliud eſſe ait Heracleam, aliud Herculeidem. Sed Richardus Bentleius, Vir doctiſſ. in Epiſtola ad Ioh. Millium

a) Addit *Wernsdorf*, Corinnum de bello Paphlagonum ſcripſiſſe, qui Homeri aetate nondum noti erant, teſte Strabone lib. VII. pag. 206. — *Corinnum* quoque memorant *Ionſius* de ſcriptor. hiſt. philoſ. libr. I. c. 3. p. 21. ed. Dorn. *Meurſius* in Biblioth. gr. libr. II. h. v. col. 1327 in Theſaur. Antiqq. graec. Gronou. ed. Venetae, et *Laur. Craſſi* Iſtoria de poeti greci pag. 124. *Harl.*

b) *Iamblichus* quoque de vita Pythagor. n. XI. *Heum.*

c) Quae quidem Fabricii ſuſpicio non ſpernenda videtur. Saltem poſteris vtraque inſcriptio vſitata fuerit: in primis, poſtquam *Panyaſis Halicarn.* Ἡράκλειαν ſuam, quam Eratoſth. in Cataſterism. c. 11. laudat, vulgauit, in qua Creophyli Οἰχαλίας ἅλωσιν fuiſſe exſcriptam, *Clemens Alex.* Strom. VI. p. 266 ſq. prodere videtur. Quo fieri potuit, vt ab aliis Ἡράκλεια, (quod pluribus factum eſt carminis argumentum, v. cel. Heyne Excurs. ad Virg. II. Aen. p. 232 ſq.) ab aliis Οἰχαλίας ἅλωσις vocaretur. *Harl.*

lium [ſeb[illegible] Ioanni[illegible] M[illegible] Hiſtor. Chron. p. 61 ſq.] ita legenda eſſe putat Pauſaniae verba: τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεώφυλος Ἡρακλέα πεποίηκεν ὁμολογοῦντα.

Callimachi epigramma de Creophylo [illegible].

IV. Callimachus vero non Creophylum Homeri poema ſuo ſub nomine edidiſſe [illegible], ſed Creophyli opus ſub Homereo nomine venditatum affirmat hoc Epigrammate, quod praeter Strabonem p. 638 fin. et Euſtathium attulerunt Sextus Empiricus lib. I. aduerſus Grammaticos cap. 2, auctor Etymologici magni in γράμμα, et Scholia inedita ad Dionyſium Thracem duobus in locis. (in ed. Erneſti eſt VI. et occurrit p. 280. ap. Brunck. in Anal. vett Poet. n. 34. T. I. p. 469.)

Κρεωφύλου πόνος εἰμὶ δόμῳ ποτὲ θεῖον ἀοιδὸν
  Δεξαμένου, κλαίω δ' Εὔρυτον, ὅσσ' ἔπαθεν,
Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν, Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
  Γράμμα. Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

Neſcio, an meam quoque verſionem poſt tot alios interpretes addere operae pretium ſit. Ea ſic ſe habet:

Creophyli labor iſte, domo qui excepit Homerum,
  Euryte, fortunam lugeo moeſte tuam,
Formoſamque Iölen: Nunc litera dicor Homeri.
  Iupiter! auctori haec gloria magna ſuo eſt.

Vt in Graeco γράμμα, ſic et in latino *literam* poſui pro ſcripto ſiue συγγράμματι, quo ſenſu ſaepius vocabulo γράμμα vſus eſt Callimachus, quemadmodum aliis etiam [illegible] duobus oſtendit Ammonius περὶ [illegible] [illegible] in γράμμα. Καὶ τα συγγράμματα, (ita legendum) [illegible] ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ γράμματα. Καλλίμαχός που φησί· Γράμματα δ' [illegible] — τουτέστι τὰ συγγράμματα. καὶ [illegible] — [illegible] τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' [illegible]. Sic Clementem Alex. audimus lib. VI. Strom. p. 628. Panyaſin Halicarnaſſeum Creophyli Οἰχαλίας ἅλωσιν pro ſuo [illegible] ſibi adſcripſiſſe. Quo in loco male editum eſt Κλεοφύλου pro Κρεωφύλου. Schol. Euripidis ad Medeam v. 273. [illegible] καὶ παρατίθεται τὰ Κρεωφύλου, ἔχοντα οὕτως. Τὸν γὰρ Μήδειαν λέγεται [illegible]. Alius Creophylus in τοῖς Ἐφεσίων ὥροις laudatur ab Athenaeo lib. VIII. Dipnoſoph. p. 361.

Daphne ſ. Manto.

V. DAPHNE ſiue MANTO (vide Barthium ad Stat. 4. Thebaid. pag. [illegible]) Tireſiae filia [d]). Hanc Diodorus Siculus lib. IV. c. 66. p. 269. cum direpta ab Epigonis Thebarum vrbe captam et ex voto vt manubiarum primitias Delphis conſecratam memoraſſet, αὕτη δὲ, inquit, τὴν μαντικὴν τοῦ πατρὸς οὐδὲν [οὐχ Weſſeling.] ἧττον [illegible], πολὺ μᾶλλον ἐν τῷ Δελφῶν διατρίψασα τὴν τέχνην [illegible] φύσει

d) Multa [illegible] Mantus fabula *Leandro Alberti*, Deſcritt. d'Italia pag. 352 ſqq. (ed. Venet. [illegible]) [illegible] Hanc Manto [illegible] [illegible] [illegible] p. 417. [illegible] Adde *Eudociam* p. 105. *Apollod.* Biblioth. III. 7. 4. ad quem locum cl. Heyne iam notat, Mantûn Delphis veniſſe Clarum et Colophonem, [illegible] [illegible], Schol. Apollon. I. [illegible] VII. [illegible] Malen I. 17. [illegible] Virg. X. 199. apud quem alii perhibent, Manto fuiſſe Herculis filiam. *Harl.*

φύσει δὲ θαυμαστῇ κεχορηγημένη χρησμοὺς ἔγραψε παντοδαπούς, διαφόρους ταῖς κατασκευαῖς, παρ' ἧς φασὶ καὶ τὸν ποιητὴν ΟΜΗΡΟΝ *πολλὰ τῶν ἐπῶν σφετερισάμενον κοσμῆσαι τὴν ἰδίαν ποίησιν.* Addit Diodorus, Daphnen iſtam propter oracula, quae numine afflata funderet, Sibyllam appellatam. *τὸ γὰρ ἐνθεάζειν κατὰ γλῶσσαν ὑπάρχειν σιβυλλαίνειν.* Non optime vertit interpres eruditus verba *κατὰ γλῶσσαν quadam Graecorum dialecto*, rectius: *veteri ſiue inſolentiore vocabulo*, id enim notat gloſſa; vnde gloſſaria, ceu de Lexicis agentes diximus [e]). De Sibyllae etymo et Sibyllinis paulo poſt cap. XXIX. ſeq. agemus.

Daphnes plures. Daphnis. VI. Heic ab re haud fuerit, notaſſe alias *Daphnes* nomine celebres, (ſi modo ſint aliae) ab Apolline adamatas, h. e. diuinandi peritas, de quibus in fabulis, quod in laurum mutatae fuerint. *Daphnen* Ladonis filiam, de qua praeter alios auctor Geoponicon lib. XI. cap. 2. et iisdem fere verbis ſcholiaſtes Homeri, quem Didymum vulgo appellant, ad Iliad. *α'*. [*Tzetz.* ad Lycophr. v. 6.] *Daphnen* filiam Amydae, de qua Parthenius cap. 15. Erotic. *Daphnen* Peneiam a flumine Theſſaliae hodieque lauris conſitiſſimo dictam, de qua Ouidius lib. I. Metamorphoſ. fab. 9 et alii. [conf. Stauer. et Munker. ad Hygin. fab. 203. *Harl.*] His addemus denique DAPHNIN Mercurio Nymphaque genitum, [f]) a quo bucolicum carmen et melos, quod ſua aetate adhuc apud Siculos in honore fuiſſe refert, inuentum eſſe teſtatur Diodorus, lib. IV. 84. p. 283. [p. 327. ed. Weſſel. quem vide.]

Daphne Tireſiae. VII. Porro *Daphnen* Tireſiae Allatius ſuſpicatur, eandem ipſam eſſe, quae libro III. Sibyllinorum ſe dolet quodammodo ab Homero olim carminum elegantia ſuperatum iri. Verſus hi ſunt pag. 251 edit. Obſopoei:

Καί τις ψευδογράφος πρέσβυς βροτὸς ἔσσεται αὖθις
Ψευδόπατρις δυσαδέα φάος ἐν ἦσιν ὀπῇσι,
Νοῦν δὲ πολὺν καὶ ἔπος διανοίαις τ' ἔμμετρον ἕξει
Ὀυνόμασιν δυσὶ μισγόμενον, Χῖον δὲ καλέσσει
Αὐτὸν, καὶ γράψει τὰ κατ' Ἴλιον οὐ μὲν ἀληθῶς
Ἀλλὰ σαφῶς, ἔπεσιν γὰρ ἐμοῖς μέτρων τε κρατήσει.
Πρῶτος γὰρ χείρεσσιν ἐμὰς βίβλους ἀναπτύξει,
Αὐτὸς δ' ἂν μάλα κοσμήσει πολέμοιο κορυστάς.

Dardanus. VIII. DARDANVS, vetuſtiſſimus ille Dardaniae conditor et Dardanidarum Dardanaeque gentis autor, qui e Creta in Phrygiam venit, pater Erichthonii, auus Trois, a quo Troia, abauus Ili, a quo Ilium Troiae acropolis dicta fuit, non diuerſus eſſe

 qui-

e) *Weſſeling.* tamen putat, in not. ad Diodori locum, idem futurum eſſe, quamcumque delegeris interpretationem: *γλῶσσαν* enim ſaepius vſurpari de vocibus vni genti propriis. *Harl.*

f) Daphnidis laudes ſaepe fuerunt argumentum carminis paſtoritii apud vetuſtos poetas, ex gr. *Steſichorum* apud Aelianum. *Theocr.* I. *Virg.* Ecl. V. vbi vide interpr. Hinc frequens illius fit mentio. v. *Aelian.* H. V. X. cap. 18. ibique interpr. *Servium* ad Virg. Ecl. V. 20. VIII. 68. *Voſſium* III. Inſt. poet. c. 8. *Hardion* in Hiſt. de l'Academie royale des I. et B. L. tom. V. et VI. et quae notaui ad Theocr. I. verſ. 68. et 77. Multus quoque eſt de illo *Doruille* in Siculis pag. 27-30. *Daphnidem Idaeum* memorat *Ouid.* Metam. IV. 277. qui num a Siculo ſit diuerſus, aut lectio ſana, diſputant interpretes ad illum locum in exemplo Burmanni pag. 262 ſq. *Harl.*

diſtinguendus videtur a Dardano, g) quem primum myſteria matris Deum oſtendiſſe, refert Diodorus Siculus lib. V. cap. 47. 49. p. 322 ſq. [p. 370 ed. Weſſeling. coll. libro IV. cap. 75. pag. 318] et Euſebius II. praepar. cap. 2. ex Clementis Alexandrini admonitione ad gentes p. 10. nec a *Dardano* Mago, cuius libros quosdam olim multi iactarunt, et a quo *Dardaniae artes* pro Magicis dixit Columella lib. X. [v. 358 vbi vide interpr. in exemplo Gesner. *H.*]

At ſi nulla valet Medicina repellere peſtem,
Dardaniae veniant artes. —

Fulgentius in libello, quo allegoriam librorum Virgilii tradere annititur: *Nam non illa in tuis opuſculis quaerimus, in quibus aut Pythagoras modulos, aut Heraclitus ignes, aut Plato ideas, aut Hermes aſtra, aut Chryſippus numeros, aut ἐντελέχειαν Ariſtoteles inuerſat. Nec illa, quae aut Dardanus in Dynameris* h) *aut Battiades in pareis, aut Campeſter in Catabolicis infernalibusque commouet.* Plinius lib. XXX. Hiſt. Nat. cap. I. *Democritus Apollobechen Coptiten et Dardanum e Phoenice illuſtrauit, voluminibus Dardani in ſepulchrum eius quaeſitis* (i. e. quaeſitis tam auide, vt et ipſum ſepulchrum eius adire non dubitauerit) *ſuis vero ex diſciplina eorum editis.* Quanquam Gabriel Naudaeus in Apologia pro viris doctis Magiae accuſatis cap. 12. totum hoc non dubitat referre inter portenta fabularum, quae Plinium Secundum indigniſſime in Democritum Philoſophum conferre arguit Gellius lib. X. cap. 12. Meminit Dardani Apuleius quoque libro de herbis cap. 7 et 16. vt omittam aphoriſmos quosdam *Dardano* tributos in libro Chemico, qui inſcribitur *turba* [?] *Philoſophorum.* Tertullianus libro de anima cap. 57. aliis magis Dardanum accenſet, Hoſtani, Typhoni, Damigeronti, Nectabidi et Berenicae. Apuleius in Apologia: *Ego ille ſim Carinondas vel Damigeron vel is Moſes vel Iannes vel Apollobex vel ipſe* DARDANVS, *vel quicumque* i) *poſt Zoroaſtrem et Hoſtanem inter Magos celebratus eſt.*

Dardanarii. IX. In Libris ICtorum non ſemel memoratos videas *Dardanarios*, hoc eſt, pantopolas et ſeplaſiarios, de quibus Iacobus Cuiacius lib. X. cap. 19. Obſeruationum. ſic dictos a Dardano, non, quod iſte alienos tritici aceruos in horrea ſua Magicis artibus tranſtulerit, ex Aurelio auctore, et Turnebo lib. IX. cap. 16. Aduerſariorum male intellecto, ſcribit Iul. Caeſar Bulengerus lib. II. aduerſus Magos p. 569. ſed quod artibus ſuis et ſtellionatu veluti maleficio, inſtar Dardani alicuius Magi, ſoleant annonam mercesque quaslibet one-

g) Conf. *Eudociam* in Ἰωνιᾷ pag. 106. quae cum *Diodoro* l. m. et *Apollodor.* III. 12. 1. ex Samothracia, patria myſteriorum, Dardanum, refert, veniſſe in Phrygiam, inſtituiſſe multa, Dardaniamque condidiſſe. Sed in his fabulis multum eſt turbatum. v. *Seruium* ad Virgil. III. Aen. 167. cel. *Heyne* Excurſ. ad Virgilii locum p. 356 ſq. et ad Apollodori Bibl. p. 737 cel. *Saxii* tabulas genealogicas, tab. XXI. ſ. regnum Troianum; in primis *Simſon* in Chronico cathol. ad a. m. 2526 col. 154 ſqq. *Harl.*

h) *Dynameron* vocatur opus docens praeparationem medicamentorum particularium, certis diebus, quibus ſingularis illorum vis eſt colligendorum. Vide Labbei nou. Bibl MSS. pag. 128. Videtur vocabulum compoſitum eſſe ex Graeco δύναμις et ἡμέρα. Etiam Suidas hac voce vtitur in Βῆλος, et Salmaſius ad Spartiani Hadrianum c. XIV. per *dynameros* (δυναμερὰς) putat denotari genus daemonum valentiorum.

i) Horum quosdam memorat Theodorus Meliteniota in praefat. ad Aſtrologiam ab Iſm. Bullialdo edita: ἐν οἷς [Χαλδαίοις] ἄλλοι τε πλεῖστοι γεγόνασιν ἀξιόλογοι ἄνδρες, καὶ μάλιστα Ζωροάστρης καὶ μετ' ἐκεῖνον Ὀστάνης, ὅ, τε Κιδηνᾶς καὶ Ναβουριανὸς καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ Σουδῖνος, ἀλλὰ καὶ Σέλευκος ἀπὸ Σελευκείας κ. τ. λ.

onerare, et pecunias ciuium ad ſe rapere. Conſule, ſi placet, Antiquitates Conuiuales Guil. Stuckii lib. II. c. 12. p. 176.

Dardani alii. X. Fuit et *Dardanus*, Stoicus, longe iunior Mago, (quem ipſum quoque Magum ab Homero aetate vinci et a Dardanae gentis auctore diuerſum fuiſſe coniicio.) cuius meminit Cicero quarto Academicarum quaeſtionum c. 22 et *Dardanus*, Aſſyrius Sophiſta, cuius auditor fuit Antiochus Aegeus, teſte Philoſtrato lib. 2. de vitis Sophiſtarum p. 567. Vt omittam *Dardanum* Abydenum ab Artemiſia, cuius amores contemſerat, oculis priuatum, de quo Photius ex Ptolemaei Hephaeſtionis libro VII.

CAPVT V

I. *De Darete Phrygio veterum teſtimonia.* II. *Liber qui ſub eius nomine hodie exſtat latine.* III. *Graece olim lectus.* IV. *Ioſephi Iſcanii poema.* V. *Pſeudo-Daretis et Dictyis editiones.* VI. *Demodocus Homero laudatus ἀοιδός. Ei tributa poemata.* VII. *Demodoci Larii dictum.* VIII. *De Dictye Cretenſi.* IX. *Vtrum libri, quos hodie latine ſub eius nomine habemus, iidem fuerint, quos Graeci olim lectitarunt.* X. *Pugna duorum prologorum Dictyi praemiſſorum.* XI. *Homerum falſo dici ex Dictye profeciſſe.* XII. *Pſeudo-Dictys latinus recentior Graeco. Eius aetas.* XIII. *Graecus iampridem videtur intercidiſſe.*

[Cum ſupplementis G. C. Harles.]

Dares. I. DARES Phryx, Vulcani ſacerdos, memoratus Homero libro quinto primore Iliados [v. 9.], *primus Hiſtoricus apud Gentiles, qui in foliis palmarum de Graecis et Troianis hiſtoriam ſcripſit*, vt ait Iſidorus [*] lib. 1. Orig. cap. 41. Eius Phrygiam Iliadem ad ſua vsque tempora ſeruatam auctor eſt Aelianus lib. XI. cap. 2. var. Hiſtoriae, [vbi v. Kuhn.] τῆς Φρυγίας Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα. Ptolemaeus Hephaeſtionis lib. I. Ἀντίπατρος δὲ φησὶν ὁ Ἀκάνθιος ΔΑΡΗΤΑ πρὸ Ὁμήρου γράψαντα τὴν Ἰλιάδα, μνήμονα γενέσθαι Ἕκτορος, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀνελεῖν ἑταῖρον Ἀχιλλέως. Meminit et Euſtathius ad Odyſſ. λ. p. 453. ex eodem Antipatro. Ἀντίπατρος δὲ ὁ Ἀκάνθιος φησὶ καὶ τῷ Ἕκτορι Δάρητα Φρύγα δοθῆναι μνήμονα μὴ ἀνελεῖν φίλον τοῦ Ἀχιλλέως, Ἀπόλλωνος τοῦ Θυμβραίου τοῦτο χρήσαντος.

Daretis hiſtoria hodie latine exſtat. II. Exſtat et hodie Daretis ſub nomine *Hiſtoria de excidio Troiae*, a) proſa oratione ſcripta, (neque Poetam fuiſſe Daretem innuit Aelianus) ſed latine tantum, quam Cornelius Nepos tranſtuliſſe fertur. Imo praefixa eſt libro Epiſtola, nomine Nepotis ad Salluſtium, qua Dareti huic plus quam Homero b) multis annis poſt nato fidei tribuendum exiſtimat, teſtaturque, ſe hanc Daretis hiſtoriam ipſius manu ſcri-

ptam

a) Quae quidem iudice *Heynio* v. c. in Excurſ. I. ad Virg. Aen. II. pag. 225. ineptum aliquem Sophiſtam habet auctorem, et declamationis potius genus conſtituit, quo poetarum fabulae in hiſtoriae pragmaticae formam deflectere propoſitum eſt. *Harl.*

b) Addit ſcriptor, quisuis fuit, Epiſtolae: *de ea re Athenis iudicium fuit, cum pro inſano Homerus haberetur, quod Deos cum hominibus belligeraſſe deſcripſit.* Illis autem verbis non ad decretum aliquod publicum iudicum Athenienſium, ſed ad iudicium Platonis reſpexit in libris de Rep. vt ingenioſiſſimae Daceriae obſeruatum.

priam reperiſſe Athenis, et ſummo ardore complexum ſiue captum voluptate, continuo tranſtuliſſe. Virum doctiſſimum Iohannem Schefferum feſellit memoria, vt ad Aelianum notaret, Daretis hiſtoriam, ex terra erutam, ſe legiſſe: de Dictye enim, non de Darete hoc legerat Vir Optimus. Quamquam vero neque Nepotis eſt iſta tranſlatio, neque [illegible] ipſe Daretem auctorem [illegible], vt [illegible] ſuffragiis eruditorum [illegible], quorum nonnulla adduxit Leo Allatius lib. de patria Homeri cap. 4. p. 64. plura de hoc dicturus in opere de Apocryphis, ſed quod vna cum auctore intercidit: tamen non multo longe excedit aetatem Vincentii Bellouacenſis (qui vt [illegible] laudat in ſuum compendium mittit lib. 3. ſpeculi hiſt. 63.) et Florentiae in Bibliotheca Laurentiana occurrit in codice ante annos octingentos exarato, vt notat Ioh. Mabillonius T. I. Muſei Italici p. 169.

Graece cum latina. III. Sed et Graece cum Dictye olim exſtitit, vt ex fragmentis apud Cedrenum aliosque Graecos ſcriptores obuiis obſeruat Ioſ. Scaliger in Epiſtolis p. [illegible] edit. Lugd. et Euſebio ipſo antiquior eſt, vt idem Vir ſummus docet ad Hieronymi Chronicon p. 55. editionis ſecundae. Quamquam, ſi propius inſpicias, obſeruationes illius Dictyn potius, quam Daretem tangunt, cuius nulla facile tam antiqua fragmenta reperiuntur, [illegible] et ipſum Graece ante Euſebium exſtitiſſe ſatis conſtat ex laudato Aeliani teſtimonio. ꝑ

Ioſ. Iſcani poema. IV. Qui vero proſa oratione hodie legitur libellus c) ſub Daretis nomine, videtur complecti fundum atque argumentum Poematis latini, quod in ſex libros diſtinctum ſub Daretis nomine ante annos quingentos compoſuit *Ioſephus Iſcanus Diaconus*. neque enim abſurde aliquis ſtatuerit Deuonium ex libello illo poema ſuum concinnaſſe. Quamquam non poteſt vllo auctore idoneo probari, Pſeudo-Daretem illum Cornelii Nepotis aetatem attingere, vt dicendi genus omittam, quod Scioppio (nimis acerbo vt [illegible]) tam lutulentum viſum eſt, vt in omnibus pagellis ea ſe offerant, quae τῶν [illegible] reſipiant, aut Aeſtuariorum cancellos nuper admodum refregiſſe videantur. Sed et Daretis liber, quem Phrygia ſcriptum dialecto, ſuam ad aetatem peruenisse teſtatur Aelianus, ſuppoſititius fuit, Dionique Chryſoſtomo, [illegible] de [illegible] P. cap. 4. *H.*) et aliis vel non viſus, vel [illegible] habitus, vt recte nuper notauit elegantiſſimus idemque eruditiſſimus Aeliani interpres Iacobus Perizonius, [vel potius *Kuhn* cuius notam in exemplo Gronouiano pag. 682. et 683. confudit. Caeterum Cl. *Io. Gottl. [illegible]* in Comm. de Darete Phrygio, Lipſ. 170[illegible]. 4. [illegible], auctorem hiſtoriae de excidio Troiae non Daretem, ſed potius Ioſephum Iſcanum ſaec. XII. fuiſſe. *H.*]

Editiones. V. [illegible] Pſeudo-Daretis latini vtriusque editiones in Bibliotheca latina memorare me memini, quibus in praeſenti addo *Daretem* proſarium et *Dictyn* cum notis Annae Tan. Fabri filiae luculenter recuſum nuper Amſtelodami 1702. 4to et 8vo. ornatumque variis numis ac gemmis antiquis, curante *Ludouico Smids*, Doctore Medico. additis deinde ſub calcem libri notis ad Dictyn Ioſiae Merceri, Caſp. Barthii, Virorum [illegible] et [illegible], praemiſſa doctiſſimi Perizonii de Dictye exercitatione, et ſubiecto ad calcem *Ioſephi Iſcani* Exceſtrienſis poemate de bello Troiano, Samuelis Dreſemii notis

c) Hic exſtat in Rutgerſii Variis lectionibus V. pag. 529 ſqq. *Heumann.*

notis per ſingulas paginas ſubſtratis illuſtrato [d]. De Dictye paulo infra dicendi erit locus.

dem

d) Quod graece non exſtat *Daretis* hiſtoria, codices MStos, quorum haud exiguum numerum recenſet *Montfaucon* in Bibliotheca bibliothecarum MSSt. (quibus addantur Erlangenſis, et is, qui in bibliotheca Ducis *de Valliere* exſtitit, et deſcribitur in huius Catalogo tom. III. pag. 117. nr. 4817. multique, qui in vol. IV. Catal. MSS. biblioth. reg. Pariſienſ. enarrantur,) non commemorabo, nec ea, quae a Fabricio et Erneſto in Biblioth. lat. I. pag. 111. ſqq. et a me in Introductione in hiſtoriam litteraturae roman. I. pag. 389. ſqq. de editionibus diſputata ſunt, repetam. Add. Cel. *Meuſel.* in Bibl. Hiſtorica Vol. II. P. I. p. 74-81. Quasdam tamen a Fabricio et a me omiſſas adiiciam editiones.

Bibliotheca publica Noribergenſis ſeruat, monente ven. Moerlio, *Dareten* et *Dictyn* ex editione antiquiſſima et prima ſine anno, loco, typographo, cuſtodibus, numeris paginarum in 4. *Dares Phrygius de bello Troiano.* Editio vetus in 4. ſine loco et anno et typographi nomine, eſt in bibliotheca illuſtriſſ. comitis *de Reviczky.* vide eius Bibliothec. graec. et latin. pag. 145. Berolini 1784. Num eadem ſit, quae ſeruatur in Bibl. Paulina Lipſienſi, et a Fabricio p. 112. memoratur, equidem neſcio.

Ven. *Mittarelli* in Appendice ad Bibliothecam MS. mon. S. Michaelis Venetiarum, Venetiis 1779. fol. pag. 134. indicat editionem: *De excidio Troiae*, et in altero titulo: *Hiſtoria de origine Troianorum Daretis Phrygii*, cum epiſtola Cornelii Nepotis, ſine vlla nota typographica: quod vero ſubiicitur id exemplum *Phalaridis* Epiſtolis, ed. Taruiſ. 1471. opinatur vir doctiſſ. Daretis hiſtoriam illam forte excuſam eſſe in eadem vrbe, eodem anno a Gerardo de Liſa Flandrenſi. Quae quidem ſuſpicio lubrica eſt: ex aliis indiciis melior tutiorque duci poterit comparatio et ſententia.

Editioni *Dyctis* Mediolanenſi 4. A. 1477. ſine nomine typographi, quam *Ioſ. Anton. Saxius* in Hiſtoria litterario-typograph. Mediolanenſi col. CLXXXIV. et pag. DLXVI. vberius deſcribit, (et ex illo *Bure* in Bibliographie inſtructiue: Hiſtoire, n. 4721. pag. 480. ſq.) adiecta eſt quoque Hiſtoria *Daretis Phrygii de Excidio Troiae* cum praefixa epiſtola *Cornelii Nepotis ad Saluſtium Criſpum*; ſed minutiori charactere, abſque loci, typographi et anni nota. — Idem *Saxius* in nota ad pag. 566. docet, huius hiſtoriae MS. exemplar gallico metro, et *latine* etiam haberi in Bibl. Ambroſ. ſaec. XII. et de hac loqui P. *Montfaucon* in Diario Italico pag. 19. et Palaeogr. pag. 138.

Veneta 1499. a Fabricio in B. L. memorata, editio videtur repetita ex exemplo, Meſſanae 1498. in 4., cuius inſcriptio eſt:

Dictys Cretenſis hiſtoriae belli Troiani libri VI. nec non Daretis Phrygii libellus de eadem hiſtoria Troiana, ex editione et cum epiſtola praefatoria Franciſci Faragonii. In calce legitur: „Finit hiſtoria antiquiſſima Dictys Cretenſis atque Daretis Phrygii de bello Troianorum ac Graecorum; in nobili vrbe Meſſanae cum eximia diligentia impreſſa per Guilielmum Schonberger de Franckfordia Alamannum tertio decimo calendas Iunii M. CCCC. XCVIII.“ v. *Orlandi* Origine e Progreſſi della Stampa etc. fol. 205. et pag. 320. (vbi quoque ed. per Chriſtophorum de Penſis 4. indicatur;) praecipue *Bure* l. m. pag. 481. ſq. — *Dictys* etc. Lugd. apud Gryphium 1569. 12.

Belli Troiani ſcriptores praecipui, Dictys Cretenſis, Dares Phrygius et Homerus. Omnes iam pridem latio iure donati, nunc vero a mendis expurgati, et in vnum volumen digeſti. Additae ſunt quoque Libanii et Ariſtidis Declamationes quaedam, hiſtorias Troiani belli declarantes. Baſileae per Petr. Pernam. 1573. 8. edit. rara.

Dictys Cretenſis et *Dares Phrygius.* 16. ex officina Rob. Stephani 1618. — *iidem* Amſtel. 1630. 16. in Com. Reviczky Bibl. gr. et lat. pag. 145. et bibl. Hulſiana t. III. p. I. p. 320.

Daretis Phrygii hiſtoricorum omnium primi de bello Troiano libri ſex, latino carmine a I. Exonienſi. Londin. 1675. 8. in Bibl. Hulſiana t. III. part. I. pag. 320.

Ad verſiones pertinent:

Ditte Candiano della guerra Troiana; Darete Frigio della rouina Troiana. Declamazione di Libanio Sofiſta etc. In Vinegia, appreſſo Vincenzo Vaugris al ſegno d'Eraſmo. MDXLIII. in 8. conf. *Paitoni* Biblioteca degli autori antichi etc. tom. I. pag. 314.

Ditte Candiotto et Darete Frigio della guerra Troiana, tradotti da Tomaſo Porcacchi da Caſtiglio-

Demodocus. VI. DEMODOCVS Heraclidi apud Plutarchum de Muſica [p. 1132. aut t. x. p. 652. ed. Reiske.] et Demetrio Phalereo apud Tzetzem prolegom. in Lycophronem *Corcyraeus*, Euſtathio ad Odyſſ. γ. p. 126. ad eundem Demetrium prouocanti *Lacedaemonius*, quem plurimis celebrat Homerus Odyſſ. θ'. v. 62. et Odyſſ. γ'. v. 27. ſq. ac nonnulli teſte eodem Euſtathio putarunt notari a Poeta Odyſſ. γ'. v. 267. vbi Clytemnaeſtrae ait adfuiſſe ἀοιδὸν, cuius fidei illam Agamemnon commendauerat. Hunc Plutarchus in limine libri de Muſica ex Heraclidis συναγωγῇ μȣσικῇ refert, carmine deſcripſiſſe Ilii excidium, et Veneris cum Vulcano nuptias: γεγονέναι δὲ καὶ ΔΗΜΟΔΟΚΟΝ Κερκυραῖον παλαιὸν μȣσικὸν, ὃν πεποιηκέναι Ἰλίȣ τε πόρθησιν, καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἡφαίςȣ γάμον. Mox innuit metro carminis lyrico vſum fuiſſe, non hunc modo, ſed et alios, quos ibi commemorat, Poetas vetuſtiſſimos, et modos Muſicos carminibus ſuis aptaſſe, atque ita illa ad citharam vel aliud inſtrumentum muſicum decantaſſe. Sane apud Homerum Odyſſeae θ'. in conuiuio Alcinoi, [P] Phaeacum Regis, hic ipſe Demodocus *) ad citharam canens inducitur, allato etiam carminis eius argumento, quod eſt v. 489. ſeq. de Ilii excidio, ad quem locum Euſtathius p. 324.: Σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι τὸ συνοπτικὸν τῆς γραφῆς ἄλλως καὶ τὸ ὡς εἰπεῖν παρενβολικὸν πρῶτος Ὅμηρος ἐνταῦθα ὑπέδειξε. ΔΗΜΟΔΟΚΟΣ μὲν γὰρ πλατύνων ἐκθέσθαι δοκεῖ ᾠδήν. Ὅμηρος δὲ ὡς ἐν τύπῳ παρενβολῆς τὴν μακρὰν ῥῆσιν εἰς βραχυτέραν συνελεῖν κ. τ. λ. Hoc Demodoci poema Ἰλίȣ ἅλωσιν Vlyſſes in Tyrrhenia ad tibiam cantauit, et cantando certans vicit, vt refert Ptolemaeus Hephaeſtionis lib. VII. apud Photium cod. CXC. Pro eo, quod Plutarchus Veneris et Vulcani nuptias a Demodoco decantatas ſcripſit, Suidas in voce ἀοιδὸς habet συνȣσίαν Veneris et Martis. Ὁ δὲ ΔΗΜΟΔΟΚΟΣ ᾄδει τὴν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος συνȣσίαν, ȣ̓ διὰ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀποδέχεσθαι τȣ̃το τὸ πάθος, ἀλλ᾿ ἀποτρέπων αὐτȣ̀ς παρανόμων ὀρέξεων. Rectius vtique Suidas, quia reſpicitur Odyſſ. θ'. 267. vbi Demodocus incipit canere

Ἀμφ᾿ Ἄρεος φιλότητος ἐϋςεφάνȣ τ᾿ Ἀφροδίτης
Ὡς τὰ πρῶτα μίγησαν ἐν Ἡφαίςοιο δόμοισι.

Oculis priuatum Demodocum memorat Ouidius in Ibin v. 272. Inter Platonis quoque ſcripta Δημόδοκον memorat Laertius lib. III. ſect. 62. licet dubitatum fuiſſe, an germanus Platonis foetus ſit, doceat Clemens Alex. 1. Strom. p. 315. vbi alibi emendo locum corruptum: ᾔδει γὰρ οἶμαι, ὡς ἄρα ἡ δὴ πολυμαθίη νόον ἔχειν ȣ̓ διδάσκει καθ᾿ Ἡράκλειτον. Dictum Heracliti notum ex Laertio, Athenaeo et Gellii praefatione, in qua poſtrema praeter cauſam illud ſollicitat Iohannes Croius Obſeruatt. in N. T. p. 32. Mentio Demodoci etiam

Migliore, Aretino. etc. Vinetia, appreſſo Gabriel Giolito de Ferrari. 1570. 4. Incipit hac verſione collectio de *Collana* dicta, de qua vide *Crevenna* Catalogue raiſonné etc. vol. VI. pag. 196. ſq. *Valliere* l. c. pag. 118. in primis *Paitoni* l. m. pag. 315.

Ditte Candiotto e Darete Frigio etc. in Verona appreſſo Dionigi Ramanzini. 1734. 4. v. *Paitoni* l. m. p. 316. qui pag. 291. differit de verſione illorum italica, a *Baldello* facta et inſerta interpretationi Diodori Siculi. Venet. 1575. 4. — Habemus quoque Ruſſicam. ſ. Sclauonicam Daretis interpretationem, Moſquae 1712. 8. Conf. quoque Lettres de Mr. *Bayle*, tom. II. p. 596. De excidii Troiani fabula et de eiusdem ſcriptoribus vsque ad Homerum, item, de excidio Troiano, et eius ſcriptoribus poſt Homerum, in Obſeruatt. ſelectarum ad rem litterar. ſpectantium. tom. IV. nr. 1. 2. et Catal. Bibl. Bunau. vol. I. pag. 56. ſq. *Harl.*

*) Vide et Ariſtidem Orat. I. Platonica p. 38. ſeq. [T. II. p. 22. ſ. ed. Iebb.]

etiam apud Lucianum de Domo, T. 2. p. 461. [ſ. tom. III. p. 200. edit. Reitz.] καὶ οὐχ οὕτω Δημόδοκος, ἢ Φήμιος, ἢ Θάμυρις, ἢ Ἀμφίων, ἢ Ὀρφεύς τις λέγων ἐστίν. *Nec qui dicit, ita eſt Demodocus* etc. i. e. tam peritus animos hominum commouendi.

Demodoci alii. VII. Fuit etiam *Demodocus*, patria, vt ex Aſpaſio in Ariſtotelem conſtat, *Larius*, cuius in vicinos Mileſios hoc dictum affert Ariſtoteles lib. VII. Ethic. ad Nicomachum cap. 8. Μιλήσιοι ἀξύνετοι μὲν οὐκ εἰσὶ, δρῶσι δὲ οἷά περ οἱ ἀξύνετοι. *Non ſunt equidem deſipientes Mileſii, ſed tamen eadem faciunt, quae deſipientes.* Huius forte, an alius librum primum Ἡρακλείας laudat Plutarchus lib. de fluminibus. *Demodocum* quoque Crotoniatam Medicum commemorat Dio Chryſoſtomus Diſſ. LXXVII. de inuidia p. 652. [P]

Dictys. VIII. DICTYS, *f*) e ciuitate Cnoſſo *Cretenſis*, ex cuius ſcriptis *Ioh. Malalas* in Chronographia pag. 134. [ſ. p. 44. tom. XXIII. ſcriptor. Byzantin. ed. Ven.] narrat ſe hauſiſſe omnia, quae de rebus Graecorum ad Ilium geſtis ipſe Chronico ſuo inſeruerit. Ait autem Dictyn μετ᾽ ἀληθείας iſta omnia ὑπεμνηματίσθαι. ἦν γὰρ μετὰ τοῦ Ἰδομενέως τοῦ προμάχου τῶν Δαναῶν, τοῦ κατελθόντος εἰς τὸν πόλεμον ἅμα τοῖς ἄλλοις Ἀχαιοῖς· συγγραφεὺς γὰρ αὐτοῦ τοῦ Ἰδομενέως ἐτύγχανεν ὁ αὐτὸς Δίκτυς, καὶ ἐσαφανὼς ἀκριβῶς τὰ τοῦ πολέμου καὶ συγγραψάμενος, ὡς παρὼν τότε ἐν τοῖς χρόνοις ἐκείνοις μετὰ Ἑλλήνων. Hunc Malalae locum reſpexit Ioh. Tzetza Chiliad. V. Hiſtor. 30. Similibus verbis ex ipſo prope Dictye petitis, (cuius vide lib. I. cap. 13. editionis, quae exſtat, Latinae) Dictyn commendat Cedrenus p. 104. et Idomenei ὑπογραφέα fuiſſe refert, additque eum χαρακτῆρας ducum ſingulorum temporaque et loca ſingula belli Troiani omniaque obſeruatu digna, quae durante illo acciderunt, diligentiſſime annotaſſe. Characteres iſtos e Dictye petiiſſe ſe non diſſimulat Iſaacius Porphyrogennetus in Characteribus Graecorum ac Troianorum a Rutgerſio editis, eademque porro de accurata diligentia huius ſcriptoris teſtatur. Dictyn videtur etiam ante oculos habuiſſe Conſtantinus Manaſſes in Annalibus p. 45. ſeqq. edit. Meurſii, vbi res Troianas referens negat, Homerum ſe ſequi. Vide et excerpta Peireſciana e Ioh. Malala p. 785. Anonymus Rhetor Graecus MS. apud Allatium de Patria Homeri p. 59. Dictyn reprehendit, quod Heroes Palameden, Vlyſſem, Menelaum et pleroſque alios in ſententia aduerſus Troianos ferenda, nec non ad eosdem legatione eloquenter artificioſeque differentes ac oratorio modo concionantes introduxerit. Suidas ait, Dictyn ſcripſiſſe *g*) Ἐφημερίδα, de rebus ab Homero carmine traditis, opus proſa oratione conſtans libris IX. In vulgatis Suidae codicibus legitur τὰ μεθ᾽ Ὅμηρον, quod exponunt *de rebus ab Homero praetermiſſis*, ſed cum Homerum aetate exceſſerit Dictys omnibus fatentibus

f) Alius Dictys, Seriphi inſulae rex, de quo Mythologi et Zenobius in prouerb. ἄιδος κυνῆ.

g) Meurſius in Bibliotheca Graeca, legit Ἐφημερίδας. Sane *Syriano* in Hermogenem p. 17. laudatur Dictys ἐν ταῖς Ἐφημερίσι. Ἡ γοῦν κατὰ Κάδμον καὶ Δαναὸν Γραμματικὴ ἐπί τε τῶν Τρωϊκῶν ἠσκεῖτο, ὡς Δίκτυς ἐν ταῖς Ἐφημερίσι φησὶ καὶ μέχρι τῶν Εὐκλείδου, τοῦ μετὰ ταῦτα ἄρξαντος, διέμενε χρόνων. Illuſtris Obrechtus Suidae verba ſic diſtinguit: ἔγραψεν ἐφημερίδα (ἔστι δὲ τὰ μεθ᾽ Ὅμηρον καταλογάδην ἐν βιβλίοις θ᾽ Ἰλιακὰ) Τρωϊκοῦ διακόσμου. *Fabric.* Subiungam partem teſtimonii *Eudociae* v. Δίκτυος, pag. 128. Δίκτυς Κρὴς Κνώσιος, ὀπαδὸς Ἰδομενέως· οὗτος, συνέθηκεν ἐφημερίδα τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου, παρὼν, ὥς φασιν, ἐν βιβλίοις ἐννέα, γράμμασι Φοινίκων, οἷς τότε πᾶσα ἐχρῆτο ἡ Ἑλλάς· διηγεῖται δὲ ἀκριβῶς, ὅσα Ἕλλησι καὶ Βαρβάροις ἐπράχθη· καὶ τὰ μὲν παρὰ τοῦ Ὀδυσσέως ἤκουσεν, ὅσα ἐπράχθη ἐκείνου ἀπόντος· τὰ δὲ παρὼν, ὁρῶν καὶ ἀκούων, συνέγραψε. *Harl.*

tus, vel locum deprauatum, vel ita vt dixi, exponendum eſſe exiſtimo. Confer quae de ſimili praepoſitionis μετὰ ſignificatione dicimus infra, vbi de Syagro agimus [h]). Addit Suidas, vt vulgo eius verba intelliguntur, Dictyn ſcripſiſſe Ἰλιακὰ περὶ Τρωϊκῆ διακόσμε (ita enim legendum, non Ἰταλικὰ, vidit iam Allatius) tum de raptu Helenae et Menelao et de vniuerſa Ilii hiſtoria. Iliadem [ſ] ſcripſiſſe, affirmat etiam Ioh. Tzetzes in Metaphraſi Homeri, quae verſibus politicis conſcripta exſtat in Bibl. Bodleiana, et ex qua hos verſus produxit clariſſimus Dodwellus lib. de Cyclis Graecorum p. 802.

Εἶτα λοιπὸν μοι μετ' αὐτὰ μάθοις τὰ τε πολέμε
Κατὰ λεπτὸν τὰ σύμπαντα σενῶς, πεπλατυσμένως,
Οὕτως ὡς ἂν ἀνέγνωκας Ὁμήρες, Στησιχόρες,
Εὐριπίδας, Λυκόφρονας, Κολλέθας τε καὶ Λέσχας
Καὶ Δίκτυν συγγραψάμενον καλῶς τὴν Ἰλιάδα,
Τρυφιοδώρες, Κοΐντον κἂν ἑκατὸν βιβλία,
Οὐκ ἂν λεπτομερέστερον ἔτως ἐξηκριβώσω
Καὶ τότε τμήματι βραχεῖ πάντα συγκεκλεισμένα.
Ὅπως πᾶς ὁ βελόμενος ἐν πόνῳ βραχυτάτῳ
Ἀνεγνωκέναι ταῖς πολλαῖς δοκῇ βιβλιοθήκας.

Num libri, qui hodie latine leguntur, iidem fuerint, quos Graeci laudarunt.

IX. Si haec omnia conferantur cum ſex libris Ephemeridos belli Troiani, qui ſub Dictyis nomine latine exſtant, et de quibus in Bibliotheca latina egi, apparebit, maiorem partem idem, ex parte diuerſum fuiſſe opus Graecum, quod ſub Dictys nomine legit Ioh. Malalas, Cedrenus, Iſaacus Porphyrogennetus et alii. Characteres enim illos ducum fruſtra in edito Dictye quaeras, praeterea quaedam aliter in hoc leguntur, quam ex Graeco Dictye Malalas et Cedrenus commemorarunt. Quibus addunt viri docti locum Iſaacii Tzetzae ad Lycophronem [i]) p. 11. edit. Potteri, quo Graecus Dictys narrat, Oenonem audita morte Paridis βρόχοις ἀπαγχθεῖσαν, ſed in edito latino Dictye lib. IV. cap. 21. per moerorem deficiente animo obſtupefacta Oenone concidit. Vnde alium a noſtro Graecis fuiſſe ſuſpicati ſunt Ianus Rutgerſius lib. V. c. 20. Variarum lectionum, Ioſias Mercerus et Anna Fabri ad Dictyn. et Edmundus Chilmeadus ad Malalam. Viciſſim multa conueniunt, vt auctorem latinae editionis non modo titulum, ſed et maximam [k]) partem ὕλης ſiue materiae ex Graeco petiiſſe. caeterum ſolenne multis, qui Graeca latine tradiderunt, libertate quaedam in poſterioribus maxime libris omiſiſſe, addidiſſe alia, quaedam etiam ad aliorum auctorum ſententiam interpolaſſe mihi

h) In cod. Vatic. legitur ἔτι δὲ (pro vulgato ἔτι δὲ) quod fortaſſe verum eſſe putat Kuſter. ad Suidae loc. I. p. 590. eique videntur Ἐφημερὶς et τὰ μεθ' Ὅμηρον opera fuiſſe diuerſa. Idem Kuſt. retinuit vulgatum, at malum, Ἰταλικὰ, nec de emendatione cogitauit, nec Fabricii Allatiique criſin memorauit: nec Toupius in Emendatt. Suidae ad h. voc. *Harl.* De Dictye agitur Tom. III. Obſeru. Hal. I. §. 4. 5. 6. *Heum.*

i) In indice auctorum a Tzetza memoratorum, qui priori Potterianae editioni Lycophronis ſubiectus eſt, *Dictyos* nomen deſideratur.

k) Hoc multis argumentis perſpicue oſtendit Iacobus Perizonius, cuius diſſertationem eruditam de Dictye euolui, cum haec iam in literas miſiſſem. In hac §. 13. reſpondet etiam ad argumentum ex loco Tzetzae petitum.

mihi perſuadeam l). Sed et commentum de Dictye ſub terra reperto retinuit Latinus, quod his verbis commemorat Malalas p. 322. Τῷ ιγ' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Κλαυδίου Καίσαρος, (ſupra p. 168. [ſ. p. 55. ed. mem.] hic ipſe Malala dixerat, [*] Dictyn repertum ſub Claudio Nerone, non ſub Claudio, de quo hic iam agit: ſub Claudio habet etiam Suidas, ſed quod de Nerone accipi poteſt, et debet, cuius adoptiuum nomen fuit Claudius, at Chronographus MS. apud Allatium p. 59. de patria Homeri, male: *ſub Claudio et Nerone* ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Νέρωνος) ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας ἡ Κρήτη νῆσος πᾶσα. (Mentio illius terrae motus apud Philoſtratum de vita Apollonii lib. IV. c. 11.) Ἐν οἷς χρόνοις ηὑρέθη ἐν τῷ μνήματι τοῦ Δίκτυος ἐν κασσιτερίνῳ κιβωτίῳ ἡ ἔκθεσις τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου μετὰ ἀληθείας παρ' αὐτοῦ συγγραφεῖσα πᾶσα. Ἔκειτο δὲ προσκέφαλα τοῦ λειψάνου τοῦ Δίκτυος. Καὶ νομίσαντες τὸ αὐτὸ κιβώτιον θησαυρὸν εἶναι, προσήνεγκαν αὐτὸ τῷ βασιλεῖ Κλαυδίῳ, καὶ ἐκέλευσε μετὰ τὸ ἀνοῖξαι καὶ γνῶναι τί ἐστι, μεταγραφῆναι αὐτὰ καὶ ἐν τῇ δημοσίᾳ βιβλιοθήκῃ ἀποτεθῆναι αὐτά.

Duplicis prologi, lat. editioni praemiſſi pugna.

X. Latinae Dictyos editioni praemittitur duplex prologus, quorum vterque non ſub Claudio, ſed Nerone m) hoc accidiſſe teſtatur; priori vero, qui ex Graeco translatus eſſe videtur, inprimis cum Graeca iſta narratione conuenit: ait enim, Dictyn de bello Troiano *ſex volumina* in tilias digeſſiſſe Phoeniciis literis, et aetate prouectum, cum in patriam reuerſus eſſet, iuſſiſſe paulo ante mortem illa ſecum ſepeliri. Repoſita itaque eſſe in ſtannea arcula, et tumulo eius illata. Sed interiectis temporibus anno tertio decimo Neronis, in Gnoſſo ciuitate terrae motus factos cum multa tum etiam ſepulchrum Dictyis ita pateſeciſſe, vt a tranſeuntibus arcula viſeretur. Hinc paſtores theſaurum ratos aperuiſſe arculam, repertisque incognitis literis ad dominum ſuum Eupraxidem detuliſſe, hinc perueniſſe ad Rutilium Rufum, Cretae Conſularem, denique ad Neronem, qui in notiorem Graecum transferri ſermonem, ſiue literis Graecis transſcribi curauerit, et in Bibliothecam Graecam receperit. In altero autem prologo ſiue in Epiſtola ſub *L. Septimii* interpretis latini nomine ad *Q. Aradium Rufinum*, qui ſub Conſtantino M. Imp. conſulatum geſſit A. V. C. cIↃLXVIII. *decem volumina* a Dictye compoſita eſſe dicuntur, quod propius accedit ad locum Suidae, [et Eudociae] quo Ephemeridem Dictyos *nouem libris* conſtitiſſe teſtantur. *Nobis cum in manus forte libelli veniſſent, auidos verae hiſtoriae cupido inceſſit ea, vti erant latine, differere, non magis confiſi ingenio, quam vt otioſi animi deſidiam diſcuteremus. Itaque priorum quinque voluminum, quae bello contracta geſtaque ſunt, eundem numerum* [*] *ſeruauimus. Reſidua quinque de reditu Graecorum in vnum redegimus atque ad te miſimus. Tu Rufine mi, vt par eſt, faue coeptis.* Deinde diſerte docet, non lingua Phoenicia Dictyn ſcripſiſſe, ſed oratione Graeca,

 vſum

l) Quisquis fuerit auctor libri, qui nomen Dictyis mentitus eſt, is ſane non indoctus haberi debet homo, et videtur vel veteres cyclicos, aut tragicos nouiſſe partimque legiſſe; vel eos, qui illorum legerant veſtigia, ſequutus eſſe. *Harl.*

m) Scripſit et Nero *Troica* laudata Seruio, et Dioni memorata in extremo libri LXII. [T. II. p. 1025. ad q. l. omnino vid. Fabric.] veterique Scholiaſtae Perſii Sat. I. v. 122. Tum Iliacis rebus maxime delectatus eſt, etiam in vrbis Romae incendio gaudens Troianam ſe ἅλωσιν videre. Vt omittam quod tener adhuc nec dum matura pueritia Circenſibus ludis Troiam conſtantiſſime fauorabiliterque luſit teſte Suetonio. Videtur itaque hoc opus ſub Dictyos nomine effictum ab aliquo gratiam Neronis captante.

viſum tamen fuiſſe literis Punicis ſiue Phoeniciis, quae tum, Cadmo et Agenore auctoribus per Graeciam frequentabantur. Conf. lib. 5. c. vlt. Itaque *Praxin* (ſic enim vocat Dominum loci, quem alter vulgo *Eupraxidem.*) commutaſſe literis Atticis, Neronique obtuliſſe et plurima dona ab eo retuliſſe. Porro auctor eſt, libros Dictyos ex philyra repertos in eius ſepulchro, non per terrae motum, ſed per vetuſtatem collapſo [n]).

Homerus e Dicte profeciſſe falſo dicitur.

XI. Quod tota haec narratio exiguam fidem mereatur, vel narrantium pugna et varietas demonſtrat; vt omittam, ſolenne eſſe fraudum huiusmodi architectis libros e terra erutos proferre, et mirandam illorum antiquitatem iactare, vt apparet exemplo Epiſtolarum Martialis Lemouicenſis, nec minus commentitiarum tabularum cypreſſinarum apud Photium Cod. CLXVI. aliarum item, de quibus Plutarchus lib. de facie in orbe Lunae p. 942. tum altero exemplo recentiore Antiquitatum Hetruſcarum, ab Allatio aliisque exploſarum. Deinde nullus afferri poteſt auctor eius aetatis fide dignus, qui vere ſub Nerone hoc accidiſſe referat, vel qui philyras ipſas inſpexerit, et de antiquitate illarum teſtari potuerit. Nemo itaque ſibi facile perſuadebit, Dictyn aliquem Cretenſem Troiano bello interfuiſſe, idque Graeca proſa deſcripſiſſe, vel librum, Graece quibusdam ſub Dictyos nomine lectum fuiſſe tantae antiquitatis, vt ex eo profecerit Homerus, quam in ſententiam Guilielmus Xylander in quodam Cedreni codice hoc reperit ſcholion: *Δίκτυος ἐξ οὗ Ὅμηρος ἀφορμὴν εἰληφὼς τὴν Ἰλιάδα συνέταξεν μετὰ ν̄ ἔτη ἁλώσεως Τροίας*, cui ſuccinens Ioh. Tzetzes Chiliad. V. hiſtor. 30.

— — — — καὶ ΔΙΚΤΥΝ δὲ τὸν Κρῆτα
Ἰδομενεῖ ἕπεσθαι καὶ τὰ τῆς μάχης γράψαι
Ἐξ ὧν, ὡς ἔφην, ὕστερον ΟΜΗΡΟΝ μεταφράσαι.

Potius perſuadebimus nobis, hunc Pſeudo-Dictyn ex Homero ſua incruſtaſſe. Exiguam quoque illius apud Criticos fuiſſe auctoritatem, vel ex eo quis coniecturam capiat, quod Euſtathius in vaſtis ſuis ad Homerum commentariis ne ſemel quidem teſtimonio eius vtitur.

Dictys Latinus graeco recentior.
Huius aetas.

XII. Porro, licet aliud videatur viris quibusdam eruditiſſimis, Scioppio, Voſſio, Mercero, qui hunc, quem habemus, Dictyn latine primum ſcriptum opinantur: ſine dubio tamen recentior eſt Graeco, quin ex [P] Graeco etiam translatum ſe non modo profitetur, ſed et phraſi ipſa paſſim prodit, [o]) ſaepeque ad verbum reddit, quae Graece ex Dictye veteres quidam nobis ſeruarunt

n) Eudocia l. mem. ita pergit: Τούτου (ſcil. Δίκτυος) ἱστορία εὑρέθη ἐπὶ Κλαυδίου· οἱ δὲ, ἐπὶ Νέρωνος βασιλέως Ῥωμαίων, τῆς Κρήτης ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθείσης, καὶ πολλῶν μνημείων ἀνεῳχθέντων. ὧν ἐνὶ εὕρηται γεγραμμένον βιβλίον γράμμασι Φοινίκων, καὶ μεθερμηνεύθη ἐν τῇ Ἀττικῇ γλώττῃ, πεμφθὲν τῷ βασιλεῖ· ἐν τῷ προστάγματι, Σεπτιμιός τις Ῥωμαῖος, σοφὸς ὑπάρχων τὴν γλῶτταν, εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν φωνὴν μετήνεγκεν. *Harl.*

o) Hoc argumentis non inficiandis demonſtrauit Clariſſimus Perizonius. Ceterum neſcio, ſitne veriſimilis altera viri docti coniectura, qua §. 36. ſuſpicatur Septimium illum odio Chriſtianae religionis, vt haberet, quae Hiſtoriae ſacrae opponeret, Latinam Dictyos verſionem adornaſſe. Sane nullus facile erit, qui lecto fabuloſiſſimo opere vel peius de Chriſtianiſmo ſentiat, vel magis faueat gentium Diis. *Fabr.* De editione Perizonii v. Act. Erudd. 1702. p. 49. ſq. coll. 1699. p. 333. ſq. *Harl.*

uiuunt. Neque vllo pacto veriſimilis eſt ſententia Caſparis Barthii, cui lib. LVII. cap. 20. Aduerſariorum, videntur Graeculi potius illum e Latino in ſuam linguam transduxiſſe. Cum vero a viris doctis, Ioſia Mercero, G. I. Voſſio, Olao Borrichio, Ioh. Frid. Gronouio cap. 25. Obſeruatt. Eccleſiaſt. aliisque referatur noſter ad aetatem Conſtantini Imp. vel Diocletiani certe: (Caſp. Scioppium enim, qui in paradoxis literariis Epiſt. 5. Velleii, Valerii Maximi et Curtii aetate ab aliquo elegantis ingenii et iudicii homine animi gratia et exercitationis ſcriptum exiſtimat, pauci audiendum putant,) neceſſe eſt, Graecum ſaltem illo aeuo iuniorem haud exſtitiſſe, ſed, quod Ioſ. Scaligero etiam viſum et in Darete ſupra a me notatum eſt, Euſebii iam aetate lectum tractatumque, atque fortaſſis, vt praeſtantiſſimus vir Iacobus Perizonius in diſſertatione de Dictye Cretenſi §. 29. ſuſpicatur, in Neronis Imp. gratiam a Praxi ſiue Eupraxide quodam Dictyos nomine confictum.

Graecus iam pridem intercidit. XIII. Quandoquidem vero Conſtantinus Laſcaris iam ante trecentos annos negauit, Dictyn apud Graecos amplius reperiri, et ab eo tempore nemo fuit, qui eum vidiſſe ſe narrauerit, non magna ſpes eſſe videtur, illum quandoque in lucem venturum, etſi illam prae ſe ferat Allatius, Graecus et ipſe doctiſſimus pag. 60. lib. de patria Homeri. De editionibus Latini Dictyos nihil addo iis, quae in Bibliotheca Latina pridem notaui, niſi quod in editione Amſtelodamenſi notarum Vlrici Obrechti p. 24. male excuſum eſt, primam ἔκδοσιν Mediolanenſem prodiiſſe A. C. 1627. Nam Obrechtus, vt ex Argentoratenſi eius notarum editione patet, ſcripſerat A. C. MCDLXXVII. hoc eſt 1477. pro quo typographus legit MDCXXVII. [*] [Adde ſupra ad §. 5. -- *Dictys Cretenſis Hiſtorie von dem Troianiſchen Krieg aus dem* Griechiſchen *überſetzt durch Marcum Tatium.* 1540. fol. vnde Tatius *graecum* cod. acceperit, aut cur illam iactarit epigraphen, equidem neſcio. -- *Maſellus Beneuentanus*, qui principem curauit editionem, in epiſtola dedicatoria ad Barthol. Chalcum, (quam typis repeti fecit *Saxius* in hiſt. typogr. litter. Mediolan. pag. 466.) de Dictye magnifice ſentit. *Harl.*]

CAPUT VI

I. *Drymon diuerſus a Dromone Comico. Suſarion Comoediae repertor Homero iunior.* II. *De Epimenide Cretenſi, qui a Tatiano male ſcriptoribus ante Homericis accenſetur.* III. *Catalogus ſcriptorum Epimenidi a veteribus tributorum cum variis obſeruationibus. Quae carmine edidit.* IV. *Quae proſa.* V. Ἐπιμενίδειον δέρμα. VI. *Euclus ſcriptor χρησμῶν.* VII. *Eumolpus.* VIII. *Hanno, Peripli auctor.* IX. *Alii Hannones.* X. *Graeca peripli verſio, aetas, auctoritas et fides.* XI. *Mos Graecorum nomina Phoenicia et alia Orientalia Graeco ſermone interpretantium.* XII. *Vtrum Epitome tantum Peripli Hannonis ad nos peruenerit, vel alius quam viderunt Mela et Plinius.* XIII. *Peripli Hannonis interpretes et editiones.* XIV. *Helena.* XV. *Hellen.* XVI. *Hercules.*

[Cum ſupplementis G. C. Harleſ.]

Dromon. Suſarion. Dromocrides. I. DRYMON inter ſcriptores, qui ante Homerum aliquid compoſuerint, ponitur a Tatiano f. 173. [ſ. p. 137. ed. Oxon. 1700. 8.] etiam apud Euſebium, qui Tatiani locum repetit lib. X. praeparat. pag. 495. legitur Δρόμωνος Vnde minus probanda coniectura Wilhelmi Worthi, qui apud Tatianum Δρόμωνος reſcribit. Sane *Dromonem*, cuius pſaltriam laudat Athenaeus [lib. VI. p. 240. et lib. IX. p. 409.], conſtat fuiſſe

Comicum longe iuniorem, quem Homero vt praeponeret aetate, non facile potuit Tatianus in mentem venire, cum Homero iunior ſit ipſe *Suſario* a) Icarienſis, Comoediae repertor, de quo videndus Iohannes Pearſonius in vindiciis Ignatii part. 2. cap. 1. Richardus Bentleius in diſſertatione de Epiſtolis Phalaridis Anglice edita p. 202. ſq. [ſ. ſecundum interpretationem Lennepii latin. p. 108-115.] et Humfredus Prideaux ad Epochas marmoreas p. 207. Fuit et antiquiſſimus quidam ſcriptor b) *Dromocrides*, cuius Theogoniam laudat Fulgentius lib. II. Mytholog. [cap. 17. vbi vide Munker. p. 698. ed. Staveren.] capite de Ixione; ſed non auſim eius nomen apud Tatianum pro *Drymone* reponere, praecipue cum *Democritum* ex antiquo Mythologo inedito reſeribat Cornelius Tollius p. 142. ad Palaephatum. [☞]

Epimenides. II. EPIMENIDES e Cnoſſo, vel Gortina, vel (vt Plutarchus in Solone p. 84. et lib. de Oraculorum defectu p. 409. ac Tzetzes Chil. V. hiſt. 18.) ex Phaeſto ciuitate, Cres ſiue Cretenſis, inclytus fatiloquus, et quorundam iudicio, (vt eſt apud Plutarchum, Laertium, Clementem Alex. et Cyrillum) ſeptem ſapientibus annumeratus, ponitur et ipſe a Tatiano inter illos ſcriptores, qui Homerum aetate praeceſſerunt. Sed perperam vtique, cum Pythagorae Magiſtrum fuiſſe narret Apuleius in Floridis, Athenasque peruenerit, Platone 1. de Legibus [p. 780. F.] teſte, decem annis ante Perſicam expeditionem ſiue praelium Marathonium, quod commiſſum Olymp. LXXII. 3. atque adeo Olymp. LXX. 1. Sed iam tum Athenas Cylonio ſcelere purgauit circa Olympiadem XLIV. vt Suidas, vel XLV. vt Euſebius, vel XLVI. aut XLVII, vt quidam Laertii codices et Apoſtolius VIII. 84. prouerb. Olympiadis XLVI. anno 3. Solonem iuuit in condendis legibus, vt omittam, quod Porphyrio p. 19. teſte, Epimenides Pythagoram audiuit c) et quidem ſenem iuuenis, ſi credimus Iamblicho c. 23. de vita Pythag. quem vide etiam c. 32. Centum ac quinquaginta ſeptem annis vixit teſte Theopompo apud Plinium VII. Hiſt. c. 48 d). Epimenidem a ſuae aetatis hominibus νέον Κούρητα appellatum, filiumque habitum Βάλτης Nymphae, auctor eſt Plutarchus in Solone p. 84. qui addit, eum fuiſſe θεοφιλῆ καὶ σοφὸν περὶ τὰ θεῖα, τὴν ἐνθουσιαστικὴν καὶ τελεστικὴν σοφίαν e). Verum ne plura de Epimenide

a) Perperam *Siſario* excuſum in Meurſii Bibliotheca Attica p. 1606. [adde infra in Notitia comicorum deperditor. voc. *Suſario.*]

b) Eidem Meurſio p. 1491. vocatur *Dromoclides*, qui memoriae lapſu Hygino tribuit verba quae apud Fulgentium exſtant. Mauſſaco ad Plutarchum de fluminibus *Dromocides*. Mentio *Dromoclidae* cuiusdam Rhetoris, ſed qui nihil cum altero commune habet, apud Plutarchum in praeceptis gerendae Reip. et in Demetrii Macedoniae Regis vita.

c) Contra, Pythagoram, admodum iuuenem, fuiſſe auditorem Epimenidis ſenis alii narrant, vt Apulei. (quod alii negant aut in dubium vocant,) Flor. libr. II. v. Bentlei. l. m. Dodwell de Cyclis pag. 137. ſect. XII. *Harl.*

d) Secundum Eudociam vixit ρϟζ́ annos. *Harl.*

e) De Epimenide, vrbe illius patria, aetate, arte diuinandi, aliisque rebus, quae veteres, praecipue Cretenſes, quorum quidem fides non adeo magni aeſtimabatur, de eo fabulati ſunt, magnus eſt diſſenſus cum apud veteres, tum apud recentiores. v. *Diogen. Laert.* I. ſect. 109. ibique interpretes in ex. Meibomii pag. 69. ſqq. *Eudocia* in Ἰωνιᾷ pag. 150. aliique a Fabricio laudati, et mox a me commemorandi. *Phaeſto*, vrbe Cretenſi, oriundus quidem dicitur a *Plutarcho* (in vita Solonis 184. ſ. vol. I. pag. 356. ed. Reiske, vbi de luſtratione Athenarum per Epimenidem facta agitur,) et Tzetze: at res incerta iam viſa eſt veteribus. Nam *Strabo* lib. X. p. 479. ſ. p. 734. Almel. ἐκ τῆς Φαιστοῦ τὸν—Ἐπιμενίδην φασιν

ἀνα, et *Eudocia* l. m. Ἐπιμενίδης Κρὴς Κνώσσιος. Κατὰ δέ τινας, Φαίστιος, ſcribunt. At haec narratio orta eſſe videtur ex falſa lectione apud Plutarchum, immo vero apud antiquiorem quemdam auctorem, ita vt loco Ἐπιμενίδης ὁ Φαίστιος a Plutarcho aliisque olim ſcriptum eſſet Ἐπιμ. ὁ Φαιστίου *filius Phaeſtii:* quam coniecturam in mentem quoque veniſſe vidi *Relando* in not. ad: Les vies des poetes grecs en abregé par Mr. le Févre, Baſil. 1766. pag. 38. *Phaeſtii* enim ſiue *Phaeſti* filius dicitur a Theopompo apud Diogenem et a Suida locc. memm. quamquam in patris nomine veterum quoque eſt diſſenſio. De ſomno illius diuturno fabulam, a pluribus expoſitam, repetere nolo: at iam apud Diogenem pag. 72. interpretati ſunt veteres, illum non obdormiſſe, ſed ad tempus exſpatiatum eſſe, intentum radicibus ſecandis. Quare, vel ab ipſo Epimenide per fraudem ſomnum fictum fuiſſe ad maiorem ſibi inter ſuos parandam fidem atque auctoritatem, vel a Cretenſibus ad honorem cultumque ſui quondam popularis, vel a poeta quodam ad orationem illuminandam dignitatemque nominis amplificandam excogitatum ornatumque eſſe fere ſuſpicor. Peregre abiit diuque abfuit Epimenides a patria, forſan in ſolitudine quadam aut loco a patria longe diſſito diu commoratus et ſtudio naturae arcanaeque philoſophiae intentus. (conf. *Des Land.* hiſtoire critiq. de la philoſ. tom. I. pag. 343. ſq.) Hinc poſtea vocatus eſt θεοφιλὴς καὶ σοφὸς περὶ τὰ θεῖα. Somnus vero imago erat vitae otioſae, aut dum quis a munere curaue rerum vacuus aut ab auxilio opeque alteri ferenda alienus videbatur. Sic veteres conqueſti ſunt, vel deos ipſos dormitare. v. *Hemſterhuſ.* ad Luciani Timon. cap. VI. tom. I. pag. 111. vbi de Epimenide erudite diſputat, et *Carpzou.* in praeſenti Abbatem et Prof. Theol. in vniuerſitate Helmſtadienſi, in docta diſp. de quiete deorum. *Maximus Tyrius* diſſ. XVI. p. 175. ed. 2. Dauiſ. putat, ab Epimenide confictam eſſe fabulam, vt vitam humanam doceret ſimilem eſſe longo multorumque annorum ſomnio. adde *Huetium* in Demonſtr. euangelica, propoſ. IX. cap. 142. §. 9. Maiores tamen tragoedias excitauit temporis ratio, praecipue *Platonis* teſtimonium, quando Epimenides Athenas venerit ad illam vrbem, Cylonio piaculo pollutam, luſtrandam atque purgandam. Plato ſcripſerat, Epimenidem Athenas aduenisse πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον: quod Aldobrandinus ad Diogenis locum intelligit, ***antequam Perſae in Lydiam venirent*** Cyro rege, eiusque interpretationem probat *Iaques George de Chaufepié* in Nouveau Dictionaire hiſtorique et critique pour ſervir de Supplement ou de Contin. au Dictionaire — de Pierre Bayle. tom. II. Amſterd. et Hagae Com. 1750. pag. 42. vbi Epimenidis vitam fataque perſequitur. Enimuero erraſſe iſtum, iam docuerunt *Bentlei.* in reſponſione ad C. Boyle de aetate Pythagorae pag. 31. ſq. ſecundum latin. Lennepii interpretationem, et *Hemſterhuſ.* ad locum Luciani; iique ex connexione verborum oſtenderunt, narrationem Platonis pertinere ad Mardonii in Atticam expeditionem, Platonemque ſtatuere plane, Hemſterhuſ. ſcribit, Epimenidem Athenis adfuiſſe ſecundo tertioue anno Ol. LXVIII. h. e. ſex et triginta plus minus annis poſt occupatas a Cyro Sardes. Platonem vero, adfirmat Bentlei, rationem temporum in ſuis dialogis non habuiſſe. *Weſſeling.* quoque ad *Simſonii* Chronicon a. m. 3410. ante C. N. 593. vbi de noſtro agitur, col. 589. non vidit, qui, quod Plato prodidit, verum eſſe queat. *Meurſius* in Solone cap. 9. qui cuncta ſubtiliter explorat, Platonem ratus in mendo cubare, pro vulgata lectione δέκα reſcribere iubet ρκα´, vt Plato dicat annis 121. ante Perſicum bellum luſtratas eſſe Athenas ab Epimenide. Enimuero *Eduard. Corſinus* in Faſtis Atticis, tom. III. pag. 74. erroris arguit Meurſium, integro Platonis contextui mire repugnantem, et Platonis ſenſum arbitratur, Epimenidem non *primo* quidem, ſed *ſecundo* Athenas *decem* annis ante *Perſica*, h. e. naualem Perſarum claſſem, quae anno I. Olymp. LXXV. prope Salaminem ſuperata fuit, conceſſiſſe, ibique ſacrificia quaedam ex Apollinis monitu rite peregiſſe. Idem *Corſinus*, quod Olympiadis numerus in Laertii exemplaribus, aliis Olympiada XXVII. aliis XLVI. aliis XLVII. (et ita *Euſebius Scaligeri*,) exhibentibus, vitiatus eſt, reſcribendum putat in Diogene τρίτῃ καὶ ἑβδομηκοστῇ *ſeptuageſima tertia:* cuius coniecturae fidem ſtabilire id exiſtimat, quod Nicias, Nicerati filius, vna cum naui ad Epimenidem arceſſendum ab Athenienſibus ablegatus, et Sicula clade celebris a. 4. Olymp. XCI. ſuperatus, Olympiade quidem LXXIII. Cretam adpellere profecto potuerit. Quoniam vero ea temporis ratio isque aduentus a Solonis aetate nimis remotus videretur, vtpote quum ab illo tempore, quo Epimenides Athenas certe conceſſit, ad Olymp. LXXIII. anni propemodum 110. interceſſere; fieri potuiſſe ſuſpicatur, vt Epimenides, quum alii 154, alii 157, et vero Cretenſes

de in praeſenti dicam, ſufficit. qui de illo diligenter egerunt, viri docti ad Laertium in vita Epimenidis, Andreas Schottus ad Prouerbia p. 251. et 314. Iohannes Marshamus in Canone Chronico Sec. XVIII. p. 642. ſeq. Iohannes Meurſius in Creta, lib. IV. cap. II. tum Hugo Grotius et Georgius Calixtus in Epiſtolam Pauli ad Titum I. 12. ad quem locum eadem nonnulla annotaui lib. II. cap. 7. Obſeruationum ſacrarum. Omitto vt ſatis notos Gyraldum dialogo 2. de poetis, et Voſſium lib. IV. de Hiſtoricis Graecis cap. I. [adde *Stanlei.* hiſt. philoſoph. pag. 91. *Alexandrum Morum* in not. in Tit. I. 12. pag. 192. infra lib. II. cap. 13. in catalogo Peripateticor. *Heum.*]

Eius ſcripta 1) poetica.

III. Scripta eius haec a veteribus memorantur:

1. *Κουρήτων καὶ Κορυβάντων γένεσις καὶ* f) *Θεογονία.* Verſus 5000. Haec poe-

299. aetatis annos illi tribuiſſent, facile Athenas *quadragenarius* concederet, iterumque *centeſimo ac quinquageſimo* aetatis anno illuc rediret. At vero illa emendatio aliena eſt ab aliorum narratione atque itineris illius teſtimoniis. Tum argumentum ab Nicia et Nicerato petitum cum Hemſterhuſio ad Luciani locum mihi videtur minus validum eſſe. Plures enim Niciae et Nicerati in hac ipſa familia fuerunt. Quare is, qui ad Epimenidem arceſſendum ablegatus erat, vnus aliquis ex iſtius Niciae, qui Siculae praefuit expeditioni, maioribus ortum ducere potuit. Quae quidem ſuſpicio non aeque, atque Corſino, temeraria videbitur. Denique duplex illius iter Athenienſe atque duplicem expiationem nullus veterum, quantum equidem ſcio, memorauit. Tanta igitur temporis et iudiciorum de Epimenidis luſtratione diuerſitate parum abeſt, quin acquieſcere malim in ſententia (quae mihi quidem veterum de Epimenide narrationes fabulasque comparanti, antea, quam conſuluiſſem Dodwellum, iam venerat in mentem,) *Henrici Dodwelli* de veteribus Graecorum Romanorumque Cyclis, Oxoniae 1701. 4. diſſ. III. ſect. 12. fin. pag. 148. et cum eo duo, quos more ſolito confuderit antiquitas, *Epimenidas*, vtrumque Cretenſem, ſtatuere, alterum ſeniorem Pythagora, huiusque doctorem et Soloni coaeuum; alterum Pythagora iuniorem illiusque auditorem et ſocium, quum in antrum Idaeum deſcendiſſet, cuius teſtimonium de rebus praeceptoris ſui aliquoties aduocat *Iamblichus* vitae Pythagorae L. I. c. 2. 23. 28. Hinc diuerſae de loco Epimenidis patrio parentumque nominibus narrationes intelligi poſſunt atque facilius explicari. Idem *Dodwell* l. m. pag. 157. ſect. XI. fin. poſtquam a pag. 134. oſtendere conatus eſt, Epimenidem, nempe ſeniorem, exſtinctum eſſe anno Olymp. LIV. t. aetatisque ſuae anno CLIV, efficit, eum natum fuiſſe Olymp. XVI. anno ſecundo; Homero maiorem, (vno anno demto) VII. Olympiadibus, annis nimirum XXVII. Denique ſubtiliter ſuſpicatur probatque, Suidae verba in Epimenide ita eſſe conſtituenda atque interpolanda: Οὗτος ἐκάθηρε τὰς Ἀθήνας τοῦ Κυλωνίου ἄγους κατὰ τὴν [μς' Ὀλυμπιάδα· ἀπέθανε δὲ κατὰ τὴν] νδ' Ὀλυμπιάδα γηραιὸς ὤν. *Bentleio* tamen in Reſponſione etc. p. 31. in Suida numerus μδ' vitium videtur librarii, reponendumque μέ vel μς'. Forſan iuniori Epimenidi quaedam aut plura, quae memorantur, ſcripta ſunt adſignanda. Quae futurorum praeſcientia in Epimenide laudatur, ea partim fabuloſa videtur, partim animi ſagacitatem rerumque vſum indicat. At ſatis de hoc dicta ſunt. Plura de illo praeter eos, qui a me et a Fabricio iam laudati ſunt, diſputarunt *Thom. Stanlei.* in hiſtoria philoſophiae tom. I. pag. 95. ſqq. ed. Venet. 1731. 4. *Brucker* in hiſtoria crit. philoſ. tom. I. pag. 419. ſqq. *Cromazian.* della Iſtoria e della indole di ogni filoſofia. vol. II. Venet. 1782. pag. 78. ſq. Auctor libri: Neue Welt- und Menſchengeſch. T. VII. p. 349. ſſ. — Duo alios *Epimenidas* memorat *Diogen. Laertius* ſect. 115. fin. alterum, qui Genealogias ſcripſit; alterum, qui Dorice Rhodi hiſtoriam condidit. Quibus *Menagius* ad h. l. pag. 65. tertium adiunxit, *Epimenidem*, Heroem Atticum, qui primus boues aratro iunxit. *Harl.*

f) Meurſius in Creta p. 240. tanquam duo diuerſa poemata accipit Theogoniam et Curetum ac Corybantum generationem. Sed quia Laertius [et Eudocia] verſuum numerum computans illa coniungit et pro vno habet, eius ſententiam ſequi malui.

poema Laertio memoratum non videtur aliud fuiſſe a Telchiniaca hiſtoria, cuius ſcriptorem Epimenidem quibusdam haberi, ab aliis Teleclidem, auctor Athenaeus lib. VII. Telchines enim a Curetibus et Corybantibus parum diuerſi. Vide Strabonem lib. X. p. 466. Hoc opus Θεογονίας, cuius reſpectu perinde, vt Orpheus, Theologus dicitur Epimenides a Diodoro Siculo et aliis, puto in animo habuiſſe ſcholiaſtem Apollonii, quoties Epimenidem [¶] laudat. Ex eodem forte petiti ſunt tres verſus, quos profert Aelianus lib. XII. hiſt. animal. cap. 7. [p. 380. ſq. edit. Schneider.] et quae de Styge Pauſanias in Arcadicis p. 35. Quibus Meurſius addit, quae de Pane et Arcade Iouis ac Calliſtus filiis a Scholiaſte Theocriti ad Idyll. 1. 3., quae de Saturni filiabus, Eumenidibus, a Scholiaſte Sophoclis ad Oedipum Colonenſem, et quae de Capricorno afferuntur a Germanici interprete p. 125. Epimenidem ipſum νέον Κοῦρητα ſiue *Ioue genitum* appellatum refert Plutarchus [in Solone p. 336. vbi v. Xylandr.] Diodorus Sic. libro V. p. 239. teſtatur ſe in rebus Cretenſium exponendis inter alios Epimenidis quoque veſtigiis inſtitiſſe.

2. Argonautica ſiue Ἀργοῦς ναυπηγία τε καὶ Ἰάσονος εἰς Κόλχους ἀπόπλους, verſus 6500. Videntur reſpici a Scholiaſte Pindari ad Olymp. I. Antiſtroph. 3. vbi laudat Epimenidem Apollonium et Heſiodum.

3. Περὶ Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυος [Ῥαδαμάνθυος apud Eudociam] verſus 3000.

4. Περὶ χρησμῶν, ex quo libro petitus verſus Epimenidis, Cretenſium Prophetae a Paulo Apoſtolo memoratus, ſi credimus Hieronymo, Socrati Scholaſtico III. 16. et Nicephoro X. 26. [g]) Forte hoc opus reſpexit Suidas, cum ἄλλα αἰνιγματώδη Epimenidis ſcripta memorat. Scholiaſtes Luciani T. 1. [c. 6. p. 111. ed. Reitz.] ὁ Ἐπιμενίδης Κρὴς ἦν χρησμολόγος, οὗ καὶ τὸ, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, λόγιον.

5. Μυστήρια, quorum apud Suidam mentio.

6. Καθαρμοὶ, *Carmina luſtralia* ſiue *piacularia*, quorum [h]) recitatione homines, domos, vrbes expiabant. (Ita enim pro καθαρσὶ legendum apud eundem Suidam, vt recte prius monuit Wolfius.) Καθαρμοὺς Epimenidis δι᾽ ἐπῶν memorat etiam Euſtathius ad Dionyſium Periegetem et ad Iliados β', [atque καθαρμοὺς δι᾽ ἐπῶν citat Eudocia. *H.*] Caeterum non Athenas tantum a ſcelere Cylonio expiauerat, de qua luſtratione circa Olympiadem XLIV. facta meminit Plato primo, [p. 780. E. edit. Frf.] et *Cicero* ſecundo [cap. 11. vbi v. notam Dauiſii, *H.*] de legibus aliique apud Ioh. Meurſium in Solone cap. 9., ſed et alias vrbes, vt refert Pauſanias in Atticis p. 35. Vnde καθαρτὴς cognominatus eſt, teſte Porphyrio in vita Pythag. p. 19. et Iamblicho c. 28. eiusque θυσίαις bellum Perſicum per idoneum tempus dilatum fuit, vt legas apud Clementem Alex. lib. VI. Strom. p. 613. Ammianus quoque lib.

g) *Olearius* infra libr. V. 9. vol. VII. pag. 176. ad Libanii orat. ex Athenodoro, Eretrienſi, a Ptolemaeo Hephaeſtione apud Photium cod. 190. memorato, notat, Epimenidem initium verſus Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται a Medea videri accepiſſe. Illa enim cum Theride formae praeſtantia contendens, eique a Momeneo Cretenſi, quem iudicem ambae elegerunt, poſtpoſita, irata dixit: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, eumque exſecrata, ne vmquam vera diceret, qui in hoc iudicio mentitus eſſet, edixit: a quo tempore Cretenſes ψεῦσται habiti ſunt. *Harl.*

h) Vide Clariſſ. Baylii Dictionarium Hiſtorico Crit. in *Epicuro* nota B.

lib. XXVIII. cap. 4. vbi Romae mores corruptiſſimos eſſe queritur, ita perditos eſſe ait, vt nec *Epimenides ille Creteuſis, ſi fabularum ritu ab inferis excitatus rediſſet ad noſtra, ſolus purgare ſufficeret Romam, tanta plerosque labes inſanabilium flagitiorum oppreſſit.* Inde et anſam ſumſit Iohannes Lomeierus eruditum, quod de luſtrationibus veterum in lucem edidit, Syntagma, in altera editione. [Zutphaniae 1700. 4.] *Epimenidis* titulo inſcribendi. Ritus in luſtratione ab Epimenide obſeruatos cum ritibus Iudaeorum in magno expiationis die receptis confert Humfredus Prideaux ad Epochas marmoreas p. 109.

2) *Proſaica.* IV. Etiam proſa ſcripſit Epimenides, teſte Laertio, i) librum περὶ θυσιῶν [P] et alium περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πολιτείας. [περὶ τῆς Κρητικῆς πολιτείας, Eudocia p. 151. eadem pag. 30. καθάπερ Ἐπιμενίδης, ὁ τὰ Κρητικὰ ἱστορῶν φησί. eadem p. 166. cum ſcripſiſſe refert πολλὰ ἐπικῶς μετρικά, καὶ αἰνιγματώδη καὶ καθαρτικά· καὶ ἄλλα. *Harl.*] Itemque Epiſtolam ad Solonem de eodem argumento ſiue de Rep. quam apud Cretenſes Minos condidit, etſi hanc propter Atticum, idque recens, dicendi genus ſuppoſititiam eſſe putant Demetrius Magnes lib. de homonymis. Epimenidem Theologum ſe in quibusdam, vbi de rebus Cretenſium agit, ſequi, in aliis Doſiadem, in aliis Soſicratem, et Laoſthenidem, teſtatur Diodorus Siculus V. Ab Eratoſthene quoque in Cataſteriſmis c. 27. laudatur Epimenides ὁ τὰ Κρητικὰ ἱστορῶν. Aliam Epiſtolam Epimenidis Dorice ſcriptam Olymp. LIV. 4. tyranno Piſiſtrato ad Solonem ſeruauit idem Laertius lib. I. Sect. 113. Sane Solone familiariter vſum, multaque ei clam praeſtruxiſſe et viam praemuniiſſe ad leges conſcribendas, auctor Plutarchus in Solonis vita.

Ἐπιμενίδειον δέρμα. V. Heſychius Illuſtris refert, Epimenidis mortui cutem γράμμασι κατάστικτον repertam perhiberi. Idem legas apud Suidam, qui memorat prouerbium Ἐπιμενίδειον δέρμα, quod non ipſe tantum ſed et Diogenianus, appendix Vaticana et Apoſtolius exponunt ἐπὶ τῶν ἀποθέτων, Eraſmus de rebus repoſitis et in arcano loco habitis; Lacedaemonios enim admonitos oraculo, pellem eius religioſe aſſeruaſſe. Inter inuenta Epimenidis fuit et boues aratro iungere, vt notat Heſychius Alexandrinus in Βουζύγης. Auſonius Epiſt. 23. ad Paulinum.

Triptolemon olim ſiue Epimenidem vocant
Aut Bulianum Buzygen
Tuo locabo poſtferendos nomini.

Ἐπιμενίδειον ſcillam, qua herba in luſtrationibus Epimenides vſus fuit, commendat Theophraſtus lib. VII. hiſt. plantar. c. 11. Pythagoram quoque ſcilla vſum teſtatur Porphyrius in huius vita p. 23. et Perſam Mithrobarzanem face ac ſcilla initiantem fingit Lucianus in Necyomant. T. 1. p. 352. Epimenideos praeterea trochiſcos ſiue Paſtillos, in obſidionibus deficiente annona opportune adhibitos, praeter Plutarchum lib. de facie in orbe Lunae p. 940. Philonem in Βελοποιικοῖς p. 88. et Heronem lib. de machinis bellicis memorat Michael Pſellus libro inedito περὶ παραδόξων ἀκουσμάτων.

VI. EV-

i) Item Eudocia: τὸ κατ' ἐκλογάδην περὶ θυσιῶν. *Harl.*

Euclous. VI. EVCLOVS Cyprius in Tatiani codicibus perperam Εὔμικλες, vbi ſcriptoribus qui ante Homerum floruere annumeratur, Euſebio et Pauſaniae Εὔκλεος, Suidae quoque in α᾽. qui Εὔκλϐν χρησμολόγον vocat. Eius χρησμὸς legiſſe ſe teſtatur Pauſanias in Phocicis p. 828., eorumque iterum meminit p. 832. et pag. 858. vbi vaticinium eius profert de Homero, ſex verſibus conſtans. Gyraldus huic tribuit Cypria carmina, de quibus dicturus infra ſum inter ſcripta, quae ad Homerum olim velut autorem relata accepimus.

Eumolpus. VII. EVMOLPVS filius Muſaei, Orphei diſcipuli. Suidae [item Eudociae p. 167.] dicitur ἐποποιὸς τῶν πρὸ Ὁμήρϐ, qui et ſcripta eius commemorat, τελετὰς k) Δήμητρος [?] καὶ τὴν τῶν μυστηρίων παράδοσιν τὴν ταῖς θυγατράσιν αὐτϐ γενομένην ἔπη τὰ πάντα τρισχίλια. Ex Eumolpi Βακχικοῖς ἔπεσι verſum Hexametrum producit Diodorus Siculus lib. I. p. 11. Diuerſa haec fuerunt a carminibus Muſaei Eumolpiis, de quibus infra agimus. [v. libr. I. cap. XVI. 4.] Addit Suidas, Eumolpum proſa etiam ſcripſiſſe librum vnum, in quo tractauerit χειροσκοπικά. Ita enim accipienda eius verba, vt probe vidit Hieron. Wolfius, quae perperam poſtea eſt interpretatus Aemilius Portus l). Huius Eumolpi nomen ſupplendum ſuſpicabatur Ioh. Seldenus in marmore Arundeliano, vbi Proſerpinae raptus et Cereris errores carmine deſcripti memorantur, Iacobus vero Palmerius in Exercitationibus ad ſcriptores Graecos p. 690. de Pamphi ſiue Pamphoi nomine ibi inſerendo iubet cogitare. Qua de re, vtpote parum mihi certa, lectoris eſto arbitrium. [adde quoque de Eumolpo Thrace Luciani Demon. 34. tom. II. p. 387 et Fugitiu. 8. tom. III. p. 370. ed. Reitz. Simſon. Chronicon vniu. ad a. 2656. et 2750. *Harl.*]

Hanno. VIII. Video hoc loco agendum mihi etiam eſſe de Punico ſcriptore HANNONE (Graeci Ἄννωνα dicunt) duce Carthaginienſi, et peripli auctore, quem Iſaacus Voſſius in praef. ad Scylacem non Scylace tantum, ſed et Herodoto, antiquiorem eſſe affirmat, idque ſe alibi oſtenſurum pollicetur, approbante hanc eius ſententiam Bocharto lib. I. Chanaan cap. 37. et Reu. Thoma Ittigio lib. de montium incendiis p. 124. Quin idem Voſſius in variis Obſeruationibus capite II. vbi de magnitudine Carthaginis agit p. 52. longe altius progreditur, et Hannonis expeditionem integro ſeculo bellum Iliacum praeceſſiſſe contendit. Dixerat Plinius lib. II. c. 67. Hannonem *Carthaginis potentia florente* ſiue vt lib. V. c. 1. ait *Punicis rebus florentiſſimis* circumuectum a Gadibus ad finem Arabiae, nauigationem eam prodidiſſe ſcripto: *Si quis autem ſcire velit*, inquit Voſſius, *quo maxime*

k) Has alii tribuerunt Eumolpo cuidam antiquiori (tres enim fuiſſe, iam notauit Scaliger ad Euſeb. p. 39.) Vide Scholiaſten Sophoclis ad Oedipum Colonenſem v. 1108. et Scholia ad Homerum Iliad. Θ'. 368. [item Apollodor. in Biblioth. II. c. 5. §. 12. cum nota cl. Heynii pag. 429,] vbi de initiato per Eumolpum Hercule. *Fabric.* Primus Eumolpus vixit cum Triptolemo, qui apud Scholiaſt. ad Sophoclis verſum laud. Deiopes ex Triptolemo natae filius et ſecundum quosdam auctor Sacrorum Eleuſiniorum fuiſſe dicitur: alter fuit Neptuni e Chione filius, de quo v. Apollodorum in Bibl. III. 15. 4. ſq. cui paſſim ab aliis tribuuntur ſacra illa Eleuſinia inſtituta. Tertius is, ad quem Hercules veniſſe dicitur. v. cl. *Heynium* de hac controuerſia et narratione diuerſa copioſe differentem ad Apollodor. p. 860. ſqq. *Micyllum* et *Burman.* ad Ouid. Met. XI. 93. *Harl.*

l) Χειροσκοπικὰ πεζῶς, βιβλίον ἓν ſcribit Suidas. contra Eudocia, quae tamen h. v. fere exſcripſerat Suidam, χειροσκοπικὰ ἐν δυσὶ βιβλίοις. *Harl.*

tempore floruerit Carthago, cuius aſſirmare tempus id vel ipſum quoque bellum praeceſſiſſe Troianum. Didonem condidiſſe Carthaginem eadem ratione, qua Auguſtus Romam, Conſtantinus Byzantium et alii alias condiderunt vrbes (non vt primi auctores ſed reſtauratores) *libenter credo. Sed et verum forſan, quod ſcribit Appianus* (in limine libri de bello Punico) *quinquaginta ante bellum Iliacum annis a Tyriis fuiſſe conditam. Neque vrbes condi dicuntur, cum auctae augentur colonis. Verum multo antiquiorem eſſe Carthaginem ex Hannonis conſtat potiſſimum periplo ſiue nauigatione extra columnas Herculis. Supereſt etiamnum periplo huius compendium, multo enim auctius olim fuiſſe, exinde colligas, quod complura legas ex illo deſumta, quae tamen hoc tempore in illo non inuenias. Quanta fuerit iam illo tempore Carthago, ex eo cognoſcas, quod poſt conditas trecentas in litore Libyco vrbes, redundante nihilominus hominum multitudine, cum ſexaginta pentecontororum Hannonem miſerint claſſe, inſtructa commeatu et triginta colonorum millibus, ad explorandos extra columnas Herculis Libyae tractus et condendas in illo quoque* [℟] *Oceani litore colonias. Hanc nauigationem factam fuiſſe cenſet Strabo* (lib. I. p. 47.) *paulo poſt bellum Iliacum. Sed vero rectius dixerimus integro minimum ſeculo antiquiorem hoc bello fuiſſe iſtam Hannonis expeditionem. Cum enim non ex nihilo oriantur fabulae, vnde demum tres Gorgones, niſi ex tribus Hannonis Gorgadibus, aſſentiente etiam Palaephato (cap. 32.) Vnde Amaltheae ſiue Heſperidum cornu, niſi ex eiusdem nominis promontorio apud Hannonem? Sed et poma aurea quae ex Heſperidum hortis ad Oceanum ſitis decerpſiſſe dicitur Hercules, quis in Europam potuit adducere niſi Hanno, qui primus iſta oceani litora adiit, et ex promontorio Soloentis, nunc capite Viridi, et ex Θεῶν ὀχήματι, nunc Sierra Liona dicto, vbi copioſiſſime proueniunt, primus iſthaec poma Europae intulit? Valent haec argumenta, vnde certo conficere poſſimus Hannonem praeceſſiſſe aut ſaltem aequalem fuiſſe temporibus Herculis et Perſei.* In eandem ſententiam diſputat vir doctus ad Melae lib. III. c. 9. et non modo Xenophontem Lampſacenum, quod Solino accredere nolebat Salmaſius in exercitatt. Plinianis p. 1297., ſed et ipſum Homerum et Heſiodum contendit iuniorem eſſe, quam periplum Hannonis. Admodum leuia autem ſunt argumenta, quibus Paradoxum hoc ſuperſtruxit, vt oſtenſum Henrico Dodwello in diſſertatione de aetate peripli Hannonis, quae praefixa eſt tomo primo Geographorum Graecorum minorum Iohannis Hudſoni, viri Clariſſimi. Inprimis Iſaaci Voſſii ſententiae obiicitur, quod Plinius lib. II. cap. 67. non modo *potentia Carthaginis florente* (atque ita quidem florente, vt huius rei notitia etiam ad Romanos et Plinium peruenire potuerit) Hannonem a Carthagnienſibus miſſum a ſuis narrat, ſed et addit eodem tempore ad extera Europae miſſum *Himilconem*, quem et ipſum iter ſuum ſcripto expoſuiſſe conſtat ex Plinio, (qui Himilconem refert inter eos, ex quibus profecerit lib. V.) et Aveno in ora maritima v. 117. et 412. Atqui duo ſimul duces Carthaginenſium Hanno et Himilco memorantur a Diodoro Siculo lib. XX. cap. 61. T. 2. p. 794. ſeq. qui Agathocli Africam ſubiugantí reſtiterunt Olymp. CXVIII. 2. Hos ante res aduerſus Agathoclem infeliciter geſtas a Carthaginienſibus in diuerſas partes emiſſos fuiſſe veriſimillimum videtur. Neque ad alium Hannonem periplum retulit magni iudicii vir Voſſius, Iſaaci pater, libro IV. de Hiſtoricis Graecis p. 513. [m]).

IX. Fuere

m) De *Hannone* eiusque aetate atque periplo ſententiae doctorum hominum antiquiorum non minus, quam recentiorum adeo diuerſae ſunt, vt, quid verum, quid falſum, aut probabile ſit,

ſit, haud facile expediri atque demonſtrari poſſit. Itaque ea, quae poſt Fabricii diligentiam atque memoriam de Hannonis aetate libelloque diſputata reperi, colligam paucisque comprehendam. *Mariana* in Hiſtoria de Eſpaña libr. I. cap. 22. putat, Hannonis nauigationem incidere in annum primum Olympiad. LXXXIII. i. e. a. 448. ante C. N.; *Bougainville* bene meruit de Hannone, atque Dodwelli Voſſiique lubricas falsasque opiniones docte copioſeque refutauit in binis Commentationibus, in regia litterarum elegantiorum ſocietate Pariſienſi praelectis: quarum prior typis exſcripta eſt in Memoir. de l'Acad. R. des Inſcript. tom. XXVI. pag. 10. ſqq. (et germanice verſa adhaeret theotiscae Arriani interpretationi Schmidianae pag. 162. ſqq.) poſterior autem ibid. tom. XXVIII. pag. 260. ſqq. in qua euincere ſtudet Bougainv., auctorem Peripli illum eſſe *Hannonem*, ad quem a philoſopho Anacharſide, teſte *Cicerone* V. Tuſcul. quaeſt. cap. 32, (ad quem locum confer Dauiſii notam,) epiſtola ſcripta eſt, adeoque illum vixiſſe Olymp. XLVI. a. m. 3355, (ſiue, ſecundum *Saxii* rationes in Onomaſtico, circiter a. m. 3411. ante Ch. n. 592. V. C. 160.) Illi adſentitur auctor libri hiſtorici: Neue Welt- und Menſchengeſchichte. Aus dem Franzöſiſchen, mit Zuſätzen und Anmerkungen verſehen von *Michael Hiſsmann.* alte Geſchichte, vol. IV. vbi illud is iter fuſe perſequitur, et pag. 253. cenſet, nauigationem Hannonis ſuſceptam eſſe a. ante C. N. 570. aut 1660. aerae Calliſthenis. At parum conueniunt cum hoc Hannone ea, quae de auctore Peripli alii prodiderunt. *Campomanes*, ſcriptor Hiſpanus, multus eſt de noſtro Hannone in Libro ab Hiſsmanno in longa animaduerſione ad librum Galli ſuperioris anonymi memoratum pag. 253. laudato: Antigüedad maritima de la republica de Cartago. Con el Periplo de ſu General Hañon, tracudido de Griego è illuſtrado por D. Pedro *Rodiguez Campomanes.* En Madrid 1756. 8. qui liber quum non admodum multis erit cognitus, nec Hiſsmanni verſio gallici libri et animaduerſio omnibus, praecipue linguae theotiscae ignaris, ad manus, ſummam illius paucis repetere neque ingratum fore arbitror lectoribus, neque ab inſtituto alienum. In prologo agit Camp. de Hannonis periplo, et hunc perite vindicat a Dodwelli ſuſpicione, quaſi ille ſit foetus cuiusdam ſerioris impoſtoris, et claſſi veluti libellorum romanenſium accenſendus. Tum in parte priore agit de re nautica, nauigatione, commercio atque expeditionibus Carthaginenſium. In parte poſteriore edidit primo contextum Peripli graecum cum verſione hiſpanica; dein a pag. 13—114. illuſtrauit Periplum Hannonis, atque aetatem auctoris ipſius et itineris maritimi; Fabricium noſtrum refutaturus, adſerit Olymp. XCIII. 2. h. e. a. v. c. 347. et ante Chr. n. 404. quum Dionyſius in Sicilia fuiſſet tyrannus. At argumenta, quibus vtitur, non adeo valida ſunt, vt dubitationibus nullus relinquatur locus. Primum argumentum petit a loco *Iuſtini* XX. 5. „Sed Dionyſium in Siciliam aduentus Carthaginienſium reuocauit, qui reparato exercitu, bellum, quod hic deſeruerant, auctis viribus repetebant. Dux belli *Hanno* Carthaginienſis erat, cuius inimicus Suniatus, potentiſſimus ea tempeſtate Poenorum, quum odio eius *graecis* litteris Dionyſio aduentum exercitus et ſegnitiem ducis familiariter praenuntiaſſet, comprehenſis epiſtolis proditionis damnatur, facto ſenatus conſulto; Ne quis poſtea Carthaginienſis aut litteris graecis aut ſermoni ſtuderet, ne aut loqui cum hoſte aut ſcribere ſine interprete poſſet". Ex his efficit, Hannonem deſcripſiſſe iter ante expeditionem Siculam, idque graeca lingua vſum, quoniam et ille calluiſſet linguam graecam, nec poſtea vllus Carthaginienſium imperator graecae linguae cognitioni vacare debuiſſet. Enimuero multo poſt Hannibal, terror ille populi romani, didicit quoque linguam graecam; nec ſequitur, vt Hanno, quoniam graece ſcribere ſciuiſſet, etiam hac lingua conſcripſerit librum. Nam, vt Bougainvillius, Hiſsmannus et Hagerus aliique iam animaduerterunt, multo probabilius eſt, Hannonem omnem itineris ſui narrationem in punica lingua conſcripſiſſe, atque in tabellarium publicum, ne arcana incognitaque in vulgus emanarent, condidiſſe; at ex illa, vt populo Carthaginienſi et noui cupiditati ſuaeque ipſius gloriae ſatisfaceret, ſummam, quae oras maritimas, lacus, inſulas fluminaque hucusque incognita recenſeret, tantummodo confeciſſe et iuſſu Senatus publicatam in templo Saturni adſeruaſſe. At neque vberior illa enarratio in tabellario cuſtodienda, et multo minus breuis illa expoſitio, vſui et cognitioni populi concedenda, in graeca lingua, plebe Carthaginienſi linguae graecae haud perita, eſſe conſcripta potuit. Sed poſteriorem, quae omnium oculis vſuique ſubiecta fuit, alius vtriusque linguae, et punicae et graecae, peritus, forſan Siculus, multo poſt in linguam tranſtuliſſe videtur graecam: quam interpretationem Xenophontem Lampſacenum, Nearchum

alioſque ante oculos habuiſſe, eſt credibile. Alterum argumentum ducit Camp. a teſtimonio *Plinii* N. H. V. 1. „Fuere et *Hannonis* Carthaginienſium ducis *Commentarii*, *Punicis rebus florentiſſimis* explorare ambitum Africae iuſſi" etc. Atqui res Punicas fuiſſe florentiſſimas tempore Dionyſii Siculi arbitratur. At enim alii aliam ex his Plinii verbis ſubduxerunt temporis rationem. Nam *Bougainville* l. c. tom. XXVIII. p. 267. definiuit et diuiſit hiſtoriam Carthaginienſium in tres periodos; quarum prima pertineat ad primum bellum Siculum, quum Xerxes in Perſia regnaſſet, a. ante C. N. 480. altera ad an. ante Ch. N. 264. tertia denique comprehendat bella Punica, vsque ad annum ante Ch. N. 146. In alteram periodum ſecundum Campomanis aliorumque rationes incidit ſumma rerum Carthaginienſium felicitas et iter illud maritimum: at Bougainville primae id adſerit periodo, et pag. 286. 287. concludit, vel Hannonem, Hamilcaris patrem, qui anno ante C. N. 480. a Gelone apud Himeram victus eſt, peripli eſſe auctorem, ideoque iter non ante annum ante Ch. N. 510. factum, vel multo antiquiori Hannoni, qui tempore Solonis inclaruit, id opuſculum eſſe vindicandum, et expeditionem non ſerius, quam a. ante C. N. 570. factam. Dodwelli ſententiam quoque peruertit *Montesquieu* in Eſprit des Loix L. XXI. c. 11. — *M. Io. Georg. Hager*, Rector quondam ſcholae Chemnizenſis, in Geographiſchen Bücherſaal vol. I. part. VI. pag. 408-449. de Hannonis aetate, diuerſis iudiciis atque Peripli editionibus ſollerter copioſeque expoſuit: cuius vtilis operis notitia quoniam exteris potiſſimum, linguae theotiſcae ignaris, exigua vel nulla prorſus erit, paucis complectar illius commentationis ſummam. Primum refellit Iſ. Voſſii ſententiam in Variis Obſeruatt. cap. 2. pag. 52. et ad Melae libr. III. cap. 9. audacter pronuntiatam; tum contendit, ne vllam quidem probabilitatis ſpeciem ineſſe ſuſpicioni, Hannonem, Peripli auctorem, eundem eſſe, ad quem Anacharſis epiſtolam ſcripſiſſe fertur, atque obſeruat, eamdem epiſtolam in perrara editione: *Epiſtolarum Principum, rerum publicarum ac ſapientium virorum*, Venetiis 1574. 8. pag. 215. at paullulum immutatam, et *Hermoni*, non *Hannoni*, ſcriptam reperiri. Poſt vberius explanare et firmiter ſtabilire conatur ſuam ſententiam, Hannonem, imperatorem Carthaginienſium, qui circ. A. M. 3538. 3554. et 3558, ſiue Olymp. 92. 96. et 97. vixit, illam expeditionem ad incognitas terras inueſtigandas inſtituiſſe atque litteris mandaſſe hiſtoriam. Is vero fuit, vt paucis repetam Hageri argumenta, Hamilcaris filius, Magonis nepos, fratresque habuit Himilconem et Gisconem; quorum prior propter violentiam luis peſtiferae et claſſem incendio Dionyſii amiſſam, mortem ſibi ipſe conſciuit, (*Iuſtin.* XIX. cap. 2. *Diodor. Sicul.* XIV. 71. 72. 77.) quo facto, Hanno cum exercitu contra Dionyſium maiorem in Siciliam eſt miſſus. Hos duo fratres, Himilconem et Hannonem, ſibi perſuaſit Hagerus, fuiſſe omnino duces a Carthaginienſibus miſſos ad ignotas terras explorandas. Atque, quod quidem argumentum mihi ad veritatem rei fidemque videtur firmum, *Plinius* H. N. libr. II. cap. 67. pag. 107. tom. I. ed. Harduin. Pariſ. 1741. „Et *Hanno*, inquit, Carthaginis *potentia florente*, circumuectus a Gadibus ad finem Arabiae nauigationem eam prodidit ſcripto; ſicut ad extera Europae noſcenda miſſus *eodem tempore* Himilco:" et libr. V. cap. 1. pag. 241. „Fuere et Hannonis Carthaginienſium ducis commentarii, *punicis rebus florentiſſimis* explorare ambitum Africae iuſſi." Magonis autem imperatoris, aui, (vt prodidit *Iuſtinus* libr. XVIII. cap. 7.), induſtria et opes Carthaginienſium et imperii fines et bellicae gloriae laudes creuerunt. Ergo Hannonem, concludit Hagerus, ante A. M. 3558. adhuc in viuis fuiſſe, ambitumque Africae exploraſſe: et vero, quod Scylax multa ex Hannonis periplo ſumſiſſet mutua, multo ante A. M. 3538. vixiſſe. Hagerus vero, quod in commemoratione Hannonis peripli et inſularum vltra Herculis columnas ſitarum ab *Ariſtotele* in lib. de Mirab. auſcult. cap. 35. et 82. facta, vim maiusque pondus ad corroborandam ſuam ſententiam ineſſe, aliquoties cenſuit, neſciuit aut non cogitauit, eſſe viros doctos, qui illud opus Ariſtotelis ſuppoſititium et paullo poſt philoſophi aetatem ab alio compoſitum iure ſuo contendant. v. ipſum *Fabricium* §. 10. Ceterum in reliquis Hageri rationibus et definienda Hannonis aetate acquieſco. Poſt haec recenſet idem ille Hagerus reliquos, quos Carthago tulit, Hannones, eosque plures, quam Fabricius, (quorum catalogus ex Liuio, Appiano, Frontino etc. augeri, ſaltem confirmari, ſi opus eſſet, facili negotio poſſet;) et docet, cum nullo conuenire notas illas Plinianas. Vixit igitur a. m. 3505. tempore Dionyſii iunioris Hanno, homo vt ditiſſimus, ita ſuperbus nouasque res in patria moliens, quem *Samuel Bochart.* in Geogr. ſacra part. II. cap. 37. pag. 640. *Io. Schefferus* et *Iac. Perizonius*, (qui non multum fidei

Alii Hannones. IX. Fuere ante hunc quidem alii etiam [n]) Hannones et Himilcones quoque Carthagine; nam Hamilcar reliquit tres filios Himilconem, Hannonem, Giſconem: ſed Himilco iſte peſtilentis ſideris vi exercitu amiſſo ſibi ipſi mortem conſciuit Olymp. CXVI. Anno 2. vt narrant Diodorus lib. XIV. [71. 72. 75. ſqq.] et Iuſtinus lib. XIX. [2.] Hanno ob affectatam tyrannidem [[?]] cum filiis cognatisque omnibus etiam innoxiis ſupplicio traditus teſte Iuſtino lib. XXI. cap. 4. Huic Hannoni potius tribuerim, quod narrat Aelianus lib. XIV. Variar. Hiſt. c. 30. auium hoc edoctarum voce Deum praedicari ſe curaſſe, et quod Plinius lib. VIII. c. 16. Plutarchus in praeceptis politicis, et idem Aelianus lib. V. Hiſt. animal. c. 39. eum leones manu tractaſſe et manſueſeciſſe. Hunc etiam deſignari putem ab Ariſtotele lib. V. Politic. c. 7. Fuit praeterea Hanno, qui cum Bomilcare creatus dux Olymp. CXVII. 3. aduerſus Agathoclem fortiter pugnans occubuit, teſte Diodoro Sic. lib. XX. p. 754. [p. 414. ed. Weſſel.] Fuere et iuniores quidam Hannonis nomine duces Carthaginienſes, vt quem ab Hannibale in Hiſpania relictum refert Liuius lib. XXI. itemque alius, quem iuuenem interfectum narrat lib. XXIX. Sed neque Collega [et frater] illis Himilco, neque res Carthaginis adhuc florentiſſimae, ſed bel-

fidei eius Periplo tribuit,) ad Aeliani V. H. lib. XIV. c. 30. et *Io. Harduin.* in indice auct. qui a Plinio adpellantur, Opp. Plin. tom. I. pag. 60. auctorem Peripli immerito habuerunt. Neque enim frater fuit Himilconis, et Plinius illius iniecilſet mentionem. Alius fuit *Hanno*, contra Agathoclem miſſus, qui a. m. 3640. ſ. Olymp. CXVII. 3. et a. m. 3643. Olymp. CXVIII. 3. vixit, cui *Gerh. Voſſius* de Hiſtor. graecis lib. IV. pag. 513. *Io. Alb. Fabricius* (quibus ſubſcripſit cel. *Saxius* in Onomaſtico, part. I. pag. 90.) adſerunt periplum. Enimuero is neque filius fuit Hamilcaris, nec frater Himilconis et Gisconis, nec flore reipublicae Carthaginienſis, (coll. *Iuſtino*, lib. XXII. capp. 6. 7.) bellum, quod quidem haud admodum felix fuit, adminiſtrauit, nec denique Carthaginienſes propter res domi adflictas de amplificandis mercatorum rebus opibusque, et copiis extra Herculis columnas mittendis, potuiſſe videntur cogitare. Tum oſtendit Hagerus, iam veteres ad Hannonis periplum prouocaſſe, et hunc ex lingua punica in graecam eſſe conuerſum; deinde Dodwelli argumenta perſequitur latius, et, rationibus Bocharti atque Fabricii cum primis vſus, peruertit; denique iudicat, periplum, quem hodie manu terimus, eumdem eſſe, quem Hanno confeciſſet, in templo Saturni repoſitum, ideoque nec, quod *Salmaſius* in Exercitt. Plinian. pag. 877. ſuſpicatus eſt, veteribus incognitum; nec, quae opinio fuit *Iſaaci Voſſii*, in Var. Obſſ. cap. II. pag. 52. eſſe epitomen itinerarii maioris; (ſummam tamen maioris operis ſupra vidimus,) nec, quod *Harduinus* coniecit, eſſe tabulam quaſi fractam e naufragio ereptam. Denique editiones Peripli enarrat. *Bayle* quoque in Diction. tom. II. pag. 692. ed. nouiſſ. vbi de Hannone agit, eiusque aetatem ad Agathoclis aetatem, in not. D. fin. referre malit, fragmentum adhuc tantummodo reſtare putat; at permiſcet quoque duo Hannones. Inſuper *Huetius* in Geſchichte der Handlung und Schiffahrt der Alten cap. V. pag. 51. ſecundum interpretat. germ. Francof. et Lipſiae 1763. dubitat de veritate Peripli et narrationis. *Hamberger* in kurzen Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern etc. tom. I. p. 45. Hannonis aetatem refert ad A. M. 3414. ante C. N. 570. Ex his vero, quae adtulimus, Fabricium et emendari poſſe et ſuppleri, quilibet videbit. *Harl.*

n) Hanno antiquiſſimus, ad quem Anacharſidis Scythae (qui Croeſi aetate vixit) Epiſtolam refert Cicero 5. Tuſc. quaeſt. cap. 32. *Fabric.* At confundit F. duo Hannones, quorum prior, Hamilcaris filius, contra Dionyſium ſeniorem pugnauit, et ſemet ipſe interfecit: quo facto eius frater in Siciliam cum exercitu miſſus eſt, ad bellum auctis viribus repetendum, teſte *Iuſtino* XX. 5. 10. ſqq., poſterior, qui opes ſuas ad occupandam dominationem intendit, regnumque inuadere, interfecto ſenatu, auſus, at tandem captus crucique adfixus eſt, ſub Dionyſio iuniore Carthaginienſium fuit princeps, teſte *Iuſtino* XXI. 4. conf. *Hager* l. m. pag. 418. ſq. et 422. ſq. *Harl.*

belli Punicis Romanorum iam attritae et labefactari coeptae. [Plures Hannones ex Polybio memorat Hager l. m. p. 424-427.]

Graeca Peripli versio, aetas et auctoritas.

X. Itaque ad illum, quem dixi, Agathoclis alterum aduerſarium referunt viri docti breuem, quem habemus, periplum Graece, ex Punico Hannonis, verſum hoc titulo: Ἄννωνος o) Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήλας Λιβυκῶν τῆς γῆς μερῶν, ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ Κρόνου τεμένει, δηλοῦντα τάδε. *Regem Poenorum* vocat etiam Solinus, etſi proprie non fuerit Rex, ſed in libera Rep. dux atque imperator exercitus ſiue claſſis. Graecam verſionem oportet concinnatam eſſe Hannone etiam ſuperſtite, vel ſtatim poſt eius mortem, quia ex illo quaedam affert auctor libri περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, qui, etſi non eſt Ariſtoteles Stagirita, tamen ita antiquus eſt, vt ab Antigono Caryſtio, qui ſub Ptolemaeo Philadelpho ſcripſit, excitari potuerit. Meminerunt eiusdem peripli Marcianus Heracleota, p) Plinius lib. VI. c. 31. [Pompon. Mela de Situ orbis III. 9.] aliique complures. Scylax quoque Caryandenſis, ſed quem non Darii Nothi, vel Darii Hyſtaſpis, verum Polybii aequalem eſſe, multis contendit H. Dodwellus, vrbium ab auctore huius peripli Hannone conditarum meminit. Sed quidam veteres parum fidei videntur tribuiſſe vniuerſae Hannonis διηγήσει, ſiue, vt Mela appellat, *memoratui*. Nam apud Athenaeum lib. III. Dipnoſ. c. 7. [p. 83.] prouerbii inſtar affertur, ex Comico forte aliquo depromtum, quod integrum ita ſe habuiſſe ſuſpicatur Caſaubonus:

Εἰ μέν τι τούτων ἱστορεῖ τις, χαιρέτω
Λιβυκαῖσι βίβλοις ταῖσί τ' Ἄννωνος πλάναις.

Neque tamen ex ipſa voce πλάνης colligerem cum Dodwello, plane fictitiam fuiſſe habitam, fabuloſarum veterum nauigationum [?] exemplo, Hannonis expeditionem. Non ignorauit Vir doctus, quodcunque iter Poetis vocari πλάνην, et vere πλάνη erat Hannonis expeditio, cum, ad quae loca et quousque tenderet, ignoraret. Quod vero ad rem ipſam attinet, vſus ipſe multis exemplis docuit, dum pauca, niſi quae ipſi vidimus, pro veris habemus, multa velut fabuloſa in ſcriptoribus antiquis Herodoto, Plinio aliisque reiecta fuiſſe, quae ſunt veriſſima. Itaque hac in parte ſubſcribo Iſaaci Voſſii ſententiae, qui in notis ad Melam p. 302. *Nam quod Ariſtides* (orat. Sicula I.) *et alii nonnulli e veteribus* (Plinius lib. V. c. 1. Athenaeus etc.) *et multi e recentioribus fabuloſam exiſtimant hanc Hannonis narrationem: in eo quam eos fefellerit ratio, ſuo loco ad ipſum Hannonem oſtendemus.* Longe minus ſuſpicionem ſuam ſolidis argumentis firmauit Dodwellus, cum Hannonis periplum a Graeco quodam confictum et Hannoni ſuppoſitum arbitratur. Quaeſo enim in quem finem Graecus tam ſimplicem et Carthaginienſibus glorioſam narrationem fuiſſet commentus?

XI. Quod

o) De hoc Hannone Dio Chryſoſt. diſſ. XXV. p. 282. [T. I. p. 522. Reisk.] Καρχηδονίας δὲ Ἄννων μὲν ἀντὶ Τυρίων ἐποίησε Λίβυας καὶ Λιβύην κατοικεῖν ἀντὶ Φοινίκης, καὶ χρήματα πολλὰ κεκτῆσθαι, καὶ συχνὰ ἐμπόρια καὶ λιμένας καὶ τριήρεις, καὶ πολλῆς μὲν γῆς πολλῆς δὲ θαλάττης ἄρχειν.

p) In fragmento Epitomes vndecim librorum Artemidori, in I. vol. Geogr. vet. ſcript. gr. minor. ab Hudſonio, Oxoniae 1698. edit. pag. 63. *Harl.*

Graeci nomina barbara graeco ſermone interpretari ſueuerunt.

XI. Quod vero Graeca vrbium nomina obiicit vir doctiſſimus, nihil moror. Nam multi iam obſeruarunt, nomina barbara a Graecis, cum ſua rem lingua narrant, ſaepiſſime non modo in Graecam flecti terminationem, auribusque graecis accommodari, ſed et pro iis Graeca idem ſignificantia ſubſtitui. Vide Grotium ad Geneſ. XI. 1. Huetium demonſtrat. Euangel. p. 287. 288. edit. Lipſienſis, Petrum Petitum de Amazonibus c. 41. Iohannem Clericum Indice ad Philoſophiam Stanleii orientalem, vocabulo *Hecate.* Sic Ammianus Marcellinus lib. XXII. c. 18. vbi memorat ſeptem oſtia Danubii, quae per Scythicum latus erumpunt in mare, non Scythica nomina affert, ſed ait, ſe illa narrare, *vt interpretata ſunt vocabula Graeco ſermone.* Vir ſummus Bochartus, qui nomina apud Hannonem obuia ex Phoenicio idiomate illuſtrat lib. I. Chanaan, cap. 37. non hoc tantum capite, ſed et alibi in doctiſſimo ſuo opere literas nominum Graecorum non raro confert cum literis nominum Phoeniciorum, cum forte nihil habent cum Phoenicia lingua commercii, niſi quod ex illa ſint in linguam Graecam translata. Itaque potius erant quaerendae voces Phoeniciae eiusdem ſignificationis, quam earundem literarum.

Non eſt epitome.

XII. Sed vt de Hannone dicere pergamus, Iſ. Voſſius p. 52. Obſeruatt. Var. compendium tantum peripli eius ſupereſſe affirmat, *multo enim auctius olim fuiſſe, exinde colligas, quod complura legas ex illo deſumta, quae tamen hoc tempore in illo non inuenias.* Quaenam vero ſint illa complura, non addit. Neque illa vsquam exſtare puto: nam quod Mela quaedam profert, quae in Hannone non leguntur, Voſſius ipſe in notis p. 305. obſeruat, eum *non vnum ſequi Hannonem, ſed illos quoque Graecos, qui Hannonis periplum* (non [¶] ſingillatim interpolando et interpolatum edendo, ſed eius narrationibus alia in ſuis ſcriptis adiungendo,) *variis inquinarunt fabellis.* De cetero fateor nullum me Epitomes in illa, tametſi breui, Hannonis narratione veſtigium deprehendere, quam in templo Saturni, tabula, vt coniicio, ſuſpenſam non nimis prolixam eſſe oportuit. Plinio non inſpectum eſſe Hannonis Periplum coniicio ex his eius verbis lib. V. c. 1. *Fuere et Hannonis Carthaginienſium Ducis commentarii, Punicis rebus florentiſſimis explorare ambitum Africae iuſſi, quem ſecuti plerique e Graecis noſtrisque et alia quidem fabuloſa et vrbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria vlla nec veſtigium extat.* Quaecunque igitur alibi ex Hannone profert Plinius, non ex ipſo Hannone, ſed ex Xenophonte Lampſaceno vel aliis Graecis Romanisque ſcriptoribus hauſit, vti Solinus e Plinio. Conſtat tamen cum ex eodem Plinii loco, tum e Mela, falli Salmaſium, cum p. 1242. Exercitatt. Plin. ſcriptum Hannonis veteribus non innotuiſſe putat. Neque tamen eo in loco Salmaſius affirmat, etiam ſuo tempore Hannonis periplum in lucem nondum prodiiſſe nec innotuiſſe, vt ipſi tribuunt *Voſſius* ad Melam p. 302. et Harduinus ad ſcriptores a Plinio laudatos. Sane quidem eiusmodi periplus Hannonis, quo nauigatio a Gadibus ad finem Arabiae deſcribatur, vt ait *Plinius* lib. II. c. 67. hodie non extat: nam, quem habemus, is longe citra extremum Africae promontorium conſiſtit. Scribit tamen *Martianus* quoque *Capella* lib. VI. p. 201. ſed Plinii haud dubie veſtigia ſecutus, Hannonem, dum Punicum floreret Imperium, Mauritaniae circuitu, ac dehinc Meridiani flexus excurſu in Arabiae terminos prolixa admodum nauigatione perueniſſe. Quid itaque? *an eandem iterauit nauigationem Hanno, et alio prodidit ſcripto, quod Plinii aeuo exſtiterit? An temere id effudit* Pli-

Plinius? Ex his duabus quaeſtionibus ab Huetio de nauigat. Salomonis c. 4. propoſitis non dubitem poſteriorem affirmare, cum Hannonis ipſius commentarios a Plinio nullos inſpectos iam oſtenderim. [☞]

Editiones. XIII. [Codices manuſcripti ſunt rariores: nec Gelenius, e quo ſuam deſcribi fecerit editionem, indicauit. Olim in bibliotheca Palatina exſtitit codex, qui nunc in bibl. Vaticana eſt, *Annonis Periplus Libyae ultra Herculis columnas ſitae*, teſte *Frid. Sylburgio* in Catalogo codd. graecorum MSS. olim in bibl. Palatina, nunc Vaticana aſſeruatorum, Francof. ad Moen. 1701. pag. 124. n. 398. — Cod. quoque habuit Is. Voſſius, qui eius editionem pollicetur ad Pompon. Melam p. 302.

Atque paucae ſunt editiones atque verſiones Peripli. Princeps eſt edit. quam *Sigismund. Gelenius* ſumtu Frobenii parauit: *Arriani et* HANNONIS *Periplus*, *Plutarchus de fluminibus et montibus*, *Strabonis epitome*, graece omnia. Baſil. 1533. 4. (ed. admodum rara, et baſis reliquarum; v. *Maittaire* Annal. typogr. II. 785.) Hannonis libellus eſt inſcriptus: *Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους.*

Quando *Baylius* in Diction. v. Hannon pag. 692. not. C. alteram huius opuſculi editionem cum verſione et notis *Conr. Geſneri* 1559. memorat, eum erraſſe arbitror: equidem textum gr. additum eſſe, nuſquam notatum vidi: atque in Catalogo libror. Biblioth. Tigurinae, pag. 496. tom. 1. nullius adiecti textus gr. ſed verſionis tantummodo fit mentio. Inſcriptus autem liber ſiue potius verſio eſt: (v. catal. Biblioth. Vffenbach. gener. tom. IV. pag. 75.)

Ioannis Leonis Africani de totius Africae deſcriptione libr. IX. Io. Floriano interprete. Accedit HANNONIS *Carthaginenſium Ducis* NAVIGATIO, *Conrado Geſnero interprete, cum ſcholiis.* 1559. 8. Tiguri.

Hannonis periplus, graece et latine, ſub auſpiciis Io. Henr. Boecleri, cum verſione et animaduerſionibus *Io. Iac. Mülleri.* Argentor. 1661. 4. rec. in diſſ. acad. *Io. Henr. Boecleri*, Argentor. tom. II. 1710. 4. pag. 1220. ſqq.

Genuina Stephani Byzantini de vrbibus et populis fragmenta. *Abrahamus Berkelius* latinam interpretationem adiecit. Accedit *Hannonis regis Periplus, graece et latine.* Lugd. in Batau. 1674. 12. (al. 8.) Contextus gr. eſt ex ed. Gelenii deſcriptus: verſio autem Geſneriana. Poſt ſequuntur Conr. Geſneri animaduerſiones extemporaneae et animaduerſiones Sam. Bocharti ex eius Geographia ſacra depromtae. Calci adiectum eſt, *Ptolemaei Euergetae* III. Aegypt. regis Monumentum Adulitanum. Leo Allatius latine vertit. Lugd. Bat. 1674.

Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους. *Hannonis Carthaginienſium regis Periplus, interprete Conrado Geſnero.* in Io. Hudſoni Geographiae veteris ſcriptoribus graecis minoribus vol. I. Oxon. 1698. 8. p. 1. Praemiſſa Dodwelli diſſ. in qua primo eſt de vero Peripli, qui Hannonis nomine circumfertur, aetate. Excipit textum graecum cum verſione Geſneri eiusdemque ſcholiis notis tum textui ipſi ſubiectis, tum ſeorſum adiectis, quibus et ſuas et Bocharti admiſcuit. Iacob. Gronouius in appendice ad Geographica antiqua, ſ. Anim-

ſ. Animaduerſione in recentem ab Oxonio Scylacis editionem et diſſert. de Scylacis aetate examine ignominioſe tractauit Hudſonum et Dodwellum, noſtro tamen Fabricio valde indignante.

Campomanes in libro ſupra memorato: *Antigüedad maritima de la Repybl. de Cartago*, part. II. pag. 1-12. dedit textum Hannonis graecum cum verſione ſua hiſpanica: et a pag. 13-114. illuſtrauit eum notis criticis, geographicis et grammaticis, (conſ. Mem. de Trevoux. Aout 1757. p. 403. ed. Amſtel.)

Hannons Seereiſe, griechiſch und deutſch mit Anmerkungen von Conr. Arnold Schmid. Adhaeret Schmidianae verſioni theotiſcae Arriani Memorabilium Indicorum. Brunſuici et Guelferb. 1764. mai. 8. Additam eſſe commentationem germanice verſam et interpretationem gallicam *Bougainville*, (ex vol. XXVI. Commentatt. acad. regiae Inſcriptionum etc.) iam ſupra memoraui.

Periplus quoque in linguam italicam eſt conuerſus: *Hannone nauigatione de' Cartaginese*, in *Giou. Batt. Ramuſio* Raccolte delle nauigationi, Viaggi, con diverſi diſcorſi ſopra eſſi del medeſimo. Venetia tom. I. 1588. F. n. 3. rec. ibid. tom. 1. 1613. v. Biblioth. Brühlian. part. I. pag. 23. et 24.

Des Carthaginienſiſchen Admirals Hanno Reiſebeſchreibung von ſeiner Schiffahrt, an der Küſte von Africa, auſerhalb den Säulen Herculis, welche er in den Tempel des Saturnus aufgehängt hat, (germanice verſa eſt ab *Hagero* in eius Geographiſchen Bücherſaal. part. VIII. Chemniz. 1765. pag. 640. ſqq. cum doctis adnotationibus, in quibus et res explicantur et Schmidiana verſio ſaepe emendatur.)

De Hannone eiusque libello haud pauci modo ſtrictius modo liberius diſputarunt. Iis vero, quos ego iam memoraui cum Fabricio, accedunt *Io. Gerh. Voſſius* de hiſtor. graecis lib. IV. Diſcours ſur la navigation d'Hanno, dreſſé par un Pilot Portugués, teſte *Chriſtoph. Hendreich* in Syllabo auctorum etc. adhaerente eius libro: *Carthago, ſiue Carthaginenſium Reſpublica*, Francof. ad Oderam 1664. 8. voc. *Hanno*, *Oliu. Dapper* in Beſchreibung von America p. 17. *M. I. Georg. Hager* in Progr. de Hannone Geographo antiquiſſimo illiusque Periplo. Chemnitz. 1764. 4. Geſchichte der Koloniſirung der freyen Staaten des Alterthums — aus dem Engliſchen. Lipſiae 1778. 8. pag. 12. ſqq. *Harl.*]

Neſcio, an addere hoc loco debeam, quod Chriſtophorus Hendreich in libro de Rep. Carthaginenſi p. 287. pollicitus eſt, ſe de Coloniis Carthaginenſium tum aliis, tum Americanis, et Hannonis periplo pluribus acturum in Analectis ad illum librum. Fortaſſis impatientius fert res literaria, quod Iſaaci Voſſi et Lucae Holſtenii notae vna cum viris illis veteris Geographiae peritiſſimis interciderunt. Vtrumque horum nouam Hannonis editionem molitos eſſe, conſtat ex Iſ. Voſſio ad Melam pag. 302. et P. Lambecio lib. I. de Bibl. Vindobonenſi, pag. 113. *Conradus* quoque *Rittershuſius* Altorfii A. 1638. ſingulari oratione de Hannonis periplo egit, eamque in lucem edidit, cum propter illam plagii in *Bartholdi Nihuſii* de eodem argumento Epiſtolam q) commiſſi argueretur, qua de controuerſia

 ipſi

q) *Nihuſii Epiſtola* excutiens narrationem Melae de nauigatione Hannonis, prodiit Francofurti A. 1622. et 1630. 4. edente Maximiliano zum Iungen.

ipſi mota conſules, vbi lubebit, Georgii Richteri Epiſtolas pag. 205. 207. Video praeterea commemorari ab eodem Hendrichio libellum Gallicum hac inſcriptione: *Diſcours ſur la navigation d'Hanno, dreſſé par un pilot Portugués*, ſcriptum ipſum quale ſit, quia in illud necdum incidi, non poſſum dicere. Exſtat et in Bibliotheca Iohannea huius vrbis Hamburgenſis diſſertatio perbreuis Hetruſco idiomate exarata: quae inſcribitur *Diſcorſo di Mr. Giovanni Battiſta Ramuſio ſopra la navigatione di Hannone Carthagineſe.* Habetur inter MSS. Cod. 81. Fol. [Sermo ille exceptus videtur *Hagero* in Geograph. Bücherſaal. t. I. p. 411. not. ex *Giov. Batt. Ramuſii* Raccolte etc. n. 3. *Harl.*] Vide ſis praeterea Marianam rer. Hiſpan. lib. I. cap. XX. Ottonis Dapperi Americam pag. XVII. etc.

Helena. XIV. HELENAM Muſaei filiam inter plures Helenas celebrat et ante Homerum de Bello Iliaco ſcripſiſſe tradit Ptolemaeus Hephaeſtionis lib. IV. apud Photium cod. 190. [p. 482. ed. Schott. vbi plures recenſentur Helenae. *Harl.*] ἡ πρὸ Ὁμήρου Ἑλένη, ἡ τὸν [?] Ἰλιακὸν συγγραψαμένη πόλεμον, Μουσαίου τοῦ Ἀθηναίου θυγάτηρ γενομένη· παρ᾽ ἧς καὶ Ὅμηρος λέγεται λαβεῖν ὑπόθεσιν. *Homero antiquior Helena, quae bellum Troianum conſcripſit, Muſaei Athenienſis*, (de quo infra,) *filia, a qua et Homerus argumentum accepiſſe creditur.*

Hellen. XIV. HELLEN, Deucalionis filius, a quo Ἕλληνες dicti, qui antea Γραικοὶ teſte Ariſtotele lib. I. Meteorolog. cap. 14. [it. *Apollodoro* in Biblioth. I. c. 7. §. 3.] (Conſ. Thucydidem lib. I. et quae viri docti notant ad marmoreas Epochas Arundelianas, Stephanum Byz. in γραικοὶ et Heſychium in γραῖκος.) Scriptoribus videtur accenſeri a *Caſſiodoro* lib. VIII. Variarum Epiſt. 12. Cum enim de Mercurio literarum repertore dixiſſet, *Hinc*, inquit, *Hellen auctor Graecorum plura dixit eximie*, *virtutem eius compoſitionemque ſubtiliſſima narratione deſcribens*, *vt in ipſo initio poſſit agnoſci magnarum copia literarum.* Sed fortaſſe non multum tribuent alii huic Caſſiodori teſtimonio. [conf. *Strabo* VIII. p. 369. ſ. Almel. 568. ſq. ibid. p. 383. Almel. p. 587. Effigies eius in *Vrſini* Illuſtrium Imag. 64. et Gronou. theſ. antiqq. gr. vol. I. K. *Harl.*]

Hercules. XV. HERCVLI etiam Lini diſcipulo [r]) ſcripta quaedam tribui, notaui ſupra in Asbolus cap. II. n. 6. et infra vbi de columnis Hermetis, de quo mox, Triſmegiſti, cap. XI. num. 3. Μάντις et Φυσικὸς ab Atlante Phryge edoctus eſt Aſtrologiam, vnde dictus fuit mundi columnas ab eo ſuſcepiſſe, vt refert Clemens Alex. 1. Strom. p. 306. [s]). Fertur et apud Dionem in extremo libri XLVII. [c. 49. p. 525. vbi v. not. Fabr.] dictum Herculis; verum e Tragico aliquo haud dubie petitum, quo vſus eſt Brutus cum ab Antonio et Auguſto victum ſe videret: ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ᾽ ἦσθ᾽, ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν· σὺ δ᾽ ἄρ᾽ ἐδούλευες τύχῃ. Quibus verbis fauorem forte, quam ipſe, qui protulit Brutus, ſententiam applicauit vir doctiſſimus P. Baylius in dictionario Hiſtorico Critico Gallice edito, qui de Hercule poſt Gyral-

r) v. *Apollodori* Bibl. II. 4. vbi §. 9. praeceptores Herculis enumerantur, it. c. 5. ſq. de rebus ab Hercule geſtis infra vol. XIII. lib. VI. c. 9. p. 178. *Harl.*

s) Adde Abbat. de *Fontenu* de Hercule Muſageta, in Memoir. de l'Acad. des Inſcr. tom. VII. p. 51. ſq. et teutonice verſam illam comment. Lipſiae 1781. vol. 1. collectionis translatarum commentatt. acad. Pariſ. p. 141. ibique nota, et *I. G. Heyne* V. S., Comm. de Hercule Muſagete, nominisque cauſſis, in Commentatt. Soc. Reg. Gott. Vol. III. p. 23. ſſ. *Harl.*

aldum diligentiſſime egit. Herculis πρᾶξεις celebrat praeter alios Dio Chryſoſtomus diſſ. 8. et inſcriptio Graeca quam ab Iſaaco Voſſio acceptam publicauit Cornelius Tollius ad Palaephatum p. 212. Reineſius p. 344. [*Tzetzes* Hiſtoriarum Chiliad. I. Hiſtor. 36. v. 491. ſqq. in *Antholog. gr.* libr. IV. cap. 8. in cod. quodam a Conſtantino Laſcari ſcripto apud *Iriarte* in Catal. Codd. gr. biblioth. reg. Matritens. pag. 234. *Eudocia* in Ἰωνιᾷ p. 208-218. *Corſini* Expiatio, geſta et labores Herculis in eximio Farneſiano marmore. 1751. etc. *Harl.*] A Cynicis et Stoicis Hercules ſubinde veluti exemplar inſigne virtutis commendatur. Diogenis Cynici tragoediam Herculem memorat Laertius lib. VI. ſect. 80. Medicinae peritum Herculem facit Celſus in prooemio, qua de re conſulendus in hiſtoria Medicinae, quam cum magno fructu legentium ac voluptate condidit *Daniel Clericus* parte I. p. 29. [adde *Schulz* in Hiſtoria medicinae pag. 94. ſq. Neue Welt-und Menſchengeſchichte, ab Hismanno e lingua gallica in teutonicam translatam. I. p. 674. T. VI. p. 369. et p. 566. ſſ.] Ceterum plures fuere hoc nomine: nam Hercules tres et quadraginta Varro computat, et omnia grandia olim ab antiquis Herculi adſcribi ſolita, recte obſeruat Hugo Grotius ad Ionae 2. 1. Herculis Mythologiam hiſtorice expoſitam videbis, vbi lubebit, Tomo I. Bibl. Vniuerſalis gallice editae a Ioh. Clerico p. 252. ſeq. De purpura ab Hercule Tyrio reperta, per occaſionem canis, cuius os ſucco conchylii quod vorare ille geſtiebat tinctum obſeruauit, mentio fit in Chronico Paſchali p. 43. ſeq. [ℙ] [Veteres de Hercule fabulas et in multis operibus, in primis anaglyphis, expreſſas, et in multorum tam antiquiorum, quam recentiorum libris relatas habemus. Opera veterum ad Herculem ſpectantia collegit *Laurentius Beger* in libro: Hercules Ethnicorum ex variis antiquitatum reliquiis delineatus, additis in fine modernis quibusdam eiusdem argumenti picturis. Berol. 1705. in forma maxima. Illa tamen opera poſt Begerum plenius et diligentius colligi poſſunt. Anaglyphum Farneſianum ediderunt Sponius, Gorius ad Donatum et Corſinius. *Spon* in Miſcellan. eruditae antiquitatis ſect. II. art. X. col. 741. ſq. in Poleni ſupplement. ad Gronou. et Graeu. Theſ. vol. IV. publicauit illas inſcriptiones graecas Farnes, at vetuſtate mutilas, duarum columnarum marmor. in quibus vita factaque Herculis enarrantur. *Herodorus* ſcripſit XVII. libr. τῶ καθ᾽ Ἡρακλέιαν λόγω. v. *Athenaeus*, IX. p. 474. F. item Pherecydes, vt aliorum omittam narrationes, quippe quae huc non pertineant. conf. cel. *Heyne* ad Apollod. II. 4. p. 326. ſqq. et Theſauros Gronou. Sallengrianos et Poleni, locis paene infinitis. *Harl.*]

CAPVT VII

I. *De Hermete ipſo variae ſententiae eruditorum Virorum incertos relinquunt lectores.* II. *Illas diſcutere non eſt noſtri inſtituti, ſed de ſcriptis, quae ſub Hermetis nomine vel hodie feruntur vel olim exſtiterunt, paulo accuratius agere.* III. *De Poemandro. An eius auctor Hermas cuius paſtor exſtat. Plura fragmenta Graeca Paſtoris indicata.* IV. *Variae Poemandri editiones.* V. *Patricii editio duplex pleniſſima, ex capitibus recte diuerſos faciens tractatus et alia praeclara adiungens.* VI. *Collatio eiusdem cum aliis editionibus, additis obſeruationibus variis Criticis et indicatis locis ſcriptorum vnde Hermetica ſua Patricius depromſit.* VII. *Hermetis fragmenta quaedam alia indicata.* VIII. *Paraeneſes Ethicae et Politicae ad filium.*

[Cum ſupplementis G. C. Harles.]

Hermes. I. HERMES a) ſiue MERCVRIVS b), Aegyptiis Celtisque Theut, Θωὺθ, Θωύθ', (in quibusdam Liuii editionibus XXVI. 44. *Mercurius Teutates*, confer

a) *Hermes* a חמה (*ſol*) deriuat *Hornius* hiſtor. philoſ. lib. I. cap. 6. quia ſol, deorum ſummus, non generationis tantum, ſed et virtutum omnisque boni auctor habitus ſit a veteribus. — Mneues, rex Aegyptiorum, leges ſcriptas primus dedit populo, ſimulans, leges ab Herme ſibi traditas, teſte Diodoro Sic. lib. I. ſub finem. *Heum.*

b) Hiſtoria et narrationes de hoc homine adeo impeditae ſunt, et multis difficultatibus oblitae, vt quidam viri eſſent eruditi atque ſagaces, qui, num talis Hermes vmquam in viuis fuerit, certe inuentor tot diuerſarumque artium et doctrinarum exſtiterit vmquam, dubitarent; e. g. *Vrſinus* in libro, mox §. 2. memorando, negauit narrationem de illo eſſe veram, (cuius argumenta examinauit *Brucker.* in Hiſt. crit. phil. I. p. 254.) et cel. *Meiners* in Verſuch über die Religionsgeſchichte der älteſten Völker, beſonders der Egyptier, Göttingae 1775. ea, quae de inuentis Hermetis traduntur, et a *Moshemio* ad Cudworthi ſyſtem. intellect. 1. c. 4. §. 18. et *Iablonskio* in Pantheo Aegypt. V. §. 13. ingenioſe explanantur, pag. 216. ſqq. acute diiudicauit ac refutauit, et pag. 223. fabellis Aegyptiacis adnumerauit. Quod tamen modo *Thoth*, modo *Taaut*, modo *Thoyt*, modo *Theut*, a Graecis autem *Hermes*, a Romanis *Mercurius* nominatur et ſcribitur, id quidem, tanta antiquitatis obſcuritate, peruerſaque Graecorum Romanorumque in permutandis confundendisque diuerſarum gentium aetatumque et hominum deorumue nominibus conſuetudine, me nondum adduceret, vt de veritate hominis et narrationis dubitarem. *Philo* quidem *Byblius* apud *Euſebium* Praepar. Euangel. lib. I. cap. IX. pag. 31. tradit, a Sanchoniatone diligenter inueſtigata fuiſſe τὰ Ταάυτα, quia ſciuiſſet, illum primum fuiſſe, ὁ τῶν γραμμάτων τὴν εὕρησιν ἐπινοήσας, καὶ τῆς τῶν ὑπομνημάτων γραφῆς κατάρξας, *qui litterarum inuentionem excogitaſſet, et res memorabiles conſignaſſet;* Sanchoniaton vero ipſe apud Euſebium l. m. pag. 36. ἀπὸ Μισὼρ Τάαυτος, ὃς εὗρε τὴν τῶν πρώτων στοιχείων γραφήν. Loca *Ciceronis* de N. D. III. 22. (vbi v. Dauis. qui vero Mercurium Aegyptiorum cum Mercurio Arcade confundit,) *Lactantii* I. Inſtitut. c. 6. init. vbi v. Cellar. et Bunemann., Platonis, aliorumque ab aliis iam collecta repetere nolo. Quod vero *Taaut*, tot artes excogitaſſe, tot libros conſcripſiſſe aliaque perfeciſſe mirabilia dicitur, id ab omni probabilitatis ſpecie abhorret. Manetho apud *Syncellum* pag. 40. duo primus finxit Hermetas, eiusque auctoritate decepti illam ſententiam amplificare ornareque ſtuduerunt viri ingenio atque eruditione clariſſimi. At enim quae cauſſa fuerit, cur ante Manethonem, hominem praeterea fidei minus certae, hucusque nullam illius rei narrationem atque duplicis Hermetis auctoritatem reperire quisquam potuerit? conf. quoque auctorem Hiſtoriae vniuerſalis, cura *Baumgartenii* in linguam theotiſcam conuerſae vol. I. §. 605. pag. 491. ſq. cum nota Baumgarteniana, et in praefat. p. 66. etc. — *Iackſon* in Chronol. Antiq. vol. III. p. 91. ſqq. (quem ſequitur *Hamberger* in zuverläſſigen Nachrichten etc. vol. I. pag. 65. ſqq.) adſerit prioris Hermetis aetatem anno circ. 610. poſt eluuionem, et a. 79. poſt homines, turrim babylonicam aedificaturos, diſſipatos: idem putat, illum in Phoenicia, regnante Vrano ſeu

ſeu Crono, inuenta ſua vſui communi expoſuiſſe; diuerſum eſſe ab hoc *Taaut* ſ. *Toth* poſteriorem, qui a. circ. 400. ſerius vixiſſet, et in Aegypto non minus, quam Graecia maiorem nominis famam, quam prior, conſequutus, auctor inuentorum, quae tamen tantum emendaſſet atque auxiſſet, poſtea fuiſſet habitus. *Simſon* in Chronico pag. 162. ſq. vbi plurium de illo adfert teſtimonia, et cel. *Saxius* in Onomaſtico pag. 6. vol. I. vnicum tantum Hermetem Triſmegiſtum, ſ. Thoth, Aegyptiacarum litterarum et ſapientiae, vt fertur, parentem agnoſcunt, eiusque aetatem a. m. 2544., et circ. ante Ch. n. 1459. adſignant. *Bailly in Geſchichte der Sternkunde des Alterthums bis auf die Errichtung der Schule zu Alexandrien* I. II. voll. 8. Lipſiae 1777. (a *Chriſtiano Erneſto Wünſch* é lingua Francica in theotiſcam conuerſa eſt illa hiſtoria) paſſim de Hermete diſſerit. Is igitur vol. I. pag. 82. memorat, a Manethone apud Syncellum pag. 40. aetatem Hermetis ante eluuionis tempora poni; addit tamen Manethonis teſtimonium a multis in dubium vocari: pag. 89. ſuſpicatur, Mercurium Triſmegiſtum Graecorum, Buttam Indorum, et Thaut ſ. Thoth Aegyptiorum vnum eumdemque fuiſſe hominem, e Chaldaea ortum: pag. 154. ſqq. aetatem trium Hermetum conſtituit: primum ante eluuionem vixiſſe eumque praecepta ſuarum artium ope hieroglyphicarum figurarum inſculpſiſſe lapidibus aut columnis; alterum, qui Thaut quoque vocatus, verus Hermes Aegyptiacus ſit, in viuis fuiſſe circa a. 3362. ante Ch. natum, eumque exſtitiſſe alphabeti parentem: tertium denique, qui ſi fuerit, circ. a. 1846. ante Chr. natum obſeruationes feciſſe aſtronomicas; coll. pag. 175. Tum pag. 193. contendit, Hermetem alterum, ex vrbe Chaldaea, *Calovaz* ortum, qui aſtronomiam Aegyptios docuerit, (coll. vol. II. p. 140. etc.) circa a. 3362. ante C. N. in Aethiopiam profectum hic quoque fundamenta omnium, quae ibi poſtea floruiſſent, doctrinarum ieciſſe; ſecum adtuliſſe hieroglyphicas figuras, ſymbola praeceptorum ſacrorum atque aſtronomicorum, in templisque Aethiopum poſuiſſe Aſiae myſteria; in iisdem locis ſanctis tabulas, quae praecipua religionis fundamenta continuiſſent, lapideas fixiſſe: illis tabulis in Aethiopia, qua in terra Hermes vocitatus ſit *Steles*, nomen *ſtelarum* adhaeſiſſe; in Aegypto autem *Thoith*, quod ibi *Thoth* ſit adpellatus: eumdem Aethiopas imbuiſſe ſcientia litterarum ſ. alphabeti; et inter illos floruiſſe primum aſtronomum: deinceps ſacerdotes Aethiopiae ſummam ſuarum obſeruationum, quas inſtituerint, aſtronomicarum pariter *Stelis* ſ. lapideis tabulis inciſas reliquiſſe: quaecunque vero illis fuiſſent inſcripta, ea vulgo et propter antiquitatis inſcitiam Hermeti eſſe tributa: ab Aegyptiis autem omnia illa praecepta et obſeruata tamquam Thothi ſui inuenta iactitata: inde perſpici poſſe cauſſam, cur Thoth, Hermes, ſ. Mercurius auctor inuentorque tot librorum totque rerum mirabilium ſit celebratus. In altero volumine pag. 13. ſqq. contra *Pluche* in Hiſtoire du Ciel, tom. I. veritatem narrationis, quamquam fabulis contaminatae, *Thaut* exſtitiſſe, pluribus commonſtraturus eſt. Pag. 64. ſq. Manethonis de Thoth narrationem eſſe veram adſeuerat; (coll. Iablonsky Pantheo Aegypt. lib. V. cap. 5. §. 4. 14.) et de Stelis diſputat: pag. 68. animaduertit, in Aſia adhuc reperiri vberiorem de Aſtrognoſia commentationem, quae Mercurio Triſmegiſto vindicatur, atque per *Meloti* opera 1749. (Manuſcrits de Mr. de l'Isle, n. 13. 9. B.) in notitiam noſtram venit, idemque examinat Iablonskii ſententiam, docetque, Mercurium Graecorum cum caduceo male confuſum eſſe cum Hermete Aegyptiaco. Pag. 200. narrat, apud Arabes nomina trium Hermetum reperiri, quorum primus vocetur *Edris* ſ. *Henoch*, cuius obſeruationes aliquot aſtronomicae in MS. quodam in biblioth. regia n. 1033. teſte *Herbelot* in Bibl. Orient. pag. 449. 450. ſeruatae dicuntur; [ſed vide notam Fabricii ad noſtrum §. 1. eiusdemque cod. Pſeudepig. V. T. pag. 215. 217.] alter *Hermes*; tertius vero *Hermes Triſmegiſtus*: ſecundum *Hermetem* fuiſſe aſtronomiae inuentorem, ibidem vberius demonſtrare conatur. Enimuero, ſi haec et reliqua, quae ingenioſe quidem perſequutus eſt, copioſius exponerem, ab inſtituto viaque nimis aberrare viderer. Quare haec indicaſſe ſufficiat, et ad alia progrediendum eſt. Nec vero multum morabor lectores repetitione atque examine opinionis, quam de Hermetis aetate, dignitate, hiſtoriaque paſſim fouet *Fourmont* in Reflexions ſur l'origine, l'hiſtoire et la ſucceſſion des anciens peuples, Paris 1747. 4. tom. I. lib. 2. pag. 58. ſqq. qui quidem pag. 74. exiſtimat, Mercurium Aegypt. fuiſſe Eliezer, Abrahami praefectum familiae. Auctor gallus libri: *Neue Welt- und Menſchengeſchichte, aus dem Franzöſiſchen mit Zuſätzen, und Anmerkungen verſehen von Michael Hiſſmann. Alte Geſchichte, erſter Band,* duo Hermetas producit et ingenioſe potius quam vere exornat: alterum pag. 614. ſq. (cum quo loco cf. idem T. III. p. 226. ff.) atrociſſimum crudelis Saturni amicum, alterum, quem magnificis exornat laudibus,

bus, facit, ingenio nimis abundans et Manethonis narrationes ſiue potius fabulas ſequutus, litterarum, artium, legum, picturae, Aſtronomiae, obeliſcorum et multarum aliarum rerum inuentorem: quod quidem omnem ſuperat fidem. Eſtne probabile, vnum hominem illis temporibus tot excogitaſſe artes, licet rudes adhuc, atque doctrinas? tot ſuſcepiſſe itinera, eaque omnia, quae ei adfinguntur, effinxiſſe atque perfeciſſe? cur eius et conſequutae aetatis hiſtoria adeo incognita eſt? Plura de eo, ſi is talis, qualem ſeri poſteri eum iudicarunt, fuiſſet, procul dubio memoriae tradidiſſet Herodotus. Plura adhuc in hanc ſententiam poſſunt diſputari: at partim ab aliis iam dicta ſunt. *Gebelin* in Monde primitif, tom. I. more ſuo multa de Hermetis noſtri artibus diſputat et omnibus ingenii viribus adhibitis exornat. In Mémoires de l'Academie des Inſcr. tom XXXI. pag. 117. *Thaaut* Aegyptiorum comparatur cum *Butta*, Indorum Hermete. Pauca habet de eo *Io. Henr. Schumacher* in Verſuch die dunklen und verſteckten Geheimniſſe in den hieroglyphiſchen Denkbildern der Egyptier — — näher zu erklären, Guelferb. et Lipſiae 1754. 4. pag. 30. ſq. At nec poſſum nec volo omnes omnium narrationes veras falſasque, et dulcia de Hermete ſomnia enarrare. Equidem non eo progrediar audaciae, vt, Hermetem ſ. Thaaut quemdam ante Ioſephum et Moſen vixiſſe, eumdem de Aegypto bene meruiſſe, quaedam inueniſſe ad culturam terrae hominumque meliorem et coeli obſeruationem, et ſiue litteras primas, ſiue ſigna hieroglyphica reperiſſe omnino negem. At forſan ne ſigna quidem reperit: nam Comes *Carli* in *Briefen über Amerika*, ex interpretatione *Hennig.* theotiſca, (Gerae 1785.) part. II. ſcripturae et numiſmatis inuentionem tria fere millia annorum ante vniuerſalem eluuionem factam eſſe, praeter omnem tamen veri aut veriſimilis ſpeciem, ſibi aliisque perſuadere cupit. Ego vero certi aliquid definire atque pronuntiare non audeo, multo minus Hermetis laudes meritaque vberrime et confidenter enumerare atque exaggerare. *Herodotus* quidem eum non facit litterarum parentem, quum tamen libr. II. cap. 36. pag. 120. ed. Weſſeling. quem vide, Aegyptios, memoraſſet, litteris duplicibus vſos eſſe, quarum vnas ſacras (ἱερὰ γράμματα) alteras populares, (δημοτικὰ) vocaſſent: at enim, quod eum e Phoenicia ortum crediderit, eius in hiſtoria Aegyptiaca mentionem forſan facere noluit; quamquam libr. V. cap. 58., vbi de litteris Phoeniciis et ortu litterarum graecarum agit, commodam, ſi Hermetem ſciuiſſet aut habuiſſet litterarum inuentorem, eius memorandi nactus fuiſſet occaſionem: aut forſan in libris de rebus Aſſyriis de ortu litterarum, atque adeo de Hermete diſſerere voluit. At nolo inhaerere hisce ſuſpiciunculis. *Diodorus Siculus* in Bibl. I. c. 16. pag. 19. ed. Weſſel. recenſet Hermetis, apud Oſiridem in maximo ante omnes honore poſiti, inuenta ſatis multa: at primum nullius ab illo confecti libri facit mentionem; deinde profitetur, ſe Aegyptiorum narrationes, quae tamen ſerioribus temporibus admodum corruptae et fabuloſae fuerant, ſequi; ideoque, ducibus illis incertis, miſcet, vt iam monuerunt Marshamus et Weſſelingius, Mercurium aegyptiacum et graecum: denique cap. 43. pag. 53. ſacerdotes (num veteres, an Diodori aequales intelligi debeant non patet: certi quidem locupletesque teſtes, qui ex incorruptis tabulis puriſque fontibus hauſiſſent, non fuerunt,) ſacerdotes igitur, ait, Hermen repertorem diſciplinarum et artium, neceſſariorum vero ad vitam degendam reges, fuiſſe, memorant. Hi quidem de Hermete ſuo ſenſerunt magnifice, nec tamen omnia inuenta ad eum retulerunt. Quum autem ſacerdotes Aegyptii, praecipue Alexandrini, multa de Hermete iactaſſent, eiusque nomen celebrius fieri coepiſſet, facile fieri potuit, vt homines ad fraudes ſuas occultandas ſuisque nugis maiorem fidem atque auctoritatem conciliandam ſub Hermetis nomine libros libellosque varii generis non multo poſt Diodori tempora euulgarent, ita vt a *Clemente Alexandrino* Strom. IV. p. 633. (cap. IV. pag. 757.) iam XLII. memorarentur; quorum numerus ad Iamblichi vsque tempora per fraudes variorum incredibili modo auctus eſt. Sub exitum tamen ſaeculi primi, et medio ſaeculo ſecundo primos architectos libellorum, Hermeti adſcriptorum, exſtitiſſe eſt probabile. Atque Plutarchi, aetate quidam libri Hermetici, ab illo autem ſpreti, circumferebantur, et Galenus medicos Hermetis libros abſurdos eſſe et ſuppoſitios iam iudicauit. At poſt *Caſaubonum*, qui in Exercitationibus Baronianis, Geneu. 1654. Ex. I. diatr. 10. graeca Hermetis ſcripta eſſe ficta docet, poſt *Cudworth.* in Syſtem. intell. cap. IV. §. 18. pag. 373. ſqq. (qui interdum diſcedit a Caſaubono,) eiusque doctum interpretem *Moshemium*, poſt *Bruckerum* p. 260. ſqq. et *Meinerſium* pag. 213. ſq. locis mem. aliosque de illis recentiorum commentis erudite abundeque diſputantes nolo diutius huic piſtrino addicere operam. Adiicere tantum iuuat, *Weſſelingium*

Obſer-

ſer Phil. Cluuerium in Germania antiqua lib. I. p. 81. ſqq. et 221. ſqq.) Legislator, ſacerdos ac Philoſophus inclitus, cui non profeſſio trinitatis, vt, neſcio quo auctore, prodidit Suidas, neque triplex proceſſus chemicus ab ipſo repertus, vt anonymus Graeculus ait apud Petrum Lambecium lib. VI. commentar. p. 175. ſed multarum rerum et artium ſcientia TRISMEGISTI cognomen impoſuit iudice Lactantio lib. I. diuin. Inſtit. cap. 6. ad quod alludens Martialis lib. V. Epigr. 25. de Hermete quodam gladiatore:

Hermes omnia ſolus, et ter [c]) *vnus.*

Moſe ipſo antiquior a multis traditur, aliis confundentibus eum cum primo hominum Adamo, aliis cum Ioſepho Patriarcha, [d]) vt Theophilus Galeus lib. I. Philoſophiae generalis c. 1. §. 6. vel Henocho [e]), vt videre eſt apud Kircherum T. 1. Oedipi Aegypt. p. 67. 79. 114. aliis cum Chanaane, quae ſententia placuit *W. Chriſtophoro Kriegsmanno* [f]) in Coniectaneis ad Tacitum de moribus Germanorum et in tabula ſmaragdina vindicata, et Sam. Bocharto lib. I. Phaleg. cap. 2. Artapanus apud Euſebium lib. IX. praeparat. cap. 27. et in Chronico, quod Alexandrinum vulgo appellant, tum ſcriptor commentarii in Hexaemeron, quem ſub Euſtathii Antiocheni nomine edidit Allatius, Moſen ipſum Aegyptiorum Mercurium innuent, [P] quam eorum opinionem prolixe confirmat Huetius demonſtrat. Euangel. p. 122. ſqq. edit. Lipſienſis [g]). Faunus quoque Italiae Rex, alio nomine *Hermes* dictus

Obſeruatt. lib. II. cap. 10. pag. 177. ſq. explicare originem et cauſſam, cur deus ab Hermete vocetur ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ. *Harl.*

c) Sic Geryon *ter vnus* dicitur Tertulliano c. 4. de pallio.

d) v. *Fabricii* cod. pſeudep. V. T. pag. 760. *Lambecii* Prodrom. lib. I. cap. 7. pag. 57. ſq. *Heumann.* Huc referendus quoque eſt *Theophilus Sigefrid. Bayerus*, qui in Theſauro epiſtolico Lacroziano tom. I. Lipſ. 1742. pag. 16. in epiſtola quadam; „de Mercurio, ait — multa ſunt dicta a veteribus, quae Ioſepho conuenire videntur. Eius ſane res geſtas Aegyptiorum ſermonibus et monumentis celebratas fuiſſe, multa ſunt indicio, ac credo etiam illum locum *Palaephati* Aegyptii *ex Faſtis Siculis*, cum ſolem dicit Aegyptiorum rebus praefuiſſe dies quater mille quadringentos ſeptem et ſeptuaginta, hoc eſt annos duodecim admodum, atque deinceps ita proſequitur orationem: οὐ γὰρ ᾔδεσαν οἱ Αἰγύπτιοι τότε ἄλλον τινὰ ἀριθμὸν ἐν τῷ ψηφίζειν, ἀλλὰ ἢ τὰς περιόδους τῶν ἡμερῶν εἰς ἔτη ἐψήφιζον· οἱ γὰρ τῶν ιβ μηνῶν ἀριθμοὶ, μετὰ ταῦτα ἐπενοήθησαν, ἐξ ὅτε ἐνομίσθη ὑποτελεῖς εἶναι ἀνθρώπους τοῖς βασιλεῦσιν. Id aperte ad eum locum Geneſeos pertinet, ex quo conſtat, tributariam ante Ioſephi tempora Aegyptum non fuiſſe, ſed, vt Graecos accepimus, multo etiam tempore poſt, obſecundaſſe ſolum ſuis regibus. Id neſcio, an aliquis iam adnotauerit.“ Atque La Croze tom. III. pag. 23. reſpondet, id certe ſolerter et ingenioſe adnotatum eſſe. In eodem Theſauro tom. I. pag. 170. Iablonskius comparat Hermen cum Anabide. *Harl.*

e) Henoch iſte paſſim ſcriptoribus recentioribus Arabibus dicitur *Edris*, quod nominis quid ſit, ſollicitos video Hottingerum et alios viros doctiſſimos. Suſpicor autem hoc, vt alia multa, a Graecis eſſe petitum, quibus ἴδρις *doctum* ac *peritum* ſignificat.

f) Qui Mercurium Gallorum et Tuiſconem ſ. Tuiſtonem Germanorum, (apud *Tacitum* de mor. Germ. cap. 2.) et Thoyd Aegyptiorum vnum eumdemque fuiſſe opinatur, in *Coniectaneis de Germaniae gentis origine et conditore Hermete Triſmegiſto, ſiue Tuitone*, Tubingae 1684. (a Io. Vlrico Pregizero publicatis) cap. VII. ſqq. adde *Everhard. Ottonem* de Tutela viarum publicarum part. I. cap. 5. p. 86. ſqq. de *Teut* Gallorum et *Tuiſtone* Germanorum, qui nihil commune habeant cum *Thoth* Aegyptiorum. *Harl.*

g) *Baſnage* in Hiſtoire des Iuifs lib. III. cap. 18. §. 17. pag. 458. negat, Mercurium et Moſen eumdem hominem fuiſſe, quoniam ante Moſen et ante Ioſephum ars ſcribendi cognita fuiſſet, et libri exſtitiſſent ſcripti. Huetii ſententiam *Heumannus* in Actis philoſophorum part. XI. vol. II. nr. 1. de philoſophia Aegyptiorum pag. 687. ſq. nouis argumentis, (rationes enim Huetianas minus

dictus et Aegyptum petiiſſe ibique philoſophatus eſſe traditur ab auctore Chronici Paſchalis p. 44. et 45. Aliis denique, vt Cluuerio et Conringio, ne Goropium Becanum iam memorem, totum fabuloſum ſeu potius myſticum videtur eſſe nomen, quo non homo aliquis, qui vere in his terris aliquando exſtiterit familiariſque genii adminiculo ita enituerit, velut de Hermete ter maximo ex quorundam opinione refert *Ammianus Marcellinus* lib. XXI. cap. 14., ſed Deus ipſe, ſiue diuina ſapientiae vis ſignificetur, hoc eſt, vt *Iuſtini Martyris* verbis exponam λόγος ὁ ἑρμηνευτικὸς καὶ πάντων διδάσκαλος, καὶ παρὰ Θεοῦ ἀγγελτικός, cuius nomine ſapientiſſimos quosque Aegyptiorum quaeuis ſcripta ac reperta ſua commendaſſe Iamblichus auctor eſt. in quam ſententiam auctor Aſclepii dialogi, qui ſub Hermetis ſecundi ambulat nomine, auum ſuum laudat tanquam Deum aliquem *Mercurium maiorem, patrem conſilii, omniumque* κατηχητήν.

Scriptores de Hermete. II. Non eſt mei inſtituti, repetere vel diſcutere, quae de aetate et rebus huius Hermetis aliorumque hoc nomine prolixe viri docti diſputauerunt, *Iohannes Marshamus* in Canone Chronico, *Ioh. Henricus Vrſinus*, in exercitationibus de Zoroaſtre, Hermete, Sanchoniathone, quae cum Chriſtophori Arnoldi ſpicilegio prodierunt Norimb. 1661. 8. [h]), *Hermannus Conringius et Olaus Borrichius* in libris de Hermetica Medicina etc. neque, quae de pluribus Mercuriis ſiue Hermetibus Cicero 3. de natura Deor. c. 22. Arnobius et alii, aut quae de Deo Mercurio eiusque cognominibus ſiue elogiis Gyraldus nono hiſtoriae Deorum Syntagmate. Operae pretium duntaxat eſſe exiſtimaui, hoc loco accuratam notitiam tradere ſcriptorum illorum omnium, de quibus mihi conſtat quod ſub Hermetis nomine vel iam feruntur vel olim iactata ſunt, breuiterque confirmare iudicium doctiſſimorum hominum, qui illa ne Homero quidem, nedum Moyſe, antiquiora eſſe contendunt [i]).

III. Ex-

nus ſolidas, et maximam partem abſonas eſſe iudicat) ſtabilire ſtudet: ante tamen copioſe recenſet Conringii de Hermetica Aegypt. medicina librum: pag. 682. de eius Aduerſariis et philoſophiae Hermetis defenſoribus, *Borrichio*, et *Morhofio*, (in Polyhiſt. tom. II. libr. 2. c. 7. §. 2. et c. 16. §. 5.) et *Reimanno* (in Antiquitatib. litterar. Aegypt. §. 7. 37. 38. etc.) agit: pag. 665. ſq. not. dat catalogum virorum doctor. qui ſententiae Caſaubonianae, libros Hermetis eſſe ſpurios, ſubſcripſerunt. *Harl.*

h) De quo raro libro v. *Stolle* in Nachricht von den Büchern und deren Vrhebern in der Stolliſchen Bibliothek. part. VII. pag. 706. ſqq. *Harl.*

i) Scriptorum a Fabricio hic memoratorum numero adde, ſis, *Quadrio*, nella Storia d'ogni Poeſia, tom. I. pag. 20. ſqq. *Iackſon*, Chronol. Alterth. pag. 435 — 455. qui Hermetem antiquiorem aeque ac poſteriorem vanis commentis nequaquam accenſendum eſſe contendit; ſed facta vtriusque a veteribus permixta fuiſſe monet, et de hoc argumento docte quidem diſputat; ſed aduerſariis nihilo ſecius contradicendi materiam relinquit. Idem fere dicendum de *Iac. Bruckero*, qui in Hiſt. crit. phil. tom. I. part. I. pag. 252. ſqq. traditiones de Hermete priore ſiue Thoyt, et poſteriore, qui et *Triſmegiſtus*, explicare et vindicare ſtudet. Adde eius Append. pag. 107. ſqq. Neque vllus eſt ex auctoribus, quos magno numero laudat *Hambergerus* in zuverläſſigen Nachrichten, part. I. pag. 18. et *Saxius* Onomaſt. lit. tom. I. pag. 5. et 527., qui omnem dubitationem tollere, et quae vera, quae ficta ſint, in narratione de Hermete ſiue vno ſiue vtroque, liquido docere poſſit. conf. *Io. Georg. Roeſeri* diſſ. de Hermete Triſmegiſto, Wittenbergae 1686. 4. *I. C. L. D.* Obſeruation, daſſ die Geſchichte Mercurii und Hermetis Triſm. Moſen oder den Patriarchen Ioſeph, oder beyde zugleich angehen, in Vnſchuldigen Nachrichten, A. 1714. pag. 519. ſqq. *Paul Erneſti Iablonski* Pantheon Aegypt.

Poemander Hermetis. III. Exſtant itaque ſub Hermetis Triſmegiſti nomine I.) PIMANDER, ſiue vt ſcribendum potius eſt, *Poemander* a ποιμὴν *Paſtor*, quemadmodum *Hermas* Chriſtianus, Apoſtolorum aequalis, ſcripſit libros tres ſub nomine Paſtoris, qui non tantum latine etiamnum habentur, ſed et bene longa illorum fragmenta Graeca, k) nec I. B. Cotelerio viro doctiſſimo, nec Clariſſimo I. E. Grabio, in ſpicilegio Patrum obſeruata, occurrunt in pſeudo-Athanaſii doctrina ad Antiochum, quam e codice Colbertino ediderunt Benedictini Tomo 3. editionis nouae Operum Athanaſii. Vt vero [?] vel hic Poemander, l) vel, de quo mox dicemus, Aſclepius audacter tribuatur Hermae iſti Chriſtiano, vel alteri huius nominis, quos ſalutat Paulus Rom. XVI. 14. neſcio, ſit ne opus maioribus argumentis, quam ſola nominis conuenientia, qua ductus facere hoc non dubitat Sandius in nucleo Hiſtoriae Eccleſiaſticae pag. 56. *Poemandri* cuiusdam nomen obuium quoque eſt apud Plutarchum Quaeſt. Graec. pag. 299.

Poemandri codices et editiones. IV. [Codices MSS. hi fere ſunt notabiliores, quorum notitiam inueni. In Bibliotheca Medicea in Bandinii Catalogo tom. III. col. 22. Plut. XXI. cod. 33. Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου Ποιμάνδρης, qui eo memorabilior eſt, quod is eſt, quem Leonardus Piſtorienſis monachus ex Macedonia adtulit, et ad cuius exemplum Ficinus adſirmat ſuam ſe concinnaſſe verſionem. -- Apud *Montfaucon* in Bibliotheca bibliothecarum MSS. in bibl. Vaticana, pag. 6. B. pag. 740. D. n. 3194. *Poemandra.* pag. 774. E. in regia Pariſ. Hermae Triſmegiſti libri 15. -- pag. 1064. A. in Biblioth. Coisliniana cod. 332. Hermae Triſmegiſti Poemander. Hermae ad Aeſculapium. -- In primis notanda eſt notitia quorumdam Codd. in *Lambecii* Commentar. de biblioth. Caeſ. libr. VI. col. 374. ſq. et libr. VII. col. 46. ſqq. ed. Kollarii vbi is pag. 54. ſqq. ſatis longam doctamque de Hermetis vita et ſcriptis narrationem ex Pro-

gypt. P. III. lib. V. c. 5. pag. 156. ſqq. *Guil. Tameſon* Spicileg. Antiqq. Aegypt. cap. XII. §. 11. qui Ioſephum ſub Hermetis perſona deprehendit. Contra ea vir doctus, (in *Iournal Helvetique*, 1744. Nou. p. 480.) probare enititur, nec Zoroaſtrem, nec Hermetem vllum vmquam fuiſſe. IAEGER. *Ioan. Mollerus*, qui in Homonymoſcopia, Hamburg. 1697. 8. cap. II. §. 16. ſq. de Hermete diſputat, parum abeſt, quin ſubſcribat Conringii ſententiae. Contra ea *Io. Franc. Buddeus* in Analectis hiſtor. philoſ. (Halae Saxon. 1706.) pag. 57. Thotum, putat, regem Aegypti fuiſſe et vixiſſe ſecundum Eratoſthenem eo circiter aeuo, quo Heber, vnde Hebraei nomen ducunt, inter mortales commoratus eſt: ex quo efficit, Moſe longe antiquiorem fuiſſe Mercurium; denique cenſet, Thautum illum Aegyptium frui litterarum diſciplinarumque inuentarum gloria. *Hermeti*, Oſiridos amico, auctor Hiſtoriae Vniuerſalis, Halae Saxonum cura Baumgartenii teutonice verſae, (vol. I. §. 619.) tribuit ea, quae antiquitas de illo tradidit finxitque: contra Mercurio tertio, nepoti maioris, ſcripta et aetatem a. m. 2430. ante C. N. 1532. adſerit *I. Iac. Friſius* in Bibliotheca philoſophorum. pag. 2. *Schulz.* in Hiſtoria Medicinae etc. pag. 17. vulgares narrationes fabulasque repetit. *Agatopiſt.* autem *Cromazian* in: Della Iſtoria e della indole di ogni filoſofia etc. (Venet. 1782.) cap. XII. pag. 238. Hermetis hiſtoriam paullo fuſius curatiusque perſequitur, duce potiſſimum Bruckero, a quo tamen ſemel iterumque diſſentit, iisque accedit, qui eiusmodi hominem ſapientem quarumdamque diſciplinarum artisque ſcribendi, ſaltem hieroglyphicae inuentorem fuiſſe contendunt. v. *Freytagii* Adparat. litterarium tom. III. pag. 83. ſq. *Frid. Boerneri* Antiqq. medicinae Aegypt. pag. 43. ſq. etc. *Harl.*

k) Vide quae notaui in Codice Apocrypho N. T. p. 976. ſeq.

l) Hic liber, Hermetis Poemander, a Chriſtianis effictus eſt, iudice *Huetio*, Dem. Euangel. Propoſ. IV. cap. 4. §. 2. pag. 128. *Heum.*

Prodromi ſui hiſtoriae litterariae cap. I. §. 6. a pag. 134-143. repetit et auget. -- Indicem quorundam opuſculorum medicorum aliorumque Hermetis ſuppoſitiorum, qui extſtant in Bibliotheca Vindobon. dat *Dan. de Neſſel*, in Catalogo codd. MSS. graecorum etc. bibl. Caeſareae Vindob. part. VI. pag. 65. -- In Catalogo MSS. biblioth. reg. Pariſ. tom. II. cod. MCCXX. cum ſcholiis quibusdam ad marginem coniectis. cod. MCCXCVII. cod. chartac. ſaec. XVI. exaratus MMVII. cod. chart. c. MMDXVIII. -- *Poemandres* cod. olim Palatinus, nunc Vaticanus, teſte Syburgio in Catalogo codd. gr. MSS. olim in biblioth. Palatina nunc Vaticana adſeruatorum, (Francof. ad Moen. 1701. 4.) pag. 20. -- *Philippus Labbeus* in Noua Bibliotheca MSS. in biblioth. Caroli de Montchal, archiepiſcopi Toloſani, exſtare. pag. 190. ſcribit, cod. CVII. „Mercurii Triſmegiſti Pimander et opuſcula illi inſerta, eiusdem Κλεὶς, et Heronis Alexandrini Pneumatica." pag. 294. cod. 1679. Naturalis hiſtoriae varia ex Mercurio Triſmegiſto et Harpocratione Alexandrino: pag. 297. cod. 1769. Mercurii Triſm. Poemandra. Apud Montfaucon Bibl. Bibliothecarum p. 658. n. 3030. cod. in Bibl. Bodleiana *Hermes Triſmegiſtus in Platonem* citatur. Ohe! *Hermiae* ſcribere voluit?

Hermetici Poemandri editionem primam debemus *Marſilio Ficino*, ſed *latinam* tantum, quam concinnauerat ſequutus codicem graecum, a Leonhardo Piſtorienſi Monacho ex Macedonia adlatum. (De vita, moribus et ſcriptis *Marſilii Ficini* docta commentatio legi poteſt in *Schelhornii* Amoenitatibus literar. vol. I. Francof. et Lipſiae 1730. pag. 18. ſqq. adde *Angeli Mar. Bandinii* Specimen literaturae Florentinae. Florentiae 1748. 8. tom. I. p. 149. ſqq. II. p. 61. 108. *Freytag.* Adparat. litter. tom. I. p. 405. et tom. III. p. 349-359.) De interpretandi, quam tenuit ille, ratione *Huetius* de claris interpretibus pag. 270. ed. Staden. 1680. iudicat, Ficinum neglexiſſe verborum curam ſententias nonnumquam dilataſſe, vel contraxiſſe, maxime vero in Triſmegiſti interpretatione, et pag. 212. reprehendit Ficinum, quod nonnulla Aegyptiace et graece ab eodem Hermete vtriusque linguae perito ſcripta abſurdiſſime crediderit. Sed ad editiones venimus. Prima dicitur apud Fabricium Veneta 1483. At multo prius euulgata eſt illa verſio huius ſententiae:

Mercurii Triſmegiſti liber de poteſtate et ſapientia dei, e Graeco in Latinum traductus a Marſ. Ficino. Taruiſii, per Gerardum de Liſa. in calce: Finitum 1471 4. Haec editio eſt omnium prima litteris initialibus picta. Correctoris vices ſuſcepit *Franciſcus Rholandellus.* In ſecunda folii primi parte eſt praefatio quaedam, quae incipit: *Tu quicunque es, qui haec legis, ſiue Grammaticus, ſiue orator, ſeu philoſophus, aut theologus ſcito.* MERCVRIVS TRISMEGISTVS *ſum, quem ſingulari mea doctrina et theologica Aegyptii primi et barbari, mox Chriſtiani antiqui Theologi ingenti ſtupore attoniti admirati ſunt,* etc. et deſinit: *Bene vale. Franc. Rhol. Taruiſinus Gerar. de Liſa ſcriptori mei copiam fecit ut ipſe ceteris maiorem copiam faceret. Taruiſii* M. CCCC. LXXI. *Nouembr.* conf. *Maittaire* Annal. Typogr. tom. I. p. 302. *Bure* Bibliogr. inſtructiue. vol. de la Iurisprud. et des Sciences. n. 1250. *Goetzii* Memorabil. Biblioth. Dreſd. tom. III. pag. 210. *Freytag* in Adparatu literar. tom. III. pag. 84. ſq. Extra eſſe videtur in MSt. apud Montfaucon in biblioth. bibliothecarum p. 291. C. In fine (in verſione Etrusca:) „Finito il libro di Mercurio Triſmegiſto di Greco in Latino tradlato per Marſilio Ficino Fiorentino d'Aprile 1463. e facto volgare da Ru. Sil a dì 10. di Settembre 1463."

Hermes

Hermes Triſmegiſtus. Latine, Ficino interprete: Lucas Dominici F. Venetus mira imprimendi arte praeditus impreſſit Venetiis M. CCCC. LXXXI. XV. Maii in forma quarta. v. *Maittaire* l. m. tom. I. part. poſter. pag. 416. (*Orlandi*) Origine e Progreſſi della Stampa etc. pag. 38. et 420.

Pimander ſeu Dialogus de Poteſtate et Sapientia Dei ex graec. in lat. traductus per Marſilium Ficinum Venet. 1483. *Orlandi* l. cit.

Mercur. Triſmegiſtus liber de poteſtate et ſapientia dei e graeco in lat. traductus a Marſilio Ficino. Venet. 1491. in biblioth. Noribergenſi, teſte *Sauberto* in Hiſtoria biblioth. Nor. 1643. 12. pag. 171. -- rec. ibid. 1497. fol. cum Iamblicho et aliis Opuſculis Ficini v. *Maittaire* l. m. p. 653. not. 12. in primis pag. 632.

Merc. Triſmegiſtus Mars. Ficino interprete: per Damianum de Mediolano. d. X. Maii. Venet. 1493. 4. v. *Maittaire* l. m. pag. 557.

Triſmegiſtus Ficino interprete, impreſſore Wolffgango Hopyl in pago diui Iacobi etc. 4. Pariſ. 1494. v. *Maittaire* l. m. p. 573.

Mercurii Triſmegiſti Pimander et Aſclepius; et Marſilii Ficini Opuſcula aliquot. Venet. apud Aldum. ſol. 1497. v. *Maitt.* l. m. p. 653.

Aureum planeque diuinum opuſculum Mercurii Triſmegiſti de poteſtate ac ſapiencia dei: interprete Marſilio Ficino Florentino. In 4. in fine legitur: „Deſideratiſſimo Chriſti Iheſu op. max. auſpicio vel maxime fretus extremam ſane quam lepido huic opuſculo manum impoſuit ſpectatiſſimus ille vir *Ioannes Opilionis*, primarius ciuis metropolitane vrbis *Maguntine.* Fauſtiſſima eorum propagine ſatus, qui diuinam ferme Calcographie artem propitiis ſatis inuenerunt. Anno virginei partus 1503. octauo idus Aprilis. -- Impreſſum et expletum eſt diuiniſſimum preſens opuſculum In nobili vrbe maguntina artis impreſſorie inuentrice illuminatriceque prima. Per *Ioannem Schoeffer* Anno domini milleſimo quingenteſimo tertio. In vigilia palmarum." v. *Maittaire* l. m. tom. II. pag. 161. eiusdem Indicem in Annal. pag. 478. ſq. in primis *Freytagii* Adparatum litterar. tom. III. pag. 82. ſq.

Pimander Mercurii liber de ſapientia et poteſtate dei. Aſclepius. Eiusdem Mercurii liber de voluntate diuina. Item Crater Hermetis a Lazarelo Septempedano. Petri Portae Monſterolenſis dodecaſtichon ad Lectorem etc. In calce: „Crateris Hermetis adiecti Pimandro et Aſclepio Mercurii Triſmegiſti Finis. Pariſiis in Officina Henr. Stephani, recognitoribus mendasque ex officina eluentibus Io. Solido Cracouienſi et Volgacio Pratenſi. Anno Domini Saluatoris M. D. V. Calendis Aprilis." 4. Iac. Faber, qui praefatus eſt, recognouit Ficinianam Poemandri et Aſclepii verſionem. Crater Hermetis, quod ille ipſe vocat opus non vetus, ſed praeſentaneum, pium tamen, eſt dialogus Ludouici Lazareli, poetae chriſtiani, ad Ferdinandum regem, et de via, quae ad vitam ducat, et de conſequendae felicitatis ratione diuerſas diſſonasque diuinorum humanorumque hominum, prophetarumque et Chriſti opiniones comprehendit.

Fabricius noſter memorauit edd. apud Aldum 1516. fol. [quam ſequitur Pariſ. per Sim. Colin. 1522. 4.] Pariſ. 1552. 4. Baſil. 1532. 8. Lugd. 1549. 8. [cum Iamblicho de Myſte-

riis. Lugd. 1552. 12.] a. 1577. 12. [de qua edit. v. Lambec. Comment. Bibl. Caeſ. libr. VII. p. 57. ſqq.] et inter *Ficini* Opera [Venet. 1497. fol.] Baſil. 1561. fol. [tom. II. pag. 1837.] 1576. Pariſ. 1641. [adde: *Poemander et Aſclepius.* Lugduni 1570. 12.]

Graece editus eſt a Turnebo:

Mercurii Triſmegiſti Poemander ſeu de poteſtate et ſapientia diuina et Aeſculapii Definitiones ad Ammonem, regem. Graece: adiecta ad calcem *Marſ. Ficini* verſione latina. Pariſ. typis regiis, apud Adrian. Turneb. 1554. 4. v. *Maittaire* l. m. III. 633.

Merc. Triſm. Pimander ſ. Poemander, *vtraque lingua reſtitutus Franciſci Fluſſatis Candallae induſtria.* gr. et lat. Burdigalae 1574. 4. Candala graecum textum Turnebianum interdum mutauit, in praefatione teſtatus, ſe ad hoc opus reſtituendum adiutum eſſe a Ioſepho Scaligero, tunc iuuene. conf. *Sammarthani* Elogia. IV. 12. 4.

Pymander Mercurii Triſm. cum commento Fratris Hannibalis Roſſeli, Calabri, ordinis Minorum regularis obſeruantiae. Theologiae et Philoſophiae, ad S. Bernardin. Cracouiae Profeſſoris, liber primus de S. S. Trinitate — Cracouiae in officina Typographica Lazari, a. 1585. fol.

In dedicatione ſcribit, ſe primum librum Pymandri Mercurii Triſm. in ciuitate Tudertina in monte Sancto 1571. commentatum eſſe, non ſine multis curis animi et corporis. In fine legitur; *Tuderti hora nona 14. Iul. 1572. labore et induſtria Fratris Hannibalis Roſſeli, Calabri* etc.

— — *liber ſecundus de Spiritu S. et angelis. Cracouiae* — 1585. fol.

— — *liber tertius de ente, materia, forma et rebus metaphyſicis.* Cracouiae — 1586. *Auxilio cl. Viui D. Sebaſtiani Montelupi, Florentini.* fol.

— — *liber quartus de Caelo.* Cracouiae — 1584. fol.

In praefatione ait, ſe per decennium propemodum Magni Mercurii Triſm. elucubrationibus die noctuque quoad fieri potuit, pro viribus inſtitiſſe.

— — *liber quintus, de Elementis et deſcriptione totius orbis.* Cracouiae — 1586. fol.

Aſclepius Mercurii Triſmegiſti cum commento Fratris Hannibalis Roſſeli Calabri etc. *Liber VI. de immortalitate animae, qui eſt primus Aſclepii.* Cracou. 1590. fol. Roſſelus in his commentariis paene innumerabilibus omnem fere philoſophiam, theologiam, e. g. de eccleſia, de romano pontifice, de ſcriptura ſacra etc. omnes propemodum diſciplinas, inepte, vt ait Morhofius, conſarcinauit: (v. *Morhof.* Polyhiſtor. tom. II. libr. 2. cap. 4. §. 5. p. 177.) alii vt *Wadding.* in ſcriptoribus ordinis Minorum pag. 159. Cardinalis Bona etc. illum Roſſeli laborem nimis laudibus extulerunt. Plura dabit de his commentariis *Leonard. Nicodem.* in Addizione copioſe alla Biblioteca Napoletana di Dottor Niccolo Toppi. In Napoli 1683. pag. 12. ſqq. Recuſum tamen eſt opus, addito graeco contextu:

Diuinus Pymander Hermetis Mercurii Triſmegiſti, cum commentariis Hannibalis Roſſeli. tom. I. in quo agitur de S. S. Trinitate. — Acceſſit eiuſdem textus graeco-latinus indu-

induſtria D. Franciſci Fluſſatis Candallae. Coloniae Agrippae. ex officina Choliniana 1630. fol. tom. II. in quo agitur de Spiritu S. etc. (vti in ſuperiore editione) tom. III. IV. V. VI. v. *Witſii* Aegyptiaca lib. II. cap. 5. §. 2. *Goetzii* Memorab. Bibl. Dresd. vol. III. p. 211. ſq.

Franc. Patricius: de aethere ac rebus coeleſtibus. Zoroaſter. Hermetis Triſmegiſti libelli gr. et lat. Aſclepii libelli. Myſtica Aegyptiorum et Chaldaeorum. Platonicorum dialogorum ordo nouus. Et capita, in quibus Plato concors, Ariſtoteles catholicae fidei aduerſarius oſtenditur. Ferrariae 1591. fol. v. Catal. Bibl. Lugdun. B. pag. 163. ſ. De Patricii recenſione egit Fabr. in paragr. ſeq. — Auctior eſt altera editio, in *Franciſci Patricii noua de vniuerſis philoſophia* Venet. 1593. fol. in qua inſcripta eſt collectio:

Hermetis Triſmegiſti libelli et fragmenta quotcunque reperiuntur, ordine ſcientifico diſpoſita. — Hanc edit. recudi fecit *Henr. Ranzou* huius indicis:

Magia philoſophica, h. e. Franciſci Patricii - Zoroaſter et eius 320. Oracula chaldaica. Aſclepii Dialogus et philoſophia magna. HERMETIS TRISMEGISTI *Poemander, ſermo ſacer, Clauis, ſermo ad filium, ſermo ad Aſclepium, Minerua mundi et alia Miſcellanea per Franc. Patricium, ex Bibliotheca Ranzouiana primum eruta et Latine reddita.* Hamburg. 1593. 12. (al. 8.) in Catal. bibl. Barberinae p. 532. citatur illa editio: *Pymander et alia opuſcula ac fragmenta.* Hamburg. 1594. 8. num adcurate, an falſo notatus ſit et liber et annus, equidem neſcio. In eodem catalogo l. m. indicatur:

Pymander et Aſclepius gr. et lat. per Ficinum. Pariſ. 1594. 4.

Veneta *Patricii* editio recuſa eſt Londini 1611. fol. v. Catal. biblioth. Bodleian.

De verſionibus pauca addam. Duas Belgicas memorauit Fabricius, quarum altera, ex latina Patricii facta, lucem adſpexit Amſtel. 1643. 4. per *Nicolaum van Rauenſtein;* altera in ſequenti paragrapho adfertur.

Il Pimandro di Mercurio Trimegiſto, tradotto da Tommaſo Benci in lingua Fiorentina. Con priuilegio. In Firenze 1548. 8. *Haym* in Biblioteca Italiana, Venet. 1741. pag. 152. n. 5. et Catalogue de la Bibliotheque de feu — Marquis S. Philippe. part. III. pag. 117. nr. 2172. praebent editionem a. 1549. 8. Priorem a. 1548. fuſe recenſet *Paitoni* in Biblioteca degli autori antichi etc. tom. II. p. 243. ſqq.

Le Pimandre traduict de l'Exemplaire Grec avec Collation de tres amples Commentaires par François de Foix. Bordeaux 1579.

Hermetis Triſmegiſti Erkänntniſſe der Natur und des darinn ſich offenbahrenden groſsen Gottes in 17. unterſchiedlichen Büchern, in die hochdeutſche Sprache überſetzt von Aletophilo. Hamburg. 1706. 8.

Hermes Triſmegiſts Poemander, oder von der göttlichen Macht und Weisheit, aus dem Griechiſchen überſetzt und mit Anmerkungen begleitet von Dieterich Tiedemann. Berlin und Stettin 1781. 8. cl. *Tiedem.* cenſet, ante quartum ſaeculum aerae chriſtianae nullum exſtitiſſe Hermeticum ſcriptum: qui ſub nomine Hermetis circumferuntur libelli, eos a plu-

a pluribus fuiſſe confictos ſemichriſtianis, deorum cultoribus, aliisque, qui modo Ariſtotelicae, modo veteris Platonicae ſcholae, modo neo-Platonicis placitis imbuti erant, aut gnoſticis; eſſe tantum fragmenta: quae omnia vir doctus in praefatione, et clarius fuſiusque oſtendit in eruditis notis, in quibus ſaepiſſime explicatur ſenſus verborum, aut verba graeci textus acute emendantur, ita vt futuro textus graeci editori *Tiedemanni* opera et vtilis ſit et vero neceſſaria. Patricii editionem quum vſurpare non potuit, Ficini et Candallae exemplaria tantum ſequutus eſt; adde iudicium *Ger. Ioan. Voſſii* de ſcriptis Hermetis, in libr. de origine et progreſſu Idololatriae cap. 10. *Halleri* Bibliothecam medicinae practicae. tom. I. pag. 11. et *Meiners* Verſuch etc. pag. 223. ſq. vbi huius libri capita et Aſclepii λογον τελειον erudite perſequitur; et quos laudat *Lambecius* in Comm. de Bibl. Vindob. libr. VII. p. 66. ed. Kollari. *Harl.*]

Editio Patricii. V. Caeterum ſub Poemandri titulo, in editione *Marſilii Ficini* ceterisque iam commemoratis, quae illam ſequuntur, veniunt capita XIV. quae ſub aliis titulis recte velut libellos ſingulares ſeparauit nouosque addidit, prolegomenis et noua verſione illuſtrauit, alioque ordine digeſſit *Franciſcus Patricius* in noua de vniuerſis Philoſophia, qui plura quam 1040. loca emendaſſe ſe affirmat. Paulo alius eſt ordo in codice Graeco MS. quem recenſet *Geſnerus* in Bibl. licet ordo Ficini non modo auctoritate MSti codicis Beſſarionis confirmetur, cuius meminit Conringius, itemque alio Vindobonenſi, de quo Lambecius lib. 7. Commentar. pag. 22. ſq. m) nec non codice, ex quo expreſſa editio Graeca Pariſienſis A. 1554. quemque ſecutus eſt Candalla. Franciſci Patricii editio poſterior Veneta 1593. fol. melior n) eſt priore Ferrarienſi 1591. fol. quam ſub titulo *Magiae Philoſophicae* latine repetiit *Henricus Ranzouius* Hamburgi 1593. 8. A Ficini pariter et Patricii ordine diſceſſit auctor verſionis *Belgicae* A. W. V. B. vulgatae Amſtelodami 1652. 12. Patricium quoque, licet interpretibus reliquis meliorem in locis quibusdam mentem Hermetis non aſſequutum ſe cauſatus. A Belgico etiam interprete diuerſum in nonnullis ordinem praebuit, qui libellos XVII. Hermeticos ſub *Alethophili* nomine edidit *Germanice*, Hamburgi A. 1706. 8. Quo autem de omnibus accuratius conſtet, iuuat ſingulas editiones inter ſe conferre. Venetamque Patricii, quam nitidiſſimis typis Graece et Latine recuderunt Anno 1628 o) Londinenſes, velut pleniſſimam et perfectiſſimam fundamenti loco ponere.

Lib.

m) Pag. 46. ſqq. pag. 54. ſqq. ed. Kollari, vbi comparantur codicum atque editionum varietates defectus et opuſculorum ordo diuerſus. *Harl.*

n) Dolendum eſt Patricii editionem innumeris vitiis typographicis deturpatam legi.

o) Huius anni editionem neque ego vllibi vidi memoratam, neque in Catalogo librorum Fabricii noſtri reperi: nec ven. *Moerl* in vllo Catalogo librorum eius mentionem factam eſſe, omni diligentia adhibita, animaduertit. Quare aliorum ſolertiae aut felicitati illius inueſtigandae aut videndae opportunitatem relinquam, niſi in anni indicio vel oculi Fabricii vel manus typothetae errauerint. *Harl.*

	Ficin.	*Geſner.*	*Ferrar.*	*Belg.*	*Germ.*
Lib. I.	*deeſt.*	*deeſt.*	1	5	5
Lib. II.	1	1	2	1	1

Lib. I. *περὶ εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας πρὸς τὸν Τάτ.* — ex Stobaei Eclog. Phyſ. pag. 78. ſeqq. vnde fallitur Conringius, qui libro de Medicina Hermetica pag. 50. putauit, hunc primum librum eſſe eum, quem Patricius in Cypro Inſula reperit, cum Patricius ipſe teſtetur, inſcriptum fuiſſe titulo *libri ſacri*, vnde non dubitandum eſt, fuiſſe librum XIII., vt infra obſeruamus.

Lib. II. *Ποιμάνδρης* ſiue ſermo de natura rerum et creatione mundi, quem a Poemandro edoctum ſe Hermes refert. Ab hoc capite ſiue libello omnia reliqua vulgo veniunt Poemandri nomine, ex editione Ficini. Iſaaco Caſaubono quidem Exercitat. I. ad Baron. p. 71. Poemander hic ſiue Paſtor Chriſtus eſt Ioh. X. 11. et 14., praecipue cum Poemander de ſe apud Hermetem: *Τὸ φῶς ἐκεῖνο ἐγώ, νοῦς, ὁ σὸς Θεός, ὁ πρὸ φύσεως ὑγρᾶς τῆς ἐκ σκότους φανείσης, ὁ δὲ ἐκ νοὸς φωτεινὸς λόγος υἱὸς Θεοῦ.* Quae verba cum dictis Chriſti confert vir doctiſſimus, et multa alia illo in loco colligit, quibus oſtendat, in Poemandro non Aegyptiacam Mercurii doctrinam, ſed partim Graecam e Platonis et Platonicorum libris, et quidem perſaepe ipſis eorum verbis depromtam, partim Chriſtianam e libris ſacris petitam contineri. Adde *Radulphum Cudworthum* in opere Anglico praeſtantiſſimo de vero Syſtemate *νοητῷ* Vniuerſi p. 319. ſqq. qui p. 327. et 506. [pag. 387. ſqq. ex verſ. Moshemii, cuius notam confer p. 386. 388. etc.] non diffitetur tamen, in hiſce ſcriptis paſſim inſperſas etiam eſſe vere antiquas quaſdam Aegyptias, atque, vt loquitur Iamblichus, *Ἑρμαϊκὰς δόξας*, etſi Platonico more expreſſas, quales ſunt: nihil perire in vniuerſo, ſed tantum mutari: Deum eſſe *τὸ πᾶν*, et vniuerſi *διῆκον πνεῦμα*, ſine quo nihil omnino conſiſtit. Oſtendit praeterea, quae ſub Hermetis nomine feruntur vel olim ferebantur, non omnia ſuppoſita fuiſſe a Chriſtianis; etſi vltimam illam Hermetis antiquitatem non ferant. Probe etiam obſeruauit *Conringius* lib. de Medicina Hermetica p. 44. ſqq. Caſaubonum perperam [[P]] ex vnius alteriusque libelli ingenio de toto volumine iudicaſſe, cum nonnulli quidem Chriſtianum auctorem aperte ſapiant, vt quando in hoc capite Poemander ait, *λόγον ὁμοούσιον* eſſe *τῷ δημιουργῷ νῷ*, cum ex ipſis Chriſtianis, qui ita ſit locutus ante Concilium Nicaenum, vix tres potuerit laudare Athanaſius Epiſtola ad Africanos. At viciſſim quidem videantur potius Aegyptiacam doctrinam continere, vel Platonico-Pythagorico-Aegyptiacam, cum et ipſe Plato Pythagorae, et Pythagoras ac Plato Aegyptiis plura debeant. Quae de reditu ſiue *ἀνόδῳ* animorum per Zonas ſeptem Planetarum p) ſiue *κλήρους* (vide Scaligerum ad Manilium p. 189.) et de vitiis affectionibusque, quas in ſingulis Zonis relinquunt, in hoc Poemandri capite leguntur, conferenda ſunt cum iis, quae de gemino argumento habet Seruius ad haec Virgilii VI. [v. 715.] Aeneid. *ſecuros latices et longa obliuia potant.* Macrobius lib. I. c. XI. in ſomnium Scipionis. Proclus in Timaeum p. 11. 324. ſeq. et

p) vide locum Pauli Alexandrini, qui Hermetis *περὶ κλιμακτήρων πραγματείαν* excitat, infra lib. III. cap. XX. §. 9. vol. II. *Harl.*

et 348. Celſus apud Origenem lib. VI. p. 290. et vetus Poeta, cuius verſus de ſeptem Planetis velut ineditos protulit Iacobus Gronouius p. 267. ad Manethonis Apoteleſmatica, (qui iidem leguntur apud Stobaeum in Eclogis Phyſicis p. 135. excerptorum et latina Metaphraſi donatorum ab incomparabili viro Hugone Grotio,) Proclus in Alcibiadem p. 233. ſqq. et quae de muneribus ab vnoquoque Planeta in ſingulos homines gignendos conferendis habentur infra libro Hermetis XIII. De voce ἅγιος, quam nouies hoc capite ſiue libello repetit Poemander, confer Laurentium Vallam ad Apocalypſeos IV. 8.

Germ.	*Belg.*	*Ficin.*	*Geſner.*	*Ferrar.*	
4	4	3	3	3	Lib. III. λόγος ἱερός — — —
12	2	10	9	4	Lib. IV. Κλεὶς ſiue Clauis ad Tatum, ex quo libello verba quaedam profert Lactantius lib. I. c. 11. loca prolixiora Stobaeus Eclog. Phyſ. p. 128. p. 90. et iterum p. 128. ſq. et p. 89. De Hermetis Γενικοῖς λόγοις, quorum clauis haec Epitome eſſe ſtatim in limine docetur, dictum infra eſt inter ſcripta eius deperdita. Mire conuenit hic libellus cum Aſclepio dialogo, de quo itidem infra dicemus q).
8	8	5	5	5	Liber V. Πρὸς Τὰτ τὸν υἱόν· ὅτι ἀφανὴς Θεὸς φανερώτατός ἐςι.
10	10	6	8	6	Liber VI. Ὅτι ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ τὸ ἀγαθόν ἐςιν, ἀλλαχόθι δὲ ὀυδαμȣ̃, πρὸς Ἀσκλήπιον.
14	14	13	12	7	Liber VII. Πρὸς Τὰτ τὸν υἱὸν, ἐν ὄρει λόγος ἀπόκρυφος, περὶ παλιγγενεσίας, καὶ σιγῆς ἐπαγγελίας, cui appendicis loco connectitur ὑμνῳδία [?] κρυπτὴ, λόγος ἅγιος. Chriſtianum nimis aperte auctorem ſapit.
3	3	7	*deeſt.*	8	Liber VIII. Ὅτι μέγιςον κακὸν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἡ περὶ τȣ̃ Θεȣ̃ ἀγνωσία.
6	6	2	2	9	Liber IX. Πρὸς Ἀσκληπιὸν λόγος καθολικός r).

Geſnerus in ſuo codice reperit πρὸς Τάτον. In Ficini, Candallae aliisque editionibus hoc caput ſiue libellus incipit a verbis ὁ Θεὸς ὁ τὸ θεῖον, pro quibus in MSto Vindobonenſi teſte Lambecio, Lib. VII. commentar. p. 32. legitur ὁ Θεὸς τὸ θεῖον, *Certe Deus idem eſt atque diuinitas.* Sed ex Stobaei Eclog. Phyſ. p. 39. apparet, initium huius capitis deeſſe, quod Patricius in ſua editione recte ſuppleuit, et verba illa cum prioribus ita connectenda legendaque eſſe: τὸ δ' ἀσώματον ἢ θεῖόν ἐςιν ὁ Θεός. Τὸ δὲ θεῖον κ. τ. λ. Citat et alia loca ex hoc eodem capite Stobaeus p. 41. et iterum p. 39. cuius collatione non vno in loco et Patricii editio et aliae poterunt ſuppleri et emendari.

Lib.

q) Sententias et verba eſſe Iamblichiana, (v. Iamblichum de Myſter. Aegypt. lib. II.) docet *Meric.* l. c. p. 257. *Harl.*

r) In Codd. catalogis lib. *Hermetis ad Aſclepium* minus diſtincte ſaepe citatur, vt in Cat. MSS. bibl. reg. Par. tom. IV. p. 224. cod. 6256. ibid. p. 234. cod. 6319. memoratur *H. Triſmeg. de idolo liber, qui aliter etiam de diuinitate dicitur.* p. 266. cod. 6672. *H. Triſm. de diuinitate lib. ad Aſclepium. Harl.*

	Ficin.	*Geſner.*	*Ferrar.*	*Belg.*	*Germ.*
Lib. X.	11	10	10	13	2
Lib. XI.	12	11	11	7	13
Lib. XII.	4	4	12	12	17
Lib. XIII.	*deeſt.*	*deeſt.*	13	*deeſt.*	*deeſt.*

Liber X. Νοῦς πρὸς Ἑρμῆν. Ita et aliae editiones et codices manu exarati hoc caput inſcribunt. Verum Cyrillus Alexandrinus, qui verba quaedam ex hoc adducit Lib. II. contra Iulian. p. 52. citat Ἑρμῆν ἐν τῷ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ νοῦν.

Lib. XI. Περὶ νοῦ κοινοῦ πρὸς Τάτ.

Lib. XII. Λόγος ὁ κρατὴρ, ἢ μονὰς πρὸς Τάτ. In MSto Vindobonenſi incipit: ἐπειδὴ τὸν πάντα κόσμον κ. τ. λ. Loca ex hoc capite citat Stobaeus Eclog. Phyſ. p. 5. et 27. In hoc libello baptiſmus et ſacra παλιγγενεσία Chriſtiano fere more adumbratur. Porro κρατῆρος s) nomen videtur petitum ab Orpheo vel ex Timaeo Platonis, vbi ait in ſuperiore Cratere Deum vniuerſae naturae animam temperaſſe. Quanquam Auguſtinus Steuchus Eugubinus lib. I. de perenni Philoſophia cap. 12. t) Platonem hoc a Mercurio mutuatum eſſe exiſtimauit. Aut reſpicitur ὁ τῆς σοφίας κρατὴρ, de quo Apollonius Tyanenſis apud Philoſtratum libro et capite ſexto p. 274. ex quo bibentes animae, medentur τῇ γενεσιουργῷ λήθῃ, et hauſtam ex poculo ἀπάτης, πλάνης, ἀγνοίας ſtultitiam iterum deponunt.

Lib. XIII. ἐκ τῆς ἱερᾶς βίβλου τῆς ἐπικαλουμένης κόρης κόσμου. Partem huius libri habet Stobaeus [¶] p. 116. ſqq. et 145. ſqq. vbi in ora libri memoratur Ἑρμοῦ λόγος Ὥρου πρὸς Ἶσιν, pro quo Conringius p. 51. ſcribendum putabat Ἴσιδος πρὸς Ὧρον, Borrichius p. 81. ſq. ſuperuacaneum et tollendum nomen Ὥρου. Sane vero in hoc toto libro Iſis Horum filium docens inducitur, etſi ipſa quoque alibi ab Hermete edoctam ſe fatetur in marmore epitaphio, quod refert Diodorus Siculus lib. I. cap. 27. Caetera huius libri Patricius addidit ex Codice MS. quem refert a ſe in Cypro repertum in monaſterio, cui nomen Encliſtra. Κόρη κόσμου Aegyptiis eſt Iſis, quae in hoc libro Horum docet ea, quae in ſacris libris arcana Hermes reliquerat, nulli mortalium ante a Deo prodita, ſcilicet. Τοῦτο δ' ὦ τέκνον ἀξιοθαύμαστον, Ὧρε, οὐκ ἂν ἐπὶ θνητῆς σπορᾶς ἐγεγόνει, οὐδὲ γὰρ ἦν οὐδέπω, ψυχῆς δὲ συμπάθειαν ἐχούσης τοῖς οὐρανοῦ μυστηρίοις τοῦτο δ' ἦν ὁ πάντων νοῦς Ἑρμῆς, ὃς καὶ εἶδε τὰ σύμπαντα, καὶ ἰδὼν κατενόησε, καὶ κατανοήσας ἴσχυσε δηλῶσαι καὶ δεῖξαι· Καὶ γὰρ ἃ ἐνόησεν ἐχάραξε καὶ χαράξας ἔκρυψε τὰ πλεῖστα σιγήσας ἀσφαλῶς καὶ λαλήσας, ἵνα ζητῇ ταῦτα πᾶς αἰὼν ὁ μεταγενέστερος κόσμου. Ἀλλ' ἦν αὐτῷ διάδοχος ὁ Τὰτ υἱὸς ὁμοῦ καὶ παραλήπτωρ τῶν μαθημάτων τούτων. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ ὁ Ἀσκληπιὸς ὁ Ἰμούθης Σπανὸς (forte καὶ Πανὸς) καὶ Ἡφαιστοβούλης καὶ ἄλλοι, ὅσοι τῆς οὐρανίου θεωρίας πιστὴν ἀκρίβειαν ἔμελλον βουλομένης τῆς πάντων βασιλίδος ἱστορῆσαι προνοίας. Eodem libro: ψυχῶν μὲν Ὄσιρις ὁ πατὴρ σου, σωμάτων δὲ ἑκάστου ἔθνους ἡγεμών. Βουλῆς δὲ ὁ πατὴρ πάντων καὶ καθηγητὴς ὁ Τρισ-

s) Pythag. πηγὴ ἀεννάου φύσεως. Vide et Ioh. Clerici indicem ad Stanleii Philoſophiam Orientalem in *animorum fons* et *fontes*, tum Kircherum T. 3. Oedipi p. 199. vbi de benefico Cratere Oſiridis.

t) c. 25. *de Mercurio Triſmegiſto, Theologiamque eius eſſe veram, id eſt, ab antiquiſſimo illo Mercurio perſcriptam,* eſt inſcriptum. *Harl.*

ὁ Τρισμέγιστος Ἑρμῆς. Ἰατρικῆς δὲ ὁ Ἀσκληπιὸς ὁ Ἡφαίστου. Ἰσχύος δὲ καὶ ῥώμης πάλιν Ὄσιρις· μεθ' ὃν ὦ τέκνον αὐτὸς σύ. Φιλοσοφίας δὲ Ἀρνεβασκῆνις, ποιητικῆς δὲ πάλιν ὁ Ἀσκληπιὸς ὁ Ἰμούθης.

Addidit huic libro Patricius quinque appendices. (1) περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης ἐκ τῶν πρὸς Ἄμμωνα, (2) de eodem argumento, (3) ἐκ τῶν πρὸς Τὰτ υἱὸν περὶ εἱμαρμένης, (4) περὶ χρόνου πρὸς τὸν αὐτὸν Τάτ. (5) περὶ ἀστέρων πρὸς τὸν αὐτόν. Quae omnes petitae ſunt ex Stobaei Eclogis Phyſicis p. 13. bis p. 11. p. 20. et p. 49. ſq.

Germ.	*Belg.*	*Ficin.*	*Geſner.*	*Ferrar.*
16	16	*deeſt.*	*deeſt.*	14
11	11	9	7	15

Liber XIV. *περὶ ψυχῆς πρὸς αὐτὸν Ἄμμωνα*, collectus ex eodem Stobaeo, Eclog. Phyſic. p. 82. ſq. p. 85. p. 94. Eclog. Ethic. p. 199. ſq. et iterum Eclog. Phyſ. p. 12.

Liber XV. *περὶ αἰσθήσεως καὶ νοήσεως, πρὸς τὸν Ἀσκληπιόν.* Hic Germanus titulus eſt, quem in ſuo etiam MS. reperit Geſnerus. In editionibus Ficini: *quod in ſolo Deo pulchrum ac bonum, alibi vero nequaquam.* Sed haec inſcriptio rectius conuenit libro, quem iam recenſuimus ſexto. [P] In MS. Vindobonenſi et editione Candallae vterque titulus coniungitur ſic: *περὶ κινήσεως καὶ αἰσθήσεως, καὶ ὅτι ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ.* Hic libellus, ſiue caput hoc Conringio videbatur eſſe appendix dialogi Aſclepii, de quo infra dicturi ſumus, adeoque illi ſubiungendus. Idem ex eo, quod *κόσμον* dictum eſſe ait, quia *κοσμεῖ τὰ πάντα*, colligit ſcriptum eſſe non Aegyptio ſermone, ſed Graeco. Adde, quod *κόσμου* t) nomen toties in his libris et in Aſclepio occurrens primus excogitauit Pythagoras Hermete illo, qui iactatur, antiquiſſimo multis ſaeculis iunior x). Locum ex hoc capite Hermetis laudat Lactantius lib. II. inſtit. cap. 16.

Ficin.	*Geſner.*	*Ferrar.*	*Belg.*	*Germ.*
deeſt.	*deeſt.*	16	*deeſt.*	*deeſt.*
deeſt.	*deeſt.*	17	*deeſt.*	17
8	6	18	9	9

Liber XVI. *Περὶ ἐνεργείας καὶ αἰσθήσεως, πρὸς τὸν Τάτ.* petitus ex Stobaei Eclog. Phyſ. p. 82. ſeqq. *περὶ ἀϊδίων σωμάτων πρὸς τὸν αὐτὸν Τάτ.* ex Stobaei Eclog. Phyſ. p. 85. ſq. *ἄνθρωπος* ex Lactantii lib. VII. cap. 13. *θάνατος* ex Stobaei florilegio ſerm. 117. p. 514. *ὁμοιότης τέκνων* ex eodem p. 87. Eclog. Phyſ. *Ἐκ τῆς Ἴσιδος.* florileg. Stobaei ſerm. 11. p. 133.

Liber XVII. *Πρὸς Τὰτ περὶ ἀληθείας.* Ex Stobaei florileg. ſerm. 9. p. 110. ſqq.

Liber XVIII. *Ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται, ἀλλὰ τὰς μεταβολὰς ἀπωλείας καὶ θανάτους πλα-*

νώμε-

t) A Phoeniciis petitum ſuſpicatur illuſtris doctrinae vir Iobus Ludolfus comment. ad hiſt. Aethiopicam p. 208.

x) v. *Meiners* l. c. pag. 241. qui hunc foetum ad vltima litteraturae graecae et corruptae linguae gr., philoſophiae, criticae et religionis tempora refert. *Harl.*

Germ.	*Belg.*	*Ferrar.*	*Geſner.*	*Ficin.*
-		-		
15	15	19	*deeſt.*	14
deeſt.	*deeſt.*	*deeſt.*	*deeſt.*	*deeſt.*

νώμενοι λέγουσι. In hoc libro Idearum diſerta mentio, quas primus effinxit Plato, etſi ex Moyſe ipſo illas repetit Philo Iudaeus.

Liber XIX. In Patricii aliisque editionibus titulo caret, niſi quod praefiguntur haec verba: Ἀσκληπιῷ εὖ φρονεῖν. Sed Cyrillus Alex. qui locum ex hoc capite ſiue libello affert lib. II. contra Iulian. p. 63. ſq. laudat Hermetem ἐν τῷ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως.

Liber XX. Ἐκ τοῦ γ΄ πρὸς Ἀσκληπιὸν *primus locus* legitur apud Cyrillum I. contra Iulian. p. 35. Suidam in Ἑρμῆς et eundem [P] Cyrillum p. 33. *Locus alter* apud Cyrillum eodem loco. *Locus tertius* apud Cyrillum p. 35. *Locus quartus* ἐκ τοῦ τελείου λόγου apud Suidam in Ἑρμῆς, vbi pro τοῦ μονογενοῦς καὶ τοῦ πατρὸς, Patricius legit ἐκ τοῦ πατρὸς, rectius vtique Lambecio, qui p. 141. prodromi hiſtoriae literariae reſcribendum ait καὶ τοῦ πνεύματος.

Locus quintus — — —

Locus ſextus — — —

Locus ſeptimus ἐκ τῶν πρὸς Τάτ, quo ait Deum νοῆσαι μὲν χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον (perinde vt Plato in Timaeo, τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν, τὸ ἔργον, καὶ εὑρόντα λέγειν εἰς πάντας ἀδύνατον) a pluribus laudatur, a Iuſtino Martyre paraeneſi ad Graecos, vbi et *Ammonis* in libris de eo ſuis Deum πάγκρυφον dicentis meminit, a Cypriano de Idolorum vanitate, Auguſtino lib. VI. contra Donatiſtas, exſtat et apud Cyrillum p. 31. et Stobaeum florileg. ſerm. 78. p. 419. *Locus octauus* apud eundem Cyrillum lib. 4. p. 130. ſq. *Locus nonus* apud Stobaeum Eclog. Phyſ. p. 86. *Locus decimus et vndecimus*, quae latine tantum exhibet Patricius, Graece exſtant apud Cyrillum p. 31. *Locus duodecimus* ἐκ τῶν πρὸς Τάτ apud Stobaeum p. 29. Eclog. Phyſ. *Locus tertius decimus* ἐκ τῶν α΄ διεξοδικῶν, et locus *decimus quartus* ſiue vltimus apud Cyrillum lib. II. p. 56.

Hermetis fragmenta. VII. Laudat praeterea Hermetem Cyrillus p. 56. 57. p. 33. p. 52. et lib. 8. p. 274. Michael Glycas in Annalibus, vbi literas eius ad Ammonem memorat, et Stobaeus in locis, quae ex Schedis MStis Iſ. Voſſii vulgauit Tho. Galeus notis ad Iamblichum de Myſteriis Aegyptiorum p. 304. et 296. *Verba Hermetis morituri*, quae ex Chalcidio reperit Patricius in prolegomenis ad Hermetis libros, et e Patricio Conringius de Medicina Hermetica pag. 57. ſq. (Chalcidium in Timaeum Platonis allegans) in edito Chalcidii libro non reperi, qui videtur tantum partem commentarii Chalcidiani exhibere, certe non integrum Platonis Timaeum perſequitur.

Hermetis paraeneſes. VIII. *Hermetis librum ad filium ſuum* Ethicas ac Politicas ſententias paraeneſesque complexum, et ex veteri Perſarum lingua in Arabicam ſub Califa Maimone circa A. C. 810. translatum memorat Iohannes Elichmannus vir

 doctiſſi-

doctiſſimus in Epiſtola ad Beuerouicium de vitae termino parte 3. pag. 154. Sed Arabibus Hermetica ſcripta iactantibus non multum fidei tribuunt viri eruditi. Vide iterum, ſi lubet, Conringium pag. 58. ſq. et 62. [P]

CAPVT VIII

I. *Hermetis Aſclepius ſiue λόγος τέλειος Graece non exſtat.* II. *Latina verſio an Apuleii.* III. *Editiones.* IV. *Conringii ſententia.* V. *Quis Aſclepius iſte. Plures Aſclepii.* VI. *Aſclepii ὅροι.* VII. *De Poemandro et ſcriptis Hermeticis hucusque memoratis iudicium.*

Aſclepius.

I. ASCLEPIVS, ſiue Dialogus Hermetis de Deo, de homine, et mundo, cum Aſclepio [a]) habitus, praeſentibus Ammone et Tato, olim inſcriptus λόγος τέλειος (quod apud Auguſtinum transfertur *verbum perfectum*) non λόγος ἱερὸς vt memoriae lapſu ſcripſit Scaliger ad Graeca Euſebii p. 412., Graece non amplius exſtat, ſi diſceſſeris a paucis fragmentis, quae ſeruarunt Lactantius lib. II. cap. 16. lib. IV. cap. 6. lib. VII. cap. 13. et 18. et Stobaeus floríleg. ſerm. 119. [b]) Latine habetur ex verſione quam communis codicum conſenſus refert ad Apuleium Madaurenſem [c]).

Verſio num Apuleio tribui poſſit.

II. Caſp. Barthius quidem fallitur, qui Auguſtini teſtimonio ait verſionem iſtam Apuleio tribui. Nusquam enim hoc facit Auguſtinus. At non minus falluntur Coluius, Schickardus, Wowerius et alii, qui admodum recentem putant iſtam translationem, cum ab Auguſtino lib. VIII. de Ciu. Dei [d]) cap. 23. 24. et 26. et orat.

a) Aſclepii Medicinae inuentoris nepote. Ita enim in Dialogo illo Hermes laudans et ipſe patrem auumque Hermetem: *Auus enim tuus O Aſclepi, Medicinae primus inuentor, cui templum conſecratum eſt in monte Libyae, circa litus Crocodilorum* etc.

b) Apud *Iriarte* in Catal. codd. graec. MSS. bibl. reg. Matritens. pag. 450. ſq. codex Conſtantini Laſcaris manu exaratus habet fragmenta duo, alterum, quod totidem verbis exſtat graece apud *Lactant.* Diuin. Inſtitut. lib. IV. cap. 6. alterum, etiam graece, *de deo*, quod ex eodem Aſclepii libro depromtum illi videtur. — *Alexander Aphrodiſienſis* in libro II. quaeſtionum naturalium dedit quaedam ex Aſclepii Operibus. MS. exſtat in Biblioth. Medicea ſ. Laurent. v. *Bandini* Catal. codd. graec. B. Laurent. tom. III. col. 22. 23. Iſtas *quaeſtiones natural.* edidit Victor Trincauellus, graece. Venet. 1536. fol. gr. cum lat. interpretatione Hieronymi Bagolini Veronenſis etc. ibid. 1541. 49. 59. et 63. fol. — Cod. Guelferbytanus, cuius variae lectiones a Cortio editioni Elmenhorſtii 1621. adſcripta ſunt: quod exemplar nactus ſum ex bibliotheca Longoliana. — In codd. MSS. reg. Pariſ. vol. II. cod. 1220. *Aſclepii* definitiones ad Ammonem regem, de deo, materia, fato etc. — in Bibl. Vaticana apud *Montfauc.* Bibl. bibliothecar. MSS. cod. *Aſclepii*, Ἀσκληπιοῦ *ad Ammonem regem de deo, de materia, de malitia, de fato, de ſole* etc. ibid. p. 728. n. 2118. cod. indicatur, *Aſclepius in Metaphyſica.* Forſan eſt Aſclepii Tralliani in metaphyſicam Ariſtotelis? et idem codex aut ſimilis eius, qui p. 767. n. 60. occurrit? — in Bibl. Vindob. v. Lambecii Comment. laud. cap. VI. p. 374. VII. p. 68. ed. Kollari. — In bibl. Veneta Marci, cura Theupoli, Venet. 1741. p. 184. cod. 467. *Triſmegiſti de Diuinitate ad Aſclepium* ex verſione, quae vero ibi non *Apuleio* tributa dicitur. *Harl.*

c) Inter opuſcula quaedam Apuleii MSS. memoratur Hermetis Triſm. dialogus ad Aſclepium in Biblioth. Bibliothec. MSS. Montfauconii. p. 342. D. et p. 343. E. *H. Triſm. dialogus ab Apuleio de Graeco in Latinum conuerſus.* adde cat. MSS. reg. Par. IV. p. 264. *Harl.*

d) vbi etiam Hermetem habet pro vero auctore huius libri. *Heum.*

orat. de quinque haereſibus cap. 3. lectam eſſe conſtet. Idem Coluius, Wowerius, Elmenhorſtius e) cauſantur orationem ſiccam et exſanguem nihilque ſimile habentem cum Apuleiana vbertate et laetitia. Ob eandem cauſam Apuleio hanc verſionem abiudicabat Lambecius in prodromo hiſtoriae literariae pag. 141. Sed merito iſta ratio parui momenti viſa eſt Cudwortho in genuino Syſtemate νοητῷ vniuerſi p. 324. [ſ. p. 380. et p. 383. ed. Ienenſ.] Quis enim miretur, magis caſte et ſobrie loqui Apuleium, ſi is eſſet auctor, (quod nec ipſe tamen mihi perſuadeo,) philoſophantem ſerio de natura Dei et aliis rebus grauiſſimis, quam ludentem fabulam Mileſiam? [ſ] [adde Fabricii noſtri Biblioth. lat. libr. III. cap. 2. pag. 41. tom. III. ed. Erneſti.]

Editiones. III. Prodiit Aſclepius ſaepiſſime cum Poemandro Ficini, et in Patricii noua Philoſophia de vniuerſis, ex vtraque editione, et in editione Operum Apuleii, Vicentina, 1488. fol. Aldina 1521. 8. Baſilienſi 1597. et Elmenhorſtiana Francof. 1621. 8. pag. 76. ſqq. et a. 1628. 8. pag. 78. ſqq. [Baſil. apud Bebelium 1532. 8. v. Lambec. l. m. cap. VII. col. 57. ſqq. *Harl.*] Sed Latine tantum: nam Graece, vt dixi, intercidit.

Conringii ſententia. IV. Porro non contemnendum iudicium H. Conringii, quod de hoc dialogo tulit lib. I. de Medicina Hermetica cap. 5. *Eſt libellus Aegyptiacae* f) *εἰδωλομανίας plenus quidem, adeoque non eſt dubitandum ex Aegypto illum eſſe. Num autem multum ſit antiquior Lactantii aeuo, haud definire eſt. Sane ſi verum eſt faten-*

e) *Wowerii* iudicium legitur in illius praefatione de vita et ſcriptis L. Apuleii, editioni operum ipſius, Hamburgi 1606. 12. praefixa. *Elmenhorſtius* autem in Emendationibus ſuis ad *Hermetis Triſmegiſti de Natura deorum ad Aſclepium Adlocutum;* „ſic, ait, hunc librum indigitant membranae Leidenſes. In Flor. et Brem. eſt, *Apuleii Aſclepius*, *ſiue dialogus Mercurii Triſmegiſti.* Rom. Ald. Baſil. et Pariſ. edit. Henr. Stephani a. 1505. hanc epigraphen praeferunt: *Aſclepius Hermetis Triſmegiſti Dialogus a Lucio Apuleio Madaurenſe Platonico in Latinum conuerſus.* etc. ceterum idem, quod Wowerius de ſtilo huius verſionis Apuleio minime tribuendae, iudicat. *Coluius* fin. vitae Apuleii, illius editioni, Lugd. B. 1588. praemiſſae: „Non bene, inquit, illi etiam de ſtilo ſiloque orationis Apuleianae iudicare videntur, qui ab eo Aſclepium Hermetis Triſmegiſti e graeco in latinum conuerſum volunt, interque eius ſcripta numerare et excudere non dubitant; cum eo dialogo, quantum ad verba et ad phraſes, vix quidquam in tota lingua latina exſtet ineptius.“ *Cudworth* loco mem. arbitratur, dogmata huius dialogi, ab Apuleio latine verſi, eſſe originis Aegyptiacae, ex quibus, quantum Plato, Pythagoras aliique Graeci acceptum referre debeant Aegyptiis, clare fiat manifeſtum. Enimuero primum non omnes codices praefixum habent, vti vidimus, nomen Apuleii, interpretis: dein Apuleius de libris Hermeticis, eorumque cum philoſophia Platonica conſenſione numquam differit; quod cur non fecerit, ne diuinando quidem intelligi poterit: denique, cur veteres ſcriptores, atque ipſe Auguſtinus, nomen Apuleii, ſi fuiſſet interpres, reticuiſſent, perſpectu erit difficile. Id tamen concedendum eſt, Aſclepium ad prima, quae nomen Hermetis mentiuntur, ſcripta pertinere, auctorem illius non fuiſſe Chriſtianae diſciplinae addictum, more propemodum Plotini ac Porphyrii placita reddere platonica, ſomniis ſerorum platonicorum haud corrupta, nec multum alienis opinionibus aut formis contaminata. conf. *Meiners* l. c. pag. 244. ſqq. *Harl.*

f) Poſſit aliquis ſuſpicari confictum eſſe ſub Imperatoribus Chriſtianis a quodam Aegyptio ſcriptore Ethnico, qui Chriſtianorum ſacra dogmata in Aegypto recipi exploſis Aegyptiis aegre ferret. Sane hoc colligere mihi videor ex his dialogi verbis: *Alienigenis enim regionem iſtam terramque complentibus non ſolum neglectus religionum, ſed, quod eſt durius, quaſi de legibus a religione pietate cultuque diuino ſtatuetur praeſcripta poena prohibitio. Tunc terra iſta*

fatendum, in Chriſtianum ſenſum per vim ab Auguſtino pariter et Lactantio, quae de Dei filio, deque mundi purgationibus in illo leguntur libello, detorta ſunt. Accurate enim Hermetica expendentibus patet, mundum ipſum Hermeti filium Dei dici, minime vero illi ſermonem eſſe de altera ſacroſanctae Trinitatis perſona, quam Chriſtiani veneramur; purgationes porro orbis longe diuerſiſſimas hic ſignificari, ab iis malis quae mundi interitum praeceſſura, Seruatore noſtro reuelante nouimus, ſecus quam viſum Lactantio. Mundi ἀποκατάστασιν aliam per κατακλυσμὸν, aliam per ἐκπύρωσιν etiam Aegyptios agnouiſſe teſtis eſt Iulius Maternus Firmicus lib. III. Matheſ. cap. I. Cum hoc Aſclepio coniungendus monente eodem Conringio eſt ex ſuperioribus Hermetis libellis XV. et IV.

Aſclepii aui. V. Aſclepii, quem hic Hermes affatur, auus in dialogo dicitur Aſclepius ſiue Aeſculapius inuentor Medicinae, de quo [*Eudocia* pag. 16. in Villoiſon. Anecdotis graecis tom. I.] fuſe Daniel Clericus in Hiſtoria Medicinae, et Thomas Guidotus in hiſtoria Aeſculapii adhuc inedita. Praeter hos tertius Aſclepius Ἰμέθης ſupra in libello XIII. laudatur, inuentor Poetices. Verum de Aeſculapiis [g]) his aliisque multa collegit *H. Meibomius* commentario ad ὅρκον Hippocratis cap. V.

Ὅροι Aſclepii. VI. III.] Ὅροι Ἀσκληπίου πρὸς Ἄμμωνα βασιλέα [h]) ſiue definitiones (etſi vix vllae hic definitiones occurrunt) Aſclepii [i]) ad Ammonem Regem Libri III. qui licet Aſclepio, vt videmus, tribuuntur, tamen ad ſcripta Hermetis recte referri poſſunt, quia auctor ipſe ad Hermetem Magiſtrum ſuum prouocat. *Liber primus* in editione Graeca Turnebi, Candallae et in MS. Geſneriano ac Vindobonenſi, inſcribitur: περὶ Θεοῦ, περὶ ὕλης, (addit MS. Geſner. περὶ κακίας) περὶ εἱμαρμένης, περὶ ἡλίου, περὶ νοητῆς οὐσίας, περὶ ἀνθρώπου, περὶ οἰκονομίας τοῦ πληρώματος τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, περὶ τοῦ κατ᾽ εἰκόνα ἀνθρώπου. Sed Patricius ſimpliciorem titulum praefixit: περὶ ἡλίου καὶ δαιμόνων. Locum de Aegyptiacis myſteriis Graeca lingua non prodendis allegat *Nicephorus* in ſcholiis ad Syneſium de inſomniis p. 362. In Turnebiana editione p. 95. poſt verba σῶμα ἢ τέλος ἔχει, in quibus deſinit Candallae editio, ſequuntur nonnulla, quae ex alio libro petita eſſe Patricius ſuſpicatur. Eadem tamen in calce libri huius primi etiam ſine vlla alterius libri nota exhibet MStus codex Vindobonenſis, vt teſtatur Lambecius lib. VII. Commentar. p. 33. Liber ſecundus et tertius a Turnebo et Patricio editi in Candallae editione deſiderantur. *Libelli*

iſta ſanctiſſima ſedes delubrorum, atque templorum, ſepulchrorum erit mortuorumque pleniſſima. O Aegypte! Aegypte! religionum tuarum ſolae ſupererunt fabulae, et aeque incredibiles poſteris ſuis, ſolaque ſupererunt verba lapidibus inciſa tua pia facta narrantibus, et inhabitabit Aegyptum Syrus aut Indus aut aliquis talis.

g) Extat et ſub Aeſculapii nomine liber *de morborum, infirmitatum, corporisque accidentium origine, cauſis, deſcriptionibus et cura* Latine editus Argentorati A. 1544. fol. vna cum Trotula, Hildegardi, Octauiano Horatiano etc. Sed priſci illius Aeſculapii haud eſſe nemo eſt, qui non videat.

h) Codices mſpti iam cum aliis ſupra memorati ſunt. adde cod. *Aſclepii Ὅροι ad Ammonem regem*, in *Montfaucon* Bibl. etc. pag. 774. E. *Harl.*

i) Illae *e graeco in latinum traductae per Lud. Lazarellum*, adiectae ſunt etiam Opuſculo inſcripto: *Duellum epiſtolare, Galliae et Italiae Antiquitatib. item plures ad Symphor. Campegium Epiſtolas complectens.* 1519. 8. ſine loco. v. Bunau. Catal. I. pag. 58. *Harl.*

Libelli *ſecundi* titulus eſt: περὶ τῆς ὑπὸ τοῦ πάθους, τοῦ σώματος ἐμποδιζομένης ψυχῆς. In hoc mentio Phidiae ἐμμάργε occurrit, qui ſculptor Periclis tempore fuit Athenis, et alluditur ad narrationem de Eunomio Locro citharoedo, vnde longe iuniora haec opuſcula eſſe, quam vt ad Hermetis vel Aſclepii aetatem referri queant, iampridem arguit Caſaubonus, cui aſſentiens Iul. Caeſar Bulengerus, *recentiorem*, inquit, *illum auctorem fuiſſe opinor, qui Phidiae et Eunomii Locri citharoedi meminerit, et trophaea, per quercum vaticinia, prytanea commemorat.* Adde Conringium p. 61. ſq. [*Meiners* l. c. pag. 243.] Patricius tamen, quo haec argumenta euadat, incaſſum obiicit, Phidiam forte antiquiorem quendam Aegyptium Muſicum intelligi, vel nomen hoc in locum Aegyptii alicuius Muſici irrepſiſſe. Similiter, quod citharoedo alicui contigiſſe narrat Aſclepius, vt chordae defectum ſuppleret cicada citharae inſidens, idem forte prius Aegyptio alicui eueniſſe, quod Graeci, vt alia multa, ad ſe tranſtulerint. *Libellus tertius* περὶ εὐφημίας τοῦ κρείττονος καὶ ἐγκώμιον βασιλέως. In hoc deſinit editio Graeco-Latina Turnebi, qui Aſclepii definitiones Poemandro ſubiecit, Patricii item, qui in noua de vniuerſis Philoſophia editionis vtriusque hoſce Aſclepii libellos edidit, MStum quoque Vindobonenſe, cuius meminit Lambecius. Sed in MSto Geſneriano poſt Hermetis Poemandrum quatuor λόγοι ſiue libelli fuere, quorum *quartus* inſcribebatur; μέθοδος εἰς πᾶσαν καταρχὴν ἐπιτήδειος [k]. [P]

Iudicium de libris Hermetis. VII. Libros, de quibus hactenus egimus, Poemandrum praecipue et Aſclepium, genuinos priſci Hermetis eſſe contendunt Auguſtinus Steuchus Eugubinus, lib. I. cap. 8. et 25. de perenni Philoſophia, Marſilius Ficinus, Candalla et Franciſcus Patricius editores; Ioh. Baptiſta Criſpus de Philoſophis Ethnicis caute legendis p. 469. Mutius Panſa in oſculo Ethnicae et Chriſtianae Theologiae p. 161. 172. prae caeteris Athanaſius Kircherus [l] in Oedipo Aegypt. et Obeliſco Pamphilio p. 35. ſqq. Sed, vti iam oſtenſum, reclamat res ipſa, et eruditiorum conſenſus, qui haec ſcripta ſic ab Hermete non profecta; ſed ſuppoſititia vno ore pronunciant, ſiue auctore *Iudaeo*, vt contendit Iſaacus Voſſius cap. 8. de Sibyllinis Oraculis, ſiue *ſemi-Platonico* quodam itemque *ſemi-Chriſtiano*, qui circiter ſecundi a Chriſto nato ſaeculi initia vixerit, vt poſt Iſ. Caſaubonum ſtatuunt Voſſius Pater lib. I. de Idololatria cap. 10. Petauius T. II. dogm. Theol. de Trinitate p. 8. ſqq. Natalis Alexander ſelect. Hiſt. Eccleſ. capitum Saec. 2. Georgius Bullus defenſ. Concilii Nicaeni p. 45. et 51. Elias du Pin Biblioth. ſcriptor. Eccleſiaſt. T. I. p. 23. ſq. [pag. 35. nouae bibliothecae auctorum eccleſiaſticorum, tom. I. Pariſ. 1692. 4. *Harl.*] Lambecius in prodromo hiſt. literar. p. 139. quem totum de Hermete locum iterum inſeruit libro VII. Commentar. de Bibl. Vindobonenſi pag. 22-32. Herm. Witſius in Aegyptiacis lib. II. cap. 5. Iohann. Henricus Vrſinus, Petrus Iurieu in Hiſtoria Critica dogmatum ac religionis Iudaeorum p. 496. et alii [m].

Quam-

k) In Biblioth. olim Palatina, nunc Vaticana, in Sylburgi Catalogo MSS. gr. etc. pag. 93. eſt cod. *Mercurii Term. myſtica ſuper quolibet principio ſeu quauis auſpicatione. Harl.*

l) Vir vaſtae et variae, ſed non ſatis accuratae et caſtigatae eruditionis, iudicio *Huetii* quaeſtion. Aln. lib. II. cap. 3. pag. 123. *Heum.*

m) *Hornius* hiſtor. philoſ. lib. II. cap. 6. pag. 90. *Clericus* hiſtor. eccleſ. ſaec. II. pag. 586. ſq. *Huetius* in Demonſtr. Euangel. Praepar. IV. cap. 4. §. 2. pag. 128. *Heum.*

Quamuis vero, ſuppoſititia haec quisquis non odoratur, is obeſae naris homo vtique ſit, vt ait *Huetius* Alnetan. quaeſt. [lib. II. cap. 3.] p. 123. maxime tamen probanda videtur eorum ſententia, qui cum Conringio et Cudworthio in his ipſis libellis alios ab aliis diſtinguunt, et quosdam aperte Chriſtianis auctoribus effictos, quosdam non Hermetis quidem eſſe, at Ἑρμαϊκὰς ἀρχὰς complecti, Pythagoricaeque non tantum ac Platonicae, ſed antiquiſſimae Aegyptiacae doctrinae λείψανα complecti exiſtimant. vt ſupra de Poemandro agentes obſeruauimus, vel qui cum Borrichio Hermeticas ſententias illis contineri affirmant. ſed longo aeuo varie interpolatas, aliis atque aliis hinc inde aſſutis. pag. 83. de Hermetis et Aegyptiorum ſapientia, et libro de ortu ac progreſſu Chemiae pag. 79. [P]

CAPVT IX.

I. *Hermetis Iatromathematicon argumentum.* II. *Editiones.* III. *De libro illo iudicium.* IV. *Libri duo de reuolutionibus natiuitatum.* V. *Centum Aphoriſmi Aſtrologici.* VI. *Trutina Hermetis.* VII. *De terrae motuum ſignificationibus carmen.* VIII. *Curanides vnde dicti.* IX. *An iidem ſint cum Phyſicis Hermetis a Zoſimo laudatis.* X. *Graece exſtant in variis Bibliothecis. Latina editio duplex.* XI. *Titulus et interpres libri.* XII. *Argumentum.* XIII. *An iidem ſint Latini Curanides cum Graecis MSS. vel iis quos veteres legerunt.* XIV. *An ex hymnis quibus in MStis herbae ſingulae celebrantur, poſſit probari auctor Perſa. Carminis vocabulum de ſcripto proſario.* XV. *Curanides non ſunt fragmenta* συναγωγῆς ἱερᾶς τῶν Περσικῶν *Euſebio memoratae.* XVI. *Reineſii et Conringii controuerſia, vtrum ex Arabica an Aegyptiaca lingua deriuati fuerint.* XVII. *Harpocration Alexandrinus.* Coeranus nomen Aegyptiis familiare. XVIII. *Indiculus Simlerianus ſcriptorum Hermeticorum parum accuratus.*

Iatromathematica. I. HERMETIS *Iatromathematica* ſiue περὶ κατακλίσεως νοσούντων προγνωστικὰ ἐκ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης πρὸς Ἄμμωνα Αἰγύπτιον, quo libello doctrina pronunciandi de morborum euentu ex obſeruatione motus et aſpectuum planetarum regnantium ea hora, qua decubuerit aeger, adiunctis breuiter remediis, recenſetur.

Editiones. II. Hunc primus ſub titulo: *Mercurii Triſmegiſti de decubitu infirmorum* a) Latine, cum Tho. Boderii libro de ratione et vſu dierum Criticorum excudit Andreas Wechelus Pariſiis Anno 1555. 4. Liberiore interpretatione donauit, qui plurimum eis tribuit b) et in praxi vera deprehendiſſe ſe affirmat *Iohannes Stadius* Leonhouthenſis A. 1570. et Ephemeridibus ſuis inſeruit. [*Iatro-mathematica* Venet. 1584. 4. in Biblioth. Barberinae vol. I. p. 512. *Harl.*] Exhibetur et Latine apud *Andream Argolum* lib. II. de diebus Criticis pag. 133-142. Primus Graece ex codice Bibl. Norimbergenſis (quem manu ſua deſcripſerat Iohannes Regiomontanus) edidit *Ioachimus Camerarius* ap. Ioh. Petreium Norimb.

a) Codices ſunt in Biblioth. Pariſ. ſaec. XVI. nr. 405. pag. 314. Catalogi tom. II. ſaec. XV. n. 1991. pag. 429. ſaec. XVII. n. 2139. pag. 449. adde *Montfaucon* Bibl. Biblioth. codd. pag. 296. cod. 33. et 34. vbi memoratur: E Panchario epitome de decubitu aegrotorum. *Harl.*

b) Videtur etiam hiſce Iatromathematicis aliquid tribuere Georgius Hieron. Welſchius, Medicus eruditiſſimus Auguſtanus, qui loca quaedam huius libelli illuſtrat, et Stadii verſionem quandoque corrigit in curationibus Medicis, editis poſt Auctoris fata, Auguſtae Vindel. A. 1681. 4. a Luca Schroeckio.

rimb. 1532. 4. vna cum aliis opuſculis Aſtrologicis, quae libro ſexto recenſemus. Graece cum Latina verſione et altera Stadii ad calcem ſubiecta notisque ſuis, emendatiorem plenioremque ex MSto Auguſtano vulgauit *David Hoeſchelius* Auguſtae Vindel. 1597. 8. [c] [*] Memini et videre me hunc libellum Anglice translatum et ſubiectum rarioribus Phyſicis lingua illa editis a Radulpho Williamo Lond. 1652. 12.

Iudicium de illo libro. III. Cum vero nulla eius fiat mentio non tantum in Ptolemaeo, ſed etiam in Iulio Firmico ſtudioſiſſimo Aegyptiacae Aſtrologiae, qui tamen Aeſculapii, Petoſiris, Necepſi, Abrahami aliorumque opera laudat, imo cum nec alibi eius memoria reperiatur, ſatis vel hinc apparet, vt notat Conringius p. 51. de Medicina Hermetica, etiam poſt optimorum Aſtrologorum graecorum et latinorum tempora a neſcio quo ſuppoſitum eſſe. Accedit, quod doctrina non conuenit cum iis, quae ex Petoſiri et Necepſo bona ſide Firmicus paſſim adducit, et in Manethonis Apotelesmaticis leguntur, aut cum iis, quae in fragmentis Hephaeſtionis Thebani, Dorothei Sidonii atque aliorum hodie ſuperant. Gemini argumenti libellus inter Hippocratis ſcripta occurrit latine ex verſione antiqua Galideoli Mondici *de ſignificatione vitae et mortis ſecundum motum lunae et aſpectus planetarum* T. 1. edit. Lindenianae p. 422. Cui adde librum Aphrodiſio dicatum qui exſtat inter Galeni opera T. 4. edit. Baſil. p. 473. ſqq. vbi male editum *περὶ κατακρίσεως* pro *περὶ κατακλίσεως νοσούντων προγνωστικὰ ἐκ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης*. Sed nulla in illo Hermetici libelli mentio [d]. *Labbeus* in Bibliotheca noua MStorum p. 102. memorat Petoſiris et Mercurii Triſmegiſti Canonia cum Epitome ex Pancharii ſcripto de decubitu aegrotantium ſecundum duodecim ſigna, cuius libri Panchariani meminit iterum p. 126. *Ἰατρομαθηματικὰς συντάξεις* Aegyptiorum praeter Ptolemaeum lib. I. Tetrabibli cap. 2. commemorat Hephaeſtion Thebanus praefat. libri primi, conf. Salmaſium de annis Climactericis p. 47. 52. et Conringium p. 62. et 72. Labbeum Bibl. nou. MSS. p. 117. ſq. et p. 124. qui Hermetis Aſtrologiam ſiue de iudiciis aſtrorum Arabice exſtare refert p. 257., memoratam etiam inter libros MSS. a Golio ex oriente allatos in Octau. Ao. 55., nec diuerſam forte ab opere de quo iam dicemus.

De reuolutionibus natiuitatum Libri. IV. Hermetis *Libri duo de* [e] *reuolutionibus natiuitatum* ſiue de horoſcopo poſt ſingulorum annorum reuolutionem conſtituendo, ferendoque de hoc iudicio, Latine pridem translati auctore incerto: emendati editique ab Hieron.

c) Inſcriptio haec eſt: „Hermetis Triſmegiſti, Prophetae, regis et ſacerdotis Ter maximi, Iatromathematica ad Ammonem Aegyptium, a Dauide Hoeſchelio, Auguſtano, graece et latine edita, fide MS. codicis emendata, ſuppleta, cum notis, typis Michael. Mangeri.“ *Harl.*

d) *Marſilius Cagnatus* in *Variis Obſeruationibus*, (Romae 1587. 8.) lib. III. cap. III. pag. 198. (qui liber exſtat quoque in *Gruteri* Face critica tom. III. p. 577.) „Liber, ait, Hermeti Triſmegiſto adſcriptus hoc indice, Iatromathematica, — cuius eſt ſcopus, praedictiones medicae et curationes, vt ex ſiderum poſitu ſumantur, docere; hic, inquam, paucis, quae initio leguntur, exceptis, magna eſt illius libri pars, qui ſub Galeni nomine editur, et inſcribitur Prognoſtica de decubitu ex mathematica ſcientia, in quo etiam plura continentur, quam in eo, qui Hermetis nomine vulgatus eſt, vt cuique ex collatione exemplarium intelligere promtum eſt. *Harl.*

e) In Conringii lib. I. de Hermetica Medicina p. 52. male excuſum *de reuelationibus natiuitatum.*

ron. Wolfio, Baſileae apud H. Petri 1559. Fol. vna cum Porphyrii Iſagoge et anonymi ἐξηγήσει in tetrabiblon Ptolemaei. De auctore ita Wolfius in praefat. ad Paulum Hainzelium Patricium Auguſtanum: [P] *Eſt, quis Hermes iſte fuerit, ignoro, (τρισμέγιστον quidem illum non fuiſſe perſuaſum habeo) nec fuiſſe Graecum, ſed alterius alicuius nationis, ſiue Arabem ſiue Saracenum, ex multis eius locis intelligi poteſt: tamen latinae conuerſionis veſtigia eo me ducunt, vt hoc opus e Graeco translatum eſſe credam, fide ſane optima vel immediate potius religione, vnde ipſa dictio alicubi et obſcurata et prope contaminata eſt.* Sane vt Conringio iam notatum fuit, non modo Hermes memoratur lib. II. p. 266. ſed et lib. I. cap. 3. adducitur in teſtimonium Ptolemaeus, quem Philoſophi nomine innuit, eiusque Canones atque Almageſtum laudat, *quod Graeci*, inquit, *magnam conſtructionem appellant*; vnde ſuſpiceris, auctorem hunc non graece ſcripſiſſe, ſed arabice: paſſim vero de Babyloniorum, Aegyptiorum, Perſarum praecipue Indorumque, obſeruationibus Aſtrologicis, tanquam multorum vſu iam comprobatis, differentem licet obſeruate. Neſcio Chriſtianumne arguat, quod lib. II. c. 7. legitur: *et laudabitur a pluribus, et bonitatem et vtilitatem habebit occaſione miraculorum et prodigiorum et locorum Eccleſiaſticorum propitiatoriorum* etc. Eorundem mentio p. 265. *erit etiam liberalis, et propter aliquam iuſtitiam et ſanctimoniam peregrinabitur apud diuina propitiatoria.* Introductionem ſuam Aſtrologicam laudat, quisquis eſt auctor, lib. II. p. 261. aliosque tractatus, in quibus egit de directionibus planetarum, p. 247., praeterea p. 264. promittit librum, traditurum cauſas ferdariae f) planetarum.

Aphoriſmi. V. Hermetis *Aphoriſmi* ſiue *centum ſententiae Aſtrologicae*, g) diuerſae a Centiloquio Ptolemaei, (licet cum hoc a nonnullis viris doctis confundantur) tum a Centiloquio Bethemi Arabis, Latine tantum exſtant, et Arabis alicuius foetus ſub falſo Hermetis nomine prodiere Venetiis 1493. Fol. vna cum tetrabiblo Ptolemaei et Baſil. 1533. cum Iulii Firmici Aſtrologicis, Fol. [*Centiloquium*, lat. per Moniſium de S. Luca. Venetiis ſine indicio anni. Fol. lib. rariſſimus v. *Engel* Biblioth. ſelectiſſim. pag. 74. Baſileae 1551. Centiloquium, h. e. aphoriſmi aſtrologici, 8. v. Catalog. biblioth. Bodlei. v. Hermes. *Harl.*] Denique Vlmae 1651. et 1674. 12. cum Aphoriſmis Aſtrologicis Ptolemaei, Ludouici de Regiis, Almanſoris, auctoris innominati et Hieron. Cardani. Hermeti quoque tribuuntur hi Aphoriſmi a Stephano de Meſſana, qui primus latine vertit et dedicauit Manfredo Siciliae Regi, tum a Thaddeo Hagecio ab Hagek, cuius commentarius in Aphoriſmos Her-

f) Vnusquisque ſeptem erraticorum, caput etiam et cauda draconis, habent quosdam annos determinatos, et quilibet planeta diſponit natum ſecundum ferdariam ſuam. Solis quidem ferdaria ſunt anni decem, Veneris autem octo, Mercurii tredecim, Lunae nouem, Saturni vndecim, Iouis duodecim, Martis ſeptem. Capitis tres, et Caudae duo, qui ſimul ſunt omnes anni ſeptuaginta quinque. *Pſeudo Hermes ibid.*

g) Codices exſtant in Bibl. Laurent. apud *Montfaucon*, pag. 299 n. XIII. *Centiloquium diui Hermetis Antonio Lauro interprete*: pag. 598 in Bibl. Lipſienſi *Aſtrologiae centum capitula*, ſeu *flores Hermetis* iuſſu Manfredi Siciliae regis a Stephano de Maſſa tranſlati: ibid. *Hermetis Quadripartitum*: eiusdem *Centiloquium*. — In Tomaſini Bibl. Patauinis, (Vtini 1639 4.) pag. 112 *Aphoriſmi Hermet.* In Biblioth. Lugd. Bat. pag. 388 n. 52 codd. Voſſianorum *flores diui Hermetis de ſecretis Aſtrologiae*. Ibid. in cod. Arabico n. 1248 quaedam Hermeti tribuuntur aſtrologica, ibid. n. 1255 arab. Aſtrologia iudiciaria et variae in ea re quaeſtiones ex ſententia *Hermetis*. In Bibl. regia Paris. vol. IV. n. 7321, 7337, 7340, 7348. *Harl.*

Hermetis editus Pragae Anno 1564. 4. Confer et ſi placet Voſſium de [?] ſcientiis Mathematicis pag. 206. 370. et Labbeum Bibl. nou. MSS. pag. 118.

Trutina Hermetis. VI. Vt vero centiloquium Ptolemaei cum Aphoriſmis hiſce Hermeticis confunderent nonnulli, inducti videntur hac ratione, quod ex Haly et aliorum, Arabum maxime, exemplo, rectificandarum Geneſeon ratio Aſtrologis notiſſima, licet non vſquequaque certa atque accurata, vulgo vocatur *Trutina Hermetis.* Illa vero in centiloquio Ptolemaei aphoriſmo LI. occurrit his verbis: Ἔνθα ἔσω ἐν τῷ καιρῷ τῆς γενέσεως ἡ σελήνη, ἐκεῖνο τὸ ζώδιον ἐν τῇ σπορᾷ ὡροσκόπησε· καὶ ἔνθα ἐπὶ τῆς σπορᾶς ἔτυχεν, ἐκεῖνο ἐν τῇ ἀποκυήσει ὡροσκόπησεν, ἢ τὸ τούτου διάμετρον. *In quo ſigno Luna eſt genitarae tempore, illud in conceptu fuit aſcendens: Et in quo ſigno inventa fuit in conceptu; illud aut eius oppoſitum fuit aſcendens in partu.* Eundem locum reſpicit Cardanus ad Ptolemaei tetrabiblum lib. III. text. 3. vbi ait: *etiam Haly iudicio Centiloquium eſſe Hermetis, et non Ptolemaei.*

De terrae motuum ſignificationibus. VII. Praecepta Περὶ σεισμῶν ſiue *de ſignificationibus terrae motuum*, Verſus Hexametri LXVI. [h]). In Anthologia Epigrammatum Graecorum pag. 285. edit. Aldinae, vel in Appendice Anthologiae Francof. 1600. Fol. cum notis Brodaei et Obſopaei editae p. 4. ſq. leguntur ſub nomine Hermetis Triſmegiſti. Mox additur, eos alio in codice Orpheo tribui. [i]) Vide quae de hoc carmine dicimus infra cap. XVIII. num. 6. Sane vix alibi Hermeti poemata ſiue verſus metro adſtricti tribuuntur.

Curanides. VIII. Κυρανίδες, quod nomen non auctoris nec a Kyrano Rege Perſarum petitum, ſed ſcripti eſſe, pridem eruditi obſeruarunt. Etſi vero Salmaſius prolegom. ad Solinum, Reineſius lib. I. cap. 2. Var. Lect. [et infra vol. XII. p. 756. in iudicio de cod. Gothano.] et ante hos Scaliger ad Graeca Euſebii p. 409. contendunt eſſe vocabulum Arabicum, ac ſi dicas συναγωγὰς ſiue collectiones, tamen Iacobus Goar p. 12. ad Georgium Syncellum (neſcio an veriſimilius) ex Allatii ſententia oſtendit, eſſe vocem Graecam Aſtrologicam a Κύριος, Κυρὰ, vt notetur liber quo vires, dominium ac poteſtates aſtrorum deſcribuntur. Idem vocabulum κυρανίδες Graecis notum eſſe docet ex Herodoti lib. IV. c. 19. Graecam Etymologiam, ſed alio ſenſu, confirmat auctor Kyranidum, quae latine extiant p. 3. *Kyranides vero dictae ſunt eo, quod aliorum ucorum librorum iſtae ſunt reginae* [k]). Hermetem ἐν τοῖς Κυρανίσι βίβλοις laudat Syncellus p. 35. et 52. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς γενικοῖς τοῦ Ἑρμοῦ καὶ ἐν ταῖς Κυρανίσι βίβλοις εἴρηται· et ante Syncellum Olym-

h) *Hermae Triſmegiſti poëma de terrae motu*, cod. Pariſ. in Montfaucon Bibl. biblioth. pag. 987. cod. 4440. in Catalogo codd. Pariſ. reg. vol. II. nr. 988. 2008. 2739. 2843. 3047. Inter codd. Voſſianos in Catal. Bibl. Lugd. Batav. pag. 400. n. 18. *Hermae Triſmegiſti de terrae motibus, quod in alio libro fuit attributum Orpheo, carmen graecum. Harl.*

i) Ὀρφέως etc. *Orphei ſeu Mercurii Termaximi Prognoſtica a terrae motibus: interprete E. A. Baifio*, Lutetiae apud Fed. Morellum 1586. 4. — — gr. et lat. eodem interprete, cum notis *Mich. Maittaire*, inter eiusdem Miſcellanea graecorum aliquot ſcriptor. carmina. Londini 1722. 4. — Ὀρφέως περὶ σεισμῶν, in *Brunckii* Analectis veterum poetarum graecorum, vol. III. pag. 1. et conf. notam ibid. pag. 237. *Harl.*

k) Graeca verba ex cod. Madritenſi dedit *Iriarte* libro locoque mox memorandis pag. 432. ex prologo priore. *Harl.*

Olympiodorus, cuius verba addidit Reineſius p. 7. Var. Lect. πάλιν ἐν τῇ Κυρανίδι ὁ Ἑρμῆς etc. [?]

Zoſimo non laudatur. IX. Eundem librum a Zoſimo ipſo citari ſub nomine *Phyſicorum Hermetis*, putabat, ſed parum veriſimiliter, Morhoſius de *polyhiſtore* lib. I. p. Villotis p. 99. Chemici enim argumenti eſſe conſtat Phyſicos illos Hermetis libros.

Codices et editiones. X. Extat etiamnum Κυρανίδ liber in variis Bibliothecis Graece manu exaratus, quo vſus eſt Gilbertus Gaulminus in notis ad Pſellum et Theodorum Prodromum etc. Carolus du Freſne in gloſſario infimae Graecitatis et alii. Fertur et latina editio duplex, vna Lipſienſis, cum notis Andreae Riuini, quae ex codice MS. Henrici Ellenbergeri, aulae Magdeburgicae Archiatri, quem Ellenbergerus ab Eleonora Haſſiae Landgrauia dono acceperat, Ellenbergeri filius Riuino conceſſit, Riuinus donauit Bibliothecae Paulinae Lipſienſi vbi adhuc ſeruatur, expreſſa vulgataque eſt ſub hoc titulo: *Kirani Kiranides et ad eas Rhyakini Koronides* Lipſiae 1638. 8. Altera Francofurtenſis 1681. 12. *iterata vice e membranis Latinis*, vt habet titulus, *edita* l).

XI. Grae-

l) In Bibliotheca Moſquenſi exſtat cod. graecus, conſtans lib. II. cuius apographum ill. *Grunerus* accepit a cel. Matthaei, poſtea permiſit cl. *Schneidero*, Prof. Francofurti ad Oderam. — Plenior reperitur in regia bibliotheca Matritenſi, chartaceus, a Conſtantino Laſcari litteris, licet minutis, perſpicuis tamen, Meſſanae a MCCCCLXXIV. deſcriptus, in forma quadripartita: cuius vberiorem notitiam dedit *Iriarte* in: *Regiae bibliothecae Matritenſis codices graeci MSS.* etc. Matriti 1769. fol. pag. 431. ſqq. Inſunt vero, incerti prologus in librum, titulo *Chyranidem; Harpocrationis* in eundem Prologus, (quos duo prologos graeca lingua ſcriptos formulis typographicis deſcribendos Iriarte fecit pag. 432. ſq.) *Kyranidis* libri IV. Eiusdem, vt videtur, *Harpocrationis* ad Caeſarem Auguſtum Epiſtola, ſiue praefatio in regis *Necepſi* librum de XIV. tum lapidum, tum herbarum remediis, ſecundum Zodiaci ſignorum ordinem, et alia. In vtroque Prologo operis auctor, titulus, argumentum, forma, interpretatio, inuentio referuntur, quae ad certiorem notitiae ſcientiam, et maiorem vulgaris eiusque obſcurae narrationis lucem facere poſſint. In priore prologo Hermes dicitur auctor: Θεοῦ δῶρον μέγιστον ἀγγέλλων λαοῖς Ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος ἐν ἀνθρώποις πᾶσι δεκτικὸς μυστικὸν βιβλίον τόδε. — — poſtea narratur: αὕτη ἡ βίβλος συριακοῖς ἐγκεχαραγμένη γράμμασιν ἐν στήλῃ σιδηρᾷ· ἐν μὲν τῇ πρὸ αὐτῆς βίβλῳ ἀρχαϊκῇ ὑπ' ἐμοῦ δὲ ἑρμηνευθείσῃ. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ καλουμένῃ κυρανίδι ἐγράφη περὶ λίθων κδ καὶ πτηνῶν κδ· καὶ βοτανῶν κδ καὶ ἰχθύων κδ· τούτων ἑκάστη δύναμις συγκραθεῖσα καὶ μιγεῖσα ταῖς λοιπαῖς δυνάμεσι σώματος θνητοῦ θεραπείας ἕνεκεν. etc. In altero prologo Harpocration inter alia, poſtquam inuentionem columnae e Syria adlatae, et γράμμασι παροίκοις inſcriptae, atque interpretationem a Syro ſibi factam, aliaque mirabilia enarrauit aut potius ſcripſit filiae ſuae, ita pergit: ἐτύγχανε δὲ τὰ ἐν τῇ στήλῃ ἀναγινωσκόμενα οὕτως ἔχοντα: — Μῦθος πολυφθεγγὲς (ſic) οὕτως ἀεὶ πολλὰ ἰδὼν ἀθανάτου βουλαῖς, ὅπως ἔσται δευτέρου βίβλος ὄνομα λέξαι ἡ κυρανίδης δευτέρα βίβλος ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχαϊκῆς ὁσιμώδους οὖσα ὅπου ῥοαὶ χύονται ποταμοῦ θεοῦ εὐφράτου στήλαις σιδηραῖς ἐγκεχαραγμένα γράμματα ταῦτα ἴσα πρὶν ἐκήρυξε καὶ μέλλοντα πάλιν ἀναδείξαι ἐν δυνάμεσι λίθους σὺν αὐτοῖς καὶ φυτὰ γαίης ἐκ βυθοῦ τε ἰχθυόεντα καὶ ὄρνεα ἀερόεντα συγκρίνας δίκαιον δυνάμει ἐν τετράδι· — — αὕτη ἡ βίβλος κατεχώσθη ἐν λίμνῃ τῆς συρίας ἐγκεχαραγμένη στήλῃ σιδηρᾷ ὁλοτόμῳ ὡς προείρηται ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ καλουμένῃ κυρανίδι ἐγράφη περὶ λίθων κδ καὶ πτηνῶν κδ καὶ ἰχθύων κδ καὶ βοτανῶν κδ· τούτων ἑκάστη δύναμις συγκραθεῖσα μιγήσεται ταῖς λοιπαῖς δυνάμεσιν ὅπως τὸ θνητὸν σῶμα λοιπὸν παρηγορήσαντες, ὑγιεῖς εἰς τὸ αἰῶνα ἀπολαύσωμεν etc. Vtrique prologo ſuccedit ipſum opus in libros quatuor diſtributum, quorum primus agit de XXIV. *plantis*, totidemque *auibus*, *piſcibus*, *lapidibus*, ſingulorum virtutibus inter ſe collatis, quemadmodum vterque prologus diſerte adfirmat: Secundus vero de *animalium*; Tertius de *auium;* Quartus de *piſcium* vir-

virtute ſeorſim tractant: quorum omnium nomina vnusquisque liber litterarum ordine diſpoſita repraeſentant. Et auctoris ipſius et Harpocrationis verbis ſcholiaſtes quidam nonnulla interdum immiſcuit aut addidit. Idem igitur ſtatim vltimis primi libri verbis haec ſecundum Iriarti verſionem ſubiecit: „Hic Harpocratio librum hoc loco abſoluit. Nos vero alium eiusdem librum ex iis, qui *Kyranides* dicuntur, neutiquam inuenimus. Sed quum *Harpocratio* a *Kyrano* diſſideat, ſiue alter ab altero ſit diuerſus; omnia ſecundum rationem colligens, ex vtroque, vt propoſitum eſt, librum contexui, nullam rationem aſpernatus. Nunc autem ad alios *Kyrani* libros accedam, vt iis etiam adiuuemus.“ Ex his ſit manifeſtum, ſcriptorem alium ab Harpocratione, et a Kyranidum auctore, ſiue is *Hermes Triſmegiſtus* ſiue *Kyrannus* fuerit, exſtitiſſe, qui vtriusque libros, habito rerum delectu, concinnaret. Iriarte, poſtquam ſummam, et prima non minus quam vltima verba quatuor capitum paucis dedit poſuitque, ex iis, quae in prologis dicta eſſent, haec ſummatim collegit: Hermetem Triſmegiſtum eſſe libri auctorem; librum in columna ferrea ſyriacis litteris inciſum, deinde in antiquiore codice verſum atque expoſitum; ei *Kyranis* nomen inditum, totumque opus in tres aut potius quatuor, vt ſupra adnotauimus, *Kyranides* diſtibutum; idem *Kyrani*, neſcio cuius, Perſarum regis opus eſſe, apud nonnullos conſtare; eundem praeterea librum ab Harpocratione prope vrbem Alexandriam, ab Alexandro M. conditam, inuentum atque explanatum; Anonymum denique, ſiue adnotatorem ſiue collectorem exſtitiſſe, qui ex vtroque Kyrani et Harpocrationis opere librum hunc non ſine delectu ſe compoſuiſſe ait, ceteraſque etiam Kyranides ſiue libros digeſſiſſe. Poſt commemorat Iriarte, operis mſti, quod ad argumentum attinet, deſcriptionem cum ea optime conuenire, quam *Fabricius* noſtro loco §. XII. exhibet, niſi quod huius liber quartus piſces tantum quadraginta et quatuor complectatur; illius vero quatuor et ſeptuaginta continere memoretur: praeterea in codice Matritenſi non *Hymnos* illos ſingulis hymnis ſubiectos ſe inueniſſe, quos *Morhofio* teſte, (in Polyhiſtor. litterar. vol. I. cap. XI. pag. 99. ed. a. 1717.) in exemplari graeco exſtare *Gaulminus* tradidiſſet; ſi tamen excipias in *Bryoniam* tres, vnum ex *Harpocratione*; duos ex ἱερῷ λόγῳ et Κυρανίῃ, tres ex *Kyrano*, et in *Dracunculum* herbam vnum, qui omnes primo *Kyranidis* libro compareant: in Catalogo Neſſeliano codicum Caeſar. Vindobon. part. III. pag. 33. occurrere exemplar, *Medica* et *aſtrologica Hermetis opuſcula* continens, cum quorum libris III. IV. et V. codicem Matrit. libr. II. III. et IV. ſiue argumentis ſiue initiis plane congruere; nullum tamen librum in illis obuenire, cui primus reſpondeat: denique codicis Pariſ. regii, 3482. indice Montfauconio in Palaeographia graeca pag. 65., facit mentionem. Haec ex *Iriarti* Catalogo eo lubentius excerpſimus, quod et ille liber haud obuius eſt, praecipue in Germania, et ea, quae Fabricius tradidit, cum firmari poſſunt tum augeri atque emendari. Atque in Catalogo codd. Pariſ. reg. pag. 512. nr. MMDII. notatur cod. chartaceus, olim Mazarinaeus, in quo continentur. 1) Hermetis Triſmegiſti opus medicum ad Aſclepium illius diſcipulum de herbarum viribus, et ſiderum in illas poteſtate. 2) Idem de Decanis ad Aſclepium. 3) Idem de animalium proprietatibus et remediis, quae ex illis peti poſſunt. Subiectae ſingulis ſectionibus animalium icones. In Biblioth. Vaticana, olim Palat. apud Sylburg. pag. 69. duo indicantur codd., alter: „Ex Harpocratione Alexandrino de animalium, plantarum et lapidum facultate naturali ἐκλογαί ordine alphabetico.“ alter: „Hermae Triſm. de herbis ſeptem planetarum ad Aſclepium.“ In *Reuſeri* Indice MSS. bibliothecae Auguſtanae pag. 66. eſt particula: *Hermes de herbis ſecundum Zodiaci ſigna et planetas.*

Quod ad duas editiones, a Fabricio deſignatas, attinet, pleniores inſcriptiones exemplaris vtriusque rarioris exhibere iuuat. *Riuiniana* editio duplicem habet inſcriptionem: prior eſt huius ſententiae:

Moderante auxilio redemptoris ſupremi Kirani Kiranides, et ad eas Rhyakini Koronides, quorum ille in Quaternario tam Librorum, quam Elementari e totidem linguis: Primo de Gemmis XXIV. Herbis XXIV. Auibus XXIV. ac Piſcibus XXIV. quadrifariam ſemper et fere mixtim ad Tetrapharmacum conſtituendum agit. Inde libro II. de Animalibus XL. lib. III. de Auibus XLIV. ſigillatim et lib. IV. de LXXIV. Piſcibus iterum, eorumque viribus medicamentoſis. Hic vero ſtudio pariter quadrifido MS. poſt ſemi-millenarium annorum ex inemendatiſſimo primum edidit. 2. Notis interſperſis ſubiunctisque illuſtrauit. 3. praefatione iſagogica ornauit et 4. denique indicibus auxit.

Poſt

Titulus et interpres libri. XI. Graecus titulus ita ſe habet: Βίβλος κοιρανὶς φυσικῶν συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν, σύνταγμα κοιράνου βασιλέως περσῶν. Labbeo p. 123. Bibl. nou. MSS. *Coeranici liber naturalium virtutum de ſympathiis, antipathiis etc. ex primo libro Corani Regis Perſarum et Harpocratione Alexandrino de elementis.* Latinus interpres Cinthiorum gente Italus, qui literis ſiglis RA. PA. ſe occultauit. (vide Reineſ. diſſert. contra eos, qui exiſtimant, eſſe *Gerhardum Cremonenſem*) in praefatione ait, perlatum hunc librum e CPoli in Italiam, Manuele Imperante, anno Mundi 6677. anno vero Chriſti 1169. ... *Liber Phyſicalium virtutum compaſſionum et curationum, collectus ex libris duobus, ex primo videlicet Kyranidarum Kyrani Regis Perſarum et ex libro Harpocrationis Alexandrini ad propriam filiam,* quae inſcriptio ex aſſe conuenit cum titulo Graeco, quem exhibet Cangius in appendice ad gloſſarium Graecum p. 117. Addit Latinus interpres, plurimos libri Kyram auctorem agnoſcere Hermetem Triſmegiſtum, et Syriacis characteribus ſculpta fuiſſe in columna ferrea.

Argumentum. XII. Scriptum ipſum quatuor partibus abſoluitur, quarum prima agit de viginti quatuor gemmis totidemque herbis, auibus et piſcibus et quae ſint ſingulorum magicae virtutes medicaeque. Secunda ſimiliter agit de quadraginta generibus animantium quadrupedum; tertia de auibus quadraginta et quatuor, quarta denique de quatuor et ſeptuaginta piſcibus. Eiusdem plane furfuris cum eo, de quo Galenus lib. VI. de ſimplic. medicamentis T. 2. Opp. p. 268. ἐν τοῖς τῶν εἰς ΕΡΜΗΝ τὸν Αἰγύπτιον ἀναφερομένων βιβλίων περιέχοντι τὰς λϛ΄ τῶν ὡροσκόπων ἱερὰς βοτάνας, αἱ εὔδηλον, ὅτι πᾶσαι λῆροι εἰσὶ καὶ πλάσματα τοῦ συνθέντος. [✝]

An interpretatio haec eadem ſit cum graecis. XIII. Hanc latinam editionem omnino eiusdem eſſe notae, ait Conringius p. 53. de medicina Hermetica, cum illis Kyranidibus, quarum meminerunt veteres, niſi quod non integrae forte ad nos peruenerint. Vnde nulla in illis mentio χρυσευτικῆς, quae in antiquis illis Olympiodoro laudatis manifeſte ſtilo Chemico introducitur. Quamuis ex hoc ipſo conatus eſt probare Borrichius p. 81. de

Poſt praefationem plag. VIII. alter titulus his verbis ſcriptus reperitur:

Liber phyſico-Medicus Kiranidum Kirani i. e. Regis Perſarum, vere aureus gemmeusque; Poſt 10 fere annos nunc primum e membranis Latine editus cum Notis. Qui multis adhuc ſeculis ante Syriace, Arabice et Graece ſcriptus et editus extitit: Cum autem reliquae translationes interciderint, Haec ſemibarbara non omnino ſepelienda, nec ita totum opuſculum obliterandum fuit. De quo quid ſentiendum ſit requiratur in C. Barthii Aduerſ. et Lexico Harpocrationis. Aera C. CIↃIↃCXXXVIII.

Conſtat 159. pag. cetera not hab. Interpretationem huius libri latinam eſſe male fidam ac decurtatam; MStum vero graecum exemplar minime conſultum, adſeuerat *Iriarte* l. mem. pag. 432. Auctor vero Koeranidum totam fere Koeranidem, quae eſt de piſcibus, vltimam (pag. 139. etc. ed. Rivini) ex Marcello Sideta deſcripſiſſe, inſtituta comparatione, videtur cl. *Schneidero* pag. 93. ed. Plutarchi de educat. etc. isque pag. 95. fragmentum quoddam ex cod. Pariſ. reg. 1834. poſuit.

Alterius editionis haec eſt inſcriptio:

Myſteria phyſico-medica, ob auguſtiſſimos Suos Natales vberrimamque rerum haud quotidianarum, quibus repleta ſunt, ſegetem, curioſo obtutu quam maxime veneranda, multis abhinc ſeculis Syriace, Arabice et Graece conſcripta. Iterata nunc vice e membranis latinis publicae luci expoſita. Francof. Impenſis Io. Iuſti Erythrophili. An. MDCLXXXI. 12. *Harl.*

de Hermetis Aegyptiorumque ſapientia, alias omnino illas veteres Κυρανίδας βίβλους fuiſſe. Quod rectius forte diiudicare poſſit, ſi quis incidat in MStum codicem Grelotio laudatum hoc titulo: Ἐπιτομὴ χρυσῆ ἢ τὸ βιβλίον τῶν ἀρχαίων Κυρανίδων m). Sane pars eorum, quae Olympiodorus e Kyranidibus profert, in editis legitur ſub extremum partis ſecundae, praeterea cum graeca editione Gaulmino et Cangio inſpecta ſatis conuenire latinae videtur, niſi quod nec hanc integram reddit, ſed multa e Plinio aliiſque, multa ex ineptiis ſaeculi ſui addidit, muſcerdamque piperi admiſcuit, vt queritur Reineſius p. 565. Var. Lect., nec pauca omiſit et mutauit, vt notat Morhofius, qui p. 100. lib. I. Polyhiſt. deſiderat in latina editione hymnos ſingulis herbis ſubiectos, illarum vires numinumque, quibus ſacrae ſunt, poteſtatem celebrantes, quos in Graeco MSto Gaulminus legiſſe ſe teſtatus eſt, et ex eo editurum ſe recepit.

An ex hymnis hiſce probari poſſit auctor Perſa.
Carmen etiam de ſcripto proſaico.

XIV. Ex hiſce hymnis Perſam auctorem confirmat *W. E. Tentzelius* in dialogis vernaculis anni 1695. p. 30. quod Perſae inprimis ſoliti fuerint arborum plantarumque et herbarum vires hymnis decantare. Sed nec aliis hoc inauditum gentibus, Orientalibus non modo, vt vel Salomonis exemplo appaiet, qui a cedro ad hyſſopum vſque nihil plantarum incantatum reliquit; tum Babyloniis, quos Plutarchus VIII. 4. Sympoſ. narrat palmae arboris virtutes CCCLX. decantaſſe hymno: ſed et Graecis atque Aegyptiis, vt infra patebit, vbi Dioſcoridis editionem Aldinam recenſebimus: ne dicam veteres Perſas proſa, non verſibus vſos in hymnis, ſi credimus *Thomae Hydeo* de religione veterum Perſarum p. 340. qui tamen praeter rem ibi reprehendit Curtium, quod Magos *Patrium carmen* cecinilſe ſcripſit: vti enim *carmen* dictum eſt, quaſi *canimen*; ita hoc nomine vocatur, quicquid canitur n) vel recitatur, ſiue proſa decurrat, ſiue pedibus adſtrictum ſit. Sic Plinius dixit Chriſtianos Chriſto *carmen quaſi Deo dicere ſecum inuicem.* Et apud Liuium paſſim *carmen ſolenne* dicuntur verba concepta non verſu, ſed proſa. Similiter apud Senecam Epiſt. 98. Sed nec *longum illud carmen comitiorum*, quod Traianum Imperatorem in comitiis praeiiſſe ait idem Plinius in panegyrico, metro conſtabat, neque *carmen* [⁊] *euocationis Deorum*, quod refert Macrobius lib. III. Saturnal. c. 9. neque *ſolenne carmen precationis*, quod ab Africano mutatum narrat Valerius Maximus lib. IV. c. 1. Denique liber Catonis, qui inſcriptus fuit *carmen de moribus*, proſa conceptus fuit, vt docet Gellius lib. II. cap. 2. et Cicero 2. de legibus cap. 23. affirmat ſe puerum leges duodecim tabularum *vt carmen neceſſarium* didiciſſe. [conf. *Fabricium* noſtrum in Biblioth. lat. I. cap. 2. pag. 37. ed. Erneſti.]

Curanides non ſunt fragmenta libri alicuius Zoroaſtris.

XV. Quod vero idem doctiſſimus *Tentzelius* Kuranidas putat eſſe fragmenta ex Zoroaſtris συναγωγῇ ἱερᾷ τῶν Περσικῶν, ex qua locum producit Euſebius Lib. I. praeparat. p. 42. nemo facile illi accredet. Nam longe aliud illius operis argumentum fuit: vnde Vigerus in Latina verſione reddidit *ſacrum Perſicorum rituum commentarium*; G. I. Voſſius, *Hiſtoriam ſacram de ritibus Per-*

m) Conf. *Fabricium* vol. XII. pag. 755. ſq. Reineſii iudicium ex *Cypriani* Catalogo codd. MSS. bibliothecae Gothanae pag. 94. ſqq. *Harl.*

n) De Perſarum acclamationibus carminibusque ἐπιχωρίοις notata quaedam ſunt ab Henr. Valeſio ad Ammiani XXIV. 4. p. 402.

Perſarum. Praecipue ſi vera ſit Huetii coniectura, qui in demonſtratione Euangelica p. 160. Perſicarum legum Codicem, Perſis *Zandavaſtaw* appellatum, eundem eſſe cum illa, Euſebio memorata, collectione ſacra exiſtimat, quam ſententiam infra in Zoroaſtre paucis expenſam videas licet. Quid enim legibus ſacrisque ritibus commune cum libro Medico Phyſico et Magico?

Utrum ex lingua Aegyptiaca, an Arabica verſi fuerint.

XVI. Ex Arabum Perſarum Aegyptiorumque ſcriniis, qui Magiae naturalis et alterius impurae per multa ſaecula fuere promi condi, congeſtum eſſe Kyranidon librum, *Reineſii* eſt ſententia Lib. III. cap. 15 Var. Lect. quo ipſo pluribus in locis hoc opus caſtigat et illuſtrat. Saepe etiam ad partes vocatur ab Vlyſſe Aldrouando in voluminoſo de animalibus opere. *Conringio* autem, qui ex Aegyptiaca potius lingua, quam ex arabica graece verſum eſſe ante Olympiodori aetatem pertendit, quod Arabica illis temporibus non fuiſſent tanti, quae verterſes, ita occurrit idem Reineſius in defenſione variarum lectionum, editori Kyranidon Andreae Riuino oppoſita p. 150. *Vir clariſſimus, qui ad Aegyptios referre mauult, et e vetere Aegyptiaca translatas Kuranides, non adeo aduerſatur mihi: admitto enim et ipſe facile etiam Aegyptios, quorum ματαιοτεχνία nota eſt, hic ſuas partes egiſſe. Hoc ſaltem requiro, vt nomen Kyranidum ex Aegyptiaca tam planum faciat, quam ex Arabica feci ego. Si poſt ortum Mohammedem demum literatura Arabica in aliquo coepit pretio eſſe, uti argumentatur, id non infert, illiteratos fuiſſe Arabas priores, et inertes prorſus, neque impedit, quo minus diu ante, naturalium rerum ſtudium excoluerint iuxta cum Graecis, etſi, quid ſcriptis tradiderint, hodie ignoremus; iſtud enim e Dioſcoride, Plinio, Apuleio de herbis, qui ſubinde Arabicas earum nomenclaturas tanquam partem eruditionis aduocant, conſtat.* [☞]

Harpocration Alexandr.

XVII. *De Harpocratione Alexandrino*, ex cuius libro ad filiam, partem Kyranidum conſcriptam eſſe affirmat auctor praefationis Latinae, dicemus infra, cum Valerii Harpocrationis περὶ τῶν λέξεων librum recenſebimus, cum quo eundem eſſe hunc ſuſpicabatur *Mauſſacus* in diſſ. Critica p. 379. edit. Blancardi. [Item *Reines.* loco citato et infra vol. XII. et in Cypriani Catalogo MSS. Gothan. nec non *Iriarte* in MSS. bibl. Matrit. pag. 435. *Harl.*] Vide interim Barthium Lib. XL. Aduerſar. c. 17. *Coerani* nomen Aegyptiis non ignotum oſtendit *Coeranus* Aegyptius Philoſophus, cuius meminit Eunapius et Ammianus, Suidas item in [illegible]: tum alter *Coeranus* Aegyptius temporibus Seueri, quem memorat Dio [L. LXXVI. c. 5.] Vt taceam *Coeranum* de quo Homerus Iliad. ρ'. 611. 614. aliumque de quo Apoſtolius XI. 95. prouerb. tum *Coeranum* Plinio laudatum, Muſonii Philoſophi aequalem, quem Graeci generis fuiſſe teſtatur Tacitus Lib. XIV. [In Prologo primo gr. apud Iriart. p. 432. ἡγεμὼν δὲ Κοιρανὸς βασιλεὺς Περσῶν.]

Simleri index ſcriptorum Hermeticorum.

XVIII. Claudam hoc caput indice ſcriptorum Hermeticorum, quem, licet parum accuratum, reperi in contractione Bibliothecae Geſnerianae, quam adornauit Ioſias Simlerus, Hermetem Aegyptium Platonis diſcipulum falſo appellans. *Fertur ſcripſiſſe, inquit, magnum ſive praeſtigiorum ſeu praeſtigiorum librum. De annulis Lib. I. De characteribus Lib. I. De ſigillis Lib. I. De imaginibus Martis Lib. I. De imaginibus Iouis Lib. I. De imaginibus Saturni Lib. I. De ſeptem annulis planetarum Lib. I. De*

De medicinis & coniunctionibus planetarum Lib. I. De confectionibus (an coniunctionibus) ad capiendum animalia ſilveſtria Lib. I. De verbo perfecto Lib. I. Ad Aſclepium Lib. I. De Matheſi, Lib. II.

CAPVT X

I. *De ſcriptis Chemicis, quae ſub Hermetis nomine exſtant. Capita VII. de lapidis Philoſophici ſecretis.* II. *Chemicae Hermetis ſententiae a variis ſcriptoribus laudatae.* III. *Secreta ſecretorum.* IV. *Tabula ſmaragdina.* V. *E Phoenicio ſermone translata videtur Kriegsmanno.* VI. *An Graecis innotuerit.* VII. *Teſtimonia de eius antiquitate.* VIII. *Smaragdi et aliae gemmae mira magnitudine.* IX. *Mos libros et tabulas vna cum defunctis in ſepulcro condendi.* X. *Incerta ſaltem eſt* γνησιότης *ſmaragdinae tabulae.* XI. *Hermetis de tincturis Phyſicis. Liber Iſidis ad Horam et alia Graeca Chemica MSS.* XII. *Libellus de lapidibus pretioſis.*

Hermetis Chemica. I. *Tractatus* HERMETIS *Chemicus* ſiue *capitula VII. de lapidis Philoſophici ſecretis* [a]. Haec manu exarata viderat Geſnerus, vt in Bibl. teſtatur. Edita ſunt Latine, adiunctis ab anonymo [¶] ſcholiis in tomo quarto theatri [b] Chemici Argent. 1613. 8. Prodierant et Lipſiae, Dominico Gnoſio curante A. 1610. 8., vt Germanicas, Anglicas, Belgicaſque verſiones omittam [c]. Sed iunioris cuiuſdam

K 2

a) Codd. hi fere ſunt, quos equidem reperi notatos: Inter codd. Voſſianos in Catalogo biblioth. Lugd. B. pag. 359. „Liber Hermetis de arte Elkimiae. Expoſitio verborum Hermetis, magiſtri philoſophorum." ibid. p. 363. n. 27. pag. 365. n. 21. et 22. In *Lambecii* Comm. de biblioth. Vindobon. cap. VI. cod. LI. qui continet plurium veterum libellos de Chryſopoeia, occurrunt col. 403. ſq. duo Agathodaemonis et *Hermetis* fragmenta chymica; ibid. col. 409. nr. 23. *Olympiodori* Commentarius ſecundum operationem Zoſimi in ea, quae ab *Hermete Triſmegiſto* et aliis philoſophis de Chryſopoeia fuerunt dicta. (in recenſione illius codicis *Lambecius* multus eſt de veteribus Chemicis, Chymicis et Alchemiſtis, atque in recentioribus bibliothecis et Catalogis eiuſmodi hominum plura, cui tales nugae in deliciis erunt, forſan inuenientur: ego vero nolui tempus ludere aut potius perdere in conquirendis et perluſtrandis eiuſmodi libellis et operibus.) — *de lapide philoſophorum* cod. reg. Pariſ. in Catal. MSS. illius biblioth. vol. II. cod. 2327. cum aliis libellis chemicis. — In Biblioth. San-Germanenſi in Montfaucon Bibl. bibliothecarum MSS. p. 1136. n. 674. „Hermetis Triſmegiſti liber de ſecretis naturae et occultis rerum cauſſis, ab Apollonio translatus." — In Catalogo librorum biblioth. Car. Henr. Comitis de *Hoym*, (Paris 1738.) pag. 137. ſq. plures libri Hermetici ſ. Alchemici typis excuſi occurrunt: in his n. 1216. „Trois anciens traitez de la philoſophie naturelle, ſçavoir: les ſept chapitres dorés ou le ſept Sceaux d'*Hermes Triſmegiſte:* la Réponſe de Bernard Treviſon à Thomas de Boulogne-traduit par Gabriel Joly; et la Chryſopée de Jean Aurele Augurel; traduit par Gabriel Joly et Fr. Habert de Berry. Paris 1626. 8. adde *Vallierii* Catalogue etc. tom. I. p. 514. *Harl.*

b) Francofurti quoque A. 1605. 8. prodiere quatuor ſcripta Chemica ex Arabico verſa hoc titulo: Senioris Zadith filii Hamuelis tabula Chymica. Anonymi expoſitio tabulae. *Hermetis Triſmegiſti liber de Compoſitione*, Anonymi veteris Conſilium Coniugii ſeu de maſſa ſolis et lunae libri III.

c) La philoſophie naturelle, rétablie en ſa pureté — — par le Préſident d'Eſpagnet; avec le Traité de l'Ouvrage ſécret de la philoſophie d'*Hermès*, qui enſeigne la maniere et la façon de faire la Pierre philoſophale. Paris. Pepingué. 1651. 8. v. *Bure* bibliogr. inſtructiue, de la Juriſprud. n. 1933. pag. 504. et eiuſdem ſupplement — ou Catalogue des Livres — de Gaignat. tom. I. n. 1223. p. 319. *Harl.*

dam ſcriptorem eſſe, re ipſa loquitur. Quamquam enim modus docendi reconditum quiddam ſpirat, et ſatis Aegyptium, quia tamen priſcorum ille autor meminit Philoſophorum, aliosque citat Philoſophos, imo ipſum Auicennam, quia in quatuor elementorum pugna multus eſt, quia literas Graecas ad partes vocat, quae aeuo Thaautico fuere nullae, quia toto opere Chriſtianiſmum redolet, neutiquam genuinus Hermeti vetuſtiſſimi, ſed recentioris Arabis in artis operibus verſati, cenſendus foetus, vti Borrichius ipſe haud diffitetur libro de ortu et progreſſu Chemiae, p. 71.

Sententiae Hermetis paſſim laudatae.

II. Paſſim tamen alibi *Hermes* in Chemicis citatur a Syneſio πρὸς Διόσκορον, Zoſimo, et Olympiodoro d), qui etiam Hermetis ἀρχαίην βίβλον laudat, idem ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα. Quibus adde varias ſententias Hermeticas hinc inde citatas in libris Chemicis, turba e) Philoſophorum, in Margarita pretioſa Petri Boni Lombardi, in libro ſecretorum Calid, in Seniore Zadith, Haled, Hortulano, Roſario, Rupeſciſſa, Iſaaco Hollandio, Alberto Magno, Arnoldo Villanouano, Ariſtotele Chemico, Bernhardo Treuiſano aliisque, ſed quas ipſa quoque, vtrum ex Germanis Hermetis ſecundi ſcriptis hauſtae ſint, ambiguum eſſe affirmat in Conſpectu ſcriptorum Chemicorum idem Borrichius.

Secreta ſecretorum.

III. Feruntur et *ſecreta ſecretorum* Raymundi Lulli et Hermetis in tres libros diuiſa et cum opuſculo Thomae Aquinatis de eſſe et eſſentia mineralium et Cornelii Aluetani de conficiendo diuino Elixire libello edita Latine Colon. 1592. 8. f), vt praeteream eiuſdem Lulli poteſtatem [illegible] diuitiarum et expoſitionem *teſtamenti Hermetis* de lapide Philoſophico conficiendo editam cum turba Philoſophorum, Roſario aliisque ſcriptis huius commatis Baſil. 1610. 8. Hermetis *librum de corporibus transmutandis* et eius generis alia.

Tabula Smaragdina.

IV. *Tabula Smaragdina* g), magnae apud Chemicos auctoritatis, quae in valle Hebron in ſepulchro et in manibus cadaueris Hermetis, a Sara (Abrahami vxore, vt in tabula Smaragdina vindicata non dubitat affirmare Chriſtophorus Kriegsmannus h)) reperta eſſe dicitur, quae et verbis obſcuris (vti ſolenne eſt Chemicis multum fumi, parum lucis dare) [illegible], magiſterii Chemici metalla perficiendi fundamentum, et modum componendi quandam medicinam vniuerſalem, ſeu gene-

d) conf. *Fabric.* B. Gr. vol. XII. p. 764. lib. VI. cap. 8. 20. it. p. 767. p. 770. ſq. *Harl.*

e) In hoc libro recentioris cuiuſdam Graeci Arabis introducitur Pythagoras turbam diſcipulorum ſuorum docens iubensque et ipſos diſſerere atque conferre inter ſe de rebus Phyſicis ac Chemicis, praeſentibus ſententiamque dicentibus etiam aliis Philoſophis, et dicta illorum congregante quodam Ariſleo. Vocatur et hic liber *tertia ſynodus Pythagorica de occulta ſapientia.* In altero exemplari eius (duplex enim exſtat) Ariſleus inducitur *Hermetis diſcipulos* congregans et ſententias eorum de lapide et arte Chemica inquirens. Videntur duae priores ſynodi Pythagoricae eiuſdem argumenti intercidiſſe.

f) Raymundi Lulli Opera — Argentorati 1617. 8. *Harl.*

g) Per fabulam, immo merum mendacium Hermeti vulgo adtribuitur *tabula ſmaragdina,* inquit *Conringius* lib. I. de Herm. Medic. cap. 3. pag. 31. et lib. I. cap. 2. p. 10. producit locum Galeni, Hermeti ſcripta fuiſſe ſuppoſita, indicantis, et pag. 11. locum Iamblichi, idem docentis. *Heum.*

generaliſſime deſcriptum. Quia paucis verbis abſoluitur, nihil impedit, quin et hoc loco integra legatur. *Verum ſine mendacio, certum et veriſſimum: quod eſt inferius, eſt ſicut id, quod eſt ſuperius, et quod eſt ſuperius, eſt ſicut id, quod eſt inferius, ad perpetrandum miracula vnius rei: et ſicut res omnes fuerunt ab vno mediatione vnius, ſic omnes res natae ab hac re adoptatione. Pater eius eſt ſol, mater eius luna: portauit illud ventus in ventre ſuo. Nutrix eius terra, pater omnis teleſmi totius mundi eſt hic. Virtus eius integra eſt, ſi verſa fuerit in terram. Separabis terram ab igne, ſubtile a ſpiſſo ſuauiter cum magno ingenio. Aſcendit a terra in coelum, iterumque deſcendit in terram et recipit vim ſuperiorum et inferiorum. Sic habebis gloriam totius mundi, ideo fugiet a te omnis obſcuritas. Haec eſt totius fortitudinis fortitudo fortis, quia vincet omnem rem ſubtilem, omniaque ſolida penetrabit. Sic mundus creatus eſt. Hinc erunt adoptationes mirabiles, quarum modus hic eſt. Itaque vocatus ſum Hermes Triſmegiſtus habens tres partes Philoſophiae totius mundi. Completum eſt, quod dixi de opere ſolis.*

[His commode ſubiungenda videntur, quae *Fabricius* vol. XII. Lib. VI. c. 3. §. 17. pag. 708. ſuppleuerat.] „In praeſenti tantum addo *Phyſicam Hermetis*, quae exſtat tom. I. theatri chemici pag. 408. nihil aliud eſſe, ac *Gerardi Dornei* in tabulam ſmaragdinam commentarium: et eamdem *tabulam ſmaragdinam*, ſiue *verba ſecretorum* Hermetis Triſmegiſti commentariis *Wilhelmi Chriſt. Kriegsmanni* illuſtrata exſtare etiam in Io. Iacobi Mangeti Bibliotheca Chymica curioſa Geneu. 1702. fol. tom. 2. pag. 380. et Hermetis tractatum in ſeptem capitula diuiſum, *de lapidis phyſici ſecreto*, qui incipit: *in tam longa aetate non deſtiti experiri*, cum ſcholiis Anonymi pag. 400. Hermetis liber *de Compoſitione* ex arabico verſus prodiit inter philoſophiae Chymicae quatuor vetuſtiſſima ſcripta Francof. 1605. 8. Tres porro Hermetes Chymicos diſtinguit *Olaus Borrichius* in conſpectu ſcriptorum Chemicorum pag. 3. cuius verba adſcribam: *Praeter* tabulam ſmaragdinam *exſtant quidem varia* Hermetis *(poſterioris haud dubie) opuſcula Chemica, ſaepe a Graecis Latiniſque ad partes vocata, vt ſunt* τοῦ Ἑρμοῦ φυσικαὶ βαφαί· τοῦ Ἑρμοῦ, ἀρχικὴ βίβλος, item, ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν φιλοσόφων ἤτοι εἰρημένα *per* Olympiodorum *ſcripta; denique* variae ſententiae Hermeticae *in antiquo* Syneſio, *in* Turba philoſophorum, *in* Margarita pretioſa Petri Boni Lombardi, *in* libro Secretorum Calid. *in* Seniore Zadith. Hortulano. Roſario, Rupeſciſſa, Iſaaco Hollando. Alberto Magno. Arn. Villanouano, Ariſtotele Chemico, Bernh. Treuiſano aliiſque *laudatae; quae an ex germanis* Hermetis ſecundi *ſcriptis hauſtae ſint, multis ambiguum eſt. Id conſtat, ab omnibus Hermetici ſtudii amatoribus, immo, quod ſuperat, ab omnibus in praxi Chemica ad complementum operis feliciter prouectis germanas aeſtimari. Sed quid de* ſeptem capitulis Hermetis, *quae publici iuris ſunt, pronunciandum? extra omnem dubitationis aleam ea recentiori cuidam ſcriptori*, ſiue Hermeti tertio *attribuenda ſunt, et quidem pio, atque ad deum anhelanti magiſtro, quique poſt varia experimenta, quibus fruſtra inſudarit, ſolius dei viui inſpiratione artem, quod fatetur, perdidicit; quae vtique in* ſecundum Hermetem, *ex columnis tabuliſque* Hermetis primi *inſtitutum cadere nequaquam poſſunt. His adiice, quod* vltimus *hic* Hermes *filios praeteritorum filiorum ſaepe adloquatur, et ad* libros Antiquorum, *immo vero alicubi ad* Auicennam *prouocet, quodque quatuor elementorum cognitionem profiteatur, quae vtique aeuo* Hermetis ſecundi *neutiquam conueniunt.*" [Hactenus Fabricius loco ſupra memorato.]

Kriegsmanni ſententia de verſione.

V. Kriegsmannus, qui non e Graeco ſed e Phoenicio translatam eſſe contendit, exiſtimauit, ſe non mediocrem lucem tabulae huic allaturum, ſi Phoenicii, vt ait, contextus proprietate ſeruata eandem interpretaretur in hanc ſententiam. *Vere non ficte certo veriſſimeque aio. Inferiora haec cum ſuperioribus illis, iſtaque cum iis vicissim vires ſociant, vt producant rem vnam omnium mirificiſſimam. Ac quemadmodum cuncta educta ex vno fuere verbo Dei vnius, ſic omnes quoque res perpetuo ex hac vna regenerantur diſpoſitione naturae. Patrem ea habet ſolem, matrem lunam, ab aere in vtero quaſi geſtatur, nutritur a terra. Cauſa omnis perfectionis rerum ea eſt per vniuerſum hoc. Ad ſummam ipſa perfectionem virium peruenit, ſi redierit in humum. In partes tribuito humum ignem paſſim, attenuans denſitatem eius re omnium ſuauiſſima. Summa aſcende ingenii ſagacitate a terra in coelum, indeque rurſum in terram deſcende ac vires ſuperiorum inferiorumque coge in vnum, ſic* [✝] *potiere gloria totius mundi, atque ita abiectae ſortis homo non amplius habebere. Iſthaec iam res ipſa fortitudine fortior exſiſtet, corpora quippe tam tenuia quam ſolida penetrando ſubiget. Atque ſic quidem, quaecunque mundus continet, creata fuere. Hinc admiranda euadunt opera, quae ad eundem modum inſtituuntur. Mihi vero ideo nomen Hermetis Triſmegiſti impoſitum fuit, quod trium mundi ſapientiae partium* (h. e. Theologiae, Phyſicae et Aſtrologiae) *Doctor deprehenſus ſum. Haec ſunt, quae de Chemicae artis praeſtantiſſimo opere conſignanda eſſe duxi.*

An Graecis innotuerit: et editiones.

VI. Borrichius in conſpectu ſcriptorum Chemicorum illuſtriorum negat ſe in ſcriptoribus Chemicis Graecis hanc tabulam inueniſſe, vtcunque ab illis ſpectatam eſſe, et ad latinos deriuatam non dubitet: Sed nimirum quis MSta Graecorum Chemica excuſſit omnia? niſi malis cum Gaulmino ſtatuere, tabulam illam a veteribus Perſis vel in Aegypto vel vicina repertam, in Perſidem iam olim translatam fuiſſe, eoque nomen eius diu Graecis ignoratum. Videtur tamen tabulam hanc inſpexiſſe Anonymus Chemicus Graecus, cuius verba ex MSto Vindobonenſi affert Lambecius Lib. VI. Commentar. p. 175. *Πρῶτος τοίνυν Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος προσαγορευόμενος ἀναφέρεται προσειρημένος τὴν ἐπωνυμίαν διὰ τὸ κατὰ τρεῖς τινας τῶν δυνάμεων ἐνεργείας τὴν παροῦσαν ποίησιν γνωρίσαι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξω ταύτης καὶ τρεῖς οὐσίας τῶν ὄντων ἐπικρατήσας. Οὗτος πρῶτος γενόμενος συγγραφεὺς τοῦ μεγάλου τούτου μυστηρίου ἀνέλαβεν ἔργον κ. τ. λ.* h).

Teſtimonia de eius antiquitate.

VII. Meminit eiuſdem tabulae Ariſtoteles iunior, Chemicus, de perfecto Magiſterio, meminit Senior Zadith, Mag. Ortholanus ſiue Hortulanus, neſcio quis, cuius commentarius in tabulam exſtat: Auicenna, Arnoldus de Villa Noua, Iſaacus Hollandus, Albertus Magnus, Bernhardus Treuiſanus, et anno Chriſti 1330.

h) *Tabula Smaragdica Hermetis Triſmegiſti;* germanice, inter codd. Voſſian. Biblioth. Lugd. B. pag. 360. n. 5. — *Tabula Smaragdina de Alchemica cum Comment. Hortulani.* Norib. 1541. 4. (v. Catal. bibl. Bodleian. p. 570. *Hermes.*) — idem liber recuſ. Ber. 1545. 4. — *Tractatus ſeptem aurei* et *Tabula Smaragdina, cum Comment. Hortulani philoſophi.* Argent. 1566. (v. Biblioth. Barberin. pag. 532.) — *Recueil de pluſieurs excellens Traités de Chymie* — — *la Table d' Emeraude de Hermès Triſmégiſte. Les Comment. de l' Hortulan ſur la ditte Table* — Lyon, Macé Bonhomme. 1557. 8. v. Valliere Catalog. vol. I. n. 1925. et Catalog. des Livres de Gaignat. tom. I. n. 1218. Eſt quoque in libro, *Trois anciens* etc. paullo ante memorato. *Harl.*

1330., Petrus Bonus Lombardus, vt poſteriores fere infinitos praeteream. Athanaſius Kircherus ipſe, qui tabulam hanc ſuppoſitam, et a Bernardo Caneſio Alchymiſta primum mundo oblatam falſo [i]) contendit, in eodem, quo hoc ſcripſit, Oedipo Aegyptiaco, teſtatur prope Memphin ſaxo haec verba inſculpta legi: *Coelum ſurſum, coelum deorſum, quod ſurſum id omne deorſum, haec cape et beaberis.* Vnde integritas et antiquitas tabulae ſmaragdinae non parum confirmari eidem Borrichio videtur, qui illam pluribus aduerſus Kircherum vindicat in lib. de ortu et progreſſu Chemiae p. 72. ſqq. Et in conſpectu ſcriptorum Chemicorum notat, ſolenne fuiſſe antiquis, rariora legum, geſtorum, artium, lapideis tabulis, columnis, obeliſcis committere: quam [ꝑ] rem pluribus tangimus infra, cum de columnis Mercurii ſiue Hermetis agimus.

Smaragdi mira magnitudine. VIII. Ac ne quis obducat, ſmaragdos eius magnitudinis, quae tot ſententias caperent, non inueniri, cum, Theophraſto περὶ λίθων auctore, ſigilli magnitudinem raro excedant, is norit, inter artificia Chemica etiam eſſe ſimiles gemmas efficere, vt Seneca Epiſt. 90. teſtatur Democritum inueniſſe *quemadmodum decoctus calculus in Smaragdum conuerteretur.* Et Theophraſtus ipſe tradit, in Aegyptiorum commentariis reperiri, regi eorum a Rege Babylonio miſſum Smaragdum munere, quatuor cubitorum longitudine et trium latitudine. Et fuiſſe apud eos in Iouis delubro obeliſcum e quatuor Smaragdis, 40. cubitorum longitudine, latitudine vero in parte quatuor, in parte duorum. Se autem ſcribente, eſſe in Tyrii Herculis templo ſtantem pilam e ſmaragdo, cuius et apud Herodotum lib. II. cap. 44. mentio, niſi potius pſeudoſmaragdus ſit. Nam et hoc genus reperiri, et in Cypro inuentum ex dimidia parte Smaragdum, ex dimidia Iaſpidem, nondum humore in totum transfigurato. Addit Plinius Lib. XXXVII. cap. 5. ex Apione Pliſtonice, fuiſſe ſua aetate in labyrintho Aegypti coloſſeum Serapin e Smaragdo nouem cubitorum. Praetereo alia huius generis, quae refert Otto Dapper in deſcriptione Americae p. 324. edit. German. Sic Epiphanius de gemmis cap. 6. Anaſtaſius Nicaenus qu. 38. Suidas in Μαύτης, Nilus Rhodius Metropolita lib. de lapidibus eorumque theoria, et ex Iudaeis plurimi, vt R. Simeon in Ialkuth, et R. Bechai ad Exod. XXIV. 12. et paraphraſis Chaldaica ad Cantic. I. 11. tabulas Decalogi ex ſaphiro factas fuiſſe referunt.

Mos libros tabulaſque in ſepulcro condendi. IX. Denique nec hoc inſolens eſſe obſeruat Borrichius, tam egregium repertum in Hermetis tumulo abſconditum fuiſſe: nam ſic et Archimedem ſummo ſepulchro ſuo ſphaeram ac cylindrum iuſſiſſe imponi, vt auctor eſt Cicero Lib. V. Tuſc. cap. 23. Quamuis hoc ἐπίθημα et externum ἐπίσημον ſepulchri Archimedis longe diuerſum videri poſſit a tabula Smaragdina cum Hermete, vt ferunt, ſepulta ac recondita, cui affinis magis eſt tabella aenea literis ſcripta incognitis, quam in Alcmenae ſepulcro repertam et a Chonuphi propheta explicatam refert Plutarchus lib. de genio Socratis p. 577. 578. ſeq. [T. VIII. p. 287. ſ. Reisk.]

Incerta res eſt tabula ſmaragdina. X. Verum de his quiſque ſentiet, vt volet, cum nec aduerſus pertinaces tabulae aſſertores euidenter demonſtrari poſſit illam nuper confictam eſſe, nec hi viciſſim argumentis et teſtimoniis exceptione maioribus poſſint eius γνησιότητα tantamque antiquitatem confirmare et oſtendere.

XI. Her-

i) T. II. Oedipi Aegypt. part. 2. p. 427.

De tincturis physicis. XI. Hermetis Φυσικαὶ βαφαὶ ſiue *de tincturis Phyſicis* liber Chemici [¶] argumenti, MStus exſtat in Bibl. Regis Galliae teſte Borrichio p. 81. de Hermetis et Aegyptiorum ſapientia. Hermetem ἐν τοῖς φυσικοῖς citat Zoſimus Panopolita (apud Syncellum p. 13.) ἐν τῷ ἐνάτῳ τῆς Ἰμοὺθ βίβλῳ πρὸς Θεοσέβειαν. Huius Ἰμούθης ſiue forte Aſclepius ſupra memoratus. In Scholiis ad Apollonium Rhodium Lib. II. vbi ad verba: τὸν ἐκ χρυσοῦ ἔθηκεν Ἑρμείας, haec annotata leguntur: χρύσεον δέρας λέγεται τῇ ἐπαφῇ τοῦ Ἑρμοῦ τὸ δέρας τοῦ κριοῦ γενέσθαι χρυσοῦν, forte pro τῇ ἐπαφῇ legendum τῇ βαφῇ. Exſtant et Hermetis Iſidisque, ab Hermete edoctae, nomine ſcripta Chemica inedita in variis Bibliothecis, quale eſt quod inter alios Chemicos ἀνεκδότους Graecos in Bibl. Sereniſſ. Electoris Bauari legit, itemque venit Simon Wagnereckius Ieſuita, qui illud in literis ad Alex. Baruoetium teſtatus eſt ſe pro genuino habere. De libro, qui in Bibl. Regis Galliae MStus exſtat, et inſcribitur Ἴσις προφῆτις τῷ υἱῷ Ὥρῳ, ita Borrichius in conſpectu ſcriptorum Chemicorum: *Eſſe ſcriptum illud, quod in larariis doctorum cuſtoditur, ſpurium, multa ex ipſo textu allata docuerunt, licet ſua Venere et arte nequaquam deſtituatur. Vox Iſidis inter caetera:* πορεύθητι, ὅτι ὁ σῖτος σῖτον γεννᾷ καὶ ἄνθρωπος ἄνθρωπον σπείρει, οὕτως καὶ ὁ σπείρων θερίζει ὅμοιον τὸ ὅμοιον. *Quae vel vna ſententia ſi preſſius animo inſigatur, plurimos in ſubtilitis haud raro abſurdis laborantes in rectiorem viam reduxerit. Nec inconſultum illud:* ἡ γὰρ φύσις τῇ φύσει τέρπεται, καὶ ἡ φύσις τὴν φύσιν νικᾷ. *Accedit horribile illud ſacramentum, quo obligatur Horus, ne commiſſum ſibi arcanum cuiquam patefaciat, niſi vel taciturno filio ſuo, vel amico ſecuriſſimo.* Sacramentum illud ſiue iuſiurandum ex libro Iſidis MSto Graece affert idem Borrichius lib. de Hermetis et Aegyptiorum ſapientia p. 47. Hermetis Alchemiam ex codice 236. Regis Galliae memorat Labbeus p. 273. Bibl. nou. MSS. Plura de Chemicis Graecis ineditis dicemus libro poſtremo huius Bibliothecae. Vide ſis interim Cangii gloſſarium in voce ποιητής. Conringium de Medicina Hermetica, pag. 34. Borrichium pag. 80. Labbeum pag. 128. ſeq.

Libellus de pretioſis lapidibus. XII. *Libellus de lapidibus pretioſis* ſub Hermetis nomine, fuit in Bibliotheca Thomae Erpenii, Arabice ſcriptus A. Hegirae 749. h. e. anno Chriſti 1348. quem ex Graeca non ex Aegyptiaca verſum lingua hoc argumento lubrico probat Conringius p. 55. quod auctor Hermes appelletur, non Aegyptio nomine Thoth. Viſus libello videtur Albertus Magnus, qui in doctiſſimo de mineralibus libro frequenter Hermetis ſententias citat, praeſertim de gemmis agens. Cum autem ex illo capite quae adferuntur, quae Kyranidum libro et Aegyptiorum de gemmis doctrinae ſunt ſimilia, Aegyptiacae forte doctrinae eſt, etſi minime ſit a manu aut etiam ab aeuo Hermetis. [¶]

CAPVT

CAPVT XI

I. *De ſcriptis Hermeti olim tributis, quae perierunt. Mercurii columnae in terra Seriadica.* II. *Mos veterum, inuenta et leges columnis inſculpendi.* III. *Columna Herculis, et Darii. Aegyptiorum Obeliſci.* IV. *Libri Hermetici memorati Cyrillo, Plutarcho et Galeno.* V. *Clementi Alexandrino.* VI. *Iamblicho et Iulio Firmico.* VII. *Immanis numerus Hermeticorum librorum.* VIII. *Interpretes librorum Hermeticorum Graeci, Ar[illegible]s Meg[illegible]anus, Bitys, Didymus, Euander ſiue Euanthus et Seleucus Theologus.* IX. Ἑρμαϊκαὶ διατάξεις. Σαλμεσχινιακά, *Liber ſeptem Planetarum.* Γενικὰ *ſiue* Γενικοὶ λόγοι *etc.* X. *Locus ex Hermetis* [illegible] λόγῳ *apud Chariſium emendatus.*

Mercurii columnae. I. Poſt haec, quae de ſcriptis ſub Hermetis nomine hodieque exſtantibus dicenda habui, conſequens eſt, vt deperdita quoque illius breuiter commemorem, in quibus primo ſtatim loco occurrunt I. *Mercurii columnae* literaeque arcanae, quibus ad philoſophiam velut magiſtris vſi feruntur Pythagoras, Plato et alii. Vide *Ammianum Marcellinum* Lib. XXII. cap. vlt. Ex his columnis Thothi ſiue Mercurii Sanchoniathon quoque profecit, ſi credimus Philoni Byblio apud Euſebium Lib. I. praeparat. c. 9. p. 31. ſeqq. et Suidae in Σαγχωνιαθών. Ex iiſdem Manetho Sebennyta, cuius ἐπιτομὴν τῶν φυσικῶν laudat Laertius in prooemio, (eundem enim innui non dubito) et cuius Mythologumena de Iſide, Oſiride, Apide et Sarapide aliiſque diis Aegyptiorum memorat poſt Clementem Alex. 1. Strom. Euſebius in praeparat. Lib. I. et IV. Theodoritus Lib. II. θεραπευτ. etc. concinnauit librum Σώθεως Regi Ptolemaeo Philadelpho dicatum, vt eſt apud Syncellum p. 40. ἐκ τῶν ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ κειμένων στηλῶν ἱερᾷ διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασι κεχαρακτηρισμένων ὑπὸ Θὼθ τȣ͂ πρώτȣ Ἑρμȣ͂ καὶ ἑρμηνευθεισῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐκ τῆς ἱερᾶς διαλέκτȣ εἰς τὴν ἑλληνίδα φωνὴν, γράμμασιν ἱερογλυφικοῖς καὶ ἀποτεθεισῶν ἐν βίβλοις ὑπὸ τȣ͂ Ἀγαθοδαίμονος τȣ͂ δευτέρȣ Ἑρμȣ͂ πατρὸς δὲ τȣ͂ Τὰτ ἐν τοῖς ἀδύτοις, τῶν ἱερῶν Αἰγυπτίων. Eaſdem στήλας Manetho vocat ἱερὰ βιβλία γραφέντα ὑπὸ τȣ͂ προπάτορος τρισμεγίστȣ Ἑρμȣ͂. Confer Syncellum p. 124. Terram Seriadicam, in qua hae columnae repertae dicuntur, in Aegypto quaerendam, recte poſt alios viros eruditos docet *H. Dodwellus* in appendice ad diſſertationes Cyprianicas [a]), niſi Euſebius, quem Syncellus ſequitur, columnas Mercurii confudit cum columnis poſterorum Sethi, quas Ioſephus teſtatur poſitas κατὰ τὴν Συριάδα, ſiue vt Euſtathius Antiochenus in Ioſepho legiſſe videtur, κατα [?] τὴν Σηϊριάδ: vnde If. Voſſio de LXX. interpretibus p. 271. et Marshamo p. 39. Canonis Chronici in mentem venit intelligi Sehirath locum in Galgalis, in quo lapides ſculptos memorat liber Iudicum III. 26. H. Valeſius notis ad Ammian. apud Syncellum legebat ἐν Συριγγικῇ γῇ, parum veriſimili coniectura. Ἑρμᾶς ſiue columnas ab Hipparcho Piſiſtrati F. ἐν Στειριακῇ ὁδῷ et aliis Atticae locis poſitas memorat Plato in Hipparcho p. 234. [b]).

II. De

a) §. XIII. pag. 8. adde *Cudworth* Syſtema intellectuale cap. IV. pag. 376. ex latina interpret. Moshemii, qui not. 58. Valeſii coniecturam, a Cudwortho probatam, cum Fabricio noſtro reiicit, et *Fabricium* noſtrum in Codice Pſeudepigrapho vet. Teſtamenti, ed. 2. Hamburgi, 1722. 8. pag. 150. not. d) *Harl.*

b) De his columnis, earum origine, forma cultuque qui plura ſcire cupit, is adeat *Euerh. Otton.* de Tutela viarum publicarum, (Traiecti ad Rhenum 1731. 8.) part. I. cap. II. et cap. VII. pag. 122. cap. IX. pag. 152. ſqq. de *Mercurio*, eiuſque variis muneribus et cognominibus, de *Hermis* pag. 93. 164. etc. pag. 167. de columnis ab Hip-

Sethi columnae: Mos veterum leges inuentaque columnis inſculpendi.

II. De *Sethi* c) columnis praeter ceteros conſulere iuuabit Illuſtris doctrinae Virum *Huetium* in demonſtratione Euangelica d) p. 93—97. vbi fuſe etiam agit de more antiquiſſimo ante papyri vſum recepto, praeclara inuenta, leges aliaque poſteris tradendi in columnis, ſaxis, parietibus, tabulis aeneis: de quo videndus inſuper *Lucas Holſtenius* ad Vitam Pythagorae ſcriptam a Porphyrio p. 67. 68. *Humfredus Prideaux* in fine notarum hiſtoricarum ad Epochas marmoris Arundelliana, *Hermannus Hugo* de prima ſcribendi origine cap. 10. et *Petrus Holmius* de ſcriptione, c. 4. editus a Tho. Crenio in Analectis, p. 440. ſeq. Singillatim de Aegyptiis *Proclus* Lib. I. in Timaeum: Αἰγυπτίοις δ' ἔτι καὶ τὰ γεγονότα διὰ τῆς μνήμης ἀεὶ νέα πάρεστιν. ἡ δὲ μνήμη διὰ τῆς ἱστορίας, αὕτη δὲ ἀπὸ τῶν στηλῶν ἐν αἷς ἀπεγράφοντο τὰ παράδοξα καὶ τὰ θαύματος ἄξια εἴτ' ἐν πράξεσιν εἴτ' ἐν εὑρέσεσιν. *Galenus* initio Apologiae Aphoriſmorum Hippocratis contra Iulianum. Ἐν Αἰγύπτῳ πάλαι τὰς κατὰ τὰς τέχνας εὑρημένας ἰάσεις ὑπὸ κοινῆς συνεδρίας τῶν πεπαιδευμένων κριθείσας ἀναγράφοντες στήλαις τισὶν ἀπεκείμενας ἐν ἱεροῖς χωρίοις. In libro *Minerua mundi*, Hermes ipſe inducitur arcana χαράξαι καὶ χαράξαντα κρύψαι, et alio loco de Iſide et Oſiride. οὗτοι, inquit, τὰ κρυπτὰ τῶν ἐμῶν ἐπιγράψονται γραμμάτων πάντων, καὶ διακρινοῦσι, καὶ τινὰ μὲν αὐτοὶ κατέξουσι, ἃ δὲ καὶ πρὸς εὐεργεσίας θνητῶν φθάνει, στήλαις καὶ ὀβελίσκοις χαράξουσιν. Et paucis interiectis: οὕτως τὸ περιέχον ἔτι δαιμόνων ἐπληρώθη, παρ' Ἑρμοῦ μαθόντες κρυπταῖς στήλαις ἐχάραξαν. In Panchaia Inſula *Diodorus Siculus* lib. V. p. 321. [pag. 308. ed. Weſſeling. cuius notam conſules,] teſtatur praeter alia in templo ſuper lecto Iouis ſeruatam στήλην χρυσῆν μεγάλην γράμματα ἔχουσαν τὰ παρ' Αἰγυπτίοις ἱερὰ καλούμενα, δι' ὧν ἦσαν αἱ πράξεις Οὐρανοῦ τε καὶ Διὸς ἀναγεγραμμέναι, καὶ μετ' αὐτὰς αἱ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος ὑφ' ΕΡΜΟΥ προσαναγεγραμμέναι. [adde *Reimanni* Ideam ſyſtematis antiquitatis literariae ſpecialioris ſ. Aegyptiacae. Hildesheim. 1718. p. 90. ſq.]

III. Ex

Hipparcho poſitis earumque inſcriptione. adde *Langbaen.* ad Longin. IV. 14. *Buddeum* in Introduct. in philoſoph. hebr. §. III. pag. 10. *Schumacher* Verſuch, die dunklen und verſteckten Geheimniſſe in den hieroglyphiſchen Denkbildern der Aegyptier, Chaldäer etc. — aufzuklären. Wolfenbuttel 1754. 4. cap. IV. de columnis hieroglyphicis; et, quae collegi in comment. de Mercurii ſtatuis ante aedes et ianuas apud Graecos poſitis: rec. in *Opuſculis meis varii argumenti*, Halae Saxon. 1773. mai. 8. pag. 470. ſqq. de *Hermis* praecipue pag. 480. ſq. adde infra §. III. huius capitis. *Harl.*

c) *Seth* fingitur duas columnas poſuiſſe, alteram lapideam, luteam alteram, quibus ſuam inſcripſiſſet philoſophiam, ne propter vaticinium duplicis interitus mundi illa periret. v. *Ioſephum* Libr. I. Antiqq. Iudaicar. cap. 2. §. 3. et *Fabricii* noſtri Codicem pſeudepigraph. V. T. pag. 148. ſqq. coll. libr. III. Biblioth. graecae cap. 20. §. 3. atque *Heumann* in Actis philoſ. vol. I. pag. 941. ſqq. qui probat Fabricii ſuſpicionem, fuiſſe quendam Aſtrologum Aegyptiacum, *Seth* dictum, cuius nomen figuris hieroglyphicis fuiſſet columnis inſculptum. Plura dabunt de illa fabula, quae ſuos tamen inuenit patronos, *Lambecius* Prodr. hiſt. lit. libr. I. cap. 3. pag. 7. *Strauch* de columnis Sethianis, Witteb. 1669. *Dan. Guil. Molleri* diſp. de duabus columnis Sethi, Altorf. 1699. *Hermanſſon* de columnis Sethianis. Vpſal. 1733. 8. aliique ab Heumanno et Fabricio excitati. *Stephanus le Moyne* in Variis ſacris, tom. II. pag. 564. ſqq. coniecit, *lapidem Sethia* ſeu *fundationis*, Ieſ. 28, 16. anſam fabulae praebuiſſe, quae ſententia placuit quoque *Chriſt. Thomaſio* in Obſeru. Halenſ. tom. I. 19. §. 10. pag. 295. *Harl.*

d) Prop. III. cap. 2. §. 15. vbi cenſet, illis columnis inſcriptam fuiſſe doctrinam moſaicam de ortu mundi. *Heum.*

Columnae Herculis, Darii.

III. Ex columnis Mercurii veteres Graecorum Philoſophos profeciſſe, auctor eſt *Iamblichus* lib. de Myſteriis Aegyptiorum ſect. I. c. 2. φιλόσοφον δ᾽ εἴ τι προβάλλοις ἐρώτημα, διακρινοῦμέν σοι καὶ τοῦτο κατὰ τὰς Ἑρμοῦ παλαιὰς στήλας, ἃς Πλάτων ἤδη πρόσθεν καὶ Πυθαγόρας διαγνόντες φιλοσοφίαν συνεστήσαντο. Idem Proclus ex Crantore refert, Platonem a Prophetis Aegyptiorum furti reum peractum, quod ſermonem Atlanticum ab Aegyptiis hauſiſſet, quae ἐν στήλαις ἔτι σωζομέναις [ſ.] inſculpta legerentur, perinde vt apud Clementem Alex. I. Strom. p. 303. arguitur Democritus ex Babylonii Acicari columna libros ſuos morales incruſtaſſe. Confer, quae de columnis Mercurii et Aegypti Syringibus atque obeliſcis collegere *Valeſius* ad Ammianum Marcellinum Lib. XXII. c. 15. et *Tho. Gale* ad Iamblichum p. 185. qui apud Theophilum Antiochenum pro στήλαις Ἡρακλέους legit Ἑρμοῦ, quamuis fuere etiam Herculis columnae, non tantum illae incertum quales, Diodoro Sic. lib. IV. p. 226. Heſychio, Suidae, ac Geographis celebratiſſimae, prope Gades, *Abyla* et *Calpe*, ſiue vt alii vocant *Alyba* et *Abenna*, ſed et aliae ex auro argentoque confuſo factae et in templo aſſeruatae, quas neque Aegyptiis neque Indicis; ſed ignotis vulgo literis ab Hercule inſcriptas explicauit Apollonius Tyanenſis apud Philoſtratum L. V. c. I. Confer Strabonem in extremo lib. III. et de Stelis Aegyptiorum ſtemmata Deorum continentibus *Martianum Capellam* lib. II. p. 35. De binis columnis e candido ſaxo, quae in Africae regione, quae poſtea Tingitana dicta eſt, in agro ciuitatis Tingis, quae hodie Tanger, Phoenicum lingua inſcriptae fuiſſe feruntur in hanc ſententiam: ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ λῃστοῦ υἱοῦ Ναυῆ, mentio apud Procopium 2. Vandal. c. 7. atque inde apud Euagrium, Nicephorumque, atque ex alio, vt videtur, ſcriptore apud Suidam in χαναάν, et Theophanem, licet tota res fabulis adſcribatur ab *Antonio van Dalen* viro acutiſſimo in Epiſt. ad Clariſſ. Almelouenium, quae exſtat ad calcem libri de origine ac progreſſu Idololatriae p. 749. ſeq. contra ſentientibus *Seldeno* prolegom. de Diis Syris c. 2. *Bocharto* praef. ad Chanaan p. 520. *Hottingero* Hiſt. Or. p. 46. *Bernhardo Aldrete* in Antiquitatibus Hiſpaniae et Africae p. 381. qui et Arabis cuiuſdam ſcriptoris Ibn Alriquich teſtimonium adducit. Phoenices ita ſcripſiſſe coniicit Seldenus: אנו בורחים מפני יהושע איש חמס בן נון: De Darii Perſarum Regis columnis binis ad Boſporum exſtrui iuſſis e candido lapide, quarum vna literis Graecis, altera Aſſyriacis inſcripta erat, vid. Herodotum L. IV. c. 87. Alius columnae ab eodem Dario prope Tearum fluuium erectae inſcriptionem refert cap. 91. Quales porro fuerint veteres illi Aegyptiorum obeliſci, a Meſtre, Sothi, Ramiſe, Mneuide, Smarre aliiſque Aegypti regibus poſiti et literis exornati hieroglyphicis, apparet ex Athanaſii Kircheri Oedipo [e]) Aegyptiaco et Obeliſco Pamphilio, quibus figurae illorum literis hieroglyphicis refertae exhibentur, etſi expoſitiones Kircheri parum probantur viris eruditis, Ioh. Oweno in Theologumenis p. 82. 84. 283. 286. 291. 313. Iac. Windeto lib. de vita functorum ſtatu p. 17. Chevraeo in Chevraeanis, T. II. p. 173. ſq. Iſ. Voſſio de LXX. interpretibus p. 330. etc. [v. *Herodot.* lib. II. c. 106. ibique Weſſeling. p. 151. ſq. *Prideaux* tamen in Notis hiſtoric. ad Chronic. marmor. pag. 158. Herodotum arguit erroris, quod Seſoſtridi ea adtribuiſſet, quae feciſſet Seſoc; *Herodot.* II. cap. 102. coll. *Diodoro Sic.* I. cap. 55. et *Ioſepho* lib. VIII. antiqq. cap. 10. 3. *Angel. Maria Bandini* in Comment. de Obeliſco Caeſar. Auguſti e Campi Martii ruderibus eruto. Romae 1750. *Pocock* Itinerar. Orien-

e) Tom. III.

Orient. vol. I. pag. 37. ex verſ. germanica Windhemii. ed. 2. Erlangae 1771. pag. 142. p. 150. ſq. et p. 338. ſqq. de figuris hieroglyphicis. *Bailly* Geſchichte der Sternkunde. P. I. p. 213. ſq. et I. C. *Gatterer* Weltgeſchichte in ihrem ganzen Umfange T. I. p. 461 – 469. *Harl.*

Libri Hermetis Cyrillo, Plutarcho et Galeno memorati.

IV. Apud *Cyrillum* I. contra Iulianum p. 30. memoratur ὁ συντεθεικὼς [?] Ἀθήνησι τὰ ἐπίκλην Ἑρμαϊκὰ πεντεκαίδεκα βιβλία, *qui opus quindecim librorum Hermaicorum Athenis compoſuit*, ex cuius libro primo affert Cyrillus praeclara quaedam de Hermetis inuentis: ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὸν ἡμέτερον Ἑρμῆν ἀνέσει τήν τε Αἴγυπτον εἰς λῆξιν καὶ κλήρους ἅπασαν τεμεῖν, σχοινίῳ τὰς ἀρούρας καταμετρῆσαι, καὶ διώρυχας τεμέσθαι ταῖς ἐπαρδεύσεσι, καὶ νόμους θεῖναι, καὶ τὰς χώρας ἀπ' αὐτῶν προσειπεῖν, καὶ καταστήσασθαι τὰς συναλλάξεις τῶν συμβολαίων, καὶ νομίζεσθαι κατάλογον τῆς τῶν ἄστρων ἐπιτολῆς, καὶ βοτάνας τεμεῖν, καὶ πρός γε ἀριθμοὺς καὶ λογισμοὺς καὶ γεωμετρίαν· ἀστρονομίαν τε, ἀστρολογίαν, καὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὴν γραμματικὴν ἅπασαν εὑρόντα παραδοῦναι. Hos XV. libros Hermaicorum dogmatum Hermippo ſuſpectos putat *Th. Gale* ad Iamblichum de Myſteriis p. 296. quo argumento, neſcire me fateor. Forte ex illis fuere libri, quos Hermetis nomine laudat Plutarchus et Galenus. *Plutarchus* de Iſide et Oſiride p. 375. Ἐν ταῖς Ἑρμοῦ λεγομέναις βίβλοις ἱστοροῦσι γεγράφθαι περὶ τῶν ἱερῶν ὀνομάτων κ. τ. λ. *Galenus* Lib. VI. de ſimpl. Medicamentorum facultat. init. Ἐν ταῖς τῶν εἰς Ἑρμῆν τὸν Αἰγύπτιον ἀναφερομένων βιβλίων περιέχοντι τὰς λϛ τῶν ὡροσκόπων βοτάνας etc. mox addit huic *libro de XXXVI horoſcoporum herbis*, quo, vt in Hermetis, Pamphilus vſus fuerat, nihil ſe tribuere, αἱ δ' ἄλλαι, inquit ὅτι λῆροι εἰσὶ καὶ πλάσματα τοῦ συνθέντος. Videtur in illo libro ſimilia de herbis legiſſe Galenus, quae hodie in Kyranidum opuſculo occurrunt, de quo ſupra dictum eſt. Renuit et fidem *Opuſcula Conchlatis*, nominis commentum, et ad deridendos lectores comparati.

Clementi Alexandrino.

V. *Clemens Alexandrinus* ſexto Stromateon IV. p. 633. ſq. [al. cap. IV. pag. 757. ſq.] Aegyptiae Philoſophiae diſcendae tradendaeque methodum recenſens, libros XLII. Hermetis refert, quorum plures paucioresue, alii itemque alii addidiſſe debuerint. Quia locus notiſſimus eſt et paulo prolixior, nolui integrum eundem hic repetere. tamen cum a Ioh. Marshamo p. 241. ſq. Lambecio [Prodrom. hiſtor. liter.] p. 157. ſq. [item in Commentar. de Biblioth. Caeſar. Vindob. libr. VII. pag. 5.. ſqq. ed. Kollarii] et aliis numerus librorum XLII. non ſatis bene nec ex mente Clementis computetur f), obſeruabit lector eum quam optime prodire ſic:

1. Ὕμνοι Θεῶν.
2. Ἐκλογισμὸς Βασιλικοῦ βίου.

Ἀστρολογουμένων βιβλία δ'.

3. Περὶ τοῦ διακόσμου τῶν ἀπλανῶν φαινομένων ἄστρων.
4. Περὶ τῶν συνόδων ἡλίου καὶ σελήνης.
5. Περὶ τῶν φωτισμῶν ἡλίου καὶ σελήνης.
6. Περὶ τῶν ἀνατολῶν ἡλίου καὶ σελήνης.

Τὰ

f) adde *Cudworth.* Syſt. Intellect. cap. IV. §. 18. ibique Moshem. pag. 379. ed. Ienenſ. *Harl.*

Τὰ ἱερογλυφικὰ, βιβλία ί.

7. Περὶ κοσμογραφίας.
8. Περὶ γεωγραφίας. [?]
9. Περὶ τῆς τάξεως ἡλίε καὶ σελήνης.
10. Περὶ τῶν έ πλανωμένων.
11. Χωρογραφία τῆς Αἰγύπτε.
12. Ἡ τε Νείλε διαγραφή.
13. Περὶ τῆς καταγραφῆς σκευῆς τῶν ἱερέων.
14. Περὶ τῶν ἀφιερωμένων αὐτοῖς χωρίων.
15. Περὶ μέτρων.
16. Περὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς χρησίμων.

Τὰ παιδευτικὰ καὶ μοσχοσφραγιστικὰ [ita enim recte ex Herodoti lib. II. 39. et Porphyrii IV. περὶ ἀποχῆς p. 366. legit Marſhamus p. 242. et Conringius p. 57. non μοσχοσφαγιστικά) βιβλία ί τὰ εἰς τὴν τιμὴν ἀνήκοντα τῶν παρ᾽ αὐτοῖς Θεῶν καὶ τὴν Αἰγυπτίαν εὐσέβειαν περιέχοντα, οἷον·

—— —— 17. Περὶ θυμάτων.
18. Περὶ ἀπαρχῶν.
19. Περὶ ὕμνων.
20. Περὶ εὐχῶν.
21. Περὶ πομπῶν.
22. — 26. Περὶ ἑορτῶν καὶ τῶν τέτοις ὁμοίων.

Τὰ ἱερατικὰ, βιβλία ί. περί τε νόμων καὶ Θεῶν καὶ τῆς ὅλης παιδείας τῶν ἱερέων.

27. — 36.

Τὰ ἰατρικὰ, βιβλία ς΄.

37. Περὶ τῆς τε σώματος κατασκευῆς.
38. Περὶ νόσων.
39. Περὶ ὀργάνων.
40. Περὶ φαρμάκων.
41. Περὶ ὀφθαλμων.
42. Περὶ τῶν γυναικίων.

Iamblicho et Iulio Firmio. IV. *Iamblichus* de Myſteriis Aegyptiorum ſect. VIII. c. 1. viginti millia librorum ab Hermete ſcripta refert ex teſtimonio Seleuci, vel ex Manethonis teſtimonio libros 36525. quae eſt ſumma annorum, quos 30. dynaſtiis Aegypti idem Manetho et vetus Chronicon apud *Syncellum* p. 51. tribuit, vnde viro docto in mentem venit ſuſpicari, non libros intelligendos eſſe, ſed orbium coeleſtium περιόδες. Sed aliud omnino ſuadent Iamblichi verba: Τὰς μὲν ἓν ὅλας ἀρχὰς Ἑρμῆς ἐν ταῖς δισμυρίαις βίβλοις, ὡς Σέλευκος ἀνεγράψατο, ἢ ταῖς τρισμυρίαις τε καὶ ἑξακισχιλίαις καὶ πεντακοσίαις καὶ εἴκοσι πέντε, ὡς Μανεθῶς ἱστορεῖ. τελέως ἀνέδειξε· τὰς δ᾽ ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος ἐσιῶν ἄλλοι ἄλλας διαβάλλοντες τῶν παλαιῶν πολλαχε διερμηνεύεσι. Iamblicho ſuccinens *Iulius Firmicus*. *Mercurius Aegyptius*, inquit, *conſcripſerat viginti millia voluminum de variis ſubſtantiis et principiis, et* [?] *poteſtatum ordinibus coeleſtium, quae aliae atque aliae traditae fuerant, in quibus Aſtrologia et Theologia Aegyptiorum explicabantur*, quas ar-

tes docuerat Aeſculapium et Anubium. Idem alibi refert ſe ex mundi genituram ex Aeſculapio et Anubio, *quibus potentiſſimum Mercurii numen illius ſcientiae ſecreta permiſit.* Et paucis interiectis: *ſicut in illo continetur Aeſculapii, qui Myriogeneſis appellatur*, Lib. II. Matheſ.

Numerus Hermeticorum librorum. VII. Numerus tantus librorum Hermetis merito multis incredibilis viſus eſt. Itaque *Bochartus* Lib. I. Chanaanis cap. 15. verſus ſiue στίχους interpretatur; *G. Hornius* Lib. I. cap. 6. Hiſt. Philoſ. poſt Steuchum Eugubinum et Gilb. Genebrardum, papyri folia. *Galeus* ad Iamblichum p. 295. breviores λόγους, qualia ſunt capita Poemandri Hermetis. Poteſt etiam facilis error irrepſiſſe in numeris: g) praeterea conſtat, quorumlibet ſapientum Aegyptiorum ſcriptis et inventis auguſtum Hermetis nomen praefixum olim fuiſſe. Ita enim diſerte *Iamblichus* in limine libri de Myſteriis: Θεὸς ὁ τῶν λόγων ἡγεμὼν ὁ Ἑρμῆς πάλαι δέδοκται καλῶς ἅπασι τοῖς ἱερεῦσιν εἶναι κοινός· Ὁ δὲ τῆς περὶ θεῶν ἀληθινῆς ἐπιστήμης προεστηκὼς εἷς ἐστιν ὁ αὐτὸς ἐν ὅλοις, ᾧ δὴ καὶ ἡμέτεροι πρόγονοι τὰ αὐτῶν τῆς σοφίας εὑρήματα ἀνετίθεσαν, Ἑρμοῦ πάντα τὰ οἰκεῖα συγγράμματα ἐπονομάζοντες. Idem ſect. VIII. c. 2. ait, Hermetem reliquiſſe libros mille de diis coeleſtibus, centum de Diis empyreis, totidemque de Diis aethereis: αὐτὰς μὲν οὖν εἶναι ἀρχὰς πρεσβυτάτας πάντων, ἃς Ἑρμῆς πρὸ τῶν αἰθερίων καὶ ἐμπυρίων θεῶν προτάττει καὶ τῶν ἐπουρανίων. Ἑκατὸν μὲν περὶ τῆς ἱστορίας τῶν ἐμπυρίων, καὶ ἰσάριθμα τούτοις περὶ τῶν αἰθερίων συγγράμματα παραδοὺς, χίλια δὲ περὶ τῶν ἐπουρανίων.

Interpretes graeci. VIII. Cap. 4. fatetur idem *Iamblichus*, Hermeticos libros, quod Graece ex Aegyptiaco tranſlati ſint, paſſim loqui linguam Graecorum Philoſophorum, tamen Ἑρμαϊκὰς δόξας ſiue Hermeticas Opiniones illis tradi et contineri. Τὰ μὲν γὰρ φερόμενα ὡς Ἑρμοῦ Ἑρμαϊκὰς περιέχει δόξας, εἰ καὶ τῇ τῶν φιλοσόφων γλώττῃ πολλάκις χρῆται. Μεταγέγραπται γὰρ ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας γλώττης ὑπ' ἀνδρῶν φιλοσοφίας οὐκ ἀπείρως ἐχόντων. Ab Hermaeo, puta, Didymo, Ario Neapolitano, Euandro, cuius Theo meminit, et quem Fenanthum Porphyrius, ſuſpicante Galeo, appellat. His adde *Bityn*, quem cap. 5. Iamblichus ait, Hermetis libros hieroglyphice ſcriptos interpretatum eſſe Ammoni Regi: ὑφηγήσατο δὲ καὶ ταύτην τὴν ὁδὸν Ἑρμῆς. Ἡρμήνευσε δὲ Βίτυς προφήτης Ἄμμωνι βασιλεῖ ἐν ἀδύτοις εὑρὼν ἀναγεγραμμένην ἐν ἱερογλυφικοῖς γράμμασι κατὰ Σάϊν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, τό, τε τοῦ θεοῦ ὄνομα παρέδωκε τὸ διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου. et cap. 7. αὐτὸ δὲ τἀγαθὸν τὸ μὲν θεῖον ἡγεῖται τὸν προεννοούμενον θεόν, τὸ δὲ ἀνθρώπινον τὴν πρὸς αὐτὸν ἕνωσιν, ὅπερ Βίτυς ἐκ τῶν Ἑρμαϊκῶν βίβλων μεθηρμήνευσεν. *Seleucus* porro, quem de tanto Hermaicorum librorum numero teſtem Iamblichus laudat, Alexandrinus [h] ſine dubio ille eſt, quem centenos de Diis libros ſcripſiſſe refert Suidas, Hermeticorum eiusdem argumenti voluminum (ut recte coniiciebat Galeus) Epitomen. Hunc Seleucum Theologum laudat Porphyrius libro περὶ ἀποχῆς ſecundo. Manethonem et *Seleucum* Magos Theodoro Meliteniotae in praef. ad Aſtronomiam.

IX. Por-

g) vide Thomas. bibl. pag. 441. *Heum.*

Alia ſcripta Hermetis. IX. Porro *Iamblichus* ſect. VIII. cap. 6. ex Hermeticis libris profert dogma de duplici hominis anima, et cap. 4. Σαλμεσχινιακὰ memorat; partem quandam exiguam Ἑρμαϊκῶν διατάξεων, ſiue *obſeruationum Hermetis Aſtrologicarum.* Σαλμενισχιακὰ vocantur etiam apud Hephaeſtionem Thebanum, quam Salmaſius p. 605. de annis Climactericis, genuinam eſſe lectionem putat, quod Perſae iſtac voce appellent commentaria, quibus continentur, quae ad ſtellarum ortus et occaſus pertinent, et lunae incrementa et decrementa, et ex his tempeſtatum praedictiones ab Aſtrologis fieri ſolitae. In Epiſtola Porphyrii ad Anebonem Aegyptium, quam refert *Euſebius* Lib. III. praeparat. cap. 4. legitur ἐν τοῖς Ἀλμενιχιακοῖς, quod notius vocabulum eſt Arabum, qui Perſicam appellationem ita corruperunt, et Calendarium *Almanach* nominant. Ἑρμαϊκὰς illas διατάξεις idem Salmaſius putat eſſe inſcriptas Γενικά. Sane in Hermetis Γενικοῖς περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως ζωδιακῆ de Decanis h) et ſimilibus argumentis actum fuiſſe, ex Syncello et aliis Γενικῶν fragmentis apparet, quod non male conuenit cum his, quae de Ἑρμαϊκαῖς διατάξεσι habet Porphyrius. Ὅσοι δὲ τοὺς πλάνητας καὶ τὸν ζωδιακὸν τούς τε Δεκανοὺς καὶ ὡροσκόπους, καὶ τοὺς λεγομένους κραταιοὺς ἡγεμόνας παραδιδόασι (male παραδίδωσι excuſum in Iamblicho in edit. Galei p. 160.) τὰς μεριστὰς τῶν ἀρχῶν διανομὰς ἀναφαίνουσι. Mercurii *librum ſeptem Planetarum* laudat Guilelmus Pariſienſis part. 2. Opp. p. 232. Γενικὰ allegantur in libello, qui exſtat ſub Hermetis nomine, et inſcribitur κλεῖς ad Tatum, cum quo etiam habiti fuerunt οἱ γενικοὶ λόγοι, quorum Epitome eſſe, ſtatim in limine, clauis iſta dicitur. ἐπεὶ καὶ τῶν Γενικῶν λόγων τῶν πρὸς αὐτὸν (τὸν Τάτ) λελαλημένων ἐστὶν ἐπιτομὴ, (Lib. IV. edit. Patricii,) οὐκ ἤκουσας ἐν τοῖς γενικοῖς, ὅτι ἀπὸ μιᾶς ψυχῆς τῆς τοῦ παντὸς πᾶσαι αἱ ψυχαί εἰσιν etc. Idem locus aſſertur a Stobaeo p. 128. Eclog. Phyſic. Citantur et Γενικὰ Hermetis in limine libelli VII. (edit. Patricii) ἐν τοῖς Γενικοῖς, ὦ πάτερ, αἰνιγματωδῶς καὶ οὐ τηλαυγῶς ἔφρασας περὶ θεότητος διαλεγόμενος κ. τ. λ. In fragmento Hermetis, quod ex Schedis Stobaeanis Iſ. Voſſii adducit Galeus ad Iamblichum p. 296. Ἐπεί μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν Γενικοῖς λόγοις ὑπέσχου δηλῶσαι περὶ τῶν τριάκοντα ἓξ Δεκανῶν. Horum Decanorum nomina Aegyptiaca vide apud Salmaſium libro de annis climactericis p. 610. ſeqq. Γενικὰ Hermetis porro laudat *Georgius Syncellus* p. 35. et 52. *Scaliger* ad Graeca Euſebii p. 409. putat in [?] Hermetis Γενικοῖς (qui plures λόγοι fuerunt; non vnus liber) origines contentas fuiſſe (κοσμογονίαν Cudworthus p. 327.) vt prima pars libr. Moſis dicitur ספר תולדות βίβλος γενική: ſic et per γενεὰς digeſta fuiſſe tempora a Manethone. *Iacobus Goar* ad Syncellum p. 12. generales Aſtrologiae regulas complexos ſiue Genethliacos tractatus fuiſſe ſuſpicatur. Sane vt ex epitome γενικῶν, quam extare diximus, recte colligunt Conringius et Galeus, in Genicis ſiue Genericis, (vt vertit Patricius,) agebat Hermes de principiis rerum generalibus, Deo, Intelligibili, Mente, mundi anima, natura, mundo, animali, homine et ſimul complectebatur principia Aſtrologica, Medica et Phyſica, Myſticaque, quae argumenta iunctim in libris Aegyptiacis tractata fuiſſe notat ſcriptor Anonymus ſcholiorum in Ptolemaei tetrabiblon p. 15. οἱ Αἰγύπτιοι ἐγνωκότες τὴν αἰτί-

h) In biblioth. reg. Pariſ. n. MMCCLVI. pag. 477. Catalogi etc. inſunt codici cuidam: *Hermetis* liber de plantis, quae planetis ſubiacent: aliud opuſculum eiuſdem argumenti, et *Hermetis liber de decanis ad Aſclepium*, tum cod. MMDII. *Hermetis Triſm.* de herbarum viribus et ſiderum in illas poteſtate *de Decanis ad Aſclepium*; de animalium proprietatibus. *Harl.*

αἰτίαν τῆς τοιαύτης ἀγνοίας, ἐν ἰδίᾳ μὲν τὰ ἰατρικὰ συνέταξαν, ἰδίᾳ δὲ τὰ Ἀστρολογικὰ καὶ τὰ τελεστικά, ἀλλ᾽ ἅμα πάντα συνέγραψαν, ἵνα τὰ συγγενῆ καὶ ἐφεξῆς τεταγμένα εἰς καὶ ὁ αὐτὸς εἰδὼς μὴ παρὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν κοινῶν τούτων αἰτιῶν αἱ τοῖς ἐπιστήμην μὴ ἀγνοῆται. Porro illa Γενικὰ Hermetis notante eruditiſſimo Galeo Iamblichus *περὶ ὅλων ἀρχῶν βίβλους* vocat, ſiue *ὅλας ἀρχὰς* ab Hermete explicatas tradit, quo titulo Origenes, Porphyrius, Damaſcius etiamque vſi ſunt in ſcriptis eiuſdem argumenti. Vt erat argumentum generale, ita et modus tractandi communis. Multa proponebant magis, quam explicabant. Inde eſt, quod ipſe vel Pſeudo-Mercurius in aliis ſcriptis nonnulla ex Γενικοῖς repetit et particularius tractat, velut in *διεξοδικοῖς*, quae laudat Cyrillus. Dicta igitur ſunt Γενικὰ ad diſtinctionem *τῶν μερικῶν*, quae ab aliis poſt Hermetem ſcriptoribus pertractata idem Iamblichus innuit eodem loco ſect. VIII. c. 1. *τὰς δ᾽ ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος ἑτέρων ἀρχὰς ἄλλοι ἄλλας διαβάλλοντες τῶν παλαιῶν πολλαχοῦ διερμηνεύουσι.* Hoc plane ſenſu Ptolemaeus in tetrabiblo *περὶ τῶν καθόλου* et *περὶ τῶν κατὰ μέρος* agit Lib. II.

Chariſii locus emendatus. X. *Flauius Soſipater Chariſius* laudat Hermetem *ἐν τῷ κρυφίῳ λόγῳ*. Adſcribam locum et emendandum eſſe coniicio, quia deprauatus apud Chariſium legitur Lib. II. Inſtitutionum Grammaticarum pag. 213. edit. Putſchii: *Fufu* (dicimus) *cum putoris aliquid perhorreſcimus, quae vox numquid Aegyptium πάθος docet? Nam vt Hermes ἐν τῷ κρυφίῳ λόγῳ ſcribit, ὡς ἐλέχθη σαπρὰ σπορά. Τὸ γὰρ υ σαπρόν ἐστι, τὸ δὲ φ οὐσία, καθότι τὸ γένος ἀνθρώπων ἐκ πυρὸς καὶ θανάτου τέλος ἐγένετο. Numquid ergo poſterior aetas f literam addidit, et pro y, u loquens, fu loqui coepit*, (ſic Graeci dicunt φῦ φῦ) *cum antea ſola u litera vituperatio videatur* [1]).

1) Inter codd. Voſſianos in Catalogo biblioth. Lugd. B. pag. 366. n. 46. eſt cod. „Teſtamentum Hermetis ſupremum, ab Arabe Ioshiele Rabi interpretatum, cum commentario, latin. Item Teſtamentum, cum ipſo commentario Ioshielis.“ *Orlandi* in Origine e Progreſſi della Stampa pag. 420. inter Hermetica ſcripta recenſet *Diuinationum lib. I. et II. gallice*, Pariſ 148[illegible]. quae vero *Maittairio* Annal. Typogr. I. 415. not. (ſ. vol IV. part. I.) ad *Ambroſium Merlinum*, cuius obſcurarum praedictionum *Balaeus* in Centuria I. ſcriptorum Britan. et *Simlerus* in Biblioth. p. 31. meminerunt, pertinere videntur. *Harl.*

CAPVT

CAPVT XII

I. *De inuentis Hermeti tributis. Literae e volatu gruum.* II. *Grammatica. Quid antrum Hermetis apud Orpheum?* III. *Eloquentia.* IV. *Arithmetica.* V. *Leges.* VI. *Deorum cultus et ſacrificia.* VII. *Geometria.* VIII. *Horae diei.* IX. *Aſtronomia et Aſtrologia.* X. *Medicina.* XI. *Lyra ſeptem chordarum.* XII. *Talorum et teſſerarum ludus.* XIII. *Palaeſtra. Obiter de Hermis ſiue ſtatuis Mercurialibus. Hermes Vius.* XIV. *Oleae vſus, et tollenonis.* XV. *Mercatura.* XVI. *Variae hinc inde obſeruationes.*

Inuenta Hermeti tribuuntur. Inuenta quoque Hermeti ſiue Thoyto Aegyptiorum tribuuntur haud pauca, et praeſtantiſſima.

Litterae. I. *Literae* [a]) tum ab aliis, tum a Mnaſea apud Melampodem in Scholiis ineditis ad Dionyſium Thracem. In aliis ad eundem Dionyſium Scholiis MSS. τινὲς δὲ φασὶν τοὺς χαρακτῆρας τῶν στοιχείων τοὺς παρ᾽ ἡμῖν ὑπὸ Ἑρμοῦ ἐκ φοίνικος φύλλων γεγραμμένους καταπεμφθῆναι τοῖς ἀνθρώποις, διὸ καὶ φοινικικὰ λέγονται γράμματα. Caſſiodorus Lib. VIII. Variar. Epiſt. 12. *Has primum, vt frequentior tradit opinio, Mercurius reparator artium multarum volatu Strymoniarum auium collegiſſe memoratur.* (Alii hoc tribuunt Palamedi, vnde grues aues Palamedis dicuntur Martiali Lib. XIII. Epigr. 75.) *Nam et hodie grues, qui claſſem conſociant, alphabeti formas natura imbuente deſcribunt, quas ordinem in decorum redigens vocalibus conſonantibus congruenter admixtis, viam ſenſualem reperit, per quam alta petens penetralia prudentiae mens poſſit velociſſime peruenire.* De volatu literato gruum videndus prae ceteris Iacobus Gaffarellus curioſitatum inauditarum pag. 250. Meminit et Martialis Lib. IX. Epigr. laudans nomen Earini digniſſimum *quod penna ſcribente grues ad ſidera tollant.* Vlyſſes quoque apud Philoſtratum in Heroicis ait non a Palamede, ſed a gruibus, repertas literas.

Grammatica. II. *Ars Grammatica*, a Platone in Phaedro ac Philebo, Tzetza Chiliad. V. hiſt. 26. aliiſque quam plurimis. *Antrum Hermetis* apud Orpheum in λιθικοῖς idem Tzetza Chil. XII. hiſt. 431. exponit libros, ſiue ſcripta. [ ]

Eloquentia. III. *Eloquentia*, [b]) teſte Diodoro Siculo Lib. I. cap. 16. Tzetza Chiliad. 6. hiſt. 89. etc. Vnde paſſim audit Ἑρμῆς λόγιος, λόγου praeſes, et ἡγεμὼν, διὰ τὸ διδάξαι αὐτὸν τὴν ἑρμηνείαν τοὺς ἀνθρώπους. Legationum quoque ac pacificationum

a) Athanaſius Kircherus non dubitat etiam Hieroglyphicas Aegyptiorum literas ab Hermete fuiſſe repertas. Adi, ſi placet, Plutarchum IX. 3. ſympoſ. De literis Alphabeti Graeci et Copti cum Charactere Hermetico (vt putat) Zoographico collatis vide eundem T. 3. Oedipi p. 47. ſeq. *Fabricius.* adde ſupra cap. II. §. 2. *Hamberger* zuverläſſige Nachrichten etc. vol. I. pag. 65. ſqq. De antiquitate Litterarum apud Plinium, com. *Sevin* in Hiſtoire de l'Acad. des I. et B. L. tom. III. pag. 143. ibidem tom. IV. pag. 380. ſqq. *Anſelmus* de antiquitate ſcripturae. *Monboddo* von dem Urſprung und Fortgang der Sprache, ex verſ. E. A. Schmid. part. II. lib. II. cap. 3. p. 147. ſqq. at h. l. quod non diſputandi locus eſt, de litterarum origine plura adferre, ſuperuacaneum eſſe videtur. *Harl.*

b) Plutarchus lib. quod Philoſopho conuerſandum ſit cum Principibus [T. IX. p. 109. ed. Reisk.]: ὅτι δύο λόγοι εἰσὶν ὁ μὲν ἐνδιάθετος Ἑρμοῦ δῶρον, ὁ δ᾽ ἐν προφορᾷ διάκτορος καὶ ὀργανικός. Idem poſtea queritur ἀμουσίᾳ καὶ ἀπειροκαλίᾳ τὸν κοινὸν Ἑρμῆν ἐμπόλαιον καὶ ἔμμισθον γενέσθαι. Vide et Diodorum Sic. Lib. V. p. 232.

num auctor ac repertor κηρυκείας ſiue caducei, vt narrat Diodorus Sic. Lib. V. p. 341. vnde κοινὸς Ἑρμῆς, quod vtrique parti proſit. Etiam huc ſpectat, quod viri eloquentes dicuntur Ἑρμαϊκὴ σειρά, qua de re notaui ad Eunapium c). Tum prouerbium, *Virga Mercurii mouere et excitare* apud Iulianum Epiſt. 40. Ex Odyſſ. ε. Paulus quoque Apoſtolus Lyſtrenſibus Hermes audit, ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου, Actor. XIV. 12. Confer Tzetzam Chil. XII. hiſt. 429.

Arithmetica. IV. *Numeri et Arithmetica*, ab eodem Platone in Phaedro. Quaternarium maxime Hermeti ſacrum fuiſſe notat Plutarchus IX. 3. ſympoſiac.

Leges. V. *Leges*, teſte iterum Platone in Protagora, Diodoro Sic. Lib. I. p. 94. Cicerone et Aeliano Lib. XIV. Var. cap. 34. et Lib. XII. cap. 4. vbi perperam irrepſit nomen Σέσωστρις, et νοήματα vitioſe in quibuſdam excuſum pro νόμιμα d).

Deorum cultus. VI. *Deorum cultus et ſacrificia*, vt eſt apud Diodorum Sic. Lib. I. c. 16. cuius locum laudat etiam Euſebius Lib. II. praeparat. cap. 1.

Geometria. VII. *Geometria* teſte Platone in Phaedro, cui ſuccinens Plutarchus, πάσης inquit, τῆς μετρήσεως εὑρετὴς Ἑρμῆς ὁ Ἰβιακός. Et Diodorus Sic. Lib. V. p. 341. inter Hermetis reperta refert μέτρα καὶ σταθμά, *pondera ac menſuras*.

Horae diei. VIII. *Horae diei, et duodecim anni menſes.* Marius Victorinus in 1. Rhetoricor. Ciceronis p. 151. *Quodam tempore Hermes Triſmegiſtus cum eſſet in Aegypto, ſacrum quoddam animal Serapi dicatum, quod in toto die duodecies vrinam feciſſet, pari ſemper interpoſito tempore, per duodecim horas diem diuiſum eſſe coniecit, et exinde hic horarum numerus cuſtoditur.* Animal illud e) Cynocephalum eſſe tradunt et Horapollo Lib. I. cap. 16. [ad quem locum v. Io. Cauſſinum pag. 251. ſq. ed. de Pauw. *Harl.*] Pierius Lib. VI. Hieroglyph. c. 4. et *Kircherus* Tom. 2. Oedipi parte II. p. 43. et pag. 2[illegible]. et 339. ſq. Alii αἴλουρον, ſiue felem, vt ex Damaſcio [in vita Iſidori apud Photium cod. CCXXXII. *Harl.*] obſeruat *Petauius* Diſſ. VII. 8. ad Vranolog. f) De menſibus anni, quos Aegyptiis

c) Editurus nimirum Eunapium erat Fabricius: at inchoauit tantum opus; non perfecit. v. *Reimarum* de vita et ſcriptis I. A. Fabricii pag. 209. *Harl.*

d) νοήματα defenderat *Kuhnius* ad illum Aeliani locum: at νόμιμα *Schefferus* coniecerat; quod poſtea *Perizonius* ex tribus codicibus repoſuit et vindicauit: idemque ibi Mercurium Aegyptiorum ſecundum intelligit. — Teſte *Montfauconio* in Bibliotheca biblioth. MSS. pag. 11. B. exſtat in Bibliotheca Vaticana, *Diophanti Alexandrini Arithmetica. Hermae Triſmegiſti. Harl.*

e) Alioqui ſacra ex animalibus Hermeti ſunt Ibis auis, et ſcarabaeorum genus μονόκερως. Vide *Horum* lib. I. c. 10. ſed neutrum horum vrinam reddit. Singulare quoque eſt, quod de tauro Aegyptio lunae ſacro legas in ſcholiis Anonymi ad Ptolemaei tetrabiblon p. 2. ἦν δέ τι καὶ ἱερὸν ζῶον ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ταῦρος ἀνακείμενος τῇ Θεῷ ὃ ἡ σέβη συνέζευξεν αὐτῇ καὶ συνεμαστο. Ceterum, quare dies tributa ſit in duodecim partes, rationem ex numeri commoditate reddit Galenus. Confer Hieron. Magii Miſcellanea Lib. I. c. 15.

f) Conf. cl. *Georg. Henr. Martini* Abhandlung von den Sonnenuhren der Alten, (Lipſiae 1777. 8.) pag. 13. ſqq. et, quos ille laudat, *Frider. Sam. de Schmidt* Opuſcula, quibus res antiquae, praecipue Aegyptiacae, explanantur, pag. 36. *Petr. Violae* de vet. nouaque Roman. temporum ratione, lib. I. pag. 182. tom. VIII. Theſ. Antiqq. rom. Graeu. et *Petr. Haguelon.* Calendar. tri-

lingu.

ptis inuentoribus tribuit Clemens [?] I. Strom. p. 306. et de duodecim partibus Zodiaci ab Hermete repertis tradit idem Kircherus T. 2. Oedipi part. II. p. 152. 160. 165. T. 3. p. 172. 198. 206. 217. ſeq. 248. 263. [*Bailly* Geſchichte der alten Sternkunde. vol. II. ſect. IV. et V. inprimis pag. 200.]

Aſtronomia et Aſtrologia. IX. *Aſtronomia* et *Aſtrologia.* Teſte eodem Platone, et Firmico, ac Diodoro, quibus accedit Manilius Lib. I. 33.

Tu princeps, auctorque ſacri Cyllenie tanti,
Per te iam coelum in terris, iam ſidera nota.

Strabo Lib. XVII. p. 816. de anni periodo et aſtronomicis obſeruationibus locutus, *ἀνατιθέασι δὲ*, inquit, *τῷ Ἑρμῇ πᾶσαν τὴν τοιαύτην σοφίαν.* Vide et Kircherum T. II. Oedipi part. 2. p. 145. ſeq.

Medicina. X. *Medicina*, hanc enim ab Hermete dicitur didiciſſe Aeſculapius, quem pro artis iatricae repertore haberi tritum eſt ac peruulgatum. De *Chemica* arte ab Hermete reperta vide Kircherum T. 2. Oedipi Aegypt. part. 2. p. 392. ſeq.

Muſica. XI. *Muſica*, teſte Diodoro, qui *φωνῶν* harmonias et naturam ab Hermete primum obſeruatas narrat.

Lyra. *Lyra* g) quam ex teſtudine commentus eſt poſt Apollonis cum Marſya diſputationem, teſte Diodoro Siculo Lib. V. p. 342. licet aliter paulo Schol. Homeri Iliad. ώ. 256. Schol. Nicandri Alexipharm. p. 86. b. edit. Aldinae et Schol. Arati v. 269.

lingu. p. 1039. tom. IX. Theſ. antiquitt. graec. Gronou. *Weidler.* hiſtor. Aſtronom. cap. 4. §. 12. pag. 58. ſq. *Τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης* a Babyloniis didiciſſe Graecos, tradit *Herodotus* lib. II. ſegm. 109. extr. pag. 153. ed. Weſſeling. qui not. 90. ad libr. VIII. ſegm. 14. pag. 625. adſeuerat, certum eſſe, neque Platonis Ariſtotelis et aequalium ſaeculo, neque aliquanto poſt tempore, (ergo nedum Herodoti aetate,) has diei partes, quas *horas* vocamus, fuiſſe in vſu. Quare vocabulum *ὥρα*, in antiquorum illorum ſcriptis, illa notione legi non potuit, quod vberius probat locumque Herodoti explicat illuſtratque cl. *Martini* l. m. pag. 11. ſqq. et pag. 19. ſq. De *menſibus anni* vide Strauch. alioſque ſcriptores Chronologiae, et de menſium numero varietateque apud Aegyptios *Plutarch.* in Numa, pag. 25. tum *Nicolai Aueranii*, I. C. et mathematici Flor. diſſ. de menſibus Aegyptiorum, adiectis notis P. Henr. Noris, curante *Ant. Franciſco Gorio*, nunc primum edita. Florent. 1738. 4. In nouem capitibus probatum iuit, ſingulos Aegyptiorum menſes habuiſſe tricenos dies; primum anni menſem fuiſſe Θὼθ, noſtro Nouembri reſpondentem; duodecim menſes complexos eſſe dies CCCLX, hinc quotannis dies quinque fuiſſe intercalatos: contulit menſes Aegyptios et romanos, ſubiecitque aliqua de annis et menſibus Alexandrinis: quae omnia capp. nouem abſoluit, docteque et acute explanauit. Denique conferantur *Iulii Pontederae* Antiquitt. latinarum graecarumque enarrationes atque emendationes, praecipue ad veteris anni rationem attinentes, epiſtolis LXVIII. comprehenſae, Pataui 1740. in primis epiſt. XXX. pag. 283. Diſtinctae annorum menſiumque ſupputationis inuentionem Aegyptiis abnegat *Witſius* in Aegyptiacis libr. II. cap. VII. De horologiis qui ſcripſerunt, recenſentur in *I. A. Fabricii* Bibliographia antiquaria pag. 1011. ſq. ed. 3. Pauli Schaffshauſen. *Harl.*

g) Lyrae ex teſtudine factae figura occurrit paſſim, vt apud Kircherum T. 2. Muſurgiae p. 185. Lyram et citharam promiſcue ſumi apud veteres, notatum *Perizonio* ad Aelian. lib. III. Variar. c. 32. et lib. XIV. c. 23. Ottoni item Sperlingio ad nummum Furiae Sabinae Tranquillinae coniugis Gordiani III. Imp. Ceterum diſtinguendus eſt chordarum numerus a numero tonorum, etſi haec ſaepe

Fuit autem lyra ab Hermete inuenta ſeptem Chordarum, *λύρα ἀρχαιότροπος βάρβιτος ἑπτάχορδος*, ſiue *ἑπτάτονος*. Haec enim, quam Orpheo alii, alii Terpandro tribuunt, ad Hermetem velut primum auctorem pridem refertur, teſte Bryennio p. 362. Nicomacho Lib. II. init. aliiſque etiam Alexandro Aetolo et Eratoſthene apud Chalcidium p. 156. tum Hygino Lib. II. Poetic. Aſtronom. cap. 7. Quibus omnibus antiquior Homerus, ſi modo is auctor, hymno in Mercurium, vbi Chelyn ab eo inuentam prolixe et eleganter deſcribit, ſeptem chordarum diſerte meminit v. 51. confer Horatium Lib. III. Oda II. et Ouidium V. Faſtor. 105. ſeq. Iſidorus II. 21. Orig. *antiquitus autem cithara ſeptem chordis erat, vnde Virgilius* (Aeneid. VI. 646.) *ſeptem diſcrimina vocum.* Neque obſtat, (imo confirmat potius.) quod Diodorus ait, Mercurium lyrae a ſe repertae tres chordas induxiſſe; confer *Giſb. Cuperum* ad *ἀποθέωσιν* Homeri p. 43. ſqq. Cum enim [g] antiquiſſima lyra *duabus*, h) *tribus*, *quatuor* chordis inſtructa eſſet, Hermes tribus additis *ſeptenarium* chordarum numerum impleuit, quemadmodum Pythagoras addita vna chorda [*προσλαμβανομένῃ*] reperit *ὀκτάχορδον*, quod iterum addita *ἑπταχόρδῳ* perfectum denique ſyſtema [diſdiapaſon] chordis *quindecim* conſtans abſoluit. In Chalcidenſium numis Apollo cernitur cum lyra *nouem*, alia *decem* neruorum apud Begerum p. 21. Spicilegii Antiquitatis. Orpheo etiam lyra *ſeptem*, ab aliis *nouem* chordarum tribuitur, vt notaui infra c. XX. num. 2. *Decimam* et *vndecimam* chordam addidit Timotheus Mileſius, teſte Suida. *De decachordo* Ion Tragicus apud Euclidem et Bryennium:

> Ἐν δεκαχόρδῳ τὴν δεκαβάμονα τάξιν ἔχουσαν
> Τὰς συμφωνούσας ἁρμονίας τριόδους
> Πρὶν μὲν σ' ἑπτάτονον ψάλλον διὰ τέσσαρα πάντες
> Ἕλληνες σπανίαν μοῦσαν ἀειράμενοι.

Etiam inſtrumenta *quatuordecim* et *duodeuiginti*, *vndeuiginti*, imo *duodetriginta*, *triginta quinque* et *quadraginta* neruorum, progreſſu temporum a veteribus fuiſſe adhibita, docet *Iſ. Voſſius* de viribus rhythmi p. 92. ſeq. Quod vero Diodorus addit, Hermetem, cum tres chordas lyrae ſuperinduceret, totidem anni ὥρας eſſe imitatum, tenendum eſt, vetuſtiſſimas gentes annum in tres, non in quatuor partes diuiſiſſe, i) vt patet ex eodem *Diodoro* lib. I. c. 12. vbi ait, aetem vocari *Tritogeneian*, quod ter in anno naturam mutet, vere, aeſtate, hyeme. Confer *Kircherum* T. 2. Oedipi parte II. p. 172. et *Hieron. Aleandrum* in expoſitione tabulae Heliacae p. 58. qui *tres Horas* ideo a veteribus dictas eſſe obſeruat. Orpheus ad Iouem pro aeſtate ponit autumnum his verſibus: [in ed. Geſn. fragm. 3. p. 363.]

Σὸν

ſaepe confunduntur. Enimuero vna Chorda in quibuſdam ſaltem citharis ad hoc comparatis diuerſimode tacta plures potuit dare tonos. Sic Terpandro λύραν τρίχορδον tribuit Plutarchus de Muſica p. 1137. cum ἑπτάτονον ipſe ſibi vindicet in verſibus, quos laudant Strabo et alii, et ἑπτάφθογγον vocet ipſe Plutarchus p. 1141.

h) Δίχορδα et τρίχορδα figuram vide apud *Marium Merſennum* de Inſtrumentis Harmonicis p. 38. 61. τετράχορδα p. 46. et apud *Laur. Begerum* Theſauri Brandenb. T. 1. p. 471.

i) Idem fere de Abyſſinis notat *Iacobus Ludolfus* Hiſt. Aethiop. lib. I. c. 5. de Germanis *Tacitus* c. 26. Vide et Aeſchylum in Prometheo vincto p. 31. edit. H. Steph. At Cenſorinus c. 19. auctor eſt, ab Horo inſtitutum eſſe annum trimeſtrem, eoque ver, aeſtatem, autumnum, hyemem ὥρας, et annum ὧρον dici, et Graecos Annales ὥρους, eorumque Scriptores ὡρογράφους. De Hippocratis diuiſione anni in ſeptem partes ſiue ὥρας vide Hieron. Mercurialem II. 3. Var. Lect.

Σὸν μὲν ἔαρ λάμπει νέον ἄνθεσι πορφυρέοισι.
Σὸς χειμὼν ψυχροῖσιν ἐπερχόμενος νεφέλαισιν,
Ἃς [Σὰς Geſn.] *ποτὲ βακχεύτας βρόμιος δίεναμεν ὀπώρας.*

Satis vero ex iam dictis conſtat, falli eos, ex quorum ſententia apud *Boethium* lib. I. de Muſica c. 20. *quadrichordi ad imitationem Muſicae mundanae, quae ex quatuor conſtat elementis, Mercurius dicitur inuentor.* Neque adeo fidem merentur omnia, quae de reliquis deinceps chordis habet idem Boethius, etſi quae de nona, decima et vndecima tradit, bona fide repetiit e *Nicomacho* L. II. Harm. p. 35. [?] vbi ad octauum decimum chordarum numerum peruentum eſſe notat. *Quintam* [k] *vero chordam poſt Choroebus Atys filius adiunxit, qui fuit Lydorum Rex. Hyagnis vero Phryx ſextum his appoſuit neruum. Sed ſeptimus neruus a Terpandro Lesbio adiunctus eſt, ſecundum ſeptem ſcilicet planetarum ſimilitudinem — — His octauum Samius* (Pythagoras) *adiunxit — Theophraſtus autem Pieriotes ad grauiorem partem vnam addidit chordam, vt faceret totum Enneachordum, Heſtiaeus Colophonius decimam in grauiorem partem coaptauit chordam, Timotheus vero Mileſius vndecimam.* Minus etiam fidei tribuerim auctori fragmenti, Cenſorino ſubiecti, qui c. 12. ait lyram ab Apolline repertam habuiſſe tres intentiones, grauem, mediam, et acutam, quartam additam a Chryſothemide, a Terpandro quintam, ſextam denique et ſeptimam a Timotheo. Lyrae τριχόρδȣ, τετραχόρδȣ et ἑπταχόρδȣ imaginem videbis, vbi lubebit, apud *Perizonium* ad Aelian. p. 259. [lib. III. cap. 32. pag. 287. ſq. ed. Abrahami Gronou.] et in eruditiſſimi *Ez. Spanhemii* notis ad Callimachum [H. in Delum v. 253. pag. 532. ſq. ed. Erneſti.] *Pentachordi* apud *Laur. Begerum* T. 1. Theſauri Brandenb. p. 265. *Decachordi* etiam et *Heptachordi*, duplici [illegible] inſtructi, apud *Is. Vossium* de poematum cantu et viribus rhythmi pag. 97. *Pentachordi* apud *Merſennum* de inſtrumentis Harmonicis p. 7. et 10.

Talorum et alearum ludus. XII. *Talorum et alearum ludus* (πεττεία τε καὶ κυβεία) teſte Platone in Philebo et Phaedro. De hiſce ludis Coelius Calcagninus ſingulari libello, Delrio ad Senecae Herculem furentem p. 242. ſqq. [ill. *Wernsdorf* Exc. XI. ad Poetas lat. minores tom. IV. p. 404.] Salmaſius ad Vopiſcum [vit. Proculi, pag. 736-761.] Meurſius in Graecia ludibunda, Souterius in Palamede, et Thomas Hyde in libris duobus de ludis Orientalium. [aliique bene multi, quos laudant Pitiſcus in Lexico Antiqq. vocc. *alea* et *talus*, atque Fabric. in Bibliograph. antiquar. p. 980. ſq. *Harl.*]

Palaeſtra. Hermae. XIII. *Palaeſtra* aliaque exercitia ad εὐρυθμίαν, robur et decus corporis facientia, teſte iterum Diodoro, Horatio, Tzetza Chil. XI. hiſt. 389. et antiquo ſcholiaſte Homeri ad Odyſſ. π'. 471. et ψ'. 198. qui propterea *Hermas* ſiue ſtatuas lapideas Mercuriales quadratas fieri ſolitas memorat, quod Mercurius, dum inter homines ageret, haec quatuor praeclara reperiſſet, *Literas, Muſicam,* [l] *palaeſtram et Geometriam.* Aliam cau-

k) Apud Begerum p. 93. Spicilegii ſtatua Apollinis cum lyra quinque chordis inſtructa. Pollux lib. IV. c. 9. Pentachordum ait eſſe inuentum Scytharum.

l) Apud Graecos Theſeus a Minerua edoctus παλαιστικῆς inuentor celebratur. Vide Meurſium in Theſeo c. 7. T. 10. Antiquitat. Graecar. p. 103. *Fabric.* Enimuero ſi qua in re Hermes Aegyptiacus

cauſam reddit Suidas, quod nempe Mercurius eſſet λόγȣ καὶ ἀληθείας ἔφορος. Videant itaque qui mendaciorum, fraudum furtorumque architectum faciunt. Ceterum de *Hermis* illis ſiue ſtatuis ἀγλύφοις e lapide vel ligno factum Hermetis a fronte retroque referentibus, ſed deſinentibus in epiſtylium quadrangulare, quas in viis, in veſtibulis aedium, in gymnaſiis vetere collocabant, vide ſis Plutarchum in extremo libri an ſenibus gerenda Reſp. p. 797. Apoſtolium IX. 11. prouerb. Schol. Luciani T. 2. p. 14. et 50. ſeq. Langbaenium ad Longinum p. 30. edit. Tollii, Hieron. Aleandrum in tabulae Heliacae [?] explicatione, Menagium p. 223. ad Demetrium Phalereum Laertii, Kircherum T. I. Oedipi Aegypt. p. 388-390. ſqq. T. 3. p. 511. Iohannem Nicolai libello ſingulari de hoc argumento Lipſiae 1687. 12. edito, et quem primo nominare loco debebam Nicolaum Bergierium libro quarto de publicis et militaribus Imperii Romani viis cap. 43. et elegantiſſimi Henninii notas ad Bergierium. Mercurius etiam dictus *Vius* in veteri Epigrammate, a viis nempe, vt ad Manilium notat praeſtantiſſimus Huetius.

Oleae et auri vſus. XIV. *Oleae vſus*, teſte Diodoro, et *auri*, Chron. Paſchale p. 44. ſeq.

Tollenonis vſus. XV. *Tollenonen* ſiue inſtrumentum ingentibus ponderibus in altum tollendis idoneum ab Hermete inuentum memorat Hero Byzantinus in Mechanicis. Idem Inſtrumentum in veteri obeliſco Aegyptiaco obſeruare ſibi videtur Kircherus T. 3. Oedipi p. 173.

Mercatura et furtum. XVI. *Mercatura* quoque et *furtum* m) inter Mercurii artes vulgo refertur, vt a Diodoro Siculo lib. V. p. 341. a Tzetza Chil. XI. hiſt. 389. et aliis. Confer ſi placet Scholiaſten Homeri ad Iliad. ἐ. 385. et ό. 256.

Textoria. XVII. *Textoria* et *lanificium.* Tertull. c. 3. de pallio n).

[illegible] cum Mercurio Graecorum confuſus eſt: in huius ſiue inuenti honore id factum eſſe credo, [illegible] in Aegypto haud vſitata, nec forte vmquam cognita. De Hermis iam ſupra ad cap. XI. §. 1. fin. quaedam notaui. *Harl.*

m) *Bailly* l. mem. p. 203. part. II. fabulam furti ad inuenta Hermetis aſtronomica refert: quo iure, quaue iniuria, alii videant. *Harl.*

n) *Diuinationum* libros II. gallice, male tribuit Orland. p. 42?. Hermeti, quorum auctor eſſet *Merlinus*. v. Maittaire Ann. typogr. IV. part. I. pag. 415. *Harl.*

CAPVT

CAPVT XIII

I. Heſiodus vtrum Homerum aetate praeceſſerit, diſquiſitum. II. *Horus ſiue Orus. Scripta Horo, Oſiridi et Iſidi tributa.* III. *Hori Apollinis Hieroglyphica. Philippus interpres Graecus.* IV. *Auctor non videtur eſſe Horapollo Grammaticus, qui ſub Theodoſio vixit.* V. *Nomen Horapollinis compoſitum e duobus nominibus Deorum, quod frequens apud Aegyptios fuiſſe oſtenditur variis exemplis. Horapulus nomen nihili.* VI. *Hieroglyphicorum Horapollinis editiones.* VII. *Varii recentiores ſcriptores Hieroglyphicam veterum Aegyptiorum literaturam illuſtrantes.* VIII. *Plures Hori. Liber de polyſemis dictionibus ſub Hori nomine.*

[Cum ſupplementis G. C. Harles.]

Heſiodus num Homero ſit antiquior. I. HESIODVS a multis iam olim antiquior habitus fuit Homero: ita enim ſenſerunt L. Accius, Poeta latinus, et Ephorus, graecus hiſtoriae ſcriptor, apud *Gellium* lib. III. cap. 11. Idem confirmat marmor Arundelianum, quod triginta minimum annis Heſiodum Homero antiquiorem facit, et Nicocles Grammaticus,[a] qui ait, primum omnium Heſiodum etiam ante Homerum ῥαψῳδῆσαι. Confer *Iul. Caeſ. Scaligerum* l. 5. p. 101. Poetices, cui [?] Heſiodus et ipſi Homerum aetate praeceſſiſſe videtur, p. 24. *Sextus Empiricus* lib. I. contra Mathematicos p. 41. οὐχ ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖται ποιητὴς ἀρχαιότατος εἶναι Ὅμηρος. Ἔνιοι γὰρ Ἡσίοδον προήκειν τοῖς χρόνοις λέγουσι, Λίνον τε καὶ Ὀρφέα καὶ ἄλλους παμπληθεῖς. *Iohannes Tzetza* prolegomenis ad Heſiodum: Συνηκμηκέναι δ' αὐτὸν οἱ μὲν Ὁμήρῳ φασὶν, οἱ δὲ καὶ Ὁμήρου προγενέστερον εἶναι διισχυρίζονται. Καὶ οἱ μὲν προγενέστερον εἶναι τοῦτον Ὁμήρου διισχυριζόμενοι ἐν ἀρχαῖς εἶναι φασὶ τῆς Ἀρχίππου ἀρχῆς. Ὅμηρον δὲ ἐν τῷ τέλει. Ὁ δ' Ἄρχιππος ἔτος ἕως ἦν Ἀκάστου ἄρξας Ἀθηναίων ἐτήλε. Confer Chiliad. XII. v. 165. Eiuſdem Grammaticorum litis, quam duplici dialogo περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας Heraclidem Ponticum diſceptaiſſe Laertius auctor eſt, meminit *Pauſanias* in Boeoticis p. 768. et *Seneca* Epiſt. 88. qui non magis hoc putat ad rem pertinere, quam ſi ſcias, minorne Hecuba fuerit, quam Helena. *Proclus* in vita Homeri ab Allatio edita refert, ex quorundam opinione Homerum fuiſſe Heſiodi ἀνεψιὸν ſiue *fratris filium*, quam ſententiam velut imperitam eodem in loco explodit. Τοσοῦτον γὰρ, inquit, ἀπέχουσι τῷ γένει προσήκειν, ὅσον ἡ ποίησις διέστηκεν αὐτῶν. Scriptor certaminis Homeri et Heſiodi: Τινὲς μὲν Ὅμηρον νεώτερον Ἡσιόδου φασὶν εἶναι καὶ συγγενῆ. Γενεαλογοῦσι τε οὕτως: Ἀπόλλωνος φασὶ καὶ Θοώσης τῆς Ποσειδῶνος γενέσθαι Λίνον, Λίνου δὲ Πίερον, Πιέρου δὲ καὶ Νύμφης Μεθώνης Οἴαγρον, Οἰάγρου δὲ καὶ Καλλιόπης Ὀρφέα, Ὀρφέως δὲ Ὄρτην, τοῦ δὲ Ἁρμονίδην, τοῦ δὲ Φιλοτέρπην, τοῦ δὲ Εὔφημον, τοῦ δὲ Ἐπιφραάδην, τοῦ δὲ Μελάνωπον, τούτου δὲ Δῖον καὶ Ἀπέλλαιον, Δίου δὲ καὶ Πυκιμήδης τῆς Ἀπόλλωνος θυγατρὸς Ἡσίοδον καὶ Πέρσην, Πέρσου δὲ Μαίονα, Μαίονος δὲ θυγατρὸς καὶ Μέλητος τοῦ ποταμοῦ Ὅμηρον. *Iuſtus Lipſius* in notis ad Lib. I. *Velleii*,[b] affir-

a) Schol. Pindari Nemeonic. Od. 2. *Fabric.* In compendio graece ſcripto vitae Homericae edito ab *Iriarte* in MSS. gr. biblioth. regiae Matritens. pag. 233. *Heraclides* Homerum Heſiodo ſeniorem ait: *Hyrander* autem et *Hypſicrates* illi aequalem. *Harl.*

b) Verba *Velleii* libr. I. cap. 7. ponamus: „Huius temporis aequalis *Heſiodus* fuit circa CXX. annos diſtinctus ab *Homeri* aetate, vir perelegantis ingenii et molliſſima dulcedine carminum memorabilis, ocii quietis cupidiſſimus, vt tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus. Qui

affirmat *maiorem ſimplicitatem et rudiorem antiquitatem in Heſiodo comparere quam in Homero.* Contra Salmaſius ad Solinum p. 867. Lipſii iudicium (nomine eius praeterito) refellens contendit longe ſuauiorem Heſiodum, et comtiorem, eoque minus antiquitatis redolentem cenſeri debere, quod Dionyſio Halicarnaſſenſi c) iudice *καὶ ἐφρόντισεν ἡδονῆς, καὶ ὀνομάτων λειότητος καὶ συνθέσεως ἐμμελοῦς.* Quam Salmaſii ſententiam amplexus *Ludolphus Neocorus* (h. e. *Kuſter*) in hiſtoria Critica Homeri, *Si ex ſcriptis*, inquit, *vtriuſque Poetae iudicium ferendum eſt, Homerus ſane ob maiorem* d) *ſimplicitatem vetuſtiorem antiquitatem redolet. Comtior enim Heſiodus et rotundior etc.* Sed quod pace doctiſſimorum virorum dictum eſto, magna in vtroque ſimplicitas, et nec minor elegantia natiua in vtriuſque poematis comparet: vt aetatem diuerſam ex adeo diuerſi argumenti ſcriptis tam parum diuerſis coniicere, fortaſſis ſit operam perdere. Praecipue cum omnes fere, qui Heſiodum Homero antiquiorem negant, eum tamen putent vel aliquo eodem tempore cum Homero vixiſſe, vel non ita multis annis poſt, quae exigua temporis diuerſitas non adeo diuerſum ſtatim ſcribendi characterem induxerit e). Ceterum cum maior omnino nobis eſſe videatur aucto-

Qui vitauit, ne in id, quod Homerus incideret: patriamque et parentes teſtatus eſt; ſed patriam, quia multatus ab ea erat, contumelioſiſſime;" ad quem locum vide interpretes in exemplis *Burmanni* et *Ruhnkenii:* quorum poſterior ex Procli prolegomenis ineditis in Heſiodum haec verba adſcripſit: Ἡσίοδος σὺν τῷ ἀδελφῷ Πέρσῃ παῖς ἐγεγόνει Δίου καὶ Πυκιμήδης, Κυμαίων Αἰολέων, πενήτων ἀνθρώπων, οἵ διὰ τὸ ἄπορον καὶ τὰ χρέα τὴν ἑαυτῶν πατρίδα Κύμην ἀφέντες, μετανάστευσαν ἐπὶ τὴν Ἄσκρην. *Harl.*

c) T. 2. Opp. p. 69. edit. Wechel.

d) Aliud viſum viro docto, qui in Ephemeridibus Pariſienſibus Anni 1702. p. 314. *Si la ſimplicité du ſtile eſtoit une marque d'antiquité, il n'y a perſonne qui pût douter que Heſiode ne fût plus ancien que Homere.*

e) Fabricii iudicio ſubſcribit *Thom. Robinſon* in diſſ. de Heſiodo pag. XC. ſqq. ed. Heſiodi a cl. Loeſnero Lipſiae 1778. curatae, meritoque animaduertit, illos, qui ex diuerſo ſtili charactere augurium ſumant, haud ſecum reputare, quantum a ſubiecti diuerſitate ſcribendi ratio variari debeat. Idem alia argumenta, quibus a viris doctis aetas antiquior Homero arrogatur, ſub examen vocat, et demum concludit, Heſiodum vixiſſe cum Homero. Ἰσοχρόνους illos quoque fuiſſe putant Dio Chryſoſtomus in ſecunda oratione de Regno et Tzetzes in Prolegom. ad Lycophron. Fluctuat animus *A. Gellii:* qui quidem quum libr. III. cap. 11. non eſſe dubium, ſcripſiſſet, quin aliquo tempore eodem vixerint, Homerus atque Heſiodus; libr. tamen XVII. 21. init. (vbi vide interpretes in exemplo Gronouiano,) „quoniam, ait, de Homero et Heſiodo inter omnes fere ſcriptores conſtitit, aetatem eos egiſſe *vel iiſdem fere temporibus, vel Homerum aliquanto antiquiorem;* vtrumque tamen ante Romam conditam vixiſſe, Siluiis Albae regnantibus, annis poſt bellum Troianum, vt Caſſius in primo Annalium de Homero atque Heſiodo ſcriptum reliquit, plus centum atque ſexaginta; ante Romam conditam, vt Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum et ſexaginta." Atque vel aliquanto iuniorem fuiſſe Heſiodum, equidem in Introductione in hiſtoriam ling. graecae pag. 45. iam ſuſpicatus ſum. conf. *Euſebii* Chronicon Hieronymo interprete ad a. Abrahae DCCCCX. et ante MXX. ibique Dominicum Vallarſ. pag. 314. et 338. ed. Hieronymi Opp. alter. Venet. 1769. 4. Atque poſteriorem Homero Heſiodum faciunt plerique. Sic Porphyrius in Chronico Euſebio Hieronymiano ed. mem. pag. 379. ed. Pontac. pag. 94. aequalem facit illum Carano primo Macedonum regi poſt an. Abrahae MCC. de quo loco confer *Henr. Leonhardi Schurzfleiſchii* Notitiam bibliothecae Vinar. Ienae 1715. 4. pag. 219. ſq. et pag. 211. — *Dorville* in Siculis pag. 245. ſq. „ſtatuere, inquit, poſſumus, montem Aetnam arſiſſe iam circa ſaeculum XXV. et XXVI. quieuiſſe vero ſaeculis XXVII. et XXVIII. nam bellum Troianum initio ſaeculi XXIX. a pleriſque adſignatur. immo crediderim, inducias egiſſe haec montis huius incendia ad aetatem Homeri, et eructationum memoriam plane fuiſſe obl-

auctoritas illorum, qui Homerum *primum doctrinarum et antiquitatis parentem* cum Plinio lib. XXV. cap. 2. faciunt, reliqua, quae de Heſiodi aetate et ſcriptis afferre animus eſt, non hoc loco, ſed congruentiore infra, libro ſecundo, poſt Homerum trademus.

Horus. II. HORVS ſiue ORVS Samius a Tatiano numeratur inter ſcriptores, quos Homerum anteceſſiſſe affirmat. Equidem apud Aegyptios celeberrimum fuit nomen *Hori*, et qui Aegyptium fuiſſe Homerum contendunt, nutricem quoque ipſi aſſignant Hori filiam. Sic Alexander Paphius apud Euſtath. ad Odyſſ. μ´. p. 397. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Πάφιος ἱστορεῖ, τὸν Ὅμηρον υἱὸν Αἰγυπτίων Δμασαγόρου καὶ Αἴθρας, τροφὸν δὲ αὐτοῦ προφῆτίν τινα θυγατέρα Ὥρου ἱερέως Ἴσιδος, ἧς ἐκ τῶν μαστῶν μέλι ῥεῦσαί ποτε εἰς τὸ στόμα τοῦ παιδός. *Or* ſiue *Orus* nomen Aegyptium, notante *Pauſania* in Corinthiacis p. 181. confer Ioſ. Scaligerum ad Euſebii Chron. p. 33. edit. ſecundae. Affine Hebraeo אור quod lucem denotat f). *Horus* enim cognomen Apollinis, et pro g) Sole ponitur, [v. *Macrob.* Sat. I. c. 21.] vt oſtendit *Giſb. Cuperus* in Harpocrate p. 4. ſq. adde p. 156. vide Hora-

obliteratam eius aeuo. Nam qui fieri poteſt, quum Siculos agnoſcat (Odyſſ. I. 383.) cum tot mira de Scylla, de Charybdi, de Cyclopibus narret ille naturae omnis pictor feliciſſimus et fidiſſimus enarrator, vt non meminerit Aetnae ardentis phaenomeni tam miri? — — *et iure credo, Eratoſthenem apud Strabonem lib. I. pag. 42. cenſuiſſe, Heſiodum vel inde Homero iuniorem, quia Aetnae meminerit. Quin etiam omnes inſulas Aeolias eius ſaeculo non flagraſſe, ex eiuſdem poetae ſilentio coniectandum eſt: qui enim aliter incendiorum non meminiſſet. etc.* De Veſuuio ante Homeri tempora flagrante v. *Teſta* in Lettera ſopra l'antico vulcano delle paludi Pontine. Romae 1784. 8. — Denique cl. *Frid. Aug. Wolf* in notis ad Heſiodi Theog. v. 869. pag. 130. (Halae Saxon. 1783. 8.) aetatem Homeri atque Heſiodi illo poſterioris, ex eo definiri poſſe putat, quod praeter ventos, quos vocant cardinales, etiam alios nouerit Heſiodus, quum in Homero contra non niſi illorum mentio fiat. Quod vero addit vir doct. ſe cauſſam videre omnino nullam, cur Heſiodus hos potiſſimum, Notum, Boream et Zephyrum, bonos et vtiles habeat, ceteros autem ventos vt nociuos ac procelloſos deſcribat; cauſſa quaedam adferri et ex diuerſo ſibique oppoſito vtriuſque patriae ſediſue ſitu intelligi poteſt. Illi venti, quos Heſiodus bonos habet, ab Homero procelloſi deſcribuntur, quia incolis Ioniae, aduerſum Theſſaliam, ventorum patriam, ſitae, atque Homeri patriae, tempeſtatem, procellaſque adtulerunt: contra incolis Boeotiae, ab altera Ioniaeque oppoſita parte, infra Theſſaliam, ſitae, vi fracta, viam quaſi flectentes ac declinantes, ſedatius placidiuſque ſpirarunt, nec eas turbas, procellas tempeſtatemque excitarunt. Pariter venti, qui ex Ionia, aliaque plaga oppoſita flarunt, Heſiodo, Boeotiae ciui, turbulentiores et nociui videbantur: ſecus contra Homero, in Ionia canenti. De vtriuſque tamen aetate infra locus diſſerendi erit commodior. Interea conſules Miſcellan. obſeruatt. in auctores veteres et recentiores, Amſtelod. vol. III. pag. 355. ſqq. *Harl.*

f) Ab Aegyptiaco voc. ϩⲟⲣ, *dominus*, deriuat *Salmaſ.* de annis climacter. pag. 595. alii aliter. *Harl.*

g) Etiam mundi Hieroglyphicum *Horum* fuiſſe Aegyptiis, contendit *Kircherus*, quem vide T. 1. Oedipi p. 152. et 214. ſeq. T. 3. p. 262. T. 2. part. 2. p. 24. 101. Cum Setho Adami filio confert. T. 1. p. 179. *Fabric.* Cum Moſe confert *Huetius* in Demonſtr. euangel. Propoſ. IV. cap. 4. §. 6. *Annos* ἀρχαϊκοὺς ὥρους dictos fuiſſe, Antipater apud *Plutarch.* Sympoſ. lib. V. quaeſt. IV. vol. VIII. pag 697. ed. Reisk. ait. Idem *Plutarch.* de Iſide et Oſiride, pag. 403. vol. VII. narrat, ab Aegyptiis ſeniorem Orum, a Graecis Apollinem eſſe nuncupatum: pag. 444. ſqq explicat phyſicam Ori rationem. *Herodot.* II. cap. 144. quoque tradit, *Horum* a Graecis *Apollinem* eſſe nominatum. adde *Diodor. Sic.* I. cap. 25. ibique Weſſeling. *Iablonskii* Pantheon. aegyptiac. Prolegom. pag. 75. *Harl.*

Horapollinem, de quo mox. Lib. I. c. 17. Inde Orion, Origenes et ſimilia. Etiam *Horas* ab Horo, id eſt Sole, nomen accepiſſe tradit Beda de ratione temporum, et ante Bedam Macrobius Lib. I. Saturnal. c. 21. h). Orus Aegyptiorum Rex, Telegoni pater, memoratur Manethoni apud Ioſephum, Herodoto, Diodoro, Euſebio et aliis, dicturque annum trimeſtrem inſtituiſſe, apud Cenſorinum cap. 19. i) Aegyptiorum Theologiam de Oſiride, Iſide et Oro ſingulari libro exponit Plutarchus, qui p. 410. edit. Ald. praeter [illegible] laudat et alium inſcriptum [illegible]. Ex libris Ori et matris eius Iſidis in adytis ſubterraneis *Αἰγύπτια παιδεία* docebatur, vt notat poſt alios *Gilb. Gaulminus* ad vitam Moſis p. 238. ſq. Celebrantur et a quibuſdam Ori *χρηστικά*. [v. *Bocharti* Geogr. ſacr. part. I. lib. 4. c. 1. p. 234.] Ori omnioergica laudat Dio Chryſoſtomus in oratione de Ilio non capto [T. I p. 158. ed. Reisk.]: nam pro *ἐν γάρ τοι τοῖς [illegible] γεγραμμένοις [illegible]* legendum *ἐν γὰρ τοῖς Ὥρου*, vt [P] praeter Scaligerum ad Euſeb. et Epiſtola centeſima, vidit in ſua Dionis editione Iſaacus Caſaubonus. *Hori* Aſſyriorum Regis inuentum dicitur [illegible] medicamentum, laudat Plinius Lib. XXX. cap. 15. ſect. 51. k).

Hori Apollinis Hieroglyphica. III. Extant et ſub Hori Apollinis l) nomine duo libelli de Hieroglyphicis Aegyptiorum, quos hoc titulo primus Graece edidit Aldus Anno 1505. fol. cum Phornuto, Palaephato, Heraclidis, Pontici allegoriis Homericis, prouerbiis Tarrhaei et Didymi, fabulisque Aeſopi, Gabriae et aliorum: Ὥρου Ἀπόλλωνος Νειλώου

h) *Horas* Iouis filias fuiſſe, ait Apollodor. Biblioth. I. cap. 3. ſegm. 1. *Horae* ſunt ſolis comites atque miniſtrae apud *Statium* Theb. III. 410. Apud *Pauſan.* V. 11. p. 402. in throno Iouis Olymp. et lib. 1. cap. 40. in templo Megar. *Horae* ſupra caput Iouis fuerunt fictae. *Harl.*

i) vbi v. Lindenbr. De anno illo trimeſtri v. *Freret* Defenſe de la Chronologie, pag. 412. *Bailly* Geſchichte der alten Sternkunde, vol. II. pag. 201. ſqq. verſ. german. *Harl.*

k) Huic *Horo Harduin.* in indice nominum propr. ad Plinii Hiſt. nat. neſcio, quo duce, et qua fide, at perperam, credo, tribuit, quod ille *Plinius* libr. XXXVII. cap. 9. ſect. 52. narrat: „Eſt et alia iris — — quam *Horus* crematam fuſamque ad ichneumonum morſus remedio eſſe, naſci autem in Perſide tradit.“ Is liber, ſi ab *Horo* quodam ſcriptus eſt, nec nomen Hori Aegyptiaci mentitus atque adeo ſuppoſititius, videtur potius pertinere ad *Horum* quemdam, quem *Fabricius* in B. Gr. vol. XIII. libr. VI. pag. 248. in Elencho medicorum memorat. adde tenuem M. *Eberhardi Rudolphi Roth*, diſſ. de Oſiride, Iſide, *Horo* ac Typhone, diis olim Aegyptiis. Ienae 1671. *Harl.*

l) Diuiſa ſcribendi ratio Ὧρος Ἀπόλλωνος diſplicet cum *Nicolao Cauſſino* in Obſeruationibus in Horapollinem, tum in primis *Cornelio de Pauw*, qui Ὡραπόλλωνος et ex linguae analogia exemplisque vbiuis obuiis, et ex cod. MS. Auguſtano, e Suida, Photio atque Euſtathio efferendum eſſe iudicat in ſuaque repoſuit editione. At vero qui libelli ſub Horapollinis nomine circumferuntur, ii neque ad Horum Iſidis filium referendi, neque ex lingua Aegyptiaca in graecam conuerſi videntur. Argumentum enim Cornelii de Paw, Philippum, neſcio quem? cuius nomen editioni Aldinae debemus, multa de ſuo ingenio adtexuiſſe, minus firmum eſt ad litem dirimendam: quamquam eius ſuſpicio, Horapollinem, librum quemdam etiam in lingua aegyptiaca conficere potuiſſe, vtvt Suidas illum ſibi ignotum, linguae illius imperitus, non memorarit, non adeo abhorret ab omnis probabilitatis ſpecie. Attamen, quiſquis auctor fuerit, opuſculum videtur neque ex lingua aegyptiaca conuerſum, et ab homine quodam, ſeneſcente et lingua graeca et philoſophia, conſcriptum. Primum multa reperiuntur in illo, quae a veteri diſciplina aegyptiaca ſunt aliena. Antiquiſſimi enim Aegyptii ignorarunt Martem, graecam Venerem, (libr. I. 8.) Iunonem, (I. 12.) opificem et conſeruatorem mundi, corpore deſtitutum. (I. 61. 64.) Quae libr. I. c. 17. de leone ſcribit, ea aduerſantur ab Ariſtotele dictis in phyſiognom. c. 5. De Veſpa et Crocodilo I. II.

λεια ἱερογλυφικὰ ἃ ἐξήνεγκε μὲν αὐτὸς Αἰγυπτίᾳ φωνῇ, μετέφρασε δὲ Φίλιππος εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶσσαν. Et iterum: Ὥρου Ἀπόλλωνος Νειλώου τῆς τῶν παρ' Αἰγυπτίοις ἱερογλυφικῶν γραμμάτων ἑρμηνείας βιβλίον δεύτερον m). Quis fuerit ille *Philippus*, qui Horum ex Aegyptiaco graece tranſtulerit, vel, vt ait Pierius Valerianus lib. XVII. Hieroglyph. cap. 4. fragmenta quaedam ex hieroglyphico literarum Aegyptiacarum interprete, cui *Horapollinem* nomen faciunt, ſatis curioſe collegerit, et graeco ſermone ſcripta poſteritati commendauerit, non ſatis conſtat. Haud valde antiquum eſſe coniicias ex eo, quod Graecobarbaris quandoque vocibus vtitur, vt Lib. II. cap. 94. ait, grues excubias agere κατ' ὄρδινα per vices, quod ἐναλλὰξ dixerat Ariſtoteles Lib. IX. hiſt. animal. cap. 4. Non magis autem liquet, quis ſit Horus ille Apollo. Nam Hoeſchelii ſententiae, quam plerique ſequuntur, vix audeo ſubſcribere. Hic quidem non dubitat, cum ipſum eſſe *Horapollinem*, Grammaticum Phenebythitem, quem Suidas ait ſub Theodoſio docuiſſe Alexandriae primum, deinde CPoli, et ſcripſiſſe τεμενικὰ ſeu de delubris et locis conſecratis, tum commentarios in Sophoclem, Alcaeum et Homerum. Sed nullam Hieroglyphicorum mentionem hic facit Suidas, et parum veriſimilis n) videtur coniectura eiuſdem Hoeſchelii, Hieroglyphica,

N 2 quae

l. II. c. 24. non antiqua eſſe videntur. Auctor ſcripſit tempore, quo ſymbola iam fuerunt nimis multiplicata, et ἱεροὶ λόγοι poſt Herodoti et vero Diodori Siculi aetatem auctiores et ex mythologia graeca locupletati deprauatiue, et dii reſque diuinae Aegyptiorum commentis atque ornamentis recentiorum quaſi onerati, et ab antiqua cogitationum inuentorumque remoti ſimplicitate, vide lib. II. init. cap. 3. et pluribus locis: ea omnia a Philippo iſto adtexta fuiſſe, opinatur Corn. de Paw: at de mera incertaque coniectura. Auctor potius non praecepit de ſcriptura hieroglyphica, illius iam tempore obſoleta nec explicatu facili: ſed, quae ſuo tempore fuerint nota ſymbola et ſymbolica deorum rerumque ſacrarum attributa, aut amuletis inſcripta, ea illuſtrare adniſus eſt: venatur originationes graecas, ab omni diſciplinae linguaeque aegyptiacae ratione quam maxime abhorrentes: ſic Ὧρον deriuat ἀπὸ τοῦ τῶν ὡρῶν κρατεῖν, lib. I. c. 17. (conf. Paw p. 310.) et ſic alibi. Facili quidem, maximam partem perſpicua ſimplicique, quae prodere videatur antiquitatem, dicendi ratione vtitur. At enim res ipſa eiuſque expoſitio non admittit ornatum; tum antiqua illa ſimplicitate liberali venuſtaque caret libellus. Contra lingua ipſa redolet vltimam graecae linguae aetatem: atque *Cauſſinus* pag. 238. ed. Paw. „Is, ait, Hori Niliaci interpres poſterioribus fuiſſe temporibus, quibus iam ſe mundiſſimis Graecorum elegantiis barbaries illeuerat, facile comprobatur ex ſtilo: nam ὄρδινον pro *ordine*, πάτρωνα pro *patrono* vſurpat, et ſimilia, quae non niſi apud recentiores Graecos inuenias.“ Idem de vſu voc. κρανία. I. c. 11. pag. 447. voc. τρίπα pag. 251. (Paw tamen pag. 303. valde repugnante,) et aliarum formarum obſeruat *Cauſſinus* cum reliquis interpretibus. Plures ſoloecifmos, voces inferioris graecitatis, aut poeticas aut obſoletas, aliaque clara recentioris foetus operiſque ſuppoſitii indicia collegit expoſuitque *Meiners* V. C. in Verſuch über die Religionsgeſchichte der ältesten Völker, beſonders der Aegyptier, cap. X. pag. 164. ſqq. adde *Brucker* hiſtoriam criticam philoſ. tom. I. part. I. lib. II. cap. 7. §. 9. pag. 271. ſq. cui etiam probabile viſum eſt, libellum ex recentiorum Aegyptiorum libris excerptum, parum fidei mereri, eiuſdem Brucker. append. ſ. vol. VI. p. 121. ſq. *Iablonski* Panth. aegypt. P. I. lib. II. p. 221. *Harl.*

m) Quam ineptis fabulis hiſtoria naturalis Aegyptiorum fuerit infecta, adſatim docent duo libelli Horapollinis, inquit *Conringius* lib. I. de medic. Herm. cap. 12. pag. 128. *Heum.*

n) Ambiguus haeret *Voſſius* lib. I. Ariſtarchi cap. 41. *Fabr.* Damnat quoque Hoeſchelii ſententiam *Corn. de Paw* in praefatione ad ſuam Horapollinis editionem: putat, eumdem Horapollinem, de quo Suidas ſub voc. Ὡραπόλλων quaedam tradit, eſſe auctorem Hieroglyphicorum, quae ille aegyptiace ſcripſerit; haec in linguam graecam tranſtuliſſe cenſet, quemdam Philippum, cuius quidem verſio num libera an adſtricta

quae exſtant, ſuſpicantur partem eſſe τεχνικῶν. Praeterea Horus Apollo ſupponitur ſcripſiſſe Aegyptiace, non Graece, vt Grammaticus ille Alexandrinus, cuius meminit etiam Stephanus Byz. in Φενέβηθις, qui Philoſophum appellat, et Photius cod. CCLXXIV. p. 479. qui eius περὶ πατρίων Ἀλεξανδρείας et δράματα memorat.

Auctor eſſe videtur Horus, Iſidis filius.

IV. Malim itaque per Horum illum intelligere *Horum*, Iſidis filium. o) ex cuius ſcriptis antiquiſſimis aegyptiaca lingua exaratis perhibeatur (vere an falſo, non diſputo) Philippus neſcio quis? non tam fidelem verſionem, quam excerpta Graeca, quae habemus, concinnaſſe. Aut vero Apollonidem cognomento *Horapium*, ex cuius libro *Semenuthi* quaedam [p] profert Theophilus Antiochenus lib. II. ad Autolycum f. 85. Non diuerſum porro illum putauerim ab Apollonio Aegyptio, qui memoratur lib. III. f. 127. Reineſio autem, cui liber Semenuthi Chemiae argumenti eſſe viſus eſt Lib. III. Var. lect. p. 380. nolim aſſentiri, cum hiſtorica ſint, quae vtroque loco inde profert Theophilus p).

Nomen compoſitum eſt ex duobus deorum nominibus.

V. *Horus Apollo* ſiue *Horapollo* eſt nomen ex duobus idem ſignificantibus coagmentatum, qualia plura colligens Euſtathius ad Iliad. δ. p. 332. ἐκ συντέκε δὲ τῶν τοιούτων, inquit, οὐδὲ ὁ ὡραπόλλων, οὗ ἡ σύνθεσις ἐκ τοῦ ὥρος καὶ Ἀπόλλων, ἃ καὶ ἄμφω ἐπίθετα εἰσὶ Φοίβου. Nihil porro frequentius eſſe Aegyptiis, (vt aliis populis quoque, de quibus vide ſis Reineſii Epiſt. ad Rupertum p. 655. ſeq. et Ioh. Mollerum in Homonymoſcopia p. 87. ſeq.) quam nomina Deorum ſibi imponere et nomina propria ex binorum nominibus Deorum compingere, obſeruat *Henr. Valeſius* ad Ammian. Lib. XIX. c. 12. qualia ſunt Hermanubis apud Plutarchum de Iſide et Oſiride p. 375. Serapammon et Heraclammon apud Vopiſcum, Sarapammon et Potammon Epiſcopi apud Athanaſ. Epiſt. ad ſolitariam vitam degentes, Pſenoſiris et Pelammon apud eundem, Apologia pro fuga. T. 1. p. 705. Hermammon in hiſtoria Euſebii lib. VII. c. 9. Cronammon, cui librum ſuum inſcripſit Paulus Alexandrinus. Garapammon memoratus Pauſaniae I. Eliac. c. 21 p. 433. Apammon et Hermanubis apud Gregorium in carminibus de vita ſua, Phoebammon Sophiſta, cuius σχόλια περὶ σχημάτων ῥητορικῶν edita leguntur: Phoebammon et Nilammon apud Sozomenum VIII. 19. et in Syneſii atque Iſidori Peluſiotae Epiſtolis, Hermapion q) e cuius libro expoſitionem inſcriptionis Obeliſci Aegyptii in memoriam Regis

ſtricta ſit, quod πρωτότυπον cum tota Aegyptiorum ſuppellectile libraria intercidit, hodie ignotum; id vero manifeſtum eſſe, quaedam, quae ab erudito Aegyptio proficiſci non potuiſſent, a Philippo eſſe adiecta, et ex aliorum ſcriptis collecta. *Harl.*

o) Hunc vltimum deorum, Aegypti dominatorum, fuiſſe, narrant *Herodot.* II. c. 144. et *Diodorus Sic.* I. cap. 25. vide ad vtrumque Weſſeling. Hiſtoriam illius explicat *Schumacher.* in Verſuch die Geheimniſſe in den hieroglyph. Denkbildern aufzuklären. cap. V. pag. 97. ſqq. *Harl.*

p) Hunc Apollonidem, cognomento *Horapium*, hiſtoricum fuiſſe, et ſcripſiſſe περί τε τῆς θρησκείας τῆς Αἰγυπτιακῆς καὶ τῶν βασιλέων αὐτῶν, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ματαιοπονίας, ἐν πολλαῖς ἱστορίαις, καὶ μάλιστα ἐν τῇ βίβλῳ τῇ ἐπιγραφομένῃ Σεμενουθί, prodidit memoriae *Eudocia* in Ἰωνιᾷ pag. 49. adde *Wolf* notas ad Theophilum Antiochenum, p. 92. a Fabricio iam infra vol. XII. pag. 776. laudatas. *Harl.*

q) Hunc *Hermapionem* cum Apione, quem Cymbalum mundi vocauit Tiberius Imp. et cum Hermotele Tertulliani confundit Kircherus in propylaeo Agoniſtico ante Oedipum Aegyptiacum praefixo c. 1. et paſſim alibi, praecipue T. 3. p. 50. vbi expoſitionem Obeliſci ab Ammiano allatam explodit, explodendus et ipſe.

Regis Ramesſis poſiti graece deſcribit *Ammianus Marcellinus* XVII. 4. Quin Serapidis ipſius nomen quaſi ex Oſiride et Apide conflatum obſeruat *Sirmondus* ad Sidonium p. 233. Pro Horo Apolline Horapulum in MSto ſuo codice reperit Iacobus Schegkius, librarii potius vitio, quam ex more recentium Graecorum, qui, vt pro Moſcho dicunt Moſchopulum, pro Xantho Xanthopulum, ſic pro Horo dicerent Horopulum, non Horapulum. [conf. *Paw* obſeru. p. 173. ſq. edit. Horapollinis.] [H]

Codices editiones et verſiones. VI. [Codices MSS. hos reperi notatos. *Auguſtanum* contulit ex eoque ſuppleuit et frequenter emendauit contextum Hoeſchelius. v. *Reiſeri* indic. MSS. biblioth. Auguſtanae pag. 76. et 152. In Biblioth. *Laurent.* plut. LVIII. cod. VIII. chartaceus ſaec. XV. ſcriptus, teſte *Bandini* Catalogo codd. gr. bibl. Laurent. vol. II. col. 445. Plut. LXIX. cod. XXVII. chartaceus, ſaec. XIV. v. *Bandini* l. c. col. 645. — plut. LXXXI. cod. XIV. membran. ibid. vol. III. col. 228. qui tres codd. eiuſdem familiae eſſe videntur. — Plut. LXXXI. cod. XX. membr. nitidiſſimus ſaec. XV. ibid. vol. III. col. 234. coll. *Montfaucon* Biblioth. bibliothecarum MSS. p. 399. E. n. XV. et B. nr. XX. — In biblioth. regia *Pariſ.* cod. chart. MMDCCCXXXII. in Catalogo etc. p. 558. et p. 587. cod. chartac. ſaec. XVI. n. 2992. — In graeca D. Marci Bibliotheca codd. MSS. a *Laurentio Theupolo* (Ven. 1740.) cod. 391. chartaceus ſaec. circiter XV. — In *Lambecii* Commentar. de bibl. caeſar. Vindob. tom. II. p. 934. cod. 498. chartaceus, continens Hieroglyphica, ex Aegyptiaco et graeco in latinum translata ſermonem.

Editionum tres ſunt claſſes. Princeps eſt Aldina: poſt Mercerus in altera editione, denique Hoeſchelius nouas fecerunt recenſiones.

Fabulae Aeſopi et Gabriae, graece atque latine, Phurnutus, Palaephatus, Heraclides Ponticus, Orus, *Prouerbiorum graecorum collectio Tarrhaei et Didymi, item eorum, quae apud Suidam aliosque habentur, per ordinem literarum. Etiam ex Aphthonio, Philoſtrato, Hermogene, Gellio quaedam. fol. Venet. apud Aldum menſe* Octobri *MDV.* conf. *Fabricium* infra vol. XIII. pag. 609. ſq. Pleniorem libri inſcriptionem praebet *Goetz.* in Memor. bibl. Dreſdenſ. part. III. faſcic. 3. pag. 219. ſq.

Non ita multo poſt bis conuerſa ſunt Hieroglyphica in linguam latinam. Primus latine vertit *Bernardinus Trebatius*, Vincentinus, Auguſtae Vindelicorum 1515. cuius translationem, (quam non admodum valde probauit Mercerus.) Conradus Peutingerus Ioanni Frobenio excudendam conceſſit. (Fallitur enim, auctore Fabricio, *Garaſſus* Doctrin. Curioſ. pag. 1024. vbi adfirmat, Ori Hieroglyphicorum primum interpretem fuiſſe *Ioannem Mercerum*, Pariſ. 1548.) Prodiit itaque, Peutingero ab auctore inſcriptus:

Orus Apollo Niliacus de Hieroglyphicis notis, Bernardino Trebatio, Vincentino, interprete: per Io. Froben. Baſil. 1518. 4. — apud Rob. Stephan. Pariſ. 1530. 8. — cum Auguſtini Niphi Libris II. de auguriis, Baſ. 1534. 8. — poſtea Lugd. 1542. 8.

Tum vertit illos libellos *Phaſianinus*, cui codicem non malum fuiſſe, ait Hoeſchelius: at Pawius adſeuerat, hominem Italum ſequutum eſſe ſuum ingeniolum.

Hori Apollinis, *Niliaci, Hieroglyphica, hoc eſt, de ſacris Aegyptiorum litteris libelli II. de graeco in latinum ſermonem a Phil. Phaſianino nunc primum translati. Bononiae*

apud Hieron. Platonidem 1517. 4. Poſt, ex editione Aldina, quibuſdam immutatis, fluxerunt Hieroglyph. Horap. — *graece et cum Trebatii verſione*, apud Vidou. Pariſ. 1521. 8.

Caelius praeterea *Calcagninus*, vt ait Fabricius, Lib. II. Epiſtolicarum quaeſtionum, Epiſt. I. teſtatur, ſe Hori hieroglyphica latine vertiſſe et commentario illuſtraſſe, eodemque in libro velut compendium quoddam breue Hieroglyphicorum Hori exhibet. Verſio autem illa vna cum commentariis numquam lucem adſpexit, quod ſciam; etſi Calcagnini de rebus Aegyptiacis commentatio inter alia ipſius ſcripta edita eſt Baſileae 1544. fol. — *Mercerus* bis edidit Horapollinem: in priore editione expreſſit lectiones Aldinas, exceptis paucis, (vt ait Pauw,) quae pro typothetarum errati haberi poſſunt. et vna libr. II. cap. 88. γραφῇ; at Mercerus plura emendauerat, vt ex eius obſeruationibus patet, vbi in priore editione ſaepius correxit contextum: et interdum in altera editione ſuſpicionem ſuam deprehendit auctoritate codicis confirmatam. Atque Mercerus exemplum Pariſ. a. 1521. potius ſequutus videtur: quod non ſolum patet ex lectione ταφῆς pro τρεφῆς lib. II. c. 88. ſed etiam ex nota ad pag. 72. textus, pag. 188. Obſeru. ed. de Pauw, vbi Mercerus, antequam, ait, in *Venetianum* exemplar incidiſſem, quoniam in exemplari *noſtro* legebatur χάριστο, legendum credebam χαριστον etc. idem obſeruabis pag. 189. init. etc. Inſcripta autem eſt editio:

Ori Apollinis *Niliaci Hieroglyphica*, *graece*, *et ſeorſim latine*, *Io. Mercero Vticenſi interprete*, *cum eius obſeruationibus*: *excud. Chriſtian. Wechelus*, *Pariſ.* 1548. 4. Mercerus notat, „a Bernardino quodam Vincentino multa non ſatis feliciter verſa, pleraque etiam praetermiſſa: quod forte codici, in quem inciderat adſcribendum fuerit.“ — Poſt hanc iterum *Mercerus*, codice Morelliano vetuſto, qui autem prima tantum quinquaginta quinque capita, vbi ſaltem deſinit lectionis varietas, exhibuerit, adiutus, contextum dedit emendatiorem, et obſeruationes praecipue ad librum I. auxit:

Ori *Apollinis Hieroglyphica*, *graece et latine*, *Ioan. Mercero interprete. cum eiuſdem obſeruationibus*, *apud Iacobum Keruer*; *excud. G. Morelius Iacobo Keruer. Pariſ.* 1551. 8.

Quae Mercerus in hac editione praeſtiterit, ipſe in breui praefatione declarat his verbis: „Admonitum te volui, in hac Ori editione pleraque ſecus haberi, quam in priore: idque propter oblatum nobis a doctiſſ. et diligentiſſimo homine Guil. Morellio vetuſtum boni auctoris exemplar manuſcriptum. Ex quo in primo libro, (qui in eo tantum, nec tamen totus deſcriptus erat,) multa reſtituimus. Hoc tamen ſecuti, vbi alia illic lectio occurrebat, vtriſque adhibitis, nos eam ſequuti, quae potior videretur, adiecta interdum margini veteris codicis lectione, vbi noſtra non diſpliceret. Illud inſuper te admonendum, in veteri exemplari capitibus titulos non praeponi, ſed ad marginem adſcribi“.

Latine et gallice prodierunt:

Ori Apollinis, *Niliaci*, *de Sacris Aegyptiorum notis aegyptiace expreſſis libri duo*, *Iconibus illuſtrati et aucti*, *nunc primum in latinum et gallicum ſermonem conuerſi. Pariſ. apud Galeotum a Prato et Io. Ruellium.* 1574. 8.

Dein Hoeſchelius contextum reddidit emendatiorem, adiecitque notas breues paucaſque; at doctas:

Hora-

Horapollinis *Hieroglyphica*, *a Dauide Hoeſchelio*, *fide codicis Auguſtani MS cor-ſta*, *ſuppleta*, *illuſtrata*, *gr. latine: cum obſeruationibus Io. Merceri*, *et notis Hoeſchelii. Auguſtae Vindelicor. 1595.* 4. rec. quibuſdam mutatis, 1605. 4. Fabricius ait, Hoeſchelium didiſſe Bernardini, non Io. Merceri, vt habet Labbeus in mantiſſa antiquariae ſuppellectilis tionem: contra Pawius, qui de Hoeſchelii ed. multus eſt in praefatione, ſcribit, Hoeſchelium Aldinas tantum lectiones ad marginem adleuiſſe, neglectis lectionibus cod. Morelliani, i cum Auguſtano in plerisque conſpirat; alteram igitur Merceri editionem non vidiſſe um, niſi Horapollinis contextu iam abſoluto; atque *ex prima editione verſionem Merceri umbraſſe; poſtea*, vt exemplis commonſtrat, *ope libri Morelliani, aliquot locis correxiſſe.*

Graece et latine ex recenſione Hoeſchelii cum commentario non magni momenti libr. I. extant ad calcem Hieroglyphicorum Pierii, editionis, cuius titulus eſt in Catago biblioth. Chriſtii P. II. p. 259.

Io. Pierii Valeriani Bellunenſis *Hieroglyphica*, *ſiue de ſacris Aegyptiorum aliarumque gentium litteris commentariorum libri LVIII.* — *acc. duo Hieroglyphicorum libri Cae. Auguſtani Curionis; Eiuſdem Pierii pro ſacerdotum barbis declamatio et poemata varia, ex diuerſis hieroglyphicis collectaneis*, Hori Apollinis *Hieroglyphicorum lib. II. it. Hieroglyphicorum Emblematumque medicorum δωδεκεγενος. Auth.* Ludou. a Caſanoua. *Lugd. 26. fol.*

Recuſa haec collectio eſſe videtur Francofurt. ad Moenum 1614. 4. vbi tamen Horapollinis libri latine tantum et ſine commentario adhaerent calci, et inſcriptio haec eſt:

Ioannis Pierii — Hieroglyphica — — acceſſerunt loco auctarii Hieroglyphicorum collectanea, ex veteribus et recentioribus auctoribus deſcripta, et in ſex libros digeſta. Horapollinis *item hieroglyphicorum libri duo, ex poſtrema Dauidis Hoeſchelii correctione, praeterea eiuſdem Pierii declamatiuncula pro barba ſacerdotum, et reliqua opuſcula ſiue poemata omnia. Editio nouiſſima, annotationibus ad marginem ac indicibus neceſſariis, adornata, emendata et locupletata. Francof. ad Moenum, ſumtibus Antonii Hierati etc. 1614. 4.* — Pierii hieroglyphica, in quibus Horapollo illuſtratur, textuſque graecus interdum emendatur, ſaepius lucem adſpexerunt, Baſileae 1575. a Coelio Auguſtino illuſtrata, per Lud. Guan. fol. — cum aliis operibus, et adnotationibus ad marginem, Lugd. 1610. 8. (in Catal. biblioth. Lugdunenſ. Bat. pag. 305.) — Itidem graece et lat. ex Hoeſchelii editione praemittuntur *Horap. Hieroglyphica Nicol. Cauſſini* Polyhiſtori ſymbolico, cum eiuſdem notis que obſeruationibus. Pariſ. 1618. 4. — cum Obſeruatt. *N. Cauſſini* Pariſ. 1634. 8. in Barberini Catal. p. 547.

Hori Apollinis ſelecta hieroglyphica omiſſis, quae pudicas aures offendere viderentur, et coniecturis atque emendationibus margini adſcriptis, Romae 1599. 12. prodierunt. Editor quidem in praefatiuncula, ſe dediſſe omnia emendatiora, quam antea, gloriatur; at obſidia diligentiae celat. — Hoeſchelii recenſionem repetiit *de Pauw* in editione ſequenti:

Horapollinis hieroglyphica, graece et latine, cum integris obſeruationibus et notis Ioan. Merceri, et Dauid Hoeſchelii et ſelectis Nicolai Cauſſini, curante Cornelio de Pauw:

qui

qui ſuas etiam obſeruationes addidit. Traiecti ad Rhenum, apud Melch. Leonard. Charlois. 1727. 4.

Poſt Horapollinis contextum et varias lectiones exemplorum Aldini atque Mercerianorum poſteriorum, atque codicum Auguſtani ac Morelliani, ſequuntur primum Merceri, deinceps Dau. Hoeſchelii obſeruatt. integrae: quibus adiunctae ſunt ſelectae Cauſſini; has excipiunt notae de Pauw. Pauw nimium et doctrinae, ac audacia atque proteruitate vtitur Pauwius, ſ...que ... ingenio. Quare in Actis eruditorum Lipſienſibus a. 1727. pag. 505., ſed grauius et acerbius a *D'Oruillio* in Vanno critica cap. XI. pag. 543. etc. notatus eſt. Recenſetur quoque illa editio a *Clerico* tom. 27. Bibliotheque anc. et mod. pag. 115. ſqq. addita de Aegyptiorum hieroglyphicis ἐπικρίσει.

Verſiones hae fere ſunt reliquae:

Heyden Weldt *vnd irer Götter anfangklicher Vrſprung etc. aus viler glerten Mannen ſchrifften zuſammen getragen. Diodori des Sicilers ſechs Bücher etc. Dictys des Candiers ... Beſchreibung vom Troianiſchen Krieg etc.* Hori *aus vor dreytauſend iaren ... Künigs vnd Prieſter geübten Wortzeichen, durch welche vor erfundenen Buchſtaben, ... der geyſtlichen vnd Weltgelerten zu verſton geben, ... werden. Planeten Taffeln etc. Als mit entworffnen Bildungen gar luſtig durchziert: Durch* Joh. Herold *erſtaunden vnd ins teutſch zuſammen gebracht. Getruckt zu Baſel durch Henrichum Petri.* 1554. *f.* v. Goetzii Memor. bibl. Dreſd. vol. II. faſc. V. pag. 405.

Oro Apolline Niliaco delli Segni Hieroglyphici, cioè delle ſignificazioni di ſculture ſacre appreſſo gli Egitii. Tradotto in lingua volgare per M. Pietro Vaſolli da Fivizzano. In Venegia, appreſſo Gabriel Giolito de Ferrari. 1548. 8. v. Paitoni *Biblioteca degli autori antichi — volgarizzati, tom. III. pag.* 42. — ſi in quibuſdam catalogis ed. a. 1547. ſignificatur, intelligi debet annus, quo Vaſollus dedicationem ſcripſit et ſignauit. Eſt vna eademque editio. v. etiam *Crevenna* Catalogue etc. vol. IV. pag. 224.

Hieroglyphes, dits d'Horapolle. Ouvrage traduit du Grec par M. Requier. Amſterd. et Paris. 1779. 8. *Requier* aſſeuerat, ſe duobus codd. regiis vſum eſſe, ad meliorem textus formam atque interpretationem. Sebiunxit quoque capita quaedam graece, ſecundum ſuam mentem emendata vna cum vulgari latina verſione. In praefatione prouocat ad commentationem quamdam Abbatis *Rive*, bibliothecae quondam ducis de la Valiere praefecti, ... auctorem opuſculi fuiſſe Horum Apollinem, ſed Philippum, qui ex lingua aegyptiaca tranſtuliſſet in graecam. Quando vero putat, Philippum vixiſſe ſaeculo XV, id quidem abeſt a probabilitatis ſpecie.] *Harl.*

[illegible] VII. In Hieroglyphicis Aegyptiorum illuſtrandis praeter *Iohannem Pierium Valerianum* ſiue Petrum Valerianum Bellunenſem, qui viginti quatuor annis in quinquaginta ſex conſcribendis libris hieroglyphicorum ... periiſſe ſibi aſſirmat Lib. VI. cap. 22. magnam et inuidioſam operam poſuit *Athanaſius Kircherus* in Oedipo Aegyptiaco, praecipue Tomi ſecundi claſſe 1. *y*) 3. 7. ſeq. et The-

y) Claſſem tertiam tomi ſecundi inſcripſit *Sphingem Myſtagogam.*

et Tomo integro tertio, tum alio in opere quod Obeliſcum Pamphilium inſcripſit, ſed Dauus ſaepenumero videtur non Oedipus: adeo multae eius expoſitiones ſubnixae ſunt lubricis et incredibilibus coniecturis, vt innui etiam ſupra c. XI. num. 3. Binorum librorum libris duodeſexaginta Pierianis ſubiectorum auctorem ferunt *Coelium Auguſtinum Curionem*, quibus in Lugdunenſi Ao. 1626. et Francofurtenſi Ao. 1678. editione adnexa ſunt Collectanea Hieroglyphica [P] ſex libris vndique digeſta ſub titulis ordine Alphabetico diſpoſitis, neſcio quo auctore [s]). Sunt et in manibus eruditorum hominum *Laurentii Pignorii* [t]) et *Iohannis Macarii*, *Chifletiique* ſcripta, quibus lucem arcanis quibuſdam et obſcuris Aegyptiorum literis et figuris afferre conati ſunt, e quibus Pignorius in expoſitione Menſae Iſiacae p. 44. non diffitetur, Horapollinis noſtri auctoritatem magnam apud ſe fuiſſe. Vtinam vero in lucem prodiiſſent *Iacobi Vindeti* Angli obſeruationes, quas ad Plutarchi librum de Iſide et Oſiride vir doctus conſcripſerat, Kircheroque oppoſuerat, vt ipſe teſtatur Lib. de vita functorum ſtatu p. 17. Denique *Iacobus Maſenius* [v]) in ſpeculo imaginum veritatis occultae libro et capite ſexto Hieroglyphica Hori Apollinis breui epitome complectitur, et hinc inde illuſtrat. [Iudicia de Horapolline collegit Pope-Blount in Cenſura cel. auctor. pag. 1. 2. ed. Geneu. *Harl.*]

Hori plures. VIII. Fuere et praeter ſupra nominatos, alii plurimi olim Hori nomine, [x]) vt *Horus Cynicus*, quem loquentem inducit in Saturnalibus Macrobius [Saturn. I. cap. 7.] *Hor* ſiue *Horus*, Epiſcopus Origeniſta, apud Hieronymum ad Cteſiphontem contra Pelagianos. *Orus*, quem laudat Stephanus Byzantinus in Ἀθῆναι. Alius item *Horus* ſiue *Orus* ſiue *Orion* Grammaticus Mileſius, et alter Thebanus, et tertius Alexandrinus, de quibus Sylburgius ad Etymologicum Magnum [y]). Neſcio, vtri ex his tribuenda, quae

s) Excerpta ex Chaeremonis ἱερογλυφικοῖς euoluiſſe ſe refert Eraſmus in Adagio *feſtina lente*.

t) *Menſa Iſiaca* Laurentii Pignorii commentario illuſtrata, mutato titulo, ſaepius eſt excuſa, Venetiis 1605. Francof. 1608. Amſtel. 1669. 4. Auctores plures, qui hanc et alias tabulas monumentaque aegyptiaca explicare aut euulgare ſuſtinuerunt, nominatos reperies in *Fabricii* Bibliographia antiquaria pag. 40. ſq. et pag. 965. ſq. edit. III. quorum numerus iis, qui noſtra aetate in inueſtigatione enarrationeque terrae et antiquitatis aegyptiacae verſati ſunt, facile augeri poteſt. Vt igitur Iablonsk. in Pantheo aeg. Hiſtorias et Memorias ſociet. reg. Pariſ. Inſcript. Mailleti, Niebuhrii aliorumque hiſtorias aut itinera omittam, addam tantummodo *Warburton.* in legatione Moſis diuina vol. II. part. I. Comitis *Cayli* Sammlung von Aegyptiſchen, Hetruriſchen, Griechiſchen und Römiſchen Alterthümern, ex interpret. theotiſca, Noribergae 1766. 4. ſect. I. pagg. 66. ſqq. (*Wachteri*) Naturae et ſcripturae concordiam, Lipſiae et Hafniae 1752. 4. ſect. 1. vid. cap. ſeq. §. 5. *Harl.*

v) In Maſenii Speculo imaginum etc. cap. 58. pag. 682—696. edit. 1681. exſtant quoque *Horap.* Hieroglyphica. *Heum.*

x) De *Horo* Valentinianorum vide Epiphan. haereſ. XXXI. c. 15. Nempe Chriſtus ipſis erat ὅρος et ὁροθέτης. ibid. c. 7. *Fabric. Horus* philoſophus, amicus Symmachi, lib. II. epiſt. 39. *Heumann.* adde *Macrob.* Saturn. II. 2. p. 350. ed. Zeune. *Horus*, Lycaonis filius, Apollodori Bibl. lib. III. cap. 8. nr. 1. *Harl.*

y) Adde *Fabricium*, infra vol. X. pag. 42. et *Henr. Valeſii* Emendationum libr. V. a Burmanno II. Amſtel. 1740. 4. editos, pag. 153. cum nota et Burman. in Addendis pag. 233. vbi Codicis Eſcurial. mentionem facit. *Hori* Alexandrini Orthographia excitatur a Stephano Byzantino in Ταυχ-ρος, inque Biblioth. *Montfauc.* Coislin. pag. 597. circa fin. et p. 286. In *Montfaucon.* Bibliotheca Coisliniana ex cod. 387. qui continet collectionem diuerſorum interpretum in Aphthonii progymnaſmata,

quae ſub Ori nomine exſtant de *polyſemis dictionibus* in codice Regis Galliae 624 z). Huc adde *Horum Mendeſium* iuniorem Medicum, cuius meminit Galenus Lib. II. de antidotis cap. 7. vbi Daniel Clericus in hiſtoria Medicinae parte 3. Lib. II. c. 1. p. 69. ſuſpicatur *Bolum* forte Mendeſium, (Medicum Democriteum Theophraſto iuniorem,) eſſe reſtituendum, de quo infra Libro II. cap. 11. Fuit et *Horapollo* alius, Philoſophus ſub Zenone Imp., cuius meminit Suidas, locum de eo producens, ni fallor, e Damaſcio in vita Iſidori. [?]

CAPVT XIV

I. *De Hoſtane Mago et ſcriptis ei tributis. Plures hoc nomine.* II. *Hyſtaſpes itidem Magus, num diuerſus a Dario Rege, Xerxis Patre.* III. *Vaticinia Hyſtaſpis commendata a Chriſtianis Scriptoribus ex Apocrypha Apoſtoli Petri praedicatione.* IV. *Iannes, et Iambres.* V. *Iſatis ſiue Iſis et ſcripta ad eam relata:* VI. *Menſa Iſiaca.* VII. *Lini tres. Threnodia Aegyptiis Maneros Graecis Linus.* VIII. *Varia ſcripta ſub Lini nomine a veteribus memorata, et ex iis fragmenta quaedam.*

[Cum ſupplementis G. C. Harles.]

Hoſtanes Magus. I. HOSTANES ſeu, vt alii, *Oſtanes*, vel vt apud Herodotum Lib. III. [68. 70. et alibi] id nomen ſcribitur, et apud Theodorum Meliteniotam praefatione in Aſtronomiam, *Otanes*, a) Magus, Zoroaſtris b) praeceptor fuiſſe, adeoque Homerum aetate ſuperaſſe nonnullis eſt exiſtimatus. Magum antiquiſſimum multi memorant, Apuleius in Apologia, Tatianus, Tertullianus de anima cap. 57. Arnobius Lib. I. Cyprianus de idolorum vanitate, Minucius Felix in Octauio, Auguſtinus Lib. VI. contra Donatiſtas c. 44. Lutatius ad 1. Thebaidos, v. 710. et alii. Plinius Lib. XXX. cap. 1. Homero iuniorem teſtatur his verbis: *Primus quod exſtet, vt equidem inuenio, de Magica commentatus Oſtanes, Xerxem Regem Perſarum bello, quod is Graeciae intulit, comitatus, ac velut ſemina artis portentoſae ſparſiſſe obiter infecto, quacunque commeauerat, mundo. Diligentiores paullo ante hunc ponunt Zoroaſtrem alium Proconneſium. Quod certum eſt, hic maxime ad rabiem, non auiditatem modo ſcientiae eius Graecorum populos egit.* [Ibidem Plinius paullo poſt, *Non leuem*, ait, *et Alexandri M. temporibus auctoritatem addidit profeſſioni Magices* SECVNDVS OSTANES, *comitatu eius exornatus, planeque quod nemo dubitet, orbem terrarum peragrauit.*] Meminit et Plutarchus

ſuata, inſignis locus excerptus legitur; in hoc pag. 596. ſqq. enumerantur artium et diſciplinarum inuentores, et accenſentur grammaticis *Orus* et *Orapollo*, iis vero, qui de vocalibus ancipitibus ſcripſerunt, *Orus*, de gentilibus, *Orion Thebanus*. Ibid. pag. 290. ex *Ori* Ethnicis quaedam verba adferuntur. ibid. p. 499. ex Lexico inedito amplo magna pars excerpitur: vbi pag. 501. lin. vlt. *Orus Mileſius* teſtis aduocatur, Sagarin, Phrygiae fluuium, nomen accepiſſe ἀπὸ Σαγάρε τῦ υἱῦ Μίδε. *Harl.*

z) *Oro Alexandrino* tribuit *Fabricius* ipſe infra vol. VII. pag. 67. vbi plures *Oriones* et *Oros* memorat. *Harl.*

a) Arabibus apud Seldenum V. 11. de iure N. et G. p. 625. *Andshan* ſ. *Aidſan*. adde Baluzium ad Cyprian. p. 458. *Harl.*

b) Ex Aegypto in Perſiam veniſſe videtur, nec fuiſſe praeceptor primi Zoroaſtris Nino aequalis, ſed alterius Perſae vel ne huius quidem fortaſſis: nam, vt Plinius, *diligentiores paulo ante hanc ponunt Zoroaſtrem.*

chus de defectu oraculorum, et Iamblichus in Theologumenis Arithmeticae ex Nicomacho Geraſeno p. 43. Καὶ Βαβυλωνίων οἱ δοκιμώτατοι καὶ Ὀστάνης καὶ Ζωροάστρης ἀγέλας κυρίως καλοῦσι τὰς ἀστρικὰς σφαίρας. Mox alterum praeterea Hoſtanem Plinius memorat, *qui Alexandri M. aetate non leuem auctoritatem addiderit Magicae profeſſioni:* et Laertius in prooemio integram refert Magorum ſucceſſionem, quos Ὀστάνας vocat multitudinis numero, et Suidas: Ὀστάναι, inquit, ἔτι πρότερον παρὰ Πέρσαις Μάγοι ἐλέγοντο, quam in ſententiam ſcholion graecum ſe in MStis Tatiani codicibus reperiſſe teſtatur Geſnerus c). Aſtrorum quoque cognitionem a Zoroaſtre, et poſt hunc ab Oſtane primum excultam tradit Suidas in Ἀστρονομία. Librum *de arte chemica* inter antiquos Perſarum libros ſub Oſtanis Magi et Philoſophi, qui Zoroaſtris praeceptor fuerit, nomine ferri, teſtatur Thomas Hyde in praef. ad librum de religione veterum Perſarum d). Sed [*] et inter Graecos libros Chemicos Oſtanis nomen occurrit, vt docet Reineſius p. 155. Var. Lect. et in Catalogis MStorum Lambecius, Labbeus, Du Freſnius. Apud Syncellum p. 248. et in Scaligeri Euſebio p. 53. haec legas, quibus nullam fidem habent Scaliger in notis, et Bochartus Geographiae ſacrae p. 235. Δημόκριτος Ἀβδηρίτης φυσικὸς φιλόσοφος, ἤκμασεν ἐν Αἰγύπτῳ μυηθεὶς ὑπὸ Ὀστάνου τοῦ Μήδου σταλέντος ἐν Αἰγύπτῳ παρὰ τῶν τηνικαῦτα Περσῶν ἄρχειν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Μέμφεως σὺν ἄλλοις ἱερεῦσι καὶ φιλοσόφοις. ἐν οἷς ἦν καὶ Μαρία τις Ἑβραία σοφὴ, καὶ Παμμένης, συνέγραψε περὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθων καὶ πορφύρας λοξῶς. Δημόκριτος δὲ καὶ Μαρία ἐπῃνέθησαν παρ' Ὀστάνου, ὡς πολλοῖς καὶ σοφοῖς αἰνίγμασι κρύψαντες τὴν τέχνην, Παμμένης δὲ κατέγνωσαν ἀφθόνως γράψαντες. Suppoſititium *Hoſtanis* de Maria oraculum ex MSto codice ſexcentorum annorum Graece edidit *Rich. Bentleius* in Epiſtola Malalae ſubiecta p. 10. *Hoſtanis* Octateuchum laudat Euſebius libro praeparationis Euangelicae primo extremo e).

c) Et tamen apud Herodotum l. m. Otanes Princeps exſtitit eorum, qui Pſeudo-Smerden vi adgrederentur, eumque cum Magis interficerent. *Harl.*

d) Liber definitionum ſiue aphoriſmorum duodecim *Oſthanis* ſapientis, de lapide glorioſo ſiue philoſophico, e graeca lingua in Perſicam et Choraſanicam, deinde in Arabicam ab anonymo conuerſus: cod. arabic. cum aliis *Oſthanis* opuſculis de arte chymica in bibl. regia Pariſ. cod. 972. pag. 204. Catal. Pariſ. bibl. tom. 1. *Harl.*

e) *Lambecius* in Comm. de bibl. Vindob. P. II. lib. et tom. VI. col. 383. ſq. memorat cod. MS. graecum: *Oſtanis philoſophi, cognomine Magni, ad Petaſium Epiſtola chymica, ſuppoſititia, ſed antiqua, de compoſitione, vſu et effectu aquae argenti viui;* quae quoque MS. latina, interprete anonymo, in eadem bibliotheca exſtat. Itid. in *Montfauconii* Bibl. bibliothecarum MSS. pag. 553. D.) Lambec. eum cum Plinio H. N. XXX. c. 1. refert ad Xerxis, regis Perſarum, tempora, et prouocat ad Prodromum ſuum hiſtoriae literar. lib. 1. cap. 5. §. 4. et cap. 7. §. 5. et lib. 2. cap. 11. pag. 208. — Idem Lambec. in Comment. pag. 386. ſq. ex Democriti Abderitae Phyſicis, MS. (opere infimae aetatis ſuppoſito) locum longum excerptum dedit, in quo narratur, Oſtanis libros chymicos ab illo intra columnam templi Memphitici eſſe inuentos. — *Oſtanis, Hierothei, Archelai* et *Pelagii* opuſcula de ſacra et diuina arte, MS. cod. ſaeculo XVI. exaratus, in biblioth. reg. Pariſ. teſte Catal. P. II. cod. 2249. pag. 470. *Eorumdem* et aliorum Chymicorum opuſcula in *Montfaucon* Bibl. bibliothecarum pag. 677. A). — eadem inter codd. Voſſianos in Biblioth. Lugd. catal. pag. 397. n. 47. — *Oſtanis* philoſophi ad Petaſium de diuina arte philoſophorum, in biblioth. Ambroſ. Mediolan. apud *Montfaucon* l. m. pag. 502. D. — Inter codd. Voſſianos, cod. arab. *Oſtanes* philoſophus de lapide philoſophorum, in Cat. Bibl. Lugd. B. p. 443. n. 799. — gr. cod. Venet.

Hyſtaſpes. II. HYDASPES, HISTASPES ſiue potius HYSTASPES, (ita enim ſcribendum docuit Theodorus Canterus Lib. II. c. 19. Var. lect.) Magus et vates habitus antiquiſſimus, vtpote qui multo ante, quam Troiana gens conderetur, praefatus eſſe dicitur, ſublatum iri ex orbe imperium nomenque Romanum, vt refert Lactantius Lib. VII. cap. 15. et a Perſis exiſtimatus aequalis fuiſſe Zoroaſtri, vt docet Agathias Lib. II. p. 58. qui tamen addit incertum eſſe, quis demum ſit ille Hyſtaſpes. Alii enim eundem faciunt longe iuniorem Homero, Darii Regis patrem, de quo Herodotus Lib. I. cap. 209. Sed errant ſaltem in eo, quod Regem f) faciunt et ipſum, vt Ammianus Marcellinus Lib. XXIII. p. 374. Lactantius autem, qui longe vetuſtiorem Darii parente habuit, antiquiſſimum Medorum Regem appellat, neſcio quam vere. Machagiſtiae ſiue Magiae poſt Zoroaſtrem praecipuus auctor traditur, qui, ſi credimus Ammiano, *cum ſuperioris Indiae ſecreta fidentius penetraret, ad nemoroſam quandam venerat ſolitudinem, cuius tranquillis ſilentiis praecelſa Brachmanorum ingenia potiuntur: eorumque monitu rationes mundani motus et ſiderum puroſque ſacrorum ritus, quantum colligere potuit eruditus ex his, quae didicit aliqua ſenſibus Magorum infudit, quae illi cum diſciplinis praeſentiendi futura per ſuam quiſque progeniem poſteris aetatibus tradunt.* Sed et Darius Rex ſepulchro ſuo inſcribi iuſſit, ὅτι μαγικῶν γένοιτο διδάσκαλος, ſiue *quod Magica et ipſe docuiſſet*, teſte [f] Porphyrio Lib. IV. περὶ ἀποχῆς, vt vel hoc nomine probabile multis fuerit, Hyſtaſpen illum celebrem Magum non diuerſum fuiſſe a Darii parente, quod et Thomae Stanleio placuit Lib. II. Philoſophiae Orientalis cap. 2.

Vaticinia eius. III. Qualiſcunque vero fuerit iſte Hyſtaſpes, eius vaticinia non modo a Lactantio laudantur, ſed et *Iuſtino Martyre* Apologia prima, (quae ſecunda vulgo audit) duobus locis, quorum vnus exſtat f. 66. Σίβυλλα δὲ καὶ Ὑστάσπης γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν. Vbi Grabius eum putat, prae oculis habuiſſe Apocryphum Petri Apoſtoli praedicationem, quam mox e Clemente Alex. memorabo. Alter locus Iuſtini exſtat f. 82. vbi ait, malorum daemonum opera effectum eſſe, vt mortis ſupplicium conſtitueretur aduerſus lectores Hyſtaſpis aut Sibyllae aut Prophetarum lectores. Denique *Clemens Alex.* Lib. VI. Stromatum p. 636. ex Apocrypha Petri praedicatione teſtatur, Paulum ipſum Apoſtolum Sibyllinorum et Hyſtaſpis teſtimonia commendaſſe. Ἀλλὰ πρὸς τῷ Πέτρου κηρύγματι ὁ Ἀπόστολος λέγει Παῦλος. Λάβετε καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους, ἐπίγνωτε Σίβυλλαν, ὡς δηλοῖ ἕνα Θεὸν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες ἀνάγνωτε καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ g). Quamuis enim Cotelerius non Pauli haec, ſed Clementis verba eſſe contendat, et illa ὁ Ἀπόστολος λέγει Παῦλος ad praecedentia apud Clementem referri debere putet, vt indicaui de Epiſtola ſecunda Clementis Romani f. 182. tamen veriſimiliorem eſſe communem aliorum ſententiam, qui haec ex Apocrypho, neſcio quo, libro

net. D. [illegible] in Catal. [illegible] pag. 14[illegible]. adde *Bruckeri* Hiſtor. critic. philoſoph. vol. I. pag. 159. ſq. *Harl.*

f) Ex Thoma Hydeo de religione veterum Perſarum cap. 23. quod eſt de *Guſhtaſpe* ſiue *Hyſtaſpe*, apparet, hunc Hyſtaſpen Magum a Perſis ſcriptoribus eundem haberi cum ipſo Dario Xerxis Patre, et ſub eius regno fuiſſe etiam Zerdusht ſiue Zoroaſtrem, nouae apud Perſas religionis inſtitutorem, cuius praeceptor Hoſtanes, de quo iam dixi.

g) Hyſtaſpis ſcripta a Gnoſticis conficta eſſe, ſtatuit *Huetius* lib. II. quaeſt. Aln. cap. 21. pag. 298. *Heum.*

libro tanquam Pauli verba a Clemente Alex. laudari exiſtimant, probauit *Beueregius* in codice canonum vindicato part. 1. cap. 14. §. 7. *h*). Ceterum *Dauidi Blondello* Lib. I. de Sibyllis cap. 5. et 26. *Petro Petito* Lib. III. de Sibylla cap. 17., abſurdum videtur, quod Paulus Apoſtolus Hyſtaſpis et Sibyllinorum lectionem commendauerit, quaſi debuerit omnia in illis ſcriptis probare, qui veritatem de vno Deo in iis agnoſcendam gentibus praedicauit. Contra plurimum illi teſtimonio tribuunt *Baronius* apparat. n. 18. *Montacutius* in Analectis p. 143. et qui idem prope liber eſt in Apparatu p. 134. *Iſaacus Voſſius* in reſponſione ad iteratas Simonii obiectiones p. 368. et de Sibyllinis Oraculis c. 6. *Io. Erneſtus Grabe* T. I. ſpicilegii Patrum p. 66. Nihilo ſecius cum certum ſit, ſcriptores Chriſtianos illius aetatis paſſim ad incertas Apocryphas ſcripturas prouocare, praecipue Clemens Alexandrinus non raro illas aduocet, haud miror adeo, traditionem illam *Caſaubono* Exercitat. 1. ſect. 10. nulla fide dignam viſam fuiſſe [*]. [conf. *Bruckeri* hiſtor. crit. philoſ. vol. 1. pag. 158. ſq. et Adpend. ſiue vol. VI. pag. 71. *Harl.*]

Iambe et Imuthe. IV. IAMBE Poetria quoque hoc loco non praetereunda, propter haec, quae de illa legis in Scholiis ad Euripidis Oreſtem. v. 962. Ἰάμβη τις δούλη τῆς Μετανείρας, ἀθυμοῦσαν τὴν Θεὸν ὁρῶσα, γελοιώδεις λόγους καὶ σκώμματά τινα ἔλεγε, πρὸς τὸ γελάσαι τὴν Θεόν. Ἦσαν δὲ τὰ ῥήματα, ἅπερ αὐτὴ πρῶτον εἶπεν, ἰαμβικῷ μέτρῳ ῥυθμηθέντα. Ἰάμβη δὲ θυγάτηρ Ἠχοῦς καὶ τοῦ Πανὸς, Θρᾶσσα δὲ τὸ γένος *i*). De IMVTHE Aſclepii matre eique tributis libris mentionem iam feci ſupra cap. X. §. 11.

Iſatis. V. ISATIDEM neſcio quam, inter ſcriptores ante Homerum refert, quem ſaepius nominaui, Tatianus, et e Tatiano Euſebius Lib. X. praepar. Certe illius vix alibi mentio occurrit; vnde ſunt, qui pro Iſatide legant *Iſidem*, vt intelligatur mater Hori, a qua filius edoctum ſe non diffitetur, quemadmodum Iſis in Epitaphio teſtatur, ſe edoctam ab Hermete, vt ex Diodoro Siculo, cum de Hermetis ſcriptis agerem, *k*) obſeruaui. Μέλη ad ſuam vſque aetatem in Aegypto vſitata Iſidos ποιήματα eſſe, teſtatur Plato Lib. II. de legibus, [p. 797. A. Frſ. quem locum non de carminibus, ſed modulis Muſicis intelligendum eſſe, quae apud Platonem praecedunt, ſuadent. Iſidis ſacra Romam perlata refert in Caracalla Spartianus *l*). Sueuis celebrata, Tacitus c. 9. de moribus Germanorum. Sibylla

 Libro

h) Dixi etiam de hoc loco in Codice Apocrypho N. T. p. 797. *Fabric.* confer. quoque *Marsham* Chron. Can. ad ſaec. IX. p. 145. inprimis *Bayle* Diction. V. Zoroaſter, Not. B. p. 555. ſq. de locis Agathiae, Lactantii, Iuſtini Martyris, Ammiani Marcell. etc. ſupra memoratis docte diſputantem. Omnium optime de his locis egit b. C. G. F. Walchius in Comm. de Hyſtaſpe eiuſque Vaticiniis ap. Patres, in Commentationibus Soc. Reg. Gotting. T. II. Claſſ. philol. n. 1. *Harl.*

i) Eadem paene leguntur apud *Etymologum* v. Ἰάμβη. adde *Apollodori* Biblioth. lib. I. cap. 5. 1. et *Olearii* diſſ. de poetriis gr. §. 39. *Harl.*

k) Supra cap. VII. num. 5.

l) At iam diu antea nota receptaque fuerunt Romae ſacra Iſidos. v. *Tibull.* I. 3. 23. ſqq. ibique Brouckhus. quamquam et Iſis et Iſidos ſacra interdum parum honorifice habita fuerint a Romanis. v. *Propert.* II. 24. *Iuuenal.* VI. 489. 526. IX. 22. alioſque, et *Brouckhuſ.* ad Tibull. I. 5. 44. adde *Eudociae* Ἰωνιὰν p. 239. At enim antiquitatem cultumque Iſidos religioſum apud Graecos, Romanos, Germanoſque pluribus explicare, aut auctores, in docta illius rei expoſitione verſatos, qui bene multi ſunt, enumerare, non eſt huius loci atque inſtituti. Multa docte collegit et erudite expoſuit *Io. Gottlob Boehme* in binis diſſertatt. *de Iſide Sueuis olim culta*, *ad loc. Taciti de mor. Germ. cap. IX.* Lipſ. 1748. et 1749. *Harl.*

Libro V. p. 553. edit. Gallaei, ſe vocat Ἴσιδος γνωςὴν ſiue familiarem. Libros Ori et Iſidos memoraui etiam ſupra c. XIII. n. 2.

Iſiaca menſa. VI. De *menſa Iſiaca*, cuius Archetypum hodie exſtat Taurini in palatio Celſiſſimi Sabaudiae Ducis, praeter Kircherum T. 3. Oedipi et Pignorium, videndus *Wagenſeilius* libro de Noriberga p. 83. ſeq. et in libro Germanice edito de inſtitutione Principis iuuenis a ſtudiis literarum abhorrentis p. 226. ſq. Neque improbauerim ſententiam Olai Rudbeckii, qui part. 2. Atlanticae c. 11. contendit, menſa Iſiaca nihil aliud contineri quam figuras duodecim anni menſium. Sane teſtari poſſum, eandem coniecturam mihi, antequam Rudbeckium inſpicerem, in mentem veniſſe. Nec dubito, facilius eam probatum iri viris doctis, quam Kircheri triades, vel quod *Ioh. Fridericus* m) *Herwartus ab Hohenburg* in admirandis Ethnicae Theologiae Myſteriis, Monachii Ao. 1626. 4. editis contendit, non menſa Iſiaca tantum, ſed multis aliis quoque abſtruſis figuris fabuliſque, *magnetis* pyxidiſque nauticae naturam et admirandos effectus et vſum in nauigatione a veteribus adumbratos fuiſſe. [Plures auctores, qui tabulam Iſiacam illuſtrarunt, nominantur in *Fabricii* Bibliograph. antiquar. p. 40. ed. III.]

Linus. VII. LINI nomine tres antiquiſſimi fuiſſe perhibentur, vnus Chalcidenſis, Pſamathes et Mercurii, vel Apollinis et Terpſichores, ſiue, vt Pauſanias auctor eſt, Vraniae et Amphimari filius: (vide Menagium ad Laert. Lib. I. ſect. 4.) alter Iſmenius, Thebanus; et tertius Linus Narciſſus, quem [?] addit Euſtathius ad Iliad. Σ. p. 1223. n)

In

m) Explodit Herwartum Kircherus ipſe T. 3. p. 255.

n) *Eudocia* in Ἰωνιᾷ bis de Lino vel potius Linis diſſerit; primum, idque vberius pag. 277. vbi, Linum, tradit, fuiſſe Vraniae filium, et cantici cuiuſdam inuentorem, ab Apolline interemtum: poſt addit: ἐπεὶ τὸν Λίνον καταλύσας, χορδαῖς ἐνέτεινεν ὄργανον· ὁμοίως καὶ Φιλόχορός φησιν ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεθῆναι, διότι πρῶτος τὸν Λίνον καταλύσας, χορδῇ ἐχρήσατο εἰς μουσικῆς ὄργανον. ἐτάφη δὲ ἐν Θήβαις, καὶ ἐτιμᾶτο ὑπὸ τῶν ποιητῶν θρηνώδεσιν ἀπαρχαῖς. Tum recitat vetus epigramma et Heſiodi verſus a Fabricio iam memoratos. Dein prodit, diuerſum eſſe ſecundum veterem hiſtoriam muſicum Linum, Herculis praeceptorem ab eo, cuius meminiſſet Theocritus, qui etiam narraſſet, ab Lino Herculem Apollinis filium edoctum fuiſſe litteras, deinde obſeruat, veteres Lino vice chordae vſos eſſe ad citharam, vnde, nomine manente, chorda vocaretur λίνον. Iam ex Herodoto modum originemque cantici, λίνος, apud Aegyptios memorat, et mortuus vnicus quidam regis Aegyptiaci filius θρήνοις, ait, ὑπ' Αἰγυπτίων ἐτιμήθη, καὶ ἡ ἀοιδὴ αὕτη καὶ μούνη σφίσιν ἐγένετο. ἐντεῦθεν δὲ ἀναφαίνεται, ὅτι κυρίως αἴλινος ὁ ἐπὶ ϛωάτῳ λίνῳ αἴαγμος, ὁ καὶ ἄλλως διαφορεῖται τῇ σημασίᾳ κατὰ τὸν Ἀθηναῖον ᾄδοντα, ὡς ἐν γάμοις μὲν ᾠδή, ὑμέναιος· ἐν δὲ πένθεσιν, ἰάλεμος· λίνος δὲ καὶ αἴλινος ἔν τε πένθεσι, καὶ ἐπ' εὐτυχῇ μολπῇ καθ' Εὐριπίδην· (Hercul. Furent. v. 348. quod quidem valet quodammodo ad firmandam Fabricii coniecturam, in fine huius ſegmenti factam.) Tandem addit, hiſtoriam tres memorare Linos: primum filium Calliopes; alterum filium Apollinis et Chalciopes, tertium Narciſſum: atque adnotantibus veteribus, Homerum, licet ſciuiſſet chordam, tamen vocare *linum*. Medium, qui noſter eſt poeta, fuiſſe Apollinis filium a patre edoctum, innuit quoque *Virgil*. Ecl. IV. 56. 57. A ſuperiore Lino diſcernit Eudocia pag. 282. alium *Linum* Chalcidenſem, Apollinis et Terpſichores filium, ſiue, ſecundum alios, (coll. *Pauſania* IX. 29. pag. 765.) F. Amphimari et Vraniae, ſiue (ſecundum *Hermodorum*, v. *Viues* ad Auguſtin. de C. D. XVIII. 14.) Mercurii et Vraniae: qui dicatur primus e Phoenicia Graeciae intuliſſe litteras, (quod etiam narrat Suidas, e quo tranſſcripſit Eudocia hanc particulam; quod tamen negat editor atque interpres Marmorum Taurinenſium, Auguſtae Taurinorum 1743. 4. part. I. pag. 108.) extitiſſe illum Herculis praeceptorem et carminis Lyrici primum auctorem: Alium

quoque

In primum ab Apolline, vt ferunt, vel ab Hercule, vt habet Aelianus III. 32. Var. Hiſt. (quod chordae vſum vice filorum e lino in cithara primus docuiſſet,) interemtum ac ſepultum Thebis ferebatur olim ſolemnis o) threnodia Aegyptiis Μανέρως, Graecis Λίνος dicta, et in Phoenice etiam, Cypro et aliis locis decantata, cuius poſt *Homerum* Iliad. Σ. v. 570. [ibi coll. Schol. et Pauſania Boeotic. p. 584.] meminere *Herodotus* L. II. c. 79. [qui locus omnino notandus eſt, ibique conferendae notae Weſſelingii ac Valckenarii, pag. 140. *Harl.*] Pauſanias p. 760. *Athenaeus* Lib. XIV. p. 619. *Suidas* [voc. Λίνος, vbi vid. Küſteri nota pag. 449. tom. II.] et alii. *Euſtathius*: Λίνος εἶδος ᾠδῆς κατὰ Ἀρίσταρχον ἢ ὕμνου, ὡς καὶ ὁ παιὰν καὶ ὁ διθύραμβος. ὠνόμασται δὲ Λίνος τὸ τοιοῦτον ᾠδικὸν εἶδος, ἢ ὡς μετὰ λίνου ἤτοι χορδῆς ᾀδόμενος (conf. Ez. Spanhemium ad Callimachum p. 466. ſq.) ἢ ἀπό τινος Λίνου ἀνδρὸς ἥρωος. Φασὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ ποιημάτιον τι ἐπὶ τῷ Λίνῳ εἶναι, ὃ Σφαῖρα μὲν καλεῖται, εἰς Ὀρφέα δὲ ἀναφέρεται. Φιλόχορος δὲ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεθῆναι τὸν Λίνον φησὶ, διότι πρῶτος τὸν λίνον καταλύσας χορδῇ ἐχρήσατο εἰς μουσικῆς ὄργανον. Ἐτάφη δὲ ἐν Θήβαις

quoque eſſe Linum Thebanum, iuniorem *poetam* (ποιητὴς non additus eſt a Suida, at paullo poſt apud eumdem Suidam *Linus* dicitur παρὰ Θηβαίοις φιλόσοφος.) Hunc *Linum Thebanum*, vel Cecropem Athenienſium et temporibus Troianis Palamedem Argiuum, ſecundum quoſdam, reperiſſe ſexdecim litterarum formas, ſcribit *Tacitus* Annal. lib. XI. cap. 14. vbi vide Lipſium et Erneſtium. Chalcidenſem tamen et Thebanum Linum alii non diſcernunt; ſed vnum eumdemque et fratrem Orphei fuiſſe tradunt: Chalcide nempe in Euboea, (vnde a Plutarcho de muſica in principio, vol. X. p. 651. ed. Reiske, *Linus* vocatur ὁ ἐξ Εὐβοίας,) hodie *Negroponte* dicta, Thebano patre, natum, Thebas veniſſe, in Thebanam receptum ciuitatem, et ab Hercule, diſcipulo, interfectum. v. *Apollodori* Biblioth. I. 3. 2. et II. 4. 9. (adde *Barberium* de Miſeria poet. gr. pag. 489. et *Dau. Theodoſ. Lehmanni* diſſ. Caſus poetarum tragicos enumerans, Wittebergae 1714. pag. 11.) Orpheo eum facit iuniorem *Theodoretus* tom. IV. Opp. ſerm. II. fol. 494. Fragmentum Lini de fine hominis morali ex Stobaeo adfert illuſtratque *Zentgrau.* in II. diſp. pag. 1. et 2. *Speciminis antiquitatum moralium.* Argentor. 1696. 4. *Io. Gottfried Hauptmann*, Director quondam Gymnaſii Gerani, qui *Linum ſiſtit* in ſingulari quadam proluſione, Gerae 1760. 4. hiſtoriam fabulaſque de Linis in meliorem redegit ordinem, atque explicuit, et *Linum*, de quo hic potiſſimum agitur, ducibus *Pauſania* IX. 29. fin. et *Theocrito* in Idyll. 24. 103. ſqq. filium Apollinis eſſe ait, et diſtinguit a primo *Lino*, eximio muſico, Amphimari aut Mercurii filio, a Phoebo per inuidiam iracundiamque in Euboea ſublato. Hic igitur is eſt, quem Eudocia primo loco nominauit. Huic proximus eſt Linus, Lycaonis, Arcadum regis, filius, Pelaſgi nepos. Poſt Apollini duo filii eiuſdem nominis tribuuntur: alter noſter, qui Chalcidenſis et Thebanus adpellatur; alter e Pſamathe, Crotopi regis Argiuorum filia, generatus, qui nece, indeque ira Apollinis orta terraeque grauiſſima notus eſt. v. *Pauſan.* II. 19. fin. et *Statii* Theb. I. v. 569-669. ibique *Barth.* ad v. 580. et VI. 64. Tum recenſet Hauptmann alios Linos: n. *Linum* theologum Pythagoricum; ab illiſque diuerſum *Linum*, hiſtoricum Oechaliotam; a Fabricio iam laudatos. Denique nominat *Linum*, cum apoſtolo Paullo Romae verſatum, (II. Tim. IV. 21.) et, ſecundum vulgarem tritamque opinionem, in pontificatu Petri ſucceſſorem. Denique percenſet merita inuentaque *Lini* noſtri, maximam partem a Fabricio iam memorata: tamen notabiliora quaedam animaduertit aut vberius probat. Eſt quoque *Linus* paedagogi nomen apud Martial. XII. 49. — De cantu *Linus Maneros* copioſus eſt Abbas *Mignot* in diſp. de cultu Phoenicum religioſo, in Mem. litterat. acad. Pariſ. Inſcript. vol. 36. a. 1774. pag. 95. ſqq. illaque vocc. ex Phoenicum lingua deriuat. *Harl.*

o) Poetis quibuſdam etiam Tragoediae argumentum praebuit Linus, vt Achaeo Eretrienſi, cuius Λῖνον memorat Athenaeus Lib. XV. Linum cum Zoroaſtre perperam confundit Phil. Cluuerus Germaniae Antiquae p. 169.

Θήβαις, καὶ ἐτιμᾶτο ὑπὸ τῶν ποιητῶν θρηνώδεσιν ἀπαρχαῖς. Heſiodus: [apud Euſtath. ad locum Homeri ſupra laudatum p. 1223.]

Οὐρανίη δ' ἄρ' ἔτικτε Λίνον πολυήρατον υἱόν,
Ὃν δὴ ὅσοι βροτοί εἰσιν ἀοιδοὶ καὶ κιθαρισταί,
Πάντες μὲν θρηνοῦσιν ἐν εἰλαπίναις τε χοροῖς τε,
Ἀρχόμενοι δὲ Λίνον καὶ λήγοντες καλέουσι.

Pamphi ſiue Pamphonis threnum in Lini funere, quem ob miſeram caſum οἰτόλινον vocauit, memorat Pauſanias Boeoticis p. 767. Vetus Epigramma:

Ὦ Λίνε πάντα θεοῖσι τετιμένε, σοὶ γὰρ ἔδωκαν
Ἀθάνατοι πρώτῳ μέλος ἀνθρώποισιν ἀείδειν.
Ἐν ποδὶ δεξιτερῷ, Μοῦσαι δέ σε θρήνεον αὐταὶ
Μυρόμεναι μολπῇσιν, ἐπεὶ λίπες ἡλίου αὐγάς p).

Io. Clericus ad Heſiodum p. 329. et ante eum *Voſſius* de arte Poetica cap. 13. ſect. 3. obſeruant, לין Phoenicia lingua ſignificare *eiulatum*, *gemitum*: ſed hoc forte non obſtat, quo minus a Lino illo celebri leſſus iſte nomen acceperit, vt diſerte tradit Pauſanias. Et obſeruat ex Euripide Athenaeus, Λίνον et αἴλινον cantari ſolitum οὐ μόνον ἐν πένθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπ' εὐτυχεῖ μολπῇ. Pauſanias addit, Aegyptio nomine carmen illud dictum *Maneros*. Καλοῦσι δὲ τὸ ᾆσμα Αἰγύπτιοι τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ Μανέρων. Mentio huius etiam apud Plutarchum Lib. de Iſide et Oſiride, p. 357. Suidam in Μανέρως et περιμανές. Theophilus Lib. II. ad Autolycum p. 139. auctor eſt, cultum, qui Saturno deferebatur, ex quorundam ſententia introductum eſſe a Lino, quem *Ilum* quoque vocatum refert. (forte Αἴλινον.) Vide praeterea, ſi placet, Nic. Loenſem X. 3. Epiphyllidum. [?] [in *Gruteri* theſ. crit. tom. VI. pag. 691. f. ſub finem.]

Lini ſcripta. VIII. Apud Laertium q) in prooemio *Linus* dicitur carmine ſcripſiſſe κοσμογονίαν ἡλίου καὶ σελήνης πορείαν καὶ ζώων καὶ καρπῶν γενέσεις. Additur et initium poematis Lini, quod ita ſe habet: ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει, et ex hoc Anaxagoram docuiſſe ὅτι πάντα χρήματα γέγονεν ὁμοῦ. Pauſanias tamen p. 767. diſerte tradit, Linum non illum modo, ſed et alterum iuniorem Iſmenii filium, r) nihil ſcripſiſſe, vel ſaltem illorum ſcripta aetatem non tuliſſe. Et Origenes Lib. I. contra Celſum p. 14. καὶ Λίνος μὲν ὃν προέταξεν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς ὁ Κέλσος, οὔτε νόμους οὔτε λόγους φέρεται, ἐπιστρέψαντες καὶ θεραπεύσαντες ἔθνη. Verum a Sexto Empirico aliiſque refertur

p) Ad recentiorem tamen Linum, non ad Amphimari filium naenias illas adſtringere malit Hauptmannus. *Harl.*

q) §. 3. et 4. vbi dicitur Linus ſagitta ab Apolline percuſſus fuiſſe, i. e. peſtilentia correptus obiiſſe: peſtilentia enim eſt ſagitta Apollinis. *Heum.*

r) Linum, Iſmenii filium, a Lino, Apollinis filio, male diſtingui a Pauſania, animaduertit *Hauptmann* l. c. quia Iſmenius Apollo Thebanus cognominetur, ab Iſmeno, vel fluuio, iuxta Thebas, vel filio Pelaſgi, qui ſimul nomen fluuio dedit. *Harl.*

ſertur inter eos, quos ante [s] Homerum carmina ſcripſiſſe fama fuerit, tum verſus aliquot Lini producuntur ab Euſebio ac Stobaeo, [t] quos habes etiam in Poeſi Philoſophica H. Stephani p. 112. ſq. quibus adde verſus duodecim e Lini περὶ φύσεως κόσμȣ, adductos a Stobaeo Phyſ. tit. 13. [v] [vide quoque verſus a Stobaeo ſeruatos in *Brunckii* gnomicis poetis graecis, Argentor. 1784. p. 128.] Virgilius Ecloga IV. v. 56. ſq. *Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus, Nec Linus.* *Diodorus Siculus* Lib. III. p. 140. ex Dionyſio Mythologo refert, Linum primum inuentorem fuiſſe ῥυθμῶν καὶ μέλȣς, primum literas a Cadmo e Phoenicia allatas, Graecae applicuiſſe dialecto [x] et nomina ſingulis impoſuiſſe et characteres διατυπῶσαι, quod et Suidas teſtatur, additque, eum μȣ́σης λυρικῆς πρῶτον γενέσθαι ἡγεμόνα. Diodorus porro memorat, eundem poeſi et cantu admirandum plures habuiſſe diſcipulos, ſed in his celeberrimos tres: Herculem, Thamyrin et Orpheum, [y] quorum Hercules cum diſceret canere cithara, ingeniique tarditate diſciplinam non caperet, et a Lino plagis caſtigatus eſſet, in iram effuſus magiſtrum interfecit, [z] vt narrat etiam Pauſanias, ſed id alteri Lino iuniori Iſmenii filio accidiſſe teſtatur. Herculem Lini diſcipulum notauit quoque Clemens Alexandrinus primo Stromate lib. I. p. 323. ed. 1688. Orpheum et Linum primo loco inter ſeptem Graeciae ſapientes numerat Hippobotus apud Laertium in Thalete [aa]. Eundem Linum addit Diodorus literis Graecis conſcripſiſſe primi Dio-

s) Apud Bochartum lib. I. Chanaan c. 20. vbi ſcriptores quoſdam Homero antiquiores recenſet, pro *Lycus*, *Orpheus*, *Muſaeus* legendum *Linus*, *Orpheus* etc. etſi ſphalma illud ſeruatum quoque in editione operum Bocharti Leuſdeniana.

t) v. Stobaei Florileg. Grotii p. 37. et *Valcken.* Diatr. in Fragm. Euripidis p. 281. qui emendat quaedam. *Harl.*

v) *Lini* verſus a Stobaeo laudatos iuniori Lino tribuit Eduardus Philippus in theatro poetarum, p. 105.

x) *Io. Guil. Bergerus* de Lino, Wittebergae 1718. tres diſſertationes ventilauit; quarum priores Λίνον ᾆσμα exponunt, vltima, ὑπομνηματική et ἀνασκευαστική, Huetii ſententiam, Linum fuiſſe eundem ac Moſen, refutat Is igitur diſſ. III. §. 12. arbitratur, litteras illas, a Lino linguae graecae adcommodatas, eſſe Pelaſgas dictas, quales habuerint, *Herodoto* teſte, (V. 59.) inſcriptiones Thebis in Apollinis templo repertae. *Harl.*

y) Hauptmanno videtur maior natu Linus, cui diſcipulos, Orphea, Thamyrin et Herculem adiungunt: immo quem Amphionis aetatem attigiſſe putant, carminum ac muſicae perſuaſionibus, Thebarum moenia promouentis. (Philarch. mythol. IV. 10.) Orphei fratrem dicunt alii Linum, Apollinis filium. *Harl.*

z) Alios Magiſtrorum ſuorum interfectores colligit Bonifacius XV. 10. Hiſt. ludicrae.

aa) Inter philoſophos numeratur a Suida ſupra memorato et ab Hermippo apud *Diogen. Laert.* I. 42. *Quintilian.* I. O. lib. I. 10. 9. (pag. 103. ed. Burm vbi vide Almelou.) „quis ignorat, ait, Muſicen tantum iam illis antiquis temporibus non ſtudii modo, verum etiam venerationis habuiſſe, vt *iidem Muſici*, *et vates*, *et ſapientes iudicarentur?* mittam alios: *Orpheus et Linus*, quorum vtrumque diis genitum — — poſteritatis memoriae traditum eſt.“ — Facundiae repertorem facit eum *Nonnus* Dionyſ. libr. XXXXI. 374. ſq. Θρήνȣς eum confeciſſe, narrat *Plutarch.* de Muſica, pag. 1131. aut ſecundum Reiskii edit. vol. X. p. 651. ſed Plutarch. eum *Linum*, qui Amphionis tetigit aetatem, deſignat. De diis Linum poemata ſcripſiſſe, ideoque theologum nuncupatum eſſe, auctor eſt *Auguſtinus* de C. D. XVIII. 14. Fragmenta eiuſmodi carminum, quamquam recentioris aetatis, reperiuntur in Poetis graecis heroic. ed. H. Steph. II. p. 483. et Lectii tom. I. pag. 736. Praeter ea Lini, quae putantur, fragmenta ſunt in *Hertelii* Sententiis variorum poetarum vett. etc. Baſil. 1561. 8. et ſaepius recuſ., in *Henr. Stephani* poeſi philoſophica. 1574. 8. pag. 112., in *Sylburgii* Sententiis Theognidis, Phocylidis et aliorum, gr. et lat. Heidelb. 1596. 8. Francof. 1603. 8. Vltraiecti 1651. 12. *Harl.*

D[illegible] ſiue Bacchi res geſtas, [illegible] mythologica [illegible] complexum. *Iambli-chus* cap. 28. n. 139. p. 117. [illegible] de vita Pythagorae [illegible] verſus, quos [illegible] eſſe [illegible] [illegible], quae Pythagorici [illegible] in auctorem Linum, etſi illa ex ſua [illegible] ſchola [illegible], ſunt non [illegible]. [illegible] hos quoque, quia [illegible] in [illegible] Arcet: legimus: [illegible] [illegible] legunturque in *Brunckii* gnomicis poetis gr. p. 128.]

> Ἔλπεσθαι χρὴ πάντ᾽, ἐπεὶ ὐκ ἔς᾽ ὐδὲν ἄελπτον,
> Ῥᾴδια πάντα Θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον ὐδὲν *bb)*.

Dionyſius in [illegible], quod inſcribitur [illegible] καὶ λόγοι περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν. ὐ γάρ ἐςιν ἕν τι, ἀλλὰ πάντα ἕν, ὡς Λῖνός τε ἔλεγε καὶ Πυθάγορας. *Linum* Theologum ἐν τῷ πρὸς ὑμέναιον δευτέρῳ Θεολογικῷ allegat auctor Theologumenon Arithmeticae et ipſe Pythagoricus, vbi de Heptade agit p. 51. Ad locum fragmenti Cenſorino adiecti, in quo Linus lyram tribus tonis inſtructam ab Apolline parente accepiſſe dicitur, confer Cuperi ἀποθέωσιν Homericam p. 32. ſeq. Fuit et Linus quidam Hiſtoricus Oechaliota, Stephano Byzantio in Οἰχαλία et Euſtathio ad Iliad: β. p. 226. memoratus, ſed quem longe minorem ſuſpicor. Philippi quidem Cluuerii ſententiam, qui in Germania antiqua Lib. I. cap. 24. p. 206. Linum illum veterem et Zoroaſtrem pariterque Adamum vnum eundemque eſſe hominem coniicit, vt parum veriſimilem *cc)*, praetereo, non minus quam eorum, qui [illegible] Linum arbitrantur, [illegible] Muſaeum, [illegible], quos [illegible] ſecutus eſt Lib. de arte Poetica p. 78. Meminit Lini etiam Propertius Lib. II. Eleg. [illegible] [v. 8. vbi vide Burmann. not.]

> Sed magis vt noſtro ſtupeſiat Cynthia verſu.
> Tunc ego ſum Inachio notior arte Lino.

N[illegible] [illegible] καὶ [illegible] [illegible] [illegible] *Heſiodus* apud Clementem 1. Strom. p. 281. Chalcidius p. 220. *Simul exponit ea quae Orpheus, et Linus et Muſaeus de diuinis poteſtatibus vaticinati ſunt, non quo delectaretur aut crederet, ſed quod tanta eſſet auctoritas vaticinantium, vt iis adſeuerantibus parcius credi non oporteret.*

bb) Lini ſuppoſititii teſtimonium vocat *Huetius* quaeſt. Alnet. lib. II. cap. 5. pag. 142. *Heum.*

cc) Ita etiam iudicat *Lambec.* in Prodr. hiſt. liter. I. cap. 7. pag. 58. [Lambec. tamen lib. mem. II. 4. p. 167. de principio poematis apud Laertium prooem. Lino male tributi concludit, eum in itineribus Moſaicorum ſcriptorum notitiam acquiſiuiſſe, de quo tamen Hauptmannus iure ſuo dubitat.] Linum et Moſen eſſe eundem contendunt *Vockerod.* Diſſ. de S. S. notitia inter gentes, cap. VI. §. 3. et *Huetius* Demonſtr. euangel. Prop. IV. cap. 8. §. 20. De quatuor Linis, inter ſe confundi ſolitis vid. *Bouhierius* in diſſ. Palaeographiae Montfauconianae ſubnexa §. 19. ſqq. De etymologia Lini v. *Leibnitii* Etymolog. part. I. pag. 170. de Lino vide *Eccardi* diſſ. de vſu ſtudii etymolog. pag. 44. ſq. *Lambecii* prodrom. hiſtor. lit. lib. 2. cap. 4. §. 3. *Heum.*

CAPVT

CAPVT XV

I. *De Melampode Amythaonis F. Heſiodi* Μελαμποδία. II. *Alius iunior Melampus ſcriptor* μαντικῆς περὶ παλμῶν. *Eiuſdem fragmentum de naeuis oleaceis in corpore hominis.* III. *Editiones.* IV. *Alii ſcriptores* περὶ παλμῶν. *Melampodes alii.*

[Cum ſupplementis G. C. Harles.]

Melampus. I. MELAMPVS, Amythaonis filius, augur et vates a) ſimulque Medicus feliciſſimus, quae duo valde cognata eſſe obſeruat Euſtathius ad Iliad. α. p. 36. ab Homero, Theocrito III. 43. [ubi v. Schol.] et aliis Poetis et ſcriptoribus paſſim celebratur, b) ac prouerbio locum dedit, vt res perceptu difficilis dicatur Melampode et Pellete indigere. Vide Marinum in vita Procli cap. 12. Syneſium de inſomniis p. 154. Suidam in Μελάμποδες. [atque Küſter.] Schol. Homeri ad Odyſſ. ο. 225. et λ. 289. vbi et de eo quod auium animantium voces intellexerit; [*] *Brodaeum* ad Anthologiam Epigrammatum Graecorum p. 5.. [*Burmann.* II. ad Propert. II. 11. 15. pag. 222. ſq. *H.*] et *Gyraldum* dialogo 2. de Poetis, vbi et de Proeti filiabus furentibus, elleboro a Melampode curatis, de qua re Epigramma Graecum exſtat apud Vitruuium Lib. VIII. cap. 3. c). Proculi etiam vice Chironem et Melampodem pro Medicis praeſtantiſſimus dixit *Lactantius* de mortibus perſecutorum c. 33. cuius locum corruptum ex Georgicis Virgilii optime reſtituit elegantiſſimus Cuperus in ἀποθεώσει Homeri p. 4. et in ſuis ad Lactantium notis. — — *Ceſſere Magiſtri Phillyrides Chiron, Amythaoniuſque Melampus.* Heſiodi d) μελαμποδίαν ſiue in μάντιν Melampodem carmen memorat *Pauſanias* in Boeoticis p. 771. ſq. *Athenaeus* Lib. II. p. 40. et Lib. XI. p. 498. vbi laudat Heſiodum ἐν δευτέρῳ Μελαμποδίας et Lib. XIII. p. 609. vbi tertii libri meminit, et *Clemens Alex.* Lib. VI. Stromatum p. 628. *Euſtathius* ad Iliad. Μ. p. 942. et ad Odyſſ. Ο. p. 565. *Io. Tzetzes* ad Lycophronem v. 682. 682. vbi plures verſiculos affert ἐκ τῆς μελαμποδίας ποιήσεως. [at Küſter. ad Suidae locum pag. 521. tom. II. arbitratur, Tzetzen incidiſſe in librum falſum, nomen Melampodis mentitum. *H.*] Videndi etiam de Melampode *Petrus Baelius* in dictionario hiſtorico Critico [v. *Melampus* vol. III. pag. 367. ſq.] et *Daniel Clericus* in hiſtoria Medicinae, Gallice ſcripta, partis primae libro I. cap. 9. vbi inter alia obſeruat elleborum herbam a noſtro Melampode dictam *Melampodium.* [atque *I. H. Schulzii* hiſtoria medicinae p. 77. in primis pag. 87—91.] Herodoto II. 49. et Diodoro Siculo teſte Lib. I. ſ. 61. Melampus ab Aegyptiis in Graeciam tranſtulit ſancita Baccho ſacra, fabuloſas de Saturno et Τιτανομαχίαις narrationes καὶ τὸ σύνολον τὴν περὶ τὰ πάθη τῶν Θεῶν ἱστορίαν e). Vnde aliquid in literas

a) v. *Simſon* Chron. ad A. M. 2661. ante Ch. n. circ. 1342. *Cic.* II. de legg. c. 13. ibique not. Dauiſ. *Harl.*

b) Αἰγύπτιος ἱερογραμματεὺς καὶ ἱεροφάντης. Nicephor. Gregorae ad Syneſ. p. 419. *Fabric.* adde *Blackwell's* Unterſuchung über Homers Leben und Schriften, aus dem Engliſchen überſetzt von *J. Henr. Voß*, Lipſiae 1776. 8. pag. 111. et 120. ſq. *Harl.*

c) Prouerbium de homine verſuto Melampus aliquis vel Proteus. Naz. I. in Iulian. p. 84. Hierophantes, qui Aegyptiorum ſacra Graecis patefecit. Nonnus hiſt 43. ad Naz. *Harl.*

d) Vide infra in Heſiodo pag. 379. *Harl.*

e) *Eudocia* in Ἰωνιᾷ de Melampode pag. 286. agit, primum vocat eum [illegible], fratrem Biantis: tum eius genealogiam adfert, duce quodam, quem vocat Διοχίαν, poſt enarrat eius fata artem-

ras miſiſſe creditum olim, licet coniicere f). Clemens I. protrept. p. 10. ait, Melampodem ex Aegypto in Graeciam tranſtuliſſe τὰς Δηοῦς, Interpres (*Cereris*) ἑορτὰς καὶ τὸ πένθος ὑμνούμενον. Tertullianus Apologetico: *Orpheus Pieriam, Muſaeus Athenas, Melampus Argos, Trophonius Boeotiam, initiationibus homines obligauerunt.* [adde *Bruckeri* Hiſtor. crit. philoſ. vol. I. pag. 403. ſq. *H.*]

[illegible] II. Exſtat et hodie, ſed longe iunioris g) *Melampodis*, h) qui ſub Ptolemaeo Philadelpho vixit, libellus, qui inſcribitur: Μελάμποδος ἱερογραμματέως περὶ παλμῶν μαντικὴ πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα. Huic ex palpitationibus diuinationi [illegible] *de naeuis* [illegible] *in corpore hominis*, ſiue περὶ ἐλαιῶν τοῦ σώματος fragmentum, ſed [illegible] plurasque magis [illegible] i). Diuinationi k) e palpitationibus ſiue ſaliſationibus membrorum, cuius meminit apud Iſidorum VIII. 9. Origg. et Auguſtinum II. 20. de doctrina Chriſtiana, plurimum olim tribuiſſe veteres, docent Caſaubonus lection. Theocrit. p. 51. ad haec verba [illegible] Idyll. III. v. 37. ἅλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός· ἆρά γ' ἰδησῶ αὐτάν. Cotelerius ad Patres Apoſtolicos T. I. edit. Cleric. p. 413. Magius Lib. IV. Miſc. c. 21. Bulengerus de ominibus Lib. IV. cap. 3. Gaulminus ad Euſtathium de Iſmenii et Iſmenes amoribus p. 30. P. Poſſinus ad S. Nili narrationes p. 175. ſeq. [*Erneſti* ad Callimachi H. in Cerer. v. 89. *Broukhuſ.* ad Tibull. I. 11. 12. *Harl.*] et Tobias Gutberletus [illegible] p. 11. ſeq. l). Melampus initio libelli plures ſe libros Ptolemaeo dediſſe [illegible] deſcriptos et [illegible] ſignificat his verbis: Ὅτι μὲν τῶν [illegible] βιβλίων, κράτιστε βασιλεῦ Πτολεμαῖε, [illegible] [illegible] τὰ τέρατα [illegible] καὶ τὰ [illegible], ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν ἀπῄτειλας μοι συγγράψασθαί σοι περὶ τῶν γιγνομένων παλμῶν ἐν τοῖς μέλεσι τῶν ἀνθρώπων etc. In libello ipſo auctores laudat m) Phemonoën, Aegyptios, et [illegible]. [illegible] Melampodem [illegible] laudat *Artemidorus* Oniroc. III. cap. [illegible]. [illegible], quod ex Melampode affert Tzetzes ad Heſiodum p. [illegible] b. edit.

artemque: dein, ἔτι, ait, ὁ Μελάμπους ἐξήνεγκε τὰ ἐν Αἰγύπτῳ ἱερὰ τοῖς Ἕλλησι, διὸ καὶ ἱεροφάντης ἐλέγετο, ὅπερ ἐμιμήσαντο Ἕλληνες. denique cum in forma corporis commutanda alterum fuiſſe Protea. Adde *Apollodori* Biblioth. I. 9. 11. ſq. II. 2. 2. cel. *Heyne* notas ad Apollodor. p. 157. ſq. vbi Melampodiam, ſuſpicatur, partem τῶν Ἐκκαλέγων conſtituiſſe; pag. [illegible]. *Franzii* praef. in Scriptores phyſiognomiae veteres, pag. XXIV. ſq. *Harl.*

f) Heſiodum ex Melampode quaedam tranſtuliſſe notat Tzetzes ad ἔργ. v. [illegible]. pag. 150.

g) Alius neſcio, ſitne Melampus, quem praecepta ſymmetriarum ſcripſiſſe teſtatur Vitruuius praefat. libri VII. *Fabr.* an alius, qui Aſtrologus dicitur? v. not. ad §. III. *Harl.*

h) Floruit circ. A. M. [illegible]. a. Ch. 247. *Harl.*

i) Licet *Lud. Septalio* libr. de Naeuis, pag. 9. Dordrecht. 1650. 8. auctor videatur *Melampus*, *Medicus Athenienſis ab Homero XV. Odyſſ. nominatus, qui ſollerti induſtria, quid naeui in quaque corporis parte ſignificarent, edocuit, vt inter Arabes Aben-raiel.* At rectius *Io. Baptiſta Porta* libro V. coeleſtis Phyſiognomiae, qui et ipſe totus de naeuis eſt, Melampum Firmico Materno iuniorem facit. *Haec Maternus*, inquit, *cap. 4. a quo Melampus. Harl.*

k) Alia eſt diuinatio ex pulſibus, Medicorum filiis familiaris, de qua ante Galenum ſcripſerant Heliaeus quidam Aegimius, Archigenes, Agathinus, Alexander Herophileus cognomento Philalethes, et alii.

l) *I. Iac. Baierus* in Centuria adagiorum medicorum, adagio LXXXIX. *ſupercilium ſalit. Harl.*

m) Phimonem augurem vocat Auguſtinus Niphus lib. I. de auguriis cap. 9. Sed vide, quae infra dicimus in Phemonoe.

edit. Heinſii: cui Tzetzes ibi inepte Melampodem illum Heſiodo antiquiorem facit. quemadmodum *Ludouicus Septalius*, Mediolanenſis, in libro de naeuis ſect. 2. praeter rem affirmauit, Melampodem Homero Lib. XV. Odyſſeae [v. 226.] laudatum fuiſſe, cuius libellum ſiue partem libelli de naeuorum in quaque corporis parte ſignificatione habemus: cum quo conferenda Acta naturae Curioſorum Decade II. anno VI. pag. 19. ſqq.]

Codices et editiones.

III. Μαντικὴν περὶ παλμῶν et *de naeuis corporis* n) fragmentum, primus *Graece* edidit *Camillus Peruſcus*, vna cum Aeliani variis hiſtoriis, Heraclide de politiis, Polemoniſque et Adamantii Phyſiognomonicis, Rom. 1545. 4. o) Deinde *Fridericus Sylburgius* in luculenta ſua Ariſtotelis editione Graeca, Philoſophi Phyſiognomonicis ſubiecit Francof. ap. Wecheli haeredes 1587. 4. In *latinam* linguam tranſtulit et vna cum Meletio de natura hominis, Hippocrate de natura humana, Dioclis Caryſtii libello de ſanitate tuenda et Polemonis Phyſiognomicis edidit *Nicolaus Petreius*, Corcyraeus, Venet. 1552. 4. Ante Petreium *Auguſtinus* p) *Niphus* ea, quae de ſaltibus tremoribuſque, qui in hominum membris fiunt, a Melampode ſcripta ſunt, libro primo de auguriis capiti nono inſeruerat, Baſil. 1534. 8. [qui liber perrarus eſt.] Porro Graece et Latine vna cum Hieron. Cardani Metopoſcopia edidit *Claudius Martinus de Laurendiere* Pariſ. 1658. fol. q). *Gallice* vna cum Adamantii libro tranſtulit et Richelio Cardinali inſcripſit *Henricus de Bouvin du Carroïs*, duodecim annorum puer. Pariſ. 1636. 8. *Germanice* praeterea [?] redditus extat ad calcem trifolii Chiromantico-Phyſiognomici vna cum Ioh. Sigiſmundi Elsholtzii libro de ſymmetria corporis humani, Norimb. 1695. 8.

n) Codices MSS. hi fere ſunt: *Melampodis* ep. de diuinatione per palpitationes, cum Polemone et Adamantio, in Catal. bibl. reg. Pariſ. MSS. p. 435. cod. 2037. chartac. ſaec. XVI. olim Colbertin. (in Montfaucon. biblioth. bibliothecarum MSS. cod. 3825. pag. 985.) — ib. cod. 2119. ſaec. XVI. cum Polemone et Anonymi brontologio, pag. 446. — ibid. cum aliis, cod. 2154. ſaec. XIV. pag. 454. — In bibliotheca Vindobon. eſt *Melampodis Aſtrologi Methodus praedictionum lunarium*, cod. chartac. CXXIX. n. 10. in *Lambecii* Comment. de bibl. Caeſar. lib. et vol. VII. col. 514. *Harl.*

o) Princeps editio inſcripta eſt: Αἰλιανὲ etc. *Aeliani variae hiſtoriae libri XIV. Ex Heraclide de rebus publicis Commentarium, Polemonis Phyſionomia, Adamantii Phyſionomia,* MELAMPODIS *ex palpitationibus diuinatio, de Naeuis.* Ἐν Ῥώμῃ, ἔτει αφμε (h. e. 1545.) cum insigni boni Euentus. *Camillus Peruſcius* edidit in . at in epiſtola dedicatoria ad Paullum III. pontificem rom. graece ſcripta, Melampodis nullam fecit mentionem, multo minus, vnde hauſerit. idem priorem, quam neſcio equidem, Adamantii et Polemonis editionem, minus vero adcuratam rectamque memorat. *Cam.* tamen *Per.* editio multis vitiis eſt contaminata, quod forſan cod. MSt. quo is vſus eſt, tribuendum erit. Correctior eſt ed. Sylburgii. *Harl.*

p) Niphi liber occurrit etiam in Tomo quinto theſauri antiquitatum Romanarum Graeuiani, vbi vide pag. 330. ſeq. Gallice vertit *Antonius du Moulin*, Lugd. 8. et Pariſ. 1566. 16. *Fabric.* In Niphi verſione multa loca vel omiſſa eſſe ſedulo, vel in illius exemplo non exſtitiſſe, animaduertit cl. Franz. in praefat. pag. XXVI. *Harl.*

q) Recentiſſima editio eſt: *Scriptores Phyſiognomiae veteres, ex recenſione Camilli Peruſci et Frid. Sylburgii, graece et latine. recenſuit, animaduerſiones Sylburgii et Dan. Guil. Trilleri in Melampodem emendationes addidit, ſuaſque adſperſit notas Io. Georg. Frider. Franzius.* Altenburgi 1780. 8. *Harl.*

Alii ſcriptores de hac diuinatione, [illegible] Melampus grammaticus.

IV. Scripſerat et *Poſidonius* quidam olim παλμικὸν οἰώνισμα, cuius meminit Suidas r) in παλμικὴ, et Ποσειδώνιος et οἰωνιστικὴ, teſtatus praeterea Sibyllam περὶ παλμῶν ſcripſiſſe. Quod diuinationis genus [illegible] in iis, quae habemus Sibyllinis Lib. III. p. 231. vbi pro [illegible], in Codice Regis Galliae legitur οὐ παλμῶν οἰώνισμα, teſte Opſopoeo. Vide et Iuſtini quaeſt. XIX. ad Orthodoxos [illegible] ad Gregor. Nazianz. [illegible] I. p. 51[illegible] cuius locus integer non eſt praetermittendus. „Diuinatrix ſcientia partim ὀρνεοσκοπητικὴ eſt, quam [illegible]; partim οἰκοσκοπητική; partim ἐνόδιος; partim χειροσκόπος, partim παλματική. Ὀρνεοσκοπητικὴ eſt, quum volante huc vel illuc aue, ante vel retro, dextrorſum vel ſiniſtrorſum, quid hoc ſignificet, dicimus. Quam diuinationis partem *Te[illegible]* inueniſſe dicunt. Οἰκοσκοπητική, quum [illegible], quae in domo contingunt, [illegible], quidque hoc portendat, exponit: [illegible] in [illegible], aut ſerpens, aut mus adparuit, aut effuſum eſt oleum, aut [illegible], de quo genere opus edidit Xenocrates. Ἐνόδιος autem, quum ea, quae in via fiunt, enarrantur, vt ſi quispiam occurrerit hoc geſtans, hoc tibi accidet; ſi autem ille, hoc tibi eueniet, de quo genere Pollux pertractauit. Χειροσκόπος vero, quum ex manuum extenſione ac rugis dicimus, rem hanc illum manere, vel quod ipſius nuptiae ambiuntur, vel quod liberos procreabit, vel [illegible], de quo volumen conſcripſit Helenus. Παλματικὴ [illegible], quum de corporis palpitatione aliquid cognoſcitur: vt ſi palpitet [illegible] dexter, [illegible], aut ſi humerus, aut reliqua pars corporis: de quo genere [illegible] *Poſidonius*." [illegible] *Theocrit* Idyll. III. 28. ſq. ex verſ. lat. „Intellexi nuper, quum quaererem, an me amares, Telephilon [illegible], ſed [illegible]," et [illegible] tauit: *Frid. Adolph. Lampe* de cymbalis veterum, Traiecti ad Rhenum 1703. lib. I. cap. 10. [illegible] *Melampus* Grammaticus, cuius Scholia in Dionyſium Thracem [illegible] in variis Bibliothecis, quemque laudat Tzetzes ad Lycophronem v. [illegible]. [illegible] de *Melampode* [illegible], quem inter Homeri maiores refert Herodotus ſiue quis alius ſcriptor vetus in Poetae vita.

r) *Eudocia* in Ἰωνιᾷ pag. 316. vbi plura diuinationum genera eorumque auctores enumerantur, παλματικὸν, ait, δέ ἐστι, τὸ διὰ τῆς πάλσεως τοῦ σώματος γνωριζόμενον· οἷον ἐὰν πάλλῃ ὁ δέξιος ὀφθαλμὸς, τόδε σημαίνει· ἢ ὁ μηρός· ἢ ὁ ὦμος· ἤ τι τῶν τοῦ σώματος, ὃ συνεγράψατο Ποσειδώνιος. Inuentor vero aut ſcriptor τοῦ ὀρνεοσκοπητικοῦ dicitur *Te[illegible]nus*; τοῦ οἰκοσκοπητικοῦ, *Xenocrates*: τοῦ ἐνοδίου, *[illegible]les*: τοῦ χειροσκοπίας, *Helenus. Harl.*

CAPVT

CAPVT XVI

I. Meliſander Mileſius. II. *Mochus Sidonius.* III. *Muſaeus Athenienſis.* IV. *Scripta eius apud veteres memorata, itemque obiter de Laſo Hermionenſi.* V. *Muſaei a Meurſio et aliis praeter rem multiplicati.* VI. *Poema longe iunioris Poetae de amoribus Herus et Leandri.* VII. *Editiones.*

[Cum auctario G. C. Harles.]

Meliſander Mileſius. I. MELISANDER MILESIVS ab Aeliano Lib. XI. cap. 2. Variae hiſtoriae accenſetur Poetis, qui Homerum aetate praeceſſerint, diciturque Lapitharum et Centaurorum pugnam ſcripſiſſe.

Mochus. II. De MOCHO Sidonio vide, quae dicimus infra in *Sanchoniathone:* Laertii et Suidae Ὤχος.

Muſaeus Athenienſis. III. MVSAEVS Philoſophus et ἐποποιὸς Athenienſis, Eumolpi ſecundi et [a] Selenes filius ſiue per Antiophemum nepos (diuerſae enim iam olim de hoc fuere ſententiae, vt notatum Menagio ad Laertii prooem. ſect. 3.) Vxor Δηιόπη. Ariſtot. Mirab. fol. 711. a. [b]) Orphei imitator (vide *Pauſaniam* p. 813.) et diſcipulus (*Syncell.* p. 156.) fuiſſe fertur. Quo ſenſu accipiendum putauerim, cum a Platone, Pindaro et aliis Orphei filius appellatur, et Iuſtinus Martyr Orpheum [c] ſcripſiſſe ait πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μουσαῖον, καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατάς.

— σὺ

a) Hinc Σεληνιακὸς dicitur Proclo I. in Timaeum. Alius *Muſaeus*, Iouis aequalis, cuius mentio apud Diodorum Siculum lib. V. p. 234. Confer Syncellum p. 153. vbi male excuſum Μουσὸς pro Μουσαῖος ὁ Ἐλκταίας καὶ Νύμφης ἤκμαζεν. ſub Cecrope.) — *Herodorus* ὁ τὰς Ὀρφέως καὶ Μουσαίου γράψας ἱστορίας, laudatur ab Olympiodoro apud Photium cod. CXI.

b) In *Hermeſianactis* Elegia, v. 15. ſqq. apud *Athenaeum* XIII. p. 597. quam recudi fecit cl. *Ruhnken.* ad calcem edit. nouae ſuae Hymni in Cererem Homerici et duarum Epiſtolarum criticarum, pag. 287. vocatur Muſaei amica, *Antiope*, de qua quidem doctiſſ. Ruhnkenius ſibi, fatetur nota, nihil conſtare: animaduertit tamen, Dalechampium ad Athenaeum et P. Burmannum ad Propert. II. 21. 55. [III. 13. 11.] eam cum Antiope, Nyctei filia confundere. *Harl.*

c) Conf. *Suidam* voc. Μουσαῖος (vbi plures Muſaei recenſentur) ibique Küſterum, qui iam laudauit *Meurſium* Lection. Attic. lib. II. cap. 19. de Muſaeis diuerſis eorumque ſcriptis diſputantem: item *Eudociam* pag. 303. quae exſcripſit Suidam. Hic vero et illuſtris illa femina, Muſaeum noſtrum, tradunt, fuiſſe Eleuſinium, Athenienſem, filium *Antiphemi*, (quod etiam *Androtion* hiſtoricus apud Schol. *Sophoclis* in Oedip. Coloneum v. 1047. prodit,) et vxoris eius *Helenae*. Sed *Selenem* fuiſſe matrem, atque *Eumolpum* patrem, *Philochorus* apud ſcholiaſten (cuius verba Fabricius §. ſequenti adfert,) *Ariſtophanis* ad Ranas v. 1065. memoriae prodidit: cui concinit epitaphium, quamquam recentioris hominis foetus eſſe videatur, ab eodem ſcholiaſte ibidem et a Diogene Laertio loco mem. prolatum. Atque Σελήνης γυναικὸς apud Suidam legendum cenſet *Eduard. Simſon* in Chronico cathol. ad a. m. 2750. ante Chriſtum 1253. qui quidem duce *Pauſania* lib. X. c. 5. p. 809. vid. c. 12. p. 828. Muſaei noſtri patrem fuiſſe *Antiophemum*; (atque *Antiophemi filius* etiam adpellatur in *Orphei* Argonauticis, v. 306.) contra, auo et filio illius *Eumolpi* nomen haeſiſſe opinatur. At quis in tantis tenebris veram lucem poteſt cernere? Saltem iam *Seruius* ad Virg. Aen. VI. 667. *Theologus fuit iſte poſt Orpheum*, *et* ſunt variae de hoc opiniones: *nam alii* LINI (ſic enim legit *Weſſeling.* ad locum Simſonis col. 259. non; *Lunae*, vti Simſon et Fabricius ipſe in hac tertia paragrapho ſcripſerunt,) *filium*; *alii Orphei* volunt.

—— *σὺ δ' ἄκουε Φωσφόρου ἔκγονε Μήνης*
Μουσαῖε. —— —— ——

Confer Orphei *εὐχὴν πρὸς Μουσαῖον*, quae incipit: *μάνθανε δὴ Μουσαῖε*. *Caſſiodorum* Lib. II. Variar. Epiſt. 40. *Seruium* ad VI. Aeneidos v. 667. vbi in campis Elyſiis Sibyllis non Homerum, ſed Homero antiquiorem Muſaeum, primum ante omnes vates afflata inducitur: *Eum alii Linae filium, alii Orphei volunt, cuius eum conſtat fuiſſe diſcipulum, nam ad ipſum primum carmen ſcripſit quod appellatur Crater.* Homerum ex Muſaeo quaedam deſcripſiſſe ac ſuis intexuiſſe poematis, contendit Clemens Alex. 6. Strom. p. 618. quemadmodum Heſiodum p. 628.

Scripta IV. Scripta Muſaei haec apud veteres commemorantur:

Oracula. Χρησμοὶ ſiue *Oracula*, quorum mentio apud Ariſtophanem in Ranis [v. 1065. ad quem locum Scholiaſtes: Τὸν Μουσαῖον παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου Φιλόχορός φησιν· οὗτος δὲ παραλύσεις καὶ τελετὰς καὶ καθαρμοὺς συνέθηκε. ὁ δὲ Σοφοκλῆς χρησμολόγον αὐτόν φησι. Meminit Muſaei Χρησμῶν etiam, (qui illos legiſſe ſe teſtatur,) et ex iis quaedam adducit *Pauſanias* in Phocicis p. 820. et 828. et *Philoſtratus* Heroicis, [cap. II. ſect. 19. pag. 693. ed. Olearii.] in Proteſilao, *Herodotus* autem Lib. VII. cap. 6. [vbi confer Weſſelingii et Valckenarii notas, p. 508. d)] affirmat Onomacritum, qui Orpheo etiam (vt infra dicemus) oracula ſuppoſuit. χρησμοὺς ſub Muſaei nomine concinnaſſe, et ἐπαυτοφώρῳ deprehenſum a *Laſo* e) Hermioneo, eiectum eſſe Athenis a Piſiſtrato. Clemens quoque Lib. I. Stromatum p. 332. ſq. vbi perperam tradit, Orpheum Muſaei diſcipulum fuiſſe, auctor eſt

τὸ

tunt. Sed vide *Lamberti* Prodrom. hiſt. lit lib. II. cap. 4. pag. 181. ſqq. de aetate Muſaei: quem Orphei diſcipulum potius, quam praeceptorem, aetateque illo ſuperiorem exiſtimo. Praeter alia teſtimonia confer quoque Orphei, ſeu quiſquis fuerit auctor, Argonautica, verſ. 7. ibique Geſner, vv. 856. 884. 1189. 1344. adde *Bruckeri* hiſtor. crit. philoſ. vol. I. pag. 400. ſq. et *Cromaziani* Iſtoria et della indole di ogni filoſofia etc. tom. II. pag. 17. ſqq. ed. Venet. 1782. 8. Denique, *Muſaeum*, aequalem Orphei, non reuera fuiſſe, ſed eum vti Orpheum et Linum nomina eſſe ab antiqua Phoenicum lingua, qua vſi Cadmus, et aliquamdiu poſteri, et nomen *Muſaei* a *μῶσα*, quod a מוסר *moſar*, *ars*, *diſciplina*, originem duxiſſe, aeque falſa fuit opinio *Gerh. Io. Voſſii*, de artis poeticae natura cap. XIII. §. 3. ac ſententia *Vockerodii* diſſ. de S. Scripturae notitia inter gentes, cap. VI. §. 2. (quam quidem ineptam vocat *Wolf.* in Adnott. ad Morelli Tab. hiſt. philoſ. p. 47.) atque *Huetii* in Demonſtr. Euang. Prop. IV. cap. 8. §. 18. (quae quidem opinio antiqua fuit, v. Artapanum apud *Euſebium* Praep. Euang. lib. IX. p. 252. R. Steph. et *Henr. Leonardi Schurzfleiſchii* Notitiam bibl. Vinar. ad Euſebii Chron. Num. CCCCLXIII. de aetate Muſaei pag. 102. ſq.) Muſaeum et Moſen eſſe eundem. *Harl.*

d) Ex hoc Herodoti loco praeter ea conſtat *Onomacritum*, Athenienſem, ſortilegum et Muſaei ſortium venditorem, vel potius diſpenſatorem atque interpretem, (διαθέτην χρησμῶν τῶν Μουσαίου vocat eum Herodotus,) vixiſſe tempore Hipparchi, Piſiſtrati filii, regnante in Perſia Xerxe: vide, quos iam laudauit Weſſeling. ad Herodoti locum, *Voſſium* Poet. graec. cap. 4. p. 23. et *Boeclerium* diſſert. Herodot. cap. 14. pag. 154. *Harl.*

e) De hoc *Laſo* primo Muſices ſcriptore multis agunt Leopardus Lib. II. emendatt. cap. 1. Voſſius Poetic. III. p. 87. Tan. Faber Lib. I. Epiſt. p. 69. Meurſius ad Ariſtoxenum p. 141. ſeq. Meibomius p. 78. Grotius ad Marciani Capellae paginam 317. Aequalis Xenophanis fuit, vt docet Plutarchus de vitioſo pudore p. 530. et Simonidis, teſte Ariſtophane in Veſpis. Fuit et alter *Laſus* Magnes, quem Phaenomena ſcripſiſſe refert auctor vitae Arati.

τοὺς ἀναφερομένους εἰς Μουσαῖον χρησμοὺς Onomacrito ab aliis tribui. Muſaeum inter vates, ſiue auctores oraculorum refert etiam *Strabo* Lib. XVI. [p. 762. ſiue ed. Almel. pag. 1100.] et *Herodotus* Lib. VIII. c. 96. [p. 663. ſq. ed. Weſſeling. quem vide.] Orpheum, Linum et Muſaeum de diuinis poteſtatibus vaticinatos Platonique laudatos narrat Chalcidius p. 220. Meminit *Muſaei* Plato in Apologia, in Ione, in 2. de Rep. et in Protagora, vbi τελετάς τε καὶ χρησμῳδίας Orpheo et Muſaeo tribui teſtatur.

Praecepta. Ὑποθῆκαι ſiue *Praecepta ad Eumolpum tertium, filium ſuum*, Suidae memorata, ἔπη δ'. *verſus quatermille.* Hoc opus Pauſanias plus ſimplici vice memorat, et a Graecis decantatum teſtatur, nomine Εὐμολπιῶν carminum p. 809. Videtur tamen et ipſe haec ad Onomacritum referre [?] in Atticis p. 53. Lambecius p. 185. prodromi hiſtoriae litterar. male diſtinguit ὑποθήκας haſce ab Eumolpiis Muſaei carminibus. Fuere et Eumolpi *verſus ter mille*, quibus myſteria Cereris tradiderat, vt ex Suida iam ſupra notauimus; hos alios longe fuiſſe ab Eumolpiis iſtis Muſaei carminibus non modo colligo ex eo quod numerus verſuum vtroque in loco diuerſus eſt, ſed et auctor atque argumentum. De myſteriis enim ſingulari opere Muſaeus egerat, quod infra commemoramus. In hiſce autem ὑποθήκαις videtur praecepta ad vitam neceſſaria complexus fuiſſe et filio tradidiſſe.

Hymnus in Cererem. *Hymnus in Cererem*, in Lycomidarum gratiam (de quibus Meurſius Lib. II. cap. 19. Atticar. Lect. et Kühnius ad Pauſaniae Meſſenica cap. I.) concinnatus, quem ſolum pro Muſaei illius priſci ſcripto certo ac genuino habet Pauſanias in Atticis, [cap. 22. pag. 53. *Harl.*], atque iterum laudat in Meſſenicis p. 281. reliqua vniverſa ab Onomacrito Muſaei nomini ſuppoſita teſtatus.

De morbis curandis praecepta. Ἐξακέσεις νόσων ſiue *de morbis curandis praecepta* memorata Ariſtophani in Ranis, [v. 1033.] et Euſtathio prooemio in Iliadem p. 3. In hoc libro, ni fallor, dixerat, de polio herba, quod ex Muſaeo repetit *Theophraſtus* Lib. IX. hiſt. plantar. cap. 21. Plinius Lib. XXI. cap. 7. et 20. Lib. XXV. cap. 2. Schol. Apollonii in Lib. IV. ἡ δὲ ἀρκεύθεος δένδρον τι ἀκανθῶδες Ἀπόλλωνος ἴδιον, ὡς ἱστορεῖται ἐν τρίτῳ τῶν εἰς Μουσαῖον ἀναφερομένων.

Theogonia. *Theogonia*, quam memorat Laertius in prooemio, atque vt Meurſio videtur Harpocration et Suidas in Μελίτη. Idem Muſaei opus puto reſpici ab Eratoſthene cap. 13. Cataſteriſm. [Idem reſpicere arbitror *Pauſan.* Attic. cap. 14. p. 34. ſed de eius fide dubitat. *Harl.*] Ex eodem petita videntur Lambecio, quae de duabus γενέσεσι Μουσῶν profert Scholiaſtes Apollonii Rhodii ad Lib. III. Addit Laertius Muſaeum docuiſſe, ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γίνεσθαι καὶ εἰς ταυτὸν ἀναλύεσθαι.

Titanographia. Τιτανογραφία f). cuius librum tertium citat Scholiaſtes Apollonii Lib. III. g) Recentis poetae Galli *Guerre des Titans* poema, velut ex Muſaeo et Ouidio compoſitum prodiit, Leodii 1727. vid. Mem. de Trevoux. a. 1727 p. 1698.

Sphaera

f) De Titanomachia *Eumeli*, ſiue Aretini ſupra cap. 2. §. 4. Alios de hoc argumento ſcriptores vide laudatos ad Ouid. Metam. V. 321. tom. 2. pag. 340. edit. Burmann.

g) In tertio Titanographiae libro Muſaeum de Cadmo egiſſe, narrat Eudocia in Ἰωνιᾷ pag. 248. *Harl.*

Sphaera. *Sphaera*, de qua idem Laertius in prooemio, vbi de Muſaeo agit: ποιῆσαι δὲ Θεογονίαν καὶ Σφαῖραν πρῶτον, quanquam dubitari poſſit, hiſne verbis ſcripto ſphaeram coeleſtem expoſuiſſe dicatur h). (vti Linus praeter κοσμογονίαν ſcripſiſſe ab eodem Laertio dicitur de curſu ſolis et lunae.) an Sphaeram ipſam primus reperiſſe, quod Atlanti tribuit *Diodorus Siculus* Lib. III. p. 193. quem inde dictum humeris coelum portare narrat idem Lib. IV. p. 233. ſq. Conf. *Plinium* Lib. II. cap. 8. qui Lib. VII. cap. 56. Sphaeram, ſcribens, inuentam ab Anaximandro, ſigniferum dicere voluit, etſi ſphaeram ab Anaximandro κατεσκευασμένην tradit etiam Laertius, quod de libro accepit Suidas, minus, ni fallor, ad Laertii mentem. [¶]

Myſteria. Παραλύσεις καὶ τελεταὶ καὶ καθαρμοὶ, quae a Muſaeo compoſita refert auctor ſcholiorum Ariſtophanis in loco paulo ante adducto. Eadem tria iungit Plato, de Muſaeo et Orpheo agens Lib. II. de Rep. Παραλύσεις ſiue καταλύσεις dicuntur, quod homines et ciuitates docerent religione abſolui et liberari a peccatis criminibusque, quibus ſe obſtrinxerant. Τελετὰς ſiue *Myſteria* a Muſaeo inſtituta multi memorarunt,[i] vt idem Plato duobus in locis, Lucianus περὶ ὀρχήσεως et alii. Haec ipſa ſunt Myſteria Eleuſiniae Cereris, de quibus exſtat liber integer Meurſii, quem vide cap. 2. Καθαρμοὺς etiam ſcripſit *Empedocles*, vt infra notaui libro II. c. 11.

Ex quibus porro Muſaei ſcriptis hauſta ſint verba verſiculiue, quos adducunt *Ariſtoteles* Lib. VIII. *politic.* cap. 5. et Lib. VI. cap. 6. *Hiſt. animal.* et *Plutarchus in Mario*,[k] *Clemens Alex.* Lib. VI. Strom. p. 618. et 628. vbi Homerum ac Heſiodum ex Muſaei carminibus profeciſſe contendit, nemo eſt, qui nos doceat. Verſus pleroſque Muſaei ex Clemente, Pauſania, quem ex Oraculis Muſaei nonnulla producere diximus, et Ariſtotele collectos exhibet H. Stephanus in poeſi Philoſophica p. 109. Eundem eſſe puto[l] Muſaeum, ex quo *Clemens Alex.* p. 628. notat, integrum librum *de Theſprotis Eugammonem*, ſiue vt Euſebius Lib. X. cap. I. praeparat. *Eugamonem* Cyrenaeum transſcripſiſſe. Forte in Muſaei χρησμοῖς quaedam legebantur ex lebete Theſprotico, cuius celebris antiquiſſimi oraculi mentio apud Theodoritum Lib. X. Therapeut. et alios.

Plures Muſaei. V. Neutiquam vero aſſentiendum eruditiſſimo *Meurſio*, qui in Bibliotheca Attica ex vno nobis Muſaeo ternos, et Lib. II. c. 19. Atticar. Lect. quaternos confinxit, Antiphemi filium, Selenes ſiue Lunae filium priorum nepotem, ter-

h) ποιῆσαι h. l. interpretandum eſſe, *verſibus conſcripſiſſe* cum viro docto in Obſſ. miſcell. in auct. veteres etc. vol. III. pag. 346. et cum *Lambecio* in Prodromo etc. pag. 185. arbitror. *Harl.*

i) Muſaei filius, *Eumolpus*, Eleuſiniorum ſacrorum auctor habitus eſt: tametſi is non primus illa Myſteria inſtituiſſe, ſed potius interpolaſſe exiſtimetur, [illegible] in Cerem. p. 2[illegible]. qui ad a. 2600. pandit, atque refert originem iſtorum ſacrorum, Cerere Celeo, Eumolpo, Diocli et Triptolemo ea ſacra tradente. v. *Homeri* H. in Cererem, verſſ. 479. ſqq. et cl. *Ruhnken.* ad illos pag. 70. ſq. ed. Lugd. B. 1782. Atque Eumolpus fuiſſe dicitur primus Hierophanta. v. *Cremazian.* loco mem. Infra de Orpheo, plura diſſerendi de hoc argumento locus erit commodior. *Harl.*

k) Ariſtot. et Plutarcho laudatur verſus de numero [illegible], ſiue τὰ [illegible] addе Allat. p. 119. ad Euſtath.

l) Idem iudicat *Lambec.* in Prodromo hiſt. lit. pag. 184. quem conferes. *Harl.*

tertium filium Orphei, et quartum denique, quem Eugamon exſcripſit. Neque video, cur *Voſſius* libro de quatuor artibus popularibus p. 40. ſeq. Muſaeum ab Ariſtotele citatum et Theogoniae Sphaeraeque auctorem diuerſum eſſe exiſtimet ab altero, quicunque is etiam fuerit, χρησμῶν auctore. Mentio veteris illius Muſaei etiam in marmore Arundeliano. Vide Palmerii Exercitationes ad auctores Graecos p. 629. ſq. Fuit & alius *Muſaeus Thebanus*, Thamyrae et Philammonis filius, quem ante Troiana tempora ſcripſiſſe, et μέλη atque ἄσματα compoſuiſſe Suidas narrat. Tertius porro *Epheſius*, ſed longe iunior; de quo idem Suidas narrat: Μουσαῖος Ἐφέσιος ἐποποιὸς, τῶν εἰς τοὺς Περγαμηνοὺς καὶ αὐτὸς κύκλους, ἔγραψε Περσηΐδος βιβλία δέκα καὶ εἰς Εὐμενῆ καὶ Ἄτταλον. [Alius *Muſaeus*, qui ab Antiocho, rege Syriae, primum nomine caduceatoris ad Publ. Scipionem de ſumma rerum acturus miſſus eſt, apud *Polybium* in Excerptis legat. T. II. p. 570. ed. Erneſt. deinde legatus ad Romanos, ibid. pag. 604. *Harl.*] Neſcio an diuerſus ab his fuerit, isque Grammaticus, cuius περὶ Ἰσθμίων laudat Arſenius ad Euripidis Medeam [v. 9.], auctor ſcholiorum ad Apollonium Lib. III. et Varinus in Ἴσθμια. [P] [Praceunte Ionſio, pag. 71. med. „Queritur in ſua Republica Plato, fuiſſe agyrtas, qui domos et vrbes oberrarent, librorum ὅμαδον circumferentes, qui Muſaei et Orphei Σελήνης καὶ Μουσῶν ἐκγόνων nomina praeferrent. Ingentes ad legendum illecebrae tam ſplendida nomina: ſed pleriſque, qui ventre et inguine felicitatem metiebantur, longe maiores, librorum argumentum. Eo enim ſpectabant illi libri, vt ſi quis ſcelere aliquo ſe impiaſſet, certarum expiationum formulis docerent, quibus offenſa numina placarentur. Artem ſcilicet, qua nulla hominum vulgo ars acceptior, impune peccandi tradebant.“ *Meric. Caſaubon.* de vi et vſu verborum. f. 136.]

Muſaeus de amoribus Herus et Leandri. VI. * Exſtat et *Muſaei* nomine carmen Epicum, Graecis verſibus molliſſimis *de amoribus Herus et Leandri* compoſitum m), quod Michael Sophianus (teſte Caſaubono ad Laertium) *Leo Allatius* [de patria Homeri cap. IV.

Q 2 pag.

m) Lepidum eſt commentum, et vero ſomnium *Hermanni von der Hardt* de hoc carmine Muſaei, ſub Herus et Leandri nominibus Romae et Byzantii cladem, Stilicone defuncto illatam cantantis, (Helmſtadii 1725. 8.) v. praefat. *Carpzou.* ad alteram ſuam editionem, et Annales academiae Helmſtad. ſemeſtri XI. pag. 44. At criticorum ſenatus, de aetate *Muſaei*, ſeu poetae qui amores Leandri et Herus celebrauit carmine, in diuerſas abit partes. Miſſis iis, quae in paragrapho ipſa iam adnotata ſunt, addere liceat et quorumdam virorum doctorum iudicia de Muſaeo, et rationes, quibus ducti arbitremur multo ſerioris aetatis eſſe poema. Iudicia igitur vel potius ſuſpiciones in duas claſſes poſſunt diſpeſci: quarum prioris, auctorem huius carminis fuiſſe Muſaeum illum antiquiſſimum, anteſignanus eſt *Scaliger:* poſterioris autem homines docti claſſis, quae auctorem iure meritoque ſeriori vindicat aetati, in alia omnia tranſeunt. De ſingulis paucis videbimus, eoque breuioribus nobis eſſe licebit, quod poſt Fabricium *Kromayerus* ac *Schraderus*, in praefationibus ad ſuas poetae editiones, inprimis cl. *Carol. Frid. Hindenburg*, in praeſenti Profeſſor Lipſienſis, in *Specimine* erudito *Animaduerſionum philologico criticarum in Muſaeum*, Lipſiae 1763. 4., in quo primum Scaligerianam opinionem damnat, et ingenioſis nouiſque argumentis vſus peruertit, dein plura loca poematis obſcura docte illuſtrat, hac in re diligenter ſunt verſati. Ad priorem igitur claſſem quod adtinet, mirum omnino videri poteſt, Scaligerum quoſdam, quamquam ii pauci ſunt, (v. Röueri praef. pag. 3. quibus adde *Baldum* in italica verſione infra memoranda,) ſuae cauſſae inueniſſe patronos. Nolo equidem id vrgere, MSS. codices, quos Sophianus et Iac. Gronouius inſpexerunt, et quibus accedit Vene-

Venetus a Doruillio collatus, inſcriptionem Μουσαίου Γραμματικοῦ habere; quia inſcriptiones eiuſmodi ſaepe a librariis aut interpretibus priſcis ſunt profectae. Ex ipſo carmine certa ſerioris aetatis ſigna poſſunt peti. Primum omnis oratio eſt argutior et comtior, quam vt ad ſimplicitatem Homericae, et vero ſuperioris aetatis accedat: e contrario ſpirat veneres anxie quaeſitas, ac lepores verborum cumulatos et hominem amoeni quidem ingenii, at luxuriantis et ſibi temperare neſcii: vniuerſim, grammaticum, qui tamquam in ſchola Alexandrina educatus illiuſque praeceptis innutritus ornatum, et elegantias ſtudioſius venatur, qui mollior eſt et delicatior, at tamen audentior ipſo deo Amore, denique arte plus quam ingenio valet, (v. *Ger. Io. Voſſium* de arte poetica cap. 5. num. 4. pag. 27. et noua *Menagiana* pag. 6. 7. et 325. vol. II.) manifeſto prodit. In qua ſententia acutus *D. Heinſius* in praefatione ad Heſiodum iam verſatus, *qui* (Muſaeus,) ait, *praeter nomen vetuſtatis ne hilum habet: adeo vt ex molliculis illis grammaticulis, aut dicendi magiſtellis, vel prima fronte fuiſſe adpareat.* Tum inueniri quaedam vocabula, quibus ſic vſus eſt Muſaeus, vt planiſſime conſtet, eum ab veterum in ſcribendo ἀκριβείας multum abeſſe: porro in Muſaeo quaedam occurrere vocabula, quae Homerus primus finxiſſe et protuliſſe perhibetur a bonae fidei auctoribus; denique eum non omnes ſyllabarum quantitates ad Homericam illam ἀκρίβειαν exegiſſe, multis iiſque claris demonſtrat exemplis cl. *Hindenburg.* Nec tam altum de Muſaei carmine, id ſi a vate illo antiquiſſimo profectum fuiſſet, ſilentium, etiam grammaticorum atque ſcholiaſtarum, intelligi poteſt. Omnis autem controuerſia dirimeretur, ſi *Iac. Gronouii* ſententia, (tom. II. Theſ. Antiqq. gr. n. VII.) quae tamen lubrica eſt, atque valde incerta, rite probari poſſet ſtaretque, amores Leandri et Heronis, poſt bellum Troianum accidiſſe. Tutius eſt argumentum, quod *Schraderus* inuenit acute et egregie ornauit, inde ſumtum, quod poeta v. 317. ſq. inter quatuor ventos *Eurum* ponit, vetuſtiſſimo aeuo ignoratum. Validius quidem ad cauſſam feliciter agendam id eſt, quam quod idem *Schraderus* exiſtimat, poetam v. 63. vbi veteres, tres Gratias numerantes, mendacii arguit, Heſiodum in Theogonia v. 907. in mente habuiſſe: ideoque illo eſſe inferiorem. Heſiodus enim ex religione populari antiquiſſima ex vatum antiquiorum aut alius gentis fictionibus credi poteſt id hauſiſſe. Luſus vero ipſe Muſaei redolet argutias ingeniumque recentioris aetatis. Vtut argumenta hucuſque prolata firmiſſima ſin ad ſententiam Scaligeri infringendam: nullus ta men plane locus dubitationi relinqueretur, conjectura cl. *Hindenburgii* tam certa eſſet vera que, quam acuta omnino eſt atque ingenioſa, Se ſtum atque Abydum nondum Homeri tempore nedum antiquiſſimi Muſaei aetate fuiſſe ſepa tas, omninoque Aſiam ab Europa nondum fuiſſ vt nunc eſt, interpoſito freto, diuulſam. Primur id effici poſſe putat vir ille doctus ex Homero I II. v. 836. vbi *Seſti* et *Abydi* incolae Troiani dicuntur miſiſſe auxilia, quorum dux eſſet Aſiu Hyrtaoides ex Ariſba. At enim, quod pace vir doctiſſimi dixerim, id tantum inde, credo, po eſt colligi, vtramque vrbem, vel auxilia ab vtra que vrbe et Percote atque Practio, itidem ib nominatis, miſſa, tunc temporis vni paruiſſe do mino ſiue duci. Atqui cur Homerus v. 845. d xiſſet; *quotquot* Helleſpontus aeſtuoſus INTV *continet*, probata illa Hindenb. coniectura, equ dem haud adeo facile perſpicio. Idem tame vir doctiſſimus grauius ſuae ſententiae addi put pondus ex loco quodam *Strabonis* lib. XIII. pa 884. ed. Almel. Hic enim Geographus, „Seſtu ait, optima eſt vrbium, quae in Cherroneſo ſun et ob vicinitatem ſub eodem, quo Abydus du *poſita* (ἐτέτακτο), quum ea aetate ταῖς ἡπείρ (vulgo τὰς ἠπείρους) διοριζόντων τῶν τότε ἡγεμ νίας.“ Niſi fallor, Strabo id tantum ſignificati videtur, duas illas vrbes, vnius imperio ſubi ctas, needum in ditione Thracum fuiſſe an bellum Troianum: hinc addit Strabo: ᾤκουν δὲ τ Ἄβυδον μετὰ τὰ Τρωϊκὰ Θρᾷκες, *Abydum poſt Troic inhabitarunt Thraces, inde Mileſii.* Seſti autem facit mentionem propter vicinitatem Heruſqu fabulam: hinc ſubiicit; *De Seſto et tota Cherr neſo a nobis eſt dictum in Thracia.* Quae quum ita ſint, mihi quidem ſenſus locorum et Home et Strabonis ſententiae atque interpretationi c Hindenburgii reſpondere non videtur. At pr grediendum eſt ad alteram claſſem. Fuerunt ig tur, qui putarent, Ouidio ſuperiorem fuiſſe a tate *Muſaeum*, et ex hoc illum in Epiſtola ſim lis argumenti inter Heroidas hauſiſſe; quod ia ſenſerat Aldus Manut. in praefatione ad Ariſto vol. I. a. 1495. graeca, alii contra vt *Schrade* in praefat. et ad verſ. 213. pag. 69. ſq. crediderun Ouidium a Muſaeo et lectum eſſe et imitation expreſſum. Vt prius plane abſonum eſt, qu niam ex ſimilitudine vnius alteriuſque formul aut ſententiae imitationem alterius vtrius men

co

concipere ſibi atque ſingere nondum fas eſt: ita poſterius eadem de cauſſa non tuto poteſt adfirmari: alios Muſaeus habuiſſe videtur duces ipſamque naturam. *Caſp. Barthii* (Aduerſar. lib. 20. cap. 21. pag. 1008.) et *Francii* ſuſpicio, Muſaeum eundem eſſe ac Nonnum, per ſe iam falſa eſt, comparato vtriuſque ingenio et ſcribendi genere: nec Barthius ipſe multum tribuit ſuae opiniunculae a Kromayero ac Schradero iam abunde refutatae. Atque auctor poematis tantum abeſt a Nonni tumore, quantum abeſt ab Homeri ſimplicitate ac naturali pulcritudine. Verſus vero, qui ex Nonno deſcripti videntur, forſan interpolati ſunt, a manu docti cuiuſdam interpretis, orae exemplaris olim adſcripti. Hinc quoque incertum ſit, Muſaeus num aetate ſit ſuperior, quae ſententia placuit *Valentino Erneſto Loeſchero* in Lection. Colutheis cap. III. §. 3. et 4. pag. 324. ſq. Stromat. vbi de Coluthi, quem noſtro aequalem cenſet, et Nonni aetate diligenter fuſeque diſputat, nec non *Kromayero* pag. 6. cenſenti, Muſaeum forſan fuiſſe Nonni praeceptorem; an Nonnus aetate praeceſſerit Muſaeum, huiuſque fuerit praeceptor, quod probabile viſum eſt *Caſparo Barthio* ad Statii Achill. p. 147. *Dan. Parco* in praefatione (vbi ait, e Nonni Dionyſiacis totum ferme carmen hoc factum eſſe,) et Comment. ad Muſaei poema p. 118. ac *Roeuero*. Atque *Schrader*. pag. 13. praef. et in notis probatum iuit, ex Nonno Muſaeum plurima tamquam ex fonte haurire non puduiſſe. At quis hoc praeſtare poteſt? Ergone, Ariſtaenetus, quod in illo quaedam geminae occurrunt loquutiones, imitator Muſaei eſt cenſendus, quod tamen placuit *Berglero* ad Alciphronis lib. III. ep. 1? aut eadem de cauſſa idem et noſter Muſaeus ſtrenui Achillis Tatii imitatores ſunt iudicandi cum Schradero praef. pag. 16. ſqq? et, quod caput eſt controuerſiae, ex eone tutum de aetate Muſaei argumentum ſumi poteſt? *Schraderi* de Achille Tatio, Muſaei fonte, opinionem iam reiecit cl. *Schneider* in Anmerkung. über den Anacreon pag. 240. atque *Boden*, Profeſſor quondam Wittebergenſis, in diſſ. de Achille Tatio, Wittebergae 1773. hunc Muſaei noſtri, aetate ſuperioris, fuiſſe imitatorem, contendit. Vide, quam fluxae ſint criticorum opiniones, quam incerta de aetate illorum eroticorum ſcriptorum iudicia! Id equidem facile conceſſerim, Muſaeum noſtrum, carminis lepidi auctorem, vixiſſe ſaeculo circ. quarto poſt Chriſtum natum, quod etiam cenſet ven. *Io. Benedict. Carpzou*, in praeſenti Abbas et Theologus Helmſtadienſis, in Obſſ. philol. in Palaephatum — Periculo pag. 22. aut, ſi malis, cum *Ad. Bailleto*, in Jugemens des ſavans tom. III. p. 281. Amſterd. 1725. 4. aliiſque, initio ſaeculi quinti. Nam vt ſingulae aetates ad noſtram vſque memoriam ſuas quaſdam notas peculiares et ſingulare litterarum ſtudium habent exſtante et facem quaſi accendente homine quodam, qui ſiue ingenio et doctrina, ſiue auctoritate nominis dignitateque valet; ita quoque illud fere ſaeculum et conſequens amarunt eroticum ſcribendi genus, et feracia fuerunt eiuſmodi ſcriptorum. Enimuero in illis graecis auctoribus eroticis, ſi alia deſunt argumenta, neque certi aliquid ex ſimilitudine ſtili elici, neque inde tutum de aetate ſingulorum iudicium ferri licet: ſi quidem alter alterum tam aperte deſcripſit, et vel imitando vel compilando expreſſit, vt, quid cuilibet proprium, quid ab aliis mutuum eſſet ſumtum, valde difficile fieret ad cauſſam rite cognoſcendam litemque de aetate feliciter dirimendam: contra, vt facilius eſſet ad credendum, omnes ex fonte quodam hauſiſſe antiquiore. *Schöttgenii* ſententiam, Muſaeum fuiſſe Chriſtianum, argumento ducto ex verſ. 156. cuius verba ἐνὶ κραδίῃ θέτο πάσῃ hebraiſmum ſapere putauit, iam Kromayerus et Schraderus funditus deſtruxerunt. Iidem et *Io. Clericus* ad Auſonii Cupid. cruci adfix. v. 23. nec non *Nauzius* in Animaduerſſ. in Hiſtoriam Heronis et Leandri, (in Memoir. de Litterature — de l'Acad. des I. et B. L. tom. X. pag. 386. ſq.), ſomnium *Io. Harduini* de Nummis populorum et vrbium (ed. Amſtel. 1709. nam in edit. Pariſ. 1684. non inuenitur,) iam expoſuerunt riſui eruditorum, eoque nihil vanius, nihil ineptius eſſe docuerunt. vide quoque *de la Croze* ep. ad Vignolium, in Theſauro Epiſtol. Lacroziano tom. III. p. 234. Iſte nimirum argutatur, Muſaeum noſtrum ad ſaeculum ſaltem XIII. demittendum eſſe; ſaltem fabulam de Leandri et Herus amoribus ſaeculo demum XIII. fictam ex mala interpretatione nummi Abydenorum, in quo pro Η ΡΩΜΗ ΑΝΔΡΟΣ perperam legiſſent Monachi quidam Galli ΗΡΩ ΛΗΑΝΔΡΟΣ, et hinc fabulam illam demum fabricati eſſent. Sed ſatis de huius carminis auctore eiuſque aetate et controuerſiis inde natis. *Harl.*

pag. 76.] et *Iac.* [n]) *Gronouius*, (teſte Adr. Relando in notis ad Tan. Fabrum de Poetis Graecis) in MSS. codd. inſcriptum repererunt, Μουσαίου τοῦ γραμματικοῦ τὰ καθ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον. Antiquiſſimus, qui id diſerte laudet, eſt *Iohannes Tzetzes* Chiliad. 2. Hiſt. 38. v. 435. Chil. 10. Hiſt. 337. v. 519. et Chil. 12. Hiſt. 453. v. 943. Cundio antiquiorem auctorem facit *Guil. Canterus* Lib. I. Nouar. lectionum cap. II. et *A. Morellius* in ſpecimine rei nummariae p. 189. [item *Mich. Neander* deſcription. orb. ter. part. I. p. 245. atque *H. Cuspinianus* ad Ouid. Ep. Leand. ad Hero v. 31. *Harl.*] Quin priſco illi Muſaeo, Orphei aequali, tribuere non dubitat *Iulius Caeſar Scaliger* Lib. V. Poetices pag. 494. eiusque ſtilum longe eſſe Homerico politiorem atque comtiorem contendit, et Homerum plures ex iſto carmine verſus mutuatum affirmat. Sed in eo omnino falſum fuiſſe magnum illum Criticum, omnes fere conſentiunt: filius ipſe Ioſephus Scaliger Epiſt. 247. ad Salmaſium, [et in Scaligerianis, Vtr. p. 278. patrem non ſatis intellexiſſe Graecorum poeſin, ait,] Caſaubonus et Menagius ad Laertium I. Sect. 3. Barthius in Aduerſariis Lib. II. cap. 7. [et Lib. XLVII. c. 22.] et Leo Allatius de patria Homeri p. 71. ſqq. (qui de re leui nimis profecto petulanter ſummo viro inſultat) Voſſius, Lambecius aliique, quos enarrare nihil attinet. [v. *I. H. Kromayeri* diſſ. de Muſaeo grammatico. Ienae 1718.] [o]). Matthaei Sadi Epigramma Graecum illi Iulii Scaligeri ſententiae oppoſitum exhibet *Ioh. Ienſius* Lectionum Lucanearum p. 190. *Meurſio* quidem [II. 19. Attic. lect.] non abſurde auctor poematis illius videbatur eſſe Muſaeus, cuius *pathiciſſimos libellos*, *qui certant Sybariticis libellis*, *et tinctas ſale prurientе chartas* memorat *Martialis* Lib. XII. Epigramm. 97. Sed nec ſine ratione Gyraldus exiſtimauit, Muſaeum illum Martialis ſcripſiſſe Latine, non Graece. Et alii emunctae naris Critici obſeruarunt characterem poematis de Hero et Leandro, quam proxime accedere ad Poetam Alexandrinum recentioris aetatis vel talem, qualis eſt Nonnus, qui Dionyſiaca ſcripſit. Ita Caſaubonus, Heinſius, Tanaquidus Faber, et qui hos ſequuntur. [Ante Meurſium *Georgius Valla*, Placentinus, de expetendis et fugiendis rebus Lib. 33. cap. 21. *Muſaeus priſcus*, *Orphei temporibus*, *et Siculus alter*, *qui Veſpaſiani tempore vixit*, *cuius de Leandro ſunt verſus.*]

Codices et Editiones. VII. [Codices hi fere ſunt carminis Muſaeani. In Bibliotheca regia Matritenſi ab *Iriarte* in Catalogo pag. 86. deſcriptus: Μουσαίου τὰ περὶ Ἡρὼ καὶ Λέανδρον. In breui praemiſſa vitae notitia nominatur *Muſaeus Eleuſinius Athenis*, *Antiphemi et Helenes filius*, *Orphei diſcipulus* — γράψας — — καὶ τοῦτο δὲ τὸ περὶ Ἡροῦς καὶ Λεάνδρου πεποίηται· οὐκ ἄλλου· διαφέρει γὰρ μεταξὺ ἐγένετο. — In Catal. MSS. bibl. regiae Pariſ. Tom. II. occurrunt codd. num. 2600. 2763. 2833.

n) Vide T. 2. theſauri Antiquitatum Graecarum tabulam VIII. vbi Leandri, et tabulam IX. vbi Heronis icon exhibetur. Ambo conſpiciuntur etiam in nummo Abydeno Alexandri Seueri apud A. Morellium in ſpecimine rei nummariae p. 188. [Veſpaſiani apud Pedruſium tom. V. p. 85. Fabulam narrat Seruius ad 1. Georg. p. 8.. aliique. Turris Leandri prope Conſtantinopolin. *Cornel. Brun* Voyage en Egypte etc. pag. 53. 69. ſq.]

o) Muſaeo illi tribuendum videtur, ad quem exſtat *Procopii Gazaei* Epiſtola, quae incipit: ὁ λογιώτατος Παλλάδιος χρυσὸν ὅλον ἧκεν ἄγων τὴν ὑμετέραν ἐπιστολήν. Certe haec fuit ſententia magni Salmaſii, cuius manu hoc annotatum in cod. graeco-latino epiſtolarum Procopii reperi.

2833. coll. *Montfaucon* Catal. MSS. Bibl. p. 771. D. p. 1010. D. — In Bibliotheca Veneta D. Marci cod. 522. Catal. *Zanetti* et *Bongiouanni* pag. 282. ex quo loco etiam patet, in *Montfauconii* Biblioth. bibliothecar. MSS. vbi idem codex pag. 474. A. nr. 11. memoratur, falſo exſcriptum eſſe, MVSAEVS SICVLVS, *Muſaeus Hero et Leander;* loco, MOSCHI *Siculi Europa*, *Muſaei de Herone et Leandro.* — In Biblioth. Caeſar. Vindob. apud Lambec. tom. IV. pag. 507. coll. Montfauc. l. c. p. 561. E. — In *Montfauconii* Catal. mem. pag. 303. B. nr. 7. in bibl. Medicea. — *Ibid.* p. 502. C. in bibl. Mediol. Ambroſiana. — *Ibid.* pag. 641. C. nr. 46. et n. 64. pag. 642. D. in bibl. Bodleiana. — *Ibid.* pag. 676. A. n. 2223. — In Biblioth. Lugdun. B. Catalog. p. 398. n. 59. inter MSS. Voſſian. Adde infra in cenſura editionis Roeuerianae memoratos.

Editiones. Ad editiones veniendum eſt: quarum quae prima ſit habenda, quod duae veteres editiones nota anni ſunt deſtitutae, non poteſt certo definiri. Princeps habetur a Roeuero aliiſque *Aldina* prior. *Muſaei poemation de Herone et Leandro*, gr. et lat. cum Aldi praefatione graeca. 4. Primus hic liber eſt (niſi *Laſcaris* Inſtitutionibus ab Aldo 1494. vltimo Febr. editis principatum vindicari malis,) ex officina Aldina, atque probabiliter a. 1494. excuſus: nam in praefatione graeca ad primum Ariſtotelis volumen a. 1495. profitetur, ſe Muſaeum, tamquam praeludium, praemiſiſſe Ariſtoteli: Μεσαῖον τὸν παλαιότατον ποιητὴν ἠθέλησα προοιμιάζειν τῷ τε Ἀριστοτέλει etc. v. *Maittaire* Annal. typogr. vol. IV. part. I. (ſ. tom. I. part. 2. Amſtel.) pag. 70. et part. II. pag. 575. et *Orlandi* Origeni etc. p. 56. *Quirinus* tamen, vir purpuratus, in Epiſtola ad Saxium pag. 7. ad calcem *Philippi Argelati* Bibliothecae Mediolanens. tom. II. Mediol. 1745. putat, verba illa, quibus inchoauit Aldus Manut. graecam illam praefationem, non euincere, poemation illud primo Ariſtotelis volumini, ſcil. Logicae, praeiuiſſe, quum facile referri poſſint ad vniuerſam Ariſtotelis Operum collectionem, quorum poſtremum tomum anno demum 1498. (hunc enim annum procul dubio in animo habuerat Quirinus) Aldus euulgauit. Enimuero argutiae mihi hae eſſe videntur: ſi ad vltimum tomum annumque, quo is editus eſt, referre malis, cur ſcripſiſſet Aldus Μεσαῖον ἠθέλησα προοιμιάζειν τῷ τε Ἀριστοτέλει etc. et cur in illa praefatione emtores allicere demum voluiſſet, equidem non plane perſpicio. Fabric. noſter vol. XIII. pag. 608. eam circa a. 1495. 4. ſuſpicatus eſt lucem adſpexiſſe.

Altera editio ſine l. et a. nota, in forma 4. eſt vna ex illis quinque, quae *quadratis litteris* excuſae ſunt: *Gnomae Monoſtichoi ex diuerſis poetis ſecundum ordinem alphabeticum:* ad quarum calcem reiicitur poemation, Μεσαίε τὰ καθ᾽ Ἡρὼ καὶ Λέανδρον. Laſcaris curaſſe hanc editionem, et quidem ante annum 1495. credibile eſt, quoniam Laſcaris reliquis, in quibus capitales illae litterae adhibitae ſunt, praefuiſſe videtur, et quod Aldus eaſdem Gnomas calci Theocriti atque Heſiodi a. 1495. excuſi adiecerat. v. *Roeuerum* in praefatione ad ſuam edit. vberius de hoc argumento diſputantem, et *Maittaire* Annal. Typ. tom. IV. part. 1. pag. 101. et 105. qui ibidem pag. 105. n. 7. et 8. dubitat, an *H. Stephanus* illam viderit editionem: attamen Stephan. textum illius, qui multo curatior et melior eſt, quam in principe Aldina, reddidit: forſan igitur ex alia editione, Laſcarianae filia deſcribi eum fecit. At quoniam in hac editione, quae baſis fere reliquarum meliorum facta eſt, contextus multo diligentius rectiusque expreſſus repetitur, eo lubentius credo, Aldinam, minus accuratam, praeceſſiſſe. Fabricium vero, qui illam 1468. lucem adſpexiſſe, ſcripſerat,

iat, erroris arguit iure Roeuerum, monetque, in Catalogo Francii notam anni (1486) pertinere non niſi ad Homeri Batrachomyomachiam.

Muſaei Opuſc. de Herone et Leandro, graece edente Demetrio Duca, Complutenſi ſ. l. et a. 4. conſtat foliis octo. Hamberger in kurzen Nachricht. etc. tom. I. pag. 18. ſuſpicatur, id prodiiſſe in lucem *Compluti.* a. 1514.

Muſaei — graece cum Oppiani Halieuticis Florent. apud Iuntas. 1515. 8.

Muſaei opuſculum de Herone et Leandro, gr. et lat. Orphei argonautica, hymni et de lapidibus, omnia graece. Venet. in aedibus Aldi et Andreae ſoceri. menſe Nov. 1517. 8. In Muſaeo parumper diſceſſit Aldus a ſua priore: in Orpheo preſſo fere pede ſequutus eſt ed. Florentinam a. 1500. 4. Contra Iuntina:

Muſaei Opuſc. de Herone et Leandro, gr. et lat. Orphei argonautica, hymni et de lapidibus. Sententiae ex variis poetis. Homeri Batrachomyom. graece, Florentiae per haeredes Philippi Iuntae 1519. 8. vel Aldinae ed. 2. errores typographicos retinuit; adeo ſeruiliter illam haec editio ſequuta eſt.

Muſaei antiquiſſimi poetae, de Leandri et Herus Amoribus. graece. 4. In calce „Impreſſum Coloniae apud Eucharium Ceruicornum habitantem prope domum conſulatus a. Chriſti natiuitate M. D. XVII. menſis Iulii die decima ſeptima." Conſtat quoque octo foliis et forſan eſt repetitio Complutenſis. Nitida luculentaque editio.

Atque ego propaginem ſiue familiam praecipuarum editionum hanc eſſe ſuſpicor, neque tamen quaſi Apollinis oraculum exiſtimari velim. *Aldina* prima fons fuit antiquarum Venetarum et Iuntinarum: (quod num de Iuntina a. 1515. quoque valeat, neſcio: Oppiani enim contextum valde correctum praedicat cl. *Schneider* ad ſuam Oppiani editionem.) E altera ſiue *Laſcariana* fluxiſſe videtur *Complutenſis*, (quod vel Laſcaris codices mſpti in regiam bibliothecam Matritenſem tranſlati ſunt, vel Hiſpanis Laſcariana ed. notior facta, quam Aldina.) et ex illa *Colonienſis* prima; ex hac *Baſileenſis prima*, unde ſimiles factae ſunt reliquae. [illegible] Baſileenſes quarundam minorum poetarum collectiones, quas [illegible] ſimiles, poſtea memorandae, inertia et tandem typothetarum in Muſaei contextu depravatae multiſque locis corruptae, aut ſecundum Aldum inquinatae ſunt. Ex Baſileenſi porro aut alia meliori, quae ad recenſionem Laſcarinam quam proxime acceſſit, facta fuit *Stephaniana*, ſicut ex hac, novationibus hinc inde variis factis, facile *Kromayeriana*, ex hac vero *Roeveriana*, denique *Schraderiana*, quibus poſtea ſe adiunxit altera *Carpzoviana*. Ceterae multi tamquam, interdum valde turbidi, [illegible] ſuum indicant ſpectari poſſunt. Videant vero et iudicent viri artis periti meque accuratiores, copia editionum cum maxime abundantes: ſufficit, viam monſtraſſe. Quare ad enarrationem reliquarum editionum, quarum quidem notitiam copiamue parare mihi licuit, progrediar.

Muſaeus — de Ero et Leandro, graece ac latine. In fine, *apud inclytam Germaniae Baſil. apud Io. Froben.* menſe Ianuar. M. D. VIII. 8. *) ſi huius editionis annum ſigna

*) A Roevero forma quarti ordinis ſignificatur. Enimvero forma quarta minor ſaepe confunditur cum forma in octonis maiore.

ſignatur a *Maittario* vol. V. part. II. pag. 87. at an. 1518. intelligi debet. Eam habuit et laudauit Roeuerus, qui in Addendis illam editionem ab Heruagio in Baſileenſi totam eſſe expreſſam ſcribit. Eſt quoque in catalogis biblioth. Bodleianae voc. *Muſaeus* vol. II. et Burmanni II. pag. 189. n. 1162. Haec ed. Baſileenſis fundus factus eſt plurium, quae cum Aeſopo aliiſque poetis Baſileae et alibi typis excuſae ſunt, et ex ſuperiore Colonienſi deſcripta fuiſſe videtur: ſaltem, quas lectiones varias Schraderus ex Baſileenſi a. 1550. adnotauit, eas, quantum equidem conferendo cognoueram, in Colonienſi quoque exemplo reperi. Quare in iſtis deſignandis breuis ero.

Muſaei — graece, *cum metaphraſi poetica* haud eleganti *Guil. de Mara.* Colon. 1525. 12. apud Io. Socer. Adcuratius exſcriptum, forſan ex Colonienſi prima; at ex altera editione principe, paucis in locis conſulta, prodiiſſe textum, ait Roeuer. — — graece et latine cum Aeſopi et Babriae fabulis et aliiſque opuſculis Baſil. apud Froben. 1530. 8. a. 1534. mai. 8. — a. 1541. et 1544. — Pariſ. 1549. — Baſil. 1550. apud Nic. Bryling. (teſte Schradero.) — 1561. 8. in Burmanni II. Catalogo p. 203. Antwerp. 1567. 12. apud Plantin. editio nitida. vide Freytag. Adparat. lit. I. p. 64. a. 1573. 8. Catal. Bodl. — Baſil. 1574. 12. (teſte Fabricio.) — *Muſaeus* cum fabulis centum. Venet. 1587. 12. — Baſil. 1584. 12. (apud Kromayerum, qui Muſaeum in hac editione non ſatis emendate expreſſum, ac pueriliter nonnumquam verſum adfirmat.)

Muſaei Opuſc. — *cum ſententiis monoſtichis. Guil. de Mara paraphraſte, Ioan. Vatelli Carnlienſis commentariis enarratum.* Pariſ. in officina Chriſtiani Wecheli. 1538. 8. Vatelli commentar. nihil bonae frugis continet, iudice Roeuero. — *ibidem*, 1548. 8.

Muſaeus cum Heſiodo, Theognide, Sibyllae carminibus Orpheo et Phocylidis Paraeneſi. Florent. per Benedictum Iuntam. a. MDXXXX.

Muſaeus, graece apud Andr. Wechel. Pariſ. 1555. 4. Maittaire V. part. II. p. 87. — *ibidem*, graece tantum 1566. in Catal. bibl. Bodlei. v. *Muſaeus.*

Muſaeus inter *poetas graecos principes heroici carminis*, *Henr. Stephani*, (Pariſ.) 1566. fol. Stephanum diligentiorem fuiſſe in reſtituendo contextu, editionem ſiue ſecundam ſiue huius exemplum ſequutum, eumdemque ducem factum ceterorum editorum, iam ſupra monui.

Muſaeus inter veterum auctorum Georgica, Bucolica et Gnomonica. Geneu. 1569. 12. et 1600. 12. — — gr. et lat. cum Moſchi Bioniſque Idylliis, per *Io. Criſpinum.* Geneu. 1584. 12. (apud Fabric.) — cum variis lection. et notis marginalibus, gr. et lat. fol. inter Poetas gr. a *Lectio* (qui a Stephano numquam diſceſſit) 1606. editos. — *Centum fabulae Gabriae*, *Muſaei* etc. Venet. 1587. 12.

Dionyſii Alexandrini deſcriptio orbis, gr. et lat. Andrea Papio interprete. Item *Muſaei Hero et Leander*, gr. et lat. eodem *Papio* interprete. (cum interpretatione metrica.) Antwerp. 1575. 8. Papius a Stephanica lectione aliquando diſcedens, aliamque, at deteriorem plerumque amplexus, vel ingenio, vel potius cod. MS. vſus videtur Roeuerio. —

Muſaeus — a Caſparo Barthio interpretatus et illuſtratus, gr. et lat. Ambergae 1608. 8. Barthius Muſaeum denuo edere ſtatuerat, nouamque interpretationem confecerat, (v. eius

Aduerſaria lib. 52. cap. 7.) at ſecundam illam editionem auctiorem inter typographos ſtran-gulatam, teſtatur ipſe ad Claudianum Mamert. pag. 342. — *Muſaeus* — graece. Helmſtad. 1606. 8.

Notae in Muſaeum, vna cum indice conſcriptae a M. Io. Weitzio, Ambergae ex of-ficina typographi Schoenfeld. 1613. 12. Contextus graecus non adiectus eſt. More Barthia-no ad carmen docte explicandum omnia conquiſiuit ingrata ſedulitate, et multis bonis ad-miſcuit mala *Weitzius*.

Muſaeus cum Moſcho et Bione, gr. et lat. apud Io. Vignon. 1620. 12. — *Muſaeu* cum Aeſopi fabulis. Venet. 1619. 12. gr. et lat.

Weitzii veſtigia preſſit, cumulo notarum mirum modum aucto, pauca tamen quae aut Barthianis aut Weitzianis meliora eſſent, adtulit *Daniel Pareus*:

Muſaei — Erotopaegnion Herus et Leandri, cum verſione latina proſa — verſa cui acceſſerunt alia eiusdem argumenti poematia: quae ſingula collegit, et commentario libr illuſtrauit Daniel Pareus, Philippi filius. Francofurti, impenſis Guil. Fitzeri. M. DC. XXVII. 4 Textum graecum cum verſione latina, atque indicem graecorum vocabulorum omnium ex-cipit a col. 37. vſque ad col. 150. commentarius nugax et ineptus ſaepe, a Schradero i praefatione pag. 31. ſq. et in notis ſaepius aſpereque exploſus, in quo vix vlla emendat bona prolata, vel locus obſcurior nitido lumine perfuſus eſſet. Deinceps ſequuntur Gui de Mara paraphraſis Muſaei; Caſp. Barthii verſio lat. metrica; eiuſdem Leandridos libri tre ex libro Infelicium C. Barthii Scyllae a nauı ſuſpenſae, querela; vltima verba Melibaea ad parentem Pleberium, priusquam, poſt caſu mortuum Amaſium ſuum Calliſtonem, ſ tum praecipitaret, ex hiſpanico ludo, Celeſtina, ex lib. ſiluarum Barthii; Ouidii Epiſtola Leandri et Herus; Clementis Maroti Muſaeus, verſio gallica metrica; denique indice *Maroti* Muſaeum prodiit ſeparatim Pariſiis, et in illius Operibus, Lugd. 1533. 12. atque Ha gae Com. 1731. 4. tom. III. pag. 116. ſqq.

Heſiodi, Theocriti, Tryphiodori, Moſchi, Muſaei, *Bionis et aliorum opera Geo gica. Bucolica. Gnomica.* gr. et lat. Pariſ. 1627. 8. in Burmanni II. Catal. p. 183. at in Re neri praef. anno MDCXXVIII. ſignatur. — In hac tamen et reliquis Criſpini et Baſilee ſibus collectionibus, ſupra iam memoratis, textum noſtri deprauatum eſſe, conqueritur Re nerus.

Muſaeus, inter poetas minores *Rad. Wintertoni*, (Stephanum ſequitur.) Cantab 1635. 1652. 1661. et ſaepius in 8.

Muſaeus — gr. et lat. cum notis Pauli Voetii. Vltraiecti 1645. 8. redditus e contextus ex Papii recenſione: notae vero ſunt haud mali commatis.

Muſaei, Moſchi et Bionis quae exſtant omnia, quibus acceſſere quaedam ſelectiora Theocriti Eidyllia. Item verſio Latina carmine reddita, graecis e regione opposita. Autore Dauide Whitfordo. London, typis Thomae Ro cudit ... 1655 ... aut nouo tantum titulo praefixo, 1659. 4. et rara, ... quoque nitida et adcurata eſt editio.

Muſa

Muſaei de Herone et Leandro carmen, cum notis Iac. Rondelli. gr. et lat. Pariſ. apud Lud. Billaine. 1678. in 4. min. Sequutus eſt Rondellus exemplar minus adcuratum: in notis multa docte expoſuit, a Barthio et Pareo, quos tamen ab illo lectos fuiſſe, Roeuerus non credit, praeoccupata: collationem denique codicis regii dedit.

Muſaeus, cum Aeſopi fabulis, gr. et lat. Venet. 1709. 8.

Μȣσαῖȣ etc. *Muſaei grammatici de Hero et Leandro poema, recenſuit, notis C. Barthii, Io. Weitzii, P. Voetii, C. A. Heumanni, C. Schoettgenii, I. M. Geſneri, St. Bergleri, I. A. Groebelii, et ſuis, indicibuſque inſtruxit, ac de Muſaeo diſſertationem praemiſit Io. Henr. Kromayerus. Accedunt argumenti eiuſdem binae P. Ouidii Naſonis Epiſtolae, ab eodem recenſitae, nec non indice itidem adauctae. Halae Magdeb. ſumtu noui bibliopolii.* 1721. 8. Iure optimo Kromayerus, elegantiſſimus quondam philologus Ienenſis, poſſe ſibi viſus eſt confirmare, ante id temporis digniori ſe habitu venuſtiſſimum poetam in publicum vix prodiiſſe. Verſus quidem auctoris ſunt ex H. Stephani exemplo deſcripti; ita tamen vt ab eo aliquando fieret diſceſſio. Latina interpretatio eſt ex Pauli Voetii deſumta codice, at emendata. Ex Barthii et reliquorum ſuperiorum editorum farragine notarum meliores et memoratu dignas delegit Kromayer, ſuiſque egregiis, quarum tamen quaſdam leuiores eſſe, haud nego, locupletauit. Bergleri et Heumanni ſunt parcae, tamen eruditae: Schoettgenii et Geſneri adnotationes parum bonae frugis continere et parum opitulari Muſaeo cenſet Schraderus, at acerbius iuſto de illis iudicat: Groebelii notae ſunt quidem ſaepe pueriles, neque vero omnes, vt idem Schraderus ſenſerat, redolent Minellii Iunckerique nugas et ſterilitatem.

Muſaei carmen etc. Helmſtadii 1725. 8.

Muſaeus cum aliis poetis graecis minoribus, gr. et lat. Londini 1728. 8. a Roeuero laudatur haec editio. ib. 1739. —

Μȣσαῖȣ etc. *Muſaei Grammatici de Herone et Leandro carmen cum ſcholiis graecis, nunc primum e codice MS. bibliothecae Bodleianae editis. ex recenſione Matthaei Roeuer, qui variantes lectiones et notas adiecit.* Lugduni Bat. 1737. 8. In conſtituendo textu raro diſceſſit ab editione Kromayeriana Roeuerus, eo tempore annos decem et octo natus; at praeclaro huic ingenii ſplendidi et maturae eruditionis ſpecimine edito, et adhibitis ſeptem MSStorum et ſeptemdecim editorum codicibus, quorum varias dedit lectiones, de Muſaeo boniſque litteris egregie meritus eſt: trium codicum, qui in bibliotheca Bodleiana ſeruantur, varias lect. ab Abrah. Gronouio, et a Doruillio binas collationes, alteram codicis ſaeculi vndecimi bibliothecae Vaticanae, alteram codicis Veneti, iuſſu Cardinalis Beſſarionis vna cum eiuſdem eruditiſſimi Doruillii adnotationibus, acceperat. Ex notis Iac. Rondelli collationem codicis regii, et ex Barthii lib. 7. Aduerſ. c. 21. lectiones membranarum Palatinarum, licet vitioſarum, (quae vero ad verſum ſextum et ſeptuageſimum tantum a Barthio erant deſcriptae,) excerpſit: antiquiſſimas principeſque editiones contendit. Notae ſunt maximam partem criticae, et eruditae. Praemiſit praeterea quaedam epigrammata graeca et ſubiunxit tres metricas interpretationes latinas, quarum prima eſt *Andreae Papii* Gandenſis; quam is admodum iuuenis ann. XVIII. confecerat; altera eſt *Q. Septimii Florentis Chriſtiani*, (quae vna cum epigrammatibus ex libris Anthologiae ab eo ſelectis et latine verſis Lutetiae ex typo-

graphia Rob. Stephani 1628. 8. prodiit): tertia eſt *Dauidis Whitfordi*, qui vero priores ca[…] nis elegantia et facilitate longe ſuperat. In praefatione de editionibus potioribus, prae[…] cipue de duabus principibus, intelligenter diſſerit.

Μουσαίου etc. *Muſaei Grammatici de Herone et Leandro carmen, cum coniecturis in[…] ditis Petri Francii, ex recenſione Iohannis Schraderi, qui variantes lectiones, notas et anima[…] uerſionum librum adiecit, Leouardiae.* 1742. 8. Schraderus, qui abſoluta hac editione vice[…] mum demum annum exceſſerat, praeclarum quaſi praeludium ingenii acuti et eruditionis […] ſigne dedit. Textum quidem ad editionem Roeueri diligenter exactum expreſſit: in no[…] vero ſat copioſis atque luxuriantibus tum examinauit lectiones editionum virorumque doct[…] rum interpretationes atque coniecturas, quibus ſuas immiſcuit, (interdum digreditur ad aliena[…] tum comparauit ſedulo hoc carmen cum ſcriptoribus eroticis, praecipue Nonno. In anima[…] uerſionum libris omnes eruditionis ſuae et doctrinae graecae latinaeque copias liberaliter exp[…] ſuit, ac, praeter loca Muſaei difficiliora intellectu, quam plurima veterum auctorum tam l[…] norum quam graecorum aut explicare aut ſanare ſtuduit. In praefatione de aetate Muſaei […] quibuſdam editionibus diligenter copioſeque diſputat.

Roeueri recenſionem ſequutus eſt ven. *Carpzou.* qui carmen graece in vſum audito[…] formulis typographicis exſcribi fecit Helmſtadii 1749. 4. Poſt ea ipſe recenſuit poema:

Muſaei grammatici de Herone et Leandro carmen graecum, ad optimas editiones et cu[…] lectionibus variantibus, ſelectiſque emendationibus ac metaphraſi Dau. Whitfordi accurate rec[…] ſitum. Magdeburgi ſumtu I. C. Zapſii 1775. 8. Variae lectiones et emendationes paginis ſub[…] ctae ſunt, nullae autem illuſtrationes vel adnotationes additae. In praefatione cel. Carpzo[…] de editione Hardtii eiuſque inſana carminis expoſitione diſputat. Laudauit quidem iure la[…] editionem cenſor in Noua bibliotheca critica. Lipſiae 1777. pag. 297. ſqq. diſceſſit tamen fr[…] quenter in lectionibus.

Selecta ex Homeri Odyſſea, Heſiodo — — Bione, Moſcho, Pindaro, Muſaeo, cu[…] vulgata verſione emendata: ac variis partim ſcholiaſtarum graecorum, partim doctorum r[…] centiorum notis, in vſum regiae ſcholae Etonenſis, gr. lat. Etonae, Pote. 1762. 8.

Μουσαίου τοῦ Γραμματικοῦ τὰ καθ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον. *ab Ant. Mar. Saluinio itali[…] [illegible], nunc primum editum, redditum. Accedunt praeter latinam interpretationem, variant[…] [illegible], ſelectae adnotationes et index graecus verborum. Recenſuit, et illuſtrau[…] Ang. Mar. Bandinius I. V. D.* Florent. 1765. 8. Saluinii interpretatio huic editioni par[…] vtili doctaeque poteſt eſſe vnico fere praeſidio atque ornamento.

Les amours de Léandre et de Héro. Poeme de Muſée le Grammairien: traduit […] Grec en François avec le texte. Paris 1784. min. 12. Textus graecus eſt Roeuerianus: inte[…] pretationem autem [illegible], eamque proſaicam, auctorem habet *du Theil.* Verſio nec fida eſſe n[…] adcurata nimiſque libera dicitur.

Latet quoque [illegible] *Iſaaci Caſauboni* Commentarius in Muſaeum, quem Dan[…] [illegible] in Galliis coram ab auctore monſtratum teſtatur. Idem Pare[…] laudat Goldaſti operam in conferendo cum codd. et illuſtrando Muſaeo adhuc mediat[…] Elegantiſſimum illud poema, quod ſpirat veneres et atticam ſuauitatem non mini[…] [illegible] recedit interdum a naturali pul[…]

tud

tudine et ſimplicitate, a viris quibusdam doctis eſſe ſeparatim expoſitum illuſtratumque iam vidimus. Huc quoque pertinent *Io. Benedicti Carpzouii*, iam aliquoties laudati Obſeruationum philologicarum in Palaephatum Periculum. Accedunt aliae animaduerſiones in nonnulla *Muſaei* et Achillis Tatii loca. Lipſiae 1743. 8. Docte vbertimque explicat quaedam loca, diſceſſione a Kromayero, Rouero, Schraderoque interdum facta. — *Nicol. Mahudel Reflexions critiques ſur l' hiſtoire de Hero et Leander*, in hiſtor. acad. Pariſ. Inſcript. tom. IV. p. 115. edit. Amſtelod. et pag. 382. ſecundum theotiſcam Gottſchediae interpretationem. *Nauzeum* (in Vol. X. Memor. eiuſdem academiae) refutans, hiſtoriam de Herone et Leandro fictionibus fabuliſque abſonis adnumerat, duce Strabone lib. III. de ſitu Seſti et Abydi, nauigationem fieri potuiſſe, negat, et Muſaeum, cuius aetatem cum *Marſhamo* in Canone Chron. ſaec. XV. ſaeculo IV. poſt Chriſtum natum adſignat, ingenio abundaſſe argutiaſque intemperanter venatum eſſe contendit.

Verſiones. Interpretationes denique paucis perſequemur. Plures, eaſque latinas, iam adtulimus. Quibus adiungi poſſunt: latina per *Vaninium* Vicen. 1634. 8. — *Fabii Paulini*, Vtinenſis, metricam laudat Caſp. Barthius lib. 52. Aduerſ. cap. 7. *Io. Frid. Stapelii* latinam metaphraſin (Ienae 1655. 4) a Whitfordiana proximum forte locum mereri, iudicat Kromayerus diſſ. pag. 14. — Carmine latino expreſſit *C. Blake* Londini 1694. — *Anglicis* verſibus reddiderunt *G. Chapman*, Londin. 1606. 8. et *Rob. Stapleton*, Oxon. 1654. 4. *L. Euſden.* v. *Drydens* Miſcellany Poems, Londin. 1716. 8. part. VI. p. 266. ac *Sterling* (cum verſione Anacreontis anglica 1759. apud *Harwood* p. 64. Ueberſicht verſchiedener Ausgaben der griech. und römiſch. Claſſicker etc.) — *Boſcani*, poetae hiſpani, cuius opera prodierunt Antwerpiae 1579. 12. et *Gabriel Boccangel y Vngueta* non tam verſiones hiſpanicas quam metaphraſes eſſe, ait *Harwood* loco mem. — Gallice vertit *Moutonnet de Clairfons*, Pariſ. 1774. rec. 1779. — Italicas verſiones has enumerat et recenſet *Iac. Maria Paitoni* tom. II. pag. 252. ſqq. metricam *Bernardini Baldi*, Vrbinatis, in eius Operibus poeticis ac proſaicis, italica lingua ſcriptis, Venet. 1590. 4. pag. 591. — *Petri Gabrielli* metricam Venet. 1709. 4 — Μεσαίε τὰ καθ' Ἡρω καὶ Λεάνδρε, (cioé) Avvenimenti tra Erone e Leandro, poema Greco di Muſaeo recato in verſi Italiani ſciolti da G. B. C. *(Ioan. Baptiſta Caſaregi)*, in Firenze 1750. 4. — D'Erone e di Leandro poema greco di Muſeo tradotto in verſo toſcano da *Cidalmo Orio*, Paſtore Arcade, (h. e. *Franciſco Catelano*,) cum Anacreonte italice verſo. — Il Canto di Muſaeo ſopra Erone e Leandro, a *Marcaurelio Soranzo*, cum Ouidii Heroidibus, Venet. 1757. 8. — Germanice ſaepius verſum eſt id carmen: *Verdeutſche Liebesgeſchichte von Leander, durch G. W. Sacer*, (v. Schummels Ueberſetzer Bibliothek. p. 14.) verſibus a *Chriſtiano Alectorandro*, (h. e. *Hahnemanno*) Lipſiae 1633. 4. v. *Neumeiſter* de poetis germ. p. 7. a cl. *Grillo* Halberſtadt 1771. 12. ab *Schlegero* Francofurti ad Moenum 1771. 8. a *Kütnero* Mietau. 1773. rec. atque emendatius, cum aliis graecis poetis, Altenburg. 1784. 8. a *L. S. G. Sprengel* in Reichardi collectione, Olla Potrida. part. I. 1784. 8. ſuperatur tamen, criticis quibuſdam iudicibus, a *Comite de Stollberg*, cuius verſio paullo antea lucem adſpexerat; magnam partem a *Federo*, (in praeſenti philoſopho Goettingenſi.) in: Neuer Sammler zum Vergnügen und Nutzen der Deutſchen, Erlangae, vol. I. pag. 245. ſq. 1766. 8. denique ab Alxingero (Hero und Leander, aus dem Muſaeus, von *I. v. Alxinger*, im Deutſch. Muſeum, 1785. X. p. 289. ſſ.) — *Hero und Leander* (auctore *Mengelsdorfio*,) Lipſ. 1770. 8. poema, cum Muſaeo praeter titulum nihil habet commune. *Harl.*]

CAPVT XVII.

I. *Neſtor, Olen.* II. *Eius hymni.* III. *Olympi duo.* IV. *Oracula varia et de illis ſcriptores, De Bacide, obiter. ib.* V. *Oribantius Troezenius.*

[Cum ſupplementis G. C. Harles.]

Neſtor. I. NESTOR, qui in Geoponicis [libr. XIII. cap. XVI. vbi v. Niclas, et cap. XVIII. et lib. XV. cap. 1. pag. 1040. ed. Niclas. *Harl.*] allegatur, Antonio Mizaldo [in Prolegomenis ad Alexicepum ſuum,] viſus eſt priſcus eſſe dux ille Graecorum ſapientiſſimus ad Troiam. Sed rectius vtique *Petrus Needhamus* in praeclara ſua Geoponicon editione [Prolegom. pag. LXII. voc. *Neſtor*], qui *Neſtorem* intelligit Poetam Epicum Larandenſem, ſub Seuero Imp. clarum, de quo Suidas a).

Olen. OLEN antiquiſſimus vates et ἐποποιὸς, quem hymnorum vetuſtorum, qui in Delo canebantur, auctorem, et primum hexametros verſus commentum nonnulli prodiderunt b). De hoc ſatis diligenter egit Gyraldus dialogo tertio de poetarum hiſtoria, niſi quod verba ipſa auctorum cum quibusdam obſeruationibus apponere in vſum lectoris hic malumus. De patria ſic *Suidas:* Ὠλὴν Δυμαῖος ἢ Ὑπερβόρεος, ἢ Λύκιος, ἐποποιός. Μᾶλλον δὲ Λύκιος ἀπὸ Ξάνθου ὡς δηλοῖ Καλλίμαχος καὶ ὁ πολυΐστωρ (Alexander Epheſius) ἐν τῷ περὶ Λυκίας. Locus Callimachi, quem reſpicit, hic eſt hymno in Delum v. 304.

Οἱ μὲν ὑπαείδουσι νόμον Λυκίοιο γέροντος
Ὅν τοι ἀπὸ Ξάνθοιο θεοπρόπος ἤγαγεν Ὠλήν.

Ad quem locum Scholiaſtes: Ὠλὴν γάρ τις Λύκιος ἔγραψε τὸν ὕμνον τοῦτον. Νόμον pro hymno poni notarunt praeſtantiſſimi Callimachi interpretes, Anna Daceria et Ez. Spanhemius: etſi proprie νόμος ſaepius vſurpatur pro modulatione Muſica, ſiue pro lege praeſcripta regulaque ſonorum, vt praeter alios docent Seldenus et Prideaux ad Epochas marmoreas p. 170. ſequ. [

Eius hymni. II. Hymnorum ab Olene editorum teſtis locupletiſſimus Herodotus Lib. IV. c. 35 [p. 296. vbi v. Valken.]. Καὶ γὰρ ἀγείρειν σφι (ἐν Δήλῳ) τὰς γυναῖκας ἐπονομαζούσας τὰ οὐνόματα ἐν τῷ ὕμνῳ τόν σφι Ὠλὴν ἀνὴρ Λύκιος ἐποίησε. Παρὰ δὲ σφέων μαθόντας νησιώτας τε καὶ Ἴωνας ὑμνέειν Ὦπίν τε καὶ Ἄργην ὀνομάζοντας τε καὶ ἀγείροντας· οὗτος δὲ ὁ Ὠλὴν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς παλαιοὺς ὕμνους ἐποίησε ἐκ Λυκίης ἐλθὼν, τοὺς ἀειδομένους ἐν Δήλῳ.

a) v. Νέστωρ, ibique Kuſter. *Eudocia* in Ἰωνιᾷ p. 310. quae exſcripſit Suidam. cl. *Schneider* in Periculo critico in Anthologiam Conſtantini Cephalae, pag. 12. De *Neſtore Larandenſi* v. quoque Fabric. infra vol. I. pag. 106. et 356. vol. II. pag. 222. et 721. et *Craſſi* Iſtoria de' poeti greci, pag. 357.

Hic quoque inſerendus eſt *Nicomachus* medicus, Stagirita, Machaonis filius, Aeſculapii nepos, a quo genus duxit Nicomachus, pater Ariſtotelis, philoſophi, et ipſe medicus. Teſte *Suida*, tom. II. p. 624. (quem etiam h. v. exſcripſit *Eudocia* pag. 309.) concinnaſſe dicitur *de re medica* libros ſex et *de rebus naturalibus* vnum. Eius meminit quoque *Fabric.* vol. IV. pag. 4. et vol. XIII. pag. 348. *Harl.*

b) v. *Blackwells*, über Homers Leben und Schriften pag. 111. ex interpretatione Voſſii germanica. *Harl.*

Eiusdem hymni in Lucinam a Deliis cantari ſoliti meminit *Pauſanias* in Atticis p. 42. et in Arcadicis p. 629. vbi pro *Λύκιος* Ὠλὴν male legebatur ὃς ἦν, vt notauit doctiſſimus Kühnius, [et *Bayle* in Diction. Tom. III. voc *Olen.* B. idem not. C. corrigit vitium in Supplemento Moreri. *Harl.*] Primum in Delo vaticinatum Olenem et Hexametro carmine primum cecinisſe, ex Boeonis mulieris vatis teſtimonio refert idem Pauſanias in Phocicis p. 809. *Βοιὼ δὲ ἐπιχωρία γυνὴ ποιήσασα ὕμνον Δελφοῖς ἔφη κατασκευάσασθαι τὸ μαντεῖον τῷ θεῷ τοὺς ἀφικομένους ἐξ Ὑπερβορέων, τούς τε ἄλλους, καὶ Ὠλῆνα. Τοῦτον δὲ καὶ μαντεύσασθαι πρῶτον καὶ ᾆσαι πρῶτον τὸ ἑξάμετρον. Πεποίηκε δὲ ἡ Βοιὼ τοιάδε* — —

Ὠλὴν θ' ὃς γένετο πρῶτος Φοίβοιο προφάτας
Πρῶτος δ' ἀρχαίων ἐπέων τεκτᾶνατ' ἀοιδάν.

Haec *Beeo* male *Boeo* dicitur apud Gyraldum, etiam in luculenta nupera editione Ienſiana. Βοιὼ vocatur quoque apud Clementem 1. Strom. p. 333. Idem Pauſanias in Boeoticis p. 762. *Λύκιος δὲ Ὠλὴν ὃς καὶ τοὺς ὕμνους τοὺς ἀρχαιοτάτους ἐποίησεν Ἕλλησιν, οὗτος ὁ Ὠλὴν ἐν Εἰλειθυίας ὕμνῳ μητέρα Ἔρωτος τὴν Εἰλείθυιαν φησὶν εἶναι.* Hymnum *Olenis* in Iunonem laudat idem in Corinthiacis p. 140. et hymnum in Achaeiam in Eliacis prioribus p. 392. c).

Olenus. Fuit et *Olenus* Calenus Hetruriae celeberrimus vates, cuius mentio apud Plinium Lib. XXVIII. cap. 2. [Plures fuere heroes *Oleni* dicti. v. interpr. ad Ouid. Metam. X. 69. *Staueer.* ad Hygini Poet. aſtronom. p. 448.]

Olympi duo. III. OLYMPI nomine duo memorantur a Plutarcho Lib. de Muſica. *Prior,* a quo montem Olympium d) dictum volunt, eſt Myſius, Marſyae diſcipulus, Hyagnidis filii, qui primus artem tibia canendi inuenit. Hinc ante Troianum bellum floruiſſe fertur, et lyrica carmina atque elegias ſcripſiſſe. Suidae certe in Ὄλυμπος, dicitur *ποιητὴς μελῶν καὶ ἐλεγείων.* *Plutarchus* [de Muſica p. 1132. etc. aut vol. X. ed. Reiske pag. 654. p. 656. ſq.] auctor eſt, quod in Apollinem alioſque Deos compoſuerit *νόμους* ſiue hymnos, et quod Steſichorus Himeraeus non Antilochum, Orpheum, Terpandrum, Thaletem, ſed vero Olympum hunc fuerit imitatus. Suidas in *ξυναυλίαν* ei tribuit *νόμους αὐλητικοὺς* et *θρηνητικούς.* Etiam Ariſtoxenus tradit, Olympum de morte Pythonis primum *αὐλῆσαι ἐπικήδειον λυδιστί,* quod ex eo idem Plutarchus repetit. Laudatus hic *Olympus,* Marſyae diſcipulus, *Platoni* in Ione, [pag. 34. ibique Müller.] in Minoe, et 3. de legibus: *Ariſtophani* in Equitibus, [v. 9. vbi v. Schol.] *Ariſtoteli* Lib. VIII. Politic. cap. 5. qui meminit Ὀλύμπου μελῶν, *Ouidio* Lib. III. de Ponto Eleg. 3. [v. 42. ibique interpret.] *Philoſtrato,* [vitis ſophiſt. p. 568.] *Luciano* T. 1. p. 586. et aliis. Sed forte alii ſuſpicabuntur, Muſicos potius concentus modulatum eſſe, (*αὐλητικοὺς νόμους* Plato appellat) quam carmina vel poemata compoſuiſſe, perinde vt *alterum Olympum* iuniorem, Phrygium tibicinem, quem Midae temporibus floruiſſe, [ſ] Suidas notauit. Praetereo *Hyagnem,* Phrygem, patrem Marſyae, non tibiarum modo, ſed et variorum *νόμων* muſicorum et harmoniarum in Martem Deum, Bacchum, Pana, alioſque repertorem, de quo tum apud eundem Plutarchum, tum in Epochis Marmoreis Arundelianis: quibus iungendus Spanhemii commentarius ad Callimachum p. 296.

c) Adde *Craſii* Hiſtoria de poeti gr. pag. 370. *Harl.*

d) De Olympo Theſſaliae monte, deorum ſede, v. diſp. *Io. Caroli Volborth.* Gottingae 1776. *Harl.*

p. 296. tum Olympi ſenioris diſcipulos [e]) *Cratetem* et *Hieracem*, a quibus nomos (h. e modulationes) *Polycephalum* et *Heracium* inuentos eſſe, teſtantur Plutarchus et Pollux Lib. IV cap. 10. vbi et de aliis νόμοις Muſicis, et inter alia: νόμοι δὲ Ὀλύμπȣ καὶ Μαρσύȣ Φρύγιο καὶ Λύδιοι, καὶ Ὀλύμπȣ ἐπιτύμβιοι [f]). Fuit et tertius *Olympus*, Philoſophus Alexandri nus, de quo praeclara quaedam idem Suidas. *Olympus* poeta citatur a Lutatio ad Statii 2 Thebaidos p. 47. [g]).

Oracula. IV. Verſum Heroicum *Pythio* [h]) nos Oraculo debere ſcripſit Plinius Lib. VII cap. 57. et Iſidorus Lib. I. Origg. cap. 38. verſus Heroicos ante Homerum Py thios dictos, quod illo metro oracula edita fuiſſent [i]). Praeterea ORACVLA varia apud Graecos Homero antiquiora iactantur, vt *Phemonoes*, *Orphei*, *Zoroaſtris*, *Sibyllae*, *Eucli Muſaei*, de quibus ſuo loco diximus. Muſaeo *Bacidem* [k]) adiungit Herodotus libro VIII [cap. 20. ibique Weſſeling. pag. 627.] eiuſque oracula quaedam, ab euentu comprobata, re citat, quod facit et Pauſanias non vno in loco. Multi tres fuiſſe *Bacides*, referunt, [l]) Boeo-

e) Fragmentum elegans ex Cratetis Μȣσικοῖς παιγνίοις ſeruauit *Julianus* Orat 6. idemque repetit Oratione 7. conſtans decem verſibus Hexametris ac pentametris. In eadem Oratione ſexta proferuntur quoque verſus quidam e Cratetis hymno in frugalitatem. Sed fallitur Meurſius, qui in Bibliotheca Graeca p. 1329. putat a Juliano reſpici Cratetem hunc diſcipulum Olympi. Intelligitur enim Crates Cynicus.

f) Adde *Aeliani* H. V. libr. XIII. c. 20. fin. ibique Perizon. *Hygin.* fab. 165. ibique Muncker. et Stauer. et Fab. 273. pag. 381. *Olympum* Herculis ex Euboea filium memorat Apollod. Bibl. II. c. 7. ſect. 8. *Harl.*

g) An hic Olympus poeta is eſt poeta *Olympius*, cui aram Doliadae dono miſſam, ſiue in die natali, ſiue Saturnalibus, pro more Graecorum, qui romanos mores induerant, coniecit *La Croze* in Epiſtola ad I. Chriſtoph. Wolfium? (Theſauri Epiſtolici Lacroziani, tom. III. p. 258.) „qua autem, ait, aetate vixerit, quis eruet, niſi praeſtantiſſimus Fabricius, qui omnes omnium aetatum auctores in numero habet?" *Wolfius* vero (tom. II. pag. 63.) reſpondet, „quae de Olympo poeta ingenii ſollertia aſſecutus es, te digna ſunt: eius aetatem vel potius conditionem ignorare ſe hucdum fatetur Fabricius, amplius cogitaturus." *Harl.*

h) Conf. *Hygin*, fab. 140. ibique Munker. et Stauer. *Harl.*

i) *Philoſtratus* Heroic. p. 667. ed. Olearii: ποιητικὴ μὲν γὰρ ἦν περί τε τὰ μαντεῖα etc.

k) De *Bacide* v. *P. Victor.* Var. lection. lib. 26. cap. 16. et *Muretus* Var. lection. libr. 13. cap. 15. *Heumann.* adde locum claſſicum *Pauſaniae* Phocic. ſiue libr. VII. c. 12. p. 828. de Bacide et reliquis fatidicis tum feminis tum viris, quorum omnium, n. *Eucli* Cyprii, *Muſaei* Athenienſis *Antiophemi* filii, *Lyci Pandionis*, et ex Boeotia *Bacidos* vaticinia (praeterquam Lyci) perlegiſſe ſe, ait Pauſanias. Antiquiora igitur illa vaticinia fuerint neceſſe eſt. *Harl.*

l) *Bacidis* illius Ariſtophanes aliquoties fecit mentionem, eiuſque Scholiaſtes paucis explicuit hiſtoriam patriamque trium eiuſdem nominis, e. g. Equit. v. 123. vbi Scholiaſt. tres fuiſſe Bacides tradit, primum Atticum et vatem, alterum Locrenſem, ὁ δὲ Λοκρὸς, tertium Boeotum: (ſed vitium ineſſe, et legendum Ἀρκὰς, pro Λοκρὸς, patet ex ſchol. ad Pac. v. 1071. et ad Aues v. 963 vbi quoque de tribus Sibyllis ſermo eſt.) A Comico intelligitur Bacis Athenienſis; Boeotii ex Eleone oriundi χρησμοὺς memorat *Herodotus* loc. mem. adde eumdem *Herodot.* lib. VIII. 96. p. 663 ſq. ibique Weſſel. lib. IX. 42. ac lib. VIII. cap. 77. notamque Valckenarii pag. 655. Iam tum homines perſpicaciores fraudes et fictiones talium oraculorum ad plebem lactandam excogitatas viderunt *Aelian.* V. H. XII. 35. ibique Kühn. et Perizon. pag. 780. ed. Abr. Gronou. Oracula primis temporibus non de futuris, ſed de iure fuiſſe conſulta, oſtendere conatus eſt *Hommel*, Profeſſor quondam et Anteceſſor Lipſienſis, in diſſ. de Apolline, Iuriſperito, recuſa in Eiuſdem Opuſculis iuris vniuerſi, et in primis elegantioris ſelectis cura *Car. Gottl. Roeſſig*, Prof. Lipſienſis, Baruthi 1785. part. I. *Bacidis* oracula reperiuntur in *collectione Opſopoei*, quam Fabricius minus plene et adcurate notauit

In-

Boeotum, Athenienſem, Arcadem, vt docet *Iac. Nicolaus* Loenſis Lib. III. Epiphyllid. c. II. Sed veriſimilius eſt, vnum fuiſſe hoc nomine antiquiſſimum Boeotium vatem, cuius [m]) etiam *Cicero* meminit I. de diuinatione, [c. 18.] a quo reliqui ad tempus afflati ſimiliter dicti ſunt *Bacides.* Quod pluribus oſtenſurus erat doctiſſimus *Petrus Petitus* in diſſertatione de Bacide, quam promittit libris de Sibylla p. 27. et 274. Etiam Piſiſtratum Bacidem cognominatum teſtatur Suidas et Scholiaſtes Ariſtophanis, [Pac. v. 1071. vbi in textu *Bacis* ille Atticus, et in ſcholio plures *Bacides* memorantur. *Harl.*] Qui forte fuit Athenienſis ille Bacis Philetae apud Suidam obuius. Arcadici Bacidis oracula a Pauſania proferuntur non vno in loco, meminitque eius Clemens quoque I. Stromatum. Verſus a ſe compoſitos Bacidi tribuit Lucianus de morte Peregrini, [ſect. 29. vol. III. ed. Reitzii ibique v. Moſ. du Saul et T. Fabrum. *H.*] quos falſo iactatis a Theagene Sibyllinis opponit. Bacidi *Amphilytum* iungit Themiſtius Oratione II. et VII. poſt Platonem Theage, et Ariſtidem Orat. I. Sicula. Meminit et Amphilyti Acarnanis vatis Herodotus lib. I. cap. 62. Suidas oraculorum auctorem praeterea celebrat *Glanidem* Bacidis fratrem. Lycophron v. 222. *Prylin* [n]) filium Hermetis, *Lycum* quoque Pandionis filium, antiquiſſimum vatem memorat, ſed oracula eius vidiſſe ſe negat Pauſanias in Phocicis p. 828. Notus et vates antiquus *Mopſus* [o]) [P] inter Argonautas celebratus Apollonio Rhodio et Valerio Flacco. Verſus Thebis Boeotiae in Apollinis

In priore exemplo non occurrunt oracula Sibyllina; niſi opus II. voluminibus conſtare dixeris. En inſcriptionem!

Oracula metrica Iouis, Apollinis, Hecates, Serapidis et aliorum deorum ac vatum, tam virorum quam feminarum, a Ioanne Opſopoeo collecta. Item Aſtrampſychi Oneirocriticon a Ioſepho Scaligero digeſtum et caſtigatum. Graece et latine. Pariſiis M. D. XCIX. (1599.) 8. Docte curateque de hoc exemplo diſſerit *Frider. Gotthilf Freytag* in egregio libro: *Adparatus litterarius* etc. Lipſiae 1755. 8. tom. III. pag. 92—95. „Oracula, ait, quae in hac collectione occurrunt, e veterum ſcriptorum monumentis variis excerpta, et verſione latina proſaica ornata, a Io. Obſopoeo, in XIIX. claſſes diſtincta ſunt. Sic occurrunt claſſe I. *Oracula Iouis Dodonaei*, II. *Apollinis* Dodonaei in Branchidis. III. *Apollinis Iſmenii*, IV. *Apollinis Clarii* in Colophone, V. *Apollinis Mileſii*, VI. *Apollinis Pythii* in Delphis, VII. *Apollinis* Sarpedonii, qui fuit Seleuciae, VIII. *Apollinis* incerti, IX. *Ammonis* in Libya, X. *Mercurii*, XI. *Hecates*, XII. *Serapidis*, XIII. *Aeſculapii*. XIV. *Trophonii* Lebadiae, XV. *incertorum Deorum*, XVI. *vatum virorum*, inter quos ocurrunt *Amphilytus* Acarnanenſis, BACIDES et *Diopithes*. XVII. *vatum feminarum*, quae ſunt *Xenoclea*, dei interpres, *Phaennis*, *Phemonoe*, Apollinis Delphici interpres, et *Peliades*. XVIII. *Oracula in Inſomniis data*, quibus addidit praetermiſſa quaedam. Hiſce vero oraculis praemiſit teſtimonia aliquot de Oraculis Graecorum. — Nominat praeter ea *Philemonem* Athenienſem, qui opus περὶ παντοδαπῶν χρηστηρίων, *Oenomaum* philoſophum, qui de vanitate oraculorum, *Porphyrium*, qui περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, et *Cornelium Labeonem*, qui librum de Oraculo Apollinis Clarii, commentati ſunt. — " Tum multus eſt de *Aſtrampſycho* eiuſque Oneirocritico. — Altera editio aut alter veluti tomus, huius eſt ſententiae:

Σιβυλλικοὶ χρησμοὶ *h. e. Sibyllina oracula ex vett. codd. aucta, renouata et notis illuſtrata a D. Io. Obſopoeo, Brettano. Cum interpretatione latina Sebaſtiani Caſtalionis et indice. Pariſ.* 1599. mai. 8. De hoc exemplo idem *Freytag* lib. mem. pag. 85. multus eſt, et de Sibyllinis carminibus horumque editionibus plene diſſerit. — Editio repetita Pariſ. 1607. vitioſiſſime curata eſt. — Adde *Fabricium* paullo infra cap. XXXII. *Harl.*

m) Cum Sibylla meminit *Dio Chryſoſtom.* XIII. p. 229. XXXV. p. 429. ſed *Plutarch.* de Pythiae Orac. p. 399. Σίβυλλαι καὶ Βάκιδες.

n) Vide de hoc *Eudociae* Ἰωνιὰν p. 348. *Harl.*

o) Conf. *Burmanni* Catalogum Argonautarum, ſub illo nomine, editioni Valerii Flacci et Burmannianae et noſtrae praefixum. *Harl.*

linis Iſmenii templo, ante Homeri tempora tripodibus inſcriptos literis Cadmeis refert *Herodotus* Lib. V. c. 59. p) Oraculum Cadmo redditum Tzetzes Chil. 5. hiſt. 28. et Chil. 12. hiſt. 398. Scholia ad Ariſtoph. Ranas [v. 1225.] p. 177. ad Phoeniſſas Euripidis v. 641. Oracula alia vetuſta, ſed quorum maior pars Homero aetate cedit, ad calcem Sibyllinorum collecta ſunt a [*Ioachimo Camerario* in libello epigrammatum graecorum, Baſil. 1538. v. ipſum *Fabricium* B. Gr. vol. XIII. p. 495. n. 3. et p. 520. nec non a *Michael. Neandro* in praefatione ad Opus aureum. pag. 12. ſqq. *Harl.*] a *Ioanne Obſopoeo* Graece et Latine, Pariſ. 1599. et 1607. 8. cum notis, in quibus loca auctorum, e quibus petita ſunt, indicantur. Videas et in illis verſus quoſdam antiquiſſimarum vatum foeminarum, tum aliarum, vt *Ariſechae*, de qua Suidas in τὰ ἐκ τρίποδος nec non *Mantucleae*, (*Ariſtonicae* Plutarch. de Pythiae orac. p. 406.) *Phaennidis* et *Peliadum*, e Pauſaniae Phocicis. Poſt Obſopoeum eadem oracula vetera cum Sibyllinis Graece et Latine edidit *Seruatius Gallaeus* Amſt. 1689. 4. Neque omittendum, quod de Auctore veteri *octo librorum Theoſophiae* legas in Epiſtola Friderici Sylburgii ad Theodorum *Canterum*, Centuria III. Epiſtolarum a Sim. Abbeſio Gabbema collectarum p. 709. *Theoſophiae octo qui citantur libri non peruenerunt ad nos integri, ſed tantum ἐκλογαὶ quaedam ante aliquot annorum hecatontadas a neſcio quo excerptae, et a Ioanne Piſtorio per Io. Iacobum Beurerium vtriusque linguae Profeſſorem in Friburgenſi Academia nobis e veteri libro MS. communicatae, e quibus etiam in Maximi Planudis ἐκλογαῖς quaedam etiam in noſtra Bibliotheca hic inueni. Collegit autem ille Theoſophiae auctor ea potiſſimum Oracula, quae ad Chriſtianam Religionem confirmandam e Gentilium commentariis citata perhibentur. Libellus erit paucorum foliorum.* Alios vates priſcos refert *Clemens Alex.* 1 Strom. p. 331. *Hyginus* fab. 127. et e recentioribus *Iulius Caeſar Bulengerus* Lib. II. de ſortibus cap. 2. et *Ioh. Iacobus Boiſſardus* libro de divinatione. q) Catalogum locorum ſacrorum, in quibus oracula edita olim ſunt dedit praeter eundem Bulengerum et Dan. Claſſenium libro II. *Antonius Van Dale* Medicus Harlemenſis libro de oraculis veterum Ethnicorum p. 500. ſeq. editionis ſecundae. Exſtat et Hiſtoria oraculorum ex eodem Van Dalii libro excerpta et Gallice edita a *Fontenellio*, et ad eam reſponſio *Franciſci Baldi* e Soc. Ieſu, in Collegio Argentoratenſi Theolog. et linguae Hebr. Profeſſoris, Gallice ſine auctoris nomine vulgata Argentorati 1707. 8. r). Diſſertatio, quam *Ioannes Clericus* de hoc argumen-

p) Vel ex libris duobus Herodoti prioribus plura loca de Oraculis antiquis poſſint excitari; v. libr. I. cap. 46. de oraculis a Croeſo conſultis: lib. II. 52. de oraculo Dodonaeo antiquiſſimo et c. 54. de oraculorum origine; cap. 55. de origine oraculi Hammonis etc. Ex his locis videmus, oracula Dodonaeum et Delphicum fuiſſe perantiqua: at quum Herodotus tempus vltimum definire non auſus ſit, ex ſerioribus ſcriptoribus de vera primaque illius aetate nil certi poteſt definiri, quod tamen, acute quidem docteque, tentauit *Hardion* de Oraculo Delphico, in Memor. acad. Pariſ. Inſcript. tom. III. p. 138. ſqq. qui in tribus commentatt. omnem illius antiquitatem, hiſtoriam multaque alia expoſuit. Germanice verſae, ac ſaepius refutatae ſunt, in: Abhandlungen und Auszüge der K. Acad. der Wiſſenſch. vol. 2. p. 19. ſqq. Lipſ. 1781. 8. *Harl.*

q) Oracula quaedam Chriſtianis fauentia euulgauit *Montfaucon*. e cod. antiquo Pſalmorum Sedulii manu ſcripto, cum eius latina verſione, in Palaeograph. graec. p. 243. *Harl.*

r) *Fontenelli* Hiſtoire des Oracles prodiit quoque Amſtel. 1701. *Baldi*, qui loca Porphyrii, Euſebii aliorumque collegit et explicuit, liber inſcriptus eſt: Réponſe à l'hiſtoire des Oracles, de Mr. de Fontenelle, de l'Academie Françoiſe, dans laquelle on réfute le Syſtéme de Mr. Van-Dale, ſur les Auteurs des Oracles du Paganiſme, ſur la cauſe et le temps de leur ſilence; et où l'on établit le ſentiment de Peres de l'Egliſe ſur le méme ſujet. à Strasbourg 1707. — *Eiingius* in hiſto-

gumento inſeruit T. XIII. Bibl. ſelectae p. 180. ſeq. et *Georgii Moebii τῦ μακαρίτυ* tractatus de oraculis, Vandalio meras hominum fraudes in illis obſeruanti oppoſitus s): *Haquini Stidzbergii* de oraculorum Ethnicorum origine diſſertatio, edita Londini Scanorum 1706. 4. (1708. II. pag. 603.) qua Daemones oraculorum auctores negat aduerſus laudati Moebii ſententiam, tum *Danielis Claſenii* (a. 1707.) de oraculis Gentilium libri III. et *Stephani Morini* diſſertatio VIII. quae eſt de Oraculis et eorum defectu t). At *Gaſparis Geverti* liber de oraculis veterum, quem memorat ipſe in Papinianis lectionibus pag. 229. nunquam [?], quod quidem ſciam, lucem adſpexit. Magis etiam dolendum eſt temporum iniuria intercidiſſe *Oenomai* veteris Cynici φωραγόντων ſiue detectionem praeſtigiatorum de oraculorum falſitate, Porphyrio memoratam et Euſebio, qui loca quaedam ex illo producit L. V. praeparationis: tum *Philemonis* Athenienſis opus περὶ παντοδαπῶν χρησηρίων laudatum *Athenaeo* Lib. III. et quae de oraculis ſcripta fuerunt a *Chryſippo*, ac *Nicandro* Colophonio, cuius libros tres περὶ Χρησηρίων πάντων Suidas memorat, denique quae περὶ μαντικῆς diſputauerant Diogenes Babylonius, Antipater et Poſidonius teſte Cicerone I. de diuinat. [cap. 3.] Conſulendus interim praeter eundem Ciceronem Plutarchus de oraculorum defectu, et in libro: cur verſibus oracula fundere deſierit Pythia, vt alios iam omittam. Oraculi Delphici deſcriptio notabilis exſtat apud *Iuſtinum* XXIV. 6. v). [De oraculo Dodonaeo v. *Sallier* in Hiſtoire de

hiſtoria graecae linguae pag. 56. ſq. putat, oracula Graecorum originem et incunabula ſua habuiſſe in Gothorum terris et p. 68. de illorum auctoritate agit. — Baldus, Hickes, Morgues et, vt probabile ſit, Potterus, (nam ſententiam ſuam non aperte dixit, in Archaeologia graeca lib. II. cap. 7. vol. I. pag. 598. verſ. germanicae Rambachianae,) oraculorum reſponſa putant diabolum habuiſſe auctorem; (quod quidem ab omni probabilitatis ſpecie, immo vero multorum veterum philoſophorum iudicio abeſt longiſſime;) Contra van Dale, Fontenelle et Baſnage illa exiſtimarunt et declararunt ſacerdotum fraudes. Equidem nec omnes ſacerdotes nec omnia reſponſa a fraudis, in primis ambiguitatis (qua multi decepti ſunt, v. *Theodoret.* ſermone decimo contra Graecos, qui eſt de Oraculis,) ſuſpicione crimineque liberare ſuſtineo: attamen Pauſaniae Lacedaemonii aliorumque exempla fidem ſacerdotum, qui corrumpi ſe non paſſi ſunt, ſaltem quorumdam, ſatis comprobant. Atque cel. *Koppe*, in praeſenti praeſes ſacrorum ſupremus apud Gothanos, in diſputatione, *Vindiciae Oraculorum a daemonum imperio ac ſacerdotum fraudibus*, Gottingae 1774. habita a culpa et crimine liberat ſacerdotes quoniam oracula fuiſſent caput religionis popularis, cuius auctoritatem tueri et ſeruare ad animos ciuium moderandos et a ferocia turbiſque auocandos aut reprimendos, prudentia magiſtratuum et ſalus ciuitatum ſuaſiſſent. v. quoque cl. *Rambachium* ad locum Potteri memoratum *Harl.* [*Car. Denina* Iſtoria poltitica e letteraria della Grecia, quae germ. verſa eſt, ſ. t.: Staats- und Gelehrtengeſchichte Griechenlands, T. I. p. 167. ſſ. *Godofr. Leſs* V. S. V. Ueber die Religion, ihre Geſchichte etc. T. I. p. 582. ſſ. Anonyni librum: Verſuch einer Geſchichte der vornehmſten Orackel, Bern. 1775. 8. *Beck.*]

s) Conf. Mem. de Trevoux 1711. pag. 2053. Editio prima libri van Dale, Amſterd. 1682. 8. v. Acta Erudit. 1684. pag. 207. ſecunda longe auctior, Amſtel. 1700. 4. v. Bibl. choiſie, tom. III. p. 109. de Fontenelli libro, Nouvell. rep. littr. 1687. p. 146. 459. vbi epiſtola van Dalenii. Germanice a Io. Chriſtoph. Gottſchedio Lipſ. 1730. 8. v. Auſerleſene theol. Biblioth. tom. V. p. 261. Fontanellum confutauit *Baldus*, vt ſupra memoratum eſt, gallice: anglice in Works of the learned 1708. p. 697. cum Hickeſii praefat. qua perſtringuntur, quae Clericus pro Fontanelli ſententia ſcripſerat. Reſponſio Clerici Iacobique Bernardi menſ. Iun. 1707. Novell. reipubl. litter. Baldus ipſe continuauit, la Suite de la reponſe à l'Hiſt. des Oracl. Argentor. 1708. 8. Denuo propugnauit Fontanellum Iac. Baſnage in Antiqq. iudaic. gallice editis. Oppugnauit *Mich. Mourgues* ſect. I. Journ. des Sc. 1713. II. p. 216.

t) *Olai Borrichii* or. X. de Oraculis antiquorum tom. I. p. 447.

v) Ridiculas quaeſtiones ridiculis reſponſionibus oracula eludebant, v. *Athenaeum* V. pag. 219. Colophon τὸν ποιητὴν ἐ χείρονα Ὁμήρε παρέχεται Ἀπόλλωνα *Dio Chryſoſtom.* XLVII. pag. 542. reſpicit Clarii Apollinis oraculum.

de l'Acad. Paris. de J. et B. L. tom. V. p. 35. qui πελείας, non columbas ſed *anus* fuiſſe docet (coll. Pauſan. lib. X. c. 12. p. 828.) et vberius diſputantem *des Breſſes* in Memor. acad. Paris. Inſcript. vol. XXXV. p. 89. ſeqq. *Harl.*]

Oroebantius. V. OROEBANTIVS Troezenius cuius ἔπη *Aelianus* Lib. XI. cap. 2. Var. Hiſtor. narrat exſtitiſſe Homericis antiquiora, ὥς φασιν Τροιζήνιοι λόγοι. Verum illis Troezeniorum res ſuas quam maxime amplificantium narrationibus non multum fidei habendum, probe ex Pauſaniae Corinthiacis obſeruat doctiſſimus Perizonius.

CAPVT XVIII

I. *De Orpheo Scriptores. De eius nomine, aetate etc.* II. *Dialectus qua vſus eſt Orpheus.* III. *Scripta quae exſtant. Argonautica.* IV. *Hymni.* V. *De lapidibus.* VI. *Fragmenta ab H. Stephano collecta. Carmen περὶ σεισμῶν. Prognoſtica ex Orpheo et aliis.* VII. *Orphicorum editiones quaedam promiſſae.*

Orphei nomen, aetas, ſcriptores de illo etc. I. ORPHEVS Libethrius a), Thrax, qui ante Troianum bellum vixiſſe fertur, multis antiquis pariter ac recentibus multam ſcribendi materiam praebuit, quae ſingula vel repetere vel ad examen reuocare non eſt noſtri inſtituti b). Homerum ex Orpheo quaedam deſcripſiſſe et poematis ſuis intexuiſ-

a) A ſuis occiſus fertur, vnde prouerbium ἀμουσότερος Λαβηθρίων. Vide Zenobium. Plutarch. de ſera Numinis vindicta p. 557. Diodor. Sic. V. 238. (p. 393. Weſſeling.) ἐν Θράκῃ ἐν τοῖς Κίκοσιν, (ὅθεν ὁ καταδείξας (n. ritus initiationis) Ὀρφεὺς ἦν) μυστικῶς παραδέδοσθαι. *Fabric.* Hunc a noſtro Orpheo diuerſum facit Eudocia p. 319. cum Suida. *Harl.*

b) Neque ego ea omnia, quae ab aliis in vtramque partem modo ſtrictim, modo fuſius narrata ſunt de Orpheo, ſum repetiturus. Iuuat tamen quoſdam cum veteres, tum maxime recentiores laudare ſcriptores, quos is, cui erit volupe, conſulet. E veteribus igitur expoſuerunt de vita aut placitis Orphei *Diogenes Laert.* I. ſegm. 5. vbi vide Menage; *Conon* Narrat. 45. apud *Photium* in Biblioth. cod. CLXXXVI. pag. 452. ſq. ed. Schotti, vbi Orpheus *rex* fuiſſe *Macedonum* et Odryſidis, (quam ad Thraciam referunt Strabo et Stephanus,) dicitur, et de vita illius, interitu, et capite, poſt mortem adhuc canente, temploque multa minus vulgaria referuntur; *Phanocles* Orphei amores fataque dulciſſimo cecinit carmine, cuius partem ſeruauit *Stobaeus* S. LXII. pag. 399; *Hermaſianactis Colophonii* Elegiae partem, ex tertio Leontii libro de perdite amantibus, de vehementi Orphei amore, legimus apud *Athenaeum*, Deipnos. lib. XIII. c. 7. 8. pag. 597. quae a cel. *Ruhnkenio* typis recuſa et docte explicita adhaeret calci Epiſtol. II. criticae pag. 285. ſq. editionis ſecundae cum Homeri H. in Cererem, coll. *Virg.* Georg. IV. 453. ſqq. et *Ouwens* in Noctibus Haganis, Franeck. 1780. pag. 610. ſqq. contra cel. Heynium diſputante; *Maximus Tyrius* diſſ. XXXVII. ſect. 6. pag. 438. ſq. ed. 2. Dauiſii, cuius notam conſules, exponit fabulam de quercubus cantu et muſica Orphei motis et de feris eum auſcultantibus ſatis celebrem atque monumentis expreſſam: Odryſos nempe, Thracum populum, incolas patriae Orphicae, montis Pangaei, homines agreſtes, latrociniis addictos atque inhoſpitales, ſola cantus voluptate delinitos Orpheum tamquam ducem eſſe ſequutos; vti etiam *Chryſoſtom.* Orat. IV. p. 555. de Orpheo et *Quinctilian.* I. O. I. 10. eam interpretati ſunt. *Suidas* h. v. Tom. II. p. 718. et *Eudocia*, illum vt plurimum expilans, in Ἰωνιᾶ pag. 318. aliique vt Pauſaniam, Strabonem, Clementem Alexandr. pluries de noſtro Orpheo differentes, alioſque omittam. E recentioribus in enarrandis rebus ad Orpheum pertinentibus in primis verſati ſunt, *Petrus Lambecius* in Prodrom. hiſt. liter. lib. II. cap. 4. pag. 168—181. — *Cudworth* in Syſtemate intellectuali cap. IV. §. 17. cum doctis Moshemii animaduerſionibus. — *Michael. Chriſtoph. Hanouius* in Diſquiſitionibus metaphyſicis, Gedani 1750. 4. dedit pag. 335. ſqq. Analecta de Orpheo. — *Brucker.* Hiſtor. crit. Philoſ. tom. I. part. II. lib. I. cap. 1. §. 5—19. pag. 373. ſqq. et in Appendice ſiue tom. VI. pag. 202—209. — *Burmann.* in Catalogo Argonautar. h. v. editioni Va-

texuiſſe contendit Clemens Alex. Lib. V. Strom. p. 618. Hiſtoriam Orphei et Muſaei olim ſcripſe-

Valerii Flacci praemiſſo. — [*Meiners* V. C. in Hiſtoria doctr. de vno vero deo p. 188. ſſ. — de la Barre Religionsgeſchichte von Griechenland, in den Abh. und Auszügen der Par. Acad. d. Inſchr. Gr. A. T. I. p. 195—222. cum Obſſ. Heynii.] Marmor, Orpheum a Bacchantibus diſcerptum repraeſentans, eſt in libro: *Marmora Taurinenſia* diſſertationibus et notis illuſtrata: Part. I. Auguſtae Taurinor. 1743. 4. pag. 91. Editor adiecit *Conſtantini Laſcaris* prolegomena ad Orpheum, (memorata quoque in Catalogo Taurinenſis biblioth. tom. 1. pag. 375. fol. 109.) a pag. 93—104. atque a pag. 105—118. explicuit illum Laſcaris libellum leuem, (lege *Geſneri* iudicium in praefatione ad Orphei edition. pag. IX.) vitamque Orphei. — *I. Matthiae Geſneri Prolegomena Orphica*, eius editioni praemiſſa a pag. XVII — XXVIII. — *Cromaziani*, Della hiſtor. e della indole di ogni Filoſofia etc. vol. II. ed. Venet. 1782. cap. XVI. pag. 3. ſqq. — Copioſiſſime et diligenter eruditeque cl. *Dietericus Tiedemann*, in praeſenti Profeſſor Marburgenſis, in: Griechenlands erſte Philoſophen, oder Leben und Syſteme des Orpheus, Pherecydes, Thales und Pythagoras. Lipſiae 1780. pag. 2—100. — *Fraguier* de vita Orphei in Memor. acad. Pariſ. Inſcript. tom. V. pag. 117. ſqq. De eius philoſophia v. *Auguſtin. Steuchum Eugubinum* de perenni philoſophia lib. 7. cap. 10. et comment. *I. Fr. Buddei* in Obſeruatt. ſelectarum ad rem literariam ſpectantium vol. VI. n. 29. p. 307. ſqq. — *Foucher* in Memor. acad. Par. Inſcr. vol. XXXV. 1770. pag. 75. ſqq. — Denique in: Deſcription des principales pierres gravées du Cabinet de S. A. S. Monſeigneur le Duc d'Orleans, tome II. à Pariſ. 1784. fol. nr. 1. eſt gemma elegans, Eurydicen in terra ſedentem repraeſentans, in cuius expoſitione editores, *de la Chau* et *le Blond*, de Eurydice pauca eaque nota narrant; eo plura de eius marito, Orpheo, cuius totam hiſtoriam et, quaecumque illi adfinguntur, inuenta poſt alios contendunt allegoricam eſſe fabulam, cuius fictione inuentio, incrementa et perfectio artium declarentur. Ratio vero, quam adferunt, in vno homine omnia illa attributa, virtutes et perfectiones, quae illi adfinguntur, ineſſe non poſſe, vana eſt atque inanis: nam omnibus mythicae aetatis hominibus poetae, oratores, et arcanorum interpretes, cuncta, quae dici fingique poſſunt, vni adtribuere, in vnumque conferre ſueuerunt. — Illi vero viri docti otium nobis fecerunt. *Heumannus* exempli ſui margini adhuc adſcripſerat: De Orpheo vide *Buddei* Hiſtor. eccleſ. V. T. tom. I. pag. 1003. ſqq. *Baſnage* hiſt. Iud. lib. 3. cap. 20. §. 3. Orphei figuram in nummo exhibet *Gronou.* ad Melam II. 2. de patria Orphei v. Plin. IV. 11. Orpheum graecae ſuperſtitionis patrem facit *Euſebius* I. 6, 17. fin. vbi confer Vigeri notas. De aetate Orphei non conuenit inter chronologiae conditores. Expeditioni Argonautarum in Colchidem, quam *Simſon* in Chronico Catholico col. 244. adſerit A. M. 2743. ante Chriſtum 1260. Gedeonis XV. interfuiſſe illum, teſtatur antiquitas et fides plurium ſcriptorum. Vixit igitur ante bellum Troianum, cuius vero initium alii aliter deſignare ſolent: vide virum doctum in Marmor. Taurinenſibus etc. pag. 107. ſecundum cuius ſententiam natus eſt Orpheus anno LXXVII. ante initium belli Troiani. Secundum *Lambecium* pag. 168. Prodromi floruit Orpheus triginta circiter vel quadraginta ante bellum Troianum annis: ſaeculo XIII. ante Chriſtum, quem ſequitur *Tiedemann* pag. 11. addito A. M. 2737. In anno DCCL. ab Abraamo collocat eius aetatem *Euſebius* in Chronico, Hieronymo interprete, pag. 261. tom. VIII. part. I. Operum Hieronymi a *Dominico Vallarſio* curatorum, edit. Venet. 1769. 4. cuius notam conferes; is vero inter alia adnotat, de ſententia, num Orpheus vmquam extiterit, *Mattium* Opinion. lib. I. cap. 4. pag. 361. et *Albericum Gentilem* Virgil. lect. cap. XI. pag. 105. egiſſe. — Iterum *Simſon* col. 257. ſq. duce Timotheo chronologo apud Euſebium, prodit, Orpheum floruiſſe A. M. 2748. ante Chriſtum 1255. Gedeonis XX. cuius rationes ſequutus eſt cel. *Saxius* in Onomaſtico pag. 7. — Natione fuit Thrax, omnis paene antiquitatis conſenſu, non Aegyptius, quod quidem cel. *de Schmidt*, in Opuſculis pag. 120. euincere ſtuduit, et iam *Pauſan.* Eleat. poſt. c. 20. p. 505. ab Aegyptio quodam creditum memorat: at a *Tiedemanno* pag. 9. ſq. vera patria, Thracia, noſtro vindicata eſt. Forſan Aegyptii, gens vana faſtuque plena, hominem, poſtea tantam conſequutum auctoritatem, et quod in Aegyptum profectus ibi arcana philoſophiae ac theologiae imbibit, tamquam ciuem ſuum et ſuae ſapientiae alumnum gloriari et adſerere ſibi ſuſtinuerant.

ſcripſerat *Herodorus* Olympiodoro teſte apud Photium cod. 80. *Epigenes* c) περὶ τῆς εἰ Ὀρφέα ποιήσεως, quo in libro de auctoribus ſcriptorum, qui ſub Orphei nomine ferebar tur egiſſe, et verba ipſi peculiaria expoſuiſſe videtur, vt colligo ex *Clemente* Alex. Lib. Strom. p. 333. Lib. V. p. 571. Alius ἐξηγητικῦ in Orpheum auctor videtur laudari a Suid et Etymologo in τριτοπάτορες [?] et *Io. Malala* in Chronico p. 88. ſqq. Sandonem Hella nici F. Philoſophum Suidas teſtatur compoſuiſſe ὑποθέσεις εἰς Ὀρφέα, βιβλίον α. *Apolloniu Aphrodiſienſis* ſcripſerat, teſte eodem Suida, περὶ Ὀρφέως καὶ τῶν τελετῶν αὐτῦ, ita enim lego, non κατά. [Deterius ſcripſerat *Eudocia* p. 50. Κατὰ τῶν τελευτῶν αὐτῦ.] *Nicoma dis* librum de Orpheo laudat Athenaeus XIV. p. 637. Syrianus et Proclus ſcripſerunt in Or phei Theologiam, vt ex Marino in Procli vita cap. 27. refert idem Suidas, qui etiam vtrum que ait ſcripſiſſe συμφωνίαν Ὀρφέως, Πυθαγόρυ καὶ Πλάτωνος, vt Hierocles libro quart de fato ac prouidentia conſenſum Platonis cum Orpheo et Oraculis demonſtrauerat, quo Photius notatum reliquit. [*Philochorus* apud Scholiaſt. Euripidis Alceſt. v. 968, (vbi ch ru Thracias Orphei tabulas ſcriptas adpellat) traditur libro I. περὶ Μαντικῆς explicuiſſ Orphea. *Harl.*] Quanti prae libris aliis omnibus Orphicam poeſin fecerit et vnice lectitau rit Serapion Alexandrinus, docet Suidas in Σαραπίων ex Damaſcio in vita Iſidori. Orphe ſcripta congeſſit, ſi Suidae credimus, Pherecydes d) quidam antiquiſſimus Athenienſis Φερε κύδης Ἀθηναῖος πρεσβύτερος τῦ Συρίυ (negant hoc alii vide Menagium p. 68. ad Laert. e Meurſium in Bibliotheca Attica p. 1583) ἐν λόγοις τὰ Ὀρφέως συναγαγεῖν. [Eadem fere na rat *Eudocia* p. 421.] E contrario, *Orpheum Poetam Ariſtoteles docet nunquam fuiſſe*, in quit Cicero I. de Natura Deor. c. 38. ſect. 108. quae verba non ita intelligenda ſunt, ac nullus vnquam fuerit Orpheus; ſed quod nullus fuerit Poeta illo nomine, poemataque, qua i

Orpheum vero in Aegyptum iter ſuſcepiſſe, teſtantur *Diodorus Siculus* IV. 25. pag. 271. ed. Weſſel. atque Euſebius, quorum narrationes aliis argumentis firmat *Tiedemannus* pag. 14. ſq. qui putat, Orphea primum Aegyptum contendiſſe ad famam ſibi parandam; (ego tamen potius adfirmem, ad doctrinarum copiam ſibi acquirendam, immo vero ad ſapientiam ex fonte hauriendam, et vt ſacris initiaretur;) poſt reditum myſteria aliaſque caerimonias inſtituiſſe ſuoſque docuiſſe; poſtea ſocium ſe adiunxiſſe Argonautis, atque, horum expeditione peracta, in Thracia eſſe vita defunctum, adde virum doctum in Marmoribus Taurinenſ. pag. 108. ſq. Geſnerus autem, quando pag. XXI. ex libro de lapidibus argumentum ſumit, Orphea cladi Troianae ſuperuixiſſe, nec eam fictionem abſurdam eſſe putat, cui centum aetatis anni ſufficiant, errare, et maiorem, quam par eſt, auctoritatem illi libro tribuere videtur. Quando igitur non minus, quam quo noſter fato amiſerit vitam, res eſt incerta et controuerſia apud veteres valde agitata. A Threſſis eum eſſe interfectum, fabula eſt celebrata. v. *Plutarchum* de ſera num. vindicta pag. 52. ed. cl. Wyttenbachii, cuius notam p. 67. confer. v. Marm Taurinenſ. pag. 110. ſqq. in primis *Tiedemannu* cap. 6. pag. 31. ſqq. plures collegit veterum na rationes fabulaſque. Quod denique filius Apo linis fuiſſe fertur, (aliis ſecus ſentientibus, *Hygini* fab. XIV. init. vbi interpretes copio ſunt de noſtro p. 38. *Staver*. *Apollodori* Biblioth I. 3. 2. et I. 9. 16. cum nota Heynii pag. 32. ſqq id conſuetudini loquendi antiquiſſimae et fiction bus poetarum, illius ingenii vim facultatemqu canendi ſingularem celebrantium tribuendum eſ exiſtimo. v. Schol. ad *Pindar*. Pyth. Δ. v. 31 Haec quidem ſufficiant: atque ego multis ext oleas vagatus videbor. adi quoque *Kirbachii* diſ de Theologia Orphei. Witteberg. 1685. 4. et *I.* C *Hauptmanni* tres proluſiones de Orpheo, Gera 1757. 4. *Harl.*

c) Ab hoc Epigene librum ſuum de Poeſi a Philoſophia Orphica *Epigenem* inſcripſit Andrea Chriſtianus Eſchenbachius. Norimb. 1702. 4.

d) Plures Pherecydes commemorat, et corum ſcripta recenſet Meurſius ad Helladii Chreſtoma thiam p. 58.

ei tribuuntur, alium habeant auctorem e). Quemadmodum nec Androtion apud Aelianum negat Orpheum Thracem fuiſſe, ſed fuiſſe ſapientem, Lib. VIII. Var. Hiſt. cap. 6. *Voſſio* tamen Lib. I de artis Poeticae natura nomen ipſum totum videtur confictum f), quod *Ariſa* Arabibus eſt *ſcire*, [illegible], vnde *Aref*, ſiue Orpheus *ſciens*, *eruditus*, *doctus*. Quod argumentum ſi valet, exſpectabis vt veniat, qui ſimiliter probet, etiam nullum fuiſſe Moyſen. Sane non defuerunt iam, qui Orpheum cum Moyſe confunderent g). Alii non vnum ſed plures antiquiſſimos ἐποποιοὺς Orphei nomine fuiſſe contendunt, vt patet vel e Suida, multos h) Orpheos memorante, ſiue fingente potius i). Alii alia nominis Orphei etyma commenti ſunt.

e) Fabricii explicationem comprobarunt *Trillerus* in Anmerkungen zu *Hugonis Grotii Leidender Chriſtus*, *Trauerſpiel* etc. Hamburg. 1745. pag. 586. (vbi a pag. 580 — 587. multus eſt de Orpheo,) et *Dauiſius* ad Ciceronis locum: is tamen alium *Ariſtotelis* lib. I. de Anima cap. V. pag. 386. profert locum, ex quo philoſophi illius de Orphicis carminibus ſententia fit clarior: τοῦτο δὲ πέπονθεν, καὶ ὁ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς καλουμένοις ἔπεσι λόγος. ex quo tamen loco id quoque effici poteſt, libros, qui Orpheo adſcribebantur, ipſi fuiſſe ſuſpectos. Ibi vero ſententiam Orphei refutat, animam ferri ventis et ex toto ingredi reſpiratione. Locus tamen, ad quem reſpexit Cicero, iam dudum periit. Errat igitur *Moshemius* ad Cudworthi Syſtema intellectuale cap. IV. §. 17. n. 7 et 8. pag. 342. vbi putat, Ariſtotelem negaſſe loco Ciceronis memorato, fuiſſe vnquam Orpheum. *Philoponus* enim Comm. in Ariſtotelis locum de anima apud Cudworth. pag. 344. „Ariſtoteles, ait, carmina haec vocat Καλούμενα *ſic dicta* Orphica, quia non ab ipſo videntur Orpheo eſſe ſcripta, *id quod ipſe in libro de philoſophia adfirmat* (ὅτι μὴ δοκεῖ Ὀρφέως τὰ ἔπη, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας λέγει). Dogmata quidem ipſa ſunt Orphei; verum haec Onomacritum numeris illigaſſe ferunt". Ciceronis igitur mens nulla alia eſſe potuit, ac ea, Ariſtotelem adfirmaſſe Orpheum Thracem, celebrem illum myſteriorum parentem, nulla carmina reliquiſſe et inſcriptiones talium carminum mentiri Orphei illius nomen: ſiue poemata, quae vulgo ſunt Orpheo tributa, ab alio eſſe confecta, falſoque nomen illius prae ſe tuliſſe. Docte explicat Ciceronis locum *Geſnerus* in Prolegomenis p. XVIII ſq. atque vberius perſequitur illum meliusque, quam *Hanou*. in Diſquiſ. metaphyſic. p. 337. ornat interpretationem, et *Bruckeri* ſententiam de illo loco, tom. I. Hiſt. crit. phil. p. 374. prolatam examinat *Tiedemannus* pag. 3 - 7. adde *Ol. Borrichium* Diſſ. I. de Poetis §. 17. *Harl.*

f) Recte a Voſſio diſſentit Thomas Burnetus c. 9. Archaeologiae Philoſ. cui adde Obſervatores Hallenſes *VI*. 29. Alia Etymologia arriſit Gerardo Croeſio in Hiſt. Hebraeorum Homerica p. 146. qui ſimiliter praeter rem negat vllum fuiſſe Orpheum.

g) Leuibus argumentis ductus negat *Huetius* Demonſtr. Euang. Prop. IV. cap. 8. §. 18. exſtitiſſe vnquam Orpheum et §. 19. ad Moſis exemplar, Orpheum ipſum eſſe expreſſum, contendit ingenioſeque inſtituta vtriusque comparatione demonſtrare conatur. Et tamen argutatur vir doctus. vide *Tiedemann*. p. 5 et 6. atque cenſorem illius elegantem doctumque in Biblioth. critica. Amſtel. vol. II. part. VI. pag. 81 ſq. vbi quoque de *Dionyſio*, qui de Orpheo prodidit, locoque Suidae agitur. Moſis libris adiutus dicitur a Iuſtino apud *Worth*. ad Tatiani Orat. ad Graecos pag. 3. n. 6. Aeque lubrica falſaque eſt ſuſpicio *I. Heinr. Vrſini*, (in Analect. SS. lib. IV. pag. 219 ſqq.) Dauidem regem ſub Orpheo latere. Praeter Huetium etiam et *Croeſium* a Fabricio iam in nota nominatum, *Natalis Alexander* (Hiſt. eccl. V. T. cap. 8. pag. 357). Orpheum proſcripſit quaſi et e numero mortalium eiecit: iam ſatis autem crebroque exploſa ſunt illa ſomnia a viris doctis. v. *Brucker*. p. 374. not. o.) et *Geſneri* Prolegom. Pag. XX ſqq. *Harl.*

h) Vide etiam ſi placet Kircherum Lib. II. Oedipi part. 1. p. 150. vbi corruptiſſima de Orpheo traduntur. Orphei alterius meminit et Suidas in Λίνος. Habuit et Cicero ſeruum Orphei nomine. Vide *XIV*, 4. ad familiar.

i) Suidam, variorum compilantem narrationes, *Eudocia* pag. 318 et 319. deſcripſit maximam partem. In numero plurium illorum Orpheorum occurrit *Orpheus Crotoniata*, quem *Eudocia* p. 320, et *Simſon* in Chron. cathol. ad A. M. 3429. ante Chriſtum 574. V. C. 178. cum Meurſio *Argonauticorum*, quae hodie circumferuntur, eſſe auctorem putant: in eadem ſententia verſatur *Thom.* *Reine-*

ſunt. Vide *Olaum Rudbeckium* T. 2. Atlanticae p. 443, [et *Trillerum* ad tragoediam Gr… verſam p. 583 ſq. et p. 587. deriuat is nomen ab Hebraico voc. ערב *iucundum, amoenum. Harl.*] Vtcunque autem iſta ſe habeant, vti in Hermete ſupra feci, ita hic quoque enarrabo ſcript… quae ſub Orphei nomine extlant, vel a Veteribus laudata reperi, tum de inuentis Orpheo tr… butis quaedam ſubiungam [ſ]. Equidem Lambecius, qui de Orpheo fuſe egit p. 168 ſq… prodromi hiſtoriae literariae, ſatis mihi feciſſe videatur, ſed poterit forte aliquid plenius… diſtinctius et accuratius de Orphei ſcriptis lectori a me offerri et exhiberi.

Num ſcri- pſerit, et qua dialecto? II. Orpheum antiquiſſimum Poetarum, dialecto Dorica ſcripſiſſe teſtatur *Iam-blichus* c. 34. de vita Pythag. ex Metrodoro Medico Pythagoreo Epicharmi F… Verum illam dialectum neque in libris, qui ſub eius nomine exſtant, neque i… fragmentis reperio, ſi a λόγῳ ἱερῷ diſceſſeris, ſed quem a Pythagoraeo aliquo ſuppoſitum… Orpheo fuiſſe, infra c. XIX. ſum notaturus. Orphicos *per Symbola*, ſiue, vt Dionyſiu… Halicarnaſſ., *per allegorias*, Pythagoraeos *per imagines* diuina adumbrare ſolitos, obſerv… Proclus Lib. I. c. 4. Theologiae Platonicae [k].

II…

Reineſius in Epiſt. X. ad Neſteros, a. 1642. ſcripta pag. 21. Illum tempore Piſiſtrati vixiſſe Eudocia l. m. ex Aſclepiade prodit. *Lambecius* Prodr. p. 179. Orpheum Lebethrium, ſiue Argonautam, Orpheum Ciconaeum, et Orpheum regem Thraciae, de quibus Suidas tamquam de tribus viris agit, vnum atque eumdem hominem fuiſſe, ex verſ. 76 — 79. Argonaut. colligit. *Herodorus* contra apud Schol. *Apollonii* lib. I. v. 23. (quod ſcholion eſt notatu dignum) duo fuiſſe eiuſdem nominis prodidit, eique ſubſcribit *Buhierius* in diſſ. de litteris graecis, ad calcem *Montfauconii* Palaeogr. graec. §. 20. pag. 559. atque ego lubentius facere me profiteor cum Herodoro atque Buherio, quam cum *Tiedemanno*, arbitrante et acute, fateor, ſubducente rationes, p. 6. et 7. vnum tantum veterem Orpheum ſupereſſe, reliquorum memoriam eſſe ſubleſtae aut nullius fidei. Nam plures nominis eiuſmodi homines in antiquitate non adeo ſunt rari. Atque Herodori teſtimonium, quod propter antiquitatis auctoritatem multum ponderis habet, fructuoſum mihi videtur ad turbas de ſenectute Orphei temporiſque ratione componendas. Diſſenſerat iam a *Lambecio* et *G. I. Voſſio* (vnum tantummodo Orpheum fuiſſe, exiſtimante, lib. I. de Idolol. c. 39. de poetis gr. cap. 4.) *Io. Mollerus* in Homonymoſcopia. p. 323. vbi de Orpheo plura diſputat. — *Fabricii* additamentum, margini exemplaris ſui adſcriptum commode hic adferam. „Alii Orphei. *Montfaucon* tom. I. ſupplem. pag. 230. ſqq. Orphei filius *Aeus*, *Leus*, Apoſtol. XI. 84. Prouerb. Fuit et *Orpheus*, ad quem Libanii Epiſtol. *Or-pheus Magnus* poeta Ferrarienſis, de quo *Baru-faldus* pag. 46. qui memorat eius librum primu… Odyſſeae, hexametro carmine, et argumenta i… libros Metamorphoſ. Ouidii.“ *Harl.*

k) Scripta Orphei, quae hodie habentur, co… ficta eſſe a Chriſtianis poſt aeuum Origenis, ſtatu… *Huetius* Quaeſt. Alnet. libr. II. cap. 1. pag. 100. … cap. 2. §. 7. pag. 105. §. 13. pag. 109. Idem lib. I… cap. 2. pag. 127. conicit, non vnius eſſe auctor… quae ſplendidum Orphei nomen praeferant. *Schurz-fleiſch.* de Biblioth. Vinar. pag. 178. Negauit ia… *Pauſanias* lib. 1. cap. 14. pag. 34. Orphei eſ… ſcripta, quae ſub nomine eius circumferuntu… *Heumann.* Idem *Pauſanias* lib. I. cap. 37. p. 9… τὰ καλούμενα Ὀρφικὰ, vti Ariſtoteles, nomina… At ſi ſeriem orationis in vtroque loco perpend… mus, Pauſanias priore loco Theogoniam, poſt… riore autem Τελετὰς aut poema de myſteriis r… ſpexiſſe videtur. Quare ſuſpicor, ſi Ὀρφικὰ vn… uerſim memorantur a ſcriptore quodam veter… fore vt ex connexione pateſcat, quinam liber, O… pheo adtributus, intelligendus ſit. Non ſine t… men ſeditione ſaepe diſputatum eſt de auctorib… et vetuſtate carminum, vulgo Orphei nomen pr… ſe ferentium: nec meum eſt, tantas lites compo… nere. Enimuero, argumentis omnibus examin… tis, negari non poterit, Orpheum illum antiqui… ſimum extitiſſe, et docuiſſe ſacra; at de ſcript… ei adtributis facilius tutiuſque iudicari poteri… quid non ſit Orphicum, quam quid ſit Orphicu… Id quidem quam maxime probabile eſt, Orpheu…

ca…

carmina cecinisse, placita praeceptaque ſua, more antiquiſſimi aeui, verſibus complexum. Neque vero, licet Tiedemanno aliiſque diſſentientibus, ab omni probabilitatis ſpecie abeſt, Orpheum artem ſcribendi, iam tum in Aegypto inuentam, calluiſſe, et litteris, itidem tunc cognitis, ſiue graecis, ſiue Pelaſgicis, conſignaſſe praecepta. Iam vero ſi *Monboddo*, eruditi Angli, ſed amore ſapientiae aegyptiacae nimis abrepti et occupati ſententia (in *Werk von dem Urſprunge und Fortgange der Sprache*, ex interpretatione *E. A. Schmid* theotiſca Vol. I. cap. XI. pag. 385. ſqq. et cap. XII. pag. 418. ſqq.) tam certa eſſet veraque, quam ſubtilis eſt atque ingenioſa, primas Graecorum litteras fuiſſe Pelaſgicas, Dores fuiſſe Pelaſgos, et lingua vſos Pelaſgica, hanc vero fuiſſe dialectum Aegyptiacam, ideoque Danaum et Cadmum, poſtquam Graeciam occupaſſent non vi, ſed perſuaſione, incolarum illius priſcorum linguam intellexiſſe, (collato *Samuele Squire* in: An Inquiry into the Origin of the Greek Language, Cambridge 1741. pag. 173.) res expeditu facilis foret, ſaltem ea, quam foui, ſententia prope a vero aut veriſimili abeſſe videretur. Accedit teſtimonium *Diodori Siculi*, (certe famam quamdam antiquam ſequuti,) Biblioth. hiſt. libr. III. cap. 66. pag. 236. ſq. ed. *Weſſelingii*, cuius eruditae animaduerſiones ad h. l. omnino ſunt conferendae. Is quidem plures Linos, ſed aetatis diuerſiſſimae, confundit, narratque de litteris pelaſgicis et Lino litteris pelaſgicis res Bacchi primi deſcribente, (quae quidem res ſatis dubia eſt:) addit tamen, eodem litterarum genere Orpheum quoque vſum eſſe. Veteribus igitur iam credibile viſum eſt, Orpheum exaraſſe libros. Neque vero adfirmare auſim, ſi quae ſua ille ipſe manu ſcripſerit, ea ipſa ad poſteritatis memoriam perueniſſe, ſed ſiue omnia propter vetuſtatem litterarum ac dialectiplane interiiſſe ſiue pleraque ab aliis, Pythagoricis, mire deprauata, interpolata, alieniſque ſententiis aucta: ſcripta vero multa ab aliis aetatis multo ſerioris hominibus propter nominis auctoritatem ad ampliorem ſuorum placitorum commendationem ficta et ſuppoſita arbitror. Multorum tamen, quae Orpheus praeceperit, veſtigia multaſque doctrinas Orphicas genuinas ſuperfuiſſe ante Onomacritum reor, et reſtare in καλουμένοις Ὀρφικοῖς, quae adhuc habemus, poſt Cudworthum, Moshemium, (cui quidem ad *Cudworth.* ſyſtema intell. pag. 345. n. 20. fin. nihil Orphicorum carminum, quae hodie legimus, probum, ſanum, aut vere Orphicum videtur eſſe,) Bruckerum alioſque diligenter copioſeque expoſuit *Tiedemannus* V. cl. libr. mem. parte 1. ſect. II. qui quidem cap. 1. recenſet ſcripta, quae perhibentur Orphica: carmina vero orphica iam vltima aetate in Graecia fuiſſe peruulgata, vel ex Platone et Ariſtotele conſtat: cap. II. perſequitur dogmata Orphica genuina et falſa: cap. III. quae in Hymnis, quos a diuerſis hominibus diuerſis temporibus confectos eſſe, p. 77. ſq. docet, et de fragmentis, quae ſingula percenſet, (Argonautica vero et poema de lapidibus, quia nihil, quod ad Coſmogoniam et notiones philoſophicas pertineat, mente ſua contineant, non attingit,) genuina ſuperſint aut ſuppoſita, Orphei placita, fuſius explanat, negatque, ſerioribus illa temporibus eſſe conficta, (pag. 65.) immo pag. 78. ſqq. euincere ſtudet, theogoniam in Hymnis frequentem attingere aetatem Pythagorae et Orphei, denique cap. IV. compoſuit corpus diſciplinae Orphicae. Quaſdam Orphicas doctrinas, ab Orpheo ipſo profectas, ab eius diſcipulis aliiſque traditas et tamquam tabulas fractas e naufragio ſeruatas eſſe, aliiſque eiuſdem fere argumenti poſtea immixtas, negari non poterit. Nam, vt ea, quae ex Platone, Euripide, Ariſtophane et vero Herodoto a Geſnero in Prolegomenis, et ab aliis iam notata ſunt, praetermittam, conſtat, iam antiquiores philoſophos expoſuiſſe Orphei de diis opiniones. Sic *Chryſippus*, qui Stoicorum ſomniorum vaferrimus habetur interpres, apud *Ciceronem* de Nat. deorum lib. I. cap. 15. pag. 47. ed. Dauiſii, cuius notam conſules, in ſecundo de natura deorum libro *vult* ORPHEI, *Muſaei, Heſiodi Homerique fabellas adcommodare ad ea, quae ipſo libro de diis immortalibus dixerit.* Adde *Tiedemannum* pag. 38. ſq. *Eudemus* apud *Damaſcium* in Excerptis editis a Wolfio Anecd. gr. tom. III. p. 256. opinionem de *ortu rerum ex nocte* diſerte tribuit Orpheo. v. de hac re pluribus docteque diſſerentem cenſorem in Bibl. crit. Amſtel. II. part. IV. p. 87-90. Tum multa ex Orpheo hauſiſſe *Heraclitum*, notauit *Clemens Alexandrinus* VI. Stromat. pag. 629. Quod autem vberior huius controuerſiae expoſitio ad hiſtoriam philoſophiae pertinet, ab noſtroque aliena eſt inſtituto: ſingula excutere argumenta, aut, quae in vtramque partem poſſint diſputari et diſputata ſunt, repetere, aut ſub examen vocare, nec vacat nec expedit. Quare diuerſas quaſdam de vetuſtate orphicorum carminum ſententias tantummodo memorabo. Quoniam vero iam antiquiſſimis temporibus ſpuria videban-

bantur ſcripta Orphei, exſtiterunt, qui putarent, magnam illorum partem a Cercope quodam, aut Onomacrito eſſe ſuppoſita, vel prodentibus Suida atque Eudocia, ſingula paene illorum ex Orpheis iunioribus, alicui deberi. Quae quidem Suidae ſuſpecta narratio placuerat olim multis, vt *Mich. Neandro* in Notis ad Apocrypha de Chriſto v. 437. *Mollero* l. mem. pag. 325. *Laur. Craſſo* in Hiſtoria poetar. graecorum pag. 382. ſqq. vbi multus eſt de variis Orpheis, praecipue Thrace et Crotoniata. *Borrichius* de poetis l. mem. de Hymnis et carmine de Lapidibus, mitioribus plerorumque, ad antiquum poemata illa Orpheum referentium, cenſuris ſubſcribit; (conf. eiuſdem *Sapientiam Hermetis vindicatam* lib. I. cap. 7. §. 8. pag. 166. ſq.) At Mollerus iure iam veretur, ne fruſtra patrocinetur: ſed ipſe fallitur Mollerus, dum, Suidae fidem ſequutus, Hymnos Orpheo Ciconaeo, Λιθικὰ autem Onomacrito adſerit. *Geſnerus* in Prolegomenis a pag. XX. magna vi argumentorum et teſtimoniorum veterum, probat vindicatque orphicorum carminum vetuſtatem. Adfirmat, quae ſuperſint de Argonautarum ſocio fabulae et carmina, ea et inter ſe ſic ſatis conuenire, et quam plurima habere intimioris doctrinae veſtigia, quae mereantur obſeruari, et vt nobiliſſima antiquae hiſtoriae particula in ea luce collocari, qua poſſint deinde etiam aliis doctrinae partibus prodeſſe. Exiſtimat, quod Pindarus (Pyth. 4. 313.) Orpheum adpellat auctorem carminum, ſiue verborum, quae cantantur, inſignem iam tum perſonam Orphea, nec potuiſſe primum quaſi creatum eſſe, et in medium productum ab Onomacrito, qui vel aequalis, vel haud multo maior fuiſſe poſſit Pindaro. Ex Euripidis Alceſte 968. patere docet, fuiſſe, quum iſta in ſcenam ferret poeta, carmina, quae Orphei eſſe dicerentur. Quae hodie exſtant ſub Orphei nomine opuſcula, Argonautica, Hymni, de Lapidibus, ea idem habere conſilium ac propoſitum videntur Geſnero, commendare ſcilicet caerimonias et myſteria, facere Orphea deorum amicum et interpretem, qui ab his edoctus et morborum remedia, et expiatoria omnium praue factorum ſacra, et depulſoria periculorum, et portentoſa in rerum omnium deſperatione auxilia, vel depromſerit in ipſo actu, vel vnde petenda eſſent, etiam poſteris oſtenderit. (*Eudocia* pag. 318. Orpheus ἔγραψε, inquit, ποιήματα, ὅπου ὡς θεολογίας ἦρξεν Ἕλλησιν. ἐν δὲ τούτοις τοῖς ποιήμασι διὰ μυθικῶν συμβόλων λέγει τὰς τῶν θεῶν τάξεις τε καὶ σαφῶς· καὶ τίνων τίνα ἔργα· καὶ ποῖα τίνων τελέσματα· καὶ τίνες τίνων δημιουργοί.) Verba omnia, cenſet, vel Homerica,

vel ea moneta percuſſa, quam in Homeri et v[...] ſtorum oraculorum verbis deprehendimus. Q[...] apud *Jamblichum* (de vita Pythag. c. 34. p. [...] Kuſteri,) plerique hiſtorici tradidiſſe dicun[...] Orpheum Thracem etiam antiquiſſima diale[...] dorica vſum eſſe, id refert ad θρήσσας σανίδας[...] Euripide vocatas. ,,Haec porro, pergit, q[...] nunc exſtant, ab Athenienſi Onomacrito, Piſiſ[...] tidarum et Xerxis aetate litteris ac libris man[...] eſſe, communis plurium antiquorum ſententia [...] Hic Onomacritus poteſt vel conſeruatis ſenten[...] omnibus, et bona verborum parte, dialectum [...] do mutaſſe, Homerice, et, vt ſic loquar, Solon[...] loqui antiquum Orphea docuiſſe; vel pro ſuo [...] bitrio, quae viderentur, addidiſſe, demſiſſe, qu[...] illius circa oracula artem refert Herodotus. (V[...] 6.) Mihi quidem non ſit probabile, ſimplic[...] confingere omnia auſum eſſe, vel opus habui[...] vel potuiſſe adeo, Onomacritum. — Dorica e[...] dialectus non magis debet valere ad impugnand[...] Orphicorum, quae ſuperſunt, antiquitatem, qu[...] Pelaſgicae litterae, quibus vſum Orphea, eſt a[...] Diodorum Siculum, (III. 66. pag. 236, 67.) ,,[...] laudari, monet, vnum alterumque verſum a [...] tone, (Cratylo pag. 265. A) vbi diſerte ait, λ[...] δέ πω καὶ Ὀρφεύς, laudari a Diodoro Siculo (I. [...] it. 12.) et Chriſtianis omnibus, et recentioris ſc[...] lae Platonicis, antiquiore. Denique, cur m[...] quidem debuerit eſſe Orphei apud poſteros m[...] tio: carmina ipſa ab initio homines vix ac ne [...] quidem ſcriptis ſuis intexuerint, hanc ratio[...] adfert: Myſtica fuiſſe pleraque omnia, par[...] religionum, orgiorum, myſteriorum, ſub ſa[...] ſilentii ſacramento commendata myſtis, quae di[...] gari et referri ſalua pietate non poſſe: itaque [...] Orpheo, vt inuentore omnium myſterioru[...] caerimoniarum ac religionum auctore praedic[...] ſolent, a verbis, vt religione conſecratis, fere [...] ſtinere, (Herod. II. 81. Pauſan. Boeot. 30. Ce[...] apud Orig. VII. p. 367.) exorta euangelii luce [...] gata eſſe, quae agerentur in myſteriis. Addo ea q[...] que deprauata eſſe et pia fraude largiter aucta. [...] cum *Herodoti* celebratum, II. 53. quo omnis ab [...] pheo et reliquis, qui ante Homerum et Heſiod[...] fuiſſe perhibentur, poetis abiudicari videtur d[...] plina et inſtitutio rerum diuinarum, cum We[...] lingio melius, credo, quam Tiedemannus, [...] plicuit vir doctus in Bibliotheca critica Amſtel[...] vol. II. part. IV. pag. 83. ſq. Alia quoque ſile[...] excogitari poteſt cauſſa. Myſteria illa et praece[...] Orphica diu erant paucis cognita: exigua p[...] erat mitiatorum: hinc Herodotus, religione [...]

ctus vel non initiatus ſacris, illa praeteriit; hinc nulla illorum vel exigua obſcuraque notitia et commemoratio antiquiſſimis temporibus. Poſt auctas religiones et ampliorem in Graecia per poetas notitiam ac myſteriorum atque initiationis mythorumque vſum crebrior facta eſt mentio nominis et doctrinarum, rituum et praeceptorum Orphicorum, nec non librorum Orpheo tributorum: deinceps plures coeperint ad myſteriorum aut ſuarum opinionum laudem atque commendationem doctrinas Orphicas, quae genuinae habebantur, at, tamquam membra disiecta, hinc inde ſparſae erant, colligere et admixtis alienis in quemdam redigere ordinem; vel libros ſub illius nomine componere, ad eosque prouocare; vel etiam nomina talium librorum ac fragmentorum fingere; tandem ſubtilius argutiuſque mythos et ea, quae arcana viderentur, interpretari. Illa temeritas eo latius ſerpere coepit, quo maior facta eſt Orphei in carminibus poetarum Atticorum et in myſteriis celebrandis auctoritas, aut quo plures illorum vim ac religionem vel adgreſſi ſunt vel defenderunt. At haec in coniecturis poſita ſunt. *Geſneri* ſententiam atque argumenta praecipue pro Argonauticorum antiquitate adlata grauiter impugnat, et multis rationibus ingenioſe excogitatis docteque explicatis, Hymnos et inprimis Argonautica poſt Chriſtum natum ab ſimiolo quodam Orphei ſiue philoſophis neoplatonicis, corrupta ſcribendi ratione, quam carminis auctor a contagione ſaeculi ſui, vel ex frequentiore linguae latinae vſu traxiſſe videatur, et p. 83. ab homine quodam, qui tempore auctoris carminis de Venatione, quem vulgus cum Oppiano perperam confundit, eſſe conficta, multaſque res abſonas, falſas, aut multo ſerius cognitas, nec aetati Orphicae aptas continere, probatum it *Io. Gottlob Schneider* V. cl. criticus acutus et homo graece doctiſſimus, in *Analectis criticis* in ſcriptores veteres graecos et latinos; faſcic. I. ſect. IV. ſiue Diſputatione de dubia carminum Orphicorum auctoritate et vetuſtate. Traiecti ad Viadrum 1777. 8. Nec tamen omnium exſpectationi ſatisfacere, priſtinamque de vetuſtate Orphicorum ſententiam ex omnium animis expellere potuit vir doctus. Nam quod ad Hymnos adtinet, multorum antiquitatem vindicatam eſſe a Tiedemanno iam vidimus; qui tamen in Ephemeridibus litterariis Gottingenſibus a. 1780. ſupplem. 39. pag. 618. ſqq acutum nactus eſt aduerſarium, qui antiquitatem carminum Orphicorum rurſus oppugnauit. Atque *Meiners* in Hiſtoria doctrinae de vero deo p. 197. ſubſcripſit ſententiae Schneideri. Partes vero Argonauticorum et Hymnorum ſuſcepit *Dauid Ruhnkenius*, ſagax et eruditus criticus, qui in Epiſtola critica II. pag. 69. prioris editionis vetuſtatem Orphicorum Argonauticorum tuitus, ideoque a Geſnero in Prolegomenis pag. XXV. laudatus eſt. In altera vero editione pag. 129. ſqq. ab Schneideri adcuſatione acrius vindicauit. Is, igitur ait, qui Argonautica et Hymnos Orpheo ſubiecit, ſiue Onomacritus fuerit, vt plures tradunt, ſiue alius, ſcriptor certe meo iudicio vetuſtiſſimus eſt; in quo, quamuis animum diligenter adtenderim, ne leuiſſimum quidem recentioris aetatis veſtigium reperi; contra proba omnia et antiquitatem redolentia: orationis forma Homericam refert; ſic tamen, vt pauca ſingularia in ea notentur. Dum ex ſilentio veterum ſcholiaſtarum fruſtra eſſe, contendit, qui argumentum ducat ad vetuſtatis, quam habent Argonautica, opinionem conuellendam: docet, diſerte laudari ab antiquis et claris grammaticis, Oro et Dracone Stratonicenſi; antiquos autem, quales Orus et Draco ſunt, praecepta ſua non niſi veterrimorum et claſſicorum ſcriptorum auctoritate confirmare: illos igitur carminis vetuſtatem cognitam perſpectamque habuiſſe; Nonnum denique, ſaeculi quinti poetam, nec niſi veteres imitari ſolitum, Argonautica manifeſta imitatione expreſſiſſe: (quae quidem ratio vltima me minus moueret, ad antiquitatem Argonauticorum tuendam.) De Hymnis expeditior illi res eſſe videtur, quoniam non vnus, ſed plures verſus, ab antiquiſſimis ſcriptoribus, Demoſthene et Pauſania, ſub Orphei vel Onomacriti nomine ſint adlati. *Harl.*

III. Ex iis quae ſub Orphei nomine hodieque exſtant, occurrunt:

Argonautica. [1) *Argonautica*, quae Conſtantino Laſcari lucem debere, vulgaris eſt opinio: ſed a Geſnero in praefatione impugnata, carmine ſcripta epico, vt ſunt praeter ἱερὸν λόγον omnia, quae Orpheo tribuuntur, (qui et ipſe traditur inter Argonautas cum Tyndaridis et Hercule nauigaſſe [l]), vt poſt alios auctor eſt Lactantius lib. I. cap. 5. Antiquiſſimus tamen teſtis eſt *Pindarus* Pyth. Δ. 313. et locus eſt claſſicus apud *Diodor. Sic.* IV. 25. ſeqq. pag. 271. ed. Weſſel. quem vide et 43. pag. 284.) Ad *Onomacritum* Piſiſtratidis et Xerxis Perſarum regis aequalem [m]) Argonautica referri a Geſnero aliiſque, aliis intercedentibus, paullo ante vidimus. Onomacritum quidem praeſtant auctorem praeter alios *Philoponus* ſupra laudatus, *Tatian.* Orat. ad Graecos cap. 62. pag. 138. ed. Worth. et *Clemens* Alexandrinus, Strom. lib. I. p. 332. — Orpheum, Argonauticorum ennarratorem, quod montis Aetnae et Tyrrhenorum faciat mentionem, longe Argonauticis Homerique temporibus recentiorem fuiſſe, iudicat *Dorville* in Siculis pag. 244. — *Cleoni Curienſi*, (de quo infra vol. II. pag. 522.) Argonautica Pſeudoorphica, auctoritate ſcholiaſt. ad Apollon. I. 587. adiudicanda cenſet *Toup.* in Emendatt. in Suidam part. III. p. 75 ſq. ed. Londin. (pag. 373 ſq. ed. Lipſienſ.). Enimuero Cleon, vt alii, Argonautica ſcripſerit: atque poetae, in eodem argumento verſati, in verbis non magis quam in rerum nominumque vſu et deſcriptione conuenire ſolent ſaepius et vero debent. Atque a *Ruhnkenio* Epiſt. crit. II. pag. 129. et a *Schneidero* Anal. pag. 55. adſenſum ingenioſae illi coniecturae denegatum, meamque eo confirmatam eſſe dubitationem intellexi. *Orpheo Crotoniatae* multi adſignarunt, v. *Craſſi* Hiſtor. poet. graec. pag. 380 ſq.

Codices MSS. Codices MSS. qui ſuperſunt, haud pauci a *Geſnero* et *Ruhnkenio* iam in vſum ſunt conuerſi. Hoc vero loco codd. in quibus Pſeudoorphica, cuiuſcunque ſint hominis, exarata ſunt, mihi quidem notos memorabo. *Argonautica* inter codd. bibl. Laurent. apud Bandin. vol. II. pag. 204. cod. XLV. in eodem vol. inſunt Orphei Hymni ad Muſaeum, et Bandin. in codice, ait, poſt vltimum inter editos, qui deſinit ἐν ἀνθρώποισι, τὰ γέρα, ſequuntur alii ſex, quorum primi quinque ſunt anepigraphi, ſextus eſt ἐς Ἀθηνᾶν πολύμητιν *in ſapientem Palladem.* In eadem bibliotheca eſt apud Bandin. II. pag. 661. cod. 35 codex, qui continet *Orphei Argonautica*, eiuſdem *ad Muſaeum carmen*; eiuſdem *Hymnos* LXXXVI. Quaedam citantur in Arſenii *Ionia.* v. Bandini l. m. tom. I. pag. 549. — In Bibliotheca regia Matritenſi, teſte *Iriarte* pag. 86 ſq. in cod. manu Laſcaris ſcripto ſunt *Orphei Argonautica* et *Hymni*. Quando vero Iriarte p. 87. hymno 39. duo verſus adiectos, pro ineditis vendidat, eum erraſſe, quum ea tracti ſint ex Hymno 44., monet *Ruhnken.* in Epiſt. II. crit. pag. 278. Cod. Moſc. XXIV. in H. 79. poſt v. 5 addit [illegible], teſte cl. Tychſenio in literis ad me datis. — In Bibl. regia Pariſ. tom. II. nominantur codd. *Argonautica* n. 2678. 2763. *Hymnos* n. 1697. 1739. 2763. 2765. 2833. et carmen *de lapidibus* n. 2764. continentes. — In *Montfauconii* Bibliotheca biblioth. MSS. viginti fere codd. memoran-

ran-

l) Quod tamen negat Scholiaſtes Apollonii, citatus infra cap. XXVI. §. pag. 157.

m) De eius aetate vide *Herodotum* VII. 6. ibique Weſſeling. pag. 528. et *Corſinum* in Faſtis Atticis, tom. III. pag. 87 ſq. qui vero et Tatianum et Clementem, Onomacriti aetatem Olympiadi *quinquageſimae* adſignantes, erroris arguit, aut interpretatione iuuandos, aut in Tatiani textu numerum *ſexageſimae* Olymp. reſcribendum eſſe coniicit, vti iam *Voſſius* de poetis graecis cap. 4., quem vide, cenſuerat.

rantur. — In *Neſſelii* Catalogo codd. MSS. bibl. Vindobonenſis part. III. cod. 30. p. 42. et vberius in *Lambecii* Comment. de Bibl. Vindob. tom. VI. p. 800. cod. 30. n. 5. indicatio cod. *Orphei Thracis libellus ſuppoſititius de Gemmis Onomacrito potius adtribuendus.* Incipit Ὀρφέως περὶ λίθων. Λίθος ὁ κρύσταλλος etc. Quando vero *Neſſelius* et Lambecius ſcribunt, „plane igitur diuerſus eſt hic *libellus* a *poemate* Orphei περὶ λίθων" id non intelligo, niſi forte, quoniam dicitur *libellus*, oratione proſa ſcriptus ſit. Abſunt quoque prooemium et argumentum. — Idem Neſſelius part. IV. pag. 89. nr. 153. codicem antiquum et optimae notae, *Orphei Argonautica* comprehendentem laudat. In cod. Vindobon. poſt v. 93. nouus verſus adiectus dicitur: Καὶ κλέος ἀνθρώποισιν ἐπεσσομένοισι πύθεσθαι. — In Bibl. Veneta D. Marci in *Bongiovanni* Catalogo cod. 480. pag. 252. *Argonautica et Hymni.* — cod. 509. pag. 273. *Argonautica.* — cod. 419. pag. 270 *Hymni.* — Ὀρφέως τελεταὶ in eadem biblioth. v. infra c. XIX. not. ad τελετάς. In Catalogo Biblioth. Lugdun. B. pag. 341 Orphei ἔπη ex chirographo Ioſ. Scaligeri, et pag. 343. ab eodem Orphei varia verſa. Ibidem pag. 398. inter Voſſianos codd. *Orphei Argonautica* et *Hymni.* — In *Sylburgii* Catal. MSS. graec. Bibl. Palat nunc Vatic. pag. 43. n. 139. et p. 53. nr. 179. *Argonautica* et *Hymni ad Muſaeum* pag. 99. nr. 319. *Orphei poema de Lapidibus* — In *Phil. Tomaſini* Bibl. Patauin. (Vtini 1639. 4) pag. 86. *Orphei Hymni.* — In *Labbe* Noua Bibl. p. 122. Prognoſtica ex *Orpheo* aliisque collecta. pag. 128. *Orphei fragmenta quaedam.* pag. 168. *Apoteleſmata Orphei aliorumque* pag. 273. *Orpheus de lapidibus* cum gloſſulis *Demetrii Moſchi.* — In *Tomaſini* Bibl. Venetis pag. 18. *Orphei carmina* et *Hymni ad Muſaeum.* — In *Reiſeri* Indice MSS. Bibl. Auguſtae Vindel. pag. 69. *Orphei* verſuum fragmentum et Argonauticorum fragmentum. — *Geſnerus* vſus eſt variis lectionibus cod. Voſſiani et *Ant. Aſkew*, item Thryllitiani: Cl. vero *Ruhnken.* in Epiſt. II. critica, vbi a pag. 228 ſqq. Argonautica et Hymnos ſagaciter eruditeque percenſuit, praeter codd. reg. Pariſ. et Voſſianum, codice non valde quidem antiquo veruntamen omnibus, qui adhuc excuſſi ſunt, facile praeferendo, quem a *Chriſtiano Fred. Matthaei*, viro humaniſſimo et egregia litterarum ſcientia praedito, donum acceperat; item variis lectionibus codd. Vratiſlauienſis ac Vindobonenſis.

Editiones. De Principe editione vide Hambergerum et Geſnerum in praefatione ad poſterioris editionem pag. VIII. ſq. Illa quamuis ſcateat mendis, tamen baſis erat editionum ſequentium vſque ad Stephanum. Habet autem Argonautica tantum et Hymnos, et eſt inſcripta:

Orphei Argonautica, Hymni, et Procli Lycii philoſophi Hymni, graece, Florent. 1500. 4. In calce legitur: „Anno ab incarnatione MCCCCC. die XIX. Septembris: Impreſſum Florentiae impenſa Philippi Iuntae bibliopolae. Si quos errores in hoc opere lector inuenies, qui properantes oculos noſtros ſubterfugerint, eos pro iudicio tuo emendabis: vix fieri poteſt, vt non tales interueniant". v. quoque *Bure* bibliogr. inſtructiue. Belles lettres tom. I. n. 2523.

Preſſo fere pede ſequitur illius lectiones *Aldina* 1517. 8. aucta tamen carmine *Orphei de lapidibus* (confer. H. Stephan. ad Argon. v. 420.) Inſcripta eſt:

Muſaei Opuſculum de Herone et Leandro: Orphei Argonautica. Einſdem Hymni. Orpheus de lapidibus. Omnia graece. Venetiis apud Aldum 1517. 8. v. ſupra *Muſaeum* de aliis, praecipue de prima et ſequente edit.

Orphei Argonautica. — per heredes Iuntae Florent. 1519. 8. Poſt hymnos Orphei inſertis quatuor Procli, et adiectis in fine ſententiis ex variis poetis, et *Homeri* Batrachomyomachia. Ad ſingulas litteras haec ab Aldina expreſſa videtur. Ant. Barchineus etiam praefationem Aldi Romani paucis immutatis deſcripſit: liber tamen de lapidibus habet quaedam propria, iudice Geſnero. Editio Flor. 1540. 8. quam Fabricius memorauit, mera forſan eſt repetitio.

Orphei Argonautica carmine epico latino a *Leodriſio Cribello*, Mediolanenſi, compoſita: adhaeret verſio illa metrica calci *Argonauticon Valerii Flacci*, edit. Io. Baptiſtae Pii, Bononiae 1519. fol. Aldinae, 1523. 8. Lugdunenſi. 1548. et Burmannianae, Leidae 1724. 4. in compendium redacta legitur illa in *Nicolai Reuſneri* Hodoeporicorum ſiue itinerum totius fere orbis Lib. VII. etc. edit. Ieremiae Reuſneri cura Baſil. 1580. 8. (v. *Freytag* Adparat. literar. tom. III. p. 370 ſq.) et a 1592. vbi hic eſt libri titulus: *Itinerarium totius orbis ſiue Opus peregrinationum variarum* etc. *ex recenſione Nic. l. Reuſneri* Conſiliarii Sax. et Prof. in acad. Salana ed. ſecunda etc. p. 21 — 34. *Leodriſium autem Cribellum*, Franciſci Philelphi familiarem, fuiſſe auctorem, qui ex Aldi praefatione iam cognoſci potuerat, hodie ſatis conſtat et a *Caſpare Barthio* ad Statium III. Theb. 352. olim ſignificatum eſt. conf. *Burmannum* in Praef. ad Valerium Flaccum fol. XXX. 2. atque Hamberger. praef. ad Geſneri Orpheum pag. XII. et bene multos viros doctos ab vtroque laudatos. adde Diarium Eruditorum Italiae tom. XV. *Io. Alb. Fabricii* Bibl. lat. mediae et infimae aetatis, ed. *Io. Dominici Manſi*, tom. I. (Patau. 1754. 4.) pag. 435 [n]).

Orphei poetarum vetuſtiſſimi Argonaut. cum metrica interpretatione latina incerti autoris, recens addita et diligentius, quam hactenus, emendata. Apud inclytam Germaniae Baſileam anno domini 1523. In fine: In aedibus *Andr. Cratandri.* Baſil. 1523. 1529. 4.

Verſio latina eſt *Leodriſii Cribelli.* Graeca expreſſa ſunt ad primam Iuntinam vel Florentinam: tamen, obſeruante Geſnero, ſunt quaedam emendata, et lectio eſt aliquoties vulgata melior, ex codice, vt ille putat, potius, quam e coniectura.

Orphei Argonautica et alia apud Aldum. 1524. 8. in Burmanni II. Catalog. pag. 189.

Orphei Carmina, gr. cum Heſiodo. Florent. apud Bened. Iuntam. 1540. 8. in Biblioth. Vinar.

Orphei poetae vetuſtiſſimi Opera iam primum ad verbum tranſlata et diligentius, quam antea multis in locis emendata, per Renatum Perdrierium, Pariſienſem, ex officina Ioan. Oporini. Baſil. 1555. 8. v. *Maittaire* Annal. typogr. III. pag. 668. Perdrierium ſtupiditatis incuſat Eſchenb. ad Argon. v. 420. ſaepiuſque eius culpat emendationes et verſionem, praecipue in praefatione.

Orphei Argonautica, Hymni et de Lapidibus, gr. inter Poetas graecos principes heroici carminis *Henr. Stephani.* 1566. fol. Stephanus Orphei ſoſpitator habetur; qui beneficio

n) „Latinis metris expreſſa a Leodriſio Cribello habet Ms. Ioſeph. Valleta, codex ſcriptus a. ch. 14... Giornale d'Italia tom. 24. p. 51. Meminit et Aldus, et in Athenaeo eruditorum Mediolanenſium pag. 1.. Philipp. Pinelli." Haec adſcripſerat manu ſua Fabricius orae ſui exempli.

cio ingenii, eiectis priorum editionum vitiis, deterſisque ſcribarum maculis, Orpheo fere integritatem ſuam reddidit, doctaſque addidit animaduerſiones.

Orphei aliquot carmina graece. Pariſ. 1573. 8. Catal. Bibl. Bodlei. pag. 251. et Biblioth. Barberinae vol. II. pag. 143.

Orphei carmina theologica, graece, ex Iuſtino Martyre et Clemente Alexandrino collecta. E typographia Stephani Prevoſteau. Pariſ. 1588. 4. vide Maittaire Annal. typogr. tom. III. part. II. p. 799. Forſan haec eſt repetitio praecedentis editionis.

Stephani recenſionem reddidit cum latina verſione Leodriſii Cribelli in Argonauticis, in reliquis Renati Perdrierii, et notis marginalibus *Iac. Lectius* in Corpore poetarum graecorum. Geneu. 1606. fol.

Ὀρφέως — *Orphei Argonautica, Hymni et de lapidibus, curante Andrea Chriſtiano Eſchenbachio, Noribergenſe. Cum eiuſdem ad Argonautica notis et emendationibus. Accedunt Henrici Stephani in omnia et Ioſ. Scaligeri in Hymnos notae.* Traiecti ad Rhenum, apud Guilielm. van de Water CIↃIↃCLXXXIX. 12. *Eſchenbachius*, qui tunc iuuenis, (poſtea Profeſſor Gymnaſii Noribergenſis et verbi diuini praeco, mortuus 1722), hac editione magnam ingenii atque eruditionis ſpem fecerat, in contextu Stephani lectiones ſequutus, in notis paucis breuibusque multa tentauit explicuitque. Idem *Holſtenii* emendationes ad Argonautica in notis ad Stephanum Byzant. prolatas adtulit, et Perdrierii verſionem paene immutauit. Acrem tamen cenſorem *Io. Clericum*, tom. XV. Biblioth. vniuerſalis pag. 101. nactus eſt; idemque acriorem ſui nominis atque editionis vindicem, D. *Io. Sam. Schoderum*, qui nomine ficto libellum inuectiuum ſcriptumque obſcura diligentia, prodire iuſſit: *Pandulfus Collenutius ſuper Argonauticis Orphei et paribus libellis nouo munere ab viro clariſſ. Andrea Chriſtiano Eſchenbachio editis Lamberatoris Gallicani taxationes expendit.* CIↄIↄCXC. 12. vide quoque cl. *Willii* Nürnbergiſches Gelehrten Lexicon, vol. I. Noribergae 1755. 4. pag. 358. et de *Schodero* medico Noribergenſi perito et latine graeceque doctiſſimo, obſcuram vero dicendi rationem ſectante, multa lepida ac ſingularia vol. II. pag. 554 ſqq. Promiſſa altera emendatior auctiorque editio et commentarius in herba manſit et exaruit.

At multo meliora praeſtitit *I. Matthias Geſner*, e terris Onoldinis ortus, primum ſcholae Vinarienſis, dein Onoldinae et Lipſienſis, denique vniuerſitatis Gottingenſis ornamentum. Ante obitum abſoluit ille editionem; illoque mortuo praefatus eſt eius eruditus popularis: —

Ὀρφέως ἅπαντα *Orphei Argonautica, Hymni, libellus de Lapidibus et fragmenta cum notis H. Stephani et Andr. Chriſtian. Eſchenbachii. Textum ad codd. MSS. et editiones veteres recenſuit, notas ſuas et indicem graecum adiecit Io. Matthias Geſnerus. Curante Ge. Chriſtoph. Hambergero.* Lipſiae ſumtibus Caſpari Fritſch. 1764. mai. 8. Aliquot codicum et ad vnam fere omnium editionum ſubſidio, beneficioque ingenii multa vidit acutius, multa melius explicuit vir ſenectute, eruditione, modeſtia et humanitate venerabilis. Quae Ruhnken. in epiſt. critica II. prioris editionis, Pierſon, in Veriſimilibus, Lennep. ad Coluthum, Heringa in Obſeruationibus, aliique ad emendanda Orphica contulerant, ea cum grano ſalis in vſum conuertit. Fragmentorum numerum operoſe mireque auxit docteque explanauit: inedita quae-

quaedam fragmenta Ruhnkenii humanitati debentur. In Prolegomenis, ad quae ſaepius prouocaui, de rebus ad Orpheum pertinentibus, ſtrictim eruditeque diſſeruit. Calci adhaerent primo Variae codicum regiorum Pariſ. lectiones et duae praelectiones de nauigationibus extra columnas Herculis. In his autem praelectionibus non commiſit plagium Geſnerus, vir honeſtus et verecundus, vt nonnulli opinabantur. Nam eo tempore, quum in illo verſaretur negotio, omni data opera nanciſci non potuit Huetii librum de nauigationibus Salomonis, teſtante anonymo in Prüfung der Telleriſchen Erklärung 1768. conf. Göttingiſche Anzeigen von gel. Sachen, a 1768. plag. 87. Denique adiectus eſt Index verborum accuratus. Neque tamen Geſnerus quamquam multum temporis operaeque et ſtudii in emaculandis interpretandiſque Orphicis poſuerat, omnium criticorum exſpectationi reſpondere potuit. Cl. enim *Heyne* in cenſura illius editionis in ephemeridibus litterariis Gottingenſibus haud pauca, in quibus diſcederet a iudicio critique Geſneri, deprehendit, nec paucas nouas protulit correctiones. Cl. *Ruhnken.* in altera Epiſtolae criticae editione cum codicum auctoritate, tum maxime ſagacitate ingenii adiutus permulta loca ſanauit feliciter ſaepeque Geſneri, cuius laudi alioqui non inuidet, correctiones limae criticae ſubiecit. *Io. Schrader.* in Libro Emendationum, Leouardiae, 1776. 4. in praefatione pag. IV. menda prope innumerabilia a Geſnero relicta, nouaque facta declarat, nec pauca loca acute a ſe emendata aut explicita profert. Idem antea in Obſeruationum Libro, Franeckerae. 1761. pag. 15. 16. 75--78. de multis Orphei verſibus luxatis aut dubiis ſententiam dixerat. Cl. *I. F. Facius*, in praeſenti Profeſſor Gymnaſii Coburgenſis, vir graece doctus, in Epiſtola critica, mihi inſcripta, in aliquot Orphei et Apollonii Rhodii Argonaut. loca, Erlangae 1772. 4. quaedam loca ingenioſe tentauit.

Atque ab aliis viris doctis hinc inde ſpicilegium poſt Geſneri meſſem collectum datumque eſſe bene recordor; at nihil in hac rerum viriumque humanarum imbecillitate eſt ab omni parte perfectum. — Editiones verſioneſque Hymnorum et de Lapidibus ſingulares paullo poſt enumerabimus. Hic commemoranda eſt verſio ſida *Kütneri* theotiſca Argonauticorum Mietau 1773. 8. emendatior Altenburgi 1784. 8. — Notas ad Onomacritum h. e. Orpheum promiſiſſe *Grotium* ad Capellam p. 16. 43 etc. Fabricius orae exempli adſcripſit. *Harl.*]

Hymni IV. (II.) *Hymni* *) LXXXVI. quibus praemittitur Εὐχὴ πρὸς Μουσαῖον. Graece itidem ab Aldo Venetiis, a Iuntis Florentiae A. 1519. et ab H. Stephano, qui ſuas etiam

*) Tot fere inuenio, quot Kircherus T. 2. Oedipi parte I. pag. 151. ex numero hymnorum Orphei LXXXIV. neſcio quod exſculpit myſterium. Et Picus Mirandulanus in concluſionibus ſuis p. 71. *tantus eſt*, inquit, *numerus hymnorum Orphei, quantus eſt numerus cum quo Deus creauit triplex ſeculum ſub quaternarii Pythagorici forma numeratus. Fabric.* Hymnos illos non eſſe vnius generis, alios referri ad *initiationes*, alios ad *incantationes*, alios ad *laudes deorum;* itaque eos nec aetatis, nec auctoris eiuſdem eſſe, recte animaduertit cl. *Tiedemannus* pag. 76 ſqq. De Hymnis veterum doctam diſputationem conſcripſit et, moderante Geſnero Gottingae pluribus abhinc annis ventilauit *Kries*, poſthaec Rector Gymnaſii Thorunenſis, a 1785. defunctus; adde cl. *Heeren.* praef. ad Menandrum de Encomiis, Gottingae 1785. pag. 19 ſq. Quando *Diodor. Sicul.* IV. 25. p. 271. narrat, Orpheum poema mirificum et concinnitate modorum excellens compoſuiſſe, quodnam deſignet ille, *Weſſelingius* nolit adfirmare, *Hymnoſne*, an theologica, an de quo Euripides Alceſt. v. 967. Addo, Diodorum nimis credulum famam quandam ſequutum eſſe, aut, ſi eiuſmodi carmen viderit, nominis fraude deceptum. *Harl.*

etiam caſtigationes addidit, Pariſiis editi, latine ex Perdrierii verſione non optima Baſileae, tum Graece et Latine cum eadem verſione in corpore Poetarum Graecorum Geneuenſi vulgati p. 502. Inde Ioſephus Scaliger, intra quinque dierum, velut ipſe teſtatur, ſpatium haec Orphei initia ſiue indigitamenta, Muſaeo inſcripta, verſibus antiquis latinis expreſſit doctiſſime et feliciſſime, etſi haec illius Metaphraſis lectorem requirit non e vulgo. Lucem adſpexit, auctore iam defuncto, inter alia eius opuſcula ab Iſ. Caſaubono edita Pariſ. 1610. 4. [pag. 155] additis breuibus Scaligeri eiuſdem annotationibus. Quinquennio poſt Petrus Scriverius ad calcem poematum Ioſephi Scaligeri hymnos Orphei Graece ex H. Stephani editione recudendos dedit, itaque Scaligeri metaphraſin ſed emendatiorem, eiuſque notas adiecit, Lugd. Bat. ex officina Platin. 1615. 12. p). Eandem Scaligeri Metaphraſin et notas, (vt H. Stephani quo-

p) Addantur ſequentes editiones:

Orphei Hymni, graece. Colon. Agripp. 1602. 8.

Orphei Hymni in ſolem, Muſas et Venerem, gr. et lat. *interprete Ioſ. Scaligero, cum notis Mich. Maittaire*, inter *Maittaire* Miſcellanea graecorum aliquot ſcriptorum Carmina. Londini 1722. 4. — et *Hymni duo in Hygieam et Aeſculapium*, gr. et latine, interprete *Ioſ. Scaligero* cum not. *Mich. Maittaire* ibid. p. 146.

Heſiodi Opera, quae extant: ORPHEI *et Procli philoſophi Hymni. Omnia gr. lat. ab Antonio Maria Saluini in italam linguam tranſlata, cum annotationibus ex probatiſſimis auctoribus excerptis: accedit Paſoris index — accurante Antonio Zanolini, I. V. D. et in Seminario Patauino LL. OO. Prof.* Patauii typis Seminarii 1747. 8.

Tria alia carmina de deo, tributa Orpheo, et inter fragmenta in editione Geſneriana ab initio, recepta ſunt a *Wintertonio* inter poetas gr. minores pag. 458 ſq. Cantabr. 1671. — Duo de deo carmina Orphica italice verſa ſunt in: Liriche Parafraſi di D. Franceſci Antonio Cappone — ſopra tutte le Ode d' Anacreonte et ſopra alcune altre Poeſie di diverſi Lirici poeti greci etc. Venetia 1670. 12. v. *Paitoni* Bibl. degli autori antichi greci e latini volgarizzati etc. Venet. 1774. tom. I. p. 52. — Locum in H. in Gratiis emendat *Sevin* in Hiſt. de l'Acad. Paris. des Inſcript. etc. vol. III. p. 127.

Specimina hymnorum Orphei theotiſce verſorum leguntur in Muſeo Heluetico, (*Schweizeriſches Muſeum*) a *Füſſli* edito 1783. vol. I. n. 9 et vol. II. n. 2. In prooemio ait interpres, hos hymnos probabiliter fuiſſe liturgias graecorum quorumdam myſteriorum, quorum auctor Orpheus habetur, et quorum ſcopus fuerit, initiatos a populari religione ad liberiores et ſublimiores notiones reuocare; argumentum vimque horum hymnorum fuiſſe, vires naturae viuae et efficacis ſub receptis nominibus mythologicis celebrare: hinc modo a puriore doctrina, modo ab erroribus, quibus Spinoza aliique illius generis obnoxii fuerant, prope abeſſe. — Neque vero Orpheus primus fuit myſtagogus aut inuentor τελετῶν et myſteriorum. Nam antea iam in Samothracia eiuſmodi religiones, iam ibi coli ſolitas, quas Dardanus multo antiquior Orpheo, ex Tyrrhenia oriundus, v. ſupra I. c. 4. §. 8. Samothraciam veniens ad certam religionis rationem redegiſſe videtur: conf. *Virg.* Aen. VIII. 207 collato *Diodoro Siculo* V. 49. et deorum Cabirorum myſteria, quibus etiam Iaſon, Dioſcuri et Hercules initiati dicuntur, et de quibus multi ſcripſerunt, (vide nubem ſcriptorum aliaque, quae huc pertinent in *Trilleri* Anmerkungen über *Hugonis Grotii* Leidenden Chriſtum pag. 573-587. item *Euſtachium* ad Homeri Odyſſ. XIX. v. 177. et *Monboddo* von dem Vrſprung und dem Fortgang der Sprache, part. I. p. 586 ſqq.) fuiſſe peruulgata conſtat. Hymni eiuſmodi multo antea canebantur, atque Theogoniae ſiue coſmogoniae iam ante Orphea celebrabantur; Orgiorumque Bacchi initia non Orpheo, ſed alii tribuit Herodotus. Plura dicere in hanc rem poſſim, ſed ab auctoribus, qui de myſteriis veterum ſcripſerunt, plurima ſunt modo bene, modo male iam diſputata, atque ego nolo in meſſem alienam falcem immittere. v. tamen *Koehleri* diſp. de antiqua graecae poeſeos indole, Goettingae 1783. pag. 17 ſq. et *Heyne* de Theogonia Heſiodi in Comment. ſociet. reg. ſc. Gotting. 1779. vol. II. et ad Apollodori Biblioth. pag. 3 ſqq. vbi pag. 6. multa, ait, ex theogoniis partim manſere in teletis, partim per eas, in primis, quae Orphicis tribui ſolent, fuere deprauata; alia ſerius corrupta per ea, quae ex Oriente et Aegypto adlata ferebantur. Ex his

ſeruata paſſim nonnulla ſunt, vt in Argonaut. et Hymnis Orphicis; in Apollon. I. 497 ſq. et ſchol. etc. Atque *Valckenario* ad *Euripidis* Hippolytum v. 952. pag. 266. tragicus ille docte vereque Bacchicis, Orphicis et Pythagoricis inſtitutis eamdem videtur originem adſignaſſe. Orphei certe inſtituta in multis ſectatus eſt Pythagoras. Hinc idem *Valckenarius* ad Euripidis locum in *Herodoto* II. cap. 81. ex codd. mſptis non dubitanter reſtituere malit ὁμολογέει δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι [καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι καὶ Αἰγυπτίοισι] καὶ Πυθαγορείοισι. adde *Morhoſii* Polyhiſt. liter. lib. I. cap. 13. ſ. 11. p. 124 ſeq. Quando igitur Orpheus princeps myſtagogus myſteriorumque inuentor dicitur, id propter nominis auctoritatem et praeclara, quae videbantur, in illis firmandis amplificandiſque merita factum eſſe videtur. Illa tamen opinio peruetuſta olim fuiſſe videtur. *Ariſtophan.* Ran. v. 1064. (de quo loco v. *Fraguier* in Mem. acad. Pariſ. Inſcr. vol. V. pag. 117.) Aeſchylum facit loquentem, Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε, φόνων τ' ἀπέχεσθαι, *Orpheus ritus nos docuit et caedibus abſtinuiſſe.* Apud *Diodor. Sicul.* IV. 125. ob initiationum et theologiae peritiam et poematum artificium praeſtantiſſimus habebatur inter Graecos omnes. *Pauſanias* vero Boeot. ſ. libr. IX. cap. 30. (vbi de Orpheo fuſius diſſerit) pag. 768. arbitratus, Orpheum carminis concinnitate omnes, qui ante ipſum fuerunt, longo ſuperaſſe interuallo, magnam autem ex eo auctoritatem eſſe conſequutum; εἶα, inquit, πιστευόμενος εὑρηκέναι τελετὰς θεῶν καὶ ἔργων ἀνοσίων καθαρμούς, νόσων τε ἰάματα καὶ τροπὰς μηνιμάτων θείων, *quod et deorum initia et nefariorum facinorum expiationes creditus eſt adinueniſſe; morborum etiam remedia, et iratorum numinum placationes.* Confirmata auctaque fuerit illa auctoritas ſententiaque, quod apud *Theodoritum* ſerm. de fide pag. 468. tom. IV. (quem locum debere me fateor *Spanhemio* ad Callim. H. in Iouem v. 1. pag. 735) Orpheus dicitur Iſidos ſacra in Aegypto, in Cereris et Liberi Patris orgia conuertiſſe. Quod igitur quaedam ſacra tranſtuliſſe in Graeciam, aut amplificaſſe, finxiſſe, ornaſſeque et popularia vetera et recens illata credebatur, dictus fuiſſe videtur princeps ſacrorum inſtitutorum. Quando vero *Ariſtophanes* l. mem. v. 1065 pergit Μουσαῖος δ' ἐξακέσεις τε νόσων, καὶ χρησμοὺς *Muſaeus remedia morborum atque oracula prodidit;* contra *Pauſanias* loco laudato *morborum remedia* etiam ab Orpheo inventa fuiſſe tradit: ob antiquitatis obſcuritatem famaeque inconſtantiam facile accidere potuit, vt veteres auctores ſecum pugnarent, ſaltem diuerſos ſequerentur fontes riuuloſque haud raro turbidos. Eumolpus quidem a Simſonio aliiſque primus habetur hierophanta. conf. Memoires pour ſervir à l'hiſtoire de la Religion ſecrete des anciens Peuples, ou Recherches hiſtoriques et critiques ſur les Myſtéres du Paganiſme, par MS. le *Baron de Sainte Croix*, de l'Academie des I. et B. L. Paris. 1784. 8. in quo libro multa erudite acuteque atque ingenioſe diſputantur, multa tamen nondum ſatis diſtincta, aut incertis hypotheſibus niti videntur hominibus peritis; ille igitur ſect. VII. art. 4. de myſteriis Bacchi, de Orphicis, Dionyſiacis etc. agit: orphica quoque mature et late propagata fuiſſe exiſtimat. — Myſteria apud veteres fuerint religio ſymbolica, ſiue religiones, quibus deorum hiſtoria, fata et res geſtae vel narrata eſſet vel etiam acta, ſubinde mutatae auctaeque, emendatae aut corruptae. At quae illa omnino aut τελεταὶ, *initia*, ſ. praecepta arcana de diis fuerint, (quamquam duo illa vocabula ſaepius promiſcue adhibebantur, v. Etymolog. M. voc. τελετή) certe definiri atque explicari, reor, non poteſt, nec hic locus eſt vlterius inquirendi. Qui plura ſcire cupit, is adeat *Meiners* V. C. *Verſuch über die Religionsgeſchichte der aelteſten Völker beſonders der Egyptier*, Gottingae 1775. 8. cap. 14. p. 291 ſq. tum eiuſdem varia opuſcula philoſophici argumenti, (*Vermiſchte philoſophiſche Schriften*, Lipſ. 1776. 8.) part. III. vbi p. 164 ſq. de myſteriis veterum agit, eiuſdem Hiſtoriam doctrinae de vero deo. Lemgou. 1780. in primis p. 218 ſqq. in quibus tribus libris, quod ad ſapientiam ſacerdotum Aegyptiacorum, et originem atque interpretationem myſteriorum attinet, ter immutauit aut reſtrinxit ſententiam. Multa de myſteriis veterum, eorum antiquitate, ratione diuerſiſque generibus, interpretatione, atque immutatione docte diſſerit Cl. *Vogel*, in praeſenti Conrector ſcholae Sebaldinae Noribergenſis in *Briefen die Freimäurerei betreffend. II. Sammlung*, Noribergae 1784. 8. vbi et alios, de myſteriis veterum diſputantes, quos omnes enumerare haud neceſſe videtur, percenſet, et ab illis atque Meinerſio ſaepius diſſentit: cenſor tamen in Gotting. ephemerid. litterariis, a. 1784. p. 1781 ſq. multa quidem laudat, multa vero culpat in illo. — Hymnorum antiquitatem deſtruere conati ſunt *Schneider* et *Meiners* V. V. Cell. Prior Analect. pag. 57-59. qui eos cenſet, quos quidem hodie habemus, recentiſſimis demum tem-

quoque.) in ſua Orphei editione ſeruauit *Eſchenbachius*, ipſe quidem nihil in hymnos commentatus, [item *Geſnerus*, qui vero notas adiecit.] Illis *veram Satanae Liturgiam* contineri ſcripſit Daniel Heinſius in Ariſtarcho; ſublimem reconditam Theologiam in illis videre ſibi viſi ſunt *Iohannes Picus Mirandulae Comes* in Concluſionibus, et *Kircherus* T. 2. Oedipi parte I. p. 151 ſequ. qui poſt vnum itemque alterum hymnum ſuo more illuſtratum atque expoſitum p. 156. promiſit, ſe alibi oſtenſurum eſſe, quod Sephiroticae ſiue Cabaliſticae veterum Hebraeorum et hieroglyphicae Aegyptiorum doctrinae maxime et clariſſime per omnia congruant. Et pridem ante Kircherum *Cornelius Agrippa* Lib. II. occultae Philoſophiae c. 60. ſcripſit, Orphicos hymnos qui intelligat, eum reuera magnam naturalis magiae intelligentiam conſecutum. [Adde I. Bonam de diuina Pſalmodia cap. XVI. §. 9. p. 511.] *Pauſaniae* iudicio Lib. IX. p. 770. [vbi v. Kuhnii not.] Orphei hymnis elegantiores exiſtimantur Homerici, Orphei [?] θεωλογικώτεροι [q]) et forte, quae Allatii Lib. de patria Homeri p. 281. ſuſpicio eſt, compoſiti (ab ab Onomacrito) ad Homeri aemulationem. Meminit hymnorum Orphei Plato, octauo de legibus [p. 906.] et Pauſanias in Boeoticis p. 770. qui paucos et breues fuiſſe refert, vnde non alios habuiſſe videtur, quam nos hodie legimus [r]). Teſtatur etiam, a Lycomedis decantatos in ſacris Cereris, qui honos non habitus hymnis Homericis quamuis elegantioribus. Philoſtratus in Heroicis ex Proteſilai iudicio ait Homerum μεγαλεῤῥη-

temporibus ab homine non nimis aſtuto excuſos et confictos eſſe, nec vnum quidem Orphei locum ab vllo ſcriptore vetuſtiori laudatum eſſe, quem in his hymnis reperias. Poſterior in Bibliotheca philolog. Gotting. vol. III. pag. 112. maximam fere Hymnorum Orphicorum partem a variis philoſophiae myſticae auctoribus diuerſis temporibus demum poſt Chriſtum natum eſſe confictam adfirmat. Idem in Hiſtoria doctrinae de vero deo pag. 197-202 iterum ſub examen vocat Hymnos, multis argumentis demonſtraturus, eos longe poſt Euripidis atque Platonis memoriam, poſt Zenonis demum aetatem eſſe fictos ſcriptosque. Docet, multa in illis numina celebrari, quae Graecia vel numquam, vel multis demum poſt nominatos viros annis ſit venerata; vti auctorem illorum carminum pluribus vocibus, quas vel a Platone atque Ariſtotele, vel ab eorum quoque ſucceſſoribus inventas eſſe conſtet; illum incogitanter ſequutum eſſe Stoicorum veſtigia; tum adhibere horridum atque ab antiquiorum poetarum ſuauitate abhorrentem verborum ſonum, (qui quidem potius mihi, niſi plura alia νοθείας eſſent indicia, rudem orphicae poeſeos antiquitatem teſtari et confirmare videretur,) et alia habere verborum monſtra et ſummae Graecorum morum ignorantiae documenta: quibus omnibus ſe adduci, fatetur, vt credat, hymnos a barbaro quodam homine tum temporis fictos eſſe, quum Graecorum lingua per omnem fere terrarum orbem propagata, vbique externorum vitiorum aliquid adſumſiſſet. Cenſor quoque editionis Heſiodi Opp. et Orphei hymnorum, curante Ant. Zanolino, ſupra memoratae in Actis eruditorum a. 1750. menſe Martio pag. 184. exiſtimat, vix poſſe ineptius aliud opus Hymnis Orphicis reperiri. Enimuero *Ruhnkenium* et *Tiedemannum* de hymnis iudicare minus acerbe, ſupra cognouimus; lenius quoque ſentit *Clodius*, Profeſſor quondam Lipſienſis, in Verſuchen aus der Litteratur und Moral, part. I. nr. 1. Lipſiae 1767. 8. Attributorum vero diuinorum et cognominum coaceruatio habet, quod offendat, qua, vt *Lucianus* in Timone ab initio iam notauit, poetae ἐμβρόντητοι abuti ſolent, ὅταν ἀπορῶσι, πρὸς τὰ μέτρα· τότε γὰρ αὐτοῖς πολυώνυμος γινόμενος ὑπερείδεις τὸ πῖπτον τοῦ μέτρου, καὶ ἀναπληροῖς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ, *quum haerent in verſu: nam tum illis multi nominis factus*, (n. Iupiter) *carminis ruinam fulcis metrique hiatum imples. Eudocia* in Ἰωνιᾷ pag. 123 hymnum in Dionyſium fere Orphicum, ſine vllo auctoris indicio, profert. *Harl.*

q) Origenis tamen iudicio Lib. VII. contra Celſum p. 368. longe peiora πολλῷ χείρονα de putatitiis gentium Diis cecinit Orpheus quam Homerus.

r) Conf. Tiedemann. p. 43. qui magnam partem Onomacrito tribuendam cenſet, (v. *Pauſan.* Boeot. p. 309). Ab his diuerſos fuiſſe alios Orphicos dictos, de quibus *Pauſan.* l. m. pag. 305. *Harl.*

[illegible] ὑπὲρ τὸν Ὀρφέα [illegible]. Et paulo interiectis de Homero loquens: Ὀρφέα δὲ, inquit, ἐν τελεταῖς τῶν κατὰ τὴν [illegible] Μουσαῖον δὲ ἐν [illegible]. Complures Orphei hymnos laudat Stobaeus. Vide excerpta Grotii e Stobaei florilegio p. 246. ſq. p. 252. p. 56. p. 54. quibuſcum confer Orpheum ex edit. Eſchenbachii p. 150 ſq. p. 154. p. 158. et 160. Meminit et Orphei hymnorum *Cyrillus* contra Iulian. Lib. I. p. 25. *Isaac Tzetzes* prolegom. ad Lycophronem. Ex hymno in Selenen verſus quosdam profert *Io. Tzetzes* p. 269. ad Heſiodum. [illegible], qui exſtat eadem pagina [illegible] latina Metaphraſi donauit Grotius in dotem ſpartione ad ius Iuſtinianeum p. 65. [Alia quaedam teſtimonia vide apud *Ruhnken.* in Epiſt. critica II. pag. 230. ed. 2. *Harl.*] Suidas hymnos refert inter ſcripta Orphei Ciconaei, qui et ipſe vixerit ante Homerum et duabus γενεαῖς antiquior fuerit bello Troiano, ſcripſeritque fabulas etiam et Epigrammata. Sed profecto haud diuerſus a noſtro fuit Orpheus Ciconaeus ſiue Κικόνων [illegible], vt vocatur in Argonauticis v. 77. quem a Ciconum mulieribus diſcerptum laniatumque ferunt. Idem Suidas inter Orphei Libethrii ſcripta memorat τελετὰς, et Onomacrito a quibusdam tributa teſtatur. Et Scaliger hos, qui exſtant, hymnos τελετὰς s) potius eſſe ait, quia in illis tantum fere inuocationes Deorum continentur, quibus initiati in myſteriis vti ſolebant, non vero celebrantur Deorum natalia, geſta aliaque, vt in hymnis fieri conſueuit. Loca quaedam hymnorum Eſchenbachio intacta relicta, ex MSto. quod in Gallia viſum eſt, emendauerat et ſuppleuerat Guil. Canterus Lib. II. c. 3. Nouarum Lectionum.

Περὶ λίθων. V. (III.) *De lapidibus* eorumque virtutibus praecepta, commendata a Theodamante Priami filio, praemiſſo prooemio duplici, quorum prius [illegible] dignissimam ſapientiae praedicationem continet. Argumentum praefixit *Demetrius Moſchus* grammaticus, cuius etiam [illegible] in librum ipſum habentur in Bibliotheca Regis Galliae teſte Labbeo Bibl. nou. MSS. p. 273. Stobaeus plus ſimplici vice hoc poema allegans, Ὀρφέως, [illegible] inquit, ἢ μᾶλλον Ὀνομακρίτου. Vide Grotii excerpta e Stobaei florileg. p. 27. 23. 129. et confer editionem Orphei Trincauellianam p. 170. 173 t). Laudat et Orpheum ἐν λιθικοῖς Tzetzes ad Lycophronem p. 30. edit. Potteri. et Ioh. Tzetzes Chil. 2. hiſt. 57. Chil. 4. v. 287. et 402. Chil. 6. hiſt. 57. 65. 66. Chil. 12. v. 183. et 608. Mirum vero, quod habet *Suidas* [et ex eo *Eudocia* pag. 318.] de Orpheo Libethrio agens: Ἔγραψε καὶ τελετὰς, ὁμοίως δὲ φασὶ καὶ ταύτας Ὀνομακρίτου. Ἐν τούτοις δ' ἐστὶ περὶ λίθων γλυφῆς, ἥτις ὀγδοηκοντάλιθος ἐπιγράφεται. Nam diuerſum hoc fuiſſe opus videtur a libro, quem habemus de lapidibus, quia hic nec de octoginta lapidibus, nec de illorum ſculptura agit, ſed vix duodeuiginti lapidum genera recenſet, quorum ope vel ſacra qui faciunt, voti compotes fieri poſſint, vel venenatis morſibus mederi valeant u). Exſtat e [illegible] Graece in

s) Τελεταὶ quoque vocantur in MS. Auguſtano, ex quo varias lectiones vulgauit, hasque cum [illegible] edidit *Valentin Hermannus Trylittius* Wittebergae 1719. 4. et Geſnerus inde adnotauit.

t) Ter laudauit Stobaeus prooemium huius operis ſub Orphei nomine: at *Tyrwhitt* ad Moſchi argumentum in poema Orphei de Lapidibus pag. 2 adnotat, omnia ea loca in editione prima Trincauelli omnino deeſſe, nec reperiri in cod. MS. Stobaei apud Coll. Nou. Oxon. ideo vix dubitat Tyrwh. ea primitus a Conr. Geſnero interpolata eſſe, qui peſſimo, vt illi videtur, conſilio corollaria quaedam ex graecis libris collecta, tum carmine, tum proſa Stobaeo a ſe edito paſſim adiunxit. v. praefat. ad edit. 3. apud Tigur. 1559. — Quod I. Matth. Geſner etiam ad teſtimonium Procli, qui ipſe quinto poſt Chriſt. ſaeculo vixit, prouocat, in eo errare videtur Tyrwhittio Tzetzae auctoritas in tali re parum valet. *Harl.*

u) Hunc librum quem habemus, et in quo auctor ſatis poetice arcanas lapidum vires tam con-

in ſupra memoratis Orphei editionibus, et [illegible] a Perdrierio verſus eſt, cuius translationem Eſchenbachius hinc inde a ſe interpolatam ſeruauit, et ſolas H. Stephani caſtigationes, nullas

V 3 vero

tra ſerpentes venenaque, quam ad deos ſibi conciliandos explicat, nomen Orphei mentiri, et foetum eſſe multo ſerioris aetatis hodie ſatis exploratum eſt atque comprobatum. Cl. *Meiners* in Hiſtoria doctrinae de vero deo pag. 202 ſq. miratur, quomodo viris doctis illud non venerit in mentem, neque Orphei neque veterum ipſius diſcipulorum aetate tantam pretioſorum lapidum multitudinem cognitam fuiſſe, quanta in his carminibus ob ſingulares illorum virtutes praedicatur. Se, ſcribit, inter hos lapides Coralium quoque inuenire,' priſco aeuo adeo inauditum, vt Plinius illud non longe ante ſuam aetatem ex India ad Romanos perlatum eſſe teſtetur. *Fuluius Vrſinus* in Virgilio collatione ſcriptorum graecorum illuſtrato, ad Virg. Eclog. III. 103. pag. 38 ed. Valckenarii, libellum illum περὶ λίθων Orpheo tribuendum negans, „potius, ait, quantum ex iis, quae Marbodeus περὶ λίθων ex illo poeta vertit, coniicere poſſum, *Metrodoro* inſcribendum exiſtimarim." *Geſnerus* quidem ad Argonautica v. 310. et ad Comm. de lapidibus pag. 290. et ad verſ. 70. carminis maiorem illi vetuſtatem adſeruiſſe videtur, adfirmans, partem Orphicorum myſteriorum ac τελετῶν fuiſſe illa θυμιάματα atque ἀρώματα, de quibus in Hymnorum titulis mentio, tum vniuerſum de Lapidibus ſ. gemmis opuſculum; itaque non mirum eſſe, libellum hunc delituiſſe ad ea fere tempora, quibus myſteria, a Chriſtianis detecta et vulgata, myſteria eſſe deſierunt. At Cl. *Tyrwhitt* in praefatione ad editionem ſuam illius libelli aliam, cur poema tam diu delituerit, adfert cauſſam probabiliorem. Is vero ex verſ. 73. ſq. in quibus poeta conqueritur, arcanam ſapientiam odio haberi, et, qui illa ſit imbutus, tamquam magum culpari, infamari et enſe puniri, coniicit acute docteque probat auctorem libelli iis temporibus ſcripſiſſe, quibus Magia, velut crimen capitale, gladio vindicaretur. Hoc autem, ait, nulla lege ſancitum inuenit ante imperium Conſtantii. Tum demum, inualeſcente Chriſtianiſmo a Ch. 357. Conſtantii prodiit edictum *de magis* etc. *ſupplicio capitis feriendis*. Sub Magiae autem nomine damnabantur *Aruſpicinae*, *Vaticinia* et artes omnes *mathematicae* vulgo dictae; tum etiam *Theurgia* illa myſtica, quam praecipue excolendam ſuſceperant philoſophi, qui a Plotino vſque ſapientiae Platonicae faecibus ſe ingurgitauerunt." et in nota pag. VII. n. 4. ſuſpicatur, auctorem reſpexiſſe ad caedem Maximi philoſophi, Iuliani imperatoris olim praeceptoris, et ob oraculum quoddam ſciſcitantibus expoſitum ſub Valente capite truncati tum recentem, et proinde ſub Valente floruiſſe. Hinc vero patere putat, cur multorum lapidum virtutes tam medicas, quam theurgicas apud noſtrum inueniamus, quorum ne nomina quidem ab antiquioribus de hac materia ſcriptoribus, Theophraſto, Dioſcoride, Plinio aut Galeno, memorantur: hinc quoque rationem peti, cur auctor metu gladii neciſque non modo nomen ſuum operi nuſquam inſcripſerit, ſed etiam ab omnibus rebus, quae indicium ſui facere poſſent, prudens, vt videtur, abſtinuerit; cur denique libelli exemplaria tam pauca, quaſi furtim, diſtributa fuerint, vt non mirandum ſit, eum vel per octo ſaecula latuiſſe, vel tandem in Tzetzis manus ſine vlla ſcriptoris ſui (cuius nomen ille ipſe addiderit opinionis errore deceptus,) memoria deueniſſe. Ex his igitur aliiſque argumentis, ex materia et forma, et fatis et conſilio et ſtilo huius poematis concludit, auctorem eius neque ante Conſtantium, nec multo poſt Valentem vixiſſe. In Addendis pag. 98. narrat, ſe poſt maximam opuſculi partem typis expreſſam inſpexiſſe *Epitomen* huius poematis inſcriptam Ὀρφέως λιθικῶν inter codd. Barocc. n. 131. in bibliotheca Bodleiana: illum codicem continere collectanea e noſtro auctore praecipue deriuata, cum additamentis quibuſdam ex Dioſcoride forſan aliiſque; ſcriptorem fuiſſe chriſtianum, Prooemium totum neglexiſſe; Epiſodia etiam mythologica, et alia quaedam Theurgica prorſus omiſiſſe ſiue ob religionem, ſiue, quod ea ſolum, quae ad medicinam ſpectabant, excerpere conſtituiſſet. Cenſor tamen praeclarae editionis Tyrwhitt. in Bibliotheca critica Amſtel. vol. II. part. octaua pag. 87. dubitat, an Valentiniani et Valentis aetas carmen tam ſani coloris proferre potuerit, potiuſque referre malit ad tempus Domitiani, qui, teſte Dione Caſſ. LXVII. p. 1111. philoſophos partim vrbe, et Italia eiecit, partim poena capitis adfecit. *Harl.*

vero ſuas notas addidit [x]). Metaphraſi Latina poetica huius libelli, auctore *Hannardo Gamerio*, qui Orpheum triſmegiſtum ſubinde appellat, cum eius Scholiis et D. Wendalini Cronobachii Medici animaduerſionibus vulgata eſt Leodii 1578. 8. Incipit: *Iupiter a miſeris cladem mortalibus arcens* [y]). Geſneri in hunc librum ſcholia lucem non viderunt. Ceterum fallitur Bochartus, qui parte 2. Hierozoici Lib. III. c. 16. Librum de lapidibus Timocli tribuendum, Suida auctore, affirmat. Non enim librum de lapidibus, ſed Σωτήρια Orphei, Suidas [it. Eudocia p. 318] auctor eſt, a quibuſdam tributa Timocli Syracuſano vel Pergino Mileſio. Iudicent alii, num Paulus Epheſ. VI. 16. vt contendit idem Bochartus, palam alluſerit ad haec libri de lapidibus prooem. v. 48 ſq.

Ῥοῖζόν τε στῆσαι χαμαὶ ἐρχομένοιο δράκοντος
Εἴσεται ἠδ' ὄφιων ἰὸν σβέσαι ἑρπυστήρων.

Fragmenta. VI. *Fragmenta Orphei*, [z]) quae in H. Stephani et Eſchenbachii editione ſubiiciuntur, vix exigua pars ſunt eorum, quae ipſe Stephanus in poeſi philoſophi-

x) In principe editione nondum comparuit hic libellus. In editione poſthaec Aldina a. 1517 primum vidit lucem ex codice valde deprauato. I. M. Geſner in ſua editione textum ſaepius emendauit notiſque illuſtrauit. Poſt illius mortem collatio cod. Pariſienſis, nouas quaſdam et luculentas praebentis emendationes, adiecta eſt editioni Geſnerianae. Dein de hoc poemate meritus eſt optime Tyrwhitt, Anglus:

Περὶ λίθων. *De lapidibus, poema Orpheo a quibuſdam adſcriptum, graece et latine, ex editione Io. Matthiae Geſneri. Recenſuit notaſque adiecit Thomas Tyrwhitt. Simul prodit Auctarium diſſertationis de Babrio.* Londini, typis Nichols. etc. MDCCLXXXI. mai. 8. ſine accentibus. Fundus eſt editio Geſneriana: et ex lectionibus codicis Pariſ. et ex codice Tzetzae interdum meliore doctorumque virorum coniecturis, quae certae videbantur, contextus ſaepe eſt correctus: Geſneri et reliquorum editorum notae, itemque coniecturae atque animaduerſiones Tyrwhitti, a Geſneriana criſi et facilitate ſiue leuitate frequenter diſcedentis, margini ſunt ſubiectae. In poſtſcripto et Koenii ſuſpiciones in commentario illius ad Gregorium de Dialectis prolatas et Muſgrauii coniecturas orae exempli Geſneriani adſcriptas quaſi poſtliminio reſtituit editor et in Addendis ex Epitome huius opuſculi manuſcripta, de qua ſupra dixi, pluſcula adtulit docteque expoſuit. Summam praefationis de aetate huius poematis paullo ante dedi. Cenſor huius editionis in Bibl. critica Amſtel. II. part. VIII. a pag. 90 haud pauca loca, quae Tyrwhitt praeteriit, acute ingenioſeque emendat. Longa eruditaque animadverſio in hoc poema eſt in *Schraderi* Libro emendationum pag. X. ſqq. praefat. *Harl.*

y) Hanc Gamerii editionem videre non licuit Geſnero, qui vero alius editionis notitiam et cenſuram dedit in praefatione Hambergeriana pag. XIII. Inſcripta illa eſt: *Orpheus antiquiſſimus et optimus poeta, philoſophus Triſmegiſtus, de Lapidibus, nunc demum Latio iure donatus, M. Hannardo Gamerio, poeta laureato interprete. Acceſſerunt eiuſdem Hannardi ſcholia, quae et rei medicae ſtudioſis vtilia iucundaque futura ſunt, et quae quibuſdam locis obſcurioribus plurimum lucis adferent. Acceſſit praeterea argumentum in Orphei libellum* (Demetrii Moſchi) *Renato Perdrierio interprete.* Leodii ex officina Gualteri Morberii 1576. 4. Non multum laudis tulit ille liber a Geſnero et Hambergero. *Fabricius* adſcripſerat orae. „Caput de Coralliis cum ſua metaphraſi et Pedrierii Gameriique interpretatione dat Io. Lud. Ganſius in Coralliorum hiſtoria. Francof. 1669. 12.“ *Harl.*

z) Fragmenta maximam partem e Platonicorum et Chriſtianorum doctorum ſcriptis a Geſnero, adiuto indicibus a Fabricio datis, ſtudioſe collecta, diligenterque explicata, (quorum magnam vim collegerunt quoque et expoſuerunt *Cudworth*. in Syſtem. intell. et *Moſhem.* ad illud p. 344. ſqq.) neque Platonis et Ariſtotelis aetate extitiſſe, neque ab vno auctore conficta eſſe, adſeuerat *Meiners* in Hiſtoria doctrinae de vero deo pag. 203. *Tiedeman-*

phica pag. 78. ſeqq. exhibuit, vnde potius deſcribi a nouiſſimo editore, et quae deſunt plurima e Proclo, Ioh. Tzetza aliisque addi, ordine diſponi, et loca auctorum ſingulis fragmentis adnotari potuiſſent. [quod praeſtitit Geſner.] Viciſſim ibi nonnulla male inter fragmenta Orphei referuntur, vt verſiculus primus p. 245. edit. Eſchenbachii eſt verſus duodecimus hymni in ſomnium, qui iam exſtat p. 180. et ſeptem primi p. 246. plane non ſpectant ad Orphica. Poterant et adjungi verſus LXVI. *περὶ σεισμῶν* ſiue *prognoſtica de ſignificationibus terrae motuum* in appendice Anthologiae Graecorum [*] Epigrammatum obuii, qui licet Hermeti aa) in quibuſdam, in aliis tamen codicibus [v. Catal. Bibl. Lugdun. Bat. pag. 400. n. 15. Bandini Catal. bibl. Medic. II. pag. 119. a)] tribuuntur Orpheo, et cum verſione metrica *Ioh. Antonii Baifii* ſub Orphei nomine prodierunt Pariſ. apud Morellium 1586. 4. Vertit et Zenobius Acciaiolus teſte Gyraldo bb). Apud *Labbeum* pag. 122. Bibl. nou. MSS. memorantur prognoſtica ſereni aëris ex diuerſis auctoribus collecta, Arato, Africano, Apuleio, Anatolio, Ariſtotele, Beterio ſiue Berytio, Varrone, Demogeronte, Didymo, Diophane, Florentino, Neſtore, *Orpheo*, Paxamo, Plutarcho, Ptolemaeo, Pamphilo, Platone, Sotione, Tarantino, Theophraſto, Vindanionio, Zoroaſtre aliiſque. Horum omnium nomina occurrunt in Graecis Geoponicis, in quibus prognoſtica illa, Labbeo memorata, exſtare non dubito. Orphei tamen nihil in Geoponicis legitur, quod prognoſticon aliquod complectatur, ſed tantum ſemel eius ſit mentio Lib. II. p. 70. vbi verſus ipſi tribuuntur:

Δειλοὶ, πάνδειλοι κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι

Itemque alter:

Ἶσον τῶν κυάμων φαγέειν κεφαλάς τε τοκείων.

At

mannus contra in Griechenlands erſten Philoſophen p. 65. ſqq. ſingula perſequitur, et docet acute, quae genuinam Orphei prae ſe ferant diſciplinam et Orphicae doctrinae ſint reliquiae, et quae illi repugnent. Secundo tamen fragmento admixtos eſſe nonnullos verſus antiquos, docet cenſor eruditus in Biblioth. critica Amſt. II. parte IV. pag. 91. — Fragmenta autem Orphei reperiuntur non ſolum in editionibus Stephani (inter poet. graecos fol. pag. 184.) Eſchenbachii et, multo auctiora, Geſneri, ſed quoque adiecta ſunt *Fuluii Vrſini* Carminibus IX. illuſtr. feminarum, Antwerp. 1568. 8. pag. 270. — graece et lat. inter vetera Georgica, Bucolica et Gnomica, Geneu. 1569. 12. et 1600. 12. — auctiora in H. Stephani Poeſi philoſophica, Lipſiae 1578. 8. pag. 78. ſq. De fragmentis a *Didymo* adlatis quibuſdam, quae *Needham* ad Geoponic. lib. II. c. 35. et *Geſner* inter fragm. ad Empedoclem referre malint, vide Cl. *Niclas* ad Geopon. l. c. p. 182, qui pro Orphicis illos haberi docet; aliud fragmentum a Geſnero omiſſum ex Gregor. Nazianz. orat. 33. p. 535. adfert, et Pythagoraeos adoptaſſe quaedam Orphica demonſtrat. *Harl.*

aa) Vide ſupra Cap. IX. num. 7.

bb) *Brunck* in Analectis veterum poetarum gr. tom. III. p. 1. dedit Ὀρφέως περὶ σεισμῶν. et p. 237. Orpheo tribuendum eſſe putat. Geſnerus omiſit illud poemation. In *Maittaire* Miſcellaneis graecorum aliquot ſcriptorum carminibus, gr. et lat. Londin. 1722. 4. primum locum occupat: *Mercurii Triſmegiſti Prognoſtica a terrae motibus. Eſchenbach* vero vel potius D. *Schoder* iam ſuperiori ſaeculo e cod. edidit: *Orphei de terrae motibus catalecton ſecundum mſc. bibliothecae Laurentiano — Mediceae edidit C. C. F.* 1691. 4. *Magliabechi* miſerat MS. Eſchenbachio et Schoder curauit editionem. Sub ſiglis *C. C. F.* h. e. *Cneius Cincius Fluminius* obſcura ratione Schoderus indicare voluit romanis nominibus *Andr. Chriſtian. Eſchenbachii* nomen v. *Willii* Nürnberg. Gelehrten Lexicon vol. I. p. 360. *Fabricius* adleuerat haec margini exempli. „Fallitur *C. C. F.* qui primus a. 1691. edere ſe putat e Bibl. Laurentiana Medic. v. Neuen Bücherſaal, LVIII. p. 742. Giornale de' Letterati 1692. p. 26." vide vol. XIII. libr. VI. cap. X. p. 462. not. *Harl.*

At priorem ex hiſce Gellius non Orpheo, ſed Empedocli addicit Lib. IV. cap. 11. quem etiam alterius auctorem eſſe non eſt dubitandum.

Editiones promiſſae. VII. Sed haec et quicquid praeterea in editione Traiectina adhuc deſiderari poſſit, in ſecunda editione exſpectare nos iubet Clariſſimus Eſchenbachius, *quam*, inquit, *cum noua verſione et vberioribus ad omnia notis, ſi Deus vitam et occaſionem vlterius progrediendi haec ſtudia conceſſerit, aliquando publicabo* cc). Idem recte negat, editionem Orphei Commelinianam lucem vidiſſe, etſi indiculus librorum a Commelino excuſorum Gnomographis Graecis A. 1597. (qui Hieronymo Commelino emortualis fuit,) praefixus memorat Orpheum ex MStis Palatinis auctum et emendatum. Gothofredus Iungermannus in litteris ineditis ad Putſchium datis Heidelbergae Cal. Nou. 1603. *Contuli Orphei ſiue Onomacriti hymnos et Argonautica, editionem Stephani cum duobus MSS. Palatinis, ex quibus aliquot verſus ſuppleui, vbi H. Stephanus ipſe interdum ſuſpicatus fuerat defectum, et alia multa lectionum* κατορθώματα, *quibus ad* θαυμάσιον *illum Grotium, qui editionem* [illegible] *cogitat, aditum mihi paro. Contuli dein Homeri hymnos, Muſaeum, Nicandrum, et neſcio quae alia certe non* κανὲ κόμματος. *Confero iam Theognin, Dionyſiumque Periegetem, quia vno libro compacti ſunt.* Inter ſcripta inedita Hugonis Grotii, quae a vidua, quam ille moriens reliquerat, emit Regina Sueciae Chriſtina, memorantur etiam notae in Orphei hymnos. Lucas Holſtenius ad P. Lambecium prid. Kal. April. 1646. *Habeo et Orphei exemplar non contemnendum, ex quo Argonautica plurimis locis emendaui. Auctor ille huc vſque a Criticorum et Correctorum vulgo derelictus tuam expoſcere videtur operam, Hymni autem reconditae antiquitatis pleniſſimi iuſtum commentarium merentur, quem vel vnius Procli ſcripta* ἀνέκδοτα *tibi inſtruent, vt ex notis meis ad Salluſtium Philoſophum perſpicies: ne quid de caeteris, quos apud me habeo, Platonicis nunc dicam, in quibus* τῆς μυθικῆς θεολογίας *theſaurus latet.* Idem Holſtenius geographiae exactam rationem ab Orpheo exigere ſtultum eſſe pronuntiat in Annotationibus ad Ortelii theſ. geograph. p. 95. Confer Lambecii prodromum Literar. p. 181. et Lib. 6. de Bibl. Vindob. p. 242. In deſignatione librorum, quos ad editionem parare ſe profeſſus nuper eſt Henricus Leonhardus Schurtzfleiſchius, Conradi Samuelis, viri docti, frater, occurrunt etiam *Orphica et Sapphica cum* [illegible] *Critica et nouis annotationibus ac ſupplementis ex MSS.* Sed an vnquam ab eo ſperanda ſint, ad aliud praecipue ſtudiorum genus iam vocato, non facile dixerim. Praeterea quod Ioannes quoque Vitus Maurerus, qui Valerium Flaccum ante aliquot annos vulgarat Francofurti, ſpem fecit nouae editionis Argonauticorum Orpheo adſcriptorum dd).

III.

cc) Hoc promiſſum ex parte iam impleuit Vir Clariſſimus edito Noribergae Ao. 1702. 4. *Epigene ſiue commentario ſuo de poeſi Orphica*, in quo Philoſophiam Orphicam expoſuit, et fragmenta collegit diligenter, licet non ſemper certum ſit, fuerintne ex libris Orphicis aliis depromta, quam ſub quorum titulis a doctiſſimo Eſchenbachio exhibentur. Ille liber ad me allatus demum eſt, cum iſta iam ſcripſiſſem, *Ioannis* vero *Franciſci Grandis* liber de Philoſophia ac Theologia Orphica necdum lucem adſpexit quod ſciam, deſideratus Morhofio 1. Polyhiſt. p. 124. ed. Lubec. 1714. *Fabr.* Altera editio Eſchenbachii lucem non vidit. *Harl.*

dd) Cl. *Ruhnkenium* quondam nouam Orphei editionem, quae a tam ſagaci critico graeceque doctiſſimo, et, vt Geſner. in Prolegomenis ad Orpheum pag. XXV. nominarat eum, memorioſo auctore, perfecta prorſus exſpectanda eſſet futura, tum parat[illegible] didici ex *Reiſkii* vita ab erudita eius vxore edita pag. 480. In eodem libro bonae frugis *Bernardus* in Epiſtolis ad Reiſkium pag. 225. 276.

CAPVT XIX

I. *Vtrum Pythagoras fuerit auctor poematum Orpheo tributorum. Ionis* τριαγμοί. II. Ἱερὸς λόγος *ſiue liber* περὶ Θεῶν *Pythagorae nomine olim iactatus diuerſus fuit a libris XXIV.* ἱερῶν λόγων *Orphicorum. Cercops Pythagoricus.* III. *Catalogus ſcriptorum deperditorum, quae Orpheo apud veteres tribuuntur, literarum digeſtus ordine, cum variis Obſeruationibus.* IV. *Nomina eorum, qui ſub Orphei nomine varia ſcripta ſuppoſuiſſe dicuntur.*

Pythagoras vtrum poem. Orphic. fuerit auctor. I. Pythagoram auctorem habere poemata, [a] quae ſub Orphei nomine circumferuntur, ſuſpicabatur *Ioh. Baptiſta Criſpus* de Philoſophis caute legendis p. 473. quod, ni fallor, ex Laertio hauſit, qui in Pythagora ſect. 8. ex Ionis Tragici [?] τριαγμοῖς [b] refert, Pythagoram nonnulla ſcripſiſſe et ad Orpheum auctorem retuliſſe. Idem ex Ione refert Clemens I. Strom. p. 333. vbi interpres eruditus minus bene vertit: *Ion refert Pythagoram haec quoque Orpheo tribuere;* nam ambiguitatem omnem tollit Laertius, cuius haec ſunt verba: Ἴων δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς τριαγμοῖς φησὶν αὐτὸν ἔνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα. Apud eundem Clementem male τριγράμμοις editum eſt pro τριαγμοῖς. Nec melius in Codicibus Suidae [Eudociae p. 318.] et Laertii τριασμοῖς vel τριαγήσις. Vide Menagium ad Laert. p. 351. et Rich. Bentleii Epiſtolam ad Millium Malalae ſubiectam p. 67. ſequ. Ex loco iſto vel Laertii vel Clementis perperam intellecto Suidas Τριαγμὸς inter ſcripta Orpheo tributa inepte retulit, aliiſque poſt ſe praebuit errandi occaſionem, vſque adeo, vt non deeſſent, qui ſingulari hocce opere ſacrum de Trinuno Deo Myſterium ab Orpheo proditum ſcriberent [c]. Vide *Naudaei* Apologiam de viris doctis Magiae accuſatis p. 138.

De libro ἱερὸς λόγος. II. Quae vero ſcripta Pythagoras ſub Orphei nomine edidiſſe creditus olim fuerit, coniectura attingere licet ex Iamblicho pag. 134. 135. de vita Pythag. et Proclo Lib. 5. in Timaeum p. 291. nempe λόγον [d] ἱερὸν ſiue librum περὶ Θεῶν, quamuis hunc quoque non Pythagorae ſed *Cercopis* Pythagorici eſſe contendit olim Epi-

276. 280. 408. ſqq. quaedam Orphei loca corrigit. — In praeſenti *Königsmannum*, Flensburgenſis Lycei apud Cimbros Collegam noua Argonauticorum et hymnorum editione occupatum eſſe, ex litteris amici cuiuſdam intellexi: de quo labore praeclaram ſpem concipere iubet et viri doctrina, et diligentia multorum annorum his carminibus perpoliendis impenſa. *Harl.*

a) Conf. Acta erudit. Supplem. tom. II. p. 470. *Conring.* lib. I. de Medicina Hermet. cap. XI. pag. 106. *Huetium* in Demonſtrat. euangel. Prop. IV. cap. 8. §. 19. p. 218 ſq. *Heumann.*

b) Harpocration in Ἴων vocat ſcriptum Philoſophicum et ab aliis Τριαγμὸν numero ſingulari inſcriptum teſtatur, Callimachoque teſte Ioni a quibusdam abiudicatum, et tributum Epigeni, qui de Poeſi Orphica ſcripſit. Prima quoque verba eiuſdem libri recitat, ex quibus apparet et proſa ſcriptum fuiſſe, et ternarii numeri vires in rebus omnibus, ſiue πάντα τρία ubique obſeruaſſe. Vide etiam quae de Ionis ſcriptis dixi infra Lib. II. cap. 19. in notitia Tragicorum. *Fabr.* conf. *Tiedemann* l. m. pag. 63. qui iure contendit et probauit, non omnia, nomen Orphei mentita, a Pythagoraeis ſuppoſita fuiſſe. *Harl.*

c) *Eudocia* pag. 318. inter ſcripta Orphei recenſet τριασμούς· λέγονται εἶναι Ἴωνος τοῦ τραγικοῦ. ἐν δὲ τούτοις τὰ ἱεροσολυμικὰ καλούμενα. *Harl.*

d) Diodorus Sic. lib. I. extrem. [pag. 110. ed. Weſſelingii, cuius notas conſules:] refert, videri quibuſdam Πυθαγόραν τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον (hoc eſt doctrinam de rebus diuinis in libro illo contentam) καὶ τὰ κατὰ γεωμετρίαν θεωρήματα, καὶ τὰ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῶον τῆς ψυχῆς μεταβολὴν μαθεῖν παρ' Αἰγυπτίων. Sed ab Orpheo haec edoctum Pythagoram narrant Iamblichus et Proclus. *Iamblichi* ex vita Pythagorae p. 135. [c. 28. p. 123 vbi v. Küſter.] locum adſcribam, vti eſt a vi-

Epigenes in libro de ſcriptis Orpheo tributis, alii *Hippaſi*, vt Laertius, τὸν δὲ Μυστικὸν λόγον, inquit, Ἱππάσου φασὶν εἶναι. alii *Arignotes* Pythagoricae, ita enim videntur capienda verba Suidae in Ἀριγνώτη, etſi aliter *Menagius* ad Laertium p. 350. Falluntur autem, qui Cercopis nomen cum Leſcaligero ad Ciceron. p. 157 habent pro appellatiuo e) et impoſtorem denotare exiſtimant. nam non tantum apud Ciceronem occurrit libro de Natura Deorum primo [cap. 38. vbi v. Victor. et Dauis. *Harl.*]: *Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuiſſe Cercopis*, ſed et apud Clementem Alex. I. Strom. p. 333. Epigeni ſententiam hancce tribuentem, et apud Suidam [atque Eudociam p. 318.] in Ὀρφεύς, cum ἱερὸς λόγος ἐν ῥαψῳδίαις κδ memoraſſet, λέγονται δὲ, inquit, εἶναι Θεογνήτου τοῦ Θεσσαλοῦ οἱ δὲ Κέρκωπος τοῦ Πυθαγορείου. Citatur et in teſtimonium Κέρκωψ ab Athenaeo Lib. XIII. p. 557. et ab Apollodoro plus ſimplici vice libro ſecundo Bibliothecae. Orpheum in Octauo τοῦ ἱεροῦ λόγου laudat auctor Etymologici magni in Γίγας. et duos verſus Hexametros ex illo adducit. Laertius quoque verſibus ſcriptum teſtatur ἱερὸν λόγον Pythagorae tributum. Lib. VIII. ſect. 7. producto operis initio, quod ita ſe habet:

Ὦ νέοι ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίας τάδε πάντα.

At ἱερὸς λόγος, qui ad Pythagoram auctorem relatus a Pythagoricis ferebatur f) et laudatur etiam ab *Hierocle* in aurea carmina Pythagorae, vbi de tetractye agit p. 225. ſcriptus erat proſa Dorica. Id tum ex Iamblicho, tum ex auctore Theologumenon Arithmeticae patet, qui ex ſcripto Pythagorae περὶ Θεῶν, quod cum ἱερῷ eius λόγῳ idem fuiſſe *Iamblichus* teſtatur, profert nonnulla p. 19. Ἐν τῷ ἐλλεγμένῳ περὶ Θεῶν συγγράμματι ὁ Πυθαγόρας οὕτως διορίζεται. Τέσσαρες μὲν καὶ σοφίας ἐπιβάθραι, ἀριθμητικά, μουσικά, γεωμετρία, σφαιρικὰ α. β. γ. δ. τεταγμένα. *Proclus* ad Euclidem p. 7. διὸ δὴ καὶ ὁ Πλάτων πολλὰ καὶ θαυμαστὰ δόγματα περὶ Θεῶν διὰ τῶν μαθηματικῶν εἰδῶν ἡμᾶς ἀναδιδάσκει. καὶ ἡ τῶν Πυθαγορείων φιλοσοφία παραπετάσμασι τούτοις χρωμένη τὴν μυσταγωγίαν κατακρύπτει τῶν θείων δογμάτων. Τοιοῦτος γὰρ καὶ ὁ ἱερὸς σύμπας λόγος, καὶ ὁ Φιλόλαος ἐν ταῖς Βάκχαις, καὶ ὅλος ὁ τρόπος τῆς Πυθαγόρου περὶ Θεῶν ὑφηγήσεως. Hunc λόγον ἱερὸν, qui Orpheo tribuitur a Suida et Etymologo, atque XXIV. conſtat libris ſiue rhapſodiis, diuerſum fuiſſe haud dubito a λόγῳ ἱερῷ, Pytha-

a viris doctiſſimis Giſberto Cupero, Rich. Bentleio et Gotfrido Oleario emendatus: περὶ Θεῶν Πυθαγόρας ὁ τῶ Μνησάρχω τοῦτο ἐξέμαθον ὀργιασθεὶς ἐν Λιβήθροις τοῖς Θρακίοις Ἀγλαοφάμω τελετὰς μεταδόντος. ὡς ἄρα Ὀρφεὺς ὁ Καλλιόπας κατὰ τὸ Πάγγαιον ὄρος ὑπὸ τᾶς ματρὸς πινυσθεὶς ἔφα τὰν ἀριθμῶ ὠσίαν ἀΐδιον εἶμεν κ. τ. λ. *Proclus* in Timaeum Lib. V. p. 291. Πυθαγόρειος ὁ Τίμαιος ἕπεται ταῖς Πυθαγορείων ἀρχαῖς, αὗται δέ εἰσιν αἱ Ὀρφικαὶ παραδόσεις. Ἃ γὰρ Ὀρφεὺς δι' ἀπορρήτων λόγων μυστικῶς παραδέδωκε, ταῦτα Πυθαγόρας ἐξέμαθεν ὀργιασθεὶς ἐν Λιβήθροις τοῖς Θρακίοις, Ἀγλαοφάμου τελετὰς μεταδιδόντος, ἣν περὶ Θεῶν σοφίαν παρὰ Καλλιόπης τῆς μητρὸς ἐπινύσθη. Confer, quae diximus ſupra cap. XVIII. num. 1. de conuenientia doctrinae Orphicae cum Pythagorica & Platonica. Idem *Proclus*: Ἅπασα ἡ παρ' Ἕλλησι Θεολογία τῆς Ὀρφικῆς ἐστι μυσταγωγίας ἔκγονος, πρώτου μὲν Πυθαγόρου παρ' Ἀγλαοφήμου τὰ περὶ Θεῶν ὄργια διδαχθέντος, δευτέρου τε Πλάτωνος ὑποδεξαμένου τὴν παντελῆ περὶ τούτων ἐπιστήμην, ἔκ τε τῶν Πυθαγορείων καὶ Ὀρφικῶν γραμμάτων. Lib. 1. Theolog. Platon. c. 5. εἴ τινές εἰσιν Ὀρφέως ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων αἰνίγματα. Apollonius apud Philoſtrat. VIII. 7. p. 349.

e) Equidem notum prouerbium ἀγορὰ κερκώπων, et κερκωπίζειν, ac ſimilia, de quibus Scholiaſtes Luciani T. 1. p. 35. Andreas Schottus ad Zenobium et ad Apoſtolium Pantinus. Et inter Eubuli dramata fuere Κέρκωπες. Sed nihil hoc impedit, quo minus fuerit etiam homo quidam proprio Cercopis nomine. Olus quoque et Eurybatus Cercopes memorantur ab Apoſtolio IX, 33. prouerb.

f) Conf. *Proclus* in Timaeum p. 291. et *Cudworthi* Syſtem. intellectuale, ex Moſhemii interpret. IV. §. 17. p. 343. ſq. *Harl.*

Pythagorae inſcripto. Longe magis ab hoc diuerſa ſunt, quae ſub Orphei [?] nomine hodie exſtant, vt praeter rem ſuſpicatus fuerit Criſpus, haec Pythagoram forte auctorem habere [g]).

Deperditorum ſcriptorum catalogus.

III. Titulos aliorum ſcriptorum, quae ſub Orphei nomine olim exſtiterunt, perditaque pridem ſunt, praeſenti loco annotare iuuat Alphabeti ordine. [conf. *Tiedemann.* l. c. pag. 42 ſqq. et *Lambecii* Prodr. pag. 125 ſqq. *Harl.*] Sunt autem haec:

Ἡ εἰς ᾅδου [h]) κατάβασις, cuius ſcripti meminit Argonauticorum ſcriptor v. 40 ſqq. Alii, teſte Suida, tribuebant Herodico Perinthio, alii Orpheo Camarinaeo [i]) ἐποποιῷ, alii, teſte Clemente Alexandrino, retulerunt ad Prodicum Samium, Epigenes ad Cercopem Pythagoraeum. Vide Clementem I. Strom. p. 133. *Diodorus Siculus* Lib. I. Fol. 58. [p. 103. Weſſeling. quem vide.] et 60 ſq. [p. 107. Weſſeling., cuius notam conſules, *Harl.*] auctor eſt ex Aegypto in Graeciam Orpheum induxiſſe τὰς καὶ τῶν ἀσεβῶν ἐν ᾅδου τιμωρίας, καὶ τοὺς τῶν εὐσεβῶν λειμῶνας καὶ τὰς παρὰ τοῖς πολλοῖς εἰδωλοποιίας. Notiſſima alioqui fabula de Eurydice vxore ex inferis ab Orpheo reducta, de qua infra quaedam ſum dicturus.

Ἀμοκοπία [k]), ſiue legendum Ἀνεμοκοπία, apud Suidam, qui ſolus, quod ſciam, huius libri inter Orphei ſcripta meminit. *Fabr.* Eudocia habet ἀμμοκοπίαν. *Harl.*

Ἀστρονομία memoratur a Suida, [Eudocia] et in Tzetzae prolegomenis ad Lycophronem.

Βακχικὰ [l]) quae neſcio, an diuerſa fuerint ab Orphei τελεταῖς et χρησμοῖς, de quibus infra. Videtur illa reſpicere Orpheus in Argonauticis v. 9 ſq. et 29. Ex iiſdem *Arnobius*

g) Apud *Herodotum* II. 81. pag. 141. Weſſeling. locus occurrit memorabilis. Narrat hiſtoricus, apud Aegyptios laneas veſtes neque in aedes ſacras inferri, neque vna cum cadauere ſepeliri; profanum id eſſe. Pergit: ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα τοῖς Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι, καὶ πυθαγορέοισι· οὐδὲ γὰρ τούτων τῶν ὀργίων μετέχοντα ὅσιόν ἐστι ἐν εἰρινέοισι εἵμασι θαφθῆναι. ἔστι δὲ παρ' αὐτῶν ἱρὸς λόγος λεγόμενος, *conſentanea vero haec ſunt iis, quae* Orphica appellantur, *et* Pythagorea. *Nam harum quoque caerimoniarum participem laneis in veſtibus humari religioſum eſt; de quibus* ſacra *redditur* narratio. Ex hoc intelligimus loco, inſtitutis quibuſdam Orphicis quaedam communia fuiſſe cum aegyptiacis; ideoque probabiliter eiuſdem originis, nempe aegyptiacae: tum hiſtoricum non plane ſcripſiſſe *Orphicis*, ſed veluti dubitanter, *quae Orphica adpellantur:* porro Pythagoreos ab Orphica diſciplina, niſi dixeris itidem ab aegpytiaca, quaedam adoptaſſe; denique vtrique ſectae fuiſſe *ſacram narrationem*, in qua de cultu religioſo, etiam externo praeceptum fuerit. At num vtrique idem fuerit ἱερὸς λόγος, an diuerſus, ex hoc loco non poteſt certo definiri. *Harl.*

h) In hoc opere omnem de inferis doctrinam ab Orpheo tractatam ſuſpicatur Eſchenbachius in ſuo Epigene p. 178. Ex eo autem, quod Orpheus ex inferis Eurydicen ſuam repetiſſe traditur, hinc Orphei imaginem veluti reſurrectionis ſymbolum in ſepulchris quibuſdam veterum Chriſtianorum obſeruaſſe ſibi viſus eſt *Paulus Aringhus* VI, 21. Romae ſubterraneae.

i) De hoc vide *Mongitoris* Bibliothec. Sicul. tom. II. pag. 115. *Harl.*

k) Idem Eſchenbachius pag. 178. legit Ἀμνοκοπία et rei pecuariae praecepta hunc librum continuiſſe opinatur. Apud Heſych. ἀμνοκόπος, ποιμήν.

l) Eſchenbachius p. 31. ſq. colligit loca complura Orphei ex Clemente, Macrobio, Diodoro Siculo et Juſtino, quae etſi Bacchi mentionem faciunt, nolim omnia ex Βακχικοῖς deſumta praeſtare. Nam et in hymnis et in τελετκοῖς et in aliis ſcriptis de Dionyſo actum conſtat. *Fabr.* adde

Arnobius profert nonnulla Lib. V. p. 169 ſq. et p. 175. verſus quoſdam latine adducit ex aliquo, vt coniicit Heinſius, qui Orphica latine verterat. Graecos Orphei verſus habet Clemens Alex. in protreptico f. 12. Illuſtrant praeter Heinſium ad Clementem, Salmaſius ad Tertull. de pallio et Ez. Spanhemius ad Callimachi hymnum in Cererem. Γένεσιν Bacchi et ſacra ab Orpheo ex Aegypto in Graeciam tranſlata et Cadmeis prodita affirmat etiam Manetho apud Euſebium Lib. I. praeparat. p. 47 ſq. Ceterum Bacchica non Orpheo, ſed *Niciae* Eleati quidam olim tribuebant, vt auctor eſt Suidas.

Περὶ βοτανῶν vtrum ſingulari volumine egerit Orpheus, non conſtat, etſi primum omnium, quos memoria nouit, *de herbis* aliqua [?] curioſius prodidiſſe teſtatur Plinius Lib. XXV. cap. 2. Forte hoc fecerat in Phyſicis, vel in libro de medicamentis. Laudatur et *Orpheus* a Plinio Lib. XX. c. V. et Lib. XXVIII. c. IV.

Διαθῆκαι ad Muſaeum m), quarum primi verſus aliquammulti aſſeruntur a Iuſtino Martyre Lib. de Monarchia Dei fol. 104. et in cohortatione ad Graecos fol. 15. a Clemente Alex. protreptico ad gentes fol. 48. et Lib. V. Stromatum pag. 607 ſq. *Ariſtobulo* Peripatetico apud Euſebium Lib. XIII. praeparat. cap. 12. et ab Euſebio cap. 13. p. 685. Cyrillo I. contra Iulianum p. 26. Theodoreto Lib. II. Θεραπευτ. pag. 25 ſq. Incipiunt: *φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.* Ita enim legendum, non βεβήλοις, vt notatum Ez. Spanhemio ad Callimachum p. 49. et Iſm. Bullialdo ad Theonis Smyrnaei Mathematica p. 216. *Μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν Χαλδαίων*, qui in iiſdem Orphei verſibus memoratur, *Abrahamus* eſt, vti *μουνογενὴς* vel, vt alii legunt, *ὑλογενὴς*, *Moſes*. Vide *Scaligerum* ad fragmenta libro de emendatione temporum ſubiecta p. 48. At enimvero Poema hoc nec ab Orpheo nec ab Onomacrito ſcriptum, ſed a Iudaeo aliquo vel Chriſtiano ſcriptore ſuppoſitum arguit Cudworthus pag. 302 n). Apud Iuſtinum de Monarchia Dei inſcribitur Διαθῆκαι, ſed apud Euſebium p. 664. *ποιήματα τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον αὐτῷ λεγόμενα.*

Δίκτυον, memoratur a Suida [et Eudocia p. 318.], qui auctores ſunt, *Zopyro* Heracleotae ab aliis, ab aliis *Brontino*, teſtibus iiſdem, tributum fuiſſe. Ariſtoteles Lib. II. de generatione animalium cap. 1. *ἢ γάρ τοι πάντα γίγνεται τὰ μόρια — ὥσπερ ἐν τοῖς καλουμένοις Ὀρφέως ἔπεσιν. Ἐκεῖ γὰρ ὁμοίως φησὶ γίγνεσθαι τὸ ζῶον τῇ τοῦ δικτύου πλοκῇ.* Forte igitur aliud fuit argumentum huius libri, quam quod coniecit docliſſimus Eſchenbachius in Epigene. Sane loca Orphei, quae e Proclo et Tzetze colligit p. 54 ſqq. atque ex Peplo atque hocce *δικτύῳ* petita ſuſpicatur, nihil vetat, ad Theogoniam vel alia ſcripta referre.

Διονύσου ἀφανισμός. Clemens VI. Strom. p. 628.

Orpheus

[illegible] Heumb. v. 1267 ibique ſchol. et *Geſneri* Fragmenta Orphica pag. 382 ſq. *Harl.*

m) Hunc Orphei librum etiam memorat *Theophilus Antiochen.* contra Autol. lib. III. cap. 2. *Heumann.*

n) A Iudaeo Ariſtobulo interpolatum contendit Eſchenbachius in Epigene pag. 148. ſeq. Idem pag. 117 putat prooemium hocce a Iuſtino et aliis productum fuiſſe initium τῶν ἱερῶν λόγων Orphei, quorum ῥαψῳδίας XXIV. memorat Suidas. Addit etiam a nonnullis laudari ſub titulo Θεολογιῶν. *Fabric.* conf. Moſhem. ad Cudworthi ſyſtema intellect. IV. §. 17. pag. 347. ſq. *Geſner.* ad Fragmenta Orphei pag. 361. *Harl.*

Orpheus ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Ἥρας laudatur ab Euſtathio in limine commentarii ad Dionyſium periegetem, qui verſus binos ex illo adducit. Sed non putauerim ſingularem librum, verum partem poematis cuiuſdam (Theogoniae forte) reſpici, etſi aliud videtur Eſchenbachio, qui ſacras et allegoricas nuptias, ſiue naturae in producendis rebus operationes hoc libro traditas exiſtimat p. 60. integrumque titulum [¶] fuiſſe putet Διὸς καὶ Ἥρας ἱερὸς γάμος, niſi pars haec fuerit operis maioris, ſed nulli veterum memorati ſub titulo ἱερῶν γάμων.

Διφυεῖς. Plinius indice auctorum externorum, e quibus deſumſerit ea, quae libro XXVIII. perſequitur, *Orpheum, qui Dophios,* Archelaum, qui item ſcripſerit, laudat. Reineſius Lib. II. Var. Lect. p. 127. pro *Dophios* certo certius legendum eſſe monet ἰδιοφυεῖς *de rebus ſingularis naturae et poteſtatis.* Sed propius accedit ad codicum lectionem, Harduini διφυεῖς, *de iis animalibus, quae ſunt ancipitis naturae,* praecipue cum a Scholiaſte Nicandri ad Theriaca pag. 38. laudetur et Archelaus ἐν διφυέσι, [conſ. *Geſner.* ad Argon. v. 14. *Harl.*].

Δωδεκαετηρὶς, ſiue Genethliaca, duodecim annorum [o] periodus. Suidas inter ſcripta Orphei Crotoniatae (Piſiſtrati aequalis), refert Δεκαετηρίαν, vbi [et apud Eudociam pag. 320.] legendum δωδεκαετηρίαν iam monuit Lambecius p. 176. prodromi. Tres primos verſus ex hoc opere profert Ioh. Tzetzes Chil. 12. hiſt. 399. Fallitur porro idem Lambecius, qui apud Tzetzen ibi pro δωδεκετηρίδες vrget ſcribendum δωδεκαετηρίδες, ſi enim hoc facias, vtroque loco verſus politicus abundabit ſyllaba. Allegantur et Orphei δωδεκαετηρίδες ab *Iſ. Tzetza* in Lycophronem p. 13. et 62. edit. Potteri. Onomacritum ſub nomine Orphei δωδεκαετηρίδας ſcripſiſſe non dubitat Scaliger in prolegomenis ad libros de emendatione temporum, et Canon Iſagog. p. 182.

Ἐπιγράμματα Suidas refert inter ſcripta Orphei Ciconaei, quem cum Libethrio eundem eſſe obſeruauimus.

Ἔργα ſiue περὶ Γεωργίας, quo ex opere primos decem verſus recitat Ioh. Tzetzes prooemio ad Heſiodum, quos Latine habes apud Iac. Nic. Loenſem Lib. II. c. 2. Epiphyllidum [p]. Luculentos verſus vocat Scaliger ad Manilium p. 103. Neſcio, an ex eodem opere, an ex ἡμέραις ſint alii verſus ſeptem Orphei, quos Heſiodum expreſſiſſe et imitatum eſſe notat idem Tzetzes p. 105. Laudat iterum Orpheum Thracem ἐν τῇ περὶ γεωργίας pag. 175. et Chiliad. 4. hiſt. 128. v. 173 ſq.

X 3 Ἐφη-

o) Vide Joſ. Scalig. Can. Iſagog. p. 181. 182. et ad Manilium Lib. III, v. 533-543. p. 256. Hygin. pag. 371. ed. Muncker.

p) In *Iriarti* Catal. MS. Matrit. reg. pag. 24. recenſetur nr. VIII. cod. chartac. in fol. Conſtantini Laſcaris manu maximam partem exaratus, qui praecipue varia in Heſiodum et Theocritum Commentaria, ſcholia, gloſſas continet, in hoc inſunt quoque, fol. 3 auerſo, vt verbis Iriarte p. 25. vtar, Ὀρφέως ἐκ τῶν γεωργικῶν τὸ προοίμιον. *Ex Orphei Georgicis Prooemium.* Id vero verſibus hexametris XII. conſtat, quorum primus:

εἰ δὲ γεωπονίας φιλοβρότου ἵμερος αἱρεῖ.

Ibidem. Ἀρχὴ τῶν ἡμερῶν τοῦ Ὀρφέως. *Initium dierum Orphei.* Hoc tres tantum preres verſus complectitur, quorum primus ſic ſe habet:

Πάντ᾽ ἐδάης μουσῶν θεωρ....ὅδε σ᾽ ἀνώγει. *Harl.*

Ἐφημερίδες ſiue ἡμέραι, ex quibus Ioſephus Scaliger, qui Onomacrito tribuit, Lib. I. de emendat. temporum p. 10. profert verſus primos vndecim: quorum quinque priores petiit ex *Io. Tzetzis* prolegomenis in Heſiodum, et Chil. 12. v. 151. 152. 53. reliquos ex eiuſdem Tzetzae Scholiis ad Heſiodum p. 170. b. qui idem opus forte reſpicit etiam p. 170. b. 167. b. 168. b. 182. b. vt Proclus ad eundem Heſiodum p. 178. b. 180. et eius exſcriptor Moſchopulus p. 177. b. Euſtathius ad Odyſſ. Σ.

Θεογονία ſiue Origines mundi et Deorum, κόσμου κτίσις καὶ ἀνθρώπων πλαστουργία. Vide, quae ex Timotheo Chronographo Iohannes Malalas p. 88 ſqq. q) et Cedrenus f. 46 ſq. vbi initium operis Orphei adfertur [p]. [adde *Tiedemann* l. m. pag. 47 ſqq. in primis *Cudworthi* Syſtema intellect. p. 346 ſq. ibique Moshem. *Harl.*]. Male apud Suidam legitur Θεογνωστικὸς λόγος pro Θεογονίας, quo in loco Orphei ſententiam de Chao, aethere etc. expolitam videbis. Verſus ipſos Orphei, de Ioue, primo r) ouo, Phanete, Hericapoeo etc. habes apud Ariſtotelem s) et Apuleium Lib. de mundo, Athenagoram, Stobaeum Eclog. Phyſ., Euſebium Lib. III. praeparat. c. 9., Macrobium Lib. I. Sat. c. 18. Proclum Lib. II. et V. in Timaeum, Suidam in Φάνης. Confer Leopardum Lib. XII. c. 2. emendat. Cotelerium ad Patres Apoſtolicos T. I. edit. Clerici p 585. 589. 664 ſq. 665. 667. 669. Theod. Canterum lib. 1. Var. lect. c 26. et lib. 2. c. 26. Rich. Bentleii Epiſtola ad Io. Millium ſub init. [conf. Fragmenta in Geſneri editione pag. 365 ſqq. ibique notas. *Harl.*] Videtur et Orphei Theogonia reſpici ab Heſiodi t). (Orphei vt volunt imitatoris) interpretibus p. 39. a 249 b. 303. edit. Heinſii. De Orpheo apud Apollonium Rhodium lib. 1. Argonaut. Ἤειδεν δ' ὡς γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα Τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρηρότα μορφῇ Νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διέκριθεν ἀμφὶς ἕκαστα. Trecentos et ſexaginta Deos in hoc opere Orpheum induxiſſe teſtatur praeter Theophilum Antiochenum Lib. III. aliosque Iuſtinus Lib. de Monarchia Dei f. 104. Lutatius ad 3 Thebaidos p. 144. *Cum Magi vellent virtutis Dei, vt putabant, ſeſe comprehendere ſingulas appellationes, quas per naturarum poteſtates aliusue modo deſignarunt, et quaſi plurimorum Deorum nobilitate Deum appellare conati ſunt, quaſi ab effectu cuiusque rei dictis vocabulis, ſicut Orpheus fecit, et Moyſes Dei ſummi Antiſtes, et Eſaias, et his ſimiles.*

Lau-

q) v. Fragmenta a Geſnero collecta p. 294. ſq. *Harl.*

r) Hoc ouum ex Aethere Chao Nocte productum, receptaculum commune mundi νοητῶ pariter et αἰσθητῶ, qui ex illo prodierunt Huc ſpectavit aliud Orphei ſcriptum ᾠοθυτικὰ ἢ ὠοσκοπικὰ quae infra memoramus. Confer Cl. Eſchenbachii Epigenem p. 95. ſeq. 111. ſeq. Hinc τάξιν Mundi Ouo ex Orphicorum ſententia aſſimulat Achilles Tatius Iſagoge in Aratum c. 4. Et Orphicis atque Pythagoricis dogmatis imbuti nonnulli ideo ouis abſtinebant, teſte Plutarcho II, 3. Sympoſ. *Fabric.* adde Tiedemann pag. 55. ſq. coll. cenſore in Biblioth. crit. Amſtel. Vol. II. part. VI. pag. 87 ſq. *Harl.*

s) De illis verſibus, qui incipiunt ζεὺς πρῶτος γένετο, vide eundem p. 68. ſeq. qui illa ex Orphei Cratere petita eſſe exiſtimat, cum multis aliis verſibus Orphicis ex Interpretibus Heſiodi, Proclo, Porphyrioque collectis, ſed quos ex Cratere Orphei petitos eſſe omnes nec ipſe p. 81. audet affirmare. Fragmenta e Theogonia vide apud eundem p. 98.-110. Ex illa petiti quoque videntur Orphei verſus, quos cum translatione latina Sedulii Scoti e cod. MS. graeco pſalterii illius manu exarato edidit Montfaucon in Palaeographia gr. p. 243.

t) Arguitur Heſiodus Orphei Theogoniam non tam imitatus eſſe quam corrupiſſe. Vide Thomae Galei notas ad Apollodorum, quibus λείψανα Theogoniae Orphicae diligentiſſime collegit vir doctiſſimus, et cum magna rei literariae iactura Anno 1702. denatus.

Laudatur Orphei Theogonia a Clemente Alex. Lib. VI. Strom. p. 628. vbi Homerum Orphei et Muſaei veſtigiis inſtituiſſe contendit. Orphei eſſe negat Pauſanias in Atticis p. 34. Apud Macrobium Lib. I. in ſomnium Scipionis c. 2. *Vt Heſiodi et Orphei quae de Deorum progenie actuque narrantur*, neſcio an potius ſit legendum *auctuue*, neque enim geſta Deorum ab illis deſcripta conſtat. Videtur Theogoniam reſpicere *Orpheus* Argonauticorum ſcriptor v. 12 — 20. [*]. Impia de Diis commentum, ac propterea Philoſophi nomine vix dignum, arguit Laertius in prooemio.

Θρονισμοὶ μητρῷοι ſiue *ſollemnes initiationes in ſacris matris Deum* inter Orphei ſcripta referuntur ab eodem Suida. Neſcio, illoſne reſpexerit Orpheus in Argonauticis v. 21 ſq. vbi ait ſe tradidiſſe ὀρεσσιδρόμȣ δὲ λατρείαν Μητρός.

Θυηπολικὸν ſiue *de ſacrificiis* eorumque generibus ac caerimoniis *Liber* a Suida memoratur, cuius forte animo obuerſabantur haec Platonis Lib. II. de Rep. Βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μȣσαίȣ καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μȣσῶν ἐγγόνων ὥς φασι, καθ' ἃς ΘΥΗΠΟΛΟΥΣΙ, πείθοντες ȣ̓ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων, διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν, εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλȣ̃σιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύȣσιν ἡμᾶς. Μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει.

Θύμια ἀρώματα. Auctor allegoriarum in Heſiodi Theogoniam, pag. 267. cum Planetarum vires in haec inferiora enarraſſet, ὅθεν τοι, inquit, καὶ κοσμοκράτορας διὰ τȣ̃το καὶ σημάντορας ἔργων, καὶ φερεσβίȣς, καὶ καρπίμȣς, καὶ ἀστράρχας, καὶ δεσπότας κόσμȣ, καὶ πιστȣ̀ς φύλακας, καὶ ῥιζωτῆρας πυρόεντας, καὶ ἀεροτρόφȣς (lat. ἀεροτρόπȣς), καὶ χρόνȣ πατέρας ἀθανάτȣς προσαγορεύει ὁ Ὀρφεὺς ἐν τοῖς θυμίοις ἀρώμασι. Σύγγραμμα δὲ τȣ̃το Ὀρφαϊκόν. Nullum vero hic deperditum ſcriptum intelliges, ſed editos Orphei hymnos, quorum plures ita inſcribuntur, θύμια ἀρώματα, ſiue vt vulgati libri habent θυμίαμα, ἀρώματα.

Ἱερὸς λόγος de quo diximus abunde ſupra, Num. 2.

Τὰ ἱεροστολικὰ, vel potius, vt editio Aldina, Suidae, [et Eudocia] ἱεροστολικά.

Καταζωστικὸν w) ſiue liber de variis veſtibus atque ornatibus ad ſacra requiſitis.

Κλίσεις κοσμίκαναι, [ſic quoque Eudocia] aut potius forte κλήσεις κοσμόκονοι x).

Κορυβαντικόν. Haec quatuor ſcripta Orphei qui memoret praeter vnum Suidam, [et Eudociam] nullus mihi occurrit; niſi quod Orpheus ipſe in Argonauticis huius poſtremi faciat mentionem v. 25. quo eodem in loco longe plura eeciniſſe ſe affirmat tum de aliis argumentis, tum de variis myſteriis et diuinationum generibus. Sed flagitium fuerit de Orphei [*] ſcriptis accuratius agere inſtituentem verſus ipſos poetae etſi pluſculos non adſcribere; [conf. Eſchenbach. et Geſner. ad h. l. quorum adnotationes criticas et grammaticas repetere nolo. *Harl.*]

v. 9.

w) Vide Eſchenbachii Epigenem pag. 38. qui pag. 17?. pro ἱεροστολικὰ legit ἱεροστιχία.

x) Clariſſimus amicus noſter Godfridus Olearius in diſſ. de ſcriptis Socratis legit κοσμικαὶ vel κόσμȣ ἀκοαί. Eſchenbachius p. 199. Κτίσιν Κόσμȣ, καὶ νεοτευκτικά. Hoc enim vocabulum apud Suidam ſtatim ſequitur.

Ἔφρασ᾽ ὅταν Βάκχοιο καὶ Ἀπόλλωνος ἄνακτος
Κέντρῳ ἐλαυνόμενος φρικώδεα κῆλ᾽ ἐπίφασκον,
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἄκη, μετὰ δ᾽ ὄργια μύσταις,
Ἀρχαίου μὲν πρῶτα χάους ἀμέγαρτον ἀνάγκην
Καὶ Κρόνον ὃς ἐλόχευσεν ἀπειρεσίοισιν ὑφ᾽ ὁλκοῖς
Αἰθέρα, καὶ διφυῆ περιωπέα κυδρὸν ἔρωτα
Νυκτὸς ἀειγνήτης πατέρα κλυτὸν, ὅν ῥα Φάνητα
Ὁπλότεροι καλέουσι βροτοὶ, πρῶτος γὰρ ἐφάνθη,
Βριμοῦς τ᾽ εὐδυνάτοιο γονὰς ἠδ᾽ ἔργ᾽ ἀΐδηλα
Γιγάντων οἱ λυγρὸν ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἐστάξαντο
Σπέρμα γονῆς τὸ πρόσθεν ὅθεν γένος ἐξεγένοντο
Θνητῶν, οἳ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον αἰὲν ἔασι,
Θρεπτείρην τε Ζηνὸς, ὀρεσσιδρόμου τε λατρείαν
Μητρὸς ἅτ᾽ ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν μητίσατο κούρην
Φερσεφόνην περὶ πατρὸς ἀμαιμακέτου Κρονίωνος.
Μηλίαν y) τ᾽ Ἡρακλῆος περίφημον ἄμυξιν.
Ὄργιά τ᾽ Ἰδαίων, Κορυβάντων τ᾽ ἄπλετον ἰσχύν.
Δήμητρός τε πλάνην, καὶ Φερσεφόνης μέγα πένθος,
Θεσμοφόρος τ᾽ ὡς ἦν, ἠδ᾽ ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων,
Χρησμούς τ᾽ ἀῤῥήτους νυκτὸς περὶ Βάκχου ἄνακτος
Λῆμνόν τε ζαθέην, ἠδ᾽ εἰναλίην Σαμοθρᾴκην,
Αἰπεινήν τε Κύπρον, καὶ Ἀδωναίην Ἀφροδίτην,
Ὄργια Πραξιδίκης καὶ Ἀρειίνης νυκτὸς Ἀθήνης
Θρήνους τ᾽ Αἰγυπτίων καὶ Ὀσίριδος ἱερὰ χύτλα.
Ἀμφὶ δὲ μαντείης z) ἰδάην πολυπείρονας ὄρμας,
Θηρῶν οἰωνῶν τε· καὶ ἡ σπλάγχνων θέσις ἐστίν.
Ἠδ᾽ ὅσα θεσπίζουσιν ὀνειροπόλοισιν ἀταρποῖς
Ψυχαὶ ἐφημερίων ὕπνῳ βεβολημέναι ἦτορ
Σημείων τεράτων τε λύσεις ἄστρων τε πορείας
Ἁγνοπόλον τε καθαρμὸν ἐπιχθονίοις μέγ᾽ ὄνειαρ.
Ἱλασμούς τε θεῶν, φθιμένων τ᾽ ἐπινήχυτα δῶρα.
Ἄλλα δέ σοι κατέλεξ᾽, ἅπερ εἴσιδον ἠδ᾽ ἐνόησα,
Ταίναρον ἡνίκ᾽ ἔβην σκοτίην ὁδὸν, Ἄϊδος εἴσω
Ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ δι᾽ ἔρωτ᾽ ἀλόχοιο
Ἠδ᾽ ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόγον ἐξελόχευσα
Μέμφιν ἐς ἠγαθέην πελάσας, ἱεράς τε πόληας
Ἄπιδος, ἃς περὶ Νεῖλος ἀγάῤῥοος ἐστεφάνωται.

Confer

y) Μῆλα καὶ reddidit *Geſner.* de hoc, poſt longam Eſchenbachii notam, copioſius. *Harl.*

z) *ἰδάην — εἶμαι Geſner.* quem vide. *Harl.*

Confer Natalem Comitem Lib. VII. cap. 14. Mythologiae, vbi p. 767. pro *Iudaeorum et Corybantum ſacrorum* lege *Idaeorum*. Ab Idaeis enim Dactylis Orpheus myſteria et ſacras initationes edoctus eſſe traditur. Ceterum *Eſchenbachius* in laudato ſuo Epigene p. 45. et 131. contendit, per ſacra Corybantum, quae hoc ſcripto tradiderat Orpheus, expreſſam fuiſſe Mundi geneſin et originem, perinde vt per ſacra Bacchica, vitam Mundi et mutationes, per ſacra Cereris, Vitam hominis.

Κρατὴρ ſiue [aa]) Κρατῆρες, *Maior*, et *Minor*, Zopyri Heracleotae eſſe dicebantur teſte Clemente Alex. Lib. I. Strom. p. 333. [Eudocia p. 318.] et Suida. Verſus quatuor ex Cratere Orphei affert auctor allegoriarum ad Heſiodi Theogoniam p. 279. et alios vndeuiginti p. 305. ex *Cratere minore*: ἐκ τȣ̃ μικροτέρȣ κρατῆρος. Hoc carmen, vt alia Orphei, Muſaeo dicatum fuiſſe teſtatur Seruius ad Aenid. VI. p. 451.

Μέλη. Plutarchus de Muſica p. 1132. ἐζηλωκέναι δὲ τὸν Τέρπανδρον Ὁμήρȣ μὲν τὰ ἔπη, Ὀρφέως δὲ τὰ μέλη. Ὁ δὲ Ὀρφεὺς ȣ̓δένα φαίνεται μεμιμημένος. Οὐδεὶς γάρ πω γεγένητο, εἰ μὴ οἱ τῶν αὐλῳδικῶν ποιηταί. Τȣ́τοις δὲ κατ' ȣ̓δὲν τὸ Ὀρφικὸν ἔργον ἔοικεν. Confer p. 1134. e. Diodorus Siculus de Orpheo IV. p. 232. Καὶ γὰρ ποίημα συνέταξε θαυμαζόμενον, καὶ κατὰ τὴν ᾠδὴν Εὐμέλειᾳ διαφέρον. Idem Diodorus V. p. 230. Orpheum φύσει διαφόρῳ κεχορηγημένον vocat πρὸς ποίησιν καὶ μελῳδίαν.

Μυθοποιΐα, inter Orphei Ciconaei ſcripta recenſetur a Suida. Sed illum haud diuerſum eſſe a Libethrio noſtro iam diximus. Orphei μῦθοι videntur etiam memorari ab Aeliano Lib. VIII. cap. 6. Var. hiſt. ſed verba: ἀλλ' ἄλλȣς τȣ̀ς μύθȣς αὐτȣ̃ καταψεύσασθαι, ita intelligo, vt μύθȣς αὐτȣ̃ idem ſonet, quod περὶ αὐτȣ̃, ſenſuſque ſit, fabulas ſiue ſermones de Orpheo eiuſque ſapientia ab aliis eſſe confictos. Clariſſimus Perizonius legit ἄλλως καταψεῦσθαι *temere confictos ementitoſque eſſe*, ſenſu eodem.

Νεωτευτικὰ ab eodem Suida memorantur. Forte Νεωτευτικὰ *de templis ac delubris Deorum conſtituendis et rite dedicandis*.

Ὀγδοηκοντάλιθος, ἢ περὶ λίθων γλυφῆς. Vide quae diximus ſupra ad librum Orphei, qui exſtat, de lapidibus.

Ὀνομαστικὰ ἔπη [bb]) ᾶς, verſus 1200. cuius operis ſolus, quantum noui, meminit idem Suidas: [item Eudocia].

Ὀρφικὰ ſiue τὰ Ὀρφέως λεγόμενα, vel εἰς τὸν Ὀρφέα Φερόμενα ἔπη paſſim citantur a ſcriptoribus vetuſtiſſimis, nullo ſingulari titulo [P] poematis adſcripto, Platone, non vno in loco, Ariſtotele Lib. I. de anima cap. 5. Lib. II. de generat. animal. c. I. Lib. de mundo c. vlt. Plutarcho VIII, 4. Sympoſ. etc. Onomacritum ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς laudat *Sextus Empiricus* Lib. III. Pyrrhon. Hypotheſ. c. 4. Citatur et Lyſias ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς apud *Clementem Alex.* Lib. VI. p. 626.

aa) In hoc Opere de Mundanae et aliarum animarum origine, productione et κράματι ſiue coniunctionibus egiſſe Orpheum recte obſeruat Cl. Eſchenbachius, quem vide p. 62. ſqq.

bb) h. e. περὶ τῶν θείων ὀνομάτων, ut titulum illum exponit Cl. Eſchenbachius in Epigene p. 133. Obſeruat enim ex Athenagora, quod Orpheus τὰ ὀνόματα Θεῶν πρῶτος ἐξεῦρεν, *primus reperit nomina Deorum*.

p. 626. Sed legendum: Ὀρφανικῷ *in oratione pro pupillo*, vt notauit Meurſius in Bibliotheca Attica p. 1534. Ex Ὀρφικοῖς ἔργοις tres verſus producit Theo Smyrnaeus Mathemat. p. 164. alios tres Cyrillus I. contra Iulian. p. 23. [et Iuſtin. M. Coh. pag. 78. 23. Repoſuit illos verſus, vt ceteras reliquias, Geſnerus in Fragmentis p. 364. ſq. *Harl.*] Non putauerim autem peculiare hoc ſcriptum fuiſſe, ceu coniecit Gyraldus, ſed τελεταῖς vel ἱερῷ λόγῳ praemiſſos vel annexos. Firmicus in limine Libri VI. Aſtrolog. *Cum inaugurationis ritum Orpheus ſacrorum caerimonias quaereret, nihil aliud ab his, quos initiabat, in primo veſtibulo ac ianuis iuriſiurandi neceſſitatem, et cum terribili auctoritate religionis exegit, ne profanis auribus inuentae ac compoſitae religionis proderentur.* Sic cum Tzetze praef. ad Lycophronem. γράφει γὰρ inquit ὁ Ὀρφεὺς χωρὶς τῶν Ἀστρολογικῶν καὶ Ἐπῳδικῶν καὶ Μαγικῶν καὶ ἑτέρων καὶ ὕμνους εἰς Δία καὶ τοὺς λοιποὺς etc. Non putauerim peculiare opus Orphei inſcriptum fuiſſe Μαγικὰ vel Ἐπῳδικά, ſed e Tzetzae ſententia in Orphicis paſſim Μαγικὰ et Ἐπῳδικὰ contineri. Memorantur et οἱ Ὀρφικοὶ, vt in Scholiis ad Alceſtin Euripidis v. 1.

Orphei Πέπλος (quo titulo etiam inter Ariſtoteli tributa ſcripta exſtat libellus diſtichis ſingulis perſequens memoriam Heroum Troianorum) Brontino olim tributus eſt ab Epigene [apud *Clement. Alex.* Strom. I. p. 332.] ſed ab aliis, vt refert Suidas, [it. Eudocia] Zopyro Heracleotae. Notiſſimum eſt, quod Natura peplo obnupta apud veteres fertur, vt apud Plutarchum de Iſide et Oſiride: καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδείς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν, vnde facile mihi perſuaſerim, Phyſica quaedam arcana hoc in ſcripto tradita fuiſſe. Aut potius in illis deſcriptus fuit ſacer habitus, cuius in Myſteriis vſus eſſet. Vide verſus *Orphei* apud *Macrobium* 1. Saturnal. cap. 18. vbi iubet:

Πρῶτα μὲν ἀργυφέαις ἐναλίγκιον ἀκτίνεσσιν
Πέπλον φοινίκεον πυρίκελον ἀμφιαλέσθαι.

In aliam ſententiam abit *Eſchenbachius* in Epigene p. 51. qui huc aduocat ſolennem pepli deductionem in Panathenaeis, de qua Meurſius in libro de hoc feſto cap. 17. putatque in hoc ſcripto Orphico expoſitam fuiſſe miram illam tot pugnantium inter ſe in natura rerum conciliationem, quae fit per νόησιν Δημιουργικὴν ſiue Mineruam, et in Panathenaeis ſymbolice adumbrabatur.

Σφαῖρα, Vid. Euſtathii locum adductum a me ſupra c. XIV. n. 6.

Σωτήρια, quae neſcio, an diuerſum opus fuerint a libro, de quo mox, περὶ Φαρμάκων cc), continentque carmina vel hymnos Euchariſticos [?], aut feſti Euchariſtici (Soteriorum) caerimonias tradiderint. Timocli Syracuſano vel Perſino Mileſio tributa Suidas memorat.

Τελεταί dd). Vide quae ſupra de Βακχικοῖς, Θρονισμοῖς Μητρῴοις, Θυηπολικῷ et mox de χρησμοῖς, et quae ad hymnos Orphei edidi. A quibus omnibus ſi diuerſae fuere hae

cc) An pertinuit ad illud opus Orpheo tributum, ſcriptum *Orphei de Venenis*? quod improbauit Andromachus, vid. vol. II. lib. 3. cap. 26. §. 8. pag. 628. *Harl.*

dd) De his iam ſupra ad cap. XVIII. 2. quaedam adduxi. adde *Geſner.* ad Orphei Argon. p. 58. *Mader.* Sirat. tom I. lib V. [illegible] pag. [illegible] ſq. Muncker. et Staueer. ad Hygin. fab. XIIII. p. 38. etc. *Harl.*

hae τελεταὶ, traditam in illis credibile eſt Orphicorum ſacrorum et ὀργιασμῶν rationem, quibus alios qui initiabant, apud Theophraſtum in characteribus capite de ſuperſtitione vocantur *Orpheotheleſtae*, de quibus vide Naudaeum in Apologia pro viris doctis Magiae accuſatis c. IX. Caeterum ob haec ipſa ſcripta et Theogoniam, videtur potiſſimum Orpheus apud Virgilium tuliſſe nomen Threicii Sacerdotis, et apud alios nomen Θεολόγε, pro quo ἠθολόγος perperam legitur apud Sextum Empiricum Lib. II. contra Rhetores p. 70. Iſidorus Lib. VIII. c. 7. Origg. *quidam poetae Theologi dicti ſunt, quoniam de Diis carmina ſcribebant.* Ex hiſce τελεταῖς [ee]) quas laudat Plato et Onomacrito olim tributas eſſe Suidas memorat, petiti verſus Orphei, quos affert Macrob. in extremo cap. 18. lib. I. Saturnal.

Tragoedias ſcripſiſſe Orpheum male aliquis collegerit ex his Nicephori Gregorae lib. X. hiſt. Byz. p. 289. edit. eruditiſſimi Boiuinii: δότε μοι τὴν Ὀρφέως ἐν τραγῳδίαις δύναμιν. Senſus enim eſt: date mihi vim et facultatem Orphei, ad tragicas haſce calamitates pro dignitate exponendas. Sic Lib. XI. Τίς Ὀρφεὺς, τίς Ὅμηρος ἀξίας ᾠδὰς καὶ θρήνες τῷ μεγάλῳ τέτῳ καὶ παγκοσμίῳ πάθει συμπλέξει;

Τριαγμοί. De his quoque dictum eſt ſupra, num. 1. oſtenſumque inter ſcripta Orphei perperam referri.

Περὶ συνθέτων θανασίμων φαρμάκων. *De venenis* ſiue *compoſitis medicamentis venenatis* ac mortiferis. Galenus Lib. II. de antidotis p. 445. T. 2. edit. Baſil. Περὶ δὲ τῶν συνθέτων λεχθήσεται, ἐκτίθεσθαι δὲ τὰς τέτων σκευασίας μοχθηρὸν μοι δοκεῖ, καίπερ πολλῶν ἐπιχειρησάντων ταῖς τέτων συγγραφαῖς, ὧν ἐστιν Ὀρφεὺς ὁ ἐπικληθεὶς Θεολόγος, καὶ Ὧρος Μενδήσιος ὁ νεώτερος, καὶ Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, Τραγῳδιῶν ποιητὴς, καὶ Ἄρατος, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν τοιέτων συγγραφεῖς. Pauſanias quoque in Boeoticis p. 768. ait Orpheum inter alia credi inueniſſe νόσων ἰάματα.

Φυσικὰ, Brontini eſſe contendebat *Epigenes* ap. Clementem Alex. I. Strom. p. 333. Eandem ſententiam memorat Suidas [it. Eudocia] in Ὀρφεὺς, qui in τριτοπάτορες, ex Orphei Φυσικῷ nonnulla affert de tribus cuſtodibus et [?] moderatoribus ventorum, quae ex Orpheo habet et Tzeta ad Lycophronem p. 81. edit. Ioannis Potteri, et Etymologicum magnum in τριτοπάτορες, quo in loco fit et mentio ἐξηγητικῦ ſiue commentarii in illum Orphei librum, ſed pridem pariter, vt liber ipſe, deperditi. Heraclitum Phyſicum τὰ πλεῖστα ab Orpheo accepiſſe affirmat Clemens Alex. Lib. VI. Strom. p. 692.

Χρησμοὶ, qui in Onomacritum olim referebantur teſte Suida, vt ſolebant pleraque ſub Orphei nomine vulgata ſcripta Onomacrito Athenienſi, qui Piſiſtratidarum tem-

ee) Cl. Eſchenbachius in Epigene p. 9. ſuſpicatur, in hiſce τελεταῖς traditam fuiſſe clariorem quandam expoſitionem τῶν ἱερῶν λόγων. Tum forte ordinem et apparatum, quo ſacra, Myſteria, Initiationes et ſimilia peragenda eſſent. Chryſippus apud auctorem Etymol. M. τὰς περὶ τῶν θείων λόγες εἰκότως καλεῖσθαι τελετὰς, χρῆναι γὰρ τέτοις τελευταίες καὶ ἐπὶ πᾶσι διδάσκεσθαι. *Fabr.* Ὀρφέως τελετκὶ πρὸς Μεσαῖον in Cod. Veneto D. Marci 406 fol. 128. rect. exaratae reperiuntur, quod in Catalogo illorum codd. omiſſum eſt ab editoribus, ſed indicatum a cl. *Villoiſon* in Anecdotis gr. vol. II. pag. 244. Περὶ Ὀρφέως καὶ τῶν τελετῶν αὐτῦ librum inter Apollonii Aphrodienſis ſcripta a Suida et Eudocia p. 421 memorari, iam ſupra c. XVIII. §. 1. adnotatum eſt. *Harl.*

temporibus vixit, tribui, quod notum eſt ex Herodoto, Plutarcho, Tatiano et aliis. Τελετὰς et χρησμῳδίας Muſaei et Orphei laudat Plato in Protagora, [p. 221. At a Fabricio Platonem minus recte intellectum eſſe, indicat Tiedemannus l. m. pag. 41. ratus, in Platone τελετὰς ad Orpheum, ad Muſaeum contra τοὺς χρησμοὺς referendos eſſe. *Harl.*] Scholiaſtes Euripidis ad Hecubam v. 1267. οἱ μὲν περὶ τὸ παγγαῖον εἶναι τὸ μαντεῖον φασὶ τοῦ Διονύσου, οἱ δὲ περὶ τὸν Αἷμον, οὗ εἰσὶ καὶ Ὀρφέως ἐν σανίσιν ἀναγεγραφαί.[ff] Confer Ioſuam Barnes. ad Alceſtin Euripidis v. 968. Memorantur χρησμοὶ etiam in Orphei Argonauticis v. 28.

Ὠοθυτικὰ ἢ ὠοσκοπικὰ ſiue *de ouo Symbolico* in Bacchicis Myſteriis, eius praeferendi ritibus, et enarratione myſtica, Carmen, ab eodem Suida inter Orphei ſcripta commemoratur, de quo vide, quae ſupra in Theogonia Orphei obſeruaui[gg]. Feruntur ſub Orphei nomine quoque *Chemica* quaedam et *Apoteleſmatica* inedita, in codicibus manu exaratis. Vide Philippi Labbei Bibliothecam nouam MStorum p. 128. 168.

IV. Auctorum nomina, quos ſua ſcripta Orpheo priſco ſuppoſuiſſe iam olim creditum fuit, haec ſunt: Arignote Pythagorica, Brontinus, Cercops Pythagoraeus, Herodicus Perinthius, Hippaſus, Nicias Eleates, Onomacritus, Orpheus Camarinaeus, Orpheus iunior Crotoniata, Perginus Mileſius, Prodicus Samius, Pythagoras, vel potius Pythagoraeus aliquis, auctor ἱεροῦ λόγου, Theognetus Theſſalus, Timocles Syracuſanus, et Zopyrus Heracleota.

ff) *Philoſtratus* in Heroicis cap. II. 19 pag. 693. ignoraſſe quoque videtur Orphea χρησμῶν auctorem. Nam, Homerus Ὀρφέα, ait, ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ τὴν Θεολογίαν ὑπερῇρε· Μουσαῖον δὲ ἐν ᾠδαῖς χρησμῶν, *Orpheum in multis ad theologiam pertinentibus ſuperauit; Muſaeum autem in oraculorum carminibus. Harl.*

gg) Ouum ſymbolum mundi, quod ex ore dei proceſſiſſe ab Aegyptiis Orpheus didicerat. vide *Coteleriuim* ad Clementina homil. VI. 6. pag. 665. [Ouum ideo videtur fictum fuiſſe ſymbolum principii ortuſque rerum, quod, vti Firmus in *Plutarchi* Sympoſiacon lib. II. quaeſt. 3. pag. 636. (ſ. pag. 522. vol. VIII. Reiskii), explicat, *nullum fere genus animalium expers eſt originis ex ouo;* ideoque ouum in orgiis Bacchicis conſecratum eſt, vt exemplum omnia gignentis et in ſe continentis. Hanc doctrinam idem nominat *Orphicam:* ἀείσω ξυνετοῖσι τὸν Ὀρφικὸν καὶ ἱερὸν λόγον, *cantabo gnaris Orphicam et ſacram orationem.* Ab initio tamen Plutarchus innuere videtur illam doctrinam fuiſſe quoque Pythagoricam: irridetur vero ibidem pag. 523. ſq. a Senecione. Atque agitata eſt illa quaeſtio ab Ariſtotele, Theophraſto multiſque non ignobilibus Peripateticis, teſte *Cenſorino* cap. IV. de die natali pag. 17. ed. Hauercampi: vbi variorum de ortu rerum et hominum opiniones recenſentur, nulla autem Orphei fit mentio: conf. ad illum locum Lindenbrogii notas. De ouo illo πρωτογόνῳ ſiue *primigenio* ex eoque orto *Oe*, qui aſtrologiam et litteras docuerit, narrante Helladio in Excerptis apud Photium, vide quoque *Salmaſium* in Plinianis Exercitationibus pag. 405. C. D. ed. Vltraiect. Sed vberior huius fabulae ſ. doctrinae inquiſitio atque expoſitio relinquenda eſt ſcriptoribus hiſtoriae philoſophiae. Adde *Damaſcii* Excerpta in Anecd. gr. a Wolfio editis p. 252. coll. cenſore in Bibl. crit. Amſtel. l. m. pag. 88. ſq. *Harl.*]

CAPVT

CAPVT XX

I. *Inuenta Orpheo a veteribus tributa. Literae.* II. *Muſica. Lyra ſeptem chordarum.* III. *Hexametrum carmen.* IV. *Myſteria ac Theologia.* V. *Medicina.* VI. *Magia ac diuinatio.* VII. *Aſtrologia.* VIII. *Dogma Orphicum de pluribus orbibus habitabilibus.* IX. *Ei aſſentientes plurimi veterum.* X. *Haereſis Orpheorum apud Auguſtinum.* XI. *Recentiores idem dogma Orphicum probantes.* XII. *Iudaei, Sinenſes et Brachmanes.* XIII. XIV. XV. *Alia quaedam.*

Porro dicitur Orpheus fuiſſe auctor, vel potius ad Graecos propagator variarum rerum et artium. [P]

Inuentor eſſe dicitur Literarum. I. *Literarum et ſapientiae*, vt eſt in veteri Epigrammate Graeco, in quo Orpheus dicitur reperiſſe γράμματα καὶ σοφίην. Confer *Euripidem* Hippolyto v. 953. et Rheſo v. 941. 943. [a]).

Muſicae. II. *Muſicae*, qua ſic valuiſſe aiunt, vt non modo [b]) ſiluas, ſaxa feraſque traheret, piſces, volucres et torrentes ſiſteret, ventos componeret, ſed et ſtupentes inferos ipſos mulceret Eurydicen ſuam repetiturus, ceu narrant Diodorus Siculus Lib. IV. c. 25. [*Virgil.* Georg.

a) Conf. *Polydori Vergilii Vrbinatis* de rerum inuentoribus libri octo etc. Argentorati 1606. 8. lib. I. cap. 6. pag. 24 ſqq. Fabricius margini haec adleuerat. „Item *abſtinentiae ab animatis*, quae Platoni VI. de Legg. *vita Orphica.* Silueſtres homines ſacer interpreſque deorum creditus et foedo victu deterruit Orpheus. *Ariſtoph.* Ran. v. 1064. adde *Fraguierii* diſſ. in Memoriis acad. Inſcription. tom. VII. Biblioth. raiſonnée tom. VI. pag. 412. ſq. “ *Philoſtratus* vero in Heroicis cap. II. 19. pag. 692. Olear. Homerum, narrat, μεγαλοῤῥημοσύνην, *dictionis ſublimitatem*, magis, quam Orpheum excoluiſſe. Apud eumdem pag. 693. tradit Proteſilaus, Homerum pugnas deorum quaſdam *ad Orphei modum* fuiſſe philoſophatum, ταῦτα τὸν Ὀρφέως τρόπον πεφιλοσοφῆσθαι τῷ Ὁμήρῳ. *Harl.*

b) Confer Kircheri Oedipum T. 2. part. 2. p. 155. ſeq. *Venantium Fortunatum* libr. VII. carm. I. *Giſb. Cuper.* Exerc. I. de Elephantis in numis c. 3. p. 56. tom. I. theſ. Sallengr. *Pinchbeckii* machina inuenta in Ephemer. Lipſ. a 1731 p. 498. ſq. Orpheus in veteri monumento cum lyra medius inter varia animalia, apud *Montfaucon* tom. I. Supplem. Antiqq. tab. LXXXIV. *Aringhii* Roma p. 317. tom. I. pag. 321. *Fabric. Palaephat.* fab. 34. ibique interpr. *Lucian.* Imagin. 14. tom. II. p. 472. *Philoſtr.* iun. Icon. VI. pag. 870. ſq. Olear. *Calliſtrati* ſtat. 7. in Philoſtrati Op. pag. 898. *Lipperti* Dactylioth. Millen. II. 56. 57. *Winkelmanni* Monum. ant. n. 50. p. 63. adde *Polydor. Vergilium* de rerum inuentoribus lib. I. cap. 14 et 15. Fabula illa de arte vique Muſices Orphicae perantiqua fuiſſe videtur: memorant enim iam *Aeſchylus* Agamemn. v. 1638, *Euripid.* Med. v. 543. Bacch. v. 563. Apud *Apollod.* Bibl. I. 3. 2. dicitur Orpheus, ὁ ἀσκήσας κιθαρῳδίαν. Neque tamen perfectam illam artem omnibuſque numeris abſolutam, aut ſcientia peritiaque noſtrorum artificum metiendam; ſed rudem adhuc cogitare debemus. v. *Tiedemann* l. m. p. 28. ſqq. cui vero fabula de Eurydice, licet antiqua, tamen multo poſt Orpheum, quoniam Cerberi nulla iniiciatur mentio apud poetas vetuſtiſſimos, inuenta eſſe videtur. At deſcenſus plurium ad inferos res ad oblectationem animi ingeniique oſtentationem valde apta fructuoſaque videbatur antiquitati, et phantaſma poetarum artificumque, quo felix curatio atque a metu certae propemodum mortis liberatio declararentur. conf. *Virgil.* Aen. VI. 119. ſqq. ibique interpretes. Atque haud ineptus inutiliſque labor foret, ſi quis varios et hinc inde ſparſos locos monumentaque, in quibus ars Orphei muſica eiuſque inuenta et fabula de Eurydice (v. *Maffei* gemm. antiq. P. II. tab. 49.) celebrantur, colligeret, ſecundum temporis ordinem collocaret, atque originem cum narrationum, tum vero hiſtoriae de reditu Eurydices et aliorum ad inferos deſcenſu, et huius doctrinam mythique ſedem inquireret. Fabulam Eurydices perſequi et explanare coepit *Heumannus* in ſingulari

Georg. IV. v. 454. ſqq. et *de la Cerda* ad verſ. 510. *Harl.*] Ouidius Lib. X. Metam. Seneca Hercule Oetco 569. ſqq. et furente v. 31. ſqq. et in Medea, Boethius Lib. III. metr. 12. ne alios iam commemorem [c]). *Lyra* ſiue *cithara* eius ſeptem [d]) chordis inſtructa, quam a Mercurio accepit, Orpheo a Bacchis diſcerpto in Apollinis templo a Lesbiis dedicata fertur, vt narrat *Lucianus* aduerſus indoctum T. 2. p. 385. Confer Humfredum Prideaux ad Epochas Marmoreas p. 198. ſq. vbi refellit Boethium lyram quatuor chordarum Orpheo tribuentem. Sane ſeptachordem Orpheo addicit ipſe Nicomachus (a Boethio laudatus) L. II. Harmonic. Enchirid. 1. c. licet enneachordem e ſeptichordi feciſſe legas in ſcholiis Graecis ad Aratum v. 269. Vide et, quae diximus c. XII. n. 11. et infra n. 7. et c. XXXIV. n. 5.

Hexametri carminis. III. *Hexametri carminis.* Antipater Sidonius de Orpheo:

Ὅς ποτε καὶ τελετὰς μυστηρίδας εὕρετο Βάκχου
Καὶ στίχον ἡρῴῳ ζευκτὸν ἔτευξε ποδί.

Lib. III. Antholog. p. 388. Equidem Pauſanias p. 768. putat Orpheum non primum ἐποποιὸν, ſed qui ἐπῶν κόσμῳ τοὺς πρὸ αὐτοῦ ſuperauerit. Adde *Benedict. Aueranium* diſſ. LXXV. tom. 1. Oper. pag. 191.

Myſteriorum. IV. *Myſteriorum ac Theologiae.* Vide Diodorum Siculum Lib. I. ſ. 61. [e]) lib. V. p. 230. [c. 64. pag. 381. Weſſel.] Pauſaniam in Boeoticis p. 768. Etymolog. Magnum

gulari commentatione, Heuſingerianae editioni Plutarchi de puer. educatione adhaerente. Quaedam collegit docte ſeduloque, at nondum recte digeſſit, multo minus in arcem rei controuerſae ingreſſus eſt M. *Nicol. Erneſt. Zobelius* in libro: Cacozelia Gentium de generis humani mentiſque humanae origine et Reſurrectione mortuorum etc Altdorfii 1737. 8. vbi pag. 93. fabulam de Orpheo et Eurydice attingit. *Harl.*

c) Orpheus muſicam didiciſſe fertur ex concentu auium teſte Theophilo Antiocheno lib. II. ad Autolyc. c. 43. pag. 204. *Heumann.*

d) Nicephorus ad Syneſium de inſomniis p. 364. cum octauam προσλαμβανομένην a Pythagora additam dixiſſet, ἡ γὰρ, inquit, ἀρχαιότροπος λύρα τοῦ Ὀρφέως ἑπτάχορδος ἦν. Confer Manuelem Bryennium p. 361. Harmonic. *Fabric.* Citharam *ſeptem numeris* Orpheo dat *Virgil.* Aen. VI. vers. 646. vbi. v. interpretes. Adde *Lucian.* mox nr. VII. laudatum, *Philoſtratum* Icon. lib. I. c. 10. ibique *Olearium.* p. 777. ſq. de inuentore et forma huius lyrae differentem. Ἑπτάτονος vocatur ab *Euripide* in Alceſte v. 446. et a ſcholiaſte explicatur ἑπτάχορδος. add. *Callimach.* H. in Delum v. 253. ibique longa doctaque Spanhemii nota de inuentore formaque lyrae, numero chordarum etc. pag. 532 — 542 ed. Erneſti. Lyra Orphei inter aſtra conſtituta eſt. v. *Hygini* poeticon aſtronom. VII. vbi Apollo lyram conceſſiſſe dicitur Orpheo, et ab Hygino atque Staueer. pag. 438 ſq. multa de Orpheo eiuſque arte muſica atque interitu traduntur. *Harl.*

e) cap. 97. pag. 109. (ed. Weſſeling. quem vide) vbi Melampus ſancita Baccho ſacra apud Graecos et fabuloſam de Saturno atque Titanibus narrationem, adeoque totam de affectionibus deorum hiſtoriam ex Aegypto traduxiſſe perhibetur. *Herodotus* partim concinit, quo narrante (lib. II. cap. 49. pag. 127. edit. Weſſelingii, cuius notam conſule) Melampus Graecis Bacchi et nomen et pompam interpretatus fuit; nec tamen omnem plane rationem complexus aperuit. Herodoto autem videtur Melampus, quae ad Bacchum pertinent, audiſſe ex Cadmo Tyrio et illis, qui cum eo e Phoenice venerunt in terram nunc Boeotiam adpellatam. conf. de hoc loco *de la Barre* in Hiſt. Acad. Inſcr. T. VI. pag. 274. ſq. et ſecundum Gottſchediae verſionem tom. VI. pag. 67. ſqq. atque ſupra cap. XV. Alii inſtituta ſacrorum quorumdam vindicant *Eumolpo*, vide ſupra cap. VI. §. 35. *Simſon.* Chron. ad a. m. 2600. et ad a. m. 2750. pag. 259. Orpheum tamen Bacchi myſteria inueniſſe, prodit *Apollodor.* Bibl. I. 3. 2, ad quem locum confer notam Heynii pag. 33 et 34. De illis

Magnum in θρησκείαν, et quae de ſacris Samothracum, Orphicis, Baccheis paſſim ſunt obuia. Theodoritus Lib. I. Therapeut. p. 7. Καὶ τῶν Διονυσίων, καὶ τῶν Παναθηναίων, καὶ μέντοι καὶ τῶν Θεσμοφορίων καὶ τῶν Ἐλευσινίων τὰς τελετὰς Ὀρφεὺς ἀνὴρ Ὀδρύσης εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκόμισεν. Iuſtinus XI. 7. *Midas ab Orpheo ſacrorum ſolemnibus initiatus Phrygiam religionibus impleuit* f).

Medicinae. V. *Medicinae.* Nam et *Pauſanias* tradit Orpheum νόσων ἰάματα inueniſſe, Boeotic. p. 768. et *Plinius*, primum de herbis aliqua curioſius prodidiſſe, Lib. XXV. c. 2. Ad medicam quoque eius peritiam referendum videtur, quod Eurydicen vxorem ex inferis reuocaſſe aiunt, etſi magicis hoc incantationibus tribuit Tzetzes Chiliad. I. hiſt. 54.

— ὑπὸ ὄφεως αὐτὴν τῷ ὄντι δεδηγμένην
Καὶ κινδυνεύουσαν θανεῖν, ταῖς ἐπῳδαῖς ἃς οἶδε
Καὶ ἀγχινοίᾳ Μούσῃ τε καὶ τῇ πολυμαθείᾳ
Αὐτὴν ἔξω ποίησεν — — — —

Nam ita Aeſculapius quoque [Hercules in fabula Alceſtes] et alii Medici dicuntur in vitam reduxiſſe homines, quos morti vicinos a grauibus morbis liberarunt g).

Magiae. VI. *Magiae ac diuinationis.* Aegyptius, neſcio quis, apud Pauſaniam in Eliacis poſterioribus p. 505. affirmat Orpheum non minus atque Amphionem μαγεῦσαι δεινόν, atque inde feras ſaxaque mouiſſe [adde Plin. 30. pr.]. Sed Orpheum a Magiae crimine facile abſoluit *Gabriel Naudaeus* in Apologia pro viris doctis Magiae accuſatis cap. 9. quicquid in contrariam ſententiam diſſerat *Martinus Schoockius* fabulae Hamelenſis parte 3. c. 2. De Orphei adyto et capite oracula fundente in Lesbo, nota res e Philoſtrati Heroicis in Philoctete, et Lib. IV. de vita Apollonii Tyanenſis cap. 4. h).

Aſtrologiae. VII. *Aſtrologiae.* *Lucianus* de Aſtrologia T. I. p. 851. [n. 10. tom. II. pag. 365. edit. Reitzii.]. Ἕλληνες δὲ οὔτε παρ᾽ Αἰθιόπων οὔτε παρ᾽ Αἰγυπτίων ἀστρολογίης πέρι οὐδὲν ἤκουσαν, ἀλλά σφίσιν Ὀρφεὺς ὁ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης πρῶτος τάδε ἀπηγήσατο, οὐ μάλα ἐμφανέως οὐδὲ ἐς φάος τὸν λόγον προήνεγκεν, ἀλλ᾽ εἰς γοητείην, καὶ ἱερολογί-

illis ingenioſe magis, quam vere diſputaſſe *d' Hancarville* in Recherches ſur l'Origine, l'Eſprit et les Progrès des Arts de la Grèce, Londini 1785. cognoui ex cenſura illius operis in Ephem. litter. Gottingenſ. plag. 28. a. 1786. De ipſis myſteriis et τελεταῖς iam ſupra quaedam diſputaui. Τελεταὶ autem poſt haec de *ſacris* in genere: In epigram. V. in *Leichii* Sepulcralibus carmin. pag. 6. ὄνερα, τὸν τελετᾶς ἱερανίδος ζάκορον, *virum* ſacrorum *coeleſtium miniſtrum. Harl.*

f) Orpheum a Platonicis cognominari Theologum, obſeruat H. Grotius in Praeloq. ad Apocalypſ. Ioannis. *Heum.*

g) Apud *Galenum* in lib. II. Antidotorum tom. II. pag. 445. ſcripſit περὶ συνθέτων θανασίμων φαρμάκων *de medicamentis compoſitis exitioſis ac mortiferis.* vide Fabricium noſtrum vol. XIII. lib. VI. c. 9. pag. 354. *Chymicus* quoque fuiſſe dicitur: vide infra vol. XII. pag. 771. n. 49. in Collectione MS. Chemicorum graecorum et *Ol. Borrichium* de orig. et progreſſu Chemiae pag. 84. item *Clerici* hiſtor. medic. lib. I. cap. 10. pag. 33. *Harl.*

h) Orpheus habebatur a ſuis popularibus *magus*, h. e. prudens, callidus, interpres ſacrorum; at a crimine magiae impiae et arcanae immunis fuerit. Intelligenter explanat dirimitque hanc controuerſiam *Tiedemannus* l. m. pag. 25. ſqq. adde *Geſner.* et *Tyrwhitt.* ad lib. de Lapidibus verſ. 70. *Harl.*

λογίην ἐπὶ διανοίῃ ἐκείνου. Πηξάμενος γὰρ λύρην, Ὄργιά τε ἐποιεέτο, καὶ τὰ ἱερὰ ἤειδεν. Ἡ δὲ λύρη ἑπτάμιτος ἐοῦσα τὴν τῶν κινομένων ἀστέρων ἁρμονίαν συνεβάλλετο ⁱ). Vide ſis ibidem plura, eſt enim locus luculentus. *Seruius* in ſextum Aeneidos p. 450. *Orpheus Calliopes Muſae et Oeagri fluminis filius fuit, qui primus Orgia inſtituit, primus etiam deprehendit harmoniam, i. e. circulorum mundanorum ſonum, quos nouem eſſe nouimus, e quibus ſummus, quem ἀνάστερον dicunt, ſono caret, item vltimus qui terrenus eſt. Reliqui ſeptem ſunt, quorum ſonum deprehendit Orpheus, vnde vtique ſeptem finguntur chordis.* Vide ſi lubet Kircherum T. 2. Oedipi parte 2. p. 131. Lyram Orphei nouem chordis inſtructam relatamque inter ſidera celebrat *Eratoſthenes* c. 24. Cataſteriſmor. et *Manilius* Lib. I. v. 324 ſqq. [conſ. *Weidleri* Hiſt. Aſtr. p. 8.]

Dogm. de pluribus orbibus habitabilibus.

VIII. Primus quoque viſus eſt fuiſſe Orpheus, qui lunam et reliquas ſtellas credidit perinde, vt terram noſtram, incoli et habitari. Sane dogma hocce in Orphicis olim lectum teſtatur *Plutarchus* Lib. II. de Placitis Phyſicis Philoſophorum c. 13. ᵏ) et ex eo *Euſebius* Lib. XV. praeparat. c. 30. *Galeaus* hiſt. Philoſ. c. 50. *Stobaeus* Eclog. Phyſ. 54. vbi Heraclides et Pythagorei (Ocellus v. g. Philolaus, Nicetas ſiue Icetas Syracuſius, Oecetes, Empedocles aliique) iſtam ſententiam ex Orphicis hauſiſſe dicuntur. Ἡρακλείδης καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν, γῆν περιέχοντα ἀέρα τε καὶ αἰθέρα ἐν τῷ ἀπείρῳ αἰθέρι, ταῦτα δὲ τὰ δόγματα ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς φέρεται, κοσμοποιοῦσι γὰρ ἕκαστον τῶν ἀστέρων. Verſus nonnullos Orphicos, quibus lunam habitari docemur, ſeruauit *Proclus* Libro IV. in Timaeum p. 283.

Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείρατον, ἥντε σελήνην
Ἀθάνατοι κλήζουσιν, ἐπιχθόνιοι δέ τε μήνην
Ἣ πολλ' οὔρε' ἔχει, πόλλ' ἄστεα, πολλὰ μέλαθρα.

Idem Libro V. p. 292. ἔτι γὰρ καὶ ἡ γῆ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς γῆ, καὶ ἐνταῦθα [ ] μὲν ὁ οὐρανὸς χθονίως, ἐκεῖ δὲ οὐρανίως ἡ γῆ. Καὶ γὰρ οὐρανίαν γῆν καὶ τὴν σελήνην Ὀρφεὺς προσηγόρευσεν. Reſpicit et *Macrobius* Lib. I. in ſomnium Scipionis c. 11. et *Plutarchus* libro de Oraculorum defectu p. 416. et de facie in orbe lunae p. 935. Ceterum in libro Procli edito male omiſſum eſt vocabulum γῆν. *Achilles Tatius*: οἰκεῖν δὲ ἐπὶ σελήνης οἰκήσεις ἄλλας ποταμούς τε καὶ ὅσα ἐπὶ

i) At enim Luciani teſtimonio, eoque vnico niti non poſſumus ad inuentae aſtrologiae laudem Orpheo vindicandam. Primum enim deeſt teſtimonium antiquius: dein Lucianus irridere potius videtur hac fictione ſatyrica Aſtrologiam, quam verum dicere voluiſſe, vt bene docuit, et *Bruckerum*, qui in hiſtor. crit. philoſ. tom. I. pag. 378. veterem recoxerat ornaueratque fabellam, refutavit *Tiedemann* l. exc. pag. 30. ſq. Hinc *Steph. le Moyne* Obſeru. ad var. ſacra p. 1010. nomen Orphei deriuat ab arabico voc. *Orphon*, h. e. qui magicam artem exercet: eumque ſequitur *Huetius* in Demonſtr. Eu. Prop. IV. cap. 8. pag. 219. v. *Trilleri* animadu. ad Grotii Tragoed. *Leidender Chriſtus*. pag. 584. ſeq. Aliis videtur ille quaſi *harophe*, Medicus Hebraeis. v. Iourn. des Savans 1712. p. 591. Enimuero talia ſunt ingenii luſibus adnumeranda. Siderum certe notitia antiquior fuit Orpheo. v. *Bailly* Geſchichte der alten Sternkunde vol. II. pag. 248. ſq.

k) pag. 56. ed. *Eduard. Corſini*, Florent. 1740. 4. et vide illius de hac veterum opinione animaduerſiones p. 54. ſqq. et in adiuncta diſſert. I. pag. XXI. ſqq. Dogma illud Orphicum ad ſtellas tantummodo errantes referendum eſſe, exiſtimant *Burnetus* in Theor. tellur. lib. II. p. 412. et *Brucker* in Hiſt. crit. philoſ. vol. I. p. 3[illegible]. *Harl.*

ἐπὶ γῆς καὶ τὸν λέοντα τὸν Νεμεῖον ἐκεῖθεν πεσεῖν μυθολογοῦσιν. Huc reſpexiſſe Senecam in Hercule Furente obſeruat *Politianus* cap. VII. Miſc. *Sublimis alios luna concipit feras.*

Et aſſentientes plurimi veterum. IX. Hanc opinionem de aſtris habitabilibus amplexi ſunt praeter Orpheum et [l] Pythagoraeos [m]), (de quibus vide Ariſtotelem Lib. II. de coelo, c. 13. et ibi Simplicium comment. 47 ſq. et 60. et 67) plurimi veterum, Anaximander [n]), Anaximenes [o]), Anaxagoras [p]), Ariſtarchus [q]), Archelaus [r]). Xenophanes [s]), Democritus [t]), Heraclitus [v]), Metrodorus Chius [x]), Leucippus [y]), Epicurus [z]) eiuſque ſectatores Metrodorus

l) Suſpicantur nonnulli viri docti, Pythagoraeos etiam Solem in centro mundi collocaſſe, eique tanquam Veſtae, coeli in medio quietem, telluri motum adſcripſiſſe. Sed illam ſententiam non inficiandis argumentis refellit illuſtris doctrinae vir *Ezech. Spanhemius* de Veſta et Prytanibus Graecorum pag. 688. T. V. theſauri Antiqu. Rom. Graeuiani, vbi docet, per Veſtam eos intellexiſſe vel terram, quam ignem in ſe habere dubium non eſt, *Deam ignis* propterea appellatam a Seruio: (Confer *Edm. Dickinſoni* Phyſicam Vet. et Veram c. 9. p. 189.) vel lucem ſiue ignem elementarem eiuſque δημιουργικὴν δύναμιν ex mundi centro per totum, qua patet, ſyſtema ipſius ſeſe diffundentem, cuius ὑπερουρανίας Ἑστίας radios in Sole velut in vitro quodam colligi atque inde ad nos remitti docuit olim Empedocles, cuius dogma confirmandum et illuſtrandum ſibi nuper ſumſit ingenioſiſſimus et Mathematicae rei peritiſſimus Eimmartus. Non omittendum, quod Plutarchus de facie in orbe lunae p. 923. teſtatur, Ariſtarcho Samio, qui terram moueri contendebat, a Cleanthe exprobratum, quod moueret τῦ κόσμυ τὴν ἑστίαν *Veſtam Mundi.* Ceterum Pythagorae ſententiam de lunari et aliis coeleſtibus globis habitabilibus diſerte tradit *Chalcidius* p. 288. 216. *Fabr.* conf. Cl. *Meiners* Geſchichte des Vrſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom. vol. I. pag. 555 ſqq. in primis cl. *Tiedemann* in *Griechenlands erſten Philoſophen* pag. 446. ſqq. *Harl.*

m) *Macrobius* lib. I. in Somn. Scip. cap. 11. per Phyſicos intelligit Pythagoraeos, quos ait lunam vocaſſe aetheream et habitatores eius lunares populos. — Apud *Varronem* VI. de LL. pag. 69. ἡ χθὼν Πυθαγόρα — *terra mundi media.* — Indis etiam perſuaſa mundorum transſmigratio. v. Europe ſavante a. 1719. Avril. p. 258.

n) Cic. I. de natura Deor. (cap. 10. vbi v. Daviſii notam. *Harl.*) Irenaeus II. 19. Stobaeus p. 52. Eclog. Phyſ. Tertull. c. 2. de pallio, et Simplicius in III. de coelo comment. 40. et in primum Phyſ. p. 5. Theod. IV. Ther. p. 58.

o) Stobaeus, Theodorit.

p) Plutarch. et Laertius Suid. in ὁμοιομέρεια.

q) Viues ad Auguſtin. VII. 9. de C. D. Menagius ad Laertii VIII. 85.

r) Stobaeus, Theodorit.

s) Stobaeus, Cic. 2. Academ. qu. (ſ. IV. cap. 17. 18. Aegid. Menag. ad Laertii IX. 44. Iac. Perizon. ad Aeliani V. H. IV. 29. *Harl.*] Lactant. III. 13. Theodorit.

t) Stobaeus, Plutarch. II. 1. de placitis et VIII. 9. Sympoſ. p. 733. Aelian. IV. ult. Var. Laert. IX. 44. et ibi Menag. Alexander Aphrodiſ. apud Philoponum VI. 27. de mundi aeternitate et Philoponus ipſe VI. 29. XIII. 18. Origenes c. 13. Philoſophum. Ambroſius lib. 1. c. 1. in Hexaem. Auguſtinus III. 10. contra Academ. Philaſtrius haereſi 112. A. Schottus Lib. II. c. 7. nodor. Ciceronian. Democritus apud Hippocratem Epiſtola ad Damagetum: πολλαί γε ἀπειρίαι Κόσμων εἰσὶν καὶ μηδαμῶς κατασμικρολόγει πλατίην τὴν Φύσιν ἐῦσαν. — *Mundorum infinitates deum veriti.* Ammian. XV. 1.

v) Plutarch. II. 25. ſed legendum ex Stobaeo ἡρακλείδης. Nam et Simplicius in 2. de Coelo comment. 30. teſtatur Heraclidem Ponticum perinde, vt Ariſtarchum habuiſſe terram noſtram pro planeta. Vide iterum comment. 62.

x) Euſeb. XV. 33. praeparat.

y) Stobaeus.

z) Stobaeus. Cic. de natura Deor. lib. I. 24. c. 34. II. 37. de Finib. I. cap. 6.. Plutarch. II. 1. de placitis, et contra Colotem p. 1123. et de Orac. defectu p 420. Laert. X. 45. 74. 98. Alex. Aphrodiſeus III. 10. ἀπορίων καὶ λύσεων. Euſeb. XIV. praeparat. p. 781. Hier. 1. contra Rufin. Hermias irriſ. gentil. Nicol. Hill Philoſ. Epicuri p. 434. Marius Merſennus in VI. prima capita Geneſeos p. 1082. ſq. Gaſſendus etc. Seruius ad I. Aen. 335. Epicurei plures volunt eſſe mundos.

rus [¶] Lampſacenus [aa]) et alii, Diogenes Apolloniates [bb]), Zeno Eleates [cc]), Seleucus [dd]), Plato [ee]), et e Platonicis non pauci, vt Alcinous [ff]) et Plotinus [gg]), tum Plutarchus [hh]), qui et Petronis cuiuſdam [ii]) meminit, et Lucianus [kk]). Eandem rem Alexandrum Magnum docuit Anaxarchus [ll]), ſollicitum, quod cum tot ſint mundi, nec vnum adhuc ipſe occupaſſet. Video et hanc ſententiam, neſcio quam vere, tribui [mm]) Thaleti. Neque in Origenis libris περὶ ἀρχῶν fuiſſe improbatam colliges ex *Hieronymo* I. contra Rufin. vbi inter dogmata illo in opere exſtantia refert *de mundo vel mundis Epicuri, de reſtitutione omnium in aequalem ſtatum* etc. Ac manifeſtius, aliquibus interiectis: *Origeni tuo licet tractare μετεμψύχωσιν, innumerabiles mundos introducere.* Atque iterum libro II. inter Origenis dogmata diſerte refert *mundos innumerabiles, aeternis ſibi ſaeculis ſuccedentes.* Miror itaque, *Rufinum* preſbyterum libr. de fide tom. I. Operum Sirmondi pag. 283. hoc argumento vti aduerſus Origenem: *ſi naturam deus crearet, et non voluntate infiniti mundi creati reperirentur, innumerabiles vero, qui per dies ſingulos crearentur.*

X. Porro apud *Auguſtinum* in libro ad Quod vult Deum c. 17. vbi dogma iſtud Philoſophicum perinde, vt in iure Canonico Cauſa 24. qu. 3. c. 39. haereſibus adſcribitur, pro haereſi *Ophaeorum*, vel vt nonnulli ſcribunt, *Orphaeorum*, legendum aliquis ſuſpicetur *Orphicorum*, ſed legendum *Philoſophorum*, vt patet e Philaſtrio c. 112. Confer *Baſilium* homil. III. in Hexaem. p. 32. T. 1. Opp. Ambroſium II. 2. in Hexaem. et auctorem praedeſtinati c. 17. vbi eadem haereſis *Ametritarum* dicitur, quod nempe infinitae potentiae infinitos tribuerint effectus, infinitosque mundos admiſerint. Idem docentes praeterea Manichaeos, de quibus *Archelaus* apud Epiphanium T. 1. p. 645. tum eos, qui per iocum ſunt iter in lunam commenti, vt e veteribus Lucianus in vera Hiſtoria et Antonius Diogenes apud Photium Cod. CLXVI. ac noſtra memoria Cyranus Bergeracus, aliique.

Recentiores, idem probantes. XI. Ex recentioribus ſcriptoribus non aliud ſenſerunt et aſtra habitari docuere Nicolaus Cuſanus [nn]), Nolanus Iordanus Brunus [oo]), Tycho [¶] Brahe, Thomas Campanella, Guilel-

aa) Plutarch. II. 1.

bb) Stobaeus p. 52. Euſebius praeparat. lib. 1. cap. 8. Theodorit.

cc) Lindebrog. ad Ammianum ſ. 13. Laërt. IX. 29.

dd) Lindebrog. ibid.

ee) In Conviv. adde Macrob. 1. 11. in ſomnium Scip. Scaligerum Exerc. 62. Plutarch. de defectu Oraculor. ſ. 421. ſeq. et quaeſt. Platonic. p. 1006.

ff) Coelius Rhodiginus Lib. I. c. 4.

gg) Ibid.

hh) Lib. de facie lunae. p. 938. ſq. et de Oraculorum defectu p. 423. ſq. 430

ii) Lib. de defectu oraculor. ſ. 422. adde Gaſſendum T. 1. Opp. p. 139. ſq.

kk) Lib. I. verae hiſt. quamquam ibi non ſerio agit.

ll) Lindebrog ad Ammiani lib. XV. c. 1. Simplicius in 2. de Coelo comment. 30. Io. Sarisberienſis VIII. 5. Policratici, vbi male *Anacharſis* pro *Anaxarcho*, quod e Plutarcho de tranquillitate et aliis emendare proclive eſt. Hinc illud *Iuuenalis* X. 168.

Vnus Pellaeo iuueni non ſufficit orbis.
Aeſtuat infelix anguſto limite mundi.

Seneca Rhetor: *Alexander orbis magnus eſt: Alexandro orbis anguſtus.*

mm) Vide Byneum de Calceis Hebraeor. p. 140. Ceterum Stobaeus p. 52. Eclog. Phyſ. contrariam Thaleti ſententiam tribuit, vbi Heraclito quoque, quem inter fautores ſententiae de aſtris habitabilibus refert *Gerhardus de Vries* in diſſ. contra lunicolas, Phyſiologiae Dn. Voetii ſubiecta.

nn) Lib. II. 12. de docta ignorantia. *Paliugenius* libr. VI. et VII. v. Acta philos. IX. p. 462. Lettres ſerieuſes et badines tom. VI. pag. 69. ſq.

oo) Combuſtus Romae 9. Febr. Ao. 1600. Dogma ſuum imprimis expoſuit in libris octo de innumerabilibus immenſo et infigurabili ſive de vniuerſo

Guilelmus Gilbertus, Renatus des Cartes et qui eum ſequuntur, tum Iohannes Keplerus, Galilaeus Galilaei, et David Fabricius, qui ſuis ſe oculis incolas lunae vidiſſe temere iactauit, teſte Ioh. Argolo et Hieron. Vitali, velut alter Lynceus orbem lunae viſu ſe transmiſiſſe profeſſus, vt verbis vtar Plinii Lib. II. c. 7. hiſt. natural. tum Otto Guerickius, Petrus Gaſſendus, Antonius Reita, Claudius Berigardus Circul. Piſan. in Ariſt. de coelo p. 110. ſq. Dominicus Gonſalez, Maeſlinus, et in Coſmotheoro per Duſourium Gallice nuper reddito, Chriſtianus Huygenius etc. Angli quoque plurimi, vt Franciſcus Godvvinus, Wilkinſius Epiſcopus Ceſtrienſis pp) libro Anglice vulgato de nouo in luna orbe, ſiue de luna habitabili, qui Gallicum in idioma Anno 1656. translatus eſt a Michaele Montano, et in Germanicum, 1714., Rob. Burtonus, Nicolaus Hill, Robertus Flud de Fluctibus (vt per multa alia capita ita in hoc quoque Iacobum Boehmium ſuum ſecutus.) Iacobus Howellus, C. Potterus, Guil. Derham in ſua Aſtrotheologia, et auctor libri Gallice nuper ex Anglico qq) translati de ſtatu beatorum poſt hanc vitam, quorum felicitatem maiora ſubinde incrementa capturam vix dubitat ex tot mundorum propiore contemplatione. Eadem de pluribus orbibus habitabilibus ſententia hodie placet Philoſophis et mathematicis Clariſſimis, Iſaaco Nevvtono, Thomae Burnetto, Whiſtono, Nicholſono, Petro Baelio, Ioanni Lockio rr), Fontenello (cuius dialogi ingenioſiſſimi de pluribus mundis Gallice editi et in varias linguas translati extant ſs)), Georgio Cheyne in principiis Philoſophicis religionis naturalis, Georgio Chriſtophoro Eimmarto in Ichnographia noua contemplationum de Sole, Nehemiae Grew in Coſmologia ſacra, lib. II. c. 8. et Iohanni Clerico T. IX. Bibl. ſelectae p. 58. T. XII. p. 332. Io. Guſtau. Reinbeck in Auguſt. Confeſſ. tom. I. p. 212. ſqq. conf. *Nicolai Engelhard* diſſ. de pluralitate orbium habitabilium, Duisburg, 1726. 4., aliiſque innumeris, quibus bonitati, ſapientiae et maieſtati diuinae congruentius videtur, tam vaſtae molis corpora non fruſtra nec inania a ſummo opifice condita fuiſſe. Nec dubitauit eandem ſententiam pro cathedra Eccleſiaſtica in ſuis aduerſus Atheos concionibus inculcare Richardus Bentleius, *Iac. Saurin* diſſ. I. Sur l'Ecriture ſainte pag. 8. et e noſtratibus tueri publico ſcripto Andr. Ehrenberger, Paſtor Eiderdorfenſis in: Maieſtas Macrocoſmi, oder Curieuſe Vorſtellung des groſſen Weltgebäudes, Ienae 1715. 12. Eiuſdem, Die noch unumgeſtoſſene Vielheit der Weltkugeln, oder daſs die

uerſo et mundis, Francof. 1591. 8. Alia eius ſcripta commemorantur in Hendreichii pandectis Brandenburgicis. Adde Nic. Toppium pag. 151. et Leonardum Nicodemum in Bibliotheca Neapolitana p. 90. Baelii Dictionarium Hiſtorico-Criticum T. 1. p. 681. ſqq. Huetii cenſuram Philoſ. Carteſ. p. 121. *Fabric.* De hoc *Bruno* plura vide in *Niceroni* Memoires etc. tom. XVII. pag. 201. ſqq. aut ſecundum verſionem theotiſcam, curante Sig. Iac. Baumgartenio, tom. XIII. pag. 102. ſqq. A ſuſpicione Atheiſmi eum liberare ſtuduit *Chriſt. Aug. Heumann* in Actis Philoſoph. part. IX. pag. 380. ſqq. Diſſentit Maturin. Veyſſiere *la Croze* ibidem part. XI. pag. 792. ſqq. et in Theſauro epiſtol. Lacroziano tom. III. pag. 138. ſqq. Lipſiae 1746. 4. Priſtinam ſuam *Heumannus* defendit ſententiam in reſponſione ad la Croze, in Actis philoſ. loco cit. pag. 810. ſqq. et in Theſauro epiſt. Lacroziano, tom. I. p. 153. ſq. Lipſiae 1742. 4. Brunus habuit quoque patronum cauſſae ſuae *Iac. Zimmermann* in Muſeo Heluetico tom. V. part. XX. pag. 557. ſqq. tom. VI. part. XXI. pag. 1. ſqq. Adde *Frid. Gotthilf Freytag* Analecta litteraria pag. 158. ſq. et Adparatum litterar. tom. III. pag. 147. ſq. vt alios omittam. *Harl.*

pp) v. Acta Erudit. tom. VI. Supplem. p. 129.

qq) De Anglica editione vide T. 12. Bibl. Vniv. p. 61. de Gallica Hiſt. Opp. Eruditor. A. 1699. p. 471.

rr) v. *Lockii* diſſ. de amore dei contra Malebranchium pag. 227.

ſs) A Gottſchedio germanice, et a Guil. Gardinerio anglice, etiam acceſſionibus locupletati ab Addiſonio. v. Nouvell. rep. lettr. 1686. p. 483. ibid. 1699. tom. II. pag. 386. contra Fontanell.

die Planeten Weltkugeln ſeyn, contra D. Io. Georg. Pertſchen, Superint. Geranum, Ienae 1717. 12. Io. Iac. Schudt de probabili mundorum pluralitate, oratt. duae, Lipſ. 1720. 8.

Iudaei, Sinenſes. XII. Iudaeos Cabbaliſtas non modo, ſed nec alios ab hac ſententia omnes alienos eſſe, diſces e Buxtorfii Lexico Talmud. p. 1620. Wagenſeilii Sota p. 221. 1163. ſq. et Gemariſtis in Auoda Sara c. 1. pag. 14. editionis Georgii Elieſeris Edzardi, (Eiſenmaengeri II. pag. 45. ſq.) His adde, quod in Bechinat Olam p. 95. et apud Maimonidem in doctore dubitantium parte 3. c. 14. legitur, illos, qui ſtellas non niſi exiguae, (quam vix dant nobis pleraeque,) lucis ſtricturae cauſa creatas contendunt, ſummo opifici non plus ſapientiae tribuere, quam ſi quis artificem dicat comparare inſtrumenta, quae pretio aequent, aut pondere, decies mille talenta argenti, ad vnam acum ferream conficiendam. In Zohar *Deus Mundorum* dicitur *tum reuelatorum tum abſconditorum*, quae *verba* ab auctore libri Botril ita explicantur e ſententia ſuorum [?], quos dicit ſapientum, vt hos ab Orphei ſententia non valde diuerſos abiiſſe appareat. Vide Kircherum T. 2. Oedipi parte I. p. 437. a quo tamen p. 254. dum de vno tantum orbe noſtro cogitat, fruſtra abſurditatis arguitur R. Tarphon, quod dixerat *tot creaturas ſpecie diſtinctas a Deo conditas fuiſſe, quot poſſint confici voces e 22. literis* tt), *quomodocunque diſpoſitis*. Non dubito fore alios, quibus ſi peccaſſe R. Tarphon videbitur, videbitur peccaſſe in eo, quod licet bene magnum, nimis tamen anguſtum operum Dei numerum definiuerit. Similiter *Muhamed* in Alcorano, Sura ſtatim prima inuocat *Deum Mundorum*: ad quem locum vide quaeſo notas Ludouici Maraccii, et eiuſdem prodrom. IV. confutationis Alcorani c. XXVII. p. 76. ſeq. Millii orat. inaugur. pag. 23. A Tſchinenſibus quoque, innumeros orbes habitabiles ſtatui, e Trigautio et aliis eſt notiſſimum vv). De Brachmanibus idem comperi ex Memoriis literariis, Triuultii editis A. 1701. I. p. 402. Etiam a Samaritanis ſimiliter *deus mundorum* adpellatur, vt ex Chronico Samaritano obſeruauit *Reland* Part. II Diſſertatt.

XIII. Vnum Deum pluribus ſufficere mundis oſtendit Plutarchus libro de Oraculorum defectu p. 423. et 425 Athanaſius Lib. I. contra gentes T. 1. p. 43. οὐχ ὅτι εἷς ὁ δημιουργὸς, διὰ τοῦτο καὶ εἷς ἐστιν ὁ κόσμος, ἠδύνατο γὰρ καὶ ἄλλους κόσμους ποιῆσαι ὁ Θεός. *Non quia vnus eſt Creator, propterea etiam vnus eſt mundus, potuiſſet enim etiam alios mundos condere Deus.* Confer, ſi placet, quae de κόσμου ψυχῆς *Syneſius* in laude caluitii p. 71. Quotcunque tamen mundi ſint, vnus ille idemque primus motor facit, vt non ſint plures diuerſi ac ſeparati mundi, ſed εἷς κόσμος ἐκ πολλῶν κόσμων συνεστώς, vt recte *Simplicius* in I. de Coelo fol. 6?. De Pythagoraeorum ſententia, qui praeter ſeptem planetas terramque noſtram etiam ἀντίχθονα ſiue aliam terram in coelo ferri docebant nobis inuiſibilem, quae cum orbe ſtellarum inerrantium ſacrum illum denarium abſolueret, vide Ariſtotelem Lib.

tt) Chriſtophorus Clacius ad Sphaeram de ſacro Boſco p. 35. obſeruat litterarum viginti trium diuerſas coniunctiones fieri poſſe 8388584. Sed ſi litterae in quauis coniunctione inter ſe permutentur, longe plures permutationes prouenire, nimirum 25852016738884976640000. Kircherus notat prodire numerum 1124000727777607680000. Merſennus in Harmonicis Lib. VII. propoſ. 9. ex 23. literis ait prodire dictiones 1546007491257262147905433, *quas*, inquit, *etiam minutiſſime ſcriptas vix tota tellus complectatur.* Syllabarum numerum Xenocrates apud Plutarchum VIII. 9. ſympoſ. iniit 100200000, centies millenum millium et ducentorum millium.

vv) adde Roger Eröfnetes Heidenthum pag. 282.

Libro I. Metaphyſ. c. 5. et Lib. II. de coelo c. 13. Plutarchum Lib. III. c. 2. de placitis Phyſicis Philoſophorum, et e recentioribus Iac. Thomaſium τὸν μαχαιρίτην in diſſ. de Antichtone xx) Pythagoraeorum, quae Hallenſium Obſeruationibus, ad rem Literariam ſpectantibus, a filio Chriſtiano inſerta legitur, T. IV. Obſ. 19.

Orpheus legum auctor. XIV. Habitus praeterea Orpheus fuit repertor *Vitae humanioris legumque ac politiae.* Horatius in Arte poetica:

Siluestres homines ſacer interpreſque Deorum
Caedibus et victu foedo deterruit Orpheus
Dictus ab hoc lenire tigres rapidoſque leones.

Ὀρφικὸς βίος apud Platonem 6. de legg. pro vita frugali et ſobria.

Paederaſtiae arguitur. XV. *Paederaſtiae* denique primum apud Thraces auctorem Orpheum [*] faciunt nonnulli ſcriptores, neſcio quam hac in parte fide digni, vt Ouidius X. Metam. v. 83.

— — — Omnemque refugerat Orpheus
Femineam Venerem, ſeu quod male ceſſerat illi,
Siue fidem dederat: Multas tamen ardor habebat
Iungere ſe vati, multae doluere repulſae.
Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros transferre mares — — —

Ante Ouidium Phanocles apud Stobaeum ſerm. 64. ideo a Threiſſis mulieribus diſcerptum Orpheum narrat

Οὕνεκα πρῶτον ἔδειξεν ἐνὶ Θρῄκεσσιν ἔρωτας
Ἄῤῥενας, οὐδὲ πόθους ᾔνεσε θηλυτέρων.

Mares modis ſuis effeminaſſe, atque hinc a Ciconum matribus nuribuſque interfectum tradit Iohannes Sarisberienſis Lib. I. c. 6. policratici yy). Verum de Orpheo hactenus.

xx) Veriſimile eſt Pythagoram per hanc antichthona non peculiarem orbem ſed faciem lunae nobis aduerſam intellexiſſe, ut facies obuerſa coelo ipſi dicta eſt Ἠλύσιον πεδίον teſte Plutarcho lib. de facie in orbe lunae p. 944. Sane lunam Pythagoricis ἀντίχθονος nomine veniſſe teſtatur Simplicius ad 2. de Coelo comment. 47.

yy) *Hyginus* Poetic. aſtron. VII. fin. *Nonnulli aiunt, quod Orpheus primus puerilem amorem induxerit, mulieribus viſum contumeliam feciſſe illis ab hac re interfectum.* Alii Thamyri nefandum illud ſcelus adſcribunt; alii Cretenſibus; alii aliis. v. *Staueeren* ad Hygin. l. m. pag. 440. et, quos laudat, *Cerdam* ad Virgil. IV. Georg. v. 522. et X. Aen. 325. *Perizon.* ad Ael. V. H. III. 9. et 10. aliosque. At plures vltimis temporibus, ſceleſta libidine duce, diuerſis locis turpiſſimo iſto crimine ſe aliosque inquinare potuerunt, ita vt primus auctor indicari non poſſet, nec iſtud piaculum et ſcelus ſcire intereſt. *Harl.*

CAPVT XXI

I. *Palaephatus Athenienſis. Eius ſcripta.* II. *Libri quinque περὶ ἀπίστων, e quibus primus hodie exſtat.* III. *Librum etiam dici, opus pluribus conſtans libris.* IV. *Palaephatum eſſe, ſed incertum quem, vel cuius aetatis, ſcriptorem libri περὶ ἀπίστων.* V. *Prouerbium: καινὸς Παλαίφατος.* VI. *Loca veterum, Palaephatum laudantium, cum libro qui exſtat comparata.* VII. *Palaephati editiones.*

Palaephatus. I. PALAEPHATVS Athenienſis quoque non praetereundus, quem Homero antiquiorem olim habitum fuiſſe a nonnullis [a]), patet ex *Suida* [it. Eudocia pag. 356. 359.], cui dicitur ἐποποιός, υἱὸς Ἀκταίου καὶ Βοιοῦς, οἱ δὲ Ἰοκλέους φασὶ καὶ [b]) Μετανείρας, οἱ δὲ Ἑρμοῦ. Γέγονε δὲ κατὰ μέν τινας μετὰ Φημονόην, κατὰ δὲ ἄλλους καὶ πρὸ αὐτῆς. De hoc puto intelligendum diſtichon *Chriſtodori*, quod extſtat libro quinto Anthologiae p. 522.

Δάφνη μὲν πλοκαμῖδα Παλαίφατος ἔπρεπε μάντις
Στεψάμενος, δόκεεν δὲ χέειν μαντώδεα φωνήν.

Addit Suidas hunc Athenienſem Palaephatum ſcripſiſſe κοσμοποιΐαν verſibus quinquies mille, Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος γονὰς verſuum tribus [?] millibus, Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος φωνὰς καὶ λόγους, verſibus itidem quinquies millenis, Ἀθηνᾶς ἔριν καὶ Ποσειδῶνος, verſibus mille, et Λητοῦς πλόκαμον. Mox teſtatur ad eundem referri non modo Τρωικά, quae alteri Grammatico Aegyptio vel Athenienſi iuniori ab aliis tribuuntur, et quorum librum primum laudat Harpocration in Δυσαύλης, ſeptimum Stephanus Byz. in χαριμάταις et idem Suidas atque Harpocration in μακροκέφαλοι [c]).

II

a) Solus Suidas teſtis eſt, Palaephatum eſſe Homero antiquiorem. Atqui teſtimonium vnius infirmum eſt, inquit Minuc. Felix in Octau. cap. vlt. [atque ego adderem, teſtimonium vnius adeo recentioris aeui, et qui multa alia tradidit falſa, ſaltem incerta.] Deinde vbi vnus aliquid narrat Suidas, quis auſit huic vni tuto credere? inquam cum *Conringio* lib. I. de Medic. Herm. cap. 3. pag. 26. Primus, qui Palaephatum citat, eſt Virgilius in Ciri. Cur non citatur ab antiquioribus? Si Palaephatus habitus fuiſſet antiquior Homero, auctores, qui ex eo aliquid producunt, id non indictum reliquiſſent. Iam vero nemo eorum, quos §. VI. adducit Fabricius, dicit Palaephatum vltimae vetuſtatis ſcriptorem eſſe. Addo: ſi Palaephatus eſſet ſcriptor Homero antiquior, haec vetuſtas ei tantam conciliaſſet venerationem, vt id pro miraculo quodam crebro memoraturi fuiſſent Ariſtoteles, Plutarchus, alii. Atque hinc nominant quidem eum. Antiquiſſimum tamen ſcriptorem vocat *Caſaubonus* in Athenaeum lib. 14. cap. 23. pag. 940. Tam antiquum vero eſſe, quam vulgo habetur, dubitat *Taubmannus* ad Virgilii Cirin. vers 88. Palaephati aetas aeque incerta eſt, ac Antonini Liberalis, et eorum, e quibus iſte profitetur ſuas ſe hauſiſſe fabulas. Putauerim tamen hos duo, Palaephatum et Liberalem, vel σύγχρονους eſſe, vel non ita longo temporis interuallo diſiunctos. Palaephatum Xenophonti σύγχρονον facit *Lambecius*, Prodr. hiſtor. litter. lib. II. c. [illegible] pag. 216. v. Fabricii B. Gr. lib. I. cap. 22. §. 4 et [illegible] *Voſſius* de Hiſtor. graecis lib. I. cap. 9. et lib. [illegible] pag. 395. *Coelius Rhodigin.* lib. XXX. cap. [illegible] *Heumann.*

b) In ſcholiis minoribus ad Homerum Iliad. [illegible] v. 435. Palaephatus vocatur filius Thaliae

c) *Simſon* in Chronico Cathol. col. 779. Palaephatum Parium, Thucydidi aequalem et auctorem librorum quinque περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν, quibus hodie tantum ſuperſit primus, habet, eique aetatem adſignat a. m. 3594. ante Chr. [illegible] V. C. 343. Aliquanto ſerius, circ. a. m. [illegible] Olymp. 114. 3. a. Chr. N. 320. V. C. 432. collocat illius aetatem cel. *Saxius* in Onomaſtico litter. vol. I. pag. 88. Is ſane Palaephatus, cuius libros aut potius reliquias, quae vulgaris eſt ſententia, hodie habemus, tantum abeſt, vt paullo ante Homerum vixerit, vt ne paullo poſt illum quidem in viuis eſſe et ſcribere potuerit. Scribendi quidem genus eſt ſimplex et facile, quod vetuſtatem [illegible]

quodammodo prodere poteſt: at ratio fabularum explicandarum ab ingenio temporis, quo illae ortae fictaeque ſunt, multum abeſt. Plerumque enim ille a praua, ſaltem incerta, vocabulorum, quae duplicem habuiſſent ſignificatum, *graecorum* interpretatione ducit ortum, aliaque adfert, quae tempus manifeſtant, quo Graeci mythos ad hiſtoriae ſenſum ac veritatem referre, aut grammatice explicare, atque ignari verae interpretationis primique ſenſus *obſcuri* ſiue hiſtorici ſiue potius ethici aut phyſici ex ſua lingua hiſtoriaque expoſitionem mythi ſeu fabulae deriuare coeperunt. Palaephatus quidam ſcripſerit eiuſmodi narrationes, ſiue, quod equidem probabilius exiſtimo, vt ipſe, quae incredibilia viderentur, more populari ſuaque aetate ſueto, aut, vt ſibi videbatur rectius, exponeret, ſiue vt idiotas homines a myſteriis arceret atque propulſaret. Poſtea vero neſcio quis? num alius eiuſdem nominis, an ignotus quidam incertuſque homo? illum paullo antiquiorem ſequutus multa de ſuo ingenio philoſophandique ratione mutauerit, auxerit, miſcueritque, ex aliiſque ſcriptoribus, eamdem interpretandi rationem tenentibus, quaedam ſumſerit mutua: vnde ſtili ſimplicitas intelligi poterit. Quoniam vero antiquitas plures tulit numerauitque Palaephatos, factum eſt vel credulitate vel ignorantia hominum, vt illa collectio modo antiquiori Palaephato Aegyptio, modo Athenienſi, nunc Stoico, nunc Peripatetico aliique adſcriberetur. Euſtathius in Commentario in Homerum, Hieronymus in Chronico Euſebiano et Euſebius ipſe Palaephatum aliquoties nominant, ſed patriam eius et temporis, quo vixerit, rationem non deſignant. Suidae vero atque Tzetzae et Eudociae auctoritas, niſi antiquioris fide firmatur, dubia leuiſque habetur: atque num fidem mereatur Theo Sophiſta hac in controuerſia, dubitat *Weſſelingius* in nota ad Simſon. locum ſupra memoratum. Hinc *Philippus Phaſianinus* in Praefatione ad latinam ſuam Palaephati verſionem, vbi de fide illius incerta diſſerit, atque adeo, inquit, vt, quod ſentio, ſemel dicam, quis ab aliquo graecorum hominum haec Palaephati ſcripta interpolata ſuppoſitaque fuiſſe non vtique etiam credere poſſit? etc. „*Ger. Io. Voſſius* de hiſtoricis graecis, vbi lib. III. pag. 183. ſq. tom. IV. Oper. de noſtro agit, poſteaquam veterum de noſtro narrationes perſequutus eſt, „ſic igitur, ait, ſtatuo, ſi Palaephatus quem habemus, eſt vnus ex illis Suidae memoratis, eſſe illum incertae aetatis, Aegyptium, ſiue Athenienſem; quem et ipſum περὶ ἀπίστων tractaſſe, ibidem dicitur. Tantum metuo, ne Suidas nobis duos confundat Palaephatos; quorum vnus fuit Aegyptius, alter Athenienſis, vnus grammaticus, alter philoſophus." Denique Peripateticum eum potius fuiſſe cenſet cum Theone. Forſan vero ne ille quidem verus fuit auctor; vide, quae ad §. IV. adnotaui. Atque reliqua capita a quadrageſimo ſeptimo Caſaubonus (in Caſaubonianis pag. 14), Brunerus, Galeus ac Fiſcherus (in ſuis editionibus), quod ab omnibus codicibus ſcriptis, excepto Gallico, (cum quo tamen conſpirat cod. manu Conſtantini Laſcaris ſcriptus inter codd. regios Matrit. apud *Iriarte* pag. 230. ſqq.) aberant, atque ſcribendi genus eſt diuerſum, praeterea deſideratur fabularum explicatio, ad alium potius, quam noſtrum Palaephatum, referenda iure cenſent. Narrationem ipſam de Hyacintho, (cap. 47) ab inepto quodam declamatore profectam eſſe iudicat *Hemſterhus.* ad Lucian. tom. I. pag. 6. receperat tamen *Apoſtolius* in Paroemiarum corpus, 21, 19. Duas vltimas fabulas a Tollio e Chronico Alexandrino editas, cl. *Fiſcherus*, cuius notam vide pag. 131. ed. Lipſiens. 1772, auctorem habere exiſtimat Palaephatum Aegyptium, non eum, a quo ſuperiores fabulae profectae dicuntur. Quamquam cum auctor libelli tum inprimis aetas illius incerta eſt, et ille, quiſquis fuerit, in explicatione fabulae eiuſque ortus a mente antiquiſſimorum theologorum frequenter aberrauit: libellus tamen vtilis mihi videtur tam ad intelligentiam antiquitatis ac rationis, qua veteres philoſophi mature vſi ſunt ad doctrinam de diis heroibusque et eorum ortu fabuloſo argutius interpretandam, quam propter facilitatem ac ſimplicitatem orationis non minus, quam inſignem pueriſque gratam rerum varietatem ad initium linguae graecae diſcendae ab illo capeſſendum. Equidem, mire iucundam et vtilem eſſe lectionem illius maturam primamque inſtitutionem ad arripiendas docendaſque litteras graecas, ad initia antiquitatis ac mythologiae cognoſcenda, et, ſi tabulae aeri inciſae comparantur, ad artis antiquae ſcientiam, ad formandum poliendumque tironum ingenium, crebro vſu doctus poſſum adfirmare. *Harl.*

II.

Libri eius. II. Sed et *libros quinque* ἀπίϛων ſiue *de incredibilibus* Suidas tribuit *Palaephato* huic *Athenienſi* d), quorum *primum* non periiſſe patet ex initio libri Palaephatii, quem de illo argumento habemus diſtributum in capita quinquaginta et vnum e). Hic enim ſimplici more vetuſtiſſimorum ſcriptorum ita incipit: τάδε περὶ ἀπίϛων συγγέγραφα. Integrum autem Palaephati opus ad nos haud perueniſſe, praeter librorum apud Suidam numerum, oſtendunt loca, quae ex Palaephato a ſcriptoribus veteribus adducuntur, nec in noſtro comparent, et quod in quibuſdam codicibus teſte Clariſſimo Galeo inſcribitur: ἐκ τῶν τȣ̃ Παλαιφάτȣ περὶ τῶν ἱϛοριῶν f).

Quod vnus liber vocatur, non obſtat. III. Neque obſtat, quod *Theo Sophiſta* g) in Progymnaſmatis *vnum* tantum *librum* commemorare videtur, cum p. 69. capite περὶ ἀνασκευῆς καὶ κατασκευῆς poſt varia commemorata μυθολογέμενα, καὶ Παλαιφάτῳ, inquit, τῷ Περιπατητικῷ ἐϛιν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίϛων ἐπιγεγραφόμενον, ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα ἐπιλύεται, οἷον ὅτι Κένταυροι μὲν ὑπελήφθησαν οἱ πρῶτοι ἐπὶ ἵπποις ὀχέμενοι ὀφθέντες (F. Palaephati cap. I. Idem reſpicit Euſtathius ad Iliad. ά. p. 76. et *ex libro primo incredibilium Palaephati* allegat *Oroſius* Lib. I. c. 13.). Διομήδης δὲ Θρᾷξ εἰς ἱπποτροφίαν ἐξαναλωθεὶς ἐλέχθη ὑπὸ τῶν αὐτȣ̃ ἵππων ἀπολωλέναι (cap. 4.) κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν κυνῶν (cap. 3.) Ἡ δὲ Μήδεια βάπτȣσα τὰς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν ἀνθρώπων πολιὰς καὶ μελαίνας ποιȣ̃σα ἐφημίσθη τȣ̀ς γέροντας κατακόπτȣσα νέȣς ποιεῖν (cap. 44.) Καὶ τὰ παραπλήσια τȣ́τοις. Notum ſane eſt βίβλον et βιβλίον etiam dici de opere in plures libros diſtributo. Vt adeo *Hilarius* olim non plane inuicto argumento vſus ſit, cum diuiſionem Pſalmorum in quinque libros reiiciendam cenſuit ex eo, quod Actor. I. 20. et Luc. XX. 42. legatur ἐν βίβλῳ ψαλμῶν. Similiter enim dicitur βίβλος Μωϋσέως Marc. XII. 26. et βίβλος Προφητῶν Act. VII. 42. etſi nemo neſcit, Moſis et Prophetarum ſcripta in plures libros diuiſa eſſe. Vide etiam, quae notant Benedictini ad Ambroſium in Pſalmum XL. [P]

Palaephatus eſt auctor. In prouerbiis abiit. IV. Ceterum patet praeterea ex hoc loco Theonis, idem plane opus ſiue eiuſdem operis Palaephati partem ad nos perueniſſe, qua veteres vſi ſunt, nec cauſam fuiſſe, cur vir magnus [*Grotius*] Epiſtola 117. ad Gallos [p. 216.] h) ſecutus Scaligerum ad Cirin p. 51. exiſtimaret, huius auctorem ſcripti, alienum Palaephati nomen occupaſſe. Quod vero a Theone, vti a Iohanne Tzetza quoque Chiliad. I. v. 558. Palaephatus iſte Peripateticus Philoſophus dicitur, hoc mouit virum doctiſſimum *Gerh. Ioh. Voſſium*, vt Lib. III. de Hiſtor. Graecis p. 395. diſcederet a ſententia eorum

d) Seleucus Grammaticus Alexandrinus Suida teſte librum ſcripſerat περὶ τῶν ψευδῶν πεπιϛευμένων.

e) Duo alia adiecerunt Tollius, Galeus, Brunerus, Pater in poſteriore exemplo, Dreſigius et Fiſcherus. *Harl.*

f) In cod. Filelfi XVIII. 23. Epiſt. (notante Fabricio ad marginem ſui exempli) Παλαιφάτȣ περὶ ἀρχαίων ἱϛοριῶν. In ed. Baſil. legitur περὶ μύθων. adde infra §. VII. notata. A Palaephato inſcriptum fuiſſe hoc opuſculum περὶ ἀπίϛων, putat probatque cl. *Fiſcherus* ad initium libelli ſ. Prologum. Librum *primum* Palaephati *de incredibilibus*, (*is eſt, quem adhuc habemus*) memorauit *Hieronymus* in Chronico Euſebiano, et Euſebius ipſe ad an. DCCLXXII. (ad quem v. Dominici Vallarſii notam pag. 267. Oper. Hieronymi tom. VIII. part. I. Venet. 1769. pag. 268). et ad a. DCCCCXXXXIII. vbi v. Vallarſium pag. 295. coll. *Schurzfleiſchio* in Notitia biblioth. Vinariens. pag. 180 et pag. 181. *Harl.*

g) Non refragabor tamen, ſi quis Theonem vnum tantummodo, quem hodie habemus, Palaephati librum inſpectum eſſe dixerit.

h) Grotius Epiſt. 264. in maiori collectione.

eorum, qui cum Suida, Coelio Rhodigino, Gyraldo, [et Tito Popma, ad Curtium p. 53], opus de incredibilibus referunt ad Palaephatum Parium ſiue Prieneum, quem Artaxerxis temporibus floruiſſe item Suidas auctor eſt. Longe iuniorem enim eſſe oportet, ſi fuerit Peripateticus, aut ſi Stoicos fuerit ſecutus, vt tradit *Tzetzes* ad Lycophronem v. 1206. licet eo in loco codex Baroccianus non legat Παλαίφατος [i]) ὁ Στωϊκὸς ſed ὁ ἱςορικός. At Stoicum et ἐκ Στωϊκῶν τῦ γένυς appellat etiam *Io. Tzetzes* Chil. 2. v. 838. Chil. 9. v. 408. 414. et 445. et Chil. 10. v. 426. vbi ἱςορικῦ vocabulum reponi non patitur verſus politici ratio, vt praeteream, quod poſtremo loco etiam Phyſicum Palaephatum dicit. In quamcunque partem autem nos vertamus, de auctore et tempore nihil certi reperiemus, cum Suidas alium praeterea narret Aegyptium ſiue Athenienſem, vt ait, Grammaticum Palaephatum, cui praeter Troica, de quibus iam dixi, Hypotheſes ſiue themata in Simonidem, Theologiam Aegyptiacam et hiſtoriam ſingulari libro expoſitam tribuit, μυθικῶν βιβλίον α΄, et λύσεις τῶν μυθικῶν εἰρημένων, qui tituli non parum affinitatis cum ſcripto Palaephati, quod exſtat, habere videntur. Quando autem vixerit hic Palaephatus non docet. Quisquis tamen eſt περὶ ἀπίςων ſcriptor, vetuſtiſſimus eſt, quem ſecuti Apollodorus et Diodorus Siculus notante Scaligero, laudat *Virgilius* in Ciri v. 88. reſpiciens ad ea, quae de Scylla dixerat Palaephatus cap. 21. [k]). Etiam apud Plinium in Indice Libri XXIX. inter ſcriptores externos, terni codices manu exarati quos inſpexit Harduinus, pro *Philopatore* legunt *Phalaputo* vnde *Palaephato* forte legendum ſcribendumque coniicit vir eruditiſſimus. Ab illo περὶ ἀπίςων opere, quo poſt *Meliſſum*, quem laudat, Euboicum, et Samium [l]) fabulas et incredibiles narrationes ad ſenſum verum phyſicum, hiſtoricum vel moralem reducere conatus eſt, in prouerbium deinde abiit, vt, quicunque eius exemplo incredibilia belle incruſtare, vel rebus abſurdis et fabuloſis colorem addere [*] et veriſimilitudinem noſſet, is *nouus* quidam *Palaephatus* eſſe diceretur, cuius prouerbii meminit primus forte eius auctor, *Athenion* Comicus apud Athenaeum ſub extremum Libri XIV. p. 661.

Καινὸς γὰρ ἐςιν ὑτοσὶ Παλαίφατος.

Pro-

i) Meurſius in Bibl. Attica putat legendum Παλαίφατος Τρωϊκοῖς. Cuius operis ſeptimum librum allegat Suidas in μακροκέφαλος.

k) Verſus hic eſt: *Docta* Palaephatia *teſtatur voce papyrus.* Nolo hic aliena tractare nec de auctore illius carminis, nec de lectione altera, ante Parrhaſii emendationem et editionem Aldinam 1517; vulgata, *Palaepaphiae* vel *Palepaphiae* poſt *Heynii* V. il. diligentiam diſputare. Id tamen quod iam a viris doctis animaduerſum eſt, monebo, eos, qui hoc loco ad fidem ſuae opinioni, Virgilium h. l. reſpicere ad Palaephatum cap. 21, faciendam, abutuntur, vineta ſua caedere. Nam Palaephatus apud Virgilium fabulam Scyllae explicat de meretrice quadam Scylla; in cap. autem 21. libelli, quem manu terimus, inepta et diuerſa vtique ratione exponit de naui Tyrrhenorum piratica. Quare vel auctor carminis Ciris permutauit auctores, (nam apud Heraclitum περὶ ἀπίςων eſt ſimilis interpretatio, vide mox §. VI) vel collectio talium fabularum atque narrationum, licet plures diuerſoſque habuiſſent auctores, minime vero conſentientes, ad vnum Palaephatum in codicibus interdum, referebatur, id quod fabulis Aeſopo tributis olim accidiſſe conſtat; vel nos verum Palaephatum non habemus. Hinc, reor, Fiſcherus, vir diligentiſſimus, ad illud Palaephati caput nec memorauit nec comparauit Virgilii locum. At iam antiquioribus temporibus, (vide §. VI.) inueterata fuerit opinio, Palaephatum quemdam eſſe libelli, qui a nobis teritur, auctorem. *Harl.* — Ad hunc verſum haud dubie reſpicit *Dodwellus*, quum in diſſ. de parma equeſtri Woodwardiana §. IV. pag. 9. ſcribit, Palaephatum vetuſtiorem eſſe Virgilio. *Heumann.*

l) vide infra lib. II. cap. 23. pag. 280.

Profeſto hic nobis alter eſt Palaephatus. Euſtathius ad Odyſſeae T. p. 688. Παλαιφάτε δὲ μέμνηται καὶ Ἀθήναιος, ἔνθα μαγείρε σοφιζομένε καὶ τὴν οἰκείαν τέχνην ἀποσεμνύνοντος ἔφη τό καινὸς ἔτεσι Παλαίφατος. ὁ δὲ καὶ παροιμιάζεται τοὺς πιθανολογοῦντας τὰ μηδέποτε ὄντα προσοχὴν ἔχειν. Sunt, qui euſdem prouerbii teſtem etiam laudent *Plutarchum* L. XXVII. Sympoſiacon, quem allegari videas in fronte m) editionis Palaephati, quae inter opuſcula Mythologica Phyſica et Ethica Cantabrigiae et Amſtelodami excuſa primum locum obtinet, et in Gnomologia Homerica viri eximii Iacobi Duporti p. 263. Sed nuſquam exſtat liber ille Sympoſiacon Plutarchi viceſimus ſeptimus: neque Plutarchus Palaephati aut prouerbii illius mentionem facit, ſed error natus eſt ex obiter inſpecto Caſauboni ad Athenaeum commentario Lib. XIV. c. 23. Vbi poſt allegata ex octauo Sympoſiacorum Plutarchi verba ſequitur: *Viceſimo ſeptimo*: καινὸς γάρ ἐστιν ἔτεσι Παλαίφατος. Sed non Plutarchi liber intelligitur, nec Plutarchi verba deinde adducit Caſaubonus, ſed pergit commentari in verſus Athenionis Comici, quos Athenaeus ex eius Samothracibus adduxerat, cum eleganti Metaphraſi etiam exhibitos a Grotio in excerptis e Tragicis ac Comicis Graecis p. 981. Horum verſuum Athenionis *viceſimus ſeptimus* eſt iſte:

Καινὸς γάρ ἐστιν ἔτεσι Παλαίφατος.

Comparantur loci citerati, Palaephatum laudantium. VI. Quae Euſebius ſiue Hieronymus in Chronicis ex Palaephato profert, in libro, qui exſtat reperiuntur, omnia, excepto eo, quod ad annum 843. auctorem Palaephatum laudans notat. *Sirenas fuiſſe meretrices, quae deceperunt nauigantes*, quod legas in Heracliti libro euſdem argumenti e Palaephato plura mutuati c. 14. Confer Hieronymi Chronicon ad A. 630. cum Palaephati c. 31. ad A. 675. cum c. 29. ad A. 695. cum c. 6. ad A. 736. cum c. 28. ad A. 756. cum capite 7. ad A. 772. cum c. 1. ad A. 843. vbi liber primus incredibilium allegatur, cum c. 21. Quae Iohannes Malalas de Sphinge e Palaephato adduxit T. I. Chronographiae p. 60 — 63. itemque Euſtathius ad Odyſſ. λ. p. 434. ξ. p. 556. habentur c. 7. Quae idem Euſtathius in Iliad. ω. p. 1507. de Niobe, c. 9. Sed, quae Malalas affert de Cerbero p. 75. longe alia leguntur c. 40. Et quod p. 267. ait, cum Perſei meminiſſe, factum deprehenditur c. 32. Sed longe alius is fuit Perſeus. Fruſtra vero in Palaephato noſtro quaeras, quae idem Malalas n), ex eo producit p. 26. de Martis Venerisque adulterio a Sole deprehenſo et p. 36 — 38. de inuentione (?) purpurae, quae duo loca etiam habentur in Chronico quod Alexandrinum vulgo audit, et a Viris Clariſſimis Tollio, Brunnero, Galeo, Paulo quoque Patre ſunt Palaephati libro ſubiuncta, neque cauſa eſt, cur alterius eſſe Palaephati videantur. [vide ad finem §. 1. memorata. *Harl.*] Incertum tamen eſt, an e Palaephato petita ſint, quae de Vulcano ferri inuentore in eodem Chronico leguntur, certe id nec verbulo innuit auctor, nec Suidas in Ἥφαιστος. Non exſtat denique in noſtro Palaephato, quod idem Malalas p. 101. profert de Leda a Ioue verſo in cygnum, et Nonnus (hiſt. 62 ad Nazianz.) de Cyclopibus. Nec quod Euſtathius ad Iliad. β. p. 246. de Proteſilao per Aeneam occiſo, et p. 275. de Alope habitatoribus, et ad Odyſſ. α. p. 8. de Ilio ab Apolline et Neptuno condita, quod ex Palaephato

m) Omiſſo editionem Pauli Patris, aliaſque in quibus ſimiliter legitur. (?) ſed omittitur in Fiſcheriana editione. *Harl.*

n) Hinc Fabricius infra Lib. V. cap. 4. vol. VI. pag. 141. colligit, Malalam Palaephati librum longe pleniorem habuiſſe, quam hodie exſtat. *Heumann.*

phato forte repetiit anonymus Allatianus de incredibilibus cap. 4. Quae vero Tzetzes ad Lycophronem e noſtro habet, exſtant in Palaephati libello c. 6. Idem caput reſpicit Ioh. Tzetzes Chil. X. v. 426. qui interdum expoſitiones Palaephati reiicit et exagitat. Quemadmodum Ludouicus Viues quoque non omnino ſiniſtre Palaephatum Poetarum fabulas ad congruentem quandam hiſtoriae ac veritatis applicationem traduxiſſe profeſſus, addit, in nonnullis alias decere eum coniecturas, alias fallere. Ceterum, confer, ſi placet, Tzetzae Chil. VII. v. 10-19. et Chil. IX. v. 411. ſeq. cum Palaephati c. I. Chil. I., v. 558. cum c. 8., Chil. II. v. 838. et Chil. IX. v. 410. cum c. 41., Apoſtolium Centur. 2. prou. 86. cum c. 46.

Codices MSS. et Edit. VII. [Plurimos codd. iam memorauit cl. *Fiſcherus* in praefationibus ſuis. — In Bibl. Veneta D. Marci teſtibus Bongiouanno et Zanetto in Catal. pag. 273. cod. 509. in fol. chartac. ſaeculi circiter XV. continet, praeter Orphei Argonautica et alia, Palaephati hiſtorias, huius inſcriptionis: ἐκ τῶν παλαιφάτȣ, περὶ ἱςοριῶν ἀρχαίων. — Ibidem pag. 277. cod. 513. chartac. ſaeculi circ. XIV. 4. *Palaephati de non credendis antiquorum fabulis.* Illorum tamen diligentiam effugerant duo opuſcula, quae inſunt in cod. 490. in Catalogo pag. 256. ſignificato, nempe *Cornuti* opus de natura deorum integrum, et 46. prima capita *Palaephati*, ab editis multum diſcrepantia. v. *Villoiſon* Anecd. graeca II. p. 243. — Cod. Matrit. regii ab *Iriarto* copioſe deſcripti iam ſupra mentio facta eſt. — Codicem *Rauianum*, antiquum ſatis bonumque, quem Chriſtianus Rauius Conſtantinopoli ſecum attulerat, *Martinus Brunnerus*, Profeſſor graecarum litterarum apud Vpſalienſes, valde laudauit in praefatione. — In Bibl. Laurentiana adſeruantur Florentiae duo codices; alter membranaceus, ſaec. XIV. in 8. qui continet fabulas ſex et quadraginta; alter chartaceus in 4. ſaec. XV. qui deſinit, vt Cantabrigienſis, in ſeptimo et triceſimo capite. v. Catalog. bibl. Laurent. tom. II. pag. 319. et 609. — Inter codd. MSS. Voſſianos in bibl. Lugdunenſi (Catalog. p. 403. n. 22.) eſt Palaephatus περὶ ἀπίςων ἱςοριῶν. Alios codices quinque a Voſſio cum editis libris collatos, quorum lectionum ſylloge ſit in eadem bibliotheca, commemorat *Goeſius* ad Porphyr. A. NN. pag. 115. notante *Fiſchero* in praefatione pag. IV. In eadem bibliotheca, (Catal. pag. 269.) eſt edit. Baſileenſis variis lectionibus codicis cuiuſdam MS. ornata. — In Bibl. Auguſtae Vindelic. (v. *Reiſeri* catalog. p. 86.) ſunt in codice quaedam Mythologiae de Pelope, Cecrope, Alcmaeone, Hercule, Saturno, Graecis expugnantibus, Rhea, Cerere, Semele, Magis, Thracibus, Orpheo, Sole, Hecate etc. In eodem volumine *Pſello* ad Michaelem Comnenum, (Ψέλȣ πρὸς τὸν Μιχαὴλ τὸν Κόμνηνον κεφάλαια διάφορα) tribuuntur capita varia theologica et phyſica, in his fabula *de Amazonibus*, quae vulgo adſcribitur Palaephato. Codice illo vſus eſt cl. Fiſcher. — In Biblioth. olim Palatina, nunc Vaticana (apud Sylburg. p. 44.) n. 143.: Ex Palaephati fabuloſis hiſtoriis in 4. et n. 360. (ibid. p. 109.) Palaephatus de fide carentibus hiſtoriis, cum auctore de lapidibus et gemmis XXVI. quorum primus Cryſtallus, poſtremus Chalcedonius, aliiſque opuſculis. Forſan alteruter horum Palatinorum eſt is codex, qui a Tollio pag. 168. memoratur, de quo autem cl. Fiſcher in praefat. primae editionis nihil comperire ſibi licuiſſe ſcripſerat. Paullo poſt iterum de hoc ſuſpiciunculam adferam. — In *Montfauconii* Bibl. bibliothecarum MSS. nominatur pag. 107. n. 2930. bibl. Vaticanae: *Palefati Parii Prienſis fragmenta* de hiſtoriis incredibilibus. — ibid. pag. 642. A. in Bibl. Bodleiana. n. 71. — ib. p. 670. n. 442. In Bibl. Cantabrig. — ibid. p. 770. n. 26. in bib. Pariſ. reg. Palaephati allegoria fabuloſarum narrationum, vt Venetos aliosque ibid. nominatos omittam. — In Biblioth. Eſcurial. teſte

Ant. Auguſtino in Catal. (Tarracone CIↃIↃXXCVII. 4.) n. 257. memoratur *Palaephatus. Hermes vel Orpheus de terrae motibus fab.* 18. (v. *Frid. Eckard* Ueberſicht der Oerter, wo die bekannteſten griech. Schriftſteller gelebt haben, v. Grundlage zur Geſchichte der Bibliotheken. pag. 97.) at neque *Carol. Chriſt. Plüer*, in Reiſen durch Spanien, Lipſiae. 1777. 8. in Catal. MSS. graec. bibl. Eſcur. pag. 185. (vbi *Orphei* Argonautica et de Lapidibus memorat), nec *Clarkius* in Briefen von dem gegenwärtigen Zuſtande des Koenigreichs Spanien etc. Lemgou. 1765. 8. in enumeratione MSS. eiuſdem biblioth. (qui quidem *Orphei* Argonautica indicat) *Palaephati* faciunt mentionem. Is igitur codex num adhuc ſuperſit, an incendio flammisque 1671. abſumtus, aliorum relinquam inquiſitioni ac teſtimonio. — In Catal. codd. Pariſ. reg. tom. II. occurrit Palaephatus nr. 854. 255[illegible]. 2557. 2720. et Excerpta tantum 2860. — In *Iac. Philippi Tomaſini* Biblioth. Venet. MSS. (Vtini 1650. 4.) duo codd. Palaephati pag. 16. et 83. ſignificantur. — Codicum Cantabrigienſis, trium Oxonienſium et Arundeliani ſ. Londinenſis (niſi ſunt diuerſi hi duo, ſuſpicante Fiſchero in Praef. primae editionis), et alius cuiuſdam lectiones dedit *Thomas Gale.*

De *editionibus* mihi diſſerenti tres potiſſimum viri docti, qui de Palaephato bene cauteque meriti ſunt, laudandi videntur: nempe *Aldus Manutius*, *Thomas Gale* et *Io. Fridericus Fiſcherus.* Recenſiones autem, ſi curate dicendum eſt, dederunt Aldus editor Baſileenſis. Tollius et Dreſigius.

Prima igitur aetas et editio princeps eſt *Aldina* e manuſcripto adprime bono, attamen multis inquinato vitiis, ducta, et inſcripta:

Vita et fabellae Aeſopi, cum interpretatione latina — — Gabriae fabellae tres et quadraginta. — Phurnutus ſ. vt alii, Cornutus de natura Deorum. Palaephatus de non credendis hiſtoriis. *Ori Apollinis Niliaci hieroglyphica. Collectio prouerbiorum Tarrhaei et Didymi. — Ex Aphthonii exercitamentis de fabula. Tum de formicis et cicadis gr. et lat. De fabula ex imaginibus Philoſtrati gr. et lat. Ex Hermogenis exercitamentis de fabula, Priſciano interprete. Apologus Aeſopi de Caſſita apud Gelium.* In calce: *Venetiis apud Aldum* menſe Octobr. M. D. V. in Fol. *Palaephatus* incipit in meo exemplo pag. 82. (in praefat. cl. Fiſcheri operarum, credo, errore pag. 85. ſcribitur.) et definit pag. 95. in fabula LI. περὶ Ἥρας. adde Memorab. Biblioth. Dreſden. vol. III. part. II. pag. 219.

Pal. de non credendis hiſtoriis, graece. Venet. 1505. 4. v. Bibl. Barberina. vol. II. pag. 153. — Piſaurinam antiquam, infra memorandam equidem numquam vidi.

Latine tranſtulit *Philippus Phaſianinus*, Bononienſis, et Aldinam ſaepe deſeruit lectionem, ita vt cl. Fiſcher. in editione ſua Palaephati eius verſionem frequenter vocaret in ſubſidium: idem in praefatione de ea, quam Tollius ac Brunnerus acerrime reprehenderant, tam [illegible] quam vere iudicat. Saepius autem illa in lucem prodiit et ſeorſum, et cum Hygini aliorumque huiuſmodi libellis. Separatim Bononiae per Benedict. Hectoris 1515. 4. rec. Argentorati 1517. 4. cum praefat. Nicol. Gerbelii — Pariſ. in offic. Chriſtiani Wecheli 1542. 8. Lugd. 1608. 8. etc. Cum aliis iuncta comparet in pluribus editionibus:

C. Iulii Hygini Augusti Liberti fabularum liber, ad omnium poetarum lectionem mire neceſſarius et antehac numquam excuſus. Eiuſdem poeticon aſtronomicon libri quatuor. Qu[illegible]

bus acceſſerunt ſimilis argumenti Palaephati de fabuloſis narrationibus, liber I., *F. Fulgentii Placiadis Epiſcopi Carthaginenſis Mythologiarum libri III. Eiuſdem de vocum antiquarum interpretatione lib. I. Arati Φαινομένων fragmentum, Germanico Caeſare interprete. Eiuſdem Phaenomena, graece, cum interpretatione latina. Procli de ſphaera libellus, graece et lat. Index* etc. Baſileae apud Io. Heruagium a. M. D. XXXV. menſe Martio. Fol.

Editor fuit *Iacob. Micyllus*, qui in praefatione ſeu Epiſtola ad Othonem Truchſes a Vualburg de Hygino tantum diſſeruit. *Phaſianini* (ſic nomen exaratum eſt), praefatio atque interpretatio incipit a pag. 114. Recuſa eſt illa editio, auctaque Albrici Philoſophi de Deorum imaginibus libro. Baſil. 1549. fol. add. *Io. Ephraim Scheibels* Aſtronomiſche Bibliographie, ſect. I. pag. 120 et 146. — rec. ibid. 1570.

Fulgentii Chriſtiani philoſophi Mythologiarum libri tres. Palaephati de non credendis fabulis. latine, interprete Philippo Phaſianino: *excudebat Henr. Petrus.* Baſil. 1536. 8.

Cornutus ſiue Phurnutus de natura deorum gentilium et Palaephati poeticarum fabularum explicationes. gr. et lat. Baſil. ſine anno. 8. In Fabricii noſtri Bibl. ſ. Catalog. libr. P. I. ſect. 2. n. 1232. pag. 78.

Palaeph. — graece et lat. per Philippum Phaſianinum. a. 1541. (v. Catal. bibl. Laurent. tom. II. p. 609.) Si verus ille deſignatus eſt annus, non ita multo poſt repetita eſt illa editio. nam in Catalogo Biblioth. Lugdun. B. notatur, Baſileae 1563. Adſcriptae ſunt illi exemplo MS. lectiones variae. In *Fabricii* Catalogo libr. inter Palaephati edd. memoratur l. cit. p. 77. n. 1225.

Fulgentii Mythologiar. libri III. it. Palaephatus *et Albrici Philoſophi de deorum imaginibus. Phornutus de natura deor.* Baſil. apud Henr. Petrum 1543. 8. Ab hac editione diuerſa eſt ea eiuſdem anni, de qua vir idem ille doctus h. l. in Bibl. gr. ita ſcripſerat; „Habeo et editionem graeco-latinam additis praeter Phornutum libris tribus recentioris ſcriptoris Iuliani Aurelii Leſſugnienſis de cognominibus deorum gentilium: Sed graeca Phornuti et Palaephati ſeparatim exhibentur; ſeparatim Conradi Clauſeri et Phaſianini verſio, Baſil. 1543. 8." In *Maittarii* autem Annal. typogr. tom. III. part. I. pag. 353. inſcriptio haec eſt plenior:

Cornuti ſ. Phurnuti de natura deorum commentarius, et Palaephati de fabulis liber graece et latine. *interprete illius Conrado Clauſero Tigurino, huius Philippo Phaſianino, Bononienſi; item Iuliani Aurelii Leſſignienſis de cognominibus deorum libri tres.* Baſil. 1543. 8. Textus Aldinus interdum mutatus eſſe videtur; ſed certum dicere nequeo, neque Cl. Fiſchero eam edit. oculis vſurpare licuit.

Παλαιφάτȣ περι Ἀπιςων *Palaephati de incredibilibus. Cornelius Tollius in latinum ſermonem vertit et notis illuſtrauit* o). Amſtel. apud Ludou. Elzeuir. cIↃIↃcXLIX. 12. et Londin. 1656. 8. Eſt commoda editio. Textum quidem vulgarem ſe retinuiſſe ait in praefatione, et tamen vel ed. Baſileenſis auctoritate deceptus, vel ſuo indulgens ingenio, multas Aldi lectio-

 nes

o) Notas illas Vorſtio, cuius famulus fuerit, ſurripuiſſe, neſcio, quam vere, adfirmat Chriſtoph. Arnold. in litteris datis ad Iac. Thomaſ. a. 1674. *Fabric.*

nes bonas temere immutauit. Num forſan editor Baſileenſis codicem Palatinum, ad quem Tollius pag. 168. prouocat, adhibuerit, indeque textum immutauerit aliquando, aliis, quibus vtrumque exemplar inſpicere et comparare licet, definiendum et decernendum relinquam, me oportet. Id noui Tollius attulit, quod in notis non ſolum ſuas poſuit coniecturas et Apoſtolii corpus Paroemiarum conſuluit, ſed etiam lectiones ἀπογράφε e vetere libro Londinenſi, a Claudio Salmaſio ipſi ſuppeditato dedit. Lectiones autem a Tollio excerptae differunt interdum ab iis, quas Gale ex illo promſiſſe videtur. Illius tamen auxilio plurima loca ſe correxiſſe, Tollius in praefatione iactitat. In textu, an in notis ſolummodo id factum ſit ab illo, inquirere non vacat. Pag. 124. ſqq. adiecit primus Palaephati fragmenta duo ex Faſtis Siculis, ſiue Chronico Alexandrino cum Raderi interpretatione. Grauis error eſt in Lipenii Bibl. reali philoſophica pag. 1079, Palaephatum vulgatum eſſe a Tollio cum Hygino aliisque Pariſ. 1578, quo tempore Tollius ne natus quidem erat. E Tolliano exemplo *Brunnerus* retinuit et textum graecum et verſionem latinam:

Palaeph. de incredibilibus gr. et lat. *cum notis et gemino indice Mart. Brunneri,* Vpſaliae, 1663. 8. A Brunnero, graecae linguae quondam in academia Vpſalienſi Profeſſore, res et verba docte illuſtrantur, et variae codicis Rauiani, Tolliano melioris atque integrioris minuſque interpolati, lectiones eaedemque multae propriae et admodum elegantes ſunt adlatae. v. *Fiſcheri* praefat. editionis primae, qui Brunneri coniecturas ſaepe damnat in adnotationibus.

Παλαιφάτε — *Palaephati de incredibilibus — cum interpretatione latina Cornelii Tollii et annotationibus Martini Brunneri, denuo recenſuit et Animaduerſiones nouas hinc inde inſperſit, nec non doctrinas morales geminos iisdem rerum et verborum indices adiecit digeſſitque Paulus Pater, Hungarus.* Francofurt. 1686. 8. (reperi quoque a. 1687. in fronte.) In meo exemplo praefatio ſcripta eſt menſe Martio 1686, abſunt fragmenta illa duo a Tollio adiecta; nec non iudicia recentiorum et veterum ſcriptorum de Palaephato, additus vero index. Differt igitur Cl. Fiſcheri (in praefatione) narratio de duobus Hungari illius docti, Profeſſoris Gymnaſii Thorunienſis, atque inde Gedanenſis, exemplaribus. Praefatio quoque mei exempli in fine paullo auctior eſt vtraque a cel. Fiſchero in nouiſſima editione repetita. — Pater vero recudi vtplurimum curauit editionem Brunerianam: in nonnullis tamen locis textum paullo aliter conſtituit et capita ſingula diſſecuit in minores particulas: ipſe perpaucas addidit notas: longa eſt adnotatio de Amazonibus pag. 157. ſqq.: adiecturus erat, vt ipſe quidem ait in praefatione, forte rectiora ex codicibus bibliothecae Guelpherbytanae vel Auguſtanae, modo typographus moram aliquam indulſiſſet. — Alteram quaſi partem eſſe volunt *Doctrinas morales ad Palaephati Incredibilia ex fabularum vmbris, rationem pie, iuſte, ac ſobrie viuendi, ſacra et profana veritatis luce omnibus hominibus demonſtrantes.* Francof. 1686.

Altera aetas habet auctorem *Thomam Galeum*, qui edidit bis:

Opuſcula mythologica, phyſica et ethica, graece et latine, cum notis. Cantabrigiae 1671. 8. quam collectionem *Marco Meibomio* curante recudendam dedit Amſtel. 1678. apud Henr. Wetſtenium. In vtroque exemplo Palaephatus familiam ducit, pauca, at erudita nota ſtipatus: tamen et verſio latina et textus graecus Tollii ſeruatus eſt: in Amſtelaedamenſi tamen locis quibuſdam aliae lectiones receptae ſunt. In ed. Cantabrigienſi viſus eſt Galeus quinque codd. mſptis,

mſptis, Cantabrigienſi vno e Collegio S. Trinitatis, tribus Oxonienſibus, quarum varias lectiones acceperat ab Eduardo Bernardo, et vno Arundelianae Bibl. Londini cuius apographon Salmaſius iam communicauerat Tollio. In altero exemplo Galei acceſſit varietas trium aliorum codicum, Florentini, Gallici et tertii, quem Meibomius videtur *ſuum* vocare, et Fiſcherus in notis eo nomine laudat.

Tertia aetas eſt *Dreſigio-Fiſcheriana. Sigiſm. Frider. Dreſigius*, Conrector quondam Scholae Thomanae Lipſienſis, vir acris ingenii, magnae induſtriae multaeque lectionis, qui vero triſtem habuit vitae exitum, edidit Palaephati fabulas primum Lipſiae, 1735. 8. rec. 1751. 8. huius ſententiae:

Pal. de incredibilibus hiſtoriis, nec non de inuentione purpurae, ac primo ferri inuentore. graece, Editio ſecunda. Lipſiae, Langenheim. 1751. 8.

Dreſigius, collatis tantum editionibus Tollii, Brunneri et Galei contextum Tollianum permultis locis adeo audacter immutauit, vt etiam coniecturas, quas tamen fere omnes vanas atque inanes eſſe pronuntiat Cl. Fiſcherus, frequenter inculcaret: paucas ſubiecit notas, verſionem vero latinam omiſit.

Denique Cl. *Fiſcherus* multum operae ſtudiique poſuit in emendandis explicandiſque Palaephati fabulis: Primum edidit illas *e recenſione Sig. Frid. Dreſigii, cum eiuſdem notulis et ſuis animaduerſionibus, graece*, Lipſiae, 1761. 8. et in praefatione de ſuperioribus editoribus intelligenter diſſeruit. Poſtea in aliquot proluſionibus curatius vberiuſque pertractauit multa illius loca, iterumque acceſſit ad recenſendum, interpretandum et ita ornandum Palaephatum, vt eius editio praeſtantiſſima locupletiſſimaque eſſet habenda:

Palaephati libellus de incredibilibus, graece. tertium edidit, iterum recenſuit, animaduerſiones indicemque verborum graecorum copioſiſſimum adiecit Io. Frid. Fiſcherus. Lipſiae, Langenheim. 1772. mai. 8. Fiſcherus, homo graece doctiſſimus, idemque verecundus ſobriuſque criticus, omnes, quas nanciſci potuit, veteres editiones, ſedulo comparauit: ex adparatu lectionum et coniecturarum, et alienarum et propriarum, in notis expoſito, lectiones idoneas et coniecturas graues recepit. Diligenter praeterea inſpexit corpus paroemiarum Apoſtolii, quem haud ignoraret codice vſum eſſe ab iis codicibus, quos recentiores Palaephati editores adhibuerunt, diuerſo. In notis tamen non tantum criticum, ſed etiam, quae praecipua virtus eſt, grammaticum egit. Praefationes ſuperiorum editorum typis repetendas curauit, adiecitque indicem egregium.— Omiſſa omni notarum farragine, idem ille Pal. edidit in vſum ſcholarum a. 1770, et rurſus

Palaephati de Incredibilibus, graece, quartum edidit, tertium recenſuit, indicemque verborum graecorum adiecit I. F. Fiſcher. Lipſiae Langenheim. 1777. mai. 8.

Eodem auctore lucem vidit: *Palaephati libellus de incredibilibus a Iodoco Volareo,**) *Cornelio Tollio et Phil. Phaſianino e graeco in latinum conuerſus.* Lipſiae 1775. 8. Idem collegit, vnoque

*) *Volarei* interpretatio latina lucem viderat Antwerp. 1528. 8. et rariſſimis adſcribitur libris illa editio.

que faſce comprehendit, quas antea per occaſionem ſcripſerat, *Proluſiones, quibus libellus Palaephati de incredibilibus emendatur, explicatur, vindicatur*. Lipſiae 1771. 8.

In emendando explicandoque Palaephato laudabiliter verſati ſunt *Chriſt. Aug. Heumann* in Hebdomade Palaephatiana, in Parergis, quae ille edidit, criticis Ienae 1712. 8. pag. 166-112. atque *Io. Benedict. Carpzou*. in Obſeruationum in Palaephatum Periculo. Acceſſerunt aliae animaduerſiones in nonnulla Muſaei et Achillis Tatii loca, Lipſiae, Hered. Lanckiſ. 1743. 8. — *Stroth* in Chreſtomathiam ſuam graecam, Quedlinb. 1776. 8. quaedam Palaephati capita recepit. — In *Cinelli* bibl. volante tom. I. p. 67. memorantur *Palaephati* fragmenta ab Hieronymo Soncino, Piſauri primum luce donata. 4. *Fabricii* nota exempli ſui orae adſcripta. — In *Olla Potrida*, libello menſtruo, eſt part. I. pag. 49. a. 1780. fragmentum e cod. Herculaneo quodam: Bruchſtük aus einer Herculaniſchen Handſchrift, den Palaephatus betreffend, welchem wir das kleine Werk — von unglaublichen Dingen ſchuldig ſind. —

Verſiones latinae iam antea ſunt memoratae. Gallica eſt: *Guil. Gueroult*. Lugd. 1558. 4. v. Franciſci a Cruce Bibl. gallica p. 148, et Traité de Palaephate touchant les hiſtoires incroyables, traduit du Grec, avec une preface et des notes du Traducteur, par Mr. *Charles Gui. Polier*. à Lauſanne chez S. Pierre Heubach. 1771. — Italica: Paleſato Opra belliſſima quale narra le hiſtorie e veri ſucceſſi di tutti le favole. — Di greca latina, et di latina nuovamente tradotta in Italiano. In Vinegia. 1545. 8. v. *Paitoni* Biblioteca etc. tom. 3. pag. 95. Germanice vertit *Ananias Engelſchall*. Olſnae 1671. 12. e mſ. Critiſche Beyträge tom. III. p. 229. ſq. Belgica verſio inſcripta eſt. Ongeloofflyke hiſtorick vertaalt door N. B. A. Amſtel. 1687. 12. *Harl.*]

CAPVT XXII

I. *Alii [illegible] ſcriptores. Heraclitus Grammaticus.* II. *Idem cuius Allegoriae Homericae extant.* III. *Anonymus de incredibilibus ab Allatio et Galeo editus.* IV. *Scriptores [illegible].* V. *Obiter de Palaephato Abydeno. [illegible]. Et de Abydeno Hiſtoriae Aſſyriacae conditore.*

Heraclitus. I. Praeſtantiſſimus Galeus Palaephato in ſua editione addidit alios duos libellos veterum ſcriptorum eiuſdem argumenti, quos ex Vaticano codice in lucem primus emiſerat et verſione donatos [illegible] Leo Allatius Romae 1641. 8. De his in praeſenti agere, [illegible] actatis, [illegible] multum [illegible], non abs re fuerit. Prior libellus capita complexus [illegible] quadraginta, auctori *Heraclito* inſcribitur. Ἡρακλείτου περὶ ἀπίστων. Euſtathius ad Odyſſ. Λ. Ὁ Ἡράκλειτος [illegible], ἀλλ' [illegible]. Idem ad Odyſſ. τ. p. 688. cum Palaephatum commemoraſſet [illegible] μύθους [illegible], addit idem [illegible] Heraclitum et Characem [a]) [illegible] Ἡράκλειτος [illegible], [illegible] Χάραξ. Poſt hunc, [illegible] doctiſſimum Galeum, cum libelli huius auctorem *Heraclidem Ponticum* ſuſpicatus eſt, ſiue Ariſtarchum [illegible], qui Heraclidis [illegible] et [illegible] in compendium hoc redegerit. Sed et [illegible], capite vltimo laudari Aratum qui poſt

a) De hoc Charace v. Voſſium lib. III. de hiſtoric. graecis pag. 341. et *Valeſii* Emendationes a Petro Burmanno editas lib. IV. cap. 12. pag. [illegible] vbi Characis fragmentum illuſtratur. *Harl.*

poſt Heraclidem vixit, profecto aliud fuit argumentum θαυμασίων Heraclidis, neque ex eo, quod caput 21. Heracliti tribus verbis agentis de reductis per Herculem et Orpheum Cerbero et Eurydice, inſcribitur περὶ τῶν ἐν ᾅδου, et Laertius Lib. V. ſect. 87. teſtatur, Heraclidem ſcripſiſſe ſingulare opus περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ καὶ περὶ τῶν ἐν ᾅδου, quicquam colligi poteſt, immo ex ipſo capite illo 21. perſpicue apparet, inſcribendum eſſe περὶ τῶν ἐξ ᾅδου, non ἐν ᾅδου vt lectorem eruditum ſpero mihi aſſenſurum. Viciſſim apud Laertium pro *Heraclito* περὶ τῆς ἄπνου reponendum nomen *Heraclidis Pontici*, vt iampridem e Galeno recte obſeruauit Hieron. Mercurialis IV. 14. Var. lect.

Idem, cuius Allegoriae Homericae exſtant.

II. Facile quidem adducor, vt credam, hunc, quisquis demum fuerit, libelli περὶ ἀπίστων auctorem Ethnicum, non Heraclidem Ponticum, neque Lembum, ſed *Heraclitum*, vt conſtanter legitur in Codd. MSS. eundem eſſe, qui allegorias Homericas, ſcriptum eruditum et elegans, nobis reliquit: ſane ita manifeſte ſenſit Euſtathius ad Odyſſ. Δ. allegoriarum auctorem aiens, haud eſſe veterem illum σκοτεινὸν, ſed alium, qui *de incredibilibus* ſcripſerit. Eandem ſententiam amplexi ſunt ex recentioribus Leo Allatius, Lucas Holſtenius, Aegidius Menagius: licet has quoque Allegorias Heraclidi Pontico *Geſnerus* tribuerit et ſub eius nomine cum verſione ſua vulgarit Baſil. 1544. 8. b), cuius exemplo Iohannes Meurſius in praefatione ad Apollonii Dyſcoli hiſtoriam mirabilem. nouam illarum [illegible] editionem pollicitus c), germanum titulum eſſe contendit: λύσεων Ὁμηρικῶν, quia nempe penes Laertium legerat, Heraclidem Ponticum duos d) eo titulo libellos ſcripſiſſe. Sed ne dicam, parum huic ſcripto conuenire titulum λύσεων. Heraclidem illum allegoriarum Homericarum, quas habemus, auctorem, non eſſe, conſtat ex eo, quod in illis memorantur multi Heraclide iuniores, vt Aratus, Callimachus, Eratoſthenes, Epicurus, Apollodorus, Crates e) eiuſque diſcipulus Herodicus. Confer *Menagium* ad Laertium

b) Ad calcem Homeri Odyſſeae, quae apud Vignonum MDLXXXVI prodiit, nullo adhibito codice, ſolummodo repetita eſt haec Geſneri editio, adiectis quoque Mazerii notulis, quae nihil aliud, quam loca Homerica, quae in Heraclidis allegoriis occurrunt, ſuis numeris citata, continent, vt ait cl. *Nic. Schow.* in Prooemio, p. 220. ſq. editionis ſuae praeclarae: Allegoriae Homericae, quae ſub Heraclidis nomine feruntur, cum Conr. Geſneri verſione latina, iterum editae etc. Gottingae 1782. et pag. 242. ſq. ait, incerta codicis alicuius auctoritate fieri, vt hic libellus allegoriarum Heraclidi Pontico tribuatur; in Galei libro Ἡρακλείτου nomen a recenti manu cum toto titulo eſſe adſcriptum, nec omnino, ad quem auctorem hic libellus referendus ſit, definiri, nec de eius aetate quicquam conſtitui poſſe, niſi quod is ſatis antiquus et doctus grammaticus eſſe debuit. *Harl.*

c) Huic editioni Meurſius praemittere volebat librum de variis Heraclidis, qui ex eius Chirographo editus eſt T. X. Antiquitatt. Graecarum, Iacobi Gronouii. Recenſuerat varios Heraclides idem Meurſius ad Chalcidium p. 10. ſequ. cui addes Ioh. Ionſium de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ. Lib. II. c. 11. et Menagium ad Laertium pag. 227. ſequ.

d) Idem Meurſius poſt Geſnerum ſuſpicatur libro priore Allegorias in loca Iliados, poſteriore in loca Odyſſeae complexum fuiſſe Heraclidem, itaque ſcriptum, quod habemus, diſtinguendum eſſe in duos libros, quorum prior deſinat p. 484. edit. Galei Amſtelod., alter incipiat a verbis ead. p. Ἆρ' οὐκ ἀπόχρη δι' ὅλης τῆς Ἰλιάδος κ. τ. λ. Poſteriorem autem librum eſſe extrema parte mutilum; non enim totam Odyſſeam perſequitur, ſed deficit in verſ 22. Odyſſ. κ'. Ἡ μὲν πανέμηκε, ἡ δ' ὀρνύμεν ὃν κ' ἐθέλησιν.

e) v. Schow. comment. in ipſius edit. p. 273. ſq. *Harl.*

tium p. 226. et 399. edit. Wetſtenianae, et Anti-Bailleti cap. 10. Cui adde, quod obſeruat Galeus (qui allegorias f) in eadem, quam dixi, collectione cum Geſneri verſione, notisque ſuis et variantibus ex codice MS. caſtigationibus vulgauit), *Heraclidem Ponticum Platonis Scholam ſectatum eſſe, allegoriarum auctorem adeo non eſſe Platonicum, vt quaſi ex profeſſo aduerſus Platonem hanc eſſe ſuſceptam diſputationem ſuſpicari merito aliquis poſſit.* Neque opus eſt, vt cum *Gerh. Ioh. Voſſio* Lib. I. de hiſtoricis Graecis cap. 9. iuniorem quendam Heraclidem Ponticum, Imperatorum Caii, Claudii et Neronis aequalem, vel Heraclidem Lembum, aut alium quempiam hoc nomine auctorem ſuſpicemur. *Neſcio*, inquit Holſtenius de Porphyrii vita p. 44. *qua de cauſa Heraclidi Pontico adſcribitur reclamantibus praeter temporis rationem quinque MStis, quos in variis Bibliothecis vidi, et Euſtathio ad Iliad. α. p. 40. vbi Heraclito diſerte tribuitur.* Geſnerus quidem hunc titulum praefixit: Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ ἀλληγορίαι σοφώταται καὶ ἀναγκαιόταται εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου περὶ Θεῶν εἰρημένα. καὶ ἀντιῤῥήσεις τῶν καθ' αὐτοῦ βλασφημησάντων. Sed in limine caſtigationum ipſe teſtatur, in [*] codice Graeco ſcriptum fuiſſe g) Ἡρακλείτου, nullo autem alio codice vſum eſſe ſe fatetur in praefat. quam editione Graeca Aldina, cum Palaephato et aliis Venet. 1505 fol. in qua p. 96. diſerte legitur Ἡρακλείτου. Et in iis, quos Holſtenius et Galeus inſpexit MStis, auctor itidem vocatur Heraclitus. Ἡρακλείτου ἐκ τοῦ σκοτεινοῦ πρὸς τοὺς κατ' Ὁμήρου βλασφημήσαντας ἀλληγορίαι φυσικαὶ σοφώταται καὶ ἀναγκαιόταται. Ipſe quoque auctor cum alterum Heraclitum veterem allegat h), velut a ſe diſtincturus ſemper addit notam διακριτικὴν, vocatque vel σκοτεινὸν, vt p. 442. edit. Galei, vel φυσικὸν Ἡράκλειτον vt p. 408. Meminit eiuſdem Heracliti iunioris et alibi Euſtathius, vt ad Iliad. Σ. p. 1192. ἐν δὲ τῷ, μιᾷ δ' ἐν νυκτὶ γένοιτο. Ἡράκλειτος παρετήρησε καὶ ἀστρολόγον εἶναι τὸν ποιητὴν. Non itaque audiendus eſt Vir doctus Iohannes Ionſius, qui p. 173. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. contendit, apud Euſtathium ad Iliad. α. p. 39. pro ζητητέον ἐν τοῖς Ἡρακλείτου εἰς τὸν Ὅμηρον omnino ſcribendum eſſe ἐν τοῖς Ἡρακλείδου. Quanquam enim Heraclides quidam Grammaticus, qui in Homerum ſcripſit (ſiue Mileſius, quem laudat ad Iliad. θ' p. 589, ſiue Alexandrinus, quem nominat ad Iliad. ι. p. 628. et Iliad. λ. p. 820., ſiue Mopſueſtenus denique, cuius meminit Stephanus in Μόψου [illegible]). frequentiſſime ab Euſtathio citatur in Iliad. p. 18. 22. 25. 40. et alibi, quadragies minimum: nihil tamen impedit, quo minus loco illo lectorem ſuum ad Heracliti allegorias Homericas remittere potuerit. Quae enim ibi reſpicit de ſagittis Apollinis, leguntur

f) Poteram etiam addere Anonymi (eiuſdem forte Heracliti vel potius Porphyrii,) libellum, qui inſcribitur: Ἐπίτομος διήγησις εἰς τὰς καθ' Ὅμηρον πλάνας τοῦ Ὀδυσσέως μετά τινος θεωρίας ἠθικωτέρας φιλοπονηθεῖσα. Graece prodiit Hagenoae Ao. 1531. [curante Vincentio Opſopoeo, cum Sympoſio Xenophontis. *Harl*] Latine Conr. Geſnero interprete Tiguri Ao. 1542. 8. Graece et Latine cum notis Ioh. Columbi, Aboae Ao. 1678. 8. *Fabric.* Columbus fuit Profeſſor poeſeos in vniuerſitate Vpſalienſi, gener Schefferi, (vide nunc ad Plin. I. ep. 8.) Libellus autem ipſe recuſus eſt, Lugduni Batau. apud Phil. Bonk 1745. 8. ſic inſcriptus: *Incerti* ſcriptoris graeci fabulae aliquot Homericae de Vlixis Erroribus ethice explicatae, vertit, notasque neceſſarias adiecit Ioh. Columbus P. P. Vpſ. Huius libelli argumentum et cenſuram dederunt auctores Actorum Eruditor. menſ. Dec. 1751. pag. 703. ſqq. *Harl.*

g) *Heracliti* cuiuſdam *Pontici* meminit Plutarchus de Iſide et Oſiride p. 361. Sed *Heraclidis* legit interpres, et ſane paſſim haec duo nomina inter ſe confunduntur. Apud Macrobium Lib. I. in Somnium Cic. cap. 14. *Animam Heraclitus Ponticus dixit lucem, Heraclitus Phyſicus ſcintillam ſtellaris eſſentiae.*

h) pag. 442. l. 36. ed. Gale, et pag. 84. ed. Schow, cuius notam conſules pag. 268. *Harl.*

in Allegoriis hiſce p. 425. edit. Amſtelodamenſis. *Salluſtii* Philoſophi in Heracliti problemata Homerica ſummarium MS. vidiſſe ſe in Bibl. Lud. Saregi, Peruſiae et Vmbriae praefecti, teſtatur Iuſtus Rycquius Epiſtola XXIX. ad Marcum Velſerum [i]).

Anonymus de Incredibilibus.

III. Libellus alter *de incredibilibus* diuiſus in capita XXII. quem a Galeo poſt Allatium in lucem editum diximus, nullum auctoris nomen habet praefixum. Equidem Euſtathius, vt paulo ante indicaui, teſtatur *Characem* quendam περὶ ἀπίστων ſcripſiſſe poſt Heraclitum ac Palaephatum; itaque ſuſpicari aliquis poſſet, Characem eſſe illius libelli auctorem, niſi cap. 15. et 16. bis laudaretur Charax ἐν Ἑλ-

i) Quoniam non adeo multa ſunt, quae *Valeſius* in *Emendationibus* etc. a Petro Burmanno Amſtelaed. publici iuris factis diſputat, et Burm. docta auxit nota, ea huc a me translata eſſe, paucis, reor, erit moleſtum. *Valeſius* igitur cap. IX. lib. I. de Critica pag. 157. haec animadvertit. „*Heraclides Ponticus Criticus. Liber de Allegoriis Homericis auctorem habet iuniorem Heraclidem.* ὑπόνοια *pro allegoria. Scripta critica Heraclidis Pontici.*

„Fuit etiam inter Criticos Heraclides Ponticus, qui multa de arte grammatica et rhetorica ſcripſit. Nam de Homero et Archilocho libros duos, de ſolutione Quaeſtionum Homericarum binos item libros, totidemque de Homeri et Heſiodi aetate ſcripſiſſe perhibetur a Laertio. Certe Dio Chryſoſtomus in Oratione LIII. Heraclidem Ponticum inter eos recenſet philoſophos, qui de Homero ſcripſere, eumque laudibus atque admiratione proſequuti ſunt. Extat hodie Heraclidis liber de Allegoriis Homericis, ſed ab altero Heraclide multo recentiore conſcriptus. In eo enim libro Crates Grammaticus et Herodicus Cratetis auditor, et Callimachus et Aratus nominantur, quos conſtat longe poſt Heraclidis illius veteris aetatem floruiſſe. Ad haec ἀλληγορίας nomen, qui titulus eſt libri, inter recentiora ponit Plutarchus in libro de lectione Poetarum, [pag. 19. E.] quum antiqui ὑπόνοιαν pro eodem dicere ſolerent; ſic certe loquitur Plato in Libro II. de republ. ſub finem: Ἥρας δὲ δεσμὰς etc. et Philo de Eſſenis ſcribens. Scripſerat etiam Heraclides Ponticus teſte Laertio de Poetica et de Poetis librum vnum. De tribus Tragicis, id eſt, Aeſchylo, Sophocle et Euripide librum vnum; itemque de arte rhetorica dialogum; qui Protagoras inſcribebatur, vt non immerito in Criticorum theatro locum ſibi vindicet.“ Hactenus *Henr. Valeſius.* Burmannus vero ad verba *Heraclidis* lib. de Allegoriis etc. hanc ſcripſit adnotationem:

„Heraclidi Pontico librum hunc Allegoriarum Homericarum adtribuit Geſnerus, cuius error a viris doctis abunde notatus eſt. Quod exiſtimat Valeſius, auctorem illius ſcripti fuiſſe Heraclidem Iuniorem, qui Caligulae, Claudii, et Neronis tempore vixit, in eo ſibi adſentientem habet Voſſium lib. I. de Hiſt. gr. cap. 9. Certe eamdem ob cauſſam, quia ſcilicet in eo multi, qui poſt Heraclidis Pontici aetatem vixerunt, citantur, foetum hunc ipſi abiudicat etiam Menagius ad Diogenem Laertium lib. V. in Heraclide pag. m. 132. Sed et huic argumento addit Galeus, qui Allegorias has inter Opuſcula Mythologica et Phyſica edidit, in initio notarum, pag. 407.“ Heraclidem illum veterem fuiſſe Platonicum; hunc autem Allegoriarum auctorem non tantum non inter Platonicos eſſe referendum; ſed et contra Platonem hanc diſceptationem ſcripſiſſe. Illum autem antiquum Heraclidem Ponticum innui puto a Proclo lib. I. Comment. in Timaeum Platonis, cuius locum ſupra in fine capitis quinti produxit Valeſius. Ceterum Leo Allatius, Lucas Holſtenius aliique auctoritate codd. MSSt. *Heraclitum,* non *Heraclidem* vocandum eſſe libelli huius auctorem exiſtimant, quorum ſententiam ſequitur cel. Fabricius in B. G. lib. I. cap. 22. vide et Küſteri Hiſt. critic. Homeri, Sect. VII. pag. 119. Praeter libros autem de Poetica et Poetis, de tribus Tragicis et de Arte rhetorica, quos in fine capitis memorat Valeſius, etiam plurima alia ſcripſerat Heraclides Ponticus, quae recenſet Io. Ionſius in erudito opere de Scriptor. hiſtor. philoſ. lib. I. cap. 17. Alius Heraclides Criticus ſeu Grammaticus citatur a Stephano Byzant. in voce Μέψα ἐςία. alius item eſt Ἡρακλείδης Κριτικὸς, cuius opus περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων citat Apollon. Dyſcolus Hiſt. Mirab. cap. 19. vt recte pro Ἡρακλείδης κρητικὸς legit Olearius ad Philoſtr. lib. II. de Vitis Sophiſt. XXVI. pag. 612.“ Hactenus *Burmannus.* Adde *Mollerum* in Homonymoſcopia etc. nr. XXX. p. 308. ſqq. et

λημικοῖς. Citat auctor, quiſquis eſt, et Platonem. c. 12. et τὸν εἰς τὰς παρὰ Πλάτωνι παροιμίας γράψαντα. c. 10. Plutarchum περὶ ἀρετῆς γυναικῶν, c. 8. Alexandri [?] Aphrodiſiei Phyſica cap. 16. Strategica Polyaeni cap. 11. et Proclum denique c. 19. vnde, quam non vetuſtiſſimus ſcriptor ſit, apparet. Prima duo capita aliena ab argumento de incredibilibus eſſe, recte obſeruauit Galeus, qui auctorem Chriſtianum eſſe ſuſpicatur ex eo, quod cap. 14. Ἕλληνας dicat de Icaro μυθολογῆται, quaſi Graecos innuat non gente, ſed religione. Neque Heracliti, neque Palaephati vero meminit hic ſcriptor, etſi vtroque vſus videtur. Quaedam plenius habet Heraclito, vt videbis, ſi huius cap. 22. cum Anonymi capite 13. comparaueris: quaedam rectius explicat: confer Heracliti cap. 38. cum Anonymi cap. 12. Sed nec Heraclitus Palaephati mentionem facit, pleraque aliter tradens, quam ille, in non paucis tamen eum, vt videtur, ſecutus. Anonymi quaedam verbatim in Lexico ſuo repetit Phauorinus, vt notatum Galeo, qui ex cap. 2. Ampelium capite de miraculis mundi emendari poſſe obſeruauit. Quod vero eidem viro doctiſſimo videtur libellus Anonymi excerptus ex opere maiori, non facile crediderim: potius habuerim illum pro obſeruationibus collectis e variis ſcriptoribus, quos laudat, aliiſque, in quibus fabulas auctor ipſe reperire ſibi viſus eſt non abſurdo ſenſu explicatas. Eiuſmodi obſeruationes ſubinde inchoant ſcriptores ſolenni illo ὅτι, vt vel ex Aeliani variis conſtat, quas maioris operis eſſe epitomen recte negauit inſignis doctrinae vir Iacobus Perizonius.

Palaephatus Abydenus.

IV. Fuit etiam alius quidam *Palaephatus Abydenus* hiſtoricus, quem Alexandri Magni aetate floruiſſe Suidas k) teſtatur et ſcripſiſſe Κυπριακά, Δηλιακά, Ἀττικά, Ἀραβικά l). Addit hunc Palaephatum fuiſſe delicias Ariſtotelis Philoſophi, auctoribus huius rei laudatis Theodoro Ilienſe in ſecundo Troicorum et Philone ἐν τῷ ε ſτοιχείῳ m) τοῦ περὶ παραδόξου ἱστορίας πρώτου h. e. *in litera ε libri primi de mirabilibus*, qui Alphabeti ſerie procedebat. Hic eſt *Philo Heracleota*, quem ἐν τῷ περὶ Νυμφῶν περὶ θαυμασίων excitat *Porphyrius* apud Stobaeum Eclog. Phyſ. pag. 130. *Ad Nymphin* legit Ionſius lib. II. cap. 12. vbi alios θαυμασίων et παραδόξων ἱστοριῶν ſcriptores colligit, quibus *Antheſium* παραδοξόγραφον memoratum Tzetzae Chil. 2. v. 151. [illegible], de quo Scymnus Chius n) v. 657 ſeq. *Ariſtoclem*, cuius lib. II. παραδόξων laudat Stobaeus ſerm. 62. *Antonii Diogenis* o) libros XXIV. de inſula Thule, Photio cod. 166. recenſitos, [illegible]

et Acta Eruditorum Lipſ. menſ. Sept. a. 1688 p. 476 ſq. *Ruhnken.* V. C. ad Timaei Lexic. Platon. pag. 144. n. 21. probat Valeſii argumentum e Plutarchi loco ductum, Allegorias *Homericas*, quae ſub *Heraclidis* nomine circumferuntur, non veteri illi Pontico, ſed alii recentiori *Heraclidi* eſſe tribuendas, et voc. ὑπόνοια h. e. *allegoria* docte ſuſeque explicat. *Harl.*

k) nec non *Eudocia* pag. 350. quae p. 356 de Palaephato, poeta epico, et pag. 359. de Palaephato grammatico aliiſque prodit ex Suida. *Harl.*

l) Τρωικά ſcripſiſſe *Palaephatum* quendam Aegyptium ſiue Athenienſem, (quod opus tamen alii Palaephato Pario tribuunt,) item Theologiam Aegyptiacam; fabuloſorum librum vnum; fabuloſe dictorum ſolutiones; Argumenta in Simonidem, et hiſtoriam propriam, narrant *Suidas* tom. III. p. 8. vbi Kuſter. vide, et *Eudocia* p. 350. adde cl. *Heyne* tom. II. Exc. I. ad Virg. Aen. pag. 226. *Harl.*

m) *Eudocia* pag. 350. Φίλων ἐν τῷ ε ſτοιχείῳ etc. *Harl.*

n) Verba Scymni haec ſunt: Ἐφ' ᾗ κατὰ μυχὸν Ἀντιφάνης πατρὶς
Κεῖται λεγομένη Βέργη τῷ δὴ γεγραφότος
Ἄπιστον, ἱστορίας τε μυθικῆς γέλων.

o) *Porphyrio* in vita Pythag. pag. 6. laudatur Διογένης ἐν τοῖς ὑπὲρ Θούλην ἀπίστοις. Memorat Diogenis ἄπιστα etiam Epiphanius haereſi XXXIII. Ptolem. c. 8. pag. 222.

Apollonii in libris, de quibus Gellius lib. IV. c. 14. *Archelai* Poetae ἰδιοφυῆ, *Lyſimachi* [P] παράδοξα Θηβαϊκά in Scholiis ad Euripidem et ad Apollonium laudata, *Myrſili* ἱστορικὰ παράδοξα, quae memorat Athenaeus, *Michaelis Pſelli* ineditum opus περὶ παραδόξων ἀναγνωσμάτων ad Mich. Cerularium Patriarcham CPol. *Varronis de rebus admirandis* Nonio laudatum, et *Ciceronis* ſcriptum eiuſdem argumenti, quod memorat Plinius XXXI. 2. et 4. aliosque addere liceret, ſi id ageremus p).

Abydenus hiſtoriae Aſſyr. conditor. V. Diuerſus a Palaephato Abydeno fuit *Abydenus* Ἀσσυριακῶν ſiue Aſſyriacae hiſtoriae conditor, quam MStam in Italiae Bibliothecis exſtare ſcripſit *Scipio Tettus* apud Labbeum Bibl. Nou. MSS. p. 167. niſi forte fucus illi factus fuit, vel ſola fragmenta ex illis vidit, qualia exſtant apud Euſebium, Cyrillum et Georgium Syncellum, vel qualia ſunt fragmenta libris de emendatione temporum a Scaligero ſubiecta et notis illuſtrata. A praeſtantiſſimo autem *Huetio*, qui p. 99. praeparat. Euangelicae Abydenum hunc cum Palaephato Abydeno eundem eſſe putat, recte diſſentire me exiſtimo, non ſane propter varietatem ſcripturae, quam in nomine Abydeni obſeruauit *Scaliger* ad Graeca Euſebii p. 409. et *Voſſius* de Hiſtoricis Graecis, ſed quod Abydenus teſtatur, ſe profeciſſe e Beroſo, qui ſcripſit ſub Antiocho Sotere vel filio eius Θεῷ, at Palaephatus Abydenus aequalis fuit Alexandri Magni. Deinde incredibile videtur patriam ſolam ab Euſebio et reliquis ſemper exprimi, nunquam nomen proprium. Denique inter Palaephati Abydeni ſcripta nulla apud Suidam mentio fit Aſſyriacae hiſtoriae q).

p) *Petrus Blondus*, Meſſanenſis, circa a. 1439. ſcripſit librum *de Mirabilibus Siciliae*, qui vero libris rariſſimis adſcribendus videtur. Citatur vero a quibuſdam ſcriptoribus Siculis apud *Mongitorem* in Biblioth. Sicula tom. II. pag. 131. qui quidem haec quoque narrat. „Ioannes Baptiſta de Groſſis in Decacord. Catan. tom. I. cord. 2. mod. 1. pag. 29. ex Archangelo teſtatur, Blondi opus inſcriptum eſſe: *De admirandis Auditionibus Siciliae ex Ageſinacis* (Hegeſianactis) *et Adalphii voluminibus:* additque a Conſtantino Laſcare latinitate donatum. Mongitor. vero bene, „at quomodo, ait, vir Siculus graece ſcripſit a. 1439, cum graecae litterae in Sicilia defecerant? Sed hac de re fides ſit apud relatos auctores." Quod ſupra inuitus oblitus ſum, hic poſtliminio quaſi reſtituam. Cel. *Matthaei* habet cod. Palaephati ſaec. XIV. e quo et ex Arſenii Violeto, in quo itidem occurrunt Palaephati particulae, in Bibl. Synod. n. IX. fol. Fiſchero cl. v. dedit varias lectiones. *Harl.*

q) Fuit vrbs quaedam Graeciae, cui nomen *Palaephatus*. Memorat eam *Liuius* lib. 32. c. 13. *Heumann.* At enim Drackenb. ibidem vol. IV. pag. 623. (vbi multus eſt de hac lectione et ſcriptura in vett. libris,) reduxit antiquam ſcripturam *Palaepharus;* cum Ortelio tamen in Theſauro geogr. legendum cenſet *Palaepharſalus* *Harl.*

CAPVT XXIII

I. Palamedis Argiui ſcripta. II. *Num literas Graecas reppererit. Obiter de Cadmo ac de aliis literarum Graecarum inuentoribus.* III. *Tabula Palamedis.* IV. *Alia ipſius inuenta.* V. *Palamedes aut.*

[Cum ſupplementis G. C. Harles.]

Palamedes. I. PALAMEDES Argiuus Agamemnonis Regis conſobrinus, Corinni, de quo ſupra dixi, praeceptor, ob ſingularem ſapientiam et carminum ſuauitatem vocatur *πάνσοφος ἀηδὼν μουσῶν* in notiſſimis Euripidis verſibus, quos refert Laertius Lib. II. ſect. 44. et Tzetzes ad Lycophronem v. 384. Suidae audit *ἐποποιὸς*, qui teſtatur poemata eius per inuidiam abolita fuiſſe vel ab Agamemnonis poſteris, vel, (quod neutiquam crediderim), ab ipſo Homero. *Τὰ δὲ ποιήματα αὐτοῦ ἠφανίσθη ὑπὸ τῶν Ἀγαμέμνονος ἀπογόνων διὰ βασκανίαν. Ὑπολαμβάνω δὲ καὶ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ποιήσασθαι* (ita locum hunc ſupplet Allatius p. 51. de patria Homeri, ſed doctiſſ. Küſter. rectius e MSS. ſic: *ὑπολαμβάνω δὲ καὶ τὸν* [f] *ποιητὴν Ὅμηρον αὐτὸ τοῦτο πεποιθέναι καὶ μηδεμίαν τοῦ ἀνδρὸς μνήμην ποιήσασθαι*). *Ἠφανίσθη τὰ Παλαμήδους ποιήματα διὰ βασκανίαν ὑπὸ Ὁμήρου, ἅπτεται δὲ καὶ τῶν μεγίστων ἀνδρῶν ὁ φθόνος.* Apollonius Tyanenſis apud Philoſtratum Lib. IV. cap. 4. vocat *ἀγαθὸν ἄνδρα δι' ὃν πᾶσα σοφία.* Idem reſtituta eius ſtatua illi ſupplicat, vt denique propitius iterum eſſe velit Graecis, pluresque viros ſapientes ipſis impertiat. *Ναὶ Παλάμηδες, δι' ὃν λόγοι, δι' ὃν Μοῦσαι, δι' ὃν ἐγώ* [a]).

Palam. num literas graec. inuenerit. II. Secundum Steſichori multorumque aliorum veterum teſtimonium [b]) Palamedes literas Graecas reperit. Ita et Dio Chryſoſt. XIII. p. 225 [c]). *Quae res ſi forte ſit dubia, tamen certum eſt, θ, φ, χ, ab hoc inuentas cum aſpiratione,* ſic credimus Seruio ad Aeneid. 2. [v. 86.] Sed et haſce tres alii non ad Palamedem, ſed Cadmum [d]) Phoe

a) *Eudocia* ter fecit Palamedis mentionem. Primum narrat illa pag. 321. ſq. illius hiſtoriam cauſſamque interitus et vindictam, quam illius pater, Nauplius, ſumſerat: pag. 356. prodit ex Suida alioue eius inuenta; ſed deeſt iſtud ſupplementum a Fabricio iam commemoratum, et de Palamede dicitur, *ἔσχε εὐφυῶς πρός τε φιλοσοφίαν καὶ ποιητικήν.* pag. 398 incipit Eudocia Troiae fata perſequi, et pag. 400 repetit iisdem verbis cauſſam interitus, et quae conſequuta ſunt, Palamedem vero ſcribit ducum *τὸν σοφώτατον* fuiſſe. Laudatur a *Luciano* in Calumn. non temere credendis c. 28. tom. III. p. 158. Reitz. vbi vid. interpr. *Harl.*

b) adde *Plutarch.* Sympoſ. IX. quaeſt. 2. Fabulas, *Palamedes*, ſcripſerunt Sophocles atque Euripides, ex cuius Palamede locum ſeruauit Stobaeus p. 469. Euripides vero nihil aliud adfirmauit, quam quod Palamedes litteris ordinatis faciliorem vtendi ſcribendique rationem commonſtrauerit, vt *Hemſterhus.* praeclare docuit, locum emendauit, et de repertis, vel potius inuectis in Graeciam litteris ac de Palamede egregie fuſeque diſſerit ad *Luciani* iudicium vocalium c. V. p. 88. tom. I. *Harl.*

c) Graeca Chronici Euſeb. p. 33. Irenaei p. 78 ed. Maſſueti, Euſebii X. 5. Praepar. Euang. Bochart Hieroz. tom. II. pag. 74. ſq.

d) Sub antiqui cuiuſdam *Cadmi* nomine libri olim ferebantur, quos in Epitomen redegit Bion Proconneſius, Pherecydis Syrii aequalis. *ὁ Προκοννήσιος Βίων, ὃς καὶ τὰ Κάδμου τοῦ παλαιοῦ μετέγραψεν ἐπιφαλαιούμενος.* Clemens 6. Strom. p. 629. At Dionyſius Halic. de Thucydidis idiom. ad Tuberonem p. 146. teſtatur ſcripta, quae ſub Cadmi Mileſii nomine tum ferebantur, non fuiſſe habita ab omnibus fide digna. De *Cadmo* literarum, lapicidinarum et Metallorum repertore Euſebius X. 26. praep. rat. Laertius VII. 30. *Κάδμος ἀφ' οὗ γραπτὰν ἔλλας ἔσχεν σελίδα.* Syriano pag. 17. ad Hermogenem memoratur *ἡ κατὰ Κάδμον καὶ Δαναὸν Γραμματικὴ* quae tantum XVI. utebatur litteris. Ei opponitur apud Suidam in *Ἀττικισμὸς* Grammatica XXIV. literarum, quae Plutarcho in Ariſtide p. 319. vocatur *ἡ μετ' Εὐκλείδην Γραμματική*, quae poſt Euclidem Archontem in vſu eſſe coepit. Chronicon Paſchale ad Olymp. XCVI. 4. p. 167. *Ἀθηναῖοι ἤρξαντο στοιχείοις κδ χρῆσθαι, πρότερον ις' χρώμενοι.* Sex por

Ca

ıdmos refert Annii Viterbienſis pſeudo Xenophon
libello de aequiuocis, quorum primus Phoeni-
ıs iſte, poſtremus *Cadmus Mileſius*, qui pro-
n orationem condere primus inſtituit teſte Pli-
o Lib. V. c. 29. et Solino c. 40. Idem tamen
inius Lib. VII. c. 56. *Proſam*, inquit, *oratio-
m condere Pherecydes Syrius inſtituit, Cyri
gis aetate. Hiſtoriam Cadmus Mileſius.* De
ierecyde eſt etiam apud Apuleium 2. Florid. et
dorum Lib. I. Orig. cap. 37. De Hecataeo Sui-
s in συγγράφω. Ἑκαταῖος πρῶτος ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνε-
ιν, τὰ γὰρ Ἀκουσιλάου νοθεύεται. Strabo Lib. I.
18. ait primos omnium poetas ſcribendo appro-
tionem meruiſſe, deinde Cadmum, Pherecy-
m, Hecataeum metri numeros ſoluiſſe, reli-
ıa poeticae dictionis ſeruaſſe. *Fabric.* Nolo
c repetere, quae de *Cadmo*, Phoenicia oriundo,
m veteres tum recentiores partim vere, partim
bulose narrarunt. *Eudocia* pag. 248. iam vete-
s quoſdam excitat ſcriptores. *Monboddo* von
m Vrſprung vnd Fortgang der Sprache, ſecun-
ım verſionem E. A. Schmid, part. I. cap. 12.
g. 413. ſq. ſibi perſuadet, Pelaſgos linguam
cepiſſe ab Aegyptiis, et Graeciae intuliſſe, linguam
orum fuiſſe dialectum Aegyptiacae, et Athenien-
s coloniam Saitarum etc. et part. II. lib. II. c. 3.
g. 165. ſq. contendit, litteras a Pelaſgis primum
Aegypto Graeciae, dein a Cadmo, figura ali-
ıatenus mutata, eſſe illatas. Sic quoque d'Han-
rville: Recherches ſur l'origine, l'eſpirt et les
ogrès des Arts de la Grèce, l. 2. c. 2. cenſet Pe-
ſgos ante Cadmum vſos eſſe litteris, e Bactriana
petitis. Cf. Denina Geſch. von Griechenl. T. I.
155. ſq. *Bouhier* in diſſ. de priſcis Graecorum et
at. litteris, ad calcem Palaeo gr. Montfaucon. ortum
tterarum gr. non adſerit Cadmo, ſed Pelaſgis, ab
o tamen graecum alphabetum tribus litteris Z.
. et Ξ eſſe auctum demonſtratum it pag. 567. ſqq.
m p. 555. ſqq. Pelaſgos origine Phoenices fuiſſe pu-
t, p. 558 inquirit, quomodo Linus, Orpheus ac
onapides litteris Pelaſgicis cenſeantur ſcripſiſſe.
d tota diſſertatio eſt legenda et Hemſterh. ad Lu-
an. I. p. 89. conferendus. Add. Reinoldii Hiſto-
a gr. et latin. litter., Etonae 1752. 4. et Renal-
otius in Comment. Academ. Pariſ. Inſcript. T. II.
ıg. 245. ſq. Atque *Io. Tzetzes* Chiliad. Hi-
or. V. verſ. 804 — 828. Chil. X. v. 441 — 474.
Chil. XII. v. 38 — 126. litterarum vſum apud
raecos Cadmo Phoenicio antiquiorem eſſe adſe-
erat. Eius tamen nugas ſatis refutarunt *Scaliger*
ı Animaduerſionibus ad Euſebii Chronicon et
um. MDCXVII. vbi diſſerit de Cadmeis et Ioni-
cis litteris, et *Bochartus* in Geogr. ſacrae parte II.
lib. I. cap. 20. pag. 489. 490. ſq. qui, litteras in
Graeciam haud aliunde, quam e Phoenicia adla-
tas fuiſſe, triplici argumento, a figura, nomini-
bus et ordine litterarum hebraicarum, Phoenicia-
rum et Graecarum deſumto, it conmonſtratum.
Idem *Bochartus* antiquiſſimum illud alphabetum,
quod Cadmus in Graeciam tranſtulit, viginti dua-
bus quidem litteris, aeque ac etiamnunc Phoeni-
cium ſiue Samaritanum conſtitiſſe exiſtimat, ſed
ſedecim earum initio tantum in vſu fuiſſe, atque
hinc memoriae proditum eſſe, ſedecim duntaxat
litteras a Cadmo Graecis traditas fuiſſe. Illius
ſententiae ſubſcribit *Petr. Lambecius* in Prodr.
hiſt. lit. lib. II. cap. 2. pag. 160. qui praeterea ſen-
tit, litteras illas fuiſſe Cadmo antiquiores, et ab
Hebraeis, Phoenicibus; ab his, Graecis traditas,
haud exigua tamen pedetentim formarum facta
mutatione. De litteris Pelaſgicis earumque prim-
ordiis ante Cadmi in Graeciam tranſitum v. *Dio-
dor. Sic.* III. 66. ibique Weſſeling. tom. I. p. 236. 237.
adde *Banier* Erläuterung der Götterlehre, ex in-
terpret. germ. IV. vol. p. 285. Contra *Ioſephus*
lib. I. contra Apionem pag. 1034. litterarum apud
Graecos vſum Cadmo longe recentiorem eſſe ſtatuit,
quia nulla bello Troiano antiquior inſcriptio in
templis ac publicis anathematibus vnquam fuiſſet
inuenta, antiquiſſimus praeterea omnium grae-
corum ſcriptorum ſit Homerus, qui ne ſua quidem
poemata conſignarit litteris. Enimuero vt poſte-
rius eſt minus probabile, (de qua re infra cap. de
Homero commodior erit differendi locus): ita
prius etiam ſatis refutatum eſt a viris doctis, tri-
bus vetuſtiſſimis inſcriptionibus, ab *Herodoto*
libr. V. cap. 59, 60, 61. adlatis et ab interitu ſer-
vatis (conf. ſupra p. 4. Not.) Herodotus ait, ſe
ipſum vidiſſe apud Thebas Boeotias in Iſmenii Apol-
linis templo litteras Cadmeas in tripodibus qui-
buſdam inciſas, magna ex parte conſimiles Ioni-
cis. Illarum primum epigramma pertinet ad aetatem
Laii, qui fuit pronepos Cadmi, et huius eſt ſententiae:

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν, ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων

Obtulit Amphitryon me GENTIS *Teleboarum.*

Facile patet, Herodotum iis litteris, quae ſua
aetate vſitatae fuerant, ſcripſiſſe vocabula. Quod
autem Amphitryon fuerit Thebanus, non, gen-
tis Teleboarum; iſque parta de Telebois victo-
ria, Thebas redux, ibi tripodem conſecrauit,
Valckenaer, Weſſelingius, quorum doctas no-
tas, etiam de Cadmearum litterarum antiquitate con-
ſules, aliique varie emendarunt aut tentarunt lo-
cum, ἐὼν ante Berglerum et Weſſelingium iam
emen-

emendauerat *Marianus Valguarnera* in Diſcorſo dell' origine ed antichità di Palermo, e de' primi abitatori della Sicilia e dell' Italia. Palerm. 1614. in 4. pag. 152. Mihi vero placet correctio *Thomae Perellii* in Nuovi Miſcellanei Luccheſi, Lucca 1775, tom. I. pag. 52 — μ' ἀνέθηκε, νίκην (*redux*) ἀπὸ τῆλ. Huius vero emendationis notitiam debeo cel. *Villoiſon.* in Anecdot. gr. tom. II. p. 129. not. Atque ſi mente concipimus, quomodo antiquiſſimis Cadmeis depicta fuerit litteris inſcriptio, atque *Bouhier* in Epiſt. ad Maſſeium, (in huius Galliae antiquitatibus quibusdam ſelectis etc. Veronae 1734.) pag. 186. 187. oſtendit, ad comprobandam hanc emendationem eo facilius impellimur atque ducimur. Cadmum, vt ad hunc reuertamur, et quem Bacchi aut potius Oſiridos religioſe colendi auctorem in Graecia fuiſſe narrant, (v. *Diodor. Sic.* I. cap. 23. pag. 26. ſq. Weſſel. *Marsham* Can. Chron. Saec. IX. p. 124. *Buddaei* Hiſt. V. Teſt. per. II. ſect. 2. pag. 997. etc.) cum Phoenicibus, Graecis antea illiteratis Phoenicias tradidiſſe litteras nominaque litterarum, quae ad noſtram vſque aetatem, nullo paene admiſſo diſcrimine, perſeuerant, *Montfaucon* in Palaeographia gr. lib. II. cap. I. teſtimonio Herodoti potiſſimum nixus adfirmat probatque, eosque reiicit, qui Cecropi aut Lino aduectarum litterarum gloriam adſcribant; idem exhibet ſchema omnium priſcae formae characterum. v. quoque *Spanhem.* de Pr. et V. Numiſm. vol. I. pag. 83. ſq. At qui de inuentoribus litterarum mox memorandis ſcripſerunt, de hac quoque lite et Cadmo diſputarunt. Ille aeris praeterea conflandi artificium in Thracia primum, (v. *Plin.* H. N. VII. 56.) dein apud Thebas inueniſſe dicitur. v. *Hygin.* fab. 247. ibique Munker ac Staueer. Cadmum Aegyptium fuiſſe, ſtatuerunt Diodor. Sic. I. c. 23. p. 27. Weſſel. *Seldenus* de diis Syris cap. 4. et, qui eum ſequitur *Marsham* Chron. ſaec. IX. Aegyptiis ſaepe nimis fauens, cuius tamen veſtigia premit Monboddo. conf. Schol. ad Pindar. apud Caluiſium ad a. m. 2509. Sed opinionem illam antiquam fuiſſe, ex eo quoque patet, quod *Pauſan.* Boeot. c. 12. illam iam refellit, et *Phoenicem* Cadmum in Thebanorum fines veniſſe, ex ara quadam Mineruae cum ſimulacro, quod a Cadmo dedicatum perhibent, et ipſo huius Mineruae nomine oſtendit. Hanc Cadmi patriam deſignat quoque Herodotus l. m. atque in Pauſaniae ſententiam eunt *Simſon* in Chron. cathol. ad a. m. 2555 ante Chr. n. 1448. Ioſuae VIII. (quo anno Cadmus in Graeciam illi videtur veniſſe,) atque *Weſſeling.* in nota ad illum: quos conſules. Tamen vtramque de eius patria ſententiam atque narrationem iam alii conciliare ſtatuerunt; adde quoque *Simſon.* ad a. m. 2550 de Cadmo cum claſſe in inſulam Calliſten delato, et ad a. m. 2590 de Cadmo Thebanum regnum relinquente et ad Illyrios migrante. Ad a. m. 2500 — 2549 circ. Cadmi aetatem refert *Lambec.* Prodr. p. 156. vbi alios quoque chronologos adducit et in tabula chronologica ad hos annos. (Vphagen) in Parergis hiſtoricis, Dantiſci 1782. 4. pag. 205. Cadmi aduentum in Boeotia et Thebas ab illo conditas collocat in a. m. 2859 ante Ch. n. 1520. *Stephano Morino* pag. 50. diſſ. Cadmus non tam viri nomen videtur, quam populi inter Cananaeos celebris. adde *Banier* Explicat. hiſt. des Fables P. II. p. 31.

Hunc Cadmum, Agenoris filium, confundit Suidas cum Cadmo Mileſio, vt iam notatum eſt a viris doctis. v. Menagium ad Diogen. Laert. lib. VII. ſegm. XXX. p. 277. Eumdem errorem errauit *Diomedes* περὶ ςοιχείων, in cod. 489. D. Marci, in *Viloiſon.* Anecd. gr. II. p. 187. *Suidas et Eudocia* pag. 267. duo Cadmos alios Mileſios hiſtoricos, eorumque ſcripta memorant: quorum prior fuiſſe dicitur Pandionis filius, Orpheo paullo iunior; poſterior, Archelai filius, iunior hiſtoricus. Paullo tamen differt Eudocia in poſteriore. Suidas ſcripſit τινὲς δὲ Λυκῖνον Κάδμον ἀνέγραψαν. Eudocia vero τινὲς δὲ καὶ Λυκῖνον καὶ Κάδμον ἀνέγραψαν. — *Cadmum Mileſium*, Hiſtoriographum, claruiſſe circ. a. m. 3485 ante C. N. 518. Olymp. 65. V. C. 234 ex *Ioſepho* lib. I. init. contra Apionem Simſon. colligit: nam Ioſephus ait, Cadmum Mileſium et Acuſilaum Argiuum paullulum praeceſſiſſe Perſarum contra Graecos expeditionem. adde *Kühn* ad Aeliani H. V. libr. XI. cap. 2.

De *Calliſtrato*, Samio, belli Peloponneſiaci temporibus, qui auctor fertur alphabeti viginti quatuor litterarum, vide *Cl. Salmaſ.* ad conſecrat. templi in agro Herodis pag. 635. ſq. in Poleni Supplem. vtriusque theſ. Antiqq. vol. II. *Spanhem.* de Pr. et Vſu Numiſm. tom. I. pag. 85. ſqq. praecipue locum ex ſcholiis cod. Voſſiani, nunc Leidenſis, ad Il. H. v. 183. vbi vero mendoſe ſcriptum eſt οὐχ οἱ αὐτοὶ γὰρ ἦσαν περὶ Πάριν τοῦ [illegible] χαρακτῆρες, quid enim *Paridi* ſit cum [illegible], recte ſe ignorare fatetur *Maffeius* artis criticae lapidariae libr. III. cap. I. pag. 67. ed. [illegible] Verum cel. *Villoiſon* in Anecdot. graec. vol II. pag. 121. 122. not. ex Homerico codice Marciano

Phoenicium, Lini, (vt tradit Zenobius IV. 45. prouerb.) aequalem atque interfectorem referunt, ceu patet e Tzetza Chil. 5. hiſt. 28. Chil. 12. hiſt. 398. et Theodoſio Alexandrino in Scholiis ineditis ad Dionyſium Thracem. Suidas inuentas a Palamede [e]) tradit litteras ζ, π, φ, χ. Confer, quae de literarum Graecarum inuentoribus notarunt Apoſtolius XVII. 25. et XX. 29. prouerb. Ioſephus Scaliger ad Euſebium n. MDCXVII. Meurſius ad Heſychium illuſtrem p. 179. ſequ. Lipſius [et Erneſti] ad Tacitum XI. 14. Annal. Salmaſius ad inſcriptionem Herodis Attici p. 230. ſq. [rec. in Poleni Supplem. vtriuſque theſauri Antiq. vol. II. col. 609. ſqq. inprimis col. 4. ſqq. *Harl.*] Sam. Petitus Lib. II. Obſeruatt. c. 1. Ezechiel Spanhemius de vſu numiſmatum diſſ. 2. [*] [tom. I. p. 85. ſqq. ed. Londin.] Olaus Rudbeckius part. I. Atlanticae c. 38. Io. Chriſtoph. Artopoeus de origine litterarum; Frid. Sylburg in Alphab. graeco Francof. 1591. 8. Euſebius Renaudot. tom. III. Memor. acad. Inſcript. pag. 305. ſq. Eraſmus Paul. Vinding. in diſſ. de inuentoribus litterarum, Hafniae 1660. 4. Bochartus Lib. I. Chanaan c. 20. Thom. Munkerus ad Hyginum fab. 277. et Iohannes Marshamus Canonis Chron. p. 123 ſq. vbi ſpeciatim de Cadmo [Agenoris F.] Phoenicio, a quo literas φοινικικὰ σήμα-

453 in quo eadem verba occurrunt, reſcribit παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι χαρ.

De *Hecataeo*, Hegeſandri filio, Mileſio, hiſtoriographo, (qui diuerſus eſt ab Hecataeo, Abderita, philoſopho, critico et grammatico,) v. *Suidas* h. v. et *Eudocia* pag. 163. atque *Voſſius* de hiſtor. graecis lib. I. cap. 10. Vixit temporibus Darii, qui poſt Cambyſen regnauit. Suidas praeterea annum illius aetatis adſignat Olymp. LXV. *Weſſelingio* tamen ad Simſon. Chron. cath. ad a. m. 3485 ante C. N. 518. V. C. 234. videtur circa Olymp. LXIX. et ſequentem maxime floruiſſe ob ea, quae Herodotus lib. V. cap. 36. refert. Herodotus multum illi debere fertur. In Suida tamen atque Eudocia male legitur: τὰ γὰρ Ἀγησιλάου ἐσθίεται. At *Voſſius* de hiſt. gr. lib. I. c. 2. iam correxit Ἀκεσιλάου, quem ſequutus videtur noſter Fabricius. De *Hecataeo* v. *Sevin* in Memoir. de l' Acad. Par. des I. et B. L. vol. VI. pag. 472. ſqq. Denique *Epicharmo* Siculo inuentionem litterarum π et ψ *Hyginus* fab. 277. adſerit: *Cedrenus* vero in diſſ. *Goenſii* de Simonide p. 86. Z. Ξ. Ψ. Idem narrat *Diomedes* in cod. D. Marci Ven. apud *Villoiſon* in Anecd. gr. t. II. p. 187. vbi a p. 186. de inuentoribus litterarum varia recenſentur iudicia. *Harl.*

e) Nugae forſan grammaticorum eſſe videbuntur, quae de inuentoribus huius illiuſque litterae in vtramque partem diſputantur. Enimuero illa quaeſtio, quoniam ad hiſtoriam ingenii humani et doctrinarum pertinet, inprimis quia veritas aut falſitas aut aetas monumenti cuiuſdam vnice aut probabiliter cognoſci poteſt atque demonſtrari ex illa inquiſitione inuentaeque litterae aetate, haud omnino inutilis eſt, neque a viris doctis temere agitata, quamquam in hac controuerſia ſemper non animaduerſum eſt, fieri interdum potuiſſe, vt in monumentis publicis antiqua orthographia et priſca ſcribendi ratio diutius ſit ſeruata, etiamſi a Palamede aut Simonide nouae litterae fuiſſent inuentae, et ab hominibus doctis vulgoque receptae et adhibitae. Num igitur certa aetas monumenti cuiuſdam vetuſti ſolummodo ex vſu aut abſentia litterae huius vel illius adcurate poſſit definiri, neſcio: lubenter tamen peritorum iudicio ſubiiciam hanc dubitatiunculam. Quidquid eſt, eruditiſſ. *Rykl. Mich. van Goens*, quum adhuc in vniuerſitate Lugdunenſi Bat. litteras profiteretur, in docta diſſert. *de Simonide Ceo, poeta et philoſopho*, quam ſocio ſumto *Petro Gerardo Duker*, Traiecti ad Rhenum 1768. defendit, in capitis quarti ſectione prima de litteris Alphabeto additis agit diligenter. Primum diſſentit ab iis, qui Palamedi XI, XVI vel XVII litteras tribuunt, vt *Hygin.* fab. 277. *Tacit.* Annal. II. cap. 14. *Io. Tzetzes* Chiliade 8. hiſt. c. 28. Schol. *Eurip.* Oreſt. v. 432. Tum perſequitur diſcidia veterum in definitione litterarum, quae Palamedi aut Simonidi debentur. *Plinius* e. g. H. N. lib. VII. cap. 56. Cadmeis ſedecim numero litteris Palamedem Troiano bello adiecíſſe, prodit, quatuor hac figura Θ. Ξ. Φ. Χ, totidem poſt eum Simonidem Melicum Ζ. Η. Ψ. Ω. Cum aliis Schol. Greg. Nazianz. ad Stel. I. p. 66. Ξ tribuit Palamedi; alii aliter narrant. *Goens* ſ. *Ducker* τῶν Ζ et Ξ Η et Ω inuentarum gloriam vindicat p. 79. ſq. Simonidi; Palamedi vero

σήματα Κάδμου vocat Timon apud Sextum Empiricum aduerſus Grammaticos c. 2. f). Conſer Diodorum Sic. V. p. 227. c. et 235. c. Anthologiam Epigr. p. 279. edit. Wechel. Syncellum p. 152. Plutarchum Lib. IX. Sympoſiacon c. 2. Epiphanium haereſ. XXXIV. 11. Leo quoque Allatius parauit tractatum de origine Graecarum literarum, in quo earum antiquitatem et vſum et, vt immutatae fuerunt, poſt Scaligerum ad Euſeb. p. 110 ſq. aliosque viros doctos explicauerat, vt ipſe teſtatur libro de patria Homeri p. 88. Sed ille Allatii liber quod ſciam, lucem non adſpexit, neque Iſaaci Voſſii diſſertatio de literis et vera pronuntiatione linguae Graecae quam promiſit ad Melae l. I. c. 12. g).

III. Prae-

vero litteras Θ. Φ. Χ. Ψ et indicia ſuſpicionesque Salmaſii, Spanhemii, Bouhier, etc. ſub examen vocat. Ξ tamen non exſtat in marmore Nointeliano poſt Ol. LXXX, ergo poſt Simonidis aetatem, poſito, quod, notante iam Goenſio p. 84. not. Sc. Maffeius deſcripſit in Antiq. Galliae ſelectis, meamque paullo ante motam dubitationem confirmat: quamquam non ſim neſcius, Palamedis litteras et Simonidis neglectas per aliquod temporis intervallum fuiſſe, donec publica auctoritate et communi conſenſu a Graecis reciperentur, docente *Goenſio* pag. 91. etc. Pag. 86. ſq. refutat is Winkelmannum, qui in Hiſtor. artis antiquar. tom. I. pag. 219. ed. German. X a Simonide inuentum adfirmat, quum illa littera ſit longe vetuſtior et ſaltem Palamedis inuentum. At Scaliger, Salmaſius, Voſſius de arte Grammat. lib. I. 15. Spanhem. Bouhier, Montfaucon alii ſunt adeundi, qui piſtrino huic operam addicere velint. *Harl.*

f) Γράμματα, quod eſſent a Phoenicibus illata, eſſe vocata *φοινικήϊα*, ait quoque *Herodotus* V. 58. vbi vide Weſſel. et Valck. et a priore laudatos *Clement. Alex.* Strom. I. p. 362. atque auctores Hiſt. nou. Diplom. tom. I. pag. 587. *Harl.*

g) Omnes, qui vel ſeparatim vel ὡς ἐν παρόδῳ quaſi de origine graecae linguae et inuentoribus formaque antiquiſſima aut mutatione litterarum gr. ſcripſerunt, et in diuerſa abierunt, aut ſomniarunt, enumerare, nedum percenſere eorumque opiniones argumentaque curatius explicare, res foret infinita, et mihi non minus quam multis lectoribus perquam moleſta. Atque ego in introductione in Hiſtor. linguae Graecae §. IV. Prolegomen. pag. VIII. ſqq. et in Introductione in Notitiam litteraturae rom. tom. I. Proleg. §. II. ſqq p. 104. ſqq. iam multorum eorumque praecipuorum hominum doct. opiniones ſententiaſque partim ſtrictius, partim vberius expoſui. Quapropter iis, quos in vtroque opere iam recenſui, hic praetermiſſis, aliquot viros doctos a me aut Fabricio non commemoratos nominare potius, quam illorum ſententias excutere aut copioſius enarrare mihi licebit. Cl. *Salmaſius* lib. de Hellenist. part. II. p. 267. ſqq. *Triller* in Anmerkungen über Hug. Grotii Leidenden Chriſtus pag. 240. ſqq. *Bouhier* in Diſſert. ſur Herodote cap. 10. *Henr. Benzelius*, academiae Lundenſis quondam Procancellarius, in tentamine philologico de ſcriptura ante Moſen. Lund. 1730, recuſo, in illius Syntagmate diſſertationum, in Academia Lundenſi habitarum — cum praefatione Io. Erhardi Kappii, Prof. Lipſici, Francofurti et Lipſiae 1745. 4. pag. 198. ſqq. praecipue §. III. ſqq. pag. 206. De antiquitate litterarum apud Plinium *Sevin* in Hiſt. acad. regiae Pariſ. Inſcript. vol. III. pag. 143. et in Mem. eiuſdem acad. vol. IV. pag. 380. ſqq. *Anſelmus.* In Hiſt. eiuſd. acad. vol. XXXI. *Barthelemus* de lingua Aegyptiorum, Phoenicum et Graecorum etc. idem ibid. tom. XXIII. pag. 394 ſqq. *Paciaudi* in Monumentis Peloponneſiacis Romae 1761. 4. paſſim, vt vol. I. pag. 33. ſq. pag. 260. vol. II. pag. 97. p. 261 etc. *Mazochius* in Prodromo ad Heracleae Pſephiſmata, diatr. III. cap. 2. *P. Paulus Maria Ogerius*, ordinis Carmelitarum, Sacrae theol. in Taurinenſi coenobio Lector, in libello, Graeca et Latina lingua hebraizantes, ſeu de graecae et latinae cum hebraica affinitate, Venetiis 1764. 8. inprimis cap. X. qua ratione tot recenſitae hebraeae voces ad Graecos atque Latinos peruenerint, et cap. XI. quomodo ad Graecos et Latinos peruenerint Hebraeorum litterae. In eadem haereſi atque opinionis errore alii iam verſati ſunt, e. gr. *Io. Baptiſta Paſſerius*, Piſaurenſis, de hebraiſmo Aegyptiorum, in *Gorii* Symbolis litterariis, vol. IV. Florentiae 1749. 8. pag. 1. ſqq. vbi capite III. defenditur hebraiſmus Aegyptiorum, ex quo tota graeca lingua hebraicis vocibus abundauerit; idque longa graecorum nominum enumeratione demonſtratur: cap. IV. hebraiſmus Graecorum deriuatur ab illorum primaria origine, quum totus adhuc oriens fere hebraice loqueretur, quod oſtendere putat nomina propria locorum

rum atque heroum, quae hebraiſmum ſonent: cap. V. potiſſimum a coloniis Aegyptiorum in Graeciam deriuatis: cap. VI. inſuper a ſtudiis, artibus et religionibus, quae ex Aegypto traducta ſint in Graeciam, oſtenditur; cap. VII. Spartiatas Hebraeorum conſanguineos habet, (quae quidem res eſt dubia, et ſummorum virorum ingenia exercuit: ſed nec *Paul. Erneſti Iablonſky*, in Cogitation. de Lacedaemoniorum cum Iudaeis cognatione, in Symbolis literariis etc. tom. I. part. II. Bremae 1745. 8. pag. 241. ſqq. nec cel. *Io. Dau. Michaelis* in Comm. in Maccab. Spartanos ſ. Lacedaemonios foedus iniiſſe cum Hebraeis crediderunt, et in alia omnia tranſierunt:) et cap. VIII. nomina graecarum litterarum hebraiſmum redolere ſibi perſuadet. Quae probabilia, quae falſa ſint in docta hac commentatione, non lubet, nec eſt loci ac temporis, curatius inquirere; nec eorum vberius exponere atque examinare iudicia argumentaque, qui incunabula linguae graecae inter Scythas, aut Celtas, aut Moeſogothos alioſque populos ſeptentrionis inueniſſe ſibi viſi ſunt, aut inſtituerunt comparationem: atque in Introduct. in Hiſt. L. Gr. prolegg. pag. VIII. ſqq. et quoſdam illius opinionis auctores atque patronos laudaui, et meam declaraui ſententiam. Hic igitur quaedam addere tantum liceat. *Monboddo* in libro ſaepius ſupra excitato de lingua graeca et latina, earumque coniunctione cum Teutonica, de Celtica lingua etc. more ſuo h. e. acute quidem, at ſpecioſius ingenio abutens, diſſerit. — *Pelloutier* in Hiſtoire des Celtes tom. I. lib. I. cap. 9. p. 80 ſq. in primis lib. II. cap. 10. pag. 385. ſqq. Celtarum amore nimis, credo, abreptus, at docte atque ingenioſe inueſtigat vtriuſque et Celticae linguae originem atque ſimilitudinem. *Io. Gottl. Guil. Dunkel* linguam graecam ex Celtica ortam putat acriterque propugnat ſententiam, in Commentar. ſocietatis Duisburgenſis germanicis, Duisburg. part. I. pag. 243. ſqq. Neque nego, in multis vocabulis atque populari dicendi ratione magnam eſſe ſimilitudinem linguae graecae ingenio exemploque ſummorum poetarum, oratorum atque hiſtoricorum nondum excultae atque ornatae vſuque mutatae, cum priſca lingua teutonica, linguae celticae filia: nec tamen adfirmare auſim, linguam graecam vnice ortam eſſe ex lingua celtica. Idem tamen *Dunkel.* pluribus exemplis, quorum quidem plurima ſeu multa, vt in omni etymologiae ſtudio pertinaci et fere immoderato fieri ſolet, mihi videntur contorta, ſententiam ſuam vberius probare firmiuſque ſtabilire ſtuduit in *Specimine lexici graeco-celtici harmonici*, quo graecae et germanicae linguae ſimulque matris ſcythicae vel celticae eiuſque filiarum, tum et plurimarum aliarum linguarum conuenientia oſtenditur ad ductum vocabulorum graecorum littera B ab initio vſque Βαφη, in ſymbolis literariis Bremenſibus tom. II. part. III. pag. 489-542. — Finicam linguam cum graeca comparat *Nils Idmann* in: Recherches ſur l' ancien peuple Finois d' après les rapports de la langue Finoiſe avec la langue Grecque, par MS. *Genet* le fils, Secretair interprète de Monſieur etc. Argentorati 1778. 8. Ille oſtendere ſtudet magnam Finicae et Graecae ling. convenientiam in pronuntiatione, accentibus, forma et flexione vocabulorum, ipſiſque vocabulis, quorum copiam adfert, eodem porro illorum ſignificatu, ſimilitudine nominum, quibus dii inſigniebantur, et feſtorum aliorumque quorumdam nominum propriorum: ex quibus colligit, vtrumque populum aut eadem, aut vicina loca incoluiſſe, vnde lingua illorum rituſque tam ſacri quam profani miſcere ſe potuerint. Sed vaſa vt colligam, temporis ratio ſuadet. — Ad hiſtoriam linguae graecae pertinet quoque quaeſtio critices ſtudioſo inprimis vtilis et neceſſaria de prima aut priſca litterarum forma earumque per ſingulas aetates mutatione aut diuerſitate tam in lapidibus nummiſque, quam in codicibus ſcriptis. Nec virorum doctorum opera ſtudiumque defuit difficili moleſtoque huic diſciplinae generi. Praecipuam vero laudem meretur D. *Bernhard de Montfaucon* in immortali opere: *Palaeographia graeca*, ſiue de ortu et progreſſu literarum graecarum et de variis omnium ſaeculorum ſcriptionis graecae generibus, itemque de Abbreuiationibus et de Notis variarum artium ac diſciplinarum: additis figuris et ſchematibus ad fidem manuſcriptorum codicum. Pariſiis 1708 fol. Quod praeclarum opus quia rareſcere incipit, prae aliis dignum eſt, quod recudatur curis ſecundis expolitum auctumque, aut in epitomen redigatur. Factum id quidem eſt Romae, et ego laudo; nec tamen deſiderio reique ipſi ſatisfactum et multa deeſſe videntur. Inſcriptio autem libri, in noſtris oris haud frequentis haec eſt: *Epitome graecae palaeographiae et de recta graeci ſermonis pronunciatione diſſertatio auctore R. P. D. Gregorio Placentinio*, Hieromonacho Cryptoferratenſi ordinis S. Baſilii Magni. Romae 1735. 4. In praefatione ex Dominici Calabreſii Fuſchinii Epiſtola ad Saluatorem Vintimiglia celeberrimae Sigaeae inſcriptionis typum, non dimidiatum, vt in prima edit. Edm. Chiſhullius dederat, ſed vt in altera,

tera, autographo congruentem repraeſentauit. Poſt Montfauconii tamen meſſem largam viri docti in hiſce litteris habitantes inuenerunt ſpicilegium ſatis copioſum. Vt eos omittam, qui inſcriptiones Palmyrenas et Palmyrenum alphabetum interpretaturi, de antiquiſſimis litteris earumque forma diſputarunt, vt Edward. Bernardus, Thomas Smith, Abraham. Sellerus, (in The Antiquities of Palmyra etc. Londini 1696. 8. coll. Actorum Erudit. Lipſienſium Supplementis, tom. III. 1702. p. 89. ſqq.) aliique, (v. Hiſt. regiae acad. Pariſ. Inſcript. vol. I. p. 232. verſ. theotiſcae,) inprimis *Iac. Rhenferdius* in Periculo Palmyreno, Franequerae 1704 et in Periculo Phoenicio, ſiue litteraturae Phoeniciae—ſpecimine, ibid. 1706, atque Abbas *Barthelemy* in Reflexions ſur l' Alphabet et ſur la Langue, dont on ſe ſervoit autrefois à Palmyre. Paris 1754. 4. (coll. Das Neueſte aus der anmuthigen Gelehrſamkeit. menſ. Nou. 1755. pag. 1. ſqq. et menſ. Dec. pag. 904. ſqq.), quocum non conuenit ſuper interpretatione *Ioan. Swinton* in Inſcriptionibus Citieis, ſiue in binas inſcriptiones Phoenicias inter rudera Citii nuper repertas, coniecturis etc. Oxon. 1750. 4. (v. Acta Erudit. Lipſ. menſ. Auguſto, 1755. pag. 468. ſqq. in quibus etiam menſ. Iunio 1756. pag. 300. etc. reperitur cenſura libri: The Ruins of Palmyra otherwiſe Tedmor in the Deſart, Londin. 1753. et *Denis* in Einleitung in die Bücherkunde tom. I. pag. 32.) virorum aliquot doctorum, qui formas graecarum litterarum diuerſas monſtrarunt aut expoſuerunt, labores indicabo. Paciaudi Monumenta Peloponneſiaca paullo ante iam laudaui. *Io. Reinoldius* in Hiſtoria graecarum et latinarum litterarum, Eton. 1752. 4. Illuſtriſſimus *Gabriel Lancillot Caſtell. Princeps de Torremuzza* multum praeſtitit in hoc genere: praeſertim, vt reliquos illius libros a *Villoiſono* Anecd. gr. tom. II. pag. 147. ſq. not. celebratos omittam, huc pertinent praeclara Principis illius doctiſſimi Opera: *Le Antiche Iſcrizioni di Palermo raccolte e ſpiegate*, Palerm. 1762. fol. Eiuſdem Siciliae et obiacentium inſularum veterum Inſcriptionum noua collectio, Prolegomenis et notis illuſtrata. Panormi 1769. fol. — iterum cum emendationibus et auctariis euulgata Panorm. 1784 fol. In Prolegomenis agit 1) de graecis Siculorum dialectis: 2) de *graeca Siculorum Palaeographia* per omnes alphabeti litteras. 3) de litterarum nexibus in Siculis monumentis inſpectis, obiter de eorum vſu et vetuſtate. 4) de veterum Siculorum Epochis chronologicis, deque eorum anni et menſium ratione. Cel. *D' Anſſe de Villoiſon* in Anecdotis graecis tom. II. a pag. 115-171. copioſe docteque perſequitur varias litterarum graecarum formas atque immutationes aliaſque quaeſtiones grammaticas, idemque multorum Gallorum Italorumque id genus ſcripta, ſententias atque inſcriptionum nummorumque explicationes paſſim commemorat, quae omnia repetere nolo; vide quoque illius indicem voce. *Accentus, Alphabetum, E. G. H. etc. Inſcriptio, Palaeographia* etc. et promittit pag. 171. Palaeographiam graecam criticam. — Nouiſſimum, mihi notum opus eſt, *Origin and Progreſſ of writing, as well hieroglyphical as elementary, illuſtrated by engravings taken from marbles, manuſcripts and charters, ancient and modern: alſo ſome account of the orig. and progreſſ of printing. — By Th. Aſtle, Eſq. F. R. S. F. S. A. and Kleeper of the Records in the Tower of London.* Londini 1784. m. 4. cum 31. tabulis aeri inciſis, in quibus exhibentur ſpecimina litterarum et antiquioris aeui et recentioris. In prima tabula ſunt antiquiſſima alphabeta, 1) ea, quae a dextra ſiniſtram verſus ſcripta ſunt, vt Phoenicum, Hebraeorum, Etruſcorum, graecum antiquiſſimum; 2) a ſiniſtra verſus dextram, vt graecum temporibus ſequentibus, latinum, romanum, teutonicum, gothicum, copticum etc. In ſecunda tabula ſunt XII. ſpecimina antiquiſſimorum ductuum ſcr. graecorum ab antiquiſſimo Buſtrophedon vſque ad ſaeculum VI. de antiquis lapidibus et mstis codd. ſumta. Plura graec. et romanorum ductuum et ſcripturae ſpecimina ſunt in tab. 3-11. illuſtrata et inter ſe comparata. conf. nouas Lipſienſes ephem. litter. 1785. plag. 17. pag. 257. ſqq. — In graeca D. Marci Bibliotheca codd. manuſcriptorum, Venetiis 1740. fol. poſt praefationem pag. I-XX excuſa ſunt typis ſpecimina characterum graecorum a ſaeculo X ad XV. In nouo corpore diplomatico Benedictinorum aliiſque libris paſſim occurrunt ſpecimina ſcripturae graecae in codicibus aut lapidibus aut nummis diuerſorum ſaeculorum expreſſae, quorum ſingulorum operum libellorumque enumeratio ab inſtituti noſtri ratione aliena eſſe videtur. Infra cap. XXVII. h. libri iterum de antiquo ſcribendi more quaedam addere debemus. *Harl.*

Palamedis tabula. III. Praeterea Palamedes *tabulam* inueniſſe dicitur *ad comprimendas*, vt Seruius ait, *otioſi ſeditiones exercitus*, quod de calculorum luſu adhibitis teſſeris per fritillum iactis de victoria certantium accipiendum; nam et Suidas [h]) Palamedi tribuit ψήφων τε καὶ πεσσῶν καὶ κύβων inuentionem, et tabulam illam late deſcribit in Τάβλα, de qua videbit lector, vbi lubebit, Epigramma Latinum vetus, quod edidit *Salmaſius* ad Vopiſci Proculum [cap. 13.], tum Graecum illuſtratum a *Bullialdo* ad Theonem p. 196. Iſaaci Porphyrogeniti characteres Graecorum et Romanorum et Cedrenum in eumque Xylandri et Goari notas, Euſtathium ad Iliad. β. p. 172. Iohannemque Malalam p. 129 ſq. Chronographiae. [Etymol. M. in πέσσοι, Nonni Hiſtor. 60. ad Gregor. Nazianz.] Hinc anſam ſumſit *Daniel Souterius* libros tres, quos de tabula luſoria, alea et variis ludis veterum edidit, inſcribendi *Palamedem.* Vide et Meurſii Graeciam ludibundam in πεττεία, qui Graecorum et Aegyptiorum ludum a Suida et aliis confundi obſeruat, Thomam Hyde libro II. de ludis Orientalium p. 58. et 111 ſqq. et Lib. I. p. 31. vbi contra Souterium negat, Schachiludium [i]) a Palamede inuentum fuiſſe. Docetur autem ex illa ipſa tabula, quam ab alea noſtra longe diuerſam fuiſſe res ipſa loquitur, Philoſophiae operam dediſſe, et rerum naturam iſto in ludo adumbraſſe Palamedes. Nam *tabula*, inquiunt, *iſte terreſtris mundus eſt*, *numerus duodenarius caſuum ſiue loculorum in tabula*, *Zodiacus*, *pſephobolum ſiue fritillum et ſeptem granula in eo*, *ſidera errantia quae gaudia et dolores hominibus diſtribuunt*, *turris denique*, *altitudo coeli ex quo mala et bona notis exhibentur* [k]).

Alia illius inuenta. IV. Numeros ponderumque rationem a Palamede inuentam tradit *Athanaſius* lib. I. contra gentes p. 20. Γράμματα μὲν γὰρ ἔφευρον Φοίνικες — — — τῶν δὲ γραμμάτων τὴν σύνταξιν καὶ ἀριθμοὺς καὶ μέτρα καὶ ςάθμια Παλαμήδης ἐφεῦρε. *Dio Chryſoſt.* XIII. p. 225. ἐπειδὴ δὲ τοὺς τε ἄλλους [?] ἐδίδαξε γράμματα, καὶ μετὰ τῶν γραμμάτων τοὺς Φρυκτοὺς ὅπως χρὴ ἀνέχειν, καὶ ἀριθμεῖν τὸ πλῆθος, ἐπεὶ πρότερον οὐκ ᾔδεισαν οὐδὲ καλῶς ἀριθμῆσαι τὸν ὄχλον etc. Aſtrologiae quoque peritum teſtatur Philoſtratus in Heroicis, [cap. X.] vbi inter alia refert, eum eclipſeos ſolaris ratione explicata territos militum animos incredibili metu liberaſſe. Sophocles de Palamede:

> Ἔφευρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφὰς
> Τάξεις τε ταύταις οὐράνιά τε σήματα.

Idem Philoſtratus [Her. cap. X. pag. 708 Olear.] Medicinam et plurima alia illi tribuit reperta praeclariſſima. Πρὸ γὰρ δὴ τοῦ Παλαμήδους ὧραι μὲν οὔπω ἦσαν οὔσαι, μηνῶν δὲ οὔπω κύκλος, ἐνιαυτὸς δὲ οὔπω· οὔπω ὄνομα ἦν τῷ χρόνῳ. οὐδὲ νομίσματα ἦν, ςαθμὰ καὶ μέτρα, οὐδὲ ἀριθμοί· Σοφίας τε οὔπω ἔρως, ἐπεὶ μήπω ἦν γράμματα. Plura dixerant Sophocles et Euripides et fortaſſis Aeſchylus in dramatibus, quibus nomen inſcripſerant Palamedem. Vide et Schol. Euripi-

h) Atqui ante hunc Philoſtratus in Heroic. cap. X. ait, Palamedem inueniſſe πέττους. *Harl.*

i) In Chronico Martini Poloni Lib. I. pag. 28. edit. Suffridi Petri vbi de temporibus Troianis agitur, *Ibi*, inquit, *primo inuenta fuerunt ſcacorum ſolatia: quidam tamen aſſerunt ea longe antea fuiſſe in Chaldaea inuenta.*

k) Multos, qui de ludo iſto ſcripſerunt, commemoratos leges in *Fabricii* Bibliographia antiquaria, cap. 22. pag. 980. ſq. ed. III. in *Pitiſci* Lexico v. *talus*, et a *Pitiſco* ad Sueton. Aug. 71. *Harl.*

ripidis ad Oreſten. v. 432. Nazianz. in Iulian. pag. 99. adde Gorgiae et Alcidamantis orationes, illius pro Palamede, huius contra eundem. [In Reiskii Oratt. Gr. T. VIII. p. 102. ſſ. et 64. ſſ.]

Palamedes Eleat. V. Fuit praeterea alius *Palamedes Eleaticus*, quem Ὀνοματολόγον h. e. *Lexicographum* vocat *Athenaeus* Lib. IX. p. 397. *Quintilianus* Lib. III. c. I. [vbi v. Geſner. p. 117. et Burm. in ex. Burman. tom. I. p. 213.]: *Et Hippias Eleus, et, quem Palamedem Plato appellat, Alcidamas Elaites.* *Laertius* IX. 25. in vita Zenonis Eleatae: Ὁ δ' αὐτὸς (Πλάτων) ἐν τῷ Σοφιστῇ (imo in Phaedro [p. 351.], vt notat Menagius) καὶ Ἐλεατικὸν Παλαμήδην αὐτὸν καλεῖ. Suidas inter eius ſcripta refert ὀνοματολόγον, et commentarium in Pindarum, cuius tamen in ſcholiis, ad illum poetam hodie exſtantibus, nulla fit mentio: praeterea prodit, eum ſcripſiſſe de vocibus comicis et tragicis. *Fabricius.* [Commentarium (ὑπόμνημα) in Pindarum, et κωμικὴν ac τραγικὴν λέξιν memorat *Eudocia* p. 359. et κωμικὴν λέξιν ſignat quoque *Etymologus* v. Ἁρμάτειον μέλος pag. 145. qui eum vocat ἱστορικόν. Ab Athenaeo X. pag. 397. A. adnumeratur Dipnoſophiſtis. conf. *Hemſterhuſ.* ad Ariſtophan. Plutum pag. 98. *Harl.*]

CAPVT XXIV

I. Pamphus Atheniensis, eiusque hymni. II. Paridis hymnus et encomium in Venerem. III. Phaennus eiusque oracula. Phaennis. IV. Phanothea, vtrum carmen Hexametrum inuenerit.

Pamphus. I. PAMPHVS a) Lini aequalis, (Pauſaniae Πάμφως, Philoſtrato [Heroic. II. c. 19. pag. 693. Olearii, cum notam conf.] Πάμφος) Athenienſis, ante Homerum ἔπη et ὕμνους compoſuiſſe dicitur, quos Lycomedi cum hymnis Olenis et Orphei inter ſacra Eleuſinia decantarunt, a quorum daducho Pauſanias illorum lectionem impetraſſe ſe teſtatur in Boeoticis pag. 762. Vetuſtiſſimorum apud Athenienſes hymnorum auctor appellatur ab eodem Pauſania in Achaicis p. 577. et in Boeoticis pag. 767. qui poſt Olenem tamen ſcripſiſſe in iiſdem Boeoticis docet p. 762. Idem in Atticis p. 92. et 94. hymnum eius in Cererem memorat, hymnum in Neptunum, in Achaicis p. 577. in Dianam (quam Καλλίστην primum appellauit,) in Arcadicis p. 672. εἰς ἔρωτα in Boeoticis p. 762. Primum Charites celebraſſe, neque tamen earum definiuiſſe numerum, neque nomina appoſuiſſe, ibid. p. 780. Lini funus, quem Οἰτόλινον dixit threno proſecutum p. 767. Denique Proſerpinam [?] Cereris filiam a Dite cum luderet et narciſſos legeret raptam decantaſſe p. 775. Pamphi hymnum in Iouem, quem Homerus imitatus fuerit, memorat Philoſtratus in Heroicis, vbi de Proteſilao agit [p. 693], binosque ex illo verſus recitat, quos reſpicit puto a Giraldo cum dialogo 2. de Poetis, de Pampho agens, *quaedam eius*, inquit, *huius carmina ipſe legi.* Nam alia quidem antiquiſſimi illius poetae ſiue fragmenta ſiue integra carmina, vnde nactus fuerit vel vbi legerit, fateor me ignorare. Pamphi nomen in marmore Arundeliano ſupplendum quibuſdam viris doctis videri, dixi ſupra in Eumolpo.

Paris. II. PARIS Troianus, Priami filius, *Alexander* deinde cognominatus, variisque artibus excultus λόγον ἐγκωμιαστικὸν in Venerem compoſuit, ſi credimus

Lim

a) conf. *Geſneri* Diſſ. de Hymnis veterum maxime Graecorum, Gottingae 1742 pag. 7. *Harl.*

ohannis Malalae p. 115. Chronographiae, quo illam praetulit omnibus Deabus. Iunoni etiam Mineruae. Scripſit et hymnum in eiuſdem laudes Veneris, quem a varietate et elegantia rgumenti ceſtum appellauit. Hinc Iunoni ac Mineruae inuiſus,

> Belli cauſa Paris, patriae et funeſta ruina,

t canit Pſeudo Pindarus in carmine de bello Troiano.

haenno. III. PHAENNO Epirotica, Vates perantiqua fuiſſe fertur et Sibyllae aequalis, Homero ipſi a nonnullis praeponitur. At ſi eadem eſt Φαεννὶς Regis Chaonum lia, cuius meminit Pauſanias, iuniorem eſſe conſtat Homero multis ſaeculis. Ita enim auſanias in Phocicis p. 828. Τῆς μὲν δὴ πυθέσθαι τὴν ἡλικίαν, καὶ ἐπιλέξασθαι ἔσχον τοὺς χρησμούς. Ἀντιόχου γὰρ μετὰ τὸ ἁλῶναι Δημήτριον αὐτίκα ἐς τὴν ἀρχὴν καθισταμένου γέγονε Φαεννίς. Oraculum Phaennidi refert idem p. 833. Alia quaedam uſdem *Phaennus* vide apud Tzetzem, Chil. VII. hiſt. 143. et Chil. IX. hiſt. 288. Meminit lius praeter Zoſimum Libro II. [cap. 36. pag. 194.] (vbi pro Φαελλοῦς τῆς Ἠπειρώτιδος legendum Φαεννοῦς) idem Tzetzes, et Homero, Orpheo atque Sibyllae adiungit Chiliad. X. hiſt. 2 b). Etiam alteri Gratiarum Alcmanis verſibus celebratarum, quas colebant Lacedaemonii, omen erat *Phaenna* alteri Cleta ſiue Clita, vt teſtatur Pauſanias in Laconicis p. 254. et in Boeoicis p. 780.

hanothea. IV. PHANOTHEA, Icarii vxor, carmen Heroum ſiue Hexametrum, quo deinde vſus Homerus, reperiſſe a quibuſdam credita fuit, vt auctor eſt Clemens Alex. Lib. I. Strom. p. 309. Alii hoc tribuerunt *Themidi* vni e Titanibus. ἔτι φασὶ τὸ Ἡρῷον Φανοθέαν τὴν γυναῖκα Ἰκαρίου, οἱ δὲ Θέμιν μίαν τῶν Τιτανίδων εὑρεῖν. Alii Phemonoeae, de qua vide Voſſium Lib. III. Inſtitutt. Poet. c. 3. et quae mox ſum dicturus. Alii *Peleadibus*, quas ante Phemonoen dicunt primas mulierum, hoſce verſus decantaſſe, vt narrat Pauſanias in Phocicis p. 828.

> Ζεὺς ἦν, Ζεὺς ἐςὶ, Ζεὺς ἔσσεται, ὦ μεγάλε Ζεῦ·
> Ἃ καρπὰς ἀνίει, διὸ κλήζετε μητέρα γαῖαν.

Alii *Thaleti* Mileſio, ſi credimus Gyraldo dialog. 2. de Poetis et Menagio ad Laertium p. 23. ſed ſine auctore fide digno hoc, ni fallor, affirmantibus. Omnibus metris prius et antiquius heroicum fuiſſe ſcribit Iſidorus Lib. I. Originum c. 38. quem ſi audimus, *hoc primum Moyſes in cantico Deuteronomii longe ante Pherecydem et Homerum ceciniſſe probatur. Vnde et apparet antiquius fuiſſe apud Hebraeos ſtudium carminum quam apud Gentiles. Siquidem et Iob, Moyſi temporibus adaequatus Hexametro verſu dactylo ſpondaeoque decurrit. Hoc apud Graecos Achateſius* (i. e. Hecataeus, Gyraldus videtur legiſſe Thales) *Mileſius fertur primus compoſuiſſe, vel vt alii putant Pherecydes Syrius, quod metrum ante Homerum Pythium dictum eſt, poſt Homerum heroicum nominatum. Pythium autem vocatum volunt eo, quod hoc genere metri oracula Apollinis ſint edita. Nam cum in Parnaſſo monte Pythonem ſerpentem in vindictam matris ſagittis inſequeretur, accolae Delphici hoc illum metro hortati ſunt, vt ait Terentianus.* Terentiani verba haec ſunt:

Quum

b) conf. *Olearii* diſſ. de poetriis graecis n. LVI. octo fragmenta et elogia. — Hamburgi 1734. 4. pag. 171. ſq. ad I. Chriſtian. Wolfii Poetriarum *Harl.*

Quum puer infeſtis premeret Pythona ſagittis
Apollo, Delphici feruntur accolae
Hortantes acuiſſe animum bellantis, vt illos
Metus habebat aut propinqua adorea
Tendebat geminas pauida exclamatio voces
Ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν.

Vnde apparet, Iſidorum falli, cum de Heroico carmine Hexametro intellexit, quod de Hexametro ſiue ſenario Iambico dixerat Terentianus. Licet Atilius quoque Fortunatianus eundem errorem erret in arte p. 2691. edit. Putſchii. Sed et in aliis parum accuratum ſe praebet hoc loco Iſidorus. Equidem verſum heroicum Pythio nos oraculo debere, hoc eſt primos verſus Graecos Heroicos ex vatibus Delphicis auditos dixit etiam *Plinius* Lib. VII. cap. 57. Sed Moyſes et Iobi carmina quis niſi inepte cum Heroicis verſibus Graecorum comparauerit? Pherecydes porro et Hecataeus non Hexametros inueniſſe primi, ſed primi proſa oratione Graeca libros ſcripſiſſe dicuntur, ab auctoribus multo, quam Iſidorus, fide dignioribus. Vide *Menagium* ad Laert. p. 68. et Salmaſium ad Solin. p. 845 ſq. edit. Pariſienſis. Phanotheae meminit et Porphyrius apud Stobaeum, cuius verba adduxi infra in *Phemonoe*. [P] [conf. Nazianz. Inuectiu. I. in Iulian. p. 100. *Fabric.* adde *Olearii* diſſ. de Poetriis gr. n. LVIII. p. 173. *Harl.*]

CAPVT XXV

I. *Phantaſia Memphitis.* II. *Nomen fictum mulieris, vt Eumelia, Poeſis, Natura etc. in veteri monumento* ἀποθέωσιν *Homeri referente.* III. *Phemius Ithacenſis, et de Phemio Ciceronis citator.* IV. *Phemonoe, eiuſque verſus et oracula.* V. *Phemonoes Orneoſophium.* VI. *Rei accipitrariae ſcriptores a Rigaltio editi recenſentur cum nonnullis obſeruationibus.* VII. *Phemonoes dictum* γνῶθι σεαυτόν. *Phemonoe pro quauis vate.*

Phantaſia. I. PHANTASIA Memphitis, de qua ſic ſcribit Photius cod. 190. excerptis e libro quinto Ptolemaei Hephaeſtionis. Ὅτι Φαντασία τις Μεμφῖτις Νικάρχου θυγάτηρ συνέταξε πρὸ Ὁμήρου (perperam in editione Clariſſimi Galei pag. 328. ſed librarii vitio πρὸς Ὁμήρου) τόν Ἰλιακὸν πόλεμον, καὶ τὴν περὶ Ὀδυσσείας διήγησιν, καὶ ἀποκεῖσθαι φασὶ τὰς βίβλους ἐν Μέμφιδι. Ὅμηρον δὲ παραγενόμενον καὶ τὰ ἀντίγραφα a) λαβόντα παρὰ Φανίτου τοῦ ἱερογραμματέως, συντάξαι ἐκείνοις ἀκολούθως. Euſtathius prooemio in Odyſſeam: Φασὶ γὰρ Ναυκράτην τινὰ ἱστορῆσαι, ὡς ἄρα Φαντασία γυνὴ μεμφῖτις, σοφίας ὑποφῆτις, Νικάρχου θυγάτηρ, συντάξασα τόν τε ἐν Ἰλιάδι πόλεμον καὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην, ἀνέθετο τὰς βίβλους εἰς τὸ κατὰ Μέμφιν τοῦ Ἡφαίστου ἄδυτον· ἔνθα τὸν ποιητὴν ἐλθόντα λαβεῖν παρά τινος τῶν ἱερογραμματέων ἀντίγραφα, κἀκεῖθεν συντάξαι τὴν Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὀδύσσειαν. Ceterum non intercedam, ſi quis cum Lipſio ſyntagm. de Bibliothecis c. 1. et Theodoro Ryckquio pag. 431. de primis Italiae Colonis, totam hanc narrationem de Homero a Phantaſia Memphitide poemata ſua mutuante habuerit pro commento ſiue Ptolemaei Chenni fabuloſi ſcriptoris, ſeu alius Poetae cuiuſdam vel Grammatici, qui Homerum Aegyptium eſſe ratus eſt, quam multorum ſententiam fuiſſe patet ex *Allatio* cap. 4. de pa-

a) Ita quoque Heliodorus. *Wernſdorf.*

tria Homeri. Eodem Allatii loco alii a Daphne, vel Sibylla, vel Helena edoctum ſcribunt Homerum *Fabric.* adde *Kuhn.* ad Aeliani H. V. lib. XI. cap. II. pag. 683. ed. Abr. Gronou. et *Chriſtian. Adolph. Klotz* Comm. epiſtolaris de quibuſdam ad Homerum pertinentibus. Lipſiae 1758. 4. *Harl.*]

Eſt nomen fictum.

II. Sane *Phantaſia* non magis videtur fuiſſe femina aliqua vel poetria, quam *Eumelia*, [Οἰκουμένη] *Hiſtoria*, *Poeſis*, *Fabula*, *Natura*, aliaeque eiuſmodi, quae muliebri habitu Homero inter Deos relato laurum imponere, accinere et ſacra facere finguntur in veteri monumento elegantiſſimo, quod (imperatoris Claudii, vt videtur, iuſſu, Homerum vnice admirantis, (vel in eius gratiam certe) in agro Ferentino olim dedicatum, atque hodie Romae Columnenſium palatii inſigne ornamentum) poſt Kircherum in Latio [pag. 83.] expoſuerunt viri noſtra aetate doctiſſimi, [ꝛ] Addiſſonius in Remarks on ſeveral Parts of Italy pag. 343. Ezechiel Spanhemius diſſertatione quinta de vſu et praeſtantia numiſmatum, Ioh. Rudolphus Wetſtenius in diſſ. de fato ſcriptorum Homeri p. 153. Gisbertus Cuperus in luculento Commentario ἀποθέωσις Homeri b) inſcripto, Raphael Fabrettus ad calcem expoſitionis columnae Traianae, p. 346. ſeq. Laurentius Begerus in bello et excidio Troiano ex Antiquitatum reliquiis delineato et illuſtrato et Iacobus Gronouius T. 2. Theſauri Antiquitatum Graecarum, imagine XXI. Anna Daceria ad gallicam verſionem Iliadis, Io. Car. Schottus, qui a ceterorum ſententia diſcedit, in Explicatione noua Apotheoſeως Homeri gallice edita Amſtel. 1714. 4. [latine verſa a Petro Facciolo, in Poleni Supplem. vtriuſque Theſauri Antiqq. vol. II. col. 293. ſqq. it. Acta Erudit. Lipſ. 1715. pag. 60. ſq.] nec non M. Morellus de Mautour in diſſ. edita tom. VII. parte II. pag. 429. ſqq. Sylloges, cui titulus: Continuation des memoires de Litterature et d'Hiſtoire, Paris 1729. 12. *Fabric.* cuius verba, §. 1 et 2. repetiit cum ſupplementis, quae orae exempli adſcripta reliquerat Fabricius, *Wolf* ad Olearii diſſ. de poetriis gr. p. 173. ſq. n. 57. *Harl.*

Phemius.

III. PHEMIVS ITHACENSIS ab ipſo Homero c) celebratur pluribus in locis Odyſſ. α' v. 155. et 337. ρ' v. 263. et χ'. v. 331. tamquam ἀοιδὸς ſuauiſſimus et θελκτήρ. A Tatiano autem et aliis diſerte refertur inter ſcriptores Homero vetuſtiores. Platoni in Ione [pag. 36. ed. Mülleri, cuius notam conferes,] dicitur Ἰθακήσιος ῥαψῳδός. Plutarchus libro de Muſica [pag. 1132. f. pag. 652. vol. X. ed. Reisk.,] ex Heraclidis teſtimonio refert eum carmine expoſuiſſe νόστον τῶν ἀπὸ Τροίας μετ' Ἀγαμέμνονος ἀνακομισθέντων, quod petitum ex Odyſſ. α'. v. 337. ſqq. Ab aliis vt ab auctore vitae Homeri quae ſub Herodoti ambulat nomine, dicitur Smyrnae iuuentutem literas et Muſicen docuiſſe, acceptaque in vxorem Critheide Homeri matre, filium illum adoptaſſe et inſtituiſſe. Idem fere tradit Ephorus Cumanus apud Plutarchum in limine libri de Homero. Euſtathio ad Odyſſ. α' p. 38. Philoſophus audit, perinde vt quilibet non ineptus ἀοιδὸς ſiue Muſicus ac Poeta. Confer eundem p. 60. et ad

b) Editus eſt Amſt. 1683. 4. et praeterea p. [illegible] et [illegible]. Nic. Heinſii, p. 193. ſq. Illuſtriſ. Ezechielis Spanhemii, p. 195. ſqq. Raphaelis Fabretti obſeruationes cum Ampliſſimo Cupero communicatas exhibet. *Fabr.* rec. in Poleni Supplem etc. vol. II. *Harl.*

c) Confer. *Ariſtidem* T. 3. p. 40. ſeq. *Fabric.* *Lucian.* de Domo c. 18. p. [illegible] ed. Reiz. tom. III. *Eudociam* pag. 414. a qua dicitur filius Terpii, et ſecundum antiquam narrationem doctor Homeri ac vir σοφὸς καὶ Μούσαις κάτοχος etc. *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. philoſ. I. cap. 3. *Harl.*

ad Odyſſ. χ. p. 789. Pro quouis Muſico ſiue cantore praeſtanti, nomen *Phemii* ponitur apud *Ouidium* l. III. amor. Eleg. 7. [61. vid. v. interpr. in exemplo Burmanni. *Harl.*]

Quid iuuat ad ſurdas ſi cantet Phemius aures?

Qualem vero intelligat *Cicero* Lib. V. ad Atticum Epiſt. 20. et 21. et Lib. VI. Epiſt. 1. cum ait. *Phemio quaerendum κέρας*, atque iterum: *tum Phemio diſpiciam κέρας Aenium.* Et: Κέρας *Phemio mandatum eſt: reperietur: modo aliquid dignum canat*, obſcurum eſſe fatetur P. Victorius vir de Cicerone optime promeritus: Simeon vero Boſius ſuſpicatur libertum Attici intelligi, a ſtudio Muſices Phemium Tullio appellatum. Κέρας quidem inſtrumentum Muſicum eſſe inter omnes conuenit, quo qui vtebantur, cornicines dicti fuerunt.

Phemonoe. IV. ΦΗΜΟΝΟΗ Apollinis filia Sibylla Cumana fuit, ſi fidem habemus Seruio ad Aeneid. III. v. 445.

Quaecunque in foliis deſcripſit carmina virgo.

Vel certe Sibylla Samia, ſi ſequimur Iſidori quosdam codices Lib. VIII. Orig. c. 8. Sed pernegat hoc *Petrus Petitus* Lib. I. de Sibylla c. 5. qui non magis Phemonoen Sibyllam fuiſſe contendit, quam Caſſandram, Diotimam, Mantonem, Nicoſtratam, quae Carmenta deinde dicta eſt, et alias fatidicas [?] mulieres, tum Phaennidem et Peleades, quas Sibyllas nominatas diſerte negat *Pauſanias* in Phocicis p. 828. Idem p. 809. teſtatur primam Pythiam vatem fuiſſe *Phemonoen*, et primam hexametro verſu oracula cecinifſe. Μεγίστη δὲ παρὰ πλείστων ἐς Φημονόην δόξα ἐστὶν, ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ Φημονόη τοῦ Θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ᾖσε. *Vatem primam Pythiae Phemonoen*, etiam Strabonem Lib. IX. p. 419. et Euſebium in Chronico, [Ob. poſter. ad a. DCL. p. 83.] alliſque. Quia vero haec *Phemonoe* prima heroico verſu vſa fuiſſe fertur, hinc verſum heroicum Pythio nos oraculo debere dixit *Plinius* Lib. VII. c. 57. *Proclus* in Chreſtomathia apud Photium cod. 239. ὅτι τὸ μέλος (ἔπος ex iis, quae ſequuntur, legendum) πρῶτον μὲν εὑρεῖν Φημονόην τὴν Ἀπόλλωνος προφῆτιν, ἐξαμέτροις χρησμοῖς χρησαμένην, καὶ ἐπειδὴ τοῖς χρωμένοις τὸ πρᾶγμα εἶπεν καὶ ἐμφανὲς ἦν, ἔπος τε ἐκ τῶν ἐπῶν κληθῆναι. Eadem tradit Euſtathius prolegom. ad Iliadem, Nicephor. Gregoras ad Syneſ. pag. 419. Delphis reſponſa dediſſe praeter Strabonem teſtatur *Clemens Alex.* I. Strom. p. 323. *Pauſanias* Phocicis p. 812. et Scholiaſtes *Euripidis* ad Oreſten v. 1094. vbi pro Φημῖνον Barneſius recte reſcripſit Φημονόην, ἥν φασι πρώτην ἑξαμέτρῳ χρῆσαι. Neſcio, an faciat huc Phinone, de qua Nonnus hiſt. 61. ad Nazianz. *Porphyrius* apud Stobaeum ſerm. 21. celebre praeceptum Delphicum γνῶθι σεαυτὸν commendans, ἀλλ' εἴτε Φημονόη, inquit, ἐπὶ παντὶ λυσιτελοῦν τὸ ἀνθρωπίνῳ τοῦτο ἐθέσπισεν, δι' ἧς πρώτης ὁ Πύθιος λέγεται τὰς εἰς ἀνθρώπους διαδοῦναι χάριτας, εἴτε Φανοθέα ἡ Δελφοῦ etc. Sed *Atilius Fortunatianus* in arte pag. 2680 edit. Putſchii videtur in Delo potius eam vaticinatam innuere. *Heroicum Hexametrum Ennius longum vocat, Graeci Deliacum* (niſi legendum ſit Delphicum) *quia hoc genere Phemonoe Apollinis vates vaticinata eſt, et Pythicum* d) *a Pythone. Nam cum arcum in eum intenderet Apollo, nymphae eum hoc verſu hortatae dicuntur.* Quando vixerit Phemonoe, diuerſas veterum fuiſſe ſen-

d) Proprium Pythicum αὖλον ſiue νόμον Πυθικὸν compoſuit Timoſthenes Ptolemaei Philadelphi nauarchus, de cuius quinque partibus adi Strabonem IX. p. 421. vbi et de eiuſdem Timoſthenis libris decem περὶ λιμένων.

Sententiam mutauit Scaliger ad Euſeb. p. 41. etſi in hoc conueniunt, quod Homerum aetate praeceſſerit. Vide Clementem Alex. I. Strom. [cap. 21.] p. 323. Suidam in παλαίφατος. Primum verſum Heroicum hunc auditum teſtatur Plutarchus libro, cui Pythia deſierit oracula verſibus reddere:

Συμφέρετε πτερά τ' οἰωνοὶ, κηρόν τε μέλισσαι.

A Phemonoe autem prolatum non addit, quod aliis poſtea viſum eſt ex iis, quae diximus veriſimillimum. Idem verſus occurrit apud Philoſtratum VI. 6. de vita Apollonii p. 278. [p. 247. ed. Olear.] Aliud Phemonoes oraculum tribus Hexametris verſibus conſtans, quod Delphis reddidit de Crii filio templi Apollinis violatore, refert Pauſanias in Phocicis p. 812. Citatur et Phemonoe a Melampode in libro *περὶ παλμῶν.* *Syncellus* p. 161. Πυθοῖ Φημονόη χρησμῳδὸς πρώτη δι' ἑξαμέτρων ἱστορεῖται προθεσπίσαι e). [P]

Phemonoes Orneoſophion.

V. *Plinius* Lib. X. c. 3. et 8. Hiſt. Nat. ex Phemonoe Apollinis dicta filia, adducit nonnulla de genere quodam aquilarum et accipitrum, quae Iohannes Harduinus in Elencho Scriptorum a Plinio citatorum petita eſſe putat ex *Orneoſophio*, quod Graece ſub *Phemonoes* nomine manu exaratum exſtare teſtatur Scipio Tettius apud Philippum Labbeum Bibl. MSS. p. 172. Videant, qui poſſunt, vtrum hoc diuerſum ſit ab Orneoſophio alterutro eorum, quae edidit Rigaltius, et quorum neutrum aetatem illam ferre videtur, alterum certe recentiſſimum, vocibuſque Graecobarbaris ſcatens compoſitum eſt iuſſu Michaelis Palaeologi Imperatoris. Mos antiquiſſimus venandi per accipitres memoratur etiam *Ariſtoteli* de mirabil. narration. fol. 709. vlt.

Rei accipitrariae ſcriptores a Rigaltio editi.

VI. Edidit autem *Nicolaus Rigaltius* ex Bibliothecae Regis Galliae, cui praeerat, et Mediceae codicibus collectionem ſcriptorum f) *de re accipitraria et venatica* Pariſ. 1612. 4. in qua continentur (1) *Demetrii Pepagomeni*, qui Imperatoris iam dicti Medicus fuit g), et circa A. C. 1270. floruit, ἱερακοσόφιον ſiue liber περὶ τῆς τῶν ἱεράκων ἀνατροφῆς τε καὶ ἐπιμελείας. (2) Ὀρνεοσόφιον ἀγροικότερον.

e) Plura vide de illa in *Olearii* diſſ. de poetriis graecis, n. LXIX. cum notis Wolfii p. 173. ſqq. adnexa Poetriarum octo — fragmentis et elogiis. Hamburg. 1734. 4. *Harl.*

f) *Leonis* quoque *Imp.* liber de aucupio manu exaratus fuit in Bibl. Antonii Auguſtini. Praeterea vtpote Latine ſcripta *Friderici II.* Imp. (de cuius vita vide Welſeri Opera p. 8. 43. 44. 47.) *reliquia librorum de arte venandi auibus* edita Auguſtae Vindel. 1569. 1576. 8. cum additionibus filii eius *Manfredi* Regis. Frequens fuit olim eiuſmodi venatio, vt notatum Sirmondo ad Ennodium pag. 34.

g) Fabricius orae ſui exemplaris adſcripſerat haec: „Orneoſophion ſcriptum graece manu Demetrii Pepagomeni: Venetiis 1454 MS. vide Bibl. Laurent. Florentiae, Montfaucon pag. 80. Palaeograph. Idem pag. 89. a. 1554. Vtrumque falſum et ex antiquiore Demetrii deſcriptum. Ὀρνεοσόφιον ad Michaelem Imper. MS. cod. 164. Barocc.“ Enimuero in Bandini Catalogo codd. graec. Bibl. Laurent. tom. II. pag. 364. deſcribitur codex n. XXII. inſcriptus: Ἀνωνυμου πως χρη θηρασθαι τους ἱερακας και ποιῳ καιρῳ. Inſunt autem opuſcula varia, primum opus *Anonymi de re accipitraria* in capita diuiſum eſt CXCII. Tum ſequitur a pag. 72. *aliud Orneoſophion rudiore lingua in accipitrem*, capitibus conſtans IIC. Tertium locum occupat libellus *de canum curatione*, capita continens LII. admodum breuia. Tria illa opuſcula in cod. Mediceo auctoris nomine ſunt deſtituta, ſed a Rigaltio videntur tributa Demetrio Pepagomeno: a quo tamen omnino diuerſum eſſe, ait Bandinius, Demetrium illum Pepagomenum, quem inter Calligraphos reponit Montfauconius Palaeogr. gr. pag. 98, ac Laurent. cod. (in

(3) Ὀρνεοσόφιον. κελεύσει γεγονὸς τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως Κυρίου Μιχαήλ. (4) Κυνοσόφιον h) ἢ περὶ κυνῶν ἐπιμελείας. quod in codice Regio ſine auctoris nomine reperit Rigaltius, *Andreas Aurifaber*, Vratiſlauienſis Medicus, latine vertit, notis illuſtrauit, editque graece et latine ſub nomine *Phaemonis* Philoſophi (forte in MS. Codice D. Rudberti a Moshaim i) qui ante Aurifabrum Rhodio codice MS. ἀκεφάλῳ viſum primus latine vertit, legebatur: Φημονόης Φιλοσόφου). Witeb. apud Ioannem Lufft, 1545. 8. poſtea graece et latine iterum praelo ſubiecit et ſuis, *Rudberti a Moshaim* et Rigaltii notis, eruditaque introductione ornauit *Andreas Riuinus* [quatuor codd. MSS. viſus] Lipſ. 1654. 8. [al. 4.] qui ſuſpicatur eundem forte Demetrium, quem Michaelis imp. iuſſu etiam librum de podagra concinnaſſe conſtat, huius quoque Cynoſophii auctorem fuiſſe. Sane Codex Auguſtanus, qui olim fuit Antonii Eparchi, et quem poſt abſolutam ſuam editionem Aurifaber demum inſpexit, Variaſque illius lectiones ſub-

(in quo annus ſcriptionis ſubiicitur hoc pacto: αφνδ'. Ἰουλίου ιδ'. ἐνετίῃσιν, *MDLIV Iulii die XIV. Venetiis*, teſte Bandin.) ſcripſiſſe adfirmat MCCCCLIV. Bandin. vero putat, Montfauconium ſequentis operis *de Podagra* auctorem, qui fertur Demetrius Pepagomenus medicus, pro exſcriptore codicis perperam habuiſſe. Nam quartum tenet locum a pag. 104. *De Podagra prologus:* cui ab alia deinde manu auctoris nomen, Δημητρίου τοῦ Πεπαγομένου praefixum eſt: de quo opuſculo v. Fabricium noſtrum vol. X. pag. 398. — In Bibliotheca *Sarraſiana* Hagae Comitum a 1715. pag. 189 n. 1899. 4. exſtabat MStum in charta, quod, vt auctor catalogi tradit, fuit Conradi Geſneri, vt ipſius manus teſtatur, cuius etiam ipſius manu varia ſunt adnotata in illo codice, omnia manu admodum eleganti deſcripta. Argumentum vero eſt 1) Demetrii Conſtantinopolitani de nutritione et cura accipitrum liber; 2) Anonymi de cura auium liber; 3) anonymi de cura canum liber: omnia graece. *Harl.*

h) Librum hunc incerti auctoris de cura Canum Thomas Iohnſonus V. C. recudi curauit Lond. 1700. 8. una cum Gratio et Nemeſiano, Fracaſtoriique carmine paſtoritio quod inſcribitur Alcon, et Ioannis Caii, Angli, libello de Canibus.

i) De hoc *Ruperto a Moſhaim* Decano Patauienſi, (Paſſau,) eſt egregia longaque diſputatio in: Miſcellaneen literariſchen Inhalts — herausgegeben von Georg Theodor Strobel, Paſtor in Wöhrd. Collect. V. Noribergae 1781. pag. 1 — 116. vbi pag. 61. inſcriptio libri haec eſt: „*Kynoſophion ac opuſculum Phemonis, de cura et conſeruatione canum per Nobilem et excellentiſſimum virum, Dominum Rudbertum a Moshaim, Decanum Patauienſem, graece et latine eruditiſſimum, I. V. Doctorem, Regium conſiliarium, e graeco in latinum translatum. Canis encomium: ſeu de Canum laudibus per eumdem Declamatio. — Iacobus a Moshaim ſtudii ſyncerioris cultor, has duas lucubrationes praeſtantiſſimi viri Domini Decani Patauienſis amantiſſimi fratris, illo plane inuito ac inſcio; (Fateor ingenue male ob id me auditurum) honeſto pioque conſilio in publicum emiſit, ſententiae ac humanitatis cauſſam ſequens mea oſtendit epiſtola. Viennae per Ioannem Singrenium*" in 4. Poſt praefationem leguntur haec: *Ex arce Strechaw prima Nouembr.* 1535. (conf. quoque cel. *Denis* in Wiens Buchdruckergeſchichte pag. 371 — 37[illegible] longam huius editionis recenſionem.) Ille commentationis auctor, poſteaquam hanc editionem deſcripſerat curatius, indicat, *C. C. Hirſchium* in libror. ſaec. XVI. typis exſcriptor. Millenar. III. n. 518. formam exemplaris, eiuſdem anni, in octonis ſignare, (niſi errauerit ille,) et ex *Ioſiae Simleri* Epitome Bibl. Geſner. Tigur. 1555. fol. pag. 149. b narrat, in direptione Rhodi inſulae, a milite litterarum non ignaro aſportatum libellum et venditum fuiſſe Ioanni Treſlero Dantiſcano, medicinae doctori. Integrae Rigaltianae collectionis, quam in manibus habeo, haec eſt inſcriptio:

Ἱερακοσόφιον. *Rei accipitrariae ſcriptores nunc primum editi. Acceſſit* κυνοσόφιον. *Liber de cura canum. Ex bibliotheca regia medicea.* Lutet. 1612. 4. Fabricius annum, quo edita ſit illa ſylloge, 1619 ſignat. Equidem huius anni indicium nuſpiam apud certum auctorem memini animadvertere, neque tamen negare auſim. *Harl.*

ſubiunxit, ita inſcribitur: *Δημητρίου Κωνσταντινουπολίτου περὶ τῆς τῶν ἱεράκων ἀνατροφῆς τε καὶ θεραπείας βιβλία β΄. περὶ τῆς τῶν κυνῶν ἐπιμελείας α΄.* Confer *Lambecium* k) Lib. VII. Commentar. p. 209. qui p. 261. [col. 555. ed. Kollarii] etiam memorat *Anonymi ἱερακοσόφιον* l) MS. in Bibliotheca Caeſarea [?] obuium. Sequitur in Rigaltii collectione (5) *Demetrii* itemque aliud alterius ſcriptoris *ἱερακοσόφιον* a *Petro Gillio* translatum et cum Aeliano de animalibus, et eiuſdem Demetrii CPolitani libello de cura et medicina canum latine editum Lugd. 1562. 8. (6) *Cynoſophium* ex Aurifabri de qua diximus verſione. (7) Epiſtola ſub ficto et inepto titulo *Aquilae, Symmachi et Theodotionis* ad Ptolemaeum Regem Aegypti de re accipitraria. Catalonico idiomate. (8) De diuerſis generibus falconum ſiue accipitrum, item de infirmitatibus et medicinis eorum, ſecundum *Aquilam, Symmachum et Theodotionem* in Epiſtola ad Ptolemaeum Regem Aegypti, latine ex libro incerti auctoris de natura rerum. Ex hac epiſtola Vincentii Bellouac. lib. XV. ſpeculi doctrinalis cap. 156 ſq. [(9) Iac. Aug. Thuani de re accipitraria libb. III. carmine heroico latine ſcripti, et (10) Hieronymi Fracaſtori Alcon ſiue de canum cura, eodem genere carminis latini. *Harl.*]

Phemonoes dictum. VII. Verum vt miſſis hiſce, denique ad *Phemonoen* redeat noſtra oratio, Antiſthenes de ſucceſſionibus apud Laertium in Thalete [lib. I. ſect. 40.] egregium illud dictum *γνῶθι σεαυτόν*, quod alii Thaletis, alii Chilonis eſſe affirmant, tribuit Phemonoae, ex qua ſententia forte Poeta Iuuenalis idem dictum *coelo delapſum* vocauit, vtpote prolatum a fatidica. Phemonoen pro quauis vate, quae plena laborat Phoebo, voluit *Lucanus* Lib. V. v. 126. [vbi v. interpretes in exemplo Oudendorpii *Harl.*] et 186. *Statius* Lib. II. Sylu. 2. et *Syneſius* de inſomniis, p. 154.

k) Lambecius iam libr. VI. cod. XLVII. col. 262. ſq. et Kollarius in nota, vbi repetit, quae Lambecius exploratius ſcripſerat in Adpendice libri VII. additamento quarto, vberiorem cod. Vindobonenſis dederunt notitiam. Numerus autem capitum differt ab eo, quem Bandin. in cod. Laurent. (vt ſupra vidimus,) deprehendit. In cod. praeterea Vindobon. promiſcue ſcribitur Ὀρνεοσοφικὸν et Ὀρνεοσόφιον. De Demetrio Pepagom. v. Fabric. B. Gr. vol. X. p. 398. XII. p. 647. et XIII. pag. 137. *Harl.*

l) Gallice hoc argumentum tractarunt duo nobiles Galli *Gaces de la Vigne*, cuius poema *le Roman des oiſeaux* huc ſpectat, et *Johannes Francierius*, cuius liber inſcriptus *la fauconerie* prodiit Pictavii A. 1567. 4. Vide librum Gallicum, Eſſais de literature T. I. p. 310. ſeq. Latino carmine, quod *Aucupium* inſcripſit, Maſſelotus ſ. l. Catalauni 1705.

CAPVT XXVI

I. *De Philammone.* II. *Piero.* III. *Piſandro Camiraeo.* IV. *et Pittheo Troezenio.*

[Cum auctario G. C. Harles.]

Philammon. I. PHILAMMON, Delphicus, qui et ipſe a Tatiano [§. 62. et 63.] inter ſcriptores Homero antiquiores refertur, Apollinis e Chione Nympha, vel vt alii e Philonide filius, Thamyrae, de quo deinde dicam, pater, *carmine vocali clarus, citharaque*, vt ait *Ouidius* Lib. XI. Metamorph. v. 317. a). Primus apud Pythium ſiue templum Delphicum choros (virginum) inſtituit, vt ait Plutarchus libro de Muſica [p. 1132. ſ. p. 651. vol. X. Reisk., ibique Xylandri not.] et Euſebius in Chronico, pro quo in quibusdam Euſebii ab Hieronymo tranſlati codicibus [ad an. DCCXXX.] vitioſe legitur: *primus apud Delphos Pythiorum ludos inſtituit*, quod falſum et ridiculum eſſe notauit Scaliger ad Euſeb. p. 44. Syncellus p. 162. *Φιλάμμων ὁ Δελφὸς ἤκμαζεν, ὁ πρῶτος στήσας Πυθοῖ χορόν.* Confer Scholia minora ad Odyſſ. τ'. 432. Pauſanias in Phocicis [ſ. X. 7.] p. 813. meminit in antiquiſſimo certaminis genere, quo praemiis [ ] propoſitis hymni in laudem Apollinis ad lyram ſiue citharam decantabantur b), primum viciſſe *Chryſothemin* Cretenſem Carmanoris filium, deinde *Philammonem*, tum filium huius *Thamyram*. *Orpheum* quidem *σεμνολογίᾳ ἐπὶ τελεταῖς καὶ ὑπὸ φρονήματος τοῦ ἄλλου* noluiſſe in illud certamen deſcendere, nec *Muſaeum*, qui ſolebat ad Orphei exemplum in omnibus ſe componere. *Eleutherum* vero propter vocis ſuauitatem palmam aliquando tuliſſe, etſi hymnum ab alio compoſitum decantaſſet. Vnde non immerito colligas, a Philammone et reliquis hymnos non, vt ab Eleuthero alienos, ſed quos ipſi elaborauerant, cantatos fuiſſe. Ceterum addit eodem in loco Plutarchus, Heraclide teſte, Philammonem, Latonae, Dianae et Apollinis natales *δηλῶσαι ἐν μέλεσι*. Et aliquibus interiectis narrat ex ſcriptorum nonnullorum ſententia, quosdam citharoedicorum nomorum a Terpandro excultorum Philammonem auctorem agnoſcere. Etiam Lernaeorum Myſteria ſiue *τελεταὶ* ad Philammonem olim referebantur. Sed *Pauſanias* in Corinthiacis [ſ. II. c. 37.] p. 199. docet, Arriphontem quendam obſeruaſſe, Myſteria illa profanorum, partim ligato ſermone inſcripta cordi ex orichalco facto, omniaque ſcripta fuiſſe Dialecto Dorica; cum tamen conſtet, ante Heraclidarum reditum atque adeo Philammonis aetate non Dorica dialecto vſos Argiuos, ſed eadem lingua, qua Attici c). Scholiaſtes Apollonii ad Lib. I. 24. notat ex Pherecydis (Athenienſis, ni fallor) ſententia non Orpheum, ſed Philammonem nauigaſſe cum Argonautis.

Pierus. II. PIERVS Lini pater, ſi audimus Tzetzen Chil. VI. hiſt. 90. vel potius Latinum Tzetzae interpretem: nam in Graecis legendum videtur *Λίνε φυτόσπορε* I. a

a) vbi vide Micyllum, cum primis Burmannum, qui in loco Chronici Euſebiani Hieronymi, a Fabricio iam laudato, malit legere, *Philammon Delphis nobilis habetur, qui primus apud Pythium chorum conſtituit.* conſules quoque de lectione et varietate *Schurzfleiſch* in Notitia Bibl. Vinarienſis pag. 174. et *Valларſii* not. ad Chronic. col. 257. *Harl.*

b) De illo certamine Pythico confer Humfredum Prideaux ad Epochas marmoreas p. 202. ſeq. *Fabric.* Lambecii Prodrom. hiſtor. lit. lib. II. c. 4. §. 6. pag. 157. *Heumann.*

c) ad Pauſaniae locum v. Kühn, (coll. *Hemſterhuſ.* ad Luciani ſomn. tom. I. pag. 6.) et Burmann. ad locum Ouidii citatum et Epiſt. ex Ponto III. 3. 41 eundem Burm. in Catalogo Argonaut. v. *Philammon*, editioni Valerii Flacci praefixo. *Harl.*

Lini filius, non Θυγατρὸς, *pater.* Sane Pierum Lini filium fuiſſe alii ſcriptores tradunt, ut videre licet vel apud Gyraldum, qui addit primum *Pierum* de Muſis poema ſcripſiſſe, ab eoque nominatum Pierium montem et Muſas Pierias. Vide Pauſaniae Boeotica p. 765 ſq. et in libro de Muſica Plutarchum, non longe ab initio.

Piſander. III. De PISANDRO Camiraeo, [ſ. Camiro Rhodi oriundo], quem Heſiodo antiquiorem atque Eumolpi aequalem nonnulli fecerunt, et de *Piſandro Lindio*, cuius Ἡρά-κλειαν Piſander Cam. deſcripſiſſe a Clemente Alexandr. Strom. VI. pag. 266. ſ. traditur, conſulendus *Ioannes Meurſius* in Rhodo Lib. II. cap. 11. Poema ſuum *de geſtis Herculis* in duos libros diſtinctum Ἡράκλειαν inſcripſerat, et ab aliis longe iunior Homero exiſtimatus eſt, qui eum Suida teſte referebant ad Olympiadem XXXIII. Valeſius ad Euagrium lib. I. cap. 20 de Piſandro iuniore Lycaonico, ſub Alexandro Magn. ſcriptore XVI. ἡρωικῶν Θεογαμιῶν [d]).

Pittheus Troezen. IV. PITTHEVS TROEZENIVS Pelopis filius, Aethrae (e qua Theſeus) pater, vt docet *Euripides* in Heraclidis v. 208 ſqq. [P]. Idem Hippolytum a Pittheo inſtitutum docet, vbi Scholiaſtes p. 218. edit. Barneſii: ἦν δὲ ὁ Πιτθεὺς σοφὸς καὶ μαντικὸς καὶ ἱερὸς Θεοῖς, ὃς καὶ ἔλυσε τὸν χρησμὸν τῷ Αἰγεῖ καὶ τὴν θυγατέρα ἔδωκεν, ὡς τῇ σοφίᾳ εἰς ἴσον ὁ τεχθησόμενος. Παρ' αὐτῷ δὲ, Πλούταρχός φησιν, ὁ Θησεὺς ἐπαιδεύετο ὡς καὶ Καλλίμαχος μαρτυρεῖ. Confer *Plutarchum* in Theſei vita ſub initium, vbi poſtquam dixiſſet, Pittheum omnibus ſuae aetatis ſapientia et eloquentia praeſtare viſum, ex Ariſtotele obſeruat, Heſiodum potiſſimum eius ſapientiae genus et characterem in ſcriptis ſuis expreſſiſſe, integraſque eius ſententias repetiiſſe, qualis eſt haec v. 370. ἔργων hodieque occurrens:

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.

Pauſanias in Corinthiacis pag. 184. auctor eſt ſua etiamnum aetate a Troezeniis oſtenſam cellam, in qua dicendi artem Pittheus tradiderit, cuius librum ab Epidaurio homine editum ipſe ſe legiſſe teſtatur. Librum illum, praecepta Rhetorica complexum, Pauſaniae vero ab homine illo Epidaurio fucum factum, non dubitat Voſſius Libro de Rhetorices natura cap. 9. et Ezech. Spanhem. diſſ. de origine eloquentiae pag. 6. Sane Troezenios, quorum finitimi erant Epidaurii, res ſuas, quantum qui maxime, praedicare et amplificare ſolitos, monuerat ipſe *Pauſanias* p. 181.

d) Piſandri Camir. poema de Herculis geſtis memoraſſe videntur *Eratoſthenes* Cyrenaeus in Cataſteriſmis cap. XII. et *Pauſan.* Corinth. ſ. lib. II. cap. 37. pag. 199. et Arcad. ſ. lib. VIII. cap. 22. pag. 640. ſed video, *Heynium* V. C. ad Virgil. Aen. II. pag. 234. loca, quae apud veteres ad Piſandrum Camirenſem reſpicere arbitrabatur, diligenter collegiſſe. *Eudocia* pag. 357. in medium adducit et *Piſandrum Camir.* poematis Ἡρακλείας auctorem et *Piſandrum Lycaonicum*, Neſtoris filium, epicum, auctorem ἡρωικῶν θεογαμιῶν. v. infra ad vol. II. lib. III. c. 28. p. 724. Poſterioris vero Piſandri opus pluribus, quam XVI. libris conſtitiſſe, Heyne ad Virg. Aen. II. Excurſ. p. 232. contra Valeſium docet, et de Piſandro Camir. qui inter principes poetas epicos poſt Homerum, Heſiodum, Panyaſin et Antimachum fuit habitus, (v. *Burmann.* ad Valeſii Emendat. IV. 14. p. 117.) fuſius differit laudatque praeter alios, *Staver.* et *Muncker.* ad Hygini Aſtron. 24. adde *Warton* ad Theocriti Epigr. XX. in ſtatuam Piſandri, qui Herculeam carmine ſcripſit, *Valcken.* ad Euripid. Phoeniſſ. ſchol. v. 1748, vbi longa particula ex Piſandri hiſtoria deriuata illi videtur. Secus tamen ſentit, ſaltem dubitat cl. *Heyne* l. m. pag. 235. *Harl.*

CAPVT

CAPVT XXVII.

I. *De Priamo ac Prometheo.* II. *De Pronapide.* III. *Varii ſcribendi modi expoſiti e ſcholiis ineditis ad Dionyſium Thracem.* IV. *De iiſdem modis nonnullae obſeruationes.*

Priamus. I. PRIAMI Epiſtola ad Memnonem Aſſyriorum Regis XXXII. filium memoratur Syncello p. 155. Βασίλε τῦ παρ᾽ Ἕλλησι Τιθωνῦ παῖς Μέμνων ὃς συνεμάχησεν τῷ Πριάμῳ κατὰ τῶν Ἑλλήνων, καὶ διεφθάρη ὑπὸ Ἀχιλλέως. φέρεται δὲ καὶ ἀντίγραφον Πριάμῳ Ἐπιςολῆς.

Prometheus. PROMETHEVS quando vixerit, perquam eſt incertum [a]): adeo Protei inſtar illum in mille formas verti videas. Nam aliis (vt Madero, et Ioh. Conrado Dieterico) eſt primus hominum Adam: aliis Noah, vt Keckermanno et Chytraeo: Bocharto Magogus Iapheti filius, Huetio Moyſes. Alii nullum vnquam fuiſſe Prometheum exiſtimant, ſed meras eſſe fabulas, quae de illo feruntur, per rationem vero, conſilium, ac prouidentiam, [illegible] quam humano generi largitus eſt Deus, quamque Προμήθειαν Graecis appellare translatitium eſt, nullas non artes repertas eſſe, mortalibusque innotuiſſe. In Homilia ſexta Clementinarum p. 608. Προμηθεὺς ἡ προμήθεια, ὑφ᾽ ἧς τὰ πάντα ἐγένετο. Confer *Iulianum* Orat. 6. pag. 182. Plotinum Ennead. 4. Lib. III. cap. 14. Nicephorum ad Syneſium de inſomn. pag. 403. ſq. Et e recentioribus Coelium Rhodiginum Lib. VII. cap. 19. ſeq. Auguſtino Steucho Eugubino Lib. IX. de perenni Philoſophia cap. 4. Prometheus eſt Deus ipſe, vniuerſi huius artifex [b]). Qui Prometheum hominem aiunt extitiſſe, plerique Theſſalum fuiſſe narrant Iapeti filium, fratrem Epimethei et Atlantis, qui ob inſignem Aſtronomiae peritiam dictus eſt coelum humeris ferre, patrem Deucalionis (confer Genealogiam Promethei apud Humfredum Prideaux notis hiſtoricis ad Epochas marmoreas Arundelianas p. 157.) literarum, numerorum, Medicinae, Aſtronomiae et omnis ſapientiae inter Graecos repertorem. Hic Prometheus ipſe apud Aeſchylum in Prom. vincto v. 441. ſeq. reperta ſua commemorans inducitur, quae pulcherrimis verſibus latinis expreſſit Grotius in excerptis e Tragicis et Comicis Graecis p. 8. ſeq. Vide et Lucianum in Prometheo et in libello ad eum, qui dixerat *Prometheus es in verbis*, Suidam et Varinum in Προμηθεὺς [c]).

II.

a) Secundum Chronicon Euſebio-Hieronym. col. 174. ed. Vallarſii (cuius notam conferes.) tom. VIII. part. I. Oper. Hieronymi, Promethei aetas incidit in annum Abraam 431. h. e. ſecundum *Simſonis* rationes in Chronico cathol. col. 118. in an. M. 2418, ante Chriſtum 1585. *Harl.*

b) conf. *Lambecii* Prodrom. hiſt. liter. II. c. I. pag. 133. ſq. copioſe explicantis aliorum narrationes atque iudicia. *Harl.*

c) Antiquiſſimus auctor fabulae de Prometheo eſt *Heſiodus* Opp. et dier. v. 86. praecipue Theogon. v. 521. ſqq. *Eudocia* in Ionia pag. 345. ſq. poſt notam de co[illegible] repetitam, tradit, Theophraſtum ſcripſiſſe, Prometheum hominem fuiſſe ſapientem, et primum homines docuiſſe philoſophiam: ab aliis dici artium inuentorem. Literas a Prometheo fuiſſe repertas, fama fuit vetus, ſecundum ſcholiaſten apud *Villoiſon.* in Anecd. gr. tom. II. pag. 187. not. 1. adde *Erinnae* epigramma in imaginem virginis, ibique notas I. Chriſtoph. Wolfii, in Poetriarum octo — fragmentis et elogiis ab illo Wolfio editis, pag. 10. ſq. De Prometheo poſt *Stanleium* et cl. *Chriſt. Godofr. Schütz* ad Aeſchyli Prometheum, praecipue poſteriorem in Commentario vol. I. (Hal. Saxon. 1782.) pag. 8. ſqq. et pag. 170. ſqq. qui [illegible] um nobis fecerunt, pluribus agere, ſuperuacaneum eſſe videtur. Promethei Genealogiam videbis quoque in cel. *Saxii* Tabulis genealogicis, num. IV. et in cel. *Heynii* notis ad Apollodori Biblioth. pag. 399. *Harl.*

...

II. PRONAPIDES Athenienſis, ita enim hoc nomen ſcribitur apud Diodorum Si-culum et Theodoſium Grammaticum, etſi in editis Tatiani codicibus [c. 62. ... Worth] eſt PRONAPYΔΗΣ, apud Euſebium PROTAENIDES, pro quo Gyraldus dial. 2. ... Poets p. 58. apud Tatianum legit PROSMANTIDES, probante hanc lectionem *Voſſio* libro ... capite primo de Hiſtoricis Graecis. Eidem tamen Gyraldo p. 89. PROSOPIDES veluti di-... ſum quoddam nomen memoratur, excellenti vir ingenio, qui mundi principium verſibus ſit ... plexus opere, quod πρωτόκοσμον inſcripſit. Sed idem plane eſt, quem inter ſcriptores ... antiquiores Tatianus refert, et quem Homeri magiſtrum fuiſſe tradit Diodorus Sicu-... Lib. III. p. 142. [c. 66. pag. 237. ed. Weſſeling. quem adi.] vocans eum ἐυφυῆ μελοποιόν ... teriſque Pelaſgicis (Orphei et Lini exemplo) vſum teſtatus. Tzetzes Chil. XIII. v. 634. Δι-... δάσκαλον Ὁμήρȣ δὲ τὸν Προναπίδην νοεῖ.

... Theodoſio Grammatico ... ſcri-...

III. In ſcholiis ineditis *Theodoſii Grammatici* ad Dionyſium Thracem fertur Pronapides iſte inveniſſe modum ſcribendi ςίχȣς διεσχισμένȣς aequales, a ſiniſtra ad dextram, quo etiamnum in linguis Europaeis vtimur. Διέταξε δὲ τὰ ... γράφεσθαι ὡς γράφομεν νῦν. Προναπίδης ὁ Ἀθηναῖος. Τῶν Ἀρχαίων ... οἱ μὲν σπυριδὸν ἔγραφον, οἱ δὲ βȣςροφηδὸν, οἱ δὲ κιονηδόν. [?] ΣΠΥΡΙΔΟ'Ν ἤτοι δίκην ... ἀπὸ πλάτȣς ἀρχομένης καὶ εἰς ςενὸν κομιδῆ ληγȣ́σης. Τὸ δὲ σπυριδὸν σχῆμα ἐξάςι-... ἐςι, γράφεται δὲ ȣ̃τως·

Κύριος εἶπε πρὸς μὲ
Υἱός μȣ εἶ σὺ
Ἐγὼ σήμερον
Γεγέν
νηκά
σε.

... ΛΙΝΘΗΔΟ'Ν ἤτοι τετραγώνως. μέσον τȣ̃ σχήματος τετραγώνȣ ταῦτα διέγραφον. Τὸ ... τετράγωνον τὸ κατὰ πλινθηδὸν ἐκ ἰσόπλευρον. Τὰς μὲν γὰρ δύο πλευρὰς τὰς ἐπαλ-... λήλȣς ἴσας ἔχει καὶ πάσας τὰς παραλλήλȣς ἴσας, πλὴν ἐκ ἰσομήκεις ταῖς ἐπαλλήλοις. ... μὲν γὰρ ἐπάλληλοι μακραὶ, αἱ δὲ παράλληλοι μικραί. Γράφεται δὲ ȣ̃τως·

Κυριος εἶπε πρὸς
μὲ υἱός μȣ εἶ σὺ
ἐγὼ σήμερον
Γεγέννηκά
σε, αἴτησαι
παρ' ἐμȣ̃ καὶ
δώσω σοι.

ΒΟΥΣΤΡΟΦΗΔΟΝ d) *ἤγει ἐναλλήλως καὶ κατὰ τὰς αὔλακας, αἵτινες ἀνέχονται ἀλλήλαις καὶ ἐδὲν ἐςὶ μέσον αὐτῶν τὸ διὰ σχῆμα μόνȣ τȣ͂ φαινομένȣ γραφήματος τȣ͂ διαχωρίζοντος ἑκάτερον αὔλακα. Γράφεται δὲ ἕτως·*

Κύριος εἶπε πρὸς μὲ
υἱός
μȣ εἶ σὺ ἐγὼ
σήμερον γεγέ
ννηκά σε.

ΚΙΟΝΗΔΟΝ. *ὥσπερ κίονες, ἤτοι παραλλήλως κατὰ γραμμὴν, καὶ γὰρ διαμεμερισμένως ἔγραφον. Γράφεται δὲ ἕτως·*

κ	π	μ	σ	γ
υ	ρ	ȣ	η	ε
ρ	ο	ει	μ	ν
ι	ς	σ	ε	ν
ο	μ	υ	ρ	η
ς	ε	ε	ο	κ
ει	υι	γ	ν	α
π	ο	ω	γ	σ
ε	ς		ε	ε

Antiqui modi ſcribendi. IV. In hoc loco recte a Grammatico exponuntur duo genera ſcribendi *βȣστροφηδὸν* et *κιονηδὸν*, quorum priore e) Graecos olim vſos etiam ex Pauſaniae Eliacis, Feſto in Taeponem f), aliiſque ſcriptoribus conſtat, quos laudant *Bochar-*

d) v. Clerici Bibl. anc. et mod. tom. 18. p. 225. *Heum.* Ad modum arantium vocat Io. Nauclerus generatione LIV. vet. teſtam. p. 253. vbi Iudaeos ait illo ſcribendi genere ante Eſdram vſos fuiſſe, et ſcripturam inde Latinis quoque dici *exarationem.* Scipio Maffeius hiſt. diplom. p. 238. *bouiverſuram, aratiuamente* vertit. vide etiam Chronicon Gotwicenſe t. I. p. 64. Honoratus Nicquetus

e) Huc ſpectare etiam puto quod Honoratus Nicquetus lib. 1. de titulo Crucis Dominicae c. 12. p. 87. notat Graeca et latina interdum ſcripta retrogrado ordine a dextra ad ſiniſtram.

f) Io. *Croius* exponit τὸ ἐπ' Ὀρχον, quod probatur Theoph. Sigfr. Baiero tom. I. muſei S. ... p. 89.

ochartus Lib. I. Chanaan c. 20. *Voſſius* Lib. I. artis Grammaticae c. 34. *Valeſius* ad H... ationem in *ὁ κάτωθεν νόμος*, *Sam. Petitus* ad Leges Atticas p. 104. *Meurſius* Attic. Lect. b. I. c. 22. *Edmundus Dickinſon* Delph. Phoeniciz. c. 10. g). At Κιονηδὸν ſcripſiſſe veteres

teſtatur

g) Quod ſupra ad cap. XXIII. §. 2. iam ali-
iot, qui de priſca ſcribendi ratione diligenter
pioſeque diſputarunt, ſcriptores commemoraui,
que in Introductione in hiſtoriam L. Gr. Pro-
gom. pag. XV. de antiquiſſimis ſcribendi modis,
inſcriptionibus Βουστροφηδὸν exaratis diſſerui, li-
roſque nonnullos, in quibus illa ſcribendi ratio
onumentaque explicantur, laudaui, hoc loco
auca tantum addere licebit. Plenior autem
mnium ſcribendi generum et monumentorum
ntiquiſſimorum enumeratio atque inquiſitio per-
net ad Palaeographiam atque Archaeologiam,
in *Hermanni Hugonis* libro: de prima ſcri-
endi ratione, cui notas — adiecit *C. H. Trotz*,
raiecti ad Rhenum 1738. cap. VIII. pag. 64.
bella addita eſt, in qua viginti quatuor ſcri-
endi modi exhibentur. Scriptura, quae boum
antium flexus imitaretur, (βουστροφηδὸν,) duce-
tur vel a dextris ad ſiniſtram, inde rurſus ad
extram, vel a ſiniſtra ad dextram, hinc vicis-
m ad ſiniſtram. Prioris rationis exemplum eſt
inſcriptione Sigea a *Chiſhullo* expoſita atque
octe illuſtrata, et denuo edita a *Chandlero* in In-
riptionibus antiquis Oxoniae 1774. fol. poſte-
oris vero in inſcriptione Amyclaea a Fourmon-
o detecta, et publicata in Nouv. Traité de
iplomatique tom. I. pag. 615. pl. 15. Vtraque ſu-
erat viginti ſaeculorum aetatem. Poſterioris ex-
mplum reperitur inſuper in ara apud *Caylum*,
omitem, in Collectione Antiquit. tom. I. tab. 20.
4. et 5. De Amyclaea illa antiquiſſima inſcri-
ione vide quoque *Barthelemy* in Memoir. de
tter. — Paris. tom. 23. pag. 394. ſq. cl. *Denis*
Einleitung in die Bücherkunde, Wien 1777. 4.
ol. I. pag. 33. et de reliquis ſcribendi modis
ag. 34. ſq. et cl. *Heyne* in Sammlung antiquari-
her Aufſätze, part. I. pag. 84. ſqq. Idem *Four-
ont* fragmentum alius inſcriptionis Amyclaeae
entum annos poſt Lycurgum et octo ſaecula ante
hr. natum βουστροφηδὸν exaratae reperit, et illu-
rauit in Hiſt. de l'Acad. des Inſcr. tom. 15.
em. p. 395. pl. 2. et alias perantiquas βουστροφη-
ὸν inciſas Amyclis deſcripſit idem, quas Benedi-
ini in Nouveau Traité de Diplom. tom. I. pl. 17.
ag. 626. ediderunt. conf. *Heyne* l. mem. p. 91. ſqq.
ntiquiſſimas praeterea inſcriptiones enumerat
cl. *Villoiſon* in Anecd. Graec. tom. II. pag. 169.
not. 1. Idem tamen monet, inſcriptionem illam
Bimardianam βουστροφηδὸν exaratam, et a *Bimard
de la Baſtie* in diſſert. prima pag. 18. col. 35.
tomi primi Noui Theſauri Murator. editam at-
que inter antiquiſſimas plerumque recenſitam, eſſe
omnino vt ſpuriam reiiciendam, fraudemque ſubo-
doratum eſſe et detexiſſe *Maffeium* tom. I. p. 19.
Praefat. veterum Inſcriptionum nouiſſimi the-
ſauri Lucae 1775. a Sebaſtiano Donato editi. adde
eundem doctiſſimum *Villoiſon* pag. 124. ſq. et
paſſim in Anecdotis gr. vol. II. de antiquis eiuſ-
modi monumentis et vetuſtiſſimis ſcribendi modis
differentem, et in Indice voce. *Deliaca*, *Four-
mont*, *Herculanenſes*, *Inſcriptiones* etc. — In
Bibliotheca regia Matritenſi cuſtoditur codex char-
taceus 4. ſaeculo XV. exeunte, (ab *Iriarte* Catal.
pag. 295. ſqq. diligenter deſcriptus,) quo conti-
nentur ex diuerſorum grammaticorum libris παρ-
εκβολαὶ ſiue *excerpta*. In his fol. 60. occurrit
Alphabetum a *Lucio* (Lucillo) *Tarrhaeo* (pro-
verbiorum forſan collectore, v. lib. IV. c. 9. III.
p. 283 vol. III.) adpoſitum, ex multiformibus lit-
teris partim minus vſitatis, partim antiquis et ob-
ſoletis, partim denique arcanis conflatum. „Ha-
rum autem, inquit *Iriarte*, pleraeque ab iis di-
ſcrepant, quas P. *Montfauconius* variis multipli-
cium arcanarumque litterarum alphabetis com-
plexus eſt Palaeograph. graecae pag. 286. 288. 293.
et 336.“ Fol. 61. eſt comment. de variis apud an-
tiquos ſcribendi modis, hac tantum adnotatione
praemiſſa: τῶν ἀρχαίων οἱ μὲν βουστροφηδὸν ἔγραφον οἱ
δὲ κιονηδὸν οἱ δὲ πλινθηδὸν οἱ δὲ σπειρηδόν. H. e. *Anti-
quorum alii quidem boum arantium more ſcribe-
bant; alii vero in columna, alii in quadri, alii
in ſpirae modum*, quarum figurarum quatuor
exempla ex illo codice ſubiecit Iriarte p. 297. —
De inſcriptionibus in nummis antiquis, litteris
ordine inuerſo a dextra ad ſiniſtram Phoenicio
vel Cadmeo more legendis v. *Havercamp.* diſſ.
de vet. lit. graec. ſcript. cap. IV. pag. 225, 227
coll. cap. I. in fine, et *Petr. Burmannum* in Com-
ment. ad Numiſm. Sicula, (ſiue tom. II. Dorvil-
lii Siculorum,) tab. X. pag. 368. ſqq. et tab. XI.
pag. 391. Denique cel. *Villoiſon* Anecd. gr. vol. II.
pag. 143 vſque ad p. 152 docte agit, de lite gram-
matica

teſtatur *Euſtathius* ad Iliad. ψ. p. 1420. ςίχες οἱ παλαιοὶ ἐχ ὡς νῦν ἡμεῖς κατὰ μέτωπον, ἀλλὰ κατὰ βάθος ἔγραφον. ὁ φασιν (ἤτοι γράμμα), εἶτα ἕτερον, καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον. Καὶ ταῦτα μὲν οἱ παλαιοὶ, ἐξ ὧν δῆλον νοῆσαι, ὡς ἐ κατὰ τὸ λεγόμενον ἐπεχόμενος ἵςαντο ἐτοι (Ἵππεις nempe apud Homerum, confer Sixtum Arcerium ad Aeliani Tactica p. 119.) κατὰ πλάτος, ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἔμπροσθεν, ὁ δ᾽ ὄπισθεν, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον ἄλλος, καὶ ἑξῆς, ἕως τοῦ κατὰ τὸ βάθος τελευταίε. — — — Ὅτι δέ ποτε καὶ ἡ ἐν βίβλοις γραφὴ ἔτως ἐτάττετο, ὁ μόνον σπυριδὸν καὶ πλινθηδὸν σχηματιζομένη, ἀλλὰ καὶ πυργηδὸν κατὰ βάθος (hoc idem eſt, quod Theodoſius Grammaticus magis appoſite vocat κιονηδὸν), ὅθεν ἐξήγηνται καὶ τὰ κοινῶς διπάγμα λεγόμενα καὶ τριπάγμα (διπάγμα καὶ τριπάγμα legit Meurſius gloſſar. in παγίον), ἑτέρωθεν ἔςι γνῶναι. Praeterea quae de hoc ſcribendi genere καταβάτων et χαμαιφόρων Salmaſ. ad Firmicum Vopiſci f. 448., et quod Diodorus Siculus Lib. II. [c. 56] p. 98. [p. 169. ed. Weſſeling.] cum narraſſet, incolas Taprobanae inſulae vti literis ſeptem, quarum ſingulae quatuor modis (ſitu diuerſo, ni fallor), transfigurarentur, vt adeo reuera 28. literas habuerint, haec addit: γράφεσι δὲ τὰς ςίχες ἐκ εἰς τὸ πλάγιον ἐκτείνοντες ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλ᾽ ἀναθεν κάτω καταγράφοντες εἰς ὀρθόν. Notum eſt, eodem ſcribendi genere etiamnum vti [?] Tſchinas ſiue Sinenſes [h]). Quod vero ad reliquas duas ſcribendi rationes attinet, quas Dionyſii Thracis Scholiaſtes et Euſtathius vocant σπυριδὸν et πλινθηδὸν, eas nondum intelligere me fateor, nec a Theodoſio ſatis explicatas puto. Pro σπυριδὸν Iohannes Croius Obſ. in N. T. cap. 9. p. 70 et 71 apud Euſtathium legit σπειρηδὸν et exponit a vocabulo σπεῖρα, *per cateruas*, *per cohortes* [i]). Sed apud Euſtathium in vtraque edit. et in Theodoſii codice non tantum conſtanter ſcribitur σπυριδὸν, ſed et deducitur ἀπὸ τῆς σπυρίδος *a corbe* in anguſtum deſinente, cuius figuram nempe retulerit illa ſcriptio. Sane hodieque non inuſitatas eiusmodi corbes memini, ſuperiore parte amplas, deinde paulatim deficientes in acutum. Si vero ita, non aliter, ſcripſerunt veteres Graeci hoc, quod σπυριδὸν vocat Theodoſius, illa ſcribendi ratio ſitum non differebat a noſtro, niſi breuitate decreſcentium ſubinde

matica de ſu accentus et ſpiritus, praecipue curſiui characteris apud Graecos antiquos, ſaltem tempore Titi, olim negato, ex inſcriptione autem inter Herculanenſia rudera patefacto et demonſtrato; item pag. 152. ſqq. de notis numeralibus minuſculis et curſiuis. Sed ſatis de hiſce rebus grammaticis et controuerſis, de quibus aliiſque huc pertinentibus quaeſtionibus adeundi ſunt Voſſius, Ezech. Spanhemius, Montfauconius, ſupra iam laudati, Villoiſonius l. m. et bene multi viri docti ab illo excitati. Ego quoque in Introduct. in Hiſt. L. Gr. Prolegom. XIX. ſqq. attigi iſtas lites atque quaeſtiunculas. *Harl.*

h) adde Nouv. Traité de Diplomat. tom. I. P. II. ſect. 2. cap. 7. *Harl.*

i) Σπειρηδὸν legit etiam *Martin. Cruſius* p. 512. Turco-Graeciae. *Fabric.* In cod. Matritenſi apud *Iriarte* ſupra laudato ſcribitur quoque σπειρηδὸν.

Exempla vero figurarum in columnae et ſpirae modum haec ibi dantur:

πλινθηδόν.

α ω ψ χ φ υ τ
β σ
γ ρ
δ π
ε ο
ζ ξ
η θ ι κ λ μ ν

σπειρηδὸν δὲ, ὅτως

ζ
ε η θ ρ σ ω
β δ ι π τ ψ
γ κ ο υ φ χ
λ μ ν ξ

in ſe verſuum, adeoque dici etiam poſſit Theocriti poema, quod inſcribitur Syrinx, σπυρηδὸν ſcriptum eſſe. Quod ſi vero Σπυρηδὸν dicamus eſſe a σπεῖρα *ſpira*, interpretabimur illud de ſpirali illo ſcribendi genere, quo vſi ſunt veteres Gothi, vti patet ex plurimis ſaxis et monumentis Runicis, quae etiamnum ſuperſtita, cum in Suecia verſarer, oculis vſurpaui, et magno numero ab Olao Wormio, Verelio, Rudbeckio, aliiſque vulgata conſtat. Id genus his verbis e Theodori Zwingeri theatro Vitae humanae expoſuere Voſſius et alii: *Secundum longitudinem a ſummo ad imum, et hinc rurſum aſcendendo veluti per ſpiras (quales ſol annuo motu per Zodiacum facere dicitur) ſcripſiſſe Gothos veteres in ſaxis vetuſtiſſimis, quae etiamnum extant.* Rationem ſcribendi Πλινθηδὸν, Theodoſius ita explicat, vt ſimiliter nihil differre videatur ab ea, qua nos hodie vtimur; nam in libris noſtris vere ſcribimus πλινθηδὸν, h. e. figura, quam refert πλίνθος [k] ſiue later, quadrata nempe, ita tamen, vt ſit longior quam latior. πλινθίον ἰσόπλευρον Xenophonti libro III. ἀναβάσ. vt notat Suidas in πλινθωτόν. Poteſt tamen et σπειρηδὸν illud ſiue σπυρηδὸν et πλινθηδὸν ita intelligi, vt ſalua Theodoſii expoſitione, licet non per omnia differret a noſtra ratione ſcribendi, diuerſum tamen fuerit in eo, quod ante repertos ſub Attalo Rege libros quadratos, larga illa et lata volumina non vna ſerie a ſiniſtra ad dextram perſcripta fuerint, ſed quemadmodum in volumine legis, quo vtuntur in Synagoga Iudaei, per plures πλίνθων laterumve formas ac περιγραφὰς, σελίδι ſiue ſpatio ſinguli [l] interpoſito, vel per figuras [?] σπειρῶν *cohortium* in anguſtum deſinentium, vel σπειρῶν *cochlium.* Nihilominus ſupereſt adhuc, quod quaeratur. Itaque totum hoc doctorum iudicio lubens relinquo. De aliis ſcribendi modis praeter Voſſium Lib. I. Ariſtarchi c. 54. videri poſſunt Hermannus Hugo de prima ſcribendi origine cap. 8. et Petrus Holmius de ſcriptura c. 5. recuſus in Tho. Crenii Viri Cl. Analectis p. 461. ſqq. Imprimis vero cupide exſpectamus praeſtantiſſimi Viri Bernardi Montfauconi, quam Pariſiis editioni parat *Palaeographiam Graecam* de ortu et progreſſu characterum Graecorum, et de variis omnium ſaeculorum ſcriptionis Graecae generibus, cuius operis praeclari in ſex libros diſtributi et variis tabulis aeneis exornandi argumentum, quod exſtat in Actis Eruditor. Lipſ. 1707. p. 424. ſeq. neminí non harum litterarum ſtudioſo ſaliuam mouebit, auctoris praecipue eruditionem, vſum harum rerum, ingenium atque accuratam induſtriam cogitantibus. *Fabric.* In lucem prodiit *Montfauconii* Palaeographia, qui liber praeſtantiſſimus et ſaepius a me laudatus eſt, et mihi fecit otium. *Harl.*

Fabricius orae ſui exemplaris hoc manu adſcriptum reliquit; „De πλίνθω forma v. *Salmaſ.* de re militari rom. cap. XI. Liber notitiae vtriuſque imperii *laterculus* dictus eſt, quod eſſet ad lateris inſtar factus. Plura Scaliger VII. de Emend. temp. pag. 691. Vetus epigramma apud Suidam in Λευκόπυρον, [tom. II. pag. 420. vbi vide Küſterum] memorat inſtrumentum quoddam χαρκίνον σπυρίχον. Rabbi Simeon ben Iochai apud Bartoloccium t. IV. pag. 136. ſq. et Cherub. a S. Ioſepho tom. II. apparat. biblici pag. 622. 757 ait, tabulas legis ſcriptas fuiſſe hunc in modum, duplicibus lateribus.

EGO DOMINVS DEVS TVVS

˙SΛΛ⊥ SΛƎᗡ SΛNIWOᗡ OפƎ

“ *Harl.*

k) Iudaeis etiam verſus ſcripti, (ſiue vt vulgo dicimus, lineae) aequalis longitudinis vocantur לבנות ſeu *lateres.* Sic qui duo cantica legis deſcribunt, iubentur, quo illorum ſcripturam a reliqua lege diſtinguant, *laterem dimidium ſuper integro ponere*, h. e. integro verſui ſuperponere dimidium, ut vides apud Carpzouium τὸν μικκαρίτην, notis ad Schickardi משפט המלך pag. 113. 114.

l) Vide Raph. Fabrettum p. 348. ad veterem tabellam Iliadis.

CAPVT

CAPVT XXVIII

I. De Sanchoniathone Berytio. Eius aetas et nomen. II. *Phoenicia Hiſtoria a Philone Byblio in Graecam linguam conuerſa vel potius conficta.* III. *Ioh. Henr. Vrſini et Henrici Dodwelli de pſeudo Sanchoniathone iudicium. Sonchis Aegyptius. ibid.* IV. *Mochus Sidonius et alii Phoenicii Hiſtorici.* V. *Sarpedon Rex Lyciae, eiusque Epiſtola Plinio memorata.*

[Cum ſupplementis Wolfg. Iaegeri].

Sanchoniathonis nomen et aetas. I. SANCHONIATHON [a]) Berytius, ſiue, vt Athenaeus innuit, et Suidas diſerte tradit, Tyrius [b]), diu ante Iliaca tempora, Semiramidis aetate vixiſſe perhibetur a *Porphyrio* Lib. IV. aduerſus Chriſtianos apud *Euſebium* Lib. I. praeparat. p. 31. et Lib. X. pag. 485. *Theodoritum* Lib. II. de curat. Graecarum affect. pag. 28. atque adeo aequalis fuiſſe Gedeonis [c]), vt notant Bochartus, Huetius, Lemonius et alii. Licet Porphyrius ipſe etiam, et Suidas κατὰ τὰ Τρωικὰ ſiue circa tempora Troiana, hoc eſt multis poſt Semiramidem non annis, ſed ſaeculis, vixiſſe memoret, et *Ioſephus Scaliger* in notis ad fragmenta Graeca libro de emendatione temporum ſubiecta p. 40. eumque ſecuti *Voſſius* de hiſt. Graecis Lib. I. c. 1. *Conringius* de Medicina Hermetica p. 5. aliique viri doctiſſimi, vel hoc ipſum vocent in dubium, quia conditae anno 91. vel 76. vel 65. demum ante Troianum excidium, Tyri, velut rei antiquiſſimae Sanchoniathon meminit. Hoc vero argumentum reuincit Bochartus, docens plures vrbes Tyri nomine fuiſſe, et Palaeo-Tyri iam fieri mentionem [d]) Ioſ. XIX. 29. Vide Lib. II. Chanaanis cap. 17. Eodem Porphyrio apud Theodoritum notante, (apud Euſebium enim locus corruptus), nomen Sanchoniathon Phoenicum lingua Φιλαλήθη ſignificat, ſiue vt Bochartus [illegible] *lex Zelus eius.* Confirmat et Porphyrii Etymologiam Bernardus Aldrete Canonicus Cordubenſis in Antiquitatibus Hiſpaniae et Africae, patria lingua editis, qui nomen Sanchoniathonis deducit a [illegible] cupidus et אמת veritas. *Ioh. Henr. Vrſino* autem in libro de Zoroaſtre Hermete et Sanchoniathone, qui prodiit Norim-

a) v. *Haſaeus* lib. de Acad. Beryt. cap. XI. §. 1. Biblioth. Brem. tom. VI. pag. 650. ſqq. *Heumann.* de Moſcho et Sanchoniathone v. M. *Io. David Baier* in Diſſ. de Phoenicibus eorumque ſtudiis et inuentis. Ienae 1709. pag. 18 — 25. *Harl.*

b) Fortaſſe haec non pugnant. Tyrus ſ. *Tyrii* non numquam pro *Phoenicibus* ponuntur: et, qui natus fuit Beryti, dici potuit Tyrius, ad eumdem modum, quo Pindarus, natus Cynoſcephalis vel Hylae, Thebanus haberi ſolet. v. PALMER. *Exercit.* p. 816. et cl. MANSO, *Anmerk. zu Moſch. II. Idyll.* p. 334. ſq. *Iaeg.*

c) Hoc inde certo effici non poteſt. Nam ſi v. c. FRERETUM, in Comment. de Hiſt. et Chronolog. Aſſyr. (*in Abhandl. und Auszügen der K. Acad. der Inſchr. zu Paris*, *I. B.* p. 118.) audias, Semiramis ſex, ſeptemue annis ante, quam Iacobus patriarcha in Aegyptum abiret, regni gubernacula tractare coepit. Si FRANKIVM ſequaris, (*in N. Syſt. Chronolog.* p. 192. et p. 246.) anno a mundo condito 2214. Semiramis rerum ſummae praefuit, Gideon vero a. 2947. victoriam de Midianitis reportauit. Omnino in expediendas temporum rationes, quibus res Iudaeorum antiquas, ſuo quamque loco, in illis, quae Graeci ſcriptores tradiderunt, aſſignare conantur viri docti, opera plerumque fruſtra inſumitur. *Iaeg.*

d) Nouam vrbem, in inſula ſitam, eodem fere tempore, quo Palaetyrum, ſaltem breui poſt, condi coeptam eſſe, argumentis copioſis et grauibus euincere laborant PP. *Raph. et Petr. Roder.* MOHEDANO auctores *Hiſt. Literar. Hiſpan.* T. I. p. 307. ſq. Quin vrbem iſtam in inſula eodem fere tempore, quo Sidonem, conditam fuiſſe, ex eaque poſtea egreſſam partem ſeſſorum vrbem in continente ſtatuiſſe, putat IACKSON, v. eius *Antiquitatt. Chronolog.* p. 719. (translat. german.) *Iaeg.*

Norimbergae Ao. 1661. 8. *San-chuni-athon* pag. 185. exponitur *ſcopulus praeparatus aſinae,* et cum ludibrio Chriſtiani nominis creditur excogitatum a Philone Byblio nomen, nimis quidem violenta expoſitione, vt docet *Olaus Borrichius* de ortu ac progreſſu Chemiae pag. 68. Eandem reiicit *Guſtauus Peringerus* diſſ. de Sanchoniathone Vpſal. 1686. 8.

Phoenicia hiſtoria a Philone Byblio graece conuerſa aut conficta.

II. *Phoenicia* ſcripſiſſe narrat Athenaeus ſub extremum libri tertii, vbi male ſcriptum Φοινικὰ et Σουνιαίθωνι pro Φοινικικὰ et Σαγχουνιάθωνι recte monuit *Caſaubonus* ad Athenaeum Lib. III. c. 37. p. 126. qui tamen memoria lapſus eſt, cum affirmauit, Sanchoniathonis multis locis meminiſſe Philonem, Ioſephum et alios. Nam Ioſephus nuſquam eius mentionem facit, nec Philo, niſi Philonem intellexit, non Hebraeum, ſed Byblium, qui tamen et ipſe haud eius meminit multis locis, ſed, ut mox dicemus, Sanchoniathonis opus e Phoenicia in Graecam linguam tranſtulit [e]. Haec a *Porphyrio* Lib. II. de abſtinentia ab animantibus pag. 94. vocatur Φοινικικὴ ἱστορία. A *Theodorito* p. 34. ἡ Φοινίκων θεολογία. Suidas ait, Sanchoniathonem ſcripſiſſe περὶ τῆς Ἑρμοῦ φυσιολογίας, ἥτις μετεφράσθη πατρίᾳ Τυρίων τῇ Φοινίκων διαλέκτῳ, tum Αἰγυπτιακὴν Θεολογίαν καὶ ἄλλα τινά. Quicunque vero fuit titulus operis, ex fragmentis, quae ex illo producuntur a Porphyrio, Euſebio et Theodorito, patet illud continuiſſe Origines hiſtoriam et religionem antiquiſſimorum Aegyptiorum pariter ac Phoenicum. Praecipuas rerum, quas tradidit, memorias ſiue ὑπομνήματα fertur accepiſſe ab *Hierombalo* Dei ſummi ſacerdote [f], εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως Θεοῦ τοῦ Ἰευώ. Quin iſte Hierombalus fuerit Gideon, qui in libro Iudicum plus ſimplici vice Ierobaal nominatur, haud dubitant *Bochartus*, *Huetius* demonſtrat. Euangel. pag. 84. *Petrus Iurieu* in Hiſtoria Critica dogmatum et religionis Iudaeorum p. 432. Verum non abſurdis hoc argumentis negat Antonius *Van Dalen* diſſ. de Sanchoniathone, libro de Ariſtea ſubiecta p. 476. ſq. Amſt. 1705. adde *Dodwell* diſſ. de Sanchoniathone p. 43. *Georg: Chriſtoph. Küſteri* Exercit. de Sanchoniathone, Bibl. Brem. faſc. 4. tom. 6. pag. 660. ſqq. A Critical and apologetical Diſſertat. for Sir *Iſaac Newton's* new Syſtem of Chronology and Mytholog. Gel. Zeit. 1731. pag. 891. 892. *Fourmontii* Reflexions critiques ſur les Hiſtoires des anciens peuples tom. I. II. Paris 1735. 4. Journ. des Sav. a. 1735 Nou. pag. 376. et a. 1736 Ian. pag. 23. — Dicitur et Sanchoniathon adhibuiſſe acta et hiſtorias variarum vrbium, et monumenta in templis hinc inde aſſeruata τὰ κατὰ πόλιν ὑπομνήματα καὶ τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφάς, τὰ ἀπὸ τῶν ἀδύτων εὑρεθέντα ἀπόκρυφα Ἀμμουνέων

e) Apud *Iriarte* inter codd. Matrit. reg. numeratur quidam 84. in quo praeter multa alia dicitur, (pag. 346.) ineſſe n. 180. ſine titulo de Sanchoniathone breuis haec notitia Σαχωνιάθων (leg. Σαγχωνιάθων) ὁ βηρύτιος τὴν Φοινικῶν θεολογίαν ἐξέδωκεν ἣν ὀρφεὺς μετήνεγκεν εἰς τὴν ἑλλάδα φωνήν. καὶ τὰς τελέτας τῶν αἰγυπτίων. Sed fides ſit penes auctorem. *Harl.*

f) pro *Hierombalo* legendum eſſe *Ierobalo* i. e. Ierobaal, quod cognomen erat Gideonis, iudicat LACKSON. (l. c. p. 702. n. 3.) idemque, dum illum, a quo Sanchoniathon ὑπομνήματα accepit, Gideonem fuiſſe ponit, falſo hic appellationem *ſacerdotis* vſurpari monet: errorem autem putat eſſe vel Sanchoniathonis ipſius, vel Philonis, qui adhibitam ab iſto vocem *Kohen* (quae plerumque *ſacerdotem* ſignificat,) ignorauerit hic, ſignificatu rariore, notare *principem*. Sed tenendum eſt, quod bene obſeruat GOGVETUS, in Diſſ. de Sanchoniathone, ſubiecta Parti I. Operis de *Orig. Legg. et Artium*, (p. 383. verſ. germ.) Porphyrium modo mentionem facere Hierombali, non Philonem, cui tamen potior harum rerum notitia fuerit: hunc vero alios fontes, quibus vſus ſit Sanchoniathon, commemorare. *Iaeger.*

ῶν γράμματα ſingillatim *κατασκευὰς* Taauti, (qui Aegyptiis Thoth, Graecis Hermes), aliaque eius commentaria, per quae idem Huetius libros Moyſis intelligit. Fragmentum [ʘ] Sanchoniathonis lingua Aramaea ſcriptum habere ſe teſtatus eſt *Kircherus* Obeliſci Pamphilii p. 111. Idem [illegible] de oculis ſubductum, [illegible] rei fidem apud ipſum eſſe [illegible]. Hoc Sanchoniathonis opus dedicatum Regi Beryti Abibalo, quod nomen etiam Hirami Regis parenti fuiſſe ex Dio Phoenicum hiſtorico narrat *Ioſephus* I. contra Apionem p. 1042. et Phoenicia lingua ab auctore ſcriptum, in Graecam linguam tranſtulit *Philo Byblius*, Grammaticus, digeſſitque in libros nouem, vt refert *Euſebius* Lib. I. praeparat. p. 31. quamuis octo computet *Porphyrius* Lib. II. de abſtinentia p. 94. ſiue, quod nota numeralis ϑ in η mutata ſit a librariis, vt putat *Relandus* cap. 12 de lingua Punica, ſiue, quod librum Philonis Byblii, quem citat *περὶ Ἰουδαίων* vna computauerit Euſebius, quae Dodwelli coniectura eſt, ſiue quod Sanchoniathonis librum primum Theologicum a reliquis octo hiſtorici argumenti Porphyrius exemit, vt ſuſpicatur *Bochartus* Lib. II. Chan. c. 17. p. 856 ſq. Sane, quae ex primo referre ſe ait Euſebius, Coſmogoniam et Theogoniam ex mente Phoenicum exponunt. Phoenicia, quae in illis Sanchoniathonis fragmentis occurrunt, illuſtrat idem *Bochartus* in Chanaan libro et capite ſecundo. Cyrillus Alexandrinus Lib. VI. contra Iulianum p. 205. Sanchoniathonis (Σαγχουνιάθω) hiſtoriam e Phoenicum idiomate in Graecum a Ioſepho Iudaeo tranſlatam ſcribit, teſte allato Clemente in Stromatibus. Sed memoria feſellit optimum praeſulem, neque enim Clemens Sanchoniathonis meminit, neque Ioſephus eius hiſtoriam Graece tranſtulit g), tum etiam quam mox velut e Sanchoniathone producit, petita eſt e Philonis Byblii, quae exſtat apud Euſebium, praefatione. Operum Sanchoniathonis iactura reipubl. litterariae vulnus inflictum eſſe perpetuo dolendum profitetur Th. de Pinedo p. 164 ad Stephan. Byzant.

Vrſini et Dodwelli iudicia de Sanchon.

III. Ceterum non modo Vrſinus, quem ſupra dixi, vniuerſa iſta, quae de Sanchoniathone feruntur fabulis accenſet, Sanchoniathonemque nulli ante viſum lectumve, primum a Philone Byblio putat confictum fuiſſe h), ſed idem quo-

g) GOGUETUS, l. c. p. 337. monet, erraſſe quidem Cyrillum nominando Ioſepho, loco Philonis; ſed ex eo, quod hodie in Operibus Clementis nulla mentio fiat Sanchoniathonis, non ſatis recte colligi, etiam hac parte falſum eſſe praeſulem; interciditſſe enim principium L. I. Stromatum, et in ceteris quoque multa deſiderari. *Iaeg.*

h) Ab hac ſententia prope abeſſe videtur *Saxius*, V. C. qui in Onomaſt. Lit. P. I. p. 7. ad annum ab orbe condito 2729. hunc ſcriptorem ita refert: „Sanchoniathon, neſcio quis, antiquitatis, vt perhibent, Phoenicum auctor.“ Verum illam ſuſpicionem argumentis ſatis probabilibus labefactat *Goguetus*, in Diſſert. laudata. Medio tutiſſimus ibis, duce, celeberrimo Academiae Lipſienſis Profeſſore, *C. D. Beckio*, qui in *Commentat. de fontibus, unde ſententiae et coniecturae de creatione et prima facie orbis terrarum ducuntur*, p. VII. ita cenſet; „Mihi non videtur integer liber a Philone confictus eſſe; haec enim fraus ſtatim omnibus innotuiſſet: ſed ſupereſſe partem reliquias annalium Sanchuniathonis, … valde a Philone, forte etiam Euſebio, interpolatas. vid. cel. *Heynius* ad: Abhandl. der Pa… Acad. d. Inſchr. Griech. Alterth. P. I. p. 240. …“ Ceterum praeter Goguetum, itemque Iackſonum, (qui l. l. p. 702. ſqq. fragmentum ſcriptoris doc… adnotatione perſequitur,) conſulendus eſt *Bruckerus*, Hiſt. Crit. Philoſ. T. I. P. I. L. 2. c. 6. §. … p. 236. — 40. et in Appendice ſ. Vol. VI. p. 101. *Weſſeling*. ad Simſon. Chron. Paraſc. c. I … A. M. 2950. add. *Guſt. Peringeri* Diſſert. de *Sanchoniathone* Vpſal. 1686. 8. Ant. van *Dale* D… ſuper *Sanchoniathone*, ad calcem Diſſ. … Ariſtea, Amſtelod. 1705. 4. p. 472. — 506. Diſſertat. ſur les livres de *Sanchoniathon*, c…

I A…

l'Auteur de la Bibliotheque critique (Mr. Simon, qui tom. II. pag. 10. Porphyrii aetate illos ſuppoſitos arguit) dans les Mem. de Trevoux, Janv. 1714. p. 68. et Fevrier p. 325. et dans le Journal des Savans, Octob. 1714. p. 453. et 536. edit. d'Amſterd. Vertit Fragmentum hoc anglice Richard. *Cumberland*, adiecto Commentario, (Sanchoniatho's Phoenician Hiſtory translated from the firſt Book of Euſebius de Praepar. euangelica — With hiſtorical and chronological remarkes — by Rich. Cumberland. Lond. 1720. 8.) quem futiliſſimum eſſe pronuntiat Cl *Beckius* in Commentat. ſupra laudata, p. VI. Eius etiam habemus verſionem germanicam: R. *Cumberlands Phöniziſche Hiſt. des Sanchoniathons, überſetzt von Ioh. Phil. Caſſel, Magdeb.* 1755. 8. Reflexions critiques ſur les hiſtoires des anciens peuples, — par Etienne Fourmont, à Paris 1735. 8. [al. 4. tom. I. livr. I. cap. 1. ſqq.] Allegories orientales, ou le Fragment de *Sanchoniathon*, — par Mr. *Court de Gebelin*, à Paris 1773. 4. (Et Fourmontium et Gebelinium critica arte plane deſtitutum hiſtoriam antiquam tantum non peruertiſſe, iudicat *Beckius*, l. c.) *Deliſle* Neue Welt- und Menſchengeſchichte, T. I. p. 568 — 599. (ex verſ. germ. Hiſſmanni.) *Meiners*, Hiſt. doctrinae de V. D. p. 64. ſqq. *Iaeg.* Deliſle vſus eſt Cumberlandi, Fourmontii, Gebelinique commentis ad illuſtranda ingenioſius fragmenta Sanch. Inuenerunt enim fragmenta illa, quae ap. Euſeb. occurrunt multos nuper defenſores, qui librum Phoenicii ſcriptoris antiquiſſimum fideliter a Philone in graecam linguam translatum eſſe contenderent, quorum acutiſſimi ſunt Ant. Yves Goguet (Diſſ. ſur Sanchoniathon ad calcem T. I. Operis: De l'origine des Loix, des Arts et des Sciences etc. à la Haye 1758. III. 12. ed. 2. Par. 1778. VI. 8. germ. conu. Hamberger. 1760. III. 4.) *Deliſlius* (Neue Welt und M. Geſch. l. l. et T. IV. p. 120. ſq. et *Mignotus* (Mémoires de l'Academ. des Inſcript. T. XXXIV. p. 65. ſq.) Vtuntur vero argumentis his: 1) commemorari Sanch. libros ab Athenaeo, Clemente, Porphyrio, Theodoreto, et Suida. 2) antiquioribus ſcriptoribus ideo non innotuiſſe, quia nondum Graece legi poterant, omninoque rarius inueniebantur. 3) eſſe in iis clariſſima antiquiſſimae coſmogoniae indicia, et ipſam ſcriptionis indolem ſic referre vetuſtatem remotiſſimam et exprimere, vt nullus recentior ſcriptor imitando eam aſſequi potuerit.

Contra poſt Vrſinum, Dodwellum et Dalenium impugnarunt alii librorum iſtorum veritatem, in quibus eminent Chriſtoph. Meiners, Prof. Gött. celeb. (in Hiſtoria doctrinae de vero deo T. I. p. 63. ſq.) et Mich. Hiſſmann (Not. ad Librum: Neue W. und M. Geſch. T. I. p. 570. ſq. IV. 120. ſq.) Hi 1) vrgent ſilentium antiquiorum ſcriptorum de Sanchoniathone et differentiam narrationum Euſebii et Clementis de auctore verſionis, Euſebii et Porphyrii de numero librorum Operis. 2) monent plena eſſe fragmenta erroribus chronologicis hiſtoricisque. Sic Tyrum vrbem commemorari; Thotum Phoenicium dici, qui tamen Aegyptius fuerit. 3) ineſſe vocabula, quibus Gnoſtici ſerius vſi fuerint, vt Protogonos, Aeon. 4) praecipua de mundi formatione commenta eſſe nunc Moſi nunc Heſiodo ſurrepta. Addit V. S. V. *Ieruſalem* (Betrachtungen über die vornehmſten Wahrheiten der Religion T. II. P. I. p. 172.) Philonem ideo librum illum confinxiſſe, vt Ioſephi infringeret auctoritatem. Caeterum Hiſsmannus cenſet, auctorem egregie, quomodo ſenſim cultura ingeniorum proceſſerit, variaeque artes inuentae ſint, oſtendiſſe.

Alii denique credunt, aut Sanchoniathonem fuiſſe recentiorem ſcriptorem, (vt de la Barre, in Hiſtoria religionis Graecae, quae francogallice ſcripta legitur in Commentariis Acad. Inſcript. Pariſ. T. XVI. germanice in Abhandlungen und Auszügen der kön. Akad. d. Inſchr. in Claſſen gebracht; das griechiſche Alterthum, I. B. p. 224-241., qui quidem cenſet vixiſſe Sanchoniathonem poſt Alexandri M. tempora) aut, Philonem vſum quidem eſſe antiquiſſimo libro, et inde quaedam excerpſiſſe, ſed immutaſſe multa et adieciſſe, vt Heynius (in Not. ad Com. Barrii laud. p. 241.) Eandem rationem ſequitur Foucher (Recherches ſur l'origine et la nature de l'Helleniſme ou de la religion de Grèce, VII. Mémoire, dans les Mem. de l'Ac. d. Inſcr. T. 38. p. 452. ſq. Add. Ioh. Gottf. Herder Ideen zur Philoſophie der Geſchichte der Menſchheit. T. I. p. 311. ſq.) Plures, qui de Sanchoniathone ſcripſerunt, laudarunt Fabricy (Sur l'Epoque de l'Equitation T. I. p. 211.) et Ioh. Geo. Meuſel, V. C. in Bibliotheca Hiſtorica Vol. II. P. I. p. 2-6.

Caeterum fama fuit, ſecundum quoddam Sanch. fragmentum extare in bibliotheca Medicea Florentiae, et tertium per Peireſcium ex Oriente allatum, et deportatum Romam ad Athan. Kircherum, qui tamen illud euulgare noluerit. Cf. Kircher. de Obeliſco Pamphil. p. 110. *Beck.*

quoque ante decennium ſingulari diſſertatione Anglice edita, variis rationibus, v e rerum praecipue ſilentio euincere eſt conatus Hibernorum doctiſſimus *Henricus Dodwellus* i), cuius argumenta cui videre vacat eſt, is (ſi liber Anglicus ad manum ſit) euoluet ſupplementa ad Acta Eruditorum, quae Lipſiae cum magno rei literariae fructu iam pridem colliguntur. T. 2. p. 512 ſq. In primis ſingulare eſt, quod *Philonem* illum *Byblium* k), qui ſub Nerone et deinceps ad Hadrianum vſque vixit, et de rebus eius commentatus eſt, non diuerſum eſſe docet ab l) *Herennio Philone*, ſuſpicaturque ab eo potius fraudis vnico auctore et architecto [ῥ] ὑποβεβλημένον illum Sanchoniathonem Bocharti etiam iudicio fabuloſum ſcriptorem oppoſitum fuiſſe libris, quos contra Apionem non diu ante ſub Domitiani Imperio Ioſephus Iudaeus ſcripſerat, nomen vero effictum ſiue detortum ex *Sonchide*, Saite, ſacerdote ſapientiſſimo et Archipropheta Aegyptio, cuius meminit libro de Iſide et Oſiride Plutarchus m).

Mochus Sidonius et alii Phoenic. ſcript.

IV. De reliquis Phoenicum hiſtoricis antiquiſſimis, *Theodoto*, *Hypſicrate*, *Mocho* ſiue *Moſcho*, (quorum ſcripta in Graecam linguam tranſtulit Laetus), tum de *Dio* et *Menandro Epheſio*, Annalibuſque Tyriorum, abunde dixerunt *Scaliger* ad fragmenta Beroſi Abydeni et aliorum, ſubiecta operi incomparabili de emendatione temporum, *Bochartus* Lib. II. Chanaan c. 17. *Voſſius* de hiſtoricis Graecis etc. De *Mocho* Sidonio ſpeciatim, quem ſimiliter ante Troiana tempora vixiſſe Strabo auctor eſt Lib. XVI. p. 757. et quidam recentiores parum veriſimiliter confundunt cum Moyſe n), videndus *Reineſius* addendis ad librum de lingua Punica, elegantiſſime Graece contra

m

i) *H. Dodwell's Diſcourſe concernig Sanchoniathon.* London. 1681. et ad calcem operis: Two lettres of Advice 1691. 8. cf. *Dodwell's Works*, Lond. 1723. p. 84. ſqq. *Iaeg.* Illum plerique alii in diſputationibus contra Sanch. fragmenta ſequuti ſunt. *Beck.*

k) v. Eudocia p. 424. vbi Philonis iſtius ſcripta quoque commemorantur. *Harl.*

l) De hoc Herennio confer ſi placet Salmaſ. ad Solin. p. 1227.

m) *Fabricius* orae exempli ſui adſcripſerat haec, quae ſequuntur: „De Cumberlandi Review of the Coſmogonie of Sanchoniathon's Phoenician Hiſtory cum continuatione e Canone Eratoſthenis et Dicaearchi Londini 1720. 8. v. Acta Eruditor. 1722. pag. 524. Bibl. Bremenſ. tom. IV. pag. 1091. Biblioth. Angloiſe tom. 8. pag. 258. 494. In eiuſdem opere poſtumo, edito a S. Payne attemps for diſcovering the times of the firſt planting of nations, London. 1724. 8. Acta Eruditor. tom. 9 ſuppl. p. 329. *With. Whiſton* p. CLXIII. ſqq. appendicis ad librum, An Eſſay towards reſtoring the true text of the old Teſtament, London. 1722. 8. vbi Sanchoniathoniana angliſe maximam partem e Cumberland". *Heumannus* vero adnotarat margini ſui exemplaris haecce: „Cumberlandi editio Sanchuniathonis recenſetur et ſeuere examinatur in *Clerici* B. A. M. tom. 23. pag. 207. ſqq. Idem *Clericus* ibid. p. 220. Sanchuniathonem eſſe ſuppoſititium ſtatuit; idem ſenſerunt *Conring.* lib. I. de Herm. Med. cap. 2. pag. 4. 5. 6. et cap. 8. pag. 74. *Calmetus* in Bibliſchen Unterſuchung. part. IV. pag. 54. ſq. et V. D. in Nouis ſupplem. Act. Erud. tom. V. pag. 246. ſq. Contra tanquam genuinum illius foetum vindicare ſtudent *Rich. Cumberland* in Mem. lit. de Grand Bret. tom. IV. pag. 249. ſqq. *Thomas Burnetus* Archaeol. lib. I. cap. 6. *Huetius* Demonſtr. euang. prop. IV. cap. 2. §. 2. et cap. 3. §. 2. *la Croze* Entretiens pag. 174. *Fourmont*, cuius liber recenſetur in Actis Erudit. 1740. pag. 491. ſq. vide Anonymi diſſ. in Journal des Scavans 1714. m. Octob. p. 455-476 et p. 526-562." Hactenus Heumann. Adde Theſaurum Epiſtol. Lacrozian. tom. I. pag. 232. et Hiſtoriam catholicam ex lingua anglica in germanicam verſam curante S. I. Baumgartenio vol. I. *Harl.*

n) Moyſes Alexandro Polyhiſtori fuit femina: Μωσὼ γυνὴ Ἑβραία, ἧς ἐστι σύγγραμμα ὁ παρ᾽ Ἑβραίοις νόμος. Suidas in Ἀλέξανδρος et Μωσώ. *Fabric. Gottfr. Olearius* diſſ. II. de Heraclito §. 2. *Vockerodius* diſſ. de Notitia S. Scripturae inter gentes pag. [illegible] §. 2. *Huetius* in Demonſtrat. euangel. Propoſ. IV. cap. 2. §. 8. *Heumann.*

in Belgio recuſum: *Seldenus* de iure naturae et Gentium Lib. I. cap. 2. *Huetius* demonſtrat. Euangel. pag. 15. et *Radulphus Cudworthus* in Opere de vera notione immutabili intelligibilis p. 12 ſq. et *Io. Clericus* V. C. Bibliothecam ſelectam T. 1. p. 75 ſq. Etiam Βαβυλωνίων ἱερὰ ſiue ſacra monumenta memorat *Iamblichus* in vita Pythagorae c. 34. ex Metrodoro Epicharmi filio Pythagoreo.

Sarpedon. V. SARPEDON Iouis inclyta proles, Rex Lyciae et Troianorum ſtrenuus hyperaſpiſtes a Patroclo tandem interfectus, Homero multis memoratur. Illius Epiſtola adhuc ſuperfuiſſe credita, Plinii propemodum aetate, vt ipſe auctor eſt libro et capite decimo tertio. *Mutianus ter Conſul prodidit nuper ſe legiſſe cum praeſideret Lyciae,* SARPEDONIS *e Troia ſcriptam, in quodam templo, Epiſtolae chartam. Quod eo magis miror, ſi etiamnum Homero condente non erat, aut cur, ſi iam hic erat vſus, in ipſa illa Lycia Bellerophonti codicillos datos* (Iliad. ζ'. v. 169.) *non Epiſtolas prodidit.* Alius *Sarpedon* Catonis paedagogus, laudatus Tzetzae Chiliad. III. v. 194. [P]

CAPVT XXIX

I. *De Sibyllis Teſtimonia ſcriptorum veterum, qui ante Homerum Sibyllam fuiſſe contendunt.* II. *et Poetam ex ea profeciſſe.* III. *Antiquiſſimus, qui Sibyllae meminit, Heraclitus, cuius tria loca afferuntur, et poſt Heraclitum alii.* IV. *Numi antiqui Sibyllam referentes.* V. *Vtrum vna tantum Sibylla fuerit.* VI. *Ambigitur.* VII. *Scriptorum veterum de numero Sibyllarum diſſenſus.* VIII. *Nominis Sibyllini Etymologiae prope viginti. Graecae.* IX. *Inque obiter de nominibus variis in ignominiam detortis. Latinae.* X. *Hebraicae.* XI. *Arabicae et Perſicae, vbi et de ſententia Viri Clariſſ. Thomae Hydei.* XII. *Num Spiritu diuino agitante incaluerint Sibyllae.* XIII. *an malo daemone.* XIV. *Fortiorine phantaſiae ſint adſcribendae ipſarum diuinationes et enthuſiaſmo naturali,* XV. *an merae fuerint fraudes.* XVI. *Noſtrum iudicium.* XVII. *Vtrum et qua in re Sibylla a Pythia et aliis vatibus differret.*

[Cum ſupplementis W. Iaegeri.]

Sibylla. I. SIBYLLAM quoque Tatianus refert inter ſcriptores Homero antiquiores, quin Orpheum aetate praeceſſiſſe [a]) affirmat Clemens I. Strom. p. 323. Auguſtinus Lib. XVIII. de Ciu. Dei c. 23. *Nonnulli ſane Erythraeam Sibyllam non Romuli, ſed belli* [b]) *Troiani tempore fuiſſe ſcripſerunt.* Ac praeter ea quae ſupra in *Daphne* e Diodoro Siculo dixi, apud Solinum cap. 8. legas, *Delphicam autem Sibyllam ante Troiana bella vaticinatam Bocchus (Boethus) autumat, cuius verſus plurimos operi ſuo* HOMERVM *inſeruiſſe manifeſtat.*

 Hanc

a) Hanc Phrygiam fuiſſe et Ἄρτεμιν, *Dianam,* dictam eſſe, tradit eodem, quem mox Auctor laudat, loco Clemens Alexandrinus cf. Pauſan. L. X. p. 629. ſq. ed. Hanou. 1613. *Iaeg.*

b) Non maiorem fortaſſe fidem hoc mereri dixeris, ac quod ante annos quingentos Nicolaus quidam Reuclerus in poemate Leonino, quo Hiſtoriam Hannoniae perſecutus eſt, finxit, vatem quendam inſignem Bauaſii conditorem, *Bauonem,* Priami patruum, qui miſerabile Troiae fatum praeuiderit, Priamoque, ſed non credenti, praedixerit, quae fabula exploditur a *Nic. Bergierio* de publicis Imperii Rom. viis Lib. I. ſect. 26.

Hanc Herophile c) Erythraea annis aliquot intercedentibus inſecuta eſt de ſcientia parilitate d). Idem de Delphica Sibylla refert Iſidorus libro originum et capite octauo. *Lactantius* Lib I. c. 6. ex Varrone plures memorat Sibyllas, *quintam Erythraeam, quam Apollodorus Erythraeus affirmet ſuam fuiſſe ciuem, eamque Graiis Ilium petentibus vaticinatam, et perituram eſſe Troiam et Homerum mendacia ſcripturum e).* Vide Lib. III. Sibyllin. p. 232. 247 ſq. Lib. VII. p. 352. *Pauſaniam* in Phocicis p. 826. Dionyſium Halicarnaſſenſem Lib. I. p. 39. et 44 ſq. ſcriptorem latinum de origine gentis Romanae n. 14. *Agathiam* Lib. I. p. 16. Suidam etc. [*]. [Eudociam pag. 374. inprimis pag. 383. *Harl.*]

Aeneas ex Troia profeciſſe dicitur.

II. *Euſtathius* ad Iliad. υ p. 1285. exponens verſus Poetae f): Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,

Καὶ παῖδες παίδων τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Τοῦτο δὲ λέγεται διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ἥν φασιν εἰκὸς εἰδέναι τὸν ποιητὴν ἐκ τῶν τῆς ΣΙΒΥΛΛΗΣ χρησμῶν. Recte hoc nullo pacto veriſimile videtur eruditiſſimo Bocharto, in diſſertatione, qua Aeneae aduentum in Italiam dubium reddere conatus eſt: Nicolaus vero Sudorius praefat. ad Pindarum de eodem loco agens, *Quod quidem*, inquit, *ſi oraculum eſt, et non Romanae iactantiae commentum aliquod, Homero artificioſe inſertum.* Quanquam hodieque legitur in Oraculis Sibyllinis ſub initium Libri V.

Ἔσσονται γενεῆς τε καὶ αἵματος Ἀσσαρακοῖο
Οὓς τέξει Τρωΐην ὅστις πυρὸς ἴσχισεν ὁρμήν.

Stilum Homericum et Heſiodeum Sibyllino haud multum eſſe diſſimilem, viſum etiam *Eraſmo Schmidio*, viro Graece doctiſſimo, Orat. 2. de libris Sibyllinis p. 1496. Confer et *Edoardum Simſonum* part. 2 Chron Cathol. p. 89. [ad an. m. 2829. col. 359. ſed v. ibi Weſſeling. notam. *Harl.*] *Claſenium* de oraculis p. 538. Homerum Sibyllae g) imitatorem eſſe et

c) quae Herophile vixiſſe dicitur a. m. 2813. ante Ch. n. 1190. v. Simſon Chron. cath. col. 309. *Harl.*

d) Sibylla, quae *Clem. Alex.* Strom. I. p. 323. Ὀρφέως πλανήτειρα dicitur, Simſoni in Chron. cath. videtur p. 257. vixiſſe circ. a. m. 2747. ante Ch. nat. 1256. ibi quoque et apud Pauſan. X. 12. vide de Herophile, cognomine Sibylla. *Harl.*

e) Apud *Iriarte* 2450. eſt in biblioth. regia Matritenſ. in cod. 114. n. 114. particula quaedam de Sibyllis; quot fuerint et vnde ortae: Initium: πρώτη σίβυλλα ἐγένετο περσὶς ὥς φησι νικάνωρ. Finis. ἀφ' ὧν περὶ ἑνὸς θεοῦ μαρτυρίας ταῦτα τὰ ἔπη λέγει. Statim ſequuntur de deo carmina XIII. quorum primum εἷς θεός· ὃς μόνος ἐστί· ὁ αὐτὸς ἀγέννητος. Paullo poſt ſequitur Sibyllae Erythraeae diſtichon hexametrum, tunc alius Sibyllae; dein oracula vetera Iouis, Apollinis etc. Tum Sibyllini verſus XXVI. Poſt, Sibyllae Erythraeae de Chriſto ex Euſebio verſus XXXIII, partim ab excuſis apud Euſebium diuerſi. *Harl.*

f) v. 307. 308. Hoc Poetae vaticinium miratur et diuinationibus iactatis Muhamedis opponit Ludouicus Maraccius prodromo 2. Confutationis Alcorani f. 28. expreſſit Virgilius 3. Aeneid. v. 97. et 98.

Heic domus Aeneae cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, et qui naſcentur ab illis.

Reſpexit etiam Sibylla apud Silium Italicum XIII. 790. de Homero dicens Scipioni:

— *Et veſtrum tulit vſque ad ſidera Romam.*

Ita enim illum locum legit Illuſtris Cuperus ad ἀποθέωσ. p 125. Sed in melioribus editt. *Troiam* reperio, non *Romam*. Vide praeterea Quintum Smyrnaeum XIII. 336. ſeq.

g) Iulius Firmicus Lib. V. Matheſ. p. 77. Homerum vocat *diuinum in Iliade Cumaei carminis interpretem.*

et hemiſtichia multa ſuae poeſi inſeruiſſe, *aperte conſtare*, ait *Guil. Canterus* Lib. V. c. 17. Cui viro doctiſſimo ſi dicamus, potius *aperte conſtare* Sibyllinorum, quae habemus, carminum auctores ab Homero plura mutuatos fuiſſe, quod reponat, nihil habebit.

Heraclitus primus meminit Sibyllae.

III. Ceterum antiquiſſimus, ni fallor, eorum, qui Sibyllae mentionem faciunt ex iis, quorum ſcripta vel fragmenta habemus, eſt *Heraclitus*, cuius tria loca obſeruaui. Vnum apud *Plutarchum* lib. περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν. ΣΙΒΥΛΛΑ μαινομένῳ στόματι καθ' Ἡράκλειτον ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγομένη χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν Θεόν. Alterum in *Clemente* Alex. Lib. I. Strom. p. 304. Ἡράκλειτος γὰρ οὐκ ἀνθρωπίνως φησὶν, ἀλλὰ σὺν Θεῷ μᾶλλον ΣΙΒΥΛΛΗΝ πεφάνθαι. Tertius exſtat in Epiſt. vltima earum, quae, neſcio quam vere, ſub Heracliti [?] nomine feruntur, ad Hermodorum: ΣΙΒΥΛΛΑ ἐν πολλοῖς καὶ τοῦτο ἐφράσθη·

Ἐξ Ἰάδος χώρης ἥξει σοφὸς Ἰταλίησιν.

Εἰ δὲ σε πρὸ τούτου αἰῶνος. Ἑρμόδωρε, ἡ Σίβυλλα ἐκείνη, (ſupple προεγνώκει vel ſimile aliquid) καὶ τότε ἦσθα. Poſt Heraclitum Sibyllae eiusque vaticiniorum meminere Ariſtophanes, Plato, Ariſtoteles, et infiniti alii. Vaticinandi artem a *Carmano* accepiſſe, ſcripſit ſiue finxit *Antonius Diogenes* apud Photium cod. CLXVI. p. 188.

Numi cum Sibyllae facie Sibyllae.

IV. In numis Gergithiorum vna facie exſtabat Sibylla, altera Sphinx, vt teſtatur *Phlegon* apud Stephanum Byz. in Γέργις, cuius generis numum Romae a triumviro monetali Cariſio cuſum vide apud Ezech. Spanhemium diſſ. 7. de praeſtantia numiſmatum p. 217 [k]). Numos duos Cumanorum capite foeminco ex vna parte, ex altera conchylio conſpicuos Sibyllae Cumanae imaginem referre putabat *Hubertus Goltzius* in hiſtoria vrbium populorumque Siciliae et magnae Graeciae e numiſmatibus illuſtrata p. 219. ſed incerta coniectura, vt oſtenſum *Iohanni Reiskio* Lib. de Sibyllinis p. 156. qui plus tribuit alii cuidam numiſmati Commodi, in cuius auerſa parte legitur COL. AVG. TROAD. et exſtat mulier obliquo pronoque corpore nuda, coma in nodum compoſita, vt dextro pede ad ſcabellum recumbat, manuque dextra exſerta, et laureo, quem tenet, ramuſculo ſubtus propendeat. Hac Sibyllam Herophilen notari, cum Triſtano et Patine [i]) perſuaſus eſt, variis in hanc rem adductis argumentis, alii item p. 173. numo M. Aurel. Antonini Caracallae, in quo eadem mulieris effigies cum laureo ramo et ſaxo crudo ſcabelli inſtar foeminae ſuppoſito apparet. Confer Sibyllarum imagines in Iac. Gronouii theſauro Antiquitatum Graecar. T. 2. tabula 42. ſq. vbi in aliis vna ſedens brachiis expanſis cum volumine in dextra. Sibyllae Erythraeae ἐπιτοπίου ſtatuam ſiue στήλην Erythriae, in patria eius haud procul Chio poſitam, memorat Auctor Chronici Paſchalis p. 108.

 V.

k) Denarium huic numo ſimillimum exhibet *Wachter.* in *Archaeol. numar.* p. 86. adde, quae de interpretatione numi illius, ex ſententia Vaillantii et Havercampi, adfert M. G. *Agnethler.* *Numophylac. Schulzian.* P. I. p. 103. *Iaeg.*

i) Vide et Raph. Fabrettum ad Vet. tabulam Iliadis p. 317. ſeq.

Vtrum vna Sibylla fuerit.

V. Meminit Sibyllae k) Eratoſthenes quoque, teſte Suida, Acesander libro de Africa apud *Plutarchum* V. 2. Sympoſ. et Heraclides Ponticus in libro περὶ χρηστηρίων, vt auctor eſt *Clemens* I. Strom. p. 323. Atque hi quidem plures vna Sibyllas commemorauit, quemadmodum Apollodorus quoque et Ariſtonicus teſte Lactantio [libr. de ira c. 22], et e Romanis Varro ac Feneſtella, aliique complures. Vt Taciti iam aetate ambiguum fuerit, *vna ſeu plures* [[illegible]] *fuerint*, veluti ipſe teſtatur Lib. VI. Annal. ſect. 12. ſic *Auguſtinus* Lib. XIII. contra Fauſtum Manichaeum cap. 15. *Sibylla porro vel Sibyllae* etc. Neque adeo veriſimilitudine deſtituitur ſententia *Salmaſii* ad Solinum p. 80. ſq. et *Petri Petiti*, (qui perperam Dionyſius Petitus vocatur apud Thom. Hydeum p. 394. hiſtoriae religionis veterum Perſarum) in libris tribus de Sibylla, vnam fuiſſe antiquiſſimam Erythraeam fatidicam mulierem putantium, nomine proprio (quale etiam viſum Ariſtoteli de mirabil. narrat. p. 737. e, Arriano apud Euſtathium ad Iliad. β. p. 266. et Abulpharaio p. 44). Sibyllam dictam, et a variis locis, quae obierit, nomina varia patronymica conſecutam; a qua deinde aliae quoque vates foeminae dictae fuerunt Sibyllae.

Ambiguum eſt.

VI. Attamen ambiguum hoc dubiumque reddit multorum ſcriptorum veterum non contemnendorum auctoritas, qui cum *Pauſania* in Phocicis p. 825. cuius locum perperam hactenus intellectum expoſuit *Iac. Perizonius* ad Aelianum p. 723. aliam Sibyllam Erythraea antiquiorem memorant, aliud quoque nomen Erythraeae proprium (vt Plutarch. de Pythiae oracul. pag. 401.) referunt *Herophilen* l), deniaue cum Varrone, Lactantio, Seruio, Iſidoro Sibyllam habent pro nomine appellatiuo, (confer Suidam in Βρέτιδες), quod diſerte tribuunt pluribus foeminis fatidicis, vt Albuneae ſiue Leucotheae, Amaltheae, (quidam Seruii codices Malthaeam, Rutilius Althaeam vocat), Dianae ſiue Artemidi, [illegible], Carmentae m), Caſſandrae, Daphnae, Deiphobae, Demo ſiue Demoni, ſeu Demophilae: [illegible], Lamiae, Lampuſae, Mantoni, Pytho ſiue Pythoni, Sabbae ([illegible] quae *Nicaula* dicitur Ioſepho Lib. VIII. Antiqu. pag. 269. de qua confer Bochartum in Chanaan Lib. II. c. 26. et Claſenium Lib. III. de oraculis p. 518). Sambethae, Sarbidi, [illegible], Symmachiae, Taraxandrae, Xenocleae et aliis. Vt Deboram, Mariammen et Oldam praetermittam, quas Sibyllas recte dici an Grotius, repugnante nec immerito *Dauide Blondello* Lib. I. c. 16. de Sibyllis. At enim fuere, qui omnes [illegible] ac fatidicas mulieres Sibyllas dicendas putarent, vt Seruius, et Suidas in Βρέτιδες: imo, qui id nominis darent veneficis [illegible] et ſpectris foemineis, vt *Delrio* diſquiſ. Mag. Lib. II. qu. 27. Apud Hermam viſione 2. memoratur anus [illegible] Cumis verſanti offerre librum, atque ille reputa-

tat,

k) Nicolaus quoque [illegible] in Excerptis Peireſcianis p. 458. refert oraculum Sibyllae Croeſum [illegible] p. 464. eandem Sibyllam Herophilen [illegible], et Epheſo [illegible] arceſſitam a Cyro Rege Perſarum.

l) Sic dictam fuiſſe Sibyllam Cumanam teſtatur *Lactant.* L. I. c. 6. Verum Cumanam ab Herophile ſecernit *Tibull.* L. II. eleg. 5. v. 67. ſqq. vbi v. Broekhuſ. et Heynium, qui [illegible], interim fore operam, ſi quis haec ad liquidum perducere velit. cf. *Iackſon. Antiquitatt. Chronolog.* p. 877-880. verſ. germ. *Iaeger.*

m) Carmentam tamen a Sibyllis diſtinguit *Liuius* Lib. I. c. 7. agens de Euandro: [illegible] *diuinitate credita Carmentae matris, quam fatiloquam ante Sibyllae aduentum miratae hae gentes fuerant.* Sic Pauſanias in Phocicis Phaënnidem et Pelias Dodonaeas vatum more diuinaſſe ait, ſed Sibyllas vocatas negat. [illegible] Vide, quae dixi infra §. 17.

tum, *eum illum, a qua accepiſti libellum, quam putas eſſe? Sibyllam reſpondit. Erras, inquit, Eccleſia Dei eſt.* [P]

Diſſenſio veterum de numero. VII. Quot vero fuerint, ſi fuerunt plures Sibyllae, quae ſingularum nomina, quod genus patriaque, quibus (nam *vnam* Marcianus Capella Lib. II. p. 40. *tres* Auſonius in gripho ternar. et Scholiaſtes Ariſtophanis ad aues p. 406. *quatuor* Aelianus Lib. XII. Var. hiſt. c. 35. plerique alii cum Varrone *decem* numerant, e. g. Photius quaeſt. 160. ad Amphilochium in Montfauconii Bibl. Coiſlin. p. 347. vt oſtendit *Onufrius* libro de Sibyllis. Auctor Chronici Paſchalis p. 108. *duodecim*, Erythraeam in Aegypto, Hebraeam, Perſicam, Delphicam, Cimmeriam (ſiue Ἀδαίαν, Adaenam) Samiam, Rhodiam, Cumanam n), Libycam, Troianam, Phrygiam et Tiburtinam), temporibus et locis oracula fuderint, opus ſit alia Sibylla, quae iſta non aenigmatis obſcuris et lubricis, ſed certo et perſpicue nobis tradat atque exponat. Equidem poſtquam ea, quae de hoc argumento a priſcis et recentibus ſcriptoribus prodita ſunt, non indiligenter excuſſi, nihil iis, quae de Sibyllis feruntur, incertius reperio.

Nominis Etymon Graecum, Latinum. *Nomina per ignominiam detortorum exempla.* VIII. De Nomine ipſo vide, quam in diuerſum abeant ſcriptores o). Alii Graecum eſſe contendunt ab Aeolico vel Dorico σιὸς p) i. e. Θεὸς et βουλὴ *conſilium* (quae Varronis fuit ſententia, quam amplectuntur Lactantius, Hieronymus, Seruius et Iſidorus: ex recentioribus Eraſmus Schmidius et multi alii) Vnde in quibuſdam codicibus Conſtitutt. Apoſtol. L. V. c. 7. per contemtum dicitur Ἄβυλλα quaſi *inconſulta* prophetis, non Σίβυλλα *Dei conſulta.* Qua ratione ſolenne fuit antiquis, nomina in ludibrium et ignominiam q) detorquere, vt Gelonem Siciliae Regem γέλωτα vocabat Dionyſius (Plutarch. de ſui laude p. 542.) Euclidis ſcholam Diogenes Cynicus χολὴν, Platonis diatribam κατατριβὴν (Laert. VI. 24). Antiochum pro Epiphane multi nuncupabant Epimanem (Athen. V. p. 193.) Arbazacium Iſaurum ſub Arcadio Imp. propter rapacitatem ἁρπαζάκιον (Suid. in Ἀρβαζ.). Sic pro Oſiroe Ὀξυρόης apud Lucian. de ſcribenda Hiſtoria T. 1. p. 615. Ita pro Platone dictus Σάθων r), pro Democrito Ληρόκριτος vel Λημόκριτος s), pro Antidoro, Σαννίδωρος vel Σαννίδορος t), pro Chryſippo *Chreſippus* vel Κρύψιππος v), pro Timaeo Ἐπιτίμαιος x), pro Heraclide Pontico Πομ-

n) De Cumana eiuſque antro et hiſtoria v. *Ott. Caietan.* in Iſagoge ad hiſtor. ſacr. Siciliae. c. V. p. 24. et *Dorville* in Siculis cap. V. p. 57. ſq. *Harl.*

o) Videtur Sibylla fuiſſe nomen proprium mulieris cuiuſdam fatidicae, ac tandem inde factum eſſe nomen commune. *Heumann.*

p) Similiter *Siſyphum*, quaſi *Theoſophum* dictum nonnulli exiſtimarunt. Vide Coelium Rhodiginum Lib. XXIV. Antiqu. Lect. c. 5. Sophoclis Tragici pater, Suidae et aliis dicitur *Sophilus*, Diodoro Siculo Lib. XIII. *Theophilus*, in quibuſdam Codicibus Laertii II. 120. *Diphilus.*

q) Confer, quae notaui in Codice Apocrypho Noui Teſtamenti p. 344. et Cotelerium T. 1. Patrum Apoſtolicor. p. 335. Sed et in laudem ſimiliter deflexa nomina obſeruabis, qualia ſunt Ἔνδοξος pro Eudoxo. Laert. IX. 91. et pro Lycone Glycon, id. V. 66. Sic Manichaeus ſuis erat Mannicheus quaſi manna fundens, ita enim legendum apud auctorem Praedeſtinati: et apud Ekbertum presbyterum contra haereſ. Catharorum tom. 23. Bibl. P. P. pag. 602. E. 631. H.

r) *Laert.* III. 35. et VI. 16. Athenaeus V. 10. et XI. 15.

s) Laert. X. 8. Heſych. Illuſtris.

t) Laert. et Heſych. ibid.

v) Cic. I. natur. Deor. ſect. 94. c. 34. Laert. VII. 182.

x) Strabo, Diodor. Siculus, Suid.

Πομπικὸς [y]), [?] pro Alexino Ἐλεγξῖνος [z]), pro Cleanthe Phreantles [aa]), pro Labieno *Rabienus* et pro Paſſieno *Grasſienus* [bb]) [cc]). Ariſtotelem quoque Narriſtotelem dixit Lutherus et Werdenhagenius. *Tollium* pro Tullio, *Quinctil.* VI. 3. p. 543. *Cnederoden* pro Herode, Theophan. Cerameo, Homil. XXVII. f. 199. *Demens*, pro Clemente Barth. pag. 118. ad geſta dei per Francos. Κακοσέργιος pro Philoſtorgio, Photius. Ἀνόμιος pro Ennomio. — v. Wolf ad Originis Philoſoph. p. 90. Barth. Aduerſ. 134. 9. et tom III. ad Statium p. 373. Φατριάρχης pro Patriarcha in vita Stephani iunioris tom. 4. Cotelerii p. 444. Ἐπισκότος Epiſcopos, 452. 477. κάλλιστος παρ' ὑμῶν κάκιστος p. 460. Ἀμονάχων μοναχῶν ὅμιλος Cinnam. IV. Hiſt. pag. 198. ed. Tollii. *Scottus*, Sottus, Sirmond p. 64. ad Theodulf. Aurel. tom. 14. Bibl. patrum Lugd. Io. Damaſcenus pro *Manſure*, quod parentis ipſius nomen, a Leone Iconoclaſte dictus *Manzer* (*ſpurius*, Deuter. 23. 2.), Cedren. Sic Μήρινθον ſiue laqueum dixere alii pro Cerintho, *Amacarium* pro Macario. Etiam in Apocalypſi IX. 11. Apollo eſt Ἀπολλύων. Et in Prophetarum libris nomina Idolorum et Regum, qui Iudaeos vexarunt, ita paſſim proferuntur, vt in dedecus deflexa eſſe appareat [dd]): Talia ſunt *Beelphegor*, *Beelzebub* [ee]), *Baal Peor aſim*, *Beſith* (confer Bochartum Geogr. ſacr. p. 858. Ioſephum Medum in fragmentis ſacris p. 248.) *Miſraim*, *Nechao*, *Nebucadonoſor*, *Euilmerodach*, *Cuſanriſathaim*, *Chodorlaomer*. Etiam Achan dicitur [ff]) *Achar* 1. Paralipom. II. 7. quaſi turbatorem dicas, Sichem vero *Sichar* Io. IV. 5. ebrietas, quaſi de ebriis Ephraim. Eſ. XXVIII. 1. (v. Baſnage ad a. Chr. 30. n. 58.) Sic *Phaenon* ſiue Saturnus a ſplendendo dictus, Aquilae dicitur σκοτασμὸς, Amoſo כיון verbo a caligine ducto. Etiamnum enim Arabibus באזח eſt *caligare*, vt obſeruat *Salmaſius* in Epiſt. ad Croium, poſt Hotomannianas p. 480. Sic pro Photino Photiſque dixere alii *Scotinum*, *Adoxium* pro Eudoxio, pro Euſebio *Aſebium*, *Satanaſium* pro Athanaſio, pro Cypriano *Coprianum* (vide Lactant V. 1.), pro Sebaſteno *Aſebaſtenum*, *Atychem* et *Dyſychem* (confer Suidam in Σευῆρος), pro *Eutyche*, *Anoetum* pro Noeto, pro Eutacto *Atactum*. Sic *Catagnoſticos* Epiphanius pro Gnoſticis, denique *Dormitantium* pro Vigilantio dixit Hieronymus, et quidam recentiores pro Bodino et Balduino *Bodin*, pro Calvino *Carvin*, pro Ramireſio Rabireſium etc. Epiphanius quoque notante Coteleiro Epimeniden vocauit μωρίαν τῶ παρὰ Κρησὶν εἰδώλα, et in Conſt. Apoſt. Lib. II. c. 27. Sacerdos idoli quicunque dicitur μωρός. Ita *Clemens Alexandrinus* p. 10. protrepuci

y) Laert. V. 86.

z) Laert. II. 109. Heſychius illuſtr.

aa) Suidas in φρεάντλης et κλεάνθης, Laert. V. 168.

bb) adde, ſi, *Biberium Caldium Meronem* pro Tib. Claud. Ner. (Sueton. Tiber. c. 42.) *Idolianum* pro Iuliano Apoſt. et ex recentioribus *Cazabonum* pro Caſaub. (Menagiana; T. 4. p. 321.) *Grunnouium* pro Iac. Gronou. (Dermaſ. Epiſt. ad Rechenberg. Lipſ. 1687. p. 11.) *Iaeger*. Raphael. Fabrettus Iac. Gronouium perpetuo *Grunnouium* adpellat in libro: *Raph. Fabretti*, Caſparis F. Vrbinatis ad Iacob. Gronouium Apologema in eiuſque Titiliuitia ſ. ſomnia de Tito Liuio animaduerſion. antea editae ſub nomine Iaſithei. a. 1686. 4. *Harl.*

cc) Senec. V. Controuerſ.

dd) Etiamnum hac detorſione nominum ignominioſa nihil frequentius eſt apud Iudaeos, vt patet vel ex blaſphemiis illorum in Seruatorem noſtrum, in ſanctum Euangelium et omnia ſacra noſtra annominationibus, quarum pars exſtat in Iberide SamuelisFridericiBrenzii et Iudaei,ſed quem aduerſarius illius SalomonZeui ſimili alluſione Sammaëlem appellat. Confer ſi placet Ioh. Wulferum in theriaca Iudaica ad examen reuocata p. 39. 47. 112. Auguſti Pfeifferi τῶ μακαρίτα Operum Philologicorum Tomum 1. p. 651. Eiſenmengeri Entdecktes Iudenthum II. pag. 65. ſq. 141.

ee) Sam. Baſnage ad A. C. 31. n. 50.

ff) id. ad A. 30. n. 58.

rici *μυστήρια* Ethnicorum appellat *μυθήρια.* Et p. 9. *διήγησαι ἡμῖν*, inquit, *καὶ τῆς ἄλλης μαντικῆς μᾶλλον δὲ μανικῆς τὰ ἄχρηστα χρηστήρια.* (conf. Plat. Gorg. Schol. Eurip. Hecub. v. 676.) *Philaſtrius* haereſ. CVII. *ipſum nomen idoli ſpecies doli. Caeſarius* quaeſt. L. p. 110. *Κρόνος μᾶλλον δὲ ὄνος, ὁ Διόνυσος τοῖς σέβουσι πάθος ἀνίατον καὶ δύσοδμον, Ἡρακλῆς μᾶλλον δὲ Ἡράκλης, Ἀσκλήπιος ὁ ταῖς φρεσὶ νήπιος. Καὶ Σύροι μὲν οἱ φερώνυμοι συρφετοὶ τὸν τοῦ ἄδου ἐπώνυμον Ἄδωνιν ἐξεθείασαν κακῶς* etc. Sed vt ad Sibyllae nomen reuertar, id alii deducunt a ſolo vocabulo Σίβα, (Aeol. pro *σίδη malum punicum*) [?] perinde vt ab Ἥρ Ἥρυλλα, a σηκὸς σήκυλλα, quae Salmaſii opinio eſt ad Solinum: Alii a ſolo *σιὸς*, vt Sibyllae dicantur Lacedaemonio idiomate veluti Θιβυλλαι *paruae quaedam Deae*, ita enim la Cerda ad Virgil. 3. Aeneid. p. 333. Alii ab *ἰβύειν clamare*, vt Iſaaco Voſſio placuit ad parentis ſui Etymologicum, ſiue a *σείειν τὴν βελήν*, quam ſuſpicionem ſuam affert Petitus Lib. I. de Sibylla c. 6. ſiue a *σέβω* et *σέβομαι*, *colo*, *veneror*, vſitatiſſima in deriuationibus literae ε in ι mutatione, de qua originatione mentionem iniicit eruditiſſimus Perizonius ad Aelianum p. 722. qui praeterea putat, Pauſaniam in Phocicis pag. 825. ſcripſiſſe *ἀπὸ*, non *ὑπὸ τῶν Λιβύων* Sibyllam dictam, vt ſit quaſi *Λίβυλλα*, quod nempe ex Libya in Graeciam venerit. Vel denique a *σίω agito*, et *βυλλὸς* full, *plenus*, quod agitante et concitante ſpiritu plena eſſet, quae Matthiae Martinii originatio eſt, laudata Hottingero p. 58. pentadis diſſertationum.

Latinae. IX. Alii latinum eſſe nomen affirmant, quod Prophetidem ſonet: ita enim Heſychius illuſtris et Suidas, tum Marcus Antimachus prooemio in Sibyllina: ſiue quod a Romanis paſſim Sibyllam celebrari ſentientes, nullo in Graeca lingua ipſis occurrente etymo, latinum vocabulum eſſe perperam concluſerunt: ſiue quod vere latina vox credita ſit, vel a *ſibus*, quod *acutum* ſiue *callidum* ſignificare Feſtus docet in *ſibus* et *Perſibus:* vel quod *ſub illa* Deus aliquis latere putaretur.

Hebraicae. X. Alii maluerunt nomen eſſe Hebraicum, vel a קבל *accepit*, vt *Caſpar Peucerus* p. 160. de diuinat. *Michael Neander* in Apocryphis de Chriſto p. 419. appendice ad Erotemata Ebr. p. 517. et alii: vel a סבל *portauit*: quae coniectura eſt Hottingeri loco laudato; Antonii Thyſii c. 13. Miſc. Exerc. et Nicolai Loydii in notis ad Caroli Stephani dictionarium hiſtoricum. Vel a בעלה, quae vox pro *fatidiqua* ponitur 1. Sam. XXVIII. 7. praefixo ש demonſtratiuo: ita Georgius Hornius Lib. II. hiſtor. Philoſ. cap. 1. His adde, etſi nihilo magis veriſimile, quod vir doctus Bochartus Lib. I. Chanaan c. 27. p. 559. fabulam de Lilybaeo *Sibyllae Cumaeae* ſepulchro, inde ortam ſuſpicatur, quod Sibyllae nomen alludat ad Hebraeum זבל *habitatio*, vt ex *Zebul gumea* ſiue *habitatione vniuerſitatis*, h. e. ſepulchro, facta ſit *Sibylla Cumaea.* Praetereo, quod Georgius Cedrenus et Michael Glycas in Annalibus p. 103. Reginam *Sabae* metropoleos Sabaeorum celeberrimae, 3. Reg. X. memoratam, a Graecis Sibyllam dictam notant, et Pauſanias in Phocicis p. 828. refert, ab Hebraeis, qui ſupra Palaeſtinam ſunt, in fatidicarum numerum referri *Sabbam*, quae dicta viris eruditis videtur a סבא *vino ſe ingurgitare*, vnde Bacchus Σαβάζιος et Σάββοι Βάκχοι [gg], notante *Plu-*

gg) conf. *Trilleri* Anmerkungen über Hug. Grotii Leidenden Chriſtum pag. 553. ſq. ed. 2. *Harl.*

Plutarch. Lib. 4. c. vlt. Synopſ. Suidae *Sambethe*, B priore in M mutato, vt pro *Abacuc* alii Ἀμβακοὺμ pro *Dan.* Eſ. XV. 9. *Dimon* et plura eiuſmodi apud Rouaeſium defenſ. Var. Lect. p. 103. Druſium Lib. X. Obſ. ſacr. c. 17. Voſſii Etymolog. in *Ambubaiae*, Perizonium denique p. 724. ad Aelianum, qui Σαμβαθεῖον ſiue *Sambethes ſacellum* praeterea obſeruat in inſcriptione Thyatirena apud Sponium T. 1. Itiner. p. 398 [?].

Arabicae et Perſicae. XI. Aliis denique Sibylla vocabulum Arabicum viſum eſt, vel a *Sabal*, *[illegible]*, ſeu *conſecrauit in vſum religioſum*, vel a *Sab* et *Aloah*, quibus verbis denotatur *vas electum Dei.* Ita Seruatius Gallaeus ad oracula Sibyllina p. 3. feſtiue profeſſus, ſe plures eiuſmodi bellas ex lingua Arabica poſſe cudere Etymologias. Sed et nuperrime *Thomas Hyde*, vir doctus et ingenioſus, libro de religione veterum Perſarum c. 32. p. 391. obſeruat apud Arabes et Perſas ſignum Virginis, (Virgo enim Sibylla, confer Auguſtin. XX. vlt. contra Fauſtum), in zodiaco a ſpica, quam manu tenet, ſynecdochice vocatum *Sumbul*, ſeu *Sumbula* [hh]). A Phoenicibusque et Chaldaeis ita in Zodiacalium animalium ſeriem inſertam eſſe Virginis ſpicilegae *ſpicam erectam*, quam dicunt שבילה Σίβυλλα ſeu Σίβυλλα. *Hinc*, inquit, *Sibyllinae fabulae origo. Viſum enim eſt, huic ſpicae ſeu virgini aliquid* חכמה Θαῦμα *tribuere, quaſi eſſet abſcondita reuelans et occulta retegens referensque, adeoque vatem ſeu Propheteſſam eandem appellare. Nam cum ab aſtris ſuam praeteritorum et futurorum ſcientiam illae gentes ſemper peterent, non erat illepidum nec veterum ingenio incongruum, huic Virgini, tanquam ſcientiae coeleſtis fonti, ſub Sibyllae ſeu ſpicae nomine rerum [illegible] et reuelationes attribuere, et aſtute ad deluſionem vulgi (vt ſolebant) multa futilia de ea praedicare.* Ex antiquiſſima hac Chaldaeorum et Phoenicum Theologia porro ait factum eſſe, vt non modo in illis gentibus quaeuis delirae et mente captae virgines de futuris et abſtruſis rebus capitis ſui Chimaeras euulgando, vates videri vellent ac Sibyllae, ſed et ad Graecos ac Latinos res illa perueniret, vt virginalia oracula iactarent, publicarentque. Germanos quoque narrat Tacitus foeminis ac ſpecialim puellis omnibus tribuiſſe vim quandam μαντικήν. Ita enim [illegible] de moribus Germanorum: *Ineſſe quin etiam ſanctum quid et prouidum putant, nec aut Conſilia earum aſpernantur aut reſponſa negligunt.* Et Lib. IV. hiſtor. c. 61. *Velleda virgo nationis Bructerae late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo pleraſque foeminarum fatidicas et augeſcente ſuperſtitione arbitrantur Deas.* Cui adde quae de Germanorum [illegible] foeminis futura praedicentibus tradit Clemens I. Strom. p. 305. et Phil. Cluuerium Germaniae Antiquae p. 165. ſeq [ii]).

Non minore diſſenſu agitatae fuerint Sibyllae. XII. De ſpiritu, quo acta fuerint Sibyllae, non minor diſſenſio eſt: quaecunque enim fere in omnes [illegible] dici poſſint, dicta ſunt [illegible] defenſitata. Dubius haeret *Dionyſius Halicarnaſſ.* Lib. IV. p. 259. qui cum [illegible] oblatorum Tarquinio Sibyllinorum referre vellet, εἴτε Θεῶν [kk]), inquit, εἴτε δαιμόνων [illegible], qui ut boni et ſaepe apud Ethnicos ſcriptores, δαίμονες [illegible] ſpiritus

hh) Hydei ſententiae ſubſcribit *Bailly* in Geſchichte der Sternkunde des Alterthums, vol. I. ſect. V. §. 6. pag. 164. *Harl.*

ii) [illegible] *Keysler.* Antiquitat. Septentrional. Diſſ. de Mulierib. fatidicis p. m. 369. *Iaeger.*

kk) Apud Dionem Chryſoſtomum diſſ. 1. de regno p. 11. anus, quae Dorico idiomate Dioni reuocationem ab exilio praedixit, profeſſa eſt ſe μαντικὴν accepiſſe a Matre Deûm.

ritus intermedii, quia pleriſque non pro [?] maieſtate Deorum ſuperorum ſiue coeleſtium eſſe videbatur *Sibyllae fatili quia vera ſciſcere*, vt Apuleii verbis vtar, libro de Deo Socratis. Ceterum *Deo agitante* incaluiſſe Sibyllam, perinde vt Balaamum, contendunt omnes, qui Deum ſolum futuras res incertas praenunciare poſſe perſuaſi, Sibyllas ex vero multa vaticinatas eſſe, et priusquam euenirent praedixiſſe, credunt. Ita non Ethnici tantum, vt Heraclitus apud Clementem, Plato in Phaedro, et Iamblichus p. 73. de Myſteriis Aegypt. ſed et multi ex veteribus Chriſtianis ſenſiſſe videntur, Iuſtinus, Clemens, Hieronymus ll) et alii. Ex recentibus Sebaſtianus Caſtellio prolegomenis ad Sibyllina. Sixtus Senenſis Lib. II. Bibl. S. Baronius Apparat. ad Annales num. XI. Cudworthus in ſyſtemate intell. vniuerſi p. 282 mm). Alius ſcriptor Anglus (Rob. Boylius vt audio) in diſquiſitione de Sibyllis A. 1662. 8vo. edita c. 2. Ionas Veſiſius Lib. III. c. 14. lectionum Criticarum, eique adſtipulatus Daniel Claſenius Lib. III. de oraculis p. 497. 500. 511. 550. Richardus Montacutius analect. Exerc. 5. et apparatu 3. ad Origg. Eccleſiaſticas (conf. Henr. Benzelii diſſ. de Apolline loquaci et muto, in eius Syntagmate diſſertat. a Kappio editarum pag. 339. ſqq. *Harl*).

An malo daemone. XIII. *Malo Daemone inſpirante* ſiue inſtinctu Daemonum locutam Sibyllam putat *Lactantius* Lib. VII. c. 18. et auctor commentariorum in Epiſtolas Paulinas qui ſub Ambroſii nomine ambulant in 1. Cor. 2. Quorum ſententiam e recentibus tuentur *Blondellus* Lib. I. c. 21 ſq. Tobias Wagnerus diſquiſit. in Sibyllina p. 101. *Petrus Petitus* de Sibylla p. 91. et Lib. III. c. 7. ſq. Alii oracula Sibyllarum diſtinguunt, et *quaedam* Sibyllas *ex Dei inſtinctu*, *alia malo Daemone dictante* protuliſſe affirmant. Sic Franciſcus Collius de Sibyll. c. 35. p. 226.

An phantaſia et enthuſiaſmo naturali. XIV. Alii cum Thoma Hydeo de religione veterum Perſarum p. 387. 393. *Fortieri phantaſiae atque imaginationi* nn) tribuunt, vel ad *Enthuſiaſmum* quendam et *furorem* recurrunt *naturalem*, vimque μαντικὴν in certo temperamento, vitae ac diaetae genere, homini a natura quandoque ineſſe diſputant. Ita ex Ethnicis ipſis non pauci, ſecuti Ariſtotelem ſect. 30. probl. 1. Ammianus Marcellinus Lib. XXI. c. 1. *Aperiunt tunc quoque futura, cum aeſtuant hominum corda, ſed loquuntur diuina. Sol enim, vt aiunt Phyſici, mens mundi, noſtras mentes ex ſeſe velut ſcintillas diffunditans, cum eas incenderit vehementius, futuri conſcias reddit. Vnde Sibyllae crebro ſe dicunt ardere, torrente vi magna flammarum.*

An fraudes fuerint. XV. Alii denique *meras fuiſſe fraudes atque impoſturas* contendunt, quibus arbitrio ſuo plebem rexerint et Remp. moderati fuerint homines calidiſſimi.

 Hanc

ll) Theophilus lib. II. contra Autol. cap. XI. p. 116. conf. Memoir. lit. de la Gr. Bret. tom. XI. pag. 172. ſqq. *Heum.*

mm) T. I. p. 411. ſqq. T. II. p. 181. ſqq. ed. Lugd. Bat. 1773. vbi *Moſhemius* ἰσχυ, neque certi aliquid de facultate vaticinandi, qua Sibyllae valuiſſe feruntur, conſtituere audet, praeter modum timidus. *Iaeger.*

nn) Ad hanc ſententiam proxime accedit PRIDEAUX, *Hiſt. des Juifs et des peuples voiſins*, T. VI. (ed. Amſtelod. 1728.) vbi a pag. 169. vſque ad pag. 195. de vaticiniis Sibyllarum fuſe diſputat, et commemorato exemplo virginum fatidicarum, quae inter Pontificios ſaepe exſtiterunt p. 186. haec ſubiicit: *Quelquefois c'eſt un enthouſiaſme; quelquefois des vapeurs de mere: mais pour l'ordinaire c'eſt l'orgueil et la vanité, qui leur fait jouër ce rôle. Vraiſemblablement les Sibylles n'ont pas eu des principes plus relevés pour la production de leurs Oracles. Iaeger.*

Hanc ſententiam Cicero olim amplexus videtur libro II. de diuinatione c. 54. et ex recentioribus acriter defenſitauit *Antonius Van Dale* libro de oraculis Diſſ. 1. cap. 18. p. 405. ſeq. editionis ſecundae: cui etiam ſuffragatur *Th. Pinedo*, Iudaeus, ad Steph. Byzantin. pag. 225. 226. 229. [P]

Non omnia oracula fraudi ſunt tribuenda.

XVI. Sed quemadmodum multos paſſim oracula ad mentem ſuam vel confinxiſſe olim vel interpretatos eſſe fraude politica non eſt dubium, vt de Sibyllinis apud Romanos iactatis affirmat etiam Thomas Hyde libri laudati p. 388. ita omnia et ſingula, quae quocunque tempore et loco praedicta inter Ethnicos feruntur, eiuſmodi impoſtoribus adſcribere, nimis confidens forte dixeris ac temerarium: praecipue cum multa in rebus magni momenti mirando more euentus comprobauerit. *Neque caſui vel fortunae* haec vniuerſa ac ſingula adſcribi poſſunt, cum non pauca ſint adeo determinata, alia viciſſim tam inexſpectatum quid inſolitumque contineant, vt qui vel fraudibus vel caſui tribuat memorata apud veteres vel recentiores etiam vaticinia omnia, ab eo non rem explicari, ſed lectores ſuos derideri exiſtimem. Neque vero indignum eſt Parente ac conditore humani generis Deo oo), caſus magnos et mutationes Rerumpublicarum per varios, vt ipſi viſum eſt, modos mortalibus praeſignificare, cuius rei in omnium gentium hiſtoriis pp) non inficianda veſtigia exſtare puto: Neque abſurdum eſt, malorum daemonum quandoque maligna ſentiri ludibria, aut furore naturali qq) fortiorique imaginatione actos homines mira quaedam et ſtupenda vaticinari, vt a Noſtradamo rr) et eius ſimilibus factum conſtat. Si itaque de Sibyllinis, et quae paſſim apud ſcriptores memorantur, oraculis ſententiam dicere iubear, ſaepe numero ſane fraudes et caſum, ſed iſta quoque tria interdum, in aliis quidem aliud principe loco fatebor me agnoſcere ss).

An et quando differat Sib. ab aliis vatibus.

XVII. Quaeſitum etiam eſt, qua in re Sibylla a Pythia et reliquis vatibus differret tt). Quanquam enim pleriſque, vt iam vv) oſtendi, fatidicae mulieres tandem etiam viſae ſunt Sibyllae, tamen alii, prae ceteris vir magni ingenii, Petrus Petitus, non dubitauit, plurimum inter Sibyllam et reliquam vatum turbam intereſſe. Negat enim, Pythiae inſtar alligatam certo loco, et de rebus ſaepe leuibus quaerentes reſpondiſſe dignatam fuiſſe: ſed vbique terrarum etiam non rogatam praedixiſſe prodigia, magnos euentus,

oo) v. Iuſtini qu. 146. ad Orthodox.

pp) conf. Alexandrum ab Alexandro III. 15.

qq) v. Andr. Rüdigeri Phyſicam diuinam pag. 304. ſq.

rr) Cf. *I. D. Koeleri* Diſſertatt. de Prognoſticorum politicorum vanitate, quarum prior a. 1711. poſterior a. 1712 Altorfii prodiit. In illa p. 35. ſqq. de Sibyllinis Oraculis, in hac p. 24. ſqq. de Noſtradamo et pluribus huius farinae hominibus docte et prudenter exponit, et de vniuerſo vaticinationum genere ita, vt dignum eſt philoſophi perſona, iudicat. *Iaeger.*

ss) Conf. *I. E. Imman. Walchii* diſſ. quatuor de ſeruis veterum fatidicis, ad Actor. XVI. 16. Ienae 1761. *Harl.*

tt) Si Serapionem audias, differt etiam eo, quod ne mortua quidem a diuinandi arte ceſſat, et quod anima eius adhuc poteſt conſpici. Ille enim, teſte *Clemente Alex.* Stromat. I. p. 304. *μηδὲ ἀποθανοῦσαν λῆξαι μαντικῆς φησὶ τὴν Σίβυλλαν· καὶ τὸ μὲν εἰς ἀέρα χωρῆσαν αὐτῆς μετὰ τελευτὴν, τοῦτ' εἶναι τὸ ἐν φήμαις καὶ κληδόσι μαντευόμενον· τῆς δὲ εἰς γῆν μεταβαλόντος σώματος πόας, ὡς εἰκὸς, ἀναφυείσης, ὅσα ἂν αὐτὴν ἐπινεμηθῇ θρέμματα, κατ' ἐκεῖνον δὴ καθ' ὃν γενόμενα τὸν τόπον, ἀκριβῆ τὴν διὰ τῶν σπλάγχνων τοῖς ἀνθρώποις προφαίνειν τῶν μελλόντων δήλωσιν γράφει· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῆς εἶναι τὸ ἐν τῇ Σελήνῃ φαινόμενον πρόσωπον οἴεται.* Sententia perabſurda. *Iaeger.*

vv) Supra §. 6.

tus, longeque poſt xx) euenturos, et de rebus quibuſcunque maximi momenti oracula fudiſſe, rationemque placandorum Deorum demonſtraſſe. Vide eum Lib. III. cap. 1. ſeq. Furorem [*] quoque Sibyllae negauit Ianus Velſius, vt ex eius lectionibus Criticis notauit Dan. Claſenius Lib. III. de oraculis, qua in parte diuerſus abit non tantum ab Heracliti, Platonis et omnium paene veterum ſententia etiam Chriſtianorum (vide Blondellum Lib. I. c. 24.) ſed et Sibyllae ipſi aduerſatur, quae certe voluit videri enthuſiaſmo correpta ac diuino furore. Sic enim illa apud Phlegontem Trallianum de longaeuis pag. 120.

Μαινομένη μὲν ἐνὶ θνητοῖς ἄπιςα λέγουσα

Et Lib. II. Sibyllinor. ſub initium:

Πᾶν δέμας ἐκπληχθᾶσα τάδ' ἔπω μ', ὅτι γὰρ οἶδα
Ὅττι λέγω, κέλεται δὲ Θεὸς ἕκας ἀγορεύειν. yy)

xx) Hoc etiam Bacidi tribuit Ariſtides T. 3. p. 22. *Οὐ μόνον τοῖς ἐφ' αὑτῶν ἀλλὰ καὶ τοῖς ὕςερον πολλὰ δὴ καὶ θαυμάσια προεῖπον Βάκις, Σίβυλλα, ἕτεροι μετὰ τούτων.* Orat 1. Platonica. Plutarch. quare Pythia non reddat oracula carmine p. 399. *Σίβυλλαι δὲ αὗται καὶ Βάκιδες ὥσπερ εἰς πόντον ἀτεκμάρτως τὸν χρόνον κατέβαλον καὶ διέσπειραν ὡς ἔτυχε παντοδαπῶν ὀνόματα καὶ ῥήματα παθῶν καὶ συμπτωμάτων.*

yy) Multi alii de Sibyllis, earum hiſtoria, vaticiniis etc. egerunt praeter memoratos; *Iſ. Voſſius* de Sibyllinis, aliiſque, quae Chriſti natalem praeceſſerunt, Oxon. 1680. 4. *Io. Markii* de Sibyllinis carminibus diſputationes academicae duodecim. Accedit breue examen diſſ. gallicae de Sibyllinis oraculis editae Pariſ. a Io. Craſſetio, Franecker. 1682. 8. *Tobias Ekhard* Non-Chriſtianorum de Chriſto teſtimonia — ex antiquis monumentis propoſita et diiudicata, ed. II Quedlinburgi 1736. 4. c. II pag. 29 — 85. qui de Sibyllis harumque de Chriſto inprimis oraculis, plene docteque agit, et multos viros doctos, diuerſimode ſentientes, laudat. Oraculorum Sib. editiones, ſcriptorum de Sibyllis recenſum, aliaque de iis memorabilia exhibet *Io. Moller* in Homonymoſcopia part. II. c. II. pag. 271 — 277. *Harl.*

CAPVT XXX

I. *De Sibyllinis Oraculis. Vtrum ipſae oracula ſua in literas retulerint Sibyllae. Folia Sibyllina.* II. *An ab aliis excepta digeſtaque fuerint.* III. *Furor Sibyllarum a Cicerone negatus, prouocante ad Acroſtichides.* IV. *De his plura, et Dionyſii Halicarnaſſei locus explicatus.* V. *Acroſtichis de Ieſu Chriſto Seruatore, tam Conſtantini aetate ſuſpecta falſitatis.* VI. *Ciceroni inſpectam, praeter rem aſſeuerat Conſtantinus.* VII. *Quodnam vaticinium Sibyllinum de Rege, et quam acroſtichin reſpexerit Cicero.* VIII. *Locus Suetonii de natura Regem Populo Rom. parturiente.* IX. *De oraculo quo regnum tribus Corneliis portendebatur, Lentulo id interpretante de ſe.* X. Τρία κάππα κάκιστα *tres Cornelii in libris Sibyllinis.* XI. *Imperium Hadriano Imp. praedictum e libris Sibyllinis.* XII. *Oraculum Sibyllinum de Rege reſtituendo.* XIII. *Oraculum de Rege ex Oriente prodituro.* XIV. *Ecloga quarta Virgilii non reſpicit Oraculum Sibyllae, ſed Heſiodi fabulam de quatuor aetatibus, quod late oſtenditur.* XV. *Loca Sibyllinorum de variis aetatibus explicata.* XVI. *Locus Iuuenalis.* XVII. *Oracula Sibyllina an concepta etiam verſibus Iambicis, vel proſa? Verſus Oraculorum vitioſi.*

[Cum adnotationibus W. Iaegeri.]

De Sibyllinis oraculis. I. Supereſt de ſcriptis Sibyllae (vnius ſiue plurium) pro inſtituto noſtro breuiter agamus [a]). Vtrum ab aliis excepta fuerint oracula ex ore Sibyllarum vaticinantium, an ab ipſis relata in litteras, dubium videri poſſit, cum Varro apud Seruium [[illegible]] in 3. Aeneidos Sibyllam ſcribere ſolitam teſtetur in foliis palmarum, quae ſi primum cultri dorſetto laeuigentur, ſcribendo aptiſſima eſſe aduerſus Melch. Guilandinum docet Ioſephus Scaliger de papyro p. 15. Chryſoſtomus Homil. de mulieribus et pulchritudine: πίςνη τὰς αὐτῆς καλλίστασα δαίμονας καὶ τὰ πέταλα γράφουσα καὶ τὰς ἐπιβουλὰς ἐργασαμένη. Virgilius III. Aeneid. v. 443.

Inſanam vatem adſpicies quae rupe ſub ima
Fata canit, foliiſque notas et nomina mandat.

Iuuenalis VIII. 126.

Credite me Vobis folium recitare Sibyllae.

Virgilius iterum VI. 74.

— — foliis tantum ne carmina manda;
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Dixerat idem Lib. III. v. 445 ſq. carmina in foliis notata, a Sibylla etiam digeri in numerum atque antro ſecluſa relinqui, ſi vero vento impellente folia turbari contingat, Sibyllam nec reuocare ſitus nec iungere carmina iterum poſſe.

II.

a) De Sibylla Cumana eiuſque vaticiniis Iul. Caeſ. Capacius in Antiqq. Campaniae pag. 175. ſq. tom. IX. Theſauri Italiae part. 2. Scipio Mazella cap. 29. de ſitu et antiquitate Puteolorum p. 79 ſq. id. part. 4. *Fabric.* Annota eſt Propert. II. 2. [illegible] vbi v. interpret. et Burm. in Addend. edit. ſuae pag. 9[illegible]6. b.) adde quoque Diſquiſitiones criticas de variis per diuerſa loca et tempora bibliorum editionibus, quibus accedunt Caſtigationes theologi cuiuſdam Pariſ. ad Opuſculum If. Voſſii de Sibyllinis oraculis. Londini 1684. 4. *Harl.*

An ab aliis excepta, digeſtaque fuerint. II. Ab horum ſententia recedunt illi, qui Sibyllam furentem oracula ore fudiſſe contendunt, quae a tachygraphis vtcunque exciperentur, a Sibylla ipſa, quod dictorum memoriam ſtatim poſt impetum τῆς ἐπιπνοίας perderet, emendari, et ſi forte librarius aliquid omiſiſſet, ſuppleri non poſſent. Ita Heſychius Illuſtris, et in admonitione ad gentes p. 36. [ed. Colon. 1686.] Iuſtinus. Quibus praeter Suidam accedit M. Antimachus in prolegomenis ad Sibyllina Lactantium laudans auctorem, etſi verba illa, quae affert, apud Lactantium non leguntur. Sic Socrates de vatibus apud Platonem in Apologia. [c. 7.] verbis etiam a Iuſtino laudatis: λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλά, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσι. Montanus ſimiliter teſte auctore Synopſeos Prophetarum ab Hoeſchelio Graece et a Rittershuſio Graece et Latine editae, decebat τοὺς προφήτας κατεχομένους παρὰ Θεοῦ μὴ εἰδέναι ἃ λέγουσι. Alii vtroque modo vſam Sibyllam ſibi perſuadent, quibus Seruius in 3. Aeneidos addit tertium per notas hieroglyphicas, vel per ſiglas. *Tribus modis futura praedicit, aut voce, aut ſcriptura, aut ſignis, id eſt, quibuſdam notis, vt in obeliſco Romae videmus: vel, vt alii dicunt, notis literarum, vt per vnam literam ſignificet aliquid.*

Furor a Cicerone negatur. III. At enim Sibyllam ipſam non furore percitam effudiſſe, ſed magno ſtudio compoſuiſſe et ſcripſiſſe pleraque oracula ſua, *Cicero* Lib. II. c. 54. de diuinatione probauit ex eo, quod artem potius et diligentiam, quam incitationem et motum, teſtentur *Acroſtichides* in Sibyllinis obuiae. [?] Quod argumentum ſicco pede tranſilit Petrus Petitus Lib. III. de Sibylla c. 12. et tantummodo furorem poetis familiarem eſſe oſtendit, ſine quo nihil magni exſpectandum a poeta idem Petitus docuit ſingulari libello de furore Poetico; quod a Cicerone nunquam fuit negatum. At enim Acroſtichides merito inficiatus fuit opus eſſe furoris et incitationis, artis vero et diligentiae eſſe affirmauit. *Tum vero ea quae ἀκροστιχὶς* [b]) *dicitur, cum deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur, vt in quibuſdam Ennianis, (quae Ennius fecit), id certe magis eſt attenti animi quam furentis. Atque in Sibyllinis, ex primo verſu cuiuſque ſententiae primis literis illius ſententiae carmen omne pertexitur. Hoc ſcriptoris eſt, non furentis; adhibentis diligentiam, non inſani.*

De Acroſtichidibus. IV. Ex his Acroſtichidibus Varro apud Dionyſium Halicarnaſſeum Lib. IV. p. 260. (ed. Francof. 1586.) teſtatur verſus quoſdam ſingulos inſititios et ſpurios conuictos olim fuiſſe, ſi nempe primae illorum verſuum literae alienae eſſent ab illa voce ſiue ſententia, quam exhibere debebat ἀκροστιχίς. Nam ſi tota conficta fuiſſet ab impoſtore quaedam ἀκροστιχὶς, vna cum verſibus illam referentibus, qui quaeſo reuinci haec impoſtura potuit, per acroſtichides? Perperam autem *I. Voſſius* c. 4. de Sibyllinis oraculis, *Eraſmus Schmidius* Orat. 2. de Sibyllinis p. 1501. *Antonius Vandale* de Oraculis p. 410. et

b) Acroſtichides eiuſmodi praeter Sibyllam, Enniumque compoſuere multi alii veteres laudati Martio Mileſio Sarazanio ad S. Damaſi Carmen VII. et VIII. quibus addes e Chriſtianis Poetis latinis Commodianum, Optatianumque Porphyrium, Ioannem item et Ignatium, Seruiumque Stephanum iconomachos in poematiis, quae cum Acroſtichidibus oppoſitis Theodori Studitae, graece et latine exſtant tom. 5. Opp. Sirmondi pag. 169. ſq. Tum iambos in Eudociam Auguſtam apud Montfaucon pag. 295. ſq. Palaeogr. gr. Io. Damaſceni) Oden in Deiparam apud Goarum in Euchologi. p. 813. ſq. Canonem terrae motus auertendo, ibid. p. 785. Ante hos omnes quis neſcit ſacro Pſalmi 119 et 145 ſcriptori probatam acroſtichidem alphabeti hebraici?

et alii ex hoc loco ſcripſere, Varronem Acroſtichidas Sibyllinas, teſte Dionyſio, eſſe inficiatum. En tibi verba Dionyſii: Ἐν οἷς (χρησμοῖς) εὑρίσκονταί τινες ἐμπεποιημένοι τοῖς Σιβυλλείοις, ἐλέγχονται δὲ ταῖς καλουμέναις ἀκροστιχίσι. Viciſſim omnia Sibyllina ex meris conſtitiſſe acroſtichidibus neſcio an recte ex Cicerone et Dionyſio colligat *Gallaeus* de Sibyllis p. 132. et ante eum *Blondellus* Lib. I. c. 12. Quia diſerte videtur certam partem Sibyllinorum Cicero, non vniuerſa Sibyllarum oracula denotare, cum ait: *Tum vero ea quae* ἀκροστιχὶς *dicitur* etc. Ac quotuſquiſque eſt, qui neſciat, multa proferri etiam ab Ethnicis ſcriptoribus oracula, in quibus nullum acroſtichidis veſtigium.

Acroſtichis de Chriſto iam Conſtantini tempore ſuſpecta.

V. Illam vero Acroſtichidem, quae Graece occurrit apud Conſtantinum, Orat. ad Sanctorum coetum c. 18. et maiorem partem ex neſcio cuius translatione *verſibus male Latinis non ſtantibus* aſſertur ab Auguſtino Lib. XVIII. c. 23. de Ciu. Dei, et in oratione ad Catechumenos contra Iudaeos, Paganos et Arianos c. 16. et a Proſpero Lib. III. de promiſſionibus, Beda in calce T. 2. Opp. edit. Colon. et Petro Oleſenſi cap. vltimo libri contra perfidiam Iudaeorum, Marbodeo Redonenſi in carminibus p. 1630. Rabano Mauro XV. 3. de vniuerſo t. I. p. 203. iam Conſtantini temporibus a multis vocatum fuiſſe in dubium, ipſe teſtatur c. 19. ὑποπτεύουσι δέ τινα τῶν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ποιητικῆς μούσης ἐκ ἄπειρον τὰ ἔπη ταῦτα πεποιηκέναι, νοθεύεσθαί τε αὐτὰ καὶ Σιβύλλης θεσπίσματα εἶναι λέγεσθαι.

Quam acroſt. reſpexerit Cicero.

VI. Addit quidem, Ciceronem iam illam legiſſe, et Latine verſam ſcriptis ſuis inſeruiſſe. Sed mirabitur tam audacter hoc a Conſtantino aſſirmari, qui nouerit, nihil amplius apud Ciceronem exſtare quam haec verba: *Sibyllae verſus obſeruamus, quos illa furens fudiſſe dicitur. Quorum interpres nuper falſa quadam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum, quem reuera regem habebamus, appellandum quoque eſſe regem, ſi ſalui eſſe vellemus.* In his, vbi de Rege a Sibylla memorato agit, non reſpicit ad ſecundum in acroſtichide Conſtantini verſum, vt putauit Euſebius:

Ἥξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς — — —

neque ad hunc Lib. III. Sibyllin. pag. 239. qui de Cyro accipiendus videtur:

Καὶ τότε δὴ Θεὸς οὐρανόθεν πέμψει βασιλῆα

ſiue ad iſtum p. 268.

Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο c) Θεὸς πέμψει βασιλῆα.

Neque ad alium, quem notat Iſ. Voſſius p. 230. de Sibyllinis oraculis ex libro II. p. 219.

Ἥξει δ' ἁγνὸς ἄναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων d).

VII.

c) i. e. ab Oriente. Vide Lemonii notas ad Varia Sacra p. 632.

d) *Eckhard* in comment. ſupra laudata: *Non-Chriſtianorum de Chriſto teſtimonia*, de hac acroſtichide, cuius litterae initiales haec nobis verba exhibent: Ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρὸς *Ieſus Chriſtus dei filius Seruator crux*, pag. 35. ſqq. copioſe diſſerit: verba graeca primum ponit, tum interpretationes latinas 1) apud Auguſtinum et Vener. Bedam, 2) Io. Obſopoei, 3) Seb. Caſtellionis, 4) Chriſtophorſoni 5) Io. Langii; 6) denique germanicam Io. Chriſtiani Neringii, in den Sibylliniſchen Prophezeyungen p. 376. ſq. Poſtquam haud contemnenda iudicia et notitiam dederat litterariam, contra Iſ. Voſſium, (cap. III. et IV. de diuinis oraculis,) et H. Grotium in Matth. II. cum Io. Reiskio adfirmat, oracula Sibyllina non profecta eſſe a Iudaeis; contra a §. 7. p. 89. ſqq. oſtendit

Suetonii et Ciceronis loca. VII. Sed vt recte *Caſaubonus* ad Baron. p. 83. ad illud oraculum, quo, vt eſt apud Dionem Lib. XLIV. p. 247. Sibylla Parthos, in quos bellum tum parabatur, niſi a Rege, vinci poſſe negauerat. *Suetonius* in Iulio Caeſ. c. 79. *Proximo autem Senatu L. Cottam Quindecimvirum ſententiam dicturum, vt, quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos niſi a Rege non poſſe vinci, Caeſar rex appellaretur.* Hoc aegre ferens Cicero, *cum antiſtitibus*, inquit, *agamus, vt quiduis potius ex illis libris, quam regem, proferant, quem Romae poſthac nec Dii nec homines eſſe patientur.* Acroſtichis illa, de qua apud Ciceronem ſermo eſt, non videtur continuiſſe nomen Iulii Caeſaris, vt ſuſpicatur Valeſius p. 266. ad Euſebium: ita enim Cicero non potuiſſet addere: *hoc ſi eſt in libris, in quem hominem et in quod tempus eſt? callide enim, qui illa compoſuit, perfecit vt quodcunque accidiſſet, praedictum videretur, hominum et temporum definitione ſublata.* Ex quibus verbis recte etiam colligit Ioh. Smetius Antiquitatt. Neomagenſ. p. 36. Conſtantinianam Acroſtichidem Ciceroni viſam haud fuiſſe. Sed potius videtur his verbis: ΤΟΥΣ ΠΑΡΘΟΥΣ ΕΙ ΜΗ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΟΥΚ ΑΝ ΝΙΚΗΣΕΙ, vel aliis eius ſententiae expreſſa fuiſſe, quam Dio ſic expoſuit: *μήποτ' ἂν τοὺς Πάρθους ἄλλως πως πλὴν ὑπὸ βασιλέως ἁλῶναι.* Plutarchus in Caeſare ſic. p. 73. *ὡς ἁλώσιμα τὰ Πάρθων φαίνοιτο Ῥωμαίοις σὺν βασιλεῖ στρατευομένοις ἐπ' αὐτοὺς, ἄλλως ἄφυκτα ὄντα.* *Appian.* II. Ciuil. fol. 497. *μὴ πρὶν ὑπακούσεσθαι Ῥωμαίων Παρθυαίους, εἰ μὴ βασιλεὺς αὐτοῖς ἐπιστρατεύσειε.* Quod vero Blondellus p. 55. Acroſtichin Conſtantinianam ideo ſuppoſitionis arguit, quod primus illius verſus non complectatur primas literas reliquorum, haud valde moror; nam *primus verſus* apud Ciceronem poteſt exponi de στίχῳ, [☛] non de verſu numeris adſtricto; et ex Conſtantino non abſurde colligas, acroſtichidi illi, verſus primi inſtar, inſcripta fuiſſe verba, quae deinde primis verſuum literis redduntur: *Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός.*

Alius Suetonii locus explicatur. VIII. Caeterum miror *Iſ. Voſſium* cap. 4. pro Sibyllino oraculo venditare, quod apud Suetonium legitur de natura Regem populo Romano parturiente. Nam Suetonii verba haec ſunt in Auguſto c. 94. *Auctor eſt Iulius Marathus, ante paucos, quam naſceretur, menſes prodigium Romae factum publice, quo denunciabatur, regem*

oſtendit oracula, quae hodie leguntur ſub Sibyllarum nomine, triplici conſtare carminum genere; mixtumque eſſe corpus tum ex iis, quae Erythris et alibi poſt prima combuſta cum Capitolio fuere collecta; tum ex iis quae Iudaei inter gentes diſperſi, veri numinis cognitione et promiſſione Meſſiae imbuti, ſiue ipſi, ſiue proſelyti, in verſus redegerunt, tum ex iis, quae Chriſtiani ex euangelii hiſtoria attexuerunt. Acroſtichidem a Chriſtianis potiſſimum fuiſſe confictam, nec Ciceroni cognitam, e contrario primum innotuiſſe ſaeculo quarto, quod Lactantius lib. VII. c. 19. et c. 16. et c. 20. non quoſdam verſus, ſed totam acroſtichidem fuiſſet laudaturus, a §. 10. demonſtrat; §. 14. loca ſcripturae ſacrae indicat, e quibus acroſtichidem auctor compilaſſe videri queat. §. 15. ſqq. vaticinium, quod quidam in Virgilii Ecl. IV. inveniſſe ſibi viſi ſunt, et argumentum eclogae vberius perſequitur atque illuſtrat, et adprobat I. H. Boecleri ſententiam, Virgilium non Sibyllae Cumanae transtuliſſe carmina, ſed Heſiodi poetae, a patria, vbi natus, Cumaei adpellati, ſententiam de varia et aurea maxime aetate retuliſſe, hancque redituram polliceri: (v. Boecleri Diſſ. XI. in tom. II. diſſ. academ. pag. 382. ſqq. Fr. Ben. Carpzouii diſſ. de Virgilii Ecl. IV. rec. 1700.) §. 29. commonſtrat, nullum exſtare genuinum teſtimonium de Chriſto apud gentiles ante C. N. Pro vera prophetia habuit oracula Sibyllina Wiſthon (in libro infra memorando.) cf. Acta Erudit. 1728. p. 120. ſqq. W. E. Tenzel. in Colloq. menſtr. a. 1689. p. 308. ſqq. 1255. ſqq. a 1690. p. 1139. ſqq. et a. 1691. p. 615. ſqq. *Harl.*

regem populo Romano naturam parturire. Nihil hic de Sibylla, nihil de oraculo, ſed de prodigio publice facto, Octauii naſciturum imperium portendente, quod et aliis ominibus praenotatum refert Dio ſub initium libri XLV.

Cornelius Lentulus vaticinium de ſe interpretatus. IX. Alio quoque pertinet, quod Cornelius Lentulus ex fatis ſiue libris Sibyllinis ſibi perſuaſerat, *regnum Romae tribus Corneliis portendi*, vt narrat *Salluſtius* in Catilinar. c. 47. *Cicero*, Orat. 3. in Catilin. c. 5. p. 692. edit. Graeuii et 696. et Appianus Lib. II. de bellis ciuil. f. 430. Fallitur que iterum vir doctus, cum ex eo, quod Cicero aruſpicum reſponſa ſimul memorat, colligit, ab his Corneliorum nomen definitum, non a Sibyllinis; in his vero tantum fuiſſe, ſi quando Aegyptus Romanis pateret, tum aduenturum magnum regem (Iulium Caeſarem), hinc tres fore. (triumuiros Auguſtum, Lepidum, Antonium), qui Romanam affligerent et perderent Rempublicam Lib. II. Sibyllin. extrem. p. 219. [ed. Pariſ. 1607.].

Τρεῖς Ῥώμην οἰκτρῇ μοίρῃ καταδηλήσονται.

Verum enim vero Lentulum in Corneliorum nomine, libris Sibyllinis, ſiue fictis potius et quaſi Sibyllini eſſent, iactatis verſibus, definito, praecipuam ſpem poſuiſſe, praeter Salluſtium diſerte teſtatur Plutarchus in Cicerone f. 869. Innuit Florus, a quo Lib. IV. c. 1. Lentulus deſtinatum familiae ſuae Sibyllinis verſibus regnum ſibi vaticinatus fuiſſe dicitur. Itaque ex haruſpicum reſponſis videtur hoc tantum hauſiſſe Lentulus, quod addit Salluſtius: *Praeterea ab incenſo Capitolio illum eſſe vigeſimum annum, quem ſaepe ex prodigiis haruſpicum reſpondiſſent bello ciuili cruentum fore.* Alia μαντεύματα poſt Syllae ſtatim mortem ſparſa memorat Plutarchus in Pompeio p. 626.

Τρία κάππα peſſima. X. Alium quoque Sibyllinorum locum reſpicit Auguſtinus ſiue quiſquis auctor libri de Grammatica p. 233. *inde eſt illud:* τρία κάππα κάκιστα, *i. e. tria Cappa peſſima, de Cornelio Sylla, de Cornelio Cinna, de Cornelio Lentulo; hi enim per tres literas deſignati ſunt in libris Sibyllinis.*

Hadriano praedictum imperium. XI. Sic nonnullis traditum fuit, ſortem Imperii ex Sibyllinis verſibus Hadriano proueniſſe, vt auctor *Spartianus* in Hadriano, ad quem locum notarunt viri docti verſus, qui de Adriano hodieque leguntur in Sibyllinis Lib. V. pag. 304. [P].

Oraculum de rege reſtituendo. XII. Ab his omnibus longe diuerſum fuit oraculum, de quo idem Cicero Lib. I. Epiſt. 7. ad P. Lentulum, vbi agit de Ptolemaeo Auleta in regnum reſtituendo: *et ſine multitudine reducatur, quemadmodum homines religioſi Sibyllae placere dixerunt.* Quo in loco homines religioſi non ſunt, vt vult vir doctus, Alexandrini legendi. hos enim a veteribus non rogatos veriſimile eſt. ſed quindecimviri inſpiciendis Sibyllinis Romae conſtituti e). Hoc non obſcure docet, et Oraculi ipſius ſententiam his verbis refert Dio Lib. XXXIX. p. 98. ἂν ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς βοηθείας τινὸς δεόμενος ἔλθῃ, τὴν μὲν φιλίαν οἱ μὴ ἀπαρνήσασθε, μὴ μέντοι καὶ πλήθει τινὶ ἐπικουρήσητε, εἰ δὲ μή, καὶ πόνους καὶ κινδύνους ἕξετε. Lucanus Lib. VIII. v. 824.

Haud equidem immerito Cumaeae carmine vatis
Cautum, ne Nili Peluſia tangeret ora
Heſperius miles, ripaſque aeſtate tumentes f).

XIII.

e) Vide omnino Gronouium ad Cicer. ad diuerſ. Lib. I. ibique interpretes. *Harl.*

f) Sic Strabo de Aegypto bello non laceſſendo. Appian. Parthic. fol. 134. Oraculum Sibyllinum

Orac. de rege ex Oriente proditur.

XIII. Aliud iterum oraculum fuit, cuius meminit *Tacitus* Lib. V. hiſtor. c. 13. *Pluribus perſuaſio inerat, antiquis* g) *Sacerdotum literis contineri, eo ipſo tempore fore, vt valeſceret oriens, profectique Iudaea rerum potirentur.* *Suetonius* Veſpaſiano c. 4. *Percrebuerat oriente toto vetus et conſtans opinio, eſſe in fatis, vt eo tempore Iudaea profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano, quantum euentu poſt ea patuit, praedictum, Iudaei ad ſe trahentes rebellarunt.* *Hegeſippus* Lib. V. de excidio Hieroſol. c. 44. *Inter quae illud praecellentiſſimum, quod in literis aeque vetuſtis, quas ſacras vocabant, manebat impreſſum, quod ſecundum illud tempus futurus eſſet vir, qui de regione eorum* (Iudaeorum) *imperium aſſumeret in orbem terrarum.* (Apud Ioſephum Lib. VII. de bello Iud. c. 31. h) p. 961. [ed. Colon. 1691.] χρησμὸς ἀμφίβολος ἐν τοῖς ἱεροῖς εὑρημένος γράμμασιν, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς χώρας τὶς αὐτῶν ἄρξει τῆς οἰκουμένης). *Quae res eos in tanto furore poſuit, vt ſibi non ſolum libertatem, ſed etiam regnum pollicerentur. Id alii* (Suetonius v. g. et Ioſephus) *ad Veſpaſianum referendum putarunt, prudentiores ad Dominum Ieſum* (confer Caſaubonum, [Erneſtium, Oudendorpium] ad Sueton. l. c. et Wagenſeilium tel. ign. Satanae p. 30 ſq.), *qui eorum in terris, ſecundum carnem, genitus ex Maria, regnum ſuum per vniuerſa terrarum ſpatia diffudit.*

De Ecloga IIII. Virgilii.

XIV. Haec de oraculis Regem quomodocunque vel promittentibus vel ſpectantibus, quae multum inter ſe diuerſa parum accurate confundunt viri eruditi, non minus ac de Ecloga quarta i) Virgilii mira quaedam et aliena commentantur, cum ſimpliciſſima ſit altera Probi expoſitio non ad Sibyllam, ſed ad Heſiodum referentis carmen Cumaeum, vt Virgilius nihil aliud dicere voluerit, quam nato Pollionis filio k) Saturnium ſaeculum [?] ab Heſiodo deſcriptum orbi iterum promitti. *Vltima aetas*

Hh 2 idem

de mundo perituro cum filio apud Procop. lib. I. cap. 7. de bello Gothico, aliud de Roma, lib. I. cap. 24. vbi nota Procopii iudicium.

g) Ex his verbis perſpicuum videtur, reſpici non carmen Sibyllinum, ſed dictum Propheticum, et quidem non Numeror. XXIV. 7. vt Edward Chandler; non locum Danielis, vt viſum Sikeſio; non Michae V. vt putabat Caſaubonus; et Gottfr. Olear. p. 54. Obſeru. in Matthaeum; nulla enim ibi temporis nota occurrit; ſed potius, vt Chriſtoph. Cellario perſuaſum, Gen. XLIX. de Shilo poſt ſublatum Iudaeis ſceptrum venturo.

h) v. Huetium demonſtr. Euangel. p. 662. Amandum de la Chapelle Bibl. Angloiſe tom. XV. p. 115. ſq. qui a Ioſepho effictum hoc oraculum ſcribit p. 120. parum veriſimiliter.

i) Cuius argumentum et interpretationem optime docet ill. *Heynius* cf. tamen *Lowth* de ſacra poeſi Hebraeorum, Lect. XXI. *Iaeg.* Sed v. quoque Cl. *Heyne* in Addendis T. IV. Virgilii pag. 215. ſq. *Burmann.* ad illam eclogam; *Valeſius* Emendatt. lib. IV. c. 13. p. 115. ibique Burm. II. not. et p. 132. *Harl.* Praeter eos, qui in Harleſii, V. Ill. Notit. litt. Rom. T. II. p. 324. laudati ſunt, etiam Cel. Bruns de argumento huius Eclogae ſcripſit, eamque cenſuit Saturnalium tempore editam eſſe, infantem autem eſſe eum, qui a grauida Octauia, Antonii vxore, ſperebatur (in der Berliner Monatsſchrift, 1784. menſe Octobri, p. 379-383.) *Beck.*

k) Aſinio Gallo a quo Aſconius Pedianus, teſte Seruio, audiuiſſe ſe retulit, eclogam hanc Virgilii in ipſius fuiſſe honorem compoſitam. Scripta autem eſt Anno V. C. 713. cum C. Aſinius Pollio conſul eſſet deſignatus.

> Teque adeo, decus hoc aeui, Te Conſule INIBIT,
> Pollio, et INCIPIENT magni procedere menſes
> Te duce etc.

Ex his ipſis, ni fallor, apparet a Virgilii ſententia alienam eſſe, vtcunque doctam et ingenioſam Viri egregii Io. Medici Auenionſ. coniecturam, qui in Memo-

idem eſt, ac ſi dixiſſet *prima et antiquiſſima*, [Iuſtin. hiſt. II. 1. 20.] vt, cum dicimus *ab vltima* [l]) *origine rem repetere*, et *altum mare*, id eſt *profundum*. Aut certe *venit*, id eſt *fuit* iam ac *praeterit*, aetas nempe poſtrema ferrea. Hanc expoſitionem plane confirmat, quod ſequitur: *Magnus ab integro ſaeclorum naſcitur ordo*, i. e. noua ſeries aetatum aureae, argenteae, aeneae et ferreae ſeſe excipientium denuo incipit. *Magnus* id eſt fauſtus et auſpicatiſſimus. Sic paulo poſt *magni menſes* i. e. laeti, pulchri et auſpicati [Tacit. Agricol. 34. 5. *Heum.*], perinde vt Hebraeis *magnus dies* pro feſto, quod imitati Chriſtiani dixerunt et *hebdomadem magnam* [m]). Etiam Lib. II. Sibyllinor. p. 195. occurrit μέγας αἰών. Sed fallitur, qui claram illam ex Euangeliis iudicii extremi deſcriptionem Virgilio inſpectam exiſtimat, et Turnebus eundem locum longe aliter conſtituit, in hanc nempe ſententiam, pro αἰὼν ſcribendo ἀγών:

Καὶ τότε δὴ μέγας αὖθις ἀγὼν ἰσελαστικὸς ἔσαι.

Vt alludatur ad Iſelaſtica certamina, quorum victoribus fas erat triumphantium ritu per moenia in vrbem εἰσελαύνειν. Vide Gallaei diſſ. de Sibyllis p. 481. ſeq. Mox in verbis Poetae *iam redit et virgo* intelligitur Aſtraea ſiue Iuſtitia, quae *aurea virgo* Pedoni Albinouano dicitur Elegia in Maecenatem, Heſiodo quoque et Arato παρθένος, quae in deteriore ſaeculo [n]) coelum petierat, ſed iam iterum in terras reuerſa a Virgilio fingitur. Sic Ammianus Marcellinus Lib. XXII. c. 10. *Aeſtimabatur per haec vetus illa iuſtitia quam offenſam vitiis hominum Aratus extollit in coelum, imperante eo reuerſa ad terras.* Confer Eratoſthenis Cataſteriſmos c. IX. et Lactantium Lib. V. c. 5. In eo, quod ſequitur apud Virgilium: *redeunt Saturnia regna*, quid clarius, quam reſpici ad Heſiodi homines aurei ſaeculi οἳ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν. Cornelius Seuerus in Aetna:

Aurea ſecuri quis neſcit ſaecula regis?

Iam noua progenies i. e. noui ac meliores homines aureum ſaeculum victuri. Pari ſenſu Cicero in Arateis *ferream prolem* pro hominibus aetatis ferreae [n] et Horatius *progeniem vitioſiorem* dixit pro poſteris. Falluntur, qui de vno homine et de nouo rege naſcituro hic agi exiſtimant, aiuntque Poetam in animo habuiſſe haec Sibyllina:

Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο Θεὸς πέμψει βασιλῆα,
Ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο.

Quos verſus nunquam probari poterit a Virgilio lectos fuiſſe. Quod ſequitur: *coelo demittitur alto*, diuinam nouae progeniei originem indicat, perinde vt Heſiodus a Diis, tanquam auctoribus, repetit χρύσεον γένος μερόπων ἀνθρώπων [o]).

Quo

Memoriis Triuultinis A. 1702. Iul. 1703. p. 8. ſq. edit Amſt. Poetam exiſtimat hanc Eclogam compoſuiſſe in honorem Druſi, Tiberii F. adde a. 1704 pag. 1951. 1961. ſq.

l) Sic *vltima certamina* pro antiquiſſimis dixit Cornelius Seuerus in Aetna v. 17. vbi vide notas Theodori Goralli, ſiue qui ſub nomine illo latet Ioannis Clerici.

m) De *magno anno* v. *Burm.* II. ad Valeſii Emend. p. 231. qui ad eum illuſtrandum vnice facere notat *Auſonii* locum in Idyll. XVIII. et laudat *Vinetum* ad h. l. *Seruium* ad v. 4. Ecl. Virgilii atque ad lib I. Aen. v. 273. denique *Leon. Allatium* de Menſ. temp. antiq. cap. 17. *Harl.*

n) Cicero in Arateis:

Deſeruit propere terras iuſtiſſima Virgo.

o) conf. *Calpurnii Sic.* Ecl. I. 42. ibique Kempheri not. p. 184. et cel. *Wernsdorf.* tom. II. Poetar. min. pag. 82. et Excurſ. I. p. 312. ſqq. *Harl.*

— — — Quo ferrea primum
Deſinet ac toto ſurget gens aurea mundo.

Ex quibus verbis patet, non decem aetates ex carmine Sibyllino agnouiſſe Virgilium, vt putat vir doctus: ſed cum Heſiodo quatuor: *auream*, *argenteam*, *aeneam*, *ferream.* Sic ordine ſaeculorum ab integro iterum naſcente ferream aurea excipit. Auſonius Epiſt. 16. de Probo:

Generi hic ſuperſtes aureo,
Satorque prolis aureae
Conuincit Aſcraeum ſenem,
Quoi ſaeculum omne ferreum eſt.

Similiter Porphyrio Optatiano, praedicanti felicitatem temporum Conſtantini Aug. Imperator eſt *Aurea perpetuo reſtaurans ſaecula mundo.* Sic *aureum ſaeculum* in numo Hadriani, de quo Triſtanus T. 1. p. 475. et Andreas Morellus ſpecim. p. 65. Dio de Commodo Imp. libro LXXII. p. 824. τὸν αἰῶνα τὸν ἐπ᾽ αὐτῦ χρυσῦν τε ὀνομάζεσθαι, καὶ ἐς τὰ γράμματα πάντα ὁμοίως ἐγγράφεσθαι ἐψηφίσθη.

Loca Sibyll. de variis aetatibus explicata. XV. Neque vſquam in Sibyllinis mentionem factam decem aetatum illo ſenſu, nedum Heſiodum, (vt Eraſmo Schmidio in mentem venit), a Sibylla, quae de aetatibus diuerſis ſcripſit, mutuatum, probare poterunt viri erudititſſimi. Nam quod apud Phlegontem in longaeuis p. 120. Sibylla ait, ſe δέκα γενεὰς κατ᾽ ἀνθρώπους γεγονέναι, alio longe ſpectat, nempe, vt oſtendat, ſe vixiſſe inter homines, annos prope mille, quemadmodum Phlegon exponit, ita vt ſingulae γενεαὶ complectantur annorum ἑκατοντάδα. Confer Salmaſium ad Solin. p. 77. edit. Pariſ. Vel vt non mille quidem, valde longum tamen et plurimorum annorum ſenium attigiſſe ſe doceat. Sane centum anni potuerunt dici a Sibylla, decem γενεαὶ, quemadmodum in Epiſtola Apocrypha Ier. v. 3. ἕως γενεῶν ἑπτὰ ab Olympiodoro recte exponitur *vſque ad annos ſeptuaginta*, (in Sibyllinis Lib. III. p. 239. ἑπτὰ χρόνων δεκάδες) vt γενεὰ ſit tempus decem annorum, quo ſenſu occurrit etiam apud Diogenem [p] Laertium Lib. VIII. Sect. 45. Fruſtra ſane Phlegon, vt probet, Sibyllae γενεὰν eſſe tempus centum annorum, prouocat ad oraculum eius, quod exhibet etiam Zoſimus Lib. II. c. 6. et Politianus elegantibus verſibus latinis reddidit cap. 58. Miſcell. Quis enim non videt, aliud eſſe [p] γενεὰν vocem, ſi vlla alia, ambiguae ſignificationis, vt multis exemplis oſtendi libro et capite tertio ſacrarum Obſeruationum, aliud vero μήκιστον χρόνον ζωῆς ἀνθρώποις. Non alio ſenſu accipe, quod Lib. II. Sibyllin. ſub initium legas δὴ τότε καὶ γενεὴ δεκάτη μετὰ ταῦτα φανεῖται, innuit enim a Chriſto nato tot interceſſuras generationes ad diem extremum, vt libro octauo p. 379. ἀλλ᾽ ὅταν ἡ δεκάτη γενεὰ δόμον ἄϊδος εἴσω. Sic libro quarto pag. 227. ait ſibi a Deo expoſita, quaecunque debeant

Ἐκ πρώτης γενεῆς ἄχρις ἑνδεκάτης ἀφικέσθαι.

p. 228. Aſſyrios futuros

Ἐξ γενεὰς κόσμοιο διακρατέοντας ἐν ἀρχῇ.

Hh 3 Medis

p) De ſenſu vocabuli γενεά, quo ſucceſſionem Principum in imperio ſe excipientium denotat, vide Clariſſ. Dodwellum diſſ. ad Dionyſ. Halicarnaſſ. T. 2. p. 323. ſeq. et de aetate Pythagorae p. 170. ſeq.

Medis *γενεὰς δύο μόνας*, Perſis *γενεὰν μίαν*. Decima *γενεᾷ* Perſas ſeruile iugum ſubituros. Vnde ſuſpicor, eadem pagina pro *ἀλλὰ τὰ μὲν δεκάτῃ γενεῇ μάλα πάντα τελεῖται* legendum *ἀλλὰ τὰ δ' ἑνδεκάτῃ*, aut certe in priore verſu pro *ἄχρι ἑνδεκάτης* ſcribendum *ἄχρι δεκάτης*. Similiter libro III. p. 224. quo *δεκάτην γενεὴν μερόπων ἀνθρώπων* memorari video, innuitur in decimam generationem a diluuio diſperſionem Babylonicam incidere. Confer *Lactantium* Lib. I. c. 14. et *Coſmam Ind. pleuſten* lib. 2. p. 125. et lib. 5. p. 215. Apud *Tertullianum* ſimiliter Lib. II. contra nationes c. 12. occurrit hoc Sibyllinum: *Decima genitura hominum, ex quo cataclyſmus prioribus acciderat, regnauit Saturnus et Titan et Iapetus, terrae et coeli fortiſſimi filii.* Vicitſim ſcriptor vetus recognitionum, quae ambulant ſub nomine Clementis Romani Lib. I. 29. diluuium incidiſſe ait in decimam generationem, ab orbe condito nempe. Quae omnia nihil habent commune cum aetatibus, de quibus ex Heſiodo, Cumano vate, Virgilius, et Heſiodum imitatus Pſeudo-Sibyllinorum ſcriptor Lib. I. p. 164. ſq. quatuor ante diluuium memorans aetates ſiue *γένη* hominum, tum quintam peſſimam, quae in diluuio perierit p. 168. ſeq. ſextam denique, nouam poſt diluuium, quam *χρυσείην πρώτην* vocat p. 183. Lib. II. pag. 211. ait ſeptem ſaecula hominibus data ſpatium ad reſipiſcendum:

Ἑπτὰ γὰρ αἰώνων μετανοίας ἤματ' ἔδωκεν.

quod exſtat et Lib. VIII. p. 391. Neque vero audiendus Seruius, qui de Sibyllinis parum accurate ſcripſit, nec quicquam niſi commenta inania affert, cum ait, *Sibyllam ſaecula per metalla diuiſiſſe, dixiſſe etiam quis quo ſaeculo* [illegible] *imperaret, et Solem ſiue Apollinem ultimum, id eſt decimum, voluiſſe.* His enim verbis non plus fidei tribuendum videtur, quam fabulae, quae legitur ad calcem T. 2. Opp. Bedae Venerabilis, de ſomnio centum Romae Senatorum, qui omnes vna nocte videre ſibi viſi ſunt nouem in coelo ſoles, quos rogata Sibylla de totidem generationibus interpretata eſt, in quarta venturum affirmans Chriſtum, in nona poſt varios Reges, quorum primas literas indicat, Antichriſtum.

Locus Iuuenalis XVI. Quod porro vir doctus, Iſaacus Voſſius, nullum dubium eſſe ait, *Iuuenalem*, vbi nonae aetatis meminit, Cumaeum ſecutum eſſe vatem ſiue Sibyllam, aliter forte videbitur ei, qui verba ipſa Satyrici attentius conſiderauerit. Ita vero ille Sat. XIII. v. 28.

Nona aetas agitur, peioraque ſaecula ferri
Temporibus, quoniam ſceleri non inuenit ipſa
Nomen, et a nullo poſuit natura metallo.

Iam enim Heſiodus cum quatuor memoraſſet aetates, quinquaſſue ſecutas, in deteriore illis omnibus quinta [q]), cui nec ipſe nomen imponit, ſe miſerum viuere Ἐργ. v. 174.

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι.

Hoc imitatus Iuuenalis eſt, ſed ita, vt conceptionem Heſiodi augeret, nonamque diceret aetatem pro quinta, oſtenſurus tempora, in quibus viueret, longe adhuc magis corrupta ac per-

q) Olaus Rudbeckius in parte 3. Atlanticae tres aetates perſequitur, quas proximas a diluuio numerat, auream, argenteam, [illegible], aeneam aut vero fraxineam, Heroicam, et ferream.

perdita eſſe, adeo quidem, vt, licet non quatuor tantum, ſed pro numero ſeptem, vt vulgo numerantur, metallorum, tot etiam fingerentur aetates, tamen nulli earum congruerent, ac ne proximo quidem interuallo diſtarent a deterrima etiam et infima ex illis ſeptem, ſed adhuc corruptiora pro nona aetate habenda eſſent. Etiam in hoc fugit ratio virum doctum, quod decimam ſiue vltimam γενεὰν ex mente Sibyllae optimam fingit; nam ſi audias ea, quae ſuperſunt Sibyllina Lib. II. p. 199.

> Ὑςατίης γενεῆς φῶτες κακοεργέες, αἰνοί,
> Νήπιοι, — — — —

Quod etiam obſeruandum aduerſus ea, quae Beueregius diſputat in codice canonum Eccleſiae primitiuae cap. 14. §. 9. p. 63. vbi ea, quae de vltimo ſaeculo in Sibyllinis dicuntur, eadem eſſe ac cum iis, quae de vltima aetate Virgilius affirmat. Reliqua apud Poetam perſpicua ſunt [?]:

> Teque adeo, decus hoc aeui, te conſule inibit
> Pollio, et incipient magni procedere menſes.

Ait enim hiſce verbis, iam fore, vt conſule te, o Pollio, decus hoc aeui i. e. aeuum iſtud feliciſſimum atque aureum incipiat. *Inibit* recte a Seruio exponitur *exordium capiet*, diciturque eodem modo, quo Germani es wird angehen [r]. Dicitur autem per ellipſin, *inibit*, curſum nempe. *Magni menſes* non ſunt menſes anni magni, qui huc non magis ſpectat, quam Iulius et Auguſtus: ſed menſes fauſti [s] et auſpicati, quibus auream aetatem inchoandam et feliciter continuandam ominatur. Verſu proximo *tuus iam regnat Apollo*, ad Conſulis, cui adulatur, *Aſinii Pollionis* nomen alludit Poeta, eumque oſtendit velut ſolem ſiue Deum aliquem fauſtiſſima quaeque et partui et aetati polliceri.

Orac. Sibyll. num verſibus iambicis concepta, an proſa.

XVII. Nolo in praeſenti plura ad illuſtrandam Virgilii Eclogam adiungere, vt reuertar ad Sibyllas, quarum oracula varia omnes ſciunt verſibus Graecis Hexametris concepta fuiſſe. Etymologici magni tamen auctor hunc Iambicum verſum Sibyllae excidiſſe teſtatur in Ἀρέη. Ἀρέη τρίπυργος ἔσσετ' εὐδαίμων πόλις. Equidem alia oracula non modo Hexametris verſibus, ſed Iambicis quoque et Proſaico ſermone edita fuiſſe, variis exemplis conſtat, et notauit Scholiaſtes Ariſtophanis ad nubes f. 67. et ante eum Plutarchus in libro περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν. Cicero 2. de diuinat. c. 56. *Praeterea Pyrrhi temporibus iam Apollo verſus facere deſierat.* Idem Plutarchus, et Strabo Lib. IX. p. 419. teſtantur, oracula Pythiae proſaria a poetis ad hoc conſtitutis excepta et in verſus redacta fuiſſe. Talis Poeta fuit *Iophon Cnoſius*, Pauſaniae in Atticis p. 84. memoratus, qui oracula verſibus Hexametris expoſuit. Verſus malos oraculorum, hypermetros, defectiuos, et in metri leges peccantes ridet Lucianus in Ioue Tragoedo, et apud eundem Plutarchum Diogenianus. De cetero Sibyllam Suidas auctor eſt ſcripſiſſe non modo χρησμοὺς δι' ἐπῶν, ſed et μέλη, et περὶ παλμῶν [t]. Praeſtantiſſi-

r) Recte! Sic dicitur *ineunte aetate, ineunte vere. Heum.*

s) Confer Martini de Roa ſingularia Sacrae Scripturae lib. 1. c. 16. et parte 2. lib. IV. c. 5. vbi obſeruat *dies paruos* e contrario poni pro miſeris et infelicibus.

t) Vide quae ſupra c. XV. num. 4.

vtiſſimus vir *Guilelmus Caueus* in parte 2. hiſtoriae literariae ſcriptorum Eccleſiaſticorum p. 17. putat, quaeri poſſe, an vaticinia ſua carmine ſemper tradiderint Sibyllae, cum Ioſephus Lib. I. Antiq. cap. 5. p. 12. cuius verba repetit Euſebius Lib. IX. c. 15. praeparat. et Hieronymus de locis Hebr. voce *Babel*, Sibyllam inducat proſa vaticinantem de turri Babylonica, non Sibyllae ipſius libris vſus, ſed ex Alexandro Polyhiſtore illud mutuatus, vt ex *Cyrillo Alex.* Lib. I. in Iulian. p. 9. colligo, niſi memoria lapſus Cyrillus Alexandrum pro Ioſepho laudauit, quae ſententia eſt Cotelerii ad Hermae paſtorem p. 78. Verum non Ioſepho tantum et Alexandro [?] ſed et aliis ſcriptoribus ſollemne eſt, proſaico ſermone breuius complecti, quae pluribus verſibus in Sibyllinis vel aliis oraculis ac poetis ſcripta repererant. Sane verſus Sibyllinos eiusdem argumenti cum oraculo, quod Ioſephus refert, producit *Theophilus* Lib. II. ad Autolycum fol. 107. et excitauit ipſe Caueus ex Libr. III. Sibyllin. p. 223 ſq. Neque veriſimile mihi videtur, quod H. Dodwellio p. 315. praelectionum Cambdenianarum perſuaſum eſſe video, verſus illos Sibyllinos a Ioſepho fuiſſe efflictos. v. quoque §. XII.

CAPVT XXXI

I. *De libris Sibyllinis eorumque vſu apud Romanos. Libri a Sibylla Tarquinio oblati.* II. *Eorum in Capitolio aſſeruatio.* III. *Cauſae, ob quas libri Sibyllini conſulerentur.* IV. *Conſulendi modus et poteſtas, et quod auctoritate Senatus aut Imperatorum Sibyllina vel vera publicarentur, vel falſi rumores de iis ſpargerentur.* V. *Duumuiri, et poſtea Decemuiri inſpiciendis Sibyllinis.* VI. *Poſt Tarquinianos Libros Sibyllinos Syllae temporibus cum Capitolio conflagrantes, alia Sibyllina Erythris et vndecunque accerſita.* VII. *Quindecimuiri Sacrorum.* VIII. *Sibyllina ab Auguſto Imp. ſelecta et in templo Apollinis aſſeruata, reliquis flammae datis.* IX. *Eorum haec cum alterius templi incendio erepta deinque conflagrarunt ſub Honorio Imp.* X. *Alia quaedam recentiora oracula, pro Sibyllinis iactata, praecipue in Oriente.* XI. *Auguſti et Tiberii Imp. in aſſeruandis veris et non ſuppetendis falſis Sibyllinis cura. Oraculum Sibyllinum a Nerone reiectum.* XII. *Varia falſa Sibyllina iactata apud Romanos.* XIII. *Chriſtianis idem ab Ethnicis exprobratum. Sibylliſtae.* σιβυλλιᾶν, σιβυλλαίνειν.

[Cum adnotationibus Wolfg. Iaegeri].

Libri a Sib. Tarquinio oblati. I. Quamuis iam tum Aeneas a) Sibyllam conſuluiſſe fertur b), vaticiniorum tamen Sibyllinorum in libris relatorum nulla mentio ante tempora *Tarquinii Superbi*, poſtremi Romanorum Regis, cui Dionyſius Halicarnaſſeus Lib. IV. pag. 259. Gellius Lib. I. cap. 19. Plinius, Solinus, et Iſaacus Tzetzes ad Ly- co.

a) Vide Aurelium Victorem de origine gentis Rom. cap. 10.

b) Sibylla haec fuit *Cumaea*, Deiphobe, Glauci filia, dicta *Virgilio*, Aen. VI. v. 35. ſq. vbi v. Heyn. Excurſ. V. p. 654. Haec interdum, et *Erythraea* Sibylla, quae ab Aenea, antequam ex Troade diſcederet, conuenta fuiſſe traditur, pro vna, eademque habetur v. *Tibull.* L. II. Eleg. V. v. 19. cum praeclara adnotatione Heynii. Eam Trimalchio ſuis ipſe oculis vidit Cumis in ampulla pendere, vt lepide narrat apud *Petron.* Sat. C. 48. n. 8. Baſilicam, in qua oracula ediderit, ſibi monſtratam fuiſſe, teſtatur *Iuſtinus Mart.* in Cohort. ad Gr. p. 35. eamque Sibyllam Beroſi, hiſtorici Chaldaici, filiam fuiſſe ſibi paſſus eſt perſuaderi. Alii quoque Sibyllam, quam Tarquinio libros ſuos obtuliſſe falſo putant, Beroſi filiam faciunt; quem errorem, licet Voſſius de Hiſt. Gr. L. I. c. 13. iam coarguerit, denuo amplexus eſt *P. Angelus Floerchen*, Ord. S. Benedicti Pr. Hi-

cophron. v. 1279. ſiue *Tarquinii Priſci*, cui Varro apud Lactantium Lib. I. cap. 6. Iſidorus Lib. VIII. Orig. cap. 8. Suidas, et in prolegomenis ad Sibyllina Marcus Antimachus. *Alteri nomen* (ita Varro, [?] Dionyſius, Gellius, Iſidorus, Seruius ad 6. Aeneidis, Suidas) ſiue *anus* (vt Plinius Lib. XIII. c. 13. et ex eo Solinus cap. 8.) ab anu hoſpita et incognita (aut ipſa Sibylla, vide Salmaſ. ad Solin. p. 76. Petr. Petitum Lib. II. c. 4.) venales oblatos eſſe ferunt. cumque magnum pretium (trecentorum, vt notat Lactantius et Seruius, Philippeorum) poſceret, ridente pretium nimium rege, duas tertias librorum partes exuſſiſſe, et pro parte ſuperſtite (non tantum centum Philippeos, vt tradit Antimachus) ſed integram c) quam deſiderauerat, pecuniae ſummam iterato petiiſſe et tuliſſe d). Harduinus ad Plinii Lib. XIII. p. 57. ex Digeſtis Lib. I. tit. 2. de orig. iuris §. 2. poſt Cuiacium obſeruat e); quod Tarquinius Priſcus quoque Superbi cognomine venerit: ſed perſpicuum eſt, Dionyſium Halicarnaſſenſem ſaltem non agere de Tarquinio Priſco, de quo pridem dicere deſierat: ſed de altero Tarquinio. Eundem ſcriptorum diſſenſum circa fundamenta Capitolii ſiue ſub Priſco, ſiue ſub Tarquinio Superbo iacta obſeruauit Iuſtus Ryequius lib. de Capitolio cap. IX. Sed libros Sibyllinos Tarquinio Superbo potius oblatos, quam Priſco, crediderim, et nouem potius, quam ternos, quia maior eſt ſcriptorum prioris ſententiae auctoritas, et Plinius tres videtur libros dixiſſe veluti tres librorum triades. Apud Suidam pro *ἔκαυσε βιβλία β´* legendum *ϛ´* vel pro *ἐννέα βιβλία χρησμῶν*, ſcribendum *τρία*, hoc eſt *γ´* pro *θ´*. Aut *ἔκαυσε βιβλία β´* exponendum *duos librorum terniones*, ſiue duas partes tertias. De numero librorum Tarquinio traditorum ambiguus haeret etiam Tzetzes ad Lycophronem p. 139.

Seruati in Capitolio adſeruatio. II. Libri iſti *fatales* ſiue Sibyllini diligentiſſime ſeruati ſunt et arctiſſime cuſtoditi a Romanis, incluſi arcae lapideae, et ſub templo Iouis Capitolini in delubro Iunonis, in cella quadam ſubterranea reconditi, vt teſtatur Dionyſius L. IV. p. 260. diſerte mentionem faciens *λιθίνης λάρνακος*, vt praeter rem vtique Alexandrum Alexandrium eo nomine reprehendat Tiraquellus ad Lib. III. genialium dierum c. 16. Linteis textis ſcriptos ex Symmachi Lib. IV. Epiſt. 34. et Claudiani carm. de bello Getico obſeruauit Demſterus ad Roſinum p. 498.

Cur hi libri conſulerentur, caſus ac. III. Conſulti ſubinde ſunt, iubentibus maxime Pontificibus, in rebus arduis, ſi in magno periculo Reſp. verſaretur f), ſi grauis aliquis motus extitiſſet, ſi bellum ſuſcipiendum, ſi peſtilentia ingruiſſet, ſi terrae motus contigiſſet, ſi magna clades accepta, [*Vopiſci* Aurelian. cap. 18 ſqq.] ſi magnum incendium vaſtaſſet vrbem, ſi quid in ſacris non rite factum eſſet, maxime [?] ſi portenta ac prodigia g) nunciata eſſent, et monſtra animos hominum attonitos reddidiſſent, ſi caritate laboraretur annonae: ex illis enim

Hildeſii ad S. Michaelem, in *Apologia vindiciaria pro Beroſi Anniano, itemque pro Beroſi filia, Sibyllarum nouiſſima.* Hildeſii 1759. 8. v. Nou. Act. Erudit. 1759. Aug. 441. ſqq. *Iaeg.*

c) Similis narratio apud Suidam in *βύβλος*.

d) Haec eſt mera fabula. vid. Poecilae meae tom. I. libr. I. pag. 79. *Heum.*

e) vid. Crenii Animaduerſ. P. IV. pag. 67. ſqq. *Heum.*

f) Vt Annibale Italiam deuaſtante. Adi Liuii 22, 9. Victorem de Viris illuſtribus c. 46. Plutarchum Fabio Max. f. 176. Similiter Gallis ingruentibus. Plutarch. Marcello f. 299. d. Plin. XI. 39. Suid. in *λίβερος*.

g) Tale illud de arbore ante Pompeii bellum ciuile ſubſidente in agro Cumano. Plin. XVII. 25. et de imagine Virtutis in faciem procumbente. Dio lib. XLVIII. p. 383. C.

enim intelligere ſe non dubitabant, quo pacto poſſent Numina laeſa placare, et rem feliciter gerere, vt multis exemplis e Liuio, Dionyſio, Plutarcho, Dione et aliis ſcriptoribus oſtendit Eraſmus Schmidius Orat. 2. de Sibyllinis p. 1498 ſqq. Gallaeus de Sibyllis p. 271 ſq. 279 ſq. videndus etiam Salmaſius ad Vopiſci Aurelianum cap. 19 et 20. qui tamen nimis videtur cauſas inſpiciendorum Sibyllinorum in arctum conſtringere, eo, quod Liuius libro XXII c. 9. affirmet, inſpectionem illorum *non ferme decretam niſi cum tetra quaedam prodigia nunciata.* Nam licet Varro quoque de re ruſtica libro et capite primo ad Sibyllae libros redire ſolitos Romanos affirmet, cum deſiderarent, *quid faciendum ſit ſibi ex aliquo portento*, alias tamen quoque cauſas h) adeundorum Sibyllinorum notant Liuius ipſe, Dionyſius et alii.

Conſulendi modus et poteſtas. IV. Ceterum conſulti ſunt libri Sibyllini ſupplici veneratione et *velatis manibus* vt in Vopiſci Aureliano legendum docuit idem Salmaſius p. 461. Neque vero adire illa licebat, niſi ex decreto Senatus viris ad hoc conſtitutis i). Nam citra illud nefas erat vllos e Sibyllinis libris verſus prodere. *Dio* Lib. XXXIX. p. 98. οὐ γὰρ ἐξῆν οὐδὲν τῶν Σιβυλλείων, εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, ἐς τὸ πλῆθος ἐξαγγέλλεσθαι. Hinc Sibyllinum carmen Tertullianus *ſenatorium verſum* k) vocat Lib. II. contra Nationes, cap. 12. Sub Caeſaribus quoque vti Caeſaris iuſſu, ſic (ad ſpeciem ſaltem) Senatus conſenſu opus fuiſſe docet *Tacitus* Lib. VI. Annal. c. 12. et idem Vopiſcus in Aureliano, c. 19. Neque vero in populum efferebantur ipſi verſus Graeci ſiue concepta verba oraculi, ſed tantum ſenſus ſiue νοῦς τῶν ἐπῶν, verbis latinis, vt idem Dio teſtatur. Ex eodem loco apparet, oraculum, a quindecimuiris Senatui communicatum, et interdum eius iudicio ſuppreſſum fuiſſe, ſi id populo vt vulgaretur, e re ſua eſſe haud putarent. Itaque Cato merito verebatur, ne oraculum de Ptolemaeo Aulete eo quod haud mittendo a ſenatu ſupprimeretur, quamprimum id hoc innotuiſſet. Perperam interpres Dionis verba p. 98. D [p. 197. tom. I. *Reimar.*] ἐπειδὴ γὰρ τὰ χρησθέντα ὑπὸ τῶν ἐπῶν διεθρυλήθη, ὥσπερ εἰώθει γίγνεσθαι, δείσας μὴ συγκρυφθῇ. *vt primum ſententia oraculi, quod fieri aſſolet, vulgo innotuit, veritus Cato ne id ſupprimeretur, ſacerdotes ad plebem produxit etc.* Rectius ſane *vt primum ſententia oraculi* in ſenatu *increbuit* l). Nam ſi vulgo, cuius nulla in Graecis verbis mentio, iam innotuiſſet, quomodo ſupprimi poterat, et quid attinebat ad plebem producere ſacerdotes. Neque hoc fieri ſolebat, vt vulgo prius niſi per antiſtites ſacrorum promulgarentur, etſi quandoque etiam falſos rumores de [?] oraculis per illos vulgatos in vulgus ſparſos obſeruat idem Dio Lib. XLIV. p. 247. [c. 15. pag. 391. tom. I. Reimar. atque Fabricii not. § 78. *Harl.*]

Duumuiri, poſtea Decemuiri Sibyllinis inſpiciundis. V. Conſtituti fuere ad inſpicienda et vulganda Sibyllae oracula a Tarquinio primum ex nobilibus non *Quinqueuiri*, vt Tho. Hyde affirmat pag. 387. de relig. vett. Perſarum, ſed *Duumuiri ſacris faciundis*, vt vocantur *Liuio* Lib. V. cap. 13. (et aliis in locis) additique totidem *miniſtri ſacrorum*, vt idem *Dionyſius*

h) Sic v. g. Ptolemaei in Aegyptum reducendi cauſſa auctoritatem Sibyllae petitam eſſe, diſcimus ex Cic. Epiſt. ad diu. Lib. I. 4. et 7. *Iaeg.*

i) Decem interpretes delectos e ciuitate vocat Cic. l. 2. de Diuin.

k) *Fabricius* noſter ad locum Dionis c. 14. pag. 197. tom. I. ed. Reimari §. 62. ſe ipſum arguit erroris, et cum Iac. Gothofredo *ſenarium* in Tertulliani loco legendum, nec locum illum de verſu Sibyllino per Senatum probato interpretandum exiſtimat; idem laudat Machiauellum lib. I. diſſ. in Liuium c. 13. *Harl.*

l) In recentiſſima Fabricio-Reimariana edit. verſum eſt: *cum oraculi ſententia, quod fieri aſſolet*, ſtatim emanaſſet, *veritus Cato - - pontifices ad plebem produxit.* v. quoque Fabricii notam. *Harl.*

ſius auctor eſt Lib. IV. p. 260. narrans, alterum ex primis Duumuiris, M. Attilium, viſum non bona fide rem gerere, et per vnum e miniſtris delatum parricidii, a Tarquinio iuſſum culeo bubulo inſui et proiici in mare. Nimirum Atilius iſte, (ſiue vt a Minutio, Arnobio et *Tzetza* nominatur Aquilius), librum Sibyllae, ſecreta ciuilium ſacrorum continentem cuſtodiae ſuae commiſſum, corruptus, Sabino cuidam viro, cui Petronio nomen, deſcribendum dederat. Vide Valerium Max. libro et capite primo, in cuius codicibus vitioſe *M. Tullium* pro *M. Attilio* exſtare video. Poſt expulſos Reges Senatus populuſque Romanus hoc munus librorum Sibyllinorum inſpiciendorum non ſtatim dedit *decemuiris ſacrorum*, qui ex ſolis Patribus ſiue nobilibus legerentur, vt viſum Eraſmo Schmidio Orat. 2. de Sibyllis p. 1498. ſed per duumviros adhuc adminiſtrari curauit, donec A. V. C. 385. lege a C. Licinio et L. Sextio tribunis plebis lata, *Decemuiri ſacrorum*, quini nempe ex patribus, reliqui totidem ex plebeiis creari iuberentur, teſte *Liuio* Lib. VI. c. 47. Verba Liuii clariſſima ſunt: *Huius generis orationibus acui videre, nouam rogationem promulgant, vt pro duumuiris ſacris faciundis decemuiri creentur, ita vt pars ex plebe, pars ex patribus fiat.* Decius Mus apud eundem Lib. X. 8. *Decemuiros ſacris faciundis carminum Sibyllae ac fatorum populi huius interpretes antiſtites eoſdem Apollinaris ſacri caeremoniarumque aliarum plebeios videmus, nec tum patriciis vlla iniuria facta eſt, cum duumuiris ſacris faciundis adiectus eſt propter plebeios numerus.* Hi erant *interpretes et arbitri Sibyllae oraculorum*, vt dicuntur *Gellio* Lib. IV. c. 1. Conf. Pſeudo-Feneſtellam de ſacerdotiis Romanorum c. 13. *Liuius* XXXI. 12. *Decemuiros adire libros de portento iuſſerunt.* Ab hiſce ipſis vero ſiue duumuiris ſiue decemuiris non fas erat Sibyllina inſpici, niſi in praeſentia aliorum, qui ſubinde, (quoties Senatus iuſſiſſet illa adire), publica auctoritate ad hoc deſtinabantur, vt docet Dionyſius Halicarnaſſ. Lib. IV. p. 260. Καὶ δημοσίᾳ αὐτοῖς παρακαθίζησιν, ὧν χωρὶς οὐκ ἐπιτρέπει τὰς ἐπισκέψεις τῶν χρησμῶν τοῖς ἀνδράσι ποιεῖσθαι [m]).

Libri Sibyllini cum Capitolio combuſti.

VI. Temporibus Syllanis cum Capitolium A. V. C. DCLXX. conflagraſſet, vna cum aliis ἀναθήμασι et ſimulacro ipſo Iouis, quod incendio tum periiſſe notat Plutarchus libro de Iſide et Oſiride, etiam [*] flammis abſumti ſunt Sibyllini libri, quemadmodum idem Dionyſius et Solinus c. 8. teſtatur. De illo incendio et Capitolii reſtauratione videndus Ryequius lib. de Capitolio cap. XI. *Poſt exuſtum ſociali* (h. e. ciuili) *bello capitolium* (verba *Taciti* ſunt Lib. VI. Annal. c. 12). *quaeſita Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam et Italicas colonias carmina Sibyllae, vna ſeu plures fuere, datumque ſacerdotibus negotium, quantum humana ope potuiſſent, vera diſcernere.* Idem teſtatur Varro et Feneſtella, qui ſub Tiberio ſcripſit, libro de vndecimuiris, cuius verba ex *Lactantii* Lib. I. c. 6. apponam: *Reſtituto Capitolio retulit ad ſenatum C. Curio Coſ. vt legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllae conquiſita Romam deportarent: itaque miſſi P. Gabinius, M. Otacilius, L. Valerius, qui deſcripta a priuatis verſus circa mille Romam deportarunt.* *Dionyſius Halicarnaſſeus* Lib. IV. p. 260. οἱ δὲ νῦν ὄντες (Σιβύλλειοι χρησμοὶ) ἐκ πολλῶν εἰσι συμφορητοὶ τόπων, οἱ μὲν ἐκ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων κομισθέντες, οἱ δὲ ἐξ Ἐρυθρῶν τῶν ἐν Ἀσίᾳ, κατὰ δόγμα βουλῆς ἀποσταλέντων πρεσβευτῶν ἐπὶ τὴν ἀντιγραφήν, οἱ δὲ ἐξ ἄλλων πόλεων, καὶ παρ᾽ ἀνδρῶν ἰδιωτῶν μεταγραφέντες ἐν οἷς εὑρίσκονταί τινες ἐμ-

m) Sibyllae gentis Manliae effigies in numo apud Ezech. Spanhem. tom. II. de Pr. et V. Num. t. 86.

[illegible] Haec Sibyllina primitus exuſta vndecunque conquiſita, primum iterum A. V. C. 676. repoſita ſunt in Capitolio, quod L. Sylla iterum inſtaurauit, templum nouum Iouis Capitolini Q. Catulo dedicante. Feneſtella apud *Lactantium* de ira Dei c. 22. *legatos Erythras a Senatu miſſos, vt Sibyllae carmina Romam deportarentur, et ea Conſules Curio et Octauius in Capitolio, quod tunc erat curante Q. Catulo reſtitutum, ponenda curarent.*

Quindecimviri ſacrorum. VII. Dictum et Sylla loco decemuirorum *quindecimuiros ſacrorum* conſtituiſſe. Saltem ab illo tempore non decemuirorum mentio in hiſtoria Romana, ſed quindecimuirorum. *Sic P. Dolabellam quindecimuirum factum* Ciceroni narrat Caelius Epiſt. 4. Quod autem *Petrus Taffinus* n) Lib. de anno ſaeculari et ludis ſaecularibus Romanorum cap. 5. [illegible] eſſe putat, a quo demum illi quinque additi fuerint; non temere tamen fides habenda Seruio, qui in VI. Aeneid. p. 4[illegible]. *[illegible] primum duos librorum fuiſſe cuſtodes, inde decem, inde quindecim vſque ad tempora Syllana, poſtea creuit numerus. Nam et ſexaginta* (alii codd. *quadraginta.* XL. pro LX). *fuerunt, ſed remanſit in his quindecimuirorum vocabulum.* Sane quindecim viri ante Syllana tempora non memorantur, ita vt decemuiros adhuc nominet *Cicero* Lib. I. de diuinatione, c. 43. et 44 poſt Syllam ſaepiſſime. Vide *Nicolaum Heinſium* ad Valerii Flacci Lib. I. v. 5. Primus quindecimuirorum collegium vno addito auxit Iulius Caeſar, paulo ante expeditionem in Africam, poſt Syllam [illegible] iam pridem defunctum, vt patet e Dione Lib. XLII. pag. [illegible]. Ab eo tempore A. V. C. 725 Auguſtus accepit poteſtatem ſacerdotes [adeoque etiam quindecim viros] quotcunque et quoteunque vellet, neque certo numero, conſtituendi. Idem Dio Lib. LI. p. 457. [illegible] Notandum praeterea, quod pro Quindecim viris quando etiam Sibyllina inſpexiſſe dicuntur Pontifices o), vt apud Vopiſcum in Aureliano, c. 19. non quod Pontifices et Quindecim viri nihil differrent; (notum enim eſt diuerſa fuiſſe collegia Pontificum, augurum, ſeptemuirorum et quindecimuirorum, quae quatuor memorat Dio in ſumma Lib. LIII. neque quod Pontificum fuerit aliquando, libros Sibyllinos inſpicere, [illegible]), ſed quod multi ex Pontificibus iidem etiam Quindecimuiri eſſent, vt oſtendit Salmaſius ad Vopiſcum p. 464.

VIII.

n) Prodiit hic liber Tornaci 1641. 4. inſertus poſtea a Graeuio Theſaur. Antiquitatt. Rom. T. VIII. inde a p. 474. A Sylla quinque illos viros fuiſſe additos, probabili ratione ſic efficitur. Ciceronis aetate erant XV viri Sibyllini, qui adhuc erant X viri eo anno, quo Tib. Gracchus interfectus eſt. Atqui poſt eum annum in ſacerdotum Collegiis nuſquam legitur quidquam eſſe mutatum, niſi in Dictatura Syllae. Relinquitur ergo, vt ea XV virorum inſtitutio a Sylla facta eſſe credatur; praeſertim cum aliis ſacerdotum collegiis legatur adieciſſe aliquot ſacerdotes. v. in Cic. Epiſt. ad Diu. L. VIII. epiſtolam Coelii IV. ſ. 1. et Cic. L. IV. in Verr. C. 49. *Iaeger.*

o) Sic etiam *Claudian.* in Eutrop. I. v. 11.

Panaite, Pontifices, Cumanae carmina vatis.

Pontificum nomen aliis quoque ſacerdotiis tribui, ex Inſcriptionibus oſtendit Guther. de iure pontific. L. I. 5. *Iaeger.*

Sibyllina tantum et dilectu habito asseruata sunt.

VIII. Idem Auguſtus cum inſtituiſſet, omnes libros fatidicos, qui tunc ferebantur, examinare, Sibyllinos, quos ſeruandos ratus eſt, non in templo Iouis Capitolini, ſed in templo Apollinis, quod in palatio exſtruxerat, repoſuit. *Suetonius* in Auguſto c. 31. *Poſtquam vero pontificatum maximum, quem nunquam viuo Lepido auferre ſuſtinuerat, mortuo demum ſuſcepit, quicquid fatidicorum librorum Graeci Latinique generis* (Marciorum pota, Bygoe nymphae, Hetruſcorum carminum et aliorum) *nullis vel parum idoneis auctoribus vulgo ferebatur, ſupra duo millia contracta vndique cremauit, ac ſolos retinuit Sibyllinos, hos quoque delectu habito: condiditque duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi.* Hoc reſpicit non *Virgilius* modo Lib. VI. Aeneid. v. 72. ſed, ni fallor, etiam *Tibullus* Lib. II. eleg. 5. ad Phoebum:

Te duce Romanos nunquam fruſtrata Sibylla eſt,
Abdita quae ſacris fata canit pedibus.

Sane perperam vulgo legitur *ſacris*, etſi non diſplicet viro magno, qui legit *ſenis* p), vt non ad pedes ſiue baſin Apollinis Palatini, ſed carmen Hexametrum reſpiciatur. Seruius ad VI. Aeneid. iterum fallitur et confundit prima tempora cum poſterioribus, cum bis affirmat, poſt incenſum Apollinis templum ex Erythraea inſula Sibyllinos verſus Romam allatos fuiſſe. Capitolium enim pro Apollinis templo dicere debuit, vt monuit *Salmaſius* p. 78. ad Solin. [¶]

Conflagrata ſub Honorio imp.

IX. Equidem Apollinis Palatini templum quoque conflagraſſe conſtat, non ſub Nerone tantum A. V. C. 817. 11. Cal. Aug. vbi totus mons Palatinus incendio abſumtus, teſte *Dione* lib. LXII. pag. 709. ſed et ſub Iuliano A. C. 363. 14. Cal. April. Verum ſeruata in illo incendio Sibyllina carmina teſtatur *Ammianus* lib. XXIII. c. 3. *Eadem nocte Palatini Apollinis templum, praefecturam gerente Aproniano, in vrbe conflagrauit aeterna, vbi, ni multiplex iuuiſſet auxilium, etiam Cumana carmina conſumſerat magnitudo flammarum.* Denique nihilominus, quae aliis pandere fata ſolebat, ad propriam cladem coeca Sibylla tacuit: exuſta enim ſunt Sibyllina carmina a Stilicone, res nouas moliente ſub Honorio Imp. vt notarunt viri docti ex Rutilii Itinerar. lib. II. v. 41.

Quo magis eſt facinus diri Stiliconis acerbum,
Proditor Arcani quo fuit Imperii.
Romano generi dum nititur eſſe ſuperſtes,
Crudelis ſummis miſcuit ima furor.
Dumque timet, quicquid ſe fecerat, ipſe, timeri,
Immiſit Latiae barbara tela neci.
Nec tantam Geticis graſſatus proditor armis
Ante Sibyllinae fata cremauit Opis q).
Odimus Althaeam conſumti funere torris
Niſaeum crimen flere putantur aues:

Ii 3 At

p) Sic apud Papinium V. 3. Siluar.
Queis honor Aonius ſeno pede ducere campos.

q) h. e. Nymphae, vt exponunt Seruius et alii.

At Stilico aeterni fatalia pignora regni
Et plenas voluit praecipitare colus.
Omnia Tartarei ceſſent tormenta Neronis,
Conſumat Stygias triſtior vmbra faces.
Hic immortalem, mortalem perculit ille,
Hic mundi matrem perculit, ille ſuam.

Rutilium mentiri arbitratur Montacutius p. 127. Apparatus ad Origines Eccleſiaſticas, tum Blondellus lib. I. cap. 9. eumque ſecutus Gallaeus de Sibyllis p. 278. contendit, in odium Ethnicorum Sibyllina exuſta iuſſu Honorii Imp. quem ipſum perſtringere Rutilius veritus fuerit. Sed nullo argumento idoneo horum ſententia probari poteſt; quae enim de oraculo Chriſtianiſmi interitum falſo ominante, et de templis Deorum Carthagine euerſis et ſimulacris ibi a comitibus Honorii fractis ex Auguſtini lib. XVIII. de Ciu. Dei cap. 54. et aliis monumentis afferuntur, [p] parum ad rem faciunt. Vide interim, ſi placet, quae de illo pſeudo-oraculo ſcripſit Chriſtianus Kortholtus ὁ μακαρίτης in obtrectatore pagano cap. 14.

Recentiora oracula praecipue in Oriente.

X. Poſt Sibyllina a Stilicone combuſta tamen adhuc aliquid tributum carminibus Sibyllinis per traditionem, vel vtcunque, ſeruatis docet Procopius Lib. I. de bello Gothorum duobus in locis pag. 174. et pag. 203. edit. Hoeſchelii. Etiam apud ſcriptores Hiſtoriae byzantinae memorari videas oracula, quibus ſucceſſiones Imperatorum notabantur, quae Sibyllae tribuunt Zonaras, Iohannes Curopalates, et alii, Iohannes Tzetzes quoque Chil. IX. hiſt. 288. E latinis ſcriptoribus Luitprandus Ticinenſis, in legatione ſua CPolitana: *Habent Graeci et Saraceni libros, quos ὁράσεις ſiue viſiones Danielis vocant, ego autem Sibyllinos, in quibus ſcriptum reperitur, quot annos Imperator quiſque viuat, quae ſint futura eo imperitante tempora, pax an ſimultas, ſecundae Saracenorum res, an aduerſae.* Verum hiſce oraculis non magis, quam oraculis Leonis ſapientis aliisque, de quibus meminere Nicephorus Gregoras libro V. extrem. Ducas Hiſt. Byz. p. 179 ſq. Bullialdus in notis p. 274. Laonicus Chalcondylas Lib. VIII. de rebus Turcicis, Nicetas Choniates pluribus in locis etc. nihil quicquam fuit commune cum priſcis illis Romanorum Sibyllinis ſiue libris fatalibus, quos ſub Caeſaribus paſſim vſque ad Theodoſium conſultos patet ex Dione, Suetonio, Tacito, ex Vopiſco in Aureliano, ex Trebellio Pollione et Sexto Aurelio Victore in Gallieno, Capitolino in Gordiano minore; Ammiano Marcellino denique Lib. XXIII. c. 1.

Augusti et Tiberii aetate de recentioris Sibyllinis.

XI. Minime vero praetereundum, quod tradit *Dio* Lib. LIV. p. 532. Auguſtum Imp. iuſſiſſe carmina Sibyllina vetuſtate iam detrita a ſacerdotibus (quindecimviris ſacrorum) ſua ipſorum manu deſcribi, ne quiſquam alius illa legeret: *τὰ ἔπη τὰ Σιβύλλεια ἐξίτηλα ὑπὸ τοῦ χρόνου γεγονότα τοὺς ἱερέας αὐτοχειρίᾳ ἐγγράψασθαι ἐκέλευσεν, ἵνα μηδεὶς ἕτερος αὐτὰ ἀναλέξηται.* Tiberii temporibus A. V. C. 785. Caninius Gallus quindecimvir librum nouum inter Sibyllinos recipi voluit inconſulto, vt ferunt, Imperatore: qua de re ita *Tacitus* Lib. VI. c. 12. *Relatum inde ad patres a Quintiliano, tribuno plebis, de libro Sibyllae, quem Caninius Gallus quindecimvir recipi inter ceteros eiuſdem vatis, et ea de re ſenatus conſultum poſtulauerat. Quo per diſceſſionem facto miſit litteras Caeſar, modice tribunum increpans, ignarum antiqui moris ob iuuentam:*

tam: Gallo exprobrabat, quod ſcientiae caerimoniarumque vetus, incerto auctore ante ſententiam collegii, non, vt aſſolet, lecto per magiſtros aeſtimatoque carmine, apud infrequentem ſenatum egiſſet. Simul commonefecit, quia multa vana ſub nomine celebri vulgarentur, ſanxiſſe Auguſtum, quem intra [P] *diem ad praetorem vrbanum deferrentur, neque habere priuatim liceret,* (Sic A. V. C. 541. cum externis religionibus populus turbaretur, praefectus (leg. *praeter*) vrbem in concione SCtum recitauit, et edixit, vt quicunque libros vaticinos precationesue aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, eos libros omnes literaſque ad ſe ante Calend. Aprilis deferret, vt narrat *Liuius* Lib. XXV. cap. 1) *quod a maioribus quoque decretum erat poſt exuſtum ſociali bello Capitolium: — — — Igitur tunc quoque notioni quindecimuirorum is liber ſubiicitur.* Tredecim annis ante (V. C. 772) idem Tiberius occaſione oraculi cuiuſdam, quod veluti Sibyllinum ferebatur, (Imperator vero falſum eſſe contendebat), omnes libros fatidicos ſimiliter inſpexerat, aliis probatis, aliis reiectis, vt auctor eſt *Dio* Lib. LVII. p. 615. λόγιόν τε τι ὡς καὶ Σιβύλλειον ἄλλως μὲν οὐδὲν τῷ τῆς πόλεως χρόνῳ προσῆκον, πρὸς δὲ τὰ παρόντα ᾀδόμενον οὐχ ἡσυχῆ σφᾶς ἐκίνει. ἔλεγε γὰρ ὅτι

Τρὶς δὲ τριηκοσίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν
Ῥωμαίους ἔμφυλος ὀλεῖ στάσις, ἁ Συβαρῖτις
Ἀφροσύνη — — —

Ὁ δὲ Τιβέριος ταῦτά τε τὰ ἔπη ὡς καὶ ψευδῆ ὄντα διέβαλλε, καὶ τὰ μὲν ὡς οὐδενὸς ἄξια ἀπέκρινε, τὰ δὲ ἐνέκρινε. Ad eundem modum Nero cum eiuſdem oraculi memoria poſt incenſam vrbem ſuis temporibus refricaretur, illud reiecit et nuſquam reperiri edixit, in cuius locum μεταβάλλοντες ἕτερον λόγιον ὡς καὶ Σιβύλλειον ὄντως ᾖδον, vt narrat idem *Dio* Lib. LXII. p. 709. hoc nempe:

Ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει.

Varia falſa oracula apud Romanos iactata.

XII. Equidem multos fuiſſe Romanis Pſeudomantes falſorumque oraculorum Sibyllinorum concinnatores, ex variis, quae iam produxi, Ciceronis, Dionyſii, Suetonii, Taciti, Dionis locis patet, quibus accedit *Plutarchus* in Cicerone f. 869. vbi de Lentulo: Τοῦτον ὄντα τῇ φύσει τοιοῦτον προσδιέφθειραν ἐλπίσι κεναῖς ψευδομάντεις καὶ γόητες, ἔπη πεπλασμένα καὶ χρησμοὺς ᾄδοντες ὡς ἐκ τῶν Σιβυλλείων προσήκοντα κ. τ. λ. *Lucianus* de morte Peregrini T. 2. p. 579. aſſert verſus Sibyllinos a Theagene Cynico confictos, quibus ipſe alios verſus a ſe compoſitos veluti Bacidis oraculum opponit. Idem in Alexandro pſeudomante T. I. p. 754. Ἐφέρετο δὲ χρησμὸς ἤδη ὡς Σιβύλλης προμαντευσαμένης·

Εὐξείνου πόντοιο παρ᾽ ᾐόσ᾽ ἄγχι Σινώπης
Ἔσται τις κατὰ Τύρσιν ὑπ᾽ Αὐσονίοισι Προφήτης,
Ἐκ πρώτης δεικνὺς μονάδος τρισσῶν δεκάδων τε
Πένθ᾽ ἑτέρας μονάδας καὶ εἰκοσάδα τρισάριθμον
Ἀνδρὸς ἀλεξητῆρος ὁμωνυμίην τετράκυκλον. [P]

Quo in fictitio oraculo per Τύρσιν intelligitur Abonitichus Alexandri Paphlagonis patria; τύρσις enim idem quod τεῖχος; deinde πρώτη μονὰς, τρισσαὶ δεκάδες, πέντε μονάδες, et εἰκοσὰς τρι-

τετράκισχίλιοι [illegible] notant, more Graecorum per literas numerantium, primas quatuor literas nominis *Ἀλέξανδρος* et ſimul vocabuli *ἀλεξητής*, vt recte monuit *Lambertus Bos* [illegible] ad ſacros noui foederis libros p. 36. 37. Praeterea alia Theagenis commentitia oracula, pro quibus ſingulis drachmam et duos obolos captaſſe ait idem Lucianus p. 762. neque enim abſtinuit Alexandrum pro Sibyllinis illa venditaſſe. Quare etiam in praeſenti omitto, quod Ammianus Marcellinus Lib. XXII. c. 12. ſcribit ſub Iuliano Imp. *quemcunque, cum impraepedite liceret*, (ſub Conſtantino enim capitale fuerat) *ſcientiam vaticinandi profeſſum, iuxta imperitum et doctum, oraculorumque permiſſa ſcitari reſponſa.*

Chriſtani falſorum Sibyllinorum Architecti.

XIII. Verum vero inter Chriſtianos etiam ipſos non fuiſſent olim ſimiles falſorum Sibyllinorum architecti [r]). Sane haec ſuſpicio non heri vel nudius tertius oborta eſt viris doctis, ſed ſua iam aetate Chriſtianis obiectum fatentur Origenes, Lactantius, Conſtantinus, Auguſtinus, Sozomenus: vt aperte fallantur Rich. Montacutius, Ed. Simſon et alii viri docti, qui negant, Sibyllina ab antiquis producta Chriſtianis apud Ethnicos vel vnquam vocata fuiſſe in dubium, vel ab vno Celſo hoc factum affirmant, vt Penereginus. Conſtantini verba produxi c. XXX. n. 5. vbi egi de Acroſtichide; de Sozomeno dicturus infra c. XXXII. n. 8. *Lactantius* lib. IV. c. 15. *His teſtimoniis* [illegible] *eo confugere, vt aiant eſſe ea carmina Sibyllina, ſed a noſtris conficta atque compoſita.* *Auguſtinus* Lib. XVIII. de Civ. Dei c. 47. *Sed quaecunque aliorum Prophetiae de Dei per Chriſtum* [illegible] *gratia proferuntur, poſſunt putari a Chriſtianis eſſe confictae.* [illegible] *ſi de hac re contenderint*, [illegible] *ſuerint, quae vt diuina praedicta de Chriſto ea proferuntur*, [illegible] *Iudaeorum ſcripta ſunt codicibus.* Idem c. 46. *niſi forte quis dixerit, illas prophetias Chriſtianos finxiſſe de Chriſto, quae Sibyllae nomine vel aliorum proferuntur*, praeter illas nempe ſine controuerſia certiſſimas, quae exſtant in codicibus ipſorum Iudaeorum, ſiue in ſcriptis Veteris Teſtamenti. Dubitat et *Fauſtus Manichaeus* apud *Auguſtin.* XIII, 1. [illegible] *Sibyllae de Chriſto praeſagia, aut Hermetis, quem dicunt Triſmegiſtum, aut Orphei* [illegible] *Chriſtiani.* Conſer, quae *Auguſtinus* [illegible] *Celſus Epicureus* apud Origenem l. [illegible] VII. contra Celſum p. [illegible] (ed. Cantabr. p. 1677.) [illegible] *Σιβυλλαν* [illegible] Ad quam criminationem [illegible] p. 369. nihil aliud reſpondet Origenes, quam a Celſo non indicari, quae demum a Chriſtianis [illegible] et Sibyllae ſuppoſita fuerint, [illegible] *ſi* [illegible] *antiqua exemplaria* [illegible] Sed hoc [illegible] Celſus [illegible] neque Origeni ad manus erant illa omni exceptione maiora antiqua exemplaria, neque adeo cauſa haec ab Origene valde urgetur. Certe hoc tibicine non nititur Chriſtianae religionis veritas. Idem Cel-

r) I. G. theologiae doctor in facultate Pariſienſi, in: La critique abregée des Ouvrages des auteurs eccleſiaſtiques, tom I. p. 97. ſq. (Paris 1716. 12. mai.) libros, putat, Sibyllinos, quos habemus, a Chriſtiano quopiam confectos eſſe vel potius conſictos intra a. Ch. 135. et 150. Equidem cum *Opſopoeo, Gallaeo*, Diſſertat. de Sibyllis etc. XXI. p. 502. et *Freytagio* Adparatu litt. III. p. 85. aliisque cenſeo, nulli particulari adtribui poſſe ſpuria [illegible] ſcripta, neque ſimul vno eodemque tempore ab vno ſcriptore profecta fuiſſe carmina Sibyllina, nec eo ordine, quo hodie reperiuntur, fuiſſe conſcripta, ſed pedetentim collecta, ducta et ordinata. *Har.*

Celſus apud Origenem Lib. V. p. 272. Chriſtianos vocat Σιβυλλιστάς, eodem ſenſu vtique, quo occurrit apud *Plutarchum* in Mario p. 430. quod nimium ipſi tribuere ſ) viderentur vanis incertae fidei, quae Sibyllarum nomine ferebant, oraculis, perinde vt *Syllam* dictum accepimus Cornelium Rufum Decemuirum, corrupto mox nomine Syllam, qui ex Sibyllinis libris Apollinares ludos inſtituendos ſuaſerat populo Romano. Vide Macrobium Lib. I. Saturnal. c. 17. Sic Σιβυλλιᾶν eſt *vaticinari*, χρησμοὺς φαντάζεσθαι, vt explicat Scholiaſtes Ariſtophanis ad Equites v. 61. Adde Brodaeum Lib. I. Miſc. c. 35. *Sibylliſtarum* vocem etiam apud Plutarchum obſeruatam Budaeus exponit diuinos χρησμολόγους. Nam Σιβυλλαίνειν quidem Diodoro Siculo Lib. IV. p. 269. eſt ἐνθεάζειν *Numine agitante incaleſcere*, ſiue *furore diuino corripi*.

CAPVT XXXII

I. *De Sibyllinis Oraculis quae hodie exſtant, eorumque editionibus, ac verſionibus.* II. *Prooemium M. Antonii Antimachi. Sibyllae adhortatio de vno Deo colendo.* Προοίμιον περὶ τοῦ ἀνάρχου Θεοῦ. III. *Argumentum et dogmata libri primi Sibyllinorum, cum variis Obſeruationibus.* IV. *Libri ſecundi.* V. *Tertii.* VI. *Quarti.* VII. *Quinti.* VIII. *Sexti.* IX. *Septimi.* X. *Et octaui.*

[Cum ſupplementis W. Iaegeri et G. C. Harles.]

Editiones et verſiones. I. Reſtat, vt agam de collectione Sibyllinorum, quae hodieque exſtat carmine Graeco Hexametro, diſtributa in Octo libros, cuius editiones primum expoſiturus ſum, deinde argumenta ordine perſtringam, dogmataque praecipua perluſtrabo, denique quid de illa ſentiendum ſit, per aliquot obſeruationes oſtendam. Primam editionem debemus Xyſto Betuleio, qui ex codice Bibl. Auguſtanae Vindelicor. Graece edidit a) additis ſuis caſtigationibus, [*] Baſil. apud Oporinum 1545. 8. Mox latinam Metaphraſin

ſ) Cf. adnotatio *Guil. Spenceri* ad l. c. Origenis, p. 70. et *Cudworth Syſt.* Int. T. I. C. IV. *Iaeger.*

a) Betuleius in Epiſtola ad Io. Oporinum p. 105. edit. *Acroſticha* ex Euſebio ſeorſim ab Aldo excuſa eſſe, prodit: innuere autem videtur editionem Aldin. *Heſiodi, Theocriti, carmina Sibyllae Erythreae* graece. fol. Venet. 1495. Forſan eadem ſunt, quae in fronte libri ſequentis, (apud *Maittar.* Ann. typogr. tom. II. part. I. pag. 184 et apud *A. Chevillier* de l'Origine de l'Imprimerie de Paris pag. 249,) nominantur:

Βίβλος ἡ γνωμαγυρική; in hoc volumine contenta: Alphabetum graecum. Regulae pronuntiandi Graecum. Sententiae ſeptem ſapientum. Opuſculum de inuidia. Aurea carmina Pythagorae. Phocylidae poema admonitorium. *Carmina Sibyllae Erythreae de iudicio Chriſti venturo.* Differentiae vocum ſuccincta traditio: per Aegidium Gormontium 4 Paris. 1507.

Hic liber ideo quoque memorabilis videtur quoniam primus eſt liber *graece* Pariſiis excuſus. v. *Maittaire* lib. et parte laud. pag. 96. —

Sibyllae Erythraeae Vaticinium. Venet. 1522. 8.

Ex Aldino exemplari, quod a reliquis interdum diſcedit, deſcripta videtur editio rariſſima: copioſe recenſita a *Io. Dan. Ianozki* in Nachricht von denen in der Zaluſkiſch. Biblioth. ſich befindenden raren Büchern. Breslau. P. V. pag. 187 — 194. a. 1753. 8.

Carmina Sibyllae Erythreae, in quibus reſurrectio corporum, mutatio ſaeculorum: Dei aduentus ad iudicium, praemia et ſupplicia hominum deſcribuntur. Scholiis, quae ad grammaticam attinent additis. Paracleſis item ad graecarum literarum ſtudioſos. Cum ſermone de iocunda Chriſti reſurrectione etc. In calce: *Cracouiae. Impreſſum a Floriano, milleſimo quingenteſimo triceſimo quinto Chriſti natiuitatis anno, menſis maii vltima*: in 8. cura *Georgii Libani*, profeſſ. eloq. et poeſ. in vniuerſitate Cracou. — recuſa eſt editio typis nitidioribus Cracouiae 1545.

Heſiodus, Theogn. Sibyll. de Chriſto; Muſaeus, Orpheus, Phocylid. graece. per Benedict. Iuntam. Florent. 1540. 8.

Integrum corpus Sibyllinorum oraculorum edidit *Betuleius;* cuius editio rarioribus libris eſt adnumeranda;

Σιβυλλιακων χρησμων λογοι οκτω. *Sibyllinorum oraculorum libri octo, multis hucuſque ſaeculis abſtruſi, nuncque primum in lucem editi. Adiecta quoque ſunt Lactantii excerpta de his teſtimonia, cum Annotationibus per Xyſtum Betuleium, Auguſtanum.* cum Caeſ. Maieſt. gratia et priuilegio ad quinquennium. Baſileae. — In calce ex officina Ioannis Oporini. An. Salutis MDXLV. menſe Mart. 4.

Fabricius, Hamberger aliique, qui forſan Fabricii indicium ſequuti, exemplar ipſum non viderunt, formam in octonis produnt; at non ſolum exemplum meum formam, quam vocant, quartam manifeſto habet, ſed Maittaire quoque in Annalibus typogr. in tom. III. part. I. pag. 378. et in indice pag. 244. formam quartam deſignat. Ab eodem, loco poſteriore, indicatur:

Sibyllae Erythreae epiſtola cum comment. Ludou. de Tovar Hiſpani: Impreſſ. Senis per Symeonem filium Nicolai Nardi M. D. VIII. die IV. Aprilis. 4.

Betuleii vero exemplar quoniam non adeo cognitum eſſe intelligo; paucis deſcribam. In epiſtola nuncupatoria, ſcripta Auguſtae Vindelic. IV. Cal. Nouemb. a. 1544, ad Thomam et Ambroſium Blaureros, germanos fratres, alterum reipubl. alterum eccleſiae Conſtantienſis praeſides, inter alia, „dum, ait, Lactantiana teſtimonia cum Sibyllinis χρησμοῖς confero, animaduerto, vanam eorum eſſe opinionem, qui credere non potuerunt, Sibyllas quicquam de Chriſto fuiſſe vaticinatas: ceteras forte ex anu Vergiliana, quae Aeneae dux ad inferos fuiſſe a poeta fingitur, metientes. Sed rurſus illorum ſententia confirmatur optime, qui quartam eiuſdem Maronis Eclogam de Chriſti aduentu interpretantur, quum de aureo naſcentis Chriſti ſaeculo, de miraculis, de paſſione, de reſurrectione tam certo praedixerint, vt maior illis fides etiam de ſecundo aduentu vaticinantibus, meo quidem iudicio, ſit habenda merito. — Sic prorſus ſentio, deum totius vniuerſitatis opificem et adminiſtratorem, aeternam ſuam voluntatem et totam illam fatorum ſeriem, praeſertim ad ſalutem mortalium ſpectantem, ſicut Iſraelitis per Prophetas, ita gentibus per Sibyllas oſtendere voluiſſe, per idem nomen fatidicum. Sibyllae ſiquidem nomenclatio, ſi modo Lactantii expoſitioni credimus, conſilium dei ſignificat. etc." De codice vero iſto vnde illa Sibyllina curarit deſcribenda, in hac epiſtola ne verbum quidem dixit. (Eſt vero codex Auguſtanus: v. *M. Antonii Reiſeri* Indicem MSStorum bibliothecae Auguſtanae pag. 22. n. 6. Curatius tamen Betuleius codicem deſcripſit, recentem, eleganter quidem et ſplendide ſed parum orthographice curatum, in epiſtola ad Caſtalionem, qui illius particulam dedit in praefatione ad ſuam verſionem, de qua mox ſermo erit.) Tum ſequitur contextus graecus a pag. 9 — 103. Acroſtichis et vaticinium de Chriſto legitur p. 54. ſqq. Pag. 103. nomine typographi teſtatur Betuleius, ſe magna religione in exprimendis omnibus ita omnino, vt manu ſcriptum exemplar habebat, vſum eſſe, neque mutare quicquam libuiſſe, eorum etiam, quae deprauata per librarii negligentiam videbantur. Pag. 104. notati ſunt verſus Sibyllini a Lactantio citati, qui in his orationibus non inueniuntur. Illos excipiunt Betuleii epiſtola ad Oporinum et adnotationes, in quibus praecipue ea, quae apud Lactantium occurrunt, comparantur: putat ille, Nonnum, Ioannis Euangeliſtae paraphraſten, plurima Sibyllina imitatum eſſe et hos ſermones ſ. oracula adſiduo triuiſſe. Denique diverſarum Sibyllarum carmina aliquot, de quibus infra diſſeretur, latinitate iam olim donata et ex vetuſtiſſimo codice deſcripta, ſubiecit.

Sibyllina oracula de Graeco in Latinum conuerſa et in eadem annotationes, Sebaſtiano Caſtalione interprete; item Moſis carmen latino carmine redditum et Virgilii Ecloga quarta cum Io. Lod. Viuis ſcholio: ex officina Io. Oporini. Baſil. 1546. 8. In epiſtola nuncupatoria ad Maurum Muſaeum Franciſci Galliae regis apud Heluetios legatum, poſtquam ex Betuleii epiſtola de cod. Auguſtano diſſeruit, „praeter ea, inquit, eſt Ferrariae in Italia M. Antonius Antimachus, vir rarae doctrinae, qui vetus habet exemplar, quod cum hoc, quod ab Oporino excuſum eſt, contulit, et emendationem, (nam multos locos ex collatione correxit,) Oporino miſit; qua ego in transferendo vſus ſum." Optauit denique, vt Ranconetus in Gallia exemplar ſuum manu exaratum cum edito conferret, et Oporino mitteret emendationem. (Obſopoeus poſtea vſus eſt libro Ranconeti.) v. Maittaire Annal. tom. III. P. I. p. 386.

Sibyllinorum oraculorum libr. VIII. add. Seb. Caſtalionis interpretatione latina, quae graeco e regione reſpondeat, cum annot. Xyſti Betuleii in graeca Sibyllina oracula et Seb. Caſtalionis in tranſlationem ſuam. Baſil. per Io. Oporinum 1555. 8. In Catalogo librorum rariorum Baueri part. III. pag. 74. haec et ſuperior editio male habetur vna eademque.

D.

De editione Neandri et in Orthodoxographis iam egit Fabricius.

Σιβύλλαι χρησμοὶ, (Sibyllina oracula,) graece. Pariſ. 1566. 4. In Catal. Bibl. Barberinae vol. II. p. 383. et Maittaire Indic. pag. 244.

Sibyllina oracula lib. VIII. lat. cum eorumdem fragmento ex Lactantio p 123. in Biblioth. Patr. Pariſ. 1624. 1575. 1589. et p. 189. Colon. Agrip. 1618. etc. in Bibl. Bodlei. v. Sibyllae, tom. II. p. 508. et Biblioth. Lugd. Bat. p. 69.

Oracula Sibyllarum cum expoſitione et commentis lib. XII. inter *Leonardi Orlandi* (nati 1552. defuncti 1618) ſcripta vltimo loco refert *Antonius Mongitor* in Bibliotheca Sicula tom. II. pag. 64. ex narratione P. Ioſephi Barlotta Drepentani. Editionem igitur ipſam non viderat Mongitor: neque ego certi aliquid pronuntiare audeo.

Σιβυλλιακοὶ χρησμοὶ hoc eſt *Sibyllina oracula ex vett. codd. aucta, renouata et notis illuſtrata a D. Ioanne Opſopaeo Brettano. Cum interpretatione latina Sebaſtiani Caſtalionis et indice.* Pariſiis 1589. 1599. cum priuilegio regis in 8. form. maior. ib. 1607.

Diligenter fuſeque enarrat *Frid. Gotthilf. Freytag* in Adparatu litterario tom. III. pag. 85 — 92. et ea, quae Opſop. in hac editione praeſtitit, et multa alia, quae ad hiſtoriam editionum litemque de Sibyllinorum oraculorum fide atque antiquitate motam pertinent. Quare lectores ad eum ablego. Idem, quia altera a. 1599. editio ſocietatis typographicae pariſienſis epiſtolam dedicatoriam ad Iacob. Auguſt. Thuanum, Aimerium, ſanctioris conſiſtorii conſiliarium et ſupremi Galliarum ſenatus praeſidem Lutetiae Pariſiorum a. 1599. Idib. ſeptembr. ſcriptam, habet praefixam, et priuilegium regis Galliarum, Abel Langelier, Bibliopolae Pariſino conceſſum 1599. legitur, exiſtimat, editionem Pariſienſem anni 1589, quam Fabricius memorauit, minime exſtare. Atqui in Catalogis Bodleiano, Barberino, Salthениano, Lugdun. aliiſque reperi tantum commemorationem edit. a. 1599. At bis tamen inueni in Catalogo bibliothecae *Thuanae* vol. I. pag. 112. a. 1704. et vol. II. p. 71. vtramque Paris. 1589. auctiorem 1599. indicatam, et priorem laudaſſe videtur Rich. Simon. tom. I. Biblioth. ſelect. cap. 9. Rariſſimis igitur libris adſcribenda eſt. Locupletiſſima et elegantiſſima editio eſt:

Σιβυλλιακοὶ χρησμοὶ h. e. *Sibyllina oracula ex veteribus codicibus emendata ac reſtituta et commentariis diuerſorum illuſtrata, opera et ſtudio Seruatii Gallaei: Accedunt etiam oracula magica Zoroaſtris, Iouis, Apollinis* etc. *Aſtrampſychi Oneirocriticum* etc. *graece et latine cum notis variorum.* Amſtelodami apud Henr. et viduam Theodori Boom. 1689. 4. conf. Acta Eruditor. Lipſ. a. 1690. pag. 63. ſqq. et a. 1689. p. 15. ſqq. de eiuſdem *Seruat. Gallaei* diſſertationibus de Sibyllis etc. ibid. 1688. 4. v. quoque ſupra cap. XVII. §. IV. — De carmine quodam, σιβύλλης χρησμοῖς inſcripto, notiſque Aemilii Porti illuſtrato, cuius auctor ignotus eſt, v. *Mosh.* in Theſauro Epiſtol. Lacroziano, tom. I. pag. 299. qui initium deſcriptum miſit Crozio. —

De verſionibus haec addam: *Prophetia Heritheae Sibyllae, ex gr. in lat. per Eugenium Siciliae regem.* Venet. per Lazar. de Soardis. 1516. in Catal. Bodlei. tom. II. p. 508. — La Sibylle Françoiſe remonſtrant à la Frãce la reſſemblance de ſon Eſtat preſent à celuy d'Ilion. 1625. 8. In Catal. bibl. Barberinae p. 384. A *Io. Floyero* anglice conuerſa ſunt oracula: The Sibyllin Oracles tranſlated from the beſt greek Copies, and compared with the ſecond prophecies, eſpecially with Daniel and the Revelations and with ſo much hiſtory as pleinly ſhews that many of the Sibils predictions are exactly fulfilled — with anſwers to the Objections uſuals made againſt them by Sir John Floyer, Knigth. London. 1713. 8. v. Mem. litter. de la grande Bretagne tom. XI. p. 172. Memoirs of Litterature, tom. IV. pag. 5. Floyeri opus in linguam gallicam tranſlatum prodiit 1714. — Ille autem genuina eſſe oracula credidit. conf. Hiſt. critiq. de la Rep. des lettr. IX. p. 324. — Ad theotiſcam Nehringii verſionem pertinet eiuſdem Nochmahlige Vertheidigung der Sybilliniſchen Vertheidigung. Halae Sax. 1720. 8.

Offenbahrung der Sibillen Weiſſagungen mit viel andern Prophecien künftiger Dinge. Oppenheim 1516. 4. cum figur. v. Bibl. Solger. Part. II. pag. 115. Ibid. p. 288. n. 1380. laudatur opuſculum perrarum, *XII Sibyllarum icones elegantiſſimi a Criſpino Paſſaeo delineati.* 1601.

La Deifobe, ovvero gli Oracoli della Sibilla Cumea, Monodia di Bernardino Baldi da Vrbino Abate di Guaſtalla, e Accademico Affidato, nella quale ſi ha come in Compendio tutta la Storia Romana. In Venezia, appreſſo Giambattiſta Ciotti Saneſe. 1604. 8. in Biblioteca degli autori antiche — Paitoni. tom. IV. pag. 50.

Iam ſupra multi laudati ſunt viri docti, qui de antiquitate fideque oraculorum Sibyllinorum in vtramque partem diſputarunt. Adiicienda eſt commemoratio libri rariſſimi: *De vaticiniis Sibyllarum opuſculum. Oppenheim.* ſine a. 4. cum figg.

taphraſin Heroicam (paucis locis, quae non cepiſſe ſe vir ingenuus fatetur, exceptis) elaborauit Sebaſtianus Caſtellio, edidit que cum notulis quibusdam eodem loco formaque anno proximo 1546. Hinc Graece et Latine cum Betuleii et Caſtellionis caſtigationibus recuſa ibid. 1555. 8. [ap. Io. Oporin. Textus emendatus eſt ope Cod. MSſ. quem Marcus Antimachus poſſidebat. Emendationes partim in textum receptae, partim in margine adiectae ſunt. Praeter iſtum Codicem etiam loci Patrum quorundam. Eccleſiae ad textum emendandum adhibiti fuerunt. *Iaeg.*]. Loca, quae de Chriſto et rebus Chriſtianis agunt, excerpſit et cum proteuangelio Iacobi atque aliis Apocryphis recudenda dedit Michael Neander ibid. 1564. 8. Prodierunt etiam Sibyllina Graece ac latine in Orthodoxographis vtriuſque editionis Baſil. 1555. et 1569. Fol. Et in Appendice ad Bibliothecam Patrum Graeco-latinam Bigneanam Pariſ. 1624. Fol. Elegans inprimis et emendata editio Sibyllinorum eſt, quam, praemiſſo Onuſrii Panuinii de Sibyllis libello [a]), cum Sebaſtiani (non Iohannis, vt perperam ſub init. notarum excuſum eſt) Caſtellionis Metaphraſi notisque, Notis item Betuleii, ac ſuis, tum ſoluis fragmentisque Sibyllarum atque aliis priſcis oraculis ex antiquitate vndique conquiſitis in lucem emiſit *Io. Opſopoeus*, Medicus ac Philoſophus Palatinus [b]), Pariſ. 1589. 1599. 1607. [c]). 8. vſus libris Turnebi, Ranconeti et Ioh. [d]) Aurati, MSto item codice Regis Galliae atque alio P. Pithoei. Apud Blon-

ſigg. per *Iacobum Koebelium* teſte Catalogo Schwarziano, part. II. n. 888. pag. 279. ſq. in Catalog. bibliothecae Chriſtiae part. I. pag. 271. adnotatur: *a.* 1490. *circiter.* vide infra ad cap. 33. §. 20. Plures vero viros doctos produxit et praecipue hiſtoriam litis inter Markium et Craſſetum, atque inter Iſaac. Voſſium ac Richardum Simon agitatae texuit *Freytag* Adpar. litt. tom. III. p. 85. et pag. 90. ſqq. p. 92. meminit programmatis a patre ipſius, ſcholae prouincialis Portenſis Rectore, ſcripti, quo *Sibyllae Erythraeae oraculum de typographia expendit.* Numburgi 1740. fol. Nam nonnulli inter viros doctos opinionis errore et praua interpretatione decepti verſum libr. IIX. p. 367. ed. Opſopoei Ἄιλινος ἥκοντα καιρὸς, ὅτι λῖνος αὐτέιλεῖται ita explanarunt, vt artis typographicae inventionem illo portendi exiſtimarent. Freytagius vero exponit verſum de miſeris iis temporibus, quae imperante Hadriano ingruere coeperant, et verba graeca ſic latine reddidit, *Miſerabile hoc erit tempus, quoniam carmen lugubre illud conſumet.* Ad incendium Romae refert Fabricius infra cap. 32. §. VIII. — Nubem quoque ſcriptorum de illis carminibus excitatam videbis infra cap. 33. §. 22. et in Catalogo bibl. Bunauianae, vol. I. pag. 62. 63. — In bibliotheca Vindobonenſi Caeſarea eſt cod. mſtus chartaceus antiquus in quarto, in quo a fol. 1. pag. 1. vſque ad fol. 61. pag. 2. ſcripta extant: *Sibyllinorum oraculorum libri octo cum praefatione graeca Marci Antonii Antimachi.* Lambecius in Comment. de Bibl. Caeſ. libr. et vol. VIII. col. 91 — 110. poſtquam illum codicem deſcripſerat paucis, et opus Sibyllin. oraculorum ſaeculo poſt Chriſtum ſecundo circa imperatorum Antoninorum Pii, Philoſophi et Commodi tempora confictum videri pronuntiarat, ea, quae in Prodromo hiſtoriae litter. libr. I. cap. 4. §. 4. copioſe diſputarat de auctoribus, aetate et mala fide illorum vaticiniorum, cum docta Opſopoei diſſertatione, editioni 1599, (nam ed. 1589. ignorauit Lambecius, vt ex notis et ipſa oratione patet,) praefixa, repetiit auxitque. *Harl.*

b) Is libellus primum prodiit Venetiis 1567. 8. recuſus poſtea cum nonnullis aliis eiuſdem operibus, Heidelbergae 1588. fol. *Harl.* Nonnulla de Sib. orac. monent etiam Io. Sal. Semlerus in: Hiſtor. Einleitung zu D. Baumgartens Polemick T. II. p. 275. ſq. Moshemius in Comment. de reb. Chriſt. ante Conſtant. M. p. 229. qui libros illos Antonini Pii aetate confictos cenſet, et Auctor libri: Kritiſche Geſchichte des Chiliaſmus (1781.) T. II. c. 15. de Chiliaſmo eorum egit. *Beck.*

c) Denatus Heidelbergae, e Gallia redux 1596. aetatis anno XL. v. *Freytag* in Adpar. litter III. pag. 99. et *Chaufepié* in Nouveau Diction. hiſtor. et critique tom III. p. 50. v. *Opſopaeus*, vbi quoque memoratur ed. a. 1589. *Harl.*

d) Hanc tertiam editionem vitioſiſſime [illegible] notat Vir Cl. Th. Crenius parte 10. Animaduerſ. philolog. et hiſtor. p. 73. ſq.

e) Stuckius in Epiſt. ad Goldaſtum (XIII. [illegible] editas Francof. 1688.) *Quam doleo*, inquit, *me* [illegible]

Blondellum lib. I. de Sibyllis c. 29. vbi Opſopoeus, typographus Baſileenſis, dicitur Sibyllina inſeruiſſe Orthodoxographis, duplex error commiſſus eſt; nam et Opſopoeus confunditur cum Oporino, et editio Oporini cum editione Henrici Petri, quae in Orthodoxographis habetur. Denique *Seruatius Gallaeus*, Paſtor Eccleſiae Walonicae Harlemenſis, cuius exercitationes XXII. de Sibyllis earumque oraculis prodierant Amſt. 1688. 4. Opſopoei editioni integrae, nitidis typis iterum ſubiectae, adiunxit vberiores annotationes, ex variis ſcriptoribus, recentibus maximam partem, ad loca non difficillima, neſcio quo diſcrimine collectas, et loca quaedam emendauit ope codicis MS. quem antiquiſſimum vocat, et a viro doctiſſimo, Eduardo Bernhardo, accepiſſe ſe fatetur. Amſterd. 1689. 4. Praetereo editiones Metaphraſeos Caſtellionaeae, ſine contextu Graeco editae, vt quae in Bibliothecis Patrum exſtat, et quae a Dan. Claſenio curata eſt ad calcem libri tertii de oraculis, qui ipſe de Sibyllis ac Sibyllinis totus agit. Helmſt. 1673. 4. Tum Gallicas Sibyllinorum verſiones [P] *Symphoriani Camperii*, et *Vrbani Renerii*, de quibus auctor libri Gallici *Eſſais de literature* menſe Sept. 1702. tom. I. pag. 185. et menſe Februario anni 1703. p. 86. denique Germanicam *Ioh. Chriſtiani Nehringii* editam Erfurdi A. 1702. 8. notiſque illuſtratam; [quae emendatior et auctior, vt in fronte legitur, recuſa eſt Halae Magdeburgicae, A. 1719. 8. *Iaeg.*]

Antimachi Prooemium. II. In quibuſdam Graecolatinis editionibus praemittitur *Marci Antonii Antimachi*, qui medio ſaeculo decimo ſexto graecas literas Ferrariae docuit, *prooemium* Graeca proſa ſcriptum f), itemque *Sibyllae* (Erythraeae, ſi credimus Lactantio) *adhortatio ad humanum genus de vno Deo colendo*, octoginta quatuor verſibus Hexametris conſtans, qua eam ἐν ἀρχῇ προφητείας αὐτῆς viſam teſtatur *Theophilus Antiochenus* Lib. II. ad Autolycum f. 112. Verſus quoſdam ex eodem exordio allegantibus etiam Iuſtino, Clemente Alex. Lactantio et Euſebio. Docet inter alia, pios habitaturos paradiſum ἐριθηλέα κῆπον, et pane de coelo cibandos, quod de paradiſo terreſtri, ſiue ex quo Adam pulſus, acceperunt veteres, Tertullianus, Origenes, Theophilus, Lactantius et alii apud *Blondellum* Lib. II. de Sibyllis c. II. Vide et *Valeſium* ad Euſeb. p. 257. ſequ. Huetii Origeniana p. 149. ſequ. *Septem verſiculi* ſiue προοίμιον περὶ τοῦ ἀνάρχου Θεοῦ libro primo Sibyllinorum praefixum, collectum eſt e Lactantio, penultimus verſus legitur etiam Lib. II. p. 216. edit. Opſopoei, quam ſemper hic ſequimur.

Argumentum et dogmata lib. I. III. *In libro primo* g) Hiſtoria creationis, lapſus Adami ad imaginem diuinam conditi, tum diluuii ita deſcribitur, vt ex Geneſeos libro petitam clariſſime appareat. Negat etiam Sibylla, coruum a Noacho emiſſum rediiſſe, ſecuta ple-

 roſ-

Ioh. Aurati praeceptoris mei viri ingenioſiſſimi et in emendandis antiquis Poetis Graecis acutiſſimi dictata et annotationes in Sibyllina carmina ante multos annos ex eius ore calamo exceptas Lutetiae amiſiſſe.

f) Exſtat id prooem. etiam in cod. Vindob. Epitaphium Antimacho fuit ſcriptum a Lilio Gyraldo tom. I. delic. poetar. Ital. pag. 1233.

g) *Whiſton* genuina eſſe putat praefationem, librum quartum et partem libri III ac V. quae quidem graece et anglice edidit et illuſtrauit in: A Vindication of the Sibylline Oracles. To which are added the Genuine Oracles themſelves; with the ancient Citation from them; in their Originals and in Engliſh, and a few brief Notes by W. W. London, printed for the Author etc. 1715. 8. Idem in: A Supplement to the literal Accompliſhment etc. Londini 1725. mai. 8. diſſ. III. oracula Sibyllarum cum Ecl. IV. Virgilii operoſe comparauit, multis illuſtrauit obſeruationibus, et vtrumque opus pro vera habuit prophetia. De illis oraculis antea quoque diſputarat in: The literal Accompliſhment of Scripture-Prophecies, etc. Londini 1724. mai. 8. *Harl.*

reſque codices Graecos Geneſ. VIII. 7. confer *Ioh. Clericum* ad h. l. et *Bochartum* part. 2. Hierozoic. Lib. II. c. 12. Similiter ſacris literis debentur alia pleraque, vt nomen Dei Σαβαὼθ p. 184. et Σαβαὼθ Ἀδοναῖος p. 204. et quae Deus de ſe p. 171.

Εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ἐὼν, (σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον),
Οὐρανὸν ἐνδέδυμαι, περιβέβλημαι δὲ θάλασσαν,
Γαῖα δέ μοι στήριγμα ποδῶν περὶ σῶμα κέχυται,
Ἀὴρ δ' ἠδ' ἄστρων με χορὸς περιδέδρομε πάντη.

Aenigma de Dei nomine nouem literarum, optime mihi videtur explicari a Iohanne Aurato, vt intelligatur Θεὸς σωτὴρ, vel certe P. Morelli ἀνέκφωνος quod placet II. Voſſio c. 8. de Sibyllinis. Aemari Ranconeti enim ἀρσενικὸν apud Cardanum X. 51. de rerum varietate, quod probatur Olao Borrichio p. 100. de ortu ac progreſſu Chemiae et Sam. Reyhero capite 3. de nummis Chemicis, item Leibnitio in Miſcell. Berol. pag. 20. Kircheri ſubterran. tom. II. p. 251. Ioannis item Brentii φωσφόρος apud Io. Hartungum T. 2. Lampadis artium Gruterianae p. 648. vbi Heidelbergae ſe publice Sibyllina interpretatum eſſe teſtatur, et reliquae ab Opſopoeo memoratae expoſitiones, perinde vt Io. Harduini μανδραγόραν Chronolog. [?] V. T. p. 31. longius petitae ſunt, maxime vero, quae afferuntur a Morhofio τῷ μακαρίτῃ p. 105. libri primi Polyhiſtoris et doctiſſimo Wedelio decad. IX. diſſertationum Medico-Philologicarum Exercit. 7. de aenigmate Sibyllino Chymico [h]. Vocabulum ᾅδης p. 164. Sibylla ait dictum, quod primus illam ſubierit Adamus omnes ſecum poſteros tracturus, quae mirifica profecto etymologia eſt. adde Vnſchuldige Nachrichten 1728. p. 1275. De dogmate ipſo, quod in aliis etiam Sibyllinorum locis et apud Tertullianum multoſque alios veteres ſcriptores Eccleſiaſticos reperitur, omnes nempe hominum animas atque adeo piorum quoque non confeſtim in paradiſum, ſed εἰς ἀίδαο δόμους ἐς δ' Ἀχέροντα ἰέναι κελεύεσθαι, vide *Blondellum* Lib. II. de Sibyll. c. 9. et 30. et 33. ſeq [i]. *Voſſium* Theſ. Theolog. p. 90. ſequ. *Allatium* de libris Eccleſiaſticis Graecorum pag. 266. ſequ. 298. ſq. *Elmenhorſtium* ad Gennadii dogm. Eccleſ. c. 78. *Oueralli* Epiſcopi Noruicenſis diſſertationem apud Montacutium Apparat. p. 51. ſq. Lud. Capellum Opp. poſthum. pag. 243. ſequ. *H. Dodwelli* diſſ. Cyprian. 12. Ἐγρήγοροι ἀλιτρηροὶ, quos p. 167. Sibylla memorat, angeli ſunt ἐγρήγοροι dicti in fragmento Henochi et Dan. IV. 13. vt legit Clemens Lib. II. c. 9. paedagog. Porro ex Nouo foedere manifeſte hauſta ſunt, quae diſerta nimis ad finem vſque libri primi in Sibyllinis ſuccedunt vaticinia de Ieſu Chriſto, eius vita

h) v. Fabricium noſtrum vol. XII. p. *696*. ſq. *Harl.*

i) Quoniam Fabricius ad *Blondelli* librum haud ſpernendum ſaepius prouocat, libri, inter perraros numerandi, inſcriptionem dabo: Des Sibylles celebrées tant par l'Antiquité payenne, que les ſaincts peres, Diſcours traittant de noms et du nombre des Sibylles, de leurs conditions, de la forme et matiere de leurs vers, des Livres qui portent jusqu' aujourd'huy leurs noms, et de la Conſequence des ſuppoſitions que ces Livres contiennent, principalement touchant l'eſtat des hommes bons et mauvais apres la mort. Par *David Blondel.* Se vendent à Charenton etc. MDCXXXXIX. 4. de hoc libro agit quoque *Clement* in Biblioth. hiſtor. et critique, tom. IV. pag. 297. ſq. et *Hamberger* in zuverläſſigen Nachrichten, vol. I. p. *6*. vbi de Sibylla exponit, adde infra ad §. 22. *Harl.* Verſionem Blondelli non nemo Amſtelodami iam diu meditatur, inquit Chriſtophor. Arnoldus in Spicilegio ad I. H. Vrſini librum de Zoroaſtre p. 70. Blondelli liber laudatur ab Huetio in Demonſtr. evangel. Prop. IX. cap. 171. §. 10. recenſetur et ſimul valde laudatur in Iourn. des Savans. 1714, m. Iun. p. 638. ſqq. *Heum.*

vita, morte, reſurrectione, ceſſatione Prophetarum, Apoſtolorum praedicatione et vaſtatione Hieroſolymae. Equidem p. 191. in verſu:

'Αλλά γε καὶ μετὰ ταῦτα Σόλοι καθοδηγοὶ ἔσονται

pro Σόλοι ſuſpicetur aliquis, legendum ςόλοι, h. e. *miſſi*, vt Apoſtoli intelligantur.

Libri ſecundi. IV. *Libro ſecundo* continentur oracula de die extremo, quem praecedet *μέγα σῆμα* ex Matth. XXIV. 30. conf. *Voſſii* theſes Theolog. pag. 228 ſeq. Fallitur enim Gallaeus, qui ad hunc Sibyllinorum locum p. 192 ſq. multa diſputat de ſtella, quae apparuit Magis, Matth. II. Pergit Sibylla de Belial ſiue Anti-Chriſto, de reditu Iſraelis, de Elia venturo. (Conf. Lactantii fragmentum apud Baluz. T. 2. Miſc. p. 46. Grotium ad Sirach. XLVIII. 10. Huetium ad Origenem pag. 53.) hinc de reſurrectione, iudicio, praemiiſque bonorum ac malorum poenis. Pag. 196. poſt verſum κ' ἐ θέμις in codice Bibliothecae Regis Galliae inſeruntur verſus paraenetici LXXXIV. qui exhibentur ab Opſopoeo p. 404. ſq. a Gallaeo ſtatim illo loco inſeruntur p. 203. ſq. multa gemina continentes carmini Phocylidis, cuius *κεφάλαια* inde ex Sibyllinis *κεκλεμμένα* tradidit Suidas. Verſus 'Ηκαρ ἐρεμιὴλ p. 203. ita legendus eſt [k]:

'Ηρακιὴλ, 'Ραμιὴλ, 'Ουριὴλ, Σαμιὴλ, 'Αζαὴλ τε. [ℙ]

p. 204. τὰς μετ' ἠρεμίαν eſt intelligendum de ſuſcitatis *poſt quietem* ſepulcri iudicandis. Pag. 207. ait, omnes ante iudicium deducendos διὰ αἰθομένε ποταμοῖο καὶ φλογὸς ἀσβέςε, pios quoque p. 211. veluti per ignem quendam purgatorium, quod a Sibylla mutuati ſunt Irenaeus, Origenes et alii veteres. Vide *Blondellum* Lib. II. cap. 10. *Huetii* Origeniana Lib. II. qu. XI. num. 8. *Spencerum* ad Origenem contra Celſum p. 49. et Benedictinorum prolegomena ad Hilarium p. 72 ſq. Longe diuerſus tamen eſt hic ignis a purgatorio igne romanae eccleſiae, vt oſtendit *Voſſius* Theſ. Theolog. pag. 99. *Gerhardus Titius* de phraſibus Patrum cap. 18. Vide et *Forbeſium* Lib. XIII. Inſtruct. Hiſtorico-Theol. cap. 2. ſequ. *Hottingerum* in Wegweiſer parte 3. pag. 343. ſequ. Blondellum Lib. II. c. 28. ſeq. et 43. Et ex ipſis Romanae Eccleſiae ſcriptoribus *Eliam Dupin*, in reſponſo ad Petit-Didierii obiectiones ad calcem Tomi 6. Bibl. Eccleſ. p. 20. vbi ingenue negat, purgatorium confirmari poſſe vel ex viſione Perpetuae, quae ſuis precibus fratrem Dinocratem de loco tenebroſo ad meliora loca promotum animaduertit, vel ex igne iudicii, quem admiſit Origenes. Lactantius, aliique priſci Patres, vel denique ex epiſtola 55. Cypriani ad Antonianum pag. 109. edit. Oxon. quem locum alio ſpectare oſtendit etiam Rigaltius et Benedictini prolegom. ad Hilarium pag. 71. Porro, malorum poenas εἰς αἰῶνας ὅλας duraturas Sibylla aſſumat eadem pag. 207. εἰς αἰώνων ἐνιαυτὲς Lib. VII. pag. 359. ita tamen, vt piorum precibus poſſint ex inferis liberari pag. 212. ad quem locum qui incipit a verbis Τοῖς καὶ ὁ παντοκράτωρ in codice Regio hanc ἀντίῤῥησιν reperit Opſopoeus:

Ψευδῆ προφανῶς. οὐδὲ γὰρ λήξει ποτὲ
Τὸ πῦρ κολάζον τὰς κατακεκριμένας.
Κἀγὼ γὰρ ἂν εὔξαιμι τοῦθ' οὕτως ἔχειν,
'Ουλαῖς μεγίσταις σφαλμάτων ἐστιγμένος,
Αἳ μείζονος χρῄζουσι φιλανθρωπίας.
'Αλλ' αἰσχυνέσθω φληναφῶν 'Ωριγένης,
Πέρας γενέσθαι τῶν κολάσεων λέγων.

Quo.

k) Hoc repetit Fabricius Cod. pſeudepigr. V. T. pag. 181. *Heumann.*

Quos verſus ita vtcunque tranſtuli:

Haec falſa perſpicue; nec vnquam deſinet
Ille impiorum tortor ignis feruidus.
Optarem et ipſe equidem, iſta ſic contingerent,
Nam maximis qui ſtigmatis ſunt criminum
Inuſti, iis maiore gratia eſt opus. [ʘ]
Verum erubeſce nugigerule Origenes,
Qui deſituras eſſe poenas dictitas.

Cotelerius vir doctiſſimus ad Epiſt. 2. Clementis Romani in verſu quarto rectius legit *ἐςιγ-μένος*, vt ſenſus ſit:

Qui maximis maculis inuſtus criminum
Deformor ipſe, queis plus gratiae eſt opus.

Quanquam videtur paulo durius, auctorem ſe ipſum inter damnatos computaſſe, et a ſola poenarum, quam mox negat, ceſſatione vanum ſolatium ſibi quaeſiuiſſe. Ceterum *Origenes*, cui velut praecipuo propugnatori doctrina illa tribuitur, Lib. VI. contra Celſum p. 301. fatetur *minus tutum eſſe eandem propalare*, διὰ τοὺς μόγις φόβῳ τῆς αἰωνίου κολάσεως *ſe a flagitiis abſterreri patientes* [l]). Facile tamen crediderim, eos, qui non modo amore Dei, monitis, ac promiſſis ſempiternae ſalutis duci ſe haud patiuntur; ſed tanta etiam ſunt malitiae pertinacia, vt poenas longiſſimas et exquiſitiſſimas, quas impiis paratas eſſe omnes fatentur, ſ[illegible] eſſ[illegible]cant, etiam minime curaturos eſſe, ſi quis omni fine carituras e ſacris literis oſtendat. Ceterum damnatis etiam ac iam defunctis preces ſuperſtitum Chriſtianorum et eleemoſynas quodammodo prodeſſe ac παραμυθίαν quandam illis conciliare, *Chryſoſtomus* hom. 3. in Epiſt. ad Philipp. et ab eo tempore alii quidam et recentiores Graeci affirmare non dubitarunt, vt oſtendit *Blondellus* Lib. II. c. 15. et 32. et *Petauius* Lib. III. de Angelis c. vlt. recte hoc negantibus reliquis propemodum omnibus, adeo vt auctor Conſtitutionum Apoſt. Lib. VIII. c. 43. doceat, impiis, ſi quis pro eorum ſalute poſt mortem non preces modo offerat, ſed vniuerſas mundi opes elargiatur pauperibus, ne hilum quidem iuuari. Verum Sibylla non de precibus hominum degentium in hac vita; ſed beatorum iam, et in paradiſo ſiue campo, vt vocat, Elyſio verſantium agit, quibus damnatorum etiam poenas dicit Deo concedente mitigandas ac finiendas. De ſanctorum vita functorum [m]) precibus ad Deum vide Apoc. VI. 9. *Origenem* libello de Orat. n. 34. *Caeſarium* quaeſt. 78. p. [illegible]. *Ambroſium* in extremo Orat. de fide reſurrectionis, et lib. 2. de Cain et Abel, vbi de ſanguine clamante Abelis, *Cyrillum* Hieroſol. V. 6. Catecheſ. Myſtagog. *Nazianzenum* Orat. XX. in fratrem [illegible] p. [illegible]. *Glycam* p. 193. Annal. et *Grotium* Appendice de Anti-Chriſto p. [illegible]. [illegible] quoque [illegible] περὶ ἀρχῶν p. 725. ait animas ſanctorum Patrum [illegible] [illegible] [illegible]. *Ignatius* [illegible] in extremo Epiſtolae ad Trallenſes [illegible] [illegible]. Aliud omnino genus precum et primo Chriſtianis [illegible] eſt, quo a viuis ac ſpirantibus orantur defuncti, [ʘ] abſentes [illegible] preces vel ignorantes,

vel

l) v. Iournal literaire tom. I. p. 347.

m) Similem Ethnicorum hominum fuiſſe opinionem cognoſces e Libanio T. 2. p. 218. b. [illegible] ſeb. XII. Praepar. 3.

vel non currentes Eſ. LXIII. 16. Pag. 211. ſequ. et alibi ſtatum beatorum ita deſcribit Sibylla, vt ſententiae eorum, qui de futuro regno Chiliaſtico in his terris ſuauia quaedam et mira ſibi promiſerunt, praeluſiſſe videatur. Confer Blondellum Lib. II. c. 12. Certe ad illam diſerte prouocat Lactantius Lib. VII. c. 24. atque inde Sibyllae teſtimonio plurimum ſe tribuere etiam noſtra aetate eſt teſtatus Ioh. Wilhelmus Peterſenius in nube teſtium de regno Chriſti glorioſo Lib. I. p. 131. ſequ. Lib. II. p. 125.

Pag. 212. Sibylla magnorum ſe criminum ream faſſa confugit ad Seruatorem, perinde vt Lib. VII. p. 361. Sequitur inde Dei conditoris laus, illum ſolum colendum, non idola, in quorum veneratores frequentiſſime vehementiſſimeque inuehitur. Denique p. 219. legitur oraculum de magno Rege et tribus Romanam rempublicam peſſumdaturis, de quo ſupra c. XXX. num. 9.

Pag. 216. nomen Adami tetragrammaton ait quatuor plagas mundi ſignificare, *ἀνατολὴν*, *δύσιν*, *ἄρκτον*, *μεσημβρίαν*, vnde forte auctor Geoponicon Lib. XIV. c. 5. columbarii quatuor angulis iubet inſcribi nomen Adam, vt inde ſerpentes beſtiae fugentur. Eadem Cabbaliſtica argutia occurrit apud *Auguſtinum* tract. 10. in Iohannem et in tractatu de montibus Sina et Sion, qui legitur ad Calcem Cypriani. Vt omittam Amalarium Fortunatum Lib. I. c. 7. de Eccleſ. Offic. et Iſidorum Hiſp. c. 11. de ordine creaturarum T. 1. ſpicilegii Dacheriani p. 295. ſeq. Aeque acutum eſt, quod Angelus Rocha de Bibl. Vaticana p. 93. ideo primum hominem Adam, foeminam primam Euam per myſterium dictos perhibet, quod infantes mares, cum primum lucis vſura frui incipiunt, A. foemellae autem E. ſonare deprehendantur, quod explodit Wagenſeilius in Sota p. 112. riſurus forte, ſi vidiſſet, Iohannem Petrum Ericum in humanae linguae geneſi p. 1. et 4. ſerio ſcripſiſſe, primam Adami vocem fuiſſe admirantis, ἆ, alteram, cum Eua oculis ipſius ſe offerret, olfacientis pariter et admirantis ὖ. Lepidus etiam eſt *Elias de S. Tereſia*, cum in legatione Eccleſiae triumphantis ad militantem pro liberandis per preces animabus ex purgatorio p. 1151. ita ſcribit: *Hoc quidam ſcioli ſugillant, quia Adam Ebraeum tribus literis conſtans, et iſta verba quatuor graeca. Sed bene Eugubinus in c. 1. Geneſ. tales vanitatis arguit, quaſi Deus, cui omnia futura ſunt praeſentia, non potuiſſet reſpexiſſe etiam myſterium aliquod linguae Graecae, quam ſuo tempore praeuidebat oriundam.* Belle ſane. Sic Franciſcus Biuarius non dubitauit affirmare, virum neſcio quem Apoſtolicum, Caecilium, Hiſpanice locutum, et Apocalypſin Iohannis commentario illuſtraſſe lingua, quae nondum exſtabat, ſed qua [!] olim eſſent vſuri Hiſpani. Vide, quae notaui in codice Apocrypho N. T. p. 962. Rectius Eugubinum eo nomine reprehendit Eraſmus Lib. XXVI. Epiſt. 34. et ad Iohannis 2. probat Hieronymum, ridentem graecam allegoriam in vocabulis hebraicis.

Tertii libri. V. *Liber tertius* incipit a vaticinio de Anti-Chriſto, quem locum abſurde de Luthero accepit Guilelmus de Alabaſtro, Anglus, apparatu in reuelationem Ieſu Chriſti. Antverp. 1607. 4to. Nempe verba Ἐκ δὲ Σεβαστηνῶν Caſtellio vertit: *Ex Auguſtinis* (ſic apud *Sueton.* Nerone c. 25. *Auguſtiani*, *Tacito* XIV. 15. *Auguſtani*, Dioni Αὐγούστειοι, vt *Caeſareani*, *Pompeiani*) etc. i. e. ex Caeſaribus ſiue ex Auguſti familia, quod lepidus ille homo de ordine Auguſtinianorum interpretatus eſt, in quo fuit, cum Papiſmi abuſus primum aggrederetur. Lutherus. Non hoc autem loco tantum, ſed pluribus aliis, vbi de Belial et

Anti-Chriſto Sibyllini libri loquuntur, intelligunt *Neronem*, quem vates quidam praedixerant imperio romano deſtituendum; ſed poſtea orientis dominationem et nominatim regnum Hieroſolymorum occupaturum, teſte *Suetonio* c. 40. Vide et Sibyllina Lib. V. p. 319 ſq. p. 331. Lib. VIII. p. 368. et *Thom. Ittigii* ſelecta hiſtor. eccleſ. ſaeculi II. cap. p. 492 ſq. vbi contra Iacob. Tollium obſeruat, fabulam de Nerone ſuperſtite non Chriſtiani deberi, ſed gentibus, Sueton. c. 57. Tacit. II. Hiſt. 8. et Dioni Chryſoſtom. orat. 20. p. 273 (371. D). Neque vero defuerunt olim huius ſententiae de Nerone Antichriſto patroni, vt teſtatur *Auguſtinus* Lib. XX. de Ciu. Dei c. 19. qui locum Apoſtoli ad Theſſalonicenſes enarrans, *quidam*, inquit, *putant hoc de imperio dictum fuiſſe Romano, et propterea Paulum Apoſtolum non id aperte ſcribere voluiſſe, ne calumniam videlicet incurreret, quod Romano imperio male optauerit, cum ſperaretur aeternum: vt hoc, quod dixit*, iam enim myſterium iniquitatis operatur, *Neronem voluerit intelligi, cuius iam facta velut Anti-Chriſti videbantur. Vnde nonnulli ipſum reſurrecturum et futurum Anti-Chriſtum ſuſpicantur. Alii vero nec eum occiſum putant, ſed ſubtractum potius, vt putaretur occiſus, et viuum occultari in vigore ipſius aetatis, in qua fuit, cum crederetur extinctus, donec ſuo tempore reueletur et reſtituatur in regnum* (Conf. Suetonium in Nerone c. 57.). *Sed multum mihi mira eſt haec opinionum tanta praeſumtio.* Etiam Paulum de Nerone agere crediderunt Chryſoſtomus ad 2. Theſſ. 2. et ſermone ſecundo de Eleemoſynis, tum Theodoritus, Theophylactus, Oecumenius, et e Latinis Sedulius, quibus Seuerum n) Sulpicium addit Grotius, ipſe agi putans de Caio Caeſare Caligula, qui non minus e Neronum familia fuit. Sed et Commodianus, inſtructionibus a Rigaltio editis c. 41. Neronem pro Antichriſto habet o). Vt omittam [illegible] Pſeudo-Linum de paſſione Petri ac Pauli. Hieronymus in Daniel. 2. *Multi noſtrorum putant ob ſaeuitiae ac turpitudinis magnitudinem Domitium Neronem Antichriſtum fore.* Druſius ad Sulpic. Seuer. legit *Domitianum aut Neronem*, quod locum Hieronymi ita laudat gloſſa ordinaria in 1. Maccab. 1. Neronem pro typo Antichriſti habuit Haymo ad locum Epiſtolae ad Theſſalonicenſes. Succedunt inde in Sibyllinis Oraculis de turri Babylonica et multiplicatis ad illam linguis, quae ita in Sibylla legit etiam Alexander Polyhiſtor, ſi fides Syncello p. 44. tum de prole Saturnia primoque bello. Hinc de variis regnis, quae ſubinde ſe exceperunt, eorumque fatis. De Iudaeis multa p. 232 ſq. quos Sibylla p. 236. ait ex Palaeſtina pellendos, quod ſtatuas [illegible] coluiſſent p. 239. Eodem in loco p. 232 ſq. omne genus ſuperſtitioſarum diuinationum damnatur ac proſcribitur, quod ex Sibylla laudat etiam *Lactantius* Lib. II. c. 17. Eorundem verſuum in auaritiam, qui p. 235. ex Phocylide petiti notantur, neque extant in codice [illegible] MS. vix gemina ſententia v. 38 ſq. in Phocylidis adſcriptis carminibus reperitur, ſed et alibi in auaritiam inuehitur Sibylla, vt Lib. III. p. [illegible] Lib. VII. p. 363. P. 24[illegible]. ait ſe fruſtra a Deo petiiſſe, vt deinceps deſiſteret vaticinari, ſed iterum iterumque iuſſam eſſe προφητεῦσαι κατὰ πᾶσαν γαῖαν p). Sic p. 256:

Hi-

n) Verba eius Lib. II. c. Hiſt. 4[illegible]. *Nero -- dignus exſtitit, qui perſecutionem in Chriſtianos primus inciperet; neſcio an et poſtremus expleuerit*, (expleturus ſit) *ſiquidem opinione multorum receptum ſit, ipſum Anti-Chriſtum venturum.*

o) Armenii Antichriſtum *Neron* appellant, v. [illegible] critiq. de la Republ. des lettres tom. X. pag. 181. [illegible] tamen Critico aliud [illegible] Journal. literaire tom. 8. pag. 81.

p) Conf. Plutarch. de Pythiae oracul. p. [illegible]

Ἠνίκα δή μοι θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ὕμνον,
Καὶ πάλι μοι μεγάλοιο Θεοῦ φάτις ἐν στήθεσσιν
Ἵστατο, καί μ' ἐκέλευσε προφητεῦσαι κατὰ γαῖαν.

Multa igitur hic legas vaticinia contra Babylonem, Aegyptum, Gog et Magog, Libyam, Aſiae vrbes, tum Romam aliaſque ciuitates, regiones, inſulas, vbi et celebre illud: Ἔσαι καὶ Σάμος ἄμμος, ἐσεῖται δὲ Δῆλος ἄδηλος, cui geminum legitur Lib. VIII. pag. 375. Ἔσαι καὶ Ῥώμη ῥύμη, καὶ Δῆλος ἄδηλος, καὶ Σάμος ἄμμος, quae loca praeter Lactantium reſpexit Tertullianus de pallio cap. 2. *cum inter inſulas nulla iam Delos, harenae Samos et Sibylla non mendax.* Sequitur de Alexandro M. vaſtaturo Aſiam, atque iterum de peritura Troia et Homero ſuauiſſima mendacia ſcripturo. Denique omnibus gentibus cladem imminere ait pag. 258. In Idololatriam Graecorum inuehitur p. 260. Ibidem mille et quingentos annos effluxiſſe affirmat, ex quo regnauerint Reges Graecorum, h. e. ex quo Reges gentium Idololatriam commendauerint generi humano. De quadruplici initio regni Graecorum vide *Voſſium* de Poetis Graecis p. 4 ſq. De Iudaeis iterum agit Sibylla pag. 263 ſq. vel Clemente Alexandrino teſte in protreptico, etſi in ora Libri [I]. Sibyllini adſcriptum eſt περὶ χριστιανῶν. Sed et alibi paſſim fallunt notae illae margini appoſitae. Ad colendam iuſtitiam pietatemque ſerio hortatur Sibylla, ſtataque Deo iubet offerre ſacrificia p. 267 ſq. et p. 279. Ad Spiritum Dei ἄψευστον prouocans p. 273. Iudaeis Hieroſolymam Palaeſtinamque reſtitui iubet pag. 276. his verbis:

Στεῖλον δὴ ἐπὶ τήνδε πόλιν τὸν λαὸν ἄβολον,
Ὃς Θεοῦ ἐξ ὁσίης γαίην πέλεται μεγάλοιο.

Eccleſiam affatur p. 280: Εὐφράνθητι κόρη etc. Pag. 283. ait ſe eſſe Nurum Noachi, ex Aſſyria Babylone veniſſe in Graeciam, Graecis Erythraeam appellari,

— — — — οἵ δέ με Κίρκης
Μητρὸς καὶ Γνώστοιο πατρὸς φήσουσι Σίβυλλαν.

Quarti libri. VI. *Libro IV.* negat, ſe vatem eſſe Phoebi mendacis, ſed Dei veri, qui ſibi manifeſtauerit, quae debeant ἐκ πρώτης γενεῆς ἄχρις εἰς δεκάτης ἀφικέσθαι. Praemiſſa inde adhortatione ad pietatem de regnis variis et futuris cladibus vaticinatur, librumque concludit iterata ad pietatem admonitione, et deſcriptione diei extremae, reſurrectionis et futuri iudicii, ita quidem, vt p. 299. dicat, pios in terris iterum victuros ſeſeque agnituros, impios vero terra obruendos:

— — ὅσοι δ' ὑπὸ δυσσεβίῃσιν
Ἥμαρτον θνητοί, τοὺς δ' ἂν πάλι γαῖα καλύψει.
Ὅσσοι δ' εὐσεβέουσι, πάλιν ζήσουσ' ἐπὶ γαῖαν,
Πνεῦμα Θεοῦ δόντες ζωὴν θ' ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς
Εὐσεβέσι, πάντες δὲ τότ' εἰσόψονται ἑαυτούς.

De impiis non reſurrecturis, idem Iudaeos quoſdam, (ne priſcos Sadducaeos memorem), ſentire, notum vel ex Dauide Camio ad Pſal. I. v. 5. Menaſſe Ben Iſrael Lib. II. de reſurrectione c. 7. Et Pocockii Miſcellaneis c. 6. et Theod. Daſſouii diatriba de reſurrectione. Sed et Chriſtianos nonnullos ex Pſal. I. 5. idem collegiſſe, docet ad eum locum Origenes hoc re-

 fellens

ſellens apud Epiphanium haereſi 64. num. 10. Horum e numero Lactantium fuiſſe apparet ex eius Lib. VII. cap. 20. qui tamen cap. 21. perſpicue illam ſententiam ita explicat, vt non doceatur, impios propterea annihilari; verum tantum a beata altera in his terris vita excluſos in tenebras recondi *ad certa ſupplicia deſtinatos*. Neque Irenaeus neque Iuſtinus impios in nihilum redire ſenſit, etſi hoc vtrique a multis, [P] et a Lud. Ellies du Pin tribuitur, non ſatis verſimiliter vtique, quemadmodum de Irenaeo oſtendit accuratiſſime Tillemontius in Memoriis ad Hiſt. Eccleſ. ſpectantibus Tom. 3. p. 626. ſequ. de Iuſtino Albertus a Felde in Epiſtola, qua dialogum cum Tryphone aduerſus incredibiles C. G. Kochii coniecturas ſuſpicioneſque certiſſimis argumentis Iuſtino vindicatum iuit p. 110. ſequ. Sane ambo pluribus locis ſupplicia impiorum ſine fine manſura adſtruunt. Inter Muhamedanos illam de annihilatione impiorum ſententiam in mentem quibuſdam veniſſe docet Abu Iaafar Ebn Tophail in Epiſtola a Pocockio ſub titulo Philoſophi αὐτοδίδακτε edita p. 16. qui eam opinionem tribuit Abu Naſri eundem et deridet tanquam errorem non remittendum. In Eccleſia haud reperi, qui hoc diſerte tradidiſſet et propugnaſſet ante Socinum, quem ſecuti ſunt Smalcius, Oſtorodus, Crellius, Brenius, Felbingerus: Voelkelio, Schlichtingio et aliis inter ipſos Vnitarios hanc doctrinam reiicientibus.

Libri quinti. VII. *Libro quinto* Sibylla, quae pag. 304. Ἴσιδος γνωστὴ ſe eſſe ait, quod Caſtellio reddidit *Iſidis ſororem*, de Romanorum origine pauca quaedam praefatur, hinc imperatores refert prima nominis ſingulorum litera indicata a Caio Iulio Caeſare vſque ad Adrianum et tres inſecuturos, Antoninos nempe duos et L. Verum, de quibus oraculum etiam legitur Lib. VIII. p. 367. *Spartianus* in Adriani vita cap. 2 auctor eſt eſſe *futuri Imperii ex Sibyllinis verſibus praemiſſi*, ſed aliud fuiſſe illud et antiquius oraculum exiſtimo q), hoc vero poſt Adrianum demum ſcriptum, vnde totius collectionis Sibyllinorum aetatem (non plane certiſſimo argumento) ſe tenere credidit *Blondellus* r) Lib. I. c. 10. et Lib. II. c. 6. et *Ellias du Pin* in reſponſione ad obiecta Petri Dioniſii ad calcem Tomi 6. Bibl. Eccleſ. pag. 71 ſequ. (conf. Lambec. ſupra excitatum). Sed et Probum imp. Sibyllinis libris ex quadam in ſententia promiſſum narrat Vopiſcus in Floriano, c. 3. Videtur etiam ex Sibyllino oraculo depromtum eſſe, quod Antoninus Caracallus dictus fuit Αὐσόνιος θήρ, apud Xiphilinum p. 435. T. III. Script. Rom. Hiſt. min. ed. Sylb. a. 1590. Succedunt inde vaticinia in Aegyptios, quorum idololatriam reprehendit, inque alias gentes et vrbes. Hic excipit Oraculum de Nerone, qui poeta eſſe affectabat et citharoedus, et poemata pulchre decantabat, vt Suetonius et alii teſtantur, deque excedendo per ipſum templo θεοτεύκτῳ ſiue coeleſti, vt exponit Lactantius de mortibus perſecutorum c. 2. et de incendio veteris Romae, quam Babylonem vocat, perinde vt veteres multi, ipſeque Petrus fortaſſis 1 Epiſt. c. 5 v. 13. certe Iohannes in Apocalypſi c. 17. et 18. Vide praeter Grotium de Anti-Chriſto, Rigaltium ad ſcriptores finium [P] regundorum p. 282. edit. Goeſianae et Valeſium ad Euſeb. p. 33. Meminit etiam Sibylla cometae, de quo eſt apud eundem Suetonium in Nerone c. 36. et Romam propter perſecutiones atque immania ſcelera ſimiliter delendam atque igne cremandam vaticinatur p. 315 et 332. Lactantius Lib.

q) Confer, ſi placet, H. Dodwellum praelect. Cambden. VII. p. 301. ſeq.

r) Blondello tamen adſentitur *Dallaeus* lib. 3. de cult. religioſ. cap. 22. pag. 475. et *S. Basnage* Annal. ad a. 129. §. 2. *Heum.*

Lib. VII. c. 25. *Cum caput illud orbis ceciderit, et ῥύμη eſſe coeperit, quod Sibyllae fore aiunt.* confer Apocal. XVII. 16. XVIII. 8. ſeq. Sed et alibi Sibylla eam igne perituram dixit Lib. II. p. 195. et 219. Lib. VIII. pag. 371. et 375. vbi addit temporis notam, quando hoc ſit futurum, cum nempe impleuerit numerum nominis ſui h. e. annos 948. tot enim ex literis Graecis Ῥώμη prodeunt. quam praedictionem quomodo euentus comprobauerit, non intelligo. Eiuſdem commatis eſt, quod nonnulli dixere Moſaicam religionem tot floruiſſe annis, quot complecteretur nomen Μωυσῆς (1648.) Chriſtianam vero religionem duraturam diuinarunt tot annos, quot referet nomen χριστὸς (1480.) vel σταυρὸς (1271.) Vide *Cotelerium* notis ad Barnabae Epiſtolam pag. 45. edit. Ioh. Clerici. Ad incendium quoque Romae referendum putem verſum hunc Sibyllinum, quem in aliam ſententiam paulo longius petitam trahit Heideggerus Myſter. Babylonis magnae T. 2. p. 741.

Ἀλλοις ἔκποτε καιρὸς ὅτι λύνος αὐτὸν ὀλεῖται. s)

Porro Sibylla in hoc libro quinto oracula fundit in Memphin Thebaſque et alias gentes atque vrbes. Iudaeorum feliciorem ſtatum futurum videtur praedicere p. 320. ſeq. etſi locum illum ad Chriſtianos applicauit *Lactantius* Lib. IV. cap. 20. De variis vrbibus inſulisque, ac ſpeciatim de Epheſino Dianae templo, terrae motu concutiendis oracula exſtant p. 324. ſeq. et 336. De templo veri Dei in Aegypto exſtruendo pag. 340. Preces pro Iudaeis vt illorum regioni Deus parcat, leguntur p. 327. Denique p. 332. ſq. ſecundum templum exuſtum ſe vidiſſe teſtatur, quod non de templo ſecundo Veſtae Commodi Imp. temporibus Romae exuſto accipiendum eſt, vt Cotelerio, G. I. Voſſio, Poſſeuino, Opſopoeo et aliis quibuſdam placere video; ſed potius de templo Hieroſolymitano, quod deleuit Veſpaſianus, in hoc enim quadrat, quod ait, in eo non culta eſſe idola

Ἀλλὰ μέγαν γενετῆρα Θεῶν πάντων θεοπνεύσαν.

Confer *Blondellum* Lib. II. cap. 5.

Libri ſexti. VIII. *Liber ſextus* perbreuis, duodetriginta verſibus totus abſoluitur, ſed in quibus clariſſime agitur de filii Dei baptiſmo ad Iordanem, et ſpiritu ei ſuperueniente. Locus corruptus forte ita reſtituendus: [?]

Ἐκ πατρὸς ἐκ πρώτου πρῶτος Θεὸς, ᾧ τε καὶ ἠδὺ
Πνεῦμ' ἐπιγινόμενον λευκῆς πτερύγεσσι πελάης.

Ex hoc Sibyllae loco Lactantius Lib. IV. cap. 15. *Spiritus Dei deſcendit ſuper eum formatus in ſpeciem columbae candidae.* Non minus perſpicuum de apparitione illa vaticinium, ſed eiusdem confirmationem legas in teſtamento quod fertur ſub nomine XII. Patriarcharum, teſtamento Leui §. 18. *Οἱ οὐρανοὶ ἀνοιγήσονται, καὶ ἐκ τοῦ ναοῦ τῆς δόξης ἥξει ἐπ' αὐτὸν ἁγίασμα μετὰ φωνῆς πατρικῆς ὡς ἀπὸ Ἀβραὰμ πατρὸς Ἰσαάκ.* Pergit Sibylla haud obſcuris verbis celebrare Seruatoris miracula, grauesque poenas minatur Iudaeis, qui Chriſto coronam ſpineam impoſuerint, felleque ipſum potarint et cruci affixerint. Mirum ſane eſt, quod affirmat *Sozomenus*, Lib. II. Hiſt. Eccleſ. cap. I. etiam gentiles agnoſcere et συνομολογῆσαι, quod Sibyllae ſit verſus ex hoc libro ſexto p. 347. petitus: *ὦ ξύλον μακαριστὸν, ἐφ' ᾧ Θεὸς*

s) Aliter explicari verſum a Freytagio; ſupra ad §. 1. iam notaui. *Harl.*

ἐξεταιὐσθη. Sed iam pridem toto illo capite quae de cruce inuenta narrat Sozomenus, parum fidei mereri videntur hominibus eruditis, et potius deberi fraudibus epiſcopi cuiuſdam Hieroſolymitani, qui Saeculo quinto poſt Chriſtum natum fuit, et hoc commento ſedi ſuae voluit auctoritatem comparare ac conciliare. Vide *Salmaſium* Epiſtola I. de Cruce ad Tho. Bartholinum pag. 269. ſequ. 279. ſequ. Equidem *Petauius* Lib. XV. de incarnat. cap. 8. prouocat ad Euſebium Lib. III. de vita Conſtantini cap. 29. ſeq. Sed ibi tantum de monumento ſiue ſepulcro Chriſti ſermo eſt, cui reperto martyrium, h. e. templum, (confer *Huetii* demonſtrat. pag. 1017. vbi locum Sophon. III. 8. ex graeca verſione huc a veteribus accommodatum eſſe notat,) inaedificare iuſſit Conſtantinus: de cruce altum ſilentium. Illud tamen ex Sozomeni loco recte colligi poſſe videtur, ipſum quoque minime ignoraſſe, quod non in omnibus, quae Chriſtiani proferrent, Sibyllinis carminibus acquieſcerent gentiles, ſed alia reſpuerent tanquam ſpuria atque ſubdititia, vt Origenis, Lactantii, Auguſtini et Euſebii teſtimoniis ſupra demonſtraui.

Libri ſeptimi. IX. *Liber ſeptimus* incipit a deſcriptione diluuii, diuerſiſque oraculis cladem variarum gentium et vrbium praeſignificantibus. Poſtea pag. 352. ſequ. non obſcure exponitur doctrina Chriſtiana de Patre, Filio et Spiritu S. qui ad Iordanem in baptiſmo ſe manifeſtauerunt, deque Chriſto DEO ante ſaecula, et in coelos recepto. Pro Ἰοςδάνε ἐν τριτάτοισι legendum putem ἐν προχοαῖσι, et in eodem verſu ἐπ' αὐτῷ pro πολλῷ. Porro ſi quis ad Deum accedere velit, ei negat Sibylla opus eſſe thure et ſacrificiis; ſed vt baptizetur et pietatem colat. Ad baptiſmum, quem [?] commendat et proſelytis impertiendum eſſe ait, iubet pag. 355. ignem vna cum aqua adhiberi

ὕδωρ δὲ σπείσας καθαρῷ πυρὶ — — —

atque iterum:

ῥαίνων σὸν βάπτισμα, δι' ὃ πυρὸς ἐξεφαάνθης.

Ni fallor ex more veterum quorundam haereticorum, qui huc traxere locum Matth. III. 11. Sic Valentinus apud Tertullianum:

Bis docuit tingi traducto corpore flamma.

De Carpocratianis diſcipulos ſuos cauterio inurentibus Irenaeus Lib. I. c. 24. Heracleon 1) apud Clementem Alex. in Eclogis προφητικαῖς §. 15. Epiphanius haereſi XXVII. §. 5. etc. Confer quae de Seleucianis et Hermianis Philaſtrius c. 55. Auguſtinus et auctor praedeſtinati c. 59. Bernardus Ochinus libro de coena Domini, Hetruſca lingua edito p. 10. teſtatur, ſibi ſe oculis in Italia vidiſſe baptizatos multos cauterio: *In alcune parti del mondo ſi battezzano col fuoco. Et io ne ho già viſti in Italia con eſſo battezzati, i quali hanno nella fronte o nel mento un ſegno celeſtro fatto col fuoco in teſtimonio della fede che hanno a Chriſto.* Idem in Thuſcia et aliis quibuſdam Italiae regionibus ex veteri conſuetudine obtinere affirmauit Hieron. Mercurialis II. 2. Var. Lect. licet non tanquam ſacrum ritum, neque inter baptizandum. Sic et olim apud Ethnicos ſacrandus ſiue initiandus accipiebat σφραγῖδα, teſte Prudentio περὶ ϛεφάνων hymn. X. v. 1077.

A...

1) vel potius in Theodoti etc. Epit. ſubiunctis Clementi pag. 804. D. ed. Colon. *Iaeger.*

Acus minutas ingerunt fornacibus,
His membra pergunt vrere; vtque igniuerint,
Quamcunque partem corporis feruens nota
Stigmauit, hanc ſic conſecratam praedicant [v]).

Similiter Iacobitae atque Aethiopes videntur cauterio vti in baptiſmate: verum hos non ſuperſtitione, ſed ratione Phyſica ad hoc impulſos, vt nempe a catarrhis ac deſtillationibus praeſeruent, infantum κροταφίτιδας ſiue temporum venas cauterio inurere notant *Ioſephus Scaliger* Lib. VII. de emendat. temporum p. 682. ſq. *Iobus Ludolphus* Hiſt. Aethiop. Lib. III. c. 6. n. 42. et *Steph. Lemoinius* notis ad varia ſacra p. 726. Perinde vt de Nomadibus quibuſdam refert Herodotus IV. 187. quem vide. Etiam a Seculo IV. vſque in Eccleſia paſſim, in Baptiſmo catechumenorum, ignis ſiue luminis vſus obtinuit cereorumque accenſorum, veluti ſymbolum illuminatae mentis, a qua baptiſmus dictus φωτισμὸς, φώτισμα, *baptizati* φωτισθέντες ex Hebr. VI. 4. et X. 32. item νεοφώτιστοι. Vide Vicecomitem de antiquis ritibus baptiſmi Lib. V. c. 20. ſq. Suicerum in theſauro et obſeruatt. ſacr. c. 3. Verum nihil hoc ad locum Sibyllinorum, non magis certe, ac [?] quae de aqua igne calefacta in baptiſmo adhibita recentior tradidit aetas: inprimis autem ad verba Sibyllae facit, quod de Simonis Magi ſectatoribus narrat auctor tractatus a Rigaltio primum editi, Cypriano vt videtur aequalis, *de non rebaptizandis iis, qui, ſemel in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſunt tincti:* Ait enim, iactare illos, quod ſoli integrum atque perfectum, non ſicut alii mutilatum et decurtatum, baptiſma tradant, baptiſmi candidato quippe in aquam deſcendente, *ſtatim ſuper aquam ignem apparere. Quod ſi aliquo luſu perpetrari poteſt, ſicut affirmantur plerique huiuſmodi luſus Anaxilai eſſe* (confer *Plinium* Lib XXVIII. c. 11. Lib. XXXV. c. 15. Irenaeum Lib. I. c. 8. *Epiphan.* haereſ. XXXIV. p. 232.) *ſiue naturale eſt, quo pacto poſſit hoc contingere, ſiue illi putant, hoc ſe conſpicere, ſiue maligni opus et magicum virus ignem poteſt in aqua exprimere.* (confer *Hartium* Lib. II. Alnetan. quaeſt. p. 216 ſq. *Baelii* dictionar. in voce Egnatia), *illi tamen talem fallaciam et ſtropham praedicant perfectum baptiſma eſſe. Eſt autem adulterini huius immo internecini baptiſmatis ſi quis alius Auctor, tum etiam quidam ab eiſdem ipſis haereticis propter hunc eundem errorem confictus liber, qui inſcribitur Pauli praedicatio, in quo libro contra omnes Scripturas et de peccato proprio confitentem inuenies Chriſtum, qui ſolus omnino nihil deliquit, et ad accipiendum Iohannis baptiſma paene inuitum a matre ſua Maria eſſe compulſum, item cum baptizaretur, ignem ſuper aquas eſſe viſum, quod in Euangelio nullo eſt ſcriptum.* Haec eſt illa Paulo ſiue Petro (vtrumque enim coniungit *Lactantius* Lib. IV. c. 21.) adſcripta praedicatio, in qua Sibyllae lectionem a Paulo Apoſtolo commendatam eſſe narrat *Clemens Alex.* Lib. VI. Strom. p. 636. de quo loco nonnulla dixi ſupra c. XIV. n. 3. In praeſenti tantum addo, Clariſſimum Grabium haud valde firmo argumento niti, cum praedicationis huius primos auctores non haereticos, ſed Catholicos fuiſſe, colligit ex eo, quod Clemens et alii Orthodoxi doctores Eccleſiae illius teſtimonio vſi fuerint. Non enim fugit virum doctiſſimum, etiam haereticorum Apocrypha ab Orthodoxis primorum ſaeculorum allegari.

Cer-

v) v. Io. Gerſon de flagellantium ſecta in H. ab Hardt hiſtoria concilii Conſtantienſis tom. 3. pag. 1[?]4. Lipſius lib. I. de militia rom. cap. vltimo, Cruſii Turco-Graecia pag. 296. Godofr. Olearius in Obſeruatt. ad Matthaeum pag. 89. De Catharorum baptiſmo in igne videndus Eckbertus Presbyt. Serm. VIII. tom. 23. Bibl. P. P. pag. 614.

Certe magis cadit in Orthodoxorum ſimplicem pietatem, Apocrypha citra examen in teſtimonium citare, quam ipſa comminiſci, ſanctiſſimiſque hominibus ſupponere. Sed vt ad Sibyllina redeam. in illo p. 756. ſq. iterum ſuccedunt oracula in varias gentes, regiones, vrbes, oracula, praecipue in falſos vates, qui διὰ κέρδε αἰσχρὰ προφητεύσουσι. In Metaphraſi Caſtellionis p. 355. turpis error typographicus repetitus etiam in editione Galaei p. 672. Ita vero legendum:

Inprimis autem angentur qui nomine lucri
Turpia praedicent, augentes tempus acerbum. [P]
Hebraei ſane ſciderint cum tergus ouile,

(Vide Ierem. XXVIII. 10.)

Mendaces referent, quae non ſunt dicere iuſſi.

Denique liber ſeptimus deſinit in extremorum temporum, ſiue alterius potius aeui, (confer Iac. Rhenferdium de *ſaeculo futuro*,) et regni millenarii felicitate, cui ſeſe ipſam vix propter ſcelera interfuturam putat, ni filii Dei beneficio poſt fata olim, beatae vitae, quod ſperat, reſtituatur.

Libri octaui. X. *Libri octaui*, qui vltimus eſt Sibyllinorum, quos habemus, initio, futurum praedicat iudicium, deinde inuehitur in auaritiam, Romaeque perniciem ominatur, additis de Adriano ac Nerone oraculis. Tum de iudicio futuro iterum locuta, Romam perituram damnat, cum numerum nominis ſui h. e. annum nongenteſimum duodequinquageſimum impleuerit, cui vaticinio euentum non reſpondiſſe ſupra diximus. Hinc denuo nobis deſcribit conditionem nouiſſimorum temporum, et iudicium extremum, de quo agit etiam celebris illa, quae hoc loco pag. 780. ſequitur *Acroſtichis*, maioremque partem Latine extat apud Proſperum et Auguſtinum x), integra Graece producta eſt a Conſtantino in λόγῳ βασιλικῷ. primis illa ſique literis exhibet haec verba: Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός, quorum quinque priorum primae literae reddunt vocabulum ἰχθύς. Verſus quoſdam ſingulos ex ea adducit *Lactantius* Lib. VII. cap. 16. 19. et 20. ſed nullam *acroſtichidos* mentionem facit, et in eius codicibus verſus octauus incipit a verbo ῥίψουσι, pro quo acroſtichis requirit τεύξουσι y). Non ignoratam tamen etiam antiquioribus Conſtantino ſcriptoribus Acroſtichin illam fuiſſe, colligunt viri docti ex eo, quod apud Tertullianum iam Chriſtus vocatur ἰχθύς Lib. de baptiſmo cap. 1. *Sed nos piſciculi ſecundum ἰχθὺν noſtrum Ieſum Chriſtum in aqua naſcimur*, quibus verbis Sibyllam procul dubio reſpicit, vt *Ioh. Scot* as p. 41. Antiquitatt. Normangradien. z). Illam tamen ἰχθύος in veteri gemma obſeruatum, de Chriſto explicat *Ionas Kongrefus* libro et capite primo, eique aſſentitur *Thomas Reineſius* libro et capite ſecundo variarum

x) Iam ſupra notaui, *Tob. Eckhardum* libro *Non-Chriſtianorum de Chriſto teſtimonia*, p. 34. ſqq. Acroſtichin illam graece cum interpretationibus variorum inſeruiſſe, ſententiis aliorum ſub examen vocatis, eiuſque fictionem et falſitatem oſtendiſſe [illegible] *Hart.*

y) Quin Acroſtichis requirit ῥίψουσι, quod edd. Sibyllinorum exhibent. et Lactantius praefert τεύξουσι lib. VII. c. 19. extr. Requiritur autem ſecunda littera voc. χριστὸς, adeoque ρ. *Iaeger.*

z) adde *Pfanneri* Syſtema theologiae gentilis purioris, Baſil. 1679. 4. cap. I. §. 4. (vbi de Sibyllinis carminibus [illegible]) et de piſce in nummo, *Zorn.* in Bibl. antiq. p. 29. ſeq. *Hart.*

riarum lectionum [aa]. Similiter in veteri gemma carniola piſciculos ex vtroque crucis latere expreſſos de Chriſtianis recte exponit idem Smetius p. 33. Optatus libro III. aduerſus Parmenianum cap. 2. *Hic eſt piſcis, qui in baptiſmate per inuocationem fontalibus vndis inſeritur, vt quae aqua fuerat, a piſce etiam piſcina* (κολυμβήθρα pro baptiſterio occurrit apud Athanaſium et paſſim apud ſcriptores Graecos Chriſtianos; vide Suicerum et Cangii gloſſar.) *vocitetur. Cuius piſcis nomen, ſecundum appellationem Graecam, in vno nomine, per ſingulas litteras, turbam ſanctorum nominum continet,* Ἰχθὺς, *quod* [¶] *eſt Latinum:* IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SALVATOR. Confer Zenonem Veronenſem homil. 5. ad Neophytos. Hinc forte Hieronymus Bonoſium vocat *filium* ἰχθύος i. e. Chriſtianum, Epiſt. 43. Certe *Auguſtinus* quoque Lib. XVIII. de Ciu. Dei cap. 23. notat, nomine piſcis Chriſtum myſtice intelligi, *eo, quod huius mortalitatis abyſſo velut in aquarum profunditate viuus, h. e. ſine peccato eſſe potuerit.* Sunt tamen, qui aliam originem exponant, vnde *piſcis* dictus fuerit Seruator, quod nempe de eo Dauid dixerit Pſ. LXXII. 17. ינין שמו ויתברכו quarum vocum primae literae reddunt nomen ישו, prima vero vox ינין *ſoboleſcet* a Chaldaeo נון quod *piſcem* denotat, et quo animantium genere nullum aliud eſt foecundius. Vide Raymundi Martini pugionem fidei pag. 583. edit. Carpzouii. Sed non eſt credibile, Tertulliano et aliis veteribus tam ſubtilis et abſtruſae rationis in mentem potius veniſſe, quam obuiae alterius et facillimae. Potuit tamen in hanc etiam ſine Sibyllini carminis inſpectione aliquis incidere, vt ex illo ſenſu Myſtico vocabuli ἰχθὺς forte non plane certum ſit, Acroſtichidem Sibyllinam Tertulliano fuiſſe lectam et conſultam. Quod deinceps p. 383. ait Sibylla, crucem Chriſti adumbratam a Moſe extenſis manibus orante aduerſus Amalekitas Exod. XVII. 11. antiquiſſimis Chriſtianorum ſuffragiis comprobatur. Vide Barnabae Epiſt. p. 39. edit. Clerici, Iuſtinum dial. cum Tryphone p. 264. Tertull. aduerſus Iudaeos, et 3. contra Marcionem, Cyprianum Lib. II. teſtimon. contra iudaeos et in exhortat. martyrii pag. 175. vt Nazianzenum, Arnoldum Carnotenſem et alios recentiores omittam. Plura deinde in carminibus Sibyllinis leguntur de paſſione Chriſti, tenebris per tres horas ingruentibus, de Chriſti deſcenſu ad inferos, miraculis, reſurrectione, tum quomodo hic Rex a Sione excipiendus, veruſque Deus colendus ſit ab homine ad imaginem ipſius condito, relictis ac repudiatis idolis. Tradit etiam diſertiſſime de natiuitate Chriſti ex Maria virgine, quam nomine compellat, et a Gabriele Angelo de illa re certiorem redditam teſtatur. Chriſtum vbique deſcribit vt Deum et Dei Filium, qui οὐρανόθεν μολὼν βροτέην ἐνεδύσατο μορφήν. Denique merito ſe ait cum reliquis Chriſtianis religionem a Ieſu traditam colere, et a Chriſti nomine vocari:

Τοὔνεκ' ἄρ' ἡμεῖς καὶ ὁσίης χριστοῖο γενέθλης
Οὐρανίης πεφυῶτες, ἐπικλεόμεσθα σύναιμοι,
Μνηστὴν εὐφροσύνης ἐπὶ θρησκάησιν ἔχοντες. [¶]

aa) Satis probabile eſt, ob ſiglas ΙΧΘΥΣ, quibus Chriſtiani frequenter vtebantur, a Graecis gentilibus, qui vim eorum ignorarent, vel cauillandi materiem inde cupide arriperent, illis primum, in contumeliam, inditum nomen ἰχθῦς. Conſtat enim, Chriſtianos omnes pro indoctis, fatuisque fuiſſe habitos, h. e. pro ἰχθύσι. Ita ſcilicet *Plutarchus*, de prudent. Animal. p. 1795. ed. H. Steph. Ἰχθῦς τοὺς ἀμαθεῖς καὶ ἀνοήτους, λοιδοροῦντες ἢ σκώπτοντες, ὀνομάζομεν. Id nomen deinde, etiam Latino vocabulo redditum, Chriſtiani non modo non reſpuerunt, ſed ad ſacra quoque ſua, eorumque auctorem accommodantes, ipſi vltro quaſi adſciuerunt. Acroſtichis illa vix videtur ante tempora Conſtantini, qui illa aeque ac Ecloga IV. Virgilii, tamquam argumento veritatis religionis Chriſtianae vtitur, (Orat. ad Sanct. C. 19. ſq.) tantopere fuiſſe celebrata, vt appellationi iſti *piſcium* occaſionem praebere potuerit. *Iaeger.*

CAPVT XXXIII

1. — XVI. *De collectione Sibyllinorum quae hodie exſtat, iudicium, deductum per obſeruationes ſedecim.* XVII. *[illegible] capitis nunc propoſita iis, qui Sibyllina legerunt.* XVIII. *Vtrum Auguſtinus nouam quandam concinnauerit συναγωγὴν Sibyllinorum.* XIX. *[illegible] de Sibyllinis [illegible] et [illegible] improbatur.* XX. *De Sibyllinis nonnullis, quae Latine tantum exſtant.* XXI. *Lyra triquetra a Sibylla reperta.* XXII. *Recentiorum de Sibyllinis ſcriptorum elenchus.*

[Cum additamentis W. Iaegeri.]

Quid de vulgata collectione iudicandum ſit.

Reliquum iam, vt, quid de hac, quae exſtat, collectione Sibyllinorum ſentiendum ſit, cum bona lectoris venia diſtincte et per aliquot obſeruationes deducamus [a]).

I. *Non continentur hac collectione libri Sibyllini Tarquinio oblati*, quod duobus argumentis clariſſime patet; nam et illi libri Sibyllini diligentiſſime cuſtodiri et ἐν ἀπορρήτοις habiti ſunt, donec cum Capitolio deflagrarent, vt ſupra demonſtraui: deinde argumentum longe diuerſum complectebantur, quomodo nempe ſacra idololatrica facienda, quomodo Dii placandi, vt ex Liuio aliiſque hiſtoricis romanis apparet, a quibus memoratorum oraculorum ne γρὺ quidem in noſtra collectione occurrit; contra frequentiſſimae in idololatras inuectiuae, et aſſidua religionis atque ſacrorum chriſtianorum commendatio.

II. *Neque carmina Sibyllina altera, Erythris et vndecunque Romam perlata poſt reſtitutum Capitolium.* Ad quod probandum non memorabo, quod Feneſtella apud Lactantium Libro I. c. 6. auctor eſt, *verſus circa mille* Erythris Romam allatos, cum in noſtra collectione plures, quam termille verſus compareant. Quamquam enim hoc argumento vtuntur viri docti: tamen ex aliis etiam vrbibus ac regionibus allata Sibyllina narrat Tacitus; deinde ſi plures habemus, quam mille verſus, nonne etiam mille illos habere poſſumus? Sed obſeruo, quod et haec Sibyllina Romanorum (quae ſecunda vocare [illegible]) non vulgo legebantur, et quaecunque a Dione, Suetonio, ex illis prolata memorantur, non minus diuerſi argumenti a noſtris comperies quam priora illa. Et vbi forte idem etiam in noſtris legitur, aliis tamen legitur verbis. Exempli cauſa, in collectione, quam habemus, Nero plus ſimplici vice perſtringitur vt [?] μητροκτόνος, quae loca reſpiciens Lactantius Lib. de mortibus perſecutorum c. 2. dixit Sibyllam affirmare *matricidam profugum a finibus eſſe venturum*; nuſquam tamen in illis legas λόγιον, quod Neronis temporibus vulgatum Dio refert Σιβύλλειον οὕτως ὄν Lib. LXII. p. 709.

Ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει.

III. *Neque alia Ethnica integra Sibyllinorum oraculorum συναγωγή.* Plures quidem fuiſſe, teſtatur *Zoſimus* libro ſecundo c. 36 p. [illegible] Σύλλας πολλάς τε βίβλους ἱερὰς καὶ χρησμῶν συναγωγὰς ἀνελέξατο, [illegible] Σιβύλλης [illegible] (al. [illegible]), τῆς Ἠπειρώτιδος. Et *Suetonius* c. 31. narrat, ab Auguſto combuſta vltra librorum fatidicorum duo millia. Sed ex tota, quam habemus, collectione manifeſtiſſimum eſt, non Sibyllam, non

a) *[illegible]* iudicium de libris Sibyllinis v. in Actis Erudit. a. 1721. pag. 483. ſq. *[illegible]*

non Ethnicum fatidicum fuiſſe, qui illam compoſuit, ſed Ethniciſmo infeſtum Chriſtianum. Tum oracula, quae tanquam Sibyllina ex ſuis *συναγωγαῖς* proferunt idem Zoſimus, Phlegon, [in Longaev. Tzetz. Chil. IX. *leg.*] et alii, in noſtra non habentur. Itaque licet forte quaedam hinc inde ex Ethnicis oraculis noſter deprompſerit, diligenter tamen cauit, ne quicquam, quod Ethniciſmo ſtabiliendo faceret, retineret.

IV. *Operam et oleum perdunt, qui certae Sibyllae, Erythraeae alia, alia Samiae, alia neſcio cui alii, adſcribunt oracula, quae habemus*, vt fecerunt Ioh. Iacobus Boiſſardus, libro de diuinatione, Sixtus Senenſis in Bibl. Sancta, Iohannes Aitzema, in ſpeculo Sibyllarum Belgice edito, multique alii. Cum enim veteribus etiam incertum fuerit, fueritne vna Sibylla an plures, tum noſtram collectionem nulli Sibyllae deberi, et Romanis Graeciſque ante Chriſtum natum inuiſam fuiſſe, certum eſt. Lactantius pleraque citat ſub Erythraeae Sibyllae nomine, quae ex noſtris libris profert. Ea tamen, quae in ſexto Libro exſtant, alterius eſſe fatetur, et hodieque Libro ſexto inſcribitur: ἑτέρας εἶναι ταῦτα δοκεῖ, *Haec alterius eſſe videntur.* Idem *Lactantius* Lib. I. c. 6. diſerte teſtatur, iam ſuo tempore libros Sibyllae confuſos fuiſſe, nec ſuum cuique poſſe aſſignari, niſi Erythraeae. In codice 170. Regis Galliae, teſte Labbeo, exſtant *Erythraeae Sibyllae de Troianorum et reliquorum principum euentu oracula,* quibus eadem, quae edita ſunt, vel ſaltem partem eorum [b]) contineri, mihi perſuadeo. Et haec ipſa, quae Erythraeae tribuit Lactantius, Cumanae a quibuſdam adſcripta teſtatur *Auguſtinus* Lib. XVIII. de Ciuitate Dei c. 23. Sed profecto perinde eſt, ſub cuius Sibyllae nomine laudentur, dummodo nulla fide digna auctoritate id fiat, et a nulla Sibylla ſiue fatidica muliere Ethnica profectum eſſe totum opus conſtet. [¶]

V. *Nullum verſum in hac collectione pro Sibyllino et antiquo oraculo, apud Ethnicos ante Chriſti natiuitatem exaudito, haberi oportet, niſi peculiariter de eo conſtat ex aliis monumentis antiquioribus et indubitatis.* Quia enim totum opus ſuppoſitum eſt, et Chriſtianiſmum in illo multa produnt manifeſtiſſime, nihil aequius videtur hoc poſtulato.

VI. *Sunt nonnulla in hac collectione, quae auctor de induſtria inſperſit ex antiquis oraculis Ethnicis, ex Orpheo, Homero, et aliis Poetis.* Sic Lib. VIII. p. 302. Οἶδα ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης, qui verſus exſtat in oraculo, quod Croeſo redditum narrat Herodotus libro I. c. 47. et poſt eum multi alii, quemadmodum ille quoque, qui eadem pagina, paucis interiectis, ſequitur: καὶ κωφοῦ ξυνιεὶς καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούων. Lib. IV. p. 292. occurrunt bini verſiculi:

Ἔσσεται ἰσσομένοις, ὅτε πύραμος ἀργυροδίνης
Ἠϊόνα προχέων ἱερὴν εἰς νῆσον ἵκηται.

Qui iiſdem verbis tanquam vetus oraculum referuntur a Strabone Lib. I. pag. 53. et Lib. XII. p. 536. atque inde ab Euſtathio, ac Ioh. Tzetza Chiliad. 7. v. 575. niſi quod pro νῆσον legunt Κύπρον [c]). Libro tertio Sibyllinorum p. 276. occurrit oraculum notiſſimum:

Μὴ κίνει Καμάριναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων,

Mm 2 quod,

b) Eadem fortaſſis, quae illuſtrauit *Lud. de Tovar*, de quo infra num. 22.

c) Ad locum Tzetzae conferendus Ioh. Meurſius in Cypro Lib. II. cap. 18.

quod, praeter Lucianum de Apophrade, Silium Lib. XIV. v. 199. Stephanum Byz. in Καμαρίνα, Suidam et Zenobium in μὴ κίνει, memorat Virgilius III. Aeneid. v. 700.

— — — et fatis nunquam conceſſa moueri
Apparet Camarina procul. — — —

Lib. I. pag. 172. exſtat prouerbium Σαρδόνιον μείδημα γελάσετε, de quo prolixe et docte, vt ſolet, vir ſummus Eraſmus in adagiis: Meminit et (Cic. ep. ad diu. 7, 25.) Dio Chryſoſtomus f. 669. et Zacharias Scholaſticus p. 216. edit. Barthii, (Tzetz. ad Heſiod. ἔργ. v. 59.) Quae libro V. p. 324. ſeq. et alibi de Cumis, Rhodo, Samo, pluribuſque inſulis ac regionibus terrae motu delendis vel quocunque modo vaſtandis leguntur, vix dubitem, ex antiquis, quae in Ethnicorum manibus fuere, oraculis eſſe petita; nam ad illa paſſim reſpiciunt ſcriptores antiquiſſimi. Zous apud Plutarchum libro, cur Pythia non reddat oracula carmine, Sibyllina de illis cladibus vaticinia ab euentu comprobata teſtatur his verbis: ἀλλὰ ταῖς τε μαντείαις ἐπιμαρτυροῦσι πολλαὶ μὲν ἀναστάσεις καὶ μετοικισμοὶ πόλεων Ἑλληνίδων, πολλαὶ δὲ βαρβαρικῶν στρατιῶν ἐπιφάνειαι καὶ ἀναιρέσεις ἡγεμονικῶν. Ταυτὶ δὲ τὰ πρόσφατα καὶ νέα πάθη περί τε Κύμην καὶ Δικαιαρχίαν οὐχ ὑμνούμενα πάλαι καὶ ᾀδόμενα διὰ τῶν Σιβυλλείων ὁ χρόνος, [?] ὥσπερ ὀφείλων, ἀποδέδωκεν; ἐκρήξεις πυρὸς ὀρείου καὶ ζέσεις θαλασσίας, καὶ πετρῶν καὶ φλεγμονῶν ὑπὸ πνεύματος ἀναρρίψεις, καὶ φθορὰς πόλεων ἅμα τοσούτων καὶ τηλικούτων, ὡς μεθ' ἡμέραν ἐπελθοῦσιν ἄγνοιαν εἶναι καὶ ἀσάφειαν, ὅπου κατῴκηντο, τῆς χώρας συγκεχυμένης. Ταῦτα γὰρ εἰ γέγονε, πιστεῦσαι χαλεπόν ἐστι μήτοιγε προειπεῖν ἄνευ θειότητος. Pauſanias in Corinthiacis p. 126. Ἐκάκωσε δὲ (ὁ σεισμὸς) καὶ περὶ Καρίαν καὶ Λυκίαν τὰς πόλεις, καὶ Ῥοδίοις ἐσείσθη μάλιστα ἡ νῆσος, ὥστε καὶ τὸ λόγιον τετελέσθαι Σιβύλλῃ τὸ ἐς τὴν Ῥόδον ἐδόξεν. Confer de illa inſularum clade Salmaſium ad Tertull. *) de pallio p. 99 ſeq. [p. 149. ed. Lugd. Bat. 1656.] et Iac. Godofredum p. 48. ad haec verba periegetae veteris Latini ab ipſo editi: *Namque Rhodum inſulam et ciuitatem maximam,* (ex nomine dicere neceſſarium eſt,) *quas prophetauit Sibylla ab ira Dei eſſe perituras. Eſt autem in ipſam ciuitatem ſtatua, quam omnes Coloſſeum nominant, nouum virum magnitudinis, idolus enim in ipſa fuit ſecundum Prophetiam Sibyllae.* Ita legendus hic locus, non vt edidit Godofredus *nonum virum* et Graece vertit: καινὸν ἄνδρα μεγέθους. Libro tertio Sibyllinorum p. 267. hi duo verſus leguntur:

Ἀλλὰ σὺ μὴ πολλὴν, βροτὲ ποικιλόμητι, κακόφρον,
Ἀλλὰ λιπὼν πλᾶτον στρέψας Θεὸν ἱλάσκεο.

Quos Opſopoeus probe annotauit geminos eſſe hiſce Orpheo tributis apud Clementem Alexandrinum in protreptico p. 49.

Ἀλλὰ σὺ μὴ μέλλων, βροτὲ ποικιλόμητι, βράδυνε,
Ἀλλὰ παλίμπλαγκτος στρέψας Θεὸν ἱλάσκεο.

Homericae Poeſeos tot ſunt in collectione Sibyllinorum veſtigia, vt illa inter ſe conferre res eſſet non breuis laboris, et *Gulielmus Canterus* Lib. V. Var. Lect. c. 17. notauerit, ex Home-

ro

*) Non audiendus Vir doctus, Sam. Petitus, qui II. 13. Obſeruat. apud Tertullianum legere iubet: *Si bulla non mendax,* pro *Sibylla.*

ro multa Sibyllinorum loca poſſe reſtitui: etſi, quod idem vir doctus addit, aperte conſtare, quod Homerus multis in locis illa ſit imitatus, neminem, qui a nobis dicta diligentius perpenderit, ei exiſtimem temere accrediturum. Longe profecto veriſimilius eſt, auctorem huius collectionis Sibyllinae tot nouitatis documenta in ſe gerentis ex iſthac Homeri et aliorum poetarum Ethnicorum imitatione, tum adiunctione quorundam oraculorum celebrium inter Graecos ac Romanos, eam gentilibus probabilem reddere, auctoritatemque conciliare voluiſſe.

VII. *Longe plurima autem ſunt in hac collectione, nominatim atque ipſis verbis petita ex ſacris literis, non veteris tantum, ſed et Noui Teſtamenti.* Hinc recte diuina ſapientia apud Nazianzenum in erudito carmine, quo Nemeſium ad amplectendam Chriſti religionem adhortatur T. 2. p. 144.

Ἑρμῆς ὁ τρισάριστος ἐμοῖς ἐπέεσσιν ἀρήγοι,
Οὐδ' ἔθελον, σταυρὸν δὲ σέβοι μέτροισι Σίβυλλα. [¶]
Τῆς μεγάλης θεότητος ἐλαυνόμενοι βελέεσσιν
Οὐδὲν ἐπιστρέφομαι, καὶ εἴ τινος ἆσσον ἵκοιντο,
Οἳ θεόθεν, βίβλων δὲ παραβλέψαντες ἐμοῖο.

P. Garzias Galarza, Theologus ac Philoſophus Hiſpanus, in Euangelicis inſtitutionibus carmina Sibyllina cum S. Scripturae locis conferre ac comparare conatus, laudatur ab *Antonio Poſſevino* Lib. II. Bibl. ſelect. cap. 71. [Singula loca S. S. e quibus acroſtichidem auctor compilaſſe videri queat, congeſſit et comparauit *Eckhard* lib. mem. pag. 59—63. *Harl.*]

VIII. *Non complectitur haec collectio omnia et integra Sibyllina, quibus veteres vſi ſunt Doctores Eccleſiae.* De Ethnicis nolui verbum addere, quoniam res clara ex iis, quae dixi, et ex tot Sibyllae oraculis, quae apud Graecos Latinoſque Scriptores memorata in noſtris nulla exſtant. Seruius ad 3. Aeneidos: *Sane ſciendum eſt*, inquit, *omnia reſponſa Sibyllae plus minuſue centum contineri ſermonibus;* ita enim potius legendum, quam cum Gyraldo dialogo 2. de Hiſt. Poetar. p. 110. *non contineri.* Sed iam ſaepe vidimus, Seruium exiguam mereri fidem in iis, quae de Sibylla tradit, neque eius ſententiam probant haec Virgilii Aeneid. 6. v. 43.

Quo lati ducunt aditus centum, oſtia centum,
Vnde ruunt totidem voces, reſponſa Sibyllae.

Quin ridiculum ſit, affirmare, in ſingulis oſtiis tantum ſemel per omnem vitam conſultam fuiſſe et reſponſa dediſſe. Enimuero aliunde ſatis conſtat, innumeros fuiſſe libros ſub Sibyllarum nomine ab Ethnicis iactatos, etſi non niſi pauciſſimos contigit a Romanis recipi auctoritate Reip. Hoc multis iam teſtimoniis euicimus, et inter paganos exſtitiſſe complures variis temporibus pſeudomantas ſiue falſorum oraculorum Sibyllinorum concinnatores demonſtrauimus. Haec omnia, vel maiorem ſaltem eorum partem, qui in noſtra breui collectione quaeſiuerit, ſine dubio turpiter ſe fefellerit. At nec Chriſtianorum veterum Sibyllina omnia nobis eſſe reliqua perſpicue patet. *Λόγοι πλέιες* ſiue *plures libri* Sibyllae Phrygiae memorantur a Clemente Alexandrino. Suidas Chaldaeae Sibyllae tribuit libros XXIV. complectentes oracula περὶ παντὸς ἔθνους καὶ χώρας. Lactantius cum decem Sibyl-

byllas enumeraſſet, *Harum omnium*, inquit, *carmina et feruntur et habentur, praeterquam Cumaeae, cuius libri a Romanis occultantur, nec eos ab ullo, niſi a Quindecimviris, inſpici fas habent. Et ſunt ſingularum ſinguli libri, qui, quia Sibyllae nomine inſcribuntur, unius eſſe creduntur*; (hinc Iuſtinus in cohortatione ad Graecos de vna Sibylla loquens, ἐν ταῖς βίβλοις ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ σώζεσθαι συμβαίνει) *ſuntque confuſi, nec diſcerni ac ſuum cuique aſſignari poteſt, niſi Erythraeae, quae et nomen ſuum verum carmini inſeruit, et Erythraeam ſe nominat, ubi praelocuta eſt, cum eſſet orta Babylone. Sed et nos confuſe Sibyllam dicemus* &c. [¶]. Cum ait, ſingularum Sibyllarum eſſe ſingulos libros, hoc non neceſſe eſt ita intelligere, vt nouem ſoli prodeant et vnicuique vnus tribuatur, ſed quod exſtiterint peculiares ante atque ſeparati ab aliis libri ſub cuiuſque Sibyllae nomine, quo obliterato incertum iam ſit, cui demum ſingulos tribuere oporteat. His adde, quod in Bibliotheca Vaticana Romae feruntur exſtare quatuordecim libri Sibyllini. Eſt et alterius voluminis titulus, qui a Geſnero affertur: ἐκ τῶν προφητικῶν Σιβύλλης λόγος θ' μέχρι τοῦ ιε'. *liber nonus ad quintum decimum.* Praeterea multa ac bene longa oracula Sibyllae nomine a Theophilo Antiocheno et aliis antiquis Eccleſiae Doctoribus proferuntur, quae in noſtra collectione deſiderantur.

IX. *Complectitur tamen haec collectio partem magnam Sibyllinorum, quibus vſi ſunt Patres.* Plurima enim, quae tamquam Sibyllae laudant, in ea leguntur ipſis verbis, vnde corrupta paſſim emendari potuerunt. Hoc tamquam manifeſtum et a nemine in dubium vocatum, longiore probatione indigere haud arbitror. Tantum adſcribam verba Auguſtini Lib. XVIII. de Ciu. Dei c. 23. qui poſt adductam acroſtichidem, *haec autem Sibylla*, inquit, *ſive Erythraea, ſive, vt quidam magis credunt, Cumana, ita nihil habet in toto carmine ſuo, cuius exigua iſta particula eſt, quod ad Deorum falſorum ſiue fictorum cultum pertineat, quinimo ita etiam contra eos et contra cultores eorum loquitur, vt in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad ciuitatem Dei.* Quod iudicium huic, quam habemus collectioni, optime conuenire, nemo qui euoluerit, dubitabit. Vide etiam Sibyllae verſus, quos e vetere codice Pſalterii graeci, manu Sedulii Scoti exarato, cum eius verſione edidit Montfaucon in Palaeogr. gr. pag. 243 ſq.

X. *Sed plurimum confuſam, librariorum culpa paſſim deprauatam, ac mutilam.* Hoc lectio ipſa ſatis quemque docere poteſt: nullus paſſim ordo, multi verſus repetiti, multa hiulca nec ſanum ſenſum fundentia, et quae ſine ope codicis manu exarati reſtituere nemo queat. Librorum quoque diſtinctio in ſcriptis libris diuerſa eſt, vt Opſopoeus ad initium libri ſecundi et aliis in locis annotauit. Quid porro eſt illud Lib. II. p. 215? πάλιν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν τόμων τάδε φησὶν ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου περὶ Θεοῦ. Et quod libro tertio praefigitur: μετὰ τάδε προβάλλεται τοῖς λόγοις περὶ τοῦ ἀκαταλήπτου δαίμονος τοῦ Ἀντιχρίστου φησὶν οὕτως. Et p. 223. in medio libro: λείπει ἡ ἀρχή. Ex huiuſmodi locis *H. Dodwellus* V. C. praelect. Cambden. VII. p. 313 ſq. colligebat, nos hodie non habere opus ipſum integrum ſub Sibyllarum nomine olim recitatum, ſed excerpta, a neſcio quo, et digeſta per locos communes Theologicos, ſimiliter ut Philoſophi ethnici, Proclus et alii Platonici maxime, λόγια chaldaica per locos Philoſophicos digeſta habebant.

XI. *Chriſtiani antiquiſſimi, qui Sibyllae meminerunt, non habuerunt totam* [¶] *hanc, qualis hodie exſtat, Sibyllinorum collectionem, ſed partem tantum, quae aliis poſtliminio additis*

tis

tis in hanc συναγωγὴν coaluerunt. Vt omittam ſuſpectum Apocryphae praedicationis Pauli teſtimonium, Sibyllam commendantis, Clemens Romanus in parte deperdita primae illius et aureolae ad Corinthios Epiſtolae. Sibyllae teſtimonio vſus eſt, vt ex Irenaeo et Iuſtini iunioris quaeſtionibus ad Orthodoxos oſtendit Beueregius, in codice canonum vindicato Lib. I. c. 14. n. 8. Barnabam quoque ac Sibyllae teſtimonium reſpicere in verbis, ὅταν ξύλον κλιθῇ καὶ ἀναστῇ, ſuſpicatur annotator Oxonienſis, quod ideo non credo, quia praecedunt verba: λέγει Κύριος, quomodo non loquuntur Chriſtiani, cum Sibyllae verba recitaturi ſunt. Meminit Sibyllae etiam Hermas in Paſtore, vt ſupra notare me memini. Horum omnium iam dictorum neminem puto legiſſe ea, quae poſt eorum mortem demum ſcripta neceſſe eſt, non magis quam Ioſephum, qui Sibyllae meminit Lib I. c. 5. Antiqu. Sibyllina Oracula de Antoninis et Lucio Vero; neque credo ab iis viſam, quae libro octauo exſtat, acroſtichidem *), memorabilem vtique ſi legiſſent, ſed nemini memoratam ante Euſebium, et, qui in Graeco codice carminum Sibyllae Erythraeae vidiſſe eam ſe teſtatur, Auguſtinum. Ita fortaſſis ſubinde alia atque alia Sibyllino nomini ſuppoſita ſunt inter Chriſtianos, iam ſaeculo primo *multa*, de quibus obiicit Celſus, quem ſub Adriano ac deinceps floruiſſe teſtatur Origenes Lib. I. p. 8. alia ſaeculo ſecundo, qualia ſunt illa, quae dixi de Antoninis ac L. Vero; alia ſaeculo tertio, vt Acroſtichis. Clementem vero Romanum et reliquos, quos nominaui, vti Ioſephum quoque, quoniam nihil de Sibylla proferunt, quod non ex Sibyllinis apud Gentes peti potuerit, quare ſuppoſitis per Chriſtianos oraculis vſos affirmare debeam, non video. Sane gentibus etiam de vno Deo ſummo conſtitit, et, quod Clemens Romanus videtur ex Sibylla attuliſſe de mundo conflagraturo, quid aliud eſt, quam quod in iiſdem forte Sibyllinis libris legiſſe ſe innuit Ouidius Lib. I. Metamorph. v. 256.

> Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, affore tempus,
> Quo mare, quo tellus, correptaque regia coeli
> Ardeat, et mundi moles operoſa laboret.

Ac libellus paene impleri poſſet gentilium de mundi futuro incendio teſtimoniis f). Denique, quod de turri Babylonica profert ex Sibylla Ioſephus, nonne Abydeno et Eupolemo etiam innotuiſſe docent Euſebius Lib. IX. cap. 14. et cap. 17. praeparat. et Cyrillus I. contra Iulian. Neſcio autem, an ſatis firmum argumentum ſit Voſſii Lib. de Poetis Graecis cap. I. p. 6. qui auctorem vel conſarcinatorem Sibyllinorum poſt [ſ] Conſtantini M. tempora demum vixiſſe arguit ex eo, quod Sibylla Lib. III. p. 283. affirmat, ſe eſſe nurum Noachi, et Patres Conſtantino

e) Huius acroſtichidis triplicem metaphraſin germanicam, D. Io. Habermanni, Eberhardi Guerneri, Happelii et ſuam exhibet *Io. Chriſt. Nehringius* in notis ad proſariam germanicam Sibyllinorum verſionem iterum editorum, Halae Saxon. 1719. 8. pag. 375. ſqq. Hic bona fide perſuadet ſibi eamdem illam eſſe acroſtichidem, quam in Sibyllinis etiam legiſſet Cicero, (ſupra cap. 30. §. 3.) et praeter ea alterum vulgauit volumen, in quo genuina nos habere Sibyllina, contendit enixe, et quod in introductione, priori volumini praemiſſa, facere coeperat, vlterius perſequitur, atque ad argumentum eorum, quibus fraus nimis aperta ſuboluit, reſpondere conatur: Titulus eſt: Nochmalige Vertheidigung der Sibylliniſchen Prophezeihungen gegen die Einwürfe gelehrter Männer, welche ſolche für falſch und erdichtet ausgeben. Halle. 1720. 8.

f) v. *Iuſt. Lipſii* Phyſiol. Stoic. L. II. Diſſ. 22. et 23. p. 597-601. T. IV. Opp. ed. Antwerp. 1637. f. *Iac. Thomaſii* Diſſ. de Stoica mundi exuſtione. *Iaeger.*

tino antiquiores aperte aiunt, nullam ex Sibyllis eſſe Moſe antiquiorem. Eidem rationi plurimum ſe tribuere teſtatur Cotelerius in prolegomenis ad Epiſtolam poſteriorem Clementis Romani. Sed profecto verſus, qui eadem pagina in Sibyllinis exſtant, a Lactantio allegantur, et multis alioquin exemplis conſtat, pugnantia inter ſe a Patribus quandoque affirmari, praecipue in iis, quae rationem temporum ſpectant.

XII. *Etiam illa, quae a Iuſtino et reliquis ſecundi et ſequentium ſaeculorum Patribus adducuntur Sibyllina, minime omnia auctores habuere Sibyllas ſiue mulieres fatidicas Ethnicas.* Iuſtinus Martyr ſub extremum cohortationis ad Graecos ait, Sibyllam non modo aduentum Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti σαφῶς et φανερῶς praedicere, ſed et aliquibus interiectis addit, eam non minus σαφῶς et φανερῶς tradere περὶ πάντων τῶν ἐπ' αὐτῷ γίνεσθαι μελλόντων. In eodem libro p. 17. profert oraculum de deſerendis templis ariſque, quae incaſſum ſpurcatae fuerint cruentis victimis, et de colendo vno Deo magno. Eiuſdem argumenti eſt, quod Lib. II. adducit Theophilus Antiochenus pag. 144. vbi piis Dei cultoribus promittit paradiſum. Lactantius et alii diſertiſſima de Chriſti miraculis et paſſione loca producunt ſub Sibyllae nomine. Haec omnia et ſingula qui ab Ethnica vate profecta, et inter Gentes pro Sibyllinis agnita ſentiat, nihil ſentiat. Incaſſum ſane hoc adſtruere laborarunt tum alii, tum Iohannes Craſſetus, Ieſuita, cuius exſtant bini de Sibyllinis libri Gallice editi, quorum vnum Blondello A. 1678. alterum illius ὑπερασπιστὴς Iohanni Markio A. 1684. oppoſuit.

XIII. *Suppoſita igitur fuere quaedam a Iuſtino et aliis poſt eum Patribus laudata oracula. Non autem ſuppoſita fuere ab Ethnicis;* neque enim ſibi ipſi aduerſatur Satanas. Matth. XII. 26. At pleraque in his Sibyllinis plane pugnant cum Ethniciſmo.

XIV. *Neque ſuppoſita fuere a Iudaeis,* quamuis ita ſenſit vir magnus, Hugo Grotius, ad Matth. II. 1. eumque ſecutus Iſ. Voſſius libro de Sibyllinis Oraculis; vt Marcum Zuerium Boxhornium, in Hiſtoria vniuerſali, Carol. Daubuz lib. II. pro teſtimonio Ioſephi de Chriſto pag. 178. et alios omittam. Intelligo autem vna cum illis viris doctis Iudaeos, non qui Chriſtianiſmo nomen dederent; illi enim rectius dicentur Chriſtiani; ſed qui ante Chriſtum fuerunt, vel in Iudaiſmo ſubſtiterunt. Ab his non fuiſſe ſuppoſita illa, quae a Patribus citantur, Sibyllina, paucis oſtendam: neque enim placet, huc referre argumenta non aequalis omnia ponderis, quae Voſſianae ſententiae in Exercitationibus de Vaticiniis [?] Sibyllinis Lipſiae 1688. 8vo. editis oppoſuit vir eruditus, *Iohannes Reiskius*, tum ſcriptores Galli, Richardus Simon et Elias Du Pin. Nunquam ſoliti ſunt Iudaei falſas gentibus venditare prophetias, qui hac in parte religioſiſſimi ſemper fuerunt, et cum haberent veros ac diuinos Prophetas domi, nihil illis detrahendum, nihil adiiciendum putauerunt. Nulla eſt Sibyllinorum apud Iudaeos auctoritas ac vix mentio. Ioſephus ſemel obiter Sibyllae meminit, Philo nuſquam, Talmudici, aliique Iudaei doctores, quantum reſcire diligenter inquirendo potui, nullam habent rationem Sibyllinorum. Nuſquam gentes leguntur obieciſſe Iudaeis, quod Sibyllae carmina ſuppoſuerint aut ea interpolauerint; ſed Chriſtianis hoc exprobratum legitur. Incredibile eſt, legatos Romanorum, Otacilium Craſſum, aliosque, Erythris vel alibi, ſiue in Graecia ſiue in Aegypto, a contemtis et exoſis oracula collegiſſe et emendicaſſe Iudaeis. Vnde facile reſpondere poſſe puto ad ea, quae Reiskio obiecit Wilh. Ernestus Tentzelius, in cogitationibus vernaculis menſtruis anni 1689. p. 309. Denique, quae a Patribus aſſeruntur Sibyllae

byllae de Chriſto teſtimonia, paſſim ita comparata ſunt, vt tam σαφῶς καὶ φανερῶς, quem admodum Iuſtinus loquitur, nec ab vllo Iudaeo ante Chriſtum natum ſcribi potuerint.

XV. *Reſtat igitur, vt a Chriſtianis conficta, et Sibyllae nomini falſo ſubiecta fuerint, ad confundendos Ethnicos.* Hoc ſuadet ipſum oraculorum argumentum, hoc veriſimile reddunt tot alia primorum ſaeculorum Apocrypha, tot fraudes profectae a praepoſtera pietate, quae veritatem fulcro mendacio indigere ſibi perſuadebat [g]). Hoc ab Ethnicis ſtatim obiectum fuiſſe conſtat ex teſtimoniis Origenis, Lactantii, Euſebii, Auguſtini, Sozomeni, quae produxi cap. XXX. 5. et XXVI. num. 13. Huius ſententiae ſubſcriptores approbatoresque viri doctiſſimi ſunt, Ioſephus Scaliger Epiſtola CXV. Iſ. Caſaubonus ad Baronium, Iacobus Capellus Vindic. pro Caſaubono Lib. I. cap. 12. Blondellus, Petrus Petitus, Hoornbeck de convertendis gentilibus p. 106. [Lambecius Prodr. I. 4, 4. Clericus Hiſtor. eccleſ. ſaec. 2. p. 597. ſqq. Fabricius cod. apocr. N. T. part. III. p. 789. ſq. *Heum.*] et paucis exceptis omnes, qui rem diligentius conſiderarunt. Quod ſi quis incredibile et reuerentia piis ſanctiſque maioribus fidei noſtrae debita indignum iudicet, vt Iuſtinum, Athenagoram, Theophilum, Clementem, Lactantium, alioſque ſtatuamus fucum ſibi facere paſſos et hypobolimaea Sibyllina iactaſſe pro veris: is velim cogitet, quod nihil minus, quam acres et accuratos criticos ſe eſſe oſtendant in ſuis ſcriptis, quod frequenter ad libros omnium confeſſione Apocryphos prouocent, quod putauerint, argumentis quibuſcunque recte ſe vti, modo pro veritate facerent, quam defenſitabant. Neque illud hilum officit cauſae Euangelii in ſe, etſi forte [?] plurimum offecit progreſſui Chriſtianiſmi apud Ethnicos, qui fucum hunc ſentiebant, et ex hoc reliquorum etiam, longe veriorum ac ſolidiorum argumentorum, iudicabant vim, pondus ac momentum. At enim Apoſtoli ex gentibus ac Iudaeis multis millibus perſuaſerunt Euangelium, virtute diuina, non ementito eiuſmodi Sibyllae, Hermetis, Hyſtaſpis, Orphei, vel alio vndecunque inueſtigato dubiae fidei teſtimonio nixi.

XVI. *Quando conficta fuerint, et a quo, quoque in loco, non plane exploratum videtur.* De tempore [h]) vide, quae ſupra dixi num. XI. et. cap. XXXII. num. 7 [i]). At quis demum, vel qui huius fuerint fraudis auctores, orthodoxi an haeretici, quod eorum nomen, quae ſecta, nemo eſt, qui nos certo doceat. *Hermae* qui tribuunt cum Blondello Lib. II. c. 7. non videntur cogitaſſe, quod tam elegantes verſus Graeci vix exſpectari poſſint ab auctore Paſtoris. Alius quoque viſionum Hermae, alius Sibyllinorum eſt genius. Plures ſunt qui ſuppoſita haec eſſe coniiciunt ab haereticis veteribus [k]). Ita Remeſius in diſſertatione Critica de

g) v. Acta Erudit. 1685. p. 594. ſq. et a. 1686. p. 451. A Gnoſticis ea ſuppoſita eſſe, iudicium eſt *Huetii* Quaeſt. Alnet. lib. II. cap. 21. p. 290. *Heum.*

h) v. Acta Erudit. a. 1695. pag. 335. *Heum.*

i) Poſt a. ch. 170. Iac. Capellus in Vindiciis pro Caſaubono contra Roſweydum p. 59. ſq. Circa a. ch. 144. Ioannes Richardſon, qui contra γνησιότητα Sibyllinorum in praelection. eccleſiaſt. anglice editis, Londin. 1726. 8. diſputat praelect. 7. 8. 9. 10.

k) Sibyllina carmina auctores habere haereticos, veriſimillimum eſt. 1) Inter orthodoxos enim ſcriptores eo aeuo nemo floruit inſignis poeta, a quo concinnari potuerint, vt patet ex Hieronymi Catal. ſcriptor. eccleſ. 2) Notum eſt, haereticos ſuppoſititia ſcripta complura compoſuiſſe. Vid. Ittigius de pſeudepigraphis N. T. 3) In illis carminibus multa latent haereticorum dogmata. 4) Inter haereticos doctiſſimi in graeca litteratura viri erant. Immo Gnoſtici ab eruditione nomen acceperunt. *Heumann.*

de Sibyllinis oraculis, quam cum ſua de diluuio Deucalionis diſſertatione vulgauit Georgius Schubartus, Ienae 1655. 4. Ex haereticis quidam nominant Gnoſticos vel Montaniſtas. Quia *Gnoſticorum* nomen latiſſime patet, tum quod ad tempus, tum quod ad dogmata attinet, ſat generalem quoque, adeoque parum certam conſtat eſſe illam coniecturam. De *Montaniſtis* minus veriſimile eſſe videtur, quod poſt alteram Blondelli ſuſpicionem opinati ſunt H. Dodwellus praelect. 1. Cambdenian. p. 302. Ioan. le Sueur Hiſt. de l' Egliſe tom. I. pag. 553. Lud. Capellus lib. I. c. V. Vindic. Caſaubon. Sam. Mareſius ſylloge Diſpp. parte 2. p. 489. ſequ. et Ioh. Marckius in diſpp. de Sibyllis Franequerae editis Ao. 1682. 8 *). Non tantum, quod ante exortum Montanum Sibyllina allegauerit Iuſtinus, adeoque prius orbi innotuerint, vt Marckio obiecit Guil. Caueus in part. 1. Hiſt. Literariae ſcriptorum Eccleſiaſticorum, cui nonnulla, at quae difficultatem omnem non tollunt, repoſuit Vir doctus in exercitationibus textualibus ad quinquaginta loca ſelecta Scripturae pag. 475. ſeq. Sed in primis obſeruo, nullius inter Montaniſtas pretii fuiſſe Sibyllina, et Montaniſtam Tertullianum aliquoties quidem ad Paracletum ex Priſca et Maximilla, nuſquam ad Sibyllina illa a Chriſtianis ſuppoſita prouocare. Quod enim in libro Tertulliani de pallio cap. 2. dicitur vaticinata *Sibylla non mendax*, oraculum inter Ethnicos celeberrimum ſpectare notaui cap. XXXII. num. 5. Quod denique ad locum attinet, vrbem, vel regionem, in qua conficta primum illa de Chriſto Sibyllina fuerunt, idem Reuerendus ac de Hiſtoria Eccleſiaſtica praeclare promeritus Caueus parte 2. Hiſt. Literariae *Chriſtianum aliquem* [ꝑ] *Alexandrinum* coniicit illam Sibyllinorum farraginem conſinxiſſe, ex vaticiniis, hiſtoriis, dogmatibus librorum ſacrorum vtriusque Teſtamenti, inſertis quibuſdam hinc inde ex veterrimis oraculis, quo ſpecioſius orbi obtruderetur. Neſcio tamen, an neceſſe ſit affirmare, quod omnes fraudum architecti fuerint Alexandrini. Aliqua vero ex veterrimis Ethnicis et Chriſti natiuitatem praecedentibus oraculis inſerta fuiſſe, iam probatum dedi ſupra n. VI. et agnoſcunt *Tobias Wagnerus* inquiſitione in Oracula Sibyllina Tubingae 1664. 4. edita pag. 58. *Ioh. Henr. Vrſinus* parte 2. Analect. ſacr. Lib. IV. cap. 8. itemque alii.

Sibyllina legentibus non fuit capitis poena propoſita.

XVII. *Non fuit vllo edicto Romae capitis poena propoſita iis, qui haec Sibyllina, quae nos habemus, vel illa, quae Patres allegarunt, legerent.* Neminem enim certe hoc nomine capite mulctatum in veteri hiſtoria oſtenderimus. Nec vſquam eiuſmodi legis vel edicti mentio. Et quorſum poenam capitis ſanciuiſſent lectoribus ſuppoſititiorum ſcriptorum, qui veros libros propheticos et apoſtolicos a Iudaeis et Chriſtianis legi patiebantur. Neque primi Chriſtiani toties tamque audacter memoraſſent etiam in ſuis ad ipſos Imperatores Apologiis, ſi hoc capitis ſupplicium metuendum fuiſſet. Equidem libri Sibyllini arcana ciuilium ſacrorum continentes, *ἐν ἀπορρήτοις* habebantur, neque viſi niſi quindecimviris patebant, ex politica cauſa: ſed non demonſtratum eſt, hun-

*) Non quidem omnia illa oracula Sibyllina, quae extant hodie, a Montaniſtis eſſe conficta, ſed tamen aliqua, cum Blondello ſtatuit *Dodwell.* Diſſ. Cypr. IV. §. 10. adde §. 12. § 24. *Owenus* Theologum. lib. III. c. 2. p. 161. ſtatuit, carminum Sibyllin. auctores fuiſſe *Priſcillam* et *Maximillam*, Montani propheteſſas. *Heumann.* S. V. *Semlerus* eorum auctorem eſſe ſuſpicatur Tertullianum, in *Nouis Obſeruationibus, quibus* [illegible] *ſius illuſtrantur potiora capita hiſtoriae et* [illegible] *nis chriſtianae vſque ad Conſtantin. M.* §. 22. [illegible] *Keil.*

longe alios hos fuiſſe, tum argumento, tum eo ipſo etiam, quod vulgo ferrentur, ab alteris differentes. Aurelianus quoque Imperator apud Vopiſcum c. 20. increpat Senatum de inſpiciendis libris Sibyllinis diutius dubitantem, *perinde, quaſi in Chriſtianorum Eccleſia res agetur*: ſed his verbis non ait, prohiberi Chriſtianos edicto ſingulari a Sibyllinis conſulendis, vt putabat *Baronius* Apparat. ad Annales num. 20. *Montacutius* pag. 132. Apparat. ad Origines Eccleſ. et pag. 156. Analect. ſed potius Chriſtianos in ſuis conuentibus Sibyllina numquam conſulere, nec ad ea in vllo periculo recurrendum ſibi exiſtimare. Vide *Caſaubonum* ad Baron. pag. 81. *Blondellum* Lib. I. cap. 19. Etiam *Iuſtinus Martyr* Apologia prima pag. 82. ait, opera malorum daemonum effectum eſſe, vt mors conſtituta eſſet lectoribus Hyſtaſpis, Sibyllae ac Prophetarum. Κατ᾽ ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων θάνατος ὡρίσθη κατὰ τῶν τὰ Ὑστάσπου ἢ Σιβύλλης ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων. Sed eo in loco dolet tantum Iuſtinus, non iampridem cuiuis licitum fuiſſe euoluere libros omnes ac ſingulos, quos fatales Romani habebant ſanctiſſimeque cuſtodiebant, nec niſi decreto Senatus vel iuſſu Imperatorum permittebant inſpici a Quindecimuiris ſacrorum. Suſpicatus nempe eſt vir optimus, ex iis, quae ipſe legerat, Sibyllinis, et quae inuitis Romanis in vulgus manaſſe putabat, etiam in alteris, quae adhuc occultabantur, multa extare veritatis teſtimonia, prohibitam autem fuiſſe eorum lectionem, ὅπως διὰ φόβου, *metu poenae*, ἀποστρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοὺς δὲ δουλεύοντας κατέχωσιν. Non potuiſſe tamen *ad plenum* illa clam haberi, quin aliqua ſaltem in hominum manus venirent: ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι. ἀφόβως μὲν γὰρ [hoc eſt, *ſine metu poenae* ſiue *impune*] οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν, ἐπιστάμενοι πᾶσιν εὐάρεστα φανήσεσθαι. Hic quin germanus ſenſus verborum Iuſtini ſit, Caſaubono etiam maximam partem probatus Exerc. I. ad Baron. cap. II. equidem non dubito, et lectori docto facile me perſuaſurum confido, nec vereor ipſe rogare, vt conferantur, quae ad hunc locum diſputant *Baronius* Apparat. num. 20. *Montacutius* in Analectis p. 154 ſq. et qui idem prope liber eſt in Apparatu ad Origines Eccleſiaſticas pag. 130 ſq. *Petrus Halloixius* T. 2. ſcriptor. Oriental. pag. 399. *Petrus Lanſelius* in diſpunctione calumniarum, quas vocat, Caſauboni cap. 6. Habuiſſe vero Romanos, praeter Sibyllina, etiam alios libros fatidicos, quos ſacros nec vulgo inſpiciendos ſeruabant, et quos προφητῶν βίβλους h. l. Iuſtinus vocat, ex Suetonio, Plinio, Seruio, aliiſque conſtat: porro, capitali ſupplicio affectum eum, qui fatales libros aliis legendos dediſſet, iam Tarquinii temporibus nouimus Attilium, vt ex Dionyſio et Valerio Maximo notaui ſupra cap. XXXI. num. 6. Videtur tamen in eo falſus eſſe Iuſtinus, quod haec, quae gentibus obiectabat Sibyllina, eiuſdem eſſe putabat generis cum eis, quae Romani occultabant. Rectius vtraque inter ſe diſtinguit *Lactantius* Lib. I. cap. 6. *Harum omnium*, inquit, *Sibyllarum carmina et feruntur et habentur*, *praeterquam Cumanae*, *cuius libri a Romanis occuluntur*. *nec eos ab vllo*, *niſi a Quindecimuiris*, *inſpici fas habent.* At lepidus prorſus eſt Lanſelius, qui ex eo, quod Iuſtinus dixerat, malorum daemonum inſtinctu interdictam a Romanis fuiſſe Sibyllinorum lectionem, concludit, *facile apparere*, *Romanae Eccleſiae ſanctionem de non concedenda promiſcue Bibliorum in vulgari idiomate lectione, aequiſſimam eſſe atque ſanctiſſimam.* Eodem velut non contemnendo argumento vtuntur Ledeſma, Heskinſus, Pereſius et alii. Sed iudicet lector, vtrum e Iuſtini verbis rectius ſequatur, quod *Vſſerius* in hiſtoria dogmatica de Scripturis et ſacris vernaculis pag. 253 ex iiſdem colligit, ab eodem nempe ſpiritu actos fuiſſe et illos, qui Sibyllinorum, et hos, qui ſacrorum Bibliorum

 lectio-

lectionem interdixerunt, atque adeo eundem habuiſſe finem ſibi propoſitum, *vt per timorem ab illis homines abſterrerent, quo minus ſcripta ea* [P] *legentes rerum bonarum notitiam perciperent, ſed in ſeruitute potius a ſe retinerentur*, quae ipſa verborum Iuſtini ſententia eſt.

Auguſtinus non concinnauit Sibyllinorum συνταγήν.

XVIII. *Non eſt ab Auguſtino ſingularis quaedam Sibyllinorum concinnata συνταγή.* Eam periiſſe dolet Eraſmus Schmidius, vir doctiſſimus, cuius orationes tres de Sibyllis, earumque Oraculis, vulgatae ſunt Witebergae primum Ao. 1618. deinde ad calcem commentariorum eius poſtumorum in N. T. Norimb. 1657. fol. Ita vero ille Orat. 2. pag. 1501. *Scribit D. Auguſtinus Lib. XVIII. de Ciu. Dei cap. 23. ſe carmina Sibyllina non ea ſerie, qua apud Lactantium leguntur, ponenda cenſuiſſe, ſed qua aptiſſime fieri poſſe ſibi videretur, contexuiſſe ac capitibus diſtinxiſſe, ſi modo ſcriptores eam ſeriem deinceps ſeruare non neglexiſſent. Vtinam beati Patris praeſtita hac in re opera frui nobis hodie liceret!* Sed alius ſenſus eſt verborum Auguſtini, et praeſtita eius circa Sibyllinos verſus opera plane frui nobis licet, quae non alia fuit, niſi vt verſus quosdam ſparſim variisque locis a Lactantio graece productos ipſe eodem capite 23. libri XVIII. vna ſerie coniunctim latinis verbis retulerit. Ecce Auguſtini locum integrum et Sibyllina Lactantii vna ſerie ſuis diſtincta capitibus, quod librarii et editores ſeruare poſtea, vt ipſe merito veritus fuerat, neglexerunt: *Inſerit etiam Lactantius operi ſuo quaedam de Chriſto vaticinia Sibyllae, quamuis non exprimat cuius. Sed quae ſigillatim ipſe poſuit, ego arbitratus ſum* (hoc ipſo in loco) *coniunctim eſſe ponenda, tamquam vnum ſit prolixum* (carmen), *quae ille* (variis in locis) *plura commemorauit et breuia* m).

„In manus iniquas, *inquit*, infidelium poſtea veniet, et dabunt Deo alapas manibus „inceſtis, et impurato ore exſpuent venenatos ſputus; Dabit vero ad verbera ſimpliciter ſan„ctum dorſum n)".

„Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat quod verbum vel vnde venit, vt „inferis loquatur, et corona ſpinea coronabitur".

„Ad cibum autem ei fel, et ad ſitim acetum dederunt, inhoſpitalitatis hanc mon„ſtrabunt menſam".

„Ipſa enim inſipiens gens tuum Deum non intellexiſti ludentem mortalium mentibus, „ſed et ſpinis coronaſti, et horridum fel miſcuiſti".

„Templi vero o) velum ſcindetur, et medio die nox erit tenebroſa nimis in tribus „horis".

„Et morte morietur tribus diebus ſomno ſuſcepto, et tunc ab inferis regreſſus ad lu„cem veniet primus, reſurrectionis principio reuocatis oſtenſo. *Iſta Lactantius carptim „per interualla diſputationis ſuae,* [P] *ſicut ea poſcere videbantur, quae probanda ſuſceperat, „adhibuit teſtimonia Sibyllina, quae nos, nihil interponentes, ſed in vnam ſeriem connexa po-*

nen-

m) Lactant. IV. 18.

n) Graece apud Montfaucon pag. 246. Palaeographiae graecae.

o) id. IV. 19. conf. S. Proſper de promiſſionibus III. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 12. 14. 15. 18. 20. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Conf. quae ex carminibus Sibyllinis profert Lucas Tudenſis II. 13 contra Albigenſes tom. 25. Bibl. P. P. pag. 227. et in Ariminenſi monumento, Giornale d'Italia tom. 30. pag. 172.

„*uentes*, *ſolis capitibus*, (h. e. vt primum verbum ſingulorum locorum maiuſculis literis ſcriberetur, vel ſinguli loci a Lactantio citati nouum veluti caput ſiue nouam, vt vulgo loquimur, lineam inchoarent, quemadmodum hic lector factum videt) „*ſi tamen ſcriptores deinceps ea* „*ſeruare non negligant* (imo vero neglexerunt etiam editores et interpretes, Viues ac Coquaeus, ne ipſis quidem Benedictinis exceptis) „*diſtinguenda curauimus*".

Poſſeuini conſilium improbatur.

XIX. *Antonius Poſſeuinus* in Apparatu ſacro ait, melius fuiſſe, pauca Sibyllina de multis ſecernere, collecta ex Patribus, notiſque vel paraphraſi illuſtrata, quam totam farraginem, qualis exſtat, in lucem dare: confiditque, operam iſtam ſuſceptum iri ab aliquo docto et Catholico viro, vſui futuram in ſcholis ad puerorum ingenia per ſolidam doctrinam excitanda ad Chriſtianam fidem fouendam, et optimis moribus in rem conferendam. Vtrum quiſquam id conſilium hactenus ſecutus ſit, me latet, etſi ſcio, ipſum, (nec male vt arbitror) improbari a Blondello Lib. I. cap. 29.

De Sibyllinis quibusdam latine tantum exſtantibus.

XX. Praeter libros octo Sibyllinorum graece exſtantium, de quibus hactenus egi, habentur et alia latine, quae commentis recentiorum, quam Graeca illa, temporum adſcribenda eſſe non dubito.

Haec ſunt (1) *Hexaſticha* p) carmina de Chriſto *duodena*, verſu Hexametro, quorum ſingula ſingulis tribuuntur Sibyllis: Perſicae, Libycae, Delphicae, Cimmeriae, Samiae Cumanae, Helleſpontiacae, Phrygiae, Europaeae, Tiburtinae, Agrippinae, Erythraeae.

Nn 3 Edi-

p) Prodierunt iam exeunte XV. vel ineunte ſaec. XVI. Oppenhemii 4. vna cum aliis opuſculis. Index libelli hic eſt: *Quatuor hic compreſſa opuſcula* 1) *Diſcordantiae ſanctorum doctorum Ieronymi et Auguſtini* 2) *Sibyllarum de Chriſto vaticinia; cum appropriatis ſingularum figuris.* 3) *Varia Iudaeorum et Gentilium de Chriſto teſtimonia* 4) *Centones Probe Falconie de vtriuſque teſtamenti hyſtoriis ex carminibus Virgilii ſelecti: cum annotatione locorum ex quibus deſumpti ſunt.* Opuſculum de vaticiniis Sibyllarum complectitur XX. Capita, quorum I. de Sibyllarum nomine et origine, II. de Numero Sibyllar. III-XIV de Sibyllis: (additis earum Hexaſtichis, eodem ordine, quo in ed. Opſopoei ponuntur. Pro Sib. *Cimmeria* C. VI. legitur *Chimeria*, alias *Chimica*.) XV. de vaticinio Sibylle Erythree. XVI. Viginti ſeptem Sibylle Carmina. (Haec eſt Acroſtichis illa, verſibus latinis reddita, ſed diuerſis ab illis, quos exhibet ed. Opſop. p. 381. atque Onuphrius Panuinius, Lib. de Sibyll. p. 27-30. Opſop. In fronte huius capitis docet editor, carminum ſ. verſuum illorum litteras capitales in graeco haec verba reddere: *Ieſus Chriſtus Dei filius ſaluator*; ſed translatorem latinum hoc myſterium in ſuis carminibus non ſeruauiſſe.) XVII. explicatur myſterium latens in dictis viginti ſeptem verſibus. XVIII. Quid diui Auguſtinus et Hieronymus ſenſerint de Sibylla Erythrea: quoad beatitudinem. XIX. Vaticinia Sibyllae de paſſione et reſurrectione Chriſti, poſt Lactant. et Auguſtinum. (Sunt ea, quae Auguſtinus coniunctim poſuit, interſertis argumentis diſtincta, non nulla varietate lectionis.) XX. Vnde praecedentia vaticinia beatus Auguſtinus deſumpſerit. „Inſunt in hoc exemplari multae, eaeque magnae figurae ligno inciſae. In fine legitur: *Impreſſum Oppenheim.* Quo vero anno impreſſum ſit, nec docetur, nec ratione certa definiri poteſt. De editore autem conſtat ex praefat. ad Centones Probae Falconiae, cuius hoc principium eſt: *Iacobus Koebelius: Lectori bene agere. Probe Falconie Centonem impreſſurus*, caet. De hoc viro, ſua aetate longe celeberrimo, Archigrammateo Oppenhemienſi, exponit Vir S. V. Io. Henr. Andreae, V. D. M. et Gymn. Heidelb. Reform. Rector, in Commentat. de Oppenhemio, Heidelbergae, 1779. 4. publicata, p. 144-147 *Iaeger.*

Edidit haec ex veteri codice Opſopoeus pag. 458. ſeq. et ſparſim in diſſertationibus de Sibyllis Gallaeus *q*).

(2) *Narratio* proſa ſcripta, quam ex codice Iohannis Nicotii Opſopoeus edidit pag. 515 ſq. Gallaeus ſuae oraculorum Sibyllinorum editioni praefixit, editores Operum Bedae Venerabilis minus emendate deſcriptam retecerunt ad Calcem Tomi ſecundi. In hac cum de decem Sibyllis quaedam auctor praemiſiſſet, narrat, Tiburtinam Sibyllam innumeras orbis terrarum regiones vaticiniis ſuis impleuiſſe, et famam eius attigiſſe etiam Romanos, qui miſſis ad eam legatis, magno cum honore in vrbem deduci curauerint. Hinc centum Senatores in vna nocte per ſomnium videre ſibi videntur nouem ſoles, quos Sibylla de nouem generationibus ſiue generationibus hominum ſeſe inſecuturis interpretata, quales ſingulae futurae ſint, exponit. *quarta* ſic habet: *Quartus autem ſol quarta generatio eſt, in qua erunt homines qui [illegible] veritatem negantes. Et [ ] in diebus illis exſurget mulier a meridiano, de Stirpe Hebraeorum, nomine M. habens ſponſum I. et procreabitur ex ea, ſine commixtione viri, de Spiritu ſancto, nomine Ieſus, et ipſa erit virgo ante partum et virgo poſt partum.* Plura deinde ſubiicit de Chriſto, et in *quinta* generatione de Apoſtolis ituris in omnem mundum et per LXXII. linguas ſubiecturis ſibi omnes nationes. Quo in loco ſecutus eſt auctor veterem ſententiam de 72. linguis, totidemque gentibus orbis terrarum, de qua vide *Bocharti* Phaleg. Lib. I. c. 15. *Petauium* ad Epiphan. pag. 6. et *Buxtorfii* diſſertat. Philologico-Theologicas pag. 83 prae caeteris *Ludolfum* commentar. ad Hiſt. Aethiop. pag. 210 ſq. Ceterum cum vix tribus verbis perſtrinxiſſet pſeudo-Sibylla haec octo priores generationes, de nona ait prolixiſſime, et imperatores pleroſque, vt Conſtantinum, Carolum et alios primis deſignat literis. vltimum H. nomine ait fore Regem Romanorum et Graecorum, et regnaturum annos CXXII. Sub hoc aureum ſaeculum pollicetur, omnes paganos ad Chriſtum reuocandos, et poſt illorum CXXII. annorum ſpatium Iudaeos conuertendos ad Dominum, venturum tunc quoque Antichriſtum de tribu Dan, (haec quoque multorum veterum fuit opinio, Irenaei, Hippolyti, Ambroſii, Auguſtini, Proſperi, Theodoreti, Gregorii M. et aliorum) cuius Magicis artificiis multi deludendi ſint, et gentes ab Aquilone ſpurciſſimas, quas Alexander Rex incluſerit Gog videlicet et Magog. *Cum autem audietur haec, Rex Romanus conuocato exercitu debellabit eas atque proſternet vſque ad interitionem. Et poſtea Rex veniet Hieruſalem et ibi depoſito capitis diademate et omni habitu regali reginum Chriſtianorum Deo patri relinquet et filio eius Ieſu Chriſto. Et cum ceſſauerit imperium Romanum, tunc reuelabitur manifeſte Anti-Chriſtus, et ſedebit in domo Domini in Hieruſalem. Regnante autem eo egredientur duo clariſſimi viri, Helias et Henoch,* (confer de hac ſententia, quam conſtanti traditione in Eccleſia celebratam, [illegible] liberaliter Arethas affirmat, interpretes ad Apoc. XI. 3. Pſeudonem. Nicodemi p. 291. Hippolytum de Anti-Chriſto p. [illegible] Damaſcenum Lib. IV. O. F. c. 28.) *ad annunciandum aduentum Domini, et Antichriſtus occidet eos, et poſt dies tres a Domino reſuſcitabuntur.* Denique cum dies perſecutionis Anti-Chriſti electorum gratia a Domino abbreuiandos, et Anti-Chriſtum a Michaele Archangelo in monte Oliueti occidendum dixiſſet, haec ſummula concluſit

q) Ediderat illa iam *Betuleius* in calce ſuae editionis: his praemiſſis: „Abſoluto iam hucuſque opuſculo, [illegible] a D. [illegible] to viro et erudito et amico noſtro ſingulari, diuerſarum Sibyllarum carmina aliquot, latinitate iam olim donata, et ex vetuſtiſſimo codice deſcripta, quae hic ſubiicere operae pretium duximus." *Harl.*

dit celebri illa Acroſtichide, non alia vſus verſione, quam allata ab Auguſtino, Lib. XVIII. de Ciu. Dei cap. 23. Mentio huius narrationis etiam apud *Martinum Polonum* Lib. II. Chronici pag. 102. edit. Suffridi Petri. Eiuſdem generis eſt Prophetia Sibyllae memorata in Chronico S. Benigni Diuionenſis, ad A. C. 561. apud *Dacherium* T. 1. ſpicileg. [?] p. 367. *Venit Bruna de partibus Hiſpaniae, ante cuius conſpectum gentes peribunt. Haec vero equitum calcibus diſrumpetur* [r].

(3). *Vaticinium* Sibyllae, *de ſeptem ſtatibus Eccleſiae*, quod protulit Iohannes Chemenſis Epiſcopus in libro, qui inſcribitur *onus Eccleſiae*, et ſaepius ſine nomine Auctoris lucem adſpexit, cap. 65. ex eo *Ioh. Wolfius* Centur. 3. Memorabilium pag. 54. ſeq. et *Daniel Claſen* libro III. de oraculis p. 577. ſeq [s].

(4). Aliud apud Heluetios repertum a. 1520. quod ex Coſtani Polyhiſtore refert Burcard Gothelf Struue pag. 278. biblioth. antiquae.

XXI.

r) Hoc vaticinium ſine dubio reſpicit Brunichildem, filiam Atanagildi, regis Viſigothorum, quae A. C. 613. miſerandum in modum excruciata, et ab equo indomito per caſtra raptata eſt, ita, vt eius *calcibus et velocitate curſus membratim diſrumperetur*. v. *Fredegar*. Scholaſt. C. 42. (Append. ad Gregor. Turon. ed. Baſil. p. 29.) Iſta Sibylla igitur ſaeculo ſeptimo vetuſtior non eſt. *Iaeger*.

s) His adiici poſſunt:

a) *Zwölff Sibyllen Weiſſagungen, Vil wunderbarer Zukünſt, Von anfang biß zu end der Welt beſagende. Der Küngin von Saba, Küng Salomon gethane Propheceiē;* In fine: *Getruckt zu Franckfurt. MDXXXI.* 4. ($5\frac{1}{2}$ plagg. cum imaginibus Sibyllarum ligno inciſis.) Farrago, in qua vulgari narrationi de Sibyllis dicta Prophetarum et vaticinia de corruptis moribus et ſacris, de vitiis Pontificum, ſacerdotum et monachorum etc miſcentur.

b) *Propheceien und Weiſſagungen Vergangne, Gegenwertige, und Künftige Sachen-verkündende. Nemlich: Doctoris Paracelſi, Ioh. Liechtenbergers, M. Ioſephi Grünpeck, Ioan. Carionis, Der Sibyllen und anderer.* In fine: *M. D. XLIX.* 4. Aliud exemplar horum vaticiniorum excuſum eſt, eadem forma, ſine nota anni. Locum impreſſionis neutrum indicat. Differunt alterum ab altero in nonnullis, v. g. in titulo, pro *Sachen* poſterius hoc praefert *ding*, pro *verkündende* habet *verklündend.* Illud complectitur I. Alphab. cum 9. plagg. hoc, in quo annus impreſſionis omittitur, plagula vna ſiue quaternione auctius eſt, licet rebus et argumentis cum priori conueniat. Haec argumenta abſoluuntur vulgaribus fabulis de vita et oraculis Sibyllarum, adiunctis earum imaginibus ligno inciſis.

c) Particula huius libelli, paucis variatis, excuſa eſt Auguſtae Vindel. per Io. Schönſperger, 4. $1\frac{1}{2}$.plag. Titulus eſt: *Sybilla. Die dreyzehend Sybille. Ein Küngin von Sabba. Die vor langer Zytt zukünftig geſchicht zu erkennen gydt.*

d) Aliud ἀποσπασμάτιον Sibyllinum prodiit Norimbergae, typographo Iodoco (Iobſt) Gutknecht, Anno M. CCCCC. XVII. 8. min. 2. plagg. Titulus eſt: *Von Sibilla weyſſagung und von Künig Salomonis weiſſheyt was wunders geſchehen iſt und noch geſchehen ſol vor dem iüngſten Tag.* (Eſt fabula rhythmis theotiſcis narrata, in qua priſca recentioribus, e. g. factis Alberti I. Adolfi Naſſouii, caet. Regum Germaniae, permiſcentur. Iidem rhythmi, paucis verbis et collocatione aliquantulum diuerſi, prodierunt, eadem forma, ſine indicio loci et anni.

e) Denique, ne quem index decipiat, commemorare licebit centones Virgilianos, hunc in modum inſcriptos: *Sibylla Capitolina, Publii Virgilii Maronis Poemation, interpretatione et notis illuſtratum a S. L. Oxonii, e theatro Sheldoniano, M. DCC. XXVI.* 8. mai. (92. pagg.) Poemation hoc, in Libros IV. diſtributum, fetus eſt diſcipuli de ſchola Ianſenii, qui Conſtitutionem Clementinam, Bullam *Vnigenitus* vulgo vocant, et Ieſuitas, eius defenſores, exagitat. Textui ſubiiciuntur Notae, breues illae quidem et paucae, et his Interpretatio ſ. paraphraſis. Caeterum forma typorum facile oſtendit, hoc opuſculum non Oxonii, ſed in Batauis, praelo exiiſſe. *Iaeger*.

Lyra triquetra a Sibylla reperta.

XXI. Atque haec de Sibylla atque Sibyllinis ſatis, vel etiam plus ſatis. Operae pretium tamen exiſtimaui, argumentum, quod tot ſcriptores, multa perperam vel non plene tradentes, occupaſſet, paulo accuratius et diſtinctius perſequi in vſum ſtudioſorum. Nunc ad alios ſcriptores, qui ante Homerum fuiſſe feruntur, cum bona, vt ſpero, lectoris venia me confero, modo notauerim, quod imago *lyrae triquetrae*, quod genus a Sibylla primum repertum Suidas tradidit, exſtat apud *Sponium* pag. 21. Miſcellan. et *Perizonium* ad Aeliani Variarum Lib. III. cap. 32. pag. 260.

Recentiores de Sib. ſcriptores.

XXII. Optandum erat, *Claudii Salmaſii* opus de Sibyllis, quod vir magnus promittit pag. 78. ad Solin. lucem vidiſſe. Ceterum alii recentiores, qui ſingularibus ſcriptis editis de Sibyllis, earumque oraculis, agendum in ſe pridem ſuſceperunt, hi fere ſunt: *Ioannes Aitzema* in ſpeculo Sibyllarum, ſiue tractatu de Sibyllis, Belgice edito. *Dauid Blondellus* [t]) libris de Sibyllis, qui Gallice prodierunt Pariſ. 1649. 4to [v]). Anonymus (*Rob. Boyle* vt fert fama) in diſquiſitione de Sibyllis et Sibyllinis ſcriptis, contra obiecta Opſopoei, Caſauboni, Blondelli et aliorum. Anglice Lond. 1662. 89. *Ioh. Craſſetus*, Ieſuita, in diſſertatione de oraculis Sibyllinis aduerſus Blondellum Gallice, Pariſ. 1678. 12. et cum appendice Ioh. Marckio, Viro Cl. oppoſita. ibid. 1684. 12. *Seruatius Gallaeus* in diſſertationibus de Sibyllis Amſt. 1688. 4. *Georgii Greenii* triga diſſertationum de Sibyllis Witeberg. 1661. 4. *Ioh. Marckius* [x]) in diſputationibus de Sibyllinis Carminibus Franequ. 1682. 8. *Onuphrius Panuinius* in libro de Sibyllis et Sibyllinis oraculis, frequenter edito. *Petrus Petitus* libris III. de Sibylla, Lipſ. 1686. 8. *Thomas Reineſius* diſquiſitione critica poſtuma de Sibyllinis Ien. 1679. 4. annexa G. Schubarti libro de diluuio Deucalionis. *Ioh. Reiskius* [y]) in exercitationibus de vaticiniis Sibyllinis, pluribuſque, quotquot Chriſti natalem praeceſſiſſe leguntur, Lipſ. 1688. 8uo. *Eraſmus Schmidius* [z]) in [?] Orationibus tribus de Sibyllinis Oraculis Witeb. 1618. 8. et ad calcem commentariorum in nouum foedus Norimb. 1658. fol. *Edwardus Simſon* in diſquiſitione de Sibyllis, ſubiecta parti poſtremae Chronici Catholici Oxon. 1652. fol. *Iſaacus Voſſius* de Sibyllinis et aliis, quae Chriſti natalem praeceſſere oraculis, Oxon. 1680. 12. et poſt eius varias Obſeruationes Lond. 1685. 4. *Tobias Wagnerus* inquiſitione in Oracula Sibyllina de Chriſto, Tubing. 1664. 4. *Io. Philippus de Lignamine*, nobi-

t) vide Richard Simon tom. I. Bibl. choiſie c. 10. Iournal des Savans 1714. pag. 638. ſq.

v) Hoc opus in libris rarioribus numeratur. v. Biblioth. hiſtorique et critique — par Clement. T. IV. p. 297. ſq. Biennio poſt primam editionem, ſine vlla mutatione, nouo tantum titulo inſtructum fuit, qui a. 1651. praefert. Verum, cum ne ſic quidem ſatis vendibile videretur, idem opus titulo ornatum eſt valde mutato, ſc. hunc in modum: *Traité de la créance des Peres, touchant l'eſtat des ames après cette vie. Et de l'origine de la priere pour les morts et du purgatoire, à l'occaſion de l'Eſcript attribué aux Sibylles, qui eſt icy examiné. Par David Blondel. Se vend a Charenton. — 1652. Iaeger.*

x) Confer eiuſd. Marckii Exercitationes textuales ad 50. ſelecta S. Scripturae loca p. 475. ſq. et praef. ad exercitationes iuueniles, Groning. 1686. 8. Acta Erud. 1683. p. 389.

y) Impugnat potiſſimum ſententiam Iſ. Voſſii, de qua, vt de aliorum quoque plerorumque hic memoratorum, dixi ſupra hoc ipſo capite, ſuo loco.

z) Quem licet non nominatum, erroris tamen aperte arguit Dieteric. Auctar. Catal. Tom. V. pag. 12. Boecler in Kirchmaierianis Epiſt. pag. 5. 96. ſq. adde Bayle Epiſt. pag. 121. Schmidii ſententiam defendit Kirchmaier iun. v. Kirchmaieri Epiſt. pag. 205 — 222. Voſſii librum examinat et explodit Dale lib. de Prophetia Part. II. cap. 7. *Heumann.*

[illegible] Mediolanenſ., [illegible] Medici, de Sibyllis, Romae, in aedibus eiuſdem de Lignamine. 1481. 4. teſte Mongitore in Biblioth. Sicula vol. I. pag. 362. Eſſais de Litterature tom. II. p. 81. Io. Ienſius de Sibyllinis Romanorum carminibus. Dordraci. 1702. 8. Iacobus, Iacobi, Flachſenius diſſ. de Oraculis Sibyllinis. Aboae 1703. 8. *Ioſuae Barneſii* de Sibyllis libri tres nondum, quod ſciam, lucem adſpexere, memorati ab auctore in Catalogo ſcriptorum ſuorum Anacreonti praemiſſo. [Sibyllina oracula pro genuinis habet H. de S. Maria in Actis Erudit. Supplem. tom. VII. p. 52. et Nehring. de quo v. Vnſchuld. Nachrichten 1720. pag. 101. Floyerus Anglus de quo v. Leipzig. gel. Zeitung. 1723. pag. 853. et Benthemius apud Fabricium de ſcriptor. de verit. relig. chriſt. c. I. p. 33. *Heumann*].

Infiniti praeterea ſunt, qui licet non ſingularibus libris, tamen fuſe ſatis hoc argumentum in ſcriptis ſuis attigere, vt Ioach. Camerarius, Ioh. Iacobus Boiſſardus, Iulius Caeſar Bulengerus et Caſpar Peucerus libris de diuinatione: Auctor hiſtoriae Deorum fatidicorum, vatum, Sibyllarum et Phoebadum apud priſcos illuſtrium. Francof. 1680. 4. P. Molinaeus libro quem Vatem inſcripſit, Antonius Vandalen, L. I. c. 10. Daniel Claſen et Georgius Moebius libris de Oraculis: Samuel Mareſius in Sylloge diſpp. parte 2. p. 489. ſequ. Baronius in apparatu ad Annales et aduerſus eundem Iſ. Caſaubonus, Rich. Montacutius et Caſauboni contra Roſweidum Hyperaſpiſtes Iacobus Capellus. Samuel quoque Baſnage T. 1. Annal. p. 147. ſeq. (ad a. 4. ante C. N. §. 4-16. ſtatuens eos libr. ſcriptos fuiſſe non ita multo poſt Apoſtol. Ioannis, non tamen a Montano, *Heum.*) Guil. Beueregius in Codice Canonum vindicato L. 1. c. 14. Ioh. Henr. Vrſinus libro de Moſis antiquitate p. 225. ſq. et Chriſtoph. Arnoldus in ſpicilegio p. 70. Lilius Gyraldus dialogo 2. de Poetis, Guil. Caueus aa), Elias du Pin et alii plerique, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis egerunt, Rich. Simon contra Iſ. Voſſium, Thomas Hyde de Veteri Relig. Perſarum, Io. Moellerus in Homonymoſcopia pag. 271. ſeq. Herman. Frid. Braun in nodo Gordio Aenigmatis Sibyllini de nomine dei. Lipſiae 1728. 4. Nicol. Nourry Adparatus ad Bibliothec. patrum diſſ. XII. cap. 3. pag. [illegible]. Io. Hoornbeeck de conuertendis gentilibus II. 3. Iac. Capellus lib. I. Vindic. Caſaubon. c. 11. Honoratus de S. Maria Carmelita tom. II. operis gallice editi, Reflexions ſur les regles et ſur l' uſage de la Critique, qui Sibyllina a doctoribus eccleſiae citata tuetur. [Ioh. Floyer, A Diſquiſition touching the Sibylls, and the Sibylline Writings, London [illegible] Biblioth. Bodlei. vol. II. pag. 613. Adrien Baillet Iugemens des Savans etc. tom. III. a Amſterdam 1725. 4. p. 100. ſq. *Heum.*]. Praeterea Sibyllinorum editores ſupra cap. XXXI num. 1. a me laudatos, quibus addendum *Ludouicum de* [illegible], Palentinum Hiſpanum, ordinis S. Dominici, cuius commentaria in vaticinationes Erythraeae Sibyllae a bello Troiano ad [illegible] futura praedicentes lucem viderunt Senis [illegible]. 4. Verum illa non [illegible] octo Sibyllinorum libros a Betuleio primum A. 1545. editos, ſed tantum exigua quaedam Sibyllae Erythraeae fragmenta ex Euſebio, Lactantioque excerpta perſequuntur. Porro Notae Iohannis Sauonarolae in Sibyllina,

aa) Caſim. Oudinus tom. I. de ſcriptor. eccleſ. pag. 141 — 148. Prideaux Hiſt. V. T. tom. II. pag. 751. ſqq. Cotelerius not. ad Clementis Rom. Conſt. pag. 52. ſqq. Acta Eruditor. 1727. pag. 113. *Heumann.*

bb) Confer quae dixi ſupra, num. IV.

lina, quae Pariſiis A. 1647. et 1650. editas memorat Bibliotheca Theologica Martini Lipenii τοῦ μακαρίτου, nuſquam exſtant, ſed pro Saumarula, Opſopoei nomen ibi reponendum [?] cc).

C A P V T XXXIV.

I. *Sidonis hymni.* II. *Siſyphi Coi Ilias. Alii hoc nomine.* III. *Syagrus, belli Troiani ſcriptor, in Laertii codicibus vitioſe Sagaris, in Scholiis ad Ariſtophanem Satyrus.* Μετὰ τοῦτον, *cum hoc.* IV. *De Terpandro, eius aetate, et poematis.* V. *Terpandri Lyra* ἑπτάφθογγος.

[Cum auctario G. C. Harles.]

Sidonis hymni. I. SIDONEM, Ponti filiam, hymnos inueniſſe affirmat Sanchoniathon ſiue Philo Byblius apud Euſebium Lib. II. praeparat. Euangel. pag. 38. Ἀπὸ δὲ τοῦ Πόντου γίνεται Σιδών, ἣ καθ' ὑπερβολὴν εὐφωνίας πρώτη ὕμνον ᾠδῆς εὗρε.

Siſyphus. II. SISYPHVS COVS, Teucri ſcriba fuiſſe et Iliadem ante Homerum condidiſſe dicitur. Iohannes Malalas T. 1. Chronographiae p. 167. ſq. a) Ταῦτα δὲ Σίσυφος ὁ Κῷος συνεγράψατο, ἐν τῷ πολέμῳ ὑπάρχων σὺν τῷ Τεύκρῳ, ἧστινος συγγραφῆς εὑρεθείσης Ὅμηρος ὁ ποιητὴς τὴν Ἰλιάδα ἐξέθετο, καὶ Βεργίλλιος τὰ λοιπά. ἅτινα καὶ ἐν ταῖς τοῦ Δίκτυος ἐμφέρεται συγγραφαῖς. Eadem fere ex Chronographo MSto aſſert Allatius Lib. de Patria Homeri p. 54. Iohannes Tzetzes ad Malalam auctorem prouocans, Chil. V. hiſt. 29. [a Ionſio de ſcript. hiſt. philoſ. I. 3. p. 23. laudatus.]

Σίσυφον Κῷον λέγουσι τοῦ Τεύκρου γραμματέα
Καὶ πρὸ Ὁμήρου γράψαι δὲ τοῦτον τὴν Ἰλιάδα,
Τεύκρῳ συνεκστρατεύσαντα καὶ καθορῶντα πάντα,
Ἀφ' οὗ πρὸς πλάτος ὕστερον Ὅμηρον μεταφράσαι.

Laudat item Siſyphum plus ſimplici vice idem Malalas p. 142. 152. vt illa aetate libellum de rebus Troianis ſub Siſyphi nomine exſtitiſſe non ſit dubitandum. Ceterum et alii Siſyphi, vt celebris ille Aeoli filius b) conditor et Rex Ephyrae ſiue Corinthi, auctor ludorum Iſthmiorum: et Siſyphus latro atque inſeſſor viarum Corinthi, qui apud inferos [illegible] cogitur rediturum ſaxum voluere, quamuis hos pro uno quidam habuerint, et ſaepe Mythologorum ac Poetarum more [illegible], diuerſa inter ſe confundunt. Vide Scaligerum ad Euſeb. pag. 38.

III

cc) Scriptis ab Auctore commemoratis licet addere *G. I. Voſſ.* de Poet. Graec. C. I. *Petr. Lambec.* Prodrom. Hiſt. Lit. L. I. C. 4 §. 4. *Banier*, Mythologie et les fables expliquées par l' Hiſtoire. L. 4. c. 2. T. I. p. 335. ed. Paris. 1738. 4. Obſervations ſur les Recueils de prédictions ecrites; qui portoient le nom de Muſée, de Bacis et de la Sibylle, par Mr. *Freret.* in Acad. Inſcript. Paris. Commentar. litterar. (Memoir. de Litterat.) tom. XXIII. p. 187-212. *Lueger.*

a) ſ. vol. 23. ſcriptor. Byzant. ed. Venet. p. 55. D et E. *Harl.*

b) Hunc a ſumma eruditione laudat Theognis v. 702. ſqq. conſ. not. ad h. l. *Heumann.* adde *Eudociam* pag. 375. *Hygin.* fab. 60. ibique Munker. et Staueren. *Apollodori* biblioth. I. 7. 3. I. 9. 3. etc. et Heyne ad illum pag. 152. ſq. *Seruium* ad Virgil. Aen. VI 616. *Banier* Erläuter. der Götterlehre vol. IV. p. 157. *Petau.* Ration. temp. part. I. lib. 1. cap. 7. vt alios mittam auctores. *Harl.*

Syager. III. SYAGER ſiue c) SYAGRVS de quo Aelianus lib XIV. Variar. capite 21. ὅτι Σύαγρός d) τις ἐγένετο ποιητὴς μετ' Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον, ὃς λέγεται τὸν τρωϊκὸν πόλεμον πρῶτος ᾆσαι. μεγίστης οὗτος ὑποθέσεως λαβόμενος καὶ ἐπιτολμήσας ταύτῃ e). Neutrum tamen videtur Syagri librum ipſum vidiſſe Aelianus, vti nec Euſtathius, qui in proleg. ad Iliadem p. 3. ὅτι δὲ καὶ ἕτεροι, inquit, πρὸ Ὁμήρου ἦσαν ποιηταὶ, ὧν καὶ Μουσαῖον ἀκούομεν εἶναι συγγεγραφηκότας, καὶ ὅτι, ὡς καὶ Αἰλιανὸς ἱστορεῖ, μετὰ Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον Σύαγρος γέγονε ποιητὴς, ὃς πρῶτος τὸν Τρωϊκὸν ᾖσε πόλεμον. Verba μετ' Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον Iulius Caeſar Scaliger, Poetices Lib. I. c. 2. p. 11. non cum Vulteio, cumque ſecutis omnibus Aeliani editoribus, reddit *poſt*, ſed *ante Orpheum et Muſaeum:* quo nomine reprehenditur ab *Allatio* de patria Homeri pag. 63. et 76 ſeq. Sed ita quoque viri quidam docti exponendum rati ſunt locum Actor. cap. V. verſu 37. μετὰ τοῦτον, *ante hunc.* Vide *Valeſium* ad Euſebium pag. 31. et *Samuelem Baſnage* ad A. C. 34. n. 21. etſi locus Clementis Alexandrini, quem afferunt, aliter longe accipitur ab *Henr. Dodwello*, diſſertatt. ad Irenaeum p. 30. et ab alio viro docto, cuius mentionem facit in addendis ad illum locum. Rectius, ni fallor, μετὰ τοῦτον vertendum *cum hoc* vel *praeter hunc.* Sic Homerus Odyſſ. λ. 468.

Αἴαντός θ' ὃς ἄριστος ἔην, εἶδός τε, δέμας τε,
Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Locus Luciani a Lamberto Boſio in diatribis ad N. T. p. 53. adductus huc non facit, nam ibi μετὰ τούτους vertendum eſt *poſt hos* (a me iam commemoratos duos) ἄκουσον ἤδη τρίτον ἄλλον, *audi iam tertium.* At Chryſoſtomus ad Danielem pag. 191. in loco quem Cotelerius difficillimum eſſe queritur in notis p. 227. μετὰ Αἴγυπτον per metalepſin dixit *poſt populi Iudaici ex Aegypto liberationem.* Vt ad Aelianum redeam, verba μετ' Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον reddenda puto *cum Orpheo et Muſaeo*, ſiue *iiſdem, quibus illi, temporibus* f). Vt apud Plutarchum de ſera Numinis vindicta p. 563. τοῦ γενομένου μεθ' ἡμᾶς Πρωτογένους, vbi recte Xylander: *qui nobiſcum fuit.* Sic *Suidas* ait, Athenienſem Palaephatum fuiſſe μετὰ Φημονόην, h. e. *eadem aetate*, qua Phemonoe, et Potamonem vixiſſe πρὸ Αὐγούστου καὶ μετ' αὐτὸν h. e. *ante Auguſtum et illius aetate* et Dictyn, quem Homero antiquiorem fecit, ſcripſiſſe τὰ μεθ' Ὅμηρον i. e. *eadem cum Homero*, ſiue de eodem, quod Homerus tractauit, argumento. *Syncellus* p. 18. Μανεθῶ ὁ Σεβεννύτης μετὰ Βηρωσσὸν γενόμενος, i. e. κατὰ τοὺς αὐτοὺς σχεδὸν που χρόνους, vt idem ait pag. 16. addens tamen ἢ μικρὸν ὕστερον. Ioannes Malalas T. 1. p. 200.

c) Alios hoc nomine memorat Athenaeus Lib. IX. p. 401. Caeterum idem haud dubie eſt Syager, qui in Codicibus Laertii vocatur Σάγαρις et Homeri adhuc viui ac ſpirantis aemulus fuiſſe traditur Lib. II. in Socratis vita ſect. 46. In Thomae Magiſtri argumento Ranarum Ariſtophanis idem vitioſe vocatur Σάτυρος. Τῷ ὑπὲρ φύσιν Ὁμήρῳ τις ἀνώνυμος ἤριζε Σάτυρος. Quo in loco ἀνώνυμος eſt οὐκ ὀνομαστὸς, ſcriptor nullius nominis ſiue obſcurus.

d) Sed *Kühn* ad Ael. H. V. lib. XI. cap. 2. cum Königio legere malebat hoc Aeliani loco: Ὄιαγρος, cui ſuſpicioni obſtare videtur Euſtathius, Aeliani teſtimonium adpellans. *Harl.*

e) Τρωϊκὰ ſcripſerunt etiam Piſander et Metrodorus Chius atque Hegeſianax Alexandrinus. v. Fuluium Vrſinum in Virgilio cum ceteris collato, pag. 226. *Fabric.* adde *Heynii* Excurſum ad Virgil. Aen. II. init. tom. II. pag. 220. ſqq. et infra cap. de Homero. *Harl.*

f) Fabricii expoſitionem comprobat et illuſtrat amplius, *Iac. Haſaeus* diſſ. de aetate Potamonis Alexandrini, in *Heumanni* Actis Philoſoph. vol. III. part. XVII. pag. 719. ſq. *Harl.*

Ταῦτα δὲ ἱστοροῦσιν οἱ περὶ ὕπατον Θάλλον καὶ Κάστορα καὶ Πολύβιον συγγραψάμενοι, καὶ μετ' αὐτοὺς (cum his siue praeter hos) Ἡρόδοτος ὁ ἱστοριογράφος. *Photius* Cod. 262. de Lyſia, qui Demoſthene ſine controuerſia antiquior, ὁ μετά γε Δημοσθένην ἔτος μόνος τῶν ἄλλων ῥητόρων [illegible] κατορθῶσαι. Hac ratione nec apud Clementem Alex. L. VII. Strom. p. 704. cum Dodwelli animo pro μεθ' ὧν reponendum μεθ' ὃ, ſed etiam illud μεθ' ὧν [?] exprimi poteſt *cum quo*. Nec tum difficultatis quicquam habebit locus Heſychii Hieroſolymitani in quaeſtionibus a Cotelerio editi Tom. 3. monumentor. p. 7. καὶ ἕτερος ὁ παρὰ τῷ Ματθαίῳ μετὰ τὴν αὐτοῦ ἐκ τοῦ τελωνίου κλῆσιν ἀναγραφείς. *et alius* (paralyticus) *a Matthaeo IX. 2. vna cum ſua e telonio vocatione IX. 9. deſcriptus.*

Terpander. IV. TERPANDER ex Methymna vel ex Antiſſa, Lesbius vel ex Arna, Cumaue Boeotus, non Archilocho tantum, ſed et Thalete Cretenſi, de quo mox dicam, antiquior fuit, ſi audimus *Plutarchum* L. de Muſica [p. 1132 aut tom. X. ed. Reiske pag. 652 ſqq. 659. vbi Plutarchus de Terpandro multus eſt. *Harl.*] Ἡ μὲν οὖν πρώτη κατάστασις τῶν περὶ τὴν μουσικὴν ἐν τῇ Σπάρτῃ, Τερπάνδρου καταστήσαντος, γεγένηται. τῆς δὲ δευτέρας δὲ Θαλήτας ὁ Γορτύνιος καὶ Ξενόδαμος ὁ Κυθήριος, καὶ Ξενόκριτος ὁ Λοκρὸς καὶ Πολύμνηστος ὁ Κολοφώνιος. καὶ Σακάδας ὁ Ἀργεῖος μάλιστα αἰτίαν ἔχουσιν ἡγεμόνες γενέσθαι. *Aelianus* quoque L. XII. Var. cap. 50 [vbi vide Perizon.] Terpandrum Thaleti praeponit: μετεπέμψαντό γε μὴν (οἱ Λακεδαιμόνιοι) Τέρπανδρον καὶ Θάλητα καὶ Τυρταῖον καὶ τὸν Κυδωνιάτην Νυμφαῖον καὶ Ἀλκμᾶνα, αὐλῳδὸς γὰρ ἦν g). Hieronymo Rhodio viſus eſt Terpander Lycurgi atque adeo

g) In fragmento incerti ſcriptoris, quod *Cenſorino* adiungi ad calcem ſolet, locus eſt in cap. 9. [pag. 140. ed. Hauercamp.] corruptiſſimus, quem *Valeſius* in Emendationum lib. IV. cap. 14. p. 116. emendauit, et *Burmannus* in nota vberius illuſtrauit. Sic vero vulgo legitur: *prior eſt muſica inuentione metrica. Cum ſint enim antiquiſſimi poetarum Homerus, Heſiodus, Piſander, et hos ſequuti Elegiarii, Callimachus, Mimnermus, Euhemerus* etc. Valeſius pro voc. *Callimachus* reſcribendum putat *Callinus*. Sed Burmanni nota magis pertinet ad noſtrum Fabricii locum. Quae ille de Piſandro et reliquis monet, ſuo ea loco adferemus. In fragmento iſto pro v. *Piſander*, reponendum *Terpander* cenſebat Cauchius, cuius emendationes in hoc fragmentum exhibentur in editione Schotti, qui addidit illud poſt Procli Chreſtomathiam, quae Obſeruationibus eius adnectitur. „At fruſtra, inquit Burmannus, Cauchium pro *Piſandro* voluiſſe *Terpandrum*, euincit Tzetzes in Prolegomenis ſcholiorum ad Lycophronem: Γεγόνασι δὲ ἐποποιοὶ ποιηταὶ οὗτοι, Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Πανύασις, Ἀντίμαχος καὶ Πείσανδρος· et Proclus in Chreſtomathia pag. 6. ed. Schotti: Γεγόνασι δὲ τοῦ ἔπους ποιηταί, κράτιστοι μὲν Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Πείσανδρος etc. — Terpander igitur inter epicos illos poetas referri nequit, quum ille Muſicis potius adnumerandus ſit, licet et carmina condiderit, quippe qui primus inuenerit muſicos νόμους, et citharae ſeu lyrae modos conſtituerit, ac poematibus metra adiecerit. Ita in chronico Epocharum graecarum in Marmoribus p. 166. Epoch. 35. [p. 197. ſqq. ed. Prideaux, Oxon. 1676, qui multus eſt de Terpandro]. Ἀφ' οὗ Τέρπανδρος ὁ Δερδένεος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους τῆς λύρας καὶ αὐλῶν ἐδίδαξεν, οὓς καὶ αὐλητὰς συνηύλησε, [ſic vero ſuppleuerat lacunas marmoris Palmerius,] *a quo Terpander Derdenei filius Lesbius nomos lyricos et auleticos docuit, quos cum tibicinibus ſimul tibiis cecinit;* vbi multa de νόμοις, qui muſicos modos notant, habet Seldenus pag. 170. ſqq. [pag. 198. ed. Prideaux, qui plura dabit pag. 174. ſq.] de qua voce vide et Doctorum notas ad Sueton. Ner. 20. ad quem locum nomi ſignificationem in muſica iam explicuit Dom. Calderinus in Face critica Gruteri tom. I. p. 315. Clemens Alexandrinus lib. I. Strom. pag. 133. ed. Sylb. μέλος τε αὖ πρῶτος περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος, *modos autem poematibus primus adiecit, et Lacedaemoniorum leges numeroſis verſibus ſcripſit Terpander Antiſſaeus:* ita haec [illegible] Gentianus Heruetus, cuius interpretationem [illegible]

qui-

adeo Thaletis fuiſſe aequalis, vt teſtatur *Athenaeus* L. XIV. dipnoſophiſt. p. 635. Lycurgi leges numeris Muſicis adiunxiſſe innuit *Clemens Alex.* L. I. Strom. p. 309. vbi et primum poematis melodiam applicuiſſe narrat: *μέλος τε ἂν πρῶτος περιέθηκε τοῖς ποιήμασι* (etiam ſuis ipſius et Homeri, teſte Plutarcho de Muſica p. 1132.) *καὶ τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος.* Hellanico, apud eundem Dipnoſophiſtarum ſcriptorem, auctore, multis annis Lycurgo atque adeo Thalete fuit iunior; nam in Carneorum certamine primus omnium vicit, quod feſtum vigeſima ſexta Olympiade inſtitutum conſtat ex Athenaeo, [Lib. XIV. 9. p. 635. vbi quoque teſte Pindaro Terpander dicitur excogitaſſe Barbiton, *Harl.*] vnde hoc repetunt Ioſephus Scaliger, in Graeca, quam edidit, deſcriptione Olympiadum. Vide de illo feſto, ſi placet, Meurſium in Graecia feriata p. 178. Ed. Simſon in Chronico ad a. 3329. Mirum vero, quod *Clemens* Alex. 1. Strom. p. 333. ait, ab Hellanico Terpandrum referri ad tempora Midae, qui Olympiades longe aetate antecesſerit et Homeri aequalis fuit, negantibusque aliis, huius ſuis ab eo mactatum eſſe Epitaphio, quod refert *Plato* in Phaedro p. 209. [i]) Homero tribuit Herodotus in Poetae vita, et ex recentioribus Scaliger ad Euſeb. p. 79. etſi Cleobulo ab aliis tributum narrat Laertius Lib. I. ſect. 89. Verum enim vero fuit et alter Midas recentior, cuius mortem ad Olymp. XX. commemorat Euſebius in Chron. Idem Euſebius Terpandrum refert ad Olymp. XXXIII. [i]) cui conſentaneum eſt, quod Phanias apud Clementem

 Archi-

quidem caſtigat Meibomius ad Ariſtoxeni Harmon. Element. inter Muſicos veteres pag. 76. vertens: *Lacedaemoniorum leges cantandas exhibuit.* Sed qui tamen ipſe verum non adſequutus eſt verborum ſenſum: per *νόμους* enim hic non indicari civiles leges; ſed cantilenas ſacras tunc Lacedaemone viſitatas, ac Terpandrum muſicae ſacrae in nomis illis adhibitae apud Lacedaemonios auctorem fuiſſe, intelligi in hoc Clementis loco optime oſtendit Lydiatus ad Marmora Oxon. pag. 199. Quin et citharae tres chordas quatuor prioribus adiecit Terpander, vnde de eo refert Plinius lib. VII. cap. 56. *citharam Amphion, vel vt alii Orpheus, inuenit. Septem chordis tribus ad quatuor additis Terpander. Octauam Simonides addidit, nonam Timotheus.* vide etiam Plutarch. de Muſica p. m. 1141. et hoc ipſe iactat in verſibus, qui leguntur in Euclidis Introduct. Harmon. p. 19. [quos Fabric. ipſe laudauit et poſuit] de quorum interpretatione vide Meibom. in notis p. 62. Plura egregia hac de re notauit nuper eruditiſſ. auctor [*Dorville*] criticae vanni in Pauonem p. 649 — 655. „ Hactenus *Burman.* De *νόμοις* attuli quaedam ad *Ariſtotelis* A. P. p. 12. *Harl.*

h) *Dodwell* de veterum Graecorum Romanorumque Cyclis, diſſ. III. p. 130. ſqq. (vbi de Terpandri aetate copioſus eſt,) hanc controuerſiam ſic componit, vt, quia Terpandrum poetam aequalem Midae fecerit Hellanicus, qui tamen non eſſet Olympiadibus antiquior; eumdem Archilocho antiquiorem, Homero coaeuum, fecerit Glaucus Italus, neutrum putet, niſi *de Terpandri natali* verum eſſe poſſe, quem non ſatis diſtinguant in hoc obſcuro adhuc hiſtoriae ſaeculo ſcriptores; ſic ergo intelligendos eſſe, natum fuiſſe Terpandrum ante mortem Midae, quam Olympiadi XX. exeunti adſignauerat Dodwell. ſic enim neceſſe fuiſſe, vt etiam ante Archilochi exitum, qui Olympiadis XXIII. finem attigerit, natus fuerit: Si anno Olymp. XX. vel vltimo natus fuerit, tunc ſane annum L. egerit oportere, vbi inſignem illum Olymp. XXXIII. an. 2. cenſet Euſebius: conuenire chronicon marmoreum in anno 4. Olymp. XXXIII. in Carneorum vero, (de quibus in Excerptis Caſauboni apud Scalig. Theſaur. p. 217.) certamine Terpandrum victorem egiſſe annum ſaltem XXI., quod ſatis commodum ſit, concludit Dodwell. *Harl.*

i) Prideaux in marmore Oxonienſi verba in ſuperiore nota prolata, ita continuat et emendat — *συνηύλησε καὶ τὴν ἔμπροσθε δῆμον* (ſic emendarat Lydiatus et Prideaux comprobauit p. 198. alii enim aliter hariolati ſunt) *δίκην μετέστησεν, ἔτη* HHHΓΔΙΔΔΔΙ Ἄρχοντος Ἀθήνησι Δρωπίδε, — *ſimul tibiis cecinit et actionem coram populo repulit, anni 381, Archonte Athenis Dropilo.* Dropilus vero Archon fuit Olymp. XXXIV. an. 4. Per. Iul. 4070.

[illegible] et Leſche iuniorem facit, etſi Archilocho antiquiorem ſcripſerat Glaucus Italus apud Plutarchum de Muſica [illegible]. [illegible] Terpander [illegible], quae habet apud eundem Clementem Lib. VI. pag. 658. ζεῦ πάντων ἀρχά, πάντων ἡγήτωρ, ζεῦ σοι πέμπω ταύταν ὕμνων ἀρχάν. Elegorum inuentorem Terpandrum, neſcio quibus auctoribus, [P] (Plutarcho forte tradunt Gyraldus, et in inſtitutionibus Poeticis Voſſius. Equidem Plutarchus de Muſica p. 1132. (vol. X. p. [illegible] ed. Reiske) inter [illegible] νόμους refert elegos, ſed genus carminis elegiacum a Terpandro inuentum non ait. Seditionis a Terpandro, Muſices ope, ſedatae meminit, praeter Diodorum Sic. et Plutarchum de Muſica et Lib. de ſera numinis vindicta, (pag. 55. ed Wyttenbach.) Heraclides de Politiis. Λέσβιον ᾠδὸν commemorans, Ariſtides in orat. de concordia ad Rhodios et Platonica 2. pag. 205. 311. Zenobius, Suidas, (qui etiam in ἀμφιανακτίζειν et μόσχος ἄδει de boeotico cantu per Terpandrum inuento agit,) Diogenianus et Apoſtolius in μετὰ Λέσβιον ᾠδόν, laudantes Cratinum in Chirone, Heſychius in Λέσβιος ᾠδός, Tzetzes Chil. 1. hiſt. 16. et alii. (v. Eraſmi Adagia pag. 473.) Νόμους tantum κιθαρῳδικοὺς, non etiam αὐλητικοὺς ei adſcribi etiam in Epochis marmoreis Arundelianis obſeruat *Palmerius* exercitatt. ad ſcriptores Graecos p. 720 [k]). Vide et *Plutarchum* Lib. de Muſica p. 1132. ſq. edit. Pariſ., ex quo inter alia diſces, Terpandrum eiuſque imitatores ita Muſicos ſuos modos inſtituiſſe, vt primum hymno quodam venerarentur Deos, deinde ſtatim ad Homeri, Orphei vel aliorum Poetarum carmina decantanda tranſirent.

Terpandri lyra ἑπτάφθογγος. V. Lyram ſeptem chordis a *Terpandro* primum inſtructam multi memorant, Boethius Lib. I. de Muſica c. 20. *Septimus neruus a Terpandro Lesbio adiunctus eſt, ſecundum ſeptem ſcilicet planetarum ſimilitudinem.* Rectius fortaſſe *ſeptimum tonum* dixiſſet. Nam [illegible] λύραν, ſed ἑπτάφθογγον [illegible] Plutarchus. [illegible] quoque, cum narraſſet, eum, ſecundum quosdam, ab Heſiodo genus duxiſſe, ſecundum alios, ab Homero, vocat eum Λυρικὸν, ὃς πρῶτος ἑπτάχορδον ἐποίησε τὴν λύραν, καὶ νόμους λυρικοὺς (hymnos ad Lyram canendos) πρῶτος ἔγραψεν, εἰ καί τινες Φιλάμμωνα [illegible] λέγουσι γεγραφέναι. Terpandri ipſius teſtimonium exſtat apud Euclidem ſiue Cleonidem introduct. Harmonica p. 19. et Strabonem Lib. XIII. p. 618. [p. 919. ed. Almeloveen] apud quem ex Euclide forte emendandum, [illegible] : [illegible] ἀποστρέψαντες ἀοιδὴν [l]). *Harl*).

Ἡμεῖς τοι τετράγηρυν ἀποστέρξαντες ἀοιδὴν

Ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους.

Sed non omittendus [illegible] Nicomachi Geraſeni, [illegible] Euclidis Harmonica [illegible] ita incipit: τὴν λύραν τὴν [illegible] [m]) Φασὶ τὸν Ἑρμῆν εὑρηκέναι καὶ κατασκευάσαντα [illegible] τάχος.

4070. Vrb. cond. 110. Tullo Hoſtilio rege Rom. III. anno 28. rationes ſic ſubducente *Corſino* in Faſtis Atticis tom. III. p. 84. 85., qui Prideauſii emendationi calculum adiicit, et Oxonienſis chronici fide Terpandri aetatem illi anno adſerit. *Harl.*

k) Obſcure loquitur auctor. Verba Palmerii haec ſunt: „De hoc Terpandro operae pretium eſt videre Pollucem, et eum caſtigare, eo quod putat, eos errare, qui νόμους αὐλητικοὺς illi tribuunt; at eos non errare, adſerit hoc loco marmor.„ *Iaeger.*

l) Illos verſus et Terpandrum reſpicit quoque *Clemens Alexand.* Stromat. VI. pag. 685. C. ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους· ποιητής τις ἐν ἀσμασι γράφει. *Harl.*

m) Vide Figuram eius in Nouellis Reip. litter. A. 1703. Sept. p. 258. *Caua concha* apud Virgil.

τάχορδον παραδεδωκέναι τὴν μάθησιν τοῦ Ὀρφέως, (Ὀρφεὺς δὲ ἐδίδαξε Θάμυριν καὶ Λίνον, Λίνος Ἡρακλέα, ὑφ᾽ οὗ καὶ ἀνῃρέθη. Ἐδίδαξε δὲ καὶ Ἀμφίονα τὸν Θηβαῖον, ὃς ἐπὶ τῶν ἑπτὰ χορδῶν ἑπταπύλας τὰς Θήβας ᾠκοδόμησε). ἀναιρεθέντος δὲ τοῦ Ὀρφέως ὑπὸ τῶν Θρακικῶν γυναικῶν τὴν λύραν αὐτοῦ βληθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν. Ἐκβληθῆναι δὲ εἰς Ἄντισσαν πόλιν τῆς Λέσβου. Εὑρόντας δὲ ἁλιέας ἐνεγκεῖν τὴν λύραν πρὸς Τέρπανδρον, τὸν δὲ κομίσαι εἰς Αἴγυπτον, εὑρόντα δὲ αὐτὸν ἐπισκευάσαντα ἐπιδεῖξαι τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ ἱερεῦσιν, ὡς αὐτὸν πρῶτον εὑρετὴν γεγενημένον. Adde, ſi lubet, quae de Hermete atque Orpheo ſupra dixi XII. 11. XX. 2 [P].

CAPVT XXXV

I. *De Thaletis Cretenſis aetate.* II. *Scriptis, et Muſica peritia.* III. *Obiter de Thalete Mileſio et inuentis ac ſcriptis ei tributis. Euchorbus Phryx Geometra. ibid.* IV. *Thamyris cum Muſis contendens et ideo excoecatus.* V. *Scripta ad eum relata, et inuenta.* VI. *Alii hoc nomine.* VII. *Themis.* VIII. *Thymoetes.* IX. *Tireſias.*

[Cum auctario G. C. Harles.]

Thales Cretenſis. I. DE THALETE CRETENSI ita Suidas: Θαλήτας Κρὴς Ἐλύριος (*ex Elyro, Cretae vrbe*, pro quo male in vulgatis ἢ Ἰλλύριος, vt monuit *Meurſius* [a]) in Creta Lib. I. cap. 9. et Lib. IV. cap. 12). λυρικὸς, γεγονὼς πρὸ Ὁμήρου. Idem Thaletam Cnoſſium commemorat, quem vocat Rhapſodum, et poemata quaedam mythica ſcripſiſſe affirmat; ſed non diuerſus forte fuit Cnoſſius iſte ab Elyrio, vti nec a Gortynio Thaleta, cuius in libris de Muſica meminere Plutarchus et Boethius, et ex Polymnaſto Colophonio Pauſanias (Atticis cap. 14). Nam in hoc quidem conueniſſe videtur antiquis, quod Cretenſis fuerit iſte Thales ſiue Thaletas; alii vero patriam exiſtimabant Elyron, Cnoſſon alii, alii Gortynam, tres Cretae ciuitates [b]). Fallitur autem in eo Suidas, quod Thaletem illum Homero antiquiorem facit. Nam antiquus ſane fuit, ſed aequalis Lycurgi Spartanorum legislatoris [c]), qui Homero iunior, vtpote cuius poemata e Creophyli heredibus redemit, collegit primus, ac Graecis commendauit teſte Plutarcho in eius vita; confer Aelianum Lib. XIII. Var. c. 14. Quin trecentis poſt Troiam captam annis, vel etiam ſerius, circa initium Olympiadum floruit; cum Homerus ex plurimorum teſtimonio vix centum et ſexaginta annis a Troiano excidio abfuiſſe dicatur. Homeri et Heſiodi aequalem facit Laertius tertium, quem Lib. I. ſ. 38. commemorat Thalem ſiue Thaletem, qui ipſi eſt, ἀρχαῖος πάνυ, κατὰ Ἡσίοδον καὶ Ὅμηρον καὶ Λυκοῦρ-

a) Cuius emendationem comprobat Küſter. ad Suidae locum, tom. II. pag. 163. qui praeterea nomen antiquiſſimi huius lyrici Θάλης ex Strabone X. p. 482. reſtituendum putat Suidae et citat Menagium ad Laertium lib. I. ſegm. 38. Suidam compilauit *Eudocia* pag. 231. *Dodwell* de Cyclis, vbi pag. 131. ſq. de Thaletis aetate agit, Suidae verba, γεγονὼς πρὸ Ὁμήρου, interpretatur, quod ſcilicet Lycurgo prius innotuerit, quam Homerus, illeque probaſſe videtur, Lycurgo aequalem fuiſſe Thaletam, eumdemque coaeuum Archilocho et hunc Homero aequalem. *Harl.*

b) *Ed. Simſon* in Chronico cathol. a. m. 3110. a. Chr. 893. claruiſſe Thaletam Cretenſem poetam indicat pag. 442. et pag. 543. alterum Thaletam, quem non fuiſſe Gnoſſium, ſed Gortynium ex Pauſania probaturus eſt, et diſtinguit igitur a ſuperiore, collocat in a. m. 3333. ante Chr. 670. V. C. 82. Olymp. 27. *Harl.*

c) Socrates apud Platonem in Minoe ait Lycurgi leges promulgatas εἶναι ἴσως ἔτη τριακόσια, ἢ ὀλίγῳ τούτων πλείω.

Λυκοῦργον, ſed ex illis verbis apparet, eum non minus, quam Ciceronem, ſub initium Libri V. [c. 3.] Tuſculanarum loqui καταχρηστικῶς, vt multi faciunt, vel maiorem etiam temporis non attendiſſe differentiam. Quanquam Strabo quoque Lib. X. p. 482. ſcribit, Lycurgum cum Homero in Inſula Chio verſante eſſe collocutum. Verum decepit forte Strabonem, quod legerat: Lycurgum ἐντυχόντα Ὁμήρῳ, hoc eſt, *Homeri ſcriptis*, quae in Chio inſula Creophyli heredes aſſeruabant. Strabonem alii deinde ſunt inſecuti.

De eius Carminibus et peritia muſica. II. Ceterum illi antiquo Thaleti μέλη tribuit Suidas, et Plutarchus in Lycurgi vita, non longe poſt initium, cum vocat ποιητὴν [P] λυρικῶν μελῶν, ſed quibus Lycurgus feliciter vti potuerit ad animos Lacedaemoniorum componendos, et ῥήτρας legeſque ſuas illis perſuadendas. Ἕνα δὲ τῶν νομιζομένων ἐν Κρήτῃ σοφῶν καὶ πολιτικῶν, χάριτι καὶ φιλίᾳ πείσας, ἀπέστειλεν εἰς τὴν Σπάρτην Θάλητα, ποιητὴν μὲν δοκοῦντα λυρικῶν μελῶν καὶ πρόσχημα τὴν τέχνην ταύτην πεποιημένον, ἔργῳ δὲ, ἅπερ οἱ κράτιστοι τῶν νομοθετῶν, διαπραττόμενον. Λόγοι γὰρ ἦσαν αἱ ᾠδαὶ πρὸς εὐπείθειαν καὶ ὁμόνοιαν ἀνακλητικοὶ διὰ μελῶν ἅμα καὶ ῥυθμῶν, πολὺ τὸ κόσμιον ἐχόντων καὶ καταστατικὸν, ὧν ἀκροώμενοι κατεπραΰνοντο τῷ ζήλῳ τῶν καλῶν ἐκ τῆς ἐπιχωριαζούσης τότε πρὸς ἀλλήλους κακοθυμίας· τρόπον τινὰ τῷ Λυκούργῳ προοδοποιεῖν τὴν παίδευσιν αὐτῶν ἐκεῖνον. Ephorus de Rep. Cretenſium apud Strabonem Lib. X. p. 480. ὡς δ' αὔτως καὶ τοῖς ῥυθμοῖς Κρητικοῖς χρῆσθαι κατὰ τὰς ᾠδὰς συντονωτάτοις οὖσιν, οὓς Θάλητα ἀνευρεῖν, ᾧ καὶ τοὺς παιᾶνας καὶ τὰς ἄλλας ἐπιχωρίους ᾠδὰς ἀνατιθέασι, καὶ πολλὰ τῶν νομίμων. Vt et ibi meminit de Spartanorum inſtitutis a Cretenſibus acceptis, qua de re vide etiam Nic. Cragium Lib. III. de Rep. Lacedaemoniorum cap. I. Meurſii Miſcellanea Laconica Lib. II. cap. 5. et Cretae Lib. III. cap. 8. Idem Strabo p. 482. teſtatur, Lycurgum in Creta πλησιάσαι Θάλητι μελοποιῷ ἀνδρὶ καὶ νομοθετικῷ. Ariſtoteli quoque Lib. II. Politicorum c. 10. inter Nomothetas celebres poſt Onomacritum memoratur Thales, cuius auditor Lycurgus fuerit. Legem quandam huius Thaletis videtur memorare Sextus Empiricus Lib. contra Rhetoras pag. 68. ὁ μὲν Κρητικὸς νομοθέτης εἶργεν ἐπιβαίνειν τῆς νήσου τοὺς ἐν λόγοις ἀλαζονευομένους. Ὁ δὲ Σπαρτιάτης Λυκοῦργος, ὡς ἂν ζηλωτὴς Θάλητος τοῦ Κρητὸς γενόμενος, τὸν αὐτὸν τοῖς Σπαρτιάταις νόμον [illegible]. Sed poteſt et de alio legislatore locus ille accipi, cuius legum notitia per Thaletam ad Lycurgum peruenerit. Notandum etiam, νόμους Muſicos ſiue intellexiſſe ſiue certas modulationes Muſicas hymnorum, non leges ciuiles, quas de Thalete primum quaedam prodiderunt. Etenim apud antiquiſſimas gentes, antequam literarum vſus innotuiſſet, leges ad numerum decantari ſolitas, vt eo melius memoriae mandarentur, conſtat ex Ariſtotelis probl. XIX. 28. *). Muſica arte pueros Lacedaemone inſtituiſſe Thaletam, auctor eſt Boethius Lib. I. de Muſica p. 1372. *Plato admiratur Muſicam optime moratam prudenterque compoſitam, ita vt ſit modeſta et ſimplex et maſcula, nec effeminata, nec fera, nec varia. Quod Lacedaemonii maxime ſeruarunt, dum apud eos Thaletas Cretenſis Gortynius magno pretio accitus pueros diſciplina Muſicae artis inſtrueret.* Martianus Capella L. IX. p. 178. *Thaletem Cretenſem cithara ſua [illegible] commotiones morbos ac peſtilentiam fugaſſe.* Morbum Lacedaemone ſedaſſe refert etiam Pauſanias in Atticis p. 15. ſed qua ratione id fecerit, non addit: idem te-

d) v. Selden. et Prideaux ad marmora Oxonienſia capite praecedenti laudatos. *Harl.*

men cum Capella tradit etiam Plutarchus, non longe a fine libri de Muſica [pag. 699. tom. X. ed. Reiske]: Θαλήταν [?] δὲ τὸν Κρῆτα φασὶ κατά τι πυθόχρηστον Λακεδαιμονίοις παραγενόμενον διὰ Μουσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε τοῦ κατασχόντος λοιμοῦ τὴν Σπάρτην, καθάπερ φησὶ Πρατίνας. Sic Paeanem quendam ad peſtilentiam ſedandam decantatum memorat Homerus. Confer Euſtathium ad Iliad. α. p. 104. Veteres Thaletis paeanas decantare ſolitum Pythagoram refert *Porphyrius*, in huius vita p. 21. Tamen dubitatum ſcribit *Plutarchus* in eodem de Muſica libro p. 1134. [ſ. pag. 660. tom. X. Reiske] utrum paeanes ſcripſerit Thaletes. Καὶ περὶ Θαλήτα δὲ τοῦ Κρητὸς, εἰ Παιάνων γεγένηται ποιητὴς, ἀμφισβητεῖται. Γλαῦκος γὰρ (Glaucus Italus, libro de antiquis Muſicis ac Poetis) μετ᾽ Ἀρχίλοχον φάσκων γεγενῆσθαι Θαλήταν, μεμιμῆσθαι μὲν αὐτόν φησι τὰ Ἀρχιλόχου μέλη, ἐπὶ δὲ τὸ μακρότερον ἐκτεῖναι, καὶ Μάρωνα καὶ Κρητικὸν ῥυθμὸν εἰς τὴν μελοποιΐαν ἐνθεῖναι· οἷς Ἀρχίλοχον μὴ κεχρῆσθαι· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ Ὀρφέα, οὐδὲ Τέρπανδρον, ἐκ γὰρ τῆς Ὀλύμπου αὐλήσεως Θαλήταν φασὶν ἐξειργάσθαι ταῦτα καὶ δόξαι ποιητὴν ἀγαθὸν γεγονέναι. *Athenaeus* XV. p. 678. memorat decantata Lacedaemone Thaletis et Alcmanis ᾄσματα, καὶ τοὺς τοῦ Διονυσοδότου τοῦ Λάκωνος παιᾶνας. Scholiaſtes Pindari ad Pythionic. Od. 2. ἔνιοι δέ φασι πρώτους Κρῆτας τὴν ἔνοπλον ὀρχήσασθαι ὄρχησιν, (adde Ez. Spanhem. ad Callimachum, Hymn. in Iou. v. 52 ſq.) αὖθις δὲ Πύρριχον Κρῆτα, συντάξασθαι δὲ Θάλητα πρῶτον τὰ εἰς αὐτὴν ὑπορχήματα. Plura de his Schol. Homeri Iliad. π. 617. Meurſius in Orcheſtra. Eundem Thaletem innuit Plutarchus, cum in extremo libri de conuenientiſſima Philoſophorum cum principibus familiaritate ſcribit, eum Lacedaemoniorum ſeditionem compeſcuiſſe ἐπᾴδοντα καὶ παραμυθούμενον.

Thales Mileſius. III. Fuit et alter *Thales* Examii F. longe [e], quam Cretenſis iſte, celebrior, ſed iunior aetate, Solonis nempe aequalis, Mileſius, natus Olymp. XXXVI. 1. et Olymp. LVIII. anno ante CHRISTVM 546. vel 547. defunctus [f]: gente, vt ex

e) Syncellus p. 213. Chron. Paſchale p. 153.

f) De Thalete, auctore Ionicae ſectae, plura forſan ſcripta ſunt, quam ille ipſe ſcripſerit, ſi quae manu exararit. Quoſdam igitur nominaſſe ſufficiat, qui de Thalete eiuſque doctrina et diſciplina expoſuerunt accuratius, et plura litteris mandarunt. *Simſon* in Chronico cathol. duce Apollodoro apud Laert. lib. I. ſect. 38. natalem Thaletis adſerit pag. 557. A. M. 3365. ante Chr. 638. V. C. 114. Olymp. XXXV. Auctor, (qui vulgo Plutarchus eſſe perhibetur) de placitis philoſophorum paſſim adfert Thaletis opiniones, vt lib. I. capp. 3. 7. 8. 25. libr. II. cap. 13. et pluribus aliis locis, in quorum haud pauca *Ed. Corſinus* in edit. Florentiae 1750. 4. docte commentatus eſt: atque idem *Corſinus* in indice philoſophorum praefixo pagg. XXXIV, Thaletem, ait, a. I. Olymp. 35. natum eſſe, ſapientis nomen obtinuiſſe a. 3. Olymp. 48. Archonte Athenis Damaſia, (cuius imperium annuſque muneris, collata Laertii narratione lib. I. ſegm. 22. multum vexabat Meurſium, Scaligerum aliosque antiquarios, at ab eodem *Corſino* in Diſſertationibus Agoniſticis, diſſ. II. p. 33. ſq. p. 44. ſqq. ed. Lipſienſ. 1752. 8. omnia docte ſunt explicita,) obiiſſe autem ſecundum famam anno 1. Olymp. 58. adeoque non 87 aut 90, vt apud Laertium legitur, ſed 92 annos vixiſſe. Eaſdem temporis et aetatis rationes ſubduxerat *Fenelon* in vitis et placitis veterum philoſophorum, vbi a pag. 1 — 17 vitam Thaletis perſequitur, ex verſione *de Loen* theotiſca. Idem denique *Corſinus* in Faſtis Atticis tom. III. p. 56. ortum Thaletis refert ad Olymp. 35. a. $\frac{4}{1}$ per. Iul. 4074. ibique anachroniſmum, quem plurimi et nuper etiam Tiedemann, in narratione Diog. Laertii I. ſegm. 22. Thaletem cum Neleo Miletum veniſſe, ſibi fingunt, quod Neleus Codri filius a Medonte fratre ex Atticae imperio pulſus coloniam deduxerit Miletum, is vero 400. ſaltem annos ante Thaletem fuerit in viuis, ita bene tollit, vt putet, Laertium ipſum neque de Neleo Medontis fratre, neque de Attica intelligendum eſſe, ſed de Neleo quodam alio, qui circa Olymp. XLV. ex Phoenice venerit

rit Miletum, eiuſque ciuitatis iure vna cum Thalete fuerit donatus. Obitum vero philoſophi (ibid. p. 103). adſcribit primo anno Olymp. LVI. Per. Iul. 4158. Vrb. cond. 198. et notat, perperam in Hieronymo ad annum 3. Olymp. LVII. atque in Alexandrino Chronico ad Olymp. LV. reuocari; quam quidem opinionem ex altera profluxiſſe arbitratur, quae Thaleti 78 ſolum aetatis annos adſcripſiſſet. Ab his diſcedit Cl. *Meiners*, cui in Hiſtoria doctrinarum etc. (Geſchichte des Urſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom,) vol. I. probabile eſſe videtur, Thaletem vſura lucis frui coepiſſe Olympiade XXXVIII. idem paſſim pag. 44. ſqq. 156. ſqq. de illius philoſophi placitis, inuentis ſcientiaque, quam exiguam fuiſſe putat, mathematica etc. differit. De meritis illius aſtronomicis moderate iudicat *Bailly* Geſchichte der Sternkunde des Alterth. I. 238ſqq. Et Thaletis ſcientiam mathematicam, praecipue aſtronomicam cum ea, qua homines et ſuperioris et vero noſtrae aetatis valuerunt, minime comparandam eſſe, nemo negabit, v. quoque *Conring.* lib. I. de medic. Herm. cap. 14. p. 166. et de philoſophia cognitionis ſ. theoretica ſectae Ionicae ſterili v. part. V. Obſeruatt. Halenſ. I. §. 7-9. Plura qui de illo et diuerſa variorum iudicia atque narrationes ſcire cupiat, is conſulat *Thom. Stanleium* in hiſtoria philoſophiae ex interpret. latina, Venetiis 1731. 4. tom. I. part. I. cap. 1 — 13. *Brucker.* in Hiſtor. critica philoſophiae libr. II. cap. 1. vol. I. p. 457-478. et in Adpendice ſiue vol. VI. pag. 213. ſqq. *Agatopiſt. Cromazianus* in: Della Iſtoria e della indole di ogni filoſofia etc. vol. II. cap. 23. p. 110 — 127. ed. Venet. 1782. 8. *Bayle* in Dictionaire vol. IV. v. *Thales* pag. 340. ſqq. et tom. I. in *Anaxagoras* Not. D. Abbas *Canaye* de vita et placitis Thaletis in Memoir. de Litterature — de l'Acad. des I. et B. L. tom. X. pag. 1. ſqq. et germanice verſa ab *Hiſsmanno* in Magazin für die Philoſophie u. ihre Geſchichte P. I. pag. 309. ſqq. inprimis cl. *Tiedemann* in Griechenlands erſtenPhiloſophen etc. (Lipſiae 1780.) p. 101-152. qui viri docti nubem aliorum, qui de illius philoſophi eruditione litteriſque ſcripſerunt, iam excitarunt. At enim haud diffitendum eſt, ab aliis Thaletis ſcientiam inuentaque nimis laudibus iuſto liberalius eſſe ornata, multaſque fabulas de eo narratas; ab aliis vero, qui quidem pauci ſunt, iniuriam factam eius ingenio, meritis nominiſque honori. Fuit homo diligens prudens et perſpicax, qui vltra plebem rudis ſuae aetatis ſapere ſtuduit et in perſcrutatione atque conſideratione rerum humanarum diuinarumque, quantum fieri poterat, omnes cogitationes curaſque habuit defixas. Illo ſtudio, illa contentione, continentia et cauta viuendi ratione effecit, vt et inter ſuos ſummam conſequeretur dignitatem, et apud poſteros magna valeret auctoritate. Hinc non ſolum adſcribebatur ſeptem Graeciae ſapientibus: ſed a Cicerone quoque dictus eſt ſeptem ſapientum ſapientiſſimus, eiuſque nomen prouerbii loco pro homine ſapiente vſurpabatur. v. *Heumanni* Acta philoſoph. II. part. VII. nr. 1. de ſeptem Graeciae ſapientibus, pag. 522. ſqq. Sterilis eſt de noſtro philoſopho narratio *Leonardi Cozzandi, Brixiani,* in libello, de magiſterio antiquorum philoſophorum, pag. 13. ſqq. ed. Geneu. 1684. 12. Multa vero hauſit ex theologia et philoſophia populari, quae exornauit et amplificauit: quaedam Aegyptiorum Phoenicumue diſciplinae; nihil vero Hebraeorum, inprimis Moſeos doctrinae, e contrario plurima, quae excogitauit et fertur docuiſſe, ſuo potius ingenio atque ſagacitati debuiſſe videtur. Mancam tamen adhuc et valde imperfectam fuiſſe illius cognitionem atque doctrinam, tanta illius aeui ruditate atque rerum abſtruſarum ignorantia, nemo erit, qui miretur. Eius autem doctrina de deo rerumque ortu fuit omnino inepta falſaque. Quare nimis liberaliter ſentit *Dickinſon* in Phyſica Moſaica cap. IV. §. 7. Thaletem ſuam ſententiam ex Moſeos ſcriptis accepiſſe et didiciſſe. Erraſſe quoque, equidem arbitor, *Theophilum Galeum in Philoſophia generali, in duas partes diſterminata; vna de ortu et progreſſu philoſophiae, eiuſque traductione e ſacris fontibus.* etc. — [illegible] libro v. *Heumanni* Acta philoſophica, vol. III. pag. 793. ſqq.) dum lib. II. cap. 1. Thaletem fuiſſe quaſi Hebraeorum diſcipulum, et illorum principia imbibiſſe demonſtrare conatur. Id ſi verum eſſet, equidem non perſpicio, quomodo fieri potuerit, vt de deo rerumque initio eius doctrina craſſa eſſet et ad rudes ſenſus excogitata; vti *Morhofius* in Polyhiſtor. tom. II. libr. II. c. 10. §. 2. p. m. 201. de ſcientia Phyſica Thaletis et generatim ſectae ionicae iudicat. Quod vero de deo rerumque initio adeo pinguem et ineptam ſiue excogitauit, ſiue propagauit auxitque ſententiam: alii eum adcuſarunt impietatis; alii eum abſoluerunt hoc crimine. A mitioribus partibus ſtat *Parker* in Cogitationibus de deo et prouidentia diuina, (Oxon. 1704. 4.) diſp. I. ſect. 5. p. 10 ſqq. inprimis pag. 14. vbi vero vel erit logomachia, vel falſum, Thaletem non omne aliud praeter materiam ſuſtuliſſe principium. Hinc cum refutat

Ba[illegible]-

ex Herodoti L. I. [cap. 170. vbi v. Weſſeling. pag. 80. *Harl.*]. ab Hygino [poetic. Aſtronom. c. 2. vbi conſules Scheffer et Munker. p. 424. ed. Staueer. *Harl.*] et Suida notatum eſt, Phoenicius, quem et ipſum diſputationes ſuas ſcripto mandaſſe affirmat Auguſtin. l. VIII. de Ciu. Dei c. 2. innuitque Vitruuius L. IX. c. 7. etſi Laertius in Thaletis vita L. I. ſect. 23. [vbi v. Menagium.] teſtatur quosdam ſtatuiſſe, quod nihil omnino ſcripſerit g), vt diſerte etiam tradit

The-

Budaeus, qui iudex ſedet ſeuerior contra Thaletem, in Analectis hiſtoriae philoſophicae, Halae Saxon. 1706. 8. p. 343. ſq. Enimuero vid. praeter laudatos viros doctos, *Iac. Brucker.* in Otio Vindelico, Exercit. II. §. 2. pag. 129. et *Cudworth* ſyſtema intellectuale cap. III. §. 20. vbi pag. 122. not. 8. *Moſhemius* permultos viros eruditos, in vtramque partem diſputantes, in medium producit, argumentaque adcuſatorum vocat ſub examen: adde ibid. cap. IV. § 20. pag. 440. Quidam inſuper arbitrati ſunt, Thaletem habuiſſe iam et tradidiſſe veri dei notionem: cuius tamen auctor fuit inter graecos deorum cultores Anaxagoras. Decepit enim plurimos *Cicero* de Nat. deor. I. 10. male partim intellectus, partim explicitus: is autem, *Thales,* inquit, *Mileſius, qui primus de talibus rebus quaeſiuit, aquam dixit eſſe initium rerum: deum autem,* eam mentem, *quae ex aqua cuncta fingeret.* Huius igitur loci obſcuritas atque interpretatio eo magis torſit viros doctos, quod Anaxagoras apud Ciceronem capite ſequente dicitur primus omnium rerum deſcriptionem et motum, mentis infinitae vi ac ratione deſignari et confici voluiſſe. Hinc variae enatae ſunt ſuſpiciones atque, vt verum fatear, contortae expoſitiones: nec, qui de Thalete paullo vberius vel ſeparatim diſputarunt, illius loci mentionem aut interpretationem omiſerunt. v. quoque *Dauiſium* ad Ciceronis loca, praecipue poſteriorem de Anaxagora p. m. 30. *Batteux* in Geſchichte der Meynungen der Philoſophen von den erſten Grundurſachen der Dinge, Lipſiae 1773. pag. 154. ſqq. qui quidem nec abſoluit omnem rem, nec peruidit: *Meiners* Hiſtoriam doctrinae de vero deo, Lemgou. 1780. part. II. pag. 256. Tanto igitur interpretum diſcidio motus curatiorem loci inquiſitionem atque interpretum non magis quam Thaletis ſententiae examen inſtitui in quatuor proluſionibus academicis. Oſtendi autem, neque locum Ciceronis eſſe corruptum, neque Thaletem mente ſibi informaſſe deum infinitum et a materia ſeiunctum, mundi opificem; ſed cogitaſſe de principio materiali, quod in ſempiterno eſſet motu, ex cuius neceſſariis motibus elementa, corpora, mundusque ipſe et omnes, quae in illo continentur, naturae, ipſique dii, poſtea rerum moderatores, ſenſim accepiſſent formam et eſſent enata. Vis illa, quae omnia mouet, ψυχὴ, *anima mundi*, more illius aeui potuit vocari *deus.* Velleius tamen apud Ciceronem illam quoque nominauit *mentem*, quae tamen eſt graecorum philoſophorum νοῦς. Hinc omnis loci obſcuritas orta eſt. Denique Thaletis *mens* ſiue potius *anima*, vis illa omnia mouens, orta credebatur ex materia prima, τῷ ὑγρῷ, *mens* autem Anaxagorae, a materia ſeparata, fuit infinita. Qua interpretatione vberius explicita oſtendiſſe mihi videor, Ciceronem neque ſecum pugnaſſe, neque Thaletem de vero mundi effectore recte iudicaſſe, et Ciceronis mentem fuiſſe male perſpectam. [Eandem hac de re ſententiam, proluſionibus illis, vt videtur non lectis aduerſus Cel. *Platnerum,* contrariam ſententiam fouentem (vid. eius *philoſophiſche Aphoriſmen*, Vol. 1. Lipſ. 1784. p. 409. ſqq.) aſſerere nuper ſuſtinuit Cl. *Io. Frid. Flatt*, Tubingenſis Profeſſor, in Diſſ. de Theiſmo Thaleti Mileſio abiudicando, Tubing. 1784. 4.] Sed ſatis de Thaletis opinionibus atque erroribus, non minus quam eius, quae ampliſſima iudicari debent, meritis. Addere tantum iuuat, quae Fabricius exempli ſui orae adſcripta reliquit. „Vtrumque dicitur Θάλης, ητος, et Θαλῆς, ῆ. [v. *Perizon.* ad Aeliani H. V. lib. XII. c. 50. p. 809. ed Abrah. Gronouii.] Alex. Aphrodiſ. pag. 22. b) in Sophiſt Elench. Θάλεω apud Ariſtot. lib. I. cap. 11. Politic. Ἀθηναῖοι περισπῶσιν· ἡ δὲ κοινὴ (*communis* dialectus, non *plebs, der Pöbel,* vt in Actis philoſoph. vol. I. part. IV. pag. 687.) βαρύνει. Numus, in quo Thaletis icon, in Heumanni Actis philoſoph. vol. I. pag. 520. ſqq. et 682. ſq. De dogmate eius, *omnia ex aqua, Ioh. Henr. Mulleri*, diſſ. Altdorf. 1718. Biblioth. academica Halenſis IX. 101. pag 390.“ *Harl.*

g Plutarchus primus eſt, qui operis a Thalete ſcripti facit mentionem; idemque, vt Fabricius ipſe mox monet, dubitat, num ſit genuinum. Ariſtoteles vero memorat Thaletis ſententias atque opiniones, non litteris ſcriptas; ſed ore et ſermone aliorum traditas. Diogenes contra, Simplicius ac Stobaeus libros ſuppoſititios tamquam monumenta Thaletis germana iactitant. Hinc cl. *Meiners* loco

cit.

Themiſtius oratione XXVI. (aliis XV.) p. 317. edit. Harduin. addens Anaximandrum [h] primum auſum fuiſſe librum edere, quod antea ignominioſum et ab vſu alienum habebatur. *Θαλῆς μὲν δὴ τοσαῦτα ἐπιτηδευσάμενος, οὐ κατέθετο ὅμως εἰς συγγραφὴν τὰ εὑρήματα οὔτε αὐτὸς ὁ Θαλῆς, οὔτε ἄλλος τις τῶν εἰς ἐκεῖνον χρόνον. Τούτου γενόμενος ζηλωτὴς Ἀναξίμανδρος, ὁ Πραξιάδου, οὐ πάντα ἐζήλωσεν ὅμως, ἀλλὰ τοῦτο εὐθὺς παρήλλαξέ τε καὶ ἐξετράπετο, ὅτι ἐθάῤῥησε πρῶτος, ὧν ἴσμεν, Ἑλλήνων λόγον ἐξενεγκεῖν περὶ φύσεως συγγεγραμμένον. Πρὸ δὲ οὐδεὶς [?] καθεστήκει τὸ λόγους συγγράφειν, ἀλλ' οὐκ ἐνομίζετο τοῖς πρόσθεν Ἕλλησι.* Mox tamen addit Laertius, a quibuſdam illi tributa duo ſcripta *περὶ τροπῆς*, de conuerſione ſolis in tropicis, et *περὶ ἰσημερίας* ſiue de aequinoctio. Nauticam vero Aſtrologiam [i], quae ſub Thaletis nomine olim ferebatur, *Phocum Samium* auctorem agnoſcere: tum aliquibus interiectis ſ. 34. ex Lobonis Argiui teſtimonio refert, ſcripta ab eo procedere ad verſus ducentos, *τὰ γεγραμμένα ὑπ' αὐτοῦ εἰς ἔπη τείνειν διακόσια.* Plutarchus libro: quare Pythia deſierit oracula fundere carmine. p. 402. [tom. VII. p. 585. ed. Reiske.] Thaletem accenſet Orpheo, Heſiodo, Parmenidi, Xenophani, et Empedocli, qui philoſophiam ſuam carmine tradiderint: ac paulo poſt Eudoxo atque Heſiodo, qui de Aſtrologia carmine ſcripſerint, addens tamen: *εἴ γε Θαλῆς ἐποίησεν, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, τὴν εἰς αὐτὸν ἀναφερομένην ἀστρολογίαν.* Suidas quoque ait, eum ſcripſiſſe *περὶ μετεώρων ἐν ἔπεσι, περὶ ἰσημερίας καὶ ἄλλα πολλά* [k]. Galenus libro de humoribus, affert locum ex Thaletis L. II. *περὶ τῶν ἀρχῶν*, proſa conceptum, etſi idem Galenus alibi negat, Thaletis de aqua, primo principio, ſententiam *ἐκ συγγράμματος αὐτοῦ* poſſe oſtendi. Confer [locum *Procli* ex libr. 2. ad Euclidem pag. 19. infra lib. III. c. 14. §. 15. vol. II. pag. 384. a Fabricio adlatum *Harl.*] et Menagium ad Laertium p. 16. qui p. 23. neſcio quo auctore ſcribit, Hexametri verſus originem [l] Thaleti huic a quibuſdam tribui. Falſo ſane, cum Homero ſaltem et Heſiodo fuerit iunior. Thaletis Epiſtolam ad Pherecydem, quam Laertius produxit, *κιβδήλως* ſibi ſuſpectam eſſe, teſtatur Huetius p. 77. Demonſtrationis Euangelicae. Idem et ait de altera ad Solonem fortaſſis dicendum, et Ioſephus Scaliger Epiſt. 306. ad Euerardum Vorſtium omnes illas Epiſtolas, quae Democrito, Soloni, Thaleti et Pittaco Mitylenaeo apud Laertium attribuuntur, multis argumentis ait ſe probare poſſe confictas a Graecis, quibus nunquam, vt ait, mentiendi voluntas aut facultas defuit. Verſus Callimachi de inuenta a Thalete vrſa minore et ſtella polari, quos idem Scaliger ad Manilium p. 40. adduxit, atque Menagius pag. 13. ad Laert. vnde petiti ſint, negat ſe comperiſſe, exſtant apud Achillem Tatium, in Iſagoge ad Aratum pag. 132. Negat enim pag. 15. vir doctus, ſe meminiſſe quicquam alibi lectum de *Euphorbo* Phryge, quem Laertius in Thaletis vita ſ. 25. ex Callimacho

cit. pag. 140. ſq. negat, philoſophum Mileſium opus quoddam manu ſua exaratum reliquiſſe. *Harl.*

h) Inter Philoſophos, puta, ac ſingillatim Phyſicos. Sed de Thalete Simplicius in 1. Phyſ. p. 5. ed. lat. *Fertur Thales fuiſſe primus, qui Graecis commentationem hiſtoriamque de Natura edidit et patefecit. Equidem cum multi et alii veteres eſſent, ceu Theophraſto videtur, ipſe longe ab illis diſſenſit, tanquam latuiſſent ipſum cuncti, qui eum praeceſſere. Praeterea traditur nullum monumentum ſcriptum, praeter illam Aſtrologiam* *ναυτικὴν*, *poſteris reliquiſſe.* Chalcid. p. 378. Lactantius l. I. Inſtit. c. 5. de Thalete: *Primus omnium quaeſiſſe de cauſſis naturalibus traditur.* Etiam primum omnium de coeleſtibus diſputaſſe ſcribit Minucius Felix c. 19. *Faér.* De aſtronomiae inventoribus v. Eudociam pag. 40. et 429. *Harl.*

i) Simplicius loco laudato.

k) *Eudocia* p. 228. de Thalete: ἔγραψε περὶ μετεώρων ἐπικῶς, περὶ ἰσημερίας καὶ ἐκλείψεων καὶ ἄλλα πολλά. *Harl.*

l) Confer quae ſupra, XXIV. 4.

macho narrat reperiſſe *σκαληνὰ καὶ τρίγωνα καὶ ὅσα γραμμικῆς ἔχεται θεωρίας*, *rationem ſcalenorum et trigonorum et quaecunque ad Geometricas ſpeculationes ſpectantia habentur.* At legerat haud dubie de Euphorbo Troiano, cuius in ſe animum migraſſe ferebat Pythagoras, et quem a Callimacho innui non eſt dubitandum. Alia Thaletis inuenta memorat Proclus ad Euclidem p. 19. 44. 67. 78. 92. et Clemens I. Strom. p. 302. ex Eudemi Hiſtoria Aſtrologica m). Denique Thaletis nomine etiam ſecundum [☞] nonnullos venit Zamolxis, teſte Porphyrio in Pythagorae vita p. 186. quo de Zamolxi, vti de Lycurgo quoque, dixi quaedam libro ſecundo, c. 14. §. 10. quod eſt de Graecorum legislatoribus. Thaletis filius (adoptiuus, neque enim vxorem duxit, vt docet Plutarchus in Solone p. 81. referens alterum eius adoptiuum e ſorore natum Cybiſthum) Phidiades in Aegina inſula domum habuit, in qua natus fertur Plato. Laert. III. 3.

Thamyris. IV. THAMYRIN, Philammonis et Arſinoae ſiue Argiopae n) filium, Thracem memorat Homerus Iliad. β. v. 595.

— — — καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς.

Ad quem locum Euſtathius [et ſchol. min. item Eudocia p. 226. quae male habet παῖς Ἀρσινόης νύμφης, *Harl.*] hunc vatem et cantorem cum Muſis contendiſſe ait ea lege, vt ſi viciſſet, omnium earum poteſtatem haberet, ſi vero eſſet ſuperatus, ab illis, quacunque re vellent, priuaretur: Victrices itaque Muſas oculis Thamyrin ſpoliaſſe, et vocem eius laeſiſſe et mente ipſum mouiſſe. Alii non cum omnibus, ſed cum vna Muſarum certaſſe affirmant, propoſito, ſi victor abiret, praemio nuptiarum o). Senſum allegoricum huius fabulae quae apud [Euripid. Rheſ. v. 915. ſq.] Diodorum Sic. L. III. p. 201. Diogenianum Centur. IV. prou. 27. Parthenium c. 29. Hyginum L. II. c. 6. poetic. Aſtrolog. [vbi vide interpr. in ed. Stauer. p. 437.] Iulianum Epiſt. 41. Dionem Chryſoſt. XIII. p. 225. Plutarchum L. de Muſica, tom. II. p. 1132. Oppianum L. II. Ixeuticorum (in Eutecnii paraphraſi p. 64.) Lucianum in reuiuiſcentibus, T. 1. p. 593. [cap. 6. p. 576. tom. I. ed. Reitzii] Apollodorum, aliosque occurrit, ita exponit Iohannes Tzetzes Chiliad.

m) adde *Scipionem Aquilianum* de placitis phyſicis philoſophorum, qui ante Ariſtotelis tempora floruerunt etc. (a Fabricio lib. II. c. 33. pag. 796. laudatum) cap. 19. — Thaletem nouam lucem accendiſſe litteris omnibus, quarum tum temporis curam habere ſolebant, ſpeciatimque aſtronomiae et Zodiacum eiuſque obliquitatem inueniſſe, (*Plutarch.* de Plac. philoſ. lib. II. c. 12.) quam gloriam *Heinius* in Diſſ. ſur Oenopidas de Chio, in Hiſt. de l'Acad. à Berlin a. 1746. p. 401. ſqq. ad Oenopidem Chium conferre ſtuduerat, contra hunc oſtendit *I. M. Geſner* in diſp. Hiſtoriae Zodiaci ſect. 1. Gottingae 1754. p. 15-20. *Harl.*

n) Schol. Homeri Iliad. κ', 435. Eratus Muſae filium vocat, ſed ad Il. β. Catal. v. 595. Arſiae Nymphae. *Fabric.* ſed Barneſ. Ἀργιόπης ex Apollodoro [1. cap. 3. §. 3. vbi vide cl. Heyne pag. 35.] emendauit, et antea Sylburg. ad Pauſaniam IV. 33. adde Heinſium ad Ouid. III. Amor. el. 7. v. 62. et Burmann. ad Ouidii Metam. XI. 317. Pater Muſaei Thebani, poetae lyrici, multoque ante bellum Troianum viuentis, fuiſſe dicitur apud Suidam, v. Μουσαῖος. tom. II. pag. 578. Thamyris primus ceciniſſe fertur cithara, ſine voce. Plin. H. N. VII. 56. adde *Blackwell* in Enquiries into the Life and writings of Homer, ed. II. Londin. 1736. ex interpret. theotiſca Voſſii, pag. 115. *Harl.*

o) Plura vide de illo apud *Simſon.* Chron. ad a. m. 2742. ante Chriſtum nat. 1261. col. 245. cum nota Weſſelingii, *Barth.* ad Statii Theb. lib. 4. v. 181. ſqq. *Brouckhuſ.* et *Burmann.* II. ad Propert. II. eleg. 18. verſ. 19. Theſſalum eum fuiſſe ex vrbe Oechalia, non Thracem, recte tamen Thracem quoque dictum eſſe, quum Theſſalia olim Thracia nominata fuerit, oſtendit *Iſ. Voſſius* ad Pompon. Melam. II. cap. I. pag. 706. ſq. ed. II. Abr. Gronou. Lugd. B. 1748. conf. *Bayle* in v. *Thamyris. Harl.*

Iliad. VII. hiſt. 108. vt notet, arrogantem fuiſſe Poetam, quod vero poemata eius perierint, hinc a Muſis excoecatum tradi. Pauſanias in Meſſenicis pag. 363. ex morbo luminibus captum Thamyrin arbitratur.

Eius ſcripta et inuenta. V. *Tzetzae* verba, quibus Coſmogeniae etiam a *Thamyri* ſcriptae meminit, haec ſunt:

— — — ἦν ποιητὴς γεννᾶιος,
Συγγράψας κοσμογένειαν πεντακιχιλίοις στίχοις,
Ὧν κομπαστὴς δ' ἐνόμιζεν ἶσον ἀς τὰν ἄδεια.
Ἐπεὶ δ' ἐξηφανίσθησαν τὰ τούτῳ γεγραμμένα,
Ἔφασαν, ὡς ἀντήριζεν, ὡς πρὸς ᾠδὴν, ταῖς Μούσαις.

Suidas ait, Thamyrin Theologiam ſcripſiſſe verſibus termille, quae Theologia ſiue Theogonia, haud diuerſa fuit (vt recte etiam Bacho animaduerſum) a κοσμογενείᾳ illa Tzetzae memorata ſed verſuum numerus apud alterutrum vel vtrumque falſus; neuter enim opus ipſum Thamyrae inſpexit. [*Eudocia* l. m. nullum a Thamyri ſcriptum librum memorat.] Eius hymnos laudat, cumque Orphicis iungit, *Plato* lib. octauo de legibus et *Pauſanias* in Phocicis p. 812. teſtatur, eum hymno in Apollinem decantato in certamine Pythio viciſſe. Meminit et *Plato* in Ione, non longe a [P] principio, [pag. 30. ed. Müller, cuius notam videbis. *Harl.*] οὐδεπώποτ' εἶδες ἄνδρα, ὅστις περὶ μὲν Ὀλύμπου δεινός ἐστιν ἐξηγεῖσθαι ἢ περὶ Ὀρφέως ἢ περὶ Φημίου τοῦ Ἰθακησίου ῥαψῳδοῦ. Et in extremo libri vltimi de Rep. [libr. X. p. 765 B.] ait, animam Orphei in Cygnum, *Thamyrae* in Philomelam poſt mortem tranſmigraſſe, alienus vtique a ſententia Prodici Phocaeenſis, qui Thamyrin apud inferos poenas ſuae in Muſas iactantiae et inſolentiae luere ſcripſit, narrante *Pauſania* in Meſſenicis p. 363. Plutarchus L. de Muſica p. 1132. poema Thamyrae de Titanum bello aduerſus Deos commemorat, ſed quod nec ipſe vidit, πεποιηκέναι δὲ τοῦτον, inquit, ἱστορεῖται Τιτάνων πρὸς τοὺς Θεοὺς πόλεμον. Praetereo, quod de Thamyrae Muſica meminere Strabo L. X. p. 471. Plutarchus p. 1093. quod non ſuauiter viuere liceat ſecundum Epicurum, Philoſtratus L. I. Sophiſt. p. 488. et 521. et in Epiſtolis p. 887. Dio Chryſoſtomus diſſ. 69. p. 622. et Clemens Alex. 1. Strom. p. 307. qui auctor eſt, Doricam harmoniam a Thamyri inuentam fuiſſe. Ad caecitatem eius alludit praeter Propertium L. II. Eleg. 18. v. 19. Ouidius Lib. III. Amor. Eleg. 7. v. 62. ita canens:

Quid miſerum Thamyrin picta tabella iuuat?

Apollodorus Lib. I. p. 8. vtrumque illi Hyacinthum deperiiſſe ſcribunt, atque adeo πρῶτον ἄρξασθαι ἐρᾷν ἀῤῥένων, quod & ex Suida [Apoll. I. 3. 3.] et ex recentioribus Gyraldus [et Stauer. ad Hygini Poet. Aſtron. II. 7. p. 447. *Harl.*] multa afferunt, quae ἄῤῥητα ἀμείνω.

Alii hoc nomine. VI. Cum hoc Thamyri a nonnullis confunditur *Amyris* quidam ſiue is idem fuit, qui [illegible] e templo [illegible] verbis [illegible] ansam dedit prouerbio Ἄμυρις μαίνεται, de quo vide Andream Schottum ad Adagia Graecorum p. 87. et 202. Fuit et *Thamyris* Thesbiae [illegible] ſponſus, de quo in [illegible]. Etiam celebris Scytharum regina, Cyri debellatrix, Thamyris a quibusdam appellatur, a [illegible] Tamyris; ſed huius nomen rectius effertur *Tomyris*, vt oſtendit Valeſius ad Ammia-

Ammianum Marcellinum Lib. XXIII. c. 6. p) Sed et Cilix *Tamiras*, qui aruſpicinam Cyprios docuit, apud Tacitum Lib. II. c. 3. Hiſt. vocatur *Thamyras*, etſi apud Heſychium ab illo ſacerdotes Cyprii vocantur Ταμιράδαι, non Θαμυράδαι. (v. Meurſ. Cypr. p. 50.) q)

Themis. VII. THEMIS, vna ex Titanidibus, carmen Heroicum prima reperiſſe quibuſdam viſa fuit, vt auctor eſt Clemens Alex. Lib. I. Strom. p. 309. Antiquiſſimum etiam ferunt fuiſſe Themidis fatiloquae oraculum, Deucalioni et Pyrrhae praecipientis, vt lapidibus iactis in orbem mortalibus vacuum, genus humanum reſtaurarent, vt praeter alios refert Arnobius L. V. et Lutatius ad Statii 3. Thebaidos, v. 560. Sed de Themide, eiuſque oraculo, cuius crebra apud veteres mentio, agunt Boiſſardus de diuinationibus p. 97. et Bulengerus Lib. I. de oraculis ac vatibus c. 2. Vide praeterea Caſaubonum ad Strabonis lib. IX. p. 429. edit. Pariſ. Sirmondum ad Sidonium p. 237. Stephanum Pighium in libro *Themis Dea*, T. IX. Antiqu. Graecar. Iacobum Perizonium [ ] diſſertatione tertia Triadis p. 249. ſeq. et Franciſcum Bianchinum, in Hiſtoria vniuerſali ex monumentis antiquis illuſtrata c. 4. vbi ius naturale ſub Themidis nomine a veteribus commendatum ex Feſto et aliis docet r). Confer Diodorum Siculum L. V. p. 335. Theages apud Stobaeum: Θέμιστος ὢν φημίζεται παρὰ τοῖς οὐρανίοις Θεοῖς, δίκα δὲ παρὰ τοῖς χθονίοις, νόμος δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. Idem tradit Iamblichus in vita Pythagorae p. 55. et apud Clementem 6. Stromatum p. 613. δίκα ὁσία ἁγνὰ, εὐνομίας ἀκόλουθος καὶ πιστὰς Θέμιδος. Sacra etiam Themidis olim celebrata fuere, quorum caerimonias quaſdam ſymbolaque prodit idem Clemens in protreptico p. 14. Ceterum apud Iohannem Malalam 1. Chron. pag. 181. et priſcum Scholiaſtem laudatum Bulengero Lib. I. de Theatro c. 2. a quo Themis prima Τραγικὰς μελῳδίας inueniſſe et dramata edidiſſe traditur, pro Θέμις ſiue Θεόμις legendus Θέσπις, ex certiſſima coniectura Clariſſimi Bentleii Epiſt. ad Millium pag. 46.

Thymoetes. VIII. De THYMOETE, Laomedontis nepote, non praetereundum Diodori Siculi teſtimonium, quod exſtat libro III. p. 201. Πρὸς δὲ τούτοις Θυμοίτην, τὸν Θυμοίτου τοῦ Λαομέδοντος, κατὰ τὴν ἡλικίαν γεγονότα τοῦ Ὀρφέως, πλανηθῆναι κατὰ πολλοὺς τόπους τῆς οἰκουμένης καὶ παραβαλεῖν τῆς Λιβύης εἰς τὴν πρὸς ἑσπέραν χώραν τῆς οἰκουμένης ἕως ὠκεανοῦ. Θεάσασθαι δὲ καὶ τὴν νῆσον, ἐν ᾗ μυθολογοῦσιν ἐγχώριοι ἀρχαῖοι τραφῆναι τὸν Διόνυσον, καὶ τὰς κατὰ μέρος τοῦ Θεοῦ τούτου πράξεις μαθόντα παρὰ τῶν Νυσαίων, συντάξασθαι τὴν Φρυγίαν ὀνομαζομένην ποίησιν, ἀρχαικοῖς τῇ τε διαλέκτῳ καὶ τοῖς γράμμασι

p) v. longam doctamque notam *Hemſterhuſii* ad Luciani Contempl. tom. 1. pag. 508. ſq. *Harl.*

q) *Thamyras* medicus apud Galenum, et Fabricium noſtrum in Elencho medicorum veter. vol. XIII. pag. 431. *Harl.*

r) Illam ſententiam vberius ornat, omnem fabulam hiſtoriamque explicat, et aliorum enarrat opiniones, ingenio ſuo interdum indulgens *Io. Frideric. Hombergk zu Vach*, Iuris in Vniuerſitate Marburgenſi P. P. in libro: *Themis ſeu de ortu legis aeternae ſecundum ſententiam Graecorum.* Marburgi Cattor. 1725. 4. Breuius exponit hiſtoriam Themidos explanatque commenta, quae de illa allegorice dicta putat, *Chriſtophor. Wolle* in Diſſ. *de Themide, diua iuſtitiae praeſide, e ſacra Chriſti ciuitate proſcribenda.* Lipſiae 1737. 4. Illam, cenſet Wolle, fuiſſe principem quamdam virginem, ex Cyclopum gente, in Theſſalia, quae ſibi eximiam iuſtitiae et aequitatis laudem inter ciues ſuos acquiſiuiſſet, dein regina, coniux Iouis, Theſſaliae regis, ſapiens et longe futuros caſus proſpiciens; ideoque fatidica, poſt mortem dea et praeſes iuſtitiae habita dictaque, etc. Enimuero haec et alia in coniecturis haud adeo firmis poſita ſunt. *Harl.*

ματι χεντάμενον. Eadem de Thymoete ſcribit, ſed praeterito Diodori nomine, Gyraldus, dialogo de Poetis ſecundo, neque alium, quam Gyraldum, auctorem laudat Laurentius Craſſus, Baro de Pianura, in opere de Poetis Graecis pag. 515.

Tireſias. IX. De TIRESIA vate, eiusque oraculis, coecitate etc. adeundus idem Diodorus Lib. IV. p. 269. Philoſtratus L. I. imag. Iuſtinus quaeſt. 140. ad Orthodox. Suidas in τωμᾶν, Boethius lib. V. Conſolat. proſa 3. Politianus c. 80. Miſc. Bonifacius Hiſt. ludicrae lib. I. c. 6. et illuſtres aetatis noſtrae viri Huetius in Demonſtratione Euang. et Ez. Spanhemius ad Callimachum [Hymn. in Pall. v. 82. ſqq. add. *Bayle*, Art. *Tireſias.* *Iaeger.*]

CAPVT XXXVI.

I. *Zoroaſter vnus an plures.* II. *Cum Adamo, Noacho aliiſque temere confunditur.* III *Eius nominis notatio.* IV. *Aetas.* V. *Scripta eius Aſtrologica.* VI. *Phyſica, vbi etiam de Oraculis, quae diuerſa fuerunt ab Apocalypſi.* VII. *Platonicorum veterum in Oracula commentarii deperditi. Gemiſti Plethonis συγκεφαλαίωσις dogmatum Zoroaſtris et Platonis. ibid.* VIII. *Editiones et verſiones Oraculorum Zoroaſtreorum quae* [?] *exſtant, cum Scholiis Plethonis et Pſelli.* IX. *De Patricii collectione obſeruationes quaedam.* X. *Vtrum e Chaldaico vel Perſico translata fuerint, et de oraculis Zoroaſtris quae Chaldaice ſcripta habere ſe olim teſtatus eſt Iohannes Picus.* XI. *Oraculorum vt videtur Metaphraſtes, Iulianus Theurgus, de quo pluſcula, et num artibus ipſius Magicis potius, quam precibus legionis fulminatricis exoptatum imbrem debuerit exercitus M. Antonini.* XII. *Libri Zoroaſtris de arte Magica.* XIII. *Chemica ſcripta Zoroaſtri tributa.* XIV. *Opus Theologicum de ſacris dogmatis et religione Perſarum. Liber ZENDI AVESTA eiuſque compendium ab Hydeo Latine vulgatum, quod inſcribitur SADDER.*

[Cum ſupplementis W. Iaegeri.]

Zoroaſter vnus, an plures. I. Supereſt poſtremus ante Homerum dicendus ZOROASTER, de quo tam multa et pugnantia inter ſe traduntur, vt illa diiudicare atque reuocare ad examen, res maioris ſit operae, quam pretii. Neque enim in illis tenebris antiquitatis plane certi quicquam ex tam diuerſis, interque ſe confuſis exſculpere fas eſt. Vnus Zoroaſter fuerit, an plures et quot, non ſatis conſtare ſcripſit Plinius Lib. XXX. c. 1. Vnum fuiſſe ſentit Georgius Becanus et nuper Thomas Hyde, ſed Scaliger et Bochartus duos, [itemque Abb. *Foucher*, qui alterum Cyaxaris I. forte aequalem, alterum Darii Hyſtaſpis f. σύγχρονον facit, v. Commentar. Acad. Reg. Litt. Pariſ. T. 25. 27. 29. 31. 38. *Iaeger.*] Claudius Salmaſius et P. Lambecius Arnobium ſecuti tres, Franciſcus Patricius, Athanaſius Kircherus, Valeſius ad Ammian. Lib. XXIII. p. 374. multique alii quatuor, Thomas denique Stanleius quinque: 1. Aſſyrium, 2. Bactrianum, Nini aequalem et ab eo vel a Semiramide victum, 3. Perſam ſiue Perſomedum, 4. Pamphylium, et 5 Proconneſium, Arnobio L. I. et Plinio memoratum, quibus ait ſextum addi poſſe, Babylonium, [illegible] quo magiſtro vſum Pythagoram narrat Apuleius in Floridis. Sex quoque Zoroaſtres numerat Dickinſonus in diſquiſit. Mag. [illegible] a Ioh. Henrico Vrſino in Exercitationibus de Zoroaſtre, Hermete et Sanchoniatone, editis Norimbergae 1661. 8.

II.

Cum aliis temere confunditur. II. Philippo Cluuero Zoroaſter eſt *Adamus*, Pſeudo-Beroſo et Ioh. Caſſiano, Petro Comeſtori, Athanaſio Kirchero et pluribus recentioribus, *Chamus*, Noae filius, Gregorio Turonenſi *Chus*, ſcriptori Clementinorum a Cotelerio editorum [a]) *Nimrod*, auctori Chronici Alex. pag. 28. et Pſeudo-Clementi *Miſraimus* Aegyptius: Procopio Gazaeo et Epiphanio Nimrodi filius *Aſſur*, *Abrahamus* [b]) aliis, Georg. Hornio *Bileamus*, Huetio *Moyſes*, Clementi Alexandrino *Er* Pamphylius, Platoni [c]) memoratus, Bundaro Mahumedano famulus alicuius diſcipulorum *Ieremiae*, Abulpharaio [d]) p. 45. e diſcipulis *Eliae* vnus; Abunephio, ſcriptori [?] Arabi apud Kircherum 1. Oedipi Aegypt. p. 85. 176. *Oſiris*, et ipſi Kirchero p. 261. etiam *Mithras*: Eduardo Pocockio ad Abulpharaium p. 147. *Hyſtaſpes*, Thomae Hydeo, in hiſtoria religionis veterum Perſarum c. 24. p. 314. fuiſſe videtur famulus *Eſdrae* Prophetae, et p. 310. ac 340. idem cum *Zeromaſdre* Chaldaeo, Suidae memorato; quibus adde, quod multi putant, Zoroaſtrem latere ſub *Oxyarte* Cteſiae et Diodori Siculi, item ſub *Zara* vel *Nazarato* Alexandri Polyhiſtoris, *Zabrato* Porphyrii, *Zarata* Plutarchi, et *Zare*, *Zarade*, *Zoroado*, vel denique *Zaſrade* et *Zarua* aliorum. Vide Cotelerium ad Pſeudo-Clementis recognitiones L. IV. c. 27. Tho. Stanleium Hiſtor. Philoſophiae Orientalis Lib. I. cap. 2. Marsham. Canon. Chronic. pag. 144. Huetii demonſtrat. Euangel. p. 150. ſeq. et p. 458. ſq. quo poſteriore loco Zoroaſtrem confert cum Ezechiele. Petrum Baylium in Lexico Hiſtorico Critico [e]), Bartholomaeum Herbelotum denique in Bibliotheca Orientali, qui inter alia refert, eum a quibuſdam Eliae et Eliſaei, Rechabitarumque diſcipulum habitum fuiſſe, ab aliis haud diuerſum putatum a Smerdi, qui poſt Cambyſen regno Perſarum praefuit.

Eius nominis notatio. III. Nomen ipſum Zoroaſtris Pſeudo-Clementi, Gregorio Turonenſi et Abunephio apud Kircherum *viuum ſidus* ſonat; Dioni et Hermodoro apud Laertium ἀστροθύτην, Bocharto Lib. IV. Phaleg. c. 1. ἀστροθεάτην שירואסתר, Annio

a) Homil. IX. c. 4. ſq. Vide et recognitiones Clem. Lib. 1. c. 29.

b) Confer Herbeloti Bibl. Or. in vocibus *Abraham*, *Abeſta*, *Zoroaſter*.

c) De Republ. L. X. p. 761. ed. Francof. 1602. cf. quos laudat *Spencer.* in Adnotatt. in L. II. Orig. c. Celſum, p. 56. eumque ſecutus *Potter.* ad Clement. Alex. Stromat. L. V. p. 710. ſq. *Iaeg.*

d) Hoc non pro certo tradit, ſed, famam tantummodo Zoroaſtrem diſcipulis Eliae inſeruiſſe, narrat Abulphar. p. 77. verſ. germ. (Lipſ. 1783.) cf. doctam adnotationem Interpretis, p. 265. *Iaeg.*

e) Adde Remarques Critiques ſur le Dictionnaire de Bayle, (à Paris et à Dijon, 1752.) p. 801. ſqq. *Briſſon.* de Regno Perſ. L. II. §. 57. *Lambec.* Prodr. Hiſt. Lit. L. I. c. 5. et 7. *Schneideri* Diſſ. III. de nomine et vita Zoroaſtris. Wittemberg. 1707. 1708. 4. *Buddei* Hiſt. Eccleſ. V. T. T. I. p. 349. ſqq. *Prideaux*, Hiſt. des Juifs et des peuples voiſins, T. II. p. 35. ſqq. et Lettres de Mr. *Moyle* à Mr. Prideaux, avec les Reponſes de Mr. Prid. T. VI. p. CXLI. ſqq Journ. des Scav. 1723. pag. 4. ſqq. *Cudworth.* Syſt. Intellect. T. I. p. 417. ſqq. *Brucker.* Hiſt. Philoſ. T. I. p. 116-127. et p. 144-158. et in Append. p. 47-51. et 59-70. *Fourmont* Reflexions ſur l' origine, l'hiſtoire et la ſucceſſion des anciens peuples, — à Paris, 1747. 4. 2. Voll. *Allg. Welthiſt.* T. IV. p. 131. ſqq. *Meiners* de Zoroaſtr. vita, inſtitutis etc. Commentatt. III. in Commentar. Soc. Scient. Getting. T. VIII. 1778-1780. Nolo nimius eſſe in commemorandis ſcriptis, quibus vita et res Zoroaſtris exponuntur. Qui plura noſſe cupit, inſpiciat cl. *Meuſelii* Biblioth. Hiſtor. Vol. I. P. II. p. 37-40. Ea eſt rerum huius philoſophi obſcuritas, vt, diligenter perlectis diſputationibus virorum doctiſſimorum, non poſſis non vſurpare illud Comici: *feciſtis probe; incertior ſum multo, quam dudum.* Nec deſunt, qui Zoroaſtrem vmquam fuiſſe negent. v. Journal Heluetique, 1744. Nou. p. 480. ſqq. *Iaeger.* Add. b. Hiſsmann. ad librum, qui inſcribitur: Neue Welt und Menſchengeſch. T. III. p. 177. ff. et p. 236-276. S. V. Leſs uber die Religion, ihre Geſchichte etc. T. I. p. 399. ff. *Beck.*

nio Viterbienſi *magum et venefium;* Iohanni Croio ad quaedam loca Origenis p. 31. *principem ſecreti*, ſiue *arcani* שר סתר, Salmaſio de Helleniſtica p. 368. Henrico Lord in deſcriptione Religionis veterum Perſarum in India c. 3. p. 154. Hottingero Hiſtor. Oriental. p. 364. Texeirae et aliis *Zaraduſt* vel *Zertutſcht*, *Zerdaſcht*, Theodorito *ζαράδης*, *amicum ignis*: Kirchero in Obeliſco Pamphilio Lib. I. c. 2. §. 1. *Tſairaſter*, *fictorem imaginum occulti ignis*, vel *Tſuraſter*, *occultarum rerum imaginem.* Thomae Hydeo pag. 310. *aurum prauum*, vel contra *chryſum*, etſi fatetur ille, neutram harum expoſitionum ſibi ſatisfacere. Confer eruditiſſimi Viri Hadr. Relandi partem 2 diſſ. Miſc. pag. 265. [Geſneri Iſagog. §. 667. Büſchings Geſch. der Iüd. Relig. Einleit. §. 10. *Iaeger*].

Aetas. IV. Similiter de aetate neceſſe eſt plurimum abire in diuerſa, quibus tam varia de Zoroaſtre vel pluribus hoc nomine, in mentem venerunt. Lubet hoc loco illud tantum commemorare, quod Zoroaſtrem Magiae inuentorem quinque millibus annorum ante bellum Troianum fuiſſe falſo ſcripſit Hermippus et Ariſtoteles apud Plinium, et Hermodorus Platonicus apud Laertium in prooemio. Meminit eiuſdem ſententiae quoque Plutarchus de Iſide et Oſiride p. 369. neque valde ab ea abhorret, quod apud eundem Plinium Eudoxus Zoroaſtrem ſex millibus annorum ante Platonis mortem floruiſſe prodidit f). Sed iuniorem facit Suidas, qui ait fuiſſe ante [P] bellum Troianum annis quingentis: quin longe recentior eſt Xantho Lydio apud Laertium prooem. ſect. 2. qui a Zoroaſtre ad Xerxis tranſitum non plures annos quam ſexcentos numerauit. Ceterum mihi quidem probabile eſt, licet plures forte fuerint Zoroaſtres, tamen ſcripta et Magiae in Perſide inuentionem tribui poſſe, cum aliqua veriſimilitudine, non niſi vni, Perſomedo nempe, qui Darii Hyſtaſpis temporibus claruit, adeoque Homero longe iunior fuit. Quis enim non malit credere, ſcriptores nominum ſimilitudine deceptos ad Chaldaeum vel Bactrianum g) res Perſici Zoroaſtris retuliſſe, quam

f) De aetate Zoroaſtris et diuerſis, quas ſubduxerunt viri eruditi, temporis rationibus copioſe diſputat *Bailly* in Geſchichte der alten Sternkunde vol. II. p. 135-139. Is vero et l. cit. et vol. I. p. 156. ſq. duos numerat Zoroaſtros, quorum priorem aſtronomiae apud Chaldaeos et Babylonas inuentorem, [quem etiam celebrat. *Eudocia* p. 40. et 429.,] vixiſſe ſtatuit a. 2459. ante Chriſtum nat. a. 520. ante Moſen; poſteriorem vero, Perſam natione et reſtauratorem religionis magicae, in viuis fuiſſe a. 559. ante Chriſt. nat. cum Anquetil du Perron, in Zend-Aueſta, tom. I. part. II. pag. 60. cenſet. A Bailly rationibus parum diſcedit in aetate Zoroaſtris vetuſtiſſimi definienda *Hancarville* de illius aeuo et religione diſſerens in: Recherches ſur les Antiquités de Perſepolis, in tomo II. libri: Recherches ſur l'Origine — des Arts de la Grece. Londini 1785. v. Gotting. ephem. litter. a. 1786. plag. 28. p. 279. *Harl.*

g) Quod *Zoroaſter* ait, (v. Zendaueſtae verſionem gallicam, tom. II. pag. 400.) ſe *Zendaueſtam* eo loco ſcripſiſſe, vbi dies longiſſimus duplo maior eſſet breuiſſimo, h. e. horarum ſedecim, cl. *Abr. Iac. Penzel* in libello de Arte hiſtorica, ad Stanislaum Comitem de Soltyk, Lipſiae 1784. 8. §. 9. pag. 89. ſq. ex his, quod is locus debeat latitudinem, eamque ſeptentrionalem, habere 49. graduum; in Sibiria autem inde ab 80. gradu longitudinis ad 130. rudera magnarum vrbium, atque in iis ſimulacra idolorum fuiſſent reperta; inde autem hodierni adeant religionis cauſſa, vrbem *Selenginskoy* Sibiriae, prorſus vt pontificis romani aſſeclae Lauretum, vel Muhammedani Meccam, ex his igitur coniicit, Zoroaſtrem ſcripſiſſe Zendaueſtam aut in ipſa vrbe Selenginskoy, (quod quidem illi veriſimillimum videtur, propter vrbis celebritatem, quae caput fuit incluti olim Serici populi, quem annales Sinenſes *Hoci-hé* nuncupant,) aut certe in vna illarum vrbium, quae inter 80. et 130 longitudinis gradum interiacent. Tum concludit, eos non multum a veritatis tramite aberraſſe, qui Zoroaſtrem natione *Bactrianum* perhiberent: vtpote quum *Sogdiana* eſſet aliquando prouincia Bactriae inter Oxum et

Iaxa-

quam plures eodem nomine diuerſis temporibus homines tam ſimilia ſtudia coluiſſe, tam multa eadem et patraſſe et paſſos eſſe?

Scripta eius aſtrologica. V. Iam quae ſcripta ad Zoroaſtrem veluti auctorem et olim relata ſint et hodie referantur, videamus. Equidem hic optem, exſtare libros περὶ μάγων *Hermippi Smyrnaei*, qui ſub Ptolemaeis claruit, et *de tota arte Magica*, vt ait Plinius, *diligentiſſime ſcripſit, et vicies centum millia verſuum a Zoroaſtre condita* h), *indicibus quoque voluminum eius poſitis, explanauit.* Sed videtur illud Hermippi opus iam Chryſoſtomi aetate intercidiſſe, vt ex huius ſermone in S. Babylam non abſurde colligas. Zoroaſtrem primus Graecis notum fecit Pythagoras i) teſte Clemente, 1. Strom. pag. 304. hinc plures eius meminere, Plato in Alcibiade, Antiſthenes apud Suidam in Ἀντισθένης. Ariſtoteles, Hermippus, Hermodorus et Eudoxus apud Plinium ac Laertium, vt eos, qui poſt fuere, omittam. Ex recentioribus ſcripta Zoroaſtri tributa prae ceteris diligentius retulit *Lambecius* in prodromo Hiſtor. literar. p. 79. ſeq. cuius obſeruationibus nonnulla praeſenti loco adiungam. Videntur autem vniuerſa commode diſtribui poſſe in *Aſtrologica*, *Phyſica*, *Magicaque et Chemica*, ac denique *Politica* et ſacra ſiue *Theologica*. Aſtronomiae inuentorem Zoroaſtrem Babylon. celebrat Nonnus hiſt. 67. ad Nazianz. Aſtronomum et σοφὸν περὶ τοὺς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ Zoroaſtrem vocat Suidas, Auctor recognitionum Lib. IV. c. 27. *aſtris multum ac frequenter intentum* k). Auctor Chronici Paſchalis p. 37. Ἀστρονόμον Περσῶν περιβόητον. Idem Suidas [nec non Eudocia pag. 205.] illi tribuit ἀστεροσκοπικὰ ἀποτελεσματικὰ *libros quinque*, ex quibus depromta eſſe videntur, quae ex Zoroaſtre petiit collector Geoponicon non tantum Lib. I. cap. 10. et 12. ſed et Lib. II. c. 13. et Lib. V. c. 44. Lib. VII. c. 5. 6. 11. Lib. X. c. 83. Lib. XI. c. 19. Lib. XIII. c. 9. et 16. et Lib. XV. c. 1. et Plinius Lib. XVIII. c. 24. Neque enim neceſſe eſt, vt cum Lambecio p. 85. ſingulare fingamus Zoroaſtris *opus de re ruſtica*, cuius nemo veterum meminit, neque Plinius vſquam Zoroaſtrem de agricultura ſcripſiſſe dicit, [℞] quanquam id affirmat Thomas Hyde pag. 340. Et tametſi libros illos Apoteleſmaticos genuinum Zoroaſtris opus nolim praeſtare, nihil tamen euincit argumentum Lambecii, quo pag. 83. et 88. l) contendit, opus illud Zoroaſtri ſuppoſitum fuiſſe, quod in

Iaxartem fluuios ſita, cuius limites vtique putat vſque ad 49. gradum pertinuiſſe. Acute quidem: at auctorem Zendaueſtae fuiſſe Zoroaſtem Bactrianum, res eſt valde incerta, et vero fabuloſa. De antiquiſſimo Zoroaſtre quaedam tradit: *Abrah. Grauius* in Hiſtoria philoſophica. Franecker. 1674. 8. pag. 24. ſq. *Harl.*

h) Non de ſolis Oraculis et verſibus futurorum praenunciis hoc accipiendum, vt facit Heurnius p. 123. Hiſtor. Philoſ. Barbar. ſed de omnibus ſcriptis, quae Zoroaſtris nomine ferebantur.

i) In loco Clementis, Stromat. L. I. quo Fabricius vtitur, (p. 357. Potter.) pro ἰζήλωσεν rectius legas ἐζήλωσεν, adeoque Pythagoras non notum fecit, ſed aemulatus eſt Magum Perſam. *Iaeg.*

k) Eudocia p. 205. Ζωροάστρης, ait, Περσομήδης, σοφὸς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ. *Harl.*

l) Cl. *Niclas* in nota P. Needhami Prolegomenis edit. Geoponicorum ſubiecta, pag. LXXV. tom. 1. (Lipſiae 1781. 8.) transſcripſit verba Fabricii noſtri, *Suidas illi tribuit* etc. ſed ea addit; quae hic repetere, neque ab inſtituto alienum videbitur, nec moleſtum lectoribus. „Perſam certe vbique argumentum indicat magicum et aſtrologicum, quibus artibus Perſiae antiquae progeniem in India hodienum eſſe deditiſſimam, peregrinatores, et in his Cel. *Niebuhr* Itinerar. part. II. obſeruant. Quaedam harum nugarum forte ſatis antiquae ſint: ſed de principe illo *Zoroaſtro*, de quo cum alias multi; tum vero nuper triumuiri clariſſimi *d'Anquetil*, pluribus libris; Abbas *Foucher* in vol. XXXIV. des Memoires de litterature — de l'Acad. roiale des J. et B. L., et Göttingae cel. *Meiners* comment. ſoc. reg. per an. 1778. recitatarum

illis capitibus Geoponicon, quae e Zoroaſtre petita eſſe dicuntur, allegatur Democritus m) et Ariſtoteles: nam alibi n) oſtendi, titulos capitum in Geoponicis ſaepe eſſe parum accuratos, neque ita intelligendos, ac ſi toto illo capite deinde ſcriptoris, cuius nomen praefixum eſt, ipſa verba afferentur, ſed potius ſententia illius a collectore vtcunque expreſſa et aliorum opinionibus interpolata. In Collectaneis quibuſdam Graecis Aſtrologicis ineditis, quae in variis Bibliothecis manu exarata occurrunt, inter diuerſos ſcriptores, ex quibus illa congeſta fuere, comparet etiam nomen Zoroaſtris. Vide *Labbei* Bibl. nou. MSS. pag. 122. 168. 278. *Olug Beigh* in Aſtrologia Perſica inedita apud Thomam Hyde pag. 312. agens de indicatoribus Horoſcopi ſiue ſigni aſcendentis in natiuitatibus, Ptolemaeo praefert Hermetem, Hermeti Zoroaſtrem. *Opinione autem Iudiciariorum vero propior eſt indicator Zerduſht Philoſophi.* Vnde apud Perſas opus Aſtrologicum ſub *Zoroaſtris* nomine ferri, quo ſe aliis in hoc doctrinae genere peritiorem oſtenderit, recte ibi vir doctus concludit. Sane Arabicum ſcriptum huius argumenti ſub Zoroaſtris nomine memorat Labbeus p. 259. Bibl. nou. MSS. Et libri Zoroaſtrei celeberrimi, *Zend* Perſis dicti, pars vndeuigeſima apud Hydeum p. 340. agit *de Aſtrologia iudiciaria*, vti viceſima *de officio Medici et viribus herbarum*. Confer Henricum Lord de religione veterum Perſarum p. 176. Quod ſi Zomoraſdres Suidae memoratus non diuerſus eſt a Zoroaſtre, vt eidem Hydeo videri diximus, tum Mathematica ſcripta, quae illi Suidas tribuit, accipienda ſunt de ſcriptis Zoroaſtris Aſtrologicis, vti Mathematicos pro Aſtrologis poni notum eſt vel ex Codice Iuſtinianeo Lib. IX. tit. 18. Gellio Lib. I. c. 9. Iuuenale XIV. 248. quibus addatur licet Samuelem Tennulium ad Iamblichi Arithmeticam p. 67. Ceterum Aſtrologica Perſarum doctrina contineri dicitur in libro, qui in Bibliothecis quibuſdam Galliae et Italiae MStus exſtat et olim fuit in Palatina, inſcribiturque o) ζάμπλιον.

VI.

tarum p. 705. nouo ſtudio commentati ſunt, hic nemo cogitabit. [His adde *Bar. de Bock*, über das Alterthum des von Anquetil du Perron überſetzten Zendaueſta des Zoroaſters, in Memoires de la ſocieté des Antiquités de Caſſel tom. 1. a. 1780. n. 1. Caſſellis, et in Büſchingii Magazin für die neuere Hiſtorie, Vol. XVII. qui quidem loco fundamenti ponit temporis rationem a Bailly definitam. *Harl.*] Nam Zoroaſtris nomen multi adſciuere, qui aſtrologiae et magiae ſe tradiderunt. Neque ea, quae hoc nomine hic leguntur, omnia eiuſdem hominis eſſe videntur, licet forte vno contenta fuerint volumine. Quaedam v. c. 10, 83. 15, 1. etc. aperte poſt Chriſtum natum ſunt conſcribillata. Vtrum *Palladius* 7, 9. *Zoroaſtrem* hunc ſpurium, an vero alium Graeculum putet, equidem dubito; ita tamen, vt animus inclinet in poſterius. *Zoroaſtris* codicem *de Caniculae ortu* et *de praecognitione eorum, quae ex ipſa contingunt*, qui in Bibliotheca Eſcorialenſi habetur, ſupra cum de Geoponicis MSStis agerem, [n. praefat. p. XVII. memorans codicem ex indice *Plüeri*, huius Itinerario Hiſpanico ſ. Reiſen durch Spanien, Lipſiae 1777. 8. inſerto, pag. 193.] mihi illorum partem videri, iam ſum profeſſus. Alius vero *de viribus herbarum* liber MS. quem ſub eiuſdem nomine in *Bibliotheca Arabico-Hiſpana Eſcurialenſi Mich. Caſiri* deſcribit, forte libri *Zend* eſt pars. Certe apud Th. Hyde Relig. vet. Perſar. pag. 340. *liber* 20. eſt *Medicorum Liber*, ſcil. *eorum munus docens et herbarum vires exponens.*" Hactenus cl. Niclas. *Harl.*

m) Conf. cl. *Niclas* ad Needham Prolegom. Geoponicis praemiſſa, vol. I. pag. XLII. ſq. de Democrito et Geoponicorum collectoribus, contra Hallerum diſputantem, Fabriciique locum laudantem. *Harl.*

n) In Decade Decadum num. 100. et infra vbi de Geoponicis ago libro VI.

o) Vide Cangii gloſſarium Graecum in hac Voce Catalogum MSS. Bibl. Palatinae p. 94.

Physica. VI. Argumenti Phyſici, haec ad Zoroaſtrem referuntur a veteribus: περὶ φύσεως, de Natura Libri IV. Suidae memorati [o]), tum de lapidibus pretioſis liber, quem, praeter eundem Suidam, qui diſerte memorat, videtur reſpicere Marbodeus carmine de gemmis, et Plinius, cum de lapidibus pretioſis agens Zoroaſtrem [p] auctorem laudat Lib. XXXVII. cap. 10. Patet vero ex eodem Plinio, Perſarum Magos occultis ac mirandis gemmarum effectibus cumprimis multum tribuiſſe, quod ex Zoroaſtris diſciplina hauſere. Neque magia adeo a Phyſica et Theologia ipſorum diuerſa fuiſſe videtur, quae velut praecipuam partem vtique Θεῶν θεραπείαν, vt ait Plato, et naturae intimiorem cognitionem prae ſe ferebat. Nam a Diabolica quidem illa et obſcoena Magia alienum exſtitiſſe Zoroaſtrem, multis argumentis oſtendit Gabriel Naudaeus cap. 8. Apologiae pro viris doctis Magiae accuſatis. Phyſicis certe ſcriptis annumeremus licet λόγια ſiue Oracula illa Magica et Chaldaica vulgo dicta, quae ſub Zoroaſtris feruntur nomine, et olim a Platonicis, Zoroaſtrem tamen raro nominatim laudantibus, lecta ſunt, et quorum fragmenta nonnulla hodie tenemus, in quibus etiam de lapidibus quaedam, vt de Mnezurio. Neque vero dubitandum, aliud longe fuiſſe opus et ab his diuerſum Zoroaſtris Apocalypſis [q]), quas pridem iactarunt Adelphius et Aquilinus, aliique Gnoſtici, ſiue ſingularis cuiuſdam ac reconditae ſcientiae iactatores temerarii. Illos enim impugnauit tota Platonicorum ſchola, Plotinus, qui Gnoſticos illos in Libro IX. Enneadis 2. ſerio confutandos ſibi ſumſit, Amelius et prae caeteris Porphyrius, qui, quod confictae illae eſſent ſpuriaeque, pluribus euiciſſe ſe teſtatur in vita Plotini cap. 16. Haec autem oracula fecere ſemper maximi, et tanquam praecipua quaedam ac ſapientiae plena monumenta legerunt, interpretati ſunt et legenda commendarunt; quin etiam, vt Pſelli verbis dicam, ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ἐδέξαντο tanquam totidem diuinas voces ſine controverſia receperunt idem Plotinus, Porphyrius, Iamblichus, tum hos ſecuti Proclus, Marinus, Damaſcius, Hermias, Simplicius, Olympiodorus, aliique.

Platonicorum inter. comment. in Oracula deperditi. VII. Iamblichi prolixos in λόγια commentarios memorat Marinus in vita Procli pag. 61. Opus Porphyrii, quem ſecutus Iamblichus eſt, περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας laudant Euſebius, Auguſtinus, et Iulius Firmicus, vt alios iam praeteream. Aeneas Gazaeus p. 56. edit. Barthii: τοῦτό σε καὶ Χαλδαῖοι διδάσκουσι καὶ ὁ Πορφύριος, ἐπιγράφει δὲ καθ' ὅλου τὸ βιβλίον, ὃ εἰς μέσον προσάγει τῶν Χαλδαίων τὰ λόγια, ἐν οἷς γεγονέναι τὴν ὕλην ἰσχυρίζεται. Vbi pro καθ' ὅλου non eſt cum Lambecio pag. 112. legendum καθ' ὕλης, etſi Porphyrii libr. VI. περὶ ὕλης Suidas [r] memorat, ſed totus locus ita vertendus, praeeunte Holſtenio pag. 65. de vita et ſcriptis Porphyrii: Hoc quidem et Chaldaei te docuerunt, et Porphyrius: ille enim integrum librum conſcripſit, quo Chaldaeorum oracula prodidit, quibus materiam genitam eſſe confirmat. Videtur enim inter ſex illos de materia libros vnus fuiſſe, in quibus ſola ex oraculis loca examinabat Porphyrius.

p) Coelius Calcagninus III. 16. Epiſt. „Extat apud me fragmentum Magiae Zoroaſtris graece ſcriptum, ſi titulo fidem haberi oportet, quo naturae vis ac mageia plantis et animalibus inſita cognoſci poteſt, cuius rationem adferre, facile non eſt".

q) Haſce cum Oraculis Zoroaſtris perperam confundit Koenigius in Bibl. itemque alii. Lambecius pag. 59. prodromi Hiſt. literar. Apocalypſes illas veriſimilius eaſdem putat cum libris Apocryphis Zoroaſtris Perſae, quos Prodici, Gnoſtici illius Carpocratem ſecuti, diſcipuli poſſidere ſe iactabant ap. Clementem 1. Strom. p. 304.

De commentariis Procli in eadem λόγια, quos ex Praeceptoris ſui Syriani praelectionibus, Iamblicho, Porphyrioque et propria obſeruatione hauſit, et in decem libros, teſte Suida, diſtinxit, agit idem *Marinus*, cap. 26. eoſdemque memorat *Proclus* ipſe in politiam pag. 359. et Simeon Sethi ſiue Pſellus in libro de alimentorum facultatibus, vbi de Philomela piſce ei ſermo eſt. Iidem Platonici paſſim in ſuis ſcriptis, qua editis, qua ineditis, ad oracula iſta prouocant, iiſque vel confirmare illuſtrareque ſua vel de ſuo lucem afferre ſtudent. *Hieroclem* libro quarto de fato ac prouidentia conſenſum demonſtraſſe inter oracula, Orpheumque ac Platonem, auctor eſt *Photius* cod. 214. ad quod argumentum, neſcio, an faciat *Zoroaſtris et Platonis dogmatum συγκεφαλαίωσις* r) *ſiue compendium*, quod in Bibl. Auguſtiſſimi Imperatoris et Regis Galliae Graece, *Plethone* auctore, MStum exſtare notant Lambecius Lib. VII. pag. 164. ſeq. 175. 172. [ſiue p. 349. 350. 366. 370. ed. *Kollarii*], ſeq. et Labbeus p. 85 s). Praeterea, quae ex hiſce oraculis affert Syneſius de inſomniis, et Nicephorus Gregoras in ſcholiis ad illum librum.

Gemiſti Plethonis Compendium &c. Editiones et verſiones &c.

VIII. Proclus, teſte Marino, ſeptuaginta tetradas oraculorum collegerat et illuſtrauerat, hoc eſt, verſus Hexametros CCLXXX, ſi ſingulas tetrades ponamus fuiſſe verſuum non plurium quam quatuor. Ex hiſce ſexaginta verſus, neque integros tamen illos, neque recto fortaſſis ordine deſcriptos habemus, cum ſcholiis Graecis *Gemiſti Plethonis*, editos primum Graec. a Io. Lodoico Tiletano, Par. 1538. 4. praefixo titulo: *Μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ τοῦ Ζωροάστρου Μάγων* t). Latine vertit oracula pariter et Plethonis u) Scholia *Iacobus Marthanus* Pictauienſis, [apud I. Lodoic. Tiletanum. Pariſ. 1539. 4. *Harl.*] Exſtat iſta latina *Marthani* pedeſtris translatio etiam ad calcem editionis, de qua mox dicam, Iohannis Opſopoei. Graece eadem oracula ſine Scholiis in vnico folio edidit *Federicus Morellus* x) Pariſ. 1595. 4. et biennio poſt latinam ſuam metaphraſin verſibus Hexa-

r) Forte nihil aliud continet haec συγκεφαλαίωσις, quam quae edita ſunt, in oracula Zoroaſtrea Gemiſti Plethonis ſcholia, de quibus mox.

s) Lambecius l. m. pag. 350. monet, *Collectionem* (in Cod. Vindobonenſi) *Zoroaſtreorum et Platonicorum dogmatum* omnino diuerſam eſſe ab eiuſdem *Plethonis Expoſitione oraculorum Magicorum Zoroaſtris*, quae cum *Sibyllinis oraculis* a Io. Opſopoeo gr. et lat. edita eſt Pariſiis a. 1599. 8. idque notandum eſſe propter *Leonem Allatium*, qui in Diatriba de Georgiis *Expoſitionis Oraculorum Zoroaſtris* mentionem faciens, minus recte ſic ſcribit: *Nec alia videntur eſſe, quae ſub Zoroaſtraeorum et Platonicorum dogmatum ſummae titulo in Bauarica bibliotheca cod.* 183. *habentur.* — Ζωροαστρείων τε καὶ Πλατωνικῶν δογμάτων ex MS. Auguſtano edidit *Valentin. Hermann. Tryllitius* Witteberg. 1719. (v. Noua Litter. Lipſienſ. illius anni p. 172. ſq.) Illud opuſculum typis repetendum curauit *Fabricius* noſter vol. XIV. B. Gr. pag. 137. ſqq. adnexa priori parti verſione ſua latina: nam alteram partem propter hiulcum et minus emendatum, quo vſus eſt, exemplar ſine verſione reliquit. Fabricianum exemplum contuliſſe ſe, ait *Kollarius* ad Lambecii locum, et in iiſdem verbis deſinere; at paullo tamen eſſe correctius comperiſſe. *Harl.*

t) *Heſiodi Opera et Dies et* ZOROASTRI magica oracula, graece. Pariſ. 1541. 8. (per Neobarium.) v. *Maittaire* Annal. typogr. tom. III. part. I. p. 329. *Harl.*

u) Non *Pſelli*, vt legis in Philoſophia Orientali Stanleii p. 132. edit. latinae. *Carolum* quoque *Sammarthanum* (Scaeuolae Sammarthani Patruum) Zoroaſtris oracula latine tranſtuliſſe teſtatur in Scaeuolae vita Gabriel Michael Rupimalletus.

x) Exemplo huius editionis, quod olim in Bunauiana erat, nunc in Dresdenſi Bibliotheca Electoris (cuius illa acceſſio facta eſt,) adſeruatur, adſcripta eſt in margine Paraphraſis Latina, ab Heinſio, vt probabilis coniectura eſt, profecta. Pari modo in *Oraculis Magicis Zoroaſtris*, *Latinis verſibus eiuſdem generis expreſſis*, et Notis [illegible]

Hexametris, paucis quibuſdam notulis et coniectaneis in margine auctam. Ab eo tempore is, quem dixi, *Opſopaeus* ad calcem Sibyllinorum oracula Zoroaſtris cum noua verſione ſua et notis vulgauit, non modo [?] additus ſcholiis Plethonis ſed et *Michaelis Pſelli* y), quae ex Bibl. Regis Galliae primus Graec. lat. edidit Pariſ. 1589. 8. recuſa 1599 z) et 1607. 8. et Seruatii Gallaei cura Amſt. 1689. 4. Porro Pſellus nonnulla aliter legit et alio prorſus ordine ac Pletho, ſequiturque paſſim Pſellum Nicephorus ad Syneſium. Eadem *Zoroaſtris* oracula, cum Opſopoei et Marthani verſione, exhibet *Lambecius* in prodromo Hiſtoriae literariae p. 94 ſq. principiumque et extremam partem ſcholiorum Pſelli pariter ac Plethonis veluti in guſtum lectori Graece ac Latine offert p. 113 ſq. [Repetita ſunt etiam illa Oracula Zoroaſtrea in miſcellan. Graec. aliquot ſcriptor. Carminibus, cum verſ. lat. et not. *Mich. Maittaire* editis Londini, 1722. 4. *Iaeg.*]. Illam vero Plethonis Pſeliique collectionem longe vicit *Franciſcus Patricius*, qui non ſolos ſexaginta, ſed trecentos viginti plus minus verſus Oraculorum congeſſit ex Procli Theologia, Commentariis in Parmenidem, Timaeum, Remp. et Cratylum: Ex Hermia in Phaedrum, ex Olympiodoro in Philebum et in Phaedonem, ex Syneſio, ex Simplicio in quartum Phyſicorum, ex Damaſcio et Nicephoro. Cumque ſparſim dimidios ſaepe vel ſingulos verſus apud dictos ſcriptores reperiſſet, pro argumenti affinitate coniunxit, et in vndecim ſectiones diuiſit, Latine vertit, et praefixa de Zoroaſtre diſſertatione Graece ac Latine edidit in noua de vniuerſis Philoſophia aa), Ferrar. 1591. fol. et Venet. 1593. fol. Latine ex Patricii verſione recudi in Magia ſua Philoſophica Zoroaſtrem pariter atque Hermetem Triſmegiſtum curauit illuſtris *Henricus Ranzouius*, Hamb. 1593. 8. Leguntur et Graece ac Latine ex Patricii editione apud *Lambecium* prodromi Hiſt. literar. p. 97 ſequ. Tum in Hiſtoria Philoſophica *Thomae Stanleii* tertium nuper Anglice edita Lond. 1701. fol. et in Latina verſione Hiſtoriae Philoſophiae Orientalis eiuſdem Stanleii, adornata a *Iohanne Clerico*, qui notas etiam ſuas Oraculis ſubiunxit, et menda quaedam tum in ipſis, tum in Latina verſione ſuſtulit, Amſt. 1690. 8. [nec non in Stanleii hiſtoria philoſ. a Godofredo Olcario latine verſa, Lipſiae 1711. 4. cum Clerici notis p. 1178 ſqq. *Harl.*]. *Otto* quoque *Heurnius* in libro ſecundo Antiquitatum Barbaricae Philoſophiae bb) oracula a Patricio collecta exhibet; at non ex Patricii, ſed ſua verſione, *atque Romana*, vt ait, *lingua donata*, *et rigidiori lima expolita*, *vt clarius ſententiarum lumen fulgeat.* Illa Heurnii interpretatio itidem legitur apud Lambecium p 107 ſeq. Verum Stanleii iudicio, *dum ea nititur ſtylo Heurnius expolire* cc), et *meliori latinitate induere, quae genuine ac ſincere tradiderat Patricius*, *inquinauit ac corrupit. Temere praeterea continuam*

atque Coniectaneis aliquot illuſtratis, *per Fed. Morellum*, Lutet. 1597. 4. eadem manus elegans addidit aliam verſionem, verſibus Latinis, exemplo olim Bunauiano, nunc Electorali. v. Catal. Bibl. Bunau. T. I. Vol. I. p. 63. ſq. *Iaeger.*

y) *Fabricius* orae exempli ſui adſcripſerat: Habeo et ipſe MSSta illa Pſelli ſcholia τῦ σοφωτάτυ Ψέλλυ εἰς τὰ αὐτὰ λόγια τῦ Ζωροάστρυ, 4. in calce adſcriptum eſt: τέλος τῆς ἐκθέσεως τῶν παρὰ χαλδαίοις δογμάτων τῦ Ψέλλυ. Nonnulla λόγια in illa Opſopoei collectione haud obuia ex Io. Laurentio Philadelphienſi Lydo profert Io. Boiuinus pag. 786. ad Gregoram". *Harl.*

z) De hac et reliquis edd. de Zoroaſtre, Gemiſtho, Obſopoeo, diſſerit docte *Freytag.* in Adparatu litter. tom. III. p. 95. ſqq. *Harl.*

aa) Conf. *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek.* tom. I. pag. 205. ſqq. *Harl.*

bb) Prodiit liber iſte Lugd. Bat. 1600. 12.

cc) Sic de fabulis Pilpaei Philoſophi Indi, quas e Perſico Gallice pridem vertit Gaulminus et ante paucos annos neſcio quis elegantiori ſermonis veſte ornatas in lucem emiſit, viri cuiuſdam eruditi ſententia eſt, *qu'on a gaté, l'ancienne verſion en la mettant en meilleur françois.*

nuam orationem ex hiſce fragmentis inter ſe nequaquam connexis et apud varios ſcriptores ſparſis efficere ſtuduit [dd]).

De Patricii collectione. IX. Patricium ipſum reprehendunt viri docti, quod ſcriptores vel plane non, vel indiligenter admodum indicauerit, vnde Oracula ſingula ſunt ab eo deprompta; quamquam in libris ineditis fieri hoc vix ſatis diſtincte potuiſſe fateor, niſi integra auctorum loca transſcribere voluiſſet: inprimis vero male lectoribus ſuis conſuluit, quod vna ſerie deſcripſit, quae diuellenda erant, et diuerſis in locis aut forte libris ab eo obſeruata fuerunt, tum, quod verſus male digeſſit, nec ſatis emendatos vel mutilos, vel allegantium verbis interpolatos, (vid. verſ. 155 ſq.) aut ad ſententiam ipſorum minus examinatos in collectionem ſuam retulit. Digna autem ſunt praeſtantiſſima haec priſcae ſapientiae apoſpaſmatia, quae poſt Clariſſimorum Virorum conatus etiamnum eruditorum induſtriam et ingenia exerceant, adeo multa adhuc reſtant in illis notanda, quae ab interpretibus male accepta, et, quia argumentum de quo agunt, paucis perſpectum eſt, inepta pleriſque vel ſenſu expertia videntur. Quosdam verſus bis vel ter poſuit Patricius leui mutatione vel memoriae lapſu deceptus. Conf. v. 59. et 66. v. 177. et 214.

v. 148. et 181.	v. 3. 62, et 85.
v. 151 ſq. et 220 ſq.	v. 44. 179. et 218.

Verſus 18. ita eſt legendus: [?]

Καὶ πηγὴ πηγῶν καὶ πηγῶν πεῖρας ἁπασῶν.

Male enim in editis πεῖρας omittitur.

Verſus 310.

Οὐ γὰρ χρὴ κείνας σὲ βλέπειν πρὶν σῶμα τελεσθῇ

male redditus eſt ſic: *non enim oportet te ab illis cerni*; manifeſtus enim ſenſus eſt: *neque enim fas eſt te illos cernere (illos a te cerni) priusquam corpus purgatum ſit*, vt Plotinus etiam docet libro de pulchro: γενέσθω δὴ πρῶτον θεοειδὴς πᾶς καὶ καλὸς πᾶς, εἰ μέλλει θεάσασθαι θεόν τε καὶ καλόν. Omitto alia conſimilia plura, alibi et opportuniore loco forſitan notanda. Optimum autem operae pretium fecerit, qui ſcriptores ipſos, e quibus hauſit illa Patricius, ineditos quidem magnam partem, at in Bibliothecis variis obuios, (vniuerſos enim, excepto Proclo in Cratylum Platonis, exhibet vel vna noſtra Bibliotheca Iohannea,) contulerit, et loca ſcriptorum non indiligenter inſpexerit. Nonnulla Oracula Patricianae collectionis illuſtrat *Auguſtinus Steuchus* Eugubinus in opere de perenni Philoſophia, et Marſilius Ficinus in libris de animarum immortalitate. *Kircherus* quoque T. 2. Oedipi parte I. p. 131. ſeq. duas primas ſectiones integras et ex reliquis ſelectos verſus ſiue effata 35. exhibet ex collectione Patricii, verſionem eius latinam inde mutans, et ſuum eis commentarium ſubiungens, in quibus parum abeſt, quin Zoroaſtrem contendat fuiſſe Chriſtianum. Veriſimilius eſt, quod Zoroaſtri doctrinam obſcuram germanam eſſe Hermeticae ſiue Aegyptiacae veteri, et ex eodem fonte profecta videatur eſſe. In quam ſententiam addas licet T. 2. part. 2. p. 519. et T. 3. p. 275. vbi exhibet

dd) *Io. Ieſſenii a Ieſſen*, philoſophiae ac medicinae [illegible] Pragenſis, philoſophia Zoroaſtrea a. 1594. edita, laudatur a *Morhofio* lib. 1. Polyhiſt. philoſ. cap. 1. §. 13.

bet *Opus Zoroaſtreum*. Mundi typum continens, cum bonis maliſque geniis vim ſuam exercentibus in haec inferiora. Eſt quoque in manibus inedita amici rerum harum Paraphraſis, Scholia et caſtigationes in Oracula tam ex Plethonis quam Patricii collectione, quae haberi non inuiderem, niſi opportunior occaſio exſpectanda eſſet, qua iuuabit integros accedere fontes atque haurire, ex quibus hauſit Patricius.

Vtrum de Chaldaico vel Perſico translata ſint. X. De Chaldaico vel Perſico ad verbum tranſlata eſſe, quae ſuperſunt, oracula, non crediderim, neque Zoroaſtrem quicquam carmine ſcripſiſſe, ſed proſa mera, audacter affirmat *Tho. Hyde* p. 340. neque adeo genuinum eſſe *Zoroaſtris* foetum exiſtimo ee); at quod de Hermeticis ſupra ex Iamblicho obſeruaui, indicia et argumenta in illis occurrere Aegyptiacae veteris Philoſophiae, ſic et in his notas ac veſtigia latere Philoſophiae priſcorum Orientalium non ab re quis ſibi perſuaſerit. Zoroaſtris oracula Chaldaice ſcripta ſe habuiſſe Ficino retulit *Ioannes Picus* ff), *in quibus*, inquit, *et illa quoque, quae apud Graecos mendoſa et mutila circumferuntur, leguntur integra et abſoluta, tum eſt in illis Chaldaeorum ſapientum breuis quidem et ſalebroſa ſed plena myſteriis interpretatio.* Sed videtur vir ſummus haec potius ex coniectura aut vendentis commendatione, quam veluti iuſtus et intelligens arbiter pronunciaſſe, quia in eadem Epiſtola addit, ſe demum iam coepiſſe, ſe ad Arabicae et Chaldaicae linguae ſtudium conferre. Et, *Deus bone*, inquit, *quam Pythagorice, quam plena priſcorum dogmatum et ſecretioris diſciplinae! innaſit ſtatim animum efficax votum, poſſe haec per me abſque interprete euoluere et perſcrutari, atque hoc nunc ago, hoc indefeſſus aſſiduusque ſaxum voluo.* Ergo, dum haec ad Ficinum ſcripſit, nondum abſque interprete euoluere illa potuit. Narrat ſane Ficinus, poſt Pici mortem inter eius ſcriptorum reliquias repertos eſſe libros illos Chaldaicos (non commentarios Pici in oracula, vt ſcribit Lambecius p. 91.), ſed ita detritos lectuque difficiles, vt vix ab ipſo Pico legi potuerint, neque hactenus quiſquam, qui illa luci publicae exponeret, fuit repertus. Zoroaſtris oraculum commentitium de CHRISTO e virgine naſcituro et apparitura ſtella referet *Abulpharaius* p. 54. [P]

De Iuliano Theurgo. XI. Graecae collectiones oraculorum Chaldaicorum non vnae fuiſſe videntur, et forte eadem res a variis varie expreſſa. *Iulianum* autem *Theurgum* gg), qui ſub M. Antonino floruit, et cuius Θεεργικὰ Τελεστικὰ hh) λόγια δι' ἐπῶν memorat Suidas, ſolum auctorem et fabricatorem fuiſſe totius fabulae, ipſumque oracula iſta primum confinxiſſe ac commentum eſſe, quae habemus, non facile Lambecio p. 93. 12. 118 accredet, qui ſciat, λόγια Zoroaſtris iam laudari a Nicolao Damaſceno in Excerptis Peireſcianis p. 461. tum qui videat, Iuliani iſtius ſcripta Porphyrio, Proclo et aliis Platonicis probe fuiſſe cognita, oraculis vero, de quibus dixi, longe maiorem auctoritatem apud illos conſtare ii). Igitur *Iulianus* iſte

ee) Vnde *Huetius* Zoroaſtrum vocat modo Ψευδώνυμον, modo ſuppoſititium; Quaeſt. Aln. lib. II. c. 2. §. 2. et 4. et §. XI. Pſeudozoroaſtrum. Sic et *Prideaux* Hiſt. V. T. tom. I. p. 291. *Heum.*

ff) In Epiſtola ad Ficinum ſcripta, quae exſtat in Operibus Iohannis Pici p. 249.

gg) De hoc Iuliano, v. Holſtenius in Vita Porphyrii cap. X. p. 272. *Heum.*

hh) Perperam, ni fallor, Lambecius et alii tamquam tria diſtincta ſcripta Iuliani memorant Θεεργικὰ, Τελεστικὰ et Λόγια.

ii) Nequaquam ſpernenda ſunt, quae hiſce argumentis opponit *Moshem.* ad *Cudworth.* T. I. p. 434. not. (q) ſc. non conſtare, num Oracula, quae Damaſcenus laudat, haec ipſa ſint, quae nunc circumferuntur, certum eſſe quidem, a Iu-

[illegible] potius inter Metaphraſtes collectores et illuſtratores illorum nomen aliquid ſibi comparaſſe, quam vera condidiſſe, exiſtimem. Meminit huius Iuliani, ſiue Patris eius, Philoſophi itidem Chaldaei, inter alios Magos *Arnobius* Lib. II. p. 31. *Sozomenus* Lib. I. cap. 18. (Tripart. Lib. II. cap. 4.) narrat Iulianum Chaldaeum βίᾳ λόγε, [illegible]. Εἰς τὰ [illegible] τε Ἰουλιανῦ τῦ Χαλδαίου [illegible] libros quatuor ſcripſerat Porphyrius, teſte Suida in Πορφύριος. *Iulianum Theurgum* ἐν τοῖς Θεουργικοῖς laudat *Proclus* in Timaeum p. 277. Idem alibi: [illegible] καὶ οἱ τῶν Θεουργῶν ἀκρότατοι Θεοὶ καὶ τῦτο ὑμνῦσι, ὡς Ἰουλιανὸς ἐν ἑβδόμῳ τῶν ζωνῶν. Idem Suidas in Ἰουλιανὸς ait, non deeſſe, qui referant, exercitu Romano aliquando penuria aquae laborante, Iulianum hunc e templo imbres largiſſimos cum tonitru et fulgore de caelo deduxiſſe, quod miraculum *Arnuphi* Aegyptio alii tribuunt, tum apud Suidam in Ἀρνῦφις, tum apud Dionem Caſſium Lib. LXXI. quem refellit Epitomator eius Xiphilinus, cum Tertulliano, Apollinari Hierapolitano apud Euſebium, aliisque [illegible], *legioni* Melitenae Chriſtianae precibus quae inde *fulminatrix* dicta a M. Antonino fuerit, [illegible] tribuendum, quemadmodum ſeriis Eliae precationibus impetratum imbrem conſtat ex 3 Reg. XVIII. 45. Iac. V. 18. Addit Xiphilinus Arnuphium Magorum opera nunquam viſum fuiſſe, cui nec ipſi hoc audet tribuere Claudianus kk), eruditus teſte Auguſtino paganiſſimus, qui miraculum illud probi Imperatoris moribus a Diis conceſſum potius pronunciat:

> — — — Chaldaea mago ſeu carmina ritu
> Armauere Deos, ſeu, QVOD REOR, omne Tonantis
> Obſequium Marci mores potuere mereri.

Memoria rei ipſius adhuc exſtat in columna Antoniniana a Baronio primum ad A. C. 176. num. 24. hinc ab Angelo Roccha in deſcriptione Bibl. Vaticanae, et elegantiſſime denique a Ioh. Petro Bellorio expreſſa atque illuſtrata, in qua videas effuſionem Imbris [illegible] Romanorum exercitum irrorantis et hoſtium copias fulmine ferientis: quem iconiſmum [illegible] [illegible] notatu et ſpectatu digniſſimus ex omnibus monumentis [illegible] Romae ſibi obſeruatum [illegible] Scaliger affirmauit, vt refert Gaſſendus in vita Peireſkii Lib. I. p. 25. [illegible] Iulianum Theurgum [illegible] idem Suidas narrat ſcripſiſſe libros quatuor de daemonibus, et librum de [illegible] ll) ſiue phylacterio [illegible] Chaldaeorum et Aegyptiorum, [illegible]

liano non ſcripta eſſe illa Zoroaſtris oracula, quae nunc habemus; ſed non aeque certum, Iulianum haec oracula in graecum ſermonem conuertiſſe et verſu expreſſiſſe, quae Chaldaei forte ſoluto orationis genere ſcripſiſſent. *Iaeger.*

kk) Conſulat. 6. Honorii v. 347. adde Iulium Capitolinum in vita M. Antonini c. 24. Themiſtium Orat. XV. p. 191. qui id tribuunt precibus Imperatoris. Themiſtius etiam teſtatur ſe vidiſſe ἐν γραφῇ ἐκεῖνα τῦ ἔργυ, τὸν μὲν αὐτοκράτορα προσευχόμενον ἐν τῇ φάλαγγι, τὰς στρατιώτας δὲ τὰ κράνη τῷ ὄμβρῳ ὑποτιθέντας καὶ ἐμπιπλαμένες νάματος τῦ Θεοσδότε. Ex qua deſcriptione apparet, eum minime loqui de columna Antoniniana, ſed de alia quadam pictura. Perperam quoque idem Themiſtius Antonino Pio adſcribit, quod alii omnes referunt ad M. Aurel. Antoninum: Niſi dicamus, Pii nomine M. Aurelium ab eo intellectum fuiſſe, quod tamen aegre mihi perſuadeo. Nam licet M. Aurelius poſt obitum Antonini Pii idem cognomen adſciuiſſe ex inſcriptionibus et nummis colligatur: tam diu tamen poſt ſcribens Themiſtius meras tenebras offudiſſet lectoribus, ſi ſolenne alterutrius cognomen ita confundere [illegible] bitaſſet. Mentio etiam huius rei apud Suidam in χαλδάσαι.

ll) De hoc agit *Kircherus* T. 2. Oedip. part. 2. p. 539.

confecto e XVI. ſpeciebus, quas enumerat Plutarchus Lib. de Iſide et Oſiride, et comparato ad ſingula membra hominis immunia conſeruanda.

Zoroaſter. XII. Verum vt ad *Zoroaſtrem* redeam, ſub eius nomine *libros ſuper arte Magica plurimos* olim exſtitiſſe refert auctor recognitionum Clementi tributarum Lib. IV. c. 27. cui ſuffragatur Hermippus apud *Plinium* Lib. XXX. c. 1. Vide ſi et iam quae de *Zoroaſtro* quodam Philoſopho Mithrobarzane Lucianus in Necyomantia T. I. p. 329 ſq. lll)

XIII. *Librum Chemicum* qui dicitur Margarita Philoſophorum ſub *Zoroaſtris* nomine Arabice exſtare Romae, teſtatur Labbeus Bibl. nou. MSS. p. 259. Occurrit et *Zoroaſtris* nomen in variis collectionibus Chemicis Graecis *ἀνεκδότοις* quae ſeruantur in bibliotheca Auguſtiſſimi Imperatoris et Regis Chriſtianiſſimi.

XIV. Praecipue vero ad *Zoroaſtrem* velut auctorem iam olim referebantur *libri de ſacris dogmatis et religione Perſarum*, ex quibus Euſebius nonnulla de natura Dei proferens in praeparatione Euangelica libro primo extremo, laudat *Zoroaſtrem* Magum *ἐν τῇ ἱερᾷ συναγωγῇ τῶν Περσικῶν*, cuius operis mentionem feci ſupra c. IX. num. 15. Quantum autem coniectura aſſequi licet ex libro *Sadder*, quem ante ducentos annos e *Zoroaſtris* ſcriptis collectum et carmine expreſſum a Perſa quodam veteris linguae rituumque peritiſſimo, latina proſa Oxon. 1700. 4. ad calcem Hiſtoriae religionis veterum Perſarum vulgauit Thomas Hydeus, illa *συναγωγὴ*, quam Graece olim Euſebius legit, aliud argumentum complectebatur quam libri ſacri, quos Perſarum Magi hodieque ſub Zerduſti ſiue *Zoroaſtris* nomine venerantur, et quos pauciſſimi ex illis perſpectos habent, vtpote prolixos et lingua incognita veteri, Zandico charactere nnn) ſcriptos, neque temere cuiquam e vulgo prodendos, ita vt plerique ſolo libro recentiore *Sadder* tanquam illorum compendio ſint contenti. Nempe in Opere ſacro Zoroaſtreo quod Perſis *Zend Va Eſta* oo) dicitur, (quaſi igniarium et ignem dicas, exponente Hydeo p. 332.) aliis *liber Abrahami* (id. p. 338.) et in 12 tomos diuiſum ſcriptos in coriis taurinis, quales ſingulos totidem vituli portare poſſent (p. 313 ſq. et 337. vbi pro 1200

 coriis

mmm) *Plato* Alcibiade I. p. 32. F. docet, filios regum Perſarum edoctos *μαγείαν τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου, ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία*. Omnino notandus eſt locus *Hugonis de S. Victore* VI. 15. Eruditionis didaſcal. tom. III. p. 39 ſq.

nnn) Confer Hydeum p. 337. et 333., vbi refellit Bahlulidis narrationem, qui refert Zoroaſtrem Opus ſuum ſacrum compoſuiſſe in ſeptem linguis, Syriaca, Perſica, Armenica, Segiſtanenſi, Maruacenſi, Graeca atque Hebraica.

oo) Noſtris temporibus multorum ſcriptis celebratum eſt hoc opus ſacrum, *Zend-Aueſta* dictum, ex quo vir doctus, *Anquetil du Perron*, poſt varios caſus et multa pericula rerum *συλλογὴν* iſtam, quae Zoroaſtris fert nomen, ex India in Galliam attulit. Ipſe conſilii, itineris, ſtudii et ſucceſſus rationem reddidit in libello, quem, menſe Maio, a. 1762. in conſeſſu Soc. Reg. Scient. Pariſ. recitauit, (cuius translatio *anglica* legitur in Gentleman's Magazine, Vol. XXXII. p. 573 ſqq. *germanica*, Anquetils Reiſen nach Oſtindien — überſetzt von *Io. Georg. Purmann*. Francof. ad Moen. 1776. 8.) Opus ipſum, gallice conuerſum: ZEND-AVESTA, *Ouvrage de Zoroaſtre, — par Mr. Anquetil du Perron, Pariſ.* 1771. 3 Voll. 4. mai. cum figuris aeri inciſis, prodiit. *Germanica* verſio illius debetur ſtudio *Io. Frid. Kleukeri*, Rigae, 1776-78. 3 Voll. 4. mai. vulgata et ornata Diſp. de vera antiquitate librorum, quos Zend-Aueſta complectitur. Secuta eſt appendix, quae Anquetilii et Foucherii Diſſertatt. ſuper religione, philoſophia et hiſtoria Perſarum, in germanicam linguam ex francogallica translatas, et commentationes Kleuckeri varias atque Perſica ab eo e graecis latiniſque ſcriptt. collecta, exhibet, ibid. 1781. 82. 2 Voll. 4. mai. Exceptum eſt opus hoc *πολυθρύλλητον* tum gratulationibus, tum cenſuris ſatis acerbis. Vid. e. gr. *Appendix to the Monthly*

coriis legendum 12 coriis) distinctum videm in partes ſiue libros XXI. ſiue XXII. (p. 339 ſqq.) et in portas ſiue ſectiones centum (p. 326.) allatum e paradiſo, et e coelo per Deum Zoroaſtri miſſum, (p. 317. 320. 326.) in hoc, inquam, opere non tam dogmata de Deo et rebus diuinis quam leges ac praecepta continentur.

> Omnis rei faciendae et quoque non faciendae
> Explicatio eſt in hoc Centiportali o chariſſime,

vt ait auctor libri Sadder in prooemio de libro Veſta va Zend verba faciens. At enim Euſebio lecta *συναγωγὴ* videtur fuiſſe *ἱερὰ συναγωγὴ Περσικῶν δογμάτων* de Deo rebusque diuinis. Non praetereundum denique, quod p. 328. doctiſſimus Hydeus affirmat peculiarem de Zoroaſtre librum Perſico carmine ſcriptum ſe habere, cui titulus *Zeratuſht-nama* ab auctore *Zeratuſht Behram* doctiſſimo Magorum ſacerdote, qui Zoroaſtris hiſtoriam extraxit ex libro proſa exarato, charactere et lingua paucis intellecta, in vſum ſacerdotum, de rebus, antiquiſſimis Mundi temporibus geſtis, et de regis prioribus. Huius libri argumentum et excerpta quaedam apud eundem virum de hiſtoria veteri Orientali meritiſſimum vbi iubebis videre poteris.

Monthly Review, Vol. LIV. p. 561 ſqq. et *Meuſel.i* Bibl. Hiſt. l. c. p. 38. In primis vir acutiſſimus, veteriſque philoſophiae conſultiſſimus, *Chriſt. Meiners*, validis argumentis, in Commentatione tertia, inſurgens omnem Zend-Aueſtae, qualem nunc habemus, fidem demere laborat. Illius tamen repertor, *Anquetil*, in Comment. cui index eſt: *Syſteme theologique des Mages, ſelon Plutarque, comparé avec celui des anciens livres, que les Perſans attribuent à Zoroaſtre*, inſerta Tom. XXXIV. Hiſt. Acad. Reg. Litter. docere ſtudet, ea, quae Plutarchus, in libro de Iſide et Oſiride, de religione magorum refert, plane conſpirare cum iis, quae in ſylloge a ſe in Galliam aduecta continentur, ac proinde illam Theopompi certe, (quo auctore Plutarchus potiſſimum nititur,) aetatem ſuperare. Conſenſum Graecorum cum Zend-Aueſta oſtendit Diſp. Kleucker. Verſ. T. II. p. 12 ſqq. adiuncta. Praeclara, veriſſimaque de hoc opere ſententia legitur in *Götting. Anzeig.* a. 1784. St. De illis, qui Zendaueſtae vſum in explicanda Scriptura S. eſſe putauerunt, hic diſſerendi locus non datur. Impugnarunt iam ante Meinerſium V. C. Zendaueſtae *αὐθεντίαν* Angli eruditiſſimi Ioh. Richardſon (Abhandl. über Sprachen, Litter. und Gebräuche morgenl. Völker, L. 1779. C. 1. ſect. 2. p. 17. ff.) et Guil. Iones Lettre à M. Anquetil du Perron, dans laquelle eſt compris V. Examen de ſa Traduction des Livres attribués à Zoroaſtre. Lond. 1771. germ. in Hiſsmann Magazin für die Philoſophie T. III.) contra defendit Kleuckerus inprimis duabus Comm. altera, über die Nachrichten von Zor. Schriften, und den einzelnen Büchern, die zum Zend-Aueſta gehören, altera, Unterſuchung über das Zeitalter und den Werth der Zendbücher und Behauptung ihrer Aechtheit, in Append. Vol. II. Part. I. — Mihi quidem in libris illis reperiri Zoroaſtricae antiquae diſciplinae ac religionis reliquiae, ſed libri ipſi nullo modo ita, vt nunc habentur, a Zoroaſtre perfecti eſſe videntur. *Beck.*

BIBLIO-

BIBLIOTHECAE GRAECAE

LIBER II

DE SCRIPTORIBVS

AB

HOMERO VSQVE AD PLATONEM.

Vol. I. p. 253

CAPVT I

DE HOMERO, EIVSQVE VITAE AC LAVDVM SCRIPTORIBVS a).

I. *Homeri de ſe nihil commemorantis modeſtia.* II. *Vita Homeri Herodoto tributa, an genuina eius ſit, diſquiritur?* III. *Plures vitae Homeri Scriptores deperditi. Epitomator vitae Herodoto tributae.* IV. *De vita Homeri duplici quae exſtat ſub nomine Plutarchi.* V. *Tres vitae Homeri ab Allatio editae.* VI. *Alii Scriptores vitam Poetae exponentes.* VII. *Homeri Effigies in nummis et monumentis antiquis: Templa, Statuaeque in Homeri honorem. Eiusdem ἀποθέωσις. Obiter de Collegio Homerico Tubingenſi.* VIII. *Patria, Coecitas, Scindapſus famulus.* IX. *De Homeri genere et aetate. Thema eius genethliacum.* X. *Elogia a veteribus et recentibus plena manu in ipſum congeſta.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

Homerus nihil de ſe commemorat, et num vmquam fuerit poeta?

I. Ipſe quidem HOMERVS tanta fuit modeſtia, vt in laudes aliorum propenſiſſimus, ac veluti *Themiſtio* Orat. 21. 264. et *Dioni Chryſoſt.* diſſ. XXXIII. p. 397. XXXVI. p. 440. et LIII. p. 555. *Ariſtidi* tom. II. p. 315. obſeruatum, ne viliſſima quidem ſine praeclaro teſtimonio ſolitus transmittere, de ſe tamen rebusque ſuis, ne verbulo

a) Tanta eſt copia de Homero dictorum et dicendorum, vt, ſi vel plurima colligere atque enumerare, vel, quae ad intelligentiam carminum illius interiorem, et cenſuram hominum doctorum a multis ſaeculis in vtramque partem diſputantium et iudiciorum rite inſtituendam facere videantur, recenſere velim, paene cum *Homero* Iliad. β, 486. exclamandum ſit:

Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι·
Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα.

Saltem, non auctarium, ſed grande volumen, ſi omnia plene perſequi deberem, eſſet ſcribendum: quod quidem eſſe valde alienum a noſtro inſtituto, nec ab vno homine poſſe effici, quilibet facile intelliget. Atque quod bibliothecarii tantum munere perfungendum eſt mihi, ea modo, quae ad notitiam conducant litterariam, recenſendo ſententias variorum librosque, qui quidem in meam venerunt notitiam, vbi Homeri amantes plura poſſint reſciſcere, ſparſis hinc inde animaduerſionibus, ſumma breuitate vſus adferam. Equidem, qui mecum habito, aperte fateor, me neque omnia, quae huc facerent, legiſſe, aut memoria tenere, neque potuiſſe reperire, aut inueſtigare. Interim cel. *Wolfius*, Profeſſor Halenſis, in illuſtrando explicandoque

plicandoque Homero diu multumque verſatus, per litteras ſpem fecit mihi, fore vt, quae de Homero, ſcriptis fatisque, et, quidquid ad hiſtoriam illius pertineat, legerit atque adnotarit ſibi, aut adhuc inueniet, colligat, in ordinem redigat, atque iuſtum conficiat volumen: quod vt faciat, omnino eſt optandum. Enimuero quoniam in ſequentibus ſectionibus ac paragraphis ſaepius adpellandi ſunt aliquot libri, in quibus ſiue curatius ſiue fuſius de Homero eiusque carminibus diſſeritur, ſtatim in limine illos hic memorare iuuat.

Apotheoſis vel Conſecratio Homeri, ſiue lapis antiquiſſimus, in quo poetarum principis Homeri Conſecratio ſculpta eſt, commentario illuſtratus a Giſberto Cupero. etc. Amſtelodami, 1683. 4. conf. Acta Erudit. Lipſ. a. 1683. p. 538. et a. 1715. p. 60. Equidem ad illam in ſequentibus paragraphis prouocabo editionem.

Tum idem monumentum explicare ſuſtinuit et interpretationibus Kircheri, Cuperi, Spanhemii, Heinſii (cuius expoſitionem a vero prope abeſſe putat), Gronouii et Wetſteinii primum ſub examen vocatis, ſingulas lapidis partes perſequitur, nouas proponit coniecturas, et locos nonnullos illuſtrat vberius *Io. Carolus Schottus* in: *Explication nouvelle de l'Apothéoſe d'Homére, repreſenté ſur un marbre ancien; de l'Uſage du Trepied de Delphes; et de l'Emploi d'Engaſtrimythes, par Mr. I. C. Schott*, Conſeiller, Bibliothécaire et Antiquaire du Roi de Pruſſe. Amſterd. 1714. 4. Et *Cuperi* librum, et *Schotti* expoſitionem, a Petro Facciolo in linguam latinam conuerſam, atque inſcriptam, *Homericae apotheoſis in antiquo lapide deſignatae noua explanatio*, reddita latine interprete *Petro Facciolo*, S. theol. doctore Coll. et in Seminario Patauino rhetoricae artis praeceptore, *Polenus* inſeruit Supplementis vtriusque theſauri antiquitatum romanarum graecarumque etc. Vol. II. coll. 292 ſqq. et in praef. p. VI ſq. pauca adtulit. — De Schotti libro v. XLIII Oefnung des neuen Bücher-Saals. Lipſiae 1715. 8. et Acta Eruditorum, menſ. Februar. 1715. nr. 2. in quibus quaedam Schotti explicationes modeſte examinantur. *Schottus* in Clerici Bibliotheque ancienne et moderne, part. II. tom. III. defendit ſe et dedit *Explication nouvelle de l'Apothéoſe d'Homere.* In memorandis Schotti iudiciis ſequar Poleni interpretationem opusque.

Unterſuchung über Homers Leben und Schriften. Aus dem Engliſchen des Blackwells, überſetzt von Io. Heinr. Voſſ. Lipſiae 1776. 8.

Thomas Blackwell, Profeſſor quondam graecae Linguae Aberdonen. in Scotia (*Aberdeen*), edidit atque ſcriptum librum: *An Enquiry into the Life and Writings of Homer*, London. 1735. iterum ibidem, 1736. mai. 8. tertium, ibid. 1757. mai. 8. Ille in libro hoc vtili oſtendit, tempus, in quod aetas Homeri incidit, conditionem Ioniae et inſularum, vbi vixit, mores incolarum, formam regiminis, vitam et publicam et priuatam, inſtitutionem atque fortunam, qua vſus erat poeta, ſecundam quam plurima contuliſſe ad formandum Homeri ingenium et carmen epicum optime componendum. — In parte VII. kritiſchen, poetiſchen und andren geiſtvollen Schriften, Tiguri, 1741 ſqq. 8. excerpta ſunt quaedam, quorum eſt inſcriptio: *Von dem wichtigen Antheil, den das Glück beytragen muſſ, einen epiſchen Poeten zu formiren.* — Plura, at minus comte, germanice verterat *C. W. Agricola*, praeco quondam verbi diuini in comitatu Mansfeldenſi, in Hamburgiſchen Magazin Vol. 12. 13. et 14.

Le Delizie dei Dotti e degli Eruditi. Opera Poſtuma del Dott. Giovanni Lami. 4. tom. I. p. 53 — 209.

In primis neceſſaria eſt ad carmina Homeri rite intelligenda eorumque vim atque pulcritudinem omnino ſentiendam lectio libri praeclari:

Robert Wood Eſſay on the Original Genius of Homer. Londini 1770: Auctor ipſe loca, vbi Homerus cecinit, et quae celebrauit in carminibus, peragrauit cum exemplo Homericorum operum, vt recte intelligeret atque explicaret poetam. Illius libri, qui maioris et perfectioris operis, necdum, mortuo auctore, abſoluti, quaſi eſſet promulſis, pauca exempla typographicis formulis fuerunt deſcripta. Opera tamen Cl. *Michaelis*, in praeſenti Medici atque Profeſſoris Marburgenſis, in linguam teutonicam is conuerſus eſt: *Robert Woods Verſuch über das Originalgenie des Homers, aus dem Engliſchen.* Francof. ad Moenum 1773. 8. quam verſionem, vbi opus erit, citabo. (confer cenſuram in Bibliotheca philol. Gottingenſi, Vol. 11.) Poſtea Woodiani libelli editio altera auctior et ſplendida prodiit Londini 1775. 4. mai. Quae Wood in altera hac editione mutauerat, deleuerat, addideratque, ea interpres germanus collegit et ſeparatim publicauit in: *Zuſätze und Veränderungen, wodurch ſich die neue Ausgabe von Robert Woods Verſuch über das Originalgenie des Homers von der alten auszeichnet, nebſt einer Vergleichung des alten und gegenwärtigen Zuſtands der Landſchaft von Troja, aus dem Engliſchen.* Francof. ad Moenum. 1778. 8.

verbulo b) quidem meminerit. Hinc Lud. Caſtelvetrius in Commentario ad Ariſtotelis Poeticam, pag. 129. reprehendit Dantem aliosque poetas, longe quam Homerus inferiores, qui etiam nominetenus ſe in heroico carmine compellare, laudesque ſuas celebrare ipſi non dubitarunt. Neque tamen digniſſimum laude vatem, atque, vt *Tzetzes* Chil. 10. hiſt. 319. vocat χρυσόγλωττον, Muſa mori non vetuit, aut memoriam eius oblitterari permiſit: ſed quam late graecis gloria ſunt litteris, per omnia paene ſaecula admiratores [P] illi innumeros et encomiaſtas excitauit, quorum nonnulli etiam vitam eius ſingularibus ſcriptis tradendam in ſe ſuſceperunt c).

Herodotus num vitam Homeri ſcripſerit, quaeritur.

II. Ex his notiſſimus eſt *Herodotus*, cuius liber de vita Homeri, edi ſolet vna cum ſcriptis antiquiſſimi et ſuauiſſimi Hiſtorici Herodoti Halicarnaſſei. Nec Ionicae dialecti, qua Herodotus vſus eſt, in hoc libello deſunt veſtigia, et incipit his verbis: Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς περὶ Ὁμήρου γενέσιος, καὶ ἡλικίης καὶ βιοτῆς, τάδε ἱστόρηκε, quae plane veterem ſimplicitatem redolent. Alterius tamen ſcriptoris ſiue potius alius Herodoti, videtur viris doctis, *Tanaquillo Fabro* de poetis Graecis p. 5. et p. 199. ad Longin.

Ueber Homers Leben und Geſänge. Von Io. Henrich Juſt Köppen, Director der Schule zu Hildesheim. Hannover. 1788. 8.

(M. *Schott*) *Ueber das Studium des Homers in niedern und höheren Schulen.* Lipſiae. 1783. 8.

In his ſcriptis multa reperiuntur, quae ad pleniorem melioremque carminum Homericorum intelligentiam praemuniant viam. Multa alia, quorum nubem partim iam excitarunt *Fabricius* atque noſtra aetate cel. *Blankenburg* ad *Sulzeri* Allgemeine Theorie der ſchönen Künſte, voc. *Homer*, parte II. *p.* 506 — 517, ſuo quoduis loco, aut oblata occaſione, commemorabuntur. *Harl.*

b) *Dio Chryſoſt.* XXXVI. p. 440. [et orat. LV. p. 558 ſqq. aut ed. Reiske, tom. II. p. 283 ſqq.]

c) *Homerum* numquam fuiſſe in rerum natura, diſſertatione quadam contendit *Franciſcus Hedelinus*, Abbas d'Aubignac. vide Memoires de Literature, tom. I. p. 317 ſq. Nouam Bibliothecam germanice ſcriptam, part. 63. p. 477 ſqq. *Heumann.* Hedelinus in Conjectures academiq. ou Diſſertation ſur l'Iliade, Paris. 1715. 12. adfirmat, nullum vmquam extitiſſe Homerum, qui poeta et carminum illorum celebrium auctor fuiſſet: e contrario poemata, quae Ilias et Odyſſea vocantur, collectionem eſſe, putat, diuerſorum carminum aut tragoediarum, quae in Graecia antiquitus decantata fuiſſent, neque carmina laude ea, quam conſequuta ſint, digna ſibi videri. *Perraltus* iam in Parallele des anciens et des modernes tom. III. plurima in poematibus Homeri epicis, et *P. le Boſſu*, illorum admiratorem in libro ſingulari de carmine epico, reprehendit immodice, et ex coniecturis admodum fallacibus collegit, illa Homeri poemata non tam Homeri opus, quam variorum poetarum carmina eſſe collecta. Sed illorum ſomnia, quae omnem fidem frangunt tolluntque hiſtoricam, ab aliis iam ſunt abunde refutata. conf. *Georg. Henr. Ayrer* in diſſertatione, de comparatione eruditionis antiquae ac recentioris, ſubiuncta *Ant. Blackwallii* de praeſtantia claſſicorum auctorum commentationi, latine verſae, Lipſiae 1735. 8. p. 263. 278 ſqq. 305 ſqq. Neque defuerunt omni fere tempore Homeromaſtices, de quibus infra II. 7. 10. adde infra ad §. XI. cap. II. not. Nouvelles literair. 1715. menſ. Nou. *Goujet* Biblioth. franc. tom. IV. p. 104 ſqq. *Niceronii* Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrten. Vol. IV. pag. 312. *Lami* deliciarum etc. Vol. I. *Homer.* nr. IV. pag. 205 ſqq. In Transactions of the Royal Society of Edinburgh, Vol. I. mai. 4. 1788. ſect. III. quae eſt litteraria, *Iohn Maclaurin* probaturus eſt, Troiam a Graecis non eſſe captam, quia in Homero contradictiones occurrant, quae iam antiquioribus ſcriptoribus ſuſpecta videbantur: ideoque excerpſit, addito iudicio, orat. XI. Dionis Chryſoſt. in qua hic Homerum, qua hiſtoricum aeque diſerte culpat, ac illum, qua poetam, in orat. IV. laudat. Enimuero ſermones atque narrationes in vulgo propagatas poeta quoque ſuo iure ſequi poteſt et ſolet, nec illae traditiones vulgares ſecundum eam regulam, ac verae hiſtoriae, ſunt exigendae. Troiam igitur captam eſſe, negari non poteſt, quamquam in poemate Homeri ficta falſaque occurrunt. *Harl.*

Longin. edit. Tolli, vbi hunc libellum non magis Herodoti eſſe, quam Ciceronis aut T. Liuii adſirmat. *Voſſio* de hiſt. Gr. p. 17. et *Ionſio* de Scriptoribus Hiſt. Philoſoph. lib. IV. §. 25. p. 250. edit. Dornii, [*Dapiaio* vid. Bericht von neuen Büch. p. 547 ſqq. *Heum.*] quibus adſenſus *Steph. Berglerus* praef. ad Homerum edit. Wetſtenianae, [et Popius aliique.] Obſeruant enim, quod nemo ex veteribus illius meminerit, praeter Stephanum Byz. in νέον τεῖχος et Suidam in Ὅμηρος, et quod auctor vitae in extremo libri adfirmet, Homerum vixiſſe circa annum 165 poſt bellum Troianum, et ante expeditionem Xerxis 622 d). Cum *Herodotus* in Euterpe ſiue L. II. hiſt. c. 53. [ad quem locum vide p. 129 *Weſſelingii* doctam notam.] ſcribat Homerum ac Heſiodum ſe annis priorem eſſe annis tantum quadringentis, hoc eſt annis ducentis amplius iuniorem, quam auctor vitae fecerat; vide et *Theodorum Ryckium* diſſ. de Aeneae in Italiam aduentu, p. 446. Quamuis vero ſuſpicari poſſit aliquis, vitam Homeri ſcriptam ab Herodoto Olophyxio, quem περὶ νυμφῶν καὶ Θεῶν ſiue ἱερῶν ſcripſiſſe idem Scriptores Stephanus et Suidas in Ὀλόφυξος et Euſtathius ad Iliados ε. p. 452. teſtantur. tamen fateor, argumenta non ſat magni momenti adferri, propter quae vita Homeri certiſſime Herodoto Halicarnaſſeo abiudicanda ſit: itaque adhuc cenſeo ampliandum. *Fabric.* [Herodoto vitam Homeri etiam tribuere videtur *Euſtathius* fol 870. ἱστορεῖ, inquit, ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου Ἡρόδοτος. Eidem quoque adſerunt *Io. Bernaſius* ab initio vitae, illius editioni Homeri praemiſſae, *Boulerius* in diſſ. Herodotea, *Io. Renoldius* qui vitam illam Londini deſcriptam publicauit, atque *Wood* in Additamentis germanice verſis p. 48 ſqq. Enimuero equidem lubentius ſubſcribo ſententiae illorum, qui abnegant eam Herodoto. Magnum pondus addidit *Weſſelingii* iudicium ad initium vitae in editione Herodoti p. 747. Num vero Herodotus quondam breuem de vita Homeri confecerit narrationem nec ne, equidem definire non auſim. At eam, quae hodie ſub eius nomine circumfertur, ab illo profectam eſſe, valde dubito: ſaltem mire interpolata, et penitus immutata fuerit. Verſus quidem illos extemporaneos, qui in illa commentatione leguntur, Wood habet pro validis argumentis, quibus et vetuſtas et veritas libelli firmetur. at antiquiſſima eſſe, nolo negare. aetatis monumenta; ſed, neſcio, a quo? Homero videntur ſuppoſita, quae auctor vitae collegerit. Atque illorum, vt totius libelli, ſimplicitas quam Fabricius laudauit, eſt ab auctore adfectata, et mera aemulatio, neque tamen perfecta: nec ſcribendi genus purum aut vbique Herodoteum eſt. Quod Stephanus, Tzetzes et reliqui, vitam Homeri adtribuunt Herodoto, id minus valet ad perſuadendum. Nam illi omnes ſunt nimis ſeri, et vnice id probant, illorum aetate exſtitiſſe talem libellum, Herodoto adſignatum adſcribi. Porro, quae auctor de paupertate Homeri et carminibus, illi falſo adtributis, (vid. p. 752. l. 29. p. 755. l. 75. et vtrobique Weſſeling.) aliaque vitae fata, quae fabulam haud raro ſapiunt, memoriae prodidit, in quibus mendum diſcedit ab hiſtoria Herodotea, aliaque, a Weſſelingio prolata, argumenta firmant augentque ſuſpicionem noſtram, et auctorem libelli quaedam aut plura hauſiſſe ex *Ephori* ſcriptis. — Weſſelingius vero libello ſuo addidit varietates ſcripturae ex codice Bibliothecae, a Reinoldo diligentiſſime excerptas, praeter ea ex Palatino Heidelbergenſi atque Amſtelodamenſi: germanice vertit *Schultes*. Tiguri. 1779. 8. *Harl.*]

III. Meminit

d) Scaliger ad Euſebium p. [illegible] erroneum in numeris eſſe putat, et pro 622. χκβ legendum 422. υκβ. Homerum 160. annis poſt Troiam captam vixiſſe legas etiam in Glycae Annalibus p. 184. *Fabric.* adde *Boulerium* in diſſ. Herodot. cap. XI. *Weſſeling* ad Herodoti vitam Homeri p. 751. infra ad *Heſiodum*, cap. VIII. §. 1. *Harl.*

Plures vete- res Homeri ſcriptores deperditi. III. Meminit etiam *Scholiaſtes Luciani* Tom. I. p. 32. et Tom. II. p. 17. *Euſtathius* proleg. in. ad Iliadem, *Suidas* in χρήμη, et *Tatianus*, cuius non eſt omittendus locus e), *Euſebio* etiam repetitus Lib. X. praeparat. Euangel. cap. 11. quia plures alios vetuſtiſſimos ſcriptores commemorat, qui de Homero egerunt, quamquam horum monumenta non magis tulere aetatem, quam quae de Homero ſcripſerat *Pythagoras* quidam et Cynaeus *Antiſthenes*, et *Artemon* Clazomenius, et *Democritus* Abderita, et *Metrodorus* Lampſacenus: περὶ γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου· καθ' ὃν ἤκμασεν, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι. Θεαγένης τε ὁ Ῥηγῖνος ὁ κατὰ Καμβύσην γεγονὼς, Στησίμβροτός τε ὁ Θάσιος καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος. ΗΡΟΔΟΤΟΣ f) τε Ο ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΥΣ, καὶ Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος, μετ' ἐκείνους Ἔφορος ὁ Κυμαῖος, [P] καὶ Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος. Μετακλείδης g) τε καὶ Χαμαιλέων οἱ περιπατητικοὶ, ἔπειτα γραμματικοὶ Ζηνόδοτος, Ἀριστοφάνης, Καλλίμαχος, Κράτης, Ἐρατοσθένης, Ἀρίσταρχος, Ἀπολλόδωρος. Epigramma autem graecum vitae Homeri, ab Herodoto ſcriptae, citat *Allatius* Lib. de Patria Homeri p. 122.

De vita Homeri duplici, Plutarcho tributa. IV. De vita Poetae, quae ſub *Plutarchi* nomine exſtat in Florentina [Barneſiana, Erneſtina] et aliis quibusdam Homeri editionibus, et H. Stephani Poetis Graecis principibus praemittitur, graece etiam ſeparatim prodiit Tiguri 4. et latine ex *Io. R*[illegible] verſione, Baſil. [Baſil. 1537. 8. conf. *Freytagii* Adparat. litter. tom. III. p. 429 ſqq.] vertit quoque in Plutarcho ſuo *Guil. Xylander*, ita habeto. Plutarchum de Homero ſingulari opere egiſſe, certum eſt, cuius librum primum laudat *Gellius* Lib. IV. cap. 11. librum ſecundum idem Lib. II. cap. 8. et 9. Nihil autem ex iis, quae inde profert, in illa, quam habemus, Homeri vita legitur; vnde *Ionſius* p. 237. Plutarcho eam falſo tribui concludit. quae etiam ſententia eſt *Ioannis Rualdi* in Plutarchi vita cap. 20. [nec non *Henr. Valeſii*, in Emendatt. libr. I. cap. 16. fin. qui vrget diuerſitatem ſtili et Lampriae ſilentium in indice.] Recte tamen Ionſius addit, non eſſe vnam, ſed geminam; atque duo diuerſa ſcripta in vnum coaluiſſe, quod et Henrico Stephano pridem obſeruatum, qui priorem partem vix duobus vel tribus in octauo foliis conſtantem, quae agit de Homeri genere, patriaque, et poeſeos eius explicandae initium facit ſub Plutarchi nomine, cui illa pars etiam, ſed pars tantum a Ionſio, Galeo ac pleriſque doctis conſtanter tribuitur, Graece Ao. 1573. 8. vulgauit cum Homeri

e) Eundem locum protulit, emendauit et de *Theagene*, Homeri praecone, aliisque eiusdem nominis plura adnotauit et locum tam Tatiani, quam Euſebii emendauit *Ionſius* de ſcriptor. hiſt. philoſ. lib. I. cap. 3. §. 3 et 4. p. 22 ſq. adde *Platonem* in Ione p. 10 ſqq. edit. Mulleri, cuius notas conferes, Cl. *Villoiſonii* Prolegom. ad Homeri Iliada cum ſcholiis codicis Veneti, p. XXV. infra lib. II. cap. 5. nr. CXIII. et pluries: atque II. c. 2. §. 16. de Zenodoto. De *Democriti Abderitae* libellis vid. Diogen. Laert. IX. ſect. VII. et infra in Catalogo commentatorum. *Harl.*

f) Nulla eſt ratio, cur *Tatianum* dicamus reſpexiſſe non, ad librum de vita Homeri; ſed ad locum in Euterpe, quo obiter de Homero agit. Nam Herodotum commemorat *Tatianus* cum Theagene et reliquis, qui fuſe et ſingularibus etiam ſcriptis egerunt de Homero eiusque Poeſi, genere et aetate. *Fabric.* „At quid, ait *Weſſeling* ad Homeri vitam, Herodoto ſubiectam, p. 748. *Tatianus* contra tam pertinax priſcorum et aequalium ſcriptorum ſilentium? Immo verba eius, vbi penitius inſpexeris, tantummodo requirunt, vt Herodotus de Homeri aetate et tempore, quo vixerit, commentatus fuerit, quod cum in Euterpe cap. 53. ſedulo factitaſſe nouimus.“ *Harl.*

g) Male editur Μεγακλείδης ὁ χαμαιλέων, vt notatum etiam Meurſio p. 1297. Bibliothecae Graecae. Suid. in μετακλείδης. Vide etiam *Reineſii* varias lection. p. 333.

meri et Heſiodi certamine, in quo et ipſo de vita Homeri agitur, atque aliis quibusdam Scriptis alibi a me [h]) commemoratis. Definit autem haec Stephani editio in verbis: *καὶ ἐν τοῖς ποιητικοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πεζοῖς λόγοις συνθέτας, ἱστορικῶν τε καὶ θεωρηματικῶν*, cum forte reſtius finem anticipaſſet ante verba, Ὅμηρον τὸν ποιητὴν χρόνῳ μὲν τῶν πλείστων [illegible] μεν δὲ πάντων πρῶτον γενόμενον etc. Sane ab his noua de genere, aetate, vita et potiſſimum de dictione, poeſi, ac philoſophia Homeri fuſa aperta et diſertiſſima Commentatio incipit. Ab his verbis etiam ſuam [illegible] orditur in Opuſculis Mythologicis, Phyſicis et Ethicis. Graece ac Latine vulgatis, Amſt. 1688. 8. Thomas Galeus. Idem multis argumentis contendit, auctorem huius partis poſterioris eſſe [i]) *Dionyſium Halicarn.* cui [illegible] congruit, quod p. 29. [illegible] ſuam laudat, quod eodem floꝛido ſcribendi genere, quo Dionyſius, vtitur: quod non modo *Porphyrius* apud *Stobaeum* Eclog. Phyſ. p. 141. *Longinus* p. 154. edit. Tollii. *Heraclides* in allegoriis Homericis paſſim, (vid. notas ad edit. Galei Amſtelodamenſem p. 416. 417. 417. 419. 481.) ſed et Plutarcho antiquiores *Quintilianus* tum alibi, [P] tum lib. X. cap. 1. vbi de Homero agit, et *Seneca* Epiſt. 88. produnt, illam ſe legiſſe. *Thomas* quidem *Gataker.* p. 95. Aduerſariorum [illegible] eſt, auctorem [illegible], quem περὶ Ὁμηρικῆς φιλοσοφίας, vel *Apollonium Alexandrinum*, (quod etiam Langbaenio viſum ad Longinum,) quem περὶ σχημάτων Ὁμηρικῶν ſcripſiſſe Suidas tradit. Sed [illegible] argumentum [illegible] perſequitur, neutri [illegible] tribui poteſt. Mirum vero, quod paginae quaedam huius ſcripti a verbis λέξει δὲ ποικίλῃ κεχρημένος p. 287. edit. Galei Amſt. vsque ad paginam 291. extremam, ab Aldo Manutio patre [illegible] *Euſtathii* nomine excuſſae leguntur ad calcem Lexicorum Graecorum A. 1524. Ἐκ τῶν Εὐσταθίου περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων. Eadem Aldus filius, ſed ſub Plutarchi nomine, graece et latine vulgauit ad calcem grammaticae graecae Conſtantini Laſcaris. Porro non haec tantum, ſed et reliqua de Tropis et Schematibus Homericis ex hoc libro petita, ſub Plutarchi nomine excerpta legas ad calcem Lexici graeci Scapulae, et in appendice Theſauri graecae linguae ab H. Stephano congeſti.

Tres vitae Hom. ab Allatio editae. V. Exſtat praeterea vita Homeri triplex breuior, graece et latine vulgata a *Leone Allatio*, et praemiſſa libro de patria Homeri Lugd. 1640. 8. editioni Barneſianae Homeri aliisque, et Tomo 10. Theſauri Antiquitatum graecarum Gronouiani. Primam ex tribus illis, *Procli* eſſe editor teſtatur, qui ex ſuis illam Schedis MSS. in lucem edidit. Fuerit itaque fortaſſis pars Chreſtomathiae *Procli*, in qua teſte *Photio* cod. 239. ille non modo de omni genere Carminum; ſed et de celebrioribus Poetis, eorum genere, patria, et geſtis quibusdam egerat [k]). Reliquas duas e Bibl. Regis Chriſtianiſſimi [illegible]

h) Infra cap. 8. nr. 2.

i) Ioannes Hudſon praef. ad Tom. 2. editionis ſuae praeclarae Dionyſii Halic. *Cum nemo veterum huic operi [illegible] ſuerat, nec Dionyſius ipſe, (qui ſolet crebro ſuorum operum mentionem facere,) huius meminerit, nihil hac de re pronunciare volo.* [Atque Barneſius, qui illam vitam tom. I. ſuae edit. p. XIX ſqq. praemiſit, inſcriptionem fecit: Πλουτάρχου, ἢ μᾶλλον Διονυσίου, τοῦ Ἁλικαρνασσέως, περὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως.]

k) Omnino fuit pars Chreſtomathiae Procli, [illegible] qua ſuperſunt excerpta, parum quidem diligenter curata, praeclara tamen, in *Photii* bibliotheca cod. CCXXXVIIII. Praefixa eſt cum aliis codici Homeri Veneto D. Marci, addita inſcriptione Πρόκλου Χρηστομαθείας τῶν εἰς δ' διῃρημένων τὸ ά. [illegible] χρήσιν, [illegible], χαρακτῆρ, ἀναγραφὴ ποιημάτων. Textus interdum diſcrepat ab eo, quem Allatius [illegible] gauit, et habet varia additamenta, quae vero a reliqua oratione vncis ſunt ſecluſa. vid. Cl. [illegible]

Ioh. Benedictus, et Allatio communicauit, neque conſtat, neque multum refert, quibus illae auctoribus debeantur. *Fabric.*

[*Fr. Waſſenbergh* edidit poſt Leon. Allatium et Ioſ. Barneſium duas Homeri vitas, easque et, quae de aetate, genere, patria aliisque rebus Homeri tradi ſolent, docte explicuit in *Homeri Iliad. lib. I. et II. cum paraphraſi graeca hucusque inedita et graecorum veterum commentariis magnam partem nunc primum in lucem productis*. etc. Franequerae. 1783. mai. 8. — In cod. Coislin. Bibl. (ed. a Montfaucon) 316 p. 420. eſt nugax *Conſtantini Ermoniaci* vita Homeri. — Inter codices graecos MSS. regiae bibliothecae Matrit. eſt apud *Iriarte* p. 232. nr. LXVII. codex chartaceus, Conſtantini Laſcaris manu exaratus, in quo diuerſa eius collectanea ad grammaticam, philologiam, ethicam, fabulam, hiſtoriam pertinentia, praecipue vero in *Homeri*, Heſiodi, Ariſtophanis, Theocriti Aratique vitas et poemata, excerptae e variis auctoribus adnotationes, verſibus in eodem aliisque paſſim interiectis, continentur. In his memoratur *Homeri vitae compendium* haud ineruditum: Quod quum ab omnibus eiusdem commentariis ſiue ſummariis plane diſcrepet, Iriarte primus vulgauit et latina verſione donauit. *Harl.*]

An ſcripſe-rit vitam Homeri. VI. *Iohannem Grammaticum* in vita Homeri laudat Eugubinus de perenni Philoſophia lib. I. cap. 28. reſpiciens ad ea, quae de Poeta diſſerit *Ioh. Tzetzes* in limine Commentar. ad Homer. Conferenda etiam ſunt, quae de Homeri genere, patria, vita et morte ex Charace, Porphyrii hiſtoria Philoſophica, aliisque tradit *Suidas* in Ὅμηρος, et idem Ioh. Tzetzes Chiliade XIII. extrema. E recentioribus *Ioh. Sanderus*, Brunſuicenſis, in Collectaneis haud contemnendis de Poetae vita et Scriptis, quae lucem adſpexere Magdeburgi Ao. 1561. 4. vt veluti notiores praeteream, *Gyraldi* dialogos doctiſſimos de Poetis; *Guarinum* Veronenſem in vita Homeri cum vitis Plutarchi latine edita, tum Triumuirorum praeſtantiſſimos *Politianum*. [Oper. tom. II. 1512.] *Camerarium* et *Ioh. Spondanum*, ac *Ludolphi Kusteri* ſiue *Neocori* hiſtoriam Criticam Homeri, quam Ao. 1696. 8. Francof. ad Viadrum edidit: ſed longe locupletiorem et emendatiorem variisque praeclaris obſeruationibus ex monumentis ineditis adauctam praelo iterum ſubiecturum ſe mihi adfirmauit. *Fabric.* [*)] [Sed ea ſpes morte viri docti a. MDCCXVI. euanuit. at cl. *Wolfius* in editione ſua Homeri, part. I. a p. XLIV. iterum recudi fecit illum libellum. et p. XLVI ſq. accuratum ſobriumque de illo tulit iudicium. — Praeter ea *Petrus Candidus Decembrius* Homeri vitam in latinum tranſtulit. vid. *Io. Ant. Saxii* Hiſtor. typogr. literar. Mediolanenſ. ad a. 1488. p. 295. Inſuper

keſi Notitiam codicis Veneti Iliados, qui in Bibliotheca D. Marci cuſtoditur, in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, part. I. p. 65 ſq. Gottingae 1786. 8. Homeri quoque eſt vita in codice Iliadis Homeri valde antiquo, qui adſeruatur in Bibliotheca S. Laurentii Eſcurialenſi, in quo duo e Chreſtomathia Procli excerpta, *vita Homeri et de Cypriis carminibus libellus*, praefixa leguntur Iliadi, vberrimis ſcholiis inſtructae. Cel. *Tychſen* in Bibliotheca laudata p. 1 ſqq. ex illo codice auctiorem dedit vitam, collato inſuper apographo e codice Veneto, et inedita Chreſtomathiae Procli fragmenta, ex vtroque codice deſcripta, adiecit, nempe e codice Eſcurialenſi locum de Cypriis carminibus praeclarum, e codice Veneto ex tertio Eclogarum libro ſegmentum ſ. excerptum alterum: Αἰθιοπίδος ε' Ἀρκτίνου, tum Ἰλιάδος μικρᾶς δ' Λέσχεω, dein Ἰλίου πέρσιδος β' Ἀρκτίνου· Νόστων ε' Αὐγίου Τροιζηνίου· Τηλεγονίας β' Εὐγάμμωνος, quae omnia eruditis notis illuſtrauit cel. Heyne. Denique ſubiuncti ſunt *duo Procli Hymni*, in codice Matritenſi regio XXIV ſeruati, cum emendationibus Tychſenii V. Cl. *Harl.*

ſuper praeter Blakwellum et Wood ſupra laudatos et *Olaum Celſium* in diſſ. de Homeri vita et ſcriptis. Vpſal. 1714. 4. de Homero eiusque vita fatisque et ſcriptis praeclare diſputarunt *Alex. Popius* et *Daceria.* Pope's Eſſay on the Life, Writings and Learning of Homer, quae commentatio praefixa eſt eius anglicae Homeri verſioni, gallice verſa adhaeret *Martini* Remarques ſur Homere. Paris 1728. 12. et denuo verſa atque inſcripta eſt: *Eloge hiſtorique et critique d'Homere.* Paris. 1749. 12. Vita Homeri a *Daceria* conſcripta vna cum gallica verſione praefationis et commentationis Popianae eſt in vltimo tomo verſionis Dacerianae: *Supplement à l'Homere de Madame Dacier* etc. à Amſterd. 1731. 12. theotiſce verſa a *Gottſchedio*, in Neuen Sammlung auserleſener Stücke. Lipſiae 1749. 8. Adde *Io. Rud. Wetſtenii* diſſ. de fato ſcriptorum Homeri per omnia ſaecula, quae addita eſt illius orationibus pro graeca et genuina linguae graecae pronunciatione. Baſileae. 1686. 8. Eſt quoque vita eius expoſita in *Biographia Anglica* ex anglico ſermone in latinum a *Murſinna* conuerſa, tom. I. Halae Sax. 17[illegible]. 8. ad quem librum ablegamus lectores, qui, quae vere falſoque aut incerte narrata ſunt aut conficta de Homero, ſcire cupiunt. Plato etiam in libro X. de republica de vita Homeri multa narrat, quaedam cum ignominia. *Harl.*]

Homeri effigies in numis etc. honores, templa etc.

VII. Homeri *effigies* in variorum populorum numis occurrit ficta ad leuandum deſiderium *non traditi vultus*, vt ait Plinius lib. XXXV. cap. 2. vbi narrat, Aſinium Pollionem primum in Bibliothecis Imagines virorum illuſtrium dedicaſſe *l*). *Nicaenſium* numum Homeri vultu ſignatum exhibet *A. Morellius* ſpecimine rei numar. p. 219. *Chiorum*, [quales memorat *Pollux* lib. IX. cap. 6.] vulgauit ex Cimeliarchio Barberiniano *Allatius*, quem vide in praefat. libri de Homeri Patria, et in libro ipſo p. 231. Eundem

l) Nullum Homeri numum vere genuinum extare, aliis perſuadere conatus eſt auctor libri: *Vita del Signor Conte Camillo Silveſtri, Nobile di Rovigo e Padre della Romana erudizione.* Patau. 1720. 4. (cuius ſummam et cenſuram dederunt auctores Actor. Eruditorum Lipſ. Supplem. tom. VIII. ſect. 9. p. 398 ſqq.) Rationes, quibus motus id negat ſub finem, vbi de numo Homeri diſſerit, hae ſunt: 1) quia a diuerſis Graeciae ciuitatibus cuſi diuerſam formam exhibeant; 2) quia iam ſuo tempore *Plinius* lib. XXXV. H. N. cap. 2. de formae ſinceritate dubitauerit, [adde *Cuperum* de Conſecratione Homeri, p. 10.] 3) quia in aliis Homeri numis nomen eius per O, in aliis per Ω exprimatur, littera vero Ω, teſtante Plinio aliisque a Simonide Ceo, qui DLX annos ante Chriſtum, h. e. CCCCLXVI poſt Homeri mortem vixit, demum inuenta et alphabeto addita ſit. Durius quidem id iudicium videtur *Klotzio* in Lectionibus Venuſinis p. 62. (vbi de numis, Homeri effigiem repraeſentantibus et capite Homeri Farneſiano, e Pario marmore facto, neque tamen genuino agit, variaque commemorat monumenta litteraria,) isque ſubſcribit ſententiae *Spanhemii*, (diſſ. I. de Vſu et Pr. num. vbi de numis Amaſtrianorum, Smyrnaeorum et Chiorum Homericis diſſerit,) *prae poeta e vetuſtate eundem effictum ad artificis ingenium, Plinio id adſerenti, fidem eſſe omnino habendam.* Enimuero, quamquam multos numos Homericos antiquos eſſe cenſendos, et Homeri effigiem ad artificis cuiusdam perantiqui ingenium effictam, haud negauerim: mihi tamen [illegible] de [illegible] in vllo monumento expreſſum. Et certum eſt, numos Homericos diu poſt tempora poetae fuiſſe cuſos, nec paucos eſſe ſpurios. In *gemmis* quoque occurrit Homerus: e. g. apud *Alexandrum Maffeium*, tab. LXVII. *Licetum*, gemm. antiq. pag. 357 ſq. *Lippert.* Dactylioth. part. II. pag. 125. et. *Herma* ſ. ſaxum Homeri, quod Gruterus, Vrſinus, Gronouius aliique Romae olim fuiſſe, memorauerant, cum aliis monumentis a duce Carolo Emanuele Romae emtum, in praeſenti Auguſtae Taurinorum fertur conſpici, eique ſubiecta epigrammata, quae Achaium habuiſſe dicuntur auctorem, vberius explicantur in Marmoribus Taurinenſibus, (1743. 4.) part. I. pag. 169 et 179 ſqq. *Harl.*

Eundem nummum illuſtrat *Scaliger* ad Euſebium p. 47. editionis ſecundae, et *Laur. Begerus* tom. I. theſauri Brandeb. p. 419. *Smyrnaeorum* nummum Homericum exhibet *Ez. Spanhemius* de vſu numiſmatum p. 487. Alium *Dan. Heinſius* p. 345. poematum, et in Itinerario *Iohannes Sponius* part. I. p. 119. edit. Germanicae, et in Miſcellaneis eruditae antiquitatis p. 140. [Repetiit illum poſt Cuperum in Apotheoſi p. 8. *Sigibertus Havercamp.* in diſſ. de nummis contorniatis, diſſertationi de Alexandri M. numiſmate ſubiecta, p. 148 ſq. Lugd. Bat. 1722. 4. Nummi cum Homeri effigie eiusque icon, aeri incuſ, quoque reperiuntur in editione Curtii Snakenburgiana p. 5 ſq. Contorniatum quemdam Homericum nummum Argiuis adſerit, et ad Homericam refert apotheoſin *Pedrusius* in deſcriptione muſei Farneſiani. Parmae 1709. 4. tom. V. adde editorem libri: Le delizie dei dotti et degli eruditi opera poſtuma del *D. Genebr. Lami*, vol. I. p. 195. not. At *Schottus* in Apotheoſi Homeri cap. VI. nr. 4. p. 354 ſqq. expoſitus ſimilem in Muſeo regio Berolinenſi ſeruatum nummum adfert; at negat, illum eſſe genuinum et referre Homeri apotheoſin, atque plane alia ratione explicat partem auerſam. At conſer Acta Erudit. Lipſ. a. 1713. menſ. Iul. p. 295. et menſ. Febr. 1715. p. 66. Alium nummum habuit et explicuit *Burmannus* II. in commentariis ad numiſmata Sicula, p. 443. (altero tomo Doruillii Siculorum) in quo ab vna parte ΟΜΗΡΟΣ cum capite Homeri diademato et barbato; ab altera parte ΙΗΤΩΝ cum Pallade galeata; „qualem, ait Burmannus, ex gazis Comitis Pembrokii produxit *Haym* vol. II. Theſ. Britann. p. 58. ſed in cuius typo quum prima littera detritior eſſet, male Haymius exhibuit Ḱ. ΡΗΤΩΝ littera priore punctis expreſſa tamquam ΚΡΗΤΩΝ pro ΙΗΤΩΝ, vt aperte in meo legitur.“ Adde eumdem in Addendis notar. in Anthol. Lat. p. 738. ad libr. II. epigr. CCVII. et in Addendis ad Comm. ad num. ſicula p. 612. F. laudat ille *Taylor.* ad Marm. Sanduic. p. 62. 63. et Dennerium (*Pellerin*) tom. III. Num. Pop. et Vrb. tab. XCIII. nr. 12. qui nummum Burmanniano ſimilem edidit. *Harl.*] *Smyrnaeos* autem non modo delubro honoraſſe Homerum, et Statua, [quod etiam a Boryſthenitis factum narrat Dio Chryſoſtomus diſſ. XXXVI. p. 439. a Ptolomaeo Philopatore Aelianus var. Hiſt. XIII. 22. et Lucianus in Demoſthenis encomio.] ſed et nummo aereo, *Strabonem* auctorem habemus lib. XIV. p. 646. [p. 956. edit. Almel.] et *Plinium* IV. 12. hiſt. qui auctor eſt nummum quemdam apud Smyrnaeos dictum fuiſſe *Homerum*, Ὁμήρειον. Quod *delubrum Homeri* vocat Cicero pro Archia cap. VIII. Straboni loc. mem. dicitur Ὁμήρειον Plinio H. N. IV. 12. *Homerium*, vt *Caſtoris et Pollucis* ἀνάκειον, [de quo nomine, Caſtori et Polluci peculiariter dato, vid. Monumenta graeca ex Muſeo Iac. Nannii, Senat. Veneti, illuſtrata a D. *Clem. Biagi*, Cremonenſi, Romae, 1785. 4. p. 168 ſq. *Harl.*] ἀνάκειον. Polyaen. lib. I. cap. 21. Schol. Luciani tom. I. p. 2. et 17. *Anubidis* Ἀνουβίδειον Lucian. Toxari. Veneris Ἀφροδίσιον Athen. V. p. 207. *Apollinis* Ἀπολλώνιον Schol. Euripidis Oreſte v. 1369. *Aeſculapii* Ἀσκλήπιον, Ἀσκληπεῖον et Ἀσκληπίειον, Laert. IV. 24. Ez. Spanhem. p. 7. Epiſt. I. ad A. Morell. *Aſtartes* Ἀστάρτειον 1 Sam. XXXI. 10 m). *Mineruae* Ἀθήναιον

 Diodor.

m) *Bellonae* Ἐνυεῖον *Dio Caſſ.* L. cap. 4. p. 606. vbi Reimarus et plurima eorum, quae hic Fabricius adtulit, et alia eiusmodi delubra atque nomina collegit. At, quia talis catalogus huc non facit, nolo diutius morari lectores. Sic apud Dionem quoque Caſſium, L. cap. 7. p. 609. Δημήτριον *Cereris templum* memoratur. Quod autem Homeri ingenium et poeſis vires humanas ſuperare videbatur, creditus fuerit, a deo ipſo accepiſſe animi dotes; poſtea, ſecundum vſum loquendi fingendique antiquum deus nominabatur, et, aucta opinione ac ſuperſtitione, deus habitus eſt cultusque. vid. Cuperi Apotheoſ. p. 11 ſq. de cultu diuino Homero praeſtito. Hinc *Plato* in Alcibiade II. ὡς φησὶν ὁ θεὸς καὶ θεῶν προφήτης. adde *Sil. Ital.* XIII. 786. *Harl.*

Diodor. Sic. V. p. 287. *Atergatis* Ἀτεργατεῖον 2 Maccab. XII. 26. *Augusti* Αὐγουστεῖον *Augusteum* Vet. inſcript. Suidas in Αὔγουστος, *Deli Apollinis* Δήλιον, Diodor. in excerpt. Peireſc. p. 2[illegible]9. *Cereris* Δημήτρειον Strab. IX. p. 435. *Dianae Dianium* Liu. lib. 1. cap. 48. Acta Sanctor. Ian. tom. I. pag. 359. *Didymaei Apollinis Didymaeum* Sueton. Calig. cap. 21. *Iouis* Δῖον, Iac. Gronou. ad Arrian. pag. 34. Διονύσιον *Bacchi*, Plato Gorgia pag. 472. Cumenis doli ΕΙΔΩΛΕΙΟΝ 1 Cor. VIII. 9. *Pani* Ἡρῷον, *Iunonis* Ἡραῖον, Plutarch. Arato p. 1[illegible]6. *Herculis* Ἡράκλειον Diodor. Sic. XX. p. 74[illegible]. *Herois* Ἡρῷον, *Isidis* Ἰσεῖον, *Luculli* Λουκέλλειον Suid. *Marnae*, Gazenſium Idoli apud Marcum Diaconum Gazenſem in vita Porphyrii Epiſcopi *Marneum*, *Matris Deorum* Μητρῷον, *Mithrae* Μιθρεῖον Socrat. V. 6. *Iouis Olympii* Ὀλύμπιον, *Palladis* Παλλάδιον, Plutarch pag. [illegible]05. de exſilio. *Panis* Πάνειον, Syncell. p. 324. *Deorum omnium* Πάνθειον, *Plutonis* Πλουτώνειον, *Neptuni* Ποσείδειον, Ποσιδώνιον, vel, vt apud Diodor. Sic. tom. 2. p. 719 Ποσιδεῖον, *[illegible]* Theodoret. V. 39. Hiſt. *Pythii Apollinis* Πύθιον, *Sambethe* Σαμβάθειον, [[illegible]] Perizon p. 724. ad Aelian. *Serapidis Serapeum*, Eutrop. VIII 15 Σαραπεῖον Plutarch Alexandro p. 7[illegible] [?] Socrat. V. 16. vel Σεραπεῖον vt Sozom. VII 15. *Thetidis* Θετίδειον Schol. Eurip. Andromache v. 46. Strabo IX. p. 431. *Thesei* Θησεῖον Plutarch. de exſilio p. [illegible]07. Τυχαῖον et Τύχειον et Τυχεῖον *Fortunae* Niceph XIV. 44. Hiſt. Eccleſ. Dio Caſſ. p. 4[illegible]4 D. [illegible] Τυραννεῖον *Regia Tyranni* apud Plutarchum in Dione: et Διονύσιον Τυραννεῖον in Timoleonte p. [illegible]54. Καισάρειον *Caeſaris* apud Socratem Hiſt. Eccleſ. p. 352. Παρθενῶνα [illegible] Athen. VI. p. 2[illegible]5. Ἡρώδειον *Herodis* [illegible] Ioſepho p. 774. Syncell. p. 314. *[illegible]* Τιμολεόντειον Plutarch Timoleonte p. 2[illegible]5. Ἀχίλλειον *tumulus Achillis* in tabula veteri Iliaca a Begero illuſtrata num. 5[illegible]. Plin V. 30. et Steph. in Σίγειον. *Arati* [illegible] Ἀράτειον. Plutarch. Arato p. 1051. *Alexandri* Ἀλεξάνδρειον. Ioſeph p. 718 *[illegible]* [illegible] p. 7[illegible] *Lycidae hortus* Laert. IV. 6[illegible]. Πτολεμαῖον ſiue Πτολεμαιεῖον *lucus Ptolemaei* a Rhodiis [illegible]cratus. Diodor. Sic. XX. p. 825. Steph. in Καπετώλιον. Etiam in Chriſtianis [illegible] Προφητεῖον *templum in memoriam Prophetae*, Ἀποστολεῖον *[illegible]*, et Μαρτύριον *Martyris*. Ceterum, vt ad Poetam noſtrum redeam, *[illegible]*, quae fuit vrbs Ponti, numos Homerum referentes enarrant *Harduinus* in numis vrbium [illegible] p. 30. *Barth.* ad Statium tom. I. p. 150. lib. 3. ſilu. 3. v. 6[illegible]. [*[illegible]* ad Tibull. IV. 1. v. 19[illegible]. p. 380. *Pignorius* quaeſt. Epiſt. 48. *Muretus* varr. lection. lib. XII. cap. 15.] et Fuluius Vrſinus notis ad Ciceronem pro Archia p. 12. Inſpiciendus praeterea *Rinuccinus* cap. 5. (p. [illegible]32.) p. 203. pentecontarchii, *Spanhemius* p. 488. diſſ. V. edit. prior. *Patinus* introduct. in Hiſtor. numiſmatum p. 59. etc. Hoſce omnes, excepto numo Nicaeno, iunctim exhibuit *Gisbertus Cuperus* in ἀποθεώσει Homeri p. 7 ſq. et *Iacobus Gronouius* tom. 2. Theſauri antiqq. Graec. Imagine XVIII. XIX. XX. Confer et *Fuluium Vrſinum* in imagg. p. 21. De *[illegible]* [illegible] Seueri temporibus percuſſo, alteroque, qui cuſus eſt ſub M. Aurelio Imp. videas [illegible] eundem Illuſtrem Spanhemium. Homeri ſunt ſtatuis variis et ſignis marmoreis [illegible] celebrata. [Vide *Gruteri* Inſcript. pag. 419. *Montfaucon* tom. IIII. ſupplem. tab. 37. p[illegible] *Raphl. Fabrettum* ad veterem tabellam Iliadis p. 345. 346.] [illegible] Tabula marmorea *Conſecrationis Homericae*, quae Romae in Columnenſium palatio [illegible], et ab eodem Cupero et Gronouio [illegible] XI [illegible] exhibetur atque exponitur, [illegible] doctorum hominum ingenia exercuit, vt [illegible] l. cap. 25 [illegible] de [illegible] [illegible]. In [illegible] mentio facienda eſt Auditorii Ὁμηρικοῦ in Academia Tubingenſi,

quod

quod teſte Martino Cruſio in Germano-Graecia p. 39. ita nominatum eſt, quoniam an. 1565. menſe Nouembr. altero tanto maius aedificari coepit adiunctione contigui cubiculi facta, cum Cruſio Homerum praelegente auditores antea capi non poſſent, ſed ſtare multi cogerentur. Verum haec olim fuere. Nunc recondita Maeonius ſenet quiete.

Patria, coecitas, etc.

VIII. De Patria Homeri celebris eſt et notiſſima vel ex Gellii III. 11. et ſcriptore certaminis Homeri ac Heſiodi ampliſſimarum vrbium vetus Concertatio, quam reſpicit *Demetrius* Poeta apud *Laert.* V. 85. et de qua *Didymus* olim fuſe ſcripſit, a Seneca Epiſt. 88. hoc nomine deriſus, et recenti aetate [ꝑ] *Leo Allatius* Chius, cuius librum iam memoraui [n]. Hic cum late impugnaſſet eorum ſententias, qui vel Babylonium, [*Tigranum* nomine,] fuiſſe adfirmant Homerum, vt lib. II. Verae Hiſtor. p. 676. [tom. II. pag. 117. edit. Reitzii,] per iocum ſcripſit *Lucianus*, vel Syrum, vel Thebanum Aegyptium [o], vel Cyprium vel Troianum ex Cenchreis, vel Aeolium Cumanum, vel Rhodium, vel Pylium, vel Salaminium, [ex Salamine ſiue Cypria ſiue Attica,] vel Ithacenſem, vel Colophonium, vel Athenienſem, vel Argiuum, vel Mycenaeum, vel Iëtem, vel Smyrnaeum [p] denique: contra multis argumentis contendit, eum fuiſſe ſuum, Allatii, popularem, ex Chio

n) Recte *Ionſius* de ſcript. hiſt. philoſ. I. 319. ſcribit: Leo Allatius Chius Homerum in honorem gentis ſuae Chium fuiſſe contendit. Sic Antimachus Colophonius Colophonium fuiſſe Homerum contendebat; teſte Plutarcho lib. de Homero. Item Nicander, de quo vide infra lib. III. p. 622. conf. Mollerus ad Morhof. Polyh. litter. VII. 2, 2. pag. 403. *Heumann.* De patria Homeria narrationes diuerſas collegit atque examinauit *Lami* in Deliciis, p. 58 ſqq. et p. 67. putat, Homeri patrem fuiſſe Cumanum; Homerum vero natum eſſe Smyrnae, et mortuum, ſenem, in inſula Iö. *Harl.*

o) Alexander Paphius apud Euſtath. comm. in rhapſ. X. Odyſſeae prodidit, *Homerum* Aegyptiis Dmaſagora et Aethne natum; ſed vid. *Lami* Delicias p. 58 ſqq. *Harl.*

p) In Actis Pionii, Martyrii ille candidatus ſic Smyrnenſes alloquitur: *Vos viri qui exſultatis pulchritudine moenium, et Smyrnae ciuitatis decore gaudetis et Homero Poeta gloriamini, et ſi qui vobiſcum a Iudaeis adſunt, paucis audite.* Oraculum apud Steph. in Ἴος. (vbi vid. Bergleri not.)

Πατρίδα δίζηαι, μῆτρις δέ τοι ἡ πατρὶς ἐστιν,
Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρίς.

Alia *Io. Bourdelot* ad Heliodorum p. 71. *Fabric.* conf. *Proclum* de Homero in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt. part. I. Inedit. p. 8 ſq. et Heynii notam p. 19 ſq. Iös autem inſula eſt, non, vt Stephanus Byzant. ſcribit, Cycladum, ſed e Sporadibus vna, hodie *Nios*, Homeri tumulo nobilitata. Hunc tumulum Comes *Paſch de Krienen* reperiſſe ſibi viſus eſt. vid. *Iac. Ion. Björnſtåhl* Briefe auf ſeinen ausländiſchen Reiſen etc. e verſione Guſt. Erneſti Groskurd. Vol. II. Stralſund. 1778. 8. p. 469 ſqq. cui vero probabilius eſſe videtur Cenotaphium Homero aetate multo ſeriore poſitum. Hiſtoriam fraudis detectae leges in Antologia Romana, part. I. Romae. 1775. p. 253. *Lami* in Delic. I. p. 88. Homerum, putat, in inſula, Iös, morbo et ſenectute confectum diem obiiſſe ſupremum, et incolas poſuiſſe illum tumulum, cuius inſcriptionem repetiit et illuſtrauit editor ex libro *Comitis Paſch de Krienen: Breve deſcrizione dell' Arcipelago — — con un ragguaglio eſatto — — e ſpecialmente del ſepolcro d' Omero* etc. Livorno 1773. 8. at id factum eſſe multo poſt obitum Homeri monet. Iëtae vero, quibus inſula illa nomen dedit, patriam et ſepulcrum Homeri (vid. Plinii H. N. libr. IV. cap. 12.) iactitarunt, qua de re duo Alcaei et Antipatri epigrammata exſtant in Anthologia graeca lib. III. tit. XXV. epigr. 1. et 2. in Analectis Brunckii, tom. II. p. 18. et I. p. 487. vid. Brodaeum ad Anth. gr. p. 386. Hinc quotannis Iëtae inferias Homero faciebant capra mactata, quae tumulo eius inſculpta erat. vid. *Burmann.* II. in comment. ad numiſm. ſicula, p. 443. et p. 612. E. et in Anthol. lat. lib. II. ep. CCVII. atque *Lamii* Delicias I. p. 69 ſqq. *Harl.*

Chio Inſula omnium q), inter alia memorans cap. 15. quod ipſe de ſe ſcripſerit Hymno in Apollinem v. 172. [conf. *Bayle* Dict. in Apion not. D.]

> Τυφλὸς r) ἀνὴρ οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ
> Τοῦ πᾶσαι μετόπισθεν ἀριστεύουσιν ἀοιδαί.

Quem locum Thucydidi etiam lib. III. p. 242. laudatum reſpiciens Sibyllinorum auctor dicit lib. III. p. 251. vbi de Homero vaticinatur:

> — — Χῖον δὲ καλέσσει ἑαυτόν.

Sed Hymnos Homero ſuppoſitos multi veterum ſenſerunt, et quam plurimis traditum eſt, Homerum Patriae ſuae in ſcriptis nullam feciſſe mentionem. Vnde *Cephalion* quoque Homerum imitatus apud Photium Cod. LXVIII. patriam ſuam ſilentio inuoluere ſe profeſſus eſt exemplo Homeri. Nec deeſt ratio ſuſpicandi, Hymnum in Apollinem a *Cynaetho Chio* fuiſſe ſuppoſitum,

q) Confer tamen *Lamii* Delicias, tom. I. p. 65 ſqq. *Harl.*

r) De Coecitate Homeri vid. *Meurſium* ad Heſych. Illuſtrem p. 178. *Voſſium* Inſtitutt. Orator. lib. I. cap. 5. ſection. 21. et *Allatium* cap. 8. Hinc Prouerbium apud Tertull. de pallio cap. 1. *quod clauis vel in totum Homericis oculis patet. Velleius* contra [libr. I. cap. 5. *Lucian.* ver. hiſt. II. p. 676 ſq. tom. II. p. 118. Reitzii, quem vide.] et alii coecum fuiſſe negant: ſic ex recentibus *Andreas Wilkius* in curatione coeci Homeri, Lipſiae 1605. 8. et ante eum Brodaeus lib. V. cap. 9. Miſc. qui Ciceronem ſibi maxime aduerſarium profitetur. Sed is validum, ni fallor, argumentum praebet contra eos, qui Homerum coecum fuiſſe putant. *Traditum eſt*, inquit, *Homerum coecum fuiſſe; at eius picturam, non poeſin videmus. Quae regio? quae ora? qui locus Graeciae? quae ſpecies formae? quae pugna? quae acies? quod remigium? qui motus animorum, qui ferarum, non ita expictus eſt, vt quae ipſe non viderit, nos vt videremus effecerit.* Haec ille Tuſc. qu. libr. V. [cap. 39. vbi vid. Dauiſ. qui eum coecum fuiſſe nullus dubitat. Argumentum, quo vtitur Daueſius ad coecitatem Homeri probandam, et quod ab eo ſumit, quia eum, vt ex Pauſania et Cedreno notauit Cuperus Apotheoſ. p. 6. ſtatuarii velut oculis captum finxiſſent, nihili eſt. Namque et is mos fuit veteribus artificibus, in aliorum imaginibus ſtatuisque, et id tantum probaret, iam antiquioribus temporibus inualuiſſe opinionem, Homerum coecum fuiſſe; nec auctoritas *Tyrii Maximi* diſſ. 38. ſect. 1. et aliorum, teſte ſcholiaſte ad locum Homeri, qui arbitrantur, Homerum Odyſſ. Θ'. 63. ſemet ipſum ſub Demodoci perſona deſcripſiſſe, me valde mouet. Nam antiquiſſimis iam temporibus multae varii generis interpretationes et in his peruerſae aut lepidae verſuum et ſententiarum Hom. expoſitiones enatae ſunt et propagatae. Heumannus orae exempli ſui adſcripſit haec: „Quae ſit origo fabulae de coecitate Homeri, cognoſcere poſſumus ex Herodoti vita eius p. 547. De coecitate et paupertate Homeri vid. *Pauſanias* lib. II. p. 139. *Heinſii* duo epigrammata in coecitatem Homeri, in eius Crepundiis Silianis p. 480 ſq. *Eccard* de vſu ſtudii Etymologici, pag. 51. Fortaſſe Homerus prae ſenio amiſit viſum, et mendicare coactus eſt.“ Hactenus *Heumannus*, quem etiam vide in Actis philoſoph. part. IV. p. 671. adde *Waſſenberghii* not. ad vit. Homeri pag. 4. *Sotades* apud Stobaeum ſerm. 96. p. 528. Homerum, canit, eſſe fame abſumtum:

> Τὸν θεῖον Ὅμηρον λιμὸς κατεδαπάνησεν.

De paupertate Homeri egit *Frid. Exter* in ſingulari libello, theotiſce ſcripto, Bipont. 1777. 4. addde *Waſſenbergh.* l. c. p. ſqq. *Blackwell.* pag. 124. quamquam eum conflictatum eſſe cum paupertate omniumque fere rerum inopia, vix perſuadere mihi poſſum. At non ex noſtra, ſed ex Homerica aetate res aeſtimare atque diiudicare debemus. Nam quod ἀοιδὸς fuit, id illo tempore haud ignobile fuiſſe munus; ſed conſuetudinem quamdam poetarum cum honeſtiſſimis hominibus, et ſummis viris in aulis principum honorificam crediderim. conf. *Blackwell.* p. 129—158. *Harl.*]

tum, tum Sibyllinorum nulla eſt auctoritas. Nec ab re forte *Allatio*, Chiis ſuis s) Homerum vindicanti, obiiceris, quod ipſe 123. de Herodoto et [¶] Ephoro Cumano, qui Cumaeum fuiſſe Homerum contenderent: *Digni certe ſunt*, inquit, *eorum conatus, qui laudentur ab illis, ſi veritatis ſtudio tantum opus aggreſſi, veritatem expoſuiſſent, ſed cum Patriae amore, et propriae gentis id egerunt, eorum dicta non immerito ſuſpecta eſſe debent. Vbi enim ratio affectu ducitur, et lingua cupiditatum ductu moderatur, veritas ipſa claudicat, et coecutit, quae a nudo et ab omni ſtudio libero homine tantum expectanda eſt* t). Styppam Lydiam, Cretam u) et Romam quoque a nonnullis pro patria Homeri venditatam notat *Bre[illegible]* ad

s) Chiis etiam Homerum vindicare voluit *Hypermenes* in lib. de Chio, ex quo Ptolemaeus Chennus ap. Photium cod. 190. p. 489. edit Schotti, narrat, *Scindapſum* Homeri famulum mille drachmis mulctatum a Chiis, quod Herum mortuum non exulliſſet. Et hodieque quinque vel ſex milliaribus a Chio oppido Septentrionem verſus, oſtenditur locus exciſus e viuo ſaxo, in cuius medio altare, circum illud ſedilia, quo in loco Homerum quondam docuiſſe, natum et ſepultum, incolae fabulantur. *Cruſius* p. 42. Turco-Graeciae; *Tournefort* itinerar. p. 147. [et *Tavernier* Perſiſche Reiſen. lib. III. cap. 18. p. 134. *Heum.*] *Bycco* Homeri ſeruus memoratur *Tzetzae* XIII. Chil. v. 643.

t) Cl. *Koeppen* in libro: Ueber Homers Leben und Geſänge p. 16. propter teſtimonia Simonidis, Pindari atque Thucydidis, qui Homerum adpellant τὸν ἄνδρα Χῖον, et quia οἱ Ὁμηρίδαι, in inſula Chio viuentes, Homeri carmina ſeruaſſe dicuntur, iis accedit, qui putant, Homerum vel ex inſula Chio ortum, vel plurimum temporis ibi commoratum eſſe. Atque *Theocritus* VII. 47. vocat eum Χῖον ἀοιδὸν, *Chium cantorem*, vatem. Chios praeter ea Homeri tumulo fuit celebris. vid. *Salmaſ.* ad Solinum pag. 179. edit. pr. et paullo ante not. *s*). Id quidem ex comparationibus et itinerum, quae dii feciſſe finguntur, atque locorum adcurata deſcriptione, ex ſimilitudinibus aliisque rebus fit manifeſtum, atque a *Woodio* p. 32 — 60. coll. p. 162 — 169 ſqq. multis locis Homericis abunde demonſtratum eſt, Homerum, niſi ex inſula Chio, (quod negauit *Ariſtotel.* rhetor. II. cap. 23. tamen malit Blackwell. p. 133.) aut, quod Wood lubentius crediderit, et *Björnſtåhl* in Epiſtolis ſuis memor. vol. VI. part. I. (Lipſiae et Roſtock. 1783.) p. 16. 19. et 25. vbi multus eſt de Smyrna, clare adfirmat poſt alios, quorum omnium vt loca atque opiniones repetam, haud neceſſe erit, Smyrna ortus fuerit, certe in inſula quadam aut in ora Aſiae minoris maritima vixiſſe, adeoque patriam ipſius fuiſſe Graeciam aſiaticam. *Strabo* libr. XIV. p. 955. et 956. edit. Almel. memorat, Chios atque Smyrnaeos vindicare ſibi Homerum. Smyrnam Homeri fuiſſe patriam, iactitat *Ariſtides* orat. 22. conf. Fabric. infra libr. IV. cap. 30. vol. IIII. p. 382. et plura Ariſtidis de Homero loca ibidem excitantur, p. 401. in indice. adde *Wolf.* in Bibl. Hebr. n. 544. Quando alii putarunt, Homeri patriam fuiſſe Aegyptum, aut Arcadiam, (vid. *Eudociam* in Ἰωνιᾷ p. 320.) aut Sirin ſ. Heracleam Italiae, quae Tarentinorum fuerat colonia, hodie Torre del Mare, (vid. *Denina* in Staats- und Gelehrten-Geſchichte Griechenlands, ex verſione *Chriſtfried Vlrici Dau*, part. I. p. 161.) id ab omni probabilitatis ſpecie abeſt. conf *Kliſteri* hiſtor. criticam Homeri, part. I. ſect. I. vitam Hom. apud *Iriartum* l. m. p. 233. *Waſſenbergh.* ad vit. Hom. cod. Leid. p. 10. Cur autem tot vrbes et ciuitates Homerum ſuum ſibi ciuem vindicare voluerint, haec cauſſa fuiſſe videtur. Homerus multa fecerat itinera, (vid. *Wood* p. 61.) ideoque multis locis paullo diutius erat commoratus. In Aegypto eum fuiſſe, multi et veteres (vid. *Diodor.* Sicul. I. cap. 96. et 97. p. 107 ſqq. Weſſeling.) et recentiores contenderunt ſcriptores; quam ſententiam in primis *Huetius* de origine fabular. romanenſ. p. 16. editor Deliciarum *Lamii* in not. p. 58 ſqq. et *Blackwell* in ſectione IX. p. 159 – 171. firmare ſtuduerunt, negat autem *Koeppen* l. c. p. 23. Poſtquam igitur magnam conſequutus eſt nominis famam, patria autem incerta dubiaque; quaelibet terra aut vrbs, quam Homerus in carminibus celebrarat, aut deſcripſerat curatius, aut cuius mores et religio in poematibus illius adparere, videbantur, honorem tanti ciuis ſibi adſerere locumque poetae natalem ſibi vindicare coepit. Hinc enatae ſunt tot diuerſae opiniones atque fabulae de patria Homeri. *Harl.*

u) Cretenſes Homero mille numos praemium εὐεπείας tribuiſſe, idque aerea tabula teſtatos refert Sozomenus praef. ad Theodoſ.

ad Anthologiam Epigrammatum Graecorum p. 132. Ineptum porro fuerit vel in re incertiſſima, quam Oraculum v) Adriano redditum; eidem ἄγνωστον agnouit, arbitrum ſe interponere, vel de argumento exigui momenti poſt Allatii induſtriam plura coaceruare. Itaque vnum tantum adſcribam locum *Ioannis Tzetzae*, ex inedita eius exegeſi in Homerum, quam Lipſiae, in patria mea, ſeruat manuſcriptam, ſed mutilam, Bibliotheca inſignis Paulina: Περὶ μὲν οὖν πατρίδος καὶ γένους Ὁμήρου πλανωμένην εὑρίσκομεν παρὰ πολὺ τὴν ἀλήθειαν· οὐ γὰρ ἐμφανῶς οἱ ἱστορικοὶ περὶ τούτου παραδεδώκασιν. Ἄλλοι μὲν αὐτὸν Χῖον εἶναι φασὶ, καθάπερ καὶ Πίνδαρος, προσέτι καὶ Θεόκριτος φάσκων ἔπεσι [VII. 47.]

> *Καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν*
> *Ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.*

Ἕτεροι δὲ φασὶν αὐτὸν Κολοφώνιον· οἱ δὲ Αἰγύπτιον ἐκ Θηβῶν w). Τοῖς δὲ Ἴωσι δοκεῖ, ἑτέροις Ἀθηναῖον, καὶ ἄλλοις Σμυρναῖον. Εἰσὶ δ' οἱ καὶ Σαλαμίνιον αὐτὸν εἶναι λέγουσι, καὶ ἄλλοι ἄλλα μυρία. Ἄλλοι Χῖον αὐτὸν εἰρηκότες Κολοφώνιόν τε, καὶ Σαλαμίνιον. πρὸς δὲ τούτοις Κυμαῖον. καὶ ἕτεροι οὐκ οἶδ' ὅθεν ὁρμώμενοι ἢ τίσι τεκμηρίοις χρησάμενοι εἰς τοῦτο προεχώρησαν. Οἶμαι δὲ τὸν θειότατον Ὅμηρον διὰ τὸ ἐν ταύταις διατρῖψαι ταῖς χώραις καὶ πόλεσι τοῦτο εἰρήκασιν, ἢ διὰ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρὸς συμπατριώτην αὐτὸν αὐτῶν ἐπιγράφουσι· τοὺς δὲ Αἰγύπτιον αὐτὸν εἰρηκότας οὐ νεμεσίζομαι, ἢ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ διατρίβειν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ διέτριβε παῖδας, ὅπως ἐκεῖνος πεπλάνηκε. Τῷ δὲ σοφῷ Ἀριστοτέλει Ἴητην τάχα δοκεῖ διὰ τὸ ἐν Ἴῳ τετάφθαι. Οἱ δέ γε Ἀθηναῖον ἀποκαλοῦντες αὐτὸν συλλογιζόμενοι τοῦτο φασίν. Σμυρναῖον γάρ φασιν, ὥς γε κἀμοὶ δοκεῖ τοῦτο. ἐπεὶ δὲ Σμυρναῖοι ἄποικοι Ἀθηναίων ἐγένοντο. Ἀθηναῖον ἄρα καὶ τοῦτον εἰκότως φασί. Λέγει δὲ τοῦτο εἰς Πεισίστρατον ἐπίγραμμα.

> *Τρίς με τυραννήσαντα τοσαυτάκις* x) *ἐξεδίωξε*
> *Δῆμος Ἐρεχθῆος* y), *τρὶς δ' ἐπανηγάγετο*
> *Τὸν μέγαν ἐν βουλαῖς Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον*
> *Ἤθροισα σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον.* [P]
> *Ἡμέτερος γὰρ ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης*
> *Εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἐπῳκίσαμεν.*

Genus et aetas Homeri.

IX. Magna quoque et parum certa de genere z) Homeri et parentibus quaeſtio eſt, vt videre licet ex variis ſententiis memoratis ab auctore Graeco, qui certamen Homeri et Heſiodi deſcripſit. Nec minor ſcriptorum de aetate, qua vixerit, diſſenſio,

v) Aliud *Euſebius* Praeparat. euang. V. 33. pag. 229. vide quoque certamen Homeri et Heſiodi ſub initium.

w) Olympiodorus apud Photium p. 111.

x) Schol. MS. Dionyſii Thracis, ἐξετίναξε. [cod. Leid. vitae Homer. habet ἐξεκύλισε.]

y) In vitis ab Allatio editis legitur Δῆμος Ἐρεχθειδῶν, καὶ τρὶς ἐπεσπάσατο. In Anthologia Epigrammatum Graecor. lib. IV. cap. 4. p. 438. καὶ τρὶς ἐπηγάγετο. [*Brunck* in Analectis vol. III. p. 216. repoſuit illud, et in Lectt. atque Emendation. p. 274. corrigendum cenſuit ſecundum hiſtoriae fidem, Δίς με τυραννήσ. — — δὶς δ' ἐπανηγάγετο. Sed hac ratione aeque grauiter laborare fidem hiſtoricam, Piſiſtrato reuera ter occupante Tyrannidem, bis eiecto, bis denuo recepto, duce *Ariſtotele* Polit. V. 12. docet *Waſſenbergh.* ad vitam Hom. p. 5. Epigrammatographi errorem [illegible] tauit *Edw. Simſon* ad A. M. 3454. In Homeri vita cod. Leid. eſt Δῆμ. Ἐρεχθειδῶν. ibid. [illegible] ἐπεσπάσατο, quod probat Waſſenbergh. *H.* [illegible]

z) Vid. *Lami* Delizie etc. I. p. 76 ſq. [illegible]

ſenſus, etſi adeo exacte illam nonnulli tenere ſe putarunt, vt et thema eius genethliacum tradiderint, quemadmodum *Iulius Firmicus* lib. V. Matheſ. p. 77. cum dixiſſet, Saturnum in nono ab horoſcopo loco poſitum, et in Leone conſtitutum facere diuinum Poetam heroici cuiusdam carminis, vt Martios ſtrepitus pugnarumque metuenda certamina famoſi carminis nobilitate perferat: *tales*, inquit, *Genitura Homerus*, *Diuinum in Iliade Cumis* [Sibyllini] *carminis* [aa]) *fecit auctorem.* Sed vix vlla in re magis in diuerſa abeunt ſcriptores, vti facile intelliget lector, ſi vel veteres ipſos conſuluerit *Gellium* lib. III. cap. 11. et lib. XVII. cap. 21. Tatianum, Clementem, Euſebium, Philoſtratum in heroicis, vbi de Euphorbo agit, [cap. 18. ſect. 2. p. 725 ſq. edit. Olearii.] Tzetzam Chil. 12. hiſt. 399. aliosque: vel e recentioribus adeat *Muretum* in Cic. I. Tuſc. quaeſt. I. 191. *Dionyſium Petauium* lib. IX. doctrinae temporum cap. 32. *Io. Rualdum* animaduerſ. vlt. in Plutarchum, *Ioh. Marshami* Can. Chron. p. 437. et quae *Dodwellus*, in diſſertatione tertia de Graecorum Cyclis. [adde Viuem et Coq. ad Auguſtin. lib. III. de ciuitate dei cap. 2. Coſtardus Anglus contendit, Homerum et Heſiodum demum a. 558. ante Chr. vixiſſe vid. Götting. gel. Zeit. 1756. p. 629. *Heum.*] Mihi quidem in praeſenti ſufficit, in quo conueniunt probe omnes, et multo poſterius bello Troiano (vid. Benedict. Auerani diſſ. IX. in Thucyd. tom. I. Oper. p. 250.) et antiquiſſimum eſſe ex auctoribus graecis, quos habemus, ne Heſiodo quidem excepto, ſiue poſt Olympiadem XXIII. demum vixerit, vt vult Dodwellus, ſiue vt aliis videtur, longius a noſtris temporibus remotus fuerit, vel Olympia ipſa aetate anteuerterit [bb]).

aa) Vide quae ſupra lib. I. cap. 29. nr. 2.

bb) Acta agerem, ſi, re admodum incerta, omnes veterum narrationes fabulasue, et omnia, quae a recentioribus pronunciata vnquam fuerunt, iudicia et rationes repeterem. Atque in Introductione in hiſtoriam L. Gr. ſect. 2. cap. 1. p. 21 ſq. quorumdam teſtimonia aut opiniones iam adtuli. Quare ſufficit, quaedam ſpicilegii loco hic adiicere. Si inſcriptio vna cum tumulo, a comite Paſch de Krinen in inſula Iö reperta, eſſet genuina, quod tamen non videri ad paragraphum praecedentem iam monuimus, Homerus filius fuit *Mentoris*, regis Pylaeorum, (quem quidem eumdem eſſe cum Mentore, qui in bello Troico militauit, atque adeo Homerum tempore belli illius aut paullo poſt fuiſſe natum, cum *Björnſtåhl* l. m. p. 170. inde nondum colligerem; vtpote quum vnus e ſucceſſoribus Mentoris Homerici idem nomen gerere potuiſſet,) et *Criteiae;* diſcipulus autem *Eunapidis;* forſan *Pronapidis;* hic enim, nec non *Phemion*, philoſophus et ἀοιδὸς ſecundum *Euſtath.* in I. Rhapſ. Odyſſeae, atque *Ariſtaeus* magiſtri Homeri feruntur. Conf. *Blackwell* p. 98. 212 ſqq. *Lami* Delic. I. p. 79 ſqq. Ab *Aelio Ariſtide* tom. I. p. 476. tom. III. p. 727. dicitur *Meletis* filius; *Maeonides* autem, h. e. Maeonis filius, (vid. *Proclum* de Homero ex Hellanico aliisque, in Bibl. der alten Literat. und Kunſt. I. inedit. p. 8.) ab *Ouidio* Triſt. IV. 10. 22. et alibi paſſim. adde *Horat.* I. od. *6*, 2. De eius filia et genero vid. infra lib. II. cap. 2. ſect. 16. *Creophylus* ab aliis dicitur fuiſſe gener Homeri, ab aliis illi amicus. vid. *Suidam* voc. Κρεώφυλος, ibique Küſter tom. II. p. 373. et *Eudociam* in Ἰωνιᾷ p. 271. De ſtirpe eius et genealogia atque cognatione cum Heſiodo, quippe qui eodem auo atque proauo vſi eſſent, vid. *Proclum* l. c. p. 8 ſqq. et *Heynii* V. C. notam p. 18 ſq. inprimis cl. *Sturz* ad Hellanici Lesbii fragmenta, Lipſiae 1787. pag. 154 ſqq. qui aliquantum diſcedit ab ſententia Heyniana, praeter ea cenſet, Homerum Heſiodi patruelem fuiſſe, et hoc paullo iuniorem, ſed eidem tamen aequalem, collatis locis *Marmor. Oxon.* I. 44 ſq. et *Herodoti* II. 53. quam ſententiam quoque defenſam eſſe ab Carolo Carli in ſecunda diſſ. ad Heſiodum animaduertit. vide infra *Heſiodum* §. 1. Nuper demum cl. *Günther Car. Frieder. Seidel* ad Eratoſthenis geographicorum fragmenta, (edita, Gottingae 1789. 8.) p. 13 ſq. in not. ex fragmento quodam Eratoſthenis aliisque argumentis collegit, Heſiodum aetate minorem fuiſſe Homero. De tempore igitur, quando natus fuerit poeta, in alia omnia tranſeunt et veteres et recentiores. In Compendio vitae Homericae (apud *Iriartum* in Catal. codd. Matrit. p. 233.) Hyrander

der et Hypſicrates cum Heſiodo aequalem, produnt, Heraclides hoc ſeniorem fuiſſe ait; Crates, illum, narrat, annis poſt bellum Troianum ſexaginta natum fuiſſe; Eratoſthenes poſt Ionum coloniam centum; Apollodorus vero octoginta. adde *Proclum*, in Bibl. der alten Litter. part. I. p. 10. Ined. Veterum teſtimonia de aetate poetae noſtri diuerſa congeſſit *Iackſon* in Chronological Antiquities, vol. II. p. 224 ſq. aut ex verſione Windhemii teutonica, p. 508 ſqq. Iackſon vero, duce auctore marmoris Oxon., coniicit Homeri aetatem in annum ante Chriſtum 907. aut aetatem Homeri, quem poetam putat fuiſſe antiquiorem, atque Heſiodi, aequalium, in an. ante Chriſtum 910 — 920. *Cicero* contra de Senectute cap. 15. Homerum putat aliquot ſaeculis vixiſſe ante Heſiodum. In nobili illo *Apollodori* fragmento apud *Tatian.* ad Graecos, ſ. 49. et ex eo apud *Clementem Alex. Strom.* I. p. 388. l. 12. alioſque Homerus floruiſſe dicitur centum annis poſt coloniam Ionum, et Clemens Alexandr. addit, id incidere circiter in an. 240. poſt Troiam captam. vid. fragm. *Apollodori* quoque in editione illius auctoris Heyniana tom. III. p. 1086. vbi plures laudantur. Plura veterum iudicia congeſſerunt et compararunt *Salmaſ.* in Exercitt. Plinian. p. 608. edit. Vltraiect. et *Henr. Leonhard Schurzfleiſch* in Notitia biblioth. Vinarienſis, Ienae. 1715. 4. p. 194 ſqq. *Aelian.* V. H. libr. XIII. cap. 14. tradit, Lycurgum primum importaſſe in Graeciam poeſin Homeri vniuerſam; Piſiſtratum, collectis omnibus, confeciſſe Iliada et Odyſſeam: paullo igitur antiquiorem fuiſſe Homerum, ex hac hiſtoria colligit *Perizonius*, quem ad illum locum conſules. adde eundem ad *Aelian.* V. H. VIII. 3. Ad locum claſſicum *Herodoti* (lib. II. cap. 53.) qui ante ſe, opinatus eſt, Heſiodum et Homerum quadringentis et non amplius annis exſtitiſſe, conſules *Weſſeling.* de aetate poetae. Eumdem locum laudat *Corſinus* in Faſtis Atticis, tom. III. p. 157 ſq. et alium locum, qui in vita Homeri, Herodoto vulgo adtributa, legitur in fine, vbi ab Homeri natiuitate ad Xerxis tranſitum et pugnam Salaminiam 622 anni numerantur, ἔτεα ἑξακόσια εἴκοσι δύο, cum *Scaligero* (ad Chronic. Euſebii p. 95.) ita cum ſuperiore componit, vt non ἑξακόσια, ſed τετρακόσια reſcribendum cenſeat, e quibus efficit, Homerum annis 100 ante Olympiadas floruiſſe, et eſſe mirandum, Dodwellum vtrumque ex principibus poetis illis ad Olymp. XXX reuexiſſe. Conf. autem *Weſſelingii* notam ad locum vitae Homer. Cel. *Saxio* in Onomaſtico lit. tom. I. p. 11. Homerus ab aetate Lycurgi, legislatoris Spartanorum non multum ſemouendus videtur, argum. *Ciceronis* in Bruto, cap. 10. et V. Tuſcul. quaeſtion. cap. 3. (ad quem loc. vid. Dauiſ.) Sed vaga illa de Lycurgo fama num pondus habeat atque plurimum valeat ad aetatem Homeri ex illa definiendam, equidem dubito. *Gatterer* aetatem illius refert ad a. m. 3180. ſ. 182. poſt Troiam captam, *Silberſchlag* vero ad a. m. 3290. teſte cl. *Beckio* in Anleitung zur Kenntniſs der allgem. Welt- und Völkergeſchichte, part. I. p. 261. *Lami* in Deliciis eruditorum etc. tom. I. p. 72. loca Herodoti ac marmoris Oxonienſis explicat, et effeciſſe ſibi videtur, p. 74. Homerum floruiſſe an. 907. ante Chriſtum natum, adeoque coepiſſe vſura lucis frui an. 931. ante Chriſt. ſed editor in nota quaedam contra illius rationes docte diſputat, comparat *Marshami*, qui aetatem Homeri confert ad a. periodi iulianae 3807. an. poſt Troiae cladem 302. atque aliorum ſententiam, et ſubductis Euſebii atque marmoris Oxon. rationibus, colligit, Homeri aetatem incidere in a. poſt bellum Troianum 372. At enim quum iam *Ciceronis*, l. m. *Velleii Paterc.* I. cap. 5. aliorumque veterum temporibus aetas Homeri eſſet incerta, quis hodie vel diuinando eam poterit adſequi? Hoc vero certius eſt, eum ante initium Olympiadum ceciniſſe. Enimuero, num cum *Woodio* p. 260. et ſupplem. p. 45. coniici poſſit, Homerum circiter dimidium ſaeculum poſt captam Troiam abſoluiſſe carmina ſua epica, atque puerum Homerum facta maxime memorabilia iam audiuiſſe, ſeniorem autem ab ipſis, qui ad Troiam pugnaſſent, accepiſſe pleniorem obſeſſae atque occupatae Troiae cognitionem, mihi quidem dubium, nec admodum veriſimile videtur. Nam et cultura linguae, ingenii atque poeſeos illa tempeſtate admodum exilis ac rudis atque in infantia quaſi adhuc fuit; adde, quod Homerus ſaepe prouocat ad traditiones, nec id, quod iam vrguet *Velleius Paterculus* I. 5. ad ſeriorem aetatem Homero adſignandam, οἷοι νῦν βροτοί, ab illo commode potuerat vſurpari. Cl. *Koeppen* recenſet quorumdam rationes p. 18 ſq. et ſuſpicatur, Homerum certe vixiſſe centum et quadraginta annis poſt Troiam captam, ſ. 1044. ann. ante Chr. natum, eo igitur tempore, quo Iones ex Attica in Ioniam migrarunt. Enimuero illa tempeſtate nondum adeo culta fuit natio graeca, nec apta carmini, quale Homerus fudit, epico, needum exuerat omnem barbariem. At haud ita multo cum vi[illegible] et forſan intra a. 160 — 180. poſt exciſam T[illegible], quae Philochori ſententia quoque fuit apud Euſebium, aut paullo ſerius ceciniſſe, his argumentis

[illegible]

Elogia in Homerum congeſta. X. Nullus denique ſcriptor eſt, qui ab omni aetate tantam ingenii, doctrinae, ſapientiae laudem retulerit, atque vnus Homerus, qui, vt ſcite de ipſo eſt apud Propertium Lib. III. Eleg. I.

Poſteritate ſuum creſcere ſentit opus.

Atque, vt ait Plutarchus lib. de garrulitate p. 504. *μόνος τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀψικορίας περιγέγονεν.* [*Plato* in Io. p. 8. edit. Mülleri vocat eum *ἄριστον καὶ θειότατον.* adde *Dion. Chryſoſtomum*, orat. LIII. de Homero, tom. II. edit. Reiske, p. 274 ſqq. orat. LV. p. 284. audit poeta *οἷος οὐδεὶς ἄλλος*: ecquis finem reperiat, ſi loca veterum, in quibus poeta laudatur, conquirere velit?] Quicquid enim fere eſt doctorum, fuitque, in eo celebrando, et laudibus ad coelum efferendo, adeo conſpirarunt inter ſe, vt certarent. Quorum integrum et bene longum Catalogum texere, hoc loco liceret, niſi praecipua Homeri elogia Alphabetico ordine digeſta iam exſtarent a Graecantiſſimo illo et Homeri imitatore feliciſſimo *Iacobo Du Porto*, Anglo, in Appendice ad Gnomologiam Homericam, et ad calcem Clauis Homericae *Georgii Perkinſi*, quibus alia adiunxit *Ioannes Scherpezelius* ante Iliadis libros duos primores cum Moſchopuli ſcholiis a ſe editos. Igitur eos tantum in praeſenti commemorabo, qui prolixius [ꝑ] vel integris Scriptis, orationibusue Poetam decorarunt, vt ex priſcis *Dio Chryſoſtomus* diſſ. LIII. et LIV. *Maximus Tyrius* diſſ. XVI. *Lucianus* in Encomio Demoſthenis, ne de variis Epigrammatis graecis dicam, quae in Homeri laudem occurrunt in Anthologia, et in vnum collecta a Ioh. Spondano ſuae Homeri editioni praefixa ſunt. E recentioribus in celebrando Poetae ingenio multi fuere *Angelus Politianus* cc) in oratione de Homero, quae legitur

ductus ſuſpicor. E lectione Homeri cognoſcimus, eum, quod etiam Wood, Blackwell aliique ſenſerunt, eo tempore vixiſſe, quo ſumma adhuc viguit in Ionia inſulisque ſimplicitas et morum et ſermonis, ingenium tamen humanum vſu et diſciplina magis cultum, nec tamen, quod non ita multo poſt euenit, ſubtilitate philoſophandi maiore imbutum pluriumque litterarum copia ornatum obrutumue fuit, necdum adeo animi vis, quam vocant imaginationem, adſtricta et impedita, quo liberior viuendi et ſentiendi ratio, nec forma ciuitatum immutata a priſtina conſuetudine moribusque multum receſſit; quo poſteri adhuc eorum, qui bello interfuerunt troiano, nondum deleti, a maioribus omnem belli illius et heroum hiſtoriam ore traditam acceptamque memoria tenere firmiore, necdum acceſſionibus fabulisque corruptam aliis explicare poterant. Quae omnia, opinor, quadrant in eam, quam conſtitui, periodum, et facilius conueniunt cum rationibus Philochori, Eratoſthenis, Apollodori, auctoris vitae Homericae, quisquis ille fuerit, et cum marmore Oxonienſi. At certum annum, immo vero decennium quis definire auſit, tanta vltimae aetatis obſcuritate atque ignorantia? Enimuero poeta, quod ſerius non vixiſſe cum vidimus, ideo vel leuiſſimas minutasque res ſcire et carminibus intexere, multa etiam ex antiquioribus carminibus tutius haurire poterat: e quibus praeterea fit manifeſtum, cur Homerus tantam auctoritatem nactus et eius narrationibus tanta fides hiſtorica ſit adtributa, ita vt *Strabo* XI. 774. ei et Heſiodo, quando de heroibus verba faciunt, fidem facilius adhiberet, quam Cteſiae, Herodoto, Hellanico eorumque ſimilibus. Verum enim vero ſuum cuique liberum eſto arbitrium, quum, quod omnino ſit certum et verum, cernere non poſſimus. In Bibliotheca Coisliniana eſt teſte Montfalconio p. 429. cod. CCCXVI. olim LXIX. in quo nugaciſſimus quidam Graeculus, Conſtantinus Ermoniacus, de patria, Thebis, et de ſcriptis Homeri parum erudite ſcripſiſſe dicitur. Adde *Carena* d' età d' Omero e d' Eſiodo, in Additamentis ad Vicende della letteratura, di Carlo Denina. Luca 1763. et *Coſtard* de aetate Homeri atque Heſiodi, Philoſophic. Transact. vol. 48. ad a. 1754. quos quidem binos libros conſulere non potui. *Harl.*

cc) Hic Politianus Plagii arguitur a *Budaeo* annot. prior. in Pandectas p. 547. qui eo loco et ipſe prolixo atque inſigni encomio Homerum mactat. Arguit

giter tomo tertio eius operum, *Antonius Muretus* in praefationibus, *Ioachimus Camerarius* ante Commentarios ad primum Iliados librum, *Nicolaus Mauracus* in praefatione Euſtathio praemiſſa, *Andreas Wilhelm* in Curatione Graeci Homeri. Plerade ſecunda oratione: *Ludolphus Neocorus* in hiſtoria Homeri critica, paulo ante a me laudata. *Ioannes Rudolphus Wetſtenius* in diſſ. inaugurali de fato Scriptorum Homeri per omnia ſaecula, edita cum eius orationibus Apologeticis pro Graeca et genuina linguae Graecae pronunciatione Baſil. 1686. 8. *Gisbertus Cuperus* praecipue in doctiſſimo Commentario ad Lapidem antiquum, qui in Marinenſi Columnenſium Principum ditione in villa Claudii Imp. repertus et editus, Conſecrationem Principis Poetarum pulcherrime imagine expreſſam ſiſtit: Amſt. 1683. 4. *Fabric.* [De Cuperi et Schotti libris, item de Blackwello, Woodio, Popio, Daceria aliisque ingenii Homerici admiratoribus iam ſupra egimus. Sed quid iuvaret, ſi omnes, qui Homeri ingenium atque poeſin celebrarunt aut ab aliorum iniquitate impari quamquam felicitate, vindicarunt, latiſſime enumerarem. Atque quando de Iliade aut de reprehenſoribus Homeri locus erit diſputandi, aliquot ingenii Homerici praecones producentur. De lite inter Daceriam et la Motte egit *Goujet* in Biblioth. Franc. part. IV. item ſupra § 1. laudatus *Ayrer*, atque *Boivin* in Hiſt. de l'Acad. des Inſcr. et B. L. tom. I p. 207 ſqq. de comparatione Homeri atque Virgilii, liteque inde orta; quam recitationem germanice verſam leges in *Gottſchedii* Neuem Büchersaal, vol. II. part. V. p. 532 ſqq. — Contra Platonem defendit laudatque poetam *Gul. Paquelin* in Apologeme pour le grand Homere contre la reprehenſion du Divin Platon a Lyon. 1577. 4. Editor *Lami* Deliciarum etc. tom. I. m. 2 p. 97 ſqq. collegit nubem teſtimoniorum laudumque, quibus et veteres et recentiores Homerum ornarunt. adde *Baillet* Jugemens des Savans ſur les principaux Ouvrages des Auteurs. Amſterd. 1725. 4. tom. III. p. 75 ſqq. nr. 1093. § 1. *Heinecke* in Briefen etc. vol. II. p. 247 verſionis germanicae, in epiſtola d. XX. Ian. 1773. Milani ſcripta, memorat, Pacciaudium verſari in conficiendo opere *de fortuna Homeri poëſeos*, demonſtraturum, pietatem atque obſervantiam, qua omnes gentes ac nationes atque aetates Homerum ab ipſius aevo usque ad noſtram memoriam proſequutae ſint: qui liber num lucem adſpexerit, equidem ignoro. *Harl.*]

Arguit autem plagii Politianum eo nomine, quod rerum ſummas ex *Plutarchi* libro de Homero, qui tum Latine nondum exſtabat ad verbum transſcribens, et quaſi flores praecerpens non erubuerit id opus pro ſuo edere; in quo nullam praeterquam transſcribendi ac vertendi operam nauarat. Ex *Herodoto* etiam pleraque in eadem oratione ſurripuiſſe iam a Iano Laſcari monitus eſt Politianus, cui ille hanc ſuis in Homerum praelectionibus Florentiae praemittenti inter auditores adfuit. Vide Duarenum p. 1478. Opp. cuius locum iam laudauere Colomeſius in Opuſc. p. 66. Thomaſius de Plagio §. 526.

CAPVT II

C A P V T II

DE HOMERI SCRIPTIS, EDITIS AC DEPERDITIS, GENVINIS AC HYPOBOLIMAEIS, TVM DE GENVINORVM DISPOSITIONE, RHAPSODIS EMENDATORIBVS ETC.

I. *Batrachomyomachia num Homeri genuina, an Pigretis cuiusdam.* II. *Poemata ad eius imitationem ab aliis compoſita, vt Galeomyomachia, aliaque.* III. *Batrachomyomachiae editiones et interpretes.* IV. *De Hymnis, an Homeri ſint, an Cinaethi Chii, vel Herodori, dubitatum.* V. *Epigrammata.* VI. Ἀγὼν *cum Heſiodo.* VII. *De Iliade*, VIII. *et Odyſſea.* IX. *Num Homerus ipſe auctor diuiſionis in libros, an Ariſtarchus.* X. *Ioſephi locus de Poeſi Homerica tantum per memoriam conſeruata, non ſcripto ab auctore conſignata expenſus.* XI. *Reiecta Peraulti ſententia de Iliade et Odyſſea ex poematiis ſeparatis et non cohaerentibus conſuta aduerſus intentionem ipſius auctoris Homeri. De Lycurgi, Piſiſtrati,* [?] *Solonis et Hipparchi opera in colligendis et ordinandis Homeri Poematis.* XII. Διορθώσεις *Homericae.* Ἡ ἐκ νάρθηκος *Alexandro M. oblata vel ab Ariſtotele, vel a Calliſthene et Anaxarcho.* XIII. *De Caſſandro Macedoniae et Ptolemaeo Euergete II. Aegypti Rege dubitatum.* XIV. Διόρθωσις Μασσαλιωτικὴ *et* Σινωπική. XV. *Euripidis.* XVI. *Zenodoti Epheſii.* XVII. *Ariſtophanis Byzantii.* XVIII. *Ariſtarchi Samothracis, vbi de obelis ipſius et aſteriſcis, tum de aduerſariis, Zenodoto Alex. Ptolemaeo Aſcalonita et Philoxeno.* XIX. Διόρθωσις *Homerica facta ab Arato Solenſi.* XX. *A Cratete Mallote.* XXI. *A Tyrannione, tum a Nicanore et Cometa qui diſtinctiones adiecerunt.* XXII. *Homeri Ilias et Odyſſea decantata in Panathenaeis per Rhapſodos.* XXIII. *In ſcholis propoſita iuuentuti. Scriptorum Homeri deperditorum Catalogus cum variis obſeruationibus, vbi de Iliade parua, Poetis Cyclicis, Cypriis carminibus, Margite etc.*

Batrachomyom. num Homeri, an Pigretis opus ſit, quaeritur. I. MAioribus Operibus praeluſiſſe dicitur HOMERVS compoſita BATRACHOMYOMACHIA, ſiue, vt apud Suidam vocatur μυοβατραχομαχία, *pugna ranarum* et *murium*, carmine heroico ludicro ingenioſo et amoeno: quamuis mallem, vbi riſus captatur, non introductos Iouem ceterosque Deos, ratione multis poetis familiari, ſed exitioſiſſima moribus, et impia, vt agnouit Socrates, qui religioni ducebat, iocis permiſcere Deos. Hanc Batrachomyomachiam *Homero* tribuunt e veteribus *Herodotus* in Homeri vita cap. 24. *Martialis* lib. XIV. Epigr. 183. *Statius Papinius* epiſt. ad Stellam, innuens Culicem Virgilii et Batrachomyomachiam Homeri praeludium fuiſſe: *Fulgentius* lib. I. Mytholog. ſub init.

> *Quod Maeonius ranarum*
> *Cachinnauit praelio.*

Videtur etiam Alexandro Magno innotuiſſe, qui ad illam Homeri forte alludens Antipatri cum Agide conflictum μυομαχίαν vocat apud *Plutarch.* in Ageſilao p. 604. Memorat et Plautus Bacchidibus *ſoricinam* vocans *neniam*, vt notatum *Petro la Seine* in Nepenthe Homerico cap. 1. p. 1345. Suidas et alii, auctor item priſci marmoris, in quo ſub Throno Homeri ἀποθεωθέντος conſpiciuntur mures, ne de citeriorum aetatum ſcriptoribus dicam, vt *Iohanne Tzetza* in Iliade, verſibus politicis allegorice expoſita, et *Michaele Apoſtolio*, cuius verſus politicos in laudem Batrachomyomachiae Homericae memorat *Labbeus*, p. 193. Bibl. nou. MSS. [His accedit *Barneſius*, qui, vti poſtea Maittarius, collegit varia variorum diuerſaque iudicia, praeterea ſingula examinauit, eos, qui Homero id carmen abnegant, refutaturus: ex Barneſio ac Maittario repetiit plurium de illo iudicia *Borheck* in Prolegomenis ad ſuam editionem

tionem, not. p. 14 ſq.] Alii tamen auctorem Batrachomyomachiae voluerunt eſſe *Pigretem*, Artemiſiae fratrem, tempore Xerxis, vt docent *Plutarchus* in extremo libri de Herodoti malignitate, p. 873. et Suidas [atque Eudocia p. 358.] in Πίγρης. *Henricus* quoque *Stephanus* lib. VI. ſchediaſm. 22. teſtatur, ſe incidiſſe in exemplar, vbi Batrachomyomachia adſcripta eſſet [?] *Pigreti* Cari, quod confirmari video a Labbeo in bibl. noua MSS. p. 289. et *Nuneſio* ad Phrynichum p. 13. [p. 32. edit. Pauw.] vbi male excuſum *Tigreti* a) pro *Pigreti* [nec non *Hemſterhuſio* ad Thom. Mag. p. 26.] De Homero, ſitne auctor, dubii haerent Proclus, et alter Anonymus de Homeri vita ab Allatio editus, itemque Euſtathius. Auctor vitae ſub Plutarchi nomine editae, et alter anonymus ſolam Iliadem et Odyſſeam pro genuinis Poetae foetibus agnoſcens, Homero adſcribendam negant, quibus ſuccinens e recentioribus Daniel Heinſius, *Hoc Poema*, inquit, *qui ad Homerum referunt, magis animi iudicio, quam oculis vacillant. Praeiuit grauioribus Homeri operibus in vſum Iuuentutis, qui eius auctor eſt, non aetate aut tempore, ſed exercitio et argumento.* Sic et Stephanus Bergleru s praef. ad Homerum edit. Wetſten. ex diuerſo ſcribendi genere Batrachomyomachiam principi Poetarum abiudicandam eſſe contendit. [Nec Homero adiudicat *I. C. Schott* in Apoth. p. 319. ſaltem contra Wetſtein et Küſterum acute docet, in monumento muſculos ſub pedibus Homeri viſos, addita vocula μῦϑος, non aperte fabulam de Muribus innuere, ſed Homeri ſcripta rodere videri ſub iisque Zoilos, nomini famaeque Homeri inuidos, intelligi debere: adſentitque illi *Clodius* in diſput. de ſublimitate Homeri p. 11 ſq. in eius Diſſertationibus — editis a cel. Moro. Lipſiae 1787. Immo vero manifeſta eſt epicorum carminum Homericorum imitatio, quae Homeri, qui ſi auctor fuiſſet, ingenio minime apta dignaque iudicari poteſt. Accedit, quod dubium mihi quidem videtur, num illis, quibus vixit Homerus, temporibus, maiore ordinum hominumque aequalitate, forma ciuitatum nondum adeo immutata et conſtituta, aut per artem vimque potentiorum aliquoties turbata, moribus hominum nondum adeo delicatis, nec multum diuerſis, needum adeo corruptis perditisque, ſed rudibus et ſimplicibus, ſatyra et comoedia fuerint aptae, aut omnino exſtiterint. Immutatione omnium paene rerum rerumque publicarum haud ita multo poſt facta, luxu Graecorum praecipue per opes Perſicas aucto, maioribus ciuium diſſidiis ortis, et quae aliae fuerint cauſſae, enata ſunt illa poematum ludicrorum genera, et Pigretis aetati aptiora videntur. Seniori aeuo adſerit id carmen doct. *Georg. Frid. Dan. Goes* in diſſ. me praeſide menſe Sept. a. 1789. defenſa, de Batrachomyom. Homero vulgo adſcripta, et ſe 1 V. loca quaedam difficiliora emendat. p. 28 not. diſſerit de argumento in Apotheoſi etc. conf. *Wood* p. 206. ſqq. 214 ſqq. et *Blackwell* p. 82 ſqq. editorem Deliciarum *Lami*, (Le delizie dei Dotti et degli Eruditi.) vol. I. Homer. ur. IV. p. 163 ſqq. Magna autem ſimilitudo, quae cum multis locis Homericis viſa eſt, facile potuit homines adducere ad credendum, Homerum ipſum fuiſſe carminis ingenioſi quidem, nec tamen omnino venuſti, nedum perfecti, auctorem: quae opinio poſtea inualuit aut mouit plures librarios, vt nomen Homeri praefigerent ſuis codicibus. Batrachomyomachiam a quodam ſcriptam eſſe ad exagitanda Homeri poemata, putat *Clericus* tom. 22. bibl. ſelectae, p. 2[illegible] Editor

a) At Frobenius quoque in praefat. ad Batrachom. monet, quosdam acutos homines id carmen abnegare Homero; quosdam ad *Tigreten Carem* referre: nam, ait, memini, nobis a Beato Rhenano demonſtratum exemplar vetuſtum, in quo titulus erat ΤΙΓΡΗΤΟΣ ΤΟΥ ΚΑΡΟΣ, ſic quoque in cod. Naniano. Enimuero litteras Τ et Π in MSSt. ſaepius confuſas fuiſſe et permixtas, hodie conſtat. *Harl.*

Editor Deliciarum Lami l. m. p. 176 ſq. nutat quidem: at tamen cum quibusdam malit habere foetum ingenii homerici, et cenſet eſſe poema morale non magis quam ludicrum, ad ciues Chios monendos. *Harl.*] Iacobus contra Gaddius tom. I. de ſcriptoribus non Eccleſiaſtic. p. 2[illegible]8. *Paradoxon dicere volo, licet veriar naſutos Cenſores vel Momos. Batrachomyomachia videtur mihi nobilior propiorque perfectioni, quam Odyſſea et Ilias, imo vtramque ſuperat iudicio ac ingenio et praeſtantia texturae, cum ſit poema ludicrum excellens.*

De Galeomyomachia aliisque ſimilibus poematiis.

II. Ad imitationem huius Batrachomyomachiae ante trecentos circiter annos, neſcio, quo auctore [b]) compoſita eſt, Graecis verſibus iambicis; *Galeomyomachia* ſiue pugna murium et felis, quae a trabe denique oppreſſa muribus relinquit victoriam. Haec [ſaepius edita eſt cum Aeſopi Babriique fabulis,] cum praefatione graeca [c]) *Ariſtobuli Apoſtolii*, Hierodiaconi, Michaelis F. [graece, *Galeom. — tragoedia graeca.* Baſileae apud Io. Froben. 1518. 8.] ſubiecta Batrachomyomachiae et fabulis Aeſopicis lucem vidit Pariſ. 1549. 12. Baſil. 1574. 12. Cum latina verſione ab *Albano Torino* vulgata eſt Baſileae 1541. 8. adiuncta itidem Batrachomyomachiae et Elyſii Calentini libris tribus de bello ranarum et murium; Cebetis Tabulae aliisque. [Aliam editionem per *Io. Herwagium* Baſil. 1544. memorat *Io. Frid. Soergel*, a quo edita eſt Γαλειομυομαχία ἀδήλȣ, *h. e. felis et murium pugna, incerti auctoris, latinitati data, a I. Fr. Soergel.* Rudolphipoli. 1750. 4. cum praefatione graeca Ariſtobuli Apoſtolii, de quo in ſua agit praefatione. Contulit editionem Keſſelhudianam et aliam cum graecis aliis in vnum compactam volumen, in 12. quae interdum diſcrepat a priore. Nouiſſima editio eſt:

Die Batrachomyomachie und Galeomyomachie griechiſch, mit einer Einleitung, Anmerkungen und einem Wortregiſter für junge Leute von Auguſt Chriſtian Borheck, Doct. der Philoſ. Direktor des Gymnaſiums zu Bielefeld. Lemgo, 1789. 8.

Textum repetiit ex edit. 1538. 8. apud Herwagen: Aeſopi Phrygis fabulae, gr. et lat. cum aliis opuſculis. *Harl.*]

Fuere hinc plures, qui ad Batrachomyomachiae exemplum ſimilia ſcripta ludicra componerent etiam aliis linguis, qualis eſt Merlini Cocaii Mantuani *Moſchaea*, carmine latino elegiaco Macaronico, in quo muſcae, formicis bellum inferentes, vincuntur, regibus

b) At enim auctorem illius fuiſſe *Theodorum Prodromum*, (de quo egit *Fabricius* vol. VI. p. 799 ſqq.) patefecit cl. *Villoiſon* in Anecdotis graecis vol. II. p. 243. Inter Prodromi adhuc inedita relatum fuit illud drama a *Cangio* e codice regio, teſte *Fabricio* l. m. p. 804. (quem etiam vid. lib. V. cap. 43. pag. 223. vol. X.) et a *Zanetto* p. 282. Catalogi codd. graec. Ven. in cod. 524. Atque *Ariſtobulus Apoſtolius*, Hierodiaconus, Michaelis Apoſtolii filius, in praefatione graeca id eſſe incerti auctoris ſcripſit. „At vero, ait cel. Villoiſonius, hoc opus de mure et hoc *Prodromi* drama, in quo murium pugna deſcribitur, nihil aliud ſunt, quam *Galeomyomachia*, ſiue pugna murium et felis, quae a trabe denique oppreſſa, muribus relinquit victoriam, ad *Batrachomyomachiae* imitationem graecis verſibus iambicis compoſita." Idem vir doctiſſimus in indice ad Anecdota graeca voc. *Galeomyomachia* et *Prodromus* animaduertit, *Petrum Iacobum Martellum* ſe illius imitatorem profeſſum eſſe in ſuo dramate inſcripto *Il Re Malvagio Conſiglier peggiore*, edito p. 161 et ſqq. tom. V. theatri huiuſce cl. Tragici Itali, Bononiae. 1723. *Harl.*

c) Eam in plerisque editionibus aliis omiſſam miror, vt in Graeca *Ioh. Keſſelhudii*, Helmſt. 1670. 4. Ceterum fallitur Labbeus, qui huic Apoſtolio *Galeomyomachiam* tribuit, in Bibl. nou. MSS. p. 132. Nam in praefatione de auctore tamquam alio loquitur Apoſtolius. Τῶν μεταγενεστέρων δέ τις τὸν ποιητὴν ἀπομιμᾶσθαι βȣλόμενος, κ. τ. λ.

gibus vtrorumque pereuntibus: *Gabrielis Rollenhagenii*, Rectoris Magdeb. *Froſch-Mäuſeler-Ameiſen- und Mückenkrieg*. Argent. 1612. 8. Spectat et huc licet ſerii magis argumenti poema *Io. Poſſelii* ἀετοκορωνομαχία de caſtello Iaurino [Germanice *Raab*, quod *corvum* denotat] per Rudolphum II. capto. Roſtoch. 1604. 4. [¶]

Batrachom. editt. III. [De codicibus infra quaedam inferemus, vbi de codicibus mstis Homericis ſermo erit. Atque *Maittarius* editioni ſuae praemiſit notitiam mstorum atque editionum. Princeps editio *Batrachomyomachiae* eſt gr. et lat. ſaec. XV. in 4. ſine vlla nota. Huius editionis, plurimis incognitae, exemplar cl. *Morellus* in nota ad *Pinelli* Catalog. vol. II. p. 281. copioſe dextreque deſcribit. Folia ſex ac viginti omnino ſunt: nullam inſcriptionem poema fert; textum graecum interpretatio latina duplex comitatur: altera proſaica interlinearis, cuius initium: *Incipiens primum muſarum chorum ex helicone* etc. altera carmine facta, e regione poſita, quam *Caroli Marſuppini* Aretini eſſe cognouit cl. *Morelli*.

Homeri poetae Batrachomy machia per Karolum Aretinum, traducta feliciter incipit. 4. absque loco et anno, ſed ante a. 1500. excuſa, conſtat octo pagg.

Initio libelli eſt epiſtola *Aretini in batrachomiomachiam Homeri ad Marraſium. ſiculum.* vid. *Bure* Bibliogr. inſtruct. B. L. I. nr. 2510. Videtur haec *Aretini* verſio poetica ſeparata eſſe particula editionis principis memoratae, aut *Burii* exemplar deſtitutum eſſe textu graeco. — Fabricius in ora ſui exemplaris ex Giornale d'Italia, tom. X. p. 480. notarat editionem Parmenſem 1492. 4.

Princeps edit. olim habebatur, quae graece prodiit cum gloſſis interlinearibus, charactere rubro diſtinctis per *Laonicum Cretenſem*, Venet. 1486. 4. Neque, vti ſcripſerat Fabricius, litteris capitalibus typis deſcripta eſt, neque Muſaei poema habet adiunctum, monente illuſtriſſ. *Comite de Reviczky* in Catalogo ſ. Bibl. gr. et lat. p. 2. *Alter*, qui Harwoodianam editionum notitiam germanice vertit et auxit p. 3. neſcio, vnde? editionem gr. cum litteris rubris ac nigris alternatim impreſſis, Mediolani 1485. 4. affert; atque *Ioſ. Ant. Saxius* in Hiſtor. litterar. typographica Mediolanenſi p. DLXXXI. ex indicio tantum cuiusdam, qui ipſe nobiliores editiones Mediolanenſes collegiſſet, illam commemorat: alii dubitant, num exſtiterit vnquam: quam litem ſecundum viſum dirimere, audeo nullus. conf. *Bure* Bibliogr. inſtructive, B. L, tom. I. nr. 2508. p. 215.

Hom. Batrach. Florent. 1488. ex iudicio cel. *Adelungii:* niſi ſit addita Operibus Hom. Florent. illo anno editis; ſed de editionibus plenis carminum Homer. quibus adiungi ſolet Batrach. infra cap III. locus erit diſſerendi.

Hom. Batrach. graece excuſa Pariſ. 1507. curante *Franciſco Tiſſard*. vid. Chevillier Orige de l'Imprimerie de Paris. p. 249.

Hom. Batrach. — gr. et lat. *Thilemino Philemno* interprete. 1513. 4. Editio rariſſima, ſine accentibus impreſſa. vid. Catal. *Askew* p. 69. Biblioth. *Erneſti* p. 142. (*Erfurti* ſuſpicatur Erneſti in praefatione editam eſſe 1515. a *Thilemino Cunrado*, poeta laureato, de quo pauca narrat.)

Hom. Batrach gr. et latine. (in calce: Epitaphium in Homerum Antipatri Sidonii) vna cum Aeſopi fabulis, Muſaeo, Agapeto, Galeomyomachia etc. (ita tamen, vt ſinguli libri peculiares habeant ſuas inſcriptiones, praefationes et paginas, ac ſinguli ſeparatim poſſint compingi.) Baſileae apud Io. Frobenium. 1518. 8. — ibid. 1530. 8. etc.

Hom Batrach cum Muſaeo et Orpheo. Florent. apud heredes Iuntae. 1519. 8.

Hom.

Hom. Batrach. graece. Lutetiae apud Chr. Wechelum, 1530. 8. vid. Biblioth. Beckeri, part. I. p. 44.

Hom. Batrach. gr. et lat. a *Leonhardo Lycio* emendata, Lipſiae 1540. 4. vid. *Chriſtii* Biblioth. part. II. p. 113. *Reviczky* Catal. p. 7.

Familiarium colloquiorum formulae, gr. et lat. Cebetis Πίναξ. — Γαλεωμυομαχία — *Tragoedia gr.* — Βατραχομυομ. *cum ſcholiis Phil. Melanchthonis. Eliſii Calentii Amphratenſis de bello Ranarum et Murium libri III.* Andr. Guarnae de bello inter grammaticae reges lib. I. Baſil 1541. — alia editio, Antwerp. in aedibus Io. Steelſii, 1547. (typis Io. Graphei.)

Hom. Batrach. cum Aeſopo, gr. et lat. Tubingae 1546. 8.

Hom. Batrach. gr. et lat. a *Leonh. Lycio* emendatius edita. Acc. *Phil. Melanchthonis* et *Henr. Stephani* annotatt. et *Sim. Lemnii* conuerſio verſibus heroicis. Lipſiae in offic. E. Voegelini. 1549. 4. — ibid. 1550. 4. — *Lycii* edit. eſt critica, eiusque lectiones Erneſti aliique ſaepe reuocarunt aut amplexi ſunt.

Hom. Batrach. et Hymni gr. Pariſiis, apud Guil. Morellum. 1588. 8. vid. Catal. biblioth. Lugdun. Bat. p. 186.

Hom. Batrach. gr. cum ſcholiis *Melanchthonis.* Parif. 1560. 4. vid. Bibl. Askew. p. 69.

Hom. Batrach. cum ſcholiis eiusdem. Pariſ. apud Theodor. Richardum. 1562. 4. vid. Bibl. Reviczky l. m. et bibl. reg. Pariſ.

Hom. Batrach. opera *Leonhardi Lycii.* Lipſiae 1566. 4. vid. Biblioth. Erneſti, p. 141. Idem Erneſti in praefat. ad Batrach. laudat hanc editionem et emendatiorem et pleniorem, cuius exempla habeant verſus CCCX. cetera autem CCXCIV.

Hom. Batrach. cum Aeſopo. Lugd. 1570. 16. vid. Biblioth. Askew. p. 33.

Hom. Batrach. in *Matth. Dreſſeri* Gymnaſm. litteraturae gr. Lipſiae. 1575. 8.

Hom. Batrach. gr. et lat. apud Fed. Morellum. 1580. 4. vid. Bibl. Askew. p. 148.

Hom. Batrach. gr. et lat. opera *Leonh. Lycii*, cum notis *Phil. Melanchthonis* et *Henr. Stephani.* Acc. *Io.* ab *Hoeckelshouen* diſpoſitio poematis. Francofurti 1604. 4.

Hom. Batrach. opera *L. Lycii* cum notis *Phil. Melanchthonis* et *Matth. Dreſſeri.* Lipſiae 1607. 8. ibid. 1622. 8.

Hom. Batrach. gr. et lat. in *Caſp. Dornauii* amphitheatro Sap. 1619. fol.

Fabulae Aeſopicae et Auiani. Accedit *Ranarum et murum pugna*, gr. et lat. cum figg. *Solis*, chalcographi Norib. Lugd. Bat. 1626. 8.

Hom. Batrach. ex *Dan. Heinſii* recognitione, cum eius verſione, Aeſopicisque ſelectis et Auieni fabulis. Lugduni 1632. 8. quam edit. Fabricius iam indicarat.

Hom. Batrach. graece. Pariſ. apud Libert. 1637. 4. Editio rariſſima. vid. Bibl. Askew. p. 70.

Hom. Batrach. gr. et lat. Lubecae. 1611. 4.

— — — cum Aeſopo. Venet. 1709. 8.

Hom. Batrach. gr. et lat. cum comment. *Herm. von der Hardt.* Helmſtad. 1717. 8.

Hom. Batrach. graece, ad veterum exemplarium fidem recuſa; gloſſa graeca; variantibus lectionibus, verſionibus latinis; commentariis et indicibus illuſtrata. Londini. 1721. mai. 8.

Maittarius, editor, ad verbum, lineis praeterea rubris et nigris alternis, recudendam curauit editionem Venetam a. 1486. Rareſcere incipit, quod tantum 204 exemplaria exierunt

runt e praelo. Inſunt vero Notitia manuſcriptorum et editionum; variae de Batrach. auctore ſententiae. *Batrach.* gr. cum gloſſ. ad edit. Venet. mem. *Eadem* gr. ad editionem Florent. a. 1488. Gloſſemata ab graeca, numquam edita: variae lectiones. *Batrach.* verſibus latinis *Caroli Aretini* et *Franc. Velleru.* Comment. ex variis editionibus: amplior editionum gr. et lat. quas haec exhibet, notitia: Editoris adnotationes.

Homers Batrachomyomachie, griechiſch mit deutſchen Anmerkungen von Christ. Tobias Damm. Berlin 1735. 8.

Idem *Damm* edidit ibid. *Batrom.* graece, cum indice gr. et lat. 1736. 8.

Hom. Batrach. graece et lat. Luccae 1745. 4.

Hom. Batrach. cum Phaedri et Auiani fabulis. Patauii, 1740. 12.

Hom. Batrach. e recenſione et cum notis I. A. Erneſti. — recudi curauit, ſuisque notis auxit *Io. Adam Schier*, Lipſiae 1765. 8.

Hom. Batrach. gr. cum verſione germanica, eaque metro heroico confecta, (auct. *Willamou.*) Petropoli. 1771.

Die Batrachomyomachie und Galeomyomachie, griechiſch, mit einer Einleitung, Anmerkungen, und einem Wortregiſter für junge Leute von August Christian Borheck. Doctor der Philoſ. Director des Gymnaſium zu Bielefeld. Lemgou. 1789. 8.

Borheck ſequutus eſt recenſionem *Wolfii*, Prof. Halenſis cel. In introductione agit de carmine comico heroico et de hac Batrachom. quam Homero abiudicat. In notis copioſa tam critica quam exegetica paſſim affert argumenta, quibus Wetſtein, Maittarius aliique vſi ſunt, ad probandum, Homerum poematis auctorem non eſſe. Clarkii notas, quas Erneſti in ſua Homeri editione omiſerat, paſſim reddidit.

De verſionibus gallicis et latinis infra cap. 3. plura differam. De verſionibus italicis vid. *Iac. Mar. Paitoni* Bibliotheca degli autori antichi greci e latini volgarizzati etc. tom. III. Venet. 1774. 4. p. 16 ſqq. vbi ſequentes copioſe indicat, quas h. l. repetam, quoniam interdum occurrit textus graecus additus:

La Batracomiomachia d'Omero tradotta in terza rima da *Giorgio Sommariva.* (in fine.) In Verona MCCCCLXX. (1470.) in 8.

La Guerra de' Ranocchi, e de' Topi tradotta in rime Anacreontiche da *Angiol Maria Ricci* etc. in Firenze. 1741. 8. Riccius vindicat carmen Homero.

La Batracom. d' Omero *greca*, *latina*, (*Aretini*) e *italiana.* In Venezia — 1744. 4. (editore et verſionis italicae auctore *Antonio Lavagnoli*, P. P. Patau. qui in praefat. culpat Sommarivae et Riccii interpretationes.)

La Battaglia delle Rane, e de' Topi di Omero, tradotta in Ottava Rima dal Signor *D. Antonio Migliarese.* (Di eſſa ſi è detto il biſogno in *Fedro* tom. II. p. 68. ſubiecit Paitonus.) conf. editorem Lami Deliciarum etc. tom. I. p. 178. not.

Addi debet e Bibl. *Firmiana* vol. V. p. 70. — La Batracomiomachia in ottava rima di *Antonio Jerocades*, con una Diſſertazione, in cui ſi parla tra gli altri anco di Omero. Sta coll' Eſopo alla moda etc. di detto Ierocades. Napoli. 1779. 8.

Nouiſſima verſio eſt italica; aut potius repetitio:

La Batracomiomachia di Homero volgarizzata da *Antonio Lavagnoli*: Si aggiungono due Elegie di Callimaco, volgarizzate dall altro traduttore. (*Ceſari.*) Veronae. 1788. 8. *Harl.*]

Philipp.

Philipp. Melanchthon ſcopum poematis eſſe exiſtimat, vt odium turbarum et ſeditionum animis legentium inſtilletur. *Petrus* vero *la Seine* lib. de Nepenthe Homeri cap. 1. p. 1341 ſq. tom. XI. theſaur. Antiqq. gr. Gronouiani, putat, Homerum ad victus potusque continentiam iuuenes voluiſſe informare. Latino Carmine reddita a *Simone Lemnio*: et a *Iacobo Balde* Ieſuita, Monachii, An. 1637. 12. *Caroli* praeterea *Aretini* Metaphraſin latino Carmine compoſitam memorat *Labbeus* p. 67. Bibl. nou. MSS. apud quem p. 201. male *Arſenio* legitur pro Aretino. [De illa iam antea diſſerui.] *Euſtathius* quoque Theſſalonicenſis Archi-Epiſcopus Batrachomyomachiam commentario illuſtraſſe fertur; ſed parum certa fama, vt notaui infra cap. 3. vbi etiam de verſione Graecobarbara *Demetrii Zeni* a Martino Cruſio vulgata et illuſtrata, Gallicisque *Macaulti* et *Royhieri*. In Caſpari Dornauii Amphitheatro ſapientiae Socraticae iocoſeriae, quo in opere ſcripta ingenioſa de rebus ludicris vilibusque et paradoxa encomia aut vituperationes congeſſit, primo ſtatim loco Tom. I. ponitur Batrachomyomachia et Galeomyomachia graece et latine ex editione *Albani Torini*. Tum poema eiusdem argumenti Pariſiis 4. pridem editum auctore *Eliſio Calentino*. et Metaphraſis Batrachomyomachiae Homericae ab *Henr. Smetio* ſcripta verſibus Heroicis. Hanou. 1619. fol.

Hymni. IV. HYMNI XXXII. d) [XXXIIII. in cl. Wolfii editione,] quorum tres [quatuor] primi in Apollinem, Mercurium ac Venerem [et Cererem] prolixiores ſunt; reliqui breuiores, vtrum Homerum auctorem habeant, ſimiliter iam olim ambiguum fuit e). Nam, vt

d) Perſuaſum antiquis fuit, Deos hymnis magis delectari, quam ſacrificiis. Scholia ad Iliad. ά, 477. διδασκόμεθα, ὅτι πλέον τῶν θυσιῶν τέρπονται οἱ Θεοὶ τοῖς ἰδίοις ἕκαστος ὕμνοις. *Fabric.* conf. *Groddeck* l. m. p. 13 ſqq. vbi etiam de diſcrimine hymnorum Orphicorum atque Homericorum agitur; atque p. 20. Homericorum hymnorum hoc veluti peculiare ac proprium ita conſtituitur, vt *vnum tantum numinis factum*, *vna fabula ad deum pertinens*, ita narretur, vt, ſi principio et fine carmen priues, maneat fere abſolutum opus, ſcilicet rei, a numine geſtae, continua narratio, epicorum poetarum more prolata. *Harl.*

e) De hymnis veterum graecorum vide *Frideric. Snedorf* in docto libello, *de Hymnis veterum graecorum*, Hafniae et Lipſiae, 1786. 8. qui tamen homericos hymnos prorſus intactos conſulto reliquit, et quae ſupra ad lib. I. cap. 18. p. 152 ſq. adnotata ſunt. Nemo tamen de hymnis homericis melius eſt meritus, quam cel. *Ruhnken.* in Epiſtola critica I. in Homeridarum hymnos et Heſiodum, (Lugduni Bat. 1749. 8. quam multo doctiorem et locupletiorem recudi fecit poſt Homeri Hymnum in Cererem, Lugd. Bat. 1782. 8.) atque cl. *Gottfr. Erneſtus Grodaek*, in Commentatione de Hymnorum homericorum reliquiis, Göttingae, 1786. 8. Hodie vero plures homerici hymni numerantur, quam XXXII. Barneſius quidem in ſua editione numerat XXXIII. ſed vide notam illius, p. 87. atque Erneſti in ſua editione vltimum, quod addiderat Barneſius, omiſit. At e codice Moſcouienſi ſedulitate cl. *Matthaei* erutus eſt *H. in Iovem*, de quo poſtea ſermo erit, cum fragmento *H. in Bacchum*, quos recepit cel. *Wolf* inter hymnos homericos, ad calcem Hom. Odyſſeae, Halae, 1784. 8. et addidit aliud *Hymni in Bacchum* fragmentum, a Diodoro ſeruatum, quod hucusque inter Homeri fragmenta latuit. Homerum ceciniſſe hymnos, plane negari non poteſt; ſed, num omnes, (vt putarat *Pauſan.* Boeot. cap. 30.) adeoque ii, qui hodie ſub eius nomine circumferuntur, illum habuerint auctorem, maxime dubitandum eſt, plurimos certe eſſe ſerioris aetatis, fit manifeſtum. Fragmenta genuinorum Homeri hymnorum ineſſe poſſunt, quae alii hymnis ſuis intexuerint, atque, feliciter imitando et propter longum cum ingenio ſtiloque Homeri vſum, bene adſequendo veneres virtutesque carminis homerici, ita retulerint formam, vt vel antiquioribus temporibus etiam ſagaciores decepti adducerentur ad credendum, Homerum vel nonnullorum vel plurium fuiſſe parentem. Hinc *Lilius Gyraldus* de poetica hiſtoria, dialog. 2. hymnos propter dicendi filum non minus quam carminis maieſtatem Homero cenſet adſcribendos, etſi, vt ait, nonnullis in locis mendoſe parumque caſtigate legantur. Hinc etiam

vt vitam Homeri, tum eam, quae Plutarcho tribuitur, tum alteram Anonymi editam ab Allatio praetereuntem, quae Hymnos et reliqua Homero adſcripta omnia, ſolis Iliade et Odyſſea exceptis, aliena a tanto auctore eſſe putant, *καὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς δυνάμεως ἕνεκα, et propter rem ipſam et propter vim elocutionis: Scholiaſtes Pindari* ad Nemeonicas Od. 2. [p. 331. edit. Oxon.] hymnum in Apollinem teſtatur tributum *Cinaetho Chio*, qui circa Olympiadem LXIX. floruit, Ἦν δὲ ὁ Κύναιθος Χῖος, ὃς καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων τὸν εἰς Ἀπόλλωνα γεγραμμένον ὕμνον λέγεται πεποιηκέναι. Sic et *Athenaeus* lib. I. cap. 19. p. 22. C. Homeridarum quemdam auctorem ſuſpicatur: Καὶ Ὅμηρος δὲ ἢ τῶν Ὁμηριδῶν τις ἐν τοῖς εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνοις φησί. Φόρμιγγ' ἐν χείρεσσιν ἔχων χάριεν κιθάριζε καλὰ καὶ ὕψι βιβάς. quae hodie leguntur in hymno in Apollinem v. 515. niſi quod pro χάριεν ibi occurrit ἀγαθόν. *Herodorum*, neſcio quem, ſcriptorem hymnorum Homero tributorum facere

etiam *Stephanus Berglerus* in praefat. ad Odyſſeam p. 17. hymnum in Mercurium inprimis Homeri ingenio dignum cenſebat. Atque is hymnus, vt cel. *Ruhnken.* in Ep. crit. I. p. 28. commonſtrauit, ita placuit *Callimacho*, vt non vnum locum imitando exprimeret. Abb. autem *Souchay* in diſſ. de hymnis veterum, (in Memoires de l'Acad. des Inſcr. tom. XVI.) p. 97. cum *H. in Apollinem*, tum inprimis propter teſtimonia veterum, (quae etiam indicauit *Barneſius* ad initium huius hymni,) praecipue Callimachi, *H. in Mercurium*, foetus eſſe ingenii Homerici genuinos, haud dubitanter pronuntiauit. Enimuero nihil aliud effici poteſt, ac illud, iam perantiquis temporibus nonnullos hymnos fuiſſe adtributos Homero, et mature factam eſſe collectionem hymnorum, qui dicebantur Homerici. Felix enim Homericae poeſeos imitatio facile illudere potuit homines. Nam, vt iudicat *Ruhnken.* l. m. p. 4. nihil ex omni antiquitate ſupereſt, quod auream illam Homeri ſimplicitatem, natiuamque elegantiam referat planius hymnis homericis: de pluribus equidem id dicerem, compara tamen iudicium *Groddeckii* l. c. p. 12 ſq. Sed plura de illis et a Fabricio et a me mox dicentur. Pauca dabunt editor Lami Deliciarum etc. tom. I. p. 179 ſq. et *Koeppen* Ueber Homers Leben und Geſänge, p. 61. *Harl.*

f) Scholiaſtae ſententiam ſequitur quidem *Fulvius Vrſinus* in Virgilio cum graecis ſcriptor. collato, ad Ecl. IV. 59. p. 45 ſq. edit. Valckenar. at ſcholiaſtae opinionem iam bene refutauit rationibus chronologicis Barneſius ad illum hymnum ab initio, et ad verſ. 146. nam incredibile eſt, Thucydide hiſtoriam condente Olymp. LXXXIX. Cynaetho autem vix totis quadraginta annis prius viuente, tam breui temporis interuallo hoc carmen tantam vetuſtatis opinionem conſequutum eſſe, vt a Thucydide adſcriberetur Homero. Neque *Ruhnken.* l. c. p. 7. dubitat ire in Barneſii ſententiam. adde *Groddeck* l. c. p. 11. not. et Villoiſonii Anecd. gr. II. p. 183. not. Tutius igitur erit iudicium, auctorem huius, ſicut ceterorum hymnorum, eſſe incertum. Id autem certius eſt, *Hymnum in Apollinem*, qui in ſcriptis editisque libris vnus eſt, vel in binos, vel in plures Hymnos eſſe diuidendum; priorem ſententiam amplectitur *Ruhnken.* l. c. p. 7. quem ſequutus videtur cl. *Wolfius*, qui in ſua Homeri editione priorem hymnum a poſteriore, maiori ſpatio poſt v. 178. interiecto, ſeparauit. Poſteriorem ſententiam latius explicat ornatque *Groddeck* p. 29 ſqq. Plures quidem in Apollinem hymnos, qui ſub Homeri nomine ferebantur, olim in multis libris ſparſim exſtitiſſe, adparet ex Athenaei loco, a Fabricio iam excitato. Hos igitur ab iis, qui hymnorum anthologiam conderent, collectos atque continuo deſcriptos eſſe, et hymnum noſtrum in Apollinem Homericum plurium, quae ad Apollinem ſpectarent, fabularum velut complexum ac ſeriem eſſe, quinimo quinque fragmentis conſtare, ex mira illa argumenti, quae in hymno obſeruatur, diuerſitate, cum vario ſermonis ornatu et colore ex ipſaque partium forma oſtendit doctiſſ. Groddeck, idemque multas praeclaras ad hymnum rite intelligendum in medium protulit animaduerſiones. Quando *Clarkius* ad Iliad. γ'. 385. et Iliad. β', 43. ab inconſtantia proſodiae argumentum ſumit H. in Venerem et Epigrammata non vtique eſſe Homeri, ſed recentioris cuiusdam poetae, id nec tutum eſt, nec plenum ad perſuaſionem. vide quoque *Ruhnken.* Ep. crit. I. p. 52. *Harl.*

cere videtur Scholiaſtes Apollonii ad lib. II. v. 1215. [g]) τὰ δ' αὐτὰ περὶ τοῦ Τυφῶνος καὶ Ἡρόδωρος φησὶν, ἔνθα καὶ περὶ τῆς Νύσης ἱστορεῖ λέγων· [¶]

> Ἔστι δέ τις Νύση, ὕπατον [h]) κέρας, ἀνθέον ὕλῃ.
> Τηλοῦ Φοινίκης σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων.

Diodorus Siculus vero eosdem verſus proferens lib. IV. cap. 2. diſerte laudat *Homerum* in hymnis, καὶ τὸν Ὅμηρον δὲ τούτοις μαρτυρῆσαι ἐν τοῖς ὕμνοις ἐν οἷς λέγει· ἔστι δέ τις etc. Et lib. III. cap. 65. μαρτυρεῖ δὲ τοῖς ὑφ' ἡμῶν λεγομένοις καὶ ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς ὕμνοις etc. quo in loco duobus illis verſibus ſex alios praemittit; ſed qui in Hymno in Bacchum, quem hodie ſub Homeri nomine habemus, nulli exſtant, non magis, quam illi bini, quos adſcripſi. [*Erneſti* inter fragmenta homerica recepit p. 135. ita tamen vt in penultimo verſu e Diodoro Sic. III. 65. p. 235. cum Weſſelingio ederet ὕπατον ὄρος, et e codd. apud Weſſeling. adderet verſum quintum Κυσαμένη Σεμελῃ. etc. Wolfius in ſua edit. fragmentum illud inter hymnos hom. nr. 26. repoſuit, verſum autem Κυσαμένη etc. inter verſum 3. et quintum reiecit. Praeeunte Ruhnkenio ad fragm. H. in Bacchum ab initio. *Harl.*] Sed et Pauſanias lib. II. cap. 14. p. 143. ex *Homeri hymno in Cererem* tres verſus adfert, et alios tres lib. IV. cap. 30. p. 354. qui hodie inter adſcriptos Homero hymnos ſimiliter non comparent [i]), vbi trium tantum verſuum ὑμνῳδία in hanc Deam legitur, quique ſunt inſuper diuerſi ab iis, quos memorat Pauſanias, vt poſt Xylandrum, notauit *Spanhemius* ad Callimachum p. 2. et 650. *Iohannes* quoque *Tzetzes* praeter Homeri hymnos in Deos memorat etiam ipſius ὕμνους νυμφικούς. *Porphyrius* lib. de antro Nympharum p. 255. [p. 8. edit. Goenſ.] laudat hymnum in Apollinem, non addito auctoris nomine, et verſus quatuor ex eo recitat, qui in Homericis hymnis hodie non exſtant. Ὅτι δὲ καὶ ταῖς νύμφαις ἀνετίθεσαν ἄντρα, καὶ τούτων μάλιστα ταῖς Ναΐσιν, αἳ ἐπὶ πηγῶν εἰσὶ, κἀκ τῶν ὑδάτων, ἀφ' ὧν εἰσὶ ῥοαὶ, Ναΐδες ἐκαλοῦντο, δηλοῖ καὶ ὁ εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνος, ἐν ᾧ λέγεται. Σοὶ δ' ἄρα etc. Ceterum ſcriptor antiquiſſimus *Thucydides* proferens tredecim verſus, qui hodieque in hymno Apollinis occurrunt v. 146 — 150. et 165 — 172. ſine tergiuerſatione auctorem laudat Homerum, lib. III. cap. 104. δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν· ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε, ἅ ἐστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος, ad quem locum Scholiaſtes notat, ἐκ προοιμίου idem eſſe, ac ἐξ ὕμνου· ὕμνους γὰρ, inquit, τὰ προοίμια ἐκάλουν [k]).
Ab

g) Eadem Scholiaſtae verba exſcripſit *Eudocia* in Ἰωνιᾷ p. 407. de Typhoeo. Enimuero *Herodorum* non poſſe auctorem haberi, nec locum eſſe ſanum mutilumque, clare commonſtrarunt *Ruhnken.* pag. 7. et *Groddeck* p. 13. not. Ille igitur, alias clarus duobus praecipue ſcriptis, *Heraclea* et *Argonauticis*, ſi, quod *Ionſius* in ſcr. hiſt. phil. II. 2, 5. contendit, Theophraſti fuit aequalis, recentiore vixit aetate, quam vt carmina eius pro Homericis potuerint haberi. Tum ſcholiaſtes ipſe non tamquam certam atque indubitatam ſententiam edixit, ſed φησί ſcripſit: nec auctoritas eius hac in re multum valet: denique ſcholion eſſe mutilum, et ante binos verſus adlatos nomen poetae, cui illi debentur, excidiſſe, iudicat Ruhnken. cum *P. Weſſelingio* ad *Diodorum Sic.* I. pag. 19. *Harl.*

h) Apud Diodor. Sic. ἄβατον ὄρος legitur. ὄρος gloſſema eſt pro κέρας. Neque enim aſſentior *Iohanni Ienſio*, qui in lectionibus Lucianeis lib. II. cap. 6. p. 184. apud Scholiaſten Apollonii ὄρος reſcribendum monet. Viciſſim ὕπατον videtur mihi gloſſema eſſe pro ἄβατον, et ex Diodoro apud Scholiaſten reſtituendum. *Fabric.* a quo tamen diſſentit *Weſſeling.* ad Diodor. Sic. III. 65. pag. 235 ſq. Ienſioque accedit. *Harl.*

i) Sed exſtant in Hymno Moſquae reperto, v. 417 — 420. et v. 479 — 481. ad quos vid. Ruhnkenii notas. *Harl.*

k) Adde *Menag.* ad Laertium VIII. 57. qui falſo

Ab *ὕμνος* nempe, quod *cantum* denotat, teſte Heſychio. Praeterea ſcriptor Certaminis Homeri et Heſiodi primum verſum Hymni in Apollinem *l*) memorat, qualis hodie legitur: *ἐνδιατρίψας δὲ τῇ τῶν Ἀργείων πόλει χρόνον τινά, διέπλευσεν εἰς Δῆλον εἰς τὴν πανήγυριν. καὶ σταθεὶς ἐπὶ τὸν κεράτινον βωμὸν λέγει ὕμνον εἰς Ἀπόλλωνα, οὗ ἡ ἀρχή·*

Μνήσομαι οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο.

Inde *Κοίρανος ὕμνων* dicitur Homerus veteri Poetae apud Suidam in *Μαιονίδης*. Pauſanias [libr. IX. cap. 30. fin.] etiam cum Stephano Byz. in *Τευμησσὸς*, Thucydide ac Diodoro Siculo, non tantum credidit, auctorem hymnorum eſſe Homerum, verum elegantia verſuum, Orphicos etiam hymnos ab Homericis vinci ac [?] ſuperari, licet illi plus religionis prae ſe ferant, affirmat lib. IX. p. 771. *κόσμῳ μὲν δὴ τῶν ἐπῶν δευτερεῖα φέροιντο ἂν* (οἱ Ὀρφικοὶ) *μετὰ Ὁμήρου γε τοὺς ὕμνους, τιμῆς δὲ ἐκ τοῦ θείου καὶ ἐς πλέον ἐκείνων ἥκουσι.* Audacter praeterea Homero hymnos adſcribit Herodotus, ſiue quisquis auctor, in Poetae vita cap. 9. et a iuuene Homero ſcriptos innuit *m*). Suidas *n*) quoque inter Homeri Scripta refert hymnos, quorum

ſo putat, ex h. l. oſtendi poſſe, Thucydidem omnes, vt Homericos, agnouiſſe, et *Ducker* ad Thucyd. locum pag. 572. vol. II. exempli Bipont. ſic quoque *Pauſan.* X. 8. Ἀλκαῖος ἐν προοιμίῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα, pariter antea H. in Apoll. vocat *Plato* in Phaedone cap. 4. τὸ εἰς τὸν Ἀπόλλω προοίμιον, vbi cel. *Fiſcher*. p. 247. plura collegit, et voc. explicuit. *Pindaro* Pyth. I. 6. vocatur φροίμιον vid. not. in edit. Oxon. p. 166. *Harl.*

l) Hunc [igitur propter fidem Thuc. genuinum eſſe putauit Camerar. in variis lect. illius editioni Thucyd. praemiſſis, ac lectionis varietatem adfert ex cod. antiquo: cumque] ſolum inter hymnos Homero tribuendum putat *Steph. Berglerus* praef. ad Homerum edit. Wetſten. licet obſeruet, Virgilium quoque aliquot loca reliquorum hymnorum eſſe imitatum. *Fabr.* De *Thucydidis* loco et teſtimonio vid. *Ruhnkenii* Ep. crit. I. p. 8. et *Groddeck* l. m. p. 9. et 11 ſq. Id quidem ex *Thucydidis* teſtimonio colligi poteſt, iam illius tempore hymnos quosdam Homero fuiſſe adſcriptos, aut collectionem quandam eiusmodi hymnorum iam factam eſſe: num autem reuera illius illorumue auctor fuerit Homerus, alia quaeſtio erit, nec omnino definita. *Harl.*

m) A qua ſententia parum abeſt *Riccius* in Diſſ. Homer. I. p. 6. *Harl.*

n) Enimuero ad hanc controuerſiam componendam parum valet auctoritas Herodoti, ſiue quisquis eſt auctor vitae homericae, Suidae, Stephani Byzantini, Tzetzae aliorumque vel aeque recentiorum, vel aeque ſubleſtae fidei hominum, quibus aliorum verecundius iudicium opponi poteſt. Nam *Proclus* in fragmento de vita Homeri p. 11. in Biblioth. der alten Kunſt etc. Ined. vbi ſcripta Hom. enumerat, nullam plane Hymnorum facit mentionem. *Apollonius* Sophiſta in Lexico Homerico voc. φιλομμειδὴς negat, ab Homero Apollinem dictum fuiſſe Λητοΐδην, *Latonae filium*, et tamen id cognomen in H. in Mercurium ſaepius occurrere, docet in nota cel. *Villoiſonius* p. 830. qui inde ſollerter colligit, Apollonium videri tacitum auferre Homero illum hymnum. Tum Auctor anonymus vitae Hom. a Fabricio initio huius paragraphi iam adductus, negat, Homerum praeter Iliada atque Odyſſeam vllum aliud conſcripſiſſe poema, quod genuinum eſſet ducendum, et ſchol. Nicandri ad Alexiph. v. 130. ἐν τοῖς, ait, εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένοις ὕμνοις λέγεται: quorum teſtimonia quoque excitauit *Groddeck* p. 12. (coll. *Ruhnkenio* in praef. ad H. in Iouem.) Thucydidis, inprimis Diodori ac Pauſaniae, multo iuniorum, aetate, fama et anthologia quaedam aut potius plures fuerint hymnorum homericorum, ab Homeridis aut Rhapſodis confectorum, vti iam ſupra coniecimus, atque a doct. *Groddeckio* a p. 21 — 28. et per integram ſectionem II. vberius eſt expoſitum. Is quoque cauſſas ſollerter inquiſiuit, cur Homero fuerint adtributi, et, cui illos debeamus, ſcite expiſcatus eſt: idemque p. 59 ſqq. latius expoſuit, alia hymnorum fragmenta ex epicis carminibus vel prooemiis repeti poſſe; alia, (vt *Hymnus in Martem*, quem iam *Ruhnken.* Ep. crit. I. p. 60. ſenſerat, tam alienum eſſe ab indole Homericorum, tamque ſimilem Orphicis, vt non ab Homerida, ſed ab auctore orphicorum hymnorum profectus videatur,) ex Orphicis huc immigraſſe; alios eſſe hymnos dithyrambicos; alios eſſe Luſus. Legatur v. c.

vero, quibus plura ſcire volupe ſit, expendantque doctiſſimi hominis rationes, erudite explicitas. Adde Memor. ac. reg. Pariſ. vol. XVI. p. 97 ſqq. et *Clodii* diſſ. de ſublimitate Hom. p. 115 ſqq.

Supereſt, vt de *Hymno in Cererem*, ad quem adluſit ſcholiaſtes Nicandri paullo ante excitatus, et ex quo *Pauſaniam* verſus quosdam laudaſſe, iam Fabricius in hac paragrapho ſignificauit, pauca ſubiiciam.

Ab Homero ipſo illum hymnum non eſſe concinnatum, ſed ab incerto antiquo auctore, aeuo autem Ptolemaeorum Homero, vt maior carmini auctoritas pretiumque conciliaretur, ſuppoſitum, *Ruhnken.* in praefatione ad primam editionem abunde liquidoque demonſtrauit. Quando vero is exiſtimat, auctorem hymni ſtatim poſt Homerum vel Heſiodi aetate vixiſſe, ab illo diſſentit *Groddeck* l. m. pag. 46. quod in ſplendido de myſteriis Eleuſiniis loco vſſ. 483 — 487. notiones contineri arbitratur, a priſca illa aetate alienas et ſeriori multo tempori accommodatas, quum ſubtiliora philoſophemata in teletis his tradi coeptum eſſet. Enimuero forſan vel hic hymnus conſtat pluribus fragmentis, aut ex aliis poſthaec repetitae atque intextae ſunt particulae. Plures enim huius argumenti hymnos olim exſtitiſſe, et in his diſerte laudari a *Pauſania* lib. I. cap. 38. 39. IX. cap. 31. Cereris encomium, quod ſub *Pamphi* nomine circumferebatur, ipſe Groddeck adfirmat, et ad illius exemplar, noſtrum, Homericum vulgo dictum, eſſe perſcriptum, ob narratae fabulae cum iis, quae e Pamphi hymno enotauit Pauſanias, convenientiam, cum *Ruhnkenio* ad vſſ. 99. et 105. ſuſpicatur. Ipſe vero argumentum Hymni noſtri p. 43 ſqq. commode explicat. Hymnum noſtrum eſſe ex antiquiſſimis, ſecundum cl. *Mitſcherlich* in praef. edit. illius p. 20. cum ſimplex narrationis ordo orationisque docet indoles, tum teſtimonio Pauſaniae euincitur. Contra *Ignarra* in Emendatt. noſtri hymni pag. 239 ſqq. edit. Mitſcherl. omnes intendit neruos ingenii, vt oſtendat, hymnum noſtrum non eſſe vnius aeui, eiusdemque artificis manu contextum, ſed Pauſania multo recentiorem, et ex Pauſania variisque grammaticorum, qui aetatem non tulere, nec tamen concoloribus, fruſtis conſutum, cui proinde potius Rhapſodiae, quam poeſeos nomen ex vero conueniret. At enim Apollonium Rhodium aliosque multa eiusdem loca imitatione manifeſta expreſſiſſe, Ruhnkenius ac Mitſcherlich monſtrarunt, atque poſterior Ignarrae rationes vberius examinauit atque euertit. Princeps vero, qui detegeret egregium hoc antiquitatis monimentum, fuit cel. *Matthaei*, in praeſenti Profeſſor graecarum litterarum in vniuerſitate Wittebergenſi. Is, quum adhuc Mosquae litteras doceret bonas, incidit in codicem Homeri, ſcriptum quidem ſub finem ſaeculi XIIII, ſed ex veterrimo praeſtantiſſimoque ductum, qui praeter fragmentum Iliadis, editos Hymnos XVI. vulgari fere ordine complectebatur. In illo codice *H. in Cererem*, (quod prodit Mitſcherlich p. 7. praefat.) ſtatim poſt fragmentum H. in Bacchum, quod primum locum obtinet, non, quod *Ruhnkenius* in praef. p. V. docebat, poſt vltimum H. XVI., Matthaei reperit, et vna cum fragmento *H. in Bacchum* atque variis reliquorum hymnorum lectionibus pro ea, qua floret, humanitate atque liberalitate, quam ego ipſe expertus ſum, miſit apographum cl. *Ruhnkenio*, cuius cura prodiit:

Homeri Hymnus in Cererem; (graece) *nunc primum editus a Dauide Ruhnkenio*, (qui eruditas ſubiecit adnotationes, et adiecit ex eodem codice fragmentum hymni in Bacchum, ex cuius deperdita parte *Diodorus Sic.* nouem verſus conſeruauit, hymnumque Homero diſerte tribuit lib. I. 15. p. 19. III. 65. p. 235. IV. 2. p. 248. vid. *Ruhnken.* qui etiam ὕπατον ὄρος cum Weſſelingio praefert alteri, [de qua vid. Fabric. in nota,] ὕπατον κέρας.) Lugd. Batau. 1780. 8.

Quod autem cl. *Matthaei* interea animaduerterat, aciem oculorum inter deſcribendum effugiſſe poſt vſ. 198. viginti verſus, et poſt vſ. 413. vnum, ſtatim de ſuo errore certiorem fecit Ruhnkenium, et miſit melius pleniusque exemplum. Quo facto idem iterum edidit Hymnum pleniorem, notasque auxit et praemiſit *H. in Bacchum.* Inſcriptio libri autem haec eſt:

Homeri Hymnus in Cererem, nunc primum editus a Dauide Ruhnkenio. Accedunt duae epiſtolae criticae, ex editione altera, multis partibus locupletiores. Lugd. Bat. 1782. mai. 8. Immixtae ſunt Waſſenbergii, Fonteinii, Wyttenbachii, Brunckii, Voſſiique correctiones atque opiniones. Subiecta eſt Hymno verſio latina doctiſſimi *Io. Henr. Voſſii*, Rectoris ſcholae Otterndorpianae.

Ab eo tempore, quo primum vulgatus erat Hymnus ille, plures viri docti in edendo, illuſtrando emendandoque Hymno, aut antiquitate illius deſtruenda verſati ſunt.

Nic. Ignarra, doctus Italus, edidit Emendationes hymni homerici in Cererem. Neapoli 1784. mai. 8. et praemiſit eiusdem H. notitiam, iudicium, aetatis diiudicationem. Illum propter locum *Pauſaniae* IX. 31. hymnum demum ex verſibus in

quorum teſtimoniis auctorem Sibyllinorum o) addit *Allatius* lib. de patria Homeri cap. 15. Veterem Inſcriptionem apud Gruterum p. 950. Cuperus ad conſecrationem Homeri p. 108. vbi per *pia Carmina* intelligit hymnos, per *libros* Iliadem et Odyſſeam, quamquam poſſit et alius illorum verborum eſſe ſenſus, ſi ita diſtinguantur:

Dogmata Pythagorae ſenſi, ſtudiumque Sophorum
Et libros legi, legi pia Carmina Homeri.

Ait enim, ſe legiſſe libros Sophorum et euoluiſſe Homeri Carmina, quae *pia* vocat, tum propter illa, quae in Iliade et Odyſſea de Diis ſcripta ſunt reuerenter, tum propter loca, in quibus gratam memoriam facit eorum, quibus beneficiis fuit affectus, vt docet *Herodotus* in eius vita, cap. 26. vt omittam induſtriam pietatis Homericae celebratam *Tertulliano* lib. de anima

Pauſania memoratis a ſeriore grammatico aut poeta eſſe confictum, acriter contendere, iam vidimus; atque ſaepe rem habet cum Ruhnkenio; poſtea vero a Mitſcherlich docte refutatus eſt.

Volgarizzamento dell' Inno a Cerere ſcoperto ultimamente ed attribuito ad Omero. (interprete Marchione *Pindemonte.*) Baſſano. 1785. mai. 8. additus eſt textus graecus, quem, iudice Mitſcherlich, adſumtis temere aliorum emendationibus, retentisque ſimul manifeſtis ſcripturae vitiis, inquinauit potius, quam correctiorem reddidit. Lacunam a v. 387. ſupplere ſtuduit, in altera lacuna v. 465 — 470. ſequutus eſt Voſſianam lat. interpretationem; v. 482. omiſit tamquam ſuperuacaneum.

Cl. *Wolf* recepit hunc hymnum inter reliquos Homericos, graece, cum Odyſſea.

Pleniſſimam et tam e cod. Mosquenſi rurſus diligenter a ſe collato, quam ex aliorum, quoscumque comparare potuit, editis ſuisque et Voſſii ac Schneideri correctionibus emendatiorem, vberioribusque adnotationibus varii generis inſtructam editionem, graece, adpoſita verſione lat. Voſſiana, curauit cl. *Mitſcherlich:*

Homeri Hymnus in Cererem, ad cod. Moscou. denuo coll. recenſuit et animaduerſionibus illuſtrauit Chr. Guil. Mitſcherlich, Philoſ. prof. extraord. in acad. Gottingenſ. Lipſiae. 1787. 8. Adiecit *Nic. Ignarrae* emendationes cum notis, in quibus iudicium opinionesque illius expendit.

Latinam verſionem, eamque metricam confecit, carminibusque ſuis inſeruit cl. *Santenius; anglice* verterunt *Hole* (quem ſaepe laudat Mitſcherl. in notis,) atque *Lucas*, cuius liber inſcriptus eſt:

Homer's Hymn to Ceres. Translated into Engliſh Verſe, with Notes critical and illuſtratiue. To which is prefixed a Translation of the preface of the editor, Dav. Ruhnkenius. By the Rev. *Robert Lucas* of Trinity College Cambridge. Londini 1782. 4. De lectionibus quorumdam verſuum in notis acute iudicatur. — Germanicam verſionem debemus illuſtriſſ. *Comiti de Stollberg,* qui omnes homer. hymnos in linguam theotiſcam transtulit, ediditque Hamburg. 1783. 8.

Reliqui hymni edi ſolent cum ceteris Homeri carminibus. Separatim vero formulis deſcripti ſunt typographicis:

Hymnus in Apollinem, gr. cum interpretatione lat. et ſchol. *Io. Alex. Braſſicani.* Argentor. 1523. 8.

H. in Apollinem, *Aeſcul.* etc. gr. et lat. *Fed. Morello* interprete, cum notis *Mich. Maittaire.* — in illius Miſcellaneis graecorum aliquot ſcriptorum carminibus etc. Londin. 1722. 4.

XII Hymni, gr. cum notis germanic. *I. H. I. Koeppen*, in eius Anthologia gr. 1785. part. I.

Sex minores Hymnos edidit *Schier* cum Homeri Batrachomyom. Lipſiae. 1765. 8.

Ὁμήρου ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα oder Homers Geſang an den Apollo, mit deutſchen Anmerkungen erkläret durch *Carl Ludwig Köhlern*, Lipſ. 1768. 8.

Quidam H. germanice verſi ſunt in *Antonii* Treuen Ueberſetzungen latein. griechiſcher und ebräiſcher Gedichte, Lipſiae 1772. 8. in Lyriſchen, eleg. und epiſchen Poeſien, Halae Sax. 1759. 8. in Beluſtigungen fur allerley Leſer, Lipſiae 1773. 8. et forſan alibi.

Critica vero ratione tractarunt Hymnos *Bernardus Martinus* in variis lectionibus, libr. IV. Lutetiae Pariſ. 1605. 8. repet. a Diderico Vander Kemp, Traiecti ad Rhenum 1755. 8. *Barneſius* atque *Erneſti* in ſuis Homeri editionibus, *Ruhnken.* vſus codd. Pariſ. regiis et Mosquenſi, in Epiſtola critica I. atque *Groddeck* in comm. laud. ſect. III. a p. 76. ſpecimen dedit Obſeruationum in hymnos in Apollinem et Mercurium. Eorundem hymnorum loca quaedam correxit et nouam ed. promiſit *Aug. Mathiae* Obſeru. Crit. in Tragicos, Homerum etc. Gott. 1789. p. 35 ſq. *Harl.*

o) Vide ſupra cap. 1. nr. 8.

anima cap. 56. Videtur etiam *Liuius Andronicus*, a quo Odyſſeam Latinis verſibus donatam conſtat, ſimiliter latina metaphraſi donaſſe hymnos Homeri, vt conicio e Mario Victorino ſub extremum libri I. de arte metrica, vbi verſus quosdam profert ex Hymno Dianae, quos ex Homerico translatos exiſtimo. Ex recentioribus pauciſſimi ſunt e viris doctis, qui hymnos interpretandos in ſe ſuſceperint, vt videbis infra cap. 13. nr. 19. Ceterum Παίγνια verſibus Heroicis, et Hymnos teſte Suida ſcripſit et alter *Homerus* cognomento *Sellus*, Grammaticus, Menandro Comico iunior.

Epigrammata et. V. EPIGRAMMATA et POEMATIA VARIA XVI. ſeruata ab auctore vitae Homeri, quae Herodoto tribuitur, neque aliis antiquorum teſtimoniis habentia fidem vel auctoritatem, niſi quod *Iohannes Tzetzes* inter Homeri ſcripta memorat Ἐπιγράμματα πολλὰ, et vnum itemque alterum refertur a ſcriptore certaminis Homeri et Heſiodi, ac Suida in Ὅμηρος. Ea *Seberus* in Indice Homerico reſpicit, cum adſcribit numerum XXXIII. vsque ad XLIX. [Abſunt ab editionibus pr. quae tamen modo praefixam, modo adnexam habent vitam Homeri, quae ſub Herodoti nomine fertur.] Subiecta vero leguntur hymnis Homeri in Schreueliana et aliis, potiſſimum recentioribus poetae editionibus. Epigramma in Midam Homero ſuppoſitum eſſe notat Laertius in Cleobulo. De eo vide ſis *Longinum* Iac. Tollii p. 19). et *Edward Simſon* in Chronico ad a. 3308. Omitto Epigramma, quod apud inferos ſibi compoſitum ab Homero fingit *Lucianus* 2. Verae Hiſt. tom. I. p. 681. [infra, lib. III. cap. 28. vol. II. p. 718.]

Certamen Homeri. VI. ἈΓΩ'Ν, ſiue *certamen Homeri cum Heſiodo*, de quo dixi infra cap. VIII. nr. 2.

Ilias. VII. ἸΛΙΑ'Σ ſiue poema celeberrimum de bello Graecorum ad [?] Troiam *) et rebus geſtis ducum Achillis, Aiacis, Hectoris Troiani aliorumque, quod ante Odyſſeam ſcriptum et in vigore aetatis ab Homero compoſitum non dubitat *Longinus* περὶ ὕψους ſect. IX. p. 66 [ſqq. edit. Tollii p. 36. edit. Toupii, atque Longin. l. c. Odyſſ. putat eſſe epilogum Iliad.] et idem adfirmantem Homerum ipſum inducit *Lucianus* 2. de Vera Hiſt. tom. I. p. 676. [tom. II. cap. 21. p. 118 ſq. vbi etiam temere culpatur Homerus, quod ab ira Achillis initium carminis fecit; vide autem notam Reitzii;] videturque innuere auctor priſci marmoris conſecrationem Homeri continentis, in quo Ilias gladium manu tenens ad dextram Homeri ſedet, Odyſſea cum aplustri ad ſiniſtram. Confer *Gisberti Cuperi* commentar. p. 49. Ceterum dubitatum pridem fuiſſe a veteribus criticis, et contrariam ſententiam quibusdam placuiſſe, idem Lucianus docet, et praeter Euſtathium prolegom. ad Iliad. teſtatur *Seneca* lib. de breuitate vitae cap. 13. *Graecorum iſte morbus fuit, quaerere quem numerum remigum Vlyſſes habuiſſet, prior ſcripta eſſet Ilias an Odyſſea: praeterea an eiusdem eſſet auctoris. Fabric.* [*Deciera*

*) Principalis Poetae Actio eſt *Ira Achillis*, στάσεως κατηγορία, vt notat *Ariſtides* tom. II. p. 326. decimo demum belli Troiani anno ſollicitata, eamque ſecuta clades Graecorum. Sed variis epiſodiis haec ab Homero ita exornantur, vt totius belli per decennium geſti hiſtoriam attingat. Confer [Schol. Marcian. a Villoiſon. editum ad Iliad. α, 1. et 21.] *Küſteri* Hiſtoriam Criticam Homeri p. 70 ſq. P. le Boſſu libro Gallico de poemate Epico. etc. *Fabric.* *Koeppen* pag. 106—128. cuius quidem omnibus effatis ac ſententiis ſubſcribere dubito. Inſcriptio vero nominis *Ilias* nec apta carmini, nec profecta videtur ab Homero, ſed a grammaticis: atque horum quoque nugis debetur quaeſtio, a ſcholiaſte B. Marciano, a Villoiſonio edito, p. 6. ad v. 21. propoſita atque explicita: Πάλιν ζητεῖται, διὰ τί Ἀχιλλέως ὡς ἐπιτοπλεῖστον ἀριστεύοντος, οὐκ Ἀχιλλεΐαν, ὡς Ὀδύσσειαν, ἐπεγράφη τὸ σωμάτιον; etc. *Harl.*

quoque, in praef. ad Odyſſeam, loco quodam *Platonis* in Hippia II. minus recte intellecto, ab Iliade, putat, vi et virtutibus poeticis ſuperari Odyſſeam: quod iudicium quam falſum ſit, praeclare iam oſtendit *Wood* im Verſuch. etc. p. 14 ſqq. et ſenſum loci Platonici optime explicuit, idemque de veneribus ornatuque Odyſſeae intelligenter ac ſubtiliter diſſeruit. Neque ego vmquam, ſaluo omni erga Longinum pudore, huius auctoritate commoueri potui, vt illius ſubſcriberem ſententiae, aut ratione ſcribendi in vtroque carmine diuerſa motus efficerem, Odyſſeam ab Homero ſene, contra ab illo iuniore Iliada eſſe compoſitam: neque ante Longinum vllus, quantum ſcio, in eadem verſatus eſt haereſi. Cui pugnae, rixae, perpetuae turbae, vulnera caedesque, feruor furorque agentium, audacia et ſublimitas rerum verborumque, color orationis maxime viuidus, ſenſuum atque adfectuum tumultus quaſi, et alia, quae animum mire commoueant, inprimis placent, ille, puto, Iliadem praeferet Odyſſeae. E contrario qui delectatur luſu ingenii moderato, vita et rebus domeſticis harumque viciſſitudinibus et narrationibus, dicendi genere ſedatiore et placido, et tamen lepido, faceto, nec non ornato, multis fabulis erroribusque hominum immixtis, ille laudabit Odyſſeam. Sic ſuo quisque ſenſu iudicioque ducetur. Ego vero admiror vbertatem, felicitatem atque facilitatem ingenii homerici in rebus diuerſis apte explicandis, ſcite ordinandis, riteque exſequendis atque exornandis. Ilias, in qua ſummi heroes dimicant caduntque, ira Achillis omnia miſcet et perturbat, dii deaeque coelo deſcendunt, pugnis interſunt, vulnerant et vulnerantur, omniaque ferociter audacterque peraguntur, requirebat orationem rei magnitudini adcommodatam. Poeta igitur debuit audacius ſurgere, et fere cothurnis incedere. In Odyſſea autem res domeſticae, amores, erroresque, callida conſilia et multa alia comice paene enarrantur; et ſpeculum quaſi vitae heroicae, domeſticae et ciuilis non minus, quam ſimplicis naturae exhibetur. Poeta igitur ipſam naturae ſimplicitatem ſequi ac verbis exprimere, ab omni orationis fuco abſtinere, et vero ſaepius induere ſoccum debuit, nec potuit altius ſurgere ac ſpiritum ſumere. Atqui noſtra et maiorum noſtrorum vita longius abeſt ab heroica aetate atque conſuetudine, viuendi agendique domeſtica eaque ſimplici, quam vt omnes eaeque minimae orationis in Odyſſea veneres, mores, indicia omnisque vita priuata heroicae aetatis plene cognoſci, recte ſentiri atque adcurate diiudicari poſſint. Homines igitur, quibus ipſis cecinerat poeta, nec etiam multis ſaeculis poſt illum vixerunt, Odyſſeam maiore forſan cum fructu animique delectatione audire aut legere poterant, quam aetas multo ſerior, cuius mores quam maxime differre et cultiores fieri coeperunt. Bella autem eorumque vim et crudelitatem quoniam quotidie propemodum videmus adhuc aut legimus; Ilias multo facilior fit intellectu et pluribus placet. Homerus autem ſi Vlyſſis errores ſtatimque eodem ſtilo, ſcribendique modoque perſequutus fuiſſet, quo Achillis iram heroumque pugnas deſcripſit; aut contra, ſi Ilias eadem fingendi ſcribendique ratione, quam miramur laudamusque in Odyſſea, fuiſſet expoſita, quam ridiculus falſusque, omni ſenſu iuſti, pulcri, rectique deſtitutus videretur poeta, nec eam aetatem, auctoritatem omnique aeui admirationem fuiſſet conſequutus. Quae quum ita ſint, ex forma orationis vtriusque carminis diuerſa non rerum vtriusque ſumi poteſt argumentum, Odyſſeam ab Homero ſeniore; ab illo autem iuniore Iliada eſſe compoſitam. Immo vero maior ingenii fertilitas et lepos iuuenilis, ſaltem par, nec minor orationis copia et ſuauitas cernitur in Odyſſea. Enim vero ad recte interpretandum intelligendumque vtrumque carmen ſunt praecepta a *Wood* in libro egregio, a me in proluſione academica, Praecognita quaedam de interpretatione Homeri, Erlangae, 1778, aliisque

aliisque inculcatum, lectori Homericorum carminum oculis mentique obuerſari veluti debet, vt non ſuam aetatem huiusque mores, naturam artesque cogitet, ſed tempora, de diis opinionem, mores, ingenium, omnemque vitam tam militarem et publicam quam priuatam, heroum atque Homeri animo infigat, atque cum heroibus, aut Vlyſſe eiusque ſociis per campum Troianum inſulasque pererrare, atque in Aſia minore quaſi viuere aut commorari ſibi videatur. Id ſi fecerit, ſanius curatiusque iudicabit de Homero, et vtriusque carminis vim, atque virtutes rectius ſentiet et laudabit. Enimuero vberior huius inquiſitionis expoſitio non pertinet ad noſtrum, vt ita dicam, forum. Alia quaeſtio exercuit homines, vnde Homerus ſumſerit materiam. Fabulam ſapiunt, quae *Proclus* in Bibliotheca, cod. CXC ex *Ptolemaei Hephaeſtionis* nouis ad variam eruditionem hiſtoriis praeter alia, quae omittimus, p. 482. edit. Schotti prodidit, plures fuiſſe Helenas, in his Helenam, Muſaei Athenienſis filiam, Homero antiquiorem, quae bellum conſcripſiſſet Troianum, et a qua Homerus argumentum accepiſſe credatur: et p. 485. Phantaſiam quamdam Memphiticam, Nicarchi filiam, ante Homerum Iliacum bellum et narrationem de Vlyſſe compoſuiſſe, opusque depoſitum eſſe Memphide; Homerum igitur eo profectum, a Phanite, ſacro ſcriba, commodato illud accepiſſe, eiusque ordinem eſſe ſequutum, συντάξαι ἐκείνοις ἀκολούθως. (Adde *Küſteri* vitam Hom. p. LXXXXII ſqq. Wolfii edit. Iliad. praemiſſam.) Id quidem inde fluit, famam fuiſſe antiquam, Homerum in Aegypto fuiſſe, et ante illum exſtitiſſe poetas qui excidium Troiae atque Vlyſſis fata enarrarent. Atqui idem *Hephaeſtion* l. m. Photii p. 473. refert ex Antipatr. Acanthio, *Daretem* ante Homerum conſcripſiſſe Iliadem, atque *Syagrum* primum cecinisſe bellum troianum, tradidit *Aelian.* V. H. lib. XIV. cap. 21. vt fabulam de *Palamede* apud Suidam in παλαμηδ. cuius carmen de bello Troi. Homerus accepiſſe et corrupiſſe dicitur, praetermittam. Fuerint igitur, (qui autem illi fuerint, neque omnino certum eſt, nec res ipſa extra omnem dubitationis aleam poſita, vide *Kühnii* doctam adnotat. ad *Aeliani* H. V. lib. XI. c. 2.) e quibus hauriret Homerus. Qui tamen ſi vel ipſe, vti Woodius coniecit, puer hiſtoriam nouerit, aut ab iis, qui bello interfuerant, acceperit, vel ſerius, nec tamen, vti ſupra animaduertimus, ita multo poſt vltima Troiae fata, carmen compoſuit; partim famam admodum recentem, partim ἀοιδῶν recitationes ſequutus, non habuit, quod aliorum ſcrinia expilaret. — Denique paucis attingam controuerſiam, num Homeri carmina ſint hiſtorica, an epica. Prius, Iliada eſſe carmen hiſtoricum, latius explicare atque demonſtrare adniſus eſt cl. *Koeppen* über Homers Leben und Geſänge. p. 109 ſq. Si quaeſtio eſt de fide hiſtorica, num, quae de bello Troiano, heroibus, ſitu locorum et his ſimilibus ſcripſit, ea vera ſint, equidem non negabo, atque *Wood* p. 212 – 241. poſt Strabonem aliosque fidem Homeri hiſtoricam ſatis ſuperque vindicauit ab aliorum dubitationibus. Nam antiquioribus iam temporibus fuerunt, qui temere putarent, omne bellum troianum, et quidquid de eo cecinisſet poeta, eſſe ab ipſo confictum; [nuper etiam *Ioh. Maclaurin* ſingulari diſſ. efficere ſtuduit, Troiam a Graecis non eſſe captam, in Philoſoph. et hiſtor. commentt. Soc. Edinburgenſis. germ. verſis a Buhlio tom. I. nr. 4.] Atque de *fide Homeri hiſtorica* II diſſ. ventilauit M. *Carol. Godofr. Ienichen,* Witteberg. 1786. Sin vero meus iudicii eſt, poetam nil aliud egiſſe, niſi vt bene, ſimpliciter et cum vi quadam ea, quae accepiſſet, enarraret, nihil eum noui, ſiue ordinem ſiue materiam ſpectes, exceptis paucis dilatationibus, adtuliſſe, (v Koeppen p. 118.) atque adeo numero epicorum poetarum eſſe eximendum, de eo equidem valde dubito. Nolo equidem prouocare ad auctoritatem omnis fere aeui, et tot ſagaciſſimorum hominum, qui eum principem poetarum *epicorum* habuerunt, et quorum iudicium non temere ſpernendum eſt.

eſt. Primum vero admodum vaga varia que eſt carminis hiſtorici notatio atque forma. Tum me non intelligere fateor, quomodo Homerus parens nouae theologiae ſ. mythologiae habitus, et coelum nouis diis compleuiſſe creditus fuerit, ſi in omnibus rebus nihil finxiſſet, et ea demum, quae alii ante eum commiſſiſſent, aut quae vulgi opinio et religio fuiſſet, ſimpliciter iteraſſet. Plato aliisque non potuiſſent impietatis vnice accuſare Homerum, ſi non niſi antiquiorum et popularium opiniones ac fabellas recantaſſet. Hunc igitur multa noua adfinxiſſe, ſit credibile. Sequutus ille eſt naturam, famamque et opinionem de diis ſuo aeuo vulgarem; ſed ita ſequutus eſt, vt etiam fingeret conuenientia: quo factum eſt, vt in ſagaci vſu commodaque exornatione mythorum popularium illius ingenium maxime ſplendeſceret. Narrauit quidem proelia factaque, ſed ita, vt deos hominesque resque inanimas et rationis expertes probabiliter agentes ac loquentes vt plurimum induceret fingeretque: quamquam hae fictiones ab ingenio et perſuaſione hominum illius aeui minime abhorrebant, ſed quam maxime rei aliqualiae atque opinionibus aetatis ſuae videbantur accommodatae. Quis praeſtare poteſt, Homerum in Odyſſea ab aliis nec ab ipſo rerum vſu atque experientia, omnia ſumſiſſe mutua? Nonne probabilius eſt, plurima in illa, ſicuti in Iliade, eſſe nouis aucta et ita exornata fabellis, vt, quod caput eſt poeſeos epicae, in vtroque carmine rerum enarratarum cum admiratione, tum delectatione adficerentur animi. Atque in componendis ordinandisque rebus atque in eloquutione, in notationibus ſententiisque poeta plurima debere videtur ſuo ingenio, non aliorum narrationibus. v. nobilem locum *Ariſtotelis* A. P. cap. 24. praecipue ſect. 5. vbi Homerus laudatur maxime, quod ſolus inter poetas, quid ex ſua perſona fingendum ſit, ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτόν, non ignoret. Non enim ab alio antiquiore poeta; ſed ab Homero ſumſit Phidias exemplum Iouis. Narrauit igitur poeta et exornauit nouis inuentis res geſtas magnas et arduas, cum per ſe, tum beneficio ingenii ſui ad admirationem et delectationem efficiendam vberrimas. Hinc auctor vitae Homeri, (in *Gale* Mythogr. p. 280. ſ. in *Erneſti* edit. Homeri p. 153.) καὶ τὸ μὲν ὅλον παρ' αὐτῷ διήγησις τῶν πραγμάτων παράδοξος καὶ μυθώδης κατεσκεύασται, ὑπὲρ τοῦ πληρῶσαι ἀγωνίας καὶ θαύματος τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ ἐκπληκτικὴν τὴν ἀκρόασιν καθιστάναι. Quanta vero et quot ſubſidia ad id perenne opus abſoluendum conditio atque ingenium illius aetatis, ſimplicitas vitae, atque opinio de diis adtulerint, ab aliis ſatis ſuperque eſt commonſtratum. Oeconomiam, vnitatem actionis, characterum naturam, actionem perpetuam, epicum narrandi genus et reliquas, quae ad internam externamque formam epici carminis requiruntur, virtutes animaduertimus in vtroque carmine Homerico. Neque hic loci eſt, in naturam atque indolem carminis epici latius inquirere: quod poſt Ariſtotelem, *Boſſu, Sulzer*, (Allgemeine Theorie der ſchönen Künſte, voce. *Heldengedicht*, vbi p. 411 ſqq. cl. de Blankenburg plures laudat viros doctos, *Homer, Ilíade, Odyſſee*,) cel. *Heyne* in diſquiſ. I. de carmine epico, part. II. Virgilii, praecipue p. 17 ſqq. et de Homero p. 25 ſq. multique alii iam praeſtiterunt. De ſublimitate Homeri iam *Quinctilian.* Inſtit. orat. X. 1. 40. ita iudicauit: *Homerus [illegible] in magnis ſublimitate ſuperauit*, atque poſt Longinum praeclare diſſeruit de illa virtute Homerica *Clodius* in diſſertationibus et carminibus, Lipſiae, 1787. 8. a cel. Moro editis, p. 95—234. Sufficit, paucis attigiſſe quaeſtionem, num Homerus carmen *hiſtoricum* ſcripſerit, [illegible] *Koeppen* [illegible] ſect. II. §. II. et III. Quare etiam, quamquam illo non ſeculo, qui omnia in Homero admirantur, eumque parentem quaſi omnium artium, et doctrinarum, atque vnicum inuentorem et tanquam vnum vltimumque carminis epici legum [illegible] [illegible] tamen vereor ſubſcribere ſententiae *Wolfii*

iii

in Zuſätzen p. 76. prolatae, in Homero nihil reperiri, quod ingenium mediocriter bonum vireſque animi humani vulgares ſuperet: atque idem *Wood* p. 211. laudat tamen ingenium Homeri excellſum ab arte, qua, ſumma morum, ipſius aeuo ſibi ſimilium, ſimplicitate, maximam diverſorum characterum varietatem effinxit. Quae praeter ea de lingua Troianorum, Achiuorum et inſularum coloniarumque graecarum, de vnitate, quam vocant, carminis, de tempore, quam diu durauerit bellum integrum, et inprimis obſidio atque excidium Troiae, (cuius regio a regione Phrygiae Homeri tempore erat diſcreta et diuerſa,) de oeconomia carminis vtriusque aliisque ſimilibus rebus diſputari poſſunt, ea partim huc non pertinent, partim a veteribus non minus, quam recentioribus, *Blackwell* p. 336 ſqq. *Wood* p. 249. (qui temporis et actionis longitudinem in Iliade intra ſpatium quadraginta dierum concludit,) p. 262 ſqq de lingua et eruditione Homeri, a *Koeppen* p. 120 ſq. Popio, Daceria, Boſſu *H. H. Wyſs* (über die Ilias des Homers, in Schweizer. Muſeum 1784. p. 629. et 1785. p. 618 ſq.) aliisque occupata ſunt atque exhaeita. *Banier* in Comment. ſoc. regiae Pariſ. I. et B. L. vol. VI. p. 425 ſq. inquirit in tempus obſidionis Troianae, et quam diu durauerit. conf. *Meuſelii* Bibl. hiſt. Vol. II. P. I. p. 84. *Harl.*]

Odyſſea. VIII. ΟΔΥΣΣΕΙ'Α ſiue Poema de erroribus et peregrinatione Vlyſſis ex bello Troiano Patriam Ithacam repetentis, quod ἠθικώτερον habitum a veteribus, et Longino iudice ab Homero iam ſene poſt Iliada compoſitum eſt, vnde in ea praeualet τὸ διηγηματικὸν, vt contra in Iliade τὸ δραματικὸν et τὸ ἐναγώνιον. Fuerunt etiam, vt auctor vitae Terentii, qui Iliadem Tragoediae, Odyſſeam Comoediae ſpeciem referre adfirmarent, a quibus diſſentientem vide *Voſſium* de artis Poeticae natura cap. XI. §. 7. [Adde *Küſteri* hiſtor. crit. ſect. II. §. 4. Semina tragoediae, et vero comoediae ſparſa eſſe in Homeri carminibus, atque ex epici carminis partibus bonas tragoedias fieri poſſe, non nego: idque ipſe iam *Ariſtoteles* Poet. cap. 25 et 26. bene docuit, qui priore loco artificium ingeniumque poetae adprime oſtendit. Idem cap. 4. p. meae edit. 26. ſect. 4. *Margites*, ait, *proportione ſe habet*, ἀνάλογον ἔχει, ὥσπερ Ἰλιὰς καὶ Ὀδύσσεια πρὸς τὰς τραγῳδίας, οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας. Ipſa vero tragoedia Homeri tempore fuit ignota; et comoediam atque ac ſatyram Homeri aetati aptas nondum fuiſſe, docet *Wood* p. 206 ſqq. adde p. 214. et *Blackwell* p. 83 ſqq. *Harl.*] Verſiculi Iliadis 13670. Odyſſeae 11668.

Quis auctor fuerit diuiſionis. IX. Homerum ipſum auctorem fuiſſe diuiſionis horum amborum poematum in lib. XLVIII. vetus quidam Grammaticus probauit ex eo, quod Poeta Iliadem auſpicatus fuerit a vocabulo μῆνιν, cuius primores duae litterae numerum duo de quadrageſimum referunt q). Sen. Ep. LXXXVIII. *Appion Grammaticus, qui ſub C. Caeſare tota circumlatus eſt Graecia et in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus, aiebat, Homerum vtraque materia conſummata et Odyſſea et Iliade, principium adiecisse operi ſuo, quo bellum Troianum complexus eſt. Huius rei argumentum afferebat, quod duas literas in primo verſu poſuiſſet, ex induſtria librorum ſuorum numerum continentes. Talia ſciat oportet, qui multa vult ſcire.* Atque eos quidem, qui ab Ariſtarcho primum r) Iliadem [?] vel Odyſſeam

q) [Conf. vitam Homeri p. 152. *Ienſii* Obſeruatt. de ſtilo Homeri p. 284.]

r) *Plutarch.* in Homeri vita: διῃρημένης ἑκατέρας ποιήσεως εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων οὐχ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τῶν περὶ Ἀρίσταρχον. Euſtathius: ὅτι ἓν μέν τι σῶμα συνεχὲς δι' ὅλου καὶ εὐάρμοστον (ita legendum videtur pro ἐκάρμοσεν,) ἡ τῆς Ἰλιάδος ποίησις. Οἱ δὲ συνθέμενοι ταύτην κατ' ἐπιταγὴν ὥς φασι Πεισιστράτου τοῦ τῶν Ἀθηναίων Τυράννου Γραμματικοὶ καὶ διορθωσάμενοι κατὰ τὸ ἐκείνοις ἀρέσκον, ὧν κορυφαῖος ὁ Ἀρίσταρχος, (atqui hic longe iunior fuit Piſiſtrati temporibus,) καὶ μετ' ἐκεῖνον Ζηνόδοτος, διὰ τὸ ἐπίμαχον καὶ δυσεξ-

ſam in libros diſtinctam affirmant, hoc argumento refellit *Caſteluetrius*, quod Homeri ingenio indignum plane ſit tam prolixum poema viginti quatuor libris hodie digeſtum ſine vlla diſtinctione tanquam uno tempore recitandum vel auſcultandum reliquiſſe; contra exiſtimat, Homeri ipſius diuiſionem intercedo tempore confuſam ac turbatam, ab Ariſtarcho autem deinceps poſtliminio, non tamen vsquequaque feliciter fuiſſe reſtitutam. Verum ipſa *Ludouici Caſteluetrii* verba apponere iuuat. Ita vero ille in erudito commentario ad Poeticam Ariſtotelis p. 109. *Io mi ſono maravigliato di coloro che affermano Ariſtarcho eſſere ſtato il primo diviſore dell' Iliada et Odyſſea d'Homero, dividendo ciaſcuna delle dette opere in venti et quattro libri. Il che non mi poſſo indurre à credere, non mi parendo coſa à credere che Homero avedutiſſimo oltre à tutti gli altri haveſſe commeſſo uno errore coſi fatto di continuare venti et quattro libri ſenza diſtintione niuna, recitando eſſe et aſcoltando gli altri in una ſiata. Anzi mi pare eſſer certo, che diſtingueſſi con diſcreto ordine i predetti poemi, il quale eſſendo per aventura poi ſtato confuſo dagli ſcrittori, fu rinovato et rimutato et ridotto in quella forma, nella quale il veggiamo al preſente da Ariſtarcho. Et come che egli ſia ſtimato huomo di aguto giudicio, non moſtro percio d' haverne tutto quello che biſognava in far queſto partimento, ò in rinovellarlo, percioche la narratione d' Ulyſſe appreſſo Alcinoo de ſuoi errori è diviſa in quattro libri, et non dimeno fu fatta da lui in una ſera. Adunque o fece male Homero che induſſe Ulyſſe à ragionare in una ſera quelle coſe, lequali non e veriſimile che in coſi picciolo ſpatio recitaſſe. O, ſe le pote veriſimilmente recitare, male ha fatto Ariſtarcho partirle in quattro libri, faccia di moſtrare recitarle in quattro ſere. Ma io non ſon per dire che Homero habbia fatto male, parendo mi, che ſenza ſconcio di perſona ſi poſſano i libri quattro predetti recitare in una ſera, anzi l' errore ſia pure d' Ariſtarcho, il quale è ſtato ſeguito da Virgilio, che non ſapendo per che, et guardando ſimplicemente all' eſſempio che havendo davanti credeva buono, diviſe la narratione d' Enea appreſſo Didone de ſuoi errori in due libri, non oſtante che fatta in una ſera. Fabric.* [conf. *Burmanni* hiſtor. gr. linguae, in Noua librorum rariorum conlectione, faſc. IV. Halae 1715. 8. p. 606. cum nota editoris. *Harl.*]

Num Homerus manu ſua exarata reliquerit carmina.

X. Non defuerunt equidem, qui plane inficiati Homerum ſcripto conſignaſſe poemata ſua, affirmarunt eum per partes illa decantaſſe, quae ſeparatim memoriae beneficio ſeruatas poſteri deinde collegerint, ac denique Grammatici in ordinem ac libros digeſſerint. *Ioſephus* in limine libri [P] prioris contra Apionem p. 439.

διηρίθμητον καὶ διὰ τοῦτο προσκορὲς κατέτεμον αὐτὸ ἐς πολλά. Καὶ τὰ τοιαῦτα τμήματα οὐκ ἠθέλησαν ὀνομάσαι πρῶτον τυχὸν λόγον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ τὰ ἑξῆς, καθάπερ ἐποίησεν Κόϊντος ἐν τοῖς μετὰ τὸν Ὅμηρον. Ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ ἡ βίβλος ἐξέτεινε πρὸς πλείω τμήματα, ἔκριναν σεμνὸν ὀνομάσαι τὰς τομὰς τοῖς ὀνόμασι τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων τῆς ἀνθρωπίνης ἐναρμονίου φωνῆς: Confer Suidam in Ὅμηρος. *Fabric.* adde cel. *Villoiſon* in An. gr. II. p. 18. et Prolegom. ad Homeri Iliad. p. 35. vbi animaduertit, in illa librorum diſpoſitione ac ſeparatione admittenda non conſenſiſſe veteres, neque eam ſemper ſequutos eſſe, atque e ſcholiis Marcianis exempla profert. Ab Homero ipſo profecta non videtur illa diuiſio: at in ſectiones quasdam, antiquiſſimis iam temporibus fuiſſe diuiſa carmina et illas a praecipuo illarum argumento nomen eſſe ſortitas ex ratione, qua veteres particulas Homeri locaque citarunt, adparet. Sic in *Herodoto* II, cap. 116. (vbi tamen Valckenario p. 156. edit. Weſſelingii locus ſanus non eſſe videtur,) laudatur locus Homeri ἐν Διομήδεος ἀριστείῃ, et verſ. ſunt ex Iliad. 2. 289. *Plato* in Minoe p. 319. D. meminit Νεκυίας Odyſſeae. Sic *Ariſtot.* A. P. cap. 24. bis, p. 187 et 191. m. edit. laudat loca Homeri, particulae, non libri nomine addito. v. locum claſſicum in *Aeliani* H. V. lib. XIII. cap. 14. ibique Kuhnii ac Perizonii notas. *Harl.*

p. 430 cap. 1. καὶ φασὶν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμματι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην ἐκ τῶν ᾀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωνίας. Sed parum veriſimilis haec ſententia videtur nata ex eo, quod Cynaethus Chius et alii Rhapſodi vulgo poſt poetae Homeri fata partes eiuſmodi διῃρημένας decantarent, vt praeter alios refert *Athenaeus* XIII. 14. Var. teſtatus, certa nomina partibus illis impoſita, de quibus contuleris, vbi lubebit, ſcriptores laudatos a me infra cap. III. nr. 28. [et notam ad §. IX.] At enim nihil impedit, Rhapſodos, vt aliorum poetarum, ita partes quoque decantaſſe Iliadis vel Odyſſeae, licet integram vtramque Homerus ipſe ſcripto conſignaſſet, et vtraque interiecto tempore confuſa ac perturbata indiguerit opera Criticorum. *Fabric.* [Neque ego potui vmquam adduci, vt crederem, ab Homero ipſo non exarata, manuque ipſius non ſcripta fuiſſe carmina. *Wolf* tamen p. 271 ſqq. et in Supplementis p. 57 ſqq. 70. omnem dat operam, vt demonſtret, neque Homerum calluiſſe litteras, atque adeo ſcribere non potuiſſe carmina, neque artem ſcribendi illius tempore, ſaltem in Aſia minore, fuiſſe cognitam. Cuius argumenta quum iam cl. *Fridericus Auguſt. Wideburg*, Prof. Helmſtadienſis, in ſingulari programmate: *An Homerus litteras nouerit, iisque carmina ſua conſignauerit?* Helmſtadii 1785. et vberius in: Humaniſtiſch. Magazin 1787. p. 143 ſqq. ſub examen vocaſſet, acuteque refutaſſet, ſingula vt repetam atque excutiam, non neceſſe eſt, et ego paucis me expediam. Vidi autem auctorem libri de cultu generis humani, (Verſuch einer Geſchichte der Cultur des menſchlichen Geſchlechts, Lipſiae 1782. ſect. III. §. 19. p. 141.) *Koeppen* p. 36 ſqq. *Bentleium* (v. Biblioth. angloiſe, tom. I. p. 414 ſq.) aliosque in eadem verſari haereſi. Enimuero Homeri aetate iam inuentam fuiſſe artem ſcribendi, conſtat; atque, ſi fides eſt habenda Diodoro Siculo aliisque, non defuerunt inter Graecos Thracesque, qui ante Homerum litteris conſignarent animi ſenſa et carmina. Quare, quum Homerus multa feciſſet itinera, et, vt ex carminibus eius cognoſci poteſt, rerum nouique eſſet cupidus, pari, tantum non maiore, iure, Homerum haud expertem fuiſſe artis ſcribendi, adfirmari poteſt, quam ii concludunt, qui ſecus putant. Quaenam vero litterae, quibus vſus eſt, fuerint, num pelasgicae, an phoeniciae, an vetuſtiſſimae graecae, latinis ſimiliores, nec certo definiri poterit, nec multum refert: graecas quidem, quarum formas, poſt Homeri aetatem inuentas auctasque adhuc nouimus, non fuiſſe, maxime credibile eſt. At, quia Graeci, qui detecta collectaque Homeri carmina poſthaec deſcriberent, ductibus litterisque ſuo tempore ſolitis vſi ſunt, ea praecipua quoque variarum lectionum et ſuſpicionum criticarum cauſſa fuiſſe videtur. Teſtimonium vero Ioſephi parum valere arbitror ad cauſſam dirimendam. Primum ipſe non iudicat et decernit; ſed incerta formula, φασὶν, vtitur. Tum non adfert nomina eorum, qui ita ſenſiſſent: quare, num illi teſtes ſint locupletes, an, quod probabilius eſt, quum hucusque antiquior certusque illius opinionis auctor nondum ſit repertus, teſtes minus idonei, penes Ioſephum, fabularum quoque aliarum, niſi parentem, certe admiratorem atque amantem, ſit fides. *Euſtathius* quidem ad Iliad. VI. 168. VII. 175. eamdem repetiit famam; at hic et multo recentior eſt auctor, quam vt, re admodum dubia incertaque, fidem mereat, nec teſtes laudat antiquiores. Idem dicendum eſt de ſcholiaſte, cuius verba e codice Veneto 489 refert cl. *Villoiſonius* in Anecdotis gr. tom. II. p. 182. not. ἦν γὰρ, ὩΣ ΦΑΣΙ΄Ν, ἀπολλόμενα τὰ τοῦ Ὁμήρου· τότε γὰρ οὐ γραφῇ παρεδίδοτο, ἀλλὰ μόνῃ διδασκαλίᾳ, ὡς ἂν μνήμονι φυλάττοιντο. Quam enim fabellam de Piſiſtrati ſtudio carminum homericorum colligendorum poſthaec refert ſcholiaſtes, ea ſatis prodit hominis ingenium et credulitatem. Sed, quod maximum

ximum eſt momentum, equidem perſpicere non poſſum, qui Homeri carmina tantae molis, tam diuerſi generis, vtrumque tamen tam lucidi ordinis, in quibus omnia ab initio vsque ad finem aptiſſime pulcerrimeque cohaerent, ordo ſeruatus eſt chronologicus, ſumma characterum ab initio vsque ad finem ſimilitudo, tot nomina, quae dicuntur propria, (e. g. in catalogo nauium, quorum confuſio tam facilis eſt, vt intelligi non poſſit, quomodo ea potuerit euitari,) et idem rerum atque hominum color poeticus eſt perpetuus, animo complecti et feliciter perficere potuerit, nec tamen conſignarit ſcripto. Multo difficilius ſit intellectu, qui factum ſit, vt homines, licet memoria valuiſſent vaſtiſſima et firmiſſima, eadem carmina, non ſcripta, ſed ore tradita, vna cogitationis ſerie conciperent firmiterque per tot ſaecula tenerent. Nonne maior rerum nominumque confuſio, multarum particularum amiſſio, et longe foedior textus corruptio, quam per rhapſodos facta eſſe dicitur, fuiſſent ortae? An ciuitates inter ſe litigantes ad auctoritatem Homeri confugiſſe, et in eius deſcriptione fideque, ſcriptionis ſubſidio non firmata, acquieuiſſe, probabile videtur? Nonne altera pars, cuius ius eo imminutum videbatur, omnem fidem loco Homerico, niſi carmen manu Homeri exaratum ſit habitum, derogare, eumque corruptelae aut νοθείας vitiique arguere potuerat? Quis illos, adeo faciles, carmine non ſcripto, a ſuſpicione ſummae ignorantiae, ſuperſtitionis incredibilis et vero ſtuporis vacuos putaret? Quomodo Herodotus, Plato, non aequus Homeri cenſor, Strabo, fidei homericae patronus ſummusque cultor, et multi alii infiniti auctoritate Homeri ſecure vſi, nec vero errores, non a librariis rhapſodisque, ſed a neceſſitate moreque quotidiano, ſi per famam hiſtoria feritur, oriundos ſint odorati ac manifeſtarint, ſi ſciuiſſent aut exiſtimaſſent, a manu Homeri non profecta eſſe carmina, me, fateor, non perſpicere. Haec et reliqua, a me iam olim collecta, et a cl. *Wiedeburgio* prolata beneque explicata argumenta me commouent, vt credam, Homerum manu ſua exaraſſe carmina, quae quidem ea ratione a rhapſodis aliisque memoriae melius tradi atque ab illis, codice Homerico et particulis exemplorum diu in Ionia aut inſula quadam latentibus aut, neſcio, quando? nec qua iniuria? abſumtis, (v. ſchol. ad Dionyſ. Thracem, in *Villoiſonii* Anecd. gr. II. p. 182 ſq.) ſeruari poterant; Lycurgum vero ab ipſo Homero ſcripta accepiſſe, nolim cum *Dodwello* de cyclis. p. 153. adfirmare, quamuis, id teſtari, prodat, Timaeum et Apollodorum, eorumque teſtimoniis Strabonem atque Clementem Alexandrinum. Nam Lycurgum Homeri tempora adtigiſſe, admodum improbabile eſt. *Harl.*]

De Lycurgo, Piſiſtrato aliisque Hom. poemata colligentibus.

XI. Primam Homericorum ſcriptorum συναγωγὴν Graeci debuerunt *Lycurgo* Spartanorum legiſlatori, qui eam e Creta vel Ionia allatam a Creophyli poſteris acceptam vulgauit, vt narrant *Plutarchus* s) in Lycurgi vita, p. 41. D. E. *Aelianus* XIII. 14. Var. *Dio Chryſoſt.* 2. de Regno p. 27 ſqq. et *Heraclides* in Politia Lacedae-

s) Peraultus, qui poſt Hedelinum negat, Homeri Iliadem vel Odyſſeam eſſe vnum corpus ab vno auctore compoſitum, ſed contra ex variis ſeparatis poematis aduerſus auctorum ſententiam a grammaticis conſtipatum et paſſim male cohaerentem centonem eſſe contendit, refellitur a *Dacerio* ad Plutarch. p. 276. *Avant Lycurgue on n'avoit en Greque que des pieces detachées, à qui on donnoit le nom de ce qu'elles contenoient, comme la vaillance de Diomede, la rancon d'Hector: mais on ne peut pourtant pas inferer de la que chaque poeme d'Homere n'eſt qu'un ramas de pieces qu' on a conſues et qui n'ont entre elles aucune liaiſon. — Avant que l'Eneide fut publique, les Romains en avoient des morceaux comme celui de Marcellus, celui des amours et la mort de Didon, et celui de l'impie Mezence: Conclura-t-on de-là avec quelque apparence de raiſon, que ce ne*

ſont

Lacedaemoniorum [illegible]. Poſt Lycurgum *Piſiſtrati* cura celebratur, Athenienſium tyranni, qui primus libros Athenis diſciplinarum liberalium publice ad legendum praebendos poſuiſſe dicitur

Y y 2

ſont pas des pieces d'un poëme, qui avec elles ne fait qu'un ſeul et même corps? Confer Bolaeum (Mr. Boileau Deſpreaux) obſeruatione 3. ad Longinum. [et ſupra ad §. I. fin.]

t) *Lycurgum* a *Creophyli* poſteris, accepiſſe ea negat *Dodwellus* de Cycl. p. 153. Neque tamen fama illa de Lycurgo, aliis aliter referentibus et ſentientibus, certa eſt, praeſertim, quum deſint teſtes antiquiores iique locupletes. *Cynaethus Chius* primum Homeri carmina ſparſa et disiecta dicitur diſpoſuiſſe, teſte *Euſtathio* ad I. Iliad. p. 16. 17. edit. Politi. Atque Scholiaſtes *Pindari* Nem. II. pag. 331. *οὗτος ὁ Κύναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐρραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα, ὡς Ἱππόστρατός φησιν*, at diu ante *Cynaethum* carmina Homeri recitata fuerunt atque collecta. vid. *Dreſigium* in comment. de Rhapſodis, Lipſiae 1743. 4. §. XI. ſqq. p. 29. ſqq. qui, quae de Lycurgi, Piſiſtrati multum poſt illius tempora viuentis, Solonis, Hipparchi conaminibus operaque hinc inde traduntur bene collegit, comparauit, atque explicuit, et de Cynaetho paſſim docteque diſſeruit. Oſtendit, ante Cynaethum carmina Homeri ab aliis, Homeridis, fuiſſe recitata; hos quidem particulas quasdam eadem, qua conſcriptae fuerunt, orationis ſerie pronuntiaſſe; Cynaethum vero ab hac forte ratione Homeri poeſin recitandi deflexiſſe, et non ſolum ordinem verſuum turbaſſe, verum etiam de ſuo aliquid in recitatione addidiſſe auguratur. Immo vero in aprico eſſe cenſet, Cynaethum et eius adſeclas, rhapſodos, ordinem verſuum homericorum non ſeruaſſe, ſed carmen cantandum ex diuerſis homericae poeſeos partibus librisque apta ſerie conſuiſſe et quaſi compilaſſe, firmatque ſententiam ſuam in primis auctoritate *ſchol.* ad *Pindari* Nem. II. p. 331. coll. *Salmaſio* ad Solinum p. 610. A. atque *Euſtathii* narratione p. 16. *Ἐλυμαίνοντο δέ φασιν αὐτῇ πάμπολλα οἱ περὶ τὸν Κύναιθον καὶ πολλὰ τῶν ἐπῶν αὐτοὶ ποιήσαντες παρενέβαλον.* Negat igitur, tempore Solonis carmina Homerica fuiſſe mire confuſa, a rhapſodis contaminata, et, quod a Cynaethi demum tempore factum eſt, interpolata, diſcerpta confutaque. Negat refutatque (p. 35.) Fabricii expoſitionem, Solonem lege abrogaſſe malum morem Rhapſodorum, et Fabricium, monet, fruſtra ad Cynaethum Solone iuniorem, hac in parte prouocaſſe. Diſcedit quoque a Fabricio, dum inquirit (p. 31 ſqq.) in cauſſam, cur et quo iure Hipparchus primus fuiſſe dicatur, qui poeſin homericam in regionem Atticam et Athenas inuexerit, (poſtquam antea Lycurgus illam in Graeciam, quatenus etiam Peloponneſum in ſe complectitur, importaſſe primus dicitur,) quum tamen iam Solonis tempore poeſis homerica Athenis non fuiſſet ſolum, verum etiam ex eiusdem Solonis praeſcripto publice recitata, et Piſiſtratus, huius Hipparchi pater, Homeri libros, antea confuſos, ſic diſpoſuiſſe perhibeatur, vt nunc habemus. In hac controuerſia componenda *Scheſſerus* ac *Perizonius* ad *Aeliani* V. H. lib. VIII. 2. et *Küſterus* in hiſtor. crit. Hom. ſect. III. 3. valde ſudarunt; *Aegidius Menagius* ad Laertii locum p. 34. aliquid definire non audet. Dreſigius vero ita cenſet: „Concedimus omnino iam Solonis tempore, atque etiam ante, Homeri carmina Athenis fuiſſe, ita tamen, vt nec integra, nec ſuo quaeque loco poſita; ſed particulae quaedam, ſicut etiam ante Lycurgum in Peloponneſo, teſte Plutarcho, habebantur. (*Aelian.* V. H. lib. XIII. 14.) Has particulas per Solonis inſtitutum in ordinem quemdam redactas poſtea in totidem libros, quot nunc habemus, Piſiſtratus forte diuiſit. Hipparchus vero vniuerſam denique Homeri poeſin ex Peloponneſo forſitan in Atticam ſecum adtulit; quemadmodum Lycurgus in Peloponneſum, adeoque primus integra Homeri carmina Athenas importauit.“ Atque ſcholiaſt. a *Villoiſonio* in Anecd. gr. II. p. 182. in not. adductus, *λέγεται*, ait, *ὅτι συνερράφησαν ὑπὸ Πεισιστράτου τοῦ τῶν Ἀθηναίων τυράννου, τὰ Ὁμήρου ποιήματα· καὶ* ΚΑΤΑ' ΤΑ'ΞΙΝ ΣΥΝΕΤΕ'ΘΗΣΑΝ ΤΑ' ΠΡΙ'Ν ΣΠΟΡΑ'ΔΗΝ, ΚΑΙ', 'ΩΣ "ΕΤΥΧΕΝ, 'ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΟ'ΜΕΝΑ, *διὰ τὸ τὴν ἁρμογὴν αὐτῶν τῷ χρόνῳ διασπασθῆναι.* Adde paullo poſt, Fabricium in §. XVI. Quod autem *Diogenes Laertius μᾶλλον*, ait, *Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν, ἢ Πεισίστρατος*, *Dreſigius* quidem explicationi Caſaubonianae ad Diogenem p. 36. et Küſterianae l. c. (p. CI. edit. Wolfii) praefert eam, quam tulit *Leo Allatius* de patria Homeri cap. 5. p. 1767. tom. X. Theſ. Gronou. tamen malit verbum *φωτίζειν* apud Laertium accipere non tam de gloria et fama, quam ex Solonis inſtituto conſequutus fuerit Homerus, quam de faciliori eius carmina intelligendi

tur apud *Gellium* VI. 17. quemque, Tertulliano iudice, aemulatus eſt ſtudio Bibliothecarum Ptolemaeus Philadelphus. Vide cap. 18. Apologetici. Hic Piſiſtratus *ſparſi lacerum collegit corpus Homeri*, [vt *Auſonius* ad Vrſulum v. 28. de Cynaetho Chio dixit.] et Cicerone teſte III. cap. 33. de Oratore, *primus Homeri libros confuſos antea ſic diſpoſuiſſe dicitur, vt nunc habemus.* Confer *Meurſii* Piſiſtratum cap. VIII. et quae viri docti ad Aelianum, [XIII. 14. et Perizon. ad lib. VIII. 2.] quaeque ex ineditis ad *Dionyſium Thracem ſcholiis* Langbaenius ad Longinum, [quae ſcholia pleniora vulgauit *Villoiſon* in Anecd. gr. II. p. 178 ſqq. et p. 182 ſq. eſt lepida fabula, qua ratione Piſiſtratus carmina collegerit atque acceperit.] *Allatius* de patria Homeri cap. 5. et *Gronouius* praefat. ad Tomum V. theſauri Antiquitatum Graecarum. Tantum adiungam locum Euſtathii ad initium Iliados κ΄. *φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ τὴν ῥαψῳδίαν ταύτην ὑφ᾽ Ὁμήρου ἰδίᾳ τετάχθαι, καὶ μὴ ἐγκαταλελέχθαι τοῖς μέρεσι τῆς Ἰλιάδος, ὑπὸ δὲ Πεισιστράτου τετάχθαι εἰς τὴν ποίησιν.* Piſiſtrati aequalis *Solon* de ordine poematum Homericorum non minus ſollicitus teſte *Laertio* lib. I. ſect. 57. [vbi vide Menagii not. p. 34.] et *Suida* in ὑποβολή, lege abrogauit malum morem Rhapſodorum, poemata Homerica [*] canendo miſere confundentium, et iam hinc iam inde, quicquid placuiſſet, decerpentium, et ſuos ſubinde verſus, (vt de Cynaetho Chio notat Euſtathius et Scholiaſtes Pindari,) Homericis aſſuentium: Τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον, *Homeri poemata iuſſit ordine a Rhapſodis decantari, vt vbi prior deſiiſſet, inde alter inciperet*, ita enim reddenda Laertii verba, quibus ſubiungit: μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν ἢ Πεισίστρατος, ὥς φησι Διευχίδας ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν. *Itaque Solon magis, quam Piſiſtratus, Homerum protulit in lucem, vt affirmat Dieuchides quinto Megaricorum.* Piſiſtrato Patri in tyrannide Athen. Olymp. LXIII. ſucceſſit filius *Hipparchus*, cui propterea forte, quod coeptam auſpiciis parentis ſui operam proſecutus fuiſſet, et Solonis legem confirmaſſet, idem quod Piſiſtrato et Soloni veteres ſcriptores tribuunt. *Plato* in Hipparcho, p. 512. B. καὶ τὰ τοῦ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνί· καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διϊέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι. Idem e Platone refert *Aelianus* VIII. 2. Var. Meminit eiuſdem legis de Homeri, (et ſolius quidem,) poematis in Panathenaeorum feſto publice per Rhapſodos decantandis *Lycurgus* Orator, ſed a quo lata ſit non addit, oratione aduerſus Leocratem [cap. 26. pag. 2[illegible] edit.

gendi ratione; propter ea quod ille plus omnino carmini rite interpretando conferat, qui illud diſperſum in ordinem redigit; quam qui iam in ordinem redactum in libros diſtinguit: ſiquidem illud intelligentiae, quae apta verſuum connexione plurimum nitatur, hoc vero commoditati in euoluendo inſeruire videatur. Hac commoda interpretatione admiſſa, dubito, num cum *Ignatio Roſſio*, in Commentation. Laertianis, Romae 1788. 8. p. 18 ſq. verba μᾶλλον οὖν Σόλων -- ἢ Πεισίστρατος eiiciendo, et pro adnotatione inepti cuiusdam, qui id ex verbis Laertii recte colligere ſibi viſus ſit, poſtea a librario quopiam hiſtoriae Laertianae intexta, ſint habenda. Ex his autem diiudicari et vero refutari poteſt opinio, quam *Klotzius*, admodum iuuenis, in epiſtola, *qua de quibusdam ad Homerum pertinentibus diſputatur*, Lipſiae a. 17[illegible] 4. propoſuit. Nam propter ſimilitudinem, quam inter Homerum et Herodotum inueniſſe ſibi videbatur, maximam, ſuſpicatus eſt, Homeri [illegible] non admodum longo interuallo ante Herodotum ſcripta eſſe. Homerum, putat, vſum fuiſſe antiquo dicendi genere, nec ſatis polite ſcripſiſſe, ſparſis quoque hinc inde carminum partibus: ſed fuiſſe, non valde diu ante Herodotum, Cynaethum Chium, qui non ſolum Homeri carmina per ſe recitauerit, ſed ſic quoque mutauerit, ſic reiectis obſoleta, nouaque poſuerit, vt, quae nunc in manibus omnium ſunt, non tam Homerus, quam Cynaethus, confeciſſe, eſſet cenſendus. *Harl.*

edit. Hauptmanni, cuius notas conferes:] οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν (τὸν Ὅμηρον,) ὥστε νόμον ἔθεντο, καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη. Reſpicit et *Iſocrates* in Panegyrico, [cap 42. p. 92. edit. 2. cl. Mor.] Alcibiades γραμματοδιδασκάλῳ, a quo Homerum petierat neganti, ſe quicquam illius habere, colaphum infixit: alteri vero, qui aiebat, habere ſe Homerum, quem ipſe emendaſſet, *et tu*, inquit, *primas litteras adhuc doces, qui vales emendare Homerum? Plutarch.* Alcibiade p. 194.

Recenſiones Ariſtotelis et aliorum. XII. Poſt Hipparchum inclaruit Homericae Iliadis ἔκδοσις, quam a ſe emendatam *Ariſtoteles* Alexandro M. dedit, et quae editio ἐκ τῆς νάρθηκος appellabatur, quoniam Rex eam in narthecio, quod inter ſpolia Perſica acceperat, reconditam ſecum circumducebat. *Plutarchus* in Alexandro p. 668. Καὶ τὴν μὲν Ἰλιάδα τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων ἔλαβε μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν· εἶχε δὲ ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, ὡς Ὀνησίκριτος ἱστόρηκεν. *Plinius* lib. VII. hiſt. cap. 29. *Alexander M. inter ſpolia Darii Perſarum Regis vnguentorum ſcrinio capto, quod erat auro gemmisque ac margaritis pretioſum, varios eius vſus amicis demonſtrantibus, quando taedebat vnguenti bellatorem et militia ſordidum, immo Hercule, inquit, librorum Homeri cuſtodiae detur, vt pretioſiſſimum humani animi opus quam maxime diuiti opere ſeruaretur* [u]). Hanc editionem ἐκ τοῦ νάρθηκος non *Ariſtotelis*, (vt praeter Plutarchum agnoſcit auctor vitae Ariſtotelis a Nunneſio editae, et innuit auctor ſcholiorum minorum in Iliad. φ'. v. 252. et ſcholiaſtes *Theocriti* Idyll. 1. v. 34. verſum Homeri laudans: ὅθεν Ἀριστοτέλης ἐν Ὁμήρῳ ἔγραψε,) ſed *Calliſthenis* et *Anaxarchi* cenſuram et manus criticas expertam [?] tradit Strabo lib. XIII. p. 594. Φέρεται γοῦν τις διόρθωσις τῆς Ὁμήρου ποιήσεως Ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος λεγομένη, τοῦ Ἀλεξάνδρου μετὰ τῶν περὶ Καλλισθένην καὶ Ἀνάξαρχον ἐπελθόντος καὶ σημειωσαμένου τινά, ἔπειτα καταθέντος εἰς νάρθηκα, ὃν ηὗρεν ἐν τῇ Περσικῇ γάζῃ πολυτελῶς κατεσκευασμένον. [*Giphanius* in praefat. ſua ad Homeri Iliada putat, Ariſtotelem emendaſſe Iliada, Calliſthenem autem, eius diſcipulum, et Anaxarchum Odyſſeam, et omnes in gratiam Alexandri. *Harl.*] Editionem ἀπὸ νάρθηκος memorat etiam *Euſtathius* ad Iliad. α'. pag. 6. Verſus quosdam ex illa produci ab Ariſtotele, quae hodie in Homeri libris non exſtant, contendit *Daniel Heinſius* ad cap. XXV. Ariſtotelis [v]) Poeticae. [Ἀριστοτέλους ſcholion aut interpretatio aut ſolutio memoratur in ſchol. cod. B. Veneti et Lipſienſ. ad Iliad. β'. 169. 183.] Alia loca Homeri a veteribus citata, quae in noſtris libris hodie fruſtra quaeras, collegit *Ioh. Hartungus* in decuriis locorum memorabilium tom. II. facis artium Gruterianae p. 664. Vide et *Ioſuam Barneſium* ad Euripidis Oreſtem. tom. I. pag. 57. *Fabric.* Fragm. Homeri ad calcem tom. II. edit. Barneſ. et tom. V. edit. Erneſti.

Ante Ariſtotelem fuiſſe criticos, aut potius grammaticos ſiue philologos, qui in emendandis aut, verius vt dicam, interpretandis Homeri carminibus verſarentur, eſt tenendum. (vid. *Wowerium* de Polymath. cap. 18. pag. 155.) ne quis e verbis Fabricianis colligat, inter Hipparchi atque Ariſtotelis aetatem nullum exſtitiſſe, qui operam addiceret poetae in tota Graecia celebri atque iucundiſſimo. conf. *Clement. Alexandr.* Strom. I. p. 309. Heinſii, *Va-*

u) Conf. *Freinshemii* Supplem. ad Curtium I. 4. 4. *Heum.*

v) [Conf. Bergler in Actis Erudit. Lipſ. 1719. pag. 503 ſq.]

Leſiique de critica libr. I. cap. 2. p. 148 ſqq. poſt illius Emendationum libr. ibique not. Burmanni, qui in not. p. 155. de Ariſtotelis editione Homeri agit. Idem putat, Ariſtotelem forſan in Dialogis de Homero exercuiſſe criticam in poetam. Antiquitus grammatica etiam dicta eſt Critica, et Critici fuerunt iidem ac Grammatici, (vid. ſchol. med. in Dionyſium Thracem apud *Villoiſon* Anecd. gr. tom. II. p. 172. nr. 4. et *Dion. Chryſoſt.* tom. II. pag. 274. Reiske;) poſtea ſunt ſeparati, et Critica ars nobilior facta eſt grammaticae pars. (vid. *Sextum Empir.* p. 233 ſq. et Tauriſcum apud eumdem p. 268.) De *Cynaetho Chio* iam vidimus. *Ariſtoteles* ipſe in A. P. cap. 25. ſect. 8. p. 202. meae edit. tradit, *Hippiam Thaſium* ſoluiſſe difficultates Homericas. Io apud *Platonem* in dialogo eiusdem nominis p. 10 ſq. edit. Marci Guil. Mülleri, (cuius notas conferes,) ſe valere, gloriatur, omnium hominum optime atque praeclariſſime Homeri explicandi facultate, adeo vt neque *Metrodorus Lampſacenus*, neque *Steſimbrotus Thaſius*, neque *Glauco*, neque *alius quispiam eorum*, *qui vmquam*, (πώποτε) *extiterunt*, potuerit tot et tam praeclara ſenſa ex Homeri ſcriptis explicare, quot ipſe poſſit. Quamquam non cunctae illorum multorum, quos vmquam extitiſſe ait, expoſitiones ſcriptae fuiſſe videntur; ſed plurimae Rhapſodorum coram ſpectatoribus atque auditoribus factae. Socrates enim paullo ante dixerat: *Τὸν γὰρ ῥαψῳδὸν ἑρμηνέα δεῖ τοῦ ποιητοῦ τῆς διανοίας γίγνεσθαι τοῖς ἀκούουσιν.* *Steſimbrotus* autem ille, qui, quod ex *Athenaeo* XIII. Deipnoſ. p. 589. E. ſcimus, aeuo Periclis vixit, et, ſi, quod *Suidas* in Ἀντίμαχος atque ex illo *Eudocia* in Viol. p. 61. prodiderunt, verum eſt, Antimachi Colophonii magiſter, nec non *Theagenes Rheginus*, Cambyſis tempore, et *Antimachus Colophonius*, in loco memorabili *Tatiani* ἐν λόγῳ πρὸς Ἕλληνας §. 48. ſupra iam lib. II. cap. 1. §. 3. a Fabricio memorato, inter eos referuntur, qui de carmine, genere et tempore Homeri egiſſent. *Steſimbrotus* in ſchol. cod. Venet. A. et B. ad Iliad. φ. 76. mendacii arguitur. Eiusdem et Glauci interpretationes adducuntur in cod. B. ad Iliad. Λ. v. 635. *Theagenes* dicitur a ſchol. B. ab Villoiſono edito ad Iliad. υ' 67. p. 452. med. ὃς πρῶτος ἔγραψε περὶ Ὁμήρου et ad allegorias confugiſſe, Homeri defendendi cauſſa. Is autem num critice tractarit Homerum, ex ſchol. Marciano ad Iliad. α'. 381. mihi nondum liquet: Verba Θεαγένης οὕτως προφέρεται etc. ſignificare poſſunt, ab eo verſum in opere illius hiſtorico ita allatum explicitumque fuiſſe. Hi igitur hiſtorici potius quam critici Homeri interpretes fuerunt. Num tamen *Antimachus Colophonius*, poeta, (Olymp. XCIII. aut ſecundum *Larcher* in Chronol. Herodot. p. 593. Olymp. XCIV. 4. ante C. N. 404. e Diodoro Siculo,) Homerum critica ratione perceuſſiſſe credendus [illegible] ſit, adhuc ſub iudice eſt. Iam *Stephan. Bergler* in Epiſtola ad De la Croze, (in Theſauro epiſtolico La Croziano, tom. I. p. 64.) in ſcholiis codicis Lipſienſis tamquam nouas et ſemel tantum citatas, [illegible] Homeri τὴν Ἀντιμάχου, τὴν Κυπρίαν, τὴν Ῥιανοῦ, τὰς Σωσιγένους, τὴν κατὰ Φιλήμονα commemorat. Post haec cel. *Villoiſon* in Anecdotis graec. tom. II. p. 183. in nota [illegible] quaſi ſummae ſcholiorum ex codd. Venetis 453. et 454. [illegible] in [illegible] cod. excerptas eſſe varias in Iliade lectiones ex [illegible] *Antimachi* [illegible] Euſtathium quoque Antimachi noſtri lectiones adhibuiſſe, atque Suidas in: Ἀντίμαχος Κολοφώνιος, vocat eum γραμματικὸν καὶ ποιητήν. At quia Suidas ſaepe eſt fidei ſubleſtae; Euſtathius, (vid. infra lib. II cap. 4. in indice ſcriptorum ab Euſtathio memoratorum,) poetam a grammatico diſcreuiſſe videtur; *Dio* denique *Pruſaeus* (orat. LIII. tom. II. p. 274. Reiske.) [illegible] artis grammaticae et criticae ad Ariſtotelem, (ἀφ' οὗ φασὶ τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν ἐν πολλοῖς διαλόγοις περὶ τοῦ ποιητοῦ,) refert, cl. *Schellenberg* in Antimach.

timachi Colophonii Reliquiis, (Halae Sax. 1786. 8.) p. 34. dubius redditur, num Antimachus poeta etiam fuerit grammaticus, adeoque num nouam Homeri recenſionem ante Ariſtotelem concinnauerit. Dionis quidem auctoritas me non moueret ad dubitandum. Nam primum ante Ariſtotelem fuiſſe interpretes Homeri, h. e. grammaticos, conſtat. Tum Dio incertam ſequutus famam, φασὶ ſcripſit. Denique ſenſus verborum quoque eſſe poteſt, artem grammaticam et criticam ab Ariſtotele eiusque exemplo principatum accepiſſe, h. e. multo plures exſtitiſſe quam antea, qui in vtraque illa arte ingenii vires exercerent. Cel. tamen *Wolfius* in Epiſtola, cl. Schellenbergii libello ſubiecta, p. 119 ſqq. illius dubitationes tollere, et probare ſuſtinet, Colophonium poetam non eſſe eumdem, atque criticum et Homeri editorem. Argumenta tamen illius, quamquam ingenioſe excogitata atque erudite explicata, non ſatis fecerunt *Villoiſonio.* Hic igitur in Prolegomenis ad ſuam Homeri Iliad. editionem pag. XX ſqq. non ſolum examinat Wolfianas rationes atque expoſitiones; ſed plura etiam excitat loca, in quibus ſcholiaſtes codicis Marciani ad *Antimachi* editionem prouocat. Res tamen nondum ſatis expedita omnibusque dubitationibus libera eſſe videtur. Nolo equidem inſiſtere, Antimachum Colophonium aliquoties culpari in ſcholiis, quod poetam non intellexerit, ſic in cod. Venet. B. et Lipſienſi ad Iliad. γ'. 197. tum δ'. 439. erraſſe dicitur Antimachus, quod Δειμον και Φοβον in verſu quodam adlato finxiſſet equos Martis, (loco Iliad. ο'. 119. male percepto.) atque *Euſtathius* ipſe ad Iliad. ν'. 299. p. 932. edit. rom. Antimachum ideo erraſſe monet; ſed quod Euſtathius Antimachum ibi vocat grammaticum, controuerſiam nondum dirimit, quamquam cl. Villoiſonii expoſitio p. XXIIII. eſt acuta. Cl. enim Wolfius reſpondere poteſt, Euſtathium rem et Antimachi locum non clare perſpexiſſe. Ad Iliad. ξ'. 499. ὁ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχὼν, adnotat ſcholiaſtes Venet. veteres criticos diſputaſſe, vtrum φῆ ſit h. l. vocabulum encliticum, et ponatur pro ὡς, nec ne? et pergit: προς δε τον Ζηνοδοτον ὑγιως ἀποφαινεται ἐκεινο, ὁτι ὁ Ποιητης ὀυδεποτε οἰδε το φη, ἀντι τȣ ὡς· οἱ δε ΜΕΤ' ΑΥΤΟΝ, ὡσπερ Ἀντιμαχος και οἱ περι Καλλιμαχον· et ad v. 500. ἰσως δε και Ἀντιμαχος ἐντευθεν ἐπλανηθη, φη γεγων οἰσιν ειπων· δει δε ἐξωθεν προσλαμβανειν το ὡς. Eſtne vtroque loco idem, at alius grammaticus, Antimachus, an duo diuerſi deſignantur? Nec vero vt criticus laudatur ille: et quomodo antiquior Antimachus dici potuit μετ' αὐτὸν *poſt illum Zenodotum?* An locus eſt interpolatus? Alibi tamen recenſio *Antimachi* commemoratur in illis ſcholiis, et, vt ſupra vidimus, in ſcholiis codicis Lipſienſis. Enimuero mirum videbitur, qui fieri potuerit, vt Antimachi editio a nullo alio vetere grammatico laudata, tam diu incognita et tamquam ſepulta iaceret, multorum autem aliorum recenſiones in omnium fere eſſent ore et manibus. Forſan autem rem ita expedire poſſumus. Antimachus Colophonius, Homericae poeſeos admirator, habere potuit exemplum, (*Copiam* barbare dices, *Abſchrift*) epicorum carminum Homericorum, quod interdum diſcreparet a reliquis exemplaribus, et quod alicubi latuit, aut in aliis, inde ſumtis, exemplis diu conſeruatum eſt. Id exemplum, ſumma quondam, praeſertim primis temporibus, raritate exemplarium et Antimachi Colophonii auctoritate, *Antimachi* editio vocari potuit. Poſtea vero, quam alii, iique celebriores grammatici, qui plures habuerunt adſeclas ſuaeque diſciplinae alumnos, novas Homeri recenſiones concinnarunt, fieri potuit, vt memoria Antimacheae editionis interiret, et ab antiquioribus tantum grammaticis, qui ſimul exercebant artem criticam, ſeruaretur. Sic in ſcholiis Marcianis aliae quoque, quarum mentionem alias vel plane non, vel rariſſime factam eſſe ſcimus, memorantur. Quidquid eſt, omnino negari non poteſt, editionem

tionem quondam fuiſſe Antimacheam; at, ab Antimacho Colophonio ipſo nouam confectam eſſe Homericorum carminum ἔκδοσιν, nondum eſt demonſtratum. Inter ea ex ſcholiis Marcianis cognoſcimus et efficimus, non ita multo poſt collecta carmina Homerica non ſolum homines ſingulos, ſed etiam ciuitates curam poematum curatius deſcribendorum ſuſcepiſſe atque diligenter cuſtodiuiſſe exempla: quae quum ſiue a librariis ipſis, ſiue a criticis, hinc inde eſſent vel deprauata vel correcta, vel ex exemplo, rhapſodorum laciniis ac mutationibus adhuc onuſto, fluxiſſent, et tamen in quadam fuiſſent auctoritate, euenit, vt et varietates et nomina plurium editionum, modo frequentius, modo rarius inter ſe diſſidentium, orirentur. Neque vero tot *nouas* editiones ſiue recenſiones proprie dictas arbitror fuiſſe factas, quot commemoratas videmus. Neque videntur omnes, quorum varias lectiones deprehendimus in ſcholiis Marcianis, de induſtria, quod Ariſtarchus aliique fecerant, integra Homeri carmina percenſuiſſe, aut nouas curaſſe editiones, ſed nonnullos, ſuſpicor, oblata occaſione, in commentariis ſuis aut libris grammaticis ac philologicis loca quaedam Homeri hinc inde explicuiſſe aut emendaſſe, quorum opiniones atque interpretationes poſtea ab auctoribus et collectoribus ſcholiorum ſuo quaeuis loco ſunt enumeratae, interdum ſub examen vocatae aut reiectae. Ciuitates vero, quae curarunt editiones, aut etiam exempla ſibi deſcribenda ſeruarunt, e quibus lectiones adducuntur in ſcholiis Marcianis, fuerunt *Maſſilia*, *Chios*, *Cyprus*, *Creta*, *Sinope*, *Argos*. Quas illae ſeruarunt aut fieri curarunt editiones, eae modo ſuo, modo generali nomine excitantur. Sic *Argolica*, vt ceterae, aliquoties nominatur: e. g. ad Iliad. Ρ. 133. παρὰ Ζηνοδότῳ καὶ ἐν τῇ Χίᾳ etc. ad Iliad. γ΄. 51. ὅτως κατηφείην συν τῶν ὡμολογῶν αἱ Ἀριστάρχου. καὶ ἡ Ἀριστοφάνους, καὶ ἡ Σωσιγένους καὶ ἡ ἈΡΓΟΛΙΚΗ. καὶ σχεδὸν ἐν ταῖς χαριεστάταις ὅτως εἶχον etc. qui locus quoque indicat *Soſigenis* editionem, et duas fuiſſe *Ariſtarchi*, vti ad α΄. 91. in Veneto A. et Lipſienſi αἱ Ἀριστάρχειοι· ὁμοίως καὶ ἡ Σωσιγένους, καὶ ἡ Ἀριστοφάνους, καὶ ἡ Ζηνοδότου· pariter ad γ΄. 57. αἱ Ἀριστάρχου et alibi citantur. Τὴν Σινωπικήν. τὴν Μασσαλιωτικήν, et τὴν Κυπρίαν etc. *Bergler* l. mem. et in indice auctorum, in ſcholiis MSS. ad Iliad. libris e cod. Lipſienſi iam enotauit. adde *Wolfii* Epiſtolam Schellenbergii diſputationi ſubiunctam p. 121 ſqq. Interdum generali nomine ſignificantur, αἱ πολιτικαὶ ἐκδόσεις, αἱ τῶν πολιτικῶν, αἱ κατὰ πόλεις, αἱ ἐκ τῶν πόλεων, αἱ ἀπὸ πόλεων, aut αἱ διὰ τῶν πόλεων. vid. cel. *Villoiſon* in Anecdot. graec. II. p. 183. not. et in Prolegom. ad Homeri Iliad. p. XXVI. vbi quoque adnotatur, exempla, quae venalia proſtabant apud bibliopolas, dicta fuiſſe κοινά, *communia*; alia, ratione bonitatis aut prauitatis habita, ἐκδόσεις μετρίας, aut χαριεστέρας, aut εἰκαιοτέρας, aut etiam φαύλας, vulgatam autem lectionem ἀνάγνωσιν κοινὴν aut τετριμμένην aut συνήθη. His opponuntur ἐκδόσεις κατὰ ἄνδρα. h. e. exemplaria, quae ſinguli homines ſibi ſolis deſcribenda curabant.

Antimachi autem exemplar ſiue editionem in ſcholiis Marcianis aliquoties adduci, ſupra iam monuimus. Nec erit moleſtum loca quaedam, in quibus occurrit, et quae partim iam *Villoiſon.* in Prolegg. p. XXIII. excerpſit, hic repetere, quod et liber ipſe non erit omnibus ad manus, et aliarum praeter ea editionum ſit mentio. Ad Iliad. α΄. 298. Καὶ ἡ Μασσαλιωτική, καὶ ἡ Ἀργολική καὶ ἡ Σινωπική, καὶ ἡ Ἀντιμάχου, καὶ ἡ Ἀριστοφάνους. Ibid. vſ. 424. ὅτως δὲ εὕρομεν καὶ ἐν τῇ Μασσαλιωτικῇ καὶ Σινωπικῇ. καὶ Κυπρίᾳ, καὶ Ἀντιμαχείῳ καὶ Ἀριστοφανείῳ. Ibid. v. 435. ἡ Ἀργολική, καὶ ἡ Σινωπικὴ καὶ ἡ Σωσιγένους. — Ibid. v. 598. ἐν τῇ Ἀργολικῇ. καὶ Μασσαλιωτικῇ, καὶ Ἀντιμαχείᾳ, καὶ ἐν τῇ Ζηνοδότου καὶ Ἀριστοφάνους. Rhapſ. γ΄. 51. ΑΙ Ἀριστάρχου. καὶ ἡ Ἀριστοφάνους, καὶ ἡ Σωσιγένους. καὶ ἡ Ἀργολική

λικὴ καὶ σχεδὸν ἐν ταῖς χαριεστάταις. Iliad. β'. 258. in cod. Veneto B. et Lipſienſi memorantur αἱ Ἀριστάρχου, ἡ Σινωπικὴ, ἡ Μασσαλιωτικὴ, ἡ κατὰ Φιλήμονα. Iliad. θ'. 6. 7. παρὰ Ἀντιμάχῳ καὶ Ῥιανῷ. Iliad. ψ'. 870. 871. lectiones variae ἐν τῇ Μασσαλιωτικῇ, et ἐν τῇ κατὰ Ἀντίμαχον, h. e. *Antimachi*, adferuntur; ibid 604. αἱ, (lege οἱ) δὲ περὶ Ἀντίμαχον νόημα νίκησε γράφουσιν, ἀντὶ τοῦ νόον. Iliad. ω' 71. dicitur: ὅπερ ἀγνοήσαντες οἱ περὶ Ἀντίμαχον, ἐποίησαν etc. Sic quoque Iliad. χ'. 336. οἱ περὶ Ἀντίμαχον. Alibi vt ad Iliad. γ'. 197. ρ'. 133. Euſtath. p. 1098. *Antimachus* non tam editor, quam potius interpres laudatur.

Praeter ea alii veteres Homeri editores aut critici in illis ſcholiis Marcianis excitantur. Miſſis iis, de quibus Fabricius iam diſſeruit, celebrioribus, hic tantum nominabo *Apollonium Rhodium*, cuius quidem varia loci Homerici Iliad. α'. 3. lectio adducitur in cod. Veneto B. et Lipſienſi, Iliad. β'. 436. (quamquam hae aliaeque eius emendationes aut lectiones in illius libro critico πρὸς Ζηνόδοτον, in ſcholiis Marcianis ad Iliad. γ'. 657. memorato ſcriptae eſſe potuerunt, ita, vt criticus potius, quam editor Homeri eſſet dicendus,) *Calliſtrati* ad Iliad. γ'. 18. eiusdem α'. 134. 213. et *Philetae*, ad Iliad. φ'. 126. 127. *Rhiani* ſub Ptolemaeo Euergeta poetae clari, ad Iliad. υ'. 331. φ'. 607. et ſaepius, *Philemonis*, qui ad Iliad. β'. 258. vocatur κρητικὸς, Cretenſis, vbi tamen cum Villoiſonio malim legere κριτικὸν, quo nomine diſtinguatur a Philemone comico, *Soſigenis* ad Iliad. γ'. 51. et alibi. Ad Iliad. ι'. 73. editionis ab *Antiphane* curatae fit mentio: οὕτως ἔχει ἡ τοῦ Ἀντιφάνους παράδοσις, vbi tamen, quod de Antiphane grammatico et Homeri editore nemo vmquam fando audiuerit, cl. *Villoiſon* Ἀριστοφάνους reponendum cenſet. In ſchol. ad Iliad. α'. 381. *Seleucus* citatur teſtis, ἐν τῇ κυπρίᾳ καὶ κρητικῇ legi ἐπεὶ ῥά νυ οἱ φίλος ἦεν, ex quo loco ſimul patet, collectores illorum ſcholiorum lectiones veterum ἐκδόσεων aliquoties aut pluries ex aliorum ſiue criticorum ſiue grammaticorum ſcriptis excitaſſe: idem tamen *Seleucus* ad Iliad. γ'. 57. dicitur voluiſſe σίζειν etc. potius igitur videtur fuiſſe grammaticus. vide infra lib. II. cap. 5. voc. *Seleucus.* De his aliisque bene multis criticis ac grammaticis vid. *Küſteri* Hiſtoriam criticam Homeri ſect. V. inprimis cel. *Villoiſonii* in Anecd. graec. II. p. 183. not. et Prolegom. p. XXIII — XXXV. *Harl.*

De Caſſandri et Ptolem. edit.

XIII. De *Caſſandro* Macedoniae Rege incertum plane eſt, quod ſuſpicantur viri docti ipſum vel nouam concinnaſſe, vel curaſſe concinnandam διόρθωσιν Ὁμηρικὴν, quamuis Athenaeus lib. XIV. cap. 3. p. 620. e Caryſtio teſtatur, eum non tantum verſus Homericos in ore frequenter habuiſſe, ſed et Iliadem atque Odyſſeam illi fuiſſe ἰδίως γεγραμμένας. Non enim omnes, qui librum in priuatos vſus vel deſcribunt ipſi vel deſcriptum habent, eum quoque recenſent critica induſtria. [*Burmannus* II. tamen ad Valeſii Emendat et critica p. 155. not. cenſet, Caſſandrum propria induſtria vtrumque carmen deſcriptum emendaſſe, laudatque Caſaub. ad loc. Athenaei, p. 564.] Neque occurrit, quo auctore *Ioachimus Camerarius* adfirmat, *Ptolemaeum Euergetem II.* Aegypti regem correctiones Homericas edidiſſe.

Recenſio Maſſaliotica et Sinopica.

XIV. *Maſſalioticam* aliquam διόρθωσιν Homeri, et *Sinopicam* ſiue *Sinopenſem* memorat praeterea Euſtathius ad Iliad. α'. p. 6. ſed ita, vt ipſi non inſpectam adpareat, ἀλλὰ καὶ ἕτεραι Ὁμηρικαὶ διορθώσεις μνημονεύονται, οἷον καὶ ἡ ἐπιγραμμένη ἀπὸ νάρθηκος. καὶ Μασσαλιωτική δέ τις καὶ Σινωπική. Idem p. 80. Ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ Μασσαλιωτικὴ καὶ Σινωπικὴ ἔκδοσις τῆς Ἰλιάδος τὸ μαχήσομαι διὰ τὸ η ἔχει.

ἔχει. Ceterum, quo tempore vel auctore hae duae editiones adornatae fuerint, non conſtat. *Fabric.* Vtraque, praecipue prior, frequenter laudatur, earumque et aliarum veterum recenſionum variae lectiones adferuntur in ſcholiis codicis Veneti. Exempla ad antecedentem paragraphum adduximus. Sic quoque notabilis locus eſt ad Iliad. γ΄. 10. vbi *Didymi* ſcholion laudatur, in quo ad ἐκδόσεις Χίαν et Μασσαλιωτικὴν prouocatur. adde cl. *Siebenkees* de codice Homeri Veneto, in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, part. III. p. 61 ſq. At comparatis, quae iam adtulimus, et adhuc quaeri debent, locis, forſan hiſtoria editionum illarum critica quodammodo componi poteſt, e qua intelligamus, admodum pauca exempla fuiſſe nouas recenſiones, plura vero, praeſertim ciuitatum, non a criticis facta, ſed ex aliis exemplaribus modo diligentius, modo minus curate deſcripta. Criticam manum potiſſimum videntur expertae editiones Zenodoti et reliquorum Alexandrinorum; reliquae vero, praecipue antiquiores, vnius familiae filiae, neque vero ſui ſemper ſimiles. Viteriorem tamen huius quaeſtionis inquiſitionem relinquamus neceſſe eſt criticis. *Harl.*

Euripides. XV. Euripidis Tragici notiſſimi, fratris filius, *Euripides*, Tragicus et ipſe, Athenienſis, a Suida traditur feciſſe ἔκδοσιν Ὁμηρικήν. Mox addit: εἰ μὴ ἄρα ἑτέρε ἐςί. *niſi forte alterius ſit*, alterius *Euripidis* puta. Ita enim ille Suidae locus videtur accipiendus.

Zenodoti Ephesii. XVI. Patet ex iam dictis, quam vere idem Suidas ſcribat, *Zenodotum* Epheſium, qui Philetae grammatici diſcipulus, ſub Ptolemaeo Lagida praefuit Alexandrinae Bibliothecae, primum fuiſſe Homeri διορθωτὴν, niſi hoc intelligit de grammaticis Alexandrinis, quorum complures ſunt in recenſione poematum Homeri verſati [w]). Hanc Zenodoti editionem frequenter adducit, in Iliade praeſertim, Euſtathius, et ſubinde lectiones emendationesque eius refellit. Ceterum quando idem Ariſtarchum κορυφαῖον τῶν διορθωσαμένων, καὶ μετὰ τῦτον Ζηνόδοτον laudat, non temporis rationem habuit, ſed dignitatis; plurimum enim ſemper tributum eſt editioni, de qua mox dicturus ſum, Ariſtarcheae. Hinc in [P] ſcholiis ad Dionyſium Thracem legas Piſiſtratum [x]) LXX. Grammaticos conuocaſſe et ſingulos Homeri poemata priuato ſtudio ordinare ac recenſere iuſſiſſe, omnium autem iudicio prae ceteris omnibus probatam Zenodoti et Ariſtarchi recenſionem, ſed inter hos duos quoque praecipuum locum datum Ariſtarcho. Καὶ μετὰ τὸ πάντας τὲ ποιητῦ ςίχους συναγαγεῖν, παρεκάλεσεν ἑβδομήκοντα γραμματικὲς συνθεῖναι τὰ τῦ Ὁμήρε, ἕκαςον κατ᾽ ἰδίαν, ὅπερ [ὅπως ἂν apud Villoiſon] ἔδοξε τῷ συντελεσθέντι [συντεθῆναι ibid.] καλῶς ἔχειν, ἐπὶ μισθῷ πρέποντι λογικοῖς ἀνδράσι καὶ κριταῖς ποιημάτων, ἑκάςῳ δεδωκὼς κατ᾽ ἰδίαν πάντας

τες

w) [Contra *Eudocia* in Viol. p. 204. de Zenodoto Epheſio agens, tacet de illius editione Homerica, eumque, tantum narrat, ſcripſiſſe περὶ ἀνθυποτάκτων καὶ ἀνυποτάκτων. De Zenodoto Alexandrino conſentit cum Suida.]

x) Zenodotus et Ariſtarchus longe iuniores fuerunt, quam vt eorum opera vti potuerit Piſiſtratus. Sed ſimilem anachroniſmum in Euſtathio etiam notauit Langbainius ad Longin. Si pro Piſiſtrato Scholiaſtes Dionyſii nominaſſet Ptolemaeum, temporum rationem minus laeſiſſet, et apertius innuiſſet originem fabulae de LXX. Grammaticis ad exemplum LXX. Interpretum librorum ſacrorum confictae. Eundem locum Scholiaſtae ex alio MSto vulgauit *Iac. Gronouius* praef. ad T. V. theſauri Antiqu. Graecar. atque inde *Antonius van Dalen* libro de Ariſtea p. 146. Et ex Codice Barocciano *Humfredus Hody* lib. II. de verſionis Graecae Bibliorum auctoribus veris p. 157. *Fabric.* Particulam multo longiorem dedit cel. *Villoiſon.* in Anecd. graec. p. 175 ſqq. cuius notam conferes pag. 183. *Harl.*

τὲς ϛίχες [ϛίχες κατ' ἰδίαν, ὅσες. ibid.] ὅσας ἦν συναγαγὼν, καὶ μετὰ τὸ ἑκαϛὸν συνθεῖναι κατὰ τὴν ἑαυτῦ γνώμην, εἰς ἓν συνήγαγε πάντας τὲς προλεχθέντας γραμματικὲς, ὀφείλοντας ἐπιδεῖξαι αὐτῷ ἕκαϛον τὴν ἰδίαν σύνθεσιν παρόντων ὁμῦ πάντων. Οὗτοι ὂν ἀκροασάμενοι, ὐ πρὸς ἔριν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀληθὲς, καὶ πᾶν τὸ τέχνῃ ἁρμόζον, ἔκριναν πάντες κοινῇ καὶ ὁμοφώνως ἐπικρατῆσαι τὴν σύνθεσίν τε καὶ διόρθωσιν Ἀριϛάρχε καὶ Ζηνοδότε. Καὶ πάλιν ἔκριναν τῶν δύο συνθέσεών τε καὶ διορθώσεων βελτίονα τὴν Ἀριϛάρχε. Zenodotum confutat etiam *Porphyrius* in quaeſtionibus Homericis et *Ammonius* in ὐδὲν, [et *Strabo* lib. IX. p. 633. Alm. ſ. p. 413. Caſaub.] Citatur a *Stephano Byz.* in Δωδώνη, *Tatiano*, aliisque. Auſonius in ludo VII. Sapientum:

Maeonio qualem cultum quaeſiuit Homero
Cenſor Ariſtarchus, normaque Zenodoti.

Praeterea Suidas alterum *Zenodotum* inducit Alexandrinum iuniorem, quem, ait, ſcripſiſſe πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριϛάρχε ἀθετέμενα τῦ ποιητῦ, ſiue contra Ariſtarchi in Homero varia reiicientis et obelo transfigentis criticam audaciam, tum περὶ τῆς Ὁμηρικῆς συνηθείας, et λύσεις Ὁμηρικῶν ἀπορημάτων. [Zenodoti editio, correctiones et mutationes frequenter memorantur in ſcholiis Amſtelaed. Leidenſibus, Lipſienſibus, praecipue Marcianis. Sic ad Iliad. γ'. 126 καὶ αἱ Ἀριϛάρχε, καὶ ἡ Ζηνοδότε, καὶ ἡ Ἀριϛοφάνες πορφυρέην εἶχον, ὐ μαρμαρέην' adde et compara vtrumque ſcholion in cod. Veneto A. et B. ad Iliad. τ'. 387. Sed is in ſua editione audacior fuit Ariſtophane Byzantino: quare ne ſcribere quidem voluit multos verſus, quos hic obelo duntaxat notabat: ideo autem crebro eſt reprehenſus: e. g. ad Iliad. α'. 80. in cod. B. Veneto et Lipſienſi: Ζηνόδοτος δὲ κρείσσω (loco κρείσσων) γράφει· ἀθετεῖ δὲ καὶ τὸν ϛίχον κακῶς. Ad α'. 100. ὅτι Ζηνόδοτος γράφει αἴ κέν μιν· γελοῖον δὲ διϛακτικῶς λέγειν τὸ μιν· in vtroque Veneto et Lipſienſi. Quod ad α'. 198. *Zenodotus* ſcripſit ὁρῆτο pro ὁρᾶτο, ad uſatur ignoratae dialecti Ionicae ac doricae, in cod. Veneto et Lipſienſi. Refutatur ad Iliad. β'. 119. 120. 121. quos male deleuiſſe dicitur, 193. quod nouem verſus expunxit. adde ibidem ad vſſ. 165. 180 ſqq. 201. 204. etc. Ad γ'. 56. in cod. A. refutatur idem, corrigens ἐλεήμονες: hinc verſus διπλῆ ſignabatur. Ad γ'. 423 ſqq. notantur διπλαῖ et quod verſus male expunxerit Zenodotus et mutarit, haud cogitans, Venerem ſub ſpecie ſeruae adparuiſſe. Plures rhapſodiae tertiae verſus, quos Zenodotus vel damnauit, vel aliter legit, congeſſit cl. *Siebenkees* in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, part. III. p. 80 ſqq. Sic, notante *Porphyrio*, in Iliad. Σ. verſus 356. et duodecim ſequentes, *Zenodotus* latius oſtendit, non eſſe Homericos, apud *Valckenaer* in diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis p. 137 ſq. adnexa *Vrſini* Virgilio collatione ſcriptorum graecorum illuſtrato, et in cod. Veneto B. nec Porphyrius improbat. Zenodotus autem, qui quidem ſecundum Suidam diuerſus fuit et iunior, Alexandrinus, ibidem dicitur id iudicium tuliſſe in vol. περὶ τῆς Ὁμήρε συνηθείας, X libri (τὰ δέκα βιβλία.) vbi videtur carmina Homeri vberius breuiusque percenſuiſſe. Quaedam autem male intellecta maleque correcta a Zenodoto reſtituit *Apollonius Sophiſta* in Lexico Homerico, edito a cl. *Villoiſonio*, (cuius Prolegomena p. XVII. conſules,) p. 34. in voc. ἀγγελίης, p. 840. in voc. φραδέος. At p. 384. iunioris forſan Zenodoti, (male legitur ibi Ζηνόδωρος.) explicatio laudatur. Ab *Apollonio Rhodio* librum πρὸς Ζηνόδοτον ſcriptum eſſe, diſcimus ex ſchol. Veneto ad Iliad. Ν'. 657. At vbi, aut Epheſius aut Alexandrinus Zenodotus ſit intelligendus, et num recenſio prioris vbicunque, nullo patriae aut libri indicio

 facto,

facto, ſit accipienda, diſſicilius erit cognitu. Forſan in fragmento in cod. Veneto, quod edidit cl. *Siebenkees* loco mem. p. 69 ſq. de vſu διπλης περιεστιγμενης et obeli: προς μεν δη Ζηνοδοτε αυτα η παραθεσις της περιεστιγμενης διπλης προς εκαστην γραφην ακριβεστερον θεωρειται· τον δε οβελον ελαβομεν εκ της Ζηνοδοτε διορθωσεως, priore loco Zenodotus Alexandrinus eiusque liber eſt intelligendus; poſteriore autem Zenodoti Epheſii recenſio. adde *Siebenkees* ibid. p. 67 ſq. Forſan igitur variae illius lectiones ſimpliciter poſitae pertinent ad recenſionem Zenodoti Epheſii, aliae autem coniecturae, mutationes audaciores atque explicationes ad Zenodotum Alexandrinum. At enim haec in coniecturis poſita ſunt. Adde *Villoiſonii* Prolegg. ad Homeri Iliada p. XV ſqq. XXV. XXVI. etc. et ab *Euſtathio* ſcriptores citatos v. *Zenodotus* infra lib. II. cap. 4. nr. III. Scholae Cratetis addictus fuit. hinc ad Iliad. ψ΄. 79. Zenodotus vocatur κρατήτειος. *Harl.*] Ab alterutro horum nomen *Zenodoti* pro Critico vſurpari coeptum, vt in trito illo Bibaculi apud Sueton. cap. XI. de illuſtribus Grammaticis:

En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!

Plures Zenodoti. Fuere praeterea *Zenodotus* Aetolus, laudatus Germanico: *Zenodotus Malloctes*, quem excitat Scholiaſtes Arati Graecus, *Zenodotus Theophilus*, quem citat auctor ſcholiorum ad Nicandri Theriaca, *Zenodotus Troezenius*, cuius mentio apud Dionyſium Halicarnaſſenſem, *Zenodotus* denique Damaſcii in Philoſophicis praeceptor, de quo *Photius* cod. CLXXXI. [?] vt praeteream *Zenodotum*, ſiue *Zenobium* Sophiſtam ſub Adriano Imp. clarum, cuius Prouerbia exſtant. *Zenodoti* Stoici Epigramma in Zenonem Citieum exſtat apud Laertium VII, 29. Aliud *Zenodoti*, neſcio cuius, diſtichon in amorem, lib. I. Anthologiae.

Ariſtophanes Byzantius. XVII. Poſt Zenodotum Epheſium diſcipulus eius et ſub Ptolemaeo Philadelpho Bibliothecae Alexandrinae praefectus *Ariſtophanes Byzantinus* nouam Homeri διόρθωσιν edidit, quae ab eo Ἀριστοφάνειος dicta eſt, teſte Hipparcho in vita Arati. Meminit Euſtathius non raro, et ſemel iterumque auctor ſcholiorum minorum in Homerum. Reſpicit et Athenaeus VI. p. 228. *Fabric.* [Vide de hoc Zenodoti Epheſii, Callimachi et Eratoſthenis diſcipulo, atque Ariſtarchi magiſtro, eiusque celeberrima editione, quae dicitur in ſcholiis Marcianis ἡ Ἀριστοφάνεος, ἡ κατὰ Ἀριστοφάνην, ἡ Ἀριστοφάνειος, cel. *Villoiſonii* Prolegom. ad Homer. p. XXIII. et XXIX. Ad Iliad. γ΄. 18. ὁ ὀρος defenditur a ſcholiaſte Marciano, itemque notatur, Ariſtarchum ſine articulo ὀρος dediſſe, et additur ἔτως καὶ ἡ Ἀριστοφάνες καὶ ἡ Καλλιστράτε, καὶ σχεδὸν ἔτως καὶ αἱ χαριέσταται. In cod. Veneto A. et Lipſienſi Iliad. α΄ 91. pro lectione ἐνὶ στρατῷ citantur αἱ Ἀριστάρχεοι, καὶ ἡ Σινωπική, καὶ ἡ Ἀριστοφάνεος, καὶ ἡ Ζηνοδότε. Neque tamen ſemper lectio eius ex codice ipſo hauſta, ſed aliunde ſumta eſt. Sic ſchol. ad τ΄. 327. καὶ Ἀριστοφάνης περιῄθετο τὸν στίχον, ὥς φησι Καλλίστρατος. quod quidem ex aliis eius libris adnotatum eſſe potuit. Nam ille quoque ſcripſit γλώσσας, vide ſchol. Marcian. ad Iliad. α΄ 567. Illum etiam notas aut ſcholia in Homerum confeciſſe, colligi poteſt ex iis, quae ex Porphyrio ad Iliad. φ΄. vſ. 126. 127. et ex Ariſtarcho ad φ΄. vſ. 130. 131. a ſcholiaſte Veneti codicis ſunt notata. Atque in vulgatis ſcholiis minoribus ad Iliad. α΄ vſ. 5. *Ariſtophanis* et Ariſtarchi explicatio laudatur. Adde infra II. cap. 4. indicem ſcriptorum ab Euſtathio ad Homerum citatorum ſub voc. *Ariſtophanes* Grammat. *Harl.*]

Ariſtarchi editio. XVIII. Hinc Ariſtophanis diſcipulus *Ariſtarchus*, Samo Thrax, qui Ptolemaei Philometoris liberos Alexandriae inſtituit, praeceptoris ſui induſtria et iudicio non

contentus

contentus, nouam Homeri vulgauit editionem, commentariis ſuis inſtructam. [vid. *Bayle* Diction. voc. *Ariſtarque*, not. B. et Prolegom. Hom. Villoiſonii p. XXVIII. eiusdemque prolegg. in Apollonii ſophiſtae lexic. Hom. p. XIV ſq.] In hac ſeueram plane Criticam exercuit, pluribus verſibus obelo notatis ac reiectis, ita vt etiam in prouerbium abierit eius rigor *y*); non omnibus tamen aeque probatus, nam et *Zenodotus iunior Alexandrinus* aduerſus Ariſtarchum ſcripſit, vt iam e Suida notaui: et fortaſſis etiam *Cleanthes* Stoicus, cuius librum πρὸς Ἀρίσταρχον et περὶ ποιητοῦ *Laertius* VII. 174. 175. commemorat, tum *Ptolemaeus Aſcalonites*, qui, eodem Suida teſte, ſcripſit περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως, et *Lucianus* lib. II. de varia Hiſtoria tom. I. p. 670. [tom. II. p. 117. Reitzii,] Homerum inducit de ἀθετημένοις στίχοις interrogatum, eos omnes agnoſcentem pro ſuis, κατεγίνωσκεν οὖν, inquit Lucianus, τῶν ἀμφὶ τὸν Ζηνόδοτον καὶ Ἀρίσταρχον Γραμματικῶν πολλὴν ψυχρολογίαν. Forte etiam Ariſtarchi editionem Iliadis ad cenſuram reuocauerat *Philoxenus*, qui Suida [et Eudocia, p. 424.] teſte ſcripſerat περὶ σημείων τῶν ἐν Ἰλιάδι ſiue *de locis obelo vel alio ſigno critico in Iliade notatis.* Reprehenditur etiam Ariſtarchus a *Strabone*, non vno in loco: a [?]

Plutarcho

y) Nota ſunt Ciceronis loca, et illud Horatii in Arte: *Arguet ambigue dictum, mutanda notabit: Fiet Ariſtarchus*, Hieron. I. in Rufin. *illud miror, quod Ariſtarchus noſtri temporis puerilia iſta neſcierit.* Vide Eraſmum prouerbio *ſtellis ſignare.* Ceterum de notis Criticis veterum Grammaticorum, quarum vſum ad libros Biblicos etiam interiecto tempore adplicauit *Origenes* [conf. Villoiſon. Prolegg. Homer. p. 21 ſq.] conſulendi ſcriptores laudati a *D. Io. Fr. Mayero* ad calcem Hiſtoriae verſionis Germanicae Bibliorum D. Lutheri, [*Hephaeſtion* in capite περὶ σημείων p. 74. edit. de Paw, emendatius a *Villoiſon* e cod. S. Marci 483. editus in Prolegg. ad Homeri edit. p. LIX.] *Laertius* III. 65. in Platone et ad eum locum Caſaubonus ac Menagius: *Epiphanius* de menſuris ac ponder. tom. II. p. 164. *Iſidori Origines* lib. I. cap. 20. Praefatio vetus in Pſalmos apud *Coteleriun* tom. III. monument. p. 586. Analecta Graeca a Montfauconio edita p. 395. [*Montfaucon* in Palaeograph. gr. paſſim, vt p. 37 ſq. 351 ſqq.] *Reineſius* lib. I. Var. Lect. cap. 7. et Epiſtolis ad Hofmannum p. 93. *P. Pithoeus* lib. II. cap. 3. Aduerſar. *Wowerанus* Polym. cap. 17. *Leopardus* XIX. 5. emendat. *Andreas Chriſtianus Eſchenbachius* diſſ. de Veterum Criticorum σημειώσεσι p. 215 ſqq. *Mich. Meijſnerus* ſyntagmate de adnotamentis Philologicis A. 1623. 8. *Claudius Dausqueius* in Opere de Orthographia, *Küſterus* in Hiſt. Critica Homeri p. 97. et *Carolus du Freſne* in appendice ad gloſſarium mediae et infimae Graecitatis. (Plures ſcriptores de obelis, aſteriſcis aliisque notis, quas veteres critici auctoribus profanis adpoſuerunt, nominat cl. *Villoiſon* in Prolegg. Homer. p. 22.] De σημείοις Criticis in ora Scriptorum Hippocraticorum olim additis vide *Galenum* tom. V. edit. Baſil. p. 399. 404. [Conf. *Villoiſon* Prol. in Hom. p. 20.] Scripta *Philoxeni* περὶ σημείων ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου, vti Diogenis Cyziceni et Svetonii Tranquilli περὶ τῶν ἐν βιβλίοις σημείων, pridem temporum iniuria interciderunt. *Fabric.* Adde *Io. Georg. Ioch* diſſ. de notis veterum criticis. Ienae 1704. *Philoxenus* ſcripſit, teſte *Suida* III. p. 606 et *Eudocia* in Viol. p. 424. περὶ σημείων ἐν τῇ Ἰλιάδι, item *de gloſſis* lib. V. et de *gloſſis Homericis.* Contra *Ariſtonicus* Alexandrinus grammaticus ſcripſit, teſte *Suida* tom. I. p. 326. περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου, (qui liber laudatur in ſcholiis ad Theogon. p. 248. Heinſii:) item περὶ τῶν σημείων τοῦ Ὁμήρου, teſte auctore Etymologici M. in voc. Λύχνος p. 572. De στιγμαῖς ſiue interpunctionibus v. Schol. ad Dionyſii artem grammat. in *Villoiſon.* Anecd. gr. pag. 138 ſqq. et ipſum *Villoiſon* l. c. a p. 135 — 143. et ind. ſub voc. *Punctuatio.* Quae vero hucusque nondum ſatis expoſita manifeſtaque fuerunt de ſignis veterum criticorum vſuque et poteſtate, ea nunc ſunt clariora et patefacta, cognito et publicato cod. Homeri ſignis illis largiter inſtructo et edito ab cel. *Villoiſonio*, qui in Prolegom. p. 7 ſq. inprimis p. 17 ſq. et alibi de iis docte copioſeque diſputat nobisque fecit otium. Adde eius Anecd. graec. II. indic. v. *Puncta* et *Signa*, et cl. *Siebenkees* in Biblioth. der alten Litterat. etc. part. I. p. 67 ſqq. III. p. 71 ſqq. adde part V. p. 30. *Harl.*

Plutarcho de audiendis Poetis p. 26 ſqq. ab *Athenaeo* V. p. 188. et fortaſſis p. 199. vbi malo ordine collocatos verſus quoſdam adnotat. [Vide *Wolfii* Polym. cap. 17. §. 2. et cap. 18. §. 8. Item *Didymus* ſigna adpoſuit exemplo ſuo περὶ τῆς Ἀριϛαρχείας διορθώσεως, quae in codice ſcholiorum Marciano ſcripta eſſe, in fine ſingularum rhapſodiarum notatur. *Poſidonius* quoque fuit Ariſtarchi antagoniſta. Vid. Indicem ſcriptorum ab Euſtathio citatorum voc. *Poſidonius*, coll. ſchol. Marciano ad Hom. Iliad. ρ'. 75. Poſidonius tamen Stoicus vocabat Ariſtarchum μάντιν, *prophetam*, quod ſagax eſſet in inueſtigando poetarum ſenſu. *Athenaeus* lib. XIIII. p. 634. *Harl.*] Plurima exempla Criticeс Ariſtarcheae occurrunt in ſcholiis minoribus ad Homerum et apud Euſtathium, vt indicem ſcriptorum in vtroſque infra a me exhibendum conſulenti patebit: [et vtramque faciunt paginam in editione ſcholiorum Venetorum Villoiſoniana.] Reſpicitur ab Auſonio Epiſt. XVIII.

Quique notas ſpuriis verſibus appoſuit,

Eugenius praefat. ad Hexaemeron Dracontii:

Quod ſi Virgilius, et vatum ſummus Homerus
Cenſuram meruere nouam poſt fata ſubire
Quam dat Ariſtarchus, Tucca, Variusque, Probusque.

Neque vero *obelis* tantum notauit Ariſtarchus verſus vel hemiſtichia, vt apud Steph. in Ἴλιον, quae eiicienda cenſebat, ſed et *aſteriſcis* ſiue ſtellulis ornauit loca pulchriora et verſus elegantiores. Scholia ad Odyſſ. τ. οἱ ἀϛερίσκοι, ὅτι ἐνθάδε καλῶς ἔστε ἐκέκαε τὰ ὅπλα. *Euſtathius*: καὶ τιθέασιν ἐνταῦθα οἱ παλαιοὶ ἀϛερίσκον ὅς ἐϛιν ἀϛέρος σημεῖον χιαϛὸν ἔχον ἐν ταῖς γωνίαις ϛιγμὰς ἐπὶ τῶν ἄριϛα ἐχόντων ἐπῶν καὶ ἀϛεροειδῶς οἷον λαμπόντων. Gyphanii coniecturam, qui Ariſtarchi διόρθωσιν hodie extare et manibus ſtudioſorum teri exiſtimabat, refellit *Küſterus* ſiue Neocorus in Hiſtoria Critica Homeri p. 101. [Refutatur Küſteri ſententia in H. Cr. ſect. V. a Villoiſonio in Prolegomen. p. XXVI. med. vbi multus eſt de Ariſtarchi recenſione. Atque nulla editio ſaepius ad partes vocatur, quam illa omnium regina, vt ait Villoiſonius, *Ariſtarchea*, quae ſingulis fere locis ſic laudatur, ἡ Ἀριϛάρχου, ἡ Ἀριϛάρχειος, ἡ κατὰ Ἀρίϛαρχον ἔκδοσις, et interdum διόρθωσις, et ad Boeotiam vers 372. ἡ κατὰ Ἀρίϛαρχον ἀνάγνωσις: quamquam non tam ſaepe in partes vocata videtur, vt, omnem lectionis varietatem inde enotatam eſſe, credi poſſit. Frequens eius quoque fit mentio, et modo laudatur, modo vituperatur, in *Apollonii Sophiſtae* lexico Homerico. Eius autem recenſionis auctoritas tanta fuit, vt poſteriores critici, etiamſi eam aberraſſe faterentur, (vid. ſchol. D. Marc. ad Iliad. γ'. 29 107. ξ. 499 ὁ. 430 τ'. 79. et c.) tamen eam deſerere religioni ſibi ducerent, vide ſchol. ad Iliad. α'. 175. μ'. 158. 193. 221. 258. et ſaepius. *Ariſtarchum* autem bis [illegible] ſaepius recenſuiſſe poetae carmina, patet e ſcholiis Marcianis, in quibus diverſae [illegible] editiones ſic paſſim laudantur αἱ Ἀριϛάρχου αἱ Ἀριϛαρχείοι. atque ad Iliad. [illegible] legitur ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶ Ἀριϛάρχου, ad Iliad. [illegible] ἐν ἑτέρᾳ τῶ Ἀριϛάρχου [illegible] ad Iliad. [illegible], vers. [illegible] ἡ ἑτέρα τῶν Ἀριϛαρχείων. Adducuntur et opponuntur diuerſae Ariſtarchi editionum lectiones ad Iliad. π'. 613. ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶ Ἀριϛάρχου οὐκ ἐφέρετο καθόλου [illegible] [illegible] ſic aliquoties δ[illegible] ὁ Ἀρίϛαρχος. ad Iliad. [illegible] Ariſtarchus dicitur πρότερον [illegible] γράφων, [illegible] ὕϛερον. Loca a Villoiſonio laudata [illegible] [illegible] Iliad. γ'. 126. 259. 406. (qui locus eſt notatu dignus et [illegible] [illegible] 677. ξ. 36. 67. [illegible] 45. 470. [illegible] 430 [illegible] quidem *Alexandrinum* Alexandri diſcipulum

pulum, (*Suid.* I. p. 144.) negaſſe in libro περὶ τοῦ μὴ γεγονέναι πλείονας ἐκδόσεις τῆς Ἀριστάρχου διορθώσεως, plures fuiſſe editiones Ariſtarcheae recenſionis, ſchol. ad Iliad. κ'. 397. ex Didymi opere περὶ τῆς Ἀρισταρχείου διορθώσεως tradit. At *Villoiſon.* p. XXVII. putat, vel erraſſe Ammonium, vel exiſtimaſſe, ab Ariſtarcho aliam quidem lectionem in illius commentariis homericis, aliam in eius editione fuiſſe receptam, de quo quidem dubitare nos non ſinunt ſcholia Marciana; et hinc poſteriores criticos poſt mortem Ariſtarchi, duas diuerſas Ariſtarcheas, vt vocabant, editiones conflauiſſe ex eiusdem editione et commentariis interdum diſſidentibus, vel ex vno eodemque Ariſtarcheae editionis autographo exemplo, ſeu archetypo, quod ipſe Ariſtarchus variis temporibus retractare et ſubinde immutare potuit, (vid. ſchol. ad τ'. 386. σ'. 227.) quodque fortaſſe in Alexandrina ſchola diligentius ſeruatum Ammonius inſpexit, fontem adire cupiens, ex quo cetera exemplaria profluxerant: id, quod Villoiſon vberius explanat. Ariſtarchi autem recenſio et audacia turbas excitaſſe, aut manum ingeniumque aliorum exercuiſſe videntur. *Calliſtratus* enim aduerſus criticorum, praecipue *Ariſtarchi* ἀθετήσεις ſiue notas cenſorias librum compoſuit, item *Didymus Chalcenter.* περὶ τῆς Ἀρισταρχείου διορθώσεως, cuius vtriusque operis magna pars in ſcholiis Marcianis ſeruata eſt. *Ptolemaeus Aſcalonita* ſcripſit ſecundum Suidam περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως, (nam *Ariſtarchum* Odyſſeam quoque recenſuiſſe, patet ex ſcholiaſte ad Iliad. ὀ'. 10.) *Zenodotus*, teſte *Suida* tom. II. pag. 8. confecit opus πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα τοῦ ποιητοῦ. *Nemeſion* ἐν τῇ τετραλογίᾳ citatur ad Iliad. κ'. 397. et *Ptolemaeus Epithetes* ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ἰλιάδος ad Iliad. β'. 196. conf. *Villoiſon.* Prolegg. in Hom. p. XXX. Collector tamen ſcholiorum Marcianorum interdum non ipſam Ariſtarchi ἔκδοσιν inſpexiſſe, ſed lectiones illius ex aliorum criticorum libris aliquoties hauſiſſe videtur: e. g. ad Iliad. θ'. 513. Ariſtarchea lectio excitatur ex *Parmeniſco*, ἐν τῷ ιά πρὸς Κράτητα, ad Iliad. β'. 196, (qui locus eſt notandus) ν' 246. ex *Ptolemaeo Aſcalonita.* ad ρ'. 75. τὸ δὲ ἀκίχητα, ΦΑΣΙ, ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΟΝ, τὸν Ἀριστάρχου ἀναγνώστην τοῖς ἑξῆς προσνέμειν, καὶ τὸν Ἀρίσταρχον ἀποδέχεσθαι. *Poſidonius* igitur fuiſſe dicitur Ariſtarchi anagnoſtes. Ariſtarchum in fabula Tantali homerica verſus habuiſſe ſpurios, tradit ſcholiaſt. ad *Pindari* Olymp. I. 95. p. 8. edit. Oxon. Magna pars breuiorum illarum interpretationum, quae in Heſychii Lexico exſtant, fluxiſſe videntur cl. *Villoiſonio* Prolegg. Hom. p. 28. ex Ariſtarchi commentariis in Homerum aliisque illius ſcriptis. Neque vero *Ariſtarchus* ſcripſit λέξεις ſeu *Lexicon*, quod Valckenaer opinatus eſt: nam λέξεις Ariſtarchi, quando citantur, ſumtae ſunt ex illius commentariis. *Harl.*] Hic fuit Ariſtarchus, cujus dictum refert vetus Horatii interpres ad lib. II. Epiſt. 1. *ſe non poſſe ſcribere quod vellet, nec velle quod poſſet*, licet octingentos ὑπομνημάτων libros eum compoſuiſſe Suidas auctor eſt. Ἀρισταρχείων ſiue Ariſtarchi diſcipulorum mentio apud Athenaeum V. p. 222. *Fabric.* [In ſcholiis Marcianis, item ſcholiis a Waſſenbergh editis p. 191. vocantur ad Iliad. ά. 591. οἱ Ἀριστάρχειοι, ad δ'. 2. οἱ ἀπ' Ἀριστάρχου.

Ariſtarcheam ſcholam ſucceſſione tenuit *Ammonius Alexandrinus* et cognominatus eſt Ἀριστάρχειος. vide de eo *Suidam*, tom. I. p. 144. et *Villoiſon* Prolegomena in Homerum p. XXVI ſq. vbi de aliis illius libris agitur. *Harl.*]

Arati Editio. XIX. Ante Ariſtarchum Homeri Poemata, alterum ſaltim, recenſuit *Aratus* Solenſis, cuius Phaenomena habemus, inter cuius ſcripta Suidas refert, διόρθωσιν Ὀδυσσείας. Anonymus a P. Victorio editus in Arati vita: Καὶ τὴν Ὀδυσσείαν δὲ διώρθωσεν, καὶ καλεῖταί τις

τις διόρθωσις ἔστιν Ἀράτειος, ὡς Ἀριστάρχειος καὶ Ἀριστοφάνειος. Τινὲς δὲ αὐτὸν εἰς Συρίαν ἐληλυθέναι φασὶν, καὶ γεγονέναι παρ' Ἀντιόχῳ καὶ ἠξιῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ, ὥστε τὴν Ἰλιάδα διορθώσασθαι διὰ τὸ ὑπὸ πολλῶν λελυμάνθαι. Hunc Arati laborem Wowerano cap. 18. Polymathiae ridere viſus eſt Timon Sillographus, qui, vt eſt apud Laertium IX. 113. Arato quaerenti, quomodo aliquis incorrupta Homeri poemata conſequi poſſet, reſpondit: εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διωρθωμένοις. Sed forte Timon ab Arato conſultus fuit, antequam ipſe recenſendo Homero operam impenderet, et reſponſo iſthoc non Arati, ſed vero Zenodoti Epheſii διόρθωσιν perſtrinxit. *Fabric.* [adde *Villoiſoni* Prolegg. Homer. p. XXV. *Harl.*]

Crates Mallotes. XX. Ariſtarchi aequalis et aemulus fuit *Crates Mallotes*, Grammaticus, idemque Homericus et Criticus appellatus, quem Suidas narrat compoſuiſſe [ante Ariſtarchum, vt e Strabone colligo,] διόρθωσιν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας ἐν βιβλίοις θ'. Citatur plus ſimplici vice ab Euſtathio et in ſcholiis [codicis D. Marci a Villoiſonio editis. nec non in ſcholiis] ad [?] Homerum minoribus, tum a Tatiano et Clemente Alex. vbi de aetate Homeri agunt. *Cratetem* et *Ariſtarchum* κορυφαίους in hoc critico genere vocat *Strabo* lib. I. p. 30. vbi vtriusque diſſidentes ſententias ſuper verſu quodam Homeri exponit ac refellit. Citat et *Cratetem* alibi, Homerica loca expendens, vt IX. p. 439. Idem lib. III. p. 157. teſtatur Cratetem ad doctrinarum praecepta Poetam exegiſſe, illarumque peritum eundem demonſtraſſe. *Herodicus* ὁ Κρατήτειος laudatur ab Athenaeo V. p. 215. 219. VI. p. 234. *Fabric.* [A ſecta Cratetis etiam *Zenodotus* vocabatur Κρατήτειος. in ſchol. Marciano ad Iliad. ψ'. 79. *Ptolemaeus* vero *Aſcalonites* ſcripſerat περὶ τῆς Κρατητείου αἱρέσεως, teſte ſchol. ad Iliad. γ'. 155. *Crates Mallotes* Stoicus, Homeri διόρθωσιν libris nouem, tempore Ptolemaei Philometoris, confecit: et citatur eius lectio ab *Apollonio Sophiſta* in Lex. Hom. voc. ἄμμορον p. 142. Villoiſ. de quo loco vid. Excurſ. *Tollii* in h. edit. p. 742 ſqq. in ſchol. autem Veneto ad Iliad. ε'. 193, (vbi coniungitur cum *Steſimbroto*,) ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ὁμηρικῶν, citatur in cod. B. ad Iliad. α'. 591. In cod. A. ad Iliad. λ'. 753. Cratetis, *Alexionis*, Ariſtarchi, Ptolemaei Aſcalonitis, et Zenodoti diuerſae lectiones atque expoſitiones excitantur. ad α'. 282. iungitur cum Eratoſthene. In cod. B. et Lipſienſi ad Iliad. α'. 66. citatur vna cum Perſaeo Zenonis Cittiei diſcipulo] *Parmeniſcus* autem et *Dionyſius Thrax* (ἐν τῇ πρὸς Κράτητα) ſcripſerunt contra eum, et eius lib. XI, (ἐν τῷ ια' πρὸς Κράτητα) memoratur in ſchol. Ven. ad Θ'. 513. conf. *Villoiſoni* Prolegom. Hom. p. XVII. et XXIX. et Prol. ad Apollonii Lex. Hom. p. 15 ſq.) infra vol. II. lib. III. cap. 15. p. 402. *Henr. Valeſii* Emendation. lib. V. cap. 17. p. 133. cum Burmanni nota. *Valeſius* vero, vti *Ionſius* de ſcriptor. hiſtor. philoſ. lib. II. cap. 2. confuderunt Cratetem *Mallotem* cum Cratete *Pergameno*. *Harl.*]

Tyrannion. Homer. Commentas. XXI. *Tyrannion* quoque Phoenicius, Terentiae Ciceronis libertus, praeter alia ſcripſit Ὁμηρικὴν προσῳδίαν et διόρθωσιν Ὁμηρικήν, vt e Suida diſcimus. [In ſcholiis Homer. D. Marci aliquoties nominatur. e. g. ad Iliad. β'. 92. refutatur cum adnotatione. Herodianum ἐν τῇ προσῳδίᾳ egiſſe quoque περὶ τῆς ἀναγνώσεως τῆς Τυραννίωνος. ibid. vſ. 155. ibid. 169. ad γ' vers. 7. *Harl.*] Sed neque *Nicanor* Alexandrinus inter Homeri διορθωτὰς praetereundus, qui ſub Caeſare Hadriano claruit, et eodem Suida teſte ſcripſit περὶ στιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ καὶ τῆς ἐξ αὐτῆς διαφορᾶς ἐν τῇ διανοίᾳ. Hic Nicanor στιγματίας inde dictus eſt, vt narrat Euſtathius, et νέος Ὅμηρος, vt legas apud Stephanum

num Byz. in *Ἱεράπολις*, licet ibi patria vocetur non Alexandrinus, ſed Hierapolitanus. [*Nicanor*, qui grammaticus potius, quam criticus fuiſſe videtur, in ſchol. homeric. D. Marci haud raro occurrit, ſic in vtroque et Lipſienſi codice ad Iliad. γ΄. 239. 240. in cod. Veneto ad ϑ΄. 18. ſic alii in emendando, aut interpretando poeta aut verſibus vocabulisque interpungendis et accentu ſignandis memorantur in veteribus ſcholiis v. g. *Eteoneus* ad Iliad. γ΄. 246. *Parmeniſcus* ad Iliad. Θ. 513. *Ammonius* ἐν τῷ πρὸς Ἀθηνοκλέα ad Iliad. η΄. vſ. 7. *Demetrius Ixion* et multi alii, quorum nomina partim referentur infra lib. II. c. 5. partim indicata ſunt a *Villoiſonio* in Anecd. gr. tom. II. p. 183 ſq. not. in primis in Prolegom. Homer. p. 29 ſq. Στίξαι autem eſt diſtinctiones et ſubdiſtinctiones adponere: de quo more multus eſt *Villoiſon* v. cel. in Anecdot. graecis tom. II. p. 134 ſq. vbi p. 138 ſq. ex ineditis in Dionyſii artem grammaticam ſcholiis loca excerpſit memorabilia de tota veterum interpungendi ratione, de *Nicanore* et *Cometa* egit, et p. 136. iam laudauit *Ariſtotelis* Rhetor. lib. III. cap. 5 et Poet. cap. 25. multosque alios excitauit viros doctos: eiusdem Prolegg. in Homer. p. XI. XVII etc. Atqui ſingulis fere rhapſodiis in fine haec nota ſubiecta legitur in ſcholiis Veneti codicis: παράκειται τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα, καὶ τὰ Διδύμου περὶ τῆς Ἀρισταρχείου διορθώσεως, τινὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας, καὶ Νικάνορος περὶ στιγμῶν, aut παράκειται — — τινὰ δὲ ἐκ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας Ἡρωδιανοῦ καὶ ἐκ τοῦ Νικάνορος περὶ στιγμῆς, aut, (vt in fine Δ΄.) τοῦ Νικάνορος περὶ Ὁμηρικῆς στιγμῆς, aut τῶν Νικάνορος περὶ στιγμῆς. Deeſt tamen illa nota in fine rhapſodiae Β΄. rhapſod. Ρ΄. Χ΄. et Ω΄. *Cometa* autem, qui Homeri carmina interpunctionibus diſtinxerat et refinxerat, cl. *Villoiſonio* in Prolegom. Homer. p. LIX. idem fuiſſe videtur, atque ille, quem, regnante Michaele III. anno 856. in vrbe Conſtantinopoli grammatices Profeſſorem publicum conſtituit Bardas, litterarum inſtaurator; isque laudat *Ioſ. Geneſium* de rebus conſtantinopolitanis lib. IV. p. 47. edit. Venet. 1733. fol. et ad eum interpretis Obſeruationem p. 81. *Harl.*] Huic addendus *Cometas* eſt, qui ſimiliter Homeri poemata recenſens interpunxit, vt videre eſt ex his verſibus Iambicis quos exhibet Allatius lib. de patria Homeri cap. V.

Εὑρὼν Κομητᾶς τὰς Ὁμηρείους βίβλους
Ἐφθαρμένας τε κοὐδαμῶς ἐστιγμένας
Στίξας διεσμίλευσα ταύτας ἐντέχνως
Τὴν σαπρίαν ῥίψας μὲν ὡς ἀχρηστίαν.
Ἐντεῦθεν οἱ γράφοντες τὰς ἐσφαλμένας
Μαθητιῶσιν, ὡς ἔοικε μανθάνειν.

Alius *Cometas*, Cretenſis, memoratus *Clementi Alex.* I. Strom. p. 331.

Rhapſodi. XXII. De Homeriſtis z) ſiue Rhapſodis, Homeri poemata decantantibus, quos a praemio laboris agno, ἀρνῳδοὺς etiam dictos conſtat e ſcholiis ad Pindari Nem. Od. 2. [et Euſtath.

z) Ὁμηρίδαι ſunt Homeri poſteri apud Strabonem lib. XIV. p. 955. et alios. Sed Philoſtrato in Scopeliano p. 519. Suidae et Pindaro Nem. 2. ſic etiam adpellantur Rhapſodi, qui *Athenaeo* XIV. p. 620. Ὁμηρισταί, *Porphyrio*, Ὁμηρῖται. Alio ſenſu apud *Athenaeum* XV. p. 669. ὡς ἐκ τῶν ἀποθέτων τοῖς Ὁμηρίδαις. Vide et quae viri docti ad Harpocrat. in Ὁμηρίδαι. *Fabric.* vid. quoque *Suidam*, tom. II. p. 681. *Dreſigii* comm. de rhapſodis §. 14 ſqq. p. 35 ſqq. A *Platone* in Ione p. 14. ſtudioſi laudatores poetae dicuntur Ὁμηρίδαι, vid. not. cl. Mülleri, et Arnald. in Mem. de l'acad. des Inſcript. tom. 39. p. 255. *Hermeas* in comment. inedito in Platon. Phaedr. p. 283. Ὁμηρίδας λέγει τοὺς τὰ Ὁμήρου ᾄδοντας. De rhapſodis Homericis intelligendum quoque videtur ſchol. cod. Veneti 489 in

Euſtath. ad Iliad. α'. p. 16.] diligenter ſunt perſecuti viri docti *Iul. Caeſar Scaliger* lib. I. Poetic. cap. 41. *Salmaſius* ad Solinum p. 807 ſqq. (p. 609 ſqq. edit. vltraiect.) et *Kuſterus* in Hiſtoria Critica Homeri ſect. IV. p. 86 ſqq. (p. CIV. ante edit. Homeri Wolfianam.) Itaque tantum allaturum ſum ex ineditis ſcholiis ad Dionyſium Thracem, quae ad Porphyrium auctorem referuntur. *Συνάπτοντες γὰρ τοὺς κατ' ἀλλήλων [illegible] ἀπαρτιζόντας στίχους Ὁμηρικοὺς ἔψαλλον τὸ [illegible] μέχρι πρὸς τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος ἑορτήν. Κατεῖχον δὲ καὶ κλάδους δάφνης οἱ Ὁμηρισταὶ ἐν ταῖς χερσὶν, ὅτε τοὺς Ὁμηρικοὺς ὕμνους τῷ Ἀπόλλωνι ἐν τῇ ἑορτῇ ἔψαλλον* (aa). *Διὰ τί δὲ κλάδον εἶχον ἀπὸ τοῦ [illegible] τῆς ποιήσεως, καὶ ὅτι ἡ τοῦ Ὁμήρου ποίησις μαντικὴν ἐπέχει. Οἱ δὲ μάντεις δάφνης ἐπέφαντο τοῦ Ἀπόλλωνος, κατὰ τὴν ἱστορίαν Δάφνης τῆς νύμφης. Ὁ δὲ ποιητὴς μαντευσάμενος φαίνεται καὶ ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς, πλὴν καὶ ἐν τούτοις. φησὶ γὰρ [illegible] τοῦ Ποσειδῶνος διὰ τὸν Αἰνείαν* (bb) *ὅτι Τρώεσσιν ἀνάξει, καὶ παίδων παῖδες τοί κεν μετόπισθε γένωνται. Ὅτι δὲ ἀληθῆ μεμαντεύκατε, δηλοῖ τὰ πράγματα. Ἐξ Αἰνείου γὰρ ἡ Ῥωμαϊκὴ ἀρχὴ, καὶ Αὔγουστος ὁ βασιλεύς.* In alio ad eundem Dionyſium ſcholio: *Οἱ μεθ' Ὅμηρον περιερχόμενοι καὶ ᾄδοντες* ΤΑ ΕΑΥΤΩΝ (*τὰ αὐτοῦ* in Villoiſonii Anecd. gr. II. p. 182.) *οὐκ ἐξ ἑτέρων [illegible] ἀπεσχισμένοι, ἀλλ' [illegible] λέγε χάριν, ἀπὸ τοῦδε τοῦ σελιδίου ἕνα στίχον, καὶ ἀφ' ἑτέρου σελιδίου ἕνα, καὶ ἀπ' ἄλλου ἕνα* [*ἀπὸ ἄλλου ἄλλον λαβόντες*, ibid.] *λαβόντες, καὶ οὕτως συνάγοντες* (cc) *τοὺς [illegible] στίχους εἰς ἓν, τοὺς ἁρμόζοντας τῷ πράγματι, λέγε χάριν εἰς γάμους, εἰς ἄρχοντας, ἢ [illegible] ἢ ἄλλο τι* ibid. ſequens particula *ῥάπτειν γὰρ* deeſt ibid.] *[illegible], οἱ ἄλλοτι [illegible]. Ῥάπτειν γὰρ [illegible] συνάγειν, καὶ [illegible] φαμὲν τοὺς [illegible] ἱμάτια [illegible] συνάγοντας [illegible] ἀποτελέσαντας.* [conf. infra lib. V. cap. 7. p. [illegible]] Non videtur autem veriſimile, poſt Solonis legem latam, (de qua ſupra num. XI.) Rhapſodos amplius centones eiuſmodi ſiue confuſum verſuum Homericorum chaos decantaſſe, praecipue in feſtis publicis ac Panathenaeis: [Id lege cautum fuit (Lycurg. orat. p. 209. Reiske orat. gr. vol. IV.) et quidem Hipparcho. (Plat. Hipparch. p. 512.) conf. *Perizon.* ad Aeliani V. H. VIII. 2.] quin Dionyſius Thrax ipſe, eadem [illegible] *ῥαψῳδίαν* non, vt. eſſe centonem ex variis locis conſutum, ſed partem ex integro poemate deſumptam, quo ſenſu ſinguli libri Iliadis vel Odyſſeae adpellantur *ῥαψῳδίαι*. *Ῥαψῳδία*, inquit, *ἐστὶ μέρος ποιήματος ἐμπεριειληφὸς τινα ὑπόθεσιν. Λέγεται δὲ ῥαψῳδία οἷον* (dd) *ῥαβδῳδία, ἀπὸ τοῦ ἐν δαφνίνῃ ῥάβδῳ* (ee), *[illegible] Ἀπόλλω-*

in Villoiſonii Anecd. gr. II. p. 186. not. 1. *ἐπιστητέον δὲ ὅτι, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Ἰλιάδος οἱ Ὁμηρίδαι φοινικοῦν ἐφόρουν σίσυρον, τὸ περὶ ἐκχύσεως αἱμάτων δηλοῦν αὐτὰς τὴν ὑπόθεσιν· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ὀδυσσείας, κυάνεον, διὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι τὸ θαλάττης χρῶμα.* *Harl.* De his v. *Ionſius* III. 3. p. 224. Sic *Πυθαγορισταὶ* dicti, qui, licet non eſſent de ſchola Pythagorae, eum tamen magni facerent, teſte Anonymo de vita Pythagorae apud Photium. *Heum.*

aa) Locum hunc excerpſit quoque cl. *Villoiſon* in Anecdotis gr. vol. II. p. 185 ſqq. e cod. Veneto, (vbi in voc. *ἔψαλλον* deſinit;) vltima tamen verba ibi melius forte ita leguntur: *ὅτε τοὺς Ὁμηρικοὺς στίχους ἐν τῇ τοῦ Ἀπόλλωνος ἑορτῇ ἔψαλλον.* Ibidem ex eodem cod. Dionyſii Thracis et eius ſcholiaſtis longior particula *περὶ ῥαψῳδίας*, p. 188 ſqq. v[illegible] eſt. *Harl.*

bb) Confer dicta ſupra lib. I. cap. XXIX. nr [illegible]

cc) Confer quae de ſimuli Gallorum veter[illegible] poetarum more Antonius Verderius in Bibliothec[a] Gallica p. 10. De Germanorum rhapſodis *I. Chriſtoph. Wagenſeil* lib. de Noriberga.

dd) Non probatur hoc Voſſio III. 7. 16. In[ſt.] Poetic. licet conſentiant Suidas, Euſtathius et [illegible]

ee) Hinc poetae, Homeri carmina recitante[s], lauri ramum manu tenuerunt. v. ſchol. ad Ariſtophanis Nub. 1367. *Harl.*

ἀναβαλλομενῶ προοιμιάσασθαι ἄλλα τὰ τῶ Ὁμήρω ποιήματα. [conſ. *Villoiſon* Anecd. gr. II. p. 182. et Dreſigii comment. paullo poſt laud. §. II. III. IV. de originatione vocabuli et §. VI ſqq. de aetate primoque vſu vocabuli illius.] Solebant tamen Rhapſodi canere vndecunque facto initio, quod loco vel tempori opportunum ducebant, vt aliquot exemplis demonſtrat Plutarchus IX. 1. ſymp. Rhapſodorum agonas ab Alexandro inſtitutos memorat idem in eius vita p. 606. Delphis primus *Steſander* Samius cithara Homeri pugnas decantauit facto ab Odyſſea initio, vide Athenaeum XV. p. 638. *Fabric.* [Multa quidem de Rhapſodis iam excogitata ſcriptaque ſunt a pluribus, quorum quidem ſollertiam atque diligentiam ſuperauit *Sigism. Frider. Dreſigius* in comment. critica de Rhapſodis, quorum vera origo, antiquitas ac ratio ex auctoribus et ſcholiaſtis graecis traditur, Lipſiae 1734. 4. at tamen nondum omnia ſatis explicita, ordinata exhauſtaque eſſe videntur; cuius quidem argumenti expoſitionem curatam, ab inſtituto noſtro remotam, ſi omnia latius eſſent explicanda, aliis relinquamus neceſſe eſt. Rhapſodi enim antiquiſſimi, qui plerumque ipſi poetae fuerunt, non, vt fit, confundendi ſunt cum iis, quos aetas protulit Socratica, et vulgo diſcrimen temporum negligitur; iidem antiquiores ſunt, quam putarat *Salmaſius* in Exercitatt. Plinian. p. 611. qui originem rhapſodorum a Cynaethi demum tempore arceſſendam exiſtimauit. Phemium certe Ithacenſem, in *Homeri* Odyſſ. α΄. 325 — 342. χ. 330 ſqq. ſua ipſius carmina cecinisſe, atque adeo rhapſodum dici etiam eum, qui carmina ſua aliis recitet, colligi poteſt ex *Platonis* dialogo. Io, in quo p. 36. edit. Mülleri ille dicitur ῥαψῳδός. Socrates enim ibi, (vt verſione latina, vtar) „neque profecto, ait, arbitror aut in tibiarum vel citharae cantu et pulſatione aut in *rhapſodia* vllum vnquam vidiſti, qui vel de Olympo vel Thamyra vel Orpheo vel *Phemio Ithacensi, rhapſodo*, ſtatuere poſſit, de Ione autem Epheſio haereat, nec poſſit coniicere, recte an ſecus ex rhapſodicae illius artis inſtituto carmina decantitet." ex iis, quae reſpondet Io, patet, rhapſodos alienorum carminum quoque fuiſſe ſaepius illorum interpretes. Hinc a *Platone* in Ione dicuntur p. 60. et de Republ. X. p. 601. ὑπηρέται τῶν ποιητῶν, *nuntii, miniſtri poetarum.* adde dialogum Io, p. 8 et 10. et 68. Atque *Blakwel.* de Homeri vita et ſcriptis ex verſ. germanica Voſſii p. 222. ſuſpicatur Homerum ipſum fuiſſe rhapſodum in templo Apollinis Delphico. adde eumdem p. 127 ſqq. *Pindarus* quidem Iſthm. IIII. v. 63. ait: Ὅμηρος — κατὰ ῥάβδον ἔφρασε θεσπεσίων ἐπέων, de quo loco v. *Dreſig.* l. m. p. 8. et p. 25 ſqq. de Homero ipſo rhapſodo. Ante Cynaethum Rhapſodi Homericorum carminum, Homeridae, particulas homericas integras necdum corruptas decantaſſe videntur; poſtea vero aliena immiſcebant Rhapſodi: per quos igitur factum eſt, vt contextus interpolationibus aliisque variis modis corrumperetur. Hi poſtea, aetate potiſſimum Socratica, hiſtrionum mores induebant, artem iactitabant, vultumque et totum fere corporis habitum vocemque adcommodabant verbis recitandis, in feſtis et ſacrificiis ornati erant varia veſte et aureis coronis, nec raro praeſtiti muneris reportabant pecuniam. v. *Platonis* dialogum mem. p. 68 — 76. Hinc *Plato* per totum illum dialogum exagitat ſui temporis rhapſodos, ſua ſcientia arteque nimis elatos atque arrogantes; ſaepe tamen eosdem ſtolidos ſtultosque, qui homericorum carminum ſententiam non intellexerunt. *Maximus Tyrius* diſſ. 7. p. 79. eos fuiſſe, ait, homines ſtolidiſſimos, Atque Socrates eos irridet illuditque apud *Xenophontem* in Sympoſio cap. III, 6. vbi v. Bachii notam p. 130. et in Memor. Socr. IV. 2. 10. vbi v. Erneſti et Zeunii notas, et cl. *Mülleri* praefat. ad Ionis edit. p. XIV ſqq. Iam antiquiores rhapſodi addebant decerptis particulis prooemia. *Pindar.* Nem. od. II. 1 ſqq.

Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι
Ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοὶ ἄρχον-
ται Διὸς ἐκ προοιμίου.

Vnde ſane et Homeridae Conſutilium carminum vt plurimum poetae auſpicantur Iouis a laude, ad quem locum v. *Eraſm. Schmid.* et in ſcholiis multa dicuntur de origine et vi vocabuli ῥαψῳδεῖν, de Cynaetho [quamquam haud probabilia, vt ſupra ad §. XI. iam vidimus,] et Homeridis. At omnia perſequi non vacat, neque iuuat ea, quae Dreſigius iam bene diſputauit, vberius repetere. Praeter viros doctos iam memoratos conſuli poſſunt *Lami* in Deliciis eruditor. p. 168. not. cl. *Villoiſon* in Prolegom. homeric. p. 56. 57. *Koeppen* über Hom. Leben. p. 41 ſqq. vbi quoque de nomine Homeridarum agit: infra II. cap. 7. §. 3. *Harl.*

XXIII. Ab antiquiſſimis temporibus propoſitum fuiſſe Homerum iuuentuti ediſcendum in Graecorum ſcholis, teſtis locuples Iſocrates, cuius haec ſunt verba in Panegyrico p. 174. *Οἶμαι δὲ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν μείζω λαβεῖν δόξαν, ὅτι καλῶς τοὺς πολεμήσαντας τοῖς βαρβάροις ἐνεκωμίασε. Καὶ διὰ τοῦτο βουληθῆναι τοὺς προγόνους ἡμῶν ἔντιμον αὐτοῦ ποιῆσαι τὴν τέχνην, ἔν τε τοῖς τῆς μουσικῆς ἄθλοις, καὶ τῇ παιδεύσει τῶν νεωτέρων. ἵνα πολλάκις ἀκούοντες τῶν ἐπῶν ἐκμανθάνωμεν τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς αὐτοὺς ὑπάρχουσαν.* Hinc pauper Homerus innumeros alere dictus, qui nempe illum iuuenibus praelegendo didactrum merebant: et Alcibiades *ff)* ludimagiſtro alapam inflixit, qui de Homeri codice rogatus eum habere ſe negauerat. Praetereo, quod Romani etiam pueros ſuos vel inprimis Homerum docebant, vt e Quintiliano et aliis conſtat. *Fabric.* [Id argumentum, et neceſſitatem lectionis Homericae, etiam recentiore noſtraque aetate continuandae, a renatis litteris plures viri docti tam in peculiaribus libellis, quam in aliis libris occaſione oblata, perſequuti ſunt atque expoſuerunt, aut, quomodo Homeri carmina ſint rite interpretanda, modo ſtrictim, modo fuſius docuerunt. Illorum vero copia maior eſt, quam vt omnes poſſint enumerari. Libri a Popio, Blackwell., Woodio, cl. Schotto (über das Studium des Homers in niedern und höhern Schulen, Lipſiae 1783. 8.) aliisque compoſiti, iam paſſim ſunt commemorati: alii, in quibus viri docti idem argumentum adtigerunt, hinc inde in ſequentibus ſectionibus excitabuntur. Hic igitur paucos tantummodo adferam.

Diſſertationes homericae habitae in Florentino Lyceo ab Angelo Maria Riccio, graecarum litterarum prof. quibus accedunt eiusdem orationes pro ſollemni inſtauratione ſtudiorum, Florentiae 1740. 4. tria volum.

Multa bene eruditeque pertractantur; nec tamen pauca leuiter, minus diligenter, minus curioſe, interdum praue explicantur. Recuſus eſt liber, omiſſis ſeptem orationibus, vero epiſtolis et praefationibus ad vol. II et III. et commendatione ſtudii linguae graecae, cura et cum praefatione *Friderici Gottlob Bornii*, philoſophiae doctoris in academia Lipſienſi, qui tria volumina in vnum redegit, Lipſiae 1784. mai. 8.

Io. Gottf. Hauptmann diſſ. reſpondente Chriſtophoro Frid. Ludewig, cur a lectione Homeri ſtudia literarum elegantiorum olim coepta fuerint, Gerae, 1755.

Klotzius in Epiſtolis Homericis, (Altenburg 1764. 8.) *Leſſing.* paſſim in Laocoonte et *Herder* in criticis ſiluis, part. I. 1769. 8. multa attulerunt ad meliorem Homericorum carminum intelligentiam. Ego vero in octo proluſionibus academicis egi de *interpretatione Homeri.* (M. [illegible])

ff) Plutarch. in Alcibiade et Apophthegm.

(*M. Schott*) *Bild eines Homeriſchen Kunſtrichters*, in Litteratur- und Theater-Zeitung, a. 1782. 8. part. III. Berol. p. 450.

Einiges über das Leſen Homers in Schulen. Ein Programm von der Stadtſchule zu Buttſtädt. (auctore Schwabio,) Vinariae, 1788.

M. *Car. Benedict. Suttinger*, Rector. ſcholae Lubbenianae, progr. de recte legendo Homero in ſcholis inferioribus, Lubbenii. 1786. 4. etc. vt Rocheforti, Bitaubé aliorumque commentationes, verſionibus illorum additas, praetermittam.

Hic quoque notandum venit, iam antiquioribus temporibus moris fuiſſe grammaticis, quaeſtiones homericas proponere atque ſoluere. Quaeſtiones vocabantur ἀπορίαι, ζητήματα, ἀπορήματα, προβλήματα, et qui illas proponebant atque inſtabant, dicebantur ἐνστατικοί. Reſponſiones ſiue ſolutiones adpellabantur λύσεις, et λυτικοὶ ſiue ἐπιλυτικοὶ ii, qui propoſitas quaeſtiones docte ſoluebant. *Ariſtoteles* ſcripſit ἀπορήματα Ὁμηρικὰ, de quibus vid. *Menagium* ad Diogen. Laertium, lib. V. p. 155. Illis quaeſtionibus occaſionem dediſſe videntur ſophiſtae. Sic Protagoras Homerum reprehenderat, quod Muſam inuocans imperandi modum adhibuiſſet, teſte *Ariſtotele* de poet. cap. 19. cui reſponſum eſt a grammaticis. vid. ſchol. edita et Florentina, quorum ſpecimen dedit *Holſten.* de vita et ſcript. Porphyr. cap. 7. et Amſtel. ad Il. initium, *Waſſenbergh* Not. ad Paraphr. Il. p. 128 ſqq. et *Valckenaer* diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis, p. 143 ſqq. Qui in muſeo Alexandrino alebantur, praecipue vacabant homericis iſtis quaeſtionibus proponendis ac ſoluendis, et ſolutiones ſcripto conſignare ſolebant. (vid. Schol. B. Venet. ad Iliad. ι. 684.) Eiusmodi quaeſtiones et ſolutiones colligebantur, et *Porphyrius*, cuius ζητήματα citantur in editis ſcholiis ad Iliad. β'. 249. 308. etc. et cuius Ὁμηρικὰ ζητήματα primus edidit *Andreas Aſulanus*, ac *Barneſius* in primo editionis ſuae Homericae Volumine recudi fecit, teſtatur ad Iliad. κ'. 252 in cod. Veneto, ante ſuam collectionem, cuius maxima pars in ſcholiis Veneti ac Leidenſis codicum reperitur, iam alias exſtitiſſe. Memorantur vero a veteribus, praecipue ab Euſtathio et auctoribus ſcholiorum in cod. Homeri Veneto *Zenodoti* grammatici λύσεις Ὁμηρικῶν ζητημάτων, *Longini* προβλήματα Ὁμήρου et λύσεις, libri duo et ἀπορήματα Ὁμηρικὰ, (vid. *Suidam* et *Ruhnken.* in diſſ. de Longino, §. XIV. pag. 37. repet. et praefixa a *Toupio* Dionyſii Longini edit. II. Oxon. 1778. 8.) *Ariſtotelis* Ὁμηρικῶν ἀπορημάτων libri ſex, *Zenonis* Stoici προβλημάτων Ὁμηρικῶν libri quinque, *Diogenis Tarſenſis* περὶ ζητημάτων ποιητικῶν, ἃ λύειν ἐπιχειρεῖ· *Heraclidis Pontici* λύσεων Ὁμηρικῶν libri, *Dionyſii* ἐν τοῖς ἀπόροις, *Plutarchi* ἐν μελέταις Ὁμηρικαῖς etc. Eiusmodi ζητήματα pertinebant vel ad theologiam, vel ad philoſophiam, vel ad grammaticam, aliasue diſciplinas: ſaepe verſabantur in minutiis rebusque nil ad Homeri facientibus interpretationem atque intelligentiam. Multa in iis ſunt falſa et inutilia aut ab Homeri ſenſu remota. De Porphyrii opere vide *Fabricium* infra, lib. IV. cap. 27. p. 185. vol. IV. ibid. p. 244 ſqq. in Porphyrii vita ab Holſtenio ſcripta cap. VII. *Valckenarii* diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis pag. 141 ſqq. poſt Vrſini collationem Virgilii; in genere conſulendi ſunt *Io. Ionſius* de ſcriptoribus hiſtoriae philoſoph. lib. II. cap. 17. §. 3. *Io. a Wower* de Polymathia cap. X. p. 1040 — 1044. in Gronou. Theſ. antiqq. graec. vol. X. *Küſterus* in Hiſt. critica Homeri ſect. VI. p. 117. edit. Wolfii, atque cel. *Villoiſon* in Prolegom. Homericis p. XLII ſqq. qui in nota p. 43. ex aliquot ſcholiorum Venetorum locis docet, quosdam criticos homericae quaeſtionis proponendae gloriolae inhiantes, eiusque auidos, quaedam Homeri loca ſecus correxiſſe, immo et verſus a ſe confictos in textum intruſiſſe; et prauum

illum morem exſtitiſſe nonnullarum falſarum emendationum et ſpuriorum additamentorum fontem. *Harl.*]

Deperdita ſcripta Homeri. XXIV. Deperdita Homeri Scripta haec memorantur ab antiquis, quorum titulos in ſequentem vſum digeſſi ordine literarum. [Ad cyclica carmina partim pertinuiſſe videntur.]

ἌΙΞ ſiue Capra. Vide infra nr. 10.

1. ἈΜΑΖΟΝΙΑ. Suidas in Ὅμηρος.

2. ἈΜΦΙΑΡΕΩ ἘΞΕΛΑΣΙΑ Ἡ ἘΙΣ ΘΗΒΑΣ ſiue ΘΗΒΑΙΣ, conſtans ἔπεσι ſiue libris ſeptem, cuius hoc initium refert ſcriptor certaminis Homeri atque Heſiodi: Ἄργος ἄειδε θεὰ πολυδίψιον ἔνθα ἄνακτες. Idem poema memorat Herodotus in vita Homeri cap. 9. Suidas et Ioh. Tzetze. *Pauſanias* in Boeoticis p. 729. cum de bello illo egiſſet, ſubiungit: ἐποιήθη δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θηβαΐς. [Θηβαΐδα [illegible] Hemſterhuſ. probante Ruhnkenio ad Callimachi fragmenta p. 459.] Τὰ δὲ ἔπη ταῦτα Καλαῖνος [Καλλίμαχος ſubſtituit Ruhnken. loco mem.] ἀφικόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην, ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι. Καλαίνῳ δὲ πολλοί τε καὶ ἄξιοι λόγου κατὰ ταὐτὰ ἔγνωσαν. Ἐγὼ δὲ τὴν ποίησιν ταύτην μετά γε Ἰλιάδα καὶ τὰ ἔπη τὰ ἐς Ὀδυσσέα ἐπαινῶ μάλιστα. *Fabric.* conf. *Ruhnken.* l. c. et *Schellenberg* diſſ. Antimachi reliquiae, p. 24. not. *Harl.*

3. ἈΡΑΧΝΟΜΑΧΙΑ. Suid.

4. ΓΕΡΑΝΟΜΑΧΙΑ. Suid.

5. ΓΝΩΜΑΙ extemporales gg) Herodoto cap. 9. memoratae, vtrum ſcripto deinde traditae fuerint, incertum. Quod ſi factum fuit, forte non diverſae ſunt ab opere, cuius apud Suidam exſtat mentio, Ἠθιέπακτος ſiue Ἴαμβοι. [vid. ad nr. 10.]

6. ΕἸΡΕΣΙΩΝΗ. *Herodotus* de vita Homeri cap. 33. Fuere et alii de *Ireſione* verſus, quos in Pyanepſiis praecinebant pueri, ramum oliuae omnis generis frugum onuſtum ferentes. Hos refert Plutarchus in Theſeo, Clemens Alex. 4. Strom. ſub init. Suidas et Etymol. M. in εἰρεσιώνη et Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum p. 50. et ad Equites p. 234. Emendatos exhibet Iſaacus Voſſius ad Melam. p. 78. De *Ireſione* vide etiam *Nicolaum Loenſem* lib. IV. Epiphyllid. cap. 10. *Meurſius* in Graecia feriata p. 245. et *Gatakerus* in aduerſariis pag. 473. edit. Lond.

7. ἘΠΙΓΟΝΟΙ. Herodotus lib. IV. cap. 32. Ἀλλ' Ἡσιόδῳ μέν ἐστι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα, ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ἐόντι γε Ὅμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε. [conf. *Weſſeling* ad Herodoti vitam Homeri p. 755.] Fuerunt ἔπη ſiue carmina ſeptem, quorum hoc initium refert ſcriptor certaminis Homeri et Heſiodi, apud quem male legitur Ἐπειγομένε pro ἐπιγόνες, notante Rich. Bentleio:

Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα Μοῦσαι.

Antimacho ἐπιγόνες tribuit et idem principium refert Scholiaſtes Comici ad Pacem. Sed et Ioh. Tzetzes inter ſcripta Homero tributa refert τὴν ἐπιγόνων μάχην. *Fabric.* [Conf. *Bentleii* epiſtolam ad Millium pag. [illegible] ſq. Ioannis Malalae hiſtoriae chronicae Oxonii, 1691. et cl. *Schellenbergii* diſſ. laud. p. 20. *Harl.*

8. ἘΠΙ-

gg) Verba haec ſunt: καὶ περὶ τῶν λεγομένων ὑπὸ τῶν παρεόντων ἐς τὸ μέσον γνώμας ἀποφαινόμενος ἄξιος ἐφαίνετο ἀκοῆς τοῖς ἀκούουσι. Idem cap. 12. Καθίζων δὲ ἐν ταῖς λέσχαις τῶν γερόντων ἐν τῇ Κύμῃ ὁ Μελησιγένης, τὰ ἔπεα τὰ πεποιημένα αὐτῷ ἐπεδείκνυτο, καὶ ἐν τοῖς λόγοις ἔτερπε τοὺς ἀκούοντας.

8. ἘΠΙΘΑΛΑΜΙΑ. Suid.

9. ἘΠΙΚΙΧΛΙΔΕΣ, Herodoto in Vita cap. 24. Suidae ac Tzetzae memoratum poema, quod cum pueris decantaret Homerus, praemii loco ab iis tulit κίχλας ſiue turdos, vt auctor eſt Athenaeus lib. II. p. 65. e Menaechmi libro περὶ τεχνιτῶν. Recte igitur Aemilium Portum Suidae interpretem reprehendit *Kuſterus* in hiſtoria critica Homeri p. 68. quod in Epicichlidibus hisce putauerit, ab Homero actum fuiſſe de turdis, atque inde nomen operi inditum. Amores fuiſſe huius argumentum poematis conſtat ex Athenaeo XIV. p. 639.

10. ἘΠΤΑΠΑΚΤΙΟΝ ΑἼΓΑ inter Homeri παίγνια memorat Procli codex Allatianus in vita Homeri, vbi Allatius legit ἑπταπέκτιον ex Heſychio, cui ἑπταπέκτιος eſt, ἡ βαθεῖα τρίχας ἔχουσα. Sane inter Homeri ſcripta *Iohannes Tzetzes* quoque Αἶγα ſiue capram refert in hisce verſibus, quos ex eius Iliade inedita allegorica protulit *Rich. Bentleius* in Epiſtola ad Ioh. Millium p. 63.

Τρία καὶ δέκα γέγραφε μνημόσυνον βιβλία
Μαργίτην τε καὶ Αἶγά τε καὶ τῶν μυῶν τὴν μάχην,
Τὴν ἐπιγόνων μάχην τε γράφει καὶ Θηβαΐδα hh),
Τὴν Οἰχαλίαν, Κέρκωπας, εἰς τοὺς Θεοὺς τε ὕμνους
Καὶ τὴν ἑπταεπάκτιον καὶ τὰς ἐπικιχλίδας
Καὶ ἐπιγράμματα πολλὰ σὺν νυμφικοῖς τοῖς ὕμνοις
Καὶ τὴν Ὀδυσσείαν αὐτὴν μετὰ τῆς Ἰλιάδος.

Ceterum Ἑπταπέκτιον Procli, et Tzetzae ἑπταεπάκτιον recte fortaſſis retuleris ad Poema, quod in vulgatis Suidae codicibus vocatur Ἠθιέπακτος, de quo mox. *Fabric.* Apud Bentleium verſu quinto Tzetzae legitur: καὶ τὰς ἑπτὰ ἐπάκτων, καὶ τὰς ἐπικιγκλίδας. Bentleii notat, aliud exemplar habere τὴν ἑπτὰ ἐπάκτιον. Vnde legendum cenſet:

Καὶ τὴν ἑπταεπάκτιον καὶ τὰς ἐπικιχλίδας.

Apud *Proclum* de Homero, (in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt. part. I. inter inedita p. 12.) legitur ἑπτε πακτίον αἶγα, mutato autem accentu in ms. Veneto ἑπτεπάκτιον. vnde enata eſt Allatii coniectura. Atque cl. *Tychſenio* in nota videtur id ſpectare ad capram Amaltheam. *Toup* vero in Epiſtola critica, p. 142. (in edit. Lipſienſi, part. II. p. 116 ſqq.) Bentleii ſuſpicione reiecta, ſcribere iubet ἑπτάπεκτος, et intelligit de *capra hirſuta*, de qua in hoc poematio *iambico* luſerat Homerus. *Suidas:* ἙΠΤΑΠΕΚΤΟΣ· ἡ βαθεῖαν ἔχουσα κόμην, ἡ ἑπτάκις δυναμένη καρῆναι. *capra hirſuta, villoſa, quae vel ſepties tonderi poteſt.* Idem in Tzetza ἑπτάπεκτον et in Proclo ἑπτάπεκτον αἶγα corrigit: idem indicat, deprauatum eſſe Suidam, tom. II. voc. Ὅμηρος p. 689. dum ad Homerum referri ſcribit Ἠθιέπακτον et ἑπταπάκτιον· nam vel Suidas, vel librarius in ſcriptura errauit. Idem *Toupius* ridet Tzetzen, qui ex vno hoc Homeri poematio bina confecit, αἶγα et ἑπτάπεκτον, ex vno titulo confinxit duo, et verba coniungenda disiunxit. Proclus enim, ita emendatus, vnum tantum agnouit poemation. Toupii emendationem probat cl. *Heyne* in nota ad Procli locum (in Bibliothek etc.) p. 22. Quando poſt haec in Procli vita legitur κέρκωπας κενὰς, *Toup* ibidem corrigere ſuſtinet κέρκωπας ἐκείνους, et interpretatur, *et qui vulgo* κέρκωπες *inſcripti ſunt, qui hodie circumferuntur* κέρκωπες· at hanc opinionem vix probandam ſentit cel. *Heyne*

hh) Vnde probari poteſt correctio Hemſterhuſii ad nr. 2. memorata. *Harl.*

ne eodem loco; contra ei vltima vox nata videtur ex καὶ Νόϛος, quos Homero cum Cyclo tributos eſſe conſtat. *Harl.*

11. ἩΘΙΕΠΑΚΤΟΣ ſiue ἸΑΜΒΟΙ. Vide ſupra in Γνῶμαι. Vel ſi Ioh. Tzetzae lectio ἡ Ἑπταεπακτικος praeferatur, vt ſane Proclo quoque et ipſius Suidae poſteriore loco, codicibus ſuffragantibus videtur faciendum, non improbarim coniecturam doctiſſimi Bentleii, ſuſpicantis poema illud fuiſſe in homines ſeptem, qui in litore corpus curabant cibo vel ſomno, vel aliud quid iocoſi et ridiculi faciebant. Aut vero conſtabat ſeptem carminibus, quae ἐπ' ἀκτῇ ſiue in litore Homerus effudiſſe ferebatur. *Fabric.* Prauam eſſe Suidae ſcripturam, nec diuerſum ab antecedenti poemation, ad nr. 10. iam adnotatum eſt. *Harl.*

ΘΗΒΑΪΣ. Vide ſupra nr. 2.

12. ἸΛΙΑΣ ΜΙΚΡΑ, vt Suidae et Heſychio in Διομήδειος ἀνάγκη, ſiue vt ab Herodoto in vita Homeri cap. 16. vocatur Ἰλιὰς ἡ ἐλάσσω, vbi refert, eam a Poeta compoſitam, cum apud Ludimagiſtrum *Theſtoridem* verſaretur, qui deinde pro ſua eandem vulgauerit. Initium Operis hoc fuit, teſte eodem Herodoto:

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην εὔπωλον
Ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ θεράποντες Ἄρηος. [P]

Meminit eius Poematis, ſed non addito auctoris nomine, [*Pauſanias* lib. III. cap. 26. p. 278. med.] *Clemens Alex.* 1. Strom. p. 321. et Calliſthenes libro ſecundo ἑλληνικῶν apud auctorem Scholii veteris ii) ad Euripidis Hecubam v. 914. quod e codice Fului Vrſini producit *Ioſephus Scaliger* lib. V. emendat. temporum p. 378. edit. Geneu. 1629. Εάλω δ' ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς, ὡς μέν τινες ἱστορικοὶ, ὀγδόῃ ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα γράψας, ὀγδόῃ φθίνοντος. Διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν, φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα Νὺξ μὲν ἔην μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα;

Leſches. *Leſchem*, Pyrrhaeum Leſbium, paruae Iliadis auctorem facit vetus tabella Iliaca illuſtrata a Raphaele Fabretto, quem vide p. 342. 349. *Euſebius* in Chronico ad Olymp. XXX. et ex eo *Syncellus* p. 213. Scholiaſtes Pindari et *Tzetzes* ad Lycophronem v. 344. vbi vnum, et v. 1263. vbi vndecim ex illa verſus producit. [adde indicem ſcriptorum a Tzetza ad Lycophron. citatorum, infra, libr. III. cap. 12. p. 426. voc. Λέσχης.] Sed quanquam Ἰλίου πέρσιν kk), Pauſania teſte, Leſches ſcripſit Arctinum Mileſium aemulatus, longe tamen latius patuit [et res iliacas poſt Homericam Iliadem comprehendere debuit] argumentum paruae Iliadis, vt docet *Ariſtoteles* cap. 23. poetices, vnde hanc πέρσιν a Leſche ſcriptam, cum parua hac Iliade Homero adſcripta neutiquam confundendam, aduerſus *Salmaſium* in Solin. p. 854. contendit *Theodorus Ryckius* diſſ. de Aeneae in Italiam aduentu, p. 445. Initium poematis Leſchis perſtringit *Horatius* in arte v. 136. ſcriptorem cyclicum adpellans:

Fortunam

ii) Voſſius de Hiſt. Gr. p. 41. ait, ex belli Troiani hiſtoria a Calliſthene ſcripta, Plutarchum in Camillo referre, quo die capta fuerit Troia: ſed ex hoc loco Scholiaſtae Euripidis adparet, ſcripſiſſe illud Calliſthenem libro ſecundo Rerum graecarum. Solum enim Calliſthenis nomen, nullum vero eius ſcriptum laudat Plutarchus, licet apud [illegible] V. 12. [illegible] exſtet hiſtoriae belli Troiani a Calliſthene ſcriptae mentio.

kk) Ilii Perſin ſcripſit etiam *Acatus Argiuus* laudatam Athenaeo lib. XIV. et *Steſichorus*, de quo infra cap. 15.

Fortunam Priami cantabo, et nobile bellum.
Ἀάσω Πριάμοιο τυχὴν πολεμόν τε κλεινόν [ll]).

Ceterum falſus eſt *Petauius*, qui in Rationario temporum part. I. lib I. cap. 10. part. II. lib. II. cap. 9. 10. et alibi pro veteri illa parua Iliade habuit, tum *Federicus Morellus*, qui tamquam veteris poetae graeci cum verſione et notis Pariſiis in 8. edidit poema Iliacum graecum eruditi, ſed recentis poetae, *Laurentii Rhodomanni*, quod ſine auctoris nomine edidit *Michael Neander*, Lipſ. 1588. 8. vna cum eiusdem Rhodomanni Argonauticis [mmm]), Thebaicis et Troicis, ſiue Epitome Homeri et Cointi totius hiſtoriae Troianae, ſtylo Homerico elegantiſſime expreſſa. Troicis item Manaſſae verſibus politicis, et poemate Dorico Rhodomanni de Arione Methymnaeo. Troica eadem, praefixo, ne quis dubitet, Rhodomanni nomine, pauiulum mutata leguntur cum Metaphraſi Latina poetica ad Calcem Cointi Smyrnaei, Hanou. 1604. 8. *Fabric.* Confer. ſupra ad libr. cap. II. §. 4. p. 9. adnotata. In cod. Homeri Veneto praemittuntur nonnulla excerpta ex Procli Chreſtomathia: in his nr. 4. Ἰλιάδος μικρᾶς βιβλία τέσσαρα Λέσχεω Μυτιληναίȣ. Leſches igitur hoc loco vocatur Mytilenaeus. vid. cl. *Schirachius* in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, part. I. p. 66. ibid. inter inedita p. 35 ſqq. promulgata eſt illa particula. Ex argumento autem hoc e Proclo ſeruato intelligitur, exordium illud carmen habuiſſe ab Achillis morte et armorum iudicio et productum fuiſſe vsque ad vrbis excidium. Ad *Leſchis* teſtimonium prouocat *Eudocia*, in *Aeſemo*, p. 31. Viol. *Tanaquil Faber* in vitis poetarum graecorum ex grammaticis graecis interpretibus animaduertit, Pindarum hinc inde nonnulla ab eo mutua ſumſiſſe. Plura de *Iliade parua* dabit cel. *Heyne* in Exc. I. ad libr. II. Aeneidos Virgil. p. 277 ſqq. edit. II. — Λέσχεως, *Leſcheus Pyrrhaeus*, h. e. Pyrrha ciuitate oriundus, *Aeſchyleni filius*, ἐν Ἰλίȣ περσίδι ſaepius citatur a *Pauſania* lib. X. cap. 25. p. 860. 861. 863. et cap. 26. p. 864. cap. 26. p. 862. citatur tantum Λέσχεως, ex quibus locis etiam, quae in illo poematio tractata fuerunt, cognoſci poteſt. Illam tamen a Pauſania laudatam Ἰλίȣ πέρσιν Leſchei nullam aliam fuiſſe, quam partem Iliadis paruae, eo nomine inſcriptam, exiſtimarat *Heynius* l. m. p. 281. At quod a *Proclo* (in cod. Veneto, vide Bibliothecam mem. p. 66. et inter inedita p. 37 ſqq.) in fragmento argumentum Ἰλίȣ πέρσιδος β'. ἈΡΚΤΊΝΟΥ (quod carmen diuerſum fuit a carmine eiusdem Arctini de Memnone,) breuiter exponitur, tandem ſuſpicatus eſt ibidem, non aliam forte fuiſſe Ἰλίȣ πέρσιν Pauſaniae ſub Leſchei nomine laudatam, quam hanc ipſam *Arctini*. In nota tamen ad Procli fragmentum, in biblioth. mem. p. 39 ſq. *Arctini* Πέρσιν Ἰλίȣ exiſtimat diuerſam fuiſſe ab Ἰλίȣ πέρσιδι a Leſcheo perſcripta. adde cl. *Heeren* in Bibl. der alten Litter. und Kunſt, part. IV. p. 61 ſq. *Harl.*

13. ΚΕΡΑΜΊΣ, Suidae memorata, ſiue Κεραμεῖς, vt ex Polluce legit [P] Hemſterhuſius [nn]), non aliud poema eſt, quam XXIV. verſus Hexametri, qui exſtant [oo]) apud Herodotum in Homeri vita cap. 32. atque inde apud *Suidam* in Ὅμηρος, vbi teſtantur, titulum

ll) Sed is verſus a Salmaſio confictus et pro paruae Iliadis Leſcheae primo verſu venditatus eſt in Exercitt. Plin. p. 601. A. ſcilicet is Iliadem Ἰλάσω diuerſam ab Iliade parua, et eamdem cum Cypriis carminibus eſſe volebat: vt ait cl. *Heyne* ad Virg. Exc. I. ad libr. II. p. 278. *Harl.*

mmm) Haec pro antiqui ſcriptoris Anonymi poemate habuit Ioſua Barnes ad Euripidis Medeam p. 175.

nn) [Vid. hunc ad Pollucem p. 1255. nr. 14. in primis in Addendis ad hanc paginam.]

oo) Rectius itaque debebat hoc loco, vbi deperdita Homeri ſcripta recenſeo, praetermitti.

lum illis datum ΚΑΜΙ´ΝΟΣ ſiue *Fornax.* Pollux X. 23. ſect. 85. τὰ δὲ κάνισρα τὰ ποιήσαντος τὰς κεραμεῖς, ἅς τινες Ἡσιόδῳ, (fortaſſe leg. Ὁμήρῳ) προσνέμουσι.

14. ΚΕ´ΡΚΩΠΕΣ ab Herodoto cap. 24. et *Proclo* in Homeri vita, qui Κέρκωπας καλεῖ vocat, tum a Suida et Iohanne Tzetza inter ſcripta Homeri memorantur. Harpocration quoque p. 87. memorat τὰς εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένας Κέρκωπας. Fuit autem argumenti ludicri de hominibus callidis ac fraudulentis verſutisque. Inde Prouerbium κερκωπίζειν pro *fraudulenter agere.* Vide Euſtathium ad Odyſſ. κ´. ſub extremum; et ad Odyſſeae β´. pag. 74. Cicadarum quoque genus κέρκωπες apud *Aelianum* X. 44. hiſt. animal. adde P. la Seine de Nepenthe Homerico p. 1347. [vide ad nr. 10. adſcripta.]

Cyclus. 15. ΚΥ´ΚΛΟΣ etiam a Suida refertur inter ſcripta Homeri, et *Iohannes Philoponus* in I. Analytic. teſtatur Κύκλον poema a quibusdam ad alios, a nonnullis ad Homerum auctorem relatum fuiſſe. Neque alius videtur ab illis intelligi, quam *Cyclus Epicus*, (melicus et elegiacus contra diſtinctus) ſiue corpus quoddam πολύστιχον ex Cypriis carminibus, parva Iliade, aliisque poematis pluribus variorum auctorum, Hexametro carmine ſcriptis [et ad Homeri non tam artem, quam ſermonem potius et colorem et epicam formam compoſitis] congeſtum pp). Proclus in Chreſtomathia apud Photium codice 239. auctor eſt, incepiſſe a Coeli et Terrae congreſſu, pertexuiſſeque fabulas Graecorum de Diis, et alias incertas Mythici narrationes vsque ad excidium Troiae, et, quae hoc ſecuta eſt, reditum Vlyſſis in Ithacam. Hoc itaque corpus poematum propter conſequentiam non interruptam integramque et periodum rerum, quas deſcribebat, et propter amplitudinem operis, dictum eſt, Cyclus qq), et

pp) Vetus Epigramma in Apollodori Bibliothecam Cycli Epici quoddam veluti compendium, apud Photium Cod. 186. μὴ κυκλίων ζήτει πολύθρουν στίχον etc.

qq) Primus fortaſſis, *inquit H. Dodwellus*, corporis huius collector fuit *Dionyſius* ſeu *Mileſius* ſeu *Samius*, ſeu vrbis vtriusque ciuis. Hunc κυκλογράφον alii, (vt Tzetzes XII. Chil. v. 186.) alii κύκλων (vt Schol. Pindari, vel vt Suidas) κύκλου ἱστορικοῦ auctorem Veteres appellant. Non quidem, vt opinor, quaſi alius ab Epico Cyclus ille fuiſſet hiſtoricus, ſed quod poetas complecteretur hiſtoricos, qua nempe Mythica etiam Hiſtoriae nomine cenſetur, hiſtoria certe, in qua verſarentur poetae, omnino digniſſima. Sic enim *Eumelus* Poeta antiquiſſimus hiſtoricus adpellatur Schol. Pindari Olymp. 13. Huius *Dionyſii* libros ſeptem fuiſſe, auctor Suidas eſt. Nec illum numerum excedunt veteres, qui ex hoc opere teſtimonia depromſerunt *Clemens Alex.* in protrept. et *Athenaeus* lib. VII. Dipnoſ. cap. 3. (At Schol. Euripidis vndecimum librum laudat vſ. 1123. Phoeniſſ.) Quo tempore vixerit, incertum eſt. Clemente tamen antiquiorem fuiſſe conſtat atque Athenaeo. (imo aequalem Hecataei, circa Olymp. LXV. clarum fuiſſe teſtatur Suid. in Ἑκαταῖος.) Acceſſere deinceps alii ad hunc eundem Poetae ipſi quoque Epici, collectore fortaſſe *Polemone*, a quo nomen Cyclicis *Polemoniacis.* Confer Scholia ad Iliad. γ´. 242. [et in cod. Veneto ad h. l. item ad Iliad. υ´. 244. ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις, ἤτοι κυκλικοῖς. ad Iliad. ψ´. 346. οἱ κύκλικοι. ad Iliad. α´. 39. autem ἡ ἱστορία παρὰ Πολεμωνι. *Harl.*] Illi locum fortaſſis habebant in Cyclo, qualis exſtabat aetate Procli. *Haec doctiſſimus Dodwellus*, quibus adde, ſi placet, quae de *Dionyſio Mileſio* dixi lib. III. cap. 32. pag. 7.. Χορῶν ἐγκυκλίων καὶ Τραγικῶν ἀγῶνας memorat *Plutarchus* Alexandro pag. 681. Cineſiae Cyclici macilentiam perſtringit *Ariſtophanes* apud Athenaeum XII. p. 551. *Fabric.* *Dionyſius Mileſius* Herodoto paullo antiquior circa Olymp. LXV. vixiſſe traditur, κυκλογράφος Suidae et Tzetzae dictus, „non, (vt ait cl. *Heyne* in Excurſu I. ad Virg. Aen. II p. 269 ſq.) tamquam cycli epici auctor, quod vulgo ſtatuitur; ſed propter opera, quae cyclum mythicum et hiſtoricum efficiebant, eaque in hunc modum ordinanda, vt ſcripſerit Μυθικά, Ἀργοναυτικά, Τρωικῶν βιβλία γ´, tum κύκλον ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις ζ´, ſequebantur τὰ περσικὰ et tandem τὰ μετὰ Δαρεῖον: niſi duo haec vnum idemque opus

fuerint:

et poetae, quorum erant illa carmina, Leſches, Antimachus rr). Eumelus, Steſichorus aliique, *Scriptores Cyclici*, de quibus conſulas licet *Io. Nicolaum Loenſium* lib. I. Miſc. Epiphyllidum cap. 4. *Ioſeph. Scaligerum* Epiſt. 105. *Caſaubonum* VII. 3 ſq. ad Athenaeum. *Io. Wowerum* cap. 24. Polymathiae, *Voſſium* III. 5. 14. Inſtitut. Poetic. *Dan. Heinſium Daceriumque* ad Horat. [P] Salmaſium ss) p. 597 ſq. ad Solin. et *Henr. Dodwellum* de veteribus Graecorum Romanorumque Cyclis p. 800 ſq. *Fabric.* De *poetis cyclicis* eximiam conſcripſit diſſertationem *Christian Gottlieb Schwarz*, Profeſſor quondam Altdorfinus, (quem doctum libellum, ex ſchedis auctoris locupletatum, recudi feci in eiusdem Diſſertationibus ſelectis, Erlangae 1778. 4. p. 33 ſqq.) Nemo tamen curatius egit de illis poetis, quam cel. *Heyne* in I. Excurſu ad Virgil. Aen. II. pag. 267 ſqq. II. edit. et ad *Procli* fragm. in Biblioth. der alten Litteratur und Kunſt. part. I. p. 14 ſqq. Inedit. E priore disquiſitione, p. 268. repetam pauca, quaedam Fabricius non ſatis diligenter diſtinxit. „Primo, ait, quorum poetarum nomina et opera hoc cyclo comprehenſa fuerint, res eſt partim obſcura, partim controuerſa, etiam inter veteres; nec ſatis conſtanter traditur, quam late eius argumentum patuerit; modo enim intra belli Troiani fines ille ſubſtitiſſe; modo ad ipſam cosmogoniam euagatus eſſe narratur. Quo ipſo conſtare puto, intra priuatam nonnullorum doctorum grammaticorum opinionem totam hanc de cyclo epico praeceptionem ſubſtitiſſe in diuerſa abeuntium. Neque vmquam tale corpus plurium poetarum aliter confectum, quam vt grammaticus aliquis eorum recenſum ſeu indicem faceret, et ſingulari forte libello aut in opere grammatico ederet; nec facile omnes, quorum magnus fuit numerus, qui Genealogias deorum, Titanomachias, Gigantomachias, Argonautica, Thebaica, Heracleas, et ſic porro, tum in rebus Iliacis, qui Νόςες ſcripſerunt, tali indice enumerati fuerunt. *Arctinum Mileſium*, *Eumelum*, *Leſchen* et *Cypria carmina* eo comprehenſa fuiſſe, plerique tradunt; *Antimachum*, *Steſichorum*, alios inferunt alii, fide non ſatis explorata. Videntur porro plura in hac quaeſtione confundi. Alius eſt *Cyclus Mythicus*, h. e. fabularum complexus inde a genealogiis deorum ad Troiae vsque excidium deductus; alius *Cyclus Troianus*, h. e. fabularum ad bellum Troianum ſpectantium. Iam ab *his cyclis* dictos arbitror *poetas cyclicos* et *carmina cyclica*, quorum argumenta intra alterutrum mythorum complexum et orbem continerentur; non vero, vt ipſi cyclum aliquem conſtituerent. Ex priore genere fuere Theogoniae, Cosmogoniae, Titanomachiae, quales fuit ſeu Eumeli Corinthii, ſub Olympiadum initia, ſeu *Arctini*, Corinthii, (non Mileſii,)

fuere; in quo ipſo habemus hiſtoricae catholicae ſcriptorem antiquiorem illis, qui vulgo habentur." Illum Dionyſium a Diodoro Siculo in libris quinque prioribus, qui exſtant, exſcriptum eſſe, ſuſpicatur *Heyne* in Comment. II. de fontibus hiſtoriar. Diodori in Comm. ſociet. regiae doctrinarum Gotting. tom. VII. adde *Weſſeling* ad Diodor. III. 52. p. 220. *Schwarz* in diſſ. de poetis cyclicis §. 14. p. 46 ſqq. collectionis a me factae. *Harl.*

rr) *Antimachum* quidem inter Cyclicos refert *Acro* in ſchol. ad Horatii A. P. vſ. 136. ſed male id fieri, docuit *Salmaſius* ad Solinum p. 595. G. et p. 598. B. quem ſequutus eſt cl. *Schellenberg* in Antimachi Reliquiis p. 22. *Harl.*

ss) Idem Salmaſius apud Ariſtotelem de Sophiſt. Elench. lib. I. cap. 9. vbi Homeri poeſis cui titulus Κύκλος ſophiſtice *figura* eſſe arguitur, quia circulus figura eſt: pro Ὁμήρου nomine iubet reponere Εὐμήλου. De *Eumeli*, Corinthii, poematis, qui circa Olymp. III. claruiſſe dicitur, agit praeter Salmaſium ac de Poetis ſcriptores *Voſſius* de Hiſt. Gr. lib. IV. cap. 1. [adde *Simſon.* Chron. col. 477. in primis de eius Corinthiacis, reliquisque poematibus, clar. *Groddeck* in Biblioth. der alten Litteratur etc. part. II. p. 94 ſqq.] *Sam. Petitus* lib. II. cap. 2. Obſeru. pro Ὁμήρου apud Ariſtotelem legit ὁ μέτρος, quae coniectura mihi non probatur.

leſii [tt].) Gigantomachiae, Φορωνὶς, Δαναὶς, Eoeae, Naupactica, Ἡρακλεία, Argonautica, Θηβαὶς, (κυκλικὴ dicta,) τὰ ἔπη τὰ εἰς τὸν πόλεμον τῶν ἐπιγόνων, Ἀλκμαιωνὶς, Μινυὰς, Αἰγίμιος, Οἰχαλίας ἅλωσις, Κήυκος γάμος, Ἀμαζονικὰ, Θησηὶς· ex altero autem *Arctinus*, *Leſches*, *Staſinus Cyprius*. Confuſus cum his cyclis *cyclus epicus*, quem grammatici Alexandrini, Ariſtarchus et Ariſtophanes Byzantinus, conſtituerant, dilectu inter poetas epicos veteres facto, et principibus, tamquam in canonem et cenſum relatis: Fuere illi: Homerus, Heſiodus, Piſander, Panyaſis, Antimachus. (vid. Quinctil. X. 1. 51 ſqq. Proclus Chreſtomath. et hinc Tzetza Prol. in Heſiod. et in Lycophron.) Translatum eſt hoc nomen cycli epici etiam ad illa duo cyclicorum genera, quatenus res Troianae et mythi hexametris erant expoſiti. Tractum aliquando nomen ad duo carminum genera, quibus tamquam nota aliqua eo ipſo inureretur; alterum, quoties poetae in argumento iam ab aliis tractato, in rebus notis ac tritis, *circa vilem patulumque* morarentur *orbem* (Horat. A. P. 132): alterum, quum epici carminis naturae et artis ignari narrationem a primis rei primordiis repetitam per ſingulas partes, tamquam ſcriptores pedeſtres, exponerent: quod v. c. Statius in Achilleide tentauit: ad hoc genus ſpectat Epigr. in Anthol. II. 40. p. 163. Steph. Nata hinc illa, apud *Acronem* in Horat. cyclicum poetam eſſe, qui variare res neſciat; et *Iſidor.* VI. 17. ea carmina cyclica vocari, quae cuiusque materiae ſimplici forma facta ſint." Hactenus cel. *Heyne:* qui ad Procli fragm. Ined. in Biblioth. der alten Litterat. und Kunſt. I. p. 45. ad Procli ductum rem ita paucis complectitur: „*Cyclus epicus* variis modis dictus eſt: primo, vt ſit *cyclus mythorum* inde ab Vrano vsque ad Vlyſſis reditum in Ithacam et mortem; hic proprie eſt *Cyclus mythicus:* dictus tamen *epicus*, quoniam plura erant carmina epica, quibus illae fabulae expoſitae erant; ſecundo *Cyclus epicus* dictus eſt ipſorum horum *carminum epicorum*, quae ita digeſta et ordinata a grammaticis fuerant, vt contextus fabularum inde a theogonia ad Vlyſſis nouiſſima haberetur. Carmina haec *cyclica* et *poetae cyclici*. Iam in cyclo extremum, nec ignobilem tamen, locum tenebant res Troianae, adeoque carmina, quibus illae expoſitae erant — — ſecundum hiſtoriarum ordinem — Cyprium carmen, Homeri Ilias, Arctini Aethiopis, Leſcheis ſ. Leſchei Ilias parua, Arctini Excidium Ilii, forte et alterum Leſchei, Noſti, Odyſſea, Telegonia etc." A cyclicis illis poetis quodammodo diuerſi erant κύκλιοι χοροί. *Cyclius* autem *chorus* idem erat, qui dithyrambus, erantque tres chori ad Bacchum pertinentes, κωμικὸς, τραγικὸς et κύκλιος. vid. *Ariſtoph.* Nub. 311. ibique ſchol. et interpretes. *Bentleii* Reſp. ad C. Boyl. de origine tragoediae, p. 168 ſq. ſub eclam Epiſtolis Phalaridis a Lennepio et Valkenario editus. Hos irridet et a Nubibus ali ait *Ariſtophan.* in Nubib. 332. ad quem locum vid. Scholiaſt. et Bergler.

Iuuat hic, potioribus, de quibus Fabricius, Schwarzius et Heyne egerunt, et Argonauticorum ſcriptoribus omiſſis, aliquot carmina veterum, ſiue cyclica, ſiue in quibus antiquiſſimae hiſtoriae heroicae partes decantatae fuerunt aut expoſitae, paucis memorare. De *Hellanico Lesbio* eiusque opuſculis optime diſſeruit cl. *Sturz*, in praeſenti Profeſſor Geranus, in Hellanici fragmentis etc. Lipſiae 1787. mai. 8. *Aſius* compoſuerat carmen heroicum, quo hiſtorias veteres complexus [illegible], vt ait [illegible].

tt) *Arctinus Corinthius* occurrit quidem apud *Athenaeum* VIII. p. [illegible] at enim, quemadmodum Milellus [illegible] eſt, docuit *Heyne* ad vetus marmor in Biblioth. der alten Litterat. und Kunſt, part IV. pag. 52. cenſet, apud Athen. verba eſſe transpoſita, et legendum [illegible] alde eundem virum [illegible] p. 61 ſq. *Harl.*

nar. ad Euripid. Hippolyt. diatribes p. 58 ſq. not. vbi quaedam de illo narrat. *Eugammonis* Τηλεγονίας β. ſummam dedit *Proclus* in Chreſtom. e cod. Veneto editam in Biblioth. der alten Litterat. und Kunſt. I. p. 42 ſqq. cum doctis animaduerſionibus cel. Heynii. vid. ad *Heſiodum*, infra II. 8. 15. not. et ſupra ad I. 16. 4. fin. — *Eumelus*, (de quo vide ad notam Fabricii) auctor dicitur *Gigantomachiae*, (apud Schol. ad *Apollon.* I. 555.) *Titanomachiae*, (apud eumdem ad I. 1165. *Athenae.* VIII. p. 227. et in fragmento quodam tabulae marmoreae a cl. Heeren in Biblioth. der alten Litterat. etc. eleganter acuteque explicito, part. IV. p. 52 ſq.) *Europiae*, ὁ τὴν Εὐρωπίαν πεποιηκὼς, (a Schol. ad Homer. Iliad. ζ'. 130.) a Tzetza ad Lycophron. 174. 480. et 1024. et a ſcholiaſte ad Pindari Olymp. XIII. 75. p. 149. edit. Oxon. vocatur ἱστορικὸς ποιητὴς, *Diogenes* vero *Laertius* libr. V. ſegm. 6. *Eumelum* laudat ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν. Apud Apollodorum et Pauſaniam nomen illius frequenter occurrit. adde infra ad lib. II. cap. 8. 14. not. b. — Κρητικὸς μῦθος apud Scholiaſten *Arati* vſ. 46. et a Pſeud-Eratoſth. cap. 27. ad Arati phaen. *Epimenides* dicitur ὁ τὰ κρητικὰ ἱστορῶν. — *Nicander* in Αἰτωλικοῖς apud Schol. Venet. ad Iliad. ἑ. 843. et *Tzetzen* ad Lycophron 799. Plura *Nicandri* carmina eius generis vide infra lib. III. cap. 26. nr. IV. Apud eumdem *Tzetzen* 786. memoratur *Silenus*, Σειληνὸς ὁ Χίος ἐν δευτέρῳ μυθικῶν ἱστορικῶν. *Satyrus* dicitur apud *Dionyſ. Hal.* A. 55. ὁ τοὺς ἀρχαίους μύθους συναγαγών. — *Onoſi* Ἀμαζονίδων primum librum laudat *Eudocia* in Viol. p. 410. voc. Ὕλας. *Onatum* tamen auctorem Amazon. nominat Scholiaſt. Theocrit. XIII. 46. qui num idem ſit, ac *Munatus* apud Scholiaſt. Theocriti II. vſ. 100. dubitat Fabricius in Catal. ſcriptorum in ſcholiis ad Theocritum memoratorum, vol. II. p. 441. Grammaticus tamen vetus ad ſchol. Theocriti VIII. 38. Μύνατος, ait, ἐτυμολογεῖ, (ὀρεοδάμνιδες) εἶεν ἐν ὄρεσι θάμνοι· — *Pythoſtratus*, frater Xenophontis ſecundi, compoſuit poema *Titanides* apud *Diogenem Laert.* II. ſegm. 59. p. 115. edit. Meibomii. — *Thamyris*, Orphei aequalis, Gigantomachia iam Plutarchi aetate (de Muſ. opp. tom. II. pag. 1132. B.) periiſſe videtur. — *Heracleam* ſiue de Herculis actis ſcripſerunt *Piſander*, (de quo ſchol. ad Ariſtoph. Nub. v. 1074. ſupra I. c. 26. §. 3. *Valckenar.* ad Euripidis Phoen. ſchol. p. 790. nr. 71. et 75. atque *Heyne* Exc. laud. p. 283 ſqq. edit. II.) *Rhianus* grammaticus: libros IV. citat *Eudocia* p. 371. et plures apud eamdem p. 409. vbi quoque *Diocledis* Deliaca memorantur. In ſcholiis cod. Veneti plures alii citantur; *Stamphyli* Theſſalica, Boeotica, Argolica; *Seruii* Troica (*Seruius* ἐν τρίτῳ τῶν Τρωικῶν in ſcholio a Valcken. Ammonii editioni ſubiecto, pag. 248.); *Rhiani* Theſſalica: *Chryſodori* Lydiaca, etc. vid cl. *Villoiſon* Anecd. graeca II. p. 185. et Prolegomena Homer. p. XXXII. Et plures eiusmodi ſcriptores ex Apollodoro, Euſtathio aliisque ſcholiaſtis colligi poſſunt. De quibusdam vide ad Heſiodum inter ſcripta illi quondam adtributa. Οἰδιποδίαν carmen ignoti auctoris memorat Scholiaſtes ad *Euripidis* Phoeniſſas, vſ. 1748. pag. 790. quod ibi p. 791. *Valckenar. cyclicum* fuiſſe ſuſpicatur, aliaque huiusmodi poemata nominat antiquiſſima, quorum conditores iam olim habebantur incerti, vel prorſus ignorabantur. Cyclicae *Thebaidis* (partis cycli epici, et a Thebaide Antim. diuerſae,) fragmenta quaedam indicauit *Schelienberg* in Antimachi Colophonii Reliquiis, p. 23. not. Θηβαΐδα ἐν βιβλίοις ιβ' ſcripſit *Menelaus* Aegaeus. vid. *Suidam* h. v. et *Ruhnken.* diſſ. de Longino §. X. fin. *Teleſis* Methymnaeus, et poema ignoti *Danais* occurrunt in vetuſto marmore vide cl. *Heeren* l. m. p. 56. ibidem p. 57. ſq. Οἰδιπόδεια clare adtribuitur *Cinaethoni*, poetae Lacedaemonio, Olymp. III. qui ſcripſit Genealogiam Deorum atque Heroum, ſ. Theogoniam. *Harl.*

Carmina Cypria. 16. ΚΥ´ΠΡΙΑ ἘΠΗ, ſiue κυπριακά, quae a *parua Iliade* diſerte diſtinguunt *Ariſtoteles* in poetica cap. 23. Pauſanias L. X. [cap. 26. p. 862. Λέσχεως δὲ καὶ ὁ ποιήσας ἔπη τὰ κύπρια, διδόασιν Ἀφροδίτην γυναῖκα Αἰνείᾳ] Suidas et alii, dicunt Homerum filiae ſuae dotis loco dediſſe, quum prae inopia aliter eam elocare non poſſet. Auctor *Pindarus* apud Aelianum lib. IX. cap. 15. Variar. vbi v. Perizonii not. Filiae nomen *Arſiphonen* fuiſſe notat Tzetzes Chil. XIII. v. 638. Generum Homeri *Staſinum* Cyprium uu) vocant Grammatici veteres apud Proclum, adſentiente Tzetza, aiuntque, eundem carmina illa edidiſſe, quae a patria *Staſini* deinceps *Cypria* adpellarentur. Cui ſententiae *Proclus* opponit, quod non inſcribantur ποιήματα κύπρια, accentu vv) in antepenultima. *Athenaeus* VIII. p. 334. ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη, εἴτε Κυπρίας τίς ἐστιν ἢ Στασῖνος, ἢ ὅστις δή ποτε χαίρει ὀνομαζόμενος. Homerum auctorem illius operis negat *Herodotus* in Euterpe ſ. lib. II. cap. 117. et *Clemens Alexandrinus* in Protreptico p. 19. vbi ſcriptorem Cypriorum Carminum ab Homero diſtinguit, perinde vt Suidas in εἶπος, cui adde, qui illa retulere ad *Dicaeogenem*, vt *Ariſtoteles* cap. 16. Poetices, vel ad Halicarnaſſeum quemdam, (*Pigretem* fortaſſis,) vel ad *Staſinum*, ſub cuius nomine Cypria laudat et verſus quosdam ex illis producit auctor Scholiorum ad Iliad. α. v. 5. vel ad *Hegeſinum Salaminium*, vt refert Athenaeus lib. XV. p. 682. et *Proclus* in Chreſtomathia ap. Photium Cod. CCXXXIX. vel ad *Theopompum*, cuius Cypriacum carmen laudat *Fulgentius* 1. Mytholog. cap. 2. vel denique ad *Euclaeum Cyprium*, qua de ſententia Gyraldum conſules. Pluribus opus hoc conſtitit libris: nam librum vndecimum *Athenaeus* laudat p. 682. et duodecim verſus Hexametros ex illo producit. Alios affert idem p. 334. et ſub *Staſini* [?] nomine *Tzetzes* Chil. 2. v. 710. Latinis verſibus iam olim reddiderat Poeta vetus *Naeuius*, cuius *Cypriam Iliadem* laudat *Chariſius* lib. I. p. 118. Hic Naeuius a Scaligero ad Catullum p. 112. eumque ſecuto Salmaſio, vitioſe Laeuius adpellatur ww). Nam et *Priſcianus* lib. X. Naeuium vocat, in teſtimonium citans librum Iliados ſecundum, vt obſeruatum *Theodoro Ryckio* in diſſ. de Aeneae in Italiam aduentu, quem p. 446 ſqq. de Cypriis hiſce Carminibus accuratius diſſerentem vide poſt *Salmaſium* ad Solin. p. 508. 509 edit. Traiectinae, *Ioh. Meurſium* in Cypro lib. I. cap. 1. et *Tiberium Hemſterhuſium* ad Pollucem p. 1255. *Fabric.* *Küſter* ad Suidam tom. II. p. 683. Locus claſſicus de Cyprio carmine eſt in *Procli* fragmento, e codice Eſcurialenſi deſcripto et in Bibl. der alten Litterat. u. Kunſt part. I. p. 23 ſqq. inter inedita a cl. Tychſenio publicato ab Heynioque illuſtrato. Cypria, videmus, conſtitiſſe XI. libris et comprehendiſſe res inde a Thetidis et Pelei nuptiis vſque ad Iliadis initia. Ex iis Hymnum in Venerem Homero tributum, eſſe expreſſum, acute coniicit *Groddeck* de Hymnorum homeric. reliquiis, p. 41. De illis adde *Weſſeling* ad Herodoti vitam Hom. p. 752. et ad ipſum Herodot. II. cap. 117. p. 157. cel. *Wernsdorf* in Poetis latin. minor. vol. IV. p. 563 ſqq. in primis cel. *Heyne* in Exc. I. ad Virg. Aen. II. p. 280 ſqq. *Staſinum* Cypriorum fuiſſe auctorem, probabilior eſt ſententia. In ſchol. editis et Venetis ad Iliad. α. 5 et 6. citatur a

[illegible]

uu) Herodotus in Homeri vita cap. 25. auctor eſt e duabus Poetae filiabus vnam diſceſſiſſe innuptam, alteram viro Chio collocatam fuiſſe. Porro ἐκ τῶν Στασίνου Κυπρίων hi verſus proferuntur in veteri Gnomologico cap. περὶ αἰδοῦς et apud Stobaeum:

Ζῆνα δὲ τὸν ῥέξαντα καὶ ὃς τάδε πάντ' ἐφύτευσεν
Οὐκ ἐθέλεις εἰπεῖν, ἵνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς.

vv) Num vero Κυπρία, vt putabat Salmaſius, an Κύπρια, non addit.

ww) Conf. cel. *Wernsdorfii* comm. de Homeriſtis latin. inprimis ſect. III. de Cypria Naeuii Iliade, p. 572. tom. IV. Poet. latin. minor. *Harl.*

ἱστορία παρὰ Στασίνῳ (ita edidit Villoiſon; contra Siebenkees in Biblioth. der alten Litteratur part. III. p. 62, *Tiſinum* ibi nominari ſcribit,) τῷ τὰ κύπρια πεποιηκότι, et fragmentum eſt ſeruatum: male editum eſt in Waſſenbergh edit. Iliad. I. et II. verſ. mem. παρὰ Ταρασίῳ, ſed v. *Waſſenbergh* in notis p. 133. vbi plures laudat auctores, qui et de auctore et de argumento illorum carminum diſputarunt. Ad Iliad. π'. 140. tantum legitur: ἡ ἱστορία παρὰ τῷ τὰ κύπρια ποιήσαντι. *Harl.*

Margites. 17. ΜΑΡΓΙΤΗΣ ſiue Poema Satyricum in ſtultum quendam hoc nomine. Harpocration in Μαργίτης: Ἐκάλουν δὲ τοὺς ἀνοήτους οὕτω, διὰ τὸν εἰς τὸν Ὅμηρον ἀναφερόμενον μαργίτην, ὅπερ ποίημα Καλλίμαχος θαυμάζειν ἔοικεν. Ad quem locum conſules ſi placet Mauſſaci et Valeſii notas. Dio Chryſoſtomus diſſ. 53. Γέγραφε δὲ καὶ Ζήνων ὁ φιλόσοφος εἴς τε τὴν Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὀδυσσείαν, καὶ περὶ μαργίτου δέ. Δοκεῖ γὰρ καὶ τοῦτο τὸ ποίημα ὑπὸ Ὁμήρου γεγονέναι, νεωτέρου καὶ ἀποπειρωμένου τῆς αὐτοῦ φύσεως πρὸς ποίησιν. Auctor Certaminis Homeri ac Heſiodi: Κολοφώνιοι δὲ καὶ τόπον δεικνύουσιν ἐν ᾧ φασὶν αὐτὸν γράμματα διδάσκοντα τῆς ποιήσεως ἄρξασθαι καὶ ποιῆσαι πρῶτον τὸν Μαργίτην. Meminere praeterea huius poematis, Homeroque tribuunt, et quaedam ex eo proferunt *Plato* Alcibiade. 2. p. 231. *Ariſtoteles* in poetic. cap. 4. [ſect. 4. vbi v. not.] et lib. VI. ad Nicomach. cap. 7. (ibique Euſtathius) et ad Eudemum lib. V. cap. 7. *Plutarchus* in Demoſthene p. 856. C. [p. 730. vol. IV. edit. Reiskii,] vbi Demoſthenes Alexandrum M. puerum et Margitem vocauit. Scholiaſtes Ariſtophanis ad aues, v. 914. *Tzetzes* Chiliad. 4. vſ. 868. εἰς ὃν ὁ γέρων Ὅμηρος ἡρωιάμβους γράφει. Idem Chil. 6. hiſt. 62. et Suidas in Μαργίτης: Ex eodem *Suida* [et *Eudocia* p. 358] in Πίγρης cognoſces, poema hoc a quibusdam non Homero tributum, ſed *Pigreti* Halicarnaſſeo Artemiſiae fratri. Ab *Euſtathio* ad Odyſſ. κ'. p. 413. [ſ. p. 1669. edit. rom. de ſtupore Margitis agitur, et] laudatur ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ὁμήρου μαργίτην. Similiter ambigui haerent *Proclus* [vide inter inedita in Biblioth. der alten Litteratur I. p. 11.] et anonymus alter ab Allatio editus in Homeri vita et *Clemens Alex.* 1. Strom. p. 281. Heroicis Hexametris trimetros Iambicos, quatuor breues primo pede habentes, in Margite paſſim permixtos (ἡρωιάμβους Tzetzes vocat,) teſtatur praeter *Hephaeſtionem* in Enchiridio p. 64. *Marius Victorinus* lib. I. II et III. artis metricae p. 2512. 2524 et 2572. edit. Putſchii. [conf. *G. Cuperus* in Apotheoſi Hom. p. 80.] Ceterum de Margitae ſtultitia, quae poſtea in prouerbium abiit, videndus *Suidas* [in vocab. Μαργίτης tom. II. p. 496. vbi vid. Kuſteri notam,] et Adagiorum Scriptores, [*Mich. Apoſtolius* Prou. Cent. XII. nr. 46. p. 150. vbi pro ἑκατὸν e Suida numerus quinarius έ. eſt reſtituendus,] *Dio Chryſoſt.* Orat. 66. *Lucianus* in Hermotimo cap. 17. tom. I. p. 516. *Polybius* in Excerptis Peireſc. p. 58. 59. ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον Τίμαιον εἰρηκέναι τις ἂν πιστεύσειεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν λεγόμενον Μαργίτην ἐκεῖνον. Vide et Petrum Petitum lib. II. Miſcellan. Obſeruatt. capite primo. Scholia Graeca ad *Lucian.* tom. II. p. 36. [in Philopſeud. cap. 3. tom. III. p. 32. edit. Reitzii,] vbi leges Margitem numerare molitum fluctus maris. Iambico metro primus vſus in Margite Homerus, ſi credimus *Alio Fortunatiano*, p. 2692. *Fabric.* [*] *Le Beau* iun. in Hiſt. ſocietat. reg. Pariſ. vol. XXIX. p. 50 ſqq. de hoc carmine eiusque argumento agit, idque Homero adtribuendum cenſet, *Chabanon* vero in Memor. illius ſociet. vol. XXX. p. 539. a Margite putat, comoediam cepiſſe initium. — Sed Anonymus apud Allatium nec non apud Waſſenbergh e cod. Leidenſi non ambigue, ſed diſerte *Margiten* abnegat Homero et hoc reliquaque poemata, praeter Iliada atque Odyſſeam habet ἀλλότρια καὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς δυνάμεως ἕνεκα. Vberius diſputat de illo carmine et Margitis

giis ſtupore *Waſſenbergh* in notis in vitas Homeri p. 11 — 16. in Homeri Iliadis lib. I et II. cum paraphraſi graeca etc. Franequerae, 1783. 8. Hic cenſet, quia Plato et Ariſtoteles Margiten non dubitanter tribuunt Homero, nouerat Demoſthenes, in deliciis autem habuit atque imitando expreſſit Callimachus, ab Homero profectum fuiſſe carmen, *heroicis* conſcriptum *verſibus*, Margitem, quo hominem ad quamcumque artem tractandam inutilem et inſigniter ſtultum comicorum more ridendum propinauerit, ad illius vero Margitae Homerici imitationem, aliud quoddam carmen argumenti magis ridiculi et pinguis fabricatum fuiſſe *Pigretem Halicarnaſſaeum*, Artemiſiae vel fratrem vel filium, qui hexametris *iambicos* miſcuerit et multa de ſuo addiderit ridicula: hunc *Pigretis* Margitem aetatem tuliſſe, atque in recentiorum manibus verſatum, quum Homericus ille iam dudum, incertum, quo caſu, intercidiſſet. Quod *Ariſtoteles* de poet. 4. iambos, quos numquam adhibuiſſet Homerus, in huius Margite agnouiſſe dicitur, locum explicat Waſſenbergh docetque, ex eo id minime poſſe probari: contra monere philoſophum, ad Ψόγος pertinere Margiten poema, et *lapſu temporis* iambicum illud metrum carminis genus ψογικὸν intraſſe. Haec omnia latius explicat probatque vir doctus. *Harl.*

Νόστοι. 18. ΝΟ΄ΣΤΟΙ [xx]). Suidas. Videntur hi fuiſſe pars *Cycli Epici* et egiſſe de reditu Graecorum in patriam poſt euerſam Troiam. Sine nomine laudantur ab *Apollodoro* lib. II. Bibl. et a Scholiaſte Euripidis in argumento Medeae, ὁ τοὺς νόςους γράψας. *Fabric.* Νόςοι, in his *cyclicis*, h. e. qui ad cyclum epicum referebantur, plures fuerunt, diuerſosque habuerunt parentes. v. *Suidam* ibique Küſter, cl. *Heyne* ad Apollodori biblioth. p. 990. *Augiae* Troezenii Νόςοι 5 citantur, eorumque argumentum e Procli Chreſtomathia e cod. Veneto exhibetur in Biblioth. der alten Litteratur v. Kunſt, part. I. inter inedita p. 40 ſqq. cum obſeruatt. cl. *Heynii*, qui horum auctorem numquam alias legere meminit, nomen prorſus ignotum. *Lyſimachus*, (aliis *Symmachus*,) ἐν πρώτῳ Νόςων occurrit apud Tzetzen ad Lycophron. p. 874. Teſte ſcholiaſte ad *Pindari* Olymp. XIII. 31. p. 145. edit. Oxon. *Eumolpus* Corinthius ſcripſit νόςον τῶν ἑλλήνων. etc. *Harl.*

Οἰχαλίας ἅλωσις. etc. 19. ΟἸΧΑΛΙ΄ΑΣ ἍΛΩΣΙΣ. de hac dixi libro ſuperiore cap. 4. vbi de Creophylo. De argumento huius poematis confer ſcholia ad Iliad. β. 392. et Strabonem libr. IX. p. 438. qui non magis de Oechalia, quam ceperit Hercules, quam de auctore poematis huius conſtare adfirmat. *Fabric.* *Proclus* in Chreſtom. in bibl. laudata, p. 9. Homerum dicunt, γράψαντα Οἰχαλίας ἅλωσιν, τούτῳ (Chreophylo,) χαρίσασθαι, ὅτις νῦν ἐν Κρεωφύλου περιφέρεται. I. *Pierſ.* Lexico Ms. *Bentlei* in Epiſtola ad Millium p. 21. τοῦτον, (Creophylum) τινὲς καὶ διδάσκαλον Ὁμήρου λέγουσι γεγονέναι, καὶ ἔςιν αὐτοῦ ποίημα Οἰχαλίας ἅλωσις· ἀρχαῖος μὲν ἕν ἐςι, νεώτερος δὲ ἱκανῶς Ὁμήρου. *Harl.*

20. ΠΑΙ΄ΓΝΙΑ Suid. et Herodotus cap. 24. in Homeri vita, ſed ex quo loco, vt Proclo [yy]) etiam in Homeri vita, adparet, non fuiſſe ſingulare ſcriptum Poetae hoc titulo, ſed potius Batrachomyomachiam, Cercopas et Epicichlides generali illo nomine venire. Etiam iuniori cuidam Homero παίγνια Suidas tribuit.

21. ΣΙΚΕΛΙ΄ΑΣ

vel Sicyliae vires [illegible] Athenienſis, Eumelus ſiue Eumolpus Corinthius, Lyſimachus Alexandrinus (male Pleſimachus Plutarcho p. 1160. de flum. et Symmachus Tzetzae in Lycophronem) et Steſichorus. Vide Mauſſacum ad Plutarchum de fluminibus, vbi de Inacho, et Voſſium de Hiſtoricis Graecis p. 431. Suidam in Νόςοι.

yy) Vid. in Biblioth. mem. p. 12. inedit. *Harl.*

21. ΣΙΚΕΛΙΑΣ ἍΛΩΣΙΣ. Suidas, apud quem Οἰχαλίας pro Σικελίας legere ſine vlla dubitatione iubet *Richardus Bentleius* in Epiſtola ad Ioh. Millium, p. 63.

22. ὝΜΝΟΙ, plures aliique ſub Homeri nomine olim lecti ſunt, quam hodie exſtant, vti ſupra, cum de editis Hymnis agerem, adnotaui. Verſus quosdam ad Venerem Sophocli ab aliis, ab aliis tributos Homero refert Athenaeus XIII. p. 592.

23. ΦΩΚΑΪΣ *Herodot.* cap. 16. ſiue legendum ΦΑΙΑΚΊΣ ex Ouidio IV. ex Ponto 12. 27. et 16. 27, vbi latinam *Tuticani* Metaphraſin laudat. *Fabric.* vid. ad Herodoti locum *Wesseling.* p. 752. qui, Fabricium, notat, coniectando aberraſſe. Atque iam antea *Quirinus*, pater purpuratus, in Primordiis Corcyrae, Brixiae 1738. 4. cap. III. pag. 19. refutauit eum ex connexione totius orationis. Multo pronius, ait p. 20. fuiſſet Fabricio ſuſpicari, pro *Phaeacida* legendum apud Ouidium *Phaeacaida*, quam apud Herodotum Φαιακίς pro Φωκαΐς; immo opinatur, nec tamen vult certo definire, Phaeacidos poema fuiſſe partem illam Odyſſeae, vbi, quae Vlyſſi in Phaeacia contigerunt, narrantur, et Phaeacin homericam, a Tuticano latine verſam, fuiſſe vnam ex illis partibus, in quas Homericum poema diſſectum ſub diuerſis nominibus diuiſim recitabatur. Iam diuerſa eſſe potuerunt poematia, ſi vera eſt Pſeudo-Herodoti narratio. Atque *Nic. Heinſius* ad Ouid. lib. IV. Epiſt. e Ponto ep. 16. 27. putat per *Maeoniam Phaeacida* Ouidii, deſignari Odyſſeae librum H. quem Ὀδυσσέως ἀπόπλους ἀπὸ Φαιάκων adpellant Aelianus et Euſtathius: cel. autem *Wernsdorf* de Homeriſtis latinis eorumque fragmentis p. 484 ſqq. tom. IIII. Poetar. latinor. minorum, malit nomen a poeta vſurpatum et a primaria Odyſſeae parte ductum de tota intelligere, quum praeſertim *verſa* a poeta ex Homero dicatur, quae opera vix videri poſſit in aliqua tantum parte operis ſumta. *Harl.*

24. ΨΑΡΟΜΑΧΙΑ. Suidas.

Omitto poema commentitium de pugna Heroum apud inferos, quod ab Homero ſcriptum ſibique donatum fingit Lucianus 2. Verae Hiſtoriae tom. I. p. 679. [cap. 24. tom. II. p. 122. edit. Reitzii.] Eius hoc ibidem recitat initium: Νῦν δέ μοι ἔννεπε Μοῦσα μάχην νεκύων Ἡρώων. [la Croze in not. ad Lucian. putat, hunc imitatum eſſe h. l. initium poematis Epigonôn.]

De aenigmate, quod Homericum vocat Diodori interpres, *quae cepimus, amiſimus, quae non cepimus, habemus,* meminit Diodorus Sic. lib. V. p. 217.

C A P V T III

DE HOMERI SCHOLIASTIS INTERPRETIBVS ET METAPHRASTIS GRAECIS, QVI EXSTANT VEL EDITI VEL MSS. TVM DE POETAE VERSIONIBVS ET EDITIONIBVS, ARGVMENTIS, INDICIBVS, LEXICISQVE IN HOMERVM VVLGATIS.

I. *De ſcriptis Didymi Chalcenteri, qui Homerum aliosque ſcriptores etiam profanos commentariis* [?] *illuſtrauit.* II. *Scholia breuia tamen quae ſub eius nomine in Homerum exſtant, non ſunt huius Didymi, neque alterius Didymi Alexandrini iunioris.* III. *Sed ex Didymo Chalcentero aliisque priſcis Homeri interpretibus diu poſt ſelecta. Num Euſtathius ea viderit, quae nos hodie habemus?* IV. *Porphyrium non eſſe horum ſcholiorum auctorem.* V. *Eorum tum ſeparatim tum vna cum Homero vulgatorum editiones.* VI. *De Schreueliana, de Oxonienſi et Cantabrigienſi Homeri editione cum ſcholiis Graecis. Additamenta Schreueliana ſcholiis Didymo tributis illaudato more inſerta.* VII. *Scholia Graeca in quosdam Homeri locos a Cantabrigienſibus primum vulgata e codice Aloyſii Alemanni.* VIII. *De Euſtathio eiusque παρεκβολαῖς in Homerum, editionibus, excerptis Adriani Iunii etc.* IX. *Commentariorum Euſtathii laus, vtilitatum, verſio latina inedita Vincentii Marinerii.* X. *Scriptores ab Euſtathio laudati nominibus propriis haud expreſſis. Quare nusquam alleget libros Scripturae Sacrae?* XI. *Commentarius Euſtathii in Batrachomyomachiam.* XII. *De Scholiis Graecis incerti auctoris in libros IX. Iliados editis a Conr. Hornejo.* XIII. *Scholia et commentarii inediti variorum auctorum anonymorum, tum Porphyrii, Procli, Andronici.* XIV. *Iohannis Tzetzae Metaphraſis, ἐξήγησις, allegoriae in Homerum, item pro Homerica, Homerica, poſt Homerica. Allegoriae Homericae Heraclidis Pontici, Nicephori Gregorae, Mich. Pſelli et Iohannis Diaconi Galeni.* XV. *Scholia Georgii Chryſococcae et quorum pars a Scherpezelio edita eſt, Manuelis Moſchopuli. Mich. Pſelli Paraphraſis, et deperdita Demoſthenis Thracis. Conſtantini Hermoniaci Metaphraſis. Scholia Iſaaci Porphyrogeniti. Quintus Smyrnaeus falſo relatus inter Homeri commentatores.* XVI. *Metaphraſis Graecobarbara Nicolai Lucani et Demetrii Zeni.* XVII. *Editiones Homeri Graecae.* XVIII. *Latinis verſibus redditus Homerus.* XIX. *Latina proſa, vbi de Graecolatinis Homeri editionibus, et commentariis, notisque hac editis hac promiſſis recentiorum.* XX. *Verſiones Homeri Perſica et Syriaca.* XXI. *Indica.* XXII. *Anglicae.* XXIII. *Hiſpanicae.* XXIV. *Belgicae.* XXV. *Italicae.* XXVI. *Gallicae.* XXVII. *Germanicae.* XXVIII. *Tituli Argumenta et periochae librorum Homeri.* XXIX. *Indices.* XXX. *Phraſeologiae, Lexica et claues Homericae.*

De Didymo. I. Poſtquam de ſcriptis Homeri egi, conſequens eſt, vt de interpretibus eius pauca addam, ac primum de Graecis, qui exſtant. In his familiam ducit Auctor breuium Scholiorum, quae in Iliadem et Odyſſeam feruntur ſub nomine *Didymi* a), Alexandrini puta Grammatici Ariſtarchei, Chalcenteri a pluribus laboribus literariis adpellati, qui ſub Auguſto Imp. floruit et plures poetas Commentariis illuſtrauerat. Commentarium eius in Iliadem laudat *Ammonius* in λατρεύειν et χλαμύς. Eundem Ἐξήγησιν Ὁμηρικὴν, Etymologicum [?] M. περισκέπτῳ et σκαιός. [Scripſit quoque περὶ τῆς Ἀρισταρχείου διορθώσεως, atque in codice Veneto, in quo multa ex commentariis Didymi addito interdum eius nomine, e. g. ad Iliad. γ'. 10. ſcholia atque annotata ſunt ſeruata, ſingulis Iliados libris ſubiecta eſt ſubſcriptio: παράκειται τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα. (ad calcem Iliad. Σ'. additum eſt μετὰ [illegible]) καὶ ΤΑ ΔΙΔΥΜΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΡΙΣΤΑΡΧΕΙΟΥ ΔΙΟΡΘΩΣΕΩΣ etc. vt iam ad ſuperius caput eſt animaduerſum. Atque ex plenioribus illis Scholiis codicis

a) Plures Didymi, etiam Grammatici fuere, quos diſtinguere docet *Ionſius* pag. 221. *Fabric.* vide quoque infra, lib. V. cap. 7. vol. VII. p. 56 ſqq. *Eudocia* in Viol. p. [illegible]. quae, eum, tradit, vixiſſe ſub Antonio et Cicerone. *Harl.*

codicis Veneti manifeſtum ſit, Scholia, quae hodie mentiuntur nomen Didymi, falſo huic adſignari: nam ex illis Marcianis patet, Didymum non tantummodo fuiſſe grammaticum, et etymologiarum minutiarumque venatorem; ſed quoque varias contuliſſe recenſiones ſ. editiones atque artem exercuiſſe criticam. *Harl.*] Commentarios inſuper confecit in Euripidem, Scholiaſtes ad Hecubam v. 887. 1036. etc. In Ariſtophanem, Phrynichum, Ionem, Sophoclem, Athenaeus: Libros *ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς*, Lactantius lib. I. cap. 22. In Bacchylidem, Ammonius in *ὑπόμνημα*. *Περὶ λυρικῶν ποιητῶν*, Etymol. Magnum in *ὕμνος* et *προσῳδία*. Illuſtrauerat etiam ſcriptores proſarios, vt Iſaeum, Demoſthenem, pluresque Rhetores, quod idem Ammonius in *νῆες*, Harpocration et alii teſtantur. Ne de aliis Didymi ſcriptis in praeſenti dicam, quatuor millia enim librorum ſcripſiſſe *Seneca* auctor eſt Epiſtola 88. Etſi Demetrius Troezenius apud *Athenaeum* lib. IV. p. 139. Heſychius Illuſtris et Suidas [b]) tantum computant ter mille et quingentos. Ob quam cauſſam ab eodem Demetrio dictus fuit *βιβλιολάθας*, quod ſui ipſius, puto in tot libris, oblitus, ſaepenumero ſibi contradixiſſet. Vide *Quintilianum* lib. I. cap. 8.

Scholia, quae exſtant, non ſunt Didymi. II. Quanquam vero ex dictis conſtat, Homerum a Didymo hoc illuſtratum fuiſſe, non tamen aeque certum eſt, Scholia graeca, quae habemus, illum auctorem agnoſcere. Nam in illis non exſtant, quae ex Didymi in Homerum *ἐξηγήσει* profert *Ammonius*, deinde in iisdem laudantur ſcriptores Didymo iuniores, Plutarchus, Cointus, Galenus, Pauſanias, Iamblichus et alii: vnde iuniori cuidam Didymo Alexandrino, quem *πιθανὰ* et *περὶ ὀρθογραφίας* ſcripſiſſe Suidas ait, illa tribuebat *Meurſius* in Bibl. Graeca p. 1359. Sed et hoc Didymo iuniores ſunt Cointus et Iamblichus: nam Apollonium Dyſcolum, qui ſub M. Antonino vixit, in Didymi *Πιθανὰ* ſcripſiſſe, idem Suidas notauit. Quin etiam Didymus ipſe, (Chalcenterum intelligi non dubito,) in Scholiis illis nominetenus laudatur ad Iliad. *α'* 400. *δ'*. 475. et ad *χ'*. 126. Quod autem *Gisbertus Cuperus* ex loco ad Iliad. *δ'*. 379. Schreuelianae editionis, (in aliis enim haec fruſtra quaeras,) vbi *Δίδυμος ὁ ἡμέτερος* dicitur, haec ſcholia a Didymi diſcipulis collecta eſſe ſuſpicabatur lib. II. Variarum obſeruationum cap. 8. virum praeſtantiſſimum fefellit additamentum editoris, quod lineolis ille diſtinxit quidem, ceterum malo more, graecis verbis, ad antiqua ſcholia adtexuit. Schreuelii enim haec verba ſunt: *ἄλλοθι παρέδωκε Δίδυμος ὁ ἡμέτερος*, (hunc quippe putabat eſſe auctorem ſcholiorum, quae recenſebat,) *συμμάχους εἶναι συστρατιώτας τῶν πολιορκούντων, βοηθοὺς δὲ τοὺς βοηθοῦντας τοῖς πολιορκουμένοις*. reſpiciturque ad Scholion Iliad. *β'*. Catalog. 310. et *γ'*. 188. [c]) Similiter fraudi fuit additamentum Schreuelianum *H. Dodwello*, qui in praelectionibus Cambdenianis p. 386. vt recentem valde probet ſcholiorum horum collectorem, obſeruat, in illis citari *Euſtathium* ad Iliad. *ε'*. 203. At enim Merico Caſaubono in diatriba de nupera Homeri editione p. 44. videntur haec in Poetam ſcholia antiquiora eſſe Euſtathio et ab eo reſpici, cum in ſuis ad Homerum [*] Commentariis ſubinde laudat *σχόλια παλαιά*. Idem obſeruat, pleraque illorum Euſtathium in ſuos commentarios transtuliſſe, adeo vt ex hisce non pauca ſcholiorum loca emendari poſſint, quod aliquot exemplis p. 56 ſqq. oſtendit. Sed et *Didymum* plus ſimplice vice laudat et *Euſtathius*, [et, quod graue eſt argumentum, conditor ſcholiorum in cod. Veneto ſeruatorum et antiquior Euſtathio:] eiusque *ἐξηγήσεις* affert

Ccc 2 Euſtathius,

b) Vide Suidam in *χαλκέντερος*.

c) Barneſius quoque in ſua editione ſaepe retinuiſſe Schreueliana additamenta, in Actis Erudit. 1712. p. 62. arguitur. *Harl.*

Euſtathius, vt in Iliad. β'. p. 274. Iliad. λ'. p. 818. et aliis in locis, verum ita fere, vt non ipſe fateatur, ſe eum inſpexiſſe: ὁ Δίδυμος δὲ, φασὶ, λέγει, vt omittam illa, quae adfert e Didymo, non reperiri omnia in ſcholiis, quae habemus. [conſ. *Aug. Guil. Ferberi* diſſ. philolog. ſcholia graeca in Homerum, quae Didymo vulgo tribuuntur, generatim luſtrans. Helmſtad. 1770. 4.]

[illegible] sunt [illegible] Heracleonis. III. Veriſimillime itaque dici poteſt, ſcholia iſta non eſſe *Didymi*, neque ex ſolis Didymi commentariis, ſed ex Didymo multisque aliis παλαιοῖς et νεωτέροις, Ariſtarcho, Cratete, aliisque, (plures enim interpretum ſententias paſſim colligit. cuius rei illuſtre exemplum habes Iliad. Σ. 486. et Odyſſ. ἰ. 43. κ'. 1. μ'. 89. Et ad Odyſſ. β' 132. κατ' ἔνια, inquit, τῶν ὑπομνημάτων, Iliad. γ'. 156. 133. 155. ἐν ἄλλῳ, ſcil. ὑπομνήματι. Sed et Μεταφραστὰς memorat ad Iliad. λ'. 232.) incerto auctore, multi forte poſt Didymum ſaeculis collecta, interim erudita, et ad intelligendum Poetam et pernoſcendam Mythologiam et dialectos d) vtiliſſima, tironibus vel imprimis commendanda. Euſtathius ipſe, quem pleraque illorum in ſuas παρεκβολὰς tranſtuliſſe iam dixi, non pauca praeclara ex iisdem omiſit, forte quod illa in codice ſuo non inuenit. Qui enim ſcholia poetarum in antiquis codicibus euoluerunt, ſciunt, ea ſubinde ab alia manu aucta et plurimum inter ſe diſſidentia occurrere. Ac de his ipſis ſcholiis Didymo tributis *Mericus Caſaubonus* libello laudato p. 45. *Eiusdem auctoris tam ſibi repugnantia eſſe, non ego praeſtem.* Nec repugnantia tantum in his ſcholiis offendas, ſed eadem quoque bis repetita aliis verbis, vt ad Odyſſ. χ'. 299. 300. τ'. 179. Iliad. ζ'. 104. γ'. 188. Itaque nec *Heracleonem* Grammaticum ſcholiorum horum auctorem eſſe mihi perſuaſerim, [quod quidem credidit *Thom. Gataker* in Antonin. p. 37. D. 65. A. 77. B. et alibi: ſed male. v. Valck. diſſ. de ſcholiis in Hom. etc. p. 103.] quamquam illa ſententia non improbatur *Barneſio* tom. II. ad Euripidem p. 158. *Fabric.* [Minora ſcholia ſunt partim gloſſae ſiue leuiores verborum ſingulorum expoſitiones, quae ſeriorem quemdam grammaticum habuiſſe videntur auctorem, partim exegeticae, quae ex collectione variorum ſcholiorum, quam in codice Veneto A. pleniorem eſſe ſeruatam, ex editione Villoiſoniana cognoſcimus, fuerunt excerptae. In prioribus tamen rhapſodiis excerpſerat epitomator, quisquis fuerit, diligentius et frequentius; circa medium carmen exegeticae notae ſ. interpretationes ſenſim deficiunt; ſub finem omiſſis melioribus ſcholiis, gloſſas tantum tardus homo adleuit codici ſuo. Forſan *Io. Laſcaris*, primus editor, interpolauit vetera ſcholia, et auxit, ſiue ex ſuis copiis, ſiue ex alienis codicibus et paraphraſibus. conſ. doctum cenſorem editionis Villoiſon. in Biblioth. der alten Litterat. und Kunſt, part. V. p. 48 ſqq. *Harl.*]

[illegible] IV. Deceſſor meus Vinc. Placcius ὁ μακαρίτης libro de Anonymis 75. ait, e Gesnero ſe didiciſſe, quod *Porphyrius* a quibusdam auctor eorumdem habitus fuerit. At enim haec non a Gesnero ipſo, verum a Simlero in Gesneri continuatione

d) Paſſim notat voces Boeoticas, Aeolicas, Doricas, Ionicas, Cyprias, Theſſalas, Phrygias, Atticas etc. Schreuel ad Iliad. ί. 29. et κ'. 559. λ'. 704. vbi [illegible] a Poeta poſitum eſſe loco genitiui, de ſuo ſubiunxit, eam eſſe γενικὴν Ιβηρικήν. Sic *Pſalmus* [illegible] *Danielis*. Alium Hebraiſmum notat idem Schreuelius Iliad. ί. [illegible]. Grammaticos et librarios imperitos vetuſtiores praecipue, multa in Homero corrupiſſe queritur Schreuelius ad Iliad. [illegible] Verſus [illegible] et ſuppoſitos notat ad Iliad. β'. Catal. 35. ί. 395. έ. 71. Odyſſ. [illegible]. 212. etc. [v. *Ferberi* diſput. laudatam.]

nuatione memorata ſententia, quam ſit parum veriſimilis, (licet ex Porphyrio plurimum profeciſſe horum Scholiorum auctorem lubenter profitear,) conſtat vel ex eo, quod ſub Porphyrii nomine alia in Homerum ſcholia manu exarata adhuc exſtant in manibus [?] virorum doctorum, vt infra dicam: deinde laudatur in hiſce non modo ipſe Porphyrius Iliad. α΄. 317. β΄. 249. 308. γ΄. 175. 250. 314. ſed et Iamblichus, Porphyrio iunior, Odyſſ. β΄. 153. *Io. Meurſii* quoque p. 115. ad Lycophron. et *Laurentii Lundii* ſuſpicio, in Bibl. Graec. p. 54. qui Iohannem Tzetzen breuium ſcholiorum minorum coniiciunt eſſe auctorem, neutiquam congruit cum Tzetzae ingenio, qui vanioribus longe et vberioribus commentariis Homerum interpretari eſt adgreſſus.

Scholiorum minor. editiones. V. Scholia in Iliadem edita primum ſunt, graece, Romae *e*) A. 1517. fol. Σχόλια παλαιὰ τῶν πάνυ δοκίμων εἰς τὴν Ὁμήρου Ἰλιάδα. Praemiſſa duo Iani Lascari Epigrammata, (non in Didymum, ſed) εἰς τοὺς ἐν τῇ βίβλῳ Ὁμήρου ὑπομνηματιστάς. Scholia in Odyſſeam primus edidit, praefixo Didymi nomine, *Aldus*, adiunctis non modo in Iliadem editis iam ante ſcholiis, ſed et *Porphyrii* quaeſtionibus Homericis et libello de antro nympharum, Venet. tom. I. 1521. *f*) 1528. tom. II. 8vo. *g*) Scholia in *Odyſſeam* ſeparatim excuſa *Pariſiis* Ao. 1538. 8. memorat in Bibliotheca Geſnerus. [Num a. 1538 excuſa ſint, equidem neſcio. Ego vero habeo exemplum paullo vetuſtius: Διδυμου του παλαιοτατου εις την Οδυσσειαν ἐξηγησις. *Didymi antiquiſſimi auctoris interpretatio in Odyſſeam.* μήτ' ἐμοὶ μέλι μήτε μέλιτται. (infra inſigne:) *Nocet empta dolore voluptas.* Pariſiis apud Collegium Sorbonae. M. D. XXX. (1530.) 8. In calce: *Pariſiis imprimi curabat Gerardus Morrhius, Germanus. Septimo Calend. Maii. Anno 1530. Harl.*] *Ioachimo* inde *Camerario* et *Iac. Micyllo* curantibus *Homerus* integer graece cum ſcholiis in Iliadem et Odyſſeam, cuiuis paginae in ora libri adiectis, et ſubnexis ad calcem voluminis Porphyrii libellis, editus eſt Baſileae apud Heruagium 1535. 1541. 1543. 1551. 4to. ſiue paruo fol. Iterum Scholia ſeparatim, Homero, quem explicant, non addito, emendatius vulgata ſunt a Iacobo Bedroto, graece, ſubiunctis iisdem libellis *Porphyrii,* Argentorati 1539. 8. [in aedibus Vuendelini Rihelii, addito elencho graeco et latino, III. part.] cum Bedroti et Ioh. Sturmii praefationibus, ſub titulo: Ὁμήρου ἐξηγητής, *Homeri interpres, cum indice locupletiſſimo.*

Editt. Schrevel. Oxoniens. et Cantabrig. VI. Interiecto maiore quam ſaeculi ſpatio *Cornelius Schreuelius* Homero ſuo graeco-latino eadem Scholia, quae Didymo audacter tribuit, in ima qualibet pagina

e) Hanc editionem exſtare memini in Bibliotheca Gudiana. Etiam in Bibl. Petri Francii fuit cum M. Sladi emendationibus. *Fabric.* Homeri contextus non additus eſt, vt Fabricius aliique ſcripſerunt. conf. *Humphr. Hodium* de graecis illuſtr. L. Gr. — inſtauratoribus. edente *Iebb.* Londini 1743. 8. p. 253 ſqq. De Aldina aliisque edd. quibus Porphyrii libri additi ſunt v. cel. *Goenſ.* praef. ad Porphyrium de antro numpharum p. XVI ſqq. Aldinam vero editionem is docet, non bis a. 1521 et 1528, vt ex Fabricio aliquis colligere potuit, lucem vidiſſe, ſed vnam eſſe editionem, conſtantem duabus partibus, prior n. continet Porphyrii libellos ſine paginarum numeris, a. 1521. poſterior comprehendit *Didymi interpretationem in Odyſſeam,* 1528. vide quoque *Waſſenbergh* ad Prolegg. §. XI. p. 18. ad Hom. Iliad. I. et II. etc. *Harl.*

f) Hanc curauit editionem Franciſcus Aſulanus. qui in praefatione ait, ſe optimas in Homeri Iliada interpretationes Herculeis emendatas laboribus dediſſe. conf. cl. *Villoiſon.* Anecd. gr. II. p. 262 ſqq. *Hamberger* I. p. 66. *Harl*

g) Conf. *Valcken.* diſſ. de ſcholiis in Hom. ineditis. p. 143. *Harl.*

gina graece ſubiecit, Amſtelodam. apud Elzeuir [h]), et Lugduni Bat. apud Franciſcum Hackium Ao. 1656. 4to. Quamquam vero haec editio elegantiſſima eſt, tum diſpoſitionis ratione, tum typorum, tamen et in graecum Homeri textum vitia typographica non pauca ſuperiorum Editionum et recepit et auxit, tum et Scholia aduerſus priorum editionum fidem detorta, deprauata, mutilata, plurimis additamentis [i]) coinquinata exhibet lectori, vt queruntur *Mericus Caſaubonus* in diatriba de hac Homeri editione ad virum Clariſſimum Ioh. Georg. Graeuium edita Londini 1659. 8. et Cantabrigienſes in praefatione ad ſuum, de quo mox, Homerum; in qua etiam Oxonienſem ἔκδοσιν Iliados, [*] quae A. 1675 8. iisdem Scholiis illuſtrata prodiit, Schreuelianae contagio infectam, aegre ferunt. Hi vero, quos dixi, Cantabrigienſes omnium praeſtantiſſimam Homeri editionem publico bono vulgare coeperunt A. 1689. 4to. edita Iliade, (Odyſſea enim ab iisdem promiſſa, quod ſciam, nondum prodiit.) ad H. Stephani et alias optimas editiones caſtigata, cum verſione longe emendatiore, in poſterioribus praecipue libris: (nam in primis tribus vel quatuor pleraque Schreuelianae retinuiſſe ſe non diffitentur,) tum ſcholiis graecis per ſingulas paginas ſubiectis, et ad veterum editionum fidem recenſitis. Addiderunt etiam varias lectiones, et H. Stephani in Homeri Iliadem notas, quarum vix ſextam partem Schreuelius dederat: varias praeterea lectiones, coniecturas et caſtigationes in Scholia, et ſuppoſitorum ſcholiorum a Schreuelio inſertorum elenchum. [Dedit illa quoque Barneſius in ſua editione, de qua poſtea ſermo erit.]

[illegible] VII. Denique in calce voluminis adiunxere alia quaedam Scholia graeca vetuſta, excerpta Ao. 1518. ex optimo Codice ab *Aloyſio Alemanno*, (qui Sophoclis Antigonen Italice vertit,) et adſcripta in marginibus ampliſſimis Florentinae [k]) Homeri editionis, de quibus ita ſcribunt Cantabrigienſes; *Excerpta illa quouis pretio digna, vtpote vetuſtiſſimorum Criticorum et Grammaticorum reliquias, exiſtimatu facile eſt. Videbis ſaepe in iis laudatos, vbi tamen nec in noſtris Scholiis, nec in Euſtathio laudantur, Sidonium, Seleucum, Zenodotum, Ariſtarchum, Ariſtophanem, Herodianum, Chryſippum,* τοὺς ἀπὸ τῆς σχολῆς, *et alios veterum, quorum ſcripta dubium eſt quod perierunt.* Haec illi, qui cetera Didymo tributa vulgo ſcholia nec ipſi audent ad eum auctorem referre; ſed ex variorum commentariis collecta exiſtimant, de quibus ſingulari diſſertatione acturos ſe receperant, praemittenda Odyſſeae. [conf. *Kuſter* in Hiſtoria critica Hom. p. 113. *Valckenar.* p. 11. praef. ad Iliad. XXII et p. 105. diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis, *Lucas Holſten.* de vita et ſcriptis Hom. cap. VII. p. 244 ſqq. infra in tomo IV. et *Villoiſon* Prolegg. in Homerum p. XV. not.] Lucem quoque adſpexit *Ilias*, Graece cum iisdem Scholiis Didymo adſcriptis, Oxoniae e Theatro Sheldoniano An. 1695. 8vo. Ὁμήρου Ἰλιὰς καὶ εἰς αὐτὴν σχόλια ψευδεπιγραφῆ Διδύμου.

Euſtathii Comment. VIII. Praeter haec incertorum minora ſcholia, exſtant etiam in Iliadem pariter atque Odyſſeam, diffuſi et varia eruditione, grammatica praeſertim, refecti Commentarii

h) Eadem haec editio eſt, etſi tituli diuerſi: Communibus enim ſumtibus Homerum excuderunt Hackius et Elzeuirius. Itaque falluntur viri docti, qui de ea loquuntur tamquam de diuerſis.

i) Haec interdum virgulis includit, vt ad Iliad. γ'. 365. ἔτως ἀφρονοῦσιν οἱ ἐθνικοί, οἱ ἄθεοι, καὶ ἡ ψευδώνυμος καὶ εἰδωλολατροῦσα σοφία. Saepiſſime vero ſine vlla nota antiquis admiſcuit.

k) Eiusmodi exemplar editionis Florentinae Ao. 1488. fol. cum Scholiis MSS. in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi exſtare teſtatur *Labbeus* p. 250. Bibl. nov. MSS. [conf. *Villoiſonii* Prolegg. p. XV. not.]

mentarii, ſiue, vt ab auctore inſcribuntur, *παρεκβολαὶ Euſtathii* patria CPolitani, qui in Flori monaſterio Conſtantinop. Monachus atque Rhetorum primo Magiſter l), et magnae Eccleſiae Diaconus, tum deſignatus Lyciorum Myreorum Epiſcopus, ac denique Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, circa annum [?] Chriſti m) 1160. et poſt floruit ſub Manuele Alexioque et Andronico n) Comnenis. Cum hiſce Commentariis graece primum editus *Homerus* eſt Romae praefixis priuilegiis Iulii III. Pontificis, (cui etiam inſcriptum opus eſt a Nic. Maiorano,) Caroli V. Imperatoris et Henrici I. Regis Galliae, tribus in folio voluminibus, *Εὐσαθίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης παρεκβολαὶ εἰς τὴν Ὁμήρου Ἰλιάδα.* Romae 1542. — — *εἰς τὴν Ὀδυσσείαν*, ibid. 1549. — Index *Matth. Deuarii*, ibid. 1550. fol. [conf. *Bure* Bibliogr. inſtructive, B. L. nr. 2498. p. 207 ſqq.] quam editionem manu *Salmaſii* paſſim notatam euolui Glueckſtadii in Bibliotheca Gudiana. Iterum excuſus cum Euſtathii commentariis *Homerus* Baſileae apud Hieron. Frobenium 1560. fol. 3. Volum. Indicem locupletiſſimum ad Romanam editionem compoſuit Matthaeus Deuarius, cuius exſtat libellus inſignis de particulis linguae graecae, Romae primum editus an. 1588. 4. deinde Londini 1657. 12. et an. 1700. Norimbergae in 8. eodemque anno Traiecti in 12. recuſus: [Emendatius, cum notis *Io. Gottfried Reusmanni,* rectoris ſcholae Schneeberg. Lipſiae et Schleiz. 1775. mai. 8.] Indicis in editionem

l) Vide *Demetrii Chomateni* locum apud Allatium de conſenſu Eccleſiae Oriental. et Occid. lib. II. cap. 8. pag. 613. Etiam libellorum ſupplicum Magiſtrum fuiſſe Euſtathium tradit, ſed neſcio quo auctore, Nicolaus Maioranus. In Catalogo Bibliothecae Scorialenſis pag. 127. memoratur Oratio ab Euſtathio Theſſalonicenſi Archi-Epiſcopo habita ad eos, qui in templo erant S. Myroblytae ſiue Demetrii in principio indictionis anno Mundi 6702. (CHRISTI 1194.) *Fabric.* Cel. *Villoiſon.* in Anecdotis graecis tom. II. p. 262 ſqq. not. poſtquam multa deperditorum librorum exempla protulit, p. 264. fin. ita pergit. „ Gisbertus Cuperus in Epiſtola XXV. ad Io. Iacobum Scheuchzer p. 982. tom. II. Amoenitat. hiſtoric. eccleſ. et litterar. *Io. Georgii Schelhornii*, ſcribit an. 1710. ſe certiorem factum eſſe, in Bibliotheca Baſileenſi manuſcriptas ſeruari *Orationes Euſtathii*, epiſcopi Theſſalonicenſis, et Homeri commentatoris; nec non eiusdem commentarios in Pindarum; ab eoque petit horumce Pindaricorum ſcholiorum vel praefationem, vel δεῖγμα aliquod. Cui quum reſpondiſſet Scheuchzer, haec *Euſtathii* opera non amplius in Baſileenſi bibliotheca comparere, Cuperus reſcripſit ibid. ep. 27. p. 940. „Doleo vehementer *Euſtathii* orationes manuſcriptas, eiusdemque Commentarium in Pindarum non exſtare amplius in bibliotheca Baſileenſi; quum autem, inquit, vir egregiae et ſpectatae doctrinae me certiorem fecerit, ſe eos ibi manibus tractaſſe non modo, verum etiam incepiſſe deſcribere; ſed propoſitum perficere non potuiſſe, non dubito, quin in Muſeo illo fuerint.“ De Euſtathio et aliis orationibus illius mſcriptis vid. infra, lib. V. cap. 42. tom. X. p. 290. adde, quos laudat *Hamberger* in zuverläſſigen Nachrichten etc. tom. IIII. pag. 296. *Harl.*

m) Male apud Voſſium de Hiſtoricis Graecis, p. 491. excuſum eſt an. IↃCCL. ſcripſerat Vir doctiſſimus CIↃCL.

n) Nicetas Choniates lib. X. Annalium narrans huius Euſtathii precibus lenitum eſſe furorem Siculorum, quem capta ſub Andronico Comneno A. C. 1185. Theſſalonica in victos exercebant, hoc eum encomio mactat pag. 334. *Is erat doctrina, eloquentia et virtute celeberrimus: πολὺς καὶ μέγας ἐν λόγοις καὶ ἀρετῇ διαβεβοημένος ἁπανταχῆ, Euſtathius, qui et prudentia et vſu rerum mirabili praeditus et doctrina profanarum et ſacrarum litterarum vberrima ceteris omnibus antecellebat, eaque velut inſigni et peculiari nota celebrabatur, τὸ οἰκειότατον ἐκεῖνο, καὶ ἐξαίρετον ἦν χαρακτήρισμα. Nam eius oratione vel horridae cautes moueri potuiſſent, et ſolo conſpectu alienigenis ita erat venerabilis, vt et venienti aſſurgerent, et orantem libenter audirent, et eius monitis ad humanitatem flecterentur, veluti vulnus inflammatum quod leui manu aqua mollitur.* Idem libro octauo p. 238. eloquentiſſimum vocat et DEO Mahumedis anathema dicendum, aduerſus Manuelis Imp. ſententiam vehementiſſima oratione contendiſſe refert.

nem Euſtathii Baſileenſem ſuccinctiorem auctor *Sebaſtianus Guldenbeccius.* Prolegomena, quae iam in vtraque editione obuia, Euſtathio praemiſit Nicolaus Maioranus, cuius iudicio, *Interpres ille Homeri doctiſſimus, Philoſophus acutiſſimus, Theologus religioſiſſimus, qui ſenſus abditos eruit, ſpeciem omnem deformitatis abſtergit, arcana ſapientiae et pietatis aperit. Idemque id agit, ne quam totius Philoſophiae partem artificis Poetae occultatam ignoremus. Incredibile eſt memoratu, quantas opes Graecae Eloquentiae, quantos Theſauros omnium diſciplinarum exprimat.* Selectas ex Euſtathio expoſitiones Graece excerpſerat, cumque his Homerum recudendum dederat biennio ante *Hadrianus Iunius*, Baſil. 1558. fol. *Fabric.* [conſ. *Gerdes* Florilegium hiſtorico-criticum librorum rariorum, voc. *Iunius*, p. 171 ſq. edit. II. — Nouam Euſtathii editionem molitus eſt *Alexander Politus;* ſed tres tantum tomi, qui quinque priores Iliados continent libros, lucem viderunt:

Euſtathii — — *Commentarii in Homeri Iliadem. Alexander Politus, nunc primum latine vertit, recenſuit, notis perpetuis illuſtrauit. Accedunt notae Antonii M. Saluinii.* Tom. I — III. Florent. 1730 — 1735. fol. conſ. Acta Erud. Lipſ. an. 1738. p. 615 ſqq. Journ. des Sçav. tom. XCIII. p. 131 ſq. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. X. p. 53 ſqq. Bibliotheq. Italique, tom. VII. p. 267.

Praeter vitam Euſtathii, priori tomo praemiſſum eſt *Aſinii Perſii* Indicis in Homeri poemata ſpecimen, Bononiae 1597. editum. — In Miſcell. Obſſ. Belg. vol. I. tom. III. pag. 309 ſqq. quaedam Euſtathii loca contra Cuperum vindicantur et explicantur. — In bibliotheca regia Matritenſi apud Iriart. pag. 373. graecorum codicum illius bibliothecae in cod. 67. nr. 133. eſt Εὐσταθίου Θεσσαλονίκης ἐξήγησις καθολικὴ εἰς τὴν Ἰλιάδα τοῦ Ὁμήρου. Eſt videlicet prooemium eius in Iliadem parecbolis praefixum, ſimulque in primum Iliadis librum commentariorum pars. In biblioth. Veneta D. Marci, teſte Catalogo, tom. II. p. 245 ſqq. cod. 460. continet Euſtathii comm. in Odyſſeam, cod. 461. in nouem priores libr. Iliados, et cod. 462. in poſteriores XV. Iliad. libros. *Harl.*]

Laus Euſtathii. IX. Has merito inſcripſit Vir doctus κέρας ἀμαλθείας. Eſt enim *Euſtathii* in Homerum opus vere quoddam linguae graecae velut *Copiae Cornu*, vt omnes eruditi agnoſcunt, et ſingillatim prae ſe tulit *Martinus Cruſius* in Germano-Graecia p. 30. Modeſtia et inſtitutum Euſtathii patet ex his eius prolegomenon in Iliadem verbis: ἦν δὲ τὸ [illegible] θέλημα διὰ τῆς Ἰλιάδος etc. *Placuit mihi Iliadem pertractare,* (vti poſtea Odyſſeam quoque), *et vtilium rerum copiam ſtudioſis eius lectoribus exhibere, non equidem viris doctis, quos nihil horum ſubterfugit, ſed tironibus, vel recordari ea, quae pridem didicere cupientibus.* [P] *Hoc igitur egi, et vtiliſſima quaeque idoneo ordine collegi, non vt omnia congererem ab interpretibus huius Poetae in medium allata, qui labor inanis neque vtilis valde, et immenſus erat futurus; ſed vt, quisquis cognoſcere deſiderat, ſuo quaeque loco diſpoſita reperiat ea, quae non ſuperuacua mihi viſa fuere, puta ſenſus vel orationem ſolutam ſcribenti vtiles, et Rhetoricas circumdictiones in loco exprimere volenti, methodos conuenientes, quarum ſtudioſus et imitatione iuuetur aliquis, et Poetae artificium [illegible]: et dictiones plures quidem etiam proſae idoneas, ſaepe vero [illegible] quoque et aſperas et Poeticas, quae niſi certiori ſuae originis ſignificatione explicentur, propoſitus locus manebit obſcurus: [illegible] Gnomas, quibus non raro Homerica Poeſis exornatur, Hiſtorias non eas modo, quibus Poeta ex profeſſo vtitur, ſed [illegible] interdum ex aliorum ſcriptis deſumptas: adhaec fabulas, alias quidem ſimpliciter, et propoſitas extra ſenſuum contemplationem, et nudas; alias vero cum allegorica declaratio-*

ne

ne, et altiore reconditi ſenſus interpretatione, et alia innumera, quorum cognitio et honeſta et ad vitam vtilis eſt, atque ea non ſolum compendioſe, verum omnino varie. Itaque, ſi quis abſque inuidia, toto hoc opere perſpecto, modeſte dixerit conatum hunc noſtrum haud prorſus infructuoſum eſſe, ille, opinor, non mentietur. Latinam verſionem [et metricam vtriusque carminis Homerici ac reliquorum poematum et ſcholiorum, et] commentariorum Euſtathii non in Homerum tantum, ſed et in Dionyſium Periegetem o) adornauit *Vincentius Marinerus*, Valentinus, Bibliothecae Regiae Eſcurialenſis Praefectus, teſte in Bibliotheca Hiſpana Nicolao Antonio p). Sed hae aliaeque viri illius translationes nunquam lucem publicam viderunt; quemadmodum nec latina verſio commentariorum Euſtathii in Odyſſeam, quam ab *Octauio Ferrario* Mediolanenſi concinnatam tradit *Paulus Freherus* in theatro eruditorum pag. 1541.

Scriptores ab Euſtathio laudati.

X. Auctorum Catalogum, quos plurimos laudat Euſtathius, proximo capite lectori exhibeo, in praeſenti contentus adnotare, quod ſaepenumero ipſi ſcriptores citantur ſub nominibus adpellatiuis antonomaſticis, v. g. ὁ τεχνικὸς pro *Dionyſio Thrace*, Rhetor Cilix pro *Hermogene*, ὁ γεώγραφος pro *Strabone*; pro *Athenaeo* ὁ δειπνοσοφιστὴς, ὁ περιηγητὴς pro *Dionyſio*, ὁ τὰ ἐθνικὰ συντέμνων, ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας pro *Hermolao* et *Stephano Byzantino*, ὁ περὶ Περσῶν ἱστορήσας pro *Xenophonte*, ὁ ἐξηγητὴς pro *Herodiano* vel *Apione*. Ὁ διασκευαστὴς eſt illi perinde, vt auctori minorum ſcholiorum ad Odyſſ. λ'. 583. Homerus ipſe, quia narrat, et σχῆμα διασκευαστικὸν adhibet eoque delectatur, vt recte obſeruatum a *Merico Caſaubono* pag. 36. diſſ. de nupera Homeri edit. [Omnes, quos laudauit Euſtathius, ab hoc etiam fuiſſe lectos, aut illius tempeſtate adhuc extitiſſe, recte dubitat negatque *Valckenar.* in Epiſtola ad *Roeuerum*, praemiſſa eius editioni, Virgilii collationi ſcriptorum graecorum illuſtrati, opera et induſtria Fuluii Vrſini — Leovard. 1747. 8 p. XX ſq. „Mirabar, ait, ſaeculo XII. tantum bonarum rerum ſuperfuiſſe: videbam paſſim decantari diffuſam *Euſtathii* lectionem, et *multiplicem doctrinae copiam*, non a laudatoribus duntaxat, ſed et ab iis, qui ſcribunt cogitate, nuper valde celebratam ab Euſtathii interprete laborioſo, *Alexandro Polito*, Florentino: ſed, re explorata, collaudare coepi vtiliſſimam viri optimi diligentiam; prior autem iſta perſuaſio in dies minuebatur; in primis poſtquam perueniſſem ad cubilia, in quibus pleraque inuenerat Euſtathius. Tandem credidi, e centenis, quorum teſtimoniis vtitur, legiſſe pauciſſimos, et praeter grammaticorum ſcripta nihil adeo, quod ad nos non peruenerit. Centenos dicebam citatos; et nominantur profecto plurimi praeter illos, quos in indicem retulerat Hudſonus. — Inter centenos iſtos auctores comici citantur, praeter Ariſtophanem, triginta aut etiam plures — — Qui tot Comicos, pleroſque ſatis frequenter, laudat, nullam tamen legerat Comoediam ſiue Tragoediam, quae perierit. — Comicorum iſtorum verba pleraque deſcripſit *Euſtathius* ex *Athenaeo*, qui ſolus praeter ea quorumuis auctorum loca, et alia centena ipſi ſubminiſtrauit. Diligens *Herodoti* lector, Geographica hauſit e *Strabone* et e *Stephano Byzantino*, in quo diverſis adpellationibus deſignando pariter ludit, vt in *Archeſtrati* carmine *Athenaeus*. His ade

o) De his dicetur libro quarto cap. 2. vbi de Dionyſio: at de aliis Euſtathii ſcriptis, aliisque Euſtathiis, libro quinto.

p) De Vincentio Marinero, eiusque ſcriptis vid. Mémoires de Trevoux, an. 1706. p. 697 ſq. in primis *Iriarte* in Catal. codd. gr. biblioth. reg. Matrit. p. 503 ſqq. *Harl.*

de *Apionis* et *Herodori* in Iliada, aliorumque vetuſtiſſima in vtrumque poema ſcholia; copioſa *Aelii Dionyſii*, *Pauſaniae* et aliorum aliquot Lexica; perpaucorum technicorum, *Heraclidae Alexandrini* et *Herodiani* ſcripta; fontes habebis, e quibus ſolis longe maximam commentariorum partem deriuauerit. Sed poetas ſuperſtites pleroſque legerat diligentiſſime; et e deperditis quorumdam carminibus, quae repererat apud grammaticos, fragmenta profert, quae fruſtra quaereremus alibi: ſaepenumero etiam melioribus poetarum codicibus vſus, eas indidem depromit lectiones, quibus ingenioſiſſimus non eſſet excogitandis." Hactenus Valckenar. qui in diſſ. de codice Leidenſi, ſubiecta libro ſupra memorato, p. 91 ſq. [illegible] (n. Euſtathius.) inquit, mihi quidem legiſſe tantum videtur *Apionis* et *Herodori* in Iliada commentarios, *Dionyſii Thracis* Paraphraſin Odyſſeae, *Porphyrii* adnotationes in vtriusque poematis loca difficiliora, praeter vetuſta diuerſorum, quorum auctores ignorabantur, in variis *Homeri* exemplaribus *ſcholia*. Suſpicatus, neque id iniuria, eorum etiam, quae legerat, ſcripta peritura, vir egregius ex illis, quos dicebam, παρεκβολὰς ſiue excerpta ſua, atque adeo magnam confecit commentariorum in *Homerum* partem, quos iam ediderat ſaeculo XIII. medio, quum, needum creatus Theſſalonicenſis Archiepiſcopus, Μαΐστωρ eſſet τῶν Ῥητόρων, vti recte oſtendit e codd. msst. *Alexander Politus* in ſuo de Euſtathio commentar. p. XIX." Tenendum nimirum eſt, certe maxime probabile eſſe videtur, diu ante Euſtathium fuiſſe grammaticos, qui Homerum tamquam textum pro grammatica ſubſternerent, aut adhiberent tamquam librum collectaneorum, ad quem obſeruationes congererent grammaticas. Numerum talium codicum praeter libros ab Valckenario nominatos habuerat Euſtathius. Οἱ παλαιοὶ, quos citat, e. gr. ad Iliad. β. 212. tantum ex fide grammaticorum, quos ante oculos habuit, citati videntur. Num igitur vllum codicem cum vetuſtioribus ſcholiis habuerit, nec ne, quaeri poteſt. Nam quaedam apud eum reperiuntur, quae in codicibus A. et B. Venetis, (de quibus paullo poſt acturi ſumus,) extant: contra quaedam quoque occurrunt in illius commentariis obſeruationes, quae neque in cod. A. neque codice B. ſunt ſeruatae: e. gr. Iliad. β. 2. 212. Iliad. ψ. 397. Bongiovanni tamen et inprimis cenſor editionis Villoiſon. in Biblioth. der alten Litterat. und Kunſt part. V. p. 49 ſq. ex comparatione libri VI. Iliad. docet, Euſtathium collectionem ſcholiorum, quae in cod. B. Veneto ſeruata eſt, ante oculos habuiſſe, illam vero, quae reperitur in cod. A. ignoraſſe. *Harl.*

Ceterum in vaſtis ad Homerum commentariis, occaſione toties ſeſe offerente, virum Chriſtianum, imo Archiepiſcopum, ſcriptores Eccleſiaſticos rariſſime laudare, ſacram Scripturam q) numquam, merito miratus eſt *Iacobus Duportus* p. 278. Gnomologiae Homericae. Videtur autem inde factum [illegible] eſſe, quia pleraque ſua ex antiquioribus Homeri interpretibus collegit Euſtathius, qui Ethnici nullam ſacrorum librorum rationem habuere. In hoc quoque multus eſt, vt poſteriorum poetarum graecorum loca paſſim conferat cum Homericis, et quomodo ex illo expreſſa ſint, doceat.

XI. D[illegible]

q) In commentariis ad Dionyſium tamen laudat θεῖαν γραφὴν ad vſ. 195. reſpiciens Ezech. XXXVIII. 13. et Dauidem τὸν βασιλέα ad vſ. 666. allato Pſ. CXLVII. 16. *Fabric.* Nominatim quidem non citat vllum ſcriptorem ſacrum N. vel V. Teſtamenti, nonnumquam tamen, etiamſi parce, ab illo verba quaedam proferri, de libris ſacris petita, aliaque diſciplinae, quam profeſſus eſt Euſtathius, [illegible] in illius reperiri commentariis, pluribus exemplis commonſtrauit *Valckenar.* in Diatribe ad [illegible] dis Hippolyt. p. 266 ſq. not. et in textu p. 266. [illegible] Euſtathium [illegible] captum ſaeculi ſui perdoctum. *Harl.*

Eustath. comm. in Batrachom. XI. Dicitur praeterea Batrachomyomachiam Homeri Commentario illuſtraſſe, qui viſus tamen hactenus non eſt, et incerta fide refertur a Geſnero in Bibl. et a Nicolao Maiorano praefatione ad Euſtathium.

Schol. gr. ab Horneio edita. XII. Poſt Euſtathium non omittenda Scholia vetuſta in librum IX. Iliadis, graece edita a *Conrado Horneio*, Helmſt. 1620. 8. Illa *Iohannes Caſelius* Florentiae deſcripſerat e libro Petri Victorii, in quo, ſi non in vtramque Homeri ποίησιν, in alteram certe vel pluſculos eius libros erant manuſcripta eiusmodi Scholia. Quo liber Victorii peruenerit, haud facile dixerim, etſi in litteris Marci Velſeri ad Scaligerum prid. Cal. Auguſti an. 1602. datis legi Venetiis venales proſtituſſe quinquaginta circiter Codices graecos MStos, *reliquias*, inquit Velſerus, *quantum quibusdam indiciis ſuſpicor, Victorianae Bibliothecae, quos mediocri nos pretio praeſtinaturos ſpero.* [Forſan cum reliquis Victorii libris editis et ſcriptis peruenit in bibliothecam electoralem Bauaric. Monac.] Neque hactenus potui certo reſcire, quis illorum ſcholiorum ſit auctor; at egregia, vetuſta et docta adfirmare poſſum, poſt veriſſimum de illis Caſelii et Hornei iudicium, qui Euſtathio quoque inſpecta haud dubitaturum obſeruant, quisquis eius in eumdem Homeri librum Commentarios comparauerit. Non autem adeo occupata ſunt in phraſibus, vocibusque explicandis, quod nec ipſum nihilominus plane in illis negligitur, quam vt oſtendant, Homerum magno verborum delectu, inſigni ordine et artificio rhetorico vbique vſum eſſe, egregiaque praecepta ethica et politica paſſim poemati ſuo inſperſiſſe. Criticorum itidem ſententias de verſibus poetae, eorum γνησιότητι et [illegible] hinc inde, etſi rarius, referunt: Zenodoti, Ariſtarchi, Apollodori, Ariſtophanis Grammatici, Ariſtotelis et aliorum. *Fabric.* [Horum tamen ſcholiorum ratio optimo conſilio habita eſt in edd. Iliados Oxonienſi 1695. et Barneſiana an. 1711. Plura vide, quae Homerophilus, (h. e. *D. Chriſtoph. Wolfius*) in Obſeruatt. miſcell. Belgicis, vol. V. tom. II. pag. 153 ſeq. de hac editione, comparata cum ſcholiis graecis in cod. Lipſienſi, et *Valckenar.* in diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis §. X. p. 103 ſq. adnotarunt. adde ipſum *Petrum Victorium* in Variar. lection. libr. XXXVI. cap. 13. p. 993. edit. Argentor. 1609. vbi duplicem duorum interpretum obſeruationem ex antiquis ſcholiis profert ad Iliad. XVII. 265.

Antea vero quam vlterius progrediamur, plura inſerenda videntur. Quantum conferant ſcholiaſtae Homeri, non dicam ad interiorem cognitionem vocabulorum, formularum atque antiquitatis; ſed ad interpretationem mythorum ſenſumque pulcri, docent *I. Martin. Chladenius* in Diatr. de praeſtantia et vſu ſcholiorum graecorum in poetas, Wittenbergae 1732. 4. recuſ. in eius Opuſculis academicis, Lipſiae 1741. 8. tom. I. p. 7 ſqq. cel. *Beck* in proluſione academica, de ratione, qua ſcholiaſtae poetarum graecorum veteres, in primisque Homeri, ad ſenſum elegantiae et venuſtatis acuendum, adhiberi recte poſſint. Lipſiae 1785. 4. et (quod ex ſcholiis codd. Venetorum, in lucem noſtra demum aetate prolatis, maxime ſit manifeſtum,) cel. *Villoiſon.* Prolegom. Homer. p. XLIV. not. Antiquiſſimi vero illi critici, quamquam verba ſingula ritusque docte quidem, nec raro iuſto ſubtilius, interpretati ſunt: rerum tamen expoſitionem negligentius tractarunt. Nam nec tempus, locumque et aetatem ſ. heroum ſ. Homeri vbiuis riteque diſtinxerunt, nec de poeta, qua poeta, ſemper recte iudicarunt.

Vt primum autem Homeri carminum interpretes exſtiterunt, praeſertim a tempore eorum, qui ex ſchola Alexandrina, in qua interpretatio Homeri pars doctrinae ac diſciplinae fuit praecipua, prodierunt: ſtatim obſeruationes in poetam tam criticae, quam grammaticae

conſcribi et diſcipulis tradi coeperunt; vnde factum eſt, vt numerus illarum ſenſim ſenſimque mirifice augeretur. Quo clarior fuit magiſter, et quo plures is nactus eſt adſeclas; eo maiorem ampliorenque auctoritatem eius editio non minus quam adnotationes atque commentaria ſunt adepti, atque aliorum minus nobilium celebriumque nominum ſcholas atque labores obſcurarunt. Illorum diſcipuli, quando alios docere et Homerum interpretari inſtituerunt, magiſtrorum ſuorum dictata ſ. commentationes vel repetendo vlterius promulgarunt, vel, quod fieri ſolet, nouis auxerunt obſeruationibus, vel etiam, ſi erratum fuiſſe viderunt, ſubinde refutarunt. Quo antiquiores igitur fuerint collectiones, eo plures atque vberiores ex priorum interpretum ſcholiis expoſitiones ſeruatae in iis fuiſſe videntur. Sic vero tanta commentariorum diuerſi generis moles vt exiſteret, neceſſe fuit, vt eius vaſtitas et magnitudo deterreret poſteros, praeſertim ſaeculis prioribus poſt Chr. natum, quibus mos compilandi erat ſollemnis, a noua omnium commentariorum collectione inſtituenda. Quare coeperunt ſiue grammatici, ſiue alii homines priuati, ex diuerſis illis ſcholiis, commentariisque et criticis antiquiorum obſeruationibus ea, quae ſibi potiora, vtiliora ac notatu digniora viderentur, excerpere. Sic quoque diuerſae excerptorum collectiones enatae fuerint. Talibus, vt ſupra monuimus, vſus fuiſſe videtur Euſtathius. Alii, vt Porphyrius, collegerunt aut excerpſerunt ſuperiorum quaeſtiones et ſolutiones; alii obſeruationes grammaticas et criticas, alii minutias potiſſimum grammaticas: alii plures, alii pauciores, prouti ingenium hominum tulit. Poſtea homines deſierunt colligere obſeruationes ex antiquioribus, vbi praeſertim plurium commentaria ſcholiaque, temporis, bellorum barbariciquе ingraueſcentis iniuria abſumta fuerint, et, quae notiores aut celebriores credebantur, aut pleniores erant commentarii, remanſerint, quae varia fortuna deſcribebantur a librariis, reliquis neglectis et deinceps pereuntibus. Quae igitur reſtant ſcholia tam edita, quam manu exarata, quae adhuc in bibliothecis latent, ea ſeriores grammatici ex antiquiorum ſcholiis, commentariis notisque criticis excerpta collegerunt. De ſcholiis minoribus iam ſupra diſputatum eſt. Qui hucusque codices Homeri, commentariis Grammaticorum *plurioribus* atque *vberioribus* ornati, innotuerunt, Euſtathio excepto, ſunt duo Veneti, Florentinus, Voſſianus ſiue Leidenſis, duo Scorialenſes, Lipſienſis et Mosquenſis: omnes tamen ex vno communi fonte, poſteriore autem, n. Florentinus cum reliquis ex vna eademque antiquiore collectione, quam librarii modo diligentius deſcripſerunt, modo negligentius, hinc illinc quibusdam omiſſis, aut additis, fluxiſſe videntur. Ex quo adparet, quare in uno plura deſint, quae in aliis ſunt ſeruata, et quare ſaepe differant inter ſe, ſaepius tamen ad verbum conſpirent. De Leidenſi et aliis codd. tum paraphraſibus ac metaphraſibus in ſequenti paragrapho diſputabitur. Ex Florentino cod. vt in ſuperiore §. iam obſeruatum eſt, ſpecimen dedit *Conradus Horneius*. Vberrima tamen veterum ſcholia ſeruata ſunt in duobus codicibus, nr. 453. et 454 qui praeſtat, in bibliotheca Veneta D. Marci. In poſteriore praeſertim inſunt, variae lectiones exceptae, (vt ad §§. XV ſqq. ſuperioris capitis iam obſeruatum eſt,) ex antiquiſſimis illis et perditis Homeri editionibus Chia, Creteis, Cypria, Argolica, Maſſiliotica, Sinopica etc. ex duabus diuerſis editionibus Ariſtarchi, ex duabus Antimachi, ex edit. Ariſtophanis Byzantini, Calliſtrati, Rhiani, Soſigenis, Philemonis Cretici, Zenodoti etc. ad marginem verſuum Homericorum adpoſita ſunt ſigna critica aliaque ſigna a veteribus grammaticis olim vſurpata, aliaque veteris orthographiae veſtigia: inſunt ampliſſima Homericarum quaeſtionum ac ſolutionum collectio. *Fabricius* iam ſcripſerat: „Venetiis in bibliotheca D. Marci Iliadem cum ſcholiis ab eſſe multum

multum differentibus ſeruari, notat *Küſter* in hiſtoria critica Homeri p. 114. et *Thomaſinus* in Catalogo MSS. quae in bibliothecis Venetis occurrunt, p. 39. recenſet libros a Cardinale Beſſarione illuſtriſſimae Venetorum reipublicae donatos." In *Graeca D. Marci Bibliotheca codd. MSStorum* ab Antonio M. Zanetto et Anton. Bongiouannio edita, p. 242 prior codex ſic deſignatur: „codex in folio maiore, membranaceus, foliorum 338. ſaeculi circiter XI. pulcerrimae notae: Homeri Ilias cum duplici ſcholiorum marginalium ſerie etc." poſterioris cod. 454. haec notitia p. 244. datur: „in folio, membranaceus, foliorum 327. ſaeculi circiter X. nitidiſſimae notae. Ilias cum ſcholiis marginalibus etc." Idem tamen Bongiouannius poſtea, ſub finem ſaeculi IX. aut X. initium, atque adeo diu ante Euſtathii tempora, priorem codicem exaratum fuiſſe, contendit et edidit ex illo, *Scholia in lib. I. Iliadis e cod. Veneto, cum verſione et notis;* Venet. 1745. 4. — Enimuero noſtra demum aetate contigit ſtudio ſingulari, cura et diligentia *Siebenkeeſii* et *Villoiſonii*, VV. Cl. cl. vt et praeſtantiam illorum codicum atque vtilitatem curatius cognoſcamus, et de commentatoribus criticisque Homeri antiquis ac ſignis veterum multo plura ſciamus et certiora. *Siebenkees* igitur perdoctam et adcuratam codicis 454. notitiam praebuit in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt part. I. p. 63 — 89. (vbi p. 64. aetatem illius confert in ſaeculum X. aut XI.) et part. III. p. 58 — 72. vbi p. 69. pauca diſſerit de cod. 453, qui caret ſignis criticis, et eiusdem aetatis ab eo (a Villoiſonio ſaec. XI.) habetur. *Villoiſon* autem, cuius curae et diligentiae in deſcribendis ac publicandis illis codicibus res publica litteraria infinitas debet gratias, ſaliuam theſauri illius acquirendi mouerat in Epiſtola ad Wielandum in deutſchen Mercur. 1779. menſe Martio, in primis in Anecdotis graecis, Venetiis, 1781. 4. tom. II. p. 183 ſqq. vbi in notis de illis ſcholiis fuſius egit p. 266 ſqq. et in indice, v. *Homerus.* Poſt longum temporis interuallum opus ipſum praeclarum lucem adſpexit:

Ὁμηρȣ Ἰλιας συν τοις σχολιοις. *Homeri Ilias ad veteris codicis Veneti fidem recenſita. Scholia in eam antiquiſſima, ex eodem codice aliisque nunc primum edidit cum Aſteriſcis, Obeliſcis aliisque ſignis criticis, Io. Baptiſta Caſpar d' Anſſe de Villoiſon, Vpſalienſis acad. ſociet. latinae Ienenſ.* etc. *ſodalis.* An. MDCCLXXXVIII. *Venetiis*, typis et ſumtibus fratrum Coleti. fol.

Praemiſit doctiſſima prolegomena, in quibus de ſignis notisque veterum criticis,' de codicibus illis et memoratis veteribus criticis atque interpretibus aliisque rebus antiquariis ac litterariis ſcite copioſeque diſputatur; ad quae iam ſaepius prouocauimus. De contextu Homeri in hac editione paulo infra in recenſu editionum ſumus acturi. Princeps codex, ſignis veterum criticorum ac grammaticorum ſtipatus, Nr. CCCCLIV. in ſcholiis deſignatur littera *A*, cuius auctor critices, variarum lectionum atque emendationum, potiſſimum habuit rationem; alter vero littera B. Ex hoc vberiore excerpſit Villoiſonius ea omnia, quae a cod. 454. aberant, nec prorſus luce indigna videbantur, exceptis paucilſimis abſurdis quorumdam inſulſorum graeculorum etymologiis. Hic codex B. cum priori, *A.* in multis conſentit, in plurimis vero cum Leidenſi et Mosquenſi. E cod. 453 ſcholia codicis 454, quae ſaepe conueniunt, emendauit et veram ac germanam lectionem in eorum textu conſtituendo ſelegit, nec non expleuit lacunas eiusdem codicis 454. cuius nonnulla folia recentiore manu ita ſuppleta ſunt, vt ſolus quidem repararetur textus, ſcholia vero deſiderarentur, v. Prolegg. p. XLV. Auctor cod. B. ſcholiorum Chriſtianus fuiſſe videtur, quod ad Iliad. κ'. 204. ε'. 449. ex verſione LXX. graeca et e Paulli epiſtola ad Rom. 7, 24. quaedam profert, niſi ea ſint a recentiore manu adſcripta.

ſcripta. Auctor vero delegerat potiſſimum interpretationes, ſiue, ſi malis dicere, exegeticas obſeruationes, quae quidem ſpirant aetatem ſcholae Alexandrinae: nec tamen adeo ſaepe veterum interpretationes allegoricas, niſi quando e Porphyrii quaeſtionibus forſan homericis locus adſcribuntur, vt Euſtathius fecerat. Sua tempora reſpicit ad Iliad. Σ′. 79. vbi *Apollonius* nominatur ὁ διδάσκαλος ἡμῶν, niſi ea Porphyrii ſit obſeruatio. Codicis 454. ſcholiorum collector fuit vnus idemque, cuidam criticorum ſcholae addictus, ſcripſit, dialectis aeolica et ionica adhuc vigentibus. (ad Iliad. δ′. 259. μ′. 137. ε′. 536. π′. 117.) Gymnicos ludos ad ſuam vsque aetatem permanſiſſe docet, (ad ψ′. 683.) ſua quoque tempora reſpicit ad β′. 599. (quod ſcholion etiam proſtat in cod. Lipſienſi apud Erneſtium h. l.) prouocat denique ad α′. 294. μ′. 157. etc. ad ſuos in *Odyſſeam* commentarios, quos Villoiſon nullibi potuit inuenire. v. Prolegg. p. 27 et 44. not. Ex Apographo codicis Lipſienſis Hamburgenſi ſcholia quaedam praecipue ad libros priores tres et nonum inſeruit. Praeſtans hoc opus quod in pluribus actis et ephemeridibus litterariis eſt laudatum; plura de eo commemorare ſuperſedeo. Cenſor tamen in Annal. litterarii Helmſtad. menſ. Mart. 1789. p. 203. exemplis docet, multa in ſcholiis Marcianis eſſe corrupta deprauataque, quorum medicina ex Euſtathio et minoribus ſcholiis peti poſſit. Cenſor operis acutus in parte quinta Gottingenſis bibliothecae antiq. litteraturae et artis p. 43. ſqq. breuem ſcholiorum, quae ad noſtram peruenerunt aetatem, hiſtoriam, illis inter ſe comparatis, ſcite compoſuit: cuius ſumma haec eſt. Omnia, nobis cognita, ſcholia ad Homerum ex duabus diuerſis collectionibus enata ſunt. Altera, eaque pleniſſima collectio ſeruata eſt in Veneto codice 454. A. altera in Veneto codice 453. B. (At enim non omnia, ſed ea tantum, quae aberant a codice A. deſcripta eſſe a Villoiſonio, paullo ante monuimus.) Cum hac conſpirat Lipſienſis: vtriusque autem cum alterius Venetae tum Lipſienſis auctores ex vno eodemque fonte hauſerunt; ſed auctor Veneti exempli multo plura, quam Lipſienſis, deſcripſit. Ex Lipſienſi tamen paſſim ſuppleri poteſt Veneta altera collectio. Eiusdem familiae ſunt exempla Florentinum, Leidenſe et Mosquenſe, quae, hinc inde quibusdam a librario aut mutatis, aut contractis aut omiſſis, ex eodem fonte manarunt, ex quo codex Venet. 453. ſumtus eſt. Atque *Valcken.* in diſſ. de ſchol. p. 104. iam ſenſerat, codd. Florentinum ac Lipſienſem ad vnum exemplar vetuſtius videri exaratos. *Waſſenbergh* vero p. XVI. prolegom. edoctus eſt, ſcholiis cod. Lipſ. omnium maxime conuenire cum Venetis: quod, his editis, factum eſt manifeſtum. Cenſor idem Gottingenſis doctus repererat quoque in bibliotheca Scorialenſi duo Homeri codices cum ſcholiis vberioribus. Prior Ω′. I. 12. conſpirat cum Leidenſi, atque adeo cum Veneto nr. 453. paucis ſubinde immutatis, pluribus omiſſis: habet tamen notas quasdam, quarum quidem interpretatio deficit. Poſterior Scorialenſis, Δ′. I. 4. ea fere, quae reperiuntur in cod. Ven. 453. at parcius minusque plene refert. [De his codd. plura infra.] E codice Veneto A. collector ſcholiorum, quae vocantur, minorum excerpſit interpretationes [illegible] exegeticas. Collectionem vero ſcholiorum, quae in codice B. reperiuntur, [illegible] Euſtathium. Illas tamen collectiones, [illegible] Porphyrii nomen nullius ſcholiorum grammatici [illegible] ſaeculo fere [illegible] Chr. natum fuiſſe congeſtas ſcriptasque, acute ſentit Cenſor ille Gottingenſis.

De codice Lipſ. [illegible] ante Euſtathii aetatem ſcripto, in quo ſcholia in textum [illegible] inde a principio Iliados vno filo deducta ſunt, plures viri docti vberius egerunt. Quare breuem eſſe mihi licebit. Pauciora, quam debuerat, ex illo adleuit Erneſti ſuae editioni, et in praefatione mire cum laude. *Bergler* primus illius fecit mentionem in Actis Erud. Lipſ. an. 1712. menſe Iul. p. 316. et an. 1719. p. 307 ſqq. Idem illa ſcholia editurus, deſcripſerat ea,

ac

eiusque ἀπόγραφον poſt fata illius demum peruenit ad Bentleium; exemplum vero ad fidem ἀπογράφου Bergleriani factum, nactus eſt *I. Chr. Wolfius*, qui in Obſſ. miſc. Belg. Vol. V. tom. II. p. 153 ſqq. comparauit illud cum edit. Hornei, et praeclare de codice diſſeruit. Exemplum illud poſtea illatum eſt in bibliothecam publicam Hamburgenſem, ex qua communicatum habuit Villoiſonius. Plura de illo docte diſputat *Marc. Guil. Müller*, Gymnaſii Alton. tum ſubrector, in Noua bibliotheca philol. et critica Gotting. Vol. I. faſc. II. an. 1783. p. 221 — 231. et p. 337 — 361. ex eo exhibuit ſpecimen ſcholiorum ineditorum ad Homeri catalogum nauium. Cel. *Morus* in *Diſſertatt. theologicarum et philologicarum*, diſſ. XIII. p. 397 ſqq. dedit ex Lipſ. cod. excerpta: ſpicilegium vero cel. *Beck* in progr. laudato p. 13. not. 41. — Adde *Waſſenbergh* Prolegom. laud. p. 15 ſqq. vbi modeſtum cel. Mori iudicium de illo codice adfert.

Codex *Moſquenſis*, in bibliotheca ſynodi nr. LXXV. ſcriptus eſt in charta laeuigata ſaeculi, vt videtur, XIV. et Leidenſi in omnibus ſimilis, ita tamen, vt interdum plura habeat ſcholia et errores pauciores: non totam Iliada continet, ſed paucos libros (π΄. υ΄. φ΄. χ΄. ψ΄.) integros, paucorumque fragmenta. Curatius de eo diſputat cel. *Matthaei*, (quondam Profeſſor litterar. humaniorum in Vniuerſitate Moſquenſi, p. t. Prof. linguae graecae in Vniuerſitate Wittenbergenſi.) in praefat. ad *Syntipae*, philoſophi Perſae fabul. LXII. gr. et lat. ex duobus codd. Moſquenſ. primum editas etc. Lipſiae, 1781. 8. p. XIII ſqq. p. 81 — 122. ſpeciminis loco vir doct. edidit atque notis illuſtrauit Porphyrii et aliorum ſcholia inedita ad Iliad. Ω΄. ex cod. Moſquenſi: p. 122 — 148. ſunt variae lectiones ex illo codice, et *tribus aliis Homeri Moſquenſibus*, ex Euſtathio et quibusdam Homeri edd. Idem vir doctiſſ. ſcripſit tria progr. ediditque ſcholia inedita, ad Iliad. τ΄. Dresdae 1786. 4. et adiecit animaduerſ. doctas. — De codice Iliados, quem ſcripſit Theodor. Gaza et poſſedit Philelphus, v. *Humphr. Hodium* de Graecis illuſtribus L. Gr. — inſtauratoribus, (Londini 1742. 8.) p. 58 ſqq. *Harl.*]

Scholia Porphyrii et Metaphraſtes Homeri.

XIII. Scholia optima inedita *Porphyrii* r) in Iliadem, etiam ab illis, quae Horneius vulgauit, diuerſa, et ex Bibl. Peireſciana accepta habere ſe teſtatus eſt *Iſaacus Voſſius* ad Melam, eorundemque editionem promiſit, p. 59. et 154. ſ. ad lib. I. cap. 9. §. 80. et II. cap. 3. §. 85. Sed obiit citius vir doctiſſimus, quam haec aliaque, quorum ſpem eruditis fecerat, daret. Bibliotheca tamen eius, atque in hac Scholia iſta ſeruantur in Bibliotheca Academiae publica Lugduni Batauorum. [Hic igitur codex vocatur *Leidenſis*. Scholia vero illa eſſe optima, nunc habemus, ſcholiis Veneti codicis, quocum cognatione quaſi eiusdem familiae eſt coniunctus, publicatis, cognitum et compertum. Atque iam *Valckenarius* teſtatum id fecit, et multus fuit de illorum praeſtantia, et codicis hiſtoria in adpendice ad Vrſini Virgilium — illuſtratum. Inſcripſit vero: *Hectoris interitus carmen Homeri, ſiue Iliadis liber XXII. cum ſcholiis vetuſtis Porphyrii et aliorum, quae huc vsque inedita, nunc primum e codice Leidenſis bibliothecae euulgauit Lud. Cap. Valckenaer. Acceſſit eiusdem diſſertatio de praeſtantiſſimo codice Leidenſi et de ſcholiis in Homerum ineditis. Leouardiae* 1747. — Conf. Noua acta Erudit. menſe Iun. 1748. p. 312 ſqq. Scholia deficiunt circa finem libri XVIII. Valcken.

r) Quaedam *Porphyrii* obſeruationes homericae reperiuntur in eius opuſculo περὶ προσῳδίας, quod primus euulgauit e cod. Veneto cel. *Villoiſon* in Anecdotis graecis tom. I. p. 103 — 118. aliud MSt. exemplar exſtat in bibliotheca Vaticana: quod idem eſt, quod Fabricius ex Holſtenii libro laudauit. *Harl.*

Valcken. p. 89 ſqq. de illius codicis ſatis ſorma, aetate, dignitate etc. copioſus, quae Ez. Spanhemius ex illo paſſim excerpſerat, collegit, eaque ſuppleuit, comparauit codicem cum Florentino et Lipſienſi, egit de Porphyrianis, itemque, quae Demoſthenes Thrax in Paraphraſi graeca Odyſſeae bona habuerit. Idem cod. habet ſcholia interlinearia et marginalia, quorum ſpecimina dedit Valken. p. 110 ſqq. et p. 116 ſqq. Poſtquam a p. 136. multa docte diſſeruit de *Porphyrii* Obſeruationibus in Homerum et quaeſtionibus Homericis, tum Porphyrii quam *Soſibii τῦ Λυτικῦ*, (qui Ptolemaei Philadelphi munificentia alebatur Alexandriae, p. 146.) et aliorum, earumque indole, pluribus, quae in cod. Leidenſi occurrunt, adlatis exemplis, p. 148. Porphyrius, ait, potiſſimum in locis, quae viderentur difficiliora, commode enodandis et in tradendis rebus veteris memoriae elaborauit. Idem *Valcken.* antea in editione *Ammonii* in notis atque animaduerſionibus multa protulerat ex codice Leidenſi; plura vero ſcholia ex eo poſt Animaduerſ. p. 240 ſqq. et quaedam in illis correxit in diſſ. laudata p. 125 ſqq. adde ill. *Villoiſon* in Prolegg. p. XV et XLII. not.

Ex eodem codice Leidenſi librum Iliados I. et II. cum ſcholiis et ex codice olim Gerneriano, (fuit enim inter libros *Lucae Gernleri*, theologi Baſileenſis,) dein Wetſteiniano, qui nunc Amſtelaedami in Bibliotheca ſocietatis Remonſtrantium ſeruatur, paraphraſin graecam adiecit *Ev. Waſſenbergh.*

Homeri Iliadis lib. I. et II. cum paraphraſi graeca hucusque inedita, et Graecorum veterum commentariis magnam partem nunc primum in lucem prodeuntibus. Edidit, notas in Paraphraſin, ſcholiorum emendatorum ſpecimen et alia quaedam adiecit Ev. Waſſenbergh. Franequerae apud P. N. Lomars. 1783. 8. cl. Editor immiſcuit praeter ea aut comparauit ſcholia tum edita, tum codd. Amſtel. ſ. Wetſteiniani, (cuius quidem ſcholia in margine poſita ſpecimina aliquot dedit *Valcken.* in diſſ. de ſcholiis Hom. ineditis; et *Waſſenb.* cenſet congruere cum cod. reg. Pariſ. nr. 2766.) Veneti, ex ſpecimine Bongiouannii, Lipſienſis, regii Pariſini nr. 2766. atque Euſtathii. Waſſenb. in Prolegom. §. 4. et 5. de codice Amſtelaedamenſi agit, et cum *Wetſtenio* de ſcript. Homeri p. 156 ſqq. iudicat, codicem quidem eſſe recentiorem, elegantiſſimum tamen et e vetuſtiore haud dubie ductum, eumque cum libro *Geneuenſi*, cui VIII. ſeculorum aetas tribuitur, et *Vaticano*, ibidem antiquiſſimo, conuenire, ex eodemque fonte deriuatum. Complectitur vero cod. omiſſo textu homerico, integrae Iliadis paraphraſin.

Etenim haud reperiri vetus Homeri exemplar, cui ſcholia non ſint interpoſita, affirmant *Valckenar.* in diſſ de ſcholiis in Homerum ineditis p. 106. et cl. *Villoiſon.* Proleg. ad *Apollonii Sophiſtae* Lexicon, ſect. nona, in qua de metaphraſibus proſaicis Homeri et codicibus aliquot, illis ornatis, copioſe diſputat: ad calcem vero Lexici adiecit ſpeciminis cauſſa tertium Iliadis librum, ſoluta oratione graeca conuerſum cum notis et lectionibus variis, e duobus codicibus regiis, quorum alter, nr. 2766. ſaec. circ. XIII. integram complectitur *Homeri Iliadem* vna cum metaphraſi proſaica omnium librorum, excepto vigeſimo quarto, et ſcholiis, iis maxime, quae ad grammaticam pertinent; quem praeter ea laudarunt *Ruhnken.* in praefat. edit. Heſych. tom. II. p. 8. 9. etc. *Koen* ad Gregorii. Grammat. p. 19. 20. in primis *Tollius* in praef. ad Apollonii Sophiſtae Lexic. Hom. p. VI. qui illum ſibi ad Apollonium interpretandum ſaepius profuiſſe, et a ſe fere totum exſcriptum eſſe teſtatur. Illam Metaphraſin reſpondentem citauit *Bongioß* in παραπαραπανῶ. Ορυγικῶ, part. II. p. 2 ſqq. et p. 70 ſqq. addidit excerpta ex inedita Paraphraſi lib. I. Iliadis inedita. — Alter vero cod. Pariſ. nr. 2682.
integrum

integram habet Homeri Iliadem cum metaphraſi librorum ſecundi, tertii et quarti atque quinti ab initio proſaica ad latus adiuncta; praeter ea cum gloſſis in omnes libros interlinearibus et ſcholiis. *Harl.*]

Lucas quoque *Holſtenius* de vita et ſcriptis Porphyrii cap. 7. 244. cum Porphyrii in Homerum commentaria e Macrobio et Euſtathio commemoraſſet, obſeruat ineditum Scholiaſten *Vaticanum* ſaepius vſum Porphyrii auctoritate, praeter ea aliorum ſcholiorum ἀνεκδότων ſpecimen in primos Iliadis verſus adfert e MSto Codice Florentino Mediceo [s]). Idem [¶] *Holſtenius* ſcholiaſten ineditum Mediceum in Homerum paſſim laudat in notis ad Stephanum. [conf. *Valcken.* diſſ. de cod. Leid. p. 106 ſqq. et de ſequentibus apud Labb. et Wetſtein. codd. *Villoiſ.* Prol. Hom. p. 16.] Sed et apud *Labbeum* p. 372. Bibl. nou. MSS. mentio ſit Scholiorum longe accuratiſſimorum et antiquiſſimorum in decem libros Homeri numquam in lucem editorum. *Ioh. Rudolphus Wetſtenius* diſſ. de fatis ſcriptorum Homeri p. 156. memorat tres Codices MStos metaphraſeos in Homerum, cuius initium: τὴν ὀργὴν εἰπὲ, ὦ Θεά, τοῦ υἱοῦ Πηλέως Ἀχιλλέως τὴν ἀλήθειαν. [Idem initium habent cod. 42. Florentinus Hom. cum paraphraſi in Catal. MSS. gr. bibliothecae Laurentianae a Bandinio curato, tom. II. p. 202. et cod. 284. *Io. Rhoſi*, Cretenſis, manu, litteris nigris deſcriptus cum expoſitione perpetua inter lineas litteris rubris exarata, in *Io. Aloyſii Mingarelli* Catalogo graec. codd. MSS. apud Nanios, Patricios Venetos, adſeruatorum 4. an. 1784. p. 481. *Harl.*] Itemque aliam Paraphraſin in Bibl. Florentina [t]), quae incipit: Θεὰ Καλλιόπη εἰπὲ ἀκριβῶς ἐν ἐμμελείᾳ ποιητικῇ τὰ κατὰ τὴν μῆνιν τοῦ Ἀχιλλέως κ. τ. λ. Aliam item paraphraſin *Moſchopuli*, a ſcholiis, de quibus infra, diuerſam et in Bibl. *Vaticana* [u]) obuiam. Omitto, quos in Bibliotheca Caeſarea occurrere narrat Lambecius, codices Homeri MStos, refertos ſcholiis graecis marginalibus et interlinearibus. [Valck. l. c. p. 107, inter ſeptem ait, codd. Homericos quos Caeſarea recondit Vindobon. bibl. optimus procul dubio eſt MS. Iliadis, ſcholiis interlinearibus et marg. refertus, quem Cat. bibl. caeſ. Vindob. part. IV. p. 28. recenſuit Neſſelius.] Neocorus ſ. Küſterus in noua editione Criticae Homeri hiſtoriae, [quae vero lucem non vidit,] vulgaturus erat varia ſpecimina ſcholiorum, paraphraſium et Metaphraſium Homeri ineditarum, quae in Bibliothecis Bodleiana, Regia Londinenſi, Regia Pariſienſi [v]) aliisque deſcripſit. Anno MDCCI. Dordraci in auctione publica Bibliothecae illuſtris Ioannis de Wit venum expoſitus fuit *Homerus* MS. cum obelis Ariſtarchi, et ſcholiis MSS. quae marginibus adſcripta, bonam partem *Porphyrium* auctorem agnoſcunt, adiuncto *Procli* commentario ad ſex libros priores Iliados, ex Bibl. Antonii Seripandi, Cardinalis [w]): tum Odyſſea cum antiquis ſcholiis MSS. copioſis. An. MDCXCVIII. in Bibliotheca nobiliſſimi iuuenis Cornelii Nicolai proſtitit Amſtelodami Ilias Graece vna cum commentariis ampliſſimis *Iohannis Grammatici*, Tzetzae puta, de quo mox plura dicam. *Andronici* [x]) Hermopolitae ſcholia Graeca in Homerum MSta extitiſſe

s) Porphyrii notas e codd. Vaticano deſcriptas accepit *Villoiſon.* v. eius Anecd. gr. II. p. 266. not. *Harl.*

t) Conf. *Valcken.* diſſ. laud. p. 107. *Villoiſon.* Proleg. Hom. p. XV ſqq. not. de aliis codd. Medic. *Harl.*

u) Conf. *Holſten.* de vita et ſcript. Porphyrii, c. VII. p. 244. tom. IV. operis noſtri Fabriciani. *Harl.*

v) E duobus codd. regiis *Villoiſon.* ad calcem Lexici Apollonii Soph. ſpecimina dediſſe, paullo ante memorauimus. *Harl.*

w) Plura de fatis huius codicis dabit cl. *Villoiſon.* in Proleg. Hom. p. 14. not. *Harl.*

x) Andronicus Philoſophus citatur a *Gellio* lib. XX. cap. 5. *Fabric.* Illius Bibl. SS. Ioh. et Paulli Catalogum codd. graecor. et orientalium praebet

 Nuova

extitiſſe Venetiis in Bibliotheca SS. Iohannis et Pauli, memorat *Geſnerus* in Bibl. etſi *Thomaſinus* in Catalogo MSS. Bibl. Venet. nullam eius mentionem faciat. Videtur autem Geſnero hic eſſe *M. Pompilius Andronicus*, de quo *Suetonius* in Grammaticis cap. 8. coniectura, vt mihi quidem videtur, non valde veriſimili, cum Suetonius teſtetur, eum ſoli Philoſophiae intentum Grammatica neglexiſſe. *Fabric.* Homericarum paraphraſium quatuor genera conſtituit *Waſſenbergh* Prolegg. cit. §. VI. p. X ſqq. *Primum* genus, idque elegantiſſimum, eſt verbis anxie non adſtrictum; ſed liberum, vt hiſtoricus potius aliquis, quam poeta loqui videatur; ex quo genere fuerunt *Demoſthenis Thracis* μεταβολαὶ τῆς Ὀδυσσείας, ad atticae dictionis venuſtatem exactae. *Alterum* genus eſt, quo Homerus ita redditur, vt, licet ad verſuum et verborum ſeriem haud attendatur, poetica tamen maneat μίμησις. Exempla ſunt, iudice Waſſenberghio, codex *Meermannianus*, vt ait, antiquiſſimus: in quo ad latus contextus Homerici paraphraſis extat continua ad omnes libros Iliadis, nusquam interrupta, niſi, vbi ſcholia, Venetis Bongiouannianis ſimillima, eius locum occuparunt. Comparandam illam iudicat Waſſenb. cum paraphraſi interlineari e cod. Florentino, (cuius initium dedit *Weſton*. de ſcript. Hom. p. 157. ex eoque *Küſter* in Hiſt. crit. Hom. p. 111. et cuius auctor incertus eſt, aliis *Michael. Pſellum*, aliis *Theodorum Gazam*, patentem illius, quamquam parum certo, habentibus.) *Tertium* paraphraſium genus eſt, quo verbum verbo reddebatur. Ad id pertinent paraphraſes, *Amſtelodamenſis*, altera *Florentina*, Pſello itidem adſcripta, *Vaticana*, *Geneuenſis*, (de quo cod. v. *Senebier* Catal. raiſonné des MSts conſervés dans la Biblioth. de Geneve. Geneve 1779. 8. p. 48 ſqq. *Weſton* l. c. p. 156 ſqq. *Villoiſon* Prol. Hom. p. 16. et 42.) *Pariſinae*, ex quibus Villoiſonium dediſſe ſpecimina ad calcem Lexici Apoll. ſupra iam animaduertimus, et forſan plures in Bibliothecis latentes. Sed enim conſuetudo Homerum in communem et proſaicum ſermonem conuertendi antiqua eſſe videtur. Atque *Valckenaer*. in diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis p. 114 ſqq. reperit ac praeclare illuſtrauit inſigne ſpecimen *Platonis* III. Πολιτ. p. 393. D. E. et 394. A. quo, ait Valck. primam poetae μίμησιν loquentis ſub perſona Chryſis in Iliad. A. a verſu 18 vsque ad verſum 43 in ſermonem ſolutum, (φράσω δέ, inquit Plato, ἄνευ μέτρου, οὐ γάρ εἰμι ποιητικός) ita conuertit, vt euadat ἁπλῆ διήγησις. Inde, et alios declamatores ac ſophiſtas partes tantum quasdam Homericorum carminum ſoluta oratione expliciuiſſe, aut potius declamationes exercendae artis cauſſa, ad inſigniora quaedam Homeri loca elaboraſſe, monet *Waſſenbergh*, eosque refert Prolegg. p. XIII. *Primum* [illegible] rhetorem iuniorem, quem, Suidas prodidit, praeter alia reliquiſſe παράφρασιν τοῦ Ὁμήρου Ἀσπίδος, ſiue eius loci Iliad. Σ. quo ſcutum Achillis verſibus 130 deſcripſit, tum *Tryphiodorum* [illegible], auctorem μεταφράσεως τοῦ Ὁμηρικοῦ τῶν νεῶν καταλόγου, porro *Tryphiodorum*, qui παράφρασιν τῶν Ὁμήρου παραβολῶν condidit; nec non *Procopium Gazaeum*, ſophiſtam, cuius ſτίχους Ὁμηρικοὺς μεταφράσεις εἰς ποικίλους λόγους [illegible] laudat *Photius* cod. 160. p. 318. denique *Dorionem*, declamatorem graecum, Homeri et iam Metaphraſin, quam *Seneca* memorat Suaſor. I. Iuuat per hanc occaſionem, alios quosdam codices, quos partim recenſet aut nominat cl. *Villoiſon*. in Prolegom. Homer. p. XIV ſqq. et XLII ſqq., ſcholia aut

Nuova Raccolta d'Opuſcoli ſcientifici e filologici, tom. XX. p. 171 ſqq. et Nr. III. p. 2[illegible] indicantur *Homeri in Iliadem ſcholia et notae*, cod. membran. in fol. ſaec. XV. Stratego ſcriptore. Verum ille codex, vt ait *Villoiſon* Prolegg. Hom. p. XIV nec non Andronici, ſed vulgata continet ſcholia *Harl.*

aut paraphraſibus gloſſisque inſtructos, commemorare. Codex reg. Pariſin. MMDCCLXVII continet ſcholia, itemque codex MMDCCLVIII. ſcholia in viginti quatuor Iliados libros, in iisque Ὁμηρικὰς ἀπορίας καὶ λύσεις. *Bandini* in Catalogo codicum graecorum bibl. Laurentianae Mediceae enumerat codd. Iliados cum ineditis ſcholiis, tom. II. p. 81. 124. 131 ſqq. 134 ſqq. 174. 178. tom. III. p. 420. 421. etc. Plura dabit continuator operis *Lami:* Le Delizie dei dotti et degli eruditi, Nr. 2. p. 221 ſqq. quae nos paullo infra repetemus. Idem *Villoiſon* ex *Iriarti* Catalogo codd. graecor. Matritenſ. p. 84 ſqq. indicat codicem Hom. cum gloſſis et ſcholiis ineditis in priores XII. Iliados libros et XIII. partem ac ſeorſum in Boeotiam. *Timogenes* ἐν ταῖς παρεκβολαῖς ad verſum Iliadis laudatur in *Apollonii* Soph. Lexico Homer. tom. I. Vill. ed. voc. ἀγυιαί p. 206. — In *I. Aloyſii Mingarelli* Catalogo graec. codd. MSSt. apud Nanios aſſeruatorum, p. 492. eſt cod. CCXCIII. in quo leguntur priores quinque Iliadis libri cum interpretatione marginali perpetua, ac nuſquam interrupta, ſed ſermone graeco-barbaro, cuius initium eſt: Ἡ θεὰ Μοῦσα Καλλιόπη ψάλλε, καὶ εἰπὲ μελῳδικῶς τὴν φθοροποιὸν ὀργὴν καὶ ἔχθραν τοῦ Ἀχιλλέως, τοῦ υἱοῦ τοῦ Πήλεως etc. *Harl.*]

Tzetzae metaphraſis etc. XIV. *Iohannis Tzetzae* y) Metaphraſis Homeri verſibus Politicis, ſiue, vt ipſe Chiliad. IX. vſ. 283. loquitur, ἡμαξευμένοις στίχοις ſcripta ad Irenen Auguſtam, a qua pro ſingulis paginis tulit duodecim aureos, hinc τὴν Αὐγούστης βίβλον vocat XIII. v. 625. Fuit MSta in Bibliotheca Antonii Auguſtini, [?] et hodieque in Bodleiana exſtat Oxoniae, fragmentumque illius produxit *Henricus Dodwellus* in diſſertationibus de veteribus Graecorum et Romanorum Cyclis p. 802. ex quo adparet, non Homerum tantummodo, ſed et alios, qui de bello Troiano ſcripſerunt, opere illo velut compendio eſſe comprehenſos. Video etiam a Labbeo et inter codices MStos Bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis referri Tzetzae Iliadem paruam Homericam: Praeterea in Regia Londinenſi habentur eiusdem Tzetzae Pro-Homerica z), Homerica, et poſt Homerica, quae in Catalogo MSS. Angliae ante paucos annos edito

 perperam

y) Ex *Io. Tzetzae* metrica paraphraſi inedita *Burgeſium* excerpta dediſſe, vidimus ad antecedentem §. circa fin. *Harl.*

z) Fragmentum horum exſtat etiam in Bibl. Auguſtana; ſed in Catalago MSS. p. 79. perperam latine redditur titulus: *rerum ante Homeri tempora geſtarum.* Pro-Homerica enim ſiue Ante-Homerica ſunt de rebus Homerico poemati praemittendis eiusque argumentum antecedentibus. *Fabric.* De Tzetza eiusque editis et ineditis ſcriptis copioſius et diſtinctius agit *Fabricius*, infra libro V. cap. 42. ſect. III. et quidem nr. 5 et 6. de Allegoriis Homericis et commentario in Homerum. Ex *Auguſtano* autem codice editum eſt fragmentum:

Τοῦ Τζέτζου τὰ πρὸ Ὁμήρου, τὰ Ὁμήρου καὶ τὰ μεθ' Ὅμηρον ἐν συντόμῳ ἐκδοθέντα. *Ioannis Tzetzae Carmina Iliaca nunc primum e codice Auguſt. edidit Gottlob Bened. Schirach.* Halae. 1770. 8.

Cel. Editor in praefatione agit de Tzetza, de Cyclo epico, de codicibus et ex Dodwelli diſſertationibus particulam, quae huc pertinet, repetiit. Quod in codice Auguſtano tertia pars, quae Μεθομήρικα complectatur, plane deſideratur, cl. editor addidit verſus, quos Dodwellus iam euulgauerat. Eiusdem carminis codex adſeruatur in Bibliotheca publica Dresdenſi. Illum vero manu Tryllitii eſſe ſcriptum, in frontiſpicio adnotatum eſt: at *Quellius* in Epiſtola ad Klotzium, (p. IX ſqq. praefation.) ex lacuna notata colligit, cod. Dresdenſem ex Auguſtano exemplari eſſe deſcriptum, aut fortaſſe vtrumque ex bibliotheca regia Londinenſi, vbi haec Homerica ſeruantur. Subiectae ſunt a p. 77. notae atque emendationes; a p. 81. — fin. humaniſſimi *Sam. Fr. Nathan. Mori* notae ad textum. adde *Klotzii* praef. ad Stratonis epigrammata, p. 19. ſqq. Lacunoſam tamen et mancam hanc eſſe editionem vtraque parte, docuit cel. *Tychſen* in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, part. IV. Inedit. I. vbi *Tzetzae carminum Iliacorum* initium e cod. Vindobonenſi nunc primum editum eſt, et hiſtoria Tzetzis eiusque ſcriptorum in *Praemonendis* egregie illuſtratur, et Fabricius noſter notatur

perperam referri ſub corrupto nomine Iohannis Tetri, per literas me monuit laudatus Neocorus. Fragmentum inſigne μεθομηρικῶν, verſibus 20 Hexametris conſtans, cum ſcholiis Graecis edidit et notis illuſtrauit idem *Dodwellus* libro laudato p. 803 ſqq. vbi notat, operae pretium eſſe facturum, quisquis Προομηρικὰ illa et Μεθομηρικὰ, vtpote ex reliquiis priſcorum poetarum Cyclicorum, ipſi licet Tzetzae non inſpectorum, collecta integra in publicum ediderit. In inſtructiſſima Imperatoris Bibliotheca Viennae, in Epiſcopi Norwicenſis Bibliotheca Londini, et Lipſiae in Bibliotheca Paulina ſeruatur eiusdem Tzetzae inedita Homeri ἐξήγησις luce non indigna et ſupra cap. 1. §. 9. a me laudata [a1]. In Hiſpanica quoque S. Laurentii Bibliotheca fuiſſe *Tzetzae* commentarium in Iliadem [ſ. metaphraſin homericam,] notauit *Labbeus* p. 385. Bibl. nou. MSS. [adde *Plüers* Reiſen durch Spanien, in Catal. codd. p. 177. vbi dicitur *Io. Tzetzae Paraphraſis in Hom. Iliad.*] Idem p. 110. et 134. memorat eius ineditas allegorias [bb] in Homerum ad eandem Irenem Alemannam Auguſtam, quae etiam exſtant in [Barocciana nr. 194. Catal. et] Auguſtiſſimi Imperatoris Bibliotheca. [v. Lambec. comm. de B. caeſ. tom. IV. p. 568. Kollar.] Ex hoc opere forte petitae allegoriae quaedam Mythologicae et morales, quas ſub Tzetzae nomine e Bibl. Iani Rutgerſii accepit, latine vertit et vtraque lingua edidit in libellulo *Federicus Morellus* Pariſ. 1618. S.

[Iuuat hic ex cl. *Tychſenii* praecognitis in nota laudatis plura excerpere atque hic inſerere. Primum animaduertit, Fabricium tria *Tzetzae* opera, nomine, argumento ſcribendique genere diuerſiſſima, *Allegorias homericas, metaphraſin Homeri* et *carmina Iliaca* non ſatis diſtinxiſſe; allegorias ſcriptas eſſe verſibus politicis, Iliaca autem eſſe hexametra. Poſtea recenſet Tzetzae opera edita et inedita. Ex his huc pertinent nr. 4. (vt verbis doctiſſimi *Tychſenii* vtar,) ἐξήγησις ſiue *metaphraſis Homerica*, qua tota Ilias paraphraſi, pedeſtri ſermone conſcripta, explicatur, ita, vt ſingulae lineae ſingulis Homeri verſibus reſpondeant, quibus aut ſubiectae leguntur, aut ex aduerſo poſitae. Exſtat in cod. Eſcurialenſi Iliad. Σ. 7. et Matritenſi regio XVIII. v. *Iriarte* Catal. Bibl. Matrit. p. 70. In nota, „plures, ait, olim exſtitiſſe in Bibl. Eſcur. huius exegeſeos codices, didici e catalogo vetuſto, qui ibi adſeruatur, ante incendium confecto. Laudantur ibi duo alii, in quibus fuiſſe debet codex Auguſtini laudatus poſt Labbeum a Fabricio.“ Tum nr. 6. *Allegoriae Homericae* ſiue, vt e Kuſtero laudat Fabricius, (in not. **.) ὑπόθεσις τοῦ Ὁμήρου etc. verſibus politicis. „Spiſſum opus, quippe quod plus 8000 verſibus conſtare arbitror. Sunt explicationes mythorum homericorum, ſecundum rhapſodiarum ſeriem, quibus ſinguli mythi ad phyſicas maxime et morales rationes detorquentur, plerumque ineptiſſime. — Integrum carmen exſtat in Biblioth. Eſcurial. Plut. III. Y.

tatur aliquoties. Potiora igitur ex illis excerpta textuique inſerenda dabimus. *Harl.*

a1) Conf. Acta Erudit. menſ. Iul. 1719. p. 3[illegible]8. *Harl.*

bb) Meminit earum *Tzetzes* ipſe Chiliade quinta v. [illegible] vti ἐξηγήσεως Chiliad. IX. v. 282. [Tzetzes reuera ἐξήγησιν ibi reſpexit. Fabric. vero male intellexit de Allegoriis Homericis. *Harl.*] Hanc pridem etiam laudauit Petrus Crinitus in libris de honeſta diſciplina, ne recentiores iam memorem. Ex *Tzetzae* allegoricarum Homericarum tabularum expoſitione ſcripta verſibus politicis, exſtant fragmenta in Appendice noſtrum ad Io. Malalae Chronicon. Habet et *Ludolphus Kuſterus* [quem vide ad Suidam tom II. p. [illegible]] deſcriptam e Codice Barocciano [nr. 24 et 194. ex quorum altero deſcripſerat Kuſterus,] et [illegible] cum MS. Regio Pariſ. Titulus eſt: [illegible] ἐξ Ἀλαμανῶν. Initium [illegible] etc. [eſt quoque in cod. 2644. 2705. 2707. Bibl. regiae Pariſinae.]

III. Y. 20. qui eſt ipſe codex Auguſtini, Fabricio laudatus. Ex hoc ego codice procemium deſcripſi integrum, quarum ſpecimina fortaſſe aliquando dabit haec bibliotheca. Continetur praeter ea in codd. bibl. reg. Pariſ. 2644. 2705 et 2707. *Labbeo* iam memoratis in Bibl. noua MSS. p. 110. et 134. An ex hoc opere deſumta ſint, quae ſub titulo *Allegoriarum mythologicarum* edidit Fed. Morellus, nondum comperi. Sunt verſus LI. numero, qui de allegoria agunt vniuerſe, eodem metro iambico ſ. politico, vt videantur eſſe procemium, quod ſiue auctor, ſiue alius, neſcio quis, carmini praefixit. In cod. Eſcurial. ſaltem non leguntur." Porro nr. 7. „*Iliaca* ſiue carmen de rebus Troianis, verſibus hexametris, omnem belli Troiani fabulam compendio complexum. In codicibus varie inſcribitur: Vindobonenſis habet Ἰωάννου γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου τὰ πρὸ Ὁμήρου καὶ ὅσα παρέχει Ὅμηρος μέχρι καὶ τῆς ἁλώσεως ἡ μικρὰ μεγάλη (l. μικρομεγάλη) Ἰλιάς. Matritenſis regius Ἰωάν. γρ. τοῦ Τζ. ἡ μικρὰ Ἰλιάς, quo *Iliadis paruae* nomine laudatur etiam a Labbeo et aliis. Pleno et vero titulo inſcribitur in Huetiano codice, (vti legitur in edit. Schirachii, ex cod. Auguſtano.) Conſentit titulus regii Londinenſis, *Prohomerica*, *Homerica* et *Poſthomerica*. Scilicet continet hoc carmen, trifariam diuiſum, *parte* I. τὰ πρὸ Ὁμήρου, *Antehomerica*, ſ. cauſſas et origines belli Troiani, a natiuitate inde Paridis, vsque ad annum X. belli, vbi incipit Ilias Homeri: *parte* II. τὰ Ὁμήρου ſiue *Homerica*, argumenta XXIIII. rhapſodiarum Homeri: *parte* III. τὰ μεθ' Ὅμηρον, res ad Troiam geſtas, a morte inde Hectoris ad vrbis vsque excidium et reditum Graecorum, quod eſt argumentum Paralipomenon Quinti Smyrnaei. — Exſtat hoc carmen maximam partem ineditum: 1) in cod. Matritenſi regio, cod. XX. quo cum aliis continetur integrum. — Verſuum numerus in prioribus partibus, quas ſub Ἰλιάδος μικρᾶς titulo comprehendit codex, traditur eſſe 897. Poſthomericorum, (qui tamen numerus falſus eſt,) 776. conf. Iriarte Catal. p. 82. — 2) in bibl. Bodleiana, vbi, niſi carmen integrum, ſaltem pars III. qua vſus eſt Dodwellus, eſſe debet integra; 3) in regio Londinenſi, Antehomerica cum ſcholiis. vid. Catal. of the MSS. of the Kings Library, p. 257. ſunt tamen ſaltem verſus 240. 4) in cod. Auguſtano, ex quo fluxit apographon a Schirachio editum. Antehomerica poſt verſ. 29. lacunoſa, 233. verſus habent; Homerica, non minus mutila, verſus 233. Pars III. plane abeſt. — 5) in cod. Vindobon. 308. apud Neſſelium part. IV. Hic a fine partis prioris itidem deſiderantur aliquot verſus cum parte II. integra, nulla tamen in medio lacuna. Pars III. integra 780. verſus explet. Antehomerica ſunt verſuum 351. adeoque deſunt in fine 59. verſus, quos habet Auguſtanus, ipſe tamen in medio mutilus. — Lacunam cod. Auguſtani a v. 29. explet haec, quam hic, (n. in Bibl. der alten Litterat. etc.) vulgamus particula, e cod. Caeſareo deſcripta a cl. Heeren. Nunc igitur, ſi addas eos verſus, quibus ex Auguſtano auctior eſt Schirachii editio, *Antehomerica* integra erunt, verſibus 410 abſoluta. In fine enim nihil deeſſe, docet et carminis in edit. Schirachiana ſubſcriptio: τέλος τῶν πρὸ Ὁμήρου τοῦ Τζέτζου, et carminum Cypriorum argumentum, in Bibl. cit. vol. I. p. 36. vulgatum inter Inedita Procli. — Bene quoque cohaeret Tzetzis narratio in Homericis cum fine Antehomericorum. Deeſt igitur nunc nihil praeter Homericorum finem ab Iliad. Σ. initio. — Verſuum, qui deſiderantur, ex cod. Matritenſi facile eſt inire numerum. Nam ſi vtriusque partis verſus fuerunt 897, ſubductis 410 Antehomericorum, ſequitur, Homerica fuiſſe verſuum 487. quorum 221. vulgauit Schirachius. Deſunt igitur omnino vſſ. 266. vt adpareat, in extremis rhapſodiis valde verboſum fuiſſe epitomatorem. Vltimus verſus eſt in cod. Matrit.

Καλὰ δὲ λάινεα ποτὶ τύμβον ἀγάλματ' ἔθηκαν,

quae ad tumulum Hectoris ſpectant, quem Tzetzes ex more ſuo ſtatuis ornauerat." Denique animaduertit, Tzetzen non viſum fuiſſe in hoc carmine ſcriptoribus, quos paſſim laudat, antiquis deperditis, vt Leſche, Steſichoro etc. nec viſos alios vidiſſe ſcriptores, niſi qui vel nunc exſtent, neque epitomatorem ſiue collectorem aliquem, quod putabat Dodwellus, Cyclicorum poetarum adhibuiſſe; ſed omnem, qua ſe iactat, eruditionem e ſcholiis hauſiſſe, quae habuit, iis, quibus nos vtimur, Byzantinorum grammaticorum excerptis, pleniora. In Antehomericis, idem Tychſen ait, cum Prochanae chreſtomathiae fragmentis conuenit: niſi, quod, miſſa poetica ratione, quae a Pelei nuptiis filum orditur, Parin grammaticum facit, commentatione edita Venerem reliquis deabus praeferentem. In Poſthomericis Quintum, quem tamen ridet, maxime ſequitur, Philoſtrato quoque, (Flauium adpellat,) in formis praeſertim heroum deſcribendis, qua re mirifice ſibi placet, ſaepius adhibito, etc. Lipſienſi codici praemiſſa eſt: εἰς τὴν Ὁμήρου Ἰλιάδα ἐξήγησις Ἰω (Ἰωάννου) γραμματικοῦ τοῦ Τζέτζου, et alia ἐξήγησις τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας Ὁμήρου πρὸ τοῦ ἀπάρξασθαι. Vtraque recentius addita. conf. Acta Erudit. Lipſ. an. 1719. menſ. Iul. p. 307 ſq. In Biblioth. Taurinenſi ſunt ſcholia inedita in Odyſſ. e quibus Euſtath. et Valcken. fragmenta dederunt, quae falſo habita ſunt verſio proſaica Demoſthenis cuiuſdam. *Harl.*

Eius generis allegorias nonnullas a *Mich. Pſello* ſcriptas Graece cum *Heraclitis* cc) *Pontici* allegoriis [?] Homericis vulgauit *Conradus Geſnerus*, Baſileae an. 1544. 8. vt praeterea auctorem anonymum, (*Nicephorum* dd) ſiue *Gregoram*), *moralis interpretationis errorum Vlyſſis* vna cum commentat. Porphyrii de Nympharum antro in XIII. libro Odyſſeae Homericae, et ex commentariis Procli apologiis quibusdam pro Homero ab eodem Geſnero vulgatum ee), et allegorias ff) anagogasque Homericas *Ioannis Diaconi Galeni*, eiusdem, cuius in Heſiodum ſimilis liber editus habetur, quas memorat *Labbeus* p. 110. 111. Idem *Labbeus* p. 171. ex indice Scipionis Tetti refert MStos, neſcio quos, quatuor in Bibliotheca, exſtare Interpretes Homeri triginta antiquos, tomis duobus. Scholia in Homerum duplicia diuerſa ab editis legiſſe ſe, teſtatur *P. Victorius* XXXVI. 13. Var. Lect.

Paraphraſes. XV. *Georgii Chryſococcae*, qui Theodori Gazae familiaris fuit, ſcholia MSta in Odyſſeam, habentur in Bibliotheca Vaticana teſte Allatio lib. de Georgiis p. 360. qui tamen ipſe haeret ambiguus, auctorne ſit an duntaxat exſcriptor iſte Chryſococces. *Michaelis* quoque *Pſelli* Paraphraſin Iliados verſibus politicis ſupereſſe docet idem *Allatius* libro de Pſellis, [vid. infra in calce vol. V. §. 69. p. 48. et paullo ante ad §. 13.] et ex eo *Gerh. Ioannes Voſſius* libro poſtumo de Poetis Graecis p. 83. qui hinc eius laudant initium: τὴν ἀρχὴν εἰπὲ ὦ Θεὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Πηλέως. [*Bandinius* in Cat. Bibl. MSS. gr. Medic. bibl. tom. II pag. 202 ſq. diuerſa ab illa videtur eſſe ea, quae eſt in Bibl. Florent. adde Villoiſ. Prol. Hom. p. 42.] Eiuſdem *Pſel-*
li

cc) Siue *Heracliti* potius. Vide quae de hoc libro dixi lib. I. cap. XXII.

dd) Vide *Dan. Neſſelii* Catalogum MSS. Bibl. Vindob. part. I. p. 285. nr. 9. *Fabric.* clare is nominatur in cod. Caeſar. 332. nr. 9. in *Lambecii* comment. de bibl. Vindob. libr. et tom. V. p. 615. *Kollar. Harl.*

ee) Gr. et latine Tiguri 1542. 8. poſtea Gregoras ſolus cum notis *Io. Columbi*, Aboae 1678. quae edit. recuſa eſt Lugd. Bat. 1745. 8. Coluerius tantum indicat edit. Haganoae 1531. a Io. [illegible] vulgatam curante Vinc. Opſopoeo. *Harl.*

ff) Conf. infra, cap. VI. §. 12. *Harl.*

h Paraphraſin in Odyſſeam cum ſcholiis quibusdam MStam fuiſſe quondam apud Ioh. Oporinum teſtatur Gesnerus. Neſcio an eadem ſit Paraphraſis Graeca Iliados, quam nullo auctoris nomine addito in codice Regis Galliae nr. XII. MStam occurrere teſtatur Labbeus p. 110. et 270. Sed et Odyſſeae Paraphraſis Graeca eidem memoratur p. 271. Bibl. nouae MSS. Sic Iliadem in proſam Graecam olim tranſtulerat *Demoſthenes Thrax*, vt auctor eſt Suidas. [Enimuero ſiue Suidam, ſiue alterum, cuius is deſcribit verba, erraſſe, et Fabricium aliosque induxiſſe in errorem, docet *Valcken.* in diſſ. de cod. Leidenſi, pag. 112. et exemplis ex Euſtathio multis adlatis, oſtendit, *Demoſthenem Thracem*, non Iliada, ſed Odyſſeam in proſam graecam transtuliſſe, opusque, vt *Euſtathius* ait ad Odyſſ. A. p. 40. vſ. 48. inſcripſiſſe *μεταβολὰς Ὀδυσσείας. Harl.*] Specimen Paraphraſeos Homericae exſtat apud Ariſtidem libro de dictione ciuili cap. XIV. et apud *Platonem* lib. III. pag. 393. D. de Rep. vbi oratio Chryſae Sacerdotis ex Iliad. *ά.* ſermone proſario eleganter ſoluitur. [vid. ad §. XIII. ſub finem.] *Emanuelis Moſchopuli* gg) Byzantini Paraphraſis ſiue ſcholia paraphraſtica in Iliadem MSta dicuntur exſtare in Bibliotheca Vaticana, eadem forte in librum I. et II. Iliadis, quae memorat Sylburgius in Catalogo MSS. Codicum Bibl. Palatinae pag. 109. Haec etiam edita debemus *Iohanni Scherpezelio*, qui Harderouici an. 1702. 8. hh) vulgauit libros duos primores Iliados, illisque praeter verſionem emendatam atque animaduerſiones ſuas, et Ioach. Camerarii viri praeſtantiſſimi commentarios adiunxit ſcholia Moſchopuli e codice MS. in quo *Etymologicum ineditum Graecum*, quod Antwerpia e Ieſuitarum Bibliotheca ad Graeuium miſerat *Papebrochius*. Titulus eſt: Ἐμμανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου τεχνολογία καὶ ἀνάπτυξις τῶν λέξεων, τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ Ὁμήρου. Τοῦ αὐτοῦ Τεχνολογία καὶ ἀνάπτυξις τοῦ δευτέρου [β] στοιχείου τοῦ Ὁμήρου. Inter MStos codices Vulcanianos Bibliothecae Lugduno-Batauae p. 416. memoratur neſcio cuius *Conſtantini Hermoniaci* ii) Metaphraſis in Homerum. *Iſaaci* (Comneni) *Porphyrogeniti* ſcholia in Iliadem MSS. exſtare ex Ioh. Vaillanti fide refert *I. Rud. Wetſtenius* diſſ. de ſcriptorum Homeri fato pag. 158. eorumque ſpecimen ab illo accepiſſe ſe teſtatur kk). In *Dan. Neſſelii* Catalogo Bibl. Vindobonenſis parte IV. p. 5. refertur Homeri Ilias et Odyſſea cum notis ſeu Rhapſodia *Quinti Smyrnaei.* Verum nullas in Homerum notas ſcripſit ille Cointus, de quo videas licet, quae dixi infra cap. VII.

XVI. Ilias

gg) Hic *Moſchopulus Byzantinus* fuit temporibus captae a Turcis CPoleos, et cum aliis Graecis in Italiam profugit circa an. 1453. ἀνεψιὸς Moſchopuli Cretenſis, qui floruit ſub extremum ſaeculi XIV. Locum ex Eman. Moſchopuli ſiue alius ἐξηγήσει εἰς τὸν Ὅμηρον, ad Iliad. φ'. producit *Allatius* de Patria Homeri cap. VI. *Fabric.* conf. infra lib. V. cap. 7. §. 4. vol. VII. p. 38. In Bibliotheca D. Marci Veneta, eſt, teſte Zanetto in bibliotheca D. Marci graeca MSS. p. 277. cod. 514. *Homeri Iliados libri II. priores cum paraphraſi Manuelis* (Moſchopuli) Κυρίου Μανουήλ, praemiſſa duplici Homeri vita: prior edita eſt ab Allatio. *Harl.*

hh) Nouam tantummodo inſcriptionem, mutato bibliopolae nomine, et nouam praefationem accepit ille liber: *Manuelis Moſchopuli Byzantini ſcholia ad Homeri Iliados libr. I. et II. adhuc inedita, cum notis et animaduerſionibus Ioannis Scherpezelii. Accedit commentarius Ioach. Camerarii*, Traiecti ad Rhenum, ex officina Iac. a Poolſum. 1719. 8. Cenſuram (Bergleri) doctam vide in Act. Erud. Lipſ. an. 1719. menſ. Iul. pag. 305 ſqq. et menſ. Nou. eiusdem anni, p. 498 ſqq. vbi quaedam notantur. *Harl.*

ii) Error typographicus eſſe videtur: quamquam in altera quoque editione, Lugd. Batau. 1716. fol. p. 349. nr. 93. ſic exaratum legitur. *Harl.*

kk) Conf. infra cap. 7. §. 9. et lib. IV. cap. 30. tom. IV. p. 413. Eſt probabiliter cod. reg. Iliad. fol. nr. 2682. de cuius argumento plura dabit *Villoiſon.* Prol. Hom. p. 14. not. *Harl.*

Metaphraſ. gr. barb. XVI. Ilias verſibus Politicis in linguam vulgarem graecam ſ. graeco-barbaram translata a *Nicolao Lucano* prodiit Venetiis an. 1526. apud Stephanum Sabinum et a. 1603. 4. quae epitome potius, quam verſio eſt nominanda. [conf. *Maittarii* Ann. typ. indic. p. 495.] Batrachomyomachiam eodem Graeco-Barbaro ſtylo verſibus Politicis expreſſit *Demetrius* ii) *Zenus, Zacynthius,* circa annum 1530. clarus, quam cum Latina verſione et notis edidit Martinus Cruſius in Turco-Graecia p. 373 ſq. Ex Cruſii editione recudi fecit Iohannes Michael Lange in parte altera Philologiae Barbaro-Graecae. Altdorf. 1707. 4. Auctor indicis, in quo exponuntur vocabula, quibus vtitur Homerus graeco-barbarus in Iliade, laudatur a *Fabrotto* in Gloſſario ad Conſtantinum Manaſſen, pag. 192. 194. Indicem illum laudat *Cangius* in Gloſſario. *Fabric.* A noſtro Fabric. lib. V. cap. 45. vol. X. p. 515. iam adnotatum eſt, ab Helladio in libro de ſtatu praeſenti eccleſiae gr. pag. 6. memorari Homerum verſibus politicis, graeca lingua vulgari ſcriptis editum eſſe Venetiis. *Harl.*

Codd. et Editt. XVII. [In multis bibliothecis latere codices Hom. iam vidimus in ſuperioribus paragraphis, vbi de ſcholiis, metaphraſibus, commentariis etc. diſputabatur. Miſſis illorum plurimis aliorum adiungam notitiam. *Florentinos* enumerauit continuator Lamiani operis, Delizie etc. nr. 2. p. 201 ſqq. quos hic paucis repetemus. In *Bibliotheca Mediceo-Laurentiana* ſequentes adſeruantur; de quibus Bandini quoque Catalogus conſuli poteſt. In Pluteo XXXI. cod. V. chartac. 4. duo primi libri *Iliados* cum gloſſis et ſcholiis interlinearibus: cod. XX. chart. *Batrachomyomachia:* in Plut. XXXII. cod. I. membr. *eadem,* item *Ilias* cum graeca paraphraſi interlineari *Theodori Gazae.* (*Franciſcum Fontanum* editurum fuiſſe ex hoc codice Theodori Gazae metaphraſin, et peruetuſta ſcholia cod. Homerici ſaec. X. accepi.) — cod. 3. membr. *Ilias* cum ſcholiis marginal. et gloſſis nonnullis interlinearibus, nec non *Batrach.* cod. 4. membr. in folio, *vita Homeri* pſeudo-Homeri et pſeudo-Plutarchi, *Ilias, Odyſſea* et *Batrachomyomachia:* cod. 5. chart. *Ilias* cum ſcholiis et gloſſis interlinearibus; cod. 6. membran. *Ilias, Odyſſea* et *Batrach.* cod. 8. membran. *Ilias* cum gloſſis ac ſcholiis veteribus; cod. 10. membr. in fol. *Ilias;* cod. 11. chartac. *Ilias* cum ſcholiis gloſſisque interlin. cod. 12. chart. *Odyſſea;* cod. 15. membran. 4. *Ilias;* cod. 18. membr. in 4. *Ilias* cum epigrammate Antipatri Sidonii et verſibus in Homerum; cod. 22. chart. fol. *Ilias* cum ſcholiis et praefatione, nec non *Batrachom.* cod. 23. chartac. 4. *Odyſſea* cum expoſitione; cod. 24. membr. 4. ſaec. X. *Odyſſea* cum ſcholiis, mutilus circa finem; cod. 25. membran. 4. ſex priores libri *Iliados;* cod. 27. bombyc. 4. *Ilias;* cod. 28. chart. 4. duo primi *Iliados* libri, cum gloſſis interlin. vita Homeri et prolegomenis; cod. 30. chart. 4. *Odyſſea;* cod. 31. chart. *Ilias* a primo libro vſque ad XXII. cum gloſſis interlinearibus et aliquot ſcholiis. Pariter cod. 38. at integer. — cod. 39. membr. *Odyſſea* cum ſcholiis gloſſisque interlinearibus; cod. 47. membr. 4. *Ilias* et cod. 50. membr. in 8. Myobatrachomachia. — In Pluteo LIX. cod. 2. membr. fol. *Euſtathii* Comment. in Iliad. vſque ad rhapſod. *I.* cum notis marginal. idem a libro XV. Iliad. vſque ad fin. vbi tamen mutilus eſt: in priore ineſt quoque *Batrach.* In *Pluteo* LXVIII. cod. 24. et plut. XXXVIII. cod. 12. *Pindari Thebani* Epitome Iliados. — In *Pluteo* LXX. cod. 35. membr. 4. *vita Homeri* Pſeudo-Herodotea, et Hymni 31 Homerici. — In *Bibliotheca Riccardiana* ſunt 1) *Ilias* cum ſcholiis; 2) chart. 8. primus Iliados liber; 3) chart.

ii) Huius [illegible] 'Αλέξανδρος ὁ Μακεδών ſive libri de Alexandri M. rebus geſtis verſibus politicis excuſus Venet. 1529

in 4. Libri nonus et decimus Iliados; 4) fragmentum rhapſ. *ι*. Iliados; 5) Pindari Thebani Epitome Iliad. — 6) Hymni, gr. membr. in 4. — In Bibliotheca *Magliabechiana* ſunt verſiones. — In Bibl. *Congregationis* Caſſinenſis, tres ſunt codd. gr. 1) membr. fol. *Ilias* cum argumentis et in fine cum commentatione de Allegoria; 2) membr. fol. *Odyſſea;* 3) chartac. fol. *Ilias.* — De codd. Bibliothecae *Eſcorialenſis* duobus vid. ad §. XII. notata. *Plüer* in indice MSS. illius bibliothecae, in Reiſen durch Spanien etc. p. 173. memorat codd. 1) *Homeri Ilias* cum ſcholiis, in membr. 2) *Ilias* cum paraphraſi Tzetzae; 3) rurſus, *Ilias;* 4) Ex *Odyſſea;* 5) *Batrachomyomachia* et *Galeomachia.* — *Iriarte* in Catalogo MSSt. graec. Bibl. regiae Matrit. ſequentes recenſuit codices: cod. XVIII. p. 70 ſq. *Ilias* cum incerti auctoris metaphraſi. — cod. XXIII. p. 84 ſqq. *Ilias* cum gloſſis et ſcholiis. (vid. §. XIII. fin.) cod. XXIIII. p. 86 ſqq. nr. 56 — 81. *Hymni;* cod. XXVII. p. 122. *Odyſſeae* libri tantum XX. cum latinis gloſſis interlinearibus ad libr. I. II. et partem tertii priorem. — cod. LXVII. continet inter alia, p. 257. Laſcaris Ὁμηρικαὶ λέξεις, quasdam explanationes Batrachomyomachiae, breves in totam Iliadem et Odyſſeam adnotationes ex variis enarratoribus collectas, *Euſtathii* prooemium, eius in Iliadem parecbolis praefixum, cum parte eiusdem commentariorum in primum Iliadis librum, et variorum veterum epigrammata in Homerum; cod. XCVI. p. 382 ſq. *Ilias*, Conſtantini Laſcaris manu, Meſſinae 1488. deſcriptus. — cod. XCVIII. p. 384. nr. 9. *Homeri* vita Herod. [Sed multo diligentius nuper Codd. Homeri Bibl. Eſcor. et Regiae Matritenſis recenſuit V. Cl. *Tychſenius*, Prof. Gott. cui licuit theſauros illos examinare: *Beſchreibung der Handſchriften des Homers in der Eſcurial- und königl. Madriter Bibliothek,* in der Biblioth. der alten Litter. und Kunſt P. VI. p. 134 — 144. vnde haec excerpſimus: Primus enim eſt Cod. Eſcor. membran. (Ω. I. 12. inſcriptus) forma maxima et inſignis latitudinis, continens Iliadem cum ſcholiis. Praemiſſa ſunt ſex folia, quae non omnia ad hunc Cod. pertinent et quibus haec inſunt. Pag. 1. Initium Iliadis cum ſchol. ad marg. P. 2. Tryphonis Commentatiuncula περὶ παθῶν τῶν λέξεων. P. 3. 4. ἐξήγησις τῆς Ιλ. κ. Ὀδυσσ. Ὁμήρου ita incipiens: πρὸ τοῦ ἄρξασθαι τῆς ἐξηγήσεως, quam candem eſſe iudicat T. cum ea, quae in Cod. Lipſ. legitur. P. 5. Continuatio textus Iliadis p. 1. coepti. P. 6. Ὑπόθεσις Iliadis et primi libri, ita incipiens: οἱ θεοὶ τῆς Θέτιδος etc. Textus p. 1. et 5. alia manu ſcriptus eſt, ſed ſcholia eadem quae omnem Codicem exarauit. Coniicit T. librarium ex alio Cod. folia quaedam ſumſiſſe, et ſcholia margini adlinere conſtituiſſe aut textui aduerſa pagina addendam paraphraſin fuiſſe, ſed poſtea p. 2. et 6. alia ſcripta, aut librarium initium Iliadis ob ſcholia margini adſcribenda repetiiſſe. P. 7. triplex vita Homeri, γένος Ὁμήρου; 1. Ὅμηρος ὁ ποιητὴς — μαιωνος vt hic et ſequente Cod. 3. recte legitur pro μαρωνος, 2. ὁ μ. Ὁ. π. πατρὸς μὲν ἦν Μέλιτος, quae vtraque vita ex Allatio et Barneſio innotuit; 3. Πρόκλου περὶ Ὁμήρου quae Particula edita eſt Bibl. Vet. Litt. T. I. Ined. p. 7. et illuſtrata a Heynio. P. 8 ſq. de Cypriis Carminibus (quod ibid. editum legitur p. 23 ſq.), p. 10 — 12. Hom. Batrachomyomachia duobus columnis ſcripta. Omnium horum foliorum margini vndique adſcripta ſunt ſcholia in Iliadem, quae ſpatii defectus huc coniicere librarium iuſſit. P. 13. Ilias. Cuique Rhapſodiae praemiſſa proſaice ſcripta ὑπόθεσις, et vnus verſus argumentum indicans. Quodlibet folium in duas columnas diuiſum eſt, vna verba poetae, altera proſaicam ecphraſin continet. Marginem omnem occupant ſcholia. In fine primorum duorum librorum etiam verſuum numerus notatus eſt. Codex XI. ſaeculo non recentior eſſe videtur. In fine ſubſcriptum: liber, mei Benedicti Cornelii quem emi meis pecuniis pretio Ducatorum

viginti q. Venetiis in Hiſpaniam venit, forte per Mendozam, qui multos inde illuc Codd. tranſtulit. Textus Iliadis accurate ſcriptus eſt, et fere vbique cum Lipſ. et Harlei. conſentit. Sed Batrachomyomachia omnia habet interpolata ſequiorum temporum. Scholia multo vberiora et meliora, quam ea quae Didymo tribuuntur. Nunc literis (vsque ad [illegible]) nunc aſteriſcis aliisve ſignis indicantur, quorum nullum criticam vim in hoc cod. habet. Ex variis Codd. haec ſcholia collecta eſſe patet. Nonnulla inter lineas paraphraſeos ſcripta; etiam vbi margo iam occupatus erat, alia ſuperaddita, inprimis Iliad. κ., ſed horum extremae orae additorum, multa perierunt, cum Codex noua veſte donaretur et margo auro obduceretur. Manus etiam varia in ſcholiis nonnunquam apparet. Conueniunt haec ſcholia pleraque cum Villoiſ. B. neque tamen ita ſunt copioſa (ſic ad Iliad. X, v. 11. 12. 13. 51. 75. etc. ſcholia deſunt) pleniora tamen quam in Leid. Interdum ſcholia leguntur, quae in Vill. B. deſunt, ſed in A. habentur, vt χ, 49. [illegible] etc. γ. 70. [illegible] etc. 77. [illegible] v. 467. Hiſtoria ſacrificii Lemniorum vbi Eſc. in fine forte rectius legit [illegible]. Scholia etiam nonnulla ab vtroque Vill. Cod. abſunt. χ. 59. [illegible] γ. 88. [illegible] Hoc vtrumque ſchol. alio litterarum genere exaratum diuerſum monſtrat fontem. Grammaticorum nomina eadem quae in Vill. Cod. B. occurrunt. Multis ſcholiis nomen Πορφυρίου praefixum, vt α. 104. [illegible] 211. [illegible] χ, 2. ἡγεμόνες οἱ πολλοί, vbi ap. Villoiſ. nomen deeſt. Haec vero ex deperdito Porphyrio in Homerum petita ſunt, non ex quaeſt. Homer. quae in vtroque codice γ, 175. [illegible] pertinet. Conf. Tychſenii cenſuram Iliadis a Villoiſ. editae, Bibl. vet. Litt. Tom. V. pag. 26 ſq. 45.

Cod. Eſcur. II. (Plut. Δ. I. 1.) peruetuſtus Cod. membran. forma max. continet totum Iliadis cum ſchol. ſed non niſi vsque ad Ω, 717. ἀγάγοιμι δόμονδε. Ab initio quoque mutilus fuit. Nam primum folium recens eſt, ſex ſequentia manu vetere ſuppleta. Vita Homeri et argumentum deeſt. Antiquior eſt ſuperiore codice (iota non ſubſcriptum ſed [illegible]) textus [illegible] ſcholia [illegible] pleraque cum Cod. B. Vill. . Ad Iliad. 1, 397. in Cod. Eſc. 2. ſchol. quod in Vill. Cod. A. ſed in Eſc. melius legitur: παρα το μελανεντα τον αερα νιφειν αὐτον. Criticae obſeruationes (vt Zenodoti ad α, 400.) in noſtro interdum omiſſae. Rarius plura habet, quam Vill. B. φ, 112. addit: βλαβη βελος η δορατος. φ, 126. vt Ariſtarcheam lectionem affert: φερεν επαΐξων pro ἐπαΐξαν vt in B. α, 396. in fine melius Αριςαρχω quam αριςαρχος in Vill. B. Speciminis loco Tychſenius lectiones ex Iliad. Φ. enotauit p. 140. Quod ſi V. Cl. tum, cum eos vſurparet, conferre iam Villoiſoni editionem potuiſſet, de horum codd. natura et conuenientia plura nos docuiſſet. Caeterum ſi his Codd. ea eſt vetuſtas, quae tribuitur, ſequitur Euſtathium non primum fuiſſe qui ſcholia e pluribus Gramm. conſarcinaret.

Cod. Eſcor. III. (Ξ. II. 19.) cod. chart. quatern. ſcriptus δια χειρος εμȣ Ιωαννȣ τȣ Κατραρη a. 6807. Indict. VII. h. e. an. Chr. 1299. Continet Iliada cum paucis ſchol. inter lineas et ad marg. — Eſc. IV. (Θ. II. 7. Cod. chart. ſaec. XV. Ilias, addita paraphraſi et aliquot ſcholiis. Deeſt vltimus Iliadis liber. Praemittuntur προθεωρια (eadem quae in Cod. I. [illegible]) Vitae Homeri. Iliadem ſequuntur alia Excerpta ex ſcholiis ad Lycophr. et Euſtathii ad D[illegible]

nis Perieg. Auctorem ecphraſeos olim Tychſenius cenſuit eſſe Tzetzen, vid. Biblioth. vet. Litt. P. IV. Ined. p. 5. ſed retractauit hanc coniecturam P. VI. p. 142.

In regia Matrit. Bibl. nullus codex Homeri eſt dignior comparatione accurata. Habentur hic Cod. XVIII. chart. forma max. ſaec. XV. Ilias cum ecphraſi incerti auctoris. Deeſt initium vsque ad α. 138 Libro V. alia manus incipit et paraphraſis perducitur tantum ad librum 23. V. Iriarte Catal. Bibl. Matr. p. 72 ſq. — Cod. XCVI. Ilias in 4. a Conſtantino Laſcari Meſſanae ſcripta 1488. vid. Iriarte p. 352. — Cod. XXVII. praeter Orphei Argonautica continet 20. priores libros Odyſſeae, cod. chart. ſaec. XV. Iriarte p. 122. — Quae Plüerus laudat inter Codd. Eſcor. Homeri ex Odyſſea, ea Tychſenius non reperit, et Excerpta ea eſſe iudicat. *Bibl.* — In Bibl. *Caeſenate* cod. *Odyſſeae* cum ſcholiis, intermixtis latinis, ſcript. an. 1311. — In Biblioth. *Angelica*, Romae, *Ilias* cum ſcholiis, partim ineditis, cod. chartac. ſaeculi XIII. — In Biblioth. *Barberina*, ibidem, *Ilias*, chartac. cod. ſaec. XIII. cum ſcholiis, vt in catalogo Camerarii, quorum notitiam debeo clar. *Siebenkeeſio*, quum Romae verſaretur. — In *Montfauconi* Diario italico pag. 17. 18. ſequentes codd. MSS. biblioth. *Ambroſianae Mediolan.* recenſentur, *Homeri Ilias* in cod. membr. ſaec. XII. item in bombycino, ſaec. XIV. atque in multis aliis, *Batrachomyomachia* cod. bombycinus, ſaec. XIV. *Homeri Iliadis* hiſtoria, in cod. membranaceo XI. ſaec. ſoluta oratione graece conſcripta, cum tabellis eiusdem geſta repraeſentantibus. *Odyſſea*, cod. ſaec. XIII. *Batrachom. Hymni* et *Herodoti* vita Homeri, cod. membr. recens. — pag. 41. prodidit, in Muſeo Grimano, Venetiis, eſſe *Homeri*, Euripidis, Sophoclis et Aeſchyli codices. — pag. 248. in muſeo Leonis Strozzii, *Homeri* opera, cod. bombycinus, ſaec. XIV. — In Biblioth. *Veneta D. Marci*, praeter duos illos codd. egregios, quos ſupra copioſius deſcripſimus, ſunt, teſte Catalogo *Zanetti* et *Bongiovanni*, ſ. Graeca D. Marci bibliotheca codd. MSStorum, p. 211. cod. 431. *Iliados* libri XIIII. priores: p. 245 ſq. cod. 455. chart. in 8. *Homeri Ilias* cum paraphraſi interlineari, ſimili paraphraſibus, § XIII. memoratis; cod. 456. fol. *Ilias*, *Odyſſea*, *Hymni*, *Batrachomyomachia*; cod. 457. chart. Odyſſea; cod. 458. membran. *Iliados* libri XI. poſteriores, quorum primus mutilus eſt initio: e regione vnius cuiusque carminis eſt paraphraſis, quae in codice 455. — cod. 459. chartac. 8. *Iliados* libri XII. priores. Primus caret initio. cod. 263. chart. in 8. *Odyſſea*, cum ſcholiis aliquibus interlinearibus; libri VI et X ſunt mutili, VII et VIII deficiunt. — In adpendice p. 314 ſq. cod. 611. rec. chartaceus, fol. Homeri *Odyſſea*, cum vita Homeri, Plutarcho vulgo adſcripta. — cod. 612. chart. in 8. *Ilias*, et cod. 613. 4. chart. *Batrachomyomachia* et *Odyſſea*, cum ſcholiis marginalibus. — Acceſſerunt poſt confectum catalogum, teſte *Villoiſonio* in Anecd. graec. II. p. 249. cod. 646. chartac. 4. Scholia in Iliadem Homeri; initio plura deficiunt. — cod 647. in 4. *Odyſſea*, fine mutila. — Inter Graecos codd. MSStos apud Nanios, Patricios Venetos, aſſeruatos, (Bononiae, 1784. fol.) p. 478. cod. 282. 5. *Batrachom.* cum ſcholiis interlin. perpetuis. *Tigriti* ab quibusdam adſcribi hoc poemation, clare ſcriptum eſt in Epigraphe graeca. — p. 481. cod. 286. *Ilias* cum expoſitione interlin. — p. 497. cod. 293. cum interpret. marginali, an. 1752. ſcr. Teſte *Catalogo librorum MSSt. Angliae et Hiberniae*, (Oxonii, 1697.) p. 5 ſq. nr. 46. *Hom. Batrachomyom.* cum ſcholiis, nr. 47. *Ilias* paraphraſtice reddita; nr. 50. et 64. *Hom. Batrachomyomachia*, p. 29. nr. 203. *Ilias*; in Biblioth. *Laudi*, p. 56. nr. 731. Iliad. α. et β. cum ſcholiis graecis. — In cat. bibliothecae collegii Oxon. ibidem *tres* numerantur Hom. codices. — (*T. J.* in Ecloga Oxon.-Cantabrig. ſiue Catal. MSStor. etc. Londini, 1600. 4. p. 47. MSS.

collegii Corporis Christi Oxoniae, nominat *Scholiasten* in Homerum, gr.) Ibidem in bibliotheca *Cantabrig.* collegii Caio-Gonuillensis, p. 115. nr. 949. Exegesis *Odysseae*. Collegii S. *Benedicti*, p. 131. nr. 1277. ſ. r. *Opera*, cum duabus picturis et quibusdam epitaphiis. — Ibidem, tom. II. in biblioth. *Weſtmonaſterienſi*, p. 27. nr. 61. ſ. 1151. vita Homeri. In biblioth. *Etonenſi*, p. 48. nr. 1876. *Homeri* quaedam. — Inter *Voſſianos* MSS. codd. ibidem p. 69. nr. 2223. ſcholia in Boeotiam Homeri, et nr. 2580. *Batrachomyomachia*; inter MSS. *Thomae Galei*, p. 192. nr. 6135. *Homerus* cum membranis collatus in vtroque opere, graece. — Inter codd. *Ed. Bernardi*, nr. 7392. Ilias. — In Biblioth. collegii S. Trinitatis, *Dublin.*, nr. 507. p. 34. *Iliados* primi libri metaphraſis, nr. 820. p. 820 *Homeri* orationes. — In Catalogo Biblioth. reg. MSS. *Pariſ.* codd. *Iliados* ſedecim, *Odyſſeae* ſeptem, *Hymnorum* tres, *Batrachomyomachiae* quatuordecim, praeter ea *Galeomachiae* vnus, et Centonum vnus exſtant; potiores, credo, ſupra iam indicati ſunt. conf. *Villoiſon.* Prolegg. Homer. p. 45 ſq. not. et Prolegg. ad Apoll. p. 72 ſq. — De *Lipſienſi* cod. eiusque Apographo Hamburgenſi v. praeter alios Wolf. in Obſeruatt. Miſc. Bat. V, II, p. 153 ſq. et Müller. in Biblioth. Crit. et phil. vol. I. Faſc. II. p. 231 ſq. In Biblioth. Caeſarea *Vindobonenſi*, teſtibus *Lambecii* commentariis, lib. IV. tom. IIII. col. 508. *Batrachomyomachia*, cum antiquis graecis ſcholiis. In libro et tomo VII. cod. 128. nr. 5. p. 502. eſt cod. *Io. Diaconi*, cognomine *Tranquilli*, alias *Pediaſimi*, Allegoria anagogica in quatuor primos libri quarti Iliados Homeri verſus. De aliis codd. eiusdem bibliothecae ſupra diſputatum eſt. — In cod. 387. *Coislinianae* bibliothecae a Montfaucon. editae p. 598. hi occurrunt ἐπιμερισμοὶ κατὰ στοιχεῖον τοῦ Ὁμήρου. — — In Bibliothecae *Leidenſis* catalogo enumerantur ſequentes MSS. codd. p. 332. nr. 181. *Conradi Rittershuſii* collectanea Homerica; p. 394. nr. 64. eſt celebris ille codex Homeri Leidenſis cum ſcholiis: (de quo copioſe dixit Valcken. diſſ. de ſchol. ined. in Hom. p. 92. ad calcem Virgilii cum Gr. Scriptt. collat. Leov. 1747.) p. 398. nr. 59. ſunt ſcholia in Boeotiam Homeri. De Amſtelodamenſi et aliis vid. Waſſenbergh. praef. ad paraphr. Hom. p. 7 ſq. — In Biblioth. *Patauina* eſt, teſte *I. Phil. Tomaſino*, p. 24. *Homeri Odyſſea* ex tranſlatione Manuelis *Chryſolorae*, vel potius alicuius indocti. In eadem *Tomaſini* bibliotheca Veneta, (Vtini, 1650. 4.) *duodecim* Hom. codd. varii generis nominantur. — In bibl. *Norimbergenſi* publ. eſt quidem codex *MS Operum Hom.* II. tom. at a Carolo Stephano an. 1552. ſcriptus. — In bibl. *Vratiſlauienſi* eſt *Ilias* cum ſcholiis mstis. — In bibl. *Guelferbytana Homerus*, teſte Montfaucon. — In Bibl. acad. Altorfina eſt cod. ms. *Batrachom.* — In Catal. graecorum codd. bibliothecae elector. *Bauar.* ſunt p. 80. cod. 222. chart. fol. Homeri *Batrachom.* et *Ilias* cum ſcholiis interlinearibus, et p. 84. cod. 248. chart. fol. *Homeri* rhapſodiae. — In Biblioth. *Auguſtana*, ſecundum *Reiſeri* indicem MSStorum bibl. illius, pag. 63. nr. 50. *Ilias* a libro V. vsque ad finem. — In Biblioth. Eliſabetana *Wratiſlauienſi*, teſte Gottlob. Krantzio Cat. ſ. Memorabil. illius bibl. p. 88. *Homerus*, aliquot codd. cum *Euſtathii* commentario. [Vnum ex Vratiſl. contulit Bauerus in vſum Erneſtii. Manu ille Mich. Apoſtolii ſcriptus. vid. Praef. ad tom. V. p. VIII ſq. Reliqui miſſi nuper Heynio V. I. ſunt.] Vt omittam codices qui in recto libro, *Montfauconii* Bibliotheca bibliothecarum MSS. et in *Sylburgii* catal. MSS. Palatinorum enumeratos, quoniam nec omnes, qui in Palatina bibliotheca aſſeruabantur, codd. Romam ſunt tranſlati, nec ii, qui ab interitu vindicati, ibi in Vaticana bibl. (vbi teſte Montfaucon. ſunt codd. Iliados et Odyſſeae) cuſtodiuntur, eundem obtinent ordinem. Atque multi alii codices Homeri in aliis latent bibliothecis. De Moſquenſi codice partis Iliadis cum ſchol.

Porphyrii

Porphyrii et aliorum ſaec. XIV. ſcripto vid. Matthaei V. C. praef. ad Syntipae Perſae fabulas LXII. accedunt Scholia inedita Porphyr. etc. ad Iliad. Ω. Lipſ. 1781. Ex libro ſcripto eundem V. D. Scholia ad Iliad. τ. edidiſſe tribus Commentatt. Dresd. et Miſenae 1786. 4. ſupra iam monitum.

Enimuero, quamquam immenſa fere vis eſt codicum msstorum Homericorum: hi tamen parum valent ad poetam ipſi reddendum. Nam neque Iliada, neque Odyſſeam, prouti ex ingenio oreque, aut a manu Homeri profectae ſint, ex illis codd. accipere poſſumus. Neque ſecundum prima exempla, quomodo primum, litteris nondum perfectis, needum plenis, fuerint exaratae, poſſunt reſtitui. Noua enim Graecorum ſcriptura et pluribus litteris inuentis, variae vt orirentur mutationes, neceſſe fuit. Textus vero valde corruptus aut interpolatus erat per rhapſodos, (vid. *Villoiſoni* Prolegg. Homerica pagg. 34. 35. et 56. 57.) per metaphraſium etc. auctores atque antiquiſſimos recenſionum conditores aliosque aut incuria librariorum. Atque hic mihi commode inſerenda videntur, quae cel. *Villoiſonius* in litteris nuper (menſ. Iul. 1789.) ad me datis, docte notauit, et addenda bene duxit. „Daniel Heinſius de Tragoediae conſtitutione p. 167. et 168. edit. ſecundae Lugd. Bat. 1643. Virtutes vterque (Sophocles et Virgilius) Homericas expreſſit: ſordes et ineptias grammaticorum praetermiſit, quae non pauca nunc a mala manu in auctore maximo occurrunt. Quam exiguus eſt Ariſtotelis, qui hodie exſtat, de poetica libellus? et tamen loca aliquot ab eo adducuntur, quae in noſtra non inuenias editione; vt de Plutarcho aliisque nihil nunc dicamus. Quid cenſes? Carnifices profecto iſti non Homerum nobis, ſed Homeri vmbraticam imaginem dederunt, dum pro ſuo quisque arbitrio aut mutant, aut reponunt, aut eiiciunt, quae libet: quorum qui religioſi maxime videri voluerunt, verbis, quae leguntur alibi poetae, ſingulos defectus, prout occurrebant, aut lacunas ſuppleuerunt, vnde tot inſerta et inepta hemiſtichia, quae nihil minus quam cohaerent, vt mihi optima Homeri editio Virgilianum poema videatur. Hactenus Daniel Heinſius. His addo diſertum *Aeſchinis* teſtimonium, qui in oratione contra Timarchum p. 141. tom. III. edit. Reisk. Καὶ τὸν Ὅμηρον πολλάκις ἐν τῇ Ἰλιάδι λέγοντα, πρὸ τοῦ τι τῶν μελλόντων γενέσθαι·

Φήμη δ᾽ εἰς στρατὸν ἦλθε. —

vbi *Taylor:* „multa apud veteres occurrunt, quae in vulgata Homeri editione non reperiuntur. Dixi alibi: Hoc tamen mirum eſt, quod dicat Aeſchines has voces *ſaepenumero*, πολλάκις, in Iliade legi, quum nusquam hodie apud eum occurrant. Infra idem ibidem *Taylor* p. 152. varietatem, non profecto leuem, qua ab editionibus Homeri diſcedit Aeſchines, ſatis cum diligentia, non tamen ſumma, adnotarunt Homeri editores. Hactenus *Villoiſonius*, V. C. Plures tamen in textu mutationes olim iam factae ſunt per manus emendatrices criticasque Alexandrinorum doctorum. Ad illas aliquantum cognoſcendas et ad perſpiciendum, quo modo critici veteres Homerum intellexerint et diiudicarint, aut qua ratione tractarint ſiue rem criticam Homeri ſiue lectiones dubias falſasue, permultum conducit codex Venetus praeſtantiſſimus. Qua propter cl. *Koeppen*, (über Homers Leben etc. p. 51. vbi de critica poetae emendandi ratione erudite agit,) aſſentiri nequeo, arbitranti, textum, quo nos vti ſolemus, eum eſſe, qui ex ore quaſi cuiusdam rhapſodi fuiſſet exceptus et ſcripto conſignatus, in quem tamen fuiſſent ſenſim ſenſimque illatae grammaticorum emendationes, eum igitur eſſe contextum, quem grammatici dixiſſent τὴν κοινὴν, aut τὰς πάσας ἐκδόσεις. Nam inter rhapſodos antiquos et recenſiones atque exemplaria grammaticorum longum temporis

poris eſt interuallum. Quam corrupta fuerit textus iam tempore *Arati*, qui ipſe Homeri editionem curauerat, patet ex *Diogene Laertio*, lib. IX. ſect. 113. p. [illegible] ſqq. (ad quem locum vid. Menagium p. 440 ſqq.) Aratus enim a Timone interrogatus, quo pacto quiſpiam Homeri poema ἀσφαλῶς κτήσαιτο, ſine menda conſequi poſſet, reſpondiſſe dicitur, εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι καὶ μὴ τοῖς ἤδη διωρθωμένοις, *ſi antiqua incidat in exemplaria, non in ea, quae nuper emendata ſint.* Adde *Allatium* de patria Homeri cap. V. p. 107 ſqq.

Sed haec ſufficiant. Sequitur vt, quantum fieri poteſt, editiones ſecundum temporis ordinem recenſeamus aut enumeremus: qua in re opera que multum me iuuit humanitas atque ſtudium cel. *[illegible]*, ſuum indicem mecum communicantis. Partem hiſtoriae editionum criticae dedit *Erneſti* in praef. ad tom. I. Homeri. *Harl.*]

Homeri Ilias et Odyſſea vna cum Batrachomyomachia et Hymnis, graece mmm) primum vulgata eſt, (cum nullus ante liber magni momenti Graecus nnn) typis exſcriptus fuiſſet,) recenſente ad MSS. codices et Euſtathii inedito tunc commentarios, emendationesque ſuam gerente *Demetrio Chalcondyla* Athenienſi, accedente dexteritate alterius Demetrii, Cretenſis, typis pro illo rei typographicae primordio ſat luculentis, *Florentiae* An. 1488. fol. cum praefatione graeca Chalcondylae, et latina Bernardi Nerlii typographi ad Petrum Medicem, Laurentii filium: praemiſſo *Herodoto* ac *Plutarcho* de vita Homeri, et *Dionis Chryſoſtomi* diſſertatione LIII. [?] [Haec editio nullam habet paginarum et cuſtodis notam, nullum in fronte titulum; ſed ſtatim incipit ab epiſtola Bernardi Nerlii ad Petrum Medicem Laurentii filium. Epiſtola ſcripta eſt Florentiae nonis Ian. an. M. CCCC. LXXXVIII. Demetrius Chalcondyles in epiſtola, quae ſequitur, graece ſcripta, conqueritur, Batrachomyomachiam et Hymnos a librariis praecipue eſſe corruptos; ſingulis rhapſodiis praemiſſa eſt ὑπόθεσις ſ. argumentum. Conſtat vero duobus voluminibus. Permultae ſunt in hac editione lectiones bonae, quae tempore poſtea neglectae ſunt; hinc ab Erneſtio ad textum Homeri melius conſtituendum vtiliter eſt collata; diligentiorem tamen adhuc meret curam ad comparandam illam cum reliquis, quam-vis

mmm) Editiones Graecas Homeri, quibus adiuncta ſcholia Didymo tributa, vel Euſtathii commentaria paulo ante memoraui, cum de Didymo et Euſtathio agerem. Caeterum hanc Florentinam editionem non vsque quaque obuiam vſurpare mihi licuit ex Bibl. *Eſdrae Edzardi*, cuius humanitate eo nomine gratias conceptiſſimas ago. Primum hunc fuiſſe librum alicuius momenti, qui graece typis exſcriptus fuit, teſtatur *Chalcondylas* in praef. his verbis: Ἐπεὶ δὲ [illegible] μὲν πάλαι κοινὸν ἀγαθὸν τοῖς φιλολόγοις τε καὶ σπουδαίοις εἰς εὐπορίαν βιβλίων λατινικῶν, λέγω δὲ τὴν τούτων ἐντύπωσιν, [illegible] δὲ τοῦτ' αὐτὸ καὶ τοῖς ἑλληνικοῖς βιβλίοις, [illegible] μέχρι καὶ νῦν ἑαυτὸν εἰς τοῦτο καθεῖναι, ὅτι καὶ λόγου ἄξιον, [illegible] τῶν [illegible] ἐκ τῆς περιφανοῦς πόλεως Φλωρεντίας [illegible] [illegible] καὶ φιλομαθῶν τε καὶ φιλελλήνων, δύο μὲν [illegible] Βερνάρδος καὶ Νήριος τοῦ Νεριλίου, τρίτος δὲ [illegible] αὐτῶν Ἰωάννης ὁ Ἀκκιόλος, [illegible], ὅπως ἐπιτηδεία τινὶ ἀνεφάνησαν [illegible] μάλα [illegible] εἰς τόδε τὸ ἔργον. *Fabric.* Eſt quoque exemplar in biblioth. publica Noribergenſi, quod etiam mihi licuit vſurpare. Adde *Maittaire* An. Typ. vol. IV. part. I. p. 49 ſqq. 102. *Goetzii* Memorab. bibl. Dresdenſis. tom. I. p. 53. *Com. de* [illegible] Catal. p. 1. *Struuii* Biblioth. litter. p. 2189. *Bure* Bibliogr. Inſtruct. B. L. nr. 2493. p. 224 — [illegible] *Boivin* in Hiſt. de l'Ac. des I. et B. L. vol. V. p. [illegible] ſqq. agit de exemplo quodam illius edit. manu et ſcholiis Guil. Budaei ornato, et de aliis exemplaribus. *Harl.*

nnn) Ante Homeri edit. excuſa fuerunt [illegible] Conſtantini Laſcaris grammatica 1476. Me[illegible] Pſalterium, 1481. ib. 4. et Venet. 1486. Bat[illegible] ib. 1486. 4. Homeri edit. Florent. in Membran. habuit Magliabechius, aliud exemplar cum [illegible] MSStis Roſtgaard.

vis in illa editione non pauca ſint, quae incuria vel ſudit, vel non ſuſtulit. Quaedam exempla in membrana ſunt excuſa.

Hanc editionem ita expreſſit *Aldina* I. 1504. 8. II. tom. graece, vt in rebus tantum minutis Florentinam defereret, aut operarum negligentiam proderet, v. *Erneſti* praef. (*Maittaire* in An. Typ. Ind. v. Hom. a 1503. cum ſtellula notat.) quaedam exemplaria ſunt in membrana excuſa. conf. *Goetzii* Mem. Bibl. Dresd. I. p. 116.

Homeri Ilias tom. I. — *Odyſſea. Batrachomyomachia, Hymni* XXXII. tomus II. Aldus. In calce: *Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Aſulani, ſoceri.* M. D. XVII. menſe Iunio. 8. Haec Aldina II. ſiue Bentii ſiue alius ſedulitate atque ingenio, adeo frequenter mutata eſt, vt noui textus exemplum eſſet. v. *Erneſti* l. m. — Editio *Aldina*, in 8. gr. ſine anni indicio occurrit in Catal. Askew. et notatur a *Pinello* in verſione libri Harwood italica, Proſpetto etc. p. 1. et *Goetzio* in Mem. Bibl. Dresd. II. p. 115.

Homeri Ilias Florent. apud Iuntam 1519. 8. eſt repetitio Aldinae II.

Homeri Ilias — Odyſſea etc. Aldina III. cum ſchol. Didymi opera Franc. Aſulani, Venet. 1521. II. vol. 8. Bibl. Erneſti, 158. In Erneſti tamen praefatione ad Homerum illa non memoratur. At in Bibl. Sarraziana p. 90. nr. 1309. librorum in 8. ita adfertur editio, vt contextus Homeri graecus abeſſe videatur. *Interpretationes et antiquae et perutiles in Homeri Iliada, nec non in Odyſſea:* gr. Venet. apud Aldum. 1521.

Hom. Opera, gr. Louanii apud Theodorum Martinum Aloſtenſem. 1523. (qui annus in Odyſſea exprimitur.) 4. II. tom. Editio quidem eſt rariſſima, ſed e Florentina ducta v. *Erneſti* praef. ad Homerum p. V. Exemplum biblioth. electoralis Dresd. ab initio, vt videtur, eſt mancum. *Fabricius* adtulerat Louanienſem Odyſſeae, Batrachomyomachiae et hymnorum, an. 1535. 4. (apud Reſcium.) quae tantum repetitio prioris fuiſſe videtur.

Hom. Opera, gr. Venetiis, in aedibus Aldi. 1524. 8. II. voll. Hanc vocat Erneſti in praefatione Aldinam tertiam. Ea autem ex editione II. Aldina fluxit, praemiſſae tamen ſunt Homeri vitae Herodoto et Plutarcho tributae, quae deſunt in Aldina II. Illas excipit eadem Aldi epiſtola, quae ſecundae edit. praefixa legitur. Huius et ſecundae edd. exempla penes me ſunt. Exemplum edit. II. Aldinae cuſtoditur in Bibl. Vinarienſi ducali cum notis criticis a manu Henſlii doctiſſima ad tomum poſteriorem, paſſim quoque ad priorem adiectis, ex optimo Veſpaſiani Gonzagae Columnae codice Sablonetenſi excerptis et a cl. *Villoiſonio* promulgatis in illius *Epiſtolis Vinarienſibus,* Turici. 1782. 4. a p. 40 vsque ad p. 60.

Hom. Opera, curante *Io. Lonicero*, Argentor. 1525. apud Wolf. Cephalaeum 8. Calci adhaerent variae Florentinae et vtriusque Aldinae edd. lectiones teſte *Hambergero*, et in Bibl. cl. Schwarzii, Profeſſ. Altdorfini.

Hom. Opera apud Aldum. 1528 8. apud Fabricium l. noſtro.

Hom. Opera cum interpretatione *Didymi*, Baſil. 1531. fol. teſte catalogo quodam Osborn.

Hom. Opera graece, *Argentor.* apud Wolfgang. Cephalaeum. 1534. 8. II. tom. poſt Odyſſeam. in meo quidem exemplo reperitur vita Homeri, Herodoto et Plutarcho tributa, cum Dionis Chryſoſtomi oratione de Homero. Ineſt, vti in editione Loniceri, collectio lectionum variarum.

Hom. Ilias et Odyſſea, graece cum vet. graecis ſcholiis, *Ioach. Camerarii*, Baſileae, apud Io. Heruagium. 1535. min. fol. Calci adhaeret *Annotatio locorum, quibus Aldino, quod fere ſecuti ſumus, cum Florentino non conuenit.* Io. Lud. Bünemann in Catal. MSS. et librorum

rariſſimorum

rariſſimorum p. 44. hanc editionem nominat nitidam, accuratam et rariſſimam; errat vero. quod cum Boeclero ſcholia adtribuit Camerario.

Hom. Opera, gr. Louanii, apud Reſcium, 1535. 4. II. voll. v. Catal. Askew. p. 70. Singula volumina crebrius occurrunt ſeparatim quam iunctim.

Hom. Opera, ab *Antonio Francino*, Venetiis apud Luc. Anton. Iuntam 1537. II. tom. 8. Catal. *Askew*. p. 76. Cat. *Pinelli* II. p. 277. Bibl. *Sarraſiana* part. III. p. 90. v. quoque Pinellum ad verſionem Harwoodiani libri italicam, Proſpetto di varie Edizioni degli Autori claſſici gr. e latini, Venet. 1780. p. 1. *Crevennae* Cat. III. part. p. 116. Haec eſt claſſica editio, cum Venetis codd. collata, et caſtigata, ita vt Francinus in epiſtola ad lectores glorietur, poetae textum neque purgatiorem neque emendatiorem antehac fuiſſe. Haec eſt editio, quam *Dorvillius* in *Vanno critica* p. 390. vocat *accuratiſſimam*, (in Bibl. Sarraſ. quoque nominatur editio omnium accuratiſſima et in maximo pretio:) quod iudicium Erneſti in Praef. Homeri p. X. de Florentina an. 1519. intelligens, haud recte vituperauit.

Hom. Opera, cum ſcholiis graecis Didymi et Camerarii. Baſil. 1538. 8. Cat. biblioth. Verheyk. p. 14.

Homerus cum ſcholiis minoribus gr. diligenti opera *Iac. Micylli* et *Ioach. Camerarii* recognitus cum Porphyrii opuſculis. Baſil. apud Io. Heruagium. 1541. fol. min. (ſiue 4. magn. cum Porphyrii libellis — repetitus eſt textus ex edit. 1535. — tum editio recuſa eſt, vel probabilius titulus tantum eſt renouatus, Baſileae 1543.) In fronte exemplaris Vinarienſis et paſſim oſtendere annixus eſt vir quidam doctus, Homerum ex Hebraeorum fontibus hauſiſſe. In bibl. Dresdenſi electorali eſt exemplar cum manu Ioach. Camerarii, Wolfg. Meureri, L. A. Rechenbergii et aliorum.

Hom. Opera, gr. Argentorati apud Wolf. Cephalaeum, (edit. III.) 1542. 8. II. tomi. (curante Phil. Melanchthone) Primis tomi exemplum cum notis MSS^{tis}. eſt in Bibl. Dresdenſi electorali.

Hom. Opera, gr. et lat. cum commentario *Spondani*. Romae. 1542 fol. (ſecundum catalog. Osbornenſ. an. 1753.)

Hom. Opera, gr. Venetiis, apud Farraeum. 1542. II. voll. 8. Catal. bibl. Askew. p. 76.

Hom. Ilias et *Odyſſea*, cum comm. Euſtathii. Romae 1542 ſqq de qua aliisque editionibus iam ſupra egimus.

Hom. Opera, gr. Pariſ. apud Colin. 1543. 8. Bibl. Askew. p. 81.

Hom. Opera, gr. Argentor. (edit. IV.) apud Wolf. Cephalaeum. 1550. 8. II. tom. Huic quartae edit. praemittuntur *I. Guntheri*, Andernaci, praefatio et index rerum ac verborum memorabilium.

Memoratam legi edit. *Venetam* ſine anni nota, in 8. cum praefatione *Bernardini Feliciani*. — At in Catal. *Pinelli* tom. II. p. 277. extitat editio *Bern. Feliciani*, gr. Venetiis, de Sabio 1551. in 8. II. tom.

Homeri. Ὁμήρου ἅπαντα — *Opus vtrumque Homeri Iliados et Odyſſeae, diligenti opera Iacobi Micylli et Ioach. Camerarii recognitum. Adiecta etiam eſt eiusdem Batrachomyomachia, Porphyrii philoſophi homericarum quaeſtionum liber. Eiusdem de Nympharum antro in Odyſſea opuſculum.* Baſileae per Ioan. Heruagium. 1551. fol. II. voll. cum *Didymi antiquiſſimi interpretatione*, vt in fronte tomi II. ſcriptum eſt. Margini autem adſperſae ſunt lectionum et annotationum et ſcholiorum variae. Eadem eſſe videtur editio, cui forſan vitio operarum an. 1552. in Bibl. Ludwig. nr. 1456. adſignatus eſt.

Hom.

Hom. Opera, quae exſtant, omnia, graece, adiecta verſione latina ad verbum ex diuerſis doctiſſimorum virorum tranſlationibus concinnata. Baſileae per Nic. Brylingerum et Barthol. Calybaeum. 1551. fol. v. *Goetzii* Memor. bibl. Dresd. tom. II. p. 116. Editio Maittario et Fabricio incognita.

Hom. Opera, gr. et lat. — Acceſſerunt auctoris vita et duo inſtructiſſimi rerum et verborum indices. Baſileae apud Nic. Brylingerum et Barthol. Calybaeum. 1553. fol.

Opus vtrumque Homeri, Iliados et Odyſſeae etc. (Reliqua, vti in edit. Baſil. an. 1541.) — *omnia graece.* Baſil. per Io. Heruag. 1557. fol. cum prooemio *Ioach. Camerarii.* conf. Bünemanni Catal. MSS. et libr. rariſſ. p. 51.

Ilias, Odyſſea, Batrach. et Hymni, graece. Atrebati, e typogr. Io. Criſpini. 1559 (1560.) et 1567. in 16. (24.) II. voll. v. *Creuennae* Catal. vol. III. part. I. p. 116.

Eadem carm. gr. cum lat. verſione ad verbum. Ibid. apud eumdem, 1560 et 1567. II. voll. 16. In Bibl. regia Pariſ. et *Pinelli* Catal. II. p. 277. it. bibl. Thottian. tom. IV. p. 354. In Catal. Bibl. Duc. de la Valliere II. p. 62. memoratur ed. Genevae e typ. I. Criſpini 1560. VI. voll. in 12.

Homeri Opera graeco-latina, quae quidem nunc exſtant, omnia, h. e. Ilias etc. Praeter ea Homeri vita ex Plutarcho cum latina item interpretatione, locis communibus vbique in margine notatis expreſſis. In haec operam ſuam contulit Sebaſtian. Caſtalio, ſicuti in praefatione verſo mox folio videre licet. Baſileae. per Nic. Brylingerum. 1561. fol. — item ibid. 1567. fol. apud heredes Brylingeri.

In Iliade ſequutus eſt exemplum a Criſpino, typographo Geneuenſi anno ſuperiore expreſſum. In Odyſſea autem et ceteris ſe, ſcribit, graeca infinitis locis deprauata emendaſſe, latina vero, praecipue in Odyſſea, ita correxiſſe, vt innumeris in locis non tam correctorem, quam interpretem praeſtiterit.

Fabricius adtulit edit. *Hom. Operum* Pariſienſem apud Morellum an. 1562. 1584. 4. *Maittaire* in A. Typ. III. part. II. p. 727. *Iliadem* tantum, gr. an. 1562. apud Morell. memorat.

Nouam curam in emendando *Iliados* textu adhibuit *Adr. Turnebus* in edit. Pariſ. 1554. 8. graece. quae baſis aliarum facta eſt. v. *Maittaire* An. Typ. tom. III. part. II. p. 647. qui in nota. ſe teſtatur, vidiſſe Turnebianum Iliadis Homericae codicem, ad cuius finem adnectuntur Homeri Batrachom. et Hymni, graece: eodem typorum genere, eodem in ſingulis paginis verſuum numero, eadem ante titulum florulenta decoratione, quae Iliadis initio praeponitur, et coniicit, fuiſſe aut interiectam Odyſſeam aut aliquando interiiciendam.

Hom. Opera, graece, Wormatiae apud hered. Wolfg. Cephalaei. 1563. 8. II. voll.

Nouam vero editionum claſſem duxit, et, vt ait in praefatione, multa ex vetere quodam codice atque *Euſtathii* commentario (quem tamen a Stephano negligentius fuiſſe tractatum Barneſius in praefat. ad ſuam editionem adfirmat,) correxit, varias lectiones adſcripſit margini, plures vero vna cum coniecturis atque expoſitionibus in ſubnexis notis protulit *Henr. Stephanus* in opere vt egregio, ita raro:

Poetae graeci principes heroici carminis etc. 1566. fol. tom. I. gr.

Stephanianam, (quam reliqui editores vt plurimum ſequuti ſunt, a paucis hinc inde lima adhibita.) in graecis, et in latinis Criſpini edd. ſequutus eſt *Giphanius*, qui epigraphas ſingularum rhapſodiarum ſ. particularum ex Euſtathio repetiit, eas vero Venetiis initio cuiusque rhapſodiae deſcriptas ſe vidiſſe, ait in praefatione, in vetuſtiſſimo codice in bibliotheca Antoniana, et cum breuibus paucisque ſcholiis cum criticis, tum maxime exegeticis:

Homeri Ilias ſeu potius omnia eius, quae quidem extant, opera. Studio et cura Ob. Giphanii, I. C. quam emendatiſſime edita, cum eiuſdem ſcholiis et indicibus nouis. Argentorati. Excud. Theodoſius Rihelius, mai. 8. ſine anni nota. Duplex vero Giphanii editio aut forſan eiusdem duplicia exempla apud Rihelium exſtant, ſine anni nota, cum eadem vero dedicatione, quae in elegantiore edit. ſcripta eſt A. D. XIIII. Kal. April. in altera minus venuſta ſcripta eſt Argentorati XIIII. Kal. April. an. D. cIↃIↃLXXII. ſecundum Catal. bibl. Thuanae, part. II. p. 261. an. 1564. 8. II. voll.

Aliam edit. *Baſileae* impenſis Theod. Rihelii, ſine anni indicio exſtare in 8. II. vol. notauit cel. Adelung: at certiorem habet notam editio:

Homeri, quae exſtant, omnia, praeter operam Seb. Caſtalionis, nunc ad poſtremam H. Stephani editionem — collata. Baſileae ex officina Brylingeriana. 1582. II. voll. 8. (conf. Fabr. §. XIX. vbi aliae commemorantur editiones.)

Homeri quae exſtant omnia, graece, cum verſione latina et perpetuis *Io. Spondani* commentariis. Acceſſ. *Pindari* Epitome Iliados, latinis verſibus et *Daretis* Phrygii de bello Troiano libri. Baſileae apud Euſeb. Epiſcopium. 1583. fol. — repet. Baſil. apud Henr. Petri. 1606. fol. — gr. et lat. Aureliae Allobrog. eodem anno, in *Iac. Lectii* Corpore poetar. graecor. fol. p. 1 — 444.

vid. *Goetz.* Memor. bibl. Dresdenſ. tom. II. p. 116.

Hom. Opera, gr. et lat. apud Henr. Stephan. 1589. II. voll. 12. (in Cat. *Pinelli* II. p. 278. an. 1588. in 16.) — ibid. *Hom. Opera* gr. lat. excud. Paullus Stephan. tom. II. 1604. in 16.

Hom. Opera, graece, vna cum *Coluthi* raptu Helenae et *Tryphiodori* Ilii excidio. apud Euſtath. Vignon. 1609. 12.

Eadem editio, cum latina verſione *Aemilii* et *Franc. Porti*, apud eumdem, 1609. 12. (8.) II. voll. — typis M. Berjon. 1621. II. voll. in 16.

Hom. Opera, gr. (Pariſiis) apud Morell. et Libert. 1620 ſqq. V. voll. 4. Editio rariſſima. v. Catal. bibl. *Askew.* p. 70.

In catalogo quodam Osborn. eadem editio, at an. 1616. ſignata legitur indicata; vtrum igitur reuera huius anni editio exiſtat, an operarum tarditati ſit adſcribenda, equidem definire non auſim.

Hom. Opera, gr. et lat. cum notis *Henr. Stephani.* Pariſ. apud Io. Libert. 1622. II. voll. 8. vid. Biblioth. *Askew.* p. 76. et *Barberin.* I. p. 546.

Homeri Ilias, Odyſſea et alia carmina cum interpretatione latina. acc. Homerici centones et prouerbialium Homeri verſuum libellus. Paris. 1622. 1624. II. voll. 12.

vid. Catal. Bibl. *Baumgarten.* part. III. p. 363.

Hom. Opera, cum interpretatione latina. Editio poſtrema diligenter recognita a *I. T. P.* Amſtelod. ſumtibus H. Laurentii, 1648. 8. II. voll. et 1650. vid. *Pinelli* Catal. II. p. 278 nitida eſt editio: ex Stephaniana repetita.

Hom. Opera, cum interpretatione lat. adiecti ſunt *Homerici centones* et breues notae marginales. Amſtelod. apud Ioan. Rauenſtein. 1650. 8. II. voll.

Hom. Opera, gr. et lat. cum ſcholiis Didymo tributis. II. voll. 4. Lugd. Bat. apud Elzevir. 1656. de qua edit. vid. ſupra, cap. III. §. 6.

Hom. Opera, gr. et lat. cura *Seb. Caſtalionis.* Baſil. 1661. fol.

vid. Catal. bibl. *Askew.* p. 72.

Ilia

Ilias et Odyſſea, gr. et. lat. Cantabrig. Io. Hayes. 1664. II. voll. 8.

Hom. Opera, gr. cum ſcholiis *Didymi*, Oxon. 1676. II. voll. 8.

Hom. Opera, curante *Bond*. Amſtel. apud Elzeuir. 1676. 8.
vid. Catal. bibl. *Askew*. pag. 81.

Hom. Opera, gr. et lat. cum comment. *Spondani* Baſil. 1686. fol.

Hom. Opera, gr. et lat. cur. *Io. Barnes*. Cantabrig. 1694. fol.
conſ. Biogr. Britanniq. v. *Barneſ*. et *Marchand* Diction. part. I. p. 59 et 60.

Hom. Opera, curante *Rutgerſio*, Trai. ad Rhen. apud van de Water, 1699. II. voll. 8. vid. Cat. Bibl. *Askew*. p. 81.

Nitida et correcta eſt editio minor, gr. et latina: *Oper. Hom.* graeca ad principem H. Stephani, vt et ad Demetrii Chalcondylae edit. atque ad cod. MS. excuſſa, curante *Io. Henr. Lederlino*, et. poſt huius mortem, abſoluente et praefante *Steph. Berglero*. Amſtel. 1707. II. voll. 12. conſ. Acta Erud. Lipſ. an. 1712. m. Iul. p. 318 ſqq.

Nouam quodammodo recenſionem inchoauit *Barneſius*, neque vero auibus ſemper fauſtis, cum in contextu conſtituendo, tum in primis in ſcholiis, in quibus non ſatis caute ſibi cauit a fraude et laciniis Schreuelii: notae non ſunt admodum eruditae. Inſcriptio autem haec eſt editionis tam ſplendidae quam rarae:

Ομηρε etc. *Homeri Ilias et Odyſſea, et in eaſdem ſcholia, ſiue interpretatio veterum. Item notae perpetuae in Textum et ſcholia, variae lectiones etc. cum verſione latina emendatiſſima. Accedunt Batrachomyomachia, hymni et epigrammata, vna cum fragmentis et gemini indice. Totum opus cum plurimis MSS. vetuſtiſſimis et optimis editionibus collatum, auctum, emendatum et priſ. ac integritati reſtitutum. Opera, ſtudio et impenſis Ioſ. Barnes*. S. T. B. in academia Cantabrigia regii graecae linguae profeſſoris. Cantabrigiae apud Cornel. Crownfield 1711. 4. II. voll.

Se in praefatione iactitat, textum ipſum innumeris in locis expurgatiorem, nec paucis verſionem puriorem exhibuiſſe, et multa alia de ſuo Homeri amore ſuaque opera atque huius editionis virtutibus ac praeſtantia gloriatur. Codices autem conſuluit 1) antiquiſſimum Iliados atque Odyſſeae, qui eſt in collegio collegii corporis Chriſti, Cantabrigiae. 2) Iliados a Io. Moro communicatum. 3) Laudianum Iliad. α' et β'. in Bibl. Bodleiana, 4) Baroccianum nr. 203. Iliados. 5 — 7.) Barоccianos Batrachomyomachiae. Scholiorum vero ad Odyſſeam exemplar MS. vnicum neque integrum, et excerpta ex Aloyſii Alemanni ſcholiis MSS. in totam Odyſſeam habuit. Tum fragmenta conquiſiuit plura. Quamquam multa bona inſunt in hac editione, laude ſua non omnino defraudanda, multa tamen vulnera adhuc intacta needum ſanata remanſerunt, et alia commiſſa ſunt aut omiſſa, quae cenſorum atque eruditorum ſubtilitati haud ſatis fecerunt. vide *Bergleri* cenſuram in Actis Eruditor. Lipſ. an. 1712. p. 3 ſqq. 54 ſqq. 308 ſqq. *Clerici* Biblioth. ſelect. tom. 22. p. 241. etc.

Homeri Ilias et Odyſſea, gr. Oxon. 1714. II. voll. 8.

Homeri Ilias graece et latine. Annotationes — ſcripſit atque edidit Samuel Clarke. S. T. P. vol. I. II. Londini 1729. (de qua edit. v. Acta erudit. Lipſ. an. 1730. p. 1. Bibl. raiſonnée, tom. III. p. 210. Journ. liter. tom. XIII. p. 475. State of Rep. letters. 1729. p. 53. 1733. p. 97.) — 1732. 4. — *Editio ſecunda*, ibid. 1754. 4.

Hom. Odyſſea, gr. et lat. Item Batrachomyomachia, hymni et epigrammata, Homero vulgo adſcripta. Edidit annotationesque, ex notis nonnullis MStis a Samuele Clarkio S. T. P.

 defuncto

defuncto relicta, partim collectas, adiecit Samuel Clarke, S. R. S. vol. I. II. Lond. 1740. 4. repet. Londin. 1754. IV. tom. II. voll. 4. — 1763. 4. IV. voll. Editio noua Homeri Clark. prodiit 1779.

Opus ſplendidum: at prima editio eſt correctior quam ſecunda: nec alteri Iliados tomo editor, inter ea mortuus, manum adhibere potuit vltimam: quo factum eſt, vt primus ille Iliados tomus maiorem praeſtet reliquis. Nouam vero recenſionem non inſtituit Clarkius, nec libris ſcriptis, nec rite legitimeque editionibus veteribus vſus. Textus quidem Barneſianus aut Schrevelianus baſis eſt Clarkianae editionis. Clarkius tamen multis locis facit diſceſſionem a Barneſio, vbi hic aut proſodiae graecae inſcitia aut alia qua de cauſſa peccauit in textu Homeri mutando. Rarius admiſit coniecturas ſuas in contextum: frequenter tamen diſſerit de varia lectione. Hic in notis iuſto copioſior eſt de proſodia graeca eiusque et aliis grammaticae, interdum minutioribus, praeceptis. Praeter ea diligenter comparat Virgilium aliosque: ſenſum ac pulcritudinem orationis et vim vocabulorum, maxime particularum crebro beneque explicat; ſcholia praeſertim in altera editione ſaepe excerpuntur. Attamen multa deſiderantur, quae ad intelligendum poetam, quae poetam, ad pernoſcendam homericae aetatis ac poeſeos indolem formamque, vniuerſe ad plenam abſolutamque *Homeri* editionem requiruntur.

Textus *Homeri*, a Clarkio formatus, aliquoties repetitus eſt, gr. et lat. Amſtel. 1743. 12. II. voll. Cenſor in Nou. actis Erudit. menſe Dec. 1743. ait p. 687. Editorem Amſtelod. 1743 Clarkianam in rubro, Berglerianam vero edit. camdemque depravatam, in nigro exhibuiſſe. — Oxoniae 1743. 1750. II. voll. 8. — Pariſ. 1747. II. voll. 12. (al. 8.) Ibid. 1750. II. voll. mai. 12.

Homeri Opera, gr. et lat. (at minus correcte,) opera *I. G. Hageri; Ilias* Chemnitii, vol. I 1745. repet. 1767. vol. II. 1753. 1778. II. voll. 8. — *Odyſſea,* etc. ibid. 1776. 1777. 8. II. voll. 1785. 8. Praemiſſa eſt notitia Homeri atque editionum. conf. Noua acta Erudit. menſe Dec. 1748. p. 686 ſqq.

Της του Ὁμηρου Ἰλιαδος, ὁ τομος πρωτερος — ὁ τομος δευτερος. Glaſguae, in aedibus academicis, excudebant Robertus et Andreas Foulis, academiae typographi. 1756. fol. — *Της του Ὁμηρου Ὀδυσσειας ὁ τομος πρωτερος — et ὁ τομος δευτερος,* cui ſubiuncta ſunt reliqua quae vulgo adtributa ſunt Homero. Ibid. 1758. fol. IV. voll.

Editio haec eſt ex editione Clarkiana an. 1729. expreſſa, at cum nitida, tum imprimis correcta. Singulas enim plagulas correctores ſexies, et quidem ter, antequam praelum reliquerat plagula, Iacob. Moor, litterarum graecarum Profeſſor, ac Georg Muirhead, litt. latinarum Profeſſor, ab operarum peccatis mendisque purgarunt.

Ὁμηρου ἁπαντα, h. e. *Homeri Opera omnia, ex recenſione et cum notis Samuelis Clarkii, S. T. P. Acceſſit varietas lectionum MS. Lipſ. et edd. veterum, cura I. Aug. Erneſti, qui et ſuas notas adſperſit.* Lipſiae, 1759 — 1764. mai. 8. V. voll.

Erneſti, a bibliopola rogatus, ad contextum recenſendum codice Lipſienſi et quibusdam antiquis editionibus vſus, varias lectiones, (non omnes quidem,) adpoſuit et in notis quaedam congeſſit, quae notis Clarkianis vel adſtruendis et confirmandis, vel corrigendis vel denique locis poetae obſcuris aut ſuſpectis proſiciunt. Batrachomyomachiae [illegible] ab [illegible]. Volumen quintum continet hymnos, epigrammata et fragmenta, quae Erneſti ipſe recenſuit, iisque varias lectiones, ſuasque notas, excluſis alienis adiecit: praeter ea addidit [illegible] Homeri et de Homeri [illegible], tum triplicem indicem; (atque poſtremus verborum in contextu a naeuis haud vacuus, eſt inſtar clauis homericae,) denique corrigenda et addenda in V. T. et notis et multa praeclare [illegible] in illis. In praefatione

ad

ad hoc vltimum volumen multus eſt de codice Vratislauienſi. Erneſti igitur, quamquam multa attulit ornamenta et vtilia ad meliorem Homeri intelligentiam praeſidia; tantum tamen abfuit, vt abſolutam curaret editionem, vt potius, quod ipſe faſſus eſt, futuro editori materiem tantum colligeret, ita vt tam commoda, quam, quantum fieri poteſt, perfecta editio, ſiue artem criticam ſpectes, ſiue legitimam et liberalem interpretationem, adhuc deſideretur. Atqui quae diligentia, cautio, atque ſollertia, quae ingenii, litterarum atque eruditionis copia requiratur ad perfectam Homeri editionem, quae in illa curanda ſint fugienda, quae facienda atque obſeruanda, ſcite periteque docet cel. *C. G. Heyne* in praefatione ad *Tychſenii* comment. de Quinti Smyrnaei Paralipomenis Homeri, Gottingae 1783. mai. 8. vbi quoque de editione Clarkio-Erneſtina aperte atque intelligenter iudicatur.

Homeri Opera, ad edit. *Bergleri*, Patauii, 1762. 8. II. voll.

Hom. Opera, cum interpretatione lat. *Raym. Cunichii*, Romae. 1776. fol. IV. voll.

Hom. Opera, graece et lat. Baſileae. 1779. 8. II. voll.

Homeri Ilias, ad exemplar maxime Glasguenſe, in vſum ſcholarum, diligentiſſime expreſſa. Pars prior, et poſterior. Halae Saxon. 1785. 8. graece, ſine notis, curante *Friderico Auguſto Wolf.* praefixa eſt *Ludolphi Kuſteri* Hiſtoria critica Homeri. Eſt admodum correcta editio, et noua quodammodo recenſio: nam doctiſſimus Wolfius non ſolum meliores librorum lectiones; ſed coniecturas quoque virorum doctorum reſcripſit, de quibus mutationibus multus eſt in erudita praefatione.

Homeri Odyſſea, cum Batrachomyom. hymnis et ceteris poematiis, Homero vulgo tributis, etiam nuper reperto hymno in Cererem, ad exemplar Glasguenſe in vſum ſcholarum diligentiſſime expreſſa. Part. I. II. ibid. graece. 1784. 8. eodem curante, eademque adhibita diligentia laudabili.

Carmina Homeri ſingula ſunt quoque ſeparatim edita. Editiones Batrachomyom. et Hymnorum ſupra iam enarrauimus. *Iliados* exempla haec fere ſunt; multarum edition. notitiam debeo humanitati cel. *Adelungii*: quamquam in his credo, nonnullas editiones eſſe tantum partes integri operis.

Ilias, ſeparatim.

Hom. Iliad. lib. VII. gr. apud Io. Vatellum. 1520. 4.

Iliadis Libri tres priores et initium quarti gr. ex ed. Ald. Manutii ap. Ald. (ſ. a.) 8. (cum paraphraſ. Theodori Gazae in Bibl. Reg. Paris.)

Sed de pluribus ſingulorum librorum edd. ad ſqq. §§. agitur.

Ilias, graece. Venetiis 1524. — ibid. 1537. 8. Bibl. Askew. p. 75.

Ilias, Florent. 1519. 8. cum notis MSSt. in Bibl. Barber. I. p. 545.

Iliadis Libri II. priores gr. cum adnotatt. Melchioris Volmarii Par. ap. Gilles de Gourmont 1523. 4.

Ilias, Venet. 1526. 4. cum figg. Bibl. Benteſ. litt. human. p. 59.

Ilias, gr. et lat. cum comm. Ioach. Camerarii. Argentor. 1540. 4. Bibl. Thuanae pars II. p. 262.

Ilias, Pariſ. 1550. 8. in Catal. quodam Osborn.

Iliad. libr. I. II. et VI. gr. et lat. Magdeb. 1573. 8.

Ilias, gr. apud Turneb. Pariſ. 1554. 8. et ibid. apud Guil. Morell. 1562. 4. vid. *Maittair.* A. T. III. p. 647 et 727. *Creuennae* Catal. tom. III. part. I. p. 119.

Ilias, cum orig. et exitu belli Troiani, *Coluth.* raptu Helenae et *Tryphiodori* Ilii excidio, gr. et lat. per *Franc. Portum*. Geneuae. apud Eustath. Vignon. 1580. 12. Catal. Bibl. Weidmann. p. 34. — et ibid. 1609. 12. in Catal. bibl. Thottian. part. IV. p. 354.

Iliados compoſitio. gr. Lugd. 1591. 4. in Catal. bibl. Barberinae. I. p. 545.

Ilias, gr. Londini apud Biſhop. 1591. 8. Bibl. Askew. p. 76. — Pariſ. 1616. 4. Bibl. Erneſti. p. 141.

Ilias, gr. Pariſ. apud Io. Libert. 1620. 4. cum variis lection. et ſcholiis graecis MSS. quae magni aeſtimantur, in Biblioth. Hohendorfiana. part. III. p. 285. proſtabat. pars integrae editionis eſſe videtur. In indice autem A. T. voc. *Homer*. p. 494. *Maittarius* profert: *Ilias* gr. et lat. interprete H. Stephano, cum centonibus. Pariſ. apud Io. Libert. 1622. 12.

Ilias, gr. et lat. Geneuae 1641. 8. (Catal. Osbornii.) — gr. Lugd. B. 1642. 8. vel 12. (ibid.) — gr. et lat. Cantabr. 1647. 8. (Catal. Oizel.) — ibid. 1648. II. vol. 8. (Catal. Osborn.) — gr. Amſtel. 1658. 8. vel 12. — Londini apud Field. 1664. 8.

Ilias, gr. cum ſcholiis gr. *Didymi*. Oxon. theatr. Sheldon. ſine anni nota. II. tom. 8. (in Catal. biblioth. Thottianae, tom. IV. p. 281. nr. 696. 97.) — e recenſione H. Stephani. ibid. 1675. 8. (in *Pinelli* Cat. II. p. 279.) ſ. 1676. (apud Fabricium noſtrum ex Catal. bibl. Bodlei. I. p. 593. et Catal. Reviczky, p. 7.)

Ilias, gr. et lat. Cantabr. Io. Hager. 1672. 8. (cat. bibl. Thottian. ibid. nr. 701.) — 1679. 1686. 8. ſecundum Catal. Osborn.

Ilias, gr. et lat. cum ſcholiis *Didymi* et noua verſ. variis lection. et emendation. Cantabr. 1689. 4. de qua editione vide §. VI. — Oxon. 1695. 4. (et 1696. atque 1698. 8. ſecundum Catal. Osborn.) — ibid. 1705. 8. II. voll. — gr. et lat. Londini 1706. et 1713. 8. (Catal. Osborn.) — graece, ſine ſcholiis Oxon. 1714. 8. (apud Bowyer, eod. a. ſecundum Catal. bibl. Bodleian. I. p. 593. et Pinelli. Cat.)

Ilias, gr. ac lat. curante *Michaele Maittaire*, Londini. 1721. 1722. 1747. II. voll. 8.

Ilias, gr. et lat. cum notis Clarkii, Londini. 1722. II. voll. 8. — 1728. 8. — ſecundum edit. Clarkii, Amſtel. 1734. 12. — gr. et lat. edit. *Sam. Clarkii*. Londini. 1735. II. voll. mai 8. — et ibid. 1774. tom. II. 8. — e theat. Sheldon. gr. Oxon. 1765.

Ilias, graece. excudebant Rob. et Andr. *Foulis*, Glasguae. 1747. min. 4. et II. vol. 8. et 1778. tom. II. min. 8.

Hom. Ilias, — ex recenſ. Clarkii, cura et cum notis *Auguſti Hermanni Niemeieri*, Halae. 1778. 1781. II. voll. mai. 8. — edit. II. vol. I. ibid. 1784. 8. (Graecam in fronte promiſſam nondum vidi.)

Hom. Ilias, cum ſcholiis Didymi, gr. Oxon. 1780. tom. II. 8.

Hom. Ilias, ad edit. Clarkii. Londin. 1785. II. voll. 8.

Ὁμηρȣ Ἰλιας συν τοις σχολιοις. *Homeri Ilias, ad veteris codicis Veneti fidem recenſita. Scholia in eam antiquiſſima ex eodem codice aliisque nunc primum edidit cum Aſteriſcis, Obeliſcis, aliisque ſignis criticis, Io. Baptiſta Caſpar d'Anſſe de Villoiſon.* an. MDCCLXXXVIII. Venetiis typis et ſumtib. fratrum Coleti. fol.

Haec eſt nobiliſſima illa editio, de cuius ſcholiis, primum hic editis, quae plurimum lucis et verbis Homericis et hiſtoriae graecae criticaeque adfundunt, ſupra iam diſputavimus: atque ad docta Villoiſonii prolegomena, ad hiſtoriae et criticae [illegible] pleniſſima et nobis maxime utilia, ſaepius provocavimus. Textus ex cod. Veneto 454. de quo etiam ſupra

ſupra egimus, cum ſignis criticis ad marginem poſitis, eſt adcurate typis deſcriptus. Aetas autem codicis A. difficile poterit definiri, quamdiu ab interpolationibus liberum eum praeſtare non poſſumus. Poſt Porphyrium, cuius quaeſtiones Homer. in ſcholiis ſaepius laudantur, auctorem codicis vixiſſe, iam obſeruauimus. Ex illo codice quaedam tantummodo, non adeo multa, nedum omnia vulnera, quae in contextu poematis varias ob cauſſas remanſerunt, ſanari poſſe patet. Qui verſus tamquam ſpurii, in codice erant omiſſi, quadraginta et quinque numerantur. Vide doctas cenſuras in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, part. V. p. 34 ſqq. et in Gotting. ephemerid. litterar. 1789. plag. 55. p. 552 ſqq.

Homeri Iliados, rhapſodia A. ſiue liber primus, cum excerptis ex Euſtathii commentariis et ſcholiis minoribus in vſum ſcholarum ſeparatim edidit Io. Auguſtus Mueller, A. M. et ill. ſcholae prouinc. Miſen. Conrect. (poſt abitum Matthaei nunc Rector,) Miſenae, 1788. mai. 8. — — *Rhapſodia Φ'. ſiue liber XXI.* etc. ibid. eod. anno. — *Rhapſodia* X. ſiue Liber XXII. ibid. 1789.

Textus eſt ex Wolfiana editione ductus. Miſſis tricis, vtiliora excerpſit cl. *Mueller* ex Euſtathio, et immiſcuit interdum quaedam ex ſcholiis minoribus, et alios excitauit viros doctos.

Initia Homerica ſ. Excerpta ex Iliade Homeri, cum locorum omnium graeca metaphraſi ex codd. Bodleianis et noui collegii M. S. S. maiorem in partem nunc primum edita. Edidit Th. Burgeſſ. A. M. Londini, 1789. Similitudines potiſſimum atque epiſodia delegit.

Pauca addere iuuat ſcripta, quae ad meliorem *Iliados* intelligentiam facere poſſint; aut in quibus de hoc carmine in vtramque partem diſputatum eſt. Adoleſcentibus in primis commendari debet libellus optimae frugis:

Erklärende Anmerkungen zum Homer von Ioh. Heinr. Juſt Koeppen, Director der Schule zu Hildesheim. Erſter Band. Hannover, 1787. 8. — II. Band, ibid. 1789. In his duobus tomis, quos reliqui excipient, adnotator perſequutus eſt octo libros Iliados.

Ueber Homers Ilias. Eine von der Teyleriſchen Stiftung in Haarlem gekrönte Preisſchrift des Herrn I. de Boſch. — Aus dem Holländiſchen überſetzt von E. H. Mutzenbecher, Züllichau, 1788. II. tom. mai. 8. Argumenta ſingularum rhapſodiarum dedit et ſenſum poeticum aut hiſtoricum expoſuit auctor.

Ueber das Studium des Homers in niedern und höhern Schulen. Leipz. 1783. (auctore Aug. Henr. Schott, Prof. Stuttg.)

Dreliucurtii Achilles Homericus. Lugd. Bat. 1694. 4.

Io. Henr. Lederlini diſp. (reſpond. Vlr. Marbachio,) de clypeo Achillis ex Homeri Iliad. Σ. 478. Argentorati, 1704. 4. Notum vero eſt ſeuerum Scaligeri iudicium, Homeri clypeum friuola et puerilia continere. Iam vero antiquiſſimis temporibus variae interpretationes enatae ſunt. *Damo*, quae filia Pythagorae habetur, exiſtimauit, in clypeo Homeri latere et intelligi debere *αἴνιγμα κοσμογονίας*, (v. *Euſtathii* comment. p. 1154 ſq.) *Iuſtinus* vero *Martyr*, in Admon. ad Gentil. p. 21. et *Clemens Alexandr.* Strom. lib. V. p. 598. putarunt, Homerum hiſtoriam rerum creatarum Moſaicam in clypeo expreſſiſſe. De eodem autem ſcuto varios varie omni tempore cogitaſſe, haud mirum eſt. Scaliger, Perraltus, Terraſon, la Motte culparunt deſcriptionem homericam; quam laudarunt et vindicarunt atque explicuerunt *Daceria* ad locum Homeri in verſione gallica, eiusque maritus in Obſeruatt. ad Ariſtotelis artem poeticam: tum *Du Freſne in Paralléle du Bouclier d'Achille dans l' Iliade d'Homere et l'Iliade de la Motte.* In primis ſuſcepit cauſſam Homeri, atque in exemplo tabulaque ſcuti, aeri inciſa, probabilitatem

tatem ſ. ſummi poeticae commonſtrauit *Boivin* in: *Apologie d'Homere et du Bouclier d'Achille*, Paris. 1715. 12. et inſerta tom. XXVII. Hiſtoire de l'Acad. des Inſcriptions etc. Boiuini artes rationes atque deſcriptionem amplexi ſunt et amplificarunt *Caylus* in tentamine *de picture Achillis, Herculis et Aeneae ſecundum Homerum, Heſiodum et Virgilium*, in Hiſtoire de l'Ac. Par. des I. et B. L. tom. XXVII. p. 21 ſq. quam comment. germanice vertit cel. *Meuſel* in eiusdem Comitis Abhandlungen zur Geſchichte etc. Altenburg. tom. II. 1769. 4. p. 231 ſq. atque *Pope* in anglica Homeri verſione cum adumbratione clypei ad exemplar gallicum facta: quam peculiarem Popii commentationem, germanice verſam, legimus in parte tertia: *Berliniſche Sammlung vermiſchter Schriften zur Beförderung der ſchönen Wiſſenſchaften.* De arte poetica pulcre diſſeruit, quibusdam Boivinii Popiique rationibus ac principiis examinatis atque reiectis, *Leſſingius* in praeclaro libro, *Laokoon*, ſect. 18. et 19. p. 183 ſqq. Add. *Heynius* Exc. IV. ad Aen. L. VIII. T. III. p. 259. et in libro: Antiquar. Aufſätze Part. II. p. 137 ſq. Secus ſentit *Gebelin*, cuius expoſitio anglice verſa: *The Shield of Achilles, translated from the French of Monſ. Court de Gebelin*, London 1785. eo redit, in Achillis ſcuto repraeſentari annuas mutationes, et eſſe ſpeciem quamdam graeci Kalendarii. vid. Monthly Review. menſ. April. 1786. nr. XII. Neque vero Leſſingii acumen omnino ſatisfecit cl. *Naſtio*, Profeſſori Stuttgardino, qui in peculiari commentat. de clypeo Homerico, Stuttgardiae, 1788. 4. in plurimis quidem adſentitur Leſſingio, in nonnullis tamen diſcedit ab illius expoſitione, et clypeum, putat, homericum ita eſſe comparatum, vt totam rerum vniuerſitatem in nuce quaſi ſiſtat, ideoque tamquam ἀλληγορικὸν quoddam ac ſymbolum [illegible] recte conſiderari poſſit. Anonymus, *I. A. K.* in *Kritiſchen Beyträgen*, part. 30. [illegible] iudicium, hoc examinauit, Homerum vindicauit ab iniuria, deſcriptionem homeri eam germanice vertit atque vberius expoſuit, et illuſtrauit, quaedam culpauit. Vir quidam doctus in *Bemühungen zur Beförderung der Critick und des guten Geſchmacks*. Part. V. Halae Sax. 1743. 8. p. 336—373. Artem denique poeticam et probabilitatem in deſcriptione clypei homerici explicuit, et interdum in alia omnia tranſiit cl. *Frid. Schlichtegroll* in libello: Ueber den Schild des Herkules nach der Beſchreibung des Heſiodus, Gothae. 1788. p. 6—17.

De Therſite Homerico Iliad. β'. 275 ſqq. plures, nec raro acute, in vtramque partem diſputarunt: *Klotzius* in Epiſtol. Homericis etc. *Leſſing* in Laocoon. XXIII. p. 233. *Herder* in Silvis criticis etc. I. 21. p. 244. *Koeppen* in Animadu. ad Homeri locum, part. II. p. 165. In alia omnia tranſiit *Iacobs* in Biblioth. der alten Litterat. und Kunſt, part. V. p. 12 ſqq. cui tamen aſſenſum non omnino praebet cenſor in Ien. Allgem. Litteratur-Zeitung, menſ. Oct. 1789. p. 92 ſq.

Boivin comment. *Vieilleſſe héroique, ou Vieillards d'Homere*, in Mem. de Litterature — de l'acad. des I. et B. L. tom. II. p. 17 ſq. compar. *C. D. Ilgenii* Comm. Neſtore, feliciſſimi ſenis exemplo, Homerum non magis delectare quam prodeſſe. L. 1789. — In Hiſtor. illius ſocietatis regiae, vol. XII. p. 193 ſq. eſt Chatelaini recenſio et defenſio verſus I Iliados.

Priorem Iliados partem eſſe iram Achillis, alteram partem amicitiam erga Patroclum, [illegible] Chabanon in Mem. laud. vol. XXV. 539 ſq. vbi praeter ea de charactere aliisque Homeri virtutibus diſſerit.

Io. Haleire ſpeculum heroicum Homeri, i. e. argumenta XXIV librorum Iliados: cum figg. Traiecti ad Rhen. 1613. 4. [illegible] de la Vall. II. 85.]

N. Girard

N. Gerardi meditationes in librum I. Iliados. Pariſ. apud viduam Guil. Morelii, 1566. 4.

Io. Haſii praelectiones in Homeri quatuor priores libros Iliadis, cura *Io. Martini*. Dantiſci. 1612. 8.

Reflexions ſur l' Iliade d' Homere. à Liege. 1731. 8. II. tom.

Remarques ſur Homere et Virgile par l'Abbé *Faydit*, Pariſ. 1706. exagitantur a Richardo Simone in Biblioth. critica.

D Homere ſur l'Olympe, auctore *Boivin* in Mem. de l'Acad. Pariſ. des I. et B. L. tom. VII. p. 411 ſqq. Cf. *I. C. Volborth* Diſſ. de Olympo, Theſſaliae monte, Deorum ſede. Gött. 1776. 4.

Anmerkungen über die zwölf erſten Bücher der Iliade etc. Norberg. 1771. 8. Auctor inique ſtat a partibus Perralti et reliquorum obtrectatorum Homeri, quem haud intellexiſſe videtur.

Quando, et quamdiu oppugnata fuerit Troia, inquirit *Banier* in Memor. acad. Pariſ. Inſcript. vol. VI. p. 425. De acie Homerica egit quoque cel. *Heyne* in recitatione quadam in ſocietate doctrinarum Gottingenſ. praelecta, tom. VI. commentatt. ſoc. doctr. Gotting. (v. etiam ephem. litter. Gotting. an. 1783. p. 163.) atque, comparatis Virgilio, Taſſone ac Voltario, vir quidam doctus in ſcriptis ſocietat. teuton. Altdorf. 1760. 8. pag. 49 ſqq. — Oppugnationem Troiae cum oppugnatione Ptolemaidis an. 1180. comparat cl. *Seybold* in progr. teutonice ſcripto, 1785. — *Popii* com. de acie et proeliis homericis, germanice verſa legitur in Sammlung vermiſchter Schriften zur Beförderung der ſchönen Wiſſenſchaften, tom. III. part. I. p. 79 ſqq. Huc quoque pertinet libellus: Abhandlung von der Beſchaffenheit und dem Gebrauch der Cavallerie in den älteſten Zeiten, nach den Erzählungen des Homers. Berolin. 1774. mai. 8.

Chronologie de l'Iliade diſtinguée par chaque jour, avec quelques Reflexions: in Memoir. de Trevoux, menſ. Mai. 1708. art. 58.

Frid. Gotth. Freytag pr. num Cometae mentio ab Homero facta, Numburgi 1744. fol.

Io. Georg. Hageri comm. in Hom. Iliad. β'. vſ. 374. Chemnicii, 1744. 4.

Courtes Remarques de critique ſur un Paſſage d'Homere du XVII. livre de l'Iliade v. 551. in Hiſtoire critique de la Republ. des Lettres, tom. V. p. 276.

Chriſtoph. Ioſ. Sucro, Profeſſoris quondam Coburgenſ. critica comment. de poeſi homerica, (praecipue de characteribus in Iliade.) in eius kleinen deutſchen Schriften, a me editis, Coburgi, 1770. 8. p. 156 ſqq.

Singulorum rhapſodiarum argumentum enarrauit atque explicuit *Herwig*, in ſect. I. libri: Franken zur griechiſchen Litteratur. Wirzburgi. 1771. 8.

M. *Traugott. Frid. Benedict*, Rector ſcholae Torgau. Interpretatio allegoriae Homericae de errore et precibus, Partt. II. Torgau. 1784. 1785. et de Homeri loco, Iliad. IV. 231 — 309. diſſ. Lipſiae, 1786. Comparatur Virgil. Aen. XII. 277 ſqq.

M. *Io. Ioachimi Bellermann*, (Prof. Erfurtani.) Specimen animaduerſionum in N. Foederis libros ex Homeri Iliad. Rhapſ. A. Erfordiae, 1785. 4.

In *Io. Georg. Mülleri* Philoſophiſchen Aufſätzen, Breslau, 1789. mai. 8. eſt nr. V. pag. 149 — 158. comm. de politico Iliados Hom. conſilio: excerpta eſſe feruntur e fragmento graeci dialogi, quem Anglus quidam ſub ruinis Athenarum inueniſſe dicitur.

Stupani, reſp. Huber, ſpecimen homericarum obſeruatt. Baſil. 1744.

Merian, reſp. Falkeyſen, de ſubſidiis, quae requiruntur ad intellig. Homerum, breuis diatribe. Baſil. 1744.

Ioh. Henr. [illegible] Commentatio de animi immortalitate Homerica. Viteb. 1786. 4.

Ern. Godofr. Chriſt. Schroederi Specimina de vſu et auctoritate Homeri in diſciplinis variis praeſertim in iure naturae, Viteb. 1772.

Nonnulla inepta atque ridicula ex Iliade Homerica auctore *C. S. Walther.* Stettini, 1783. fol.

Io. Frid. [illegible]. (Prof. Coburg.) progr. de fabula quadam homerica. (n. ab Apolline aut Diana mortem hominibus illatam eſſe ſagittis,) Coburgi, 1784. 4.

Georg. [illegible] Chriſtophori [illegible], diſp. praeſ. Frid. Aug. Wideburg. Prof. [illegible] interpretationes [illegible] quorundam difficiliorum in carminibus Homeri, (Iliad. [illegible] ſq. [illegible]. 743 ſq. ζ. [illegible] [illegible]. 117 — 119. ι. 378. π'. 499 ſq. Odyſſ. β'. 132 ſq.) Helmſt. 1789. 4.

Alia ſcripta, in quibus etiam *Iliaſ* aut loca quaedam illius explicantur, paſſim memorabuntur in ſequentibus. — Pergo ad *editiones Odyſſeae* et ſcripta, in quibus illa illuſtratur, enarranda. Plura ſingulorum librorum et Iliados et Odyſſeae ad §. XIX. adducentur.

Odyſſea ſeparatim.

Hom. Odyſſea. gr. cum ſcholiis gr. Baſil. 1535. fol. cum variis lect. notisque mſt. in Biblioth. Bernenſi. vid. Catal. illius tom. I. p. 301.

Homeri Odyſſea, gr. abſque loci et typographi nota, 1541. 8. vid. *Panz.* Catal. II. pag. 28[illegible]. cl. *[illegible]* autem in nota obſeruat ex inſigni typographico, quod liber fronte oſtentat, editionem eſſe Conrad. Neobarii. add. *Maittaire* Ann. typ. indic. p. 405.

Homeri Odyſſea, Batrach. Hymni XXXII. gr. Venet. 1537. 8. — ibid. apud *Io. Farreum*, 1542. 8.

Odyſſea, gr. et lat. per H. Stephan. Pariſ. apud Io. Libert. 1624. 8. vid. Catal. Biblioth. Thottian. tom. IV. p. 282.

Odyſſea, gr. et lat. apud Vignon. 1574. 12.

Hom. Odyſſ. gr. Pariſ. apud viduam Gull. Morelli, 15[illegible]. 8. — ibid. Prevoſteau. 1[illegible]. 4.

Hom. Odyſſ. nec non *Batrachom.* et *Hymni*, gr. et lat. acc. *Heraclides* de fabb. Hom. cum verſ. et [illegible] *Conr. Geſneri.* Geneuae, 15[illegible]. 12.

Hom. Odyſſea, gr. Oxon. e theatro Sheldon. 1705. 8. — cum ſcholiis, et *Batrachom.* etc. ibid. 1782. II. voll. mai. 8.

Io. Hartungi praecep. in tres priores Odyſſeae Homeri rhapſodias. Francof. Chriſtian. Egen. excudebat. (1539.) 8.

Cruſii oratio de Odyſſea, in illius Germano-Graecia. Baſil. 1585. fol. p. 34 ſq.

Io. Baptiſtae Perſonae Noctes ſolitariae, ſiue de iis, quae ſcientifice ſcripta ſunt ab Homero in Odyſſea, liber ſingularis, in LXX colloquia diſtributus, in quo, praeter non pauca theologica, multa etiam phyſica, metaphyſica, ethica, medica, geometrica, aſtronomica et phyſiognomica tractantur, Venet. apud Euang. Deuchinum, 1613. 4.

Chronologia Odyſſeae illuſtratur in Mem. de Trevoux, 17[illegible]. [illegible] IX. [illegible] et a *Io. Boivin*, in Memor. ſoc. regiae Pariſ. Inſcr. tom. IV. p. 1 ſq. edit. Amſterd. — Idem *Boivin* et *Baudelot* in Hiſt. eiusdem ſociet. a Gottſchedia germanice verſa, tom. I. p. 145 ſqq. (vol. I. p. 132 ſqq. edit. Pariſ.) explicant Odyſſ. X. 81 ſqq. — ibid. tom. III. p. 272. explicatur a *Gedoynio* locus Odyſſ. XI. 273. coll. Pauſaniae interpretatione. — Ibid. tom. [illegible] p. [illegible] eſt [illegible] ad Odyſſ. IV. 355. de inſula Pharo, [illegible] a terra continenti, cum longa interpretis animaduerſione, coll. *Fréreti* recitatione, in Memor. eiusdem ſocietatis

ſocietatis vol. XVI. p. 333. Sed de illo Homeri loco et ſitu inſulae etc. intelligenter cur tius-que diſſerit *Wood* in *Verſuch* etc. p. 120 — 145. et in Supplementis p. 23 ſqq. atque Bocharti aliorumque ſententias et interpretationes adfert vocatque ſub examen.

Odyſſ. lib. XX. v. 113. 114. explicatio eſt in Hiſtoire critiq. de la Republique des Lettres, tom. IV. p. 150.

Frid. Strunzii diſſ. de linguis Mercurio apud Graecos ſacris ad Hom. Odyſſ. γ'. vſ. 334. Witteberg. 1716. 4.

Georg. Sigism. Grenii de virga Circes magica ad Homeri Odyſſ. κ'. 238. etc. diſſ. Miſenae. 1742. 4.

Merici Caſauboni diſſ. ſuper loco Homerico (Odyſſ. σ'. vſ. 129.) dubiae apud antiquos interpretationis, quo dei in hominum tam mentes, quam fortunas imperium adſeritur; adiecta eiusdem Epiſtolis p. 174. edit. cum *Iſ. Caſauboni Epiſtolis*, Roterodami, 1709. fol.

In *Homeri* Odyſſeam quaedam commentatus eſt *Vicesimus Knox*, A. M. in Eſſays moral and litterary, Londini, 1779. edit. ſec. vol. I. nr. XXV. p. 177 ſqq.

Super Odyſſea Homerica ſcripſit David Chriſt. Seybold, A. M. (in praeſenti, Profeſſor gymnaſii Buxweiler.) Halae ad Salam. 1769. 8. In hac eleganti commentatione alii quoque citantur ſcriptores, qui de Odyſſeae argumento, virtutibus etc. diſſeruerunt.

M. *Anton. Aug. Henr. Lichtenſtein* disquiſitio, num liber Iobi cum Odyſſea Homeri comparari poſſit. Helmſtad. 1773. 4.

(*Wolfg. Iaegeri*, Prof. Altdorf. cel.) Verſuch über die Odyſſee des Homers, in ſcriptis ſocietat. teutonicae Altdorf. 1760. 8. p. 83 ſqq.

Porphyrii fragmentum *de Styge* ad illuſtranda loca Homeri, Iliad. ξ. et Odyſſ. ξ. gr. in Andreae Schotti Obſeruatt. human. libr. V. cap. XX. — et graece cum *Holſtenii* lat. interpretatione, et aliis Porphyrii libr. Cantabr. 1655. 8. p. 282.

Idem *Porphyrius* conſcripſit libr. *de antro Nympharum* ad locum Odyſſ. XIII. vſ. 102 ſqq. qui adhaeret pluribus editionibus, et ſeparatim cum eiusdem quaeſtionibus homericis primum editus eſt Romae 1518. 8. vide ſupra, §. V. et cel. *Goenſ.* in praefat. ad editionem Porphyrii de antro Nympharum. gr. cum latina Holſtenii verſione, Traiecti ad Rhen. 1765. 4. p. XV ſqq. et p. 55 — 71. locum Homeri ipſum cum variis lectionibus, verſionibus Holſtenii latina, Popiique anglica, cum ſcholiis gr. et particula Euſtathiani commentarii, tum interpretationibus ſua aliorumque aliisque additamentis dedit atque illuſtrauit. *Heyn.*]

Verſiones metricae latinae. XVIII. Quamquam *impar ſui* eſt Homerus in alias translatus linguas, quod de Gregorio Naz. latine reddito dixit S. Hieronymus 1. in Ruſin. tamen verſiones poematum ipſius commemorare iuuat. Odyſſeam Latino Carmine olim reddiderat *Livius* oo) *Andronicus*, Iliadem et Odyſſeam *Attius Labeo*, (quem Iliadem Homeri verſibus Latinis foediſſime compoſuiſſe legas in ſcholiis ad *Perſium* ſat. 1. v. 4. et v. 50.) *Cneius* pp)

oo) Mentio apud Ciceronem Bruto cap. 18. Gellium lib. III. cap. 16. lib. VII. cap. 7. et lib. XVIII. cap. 9. Vide Scal. ad Feſtum in *topper*, Feſtum ipſum in *nequinont*, *noegeum* et *ommentans.* Hanc Odyſſeam veterem antiquiſſimum carmen vocat Chariſius lib. I. p. 64. Laudant et Diomedes, Priſcianus, Nonius Marcellus aliique.

pp) Allegatur a Chariſio lib. I. p. 93. Diomede lib. I. p. 336. Gellio lib. VI. cap. 6. lib. IX. cap. 14. Apud Priſcianum lib. VII. pag. 75.. edit. Feriſchii perperam

Mattius et *Ninnius Craſſus*, ita enim apud Priſcianum lib. IX. p. 866. MStus Putſchii codex legit pro eo, quod ante illum inſpectum, ipſe edidit *Ninnius Caſſius* qq). Sed horum laboribus quidem deperditis, primus ex recentioribus *Homerum* latine reddi curauit *Franciſcus Petrarcha* rr), quod notauit perſonatus Vignolius Marullius in miſcellaneis Gallice editis, tom. 2. pag. 21. Verſionem Latinam Odyſſeae, auctore *Carolo Aretino*, MStam memorat *Labbeus* pag. 335. Biblioth. nou. MSStor. [eſt cod. 8177. biblioth. reg. Pariſ. teſte Catal. IV. pag. 435.] *Angelus* quoque *Politianus* in Homero latine transferendo deſudauit, [teſte Io. Pico Mirandula, epiſt. 29. *Heum.*] cuius verſionem exſtare optat *Caſpar Barthius* lib. LVIII. Aduerſariorum cap. 14. vbi et ſuae ſpecimen exhibet, et tom. I. in Statium p. 7. ait, ſe priores duos libros Iliados triduo latinis verſibus reddidiſſe. [De Barthii inedita Homeri integri verſione vid. Acta Erudit. germanice ſcripta, tom. I. p. 917. — *Ilias Homeri*, *Leone* interprete, in membr. cod. reg. Pariſ. 7881. (quam memorat quoque *Labbeus* in Biblioth. nou. MSS. p. 67. 201. 278.) et eiusdem interpretatio *Iliados* atque *Odyſſeae*, in cod. membr. reg. Pariſ. 7880. Vid. Catal. MSS. illius Bibliothecae regiae, tom. IV. pag. 409. — De Leontii Pilati ss) verſione vid. *Tiraboſchi* Storia d. lett. Ital. tom. V. lib. 3. pag. 375. et *Denſ.* Merkw. Biblioth. Garell. p. 166 ſq.) Ibid. p. 456. cod. 8411. *Hom. Iliados* libri primus et ſeptimus, interprete *Sanaryſio*; ibid. p. 204. cod. membran. 6111. et p. 462. cod. 8449. membran. *Homeri Batrachomyo-*

perperam vocatur Cn. Manlius. ***Fabric.*** Fortaſſe eſt *C. Matius*, vir doctiſſimus, ad quem exſtat epiſtola Ciceronis lib. XI. nr. 27. et Mattii reſponſoria, nr. 28. *Heum.* ſed vide diſſentientem cl. *Wernsdorf.* l. m. p. 569. *Harl.*

LII. ERATOSTHENES a Tatiano laudatur inter Grammaticos, qui res vel Poemata Homeri illuſtrarunt. *Fabric.* Ad Iliad. χ΄. 29. in ſchol. Marc. (in quibus nomen eius frequens eſt.) laudatur ἐν τοῖς αὐτοῦ καταλόγοις· ad α΄. 282. dicuntur *Eratoſthenes* et *Crates*, οἱ θέλοντες συγχεῖσθαι τὰ ἐθνικὰ παρ᾽ Ὁμήρῳ. cf. lib. III. cap. 18. §. 13. *Harl.*

[EVPHORION citatur in ſcholiis Marcianis ad β΄. 157. *Harl.*]

LIII. FAVORINVS Plutarchi aemulus, inter alia, Suida teſte, ſcripſit περὶ τῆς Ὁμήρου φιλοσοφίας, in quo libro videtur non pauca Poetae loca illuſtraſſe.

FRONTO. Vide infra in Hermia.

[GEORGIVS LECAPENVS. vid. infra, IV. pag. 535. et vol. VII. pag. 44. *Villoiſ.* Anecd. gr. II. p. 79. *Harl.*]

LIV. GLAVCONEM. *Metrodorum* Lampſacenum et *Steſimbrotum* Thaſium de Homero quaedam prodidiſſe et eius poemata illuſtraſſe innuit Plato in Ione, ſub init. [p. 12. ibique vid. not. Mülleri, et *Villoiſon.* Prol. Hom. p. 25.]

[HAGNON ἐν τῇ ἑξαστίχῳ laudatur in ſchol. Marcian. Iliad. δ΄. 101. vbi aliquid ad Mythologiam pertinens, ex eo narratur. *Harl.*

HECATAEVS *Abderites*, philoſophus, etiam cognominatus criticus et grammaticus, ſcripſit περὶ τῆς ποιήσεως Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου. Suid. et Eudocia p. 169. *Harl.*

HEDEMON, Ἡδήμων, nominatur in ſcholiis Marcianis. *Harl.*]

LV. HEGEMON Thaſius Parodiarum Homericarum ſcriptor. Vide infra cap. 7. nr. 2.

Pro HELIODORO apud Heſychium Alexandrinum in praef. recte *Heraclitum* nomen reponit elegantiſſimus Graeuius b). Idem ſphalma apud Suidam in τρίγλυφα. *Fabric.*

Heliodorus

b) A *Graeuio* tamen illam obſeruationem probabiliter non profectam eſſe, ſed errorem nominis irrepſiſſe in ex. Schreuelii, ingenioſe monſtrat Alberti ad l. c. *Harl.*

Heliodorus tamen ſaepe occurrit in Apollonii Lexico Hom. et Heſychio, aut nomen eius eſt crebro reſtituendum in poſteriore, monente et copioſe demonſtrante *Villoiſonio* in Prolegom. ad Apollonii Lex. p. 61 ſq. Atque ipſe noſter *Fabricius* mutauit ſententiam, libro IV. cap. 35. §. VI. p. 548. tom. IIII. et tom. VI. lib. V. cap. 6. §. V. *Alberti* vero ad Heſychii locum cenſet, omnino retinendum eſſe nomen *Heliodori*, Ἡλιοδώρου, quum ipſe Heſychiani operis titulus coniungat Ἀριστάρχου καὶ Ἀπίωνος καὶ Ἡλιοδώρου nomina, vt loco mem. epiſtolae Heſychianae. Neque tamen *Villoiſon.* Proleg. ad Apollonii Lexicon p. XXIV. (vbi de Heliodoro agit,) cum Fabricio ſuſpicari velit, per noſtrum Heliodorum et ab Heſychio laudatum, intelligendum eſſe *Heliodorum Sophiſtam*, qui Hadriano imperatori fuit ab epiſtolis, quum ſic ab Apollonio citari non potuiſſet; ſed expoſitiones Homericas referendas eſſe putat ad *rhetorem Heliodorum*, *Graecorum longe* (l. linguae) *doctiſſimum*, Horatii aequalem, Satir. I. 5. 3. Nomina vero, Ἡσιόδος, Ἡλιοδώρος, Ἡροδώρος, Ἡρόδοτος, Ἡροδιανός interdum confundi, poſt *Adrian. Heringam* in Nouis miſcell. Obſ. tom. VIII. p. 932. et 945. docet cel. *Villoiſon.* ad Apollonii Lex. hom. voc. Φοῖβος, p. 834 ſq. *Heliodori* et *Cratetis* diuerſa iudicia de lectione homerica adferuntur ab Apollonio in Lex. hom. voc. ἄμμορον, vbi vid. *Villoiſon.* et *Tollium*, huiusque excurſum p. 743 ſqq. adde infra, *Herodorus*. *Harl.*

LVI. HEPHAESTION Alexandrinus. Vide infra, Ptolemaeus Hephaeſtionis.

LVII. HERACLEON Aegyptius ἐν ὑπομνήματι Σ. Ἰλιάδος laudatur ab Euſtathio, tum ab Etymologo in ῥαδανίζειν. Huic ſcholia breuia, quae ſub Didymi nomine in Homerum habemus, tribuuntur a *Ioſua Barneſio* ad Euripidis Troades v. 849. T. 2. p. 158. incerta coniectura, vt exiſtimo. *Fabric.* Nomen eius occurrit in ſcholiis Marcian. et apud Euſtathium. [Reſtitui iubet pro Heraclide Waſſenbergh. in Schol. Iliad. α. 298. vid. Ind. auct.]

LVIII. HERACLIDES Alexandrinus.

LIX. HERACLIDES Cilix, Mopſueſtenus.

LX. HERACLIDES Mileſius. Vide Euſtathium, in indice.

LXI. HERACLIDES Ponticus, Didymi c) auditor, quem ἡμέτερον vocat Ammonius in σαφυλήν. De eo *Laertius* V. 92. Χαμαιλέων τὰ παρ' ἑαυτῷ φησὶ κλέψαντα αὐτὸν τὰ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου γράψαι. Idem Laertius teſtatur ibid. ſect. 87. ſcriptos ab eo libros duos περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας. Et totidem λύσεων Ὁμηρικῶν et περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου. De commentariis et allegoriis ipſi tributis dixi ſupra lib. I. cap. XXII. nr. 3. Heraclidem ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ὁμήρου laudat *Euſtratius* ad Ethica Nicomachea lib. III. cap. 1. Vide et ſupra in *Chamaeleonte*. *Fabric.* Vide vol. VII. p. 62. et *Menagii* notam ad Diog. Laertii locum p. 226. Plures vero fuerunt *Heraclides*. Didymus, qui *Heraclidis* cuiusdam, Pontici iunioris fuit magiſter, vixit ſub Nerone. vid. *Ionſium* de ſcript. hiſt. phil. III. 2. 5. p. 9 ſq. Hic eſt ille, quem Ammonius vocavit ἡμέτερον. conf. cl. *Chriſt. Frid. Ammonii* diſp. Animaduerſionum in quaedam Ammonii

c) *Fabricius* vel erraſſe, vel nomina locaque confudiſſe videtur. Nam Laertius, quem ille teſtem laudat, *Heraclidem*, tradit, Speuſippo ſe in diſciplinam tradidiſſe, Pythagoreorum quoque, denique Ariſtotelis fuiſſe auditorem. *Harl.*

monii Grammatici loca ſpicilegium Erlangae, 1786. p. 5. not. i. *Suidam* h. v. tom. II. p. 7 ſq. De *Heraclitis* (vti fertur) Allegoriis homericis alibi dictum eſt. *Harl.*

LXII. HERACLITVS iunior, Grammaticus. De huius commentariis in Homerum actum a me eſt eodem loco.

[HERMAPPIAS. In ſchol. Marc. ad δ'. 235. ex Herodiano comparatur eius obſeruatio grammatica de ſcriptura ψεύδεσιν, cum iudicio Ariſtarchi, quorum conſentiat *Ptolemaeus Aſcalonita*, qui ψευδέσσιν ſcribere iubet: atque ſcholiaſtes addit, καὶ μᾶλλον πειστέον Ἀριστάρχῳ, ἢ τῇ Ἑρμαππίᾳ, εἰ καὶ δοκεῖ ἀληθεύειν. Ad λ'. 326. grammatica eius opinio memoratur de ſcriptura παλινορμένω, non diſterminanda, vbi vero ſcribitur nomen eius vnico π. Ἑρμάπιας. Ad ι'. 137. coniungitur cum Demetrio, Nicia, Ariſtarcho, Apollonio, Comano, Ptolemaeo Aſcalonita et Democrito, quorum leues controuerſiae de tono cuiusdam vocabuli paucis enarrantur: hic autem itidem duplici π. nomen eius exaratum eſt. *Harl.*]

HERMIAS. περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον τακτικῆς ἀντέγραψε συγγραφεῦσι Στρατοκλεῖ τε Ἑρμείᾳ καὶ Φρόντωνι ὑπατικῷ ἀνδρί. Aelian. cap. 1. Tacticor. *Fabric.* De *Frontone* vid. *Corſini* in vita Plutarchi, praemiſſa eius editioni Plutarchi de Placitis philoſophorum, p. IV ſqq. *Harl.*

HERMIPPI Collectanea de verſibus Homeri aliqua *) virtute inſignibus laudantur a Stobaeo in florilegio, ſermone V. de temperantia.

HERMOGENES, Charidemi F. qui ſcripſit de Homeri ſapientia, lib. I. et de eius patria, lib. I. Mentio fit in vetere inſcriptione graeca, Journ. des Sav. 1716. p. 585.

LXIII. HERODIANVS Apollonii Dyſcoli F. ἐν τῇ Ὁμηρικῇ προσῳδίᾳ. Suidas in μέμνησο. Eundem in Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ laudat Etymolog. in Ὀδυσσειακῇ προσῳδίᾳ Schol. Comici ad aues, [v. 862.] *Fabric.* *Herodianus* in ſcholiis Marcianis frequenter occurrit, vt ad α. 465. etc. eiusque liber περὶ Ἰλιακῆς προσῳδίας ſaepiſſime citatur, e. g. ad α'. 493. β'. 384. δ'. 541. etc. ad ξ'. 143. Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ Καθόλου etc. atque in fine ſingularum rhapſodiarum notatur, vt aliquoties iam obſeruauimus, παράκειται — — τινα δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας Ἡρωδιανοῦ etc. adde infra, lib. V. cap. 7. §. 6. et 7. p. 8 ſqq. *Alberti* not. 34. ad Heſychii Epiſtol. ad Eulogium, *Villoiſon* Anecdota graeca, tom. II. p. 85 ſqq. vbi medica quaedam *Herodiani* promulgantur. Ad Iliad. λ'. 10. laudatur ὁ Τεχνικὸς ἐν τῷ ὑπομνήματι τοῦ περὶ παθῶν Διδύμου. Ille vero eſt *Herodianus*. Nam ad Iliad. ρ'. 201. legitur: ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ α' ὑπομνήματι τοῦ περὶ παθῶν Διδύμου. Hinc cel. *Villoiſon* in Proleg. homericis p. 31. circa finem ad Iliad. γ'. 272. etiam legere mauit Ἡρ. ἐν τῷ β' ὑπομνήματι, (pro eo, quod ſcriptum eſt, ποιήματι) τοῦ περὶ π. Διδ. Ad Iliad. μ'. 100. laudatur ἐν ἐπιμερισμοῖς, et ad Iliad. ζ'. 413. ἐν προσῳδίᾳ et in ἐπιμερισμῷ, vbi diuerſas ſequebatur opiniones. Enimuero ad Iliad. δ'. 10. citatur *Herodianus* ἐν τῷ ῥηματικῷ et ἐν τοῖς ἐπιμερισμοῖς, ſed addunt, illud opus Herodiani eſſe, proindeque maiorem fidem meretur; hoc autem ei falſo adſcribi. — Eiusdem libellus de proſodia Iliaca citatur in ſchol. codd. reg. et Amſtel. ad Iliad. α. 576.

*) Confer, quae infra cap. VI. §. 16. p. 351.

in edit. Waſſenbergh. quem etiam vide pag. 147. ex Tollii Excerptis. In ſcholiis cod Amſtel. ad Iliad. α. 136. (vbi in cod. Veneto et Lipſienſi recte legitur ὁ Ἡρακλεώτης.) Iliad. β. 8. et alibi *Herodotus* loco *Herodiani* ſcriptus eſt: atqui vtriusque nomina saepius permutari, iam ad nomen *Heliodori* obſeruauimus, et notatum eſt a *Valckenario* ad Herodot. p. 465. nr. 14. atque *Waſſenbergh* ad ſcholia Hom. Iliad. I. et II. pag. 167. add. paullo poſt *Herodorus*. *Harl.*

[HERODICVS, grammaticus Crateteus, vid. *Athenaeum*, V. 19. VI. 6. 15. Hinc *Voſſius* de hiſtoric. gr. lib. I. cap. 21. eum refert ad tempora Cratetis, huiusque fuiſſe cenſet auditorem. Citatur in ſchol. Marc. ad γ́. 29. ύ. 53. in vtroque loco diſſentit ab Ariſtarcho. Hinc probabilior fit ſententia *Ionſii* de ſcriptor. hiſt. phil. lib. II. cap. 13. 6. pag. 217. vt Crates Ariſtarcho aduerſabatur, ſic et Herodicum Babylonium, qui apud Athen. lib. V. cap. vlt. pungit Ariſtarcheos, eumdem eſſe cum noſtro Crateteo Herodico. *Harl.*]

LXIV. HERODORVS quoque Homerum illuſtrauit. Vide ſupra in *Apion* [atque *Heliodorus*] et Graeuii notam ad praefationem Heſychii Alexandrini. *Fabric.* *Herodorum*, plerumque cum Apione, ſaepe laudat Euſtathius, item *Apollonius Sophiſta* in ἐπιβώτορει μήλων, vbi *Herodoti* nomen male eſt ſcriptum. Frequenter enim nomen *Herodori* per incuriam librariorum permutatum eſt in *Herodotum*. vid. *Weſſeling.* diſſ. Herodot. cap. 3. *Toup.* ad ſchol. Theocr. p. 219. *Villoiſ.* Prol. in Apollonii Lexic. hom. p. 13 ſq. *Euſtathius* eius et Apionis commentarios nominat βιβλίον εἰς τὰ τȣ̃ Ὁμήρȣ, et τὰ εἰς τὸν Ὅμηρον ὑπομνήματα, et ad Iliad. X. p. 1354. v. 16. Ἡρόδωρος καὶ Ἀπίων ἐν τοῖς εἰς τὸ πῖ σχολίοις λέγȣσιν. Ille vero, et Apion, in commentariis ſuis praecipue fuerunt in ſingulis, quae ab vſu eſſent remotae, dictionibus homericis interpretandis occupati, et in adnotandis e diuerſis Grammaticorum editionibus variis vocum lectionibus: vt ſcite obſeruat *Valcken.* in diſſ. de ſcholiis in Hom. ineditis p. 148 ſq. vbi quoque animaduertit docetque, interdum pro illius nomine ſcriptum fuiſſe *Heliodorum* et *Diodorum.* vid. quoque ſupra, *Heliodorus.* Diuerſus vero hic *Herodorus*, qui toties eſt apud Euſtathium Apionis comes, ab alio *Herodoro*, qui *Argonautica* et carmen de Hercule ſcripſit, cuius mentionem frequentem fecerunt Scholiaſtes in Apollonium et Apollodorus in Biblioth. (vid. cl. *Heynii* not. ad Apollod. tom. III. p. 984.) Ille Herodorus poeta fuit inter ſcriptores antiquos, atque *Ionſius* de ſcr. hiſt. phil. lib. II. cap. 2. 5. p. 147. refert eum ad aetatem Theophraſti atque Lyſaniae Cyrenaei, Eratoſthenis Cyrenaei grammatici, praeceptoris. Et tamen idem *Ionſius* libr. IV. 22. p. 255. cenſet, *Herodorum*, Homeri enarratorem, eumdem eſſe, qui carmina illa Argonautica et de Herculis geſtis fuderat. Enimuero neque *Herodori* Grammatici noſtri, neque *Apionis* Alexandrini aetas aeque incerta eſt, ac Ionſius putarat; ſed imperante Auguſto aequales fuerunt *Apollonii* Sophiſtae. vid. *Villoiſonii* Prolegg. ad Apollonii Lex. Hom. pag. XII ſq. et pag. XIV. de *Heracleote*, qui interdum idem eſt, ac *Herodorus*. *Harl.*

LXV. HIPPARCHO Piſiſtrati F. tribuitur διόρθωσις Ὁμηρικὴ, vt ſupra cap. 2. notaui. Alius *Hipparchus* ὁ τὴν Αἰγυπτιακὴν Ἰλιάδα συνθείς. Athen. III. p. 101. [?]

LXVI. HIPPIAS Thaſius difficiles quosdam et ambiguos Homeri locos interpretatus eſſe ac ſoluiſſe, colligitur ex *Ariſtotele* cap. 25. poetic. Eadem loca ex eodem, vt adparet,

Hippia tangit lib. I. Sophiſt. Elench. cap 3. *Plato* quoque in Hippia 2. notat ab Hippia Eleo obſeruatum, quod Ilias praeſtet Odyſſeae, et introduci Ἀχιλλέα μὲν ἄνδρα ἄριςον, Νέςορα σοφώτατον, Ὀδυσσέα δὲ πολυτροπώτατον.

HIPSICRATES negauit, in Homero vllum eſſe vocabulum in οψ, excepto καλαυροψ: at ſunt in eo *μέροπες* et Αἰθίοπες.

HISTIAEA ſiue *Heſtiaea* Alexandrina de Homeri Iliade neſcio quid conſcripſit, diſquiſiuitque de ſitu Troiae, ad quam fuiſſet bellatum, vt e Demetrio Sceptio refert *Strabo* XIII. pag. 599. Citatur etiam in Scholiis minoribus γ'. 64. et ab Euſtathio ad Iliad γ'. Neuter vero in his, ac ne Strabo quidem, *Heſtiaeae* ipſe ſcripta inſpexit. *Fabric.* In ſchol. Marciani cod. B. et in cod. Lipſ. adducitur *Heſtiaeae* interpretatio Iliad. γ'. 64. cur Homerus Venerem vocarit *auream*: Ἑςιαῖα φησιν ἡ Γραμματικὴ, ὅτι [illegible] χρυσῆν καλέμενον, ἐν ᾧ χρυσῆν Ἀφροδίτην τιμᾶσθαι. καὶ [illegible] ἔτως χρυσῆν Ἀφροδίτην [illegible] additurque *Cleanthis* expoſitio, ἐν Λέσβῳ ἔτω τιμᾶσθαι χρυσῆν Ἀφροδίτην. Conf. *Olearii* diſſ. de poetriis gr. nr. 38. *Harl.*

LXVII. HORAPOLLO Panopolites Grammaticus qui ſub Theodoſio Imp. Alexandriae et CPoli docuit, inter alia a Suida traditur ſcripſiſſe in Homerum.

[HORVS Schol. Marc. ad α'. 508. de ſcriptura et accentu voc. μητιετα, ἔτως Ὦρος καὶ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ περὶ παρωνύμων. *Harl.* Ὦρος (Orus) ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ Schol. Min. Iliad. β'. 461.

IDAEVS *Rhodius.* vid. ad nr. LXXXVI.

IOANNES *Pediaſimus*, auctor allegoriae anagogicae in IV. primos verſus libri IV. Iliad. et de triplici modo allegoriae fabularum poeticarum, in cod. Vindob. conf. vol. VII. p. 64. et mox ad cap. VI. §. 7. *Harl.*

ION Rhapſodus. *Syneſ.* p. 82. in Caluitiei encomio, *Plato* in Ione.

IXION vid. Demetrius. *Harl.*]

LXVIII. Dionyſius LONGINVS, de quo infra ſuo loco. [IV. 31. 12. vol. IV. p. 443 ſqq.] ſcripſit, Suida teſte, Ἀπορήματα Ὁμηρικὰ, εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος, Προβλήματα Ὁμήρε καὶ λύσεις, βιβλία β'. [illegible] Et περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινόντων λέξεων βιβλία δ'. *Fabric.* Confer *Ruhnkenii* diſſ. de Longino §. 14. p. 60 ſqq. praemiſſ. in edit. Longini Toupianae, qui inter alia cenſet, Euſtathium ex Longini opere, Ἀπορήματα Ὁμηρικὰ, ſumſiſſe emendationes Homericas, quas commemorat ad Iliad. Α. p. 67. et 116. *Harl.*

LXIX. MASSALIOTICA Homeri διόρθωσις. Vide ſupra cap. 2.

LXX. MATRON parodiarum Homericarum ſcriptor. Vide infra cap. 7.

LXXI. MAXIMVS Tyrius ſub Commodo clarus ab eodem Suida ſcripſiſſe traditur περὶ Ὁμήρε καὶ τῆς παρ' αὐτῷ ἀρχαίας φιλοσοφίας. Non dubito, reſpici e diſſertationibus Maximi, quae exſtant diſſ. VII. et XVI.

LXXII. MELEAGER Gadarenſis, Homerica quaedam illuſtraſſe colligitur ex Euſtathio ad Iliad. λ'. p. 814. [14. edit. Baſil. p. 868. 15. edit. Rom.]

[MENECRATES, in ſchol. Marcian. ad λ'. 676. etc. *Harl.*]

LXXIII. MENOGENIS Libros XXIII. in Catalogum nauium Iliad. β'. memorat e Porphyrio Euſtathius p. 199. edit. Baſil.

LXXIV. METACLIDES ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρȣ laudatur a Suida in ἀθηναίας vbi male excuſum μεγακλείδης, docet idem Suidas in Μετακλείδης. Peripateticus fuit, vt notat Tatianus, de Homero ſcripſiſſe itidem teſtatus, et Tatiani locum laudans *Euſebius* X. 2. praeparat. *Fabric.* In ſchol. tamen Marc. ad Iliad. κ'. 274. p. 254. e Porphyrio ſcribitur Μεγακλείδης. Item ad χ'. 205. et ad π'. 140. Μεγακλείδης ἐν τῷ δευτέρῳ Ὁμήρȣ. *Megaclides* igitur rectius videtur ſcribi et fuiſſe Homeri interpres. *Harl.*

LXXV. METRODORVM LAMPSACENVM ἐν τῷ περὶ Ὁμήρȣ citat idem *Tatianus* Orat. contra gentes [cap. 37. p. 80. edit. Worth. vbi vide Worth et Geſneri notas,] et omnia Poetae allegorice interpretatum fuiſſe et ad res naturales retuliſſe notat. Meminit et Plato in Ione, [p. 10. vbi vid. Mülleri notam.] vt Laertium praeteream, in vita Anaxagorae.

LXXVI. MNASEA Berytius.

LXXVII. NAVCRATES Erythraeus, ὁ Ὅμηρον ὑπομνηματίσας laudatur Euſtathio, [ad Iliad. σ'. p. 1155. vbi Sophiſta cognominatur,] tum Stephano Byz. in Ἐρυθρά.

[NEOPTELEMVS ὁ παριανὸς, h. e. *Parius*, in ſchol. Marc. ad Iliad. ά. 235. *Harl.*

NEOTELES, qui teſte *Porphyrio* ad Iliad. in cod. B. θ'. 323. ὅλον βίον γράψας περὶ τῆς κατὰ τȣ̀ς ἥρωας τοξείας, ad v. 325. in cod. A. eiusdem *Neotelis* interpretatio adducitur, et ita abſoluitur nota: ὁ μέντοι Νεοτέλης Σκυθικὴν εἶναι τὴν τοξείαν ἔφασκεν, τȣ̃ τόξȣ πρὸς τὸν ὦμον ἑλκομένȣ. *Harl.*]

LXXVIII. NESTOR Larandenſis Lycius ſub Seuero Imp. clarus ſcripſit teſte Heſychio Illuſtri ac Suida Iliadem λειπογράμματον, ita vt in ſingulis libris vna exularet litera, in primo α, in ſecundo β, in tertio γ, atque ita in ceteris. [P]

LXXIX. NICANOR Alexandrinus clarus ſub Caeſare Hadriano ſcripſit teſte Suida περὶ ςιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν διαφορᾶς ἐν τῇ διανοίᾳ, [cuius operis maxima pars ſeruata eſt in ſcholiis Marcianis.] Huius Stigmatiae Nicanoris ſubinde in ſuis ad Homerum commentariis mentionem facit Euſtathius: [et in ſcholiis Marcianis in calce ſingularum rhapſodiarum, σημεῖα quaedam Nicanoris περὶ ςιγμῆς fuiſſe adſcripta, adnotatur.] Non putem diuerſum fuiſſe *Nicanorem*, quem Hierapolitanum Phrygem facit Stephanus Byz. et *nouum Homerum* dictum teſtatur in ἱεράπολις. *Fabric.* *Nicanorem* grammatice perſequutum fuiſſe Homeri carmina, patet ex ſchol. Marc. γ'. 239. etc. Inprimis diſtinctionum et ſubdiſtinctionum, earum praecipue, quae in homericis carminibus ſint adponendae, doctrinam ſubtilius excuſſit. vid. *Fabric.* infra lib. V. cap. 7. vol. VII. p. 46. In ſcholiis in *Dionyſii* artem grammaticam περὶ ςιγμῆς, ab *Villoiſonio* in Anecd. gr. tom. II. p. 128 ſqq. editis excerpta ſunt ἐκ Νικάνορος διατυπώσει περὶ τῶν ςιγμῶν. Ab Arcadio Grammatico laudatur opus τὸ περὶ καθόλȣ ςιγμῆς. vid. *Villoiſ.* in Epiſt. Vinar. p. 116 ſqq. Adde eundem virum doctiſſimum in Prolegom. Hom. p. 21. *Harl.*

[NICEPHORVS *Gregoras*, eſt auctor *moralis interpretationis errorum Vlyſſis.* vid. *Vaickenar.* diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis, p. 143. et ſupra ad II. cap. 3. §. XIV.

Nicephori cuiusdam expoſitionem in X. priores libros Iliados Homeri, in membrana, in Plut. XVIII. Marcianae biblioth. tradit *Iac. Paul. Thomaſini*, pag. 40. Biblioth. Ven. Sed hunc librum hodie deſiderari, ait *Villoiſ.* Prol. Homer. p. 14. *Harl.*]

LXXX. OENOMAVS Gadarenſis Philoſophus Cynicus, qui paullo ante Porphyrium vixit, ſcripſit περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον φιλοσοφίας. Suid.

[PAMPHILVS, citatur in ſcholiis Marc. ad *l*. 6. cum Nicia, ad α'. 8. adde *Villoiſ.* Proleg. Homer. p. 30. infra vol. VII. p. 68. *Harl.*

PARMENISCVS, criticus, in ſchol. Marc. ad Θ'. 513 citatur lectio Ariſtarchea ex eius libro πρὸς Κράτητα, eius interpretatio voc. πρότμησις ad Iliad. Λ. 424. *Harl.*

PARMENION, ὁ Γλωσσόγραφος laudatur in ſchol. Marc. ad α'. 591. *Harl.*]

LXXXI. PANAETIVS Cratetis Mallotae diſcipulus.

LXXXII. PARTHENIVS Nicaënſis, quo nomine a Camerario adnumeretur iis, qui Homerum illuſtrarunt, nondum comperi. Euſtathius quidem ſemel iterumque et ante eum Athenaeus e Parthenio lucem adferunt verbis quibusdam Homericis; ſed Parthenium Dionyſii Grammatici diſcipulum intelligunt, cuius librum περὶ τῶν παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς λέξεων laudat idem *Athenaeus* libro XI.

LXXXIII. PERSAEVS Zenonis Citiei diſcipulus poſt Magiſtrum ſuum nonnulla ad Homerum explicandum et ſecum conciliandum ſcripſiſſe traditur a Dione Chryſoſtomo Orat. 53.

[PHERECYDES, Athenienſis, in ſchol. min. ad Odyſſ. α'. 223. λ'. 320. 325. etc. in ſchol. Venet. ad Iliad. β'. 99. aliter, ac Ariſtarchus, Apollodorus et Ptolemaeus explicat ἔκτιτο αἰπύ ad Iliad. π'. 175. etc. De hoc Pherecyde doctiſſime diſputat cl. *Fr. Gu. Sturz* in libro: Pherecydis fragmenta, Gerae 1789. mai. 8. pag. 62 ſqq. et inter fragmenta Pherecydis, ab illo viro humaniſſimo diligenter collecta, ſunt quoque loca, in quibus Homeri verſus verbaque explicantur, et a veteribus ſcholiaſtis ab interitu ſervata ſunt. *Harl.*

[PHILEMON, criticus celeberrimus, tempore Alexandri, ſcripſit σύμμικτα, teſte *Porphyrio* in Quaeſt. homer. 8. conf. *Villoiſ.* Prolegom. Hom. p. 34.

[PHILEMON, auctor Lexici inediti, in quo Athenaeum ac Lucianum laudat, et quod Etymolog. M. auctor ad verbum ſaepe deſcripſit. Illius plurima excerpta, hactenus inedita, cl. *Villoiſon.* in notis ad Apollonii Lex. hom. qualibet occaſione data depoſuit. Diverſus eſt a quodam *Philemone*, ab Athenaeo aliquoties laudato, qui ſcripſit Λέξεις ἀττικὰς a *Suida* memoratas. vide *Villoiſonis* Prolegom. ad Apollonii Lex. p. 67 ſqq. *Harl.*

[PHILETAS, Cous, criticus, grammaticus et poeta. Ptolemaei Philadelphi praeceptor, ſcripſit *Gloſſas Homericas*. vid. *Athenaeum*, libr. IX. p. 383. *Porphyrius* ad Iliad. φ'. 126. p. 468. ſchol. Venet. memorant eius expoſitionem. ibid. verſ. 126. *Philetas* et *Calliſtratus* citantur et refutantur. *Ariſtarchus* ſcripſit πρὸς Φιλητᾶν σύγγραμμα, in ſcholiis Marcianis laudatum. vid. *Villoiſon.* Prolegg. Hom. p. 29. et Prolegg. ad Apollonii Lex. p. 21 ſq. *Suidas* tom. III. p. 600. ibique Kuſter. *Toup.* vol. ad addenda Theocr. h. v. ad vol. II. p. 723. *Burmann.* II. not. ad Propert. II. eleg. 25. 31. p. 466 ſq. *Harl.*]

LXXXIV.

LXXXIV. PHILOSTRATVS Lemnius iunior praeter Ἡρωϊκὸν et alia ſcripſit παράφρασιν τῆς Ὁμήρου ἀσπίδος (Iliad. σ'.) vt Suidas auctor eſt.

LXXXV. PHILOXENVS Grammaticus Alexandrinus, Romae clarus, ſcripſit teſte Suida tom. III. p. 626. [et Eudocia. p. 424.] περὶ σημείων e) τῶν ἐν τῇ Ἰλιάδι, ſiue de obelis et aliis notis criticis, quibus Grammatici in Iliade vſi ſunt, et περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ γλωσσῶν, de vocibus obſcuris et peregrinis apud Homerum. *Aelius* vero *Serenus* eodem Suida auctore in Σερῆνος, [et Eudocia p. 386.] compoſuit ἐπιτομὴν τῶν Φιλοξένου εἰς Ὅμηρον, librum vnum. Leguntur et hodie nonnulla *Philoxeni* huius in gloſſariis editis ab H. Stephano, Vulcanio et Labbeo. *Philoxeni* commentaria in Odyſſeam laudantur a Stephano Byz. in Δωδώνη. *Fabric.* In ſcholiis Marcian. ad Iliad. α'. 231. citatur *Philoxenus* ἐν τῷ περὶ προσῳδιῶν, et ad Iliad. β'. 269. ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων. conf. infra lib. IV. cap. 34, 16. p. 536. vol. IIII. et libr. V. cap. 40. vol. X. p. 40 ſqq. *Harl.*

LXXXVI. PIGRES Halicarnaſſeus, frater Artemiſiae Cariae Reginae, idem, cui Margitem et Batrachomyomachiam a quibusdam tributam ſupra notare me memini, Suida teſte ſingulis Iliados verſibus ſubiecit Pentametrum, (perinde vt *Timolaus Lariſſaeus* poſtea et *Idaeus Rhodius*. [de quo v. libr. II. cap. 7. §. 9. med.] Hexametrum,) hoc modo: Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος· μοῦσα γὰρ σὺ πάσης πείρατ' ἔχεις σοφίης.

LXXXVII. PINDARION. Vide infra PTOLEMAEVS Alexandrinus. *Fabric.* In ſcholiis ad Dionyſium Thracem a cl. *Villoiſonio* in Anecd. graec. vol. II. publicatis, p. 188. occurrit Πίνδαρος ὁ Κομματικὸς, qui στοιχεῖον deriuaſſe dicitur ἀπὸ Στοίχου τινὸς ἑνὸς τῶν αὐτοχθόνων Ἀθηναίων. Ab *Aeliano*, V. H. lib. IX. cap. 15. *Pindarus* quidam teſtis aduocatur, Homerum filiae dotis nomine Cypria carmina dediſſe. adde cl. *Wernsdorf* in vol. IIII. Poet. lat. min. p. 563. *Harl.*

LXXXVIII. PIVS in commentario ad Odyſſeae π'. laudatur a ſcriptore Etymologici magni in ἀμέρσεν. Eiusdem Pii mentio in περιῤῥηδής. Item in ſchol. ad Sophocl. Aiac. Maſtigoph. v. 408. et apud Euſtathium, tum apud Seruium in V. Aeneidos. [ ]

LXXXIX. PLVTARCHVS Chaeronenſis inter alia deperdita compoſuerat etiam librum περὶ τοῦ χρόνου τῆς Ἰλιάδος et Ὁμηρικῶν μελετῶν βιβλία δ'. teſte Lampria. Μελέται Ὁμηρικαὶ laudantur etiam in ſcholiis [et min. et Marcianis] ad Iliad. ί. 625. et ſchol. ad Euripidis Alceſt. v. 1128.

POLLES Aegienſis ſcripſerat Suida teſte περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον οἰωνοπολίης. *Fabric.* Apud *Eudociam* p. 316. vitioſe exaratum eſt nomen eius Πόλλις, rectius p. 364. vbi ſcripta eius enarrantur, Πόλλης. *Harl.*

XC. PORPHYRIVS praeter Ὁμηρικὰ ζητήματα XXXII. ad Anatolium [quae ſaepe citantur in ſcholiis Homer.] et libellum de antro Nympharum Odyſſ. XIII. quae etiamnum extant, ſcripſerat librum περὶ παραλελειμμένων τῷ ποιητῇ ὀνομάτων ſiue *de verbis, quorum Homerus non meminit*, laudatum in ſcholiis ad Iliad. γ'. 175. 314. [et 250. 314. in ſchol. Marc.] tum quos Suidas [et Eudocia p. 364.] memorat, περὶ τῆς ἐξ Ὁμήρου

e) Confer *Diogen. Laërt.* III. 65. ibique Caſaubon. et Menagii notas. *Harl.*

ρυ ὠφελείας τῶν βασιλέων, βιβλία ί. Denique librum *περὶ τῆς Ὁμήρυ Φιλοσοφίας,* cuius particula libellus de antro poſſit videri, et Commentaria in Homerum, quorum reliquiae adhuc creduntur ſupereſſe MSS. in quibusdam Bibliothecis. Vide quae ſupra cap. 3. §. 13. *Fabric.* conf. *Villoiſ.* Proleg. homer. p. 17. not. p. 42. ſqq. *Valcken.* diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis, p. 142 ſqq. 145. *Harl.*

[PORPHYROGENITVS (*Iſaacus*) ſcripſit ſcholia in Iliada. v. ſupra cap. II. §. XV. infra hoc libro, cap. VII. §. 9. et *Villoiſ.* Proleg. homer. p. 14. not. *Harl.*

XCI. POSIDONIVS Ariſtarchi Anagnoſtes aliquoties citatur ab Euſtathio, vt iure ſuſpiceris, eum nonnihil contuliſſe ad emendandum vel interpretandum Homerum.

XCII. PROCLVS Philoſophus inter alia ſcripſerat *περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν,* et in vniverſum Homerum *ὑπόμνημα.* Vide, quae infra ſuo loco, vbi Procli ſcripta deperdita recenſeo.

XCIII. PROCOPIVS *Gazaeus* Metaphraſes Homericorum carminum ſcripſit variis dicendi formis, eloquentiam Homeri proſaria oratione ſiue exprimens ſiue ſuperans, vt ait *Photius* Cod. 160. *Fabric.* At *Photius* dumtaxat dicit: *καὶ δὴ (φέρεται ſc.* Procopii Gazaei, diuerſi ab altero Caeſarienſi *Procopio,* hiſtorico.) *βιβλίον ὅλον, ποιητικῶν μεταφράσεις, εἰς ποικίλας λόγων ἰδέας ἐκμεμορφωμέναι· αἱ μάλιστα τὴν τοῦ ἀνδρὸς περὶ ῥητορικὴν δύναμιν καὶ μελέτην ἱκαναί εἰσιν ἀπαγγέλλειν.* obſeruante cl. *Villoiſonio* in Anecd. gr. tom. II. p. 27. vbi de noſtro *Procopio,* cel. Sophiſta, et S. S. interprete, diuerſo autem ab hiſtorico *Procopio,* itidem Palaeſtino, ſed Caeſareenſi, non Gazaeo, copioſus eſt, et e cod. D. Marci 428. *Procopii Gazaei* orationem publici iuris fecit. *Harl.*

XCIV. PROTAGORAS gloſſas Homericas ſcripſit, ſi credimus Iacobo Du Porto, Laertium auctorem huius rei laudanti in praef. ad Gnomologiam Homericam. Sed nihil tale apud Laertium reperire potui.

PTOLEMAEVM Philadelphum non modo Zoilum obtrectatorem Homeri extremo adfeciſſe ſupplicio, ſed et *Ζητήματα Ὁμηρικὰ* ſcripſiſſe, neſcio quo veteri auctore, ſcribit *Petrus la Seine* de Nepenthe Homerico part. 2. p. 1349. [tom. XI. theſ. A. Gr. Gronou. Traditum id eſſe, ſcribit, in Prooem. gr. grammat. Lipſ. 1502.]

XCV. PTOLEMAEVS Alexandrinus cognomento *Pindarion* diſcipulus Ariſtarchi Grammaticus ſcripſit *ὁμηρικῶν ὑπομνημάτων* (niſi numerus apud Suidam corruptus.) libros XC. f) *Περὶ τοῦ Ὁμηρικοῦ χαρακτῆρος. Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν. Περὶ ἀναφορᾶς παρ' Ὁμήρῳ μνημονευομένου.*

XCVI. PTOLEMAEVS alter ſectator Ariſtarchi cognomento *ἐπιθέτης,* eodem Suida teſte

f) Atqui numerus eſt omnino corruptus. Nam *Küſter.* ex MSS. Paris. atque edit. Mediol. edidit tom. III. p. 224. *Ὁμηρικῶν ὑπομνημάτων βιβλία γ'. libros tres.* *Eudocia* p. 360. vbi plures Ptolemaei enumerantur, male habet *βιβλία ς'.* Idem *Ptolemaeus* a Suida et Eudocia dicitur filius *Ὀροάνδρου,* at in ſcholiis Marcian. vocatur *ὁ τοῦ Ὀροάνδου* Iliad. *κ'.* 292. ad Iliad. *ί.* *Πτολ. ὁ τοῦ Ὀροάνδου ἐν τῷ περὶ τῆς ἀπλοτομίας,* (h. e. ad libr. XVIII. Iliadis, diuinante Villoiſ. in Prol. Hom. p. 30.) refutatur ad Iliad. *ά.* 120. *Πτολ. τοῦ Ὀροάνδου* ſententia *ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Ὁμηρ. ὑπομνημάτων.* ad *δ'.* 389. *Πτ. ὁ τοῦ Ὀροάνδου ἐν τῷ περὶ Ὁμηρικοῦ χαρακτῆρος.* *Harl.*

teſte ſcripſit περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πληγῶν ſiue de f) plagis apud Poetam memoratis, et Commentarium in Odyſſeam. *Fabric.* Ad Iliad. β'. 111. in ſcholiis Marcianis ex Didymo: ἀλλ' ὁ Ἐπιθέτης ὁ Πτολεμαῖος, τὰς Ζηνοδότου γραφὰς ἐκτιθέμενος, ταύτην (γραφὴν) ἀναλόγως Ζηνοδότου εἶναι. Alio loco citatur is ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ἰλιάδος, v. *Villoiſon* Prol. homer. p. 30. vbi in *Suida* tom. II. p. 224. malit legere ὁ ἐπιθέτης κληθεὶς διότι ΕΠΕΘΕΤΟ, (loco vulgati ἀπέτο) τῷ Ἀριστάρχῳ. Audiuit vero Hellanicum grammaticum. *Harl.*

XCVII. PTOLEMAEVS Ariſtonici pater Romae clarus et ipſe in Homerum ſcripſiſſe a Suida traditur. *Fabric.* [*] A Suida et Eudocia dicitur *Ariſtonici pater;* at in ſcholiis Marcian. ad Iliad. δ'. 423. vti apud *Athenaeum* XI. 9. vocatur Πτολ. ὁ τοῦ Ἀριστονίκου, quod quidem vulgo vertitur *filius* Ariſtonici: ſed forſan etiam verti poteſt, *Ariſtonici pater*, quae eſt ſententia *Ionſii* de ſcriptor. hiſt. phil. lib. I. cap. 2, exemplis aliorum corroborata, aut et auus et nepos vocabatur Ariſtonicus, ita vt Ptolemaeus hic eſſet modo filius Ariſtonici, modo alius, nempe is, qui procrearet filium, cui more Graecorum nomen aui imponeret. Compara, quae *Villoiſon* ad Apollonii Lexic. proleg. p. 4. latius diſputat, ad litem componendam, num Apollonius Archibii filius, an pater haberi poſſit. *Harl.*

XCVIII. PTOLEMAEVS Euergetes Aegypti Rex, Ariſtarchi diſcipulus fuit, et a viro praeſtantiſſimo *Ioachimo Camerario* recenſetur inter διορθωτὰς Homeri, forte propter locum Euſtathii ad Odyſſ. ἐ. p. 203. ὅτι δὲ Πτολεμαῖος Αἰγύπτου βασιλεὺς ὁ Εὐεργέτης ἠξίωσε γράφεσθαι παρ' Ὁμήρῳ λειμῶνες μαλακοὶ σίου ἠδὲ σελίνου. Potuit tamen hunc Homeri verſum in ſuis Hiſtoriarum libris obiter adducere Ptolemaeus, vt non neceſſe ſit ex hoc loco colligere Poetam integrum ab illo recenſitum.

XCIX. PTOLEMAEVS Aſcalonita, de quo alibi dixi, ſcripſit, Suida teſte, προσῳδίαν Ὁμηρικήν. Ammonius quoque in σαφυλὴν, laudat Ptolemaeum ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν ἐν Ὀδυσσείᾳ προσῳδιῶν, et mox ἐν δευτέρῳ τῶν ἐν Ἰλιάδι προσῳδιῶν. Addit Suidas [tom. III. p. 224. vbi v. Kuſter.] eumdem ſcripſiſſe περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως. Laudatur in Scholiis ad Homerum minoribus [et Marcianis, vt ad α. 396. 465. β' 1 2. etc.] et ab Euſtathio iam ſub nomine Ptolemaei, iam ſub Aſcalonitae nomine, ſuperiore capite vt in vtroque indice ſcriptorum notatum reperies. *Fabric.* In ſcholiis Marcian. ad γ'. 155. citatur Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης ἐν τῷ περὶ τῆς κρατητείου αἱρέσεως. ζ'. 38. 159. etc. tantum dicitur ὁ Ἀσκαλωνίτης. In Etymol. M. p. 78. v. 21. pro Καλωνίτης legendum eſt Ἀσκαλωνίτης, notante *Tollio* ad Apollonii Sophiſtae Lex. hom. p. 742. *Harl.*

C. PTOLEMAEVS Chennus, Hephaeſtionis F. Alexandrinus, (de quo lib. IV. cap. 14. §. 15.) ſcripſit inter alia ἀνθόμηρον ſiue Poema Homeri exemplo diuiſum in libros XXIV. teſte Suida, [l. c. vbi v. Kuſter. et Eudoc. p. 360.] Ita inter latinos poetas Alanus poema quoddam ſuum inſcripſit Anti-Claudianum.

CI. PYTHA-

f) Non aſſertior Wowerano, qui cap. 17. de Polymathia ſuſpicatur, hoc libro Ptolemaeum egiſſe de Homeri reprehenſoribus.

CI. PYTHAGORAS incertae aetatis et Medicus περὶ Ὁμήρου τινα συντεταγμένος memoratur a *Laertio* VIII. 47. [vbi v. Menagium. p. 376.]

[SCEPSIVS, vid. *Demetrius*, nr. XLII. *Harl.*]

CII. SELEVCVS Alexandrinus, cognomento Homericus, in vniuerſum fere Homerum ἐξηγητικὰ ſiue expoſitiones ſcripſit teſte Suida. Meminit Athenaeus V. p. 188. Harpocration in Ὁμηρίδαι, Scholiaſtes minor in Homer. Odyſſ. β'. 190. Euſtathius etc. [In ſcholiis Marcianis ad α'. 340. Σέλευκος ἐν τῷ πολυστίχῳ γράφει. Idem laudatur ibid. ad α'. 211. 212. 381. (vnde adparet, eum contuliſſe recenſiones criticas,) γ'. 57. ζ. 37. etc. *Harl.*] Incertum idemne *Seleucus*, de quo Suetonius Tiber. cap. 56. Certe ita viſum Torrentio.

[SENACHERIM. De hoc cl. *Villoiſon.* in litteris ad me datis, haec doctiſſime adnotauit, quae h. l. inſerenda duxi: Cl. *Valckenaer* in diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis p. 134. loquens de ſuo Leidenſi codice homerico, *ab initio*, ait, *grammatico non poterat expectari, quae legitur ad Iliad.* χ'. 375. *adnotatio SENACHERIBI. Sunt tales non paucae, quibus ferme ſolis, praeter Porphyrianas, quum nomen SENACHERIM adcurate ſemper praefigeretur, coepi ſuſpicari, ignobilem grammaticum e variis exemplaribus in vnum volumen diuerſorum et Porphyrii collegiſſe ſcholia, et, dum illa referret in margines Iliadis Homeri, ſua paſſim ceteris immiſcuiſſe obſeruata, quibus vt ſecernerentur a reliquis, nomen ſuum ſemper antefixerit. Peruelim autem, vt quis me quidpiam de iſto Senacheribo edocefaciat, quibus in oris, et quo temporis articulo, ſaeculo XII. an XIII. vixerit: ſed credo equidem pleriſque omnibus, niſi ſi qui codicem tractarint Leidenſem, grammaticum penitus eſſe inauditum, nomen praeter ea prorſus inopinatum, forte nemini mortalium inditum, a quo vetus Aſſyriorum monarcha a filiis ſuis, dum ſacris operaretur, trucidatus. Huius nomen, ſecundum Hebraeos* [illegible] *pronuntiandum, in graecae verſionis librorum V. T. codice Alexandrino ſemper ſcribitur* Σενναχηρείμ, *niſi quod, vbi prima eius fit mentio, ponatur* Σενναχηρείμ. *In codice autem romano paſſim legitur* Σενναχηρείμ· *ceteroquin* Σενναχήριβος *ſiue* Σενναχήρειμος (*in MSS*) *aliquoties vocatur IOSEPHO Antiq. Iud. X. cap. 1.* [illegible] Σαναχάριβος, *Herodoto II. cap. 141. Quae tanquam BEROSI vulgauit FABRICIVS Bibl. graec. vol. XIV. p. 202. verba eſſe Ioſephi, dudum monuerat SCALIGER. Ne grauiter quidem, ſed peregrina forma ſcribitur in Leidenſi libro Grammatici nomen,* Σενναχηρείμ, *vel* Σενναχηρίμ. [illegible] *ſima repetere nomina, quae operibus ſuis praefigerent. Noti ſunt MELAMPVS, IASON, LEANDER, PALAMEDES, DIOMEDES, NEOPTOLEMVS, DRACO, ſimilesque: neque mirere, chriſtiano Grammatico nomen e libris ſacris impoſitum; ſed illud oppido mirificum, nomen illud SENACHERIMI ſacris ſcriptoribus deteſtati, cuiquam potuiſſe placere: nulla enim re alia rex Senacheribus ſacris ſcriptoribus fuit nobilitatus, niſi quod ſuperbi iactatoris, contra Hiskiam arma mouentis, exercitum deus vltor proſtrauerit, et ipſe domum redux inhoneſta morte perierit. Vulgo autem Chriſtiani inprimis ominis erant in nominibus propriis captandis ſtudioſiſſimi. Et iam antiquiſſimo aeuo Graeci nomina etiam bene ominata conſectabantur: Plato in Cratylo, p. 397. B.* etc. Hactenus Valcken. Iam autem in meis ad Homerum prolegom. p. 45. obſeruaueram Grammatici *Senacheribi*, τοῦ Σενναχηρείμ enarrationes non in ſolo codice Leidenſi occurrere; ſed etiam in illo Moſquenſi, ex quo ſcholia [illegible]

lici iuris fecit cl. *Matthaei*, Lipſiae 1781. vide p. 98. et alibi. Nollem autem ſummo Valckenario aliud agenti excidiſſe, *hoc nomen prorſus inopinatum forte nemini mortalium fuiſſe inditum, a quo vetus Aſſyriorum monarcha a filiis fuerat, dum ſacris operaretur, trucidatus.* Hoc enim apud Graecos medii aeui ſcriptores frequentiſſime deprehendi. Pauca e multis exempla proferam in eorum gratiam, quibus, et merito quidem, Herodotus, Thucydides et Xenophon notiores ſunt, quam Nicetas Choniata, Georgius Pachymeres et Ioannes Cantacuzenus, et alii, quos *Relliquias Danaum* merito vocaueris; ab huiusce nominis infauſto omine non abhorruerunt viri ſummis in imperio graeco perfuncti honoribus, immo et ipſi Duces. *Nicetas Choniata* p. 386. ſic loquitur de quodam Sennacheribo, qui regnante Balduino primo, anno 1204. vixit: *διελθὼν τὰς Θρᾳκῴας πόλεις ὁ Βαλδουῖνος, τῇ μὲν Ὀρεστιάδι φρουρὰν ἐγκατέλεξεν, ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὸ Διδυμότειχον· καὶ τὴν ἐκ Φιλίππου παρώνυμον πόλιν, διεσπάραξατο· ὡς δ' εἰς Ξάνθειαν ἵκετο. λόχον οἱ ἐκεῖσε ὑποκαθίσαντες,* ΣΕΝΑΧΕΡῚΜ *τινος ἐξηγουμένου, τῷ στρατεύματι λάθρα ἐπέθεντο.* De alio *Sennacheribo*, viro doctiſſimo, et cui fortaſſe haec ſcholia tribui poſſent, haec habet *Georgius Pachymeres* in Michaele Palaeologo, p. 58. vbi narrat, huncce Michaelem promiſiſſe, ſe, ſi imperium adipiſceretur, *τοὺς ἀρχῶντας κριτὰς ἐγκαθιστᾶν· ὧν καὶ μάλα καὶ πρώτιστον, τὸν κακὸν* Μιχαὴλ *καὶ* ΣΕΝΑΧΗΡΕῚΜ *ἐπικεκλημένον*, (ex quo patet, hoc non tam nomen, quam cognomen fuiſſe,) *οἱ τῶν λόγων καὶ τῶν νόμων ἔχοντα, ἐν τῷ δοῦναί οἱ καὶ πρωτοασηκρῆτις πάλαι σβεσθὲν ἀξίωμα, καὶ οἱ θέλειν ἀσηκρῆτις ὑποτάξαι, ἐφ' ᾧ ἀδεκάστως καὶ ἀνεριθεύτως κρίνειν.* Idem ibidem de eodem p. 96. *ὁ κακὸς* ΣΕΝΑΧΗΡΕῚΜ *ἐν πρωτοασηκρῆτις ὀφφικίῳ μεγαλυνόμενος*, (an. 1261.). *Ioann. Cantacuzenus* libr. I. cap. 27. p. 81. *τῷ πρωταλλαγότορι πρωταλλαγότωρ* ΣΕΝΑΧΗΡΕῚΜ, (an. 1321.) vbi Iac. Pontanus (ita MSS. pro ΣΕΝΝΑΧΗΡΊΜ.) Idem Pontanus *πρωταλλαγότορι* interpretatur *Surintendant des Poſtes* [h]). Idem ibidem Cantacuzenus eiusdem ΣΕΝΑΧΗΡΕῚΜ *πρωταλλαγότορος* mentionem facit lib. I. cap. 31. p. 94. et lib. 3. cap. 11. p. 385. ea narrans, quae poſt Andronici tertii mortem acciderunt: *ὁ μέγας Δομέστικος*, (i. e. ipſe Io. Cantacuzenus, qui hoc munere fungebatur,) *ἐνεχείριτο τῷ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ* ΣΕΝΑΧΗΡΕῚΜ, *ὃς αὐτίκα ἀποπλεύσας τήν τε πεζικὴν* (Turcarum,) *διέλυσε στρατιὰν, καταπλήξας τῷ τάχει τῆς παρασκευῆς, καὶ πολλὰ τὴν Σαρχάνη κακώσας χώραν, καὶ πολιχνίων ἐνίων τῶν παραθαλασσίων κρατήσας ἐξ ἐφόδου, καὶ ἀνδραποδισάμενος, καὶ τἄλλα ὅσα ἔδει τὸν ἀγαθὸν ποιήσας στρατηγὸν, ἐπανῆλθεν εἰς Κωνσταντίνου.* Vides

h) Poſtquam ſuperiora ſcripſeram, atque praelo iam tradideram, cel. *Villoiſon* per litteras (m. Oct. 1789. ad me ſcriptas,) ea quae ſequuntur, addere iuſſit: „*Πρωταλλαγότορα* *Pontanus* ad Ioan. Cantacuzenum libr. I. cap. 27. p. 81. male vertit *Surintendant des poſtes*, quum aliud prorſus ſignificet. *Iac. Goar* p. 32. notar. in caput ſecundum *Georgii Codini Curopalatae de officiis magnae eccleſiae et aulae Conſtantinopolitanae: ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου* et *πρωταλλαγάτωρ* ſic ſe habent, vt ille praecedat agmen, hic ſequatur; ille milites ducat, hic ordinet; ille paratos in aciem et hoſtes, exemplo prouocet; hic militiam deſerturos, vt in ordine ſtent, vi compellat: ille recta fronte in hoſtes pergit, hic a tergo impeditis et ſola facie conuerſis, confeſtim, ex pediſſequo ductor apparet: vnde ex honore, quem tum aſſequitur, et quia *μετὰ τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἀλλαγίου* dignitatem et onus bellandi ducendique diuidit, *Πρωταλλαγάτορος* ei nomen inditum: ille Leoni *λοχαγὸς*, hic *οὐραγὸς* dicitur in *Tactic. Conſtit.* 7. et p. 67. cap. 5. *Πρωταλλαγάτωρ* — — *ἀκολουθεῖ ὄπισθεν τῆς συντάξεως, ἵνα κἂν ἀπολιμπάνηταί τις αὐτῆς, φέρει αὐτὸν, καὶ ἀποκαθιστᾷ εἰς τὴν σύνταξιν καὶ εὔτακτα.* Hactenus *Villoiſon V. C.*

Vides igitur hunc egregium ducem, quamuis inauſpicatum nomen gereret, non infeliciter domum rediiſſe, vt Aſſyrium illum Sennachiribum *Georgius Pachymeres* in vita Andronici ſecundi ſenioris lib. 2. cap. 18. p. 16. *οἱ περὶ τὸν μέγαν Δομέστικον Ἰωάννην,* τὸν ΣΕΝΑΧΗΡΕΙΜ *καὶ ἄγγελον τῆς στρατιωτικῆς τάξεως.* Alium hominem, cuius magis *inauſpicatum* videbatur nomen, ſcilicet *Alleluia,* memorat *Ioannes Cantacuzenus* lib. 3. cap. 57. p. 545. vbi loquitur de tribus legatis, quos ex tribus ordinibus diſtinctis, ſcilicet e ſacerdotibus, ex optimatibus et plebeis ſeu *tertio ſtatu,* quemadmodum nunc Galli dicunt, ſelectos ad hunc imperatorem miſerat Berrhoea Macedoniae vrbs: Βερροιῶται, ἥκοντες πρέσβεις, ἐκ μὲν τῶν ἀρίστων Ἀστραπύρην, τοῦ δήμου δὲ ΑΛΛΗΛΟΥΙΑΝ ἐκ τῶν καταλελεγμένων δὲ τῷ κλήρῳ τῆς ἐκκλησίας Σέργιον [illegible] Hactenus cel. *Villoiſonius. Harl.*

CIII. Aelius SERENVS. Vide paulo ante in PHILOXENO.

SIDONIVS v. *Dionyſius Sidonius.* Bibl. Coislin. p. 464. b.

CIV. SINOPICA Homeri *διόρθωσις.* Vide ſupra cap. 2. nr. 14.

CV. SOSIBIVS Laco, *λυτικὸς* vocatur ab Athenaeo et Euſtathio, quod *λύσεις* Homericas, vt ſuſpicor, et in alios forte poetas ſcripſerat. *Fabric.* conf. *Valcken.* diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis, p. 140. infra, vol. VII. p. 70. *Eudoc.* p. 386. *Harl.*

CVI. SOSIPHANEM in Homero recenſendo verſatum fuiſſe, colligo ex Euſtathio in Iliad. *λ.* p. 667. *Fabric.* adde ſchol. Marc. ad *λ.* 453. *Harl.*

CVII. SOTERIDES Epidaurius Grammaticus inter alia teſte Suida ſcripſit *ζητήσεις Ὁμηρικάς.* [et *ὑπόμνημα εἰς Ὅμηρον.* v. Eudoc. p. 387. *Harl.*]

CVIII. SOTADES Poeta Ptolemaei Philadelphi temporibus clarus Iliadem ſingulari quodam Carminis genere expreſſit, quod ab ipſo *Sotadeum* dictum eſt i). Vide Scholiaſten Hephaeſtionis p. 10. Exempli loco poteſt eſſe hic verſus: [*]

Σείων μελίην Πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὦμον.

CIX. STESIMBROTVS Thaſius k). Phyſiologiam Homericam ſcripſiſſe traditur a Iacobo Duporto praef. ad Gnomologiam Homericam, ſed nihil tale apud Platonem in Ione, [p. 12. cum nota Mülleri,] niſi quod cum Glaucone et Metrodoro eum coniungit, et de Homeri ſcriptis aliquid compoſuiſſe innuit. [Celebratur et coniungitur cum *Anaximandro* a Xenoph. in Sympos. cap. 3. p. 113. edit. Bachii, vbi opponuntur illi Rhapſodis ſtolidis, (qui valde irridentur, vti apud Xenoph. M. Socr. IV. 2. 10.), et laudantur, quia meliora, praecipue quid eſſet pulcrum, docuiſſent. Adde *Schellenberg* in Reliquiis Antimachi Colophonii, p. 10. *Harl.*]

CVI. SYRIA.

i) De *Sotade* et verſibus *ſotadicis* ſiue *ſotadeis* vide Camerar. et Burmann. ad *Quinctil.* Inſtitt. orat. I. 8. p. 95. *Quinctilian.* ipſum Inſtitut. orat. IX. 4. p. 857. ibique Pithoeum et Almelou. Item *Heinſ.* et *Burmann.* ad *Ouid.* Triſt. II. v. 411. p. 532. *Harl.*

k) Vixit Periclis aeuo, v. *Athen.* Deipnoſ. XIII p. 598. E. *Xenoph.* Symp. III. 5. a *Tatiano* in Orat. *πρὸς Ἕλληνας,* §. 48. (ſupra cap. I. §. 4.) cum aliis inter eos adducitur, qui de Homero eiusque poeſi ſcripſerunt. Conf. ſupra, Nr. LXXV. cl. *Schellenberg.* Antimachi Reliquias, p. 10. Pertinuit ad [illegible] *Harl.*

CXI. SYRIANVS Alexandrinus, Procli Philoſophi Magiſter, [de quo infra. libr. V. cap. 26. vol. VIII.] ſcripſit in vniuerſum Homerum libros commentariorum ſeptem, et partem habuit in opere Procli περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν. Vide Suidam, [tom. III. p. 410. et Eudoc. p. 389.]

CXII. TELEPHVS Pergamenus, idem ni fallor, cum Telepho Grammatico, praeceptore Veri Imp. de quo Capitolinus, ſcripſit teſte Suida tom. III. p. 450. περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ σχημάτων ῥητορικῶν libros duos. Περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ῥητορικῆς. Cuius operis mentio etiam in Scholiis ad Hermogenem περὶ στάσεων. Περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Πλάτωνος συμφωνίας. Et ὡς μόνος Ὅμηρος τῶν ἀρχαίων ἑλληνίζει. Item de erroribus Vlyſſis ab Homero decantatis. Alius fuit Telephus Philetae Coi Grammatici pater, temporibus Philippi Macedonis. Ne dicam de *Telepho* Myſiae Rege, in quem exſtabat Euripidis Tragoedia. [de quo v. Eudoc. p. 404 ſqq.] *Fabric.* In Scholiis Marcianis ad Iliad. κ'. 545. laudatur ille Pergamenus criticus et Philetae pater ἐν τῷ ά τῶν Γραμματικῶν. Apud *Aelian.* de nat. animal. libr. X. cap. 42. citatur Τήλεφος ὁ ΚΡΗΣ, ὁ ἐκ τῆς Μυσίας Περγάμου, vbi *Valeſius* in Emendatt. lib. V. cap. 10. p. 129. probabiliter cenſet legendum Τήλεφος ὁ Κριτικός. *Harl.*

TERPANDER primus modulos aptauit verſibus Homericis, quos ſolitus eſt in agonibus decantare. Vide Plutarch. de Muſica p. 1132.

CXIII. THEAGENES, ὁ περὶ Ὁμήρου (ſiue vt Suid. ὁ εἰς Ὅμηρον) γράψας memoratur Scholiaſtae Ariſtophanis, et Suidae in ἀμείω, ἐκλέγεται τὸ Θεαγ. Theagenis huius Rhegini, qui Cambyſis tempore vixit, mentio in loco Tatiani, quem retuli ſupra cap. 1. §. 4. *Fabric.* Adde ſupra, p. 3. In ſcholiis Marcian. ad ύ. 67. cod. B. dicitur primus fuiſſe, qui de Homero ſcriberet, et ad allegoriam confugiſſe, vt defenderet eum; atque ad ά. 381. Theagenem ſic protuliſſe verſum, ἐπεί ῥά νυ, (pro ἐπεὶ μάλα οἱ φίλος ἦεν, vti *Seleucus* ex recenſ. Cypria et Cretica memoraſſet. *Harl.*

CXIV. THEONEM ἐν ὑπομνήματι Ὀδυσσείας citat Etymologicum M. in πέλλας. *Fabric.* Schol. ad Ariſtoph. Nub. 397. οἱ περὶ — Θέωνα ἑρμηνεύοντες. *Harl.*

CXV. THEOPOMPVS ἐν Ὀδυσσείᾳ hoc eſt, vt intelligo, in Commentario ad Homeri Odyſſeam laudatur ab Erotiano in λάσιον.

CXVI. THRASYBVLVS in Homerum commentatus cognoſcitur e Stephani Byzantini fragmento de Dodone, ad quod vide notas Eduardi Bernhardi p. 3.

[TIMOGENES ſ. *Timagenes* ſcripſit *Metaphraſis homeric.* Laudatur ab Apollonio Sophiſta in voc. ἀρπυίαι l), p. 549. edit. Villoiſonii, quem etiam, poſt *Bonamy* recens. de Timagenum ſcriptis et confuſione in Commentatt. academ. Pariſ. Inſcr. vol. XIII. p. 36. eundem in Prolegomen. ad Apoll. p. XVIII ſqq. Atque is, quia plures erant Timogenes ac Timagenes, in Apollonio Sophiſta legere mauit *Timagenem*, et illum, de quo loquitur Suidas, intelligere regii argentarii filium, oratorem Alexandrinum: nil tamen definit. *Harl.*]

l) *Apollonii* locum adtulit quoque Alberti ad Heſychium voc. ἀρπύιαι, p. 549.

CXVII. TIMOLAVS Lariſſaeus Iliadem altero tanto maiorem edidit, ſingulis verſibus ſingulos ex ingenio ſuo ſubiungens, ita vt ſenſus Poetae non periret, ſed clarior redderetur. Specimen huius operis habes apud Euſtathium praef. in Odyſſeam p. 4. [P]

Hom. Μῆνιν ἄειδε Θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
Timol. Ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
Hom. Οὐλομένην ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
Timol. Μαρναμένοις ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιζεν ἄνακτος,
Hom. Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
Timol. Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ἀπὸ δουρί.

Confer quae ſupra dixi in Pigrete.

TRIBONIANVS Sidetes, qui ſub Iuſtiniano floruit Suida teſte, ſcripſit inter alia *Μετάφρασιν τοῦ Ὁμηρικοῦ τῶν νεῶν καταλόγου.*

CXVIII. TRYPHIODORVS Aegyptius praeter *Ἰλίου ἅλωσιν*, de qua inferius capite VII. dicturus ſum, ab Heſychio Illuſtri in *Νέστωρ* traditur ſcripſiſſe Neſtoris exemplo, (qui Iliadem ſimiliter,) Odyſſeam *λειπογράμματον*, ita vt primo libro nullum eſſet *α*, ſecundo nullum *β*, atque in ceteris, vti ſupra in Neſtore dixi. Equidem Euſtathius in proleg. ad Odyſſeam p. 4. hoc aliter accepit: exiſtimauit enim in toto Tryphiodori opere nullum fuiſſe ſigma, quod ſi verum eſt, exſulauit ab vniuerſo poemate ipſius nomen Vlyſſis. Eius verba ſunt: *Ὀδύσσειαν λειπογράμματον ποιῆσαι λέγεται ἀπολέσας αὐτῆς τὸ σίγμα.* ſed ex his ipſis conſtat, Euſtathio neutiquam viſam hanc Odyſſeam, cuius meminit et Suidas, qui praeterea eſt auctor, Tryphiodorum ſcripſiſſe *παράφρασιν τῶν Ὁμήρου παραβολῶν.* Similiter Laſus Hermionenſis et Pindarus ſcripſere poemata, in quibus nullum Σ. teſte Athenaeo. Et latina proſa exſtat ſcriptum huius generis ſatis eloquia ineptum: *Fabii Claudii Gordiani Fulgentii*, quod opus myſticum ſine literis inſcribitur, editumque eſt a *Iacobo Hommeyo*, Pictau. 1694. 8. In primo capite deſideratur A, in altero B. atque ſic in ceteris. Conf. *Petr. de Riga* ſimilem luſum in Polycarpi Lyſeri Hiſtoria poetarum medii aeui. p. 705 ſqq.

[TRYPHON, *ἐν τῷ α΄ περὶ τῆς ἀρχαίας ἀναγνώσεως* laudatur in ſcholiis Marcian. γ΄. 122. ad ε΄. 299. conf. vol. VII. p. 72. *Harl.*]

CXIX. TYRANNIO iunior, (alio nomine *Diocles* Artemidori F. patria Phoenix,) Terentiae vxoris Ciceronis libertus praeter alia ſcripſerat *περὶ τῆς Ὁμηρικῆς προσῳδίας. Ὅτι διαφωνοῦσι οἱ νεώτεροι ποιηταὶ πρὸς Ὅμηρον. Διόρθωσιν Ὁμηρικήν. Fabric.* In ſcholiis Marc. ſaepius occurrit, vt β΄. 162. κ΄. 292 etc. conf. vol. VII. p. 72. *Harl.*

CXX. ZENO Citieus, de quo *Dio Chryſoſtomus* diſſ. 53. *γέγραφε δὲ καὶ Ζήνων ὁ φιλόσοφος εἴς τε τὴν Ἰλιάδα καὶ τὴν Ὀδύσσειαν καὶ περὶ τοῦ Μαργίτου — διηγούμενος καὶ διδάσκων, ὅτι τὰ κατὰ δόξαν τὰ δὲ κατὰ ἀλήθειαν γέγραφεν, ὅπως μὴ φαίνηται αὐτὸς αὑτῷ μαχόμενος. Homericarum quaeſtionum* libros quinque ſcripſiſſe ex Laertio VII. 4. et Suida diſcimus. Laudat etiam Euſtathius.

CXXI. ZENODOTVS Alexandrinus teſte Suida ſcripſit *περὶ τῆς Ὁμηρικῆς συνηθείας*, et *λύσεις Ὁμηρικῶν ἀπορημάτων. Fabric.* et *πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα.* vid. Eudoc. p. 204. *Harl.*

CXXII.

CXXII. ZENODOTI Epheſii διόρθωσιν Homericam memoraui ſupra cap. 2. nr. 16. Citat *Porphyrius* in quaeſtionibus Homericis et ſaepiſſime Euſtathius, [atque auctor Schol. Marcian.] Conſule et reliquos indices ſuperiore capite a me exhibitos. In Scholiis ad Lucianum tom. II. pag. 4. male vocatur *Ζηνόδωρος*. Ὁμηρομάστιξ ὁ Ζηνόδοτος (ita legendum) ἐπεκλήθη ὀβελίσας καὶ ἀθετήσας πολλὰ τοῦ Ὁμήρου ἐπῶν. *Fabric.* conf. *Suidam* tom. II. pag. 8. *Wowerum* de Polymathia cap. X. Teſte *Porphyrio* ad Iliad. σ΄. 356. in cod. B. Veneto ſcholiorum citatur quoque *Ζηνόδωρος*, *Zenodorus* περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας τὰ δέκα βιβλία. Eſtne hic quoque corrigendum *Ζηνόδοτος*? adde *Lucian.* verae hiſtor. libr. II. cap. 20. p. 117. tom. II. Reitz. *Harl.*

CXXIII. De ZOILO itidem Epheſio dictum infra eſt cap. VII. §. X. [P]

[CXXIIII. ZOPYRVS. Eius expoſitio voc. homer. ἐκ αὐτὶ τοῦ ἔξω memoratur ad Iliad. α΄. 139. ad Iliad. κ΄. 274. p. 254. a) Porphyrius memorat *Zopyri* ſententiam, num Πάλλας Ἀθηναίη ſcribi debeat? ὅθεν καὶ Ζώπυρος ἐν τετάρτῳ Μιλήτου κτίσεως γράφει. conf. *Fabric.* vol. VII. p. 58. et *Diogenem Laert.* VI. 100. Plures autem fuere Zopyri. *Zopyrion* grammaticus, cuius obſeruationem, e Plutarcho adlatam vid. infra cap. VI. §. XVI. circa finem. *Harl.*]

CAPVT VI

DE OMNIGENA HOMERI DOCTRINA ET APVD VETERES AVCTORITATE.

I. *Poeta pro Homero. Homeri nomen de eo, qui in quaque re excelleret.* II. *Rei Mythicae et Hiſtoriae Magiſter Homerus. Blanchini et Croeſii ſententia de ſenſu Hiſtorico Iliados et Odyſſeae. ibid.* III. *Ad veteres ſcriptores intelligendos, ad antiquos mores et ritus perdiſcendos vtiliſſimus Homerus.* IV. *Peritus Geographiae. Num America ei innotuerit?* V. *Aſtrologica, Muſica et reliqua Matheſeos ſcientia in Homero celebrata. Scriptores et pictores ex eius deſcriptionibus proficientes.* VI. *Homeri eloquentia.* VII. *Pietas et quantum ad mores formandos conducat.* VIII. *Sententiae Homericae.* IX. *Prouerbia.* X. *Principum et ducum militarium doctor Homerus. ICti ad eum prouocantes. ibid.* XI. *Homeri Philoſophia.* XII. *Senſus allegoricus Phyſicus Ethicus et Theologicus in Homeri poematis.* XIII. *Medica Homeri peritia.* XIV. *Theologia.* XV. *Futurorum, ſi Diis placet, conſcius Homerus.* XVI. *Sortes Homericae, et aliae ſuperſtitiones circa vſum verſuum Homeri. Grammaticorum ſtoliditas omnia artium priſcae natae in Homero quaerentium. Eorundem variae nugae et argutationes.* XVII. *Mirifica quaedam et ſingularia carminum Homeri exemplaria.*

Auctoritas Homeri. I. Nemo neſcit, apud Graecos pariter et Latinos Homerum habitum *fontem atque originem metrica diſciplinae*, quomodo vocatur a *Mario Victorino* ſub extremum Libri I. Artis grammat. et Poetam, cuius *ingenium ſine exemplo maximum, qui magnitudine operis*, vt ait *Velleius*, Lib. I. [cap. 5. vbi vide interpretes.] *et fulgore carminum ſolus appellari Poeta meruit. Athenaeo Mechanico* lib. de Machinis ὁ μόνος καὶ εἰς δικαίως ποιητής. *Philo de Abrahamo*: καθάπερ γὰρ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος μυρίων ὄντων ποιητῶν

τῶν κατ' ἐξοχὴν λέγεται a). *Cicero in Topicis*: *Homerus propter excellentiam* b) *commune Poëtarum nomen apud Graecos effecit suum.* Imperator *Iustinianus* §. 2. Inst. de I. N. *Sicuti cum Poëtam dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Graecos egregius Homerus, apud nos Virgilius.* *Hieronymus* [?] lib. II. comment. in Michaeam cap. 7. laudato Virgilii verſum, *ſed et Poëta*, inquit, *ſublimis, non Homerus alter, vt Lucilius de Ennio* c) *ſuſpicatur, ſed primus Homerus apud latinos.* Comicum et tragicum vocat Homerum Nazianzen. Stelit. VI. cap. 1. de Nonni histor. Confer *Plutarchum* IV. 4. Sympoſiac. *Boëthium* V. in Topica Cic. p. 832. *Theon.* p. 5.. Progymn. Plura *Grotius* in Florum ſparſione ad Ius Iuſtinianeum. p. 9. *Petitus* ad Apuleii apolog. p. 105 ſq. Id poſtea etiam ad alia translatum eſt, vt *Homeri* nomen acciperetur pro homine in quacunque doctrina ſummo: quo ſenſu Plato a Cicerone appellatur Homerus Philoſophorum, etſi inter Poetas Homero tantum concederet, vt ab *Aeliano* lib. II. cap. 30. Variar. hiſt. ab Euſtathio ad Iliad. Σ. v. 392. et P. v. 165. fertur, carmina, quae compoſuerat, heroica ipſe flammis tradidiſſe, quia cum Homericis illa contendens, longe inferiora eſſe deprehendit, et ingenium atque ἀνεμματοποιίας eius aſſequi ſe poſſe deſperauit. Similiter *Sappho* θῆλυς Ὅμηρος in Antipatri Epigrammate lib. I. Antholog. capite in Poetas, et *Aeſopum Homerum fabularum* a Iuliano Imp. dictum et *Sophoclem* a Polemone apud Suidam *Homerum Tragicum* appellatum obſeruant viri d) docti. Carmina Homeri ad Apollinem et Iouem relata. vid. *Gottfr. Olearium* ad Philoſtr. p. 726. Quantum Poetam Ariſtoteles aeſtimauerit Homerum, ex eius libro de Poetica manifeſtum eſt, quo paſſim eum in exemplum proponit, oſtenditque, arte, ingenio, doctrina ſummum extitiſſe. Quid Poetae ipſi? non Graeci tantum, atque in his Empedocles Philoſophus, quem Ὁμηρικὸν vocat *Ariſtoteles* apud Laertium VIII. 57. ſed Latini quoque, Heroici cum primis, ſed et Tragici, Comicique et Sillographi et Satyrici tum Lyrici et Epigrammatum ſcriptores, quorum omnium quisque optime cum vate ſemper imitandum ſibi propoſuere, vt infra capite ſeptimo ſum dicturus. Neque *Valgium* minore elogio credebat mactare ſe poſſe *Tibullus*, quam hoc IV. 1. 180. *Valgius aeterno propior non alter Homero. Fabric.* Illud *Horatii* Epiſt. I. 2. 16.

Iliacos

a) Indi ac Perſarum reges Homeri carmina in ſuam linguam conuerſa cecinerunt, aliaeque barbarae gentes multae illum magni fecerunt. vid. *Dion. Chryſoſt.* orat. LIII. de Homero, tom. II. p. 277. edit. Reisk. et *Aeliani* H. V. lib. XII. cap. 48. *Harl.*

b) Adde *Barthium* ad Statii IV. Thebaid. tom. I. p. 1097 ſq. Sic et *Troiani belli ſcriptor* κατ' ἐξοχὴν dicitur Homerus, licet plurimi fuerint, qui idem bellum deſcripſerunt, tum proſa tum verſu. Horatius lib. I. Epiſt. 2. *Troiani belli ſcriptorem, Maxime Lolli, dum tu declamas Romae, Praeneſte relegi.* Fallitur Ioh. Henr. Meibomius, qui in Maecenate ſuo, ex his verbis, Lollium Troiani belli ſcriptorem exſculpſit, notatus eo nomine a Theodoro Gorallo ſiue Ioh. Clerico ad Pedonem Albinouanum. *Fabric.* Quanta veneratione et vero ſuperſtitione *Lipſius* coluerit Homerum, patet ex eius Epiſt. ad Belg. Cent. I. epiſt. 87. „Delectauit me epiſtola tua et ſcite ſcripta, (rem dico,) et in ea iudicium de ſummo virorum, qui fuerunt, aut erunt, et cuius magnitudinem non niſi magni capiunt, nec plene etiam ipſi. Is Homerus eſt, o! apex ingeniorum, o! faſtigium et culmen ſcientiae, prudentiae, ſapientiae, quo pertingere quidem homini datur. — Senſum meum libere apud te promam: non arbitrari me ſine numine et enthea quadam vi praeclara illa ſcripta, et aut ipſum, (ſi fas dicere,) Genium eſſe aut Genium adſtitiſſe.“ etc. *Harl.*

c) Horatius lib. II. Epiſt. 1. *Ennius et ſapiens et fortis et alter Homerus.* Vet. Schol. *Ennius in principio Annalium ſuorum ſomnio ſe ſcripſit admonitum, quod ſecundum Pythagorae* [illegible] *anima Homeri in ſuum corpus veniſſet.*

d) Cuperus ἀποθεώσ. p. 135.

Iliacos intra muros peccatur et extra,

huc quadrat potiſſimum. Namque et admiratores Homeri et vituperatores modum exceſſerunt. De nimia erga Homerum, Hippocratem, Pythagoram et Epicurum religione agit *Gratianus Aſchpanus* in libello de ſuperſtitione erudita ſeu litteraria, Colon. 1728. 8. p. 3 ſq. De iudicio *Gravinae* nimis ſuperbo vid. Journ. liter. menſ. Maio et Iunio 1713. p. 95 ſq. adde iudicium de Homero ibidem, tom. VII. p. 308. et p. 322. cenſura libri: De Cauſes de la Corruption du Gout, ou Supplement à Livre de Madame Dacier, qui porte le meme titre, par M. D. L. Pariſ. 12. — Continuator operis Lamiani: Le Delizie dei Dotti et degli eruditi etc. nr. II. collegit inſignem nubem tam veterum, quam recentiorum, qui ſummis laudibus ornarunt poetam, et ipſe virtutes ingenii atque carminum homericorum ſingulas recenſet atque effert. Pari modo nr. III. eorum, qui varia in Homero ab omni tempore culparunt, iudicia refert, et ea, quae ſibi diſpliceant, copioſe perſequitur, iuſta excuſatione interdum addita: recte vero concludit p. 162, „Omero ha dei difetti, ma egli è ſempre Omero, cioè un Poeta grande e ſublime: queſta grandezza e ſublimità è ſtata e ſarà ſempre un largo contante per pagare tutte le di lui mancanze.“ Atque *Ioan. a Wower* de Polymathia, qui cap. II. §. 4. de Polymathia Homeri agit, cap. 17. vere, „Homerus, ait, quaſi quaedam reprehendendi officina veteribus, (immo quoque multis recentioribus,) criticis fuit: ita omnes libidine quadam et ingenii morbo ad illum vituperandum rapiebantur.“ Neque iniqui cenſores tenuerunt memoria illud *Quinctiliani:* „modeſte et circumſpecto iudicio de tantis viris iudicandum eſt, ne, quod plerisque accidit, damnent, quae non intelligunt.“ Quare qui, vti plures facere ſueuerunt et adhuc ſolent, Homerum ex ſenſu, quo nos imbuti ſumus, ex ingenio et moribus noſtri aeui, legunt, iudicant damnantque; omnino multa, quae vituperanda videantur, reperient; at enim ſummam quoque illi faciunt iniuriam et iniuſte agunt. Pariter illi, qui maiorem litterarum copiam et reconditiorem rerum diuinarum humanarumque ſcientiam, quam aetas Homerica habere atque proferre potuit, aut fontem quaſi omnium doctrinarum in eius carminibus quaerunt, nimio antiquitatis et Homeri amore abrepti, ab ineptiarum atque contortarum interpretationum ſuſpicione haud liberi erunt; immo vero in ſumma luce coecutire videntur. Homerum ſi recte intelligere atque interpretari velimus, cogitemus neceſſe eſt, eum vixiſſe iuuenili, vt ita dicam, rerum humanarum aetate, pluribusque ideo propriis eiusmodi aetatis virtutibus aeque ac vitiis, ſi quae in Homero dici poſſunt, aut potius infirmitatibus excelluiſſe, bene imbutum fuiſſe omnibus, quarum quidem aetas illa ferax erat, doctrinis ac diſciplinis, tum itineribus vſuque hominum, ingenium, quod ſplendidum, excelſum capaxque accepit a natura, bene excoluiſſe, ea, quae a ceteris, aetate maioribus, poetis vatibusque graecis, quos niſi ingenio, ſaltem vbertate atque ſuauitate varietateque orationis, ab ipſo excultae, ſuperauit, bona nactus eſt, rite prudenterque adhibuiſſe, et ſcienter adcommodaſſe materiae, quam viribus ſuis parem delegerat, mores atque opiniones de diis rebusque diuinis vulgares, in reliquis naturam vnice ſequutum, a patriae et inſularum adiacentium conditione ſituque multa, quae ad exornandum atque illuminandum carmen facerent, mutua ſumſiſſe. Hinc Homerum pro coeli, ſub quo vixit, habitu, proque hominum, quibuscum vitam egit, aut quorum res geſtas animique ſenſa expreſſit, indole, et ex ratione loquendi tum vulgari interpretari, atque in Ionia quaſi orisque Aſiae maritimis inſulisque verſari debemus, ſi, quibus abundat, pulcras ſimilitudines atque imagines et fictiones, quae in ſenſum incurrunt, poeticas recte ſentire atque examinare velimus. At plura de

hac re et nos alibi diſputavimus, et alii viri docti, *Blackwell* ſect. I. et II. et pag. 322 ſqq. *Wood* p. 270 ſqq. 300 ſqq. etc. cl. *Heyne* de origine et cauſſis fabularum homericarum, in nou. Comment. Societ. regiae doctrinarum Gottingenſis, vol. VIII. p. 34 ſqq. (quae commentatio germanice verſa eſt in: Neue Bibliothek der ſchönen Wiſſenſchaften, vol. XXIII.) aliique, quamquam non ſemper pari ratione ac felicitate, diſſeruerunt. Atqui *Marmontel*, quando in Elémens de Littérature, vbi quoque de epopoeia atque Homero agit, Homerum, cenſet, melius facturum fuiſſe, ſi argumentum Iliadis ſumſiſſet *raptam Helenam*, excidiumque Troiae vindicatum, prudenter et erudite culpatur in: Neue Bibliothek der ſchönen Wiſſenſchaften, vol. XXXIX. part. I. p. 50 ſqq. *Harl.*

Rei mythicae et historicae magister est Homerus.

II. Iam id potiſſimum agere animus eſt, vt, quam in aliis doctrinae generibus palmam doctorum hominum iudicio retulerit, paucis demonſtrem. Schol. Hermogen. p. 308. παραχωρεῖ Ὁμήρῳ πάντες, ὅσοι τὰς λογικὰς μετῆλθον τέχνας, ἅτε ἐξ αὐτοῦ τὰς ἀρχὰς εἰληφότες καὶ τὰ σπέρματα τῶν ὑποθέσεων. Nam non *fabularis* tantum rei praecipuus eſt auctor, vel eo nomine pernecessarius ad ſcriptores poſteriores tum graecos tum latinos pernoſcendos, qui ad Mythologiam Homericam paſſim alludunt; ſed et ad *hiſtoriam* veram illius aetatis vtcumque intelligendam vnice confert, etiamſi res, quia fabulis permixtae multis ſunt, [illegible] apud Cenſorinum cap. 21. e) Sane non omnia eum finxiſſe, Polybius f), Lucianus, et alii praeſtantis iudicii ſcriptores fatentur, vt *Strabo* (libr. XI. p. 774. C.) maiorem quoque fidem Homero in Heroum geſtis tribuat, quam vel Cteſiae alicui vel Hellanico vel etiam Herodoto. [Nolo ea repetere, quae *Heyne* l. m. aliique de ortu mythologiae homericae diſputarunt, atque ego infra ad *Heſiodum*, lib. II. cap. 8. §. XV. adnotaui, aut quae [illegible] docui. Tempora et mutationes opinionum bene diſcernamus neceſſe eſt. Conf. *Heyne* ad Apollodori Biblioth. tom. III. p. 911 ſqq. Si latius liceret exſpatiari, ampliſſimus, in quem excurrerem, campus pateret. Inquiri enim poſſet [illegible], vnde Homerus doctrinam deorum acceperit, num vnice hauſerit ex Graecia, an, quae quidem mihi [illegible], partem certe ex Aegyptiorum et Phoenicum diſciplina; quae [illegible] tentet, num illud exiſtimari [illegible] et vi, quod [illegible], an, quae eſt *Zimmermanni* in Muſeo Heluetico, tom. VII. part. [illegible] diſp. de [illegible] Homeri, [illegible] in diſſertat. homericis [illegible] omnibus [illegible] ſit [illegible]; an, quod mihi quidem videtur veriſimilius, multa famae [illegible] addiderit; nam [illegible] omnia, quae

e) Add. *Auguſtinum* de ciuit. dei, lib. VI. cap. 5. lib. VII. cap. 20. et 24. et cl. *Villoiſon.* de triplici Theologia et myſteriis veterum, in *Bar. de Sainte Croix* Mem. pour ſervir a l'Hiſtoire de la Religion ſecrete des anciens Peuples etc. Pariſ. 1784. 8. p. 221 ſqq. *Harl.*

f) [illegible] *Fabric.* [illegible] *Strabo* [illegible] Eratoſthenem, qui quum contenderet, Homerum omnia, pro lubitu fingere, *Strabo* libr. I. p. [illegible] (p. [illegible] Alm.) [illegible] monet, non Homericum eſſe, noua fabularum portenta proferre, quae a nullo vero dependeant: et p. 25. (p. 45. Alm.) negat, Homericum eſſe et conſentaneum, omnia confingere: p. 27. (47. Alm.) Homerum, affirmat, vbi ordo requiritur locorum, quae commemorantur, ordinem ſeruaſſe: atque ſic [illegible] Homerum. *Harl.*

quae ad coſmologiam ac theogoniam pertinent, ab antiquis philoſophis, qui ſub huiusmodi fabulis, elementorum mutationes rerumque naturalium formandarum rationem ſpiritus eſſent docere, petita fuerint, et quomodo tractata ab Homero, an plurima tantummodo, quod iam ſenſit Clarke ad Iliad. α. 399. ε. 385. etc. quaedam vero ex vera hiſtoria ſumta, et poetice atque mirabilius exornata, et quae aliae eiusmodi quaeſtiones eſſe poſſunt. Omnia enim allegorice explicare, eſt ineptum, et cunctas Homericas fabulas interpretationibus phyſicis defendere, non ad homericum, ſed ad ſerius aeuum pertinet. Aliud quoque conſilium fuit Homero, poetae epico, in enarrandis adhibendisque mythis; aliud Heſiodo, poetae, quem vocant, didactico. At enim eiusmodi quaeſtionum vberior inquiſitio, ab inſtituto noſtro aliena, ad denia me abduceret. Atque *Blackwell* [g], *Wood*, p. 146. etc. *Schott*, in hoc argumento diligenter verſati, quoniam iam ſaepius a me laudati ſunt, atque *Hermanni* aliorumque ſcripta, in quibus etiam Homeri theologia explicatur, ad Heſiodum commemorantur: quosdam alios, qui in vtramque partem diſputarunt, nominare licebit. adde infra, §. XIV. De diis apud Homerum egit *Fraguier* in Commentar. acad. reg. Pariſ. Inſcript. vol. III. p. 1 ſq. — *Io. Boivin* Syſteme d'Homere ſur l'Olympe, ibid. vol. VII. Lepidam interpretationem dedit *Io. Harduin* in: Apologie d'Homere, ou l'explique le véritable Deſſein de ſon Iliade et ſa Theomythologie. Pariſ. 1716. 12. conf. *Goetzii* Mem. bibl. Dresd. tom. II. p. 143. Journ. literair. part. VI. p. 307. et Homere defendu contre l'Apologie du P. Hardouin, par Mad. Dacier. Pariſ. 1716. 8. In libro, qui ab additamentis Piſtorii ſagacibus multum tulit laudis, etiam de origine et ratione mythologiae homericae agitur: *Ueber den Dienſt der Fetiſchen Götter, oder Vergleichung der alten Religion Egyptens mit der heutigen Religion Nigritiens. Aus dem Franzöſiſchen. Mit einer Einleitung; Verſuch über Aberglauben, Zauberey und Abgötterey, und andern Zuſätzen.* Berlin und Stralſund. 1785. 8. Ex Fetiſchiſmo, quem vocant, ſiue cultu materiarum conſecratarum religioſo, *Piſtorius* ortam eſſe putat mythologiam, Homerum amplius et crebrius tribuiſſe diuinis naturis humanas perſonas; nec tamen plane neglexiſſe primum τῶν Fetiſchen Characterem, et mortuos homines recepiſſe inter deos. conf. Univerſ. Bibliothec. Berolin. vol. 86. part. I. p. 130 ſqq. — *De la Barre* in Hiſtoria Theogoniae et cultus deorum in Graecia, in Comment. eiusdem ſociet. Pariſ. tom. XVI. p. 1 ſqq. et p. 46 ſq. tom. XVIII. p. 1 ſq. paſſim egit de Homeri theologia mythisque: neque vero ſatis plenam et adcuratam eſſe inquiſitionem atque expoſitionem, oſtendunt interpres illarum commentationum germanice verſarum, in: *Abhandlungen und Auszüge der Königl. Akademie der Innſchriften* etc. curante Heynio, vol. I. Antiquitati gr. Lipſiae, 1781. p. 169 ſqq. et cel. *Heyne* in notis ad le *Foucheri* commentatt. in vol. XXXIV. etc. Commentar. eiusdem ſocietatis. et vol. XXVII. p. 224 ſq. et Hiſtoriam eiusdem ſocietatis, vol. XXIII. p. 22 ſq. 189. vol. XXV. pag. 197. etc. Eſſai ſur la Religion des anciens Grecs. à Lauſanne, 1757. II. part. 8. etc. — De Fato eiusque forma, vi et notione, a veteribus animo concepta verbisque deſcripta, apud Homerum et ſeriores poetas, eſt commentat. in Noua Biblioth. artium et litterarum elegantiorum Lipſ. germanice ſcripta, vol. 36. p. 1 ſqq. — Two Diſſertations. 1) On the Grecian Mythologie; 2) An Examination of Sir Iſ. Newtons Objections againſt

g) Vid. ſectionem IV. pag. 63 ſq. 101 ſqq. 115 ſqq. praecipue p. 202 ſqq. per integras X. et XI. ſectiones probaturus eſt Blackwell, Homerum fuiſſe mythologiae Aegyptiacae gnarum, multa hauſiſſe ex Orpheo, ex templo Delphico, multa a Phoenicibus et Cretenſibus didiciſſe, quae a populari religione parum afuiſſent. *Harl.*

againſt the Chronology of the Olympiads. By — *Sam. Muſgrave.* London. 1758. — De Theologia, in primis de Fato et Ioue Homeri meam dixi ſententiam in Opuſculis varii argumenti p. 187 ſqq. — De Iouis abitu ad epulas Aethiopum Iliad. α. 423 ſqq. quem *Macrob.* I. Saturn. cap. 23. et lib. II. in Somn. cap. 10. de duodecim ſignis intelligit, vide *G. Goſſard* Aſtronomical and philological Conjectures on a Paſſage in Homer. London. 1768. 4. coll. libelli cenſura in Ephemerid. litt. Gotting. plag. 34. p. 326. a. 1769. adde de hoc loco *Caſp. Hofmanni* var. lection. lib. I. cap. 22. Lipſiae, 1619. pag. 40. — De lingua deorum atque hominum Homero celebrata, comm. I. et II. *Erneſti Aug. Schulzii*, Francof. ad Viadr. 1755. 4. et *Lakemacher* in Obſeru. philolog. part. III. item *I. Petri Milleri*, quondam Rectoris Gymnaſii Vlmenſis, progr. de deorum maxime Homericorum lingua. Vlmae, 1765. 4. — Remarques ſur Virgile, et ſur l'Homere et ſur le ſtile poetique de l'Ecriture S. par l'Abbé *Faydit.* Pariſ. 1705. rec. 1710. mai. 12. (conf. *Clement* Biblioth. cur. tom. VIII. pag. 272.) — *Frid. Gotth. Freytagii* Progr. num quid de angelorum lapſu Homero notum fuerit? Nurnberg. 1728. 4. etc. — *Brucker* in Hiſt. critica philoſ. vol. I. p. 422 ſqq. *Cudworth.* in ſyſtem. intellectuali, cum primis Moshemii not. ad illud, tom. I. p. 157 ſqq. 280. 294 ſqq. edit. Lugdun. et frequentius. vt veterum philoſophorum ſcriptorumque eccleſiaſticorum opiniones, commenta atque interpretationes, aliosque recentiores omittam, qui obiter adtigerunt, aut per occaſionem tractarunt idem argumentum. *Harl.* Diſputauit etiam aduerſus allegoricorum interpretum rationes docte cl. *Lud. Henr. Iakob* Diſſ. philoſ. de Allegoria Homerica. Hal. Sax. 1785. conf. Bibliothek der alten Litt. I. p. 212 ſq.] *Franciſcus Blanchinus*, vir doctiſſimus et ingenioſiſſimus in hiſtoria vniuerſali ex antiquis monumentis illuſtrata et Hetruſco idiomate edita cap. XXX. copioſe conatur Poeſin Homeri ad hiſtoricum ſenſum reuocare, contenditque, Homerum ſub *Iouis* nomine deſcribere Regem Aethiopum, ſiue Arabiae, [?] (quae tunc Aethiopia Orientalis habebatur.) atque Aegypti, ſub nomine *Iunonis* Reginam Syriae, *Neptuni*, Cariae, *Apollinis* Aſſyriae ſiue Babyloniae, atque ita de ceteris, quae referre longum fuerit. *Ionas Ramus* in libro peculiari Vlyſſem Homeri eundem contendit cum Outino ſeptentrionalium. Hafniae. 1716. 8. Huc quoque pertinent ſingulares *Hermanni von der Hardt* ſententiae: Detecta mythologia Graecorum in decantato Pygmaeorum, gruum et perdicum bello. Lipſiae, 1716. 8. De Troiae expugnatione per Herculem Argonautarum ducem; id. in Ionae luce fol. 341 ſqq. [eiusdem *Hercules ex Curcharia* in Homerum, Strabonem, Lycophronem etc. Helmſtad. 1710. 4. in quo libro multa lepida et ingenioſa et noue [illegible] reperies: e. g. Homerum habuiſſe Orchomenum patriam, ſub Troia intelligendam eſſe Andream Graeciae, Orchomenum, Iliados hiſtoriam eſſe Boeoticam, Orchomeniam. (vid. cap. 13. p. 66 ſqq.) et quae alia ſunt acuta commenta ſomniaque: quae repetiit in *Equo Troiano*, an. 1716. in ſuis *Varus*.] Quid? quod *Gerardus Croeſius* in *Homero Hebraeo* *), ſiue *Hiſtoria*

*) Pars prima huius Operis in qua poſt introductionem agit de VII. primoribus libris Odyſſeae, prodiit Dordraci 1704. 8. Obiit Croeſius Dordraci 17[illegible] [illegible] vid. Biblioth. Bremens. hiſtor. philol. theol. claſſ. II. faſcic. II. p. 384 ſq. vbi notatur [illegible] Homeri hebraizantis a Croeſio [illegible] eſſe [illegible] paratum. [illegible] [illegible] Odyſſeam ab Homero Iliadi praemiſſam p. 21. et 22. infeliciter probat ex eo, quod Nepos in Dione locum ex Iliade allegans, laudat [illegible] rhapſodiam. Nam locus, quem Nepos [illegible] exſtat in ſecunda rhapſodia, [illegible] Iliados, vt ipſe Vir. Cl. agnoſcit, et nullo exemplo vel [illegible] [illegible] [illegible] Odyſſeam [illegible] rhapſodiam, ita vt Odyſſeae [illegible] Rhapſodia [illegible] ſecunda. [illegible] [illegible] p. 676.

Hiſtoria Hebraeorum ab Homero, contendit, Poetam, maxime in ſuis operibus deſcripſiſſe hiſtoriam, quae exſtat in ſacris litteris vsque ad tempus, quo Iſraelitae ſibi terram Canaan prorſus ſub primis ſuis regibus ſubiecere, et id eadem fere ſerie rerum ac temporum, atque S. Scriptura, et hoc nominibus quantum adtinet ad ſummam rerum hebraicis, aliter quidem ſonantibus litteris, ſed ſignificantibus easdem ſua poteſtate res, nihilominus tamen admixtis atque interpoſitis ſuis poeticis fictionibus i). Atque in Odyſſea quidem, quam prius ſcriptam et priorem locum ſibi merito vindicare putat, deſcribi Patriarcharum et Iſraelitarum varios caſus et euentus inde ab egreſſu Loti ex Sodoma vsque ad Moyſis in montem Nebuntis abitum obitumque. In Iliade vero depingi oppugnationem excidionemque Hierichuntis et aliarum vrbium terrae Chananaeae per Ioſuam et Iſraelitas, additis variis caſibus, in quos populi vtrinque inciderunt, et adiunctis aliquibus, quae in ſequentia tempora incidunt. Haec Croeſius. *Fabric.* Nihil paene abſurdius excogitari poteſt, Croeſii commento. Mira quidem conuenientia et veluti conſenſus eſſe videtur morum, nec non rationis cogitandi et ſcribendi in homericis carminibus cum ſacro codice; atque, quod ad formulas loquendi adtinet, id praecipue demonſtrare adniſus eſt *Zachar. Bogan* in libro: *Homerus ἑβραΐζων, ſiue comparatio Homeri cum ſcriptoribus ſacris, quoad normam loquendi. Subnectitur Heſiodus* Ὁμηρίζων. Oxoniae, 1658. 8. k) Vtiliter contendi poſſunt multi V. T. libri cum Homero, quod ex hoc antiquiſſima ratio viuendi, dicendi agendique cognoſci poteſt, et comparatio plena erit vtilitatis ad multa S. S. loca rectius intelligenda et ab iniuria aliorum vindicanda. Sic cl. *Drasdo* in tribus commentatt. *Comparatio Moſis et Homeri*, Witteberg. 1783 ſqq. mores orientis antiqui cum iis, quos Homerus ſeruauit aut expoſuit, bene comparat: atque cl. *M*[illegible], Rector ſcholae Grimmenſis in progr. *Quid adiumenti ſacrarum litterarum interpreti praeſtet Homeri cum ſacris ſcriptoribus comparatio*, Lipſiae, 1789. 4. non plane quidem ſubſcribit Croeſii et Bogani ſententiis; at tamen in ſingulis quibusdam verbis, in tautologia et omni Homeri oratione eſſe putat hebraismos. Neque tamen inde colligi poteſt, Homerum ſcripturam ſacram legiſſe, ex hac multa ſumſiſſe mutua, aut, quae Croeſii ſententia eſt, deſcripſiſſe, et quaſi transformaſſe in alia omnia. Vetus quidem eſt ſententia, e. g. Clementis Alexandr. in Strom. Theodoreti l) Tertulliani, (Apolog. 47.) et aliorum, a recentioribus pluribus, *Hue*[illegible] in demonſtratione euangelica, *Henrico Hulſio* in libro, in quo multa quidem ingenioſe atque ſpecioſe, nec tamen ſatis apte ad perſuadendum, ad ridendum potius vberrime, proponuntur atque illuſtrantur m), Paſſerio, cui probabile eſſe videtur, poetam per Palaeſtinam

profectum,

p. 676. per iocum ait, ſe apud inferos inter alia ex Homero rogaſſe, ὃ πρότερον ἔγραψε τὴν Ὀδύσσειαν τῆς Ἰλιάδος, ὡς πολλοί φασιν, et ſubiungit, ipſum hoc fuiſſe inficiatum: ὁ δὲ ἠρνεῖτο. Apud Suidam legas, *Anianum* Alexandriadem ſiue Poema Heroicum de Alexandro, Homeri imitatione, ſcripſiſſe ἐν ῥαψῳδίαις κδʹ. Ita enim legendus ille locus.

i) Conf. *Wolfius* in Biblioth. hebr. nr. 544. *Basnage* Hiſt. iud. lib. 3. cap. 20. §. 4. *Heum.*

k) De huius, et Croeſii ac Du Porti opera et comparationibus ſaepe vanis falſisque bene ſobrieque iudicat *Drasdo* in comment. mem. I. p. 8 ſqq. — Boganum commendat *Lackemacher* in orat. de vtilitate e gr. ſcriptor. interpreti V. T. capienda, p. 336. *Harl.*

l) Hic libr. II. Therap. Moſes, ait, eſt oceanus theologiae, a quo fluuii omnes deriuantur. Hinc Anaxagoras, Pythagoras et Plato poſt eos parua quaedam veritatis lumina quaedamque initia deſumſerunt. *Harl.*

m) *Melchiſedecus vna cum parente ex tenebris, cum ſcripturae ſacrae, tum fabuloſae Gentilis emergens et caput protollens, opera et ope Henrici Hulſii*, S. litterarum Profeſſoris. *Accedit adfinis proxime digreſſio ad ſpecimina potiora alia gentilium*

profectum, Dauidis et Salomonis, quorum aequalis fuisset, carmina legisse, denique voluiſ-ſe [illegible] n), recte, Homerum vel in Palaeſtina fuiſſe, e praelectis ſacris permulta hau-ſiſſe, ſuaque [illegible], [illegible] theologiam Graecorum eſſe ortam ex Oriente, narratis, ex copiis [illegible] nominibus fabulisque adſperſis, et quae alia [illegible] lepida ſunt, vt verbo dicam, figmentis. Ab Homero lectos eſſe ſcriptores ſacros, ex deſignatione mul-torum, quibus poeta vtitur, vocabulorum colligi poſſe putant *Meric. Caſaubonus* o), et *Rusaeus* p), aliique, et *Iacob. Capellus* q), elegantias homericas pleraſque depromtas iu-dicat, ex ſacris ſcriptoribus ab Homero, ſaltem [illegible] lectis. Immo vero *Erneſti* in Opuſculis philol. et criticis p. 178. „neque repugnauerim, ait, valde, ſi quis et Homerum, doctiſſimum hominem, et alios de more illorum temporum, peregrinantes per Aſiam, vi-diſſe in libros hebraicos, atque inde hauſiſſe putet." Enimuero primum valde dubito, et vero negare [illegible] Homerum per Palaeſtinam profectum eſſe, aut libros ſacros legere potuiſ-ſe, praeſertim ſi ratio aetatis a nobis ſupra ſubducta conſtet. Iam vero ne vnum quidem ve-ſtigium occurrit in carminibus Homeri, huic cognitam fuiſſe gentem iudaicam, quum tamen de Phoenicibus, et Aegyptiis aliisque earum regionum gentibus permulta tradiderit. Quare, quae conuenire videntur, ea orientaliſmos potius dicere fas fuerit, quam hebraiſmos. Tum inter differt, niſi ſanis ſenſui et legitimae interpretationi ſumma vi adhibita, theologia home-rica a doctrina ſacra: nam [illegible] ſunt, Homerum voluiſſe deos [illegible] exponere atque eorum cultum tradere. Porro credibile eſt, in Oriente, praeſertim in Aegypto remanſiſſe veſtigia et ſemina quaſi cognitionis ſummi numinis, at obſcurae et arcanae. Ibi aliquam et vagam dei veri notitiam accipere menteque infigere potuit Homerus at imbutus falſis religionibus, nec verum numinis cultum, nec puram plenamque ſupremi numinis ſcientiam aut notitiam, qua ipſi Orientis incolae, excepto Iudaeis, caruerunt, conſequi potuit. Per denſas quidem tenebras ſenſibus ſuis quaedam micantes lumine naturae atque ingenii adiutus vidit, non ta-men vera a falſis diſcernere potuit. Multo poſt Homerum philoſophari demum coeperunt Graeci, atque de vera ac principiis omnium rerum ſubtiliter diſputare. Homerus popularem gentis ſuae theologiam in primis ſequitur de diis eorumque natura, moribus atque actioni-bus vel [illegible], quae a ſuperioribus vatibus tradita ſunt et a natione credita, nec a vulgata et populari opinione [illegible] vſia, vel [illegible] fabulas. Quod vero caput eſt, ex quo [illegible] ſimplicitas et conuenientia Homeri et priſcorum ſcriptorum auctorum poteſt intelligi; perpendendum eſt, aetatem omnem puerilem et magnam adoleſcentiae, immo ve-ro quamdam partem iuuentutis, ſiue homines ipſos ſpectes ſiue vitam et cognitionem, ſen-ſuum imperio ſubiectam, et plurimum ſui eſſe ſimilem. Videmus vel noſtra aetate magis culta [illegible] homines prima vitae aetate tamen ſenſibus regi, in omni adfectu et oratio-ne ſimplicitatem praeferre et [illegible] ſectari, ſenſuum et fabularum vario genere [illegible], [illegible]

gentilium fabuloſae et Dionis Chryſoſtomi oratio *de Ilio non capto*, (interprete Rhodomanno,) Lug-duni Batau. 1706. 8. in Prolegomenis et a cap. VII.

n) In comm. *de Homeri religione*, in Nuova Raccolta d' Opuſcoli ſcientifici e filologici, vol. XXVI. Venetiis, 1774.

o) De nupera (Schreueliana) Homeri [illegible], Londini, 1695. p. 46 ſq.

p) In diſſertt. homericis, diſſert. XXX. p. 110

q) In collectione *elegantiarum homericarum*, *quas ad ſuos*, i. e. ſacros *fontes* reducere ſtuduit in *Vindiciis pro Iſaaco Caſaubono*, lib. IV. cap 11—21. adde infra, cap. VII. §. X.

quam vero elegantia cultuque atque litterarum reconditarum ſubtilitate ac veritate gaude-re. res naturales haud turpe dictu factuque habere, nec in conſuetudine cum aequalibus adeo diligentes eſſe et verecundos, eadem verba ſententiasque crebro repetere. Subito rapiuntur ad iram atque offenſionem; nec vero [illegible] aliorum aut παρρησίας, quam ipſi amant, adeo aut facile laeduntur. Pauci vt dicam, mores hominum vtriusque ſexus, donec vſu annorum hominumque atque inſtitutione fiant ſapientiores, prudentiores et exculti, parum inter ſe differre, ſed in omni vita atque oratione miram ſimplicitatem atque ſimilitudinem prodere ſolent. Nonne probabile videtur, cognitionem humanam antiquitatis vltimae eosdem habuiſſe gradus ac progreſſiones, quamquam tardiores, feciſſe, primam illius aetatem fuiſſe rudem, ſenſim ſenſimque adoleuiſſe, et homines illius aeui nondum excultos vitae litterarumque elegantia legumque ſeueritate, iis quae ſub ſenſum cadunt, potiſſimum captos pari ſimilique ratione vixiſſe omnique ſenſu expreſſiſſe! Quanta morum, ſentiendi, dicendique ſimilitudo adhuc reperitur inter illas barbaras gentes, quae ex prima quidem barbarie vitae emergentes, nondum excitatae cultiorum nationum vſu, nec artibus et ſeuerioribus doctrinis politiori ſenſu imbutae ſunt! Accedit Ioniae et inſularum ingenium coelique temperies. Accedit, quod primi Graeci ex Phoenicia, adeoque Oriente initia litterarum linguaeque acceperunt. Aurora vero culturae et artium illuxerat, quum Homerus vſura lucis frui coepiſſet. Rebus ſic ſe habentibus, nonne intelligi poterit facilius, qua ratione tanta ſimilitudo interceſſerit inter orationem Homeri atque primorum S. S. auctorum? inter mores Orientis atque hominum, qui tempore belli Troiani atque Homeri, vixerunt? Quidquid tamen ſingulis gentibus, praecipue iudaicae, peculiare fuit, ſi, cum mores linguamque, tum maxime cognitionem cultumque dei veri puriorem ſpectes, id commode comparari nequit. In reliquis vero, quae vniuerſim poſſunt comparari, et ad naturam indolemque generis humani pertinent, ac ſingularum aetatum propria ſunt, communis et omnino ſimilis aetatis illius admodum iuuenilis vitaeque erat ratio. Hinc in Homero eadem orationis et heroum ſimplicitas, eadem ſimilitudinum ab ipſa natura ſumtarum frequentia, idem calor feruorque iuuenilis, idem color orationis, idem ſentiendi et loquendi modus idemque rerum, quibus ſenſus potiſſimum mouentur, amor; frequentes repetitiones et alia, quae in antiquiſſimis libris ſacris reperiuntur. Neque tamen ex hac ſimilitudine colligi poteſt, Homerum nouiſſe aut legiſſe litteras ſacras: e contrario id efficitur, Homerum non potuiſſe non ſequi mores et ſermonem et religionem ſuae aetatis gentisque, ſenſibus ſubiectae, et ab omnibus, naturae et artis litterarumque, quae illa tempora proferre poterant, praeſidiis inſtructum, ad firmiorem cognitionis humanae iuuentutem celeriter progreſſum, reliquis, qui ſequerentur, praetuliſſe facem. Hinc quoque tautologiae aeque ac leges verecundiae, vt quidem nobis delicatioribus videntur, et decori violatae, denique conuicia, quibus heroes et dii ſe inuicem proſcindunt, in Homericis carminibus poſſunt melius diiudicari atque examinari. Neque in his Homerus plane vlterius poteſt comparari cum Virgilio, moribus perditis, et tamen elegantioribus, in aula Auguſti, luxu ampliore, vita delicatiore, libertate dicendi minuta, vitiis augente. Suae quoque aetatis mores ſenſumque ſecutus eſt, ſuis quoque virtutibus ingenii et dictionis ſplenduit; Homerum tamen, licet Scaliger aliique ſecus ſenſerint, in multis praeſtare Virgilio, Wood egregie docuit. Alii mores, alia tempora erant homerica. Quae [illegible] quidem iam multi alii ab nobis [illegible] fecerant.) *Gottleber*, Rector quondam ſcholae Annaebergenſis, alias vir recti iudicii et multae eruditionis, in Comm.

ſuper

ſuper locis aliquot Homeri poetarum theologorum accommodatis, Annabergae 1764. 4. vbi culpant Homerum, quod deos abſurde loquentes et male agentes induxit, eorumque defenſionem, poetam ſequutum eſſe religionem ſiue potius craſſam ſuperſtitionem plebis, vanam eſſe, commode indicauit. Per ſe id manifeſtum eſt, et nobis ita videtur. At Homeri aequalibus non ita viſum eſt, atque ille in vulgaribus fictionibus et criminibus easdem reperire potuerat fictiones, quas argumento et carmini ſuo exornando aptas adhibuit. In multis quoque fortaſſe latuit occulta quaedam doctrina naturae rerumque naturalium, quarum verus ſenſus nobis obſcurus eſt. Pari ratione reliqua Gottleberi aliorumque crimina dilui poſſunt. Nec omnia vocabula, quae inepta eſſe videntur, ex vulgaribus lexicis aut ſecundum illorum originationes ſunt interpretanda. De tautologiis *Riccius* diſſ. VI. et *Dreſdio* comment. I. p. 25 ſqq. bene diſſeruerunt. In peculiari diſp. *Aug. Petrus Bornemann*, praeſ. *Io. Henrico Schulze* egit *de Tautologia Homeri*, Halae Sax. 1736. 4. qui quidem multas eorundem verſuum repetitiones a Rhapſodis ortas putat. Item *Io. Guil. Olderi* progr. *de Tautologia Hom.* Thorn. 1746. fol. et in *Biedermanni* Selectis ſcholaſt. part. II. p. 591 ſqq. Sed hactenus. *Harl.*

Ad noſcendam antiquitatem vtilis eſt Hom.

III. Ad neminem porro frequentius prouocant, nullius teſtimonio libentius vtuntur Scriptores graeci et latini, quam ad Homerum: ita, vt in vtrisque multa facilius intelligat, cui Homerus familiaris fuerit. Hunc enim primum in ſcholis edidicerant r), hunc tenebant memoria, hunc in ore et animo ferebant, ſuſpiciebantque velut Vatem aliquem ſacrum ac diuinum. Ex nemine etiam antiquiſſimorum temporum mores s), *antiquitates*, *ritus* vel iucundius vel etiam certius petas, quam ex Homero, vt pereleganti libello oſtendit *Euerardus Feithius*, quem in quatuor libros diſtribuit, et *antiquitates Homericas* inſcripſit, in lucem ab Henr. Brumano, Rectore ſcholae Zuollanae, editas poſt Scriptoris fata demum Lugd. Batau. 1677. 12. Amſtel. 1726. min. 8. inſertas theſauro antiquitatum Graecarum Gronouiano tom. VI. [?] [quas *Stoeberus* curatius edidit ſuisque et Heupelii animaduerſionibus ornauit, Argentorati, 1743. 8. conf. Bayle Diction. v. Feith. not.]

Geographia Homeri.

IV. *Geographiae* vero, quod peritum ſe oſtendat Poeta

Carmine complexus Terram, Mare, Sidera, manes,

vt ait *Silius* XIII. 788. omnino libentius accredes, quam Geographorum principi Straboni, qui eum cum Hipparcho non modo ἀρχηγέτην τῆς γεωγραφικῆς ἐμπειρίας vocat, ſed vere ita dici

r) *Plin.* lib. II. Epiſt. 14. *Quintilian.* etc. *Auguſtin.* lib. I. cap. 14. Confeſſ. [v. Scholiaſten Dionyſii Thracis in cl. *Villoiſonii* Anecd. gr. tom. II. p. 181. Niceratus apud *Xenoph.* in Sympoſio cap. III. §. 5. ὁ πατὴρ ait, ὁ ἐπιμελούμενος, ὅπως ἀνὴρ ἀγαθὸς γενοίμην, ἠνάγκασέ με πάντα τὰ Ὁμήρου ἔπη μαθεῖν· καὶ νῦν δυναίμην ἂν Ἰλιάδα ὅλην καὶ Ὀδύσσειαν ἀπὸ στόματος εἰπεῖν· cui Antiſthenes reſpondet, neſciſne rhapſodos quoque omnes illa carmina memoria tenere! Socrates tamen apud *Xenophont.* M. S. IV. 2. 10. tamquam ſingulare memorat, Euthydemum omnia Homeri carmina poſſidere. *Io. Gelenii* Progr. de Homeri ſcriptis in ſchola praelectis, Dresdae. 1766. 4. alia eiusdem argumenti ſcripta ſupra iam commemorata ſunt. Adde *Auguſtin.* de Haereſi. cap. 7. *Maſſon* in vita Horatii, p. 20 ſqq.]

s) Fabricius margini adſcripſerat: *Io. Henr. von Seelen* Homerus paſſionis Chriſti a Iacobo Hugone teſtis falſo productus, in eius Miſcell. Lubec. 1734. 8. p. 68 ſqq.

dici per totum fere librum primum, et alibi paſſim oſtendit, cui addendus e recentioribus *Cuperus* eſt, Lib. i. Obſeruat. p. 128 ſq. Antiquioribus nominibus locorum vſum Homerum obſeruat *Stephanus* Byz. in χαιρωνεία. Neque tamen ſemper antiquiora vſurpauit nomina; nam et *Velleius Paterc.* I. cap. 3. ex perſona poetae et Corinthum et quasdam hominum colonias iis nominibus adpellat, quibus vocabantur aetate eius, multum poſt Troiam captum conditae. Nec praetereundum, hinc integras vrbes de finibus ambigentes litem ſuam Homeri auctoritate decidiſſe, adeoque fuiſſe, qui in ſuorum gratiam verſus quosdam Homerico carmini infererent, vt in gratiam Athenienſium a Solone ac Piſiſtrato factum narrant idem *Strabo* IX. p. 394. *Plutarchus* p. 83. itemque alii, quos obſeruat *Menagius* ad Laertium lib. I. ſect. 48. et *Ioh. Meurſius* in Solone cap. 7. Addit *Strabo*: ὃ παραδέχονται δὲ τοῦτο οἱ Κριτικοί. Innotueritne Homero *America* quoque, quam per occidentales Aethiopes innuerit Odyſſeae primo v. 24. non auſim cum doctiſſimo viro *Eraſmo Schmidio* in oratione, (Pindaro ſubiecta.) de America p. 258. adfirmare, cum ipſa Aethiopia Africana in orientalem et occidentalem commode diſtingui poſſit, vel orientales Aethiopes Homero ſunt Sabaei ſiue Homeritae, non ignotus Arabiae in Aſia populus, quorum reſpectu Africanos Aethiopes vocat occidentales. Qua de re conſules *Iobum Ludolfum* Commentario ad hiſtoriam Aethiopicam p. 228. *Fabric.* Nec adſenſum praebet Schmidio *Iacobus Frid. Reimmannus* p. 253 ſqq. libri inſcripti, *Ilias poſt Homerum, hoc eſt, incunabula omnium ſcientiarum ex Homero eruta, et ſyſtematice deſcripta,* Lemgou. 1728. 8. vbi per totum caput IX. ſectionis quartae, a p. 244 — 558. latius perſequitur Geographiam Homeri tempore. Geographiam Homericam iam quoque exoptarat *Leibnitius* Epiſt. p. 433. — Homeri etiam Geographiam adtigit atque illuſtrauit more ſuo *Herm. von der Hardt* in Iona in luce fol. 390. cui vero Strabo in Homeri rebus et momentis topographicis plerumque paruus et vero miſer videtur. — De hac quoque Hom. Geographia copioſi ſunt *Wood* (p. 96 — 145. et alibi et p. 86. de ventis apud Homerum; idem culpat tabulam Popii geographicam.) et *Blackwell* (p. 268 ſqq. et alibi.) Vterque autem docet, Homerum fuiſſe in Aegypto, ab illius regni incolis et maxime a Phoenicibus multa didiciſſe, quae ad terrarum variarum cognitionem et rei nauticae ſcientiam pertinerent. De geographia Italiae homerica, et vnde eam acceperit, multus eſt *Blackwell* p. 279 ſq. — Singularia habet, et a probabiliore Homeri explicatione multum diſcedit *Maccinuca*, *Martorelli*, qui quidem ipſe dicitur eſſe auctor, diſcipulus, in libro: *Dell' antiche Colonie venute in Napoli, opera del Duca Michele Vargas Maccinuca*, Napoli 1769. cuius primi tomi inſcriptio eſt: *I Fenici, primi abitatori della Citta di Napoli.* 1764. mai. 4. — ſecundi tomi: *della ſeconda Colonia, venuta in Napoli da Cuma dell' Eubea.* (conſ. ephem. litter. Gotting. 1770. in ſecundo ſupplemento.) In primis huc referendae ſunt tres commentationes doctae, fructus regii inſtituti ad excitanda iuuenum ingenia egregii, *Car. Traugott Gottl. Schoenemann*, Islebienſis, *comm. de Geographia Homeri*, in concertatione ciuium academiae Georgiae Auguſtae, IV. Iun. 1787. praemio a rege M. Britanniae conſtituto, ab ordine philoſophorum ornata. Goettingae. 1787. 4. *Hermanni Schlichthorſt*, Bremenſis, *Geographia Homeri*, quam comm. ad praemio ornatam altero loco accedere iudicauit ordo philoſoph. cum praefat. Io. Chriſt. Gatteteri. ibid. eod. an. 4. Denique *Aug. Guil. Schlegel de Geographia Homerica*, comm. ab ordine philoſ. proxime ad praemium pronuntiata. Hannouerae, 1788. 8. — De Chronologia homerica vide praeter Reimmannum l. cit. cap. VIII. ſect. IV. etiam *Wood* p. 241 ſqq. *Harl.*

Aſtrologiae, matheſeos, picturae etc. ſcientia Hom. V. *Aſtrologiae* t) et *Matheſeos* peritum Poetam iam ex vita Homeri Euſtathio, Achille Tatio aliisque notauit doctiſſimus *Cuperus* p. 90 ſqq. quibus adde, quod de *Muſica* eius peritia obſeruat *Ariſtides* Quintilianus lib. II. de Muſica. p. 87. Quin et Artifices, *Pictores* praecipue ac *Sculptores*, multum ex Homeri deſcriptionibus proficere poſſe ſe nulli dubitabant. vt praeter vitam Homeri p. 401. edit. Galei. docent tabulae veteres a celeberrimis artificibus expreſſae. vt *Necromantia* Homeri picta a Nicia, quam memorat *Plinius* lib. XXXV. cap. 11. Phidiae Iupiter Homericus apud *Strabonem* lib. VIII. p. 354. *Dionem Chryſoſt.* XIII. p. 210. et *Suidam* in Φειδίας. Scyphi Homerici grätiſſimi vſui memorati *Suetonio* in Nerone cap. 47. [v. ad §. XIII.] Conf. *Plin.* 37, 2. *Stuckii* Antiquitates Conuiual. lib. III. cap. 12. Gemmas hiſtoricas, narrationes Homeric. illuſtrantes v. in *Antonii Gorii* ſylloge, tab. XXVIII. Huc ſpectat tabula Iliaca vetus in naui Hieronis, quam e Moſchione memorat *Athenaeus* V. p. 207. alia item adhuc ſuperſtes, quam ad calcem Commentarii in Columnam Traiani Imperatoris vulgauit illuſtrauitque *Raphael Fabrettus*. Rom. 1683. fol. et poſt Fabrettum *Laurentius Begerus*, antiquitatum elegantiarum Oedipus feliciſſimus, in excidio Troiano ex antiquitatum reliquiis tabula praeſertim Iliaca delineato et commentario illuſtrato Berolin. 1699. 4. [Duo tabularum fragmenta, quae res iliacas continent, publicauit *Montfaucon* in Antiqq. expl. Supplem. tom. IV. p. 84. pl. 48. de quibus v. cl. *Tychſen* comm. de Quinti Smyrnaei Paralipomenis p. 29 ſqq. n. *Harl.*] Iliacum bellum in pluribus tabulis [in *Montfaucon* Antiqq. expliq. tom. I. pl. 48. V. pl. 51. etc. in *Bartoli* Admir. ant. tab. XXIV. etc. in *Winckelmanni* Monumentis ineditis p. 145 ſqq.] olim pictum a Theodoro, quod fuit Romae in porticibus, *Plinius* XXXV. 11. commemorat, vt *Petronius* Iliadem et Odyſſeam pictam in media porticu, *Vitruuius* V. 7. Troianas pugnas et Vlyſſis errationes. *Raptum Helenae* in Olympia depictum in templo Iunonis *Dio Chryſoſt.* XI. p. 163. ὑπόμνημα τῆς ἁρπαγῆς — καὶ ἐπίγραμμα ἀρχαίοις γράμμασι. Ini excidium pictum a Polygnoto, *Plutarchus* de Oraculor. defectu p. 436. Praeclarus quoque *Architectus* Homerus iudice apud eundem Plutarchum p. 679. Alexandro Rege. [ſ]

Homerus orator. VI. Iam inter *Rhetores* et *Oratores* graecos latinosque, quotusquisque eſt, qui Homeri verba, ſententias, affectus, figuras non ſit admiratus, qui in deſcriptionibus, exemplis, comparationibus, non eum ſibi ſequendum propoſuerit. Et quam inuidendum encomium eſt, quod Homero *Quintiliani* iudicio lib. X. cap. 1. *Omnibus eloquentiae partibus exemplum et ortum dedit.* Hinc pluribus eodem in loco idem Fabius docet, et ante eum

t) Vide *Pſeudo-Didymum* ad Iliad. κ'. 252. ά. 606. Bibl. nouiſſ. Halenſ. p. 227. ex epiſt. 14. ad Keplerum. Nullius non artis aut perfecta aut certe non dubia veſtigia in Homero reperiri ait *Quintilianus* XII. vlt. *Fabric.* Quae Homero ignota, aut illi eiusque aetati cognita erant, aut multis videbantur, late perſequitur *Iac. Frid. Reimmannus*, in Iliade poſt Homerum, et omnia quinque ſectionibus comprehendit, 1) de philoſophia in genere, Homeri tempore, quinque capp. 2) de quatuor artibus popularibus, totidem capp. 3) de artibus inſtrumentalibus, IV. capp. 4) de doctrinis theoreticis, tam philoſophicis, quam mathematicis, XIII. capp. 5) de doctrinis practicis, II. capp. De ſcientia Homeri aſtronomica, non vera, ſed ex iis, quae in oculos cadunt, tantummodo percepta, conf. *Io. Frid. Pfaffii* comm. de ortibus et occatibus ſiderum apud Auctores claſſicos commemoratis. Gottingae. 1786. 4. p. 36 — 38. *Harl.*

cum auctor vitae, quam Dionyſio Halicarnaſſenſi tribui a Galeo dixi, quibus accedit *Cicero* in Bruto cap. 10. Lucianus in laude Demoſthenis, et inter recentiores *Ez. Spanhem* ad orat. I. Iulian. pag. 13. *Cuperus* pag. 112 ſqq. *Nic. Cauſſinus* lib. I. de eloquentia ſacra et humana cap. 10. Auctor ſcholiorum ad Iliad. IX. ab Horneio editorum v. 443. *Φαίνεται δ' ἂν καὶ τὸ τῆς Ῥητορικῆς ὄνομα εἰδώς. — Ὁ περὶ Κόρακα δὲ καὶ Κτησίαν*, (lege *Τισίαν*), *ὕστερον ἐξενόμισαν τὴν ῥητορικήν.* Homeri rhetoricam ſiue eloquentiam ſingulari libro olim celebrauerat Telephus Pergamenſis, vt teſtatur Anonymus ſcholiorum auctor ad Hermogenem *περὶ στάσεων*. In ſcholiaſte altero ad libr. 2. *περὶ ἰδεῶν* pag. 414 ſqq. figurarum 39. exempla ex Homero adferuntur. Hippodromi quoque iudicio apud *Philoſtratum* 2. de Sophiſt. p. 615. Sophiſtarum pater Homerus. Conf. quae *Tzetzes* XI. Chiliad. v. 758 ſqq. 715. ſqq. *Fabric.* De eloquentia Homeri, quamquam multa iam ſunt diſputata, tamen adcuratius adhuc diſſeri poteſt. Atque fuerunt, qui in laudanda illa ipſi eloquentiae magis quam veri laudem ſectati viderentur. Artifex quidem eſt, qui non prodiit ex ſcholis rhetoricis, ſed naturam eiusque pulcritudinem, auream ſimplicitatem, ac veritatem habuit ducem. Mores hominum atque aetatis heroicae, (vt iam *Origenes* in Celſum VII. p. 356. vidit,) optime ſeruauit, cum vi atque copia, et vbi opus erat, cum ornatu, et magnitudine verborum ac ſententiarum res ſignauit, aut alios induxit loquentes. Quanta maieſtas et ſublimitas in multis carminis ſit locis poſt Longinum Clodius in ſingulari libello expoſuit. Iucundiſſimus orationis color, vberrimae ad delectationem et ſuauitatem comparationes atque imagines, ſumma vis ingenii in conſtitutione et forma carminis vtriusque, exornatione atque vſu machinarum, quam dicunt, poeticarum. Orationes heroum ſunt fidiſſima quaſi ſpecula illorum characterum, animique motuum. Contra apud Virgilium orationes ex perſona Aeneae etc. interdum videntur nimis expolitae, et Mantuanus poeta in ornatu ingenio ſuo vitaeque lautiori indulſit. Etiam, dialogum ſi ſpectes, vterque poeta differt. Ilias et Odyſſea totum eſt drama: Aeneis autem, maximam quidem partem narratio. At miſſis his aliisque, quae hac de re dici poſſunt, paucos, praeter illos, quos creberrime laudaui, Riccium, Wood, Reimmannum, Boſſu, Blackwell, eosque, quos Fabricius h. l. nominauit, proferre liceat. *Hadelich* de meteoris, (h. e. frigidis, vitioſis ineptisque verbis rebusque) in Homeri poemat. in Actis acad. elector. Mogunt. doctrinarum vtilium. Erford. tom. I. nr. 32. — De ſimilitudinibus Homer. v. *Io. Iac. Breitinger critiſche Abhandlung von der Natur, den Abſichten und Gebrauch der Gleichniſſe.* Tiguri, 1740. 8. diuerſis locis. — *De ſimilitudine Homerica* diſp. ſcripſit *Aug. Hermann Niemeyer*, Halae Saxon. 1777. 4. *F. Idren* in diſputatione academica *Specimen artificii homerici in exprimendis animae affectionibus* dedit, eiusque ſectio I. lucem vidit Vpſaliae, 1788. 4. *De eloquentia Homeri* vniuerſe egit *Dauid Chriſtophor. Seybold*, Ienae 1771. 4. M. *Car. Dav. Ilgen.* Rectoris ſcholae Naumburg. comm. Neſtore feliciſſimi ſenis exemplo Homerum non magis delectare, quam prodeſſe. Lipſiae. 17 9. 4. in qua veterum aeque ac recentiorum et philoſophorum et eorum, qui praecepta pulcri dare ſolent, iudicia de homerica Neſtoris deſcriptione ac notatione examinat, et bene docet, quomodo via docendi philoſophica a poetica, praecipue epica, differat. etc. *Harl.*

De pietate Homeri. VII. Singularis quoque eſt *Pietatis*, quod Homerus per totum poema, ſoli diuino beneficio, non ſuae, vel cuiusuis hominis induſtriae tribuit, quod ipſe, aut quicunque demum alius, vel carmine, vel in dicendo, vel muſica, vel quacunque demum ſcientia aut virtute valuiſſent, vt obſeruat *Ariſtides* Orat. I. Platonica tom. III. p. 38. 43. Ad

mores formandos ſiue praecepta *Ethica* u) inſtillanda animis, vtiliſſimum eſſe Homerum, probat Horatius, qui plus honeſtatis et vtilitatis ſe apud Maeoniden inueniſſe gloriatur, quam plurium philoſophorum ſit praeceptis expreſſum: eius enim iudicio lib. I. Epiſt. 2. *Homerus* eſt

Qui quid ſit pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non,
Plenius ac melius Chryſippo et Crantore dicit.

Quod ne temere adfirmaſſe videatur, confirmat tum ex Iliade v. 6 — 16. tum ex Odyſſea v. 17 ſqq. Etiam Pythagoras iam olim Homeri et Heſiodi ſelectis ſententiis ad emendandos animos vſus eſt, teſte *Iamblicho* in eius vita cap. 29. et *Anaxagoras* pronunciauit Homeri poeſeos praecipuam eſſe argumentum, virtutem et iuſtitiam, vt refert *Laertius* lib. II. ſect. XI. Socrates apud Platonem Alcib. I. p. 28. notat, Odyſſeam atque Iliada totas eſſe *περὶ διαφορᾶς δικαίων τε καὶ ἀδίκων.* Olympiodorus ad Alcibiad. Platonis, Iliadem nihil aliud, quam *ὀνομακλογίαν μνηστήρων καὶ* Τηλεμάχȣ. Plura *Martinus Cruſius* in oratione decima in Homeri laudes. Idem libenter faſſi ſunt alii Philoſophi Ethnicorum, Plato inprimis et Ariſtoteles, ne iuniores commemorem, Lucianum, cui *μέγας ἀληθείας προφήτης* audit Homerus in amoribus p. 890. auctorem vitae Homeri, quem Dionyſium Halicarnaſſenſem a Galeo haberi ſupra obſeruaui, [?] Ariſtidem tom. II. p. 378. qui Homerum *τὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων σύμβολον καὶ προστάτην*, adpellat, Dionem Chryſoſtomum, a quo Socrates Homeri *ζηλωτὴς* fuiſſe probatur diſſ. 55. Maximum Tyrium, Plutarchum de audiendis Poetis, Heracliti allegorias Homericas, Proclum in Platonem de Rep., auctorem Anonymum, [*Nicephorum Gregoram* eſſe, ſupra iam vidimus,] moralis interpretationis errorum Vlyſſis, Pſellum, Tzetzam, Iohannem Diaconum in allegoriis Homericis editis et MSS. [vide infra vol. VII. lib. V. cap. 7. p. 64.] itemque alios. Sed chriſtiani Doctoris pii ac diſertiſſimi *Baſilii* Caeſarienſis teſtimonium praeterire nefas fuerit, quo iudice *πᾶσα μὲν ἡ ποίησις τῷ Ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστιν ἔπαινος, καὶ πάντα αὐτῷ πρὸς τοῦτο φέρει, ὅ, τι μὴ πάρεργον.* Orat. de legendis Graecorum ſcriptis.

Sententiae Hom. collectae. VIII. Huc refer pulcherrimas *Sententias*, quae in Homero occurrunt, collectas a *Mich. Neandro* lib. II. Gnomologici Baſil. 1564. 8. a *Bartho Rocheburgo*, Louan. 1555. 4. et, qui cum aliorum ſcriptorum, ſacrorum praecipue v), ſententiis erudite contulit, *Iacobo Du Port*, Anglo. Huius *Gnomologia Homerica* lucem adſpexit *Cantabrigiae* an. 1660. 4. et ſtudioſis merito debebat eſſe quam commendatiſſima. Non diffiteor autem ſententias

u) Magdeburg. an. 1717. 8. Germanice editus eſt *Io. Scharlachii* Diaconi Solquellenſis ſpeculum virtutum Homericarum ſiue monita moralia ex XII. libris primoribus Odyſſeae collecta. Liber eſt paginarum vltra 700. De pietate homerica London. Magazine an. 1733. p. 30 ſqq. 75. 107. ſqq. 126. 169. 187. 227. 230. 232. 236. loca Homeri ex anglica Popii metaphraſi.

v) Reprehendit hoc inſtitutum veluti profanum et ſacris ſcriptoribus indignum *Nic. Hieron. Gundling* in nouis dialogis menſtruis, germanice Halae 1702. editis menſe Ianuar. p. 49. Sed, quum Apoſtolus Paulus poetas gentium adpellet prophetas, ipſeque eorum teſtimoniis, velut idoneo argumento ad hominem vtatur, neſcio ſitne adeo improbandum conſilium eorum, qui ex illa dictorum ethnicorum cum ſacris litteris collatione obſeruant cum voluptate, quod nec illis deus inmanifeſtum reliquit, vt omittam alia, quae ex illa comparatione vtiliter et iucunde ad ſacras litteras illuſtrandas notari poſſunt, et quae viris ſummis, magno in primis Grotio, pulcre fuerunt perſpecta. *Fabric.* Tum conſilium comparandi probe eſt notandum et diſtinguendum, vt alia ab aliis dicta mittam. *Harl.*

tias Homeri ſub certis titulis, vt legas in Polyhiſtore Viri clariſſimi lib. I. p. 253. ſed ordine librorum excerptas lectori exhibet.

Prouerbia Hom. IX. Quid dicam de pluribus vere, argute, prudenter ab Homero dictis ac pronunciatis, quae poſteriori aetate in totidem *prouerbia* abierunt. Quin ſingula ipſius ἀποφθέγματα vicem prouerbiorum in omnium ore functa, teſtatur *Macrobius* lib. V. Saturnal. cap. 16. Eſt in manibus collectio et expoſitio verſuum prouerbialium Homericorum CCLXXIV. excuſa in 12. Henrici Stephani typis, neſcio, an eodem auctore; nam in meo exemplo nomen deſideratur. Eandem Collectionem manu *Frid. Lindenbrogii* ſcriptam, memini me videre in Bibl. Iohannea vrbis noſtrae Hamburgenſis. Poſtea conferens comperi, illam ipſam eſſe, quam Henr. Stephanus, (ipſe auctor, haud dubie,) ſubiecit editioni ſuae graeco-latinae Homeri, Geneuae, 1589. 12. II. voll.

Principum ducumque militar. auctor Homerus. X. De vtilitate, quam *Reges* ac *Principes* capere poſſent e lectione Homeri eiusque poeſi, quam τῷ ὄντι γενναίαν eſſe καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ βασιλικὴν adfirmat *Dio Chryſoſt.* 2. de regno p. 19. et tota illa diſſertatione comprobat: περὶ τῆς ἐξ Ὁμήρου ὠφελείας τῶν βασιλέων decem libros ſcripſerat *Porphyrius*, teſte Suida, vid. *Holſtenius* in Vita Porphyrii, cap. IX. p. 264. Laudanturque Principes φιλόμηροι Alexander Magnus Homeri poematis indormire etiam ſolitus, (vt referunt *Plutarchus* Alex. p. 668. et *Iulianus* Imp. Epiſtola 15.) et Achillem praedicans beatum, quod in vita fidelem amicum et poſt fata μέγαν κήρυκα nactus eſſet: (*Plutarch.* p. 672.) tum pretioſiſſimo Darii narthecio nihil ſe poſſe dignius quam Homeri Iliadem condere exiſtimauit; (id. p. 679.) Caſſander Macedoniae, et Iulius Caeſar Imperator, qui praecepta reipublicae gerendae pariter ac militaria praeſtantiſſima iuxta cum pulcherrima fortium et prudentum heroum celebratione in Homero et legerunt libenter et imitati ſunt, vt de Philopoemene etiam Plutarchus p. 358. Καὶ τῶν Ὁμηρικῶν ὅσα τὰς πρὸς ἀνδρείαν ἐγείρειν καὶ παροξύνειν ἐνόμιζε φαντασίας, τούτοις προσεῖχε. Num ipſe militauerit Homerus v. disquirentem *Mantinium* p. 235. Biblioth. virorum militia et ſcriptis illuſtrium. Stratagemata ſua ex Homero deſcribere orditur *Polyaenus*, vt praeteream, quae de vſu Homeri in diſciplina militari poſt auctorem de vita Homeri p. 287 ſqq. edit. Galei diſſerunt Collectores Actorum Erudit. tom. II. ſupplem. p. 264. Suetonius auctor eſt, Claudium Imperatorem pro tribunali etiam locutum ſaepe verſibus [I] Homericis. Conſule eius vitam cap. 42. Lycurgum et Solonem, legiferos, ex Homero profeciſſe, diſputat *Rapinus* in Reſpons. ad Vauaſſoris obſeruationes p. 703. 704. Operum Vauaſſoris. Atque in libris *Iuris Ciuilis Romani* frequenter videmus Homeri teſtimonia, Oraculorum inſtar, adducta, qua de re adeas licet *Guil. Budaeum* annotat. prior. in pandectas, p. 545 ſqq. *Scipionem* Gentilem lib. II. Parergon, et *Petrum Fermat* de auctoritate Homeri apud ICtos (Toloſae an. 1682. 8.) *Menagium* amoenitat. iuris p. 459. et anti-Bailleti Hagae Com. 1690. m. 12. tom. I. p. 231. et p. 233. adnotatur Homerum in Inſtitutt. Iuſtin. ter, in Pandectis ſexies eſſe citatum. [*Frid. Strunzii* diſp. de poetarum, ſigillatimque Homeri auctoritate apud ICtos, reſp. et auctore *Io. Henr. Schlegel.* Wittebergae 1717. 4.] De Philopoemene, Alcibiade, Pompeio aliisque ducibus ac regibus, familiarem ſibi Homerum habentibus, magnique facientibus, agit *Iohannes Sanderus* in Homeri vita p. 67 ſqq. et *Kuſterus* p. 36 ſqq. Hiſtoriae criticae Homeri, vbi ſingulatim de Imperatoribus Romanis Homeri lectione atque vſu ſeſe oblectantibus, animumque confirmantibus. *Euſtathius* ad Iliad. ώ. p. 1497. εἰκότως δὲ ὁ

ποιητὴν [illegible] τι γε τὸ καλὸν [illegible]. Ἰστοροῦνται γοῦν φιλόμηροι μάλιστα μὲν ὁ μέγας Ἀλέξανδρος, [illegible] καὶ Κασσανδρος, (Vide de Alexandro Dionem Chryſoſt. diſſ. 2. de regno p. 19 ſqq. et diſſ. 4. p. 65. vbi [illegible], Iliadem eum edidiciſſe totam, et magnam partem Odyſſeae: Ptolemaeum Hephaeſtionis lib. IV. Lucianum tom. I. p. 287. et Scholia p. 12. et tom. II. p. 17. Euſtathium initio prolegom. in Iliadem et quae ſupra cap. 2. nr. 12. et 13.) ὁ καὶ αὐτὸς Μακεδόνων βασιλεὺς [illegible] φιλῶν Ὅμηρον, ὡς διὰ στόματος [illegible] τὰ πολλά. Ἦν δὲ τοιοῦτος καὶ Φαληρεὺς Δημήτριος, ὃς πρῶτος εἰς θέατρον παρήγαγε [illegible] ῥαψῳδοὺς τοὺς νῦν Ὁμηριστὰς καλουμένους οἳ ἐμελῴδουν τὰ Ὁμήρου καθάπερ ἄλλοι τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου καὶ ἑτέρων. [Homero quid πολιτικώτερον? exclamat *Boeclerus* in Bibliogr. crit. p. 644. *Heum.*]

De Philoſophia Homeri. XI. *Longino* quoque olim ſcriptus Liber εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος, vt Suidas refert, et omnes propemodum Sectae Principem illum ſubſcriptoremque dogmatum ſuorum eſſe voluerunt. Vide omnino *Senecam* Epiſt. 88. p. 336. et vitam Homeri a Dionyſio Halicarnaſſeo, ſi Galeum audimus, ſcriptam p. 341 ſqq. e recentioribus *Ioannem Ionſium* p. 245. lib. III. cap. 7. et cap. 9. p. 256. de Scriptoribus Hiſt. Philoſoph. et *Cuperum* p. 119 ſqq. vbi pro *Oenomaus* leges *Oenomaus*. Cynicus enim *Oenomaus* ſcripſerat teſte Suida, περὶ τῆς καθ᾽ Ὅμηρον φιλοσοφίας, quo de argumento integris etiam libris egere Fauorinus et Porphyrius, et qui Homerum illuſtrarunt olim e Philoſophis, Antiſthenes, Zeno Citticus, Poſidonius, Panaetius, aliique, quos cap. V. recenſemus. Praeſtantiſſimos enim Philoſophorum, cuiusuis aetatis ſectae [illegible], Platonicos praeſertim in Homero, tanquam praecipuo auctore ſuo explicando operam poſuiſſe recte obſeruat Holſtenius, quem vide de Porphyrii vita p. 42. et [illegible] edit. Cantabrig. Etiam *Dionem Chryſoſtomum* notauit XLVII. p. 523. [illegible] *Fabric.* Homerum poetam dulciſſime vanum vocat *Auguſtinus* lib. I. Confeſſ. cap. 14. 16. Conf. *Voſſium* de ſectis philos. cap. IV. §. 2. *Pet. Gaſſendum* de [illegible] cap. 53. *Maxim. Tyrius* diſſ. 16. qui diſſ. 9. p. 93. indicat, Homerum de virtutibus ac vitiis hominum praeclare diſſeruiſſe; at in reliquis diſciplinis verſari admodum ſimpliciter et antiqua ruditate. *Hoffmanus* de vita Pythagor. cap. IX. p. 256 ſqq. Anaxagoras [illegible] apud *Diogenem Laertium* in vita Anaxag. nr. 12. vide ſupra §. VII. De philoſophia morali Homeri v. *Melanchthon.* Declamat. tom. II. p. 38 ſqq. Homerum tamen non fuiſſe philoſophum moralem, docet *Stolle* in diſſert. an Homerus philoſophus fuerit moralis? Ienae 1712. *Harles.* adde eundem *Stolle* in Hiſtoria litteraria. (Anleitung zur Hiſtorie der Gelahrheit, edit. IV. Ienae 1736. 4.) part. III. cap. I. §. 18. et 19. p. 610 ſqq. et in Hiſtoria philoſophiae moralis gentilis (Hiſtorie der Heidniſchen Moral,) Ienae 1714. 4. In vtroque libro plures is memorat viros doctos in vtramque partem diſputantes. Bene quidem monet, ſententia [illegible] maximam partem philoſophiae [illegible] fuiſſe comprehenſam: [illegible] iniuſtus eſt in poetam, nec de poeſi, praecipue homerica, acutus iuſtusque ſedit iudex quippe qui praeceptorem et naturae poeſeos parum gnarus fuiſſe videatur, pluraque ab eo quaſi poſtulauit, quam poſcere fas erat. Nam in parte I. Hiſtoriae litter. p. 177 ſqq. (vbi de Homero agit et variorum de illo iudicia profert,) putat, Homerum non tanta dignum eſſe laude, quanta illi tribui ſolet, et lectionem eius commendari poſſe iuuenibus ad linguam graecam et priſcos ritus ex eo noſcendos. Enimuero philoſophia Homeri primum aeui illius more arcte coniuncta erat cum theogonia et cosmogonia, [illegible]

time

time deriuata, nec eſt ſerioris pythagoricae ac platonicae aut ariſtotelicae, multo minus noſtrae aetatis diſciplina ac doctrina metienda; ſed erat philoſophia poetae et vitae, ex doctrina populari, ſenſu recti iuſtique communi, experientia, vſu et ſobria iudicandi, obſeruandi comparandique ratione ducta. Qui igitur Homerum panſophum quaſi et philoſophum, qualem aetas noſtra intelligit habetque, ſibi fingit, ille haud cogitat, quae rudia doctrinarum omnium initia et fragmenta tantum, tamquam membra ingentis corporis nondum compoſiti diſiecta, tempore homerico eſſe vi naturae humanae potuerint! Quare illi quoque errare mihi videntur, qui in carminibus homericis omnium, quas ſerior aetas tulit, ſectarum philoſophicarum opiniones atque principia quaerant, niſi, vti factum eſt, de arcanis, quae ipſe poeta neſcire debuit, et occultis naturae atque ingenii virtutibus cogitare, atque peruerſa contortaque ratione eas expiſcari atque interpretari velint. Semina ſanioris prudentiae ciuilis ſparſa ſunt; quae vero nondum peruenerant ad maturitatem. Veterum et recentiorum multorum iudicia de philoſophia Homeri, tamquam fonte, ex quo reliqui hauſiſſent, collegit, plus iuſto illam celebrans *M. Io. Georg. Dietericus*, in diſſ. de philoſophia Homeri, Wittebergae 1704. 4. Rectius negatur Homerus auctor et caput fuiſſe omnium ſectarum philoſophicarum, in Graecia deinceps ortarum, in Comment. ſociet. reg. Paris. Inſcr. vol. XIV. p. 2 ſqq. — Add. *Ern. Gottfr. Chriſt. Schröderi* progr. I. de vſu et auctoritate Homeri in diſciplinis variis, praeſertim in iure naturae. Wittenb. 1772. 4. — *Io. Chriſt. Henrici* diſp. de immortalitate animi homerica, ibid. 1786. 4. etc. *Harl.*

De ſenſu phyſico, allegorico etc. in Homeri carm. XII. Non omnia ab Homero, quae narrat, probari, ſed alia ſuadere eum, alia laudare, alia ſimpliciter referre, alia denique exponere, vt videas et caueas, obſeruatum eidem *Dioni* 2. de regno p. 27. *Proclus* quoque et in Platonis vita Olympiodorus teſtantur, Homeri ſcripta, a veteribus accepta non ſecundum ſenſum tantum ſimplicem literalem; ſed Φυσικῶς quoque et Ἠθικῶς et Θεολογικῶς, καὶ ἁπλῶς πολλαχῶς w). Putabant nempe βαθύτερον τὸν ἐγκεκρυμμένον τοῖς ἔπεσι, vt eſt apud *Plutarchum* [illegible] de Muſica, quam in ſententiam notum dictum Platonis in Alcibiade, vetantis [illegible] imperitos ad Homeri lectionem temere accedere, ἵνα μὴ ἀμύητοι τῆς σοφίας μῦθος [illegible] τὸ [illegible] ἦχος. Sic fabulas Homeri philoſophice interpretatus fuit Cronius Pythagoricus, Numenii familiaris, teſte Porphyrio de ſtyge, et lib. de Antro Nympharum, itemque Nemeſius. Verum de tota illa ratione *allegorica*, Homerum aliosque poetas interpretandi, plura dixi lib. quinto, vbi ago de Procli Commentariis in Platonem de Rep. x) Nunc tantum memorabo, ab Euſtathio in prolegom. ad Iliadem reprehendi duo interpretum homericorum veluti extrema et medium excedentia, vnum omnia in allegoriam trahentium, οὐ μόνον εἴ τι περὶ μυθικὸν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὁμολογουμένως ἱστορούμενα, τὸν Ἀγαμέμνονα, τὸν Ἀχιλλέα, τὸν Νέστορα, τὸν Ὀδυσσέα, τοὺς λοιποὺς Ἥρωας. conf. *Iac. Perizonii* Origenes Babylon. p. 142 ſqq.; alterum, quorum Princeps Ariſtarchus, omnia ad literam ſtricte interpretantium, et [illegible] ἀφῃρημένων ἀλληγορεῖσθαι παρ᾽ Ὁμήρῳ, οὐ τὰς ἱστορίας, ἀλλὰ τοὺς μύθους. Quibus recte ſubiungit: οἱ δὲ ἀκριβέστερον, ὥσπερ τὰς ἱστορίας [illegible] μόνον ἀφῆκαν [illegible] τὰ πρῶτα μὲν τίθενται, ἔτως ἔχειν, ὡς λέγονται, καὶ ἐπισκέπτονται τὴν [illegible]

αὐτ-

w) Conf. *Villoiſonii* comment. ſupra ad §. II. laudatam. *Harl.*

x) Vid. Basnage Hiſt. Iud. lib. III. cap. 20. §. 5. 6. 7. *Heum.*

[illegible] ἐν μύθοις ἀληθινά τι [illegible], ὥστε [illegible] τὴν ἐξ ἀλληγορίας [illegible] ἢ κατὰ ἦθος, πολλαχοῦ δὲ καὶ ἱστορικῶς. Inter eos, qui allegorias in Homero quaerendo modum exceſſerunt, ſunt etiam *Metrodorus Lampſacenus*, qui in libro de Homero phyſice omnia expoſuerat, non Iouem modo et Mineruam ac Iunonem, ſed Achillem quoque Hectoremque et Agamemnonem, vt praeter Laërtium lib. II. ſect. XI. notat *Tatianus*, quem vide p. 80. Idem fecit *Heraclides* [illegible] Allegoriis Homericis, quae exſtant, *Proclus* in Commentariis iam dictis, *Porphyrius* in quaeſtionibus Homericis et lib. de antro Nympharum, vt deperdita eius ſcripta omittam: ſcriptor anonymus *[illegible] εἰς τὰς καθ' Ὅμηρον πλάνας τοῦ Ὀδυσσέως μετά τινος θεωρίας [illegible]*, quam primus edidit Vincent. Obſopoeus. Hagen. 1531. cum Xenoph. Sympoſio. Ex recentiorum ſcriptis hoc loco commemorandae *Iohannis Baptiſtae Perſonae*, Bergomatis, Noctes Solitariae, ſiue de iis, quae ſcientifice in Odyſſea ſcripta ſunt, liber in LXX. Colloquia diſtributus, editusque Venetiis an. 1613. 4. *Fabric.* Si quo in genere interpretationis, certe in hoc de Allegoriis hom. caute verſandum eſt. Quando, vt nonnulli, quamquam perperam, fecerunt, omnis allegoriae vis ponitur tantum in metaphorae continuatione ac tropico dicendi genere (Bilderſprache.) Homerus abundat allegoriis. At ſi vbique ſenſum verborum hominumque reconditum, et, vt ita dicam, myſticum in Homero quaerimus, et homeri [illegible] aſſingimus, excedimus modum, eiusque carminis formam vſumque machinarum poeticarum prudentem, ac, quae ſit poetica veritas aut probabilitas, a philoſophica aut hiſtorica omnino diuerſa, haud perpendimus. Conditores myſteriorum et auctores antiquioris ſapientiae tam diuinae quam humanae ſub allegoriis illam docuiſſe et ſenſus ſubtexuiſſe equidem haud nego. Neque tamen omnem hiſtoriam et nonnullarum rerum et hominum, in mythis veterum, originem ac veritatem hiſtoricam, at multis fabulis amplificatam ornatamque, excudere et tollere poſſumus. Plures tamen mythos et arcana rerum humanarum diuinarumque diſciplina primum ornata eſſe, nemo hodie negabit. At nemo erit adeo vanus, vt glorietur, ſe vbique veri lucem cernere, nec vſquam hallucinari, nec nubem pro Iunone vmquam amplecti: id praeſtari nequit tanta antiquitatis obſcuritate reque vniuerſa tam lubrica. Homerus mythos, *ἱεροὺς λόγους*, allegoricas imagines, in Oriente natas, in Graecia receptas, immutatas, transformatas, et vero auctas aut amplificatas, iam reperit in patria. Iis vſus eſt tamquam machinis poeticis ad hiſtoriam belli Troiani ornandam grauiusque commendandam. In Homero igitur, qui tria antiquiora hiſtoriae doctrinarumque inuolucra ſic retulit et ad illuminandum poema adhibuit, prout tradita acceperat, et vero ornauit, (quod illi, qua poetae, omnino licitum erat) vbique ſenſum et quaſi odorari allegorias, omnino eſt abſurdum, neque hoc prudens Homeri interpres id faciet. Nam quis poetici ſenſus gnarus aſſenſum praebebit *[illegible]*, Profeſſori phyſices, qui Neapoli 1778. explicationem Homeri dedit, veſtigia veterum quorundam philoſophorum premens et arbitratus, Homeri carmina eſſe myſteriorum plena, a ſacerdotibus vrbis *Sais* in Lucania conſcripta, omnia eſſe ſymbolice intelligenda, Achillem, Agamemnonem, Hectorem, Paridem, Vlyſſem, Helenam, Andromachen, non fuiſſe homines, ſed ſymbola Vulcanorum et ignium ſubterraneorum, quibus Troia [illegible] vaſtata? *De vera* [illegible] allegoriae, atque vſu illius [illegible] diſponit, et ſaepius cum cl. Meinerſio rem habet cl. *[illegible]* in [illegible], ([illegible] 1787. 8.) tom. I. part. VI. p. 443 ſqq. in primis p. 500 ſqq. et part. VII. p. 538

p. 538 — 564. Praeter ea, quae ad §. II. ſupra notaui, et praeter viros doctos ibidem a me laudatos, conſuli poſſunt *R. M. van Goens* diſſ. homerica ad Porphyrium, praemiſſa illius editioni Porphyrii de antro Nympharum, (Traiecti ad Rhen. 1765. 4) *Lud. Henr. Iacob* de allegoriis Homerica, Halae. 1785. 8. *Heraclidis* interpretatio allegoriae Hom. de errore et precibus, Lipſiae, 1785. 4. *Harl.* *I. C. Wernsdorfii* Allegoria Homerica, Raptus Aurorae, explicata, in Stoſchii Muſeo Critico I. III, p. 280 ſq. *Io. Flöderi* Diſſ. de Ate Homerica, ib. I, II. p. 203 ſq. Eiusdem Specimen philoſophiae Homericae. ibid. I, IV, p. 420 ſq. *Beck.*

De medicina et varia ſcientia Hom. XIII. De *Nepenthe* Homerico ad Odyſſ. δ'. 221. exſtat liber eruditus poſtumus *Petri Petiti*, Medici Pariſienſis, Traiect. 1689. 8. et alter *Petri la Seine*, praecipue parte 2. Lugd. 1624. 8. recuſus tom. XI. theſauri Gronouiani. Idem etiam cura expendit in Exercitatione decima decadis 6. diſſertationum Medico Philolog. Ienae, 1692. 4. praeſtantiſſimus Ienenſium Aeſculapius, *Georgius Wolfgangus Wedelius*, qui praeter ea Exercit. V. Decad. V. de Nectare et Ambroſia, et diſſ. 6. VI. decadis agit de radice amara, qua vulnus Eurypyli curatum Homerus refert Iliad. λ'. 845. et dignum eſſe Poetam pronunciat, quem et Medici legant et non paucis locis explicent ab aliis minus intelligenda citra diuinae Medicinae ſcientiam. [*Georg. Wolfg. Wedelii* progr. I — III. de Mythologia Moly Homerica. Ienae, 1713. 4. — *Dan. Guil. Triller* diſp. de Moly Homerico, et fabula Circaea. Lipſiae, 1716. 4. repet. in illius Opuſculis medicis et medico-philologicis. vol. II. Francof. ad Moen. 1766 nr. 2. conf. ſupra ad cap. V nr. XXXIV.] *Medicae artis* y) peritum Homerum oſtendit praeter auctorem vitae eius [ſ] p. 390 ſq. edit. Galei, *Tiraquellus* in libro de Nobilitate p. 274 — 289. *Thomas Bartholinus* ſub initium Libri de Medicis Poetis; *Adamus Brendelinus* diſſertatione de Homero Medico, Wittebergae an. 1700. in vulgus edita. [*I. G. Daehne* de medicina Homeri, Lipſiae, 1776. *I. Chriſt. Haynisch* progr. Homerum artis medendi peritum fuiſſe, Schleiz. 1736. fol. et conditores hiſtoriae litterariae Medicinae. Peritia vero et ars medendi tempore heroico potius in ſcientia vſuque et curatione morborum externorum atque in vulneribus curandis, arte chirurgica, quam morbis internis ope medicamentorum et interioris corporis humani cognitionis tollendis verſabatur. *Harl.*] Conuiuandi rationem ex Homero perſequitur Athenaeus lib. V. Dipnoſophiſt. praeferens conuiuium Homericum Sympoſiis Platonis, Xenophontis, Epicuri et aliorum Philoſophorum. *Fabric.* In ſcyphis argumentum caelatum quoque interdum fuiſſe ex Homero ſumtum, colligitur ex *Suetonio* in Nerone cap. 47. *duos ſcyphos gratiſſimi vſus, quos* Homericos, *a caelatura carminum Homeri*, vocabat, *ſolo illiſit* (Nero:) *litterata* pocula intelligi putant *Burmann.* ad locum *Caſaubon.* ad Athen. XI. *Reineſ.* ad Petron. cap. LI. ego vero propter voc. *caelatura* cum Oudendorpio atque Erneſto argumentum homericum caelatum interpretor. *Harl.*

Theologia Hom. XIV. *Theologiam* Homeri z) quoque fuit, qui ſingulari libello perſequeretur, *Petrus Leſcaloperius*, ad calcem Commentarii in Librum II. Ciceronis de Natura Deorum. Exſtat

y) *Chemicae* quoque, ſi credimus *Iac. Tollio* pag. 200. Fortuitor. [id quod magna probatione egere aliis videbitur.] Homerum vero laudat ipſe Hippocrates libr. de Articulis tom. II. p. 763. Medicae tamen Homeri ſcientiae non multum tribuit *Alex. Taſſonus* IX. 10. Penſiere diuerſi. Oratorius fucus eſſe videtur *Antonii Vrcei Codri*, iudicantis orat. 13. omnia ab Homero diſcere licere, ab arte coquinaria ad artem vrbium regendarum.

z) Notatu dignus locus Scholiorum ad Iliad. ν'. 521. ὅτι παρὰ τῷ ποιητῇ οἱ Θεοὶ σωματικῶς λαμβανόμενοι ἀνθρωποειδῶς ἐπίστανται, καὶ ἀθανασίᾳ μόνον διαφέροντες

Exſtat et *Nic. Bergmanni* diatriba de Theologia Homeri, Praeſide Reu. Adamo Rechenbergio ad diſputandum propoſita Lipſiae an. 1679. rec. in eius Diſſertationibus in N. T. hiſtor. litter. et eccleſ. p. 262. cui addi poſſunt, quae de eodem argumento notauit *Gerh. Croeſius* in Homero Hebraeo tom. I. p. 179 ſq. vsque ad 224. [et quae ſupra ad §. II. ſcripta ſunt.]

Futurorum vates. XV. Sed et *futurorum conſcius* aliquibus viſus Homerus aa), vt ſuperiore libro cap. XXIX. nr. 2. dixi, quaſi is, quem coecum ſcripſere alii, ſolus חזה *videns*, ſit, vt dicam cum Thoma Pinedo Iudaeo p. 263. ad Steph. Byz. quibus adde, quod *Iacobus Hugo* bb), Belga Inſulenſis, in vera hiſtoria Romana ſeu Origine Latii ſiue Italiae ac Romanae vrbis a tenebris longae vetuſtatis in lucem producta contendit, Homerum diuino inſtinctu ſub Hiſtoria Troiana Hieroſolymae excidium, ſub fabulis Graecorum in Iliade Seruatoris noſtri vitam, miracula, paſſionem et facta eccleſiae ſub Imperatoribus praedixiſſe: Harpyiarum nomine perſtrinxiſſe Hollandos, nomine Eremdis Geneuenſem Caluinum, Antinoi et Iadis Martinum Lutherum, et Lotophagorum, Lutheranos. Quam ludicram eius delirationem iſta leuae exercitatione ſerio confutauit *Erneſtus Rudolphus Rothius*. Quid? quod *Petro Loyero*, Andegauenſi, libro de Coloniis Idumaeorum contigit, in vno Homeri verſu cc) praedictum reperire praenomen et cognomen ſuum patriamque et annum, quo haec eſſet inuenturus. Ioſuae Barneſio Homerus Salomo, Ὅμηρος inuerſum nomen, ſi legatur Σ[illegible]ρυς, vid. Clerici Bibl. choiſie tom. 22. p. 244. Iudaeis [illegible] et [illegible]. vid. Wolfii Bibl. hebr. p. 347 ſq.

Sortes Homericae etc. XVI. Quid? quod multis iam olim verſus Homeri pro *Sortibus* atque *Oraculis* fuerunt, veluti ab *Antonio van Dale* obſeruatum eſt de Diuinationibus Idololatricis V. T. cap. 4. [vid. *Chriſtiani Gottlieb Schwarz* diſſ. de ſortibus poeticis, in illius Diſſertatt. ſelectis, a me editis nr. 1. *Harl.*] Praetereo alias ſuperſtitiones et ἐπαοιδὰς ope verſiculorum Homericorum patratas, (vid. *Sammonic.* cap. 49. v. 13.) quibus fugari peſtilentiam, dolores arthriticos mitigari, pelli dyſenteriam, febrem quartanam leuari, et ſimilia eiusmodi fieri poſſe opinabantur. Vide, quae infra libro ſexto, vbi recenſemus Scriptores in Geoponicis laudatos, tum *Bredenum* lib. VI. Miſcell. cap. 20. *Cuiacii* Harpocrationem pag. 44. *Tho. Crenium* part. I. animaduerſ. pag. 124. dd) Denique Homerus pleriſque Poeta ita mult[illegible], vel

φέροντες ἀνθρώπων τοῖς αὐτοῖς ἐνέχονται πάθεσι. Cauſam, quare in Poeſi etiam Diis tribuantur adfectus, ne ſcilicet ſublato veluti aduerſario languidae ſint et otioſae actiones, notatum Plutarcho de audiendis poetis p. 25.

aa) A ſcholiaſte Dionyſii Thrac. cod. Ven. 489. in *Villoiſonii* Anecd. gr. vol. II. p. 186. not. Homerus dicitur vaticinatus eſſe in verſu quodam futuram Romanorum gloriam. *Harl.*

bb) Liber eius lucem vidit Romae an. 1655. 4.

cc) Odyſſ. λ'. 183. Σὸν δ' οὔπω τις ἔχει καλὸν γέρας, ἀλλὰ ἕκηλος. Per anagramma, Πέτρος Λωΐερος Ἀνδίκαυος Γάλλος Τλήν. Reſtant litterae α, χ, κ, quae indicant annum 1620. Vide *Menagium* in vita Petri Aerodii pag. 167. et *Baelii* Lexicon in Loyero. Commentum eſt *Ioannis le Maire* in libro: *Les illuſtrations des Gaules*, qui Gallos a Troianis et ab Hectoris nepote Franco deduxit. vid. Dominicum de Colonia, tom. II. hiſt. liter. de Lyon, p. 439 ſq.

dd) Inſanus quoque in Homerum quorundam amor eſt notandus. Quanta pietate interdum vetere cum [illegible] ſupra iam eſt animaduerſum. Memorare tantum iuuat Claudium Belurgerium, cui, vt *Erythraei* verbis in Pinacoth. I. p. 206. vtar, erat prae ceteris in deliciis Homerus: hunc habebat ſemper in manibus, hunc totum edidicerat, hunc ſecum in templa deferebat, et ſacrarum precum loco recitabat. adde de Vigneul-Marville Melanges vol. I. p. 215 ſq.

vel potius, vt *Apuleii* in Apologia (p. 40. edit. Caſauboni,) verbis vtar, *cunctorum rerum adprime peritus* eſt habitus, et Homeri poema quibusdam adeo omnium rerum ſcitu dignarum Compendium viſum eſt, vt non modo ex illo ſollicite et longe [☞] ſaepius petitis coniecturis res et mores temporum heroicorum indagarent, cuius rei inſigne ſpecimen refert *Plutarchus* de Oraculorum defectu p. 410. ſed et, quae in illo non memorentur, ea illi aetati ignota fuiſſe adfirmarent. Quod poſtremum merito explodit *Strabo* lib. XII. p. 554. conf. Caſell. lib. II. variar. cap. 18. vbi disquirit, quo pacto Homeri aetate in tenebris lumen fieret. Annuli vſum Homeri aetate nondum fuiſſe, Plinius ex eius ſilentio colligit. Sic *Ioſephus* lib. II. contra Apionem p. 1070. leges Graecis antiquiſſimis ignotas fuiſſe probaturus, *μηδ' αὐτὸ τοὔνομα*, inquit, *πάλαι ἐγινώσκετο παρὰ τοῖς Ἕλλησι· καὶ μάρτυς Ὅμηρος, οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως αὐτῷ χρησάμενος.* Hypſicrates Grammaticus notauit, ſolum eſſe vocabulum, quod in ωψ deſinat, *καλαύροψ*, quod refellit *Stephanus Byz.* in Αἰθίοψ. Praetereo alias Grammaticorum argutationes, qui verſus *ἰσοψήφους* ee), *παραστιχίδας*, verſus Rophalicos ſiue per ſingula vocabula ſingulis ſyllabis creſcentes, qualis eſt Iliad. γ'. 182. et alia eiusmodi in Homero inquirebant, memorata *Gellio* lib. XIV. cap. 6. et *Euſtathio* ad Iliados ω'. ſub initium. Tale eſt, quod Zopyrion Grammaticus apud *Plutarchum* IX. 2. ſympoſ. notat primum Iliadis verſum *ἰσοσύλλαβον* eſſe cum primo, et poſtremum cum poſtremo verſu Odyſſeae. Quod Appion obſeruauit in prima Syllaba verſus primi Iliados in voce *μῆνιν* numerum literarum XLVIII. vtriusque poematis contineri, vt ex *Senecae* Epiſt. LXXXVIII. notaui ſupra cap. 2. nr. 9. Denique quod apud Plutarchum quaeſt. 10. p. 1009. Platonica animaduertitur, in vno verſu Iliad. α'. v. 185. omnes occurrere partes orationis.

Singularia carminum hom. exempla. XVII. His Grammaticorum difficilibus nugis adfinia erant problemata Homerica, quibus ſeſe in conuiuiis exercebant eruditi, vt conſtat ex *Plutarchi* libr. IX. ſympoſ. Iisdem hoc loco a me aliorum in deſcribendis Homeri carminibus *περιεργία* non abſurde adiicietur. Cuius generis eſt, quod Ciceronis teſtimonio tradunt Plinius VII. 21. et Solinus cap 6. *Iliada Homeri omnem ita ſubtiliter in membrana deſcriptam, vt teſta nucis clauderetur.* *Plutarchus* aduerſus Stoicos p. 1083. *Οἱ δὲ περὶ Καλλικράτη καὶ Μυρμηκίδην λέγονται δημιουργεῖν ἅρματα μυίας πτεροῖς καλυπτόμενα, καὶ διατορνεύειν ἐν σησάμῳ γράμμασιν ἔπη τοῦ Ὁμήρου.* Et quod Zonaras ac Cedrenus narrant in Bibliotheca CPolitana ff) 120000. librorum, quae ſub Baſiliſco Imperatore conflagrauit, inter alia fuiſſe *τὸ τοῦ δράκοντος ἔντερον ποδῶν ἑκατὸν εἴκοσι, ἐν ᾧ ἦν γεγραμμένα τὰ τοῦ Ὁμήρου ποιήματα ἥ τε Ἰλιὰς καὶ ἡ Ὀδυσσεία χρυσέοις γράμμασι μετὰ καὶ τῆς ἱστορίας τῆς τῶν ἡρώων πράξεως, draconis inteſtinum pedes CXX. longum, cui Homeri poemata Ilias et Odyſſea aureis literis fuerant inſcripta cum hiſtoria rerum ab heroibus geſtarum.* *Conſtantinus Manaſſes* in Leone Iſauro de eadem Bibliotheca diſſerens: [☞]

p. 215 ſq. Vincent. Parauicinus ſingularium de viris eruditis Centur. III. 12. Auserleſene theologiſche Biblioth. tom. III. p. 254. *Harl.*

ee) Vide *Muretum* lib. XIV. Var. Lect. cap. 13. Homeri verſus *ἰσοψήφους* exſtare in codice Regis Chriſtianiſſimi MSto. 2216. teſtatur *Labbeus* Bibl. nou. MSS. p. 234. Confer *Iac. Gronouii* notas ad Gellium p. 655 ſq.

ff) De hac Bibliotheca conſules *Cangium* in CPoli Chriſtiana lib. II. p. 150 ſq.

Ἦσαν ἐκεῖ τὰ κάλλιστα πάντων τῶν παιδευμάτων
Καὶ τόμος εἷς ἐξαίσιος ἐκ δράκοντος ἔντερα
Τὰς δέλτους τὰς Ὁμηρικὰς φέρων ἐγγεγραμμένας,
Τὴν Ἰλιάδα δέ φημι καὶ τὰ τῆς Ὀδυσσείας.

CAPVT VII

DE IMITATIONE HOMERICA, DE PARODIIS, HOMERO-CENTRIS, PARALIPOMENIS AD HOMERVM, AC DENIQVE DE HOMERI ZOILIS AC DETRECTATORIBVS.

I. *Homerus a Graecis et Latinis propoſitus ad imitandum. In oraculis ipſis frequentia imitationis Homericae veſtigia.* II. *Parodiae Homericae, earumque auctores et ſcriptores varii.* III. *Homerocentones.* IV. *De Homerocentonibus qui exſtant hodie et a quibusdam Eudociae vel Pelagio Patricio tribuuntur.* V. *Paralipomena Homeri, ſcripta a Cyclicis Poetis et inter latinos a Camerino et Aemilio Macro.* VI. *De Quinto Smyrnaeo eiusque editionibus et interpretibus.* VII. *De Coluthο.* VIII. *De Tryphiodoro.* IX. *De Iſaacio Porphyrogenneto, Ioh. Tzetza atque aliis Paralipomenon Homeri ſcriptoribus. Et de Illuſtris Fenelonii Telemacho.* X. *De iis, qui Homeri laudibus detraxerunt.* XI. *Homeri plures.*

Homerus ad imitationem propoſitus, eiusque in oraculis veſtigia. I. Quamquam Velleio iudice *neque ante Homerum, quem ille imitaretur, neque poſt illum qui eum imitari poſſet inuentus eſt*, certum tamen et notiſſimum ab eo, ceu fonte perenni, vatum tantum non omnium ora Pieriis rigata aquis, vt canit *Ouidius* III. 8. amor. cui praeter *Manilium* II. 8 ſq. ſuffragatur trita Galatonis a) pictoris tabella, qua Homerum euomentem, alios Poetas ea, quae ipſe euomuerat, haurientes pinxit, teſte *Aeliano* XIII. 22. Var. et Scholiaſte *Luciani* tom. I. pag. 14. [Contemplant. tom. I. p. 498. edit. Reitz.] Vt adeo fuerit *fons* veluti quidam *ingeniorum*, quomodo eleganter dicitur a *Plinio* XVII. 5. ſiue potius verbis Dionyſii Halicarnaſſenſis iudicio adpellandus: [P]

— — *βαθυῤῥείταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο*
Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα
Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν. Odyſſ. φ'. 195 ſq.

De imitatione *Poetarum Graecorum* Homerica plenius dicere inſtituentem tempus citius, quam materia deficeret; verum non is mihi ſcopus, cui ſufficit, lectores meos hac de re verbulo monuiſſe, et exempla quaedam illuſtria huius rei cernere geſtientes amandaſſe ad *Caeſaris Scaligeri* Criticum ſiue librum quintum poetices et *Henrici Stephani* diſſertationem de Sophoclea Homeri imitatione, de qua egerat haud dubie etiam *Philoſtratus*, Alexandrinus, in ſua *πραγματείᾳ*

a) [illegible] XXI. 44. Scholiaſte [illegible] Hemſterhuſ. [illegible] *Galatonis* [illegible] *Γελάδας*, qui aliis *Ἐλάδας* Phidiae praeceptor, ſtatuarius. Sed hic longe alius eſt, et *Aeliani* lectionem non crediderim ſollicitandam propter [illegible] Codicis et Scholiaſtae codices, [illegible] de vt a Cupero pag. [illegible] ſententiam [illegible] qui Homerum in *Galatonis* pictura [illegible] vomentem, ſed meientem.

πραγματεία περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς, memorata *Euſebio* X. 3. praeparationis Euangelicae. Aeſchylus quoque ipſe profitebatur apud *Athenaeum* VIII. p. 347. tragoedias ſuas Τεμάχη εἶναι τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων. Non praetereundum vero eſt, quod haud tantum in Sibyllinorum libris, quos habemus, ſed et in aliis, quae apud ethnicos ſcriptores feruntur, *oraculis* frequentia et manifeſta imitationis Homericae veſtigia ſibi notabunt φιλόμηροι, vt ex gentilium ſententia non hominibus modo, ſed ipſis etiam Diis Homerus ad imitandum videatur propoſitus fuiſſe. [Vid. *I. Floderi* Diſſ. indicans veſtigia poeſeos Homericae et Heſiodeae in oraculis Sibyllinis in *Stoſchii* Muſeo Crit. I, I, pag. 16 ſq. *Beck.*] Quam frequenter ac feliciter eundem e *latinis Poetis* horum princeps imitatus ſit *Virgilius* [b]), poſt *Gellium* IX. 9. *Macrobium* lib. V. Saturnal. *Caeſarem Scaligerum* et *H. Stephanum* docet egregius Vir *Fuluius Vrſinus* in Virgilio Graecorum ſcriptorum collatione illuſtrato Antuerp. 1568. 8. [repet. cum acceſſionibus quibusdam *Lud. Caſp. Valckenarii*, n. Epiſtola ad Röuerum, Iliad. Hom. lib. XXII. cum ſcholiis Porphyrii etc. et diſſ. de codice Leidenſi etc. Leouard. 1747. 8.] *Iacobus Tollius* capite XIII. fortuitorum, *Renatus* denique *Rapinus* in collatione Virgilii cum Homero, quae poſt iteratas Gallicas [Pariſ. 1667. 12. in eius Operib. vol. I. pag. 91 ſqq. Amſterdam. 1725. 12.] editiones ab elegantiſſimo Brouckhuſio latine verſa vidit lucem Traiecti ad Rhen. 1684. 12. [it. in *Iac. Palmerii a Grentemesnil* κριτικὸν ἐπιχείρημα, Lugd. Batau. 1704. 4.] et an. 1704. a *Iano Ber[illegible]io* adiuncta eſt Palmerii Apologiae pro Lucano et ſcriptis huius generis aliis. [Quomodo Virgilius Homerum ſit imitatus, oſtendit *Fraguier* in Comm. ſoc. reg. Pariſ. Inſcr. tom. II. — Comparationes Homeri atque Virgilii ſunt quoque in *Boſſu* Traité du poeme épique, Pariſ. 1675. 12. in *P. L. Thomaſin* Manière d' étudier les poetes. Pariſ. 1681. 8. in *Io. Boivin* Diſcours ſur la querelle entre les partiſans d' Homère et de Virgile, in Comm. Soc. reg. Pariſ. Inſcr. vol. I. pag. 176 ſqq. et aliis libris. *Paullus Benius* comparauit Taſſonem cum Homero, (in libro, inſcripto, Comparazione di Taſſo con Omero etc.) Paduae, 1614. 4. — Homerum cum Heſiodo comparat *Dan. Huetius*, in Huetianis, nr. 32. et cum Platone, *Gul. Maſſieu* in Commentt. ſoc. reg. Pariſ. Inſcr. vol. II. quae germanice verſae ſunt a Gottſchedio, Lipſiae, 1754. vol. II. p. 1 ſqq. *Harl.*] E *recentioribus* vnum feliciſſimae Homeri imitationis adducam exemplum *Iacobum Du Portum*, cuius Metaphraſi Graeca Pſalmorum Dauidis, librorum Salomoneorum et Iobi nihil exſtare Ὁμηρικώτερον, omnes, qui Homerum familiarem habuerint et Duporti libros legerint, lubenter fatebuntur.

 II. Singu-

b) [Super fructu, quem interpres Homeri e Virgilii lectione capere poſſit, diſſerit I. C. Volborth. Gotting. 1777. *Harl.*] Homero Virgilium praeferunt Caeſar Scaliger, Ioh. Dunaeus in Scazonte aduerſus Lipſium pro Scaligero ſiue Vindiciis Virgilianis, (quas exhibet *Georgius Hackewill* in opere praeclaro de Prouidentia, anglice edito pag. 288 ſq. denique *Carolus Perraultus* in collatione veterum cum recentibus, Gallice vulgata. Saltem non in omnibus locis vicit Homerum, qui tunc quoque vix poterit viciſſe dici, quando illius ſententias exornauit. [Quam caute ſit in hac comparatione iudicandum, aliquoties iam monuimus; atque cl. Heyne in ſua Virgilii editione paſſim oſtendit. Woodii ſententiam nos quoque iam memorauimus. adde Homer and Virgil not to be' compared with the two Arthurs. Londini, 1700. 8.] At cum nusquam meminerit Homeri, *ingratiſſimus* fuiſſe arguitur *erga eum, cui nihil non debebat*, vt ait *Caſaubonus* ad Strabonem lib. XIV. p. 256. Miratur quoque Fuluius Vrſinus p. 149. Virgilii — collati, quum praeſertim Orphei, Muſaei, Heſiodi et Theocriti meminerit, Homerum tamen praeteritum ab eo, qui *Homerus Mantuanus* non immerito a quibusdam adpellatus eſt, quod Homerum fere totum ſua Aeneide expreſſerit.

Parodiae Homericae. II. Singulare genus imitationis Homericae ſunt *parodiae*, ſiue verſuum Homericorum vel ſingulorum vel plurium ad aliud argumentum paucis verbis mutatis, plerumque in iocum ſecti flexio et accommodatio. Quamquam interiecto tempore ad aliorum quoque poetarum tum Epicorum, tum Tragicorum, Comicorum et quorumcunque ceterorum verſus parodiae vſurpari coeperunt; antiquiſſimae tamen et frequentiſſimae fuerunt Homericae, [c] quarum exemplo latini etiam in hoc genere elaborarunt, vt notum eſt vel e Virgilii parodia ad Phaſelum Catulli. Primam parodiam ſcriptam ab *Hipponacte* Rhegino tradunt Suidas [et Eudocia p. 245] teſtantes, eum temporibus Perſicis, hoc eſt, ſi *Vossium* de Hiſt. Gr. p. 441. audimus, Darii et Xerxis temporibus floruiſſe. Sed Polemo apud *Athenaeum* lib. XV. p. 698. *Hipponacti* hoc tribuit εὑρετὴν μὲν ἦν τοῦ γένους Ἱππώνακτα φατέον τὸν Ἰαμβοποιόν. *Ariſtoteles* vero cap. 2. Poetices, *Hegemoni* Thaſio: Ἡγήμων δὲ ὁ Θάσιος ὁ τὰς παρῳδίας ποιήσας πρῶτος. Atque primum inter Comicos Hegemonem parodiis, vt Rhapſodi antea Rhapſodiis, (confer [*Xenoph.* M. S. IV. 2. 10. et 11. ibique Erneſti.] *Caſaubonum* Satyrorum lib. I. Poetices cap. 42.) in theatro certaſſe legas apud eundem *Athenaeum* p. 699. καὶ οὗτος δὲ (τῶν ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητῶν) πρῶτος εἰσῆλθεν εἰς τοὺς ἀγῶνας τοὺς θυμελικοὺς Ἡγήμων καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐνίκησεν ἄλλαις τε παρῳδίαις καὶ τῇ Γιγαντομαχίᾳ. adde eundem lib. IX. p. 406. 407. Mentio eiusdem *Hegemonis* παρῳδιῶν et eius Γιγαντομαχίας apud Euſtathium. Eodem in loco Athenaei memorantur *Euboeus* Parius, qui Philippi Macedonis aetate floruit, parodiarum libri IV. Praeterea *Boeotus* quidam Parodiarum ſcriptor. Docet ibidem *Polemo* hoc genere ſubinde vſum in fabulis ſuis veteris Comoediae poetas, *Epicharmum* Syracuſanum, et *Cratinum* in dramate, quod inſcripſerat Εὐνείδας, itemque *Hermippum*. *Sopatri* praeterea παρῳδιῶν mentionem Suidas facit, et ante Suidam Athenaeus pluribus in locis, modo παρῳδὸν modo φλυακογράφον adpellans. Neque alium exiſtimo eſſe Sopatrum, qui ab Euſtathio quandoque citatur. Sed et *Matronem* [c]) παρῳδὸν non infrequenter laudat Euſtathius, cuius perelegans carmen centum amplius verſuum exhibet *Athenaeus* lib. IV. p. 134 ſq. et pluribus locis illuſtrat *If. Caſaubonus* cap. 5. animadverſionum. Initium hoc eſt: Δεῖπνά μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροφα καὶ μάλα πολλά. Hoc ipſum carmen cum aliis eiusdem et aliorum παρῳδιῶν Graecorum et Latinorum apoſpaſmatis, atque erudita *de parodiis* diſſertatione edidit *Henricus Stephanus* an. 1575. 8 [d]) ad calcem certaminis Homeri et Heſiodi, vbi p. 178 habes etiam *Joſephi Scaligeri* ad Matronis carmen caſtigationes. Eodem an. 1575. 8. prodierunt *H. Stephani* parodiae morales, ad quarum calcem extant centonum et parodiarum veterum exempla graeca et latina ab illo ſelecta et illuſtrata. Pulchre inter alia obſeruat, Philoſophos quoque frequenter olim delectatos parodiis eiusmodi commendandis, vt exemplo ſuo nos docet Lucianus, tum prae ceteris Laertius, qui verſus Homericos a Platone, Diogene, Bione IV. 52. Carneade IV. 64. et aliis ingenioſe ac feſtiue mutatos refert [e]). Praecipue vero in componendis parodiis multos fuiſſe conſtat, (non nunquam

c) *Matron Poeta Graecus multa millia Graecorum verſuum ad culinam et macellum inuertit iuſto poemate.* Caeſ. Scaliger lib. I. Poetic. cap. 52. *Fabric.* E recentioribus huc referri poſſunt L'Iliade Giocoſa di Loredano, Opere tom. IV. — L'Iliade traveſtie par Marivaux; Oeuvres, Pariſ. 1758. VII. voll. 8. Ilias verſibus ludicris gallicis translata, et Telemache en vers burleſques. vid. Ephem. litterar. Lipſ. an. 1715. p. 4. *Harl.*

d) De hac editione vid. *Freytagii* Analecta litteraria, p. 902 ſqq. *Harl.*

e) Conf. Diſcours ſur les parodies, à l' occaſion des parodies du nouveau Théatre Italien etc. Pariſ. 1731. 12. Journ. des Savans 1732. Fevr. p. 220. *Fabric.*

quam etiam parodiam parodiae oppoſitam, vt Carneadi a Mentore, quod ἀντιπαρῳδῆσαι [☞] dictum, ex *Strabonis* lib. IX. p. 394. iam obſeruauit doctiſſimus Stephanus;) *Cratetem Thebanum*, de quo Laertius, Apuleius in Apologia, p. 28. edit. Caſauboni, Plutarchus de laude ſui p. 546. et Athenaeus, tum Sillographum *Timonem*, de cuius parodiis praeter H. Stephanum conſulendus *Dan. Heinſius* libro de Satira Horatiana p. 133. Exemplum inſigne alludens ad verſus primos libri primi Iliados exhibet *Euſebius* XV. praeparat. pag. 855. Neque Oratores a parodia abſtinuiſſe, exemplis variis patet, et notatum *Hermogeni* περὶ μεθόδου δεινότητος cap. 18. Copioſior quaedam parodia ſine auctoris nomine occurrit apud *Dionem Chryſoſtomum* orat. XXXII. quae eſt ad Alexandrinos: τοιγαροῦν οὐ κακῶς τις παρεποίησε τῶν σαπρῶν τούτων ποιητῶν κ. τ. λ. Praetereo quam plurimas breuiores apud Athenaeum obuias, et in his perquam lepidas plerasque. Euſtathius ſemel iterumque mentionem etiam facit παρῳδία νέα. et τῶν τινος νεωτέρων παρῳδιῶν. Confer *Tzetzae* Chiliad. X. hiſt. 319. et XIII, hiſt. 483. *Photius* quoque Cod. CLX. memorat *Procopii Gazaei* στίχων Ὁμηρικῶν μεταφράσεις εἰς ποικίλας λόγων ἰδέας ἐκμεμορφωμένας. Si quis vero requirat exemplum parodiae Homericae noſtra aetate quam feliciſſimum et elegantiſſimum, is *Suſiadem* legat Graecantiſſimi *Ioſuae Barneſii* Angli, qua Eſtherae hiſtoriam complexus eſt, Lond. 1679. 8. Sed quid vetat initium eius, ſpeciminis cauſa, infra ponere:

Μῆνιν ἄειδε Θεὰ Ἀμαληκιάδεω Ἀμανῆος
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἑβραίοις ἄλγε' ἔθηκε
Περσέων δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἀΐδι προΐαψεν
Οὐκ αὐτῶν. Αὐτοῖσι δ' ἑλώρια τεῦχε ἑαυτὸν
Ἠδ' ἑὸν οἶκον ἅπαντα. Θεοῦ ἐτελείετο βουλή
Ἐξ οὗ δὴ περὶ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε
Μαρδόχιος τ' Ἐσθῆρι φίλος καὶ δεινὸς Ἀμανεύς.

Homero-Centones.

III. Conſequens eſt, vt non nihil dicam de *Homero-Centonibus* f), qui Graecis Ὁμηροκέντρωνες ſiue Ὁμηρόκεντρα adpellantur, et ſunt carmina ex integris vel dimidiatis Homeri verſibus hinc inde per vniuerſam eius poeſin ſelectis ac nouo proprioque ordine digeſtis compoſita; vnde alius ſenſus et nouum poema prodit. Antiquiſſimum, ni fallor, Homerocentonis exemplum, quod hodie exſtat decem conſtans verſibus de Hercule ad inferos miſſo ſeruatum eſt ab *Irenaeo*, libro et capite I. p. 43. editionis praeclarae Grabianae: et qui Irenaei locum graece nobis tradidit *Epiphanio* haereſi XXXI. 29. Alterum occurrit libro I. Anthologiae Epigramm. graecorum, cap. 35. f. 73. εἰς τὸν πρώτως ἀκέσαντα ἧχος, iisdem verſibus decem. Meminit huius generis ſcribendi etiam *Tertullianus* de praeſcript. aduerſus haereticos cap. XXXIX. *Homerocentones vocare ſolent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compoſitis in vnum ſarciunt corpus. Hieronymus* Ep. 103. ad Paulin. *Quaſi non* [☞] *legerimus Homerocentonas et Virgiliocentones* etc. *Suidas* in κέντρων· ἀπάντας καὶ λόγους ἐκ διαφόρων συνειλεγμένους καὶ ἕνα σκοπὸν ἀπαρτίζοντας, κέντρωνας ἔλεγον, οἷά εἰσι τὰ Ὁμηρόκεντρα. *Euſtathius* ad Iliad. ψ'. pag. 1425.

Fabric. et Diſcours ſur l'origine et ſur le Caractère de la Parodie, par Mr. *Sallier*, in Mem. de l'Acad. des I. et B. L. vol. X. *Harl.*

f) De his vide Bericht von neuen Büchern, pag. 403 ſqq. *Heum.*

1425. *ὥσπερ ἐγκεντρίζειν ἐπὶ τὸ ἐγκεντισθὲν καὶ ἐμβάλλειν φυτῷ τινι κλαδίσκον ἀλλοῖον φυτοῦ, οὕτω καὶ κέντρων ῥαπτὸς μὲν ὅσπερ ἄλλοιά παρακεντεῖται διάφορα χροιαῖς ὑφάσματα, γραπτὸς δὲ ὁ παρατίθεται τοῖς τοῦ παρακεντήματος ὅλα μέρη ποιημάτων καὶ στίχους ἄλλοθεν ἄλλα. ὅθεν καὶ τὰ ἐντεῦθεν κληθέντα Ὁμηρόκεντρα, τουτέστιν, οἱ Ὁμηρικοὶ κέντρωνες, οὓς ὁμοίως γένοιντ' ἂν καὶ ἐξ ἑτέρων ποιητῶν· εἴη δ' ἄν πως καὶ ἐκ πεζολογιῶν. ὅπου σκευασθέντες εἶναι οἱ μὴ γνήσιοι ῥητορικοὶ οἶκοι, ἀλλ' ὡς ἀπὸ λογοσυλλεκτάδου ὄντες καὶ δι' ὅλα σπερμολογοῦντες ἐν ἐγκωμίοις.* Idem ad Iliad. *ά* ſub initium, docet, *Homerocentones* cuiusmodi ex nonnullorum ſententia fuiſſe antiquas rhapſodias, qua de re conferes, ſi placet, quae dixi ſupra cap. 2. nr. 22. [g]) *διότι κατὰ μέρος φασὶ τῆς ποιήσεως διῃρημένης τὴν σύμπτυξιν ποιήσει ἐπιόντες οἱ ᾄδοντες καὶ τὰ ἐξ ἑκατέρας Ὁμηρικῆς βίβλου συρράπτοντες, ὡς ἐβούλοντο, ῥαψῳδοὶ ἐντεῦθεν προσηγορεύθησαν. Τῆς δὲ τοιαύτης ῥαψῳδίας παράδειγμα σαφὲς καὶ οἱ κέντρωνες, τουτέστι τὰ λεγόμενα Ὁμηρόκεντρα. Κέντρωνές τε γὰρ κυρίως λέγονται ἐκ διαφόρων χροιῶν συνερραμμένα εἰς ἕν, ὃν μιμοῦνταί πως τὰ Ὁμηρόκεντρα. Καὶ ῥαψῳδία δὲ ἡ ἐξ ἑκατέρων τῶν Ὁμηρικῶν ποιήσεων συρραφεῖσα ᾠδὴ ἀναλόγως τῷ ὑποκειμένῳ πράγματι, γάμῳ τυχὸν ἢ ἑορτῇ. Τοῦ δὲ ἀπαγγέλλειν Ὁμήρου ποίησιν σκηνικῶς θεῖσαν ἀρχὴν ἐποιήσατο Κύναιθος ὁ Χῖος etc.* Confer. quae de hoc *Cynaetho* notaui capite ſuperiore nr. 33. Veriſimile ſane videtur, centones [h]) cuiusmodi Homericos decantatos fuiſſe a Rhapſodis, antequam de vero ordine carminum Homericorum conſtaret, nec Piſiſtrati cura opus Poetae vtrumque digeſſiſſet: poſtea autem lege Solonis iuſſi fuerunt Rhapſodi ordine carmina Homerica decantare, vt demonſtraui cap. 2. nr. 11. [vbi vero vide adnotata.] Itaque ab eo tempore rhapſodia nihil aliud fuit, quam pars ſiue liber alterutrius poematis Homerici, quantum vna vice abſoluere cantando poſſent: quo ſenſu apud Nepotem et alios veteres ſcriptores graecos et latinos vocabulum *ῥαψῳδίας* eſt obuium. Cumque laurum manu geſtarent Rhapſodi Homerici, interiecto tempore adiectum inſuper eſt, vt violaceis veſtibus induerentur, qui partem Odyſſeae, rubris, qui partem Iliadis decantabant. [conf. *Platon.* in Ione p. 72. et 76. ibique Mülleri not. et praefat. p. 18 ſq. *Euſtath.* ad Iliad. tom. I. p. 16. edit. Politi, de ornatu et praemiis Rhapſodorum.] Idem Euſtathius: *οἱ δὲ καὶ τὴν Ὁμηρικὴν οἱ ὕστερον ὑπεκρίνοντο δραματικώτερον, τὴν μὲν Ὀδυσσείαν ἐν ἁλουργῷ ἐνθύματι, τὴν δὲ Ἰλιάδα ἐν ἐρυθροβαφέσιν. ἐκεῖνο μὲν κατὰ τοὺς παλαιοὺς διὰ τὴν ἐν θαλάσσῃ πλάνην τοῦ Ὀδυσσέως, τοῦτο δὲ διὰ τοὺς ἐν Τροίᾳ φόνους καὶ τὰ ἐντεῦθεν αἵματα. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν σύμβαμα καὶ καινότερον ἐπινόημα τῶν ὑστέρων.* Forte a Demetrio Phalereo hoc fuit, qui Rhapſodos Homeriſtas primus in theatrum produxiſſe dicitur, vt ſuperiore capite notaui ex Euſtathio ad Iliad. *ώ.* p. 1497. *Athenaeo* XIV. p. 620. [P]

Homero-Centones, qui hodie extant. IV. Extant etiamnum Homerocentones in ſacrum argumentum deflexi, in quibus hiſtoria paradiſiaca, primum peccatum protoplaſtorum, hinc Dei de hominibus in gratiam per Chriſtum recipiendis conſilium, praecipue vero hiſtoria euangelica et geſta Seruatoris noſtri fuſe exponuntur per capita LV. Primus illos cum latina interpreta-

g) Adde *Dreſigii* comm. de Rhapſodis, p. 18. 48. Ex ſcholiaſte in Dionyſ. Thracem, in *Villoiſon.* Anecd. graec. vol. II. p. 181 ſq. 185 ſq. *Harl.*

h) Lucianus in Cronoſolo tom. II. p. 641. memi-nit centonis e pluribus conſuti poetis. *Ὁ δὲ Ἰταλὸς ὁ γραμματικὸς ἐρραψῴδει ὕστερος καταπιόμενος, καὶ συνείφερεν ἐς τὸ αὐτὸ τὰ Πινδάρου καὶ Ἡσιόδου καὶ Ἀνακρέοντος, ὡς ἐξ ἁπάντων μίαν ᾠδὴν παγγέλοιον ἀποτελεῖσθαι.*

interpretatione *Petri Candidi* in lucem edidit *Aldus Manutius Venetiis* an. 1504. (non, vt in Eliae Du Pinii Bibliotheca Scriptorum eccleſ. excuſum eſt, 1554.) 4. Hinc graece et latine recuſi ſunt Francofurti 1541. 8. i) et 1554. 8. cum Probae Falconiae k), (ſiue vt vir praeſtantiſſimus Thomas de Simeonibus nomen eius efferendum monet, Faltoniae) centonibus Virgilianis et Nonni paraphraſi Euangelii Iohannei. *Henricus* quoque *Stephanus* graece excudit, additis iisdem Probae Virgiliocentonibus et iam commemorato Nonni poemate 1578. 12. l) Ab eo tempore *Claudius Chapelitus* Pariſ. 1609. 8. in vſum Gymnaſii ſocietatis Ieſu typis ſuis exſcripſit *Poetas graecos Chriſtianos*, cum latina verſione, in quibus familiam ducunt iſti Homerocentones m). Sed et in adpendice Bibliothecae Patrum Graecolatina Bigneana occurrunt Pariſ. 1624. fol. p. 95. et tom. XI. Bibliothecae Patrum Graecolatinae Pariſ. 1644. p. 572. Ne dicam in latinis Bibliothecae Patrum editionibus plus ſimplici vice vulgatos latine. Denique graece ſubiecti ſunt editioni Homeri Graecolatinae Amſt. 1648. 8. Illuſtrantur varia horum centonum loca ab *H. Stephano* in diſſertatione, quam parodiis ſuis moralibus ſubiecit an. 1575. 8. Eos Aldus, Francofurtenſes, H. Stephanus et Chapeletus ſine nomine auctoris ediderunt. At in Adpendice Bigneana et in Graecolatina Bibliotheca Patrum inſcribuntur *Homerici centones Eudociae Auguſtae ſiue Pelagii Patricii*. Equidem *Athenais*, filia Leontii Philoſophi Athenienſis, quae, cum Theodoſio iuniori Imp. nupſiſſet et lauacro baptiſmatis tincta eſſet, EVDOCIAE nomen accepit, a poetica facultate celebratur apud *Socratem* VII. 21. *Photiumque* Cod. CLXXXIII. et CLXXXIV. Sed cum alia eius poemata heroica memorent, Metaphraſin Octateuchi, Metaphraſin Prophetiarum Danielis et Zachariae, Hiſtoriam Cypriani Martyris, (illius n), cuius poenitentia ſiue confeſſio fertur ad calcem editionis Cypriani praeclarae Oxonienſis.) et Iuſtinae Virginis, tum poema heroicum in victoriam a Theodoſio marito ex Perſis reportatam. Neuter tamen facit mentionem compoſitorum ab illa Homerocentonum, quemadmodum nec *Nicephorus* XIV. 23. At *Iohannes Tzetzes* Chiliad. X. hiſt. 306. poſtquam negaſſet, ſe Eudociae Octateuchum et reliqua poemata nanciſci potuiſſe, duos eius libellos carmine ſcriptos legiſſe ſe teſtatur, Homerocentones et Metaphraſin Zachariae ac Danielis.

Ἡ δ᾽

i) n. Ὁμηρόκεντρα, ἃ καὶ Κέντρωνες. Item *Probae Falconiae Centones* — — Francof. ex offic. Petri Brubachii. M. Martio. 1541. 8. *Harl.*

k) De Virgilio-centonibus dixi lib. I. p. 382 ſqq. in Bibliotheca latina. *Fabric.* Adde *Iuſtum Fontaninum* de antiquitatibus Hortae lib. II. cap. 1 — 5. vbi praeter ea ille docet, falli viros doctos, qui poetriam *Probam* miſceant cum *Anicia Faltonia Proba*; falli quoque *Thomam de Simeonibus*, dum poetriam *Probam* gentis nomine *Valeriam*, et familiae cognomine *Faltoniam* pro *Falconia* adpellat. De *Falconia* et *Centonibus* adnotaui quaedam in Introductione in Notitiam litteraturae romanae et ſcriptorum latin. tom. II. p. 330 ſqq. et in Notitia breuiore litteraturae rom. pag. 721 ſqq. Copioſus eſt quoque de illa, et Centone, item de *Anicia Faltonia Proba*, ciue Romana, *Io. Chriſti. Wolf* in Catalogo feminarum olim illuſtrium, pag. 349 ſqq. ad Mulierum graecarum fragmenta, Londini, (Hamburgi,) 1739. 4. *Harl.*

l) Conf. *Freytagii* Analecta litteraria, p. 904 ſqq. *Harl.*

m) Vid. infra, lib. V. cap. 16. ſect. XVIII. vol. VII. p. 715. *Harl.*

n) De hoc Cypriano Iacobus Goar ad Euchologium Graecorum p. 719.

Ἡ δ' Εὐδοκία βασιλὶς ἡ Λέοντος o) θυγάτηρ,
Ἧς δύο βιβλιδάρια τὰ δι' ἐπῶν ἀνέγνων,
Τὸ εἰς τὸν Ζαχαρίαν τε καὶ Δανιὴλ ὁμοίως
Καὶ δὴ τὰ ὉΜΗΡΟΚΕΝΤΡΑ τὰ ταύτῃ συντεθέντα.

In

o) h. e. *Leontii*, Philoſophi. Ceterum, lubens hoc loco cum lectore communico, quae ex clariſſimi *Boiuinii* praeclara obſeruatione me monuit doctiſſimus vir Ludolphus Neocorus. Quod Codex 2891. Bibl. Reg. Pariſ. exhibet Homerocentones, quales a *Patricio* primum collecti ſunt, idque opus tantum conſtat verſibus 203. Porro Codex 2977. et 3260. eumdem Centonem exhibet ab *Eudocia* concinnatum et auctum, qui conſtat verſibus 615. Sed in Codice 2977. illud carmen non Eudociae Theodoſii coniugi, ſed alii Eudociae ſorori nempe Cyrzoes Monomachi vxoris tribuitur. Praeterea alius Codex Homerocentones exhibet, quales Aldus primum, deinde H. Stephanus et alii ediderunt, quadruplo ampliores, quam qui Cod. 2977. Eudociae adſcribuntur. *Prima* collectio, quae Patricium auctorem habet, et cuius apographum apud laudatum Neocorum exſtat, quamquam eſt breuior, ea tamen omnia adtingit, quae de CHRISTO in Symbolo Apoſtolorum et Nicaeno continentur: *Secunda* collectio, quae Eudociae eſt, praeter illa, quae adtigerat Patricius, varias continet de CHRISTI miraculis narrationes, ſuis quasque locis inſertas, et ſupremi iudicii peculiarem habet in fine deſcriptionem. *Tertiae* collectionis auctor praefixit operi ſuo capita quatuor de Mundi creatione, de Paradiſo, de aſtu ſerpentis, et de violata a primis parentibus lege diuina. Ad haec non ſolum integros paſſim verſus; ſed et epiſodia poetica et deſcriptiones friuolas adtexuit tanta licentia, vt ſaepe ab Euangelica veritate diſcrepet. Haec praeſtantiſſimus Neocorus, cui et eruditiſſimo Boiuinio pro inſigni hac adnotatione gratias mecum habebunt Studioſi. *Fabric.* De *Eudocia*, Leontii filia, imperatoris Theodoſii iunioris vxore, v. auctorem *Chronici Paſchalis* ad Olympiad. CCC. p. 310 ſqq. edit. Paris. De eadem et altera *Eudocia*, de auctore Homerocentonis, de Pelagioque docte copioſeque diſputant multosque, qui de vtraque egerunt, laudant viros doctos, *Olearius* in Diſſ. de poetriis graecis, nr. XXXII. atque *Io. Chriſtian. Wolf*, tum in notis ad illam Olearii diſp. recuſam ad calcem poetriarum octo — fragmenta et elogia, gr. et lat. (Hamburg. 1734. 4.) p. 159 ſqq. tum in Catalogo foeminarum olim illuſtrium, ſubiecto eius edit. Mulierum graecarum, quae oratione proſa vſae ſunt, fragmenta et elogia p. 331 — 342. Ad Olearii diſp. in nota, poſtquam ea, quae Fabricius noſtro loco adnotauit, omnia recudi fecerat, (in qua repetita Fabricii obſeruatione *Aldina* editio in lucem prodiiſſe ſcribitur, 1502. in Catal. autem foeminarum olim illuſtrium p. 352. vbi edd. Probae Falconiae enumerat Wolfius, *Aldina* citatur an. 1501. et huius anni nota eſt quoque in *Com. Rewiczky* Catalogo p. 8. ſcripta,) Wolfius ita pergit: „Idem (Fabricius) vol. VI. Bibl. gr. p. 564. in nota: Cangius p. 48. ad Zonaram monet, in codice altero Colbertino, quemadmodum et in codice regio 2977. fieri Kuſterus me monuit, ad *Eudoxiam Macrembolitiſſam*, Zoës ſororem et Conſtantini Ducae primum, deinde Romani III. Diogenis Impp. coniugem referri *Homerocentra*. Εὐδοξίας τῆς ἀδελφῆς τῆς Κυρᾶς Ζωῆς Ὁμηρόκεντρα. *Montfauconus* in Palaeogr. gr. p. 298. Homerocentones, qui iam diu editi fuerunt, ſcripſiſſe creditur Eudocia Macrembolitiſſa, cuius opuſculi codex habetur in Biblioth. collegii Ludouici M. conf. etiam Bern. de la Monnoye notas ad Bailleti Iugemens ſur les Ouvrages de Poëtes latins p. 422 ſqq. De Eudocia antiquiore, (Leontii Sophiſtae filia,) vide praeter auctores memoratos, *Theophanem* p. 72. ibique *Iac. Goarum* in notis, p. 569. *Gyraldum* de hiſtor. poet. dial. V. p. 282. a. et *Menagium* in Hiſtoria mulierum philoſ. nr. 24 ſqq. Vitam eius eleganter deſcripſit auctor gallus in Continuation des Memoires de Litterature et d'Hiſtoire, tom. VIII. part. I. p. 5 — 113. qui profitetur, ſe vſum eſſe obſeruationibus *Tillemontii*, quae tom. XIV. et XV. Memoriarum hiſt. eccl. leguntur. vid. Iourn. d. Sçav. 1730. m. Dec. p. 435 ſqq. Conferendae etiam ſunt: Reflexions ſur l'attachement d'Athenais Imperatrice d'Orient pour Paulin Favori de l'Empereur, où l'on refute l'Auteur de la vie d'Athenais, inſerée dans le IX. tome des Memoires, quae exſtant in: Bibliotheque raiſonnée tom. IX. p. 547 — 568. vide Relation. Sax. inſer. de rebus litter. 1733. p. [illegible] *Heumannus* in margine ſcripſerat: *Ledesm*[illegible] *Cento Homericus* de paſſione Chriſti [illegible] a *Miraeo* lib. de Script. ſaeculi XVI. cap. 98. *Harl.*

In Friderici Sylburgii Catalogo MSS. Bibliothecae Palatinae p. 100. memorari videas *Patricii Pelagii de Chriſti incarnatione, vita, morte, reſurrectione poëmation, Homericis verſibus et ſemiuerſibus concinnatum,* Ὁμηρόκεντρα *vulgo dictum, Eudociae Auguſtae in eadem* Ὁμηρόκεντρα *epigramma.* Et p. 121. *Patricii Homerocentra, ſeu Chriſtiados ex Iliade et Odyſſea.*

Pelagius Patricius. Hic eſt PELAGIVS Patricius, quem interfecit Zeno Imperator, a quo Pelagio Homerocentones compoſitos teſtantur Cedrenus et Zonaras. Cedreni verba haec ſunt in Zenone p. 291. Ἀναιρεῖ δὲ καὶ τὸν θαυμαστὸν καὶ περὶ ποίησιν ἐπῶν ἀξιόλογον ἄνδρα Πελάγιον τὸν Πατρίκιον ἐλευθεροστομεῖν εἰδότα — — τούτου φέρεται ἱστορία δι᾽ ἐπῶν γεγραμμένη ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος, Τούτου ποίημα καὶ τὰ καλούμενα ὉΜΗΡΌΚΕΝΤΡΑ καὶ ἄλλα μυρία θαύματος ἄξια. *Zonaras* quidem in Theodoſio iuniore tom. III. Annal. p. 37. ait Homerocentonibus a *Pelagio* imperfectis relictis vltimam manum additam eſſe ab Eudocia, Theodoſii vxore: Οἵα δὲ περὶ λόγους ἦν ἡ Βασιλὶς ἐκείνη, δηλοῦσι τὰ λεγόμενα Ὁμηρόκεντρα. Πατρικίου γάρ τινος ἐπιχειρήσαντος τῷ σπουδάσματι, ἀτελὲς δὲ καταλιπόντος αὐτὸ καὶ οἷον εἰπεῖν ἀνοργάνωτον (in membra non digeſtum) ἐκείνη καὶ εἰς τέλος ἤγαγε καὶ ὠργάνωσεν· ὡς καὶ ἡ παρ᾽ ἐκείνης διὰ στίχων ἡρωικῶν τῷ ποιήματι γενομένη ἐπιγραφὴ τοῖς ταύτην ἐπιοῦσι παρίστησι. Verum huic ſententiae temporum ratio repugnare videtur, Eudocia enim prius mortua exiſtimari poteſt, quam Homerocentones a Pelagio componerentur [r]). Et forte Epigramma Eudociae, quod in codice Bibl. Palatinae Homerocentonibus praemittebatur [P] reſ, ie erat non Pelagii poema, ſed ipſius Eudociae, quae et ipſa, teſte Iohanne Tzetza, Homerocentones ſcripſerat. Porro illos, qui editi hodie exſtant, Homerocentones Pelagio potius tribuerim, quam Eudociae propter eiusdem codicis Palatini fidem, quae Voſſium etiam, vt idem ſentiret, videtur permouiſſe. *Aubertus* vero *Miraeus*, qui in auctario de Scriptoribus eccleſiaſticis hos centones adſcripſit Eudociae Auguſtae, non Theodoſii iun. ſed Conſtantini XII. cognomento Ducae coniugi, recte reprehenſus eſt a *Guilelmo Caueo*, viro de eccleſiaſtica hiſtoria, ſi quisquam, praeclare promerito. [At *Iuſt. Fontaninus* lib. II. cap. 5. de Antiq. Hortae Coloniae Etruſcorum, *Homerocentones* Patricii ab Eudocia redactos in ordinem, *Pelagii* vero plane diuerſos et deperditos eſſe, contendit. *Harl.*] E recentioribus Carmen Ὁμηροκεντρικὸν in ſomnum concinnauit Iacobus Duportus, quod in eius Poematis p. 231. legitur.

Paralipomena. V. Quandoquidem Homerus, non Hiſtoricus, ſed Poeta, bellum Troicum neque ab ouo repetiit, neque ad exitum perduxit, iam olim paralipomena eius exſequuti ſunt ſcriptores *Cyclici*, de quibus ſupra cap. II. ſect. 24. nr. 12. 15. et 18. atque e latinis *Camerinus*, de quo Ouidius lib. IV. ex Ponto Elegia 16.

Quique canit domitam Camerinus ab Hercule Troiam.

Tum *Aemilius Macer*, inde *Iliacus* dictus ab Ouidio IV. 16. ex Ponto, et de quo idem Poeta lib. II. Amorum Elegia 18.

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillen
Primaque iuratis induis arma viris.

r) Contra *Olearius* l. c. p. 159. ex hoc Zonarae loco id ſequi putat, *Patricium* illum proinde alium eſſe oportere a *Pelagio Patricio*, qui a Zenone imperatore ſublatus eſt, et cui Homerocentones tribuit *Cedrenus*, recte obſeruante *Cangio* ad Zonaram l. c. *Harl.*

Et lib. II. ex Ponto Elegia II.

Tu canis aeterno quicquid reſtabat Homero
Ne careant ſumma Troica bella manu.

Cointus. VI. Exſtant quoque COINTI cuiusdam ſiue QVINTI q), quem ex nomine, vt exiſtimo, *Romanum* ſuſpicati ſunt Volaterranus et Ptolemaeus Flauius, τὰ μεθ' Ὅμηρον ſiue παραλειπόμενα Ὁμήρῳ libri XIV. verſu graeco heroico bellum Iliacum ab Hectoris interitu vsque ad reditum ſiue naufragium Graecorum perſequentes. In prima editione dicitur *Quintus Calaber* r), nullam aliam, quantum ſcio ob rationem, quicquid [illegible] Damqueius, quam, quod poema eius in *Calabria* repertum eſt ad Hydruntem, [illegible] Calabriae oppidum, in veteri templo S. Nicolai. Vita Coluthi s) ab Aldo Manutio [illegible] ipſius de Helenae raptu praefixa: Κολλοῦθος [illegible] καὶ τὸ παρὸν [illegible] Ἑλένης ἁρπαγὴν ἐν Ἀπουλίᾳ [illegible] καὶ γράμμον, [illegible] τοῦ Ὁμηρικοῦ ΚΟΙΝΤΟΥ [illegible] ἐν τῷ ναῷ τοῦ θείου Νικολάου τοῦ Κασσόλου [illegible] τοῦ Ὑδροῦντος. Ὁ [illegible] Βησσαρίων ὁ Νικαίας Καρδινάλις Θουσκουλάνου τῶν βελτίονων [illegible], καὶ [illegible] ἀπόγραφον [illegible] τὸν καινὸν [illegible]. Conſtantinus Laſcaris in grammaticae [illegible] ab eodem Aldo edita: *Poeſis autem Homerici ſimi* t) *Quinti iam multo tempore* [illegible] *temporum extincta: ſed propius Beſſarion Nicaenus Cardinalis Tuſculanus, ille ſeuere* [illegible] *vt Homerice dixerim, ſimilis Deo vir, aliaque plurima* [illegible] *ex Apulia* [illegible], [illegible] *tradidit, quam et ipſe olim deſideraueram.* De ſe ipſo pauca haec commemorat *Quintus* libro XII. v. 302.

Τίς μοι νῦν καθ' ἕκαστον ἀειρομένῳ σάφα Μοῦσαι,
Ἔσπεθ' ὅσοι κατέβησαν ἔσω πολυχανδέος ἵππου.
Ὑμεῖς γὰρ πᾶσάν μοι ἐνὶ φρεσὶ θήκατ' ἀοιδὴν
Πρίν μοι ἀμφὶ παρειὰ κατασκίδνασθαι ἴουλον
Σμύρνης ἐν δαπέδοισι περικλυτὰ μῆλα νέμοντι.

Ex hoc loco *Smyrnaeum* adpellat poſt Tzetzem Chiliad. 2. verſu 488. et [illegible] Aegidium Spoletinum p. 10. ad Apollodor. *Rhodomannus*, et cum [illegible] ſcholam Smyrnae habuiſſe et diſcipulos inſtituiſſe: quod poſtremum [illegible] et [illegible] aliisque [illegible] precarium merito in dubium vocat *Bayle* tom. III. Lexici Hiſtorico-Critici p. [illegible], quia nihil [illegible] adfirmat hoc loco poeta, quam ſe adoleſcentem adhuc et in Smyrnae campis [illegible] oues

q) Idem plane nomen eſt Κοΐντος et *Quintus*, neque alia eſt differentia, niſi vt vnum ſit ſcriptum litteris latinis, alterum graecis. Sic *Quintus Fabius* apud Dionyſium Halic. Plutarchum, Appianum et alios graecos ſcriptores Κοΐντος Φάβιος, et *Quintius* Κοΐντιος. Apud Dionem Caſſium modo Κοΐντος ſcribitur, pro Quinto, modo Κυΐντος, et pro *Quintilio* Κυιντίλιος. Κοΐντος Medicus memoratur apud *Galenum* tom. IV. edit. Baſil. p. 370. et alibi.

r) *Quintum Calabrum* a *Cointo* male diuerſum facit Anna T. Fabri ad Dictyos IV. cap. 1. notata eo nomine a *Perizonio* diſſ. de Dictye ſect. 13. *Quintus Catabius* typographi vitio dicitur apud Montacutium tom. I. Orig. Eccleſ. p. 378.

s) Ex hac idem referunt *Rhodomannus* in praef. et *Leonhardus Nicodemus* in additionibus ad Bibl. Neapolitanam Nicolai Toppi p. 215 ſqq. vt Voſſium, Bailletum et Laur. Craſſium de poetis graecis praeteream.

t) *Alterum Homerum* vocat I. Thomas Freigius Epiſtola Quinto praemiſſa. *Homero proximum*, Barthius II. 8. Aduerſar. *Optimum poetam et ſolum legi dignum poſt Homerum*, Dan. Heinſius ad Nonni Dionyſiaca.

oues paſcentem, (ex quo ipſo ne Smyrnaeum quidem certo colligas,) a Muſis carmen edoctum fuiſſe perinde vt Heſiodus, dum puer paterna armenta cuſtodiret, (*Ἄρνας ποιμαίνων Ἑλικῶνος ἐπὶ ζαθέοιο,*) a Muſis amatus fuiſſe traditur a *Luciano* tom. II. p. 310. Idem *Reineſius* in Epiſtola ad Iohannem Weitſium, et Epiſt. LXVII. ad Rupertum p. 591. Cointum noſtrum eumdem eſſe exiſtimat cum *Corinthio* q) *Smyrnaeo* Grammatico r) non adeo antiquo, cuius libellus de dialectis, infra ſuo loco commemorandus exſtat. Sed vtut non indignum poema illud Grammatico eſſe fatear, tum ob argumentum, tum propter adcurationem et *γραμματικώτερον* in carmine et deſcriptionibus locorum characterem, quem in illo notarunt viri docti; haec tamen Reineſii coniectura, leui nominum ſimilitudine nixa, refellitur ab auctore ſcholiorum minorum in Homerum ad Iliad. *β'.* 219. et ab Euſtathio, tum a Tzetza in Chiliadibus, et ad Heſiodum ac Lycophronem, qui non vno in loco eius mentionem facientes, ſemper Κόϊντον adpellant, ipſorum teſtimoniis ſuffragante conſenſu MStorum codicum et illius, quo Aldus vſus eſt, et alterius in Bibl. Barberina ſcripti manu *Georgii Hieronymi Typhernatis*, qui primus graecas litteras docuit Lutetiae, et Reuchlini in his litteris praeceptor fuit; (Allat. de Georgiis p. 393 ſqq.) aliorum item duorum in Bibl. Caeſarea, quorum meminit *Neſſelius* IV. p. 5. et 52. Neque *Caſp. Barthii* ſuſpicio multum habet veriſimilitudinis, qui p. 960. b in Claudianum cum Cointo noſtro eumdem eſſe putat *Mileſium* [ꝛ] illum Smyrnaeum, cuius poeticam facultatem laudat *Eunapius* in Proaereſio p. 121. Sane per tot ſecula plures potuerunt eſſe poetae patria Smyrnaei, neque de aetate Cointi adeo certi quicquam conſtat, licet ex charactere carminis, lubrico nimis argumento, Rhodomannus et poſt eum alii coniecerunt, propinquum fuiſſe aetati Nonni, Coluthi, Tryphiodori, et Muſaei, qui de Ero et Leandro poemation compoſuit. *Barthius* vero ipſe alibi [II. 10. Aduerſar.] Cointum putat, ſub primis ſcripſiſſe Imperatoribus, idque colligit e vaticinio Calchantis XIII. 336 ſqq. ſed quod ſcriptum poteſt eſſe ad imitationem vetuſtioris poetae. *Fabric.* Reliqua, quae de Cointo ſcripta ſunt a Fabricio, et adhuc de eo, eiusque carmine dici queunt, item quae de *Colutho* ac *Tryphiodoro* memorantur, ea infra loco commodiore repetam atque vberius explanabo. *Harl.*

Coluthus. VII. COLVTHVS e Lycopoli Thebaidis in Aegypto ciuitate, clarus ſub Imperatore Anaſtaſio, (qui A. Chriſti DXVIII. obiit.) praeter Καλυδωνιακῶν Libros VI. *ἐγκώμια* verſibus heroicis et *περσικὰ*, quae vniuerſa Suidae memorata interciderunt, ſcripſit *Ἑλένης ἁρπαγὴν* ſiue *de raptu Helenae* poema heroicum verſibus CCCLXXXIV. repertum a Cardinali *Beſſarione* in Calabria vna cum Quinto Smyrnaeo, et Graece primum editum ab *Aldo* in 8. ſine temporis notatione, deinde recuſum emendatius in Poetis principibus *H. Stephani* Pariſ. 1566. fol. etc. [ꝛ] Reliqua inferius. p. 715.

q) *Corinthium* vocat etiam *Iohannes Fass* in notis ad Cyriakum de ſepultura veterum p. 192. b. *Fabric.* Hic tantum laudabo doctam commentationem de Quinti Smyrnaei Paralipomenis Homeri, qua nouam carminis editionem indicit *Thomas Chriſtian. Tychſen*, Gottingae 1783. 8. Is p. 11. cenſet, Cointum vixiſſe ſub Imperatoribus, poſt translatam in Conſtantinopolin imperii ſedem, florentibus adhuc rebus romanis forte ſub Iuliano aut Anaſtaſio aut Iuſtiniano Imperatoribus, in quae tempora etiam confert aetatem *Coluthi* et *Tryphiodori*. Nonno tamen, Dionyſiacorum auctori, propiorem, quam Colutho, aetatem Quinti eſſe putat. *Harl.*

r) Metropolitae Corinthi, ſaec. XII. quo quidem tempore ab vllo grammatico tale poema vix ac ne vix quidem potuit confici. *Harl.*

Tryphiodorus. VIII. Coluthum in plerisque editionibus, vt graecis *Aldina* et emendatiore *H. Stephani*, tum graecolatinis *Mich. Neandri*, qui notas addidit, *Aemiliique Porti* et *Iacobi Lectii* comitatur TRYPHIODORVS[w]) ſeu Tryphiodori Aegyptii Poema Epicum verſuum DCLXXVII. quod inſcribitur Ἰλίȣ ἅλωσις ſiue *de Troiae euerſione.*

Iſ. Comn. Porphyrogenitus. Idaeus. IX. ISAACVS COMNENVS PORPHYROGENETVS, cuius ſcholia inedita in Homerum memoraui cap. 3. nr. 15. ſcripſit praeterea proſa graeca libellum de praetermiſſis ab Homero et χαρακτηρίσματα Graecorum Troianorumque ducum ex Dictye, vt ait, decerpta. Citatur a Salmaſio fol. 463. hiſt. Auguſtae. Poſterioris partis editionem e MS. Bibl. Amſtelodamenſis debemus *Iano Rutgerſio* V. 20. p. 509. Variar. lect. Lugd. Bat. 1618. 4. Vtriusque *Leoni Allatio* in excerptis rhetorum antiquorum et ſophiſtarum, graece cum verſione ipſius vulgatis, Romae 1644. 8. vide quoque *Voſſium* de hiſtoricis graecis p. 516. et *Labbei* Bibl. nouam MSS. p. 134. vbi teſtatur, manu exaratum cod. occurrere in bibliotheca regis Chriſtianiſſimi. [Hunc codicem quoque memorat *Waſſenius* in diſſ. de ſcriptis Homeri, p. 158. et eſt nr. 2682. in bibl. Pariſ. regia: membranaceus, XIV. ſaeculo exeunte ſcriptus; continet is ſcholia cuiusdam anonymi et *Porphyrogeniti*, eiusdem in eodem codice praemiſſum eſt opuſculum XXIIX. paginis conſtans de patria, vita Homeri, et de dialectis ac figuris, quibus vſus eſt. In his autem Porphyrogeniti, vt et in Anonymi ſcholiis multa, (vt ait cl. *Villoiſon.* in Prolegg. Hom. p. XIV. not.) ad Homeri interpretationem, maxime ad aeſtheticam, quam vocant, nonnulla ad grammaticam ſpectantia, nihil fere ad criticam deprehenditur. *Harl.*] IOHANNIS TZETZAE Ante-Homericorum et Poſt-Homericorum mentionem feci cap. 3. nr. 14. Videntur etiam Paralipomenon Homeri ſcriptoribus adiungendi, qui ſingulis homericis verſibus de ſuo verſum intercalarunt et ſubiunxerunt, vt *Pigres* et [P] *Timolaus Lariſſaeus*, de quibus ſuperiori capite, et de quo ibidem dicere neglexi, IDAEVS Rhodius, Liſſi F. heroicorum carminum ſcriptor, qui *Suida* teſte, παρεμβαλὼν στίχον στίχῳ ἐδιπλασε τὴν ποίησιν Ὁμήρȣ [καὶ ἄλλα Ῥόδια εἰς ἔπη γ'. v. *Eudoc.* p. 247.] E recentioribus nemo amoenius diſertiusque in paralipomenis Homeri ſcribendis verſatus eſt Archi Epiſcopo Cameracenſi *Franciſco Salignaco Fenelonio*, cuius *Telemachus* ſiue continuatio libri quarti Odyſſeae gallica proſa ſcripta et pulcherrimis monitis ethicis ac politicis Principi potiſſimum obſeruandis referta ſimulac, (auctore, vt ferunt, inſcio,) adſpexit lucem, Pariſ. 1699. 12. (v. Lettres de Mſr. le Bayle, p. 682.) tanto omnium adplauſu excepta, tam auide ab omnibus lecta eſt, vt intra breue tempus non modo plus vicies recuſa fuerit; ſed et ſua eum lingua extare iuſſerint Hiſpani, Itali, Angli, Belgae, Germani, ſolis Gallis quibusdam iniquiorem de tanti ciuis ſui ingenio ſententiam ferentibus; ſed in qua plus malignitatis atque inuidiae, quam candidi iudicii facile agnoſcas. [conf. ephemerid. Lipſ. litterar. 1715. p. 35 ſqq.]

X. Ante-

w) Coluthi aequalem plerique coniiciunt e carminis ſimilitudine. Sed Gyraldus longe antiquiorem exiſtimaſſe videtur: commemorat enim inter poetas, qui ſub Ptolemaeis vixerunt, tom. II. Opp. p. 166. Antiquiſſimus, quod ſciam, qui mentionem *Tryphiodori* fecit, eſt Heſychius Illuſtris, vbi de Neſtore Lycio. Poſt Heſychium, (qui ſub Anaſtaſio Imp. claruit,) *Suidas, Tzetzes* ad Lycophronem et Chil. IV. 997. *Euſtathius* ad Odyſſ. Θ'. p. 324. etc.

De vituperatoribus Homeri. X. Antequam de Homero dicere deſino, cuius commentatoribus merito ſuo adiungendum doctum et laborioſum ſcriptum doctiſſ. Medici Leidenſis, *Caroli Drelincurtii* Homericus Achilles, Lugd. Bat. 1693. et 1694. 4. commemoranda etiam nonnulla de eius *Zoilis* ac detractoribus ſunt. Equidem haud negandum videtur, multos in eius laude et admiratione modum exceſſiſſe *), atque dum omnia, pugnantia etiam ex Homero exſculpere voluerunt, iuſtam dediſſe cauſam *Senecae* Epiſt. LXXXVIII. ſcribenti: *adparet nihil horum eſſe in illo, cui omnia inſunt.* Itaque pedibus eo in ſententiam *Antonii Van Dalen,* acutiſſimi Medici et Philologi Harlemenſis, qui in libro de oraculis p. 84. editionis ſecundae et libro de Ariſtea cap. 26. p. 200 ſqq. oſtendit, ſe non magnam admodum *hebraicarum* rerum vel linguae notitiam Homero tribuere, etſi de illius adluſionibus ad phraſes et ritus hebraicos multa diſputantur a viris eruditiſſimis, vt a *Iacobo Cappello*, a *Merico Caſaubono, Zacharia Bogano* [v. ſupra ad lib. II. cap. VI. §. 2.], vt Dan. Heinſium, Croeſium aliosque praeteream. Quemadmodum vero parum hoc detrahit Homeri graeci poetae laudibus; ita ſibi potius, quam eius famae nocuerunt iniqui et inepti cenſores, *οἱ τὲς ἀκεφάλες καὶ μειέρες Ὁμήρε στίχες ἐκλέγοντες, τὰ δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα τῶν πεποιημένων ὑπερεῦ παρορῶντες*, de quibus *Plutarchus* in conſolatione ad vxorem p. 644. praecipue quum Homerus confidentia ingenii ſui adeo non curauerit grammaticas minutias y), vt primum etiam Iliadis verſum *ἄμετρον* poſuerit, notante *Plutarcho*, de profectu in virtute p. 80. Sed vitio humani ingenii factum eſſe videtur, vt nimias Homeri laudes ferre quidam non valentes, in vituperatione eiusdem et ipſi nimii eſſent, et ex reprehenſione eius, quem [ſ] omnes admirarentur, captarent laudem defaecatioris iudicii. Talis fuiſſe videtur ZOILVS qui in ſcholiis minoribus ad Iliad. ἑ. 4. et ab Euſtathio p. 387. *Epheſius* adpellatur, ſed ab *Heraclito* in allegoriis homericis p. 427. et *Plutarcho* Sympoſ. V. 4. *Aeliano* XI. 10. Var. et *Suida* z) variis in locis [nec non ab *Eudocia* p. 203.] *Amphipolites*. *Vitruuio* etiam praefat. ad Librum VII. a Macedonia veniſſe Alexandriam dicitur, et Plinio indice Libri XII. et XIII. Zoilus Macedo: atqui Macedoniae oppidum Amphipolis. Idem Heraclitus eodem loco *Thracium mancipium* adpellat: quodque plures adlatraſſet et reprehendiſſet, dictus fuit teſte Aeliano Κύων ῥητορικὸς, *Canis rhetoricus*. [Locus claſſicus eſt in ſchol. Marcianis ad Iliad κ΄ 274. p. 254. e cod. B. vbi Porphyrius, *Ζώϊλος*, ait, *ὁ κληθεὶς Ὁμηρομάστιξ, γένει μὲν ἦν Ἀμφιπολίτης, τῦ δὲ Ἰσοκρατικῦ διδάσκαλος, ὃς ἔγραψε τὰ καθ᾽ Ὁμήρε, γυμνασίας ἕνεκα, εἰωθότων καὶ τῶν ῥητόρων ἐν τοῖς ποιηταῖς γυμνάζεσθαι· ὅτος ἄλλα τε πολλὰ τῦ Ὁμήρε κατηγορεῖ καὶ τὰ περὶ τῦ ἐρωδιῦ* etc. ibi plurium veterum grammaticorum opiniones atque expoſitiones adferuntur. Ibidem

Zoilus.

x) His merito adnumeres *Io. Tzetzen* Chil. XIII. v. 670. qui non dubitat, adpellare *τὸν ὑπὲρ πάντας ἅπαντα τὸν Ὅμηρον τὸν μέγαν.*

y) Nec potuit curare, quippe quum nondum eſſent praecepta grammatices metrique fixa; ſed conſuetudinem loquendi vulgarem, et aurium iudiciique aciem ac ſubtilitatem, tamquam vnicam regulam, at prudenter dextreque, ſequutus eſt. *Harl.*

z) Vide Suidam in *Ἀναξιμένης, Δημοσθένης* et *Ζώϊλος*. Apud Plutarchum quoque in Demoſthenis vita memorantem *τῦ Ζήθε τῦ Ἀμφιπολίτε λόγες*, legendum *Ζωΐλε τῦ Ἀμφιπολίτε*, vt ex Dionyſio Halic. libro de Demoſthenis grauitate et Suida monuerunt *Reineſius* p. 328. Var. et *Ionſius* p. 42. et de eius aetate p. 126. Confer etiam, quae de Zoilo notauit *Voſſius* lib. I. de Hiſtor. graecis cap. 15. et *Boilaeus* (Mr. Boileau Deſpreaux) reflex. V. ſur Longin. *Fabric.* [de duobus Zoilis v. *Lami* Delizie etc. p. 188. n. et num duo Zoili, Homeri cenſores fuerint, inquirit *Hardion* in Mem. de l'Ac. des I. et B. L. vol. VIII. p. 178 ſqq. etc.]

Ibidem ad α'. 129. dicitur *Ζωΐλος ὁ Ἀμφιπολίτης, καὶ Χρύσιππος ὁ Στωϊκὸς σολοικίζειν αἰτιᾶται τὸν ποιητήν.* Ad ξ'. 20. et alibi ſimpliciter vocatur *Ζωΐλος* et refutatur. Quando vero in iisdem ſcholiis ad ε'. 20. vocatur *Ἐφέσιος*, id bene poteſt conciliari, nec falſum eſſe videtur cl. *Villoiſonio* in Prolegom. homer. p. 30. quia *Zoilus* natus quidem Epheſi fuit; ſed *γένος* Amphipolites. *Harl.*] Aetas illius eo vsque certa eſt, quod viuendo ſuperauit Philippum Macedoniae regem: ad huius enim mortem hiſtoriam ſuam perduxiſſe traditur. [v. Eudoc. l. m.] Quum vero Demoſthenes ex orationibus eius profeciſſe dicatur, et diſcipulus fuerit *Zoilus* Polycratis Athenienſis, qui Socratis aequalis fuit, aut ad ſummam ſenectutem perueniſſe eum eſt neceſſe. (Tanaquillo Fabro enim in notis ad Longinum, *Zoilum* rhetorem, qui contra Platonem ſcripſit, a Zoilo, Homeromaſtige diſtinguenti, contra veterum ſententiam adſentiri nolim.) aut erraſſe Vitruuium architecturae certe, quam hiſtoriae et chronologiae peritiorem, qui illum ſub Ptolemaeo Philadelpho poſt Ariſtophanem grammaticum Alexandriam veniſſe ſcribit. Sed locus eius inſignis non eſt praetermittendus. *In ſequentibus annis a Macedonia Zoilus, qui adoptauit cognomen, vt* HOMEROMASTIX *vocitaretur, Alexandriam venit ſuaque ſcripta contra Iliadem et Odyſſeam comparata regi recitauit. Ptolemaeus vero quum animaduertiſſet, poetarum parentem philologiaeque omnis ducem abſentem vexari, et cuius a cunctis gentibus ſcripta ſuſpicerentur, ab eo vituperari, indignatus, nullum ei dedit reſponſum. Zoilus autem quum diutius fuiſſet in regno inopia preſſus, ſubmiſit ad regem poſtulans, vt aliquid ſibi tribueretur. Rex vero reſpondiſſe dicitur, Homerum, qui ante annos mille deceſſiſſet, aeuo perpetuo multa millia hominum paſcere. Item debere, qui meliori ingenio ſe profiteretur, non modo ſe vnum, ſed etiam plures alere poſſe. Et ad ſummam mors eius* aa), *vt parricidii damnati, varie memoratur.* [P] *Alii enim ſcripſerunt a Philadelpho eſſe in crucem fixum, nonnulli in eum lapides eſſe coniectos, alii Smyrnae viuum in pyram coniectum.* Diuerſum ab his genus mortis Zoili commemorat *Suidas*, ait enim, in Olympia, de Scironiis ſaxis eſſe praecipitatum: *ἐπεκλήθη Ὁμηρομάστιξ, ὅτι ἐπέσκωπτεν Ὅμηρον. διὸ αὐτὸν διώξαντες οἱ ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ κατὰ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν ὦσαν.* Ab eodem Suida diſcimus, nouem libros a Zoilo compoſitos aduerſus Homeri poeſin, (*τὰς κατ᾽ Ὁμήρου συντάξεις* vocat Dionyſius Halicarnaſſ. in Iſaeo p. 111.) et praeterea Homeri vituperationem. *Ῥήτωρ δὲ ἦν καὶ φιλόσοφος, ἔγραψε μέντοι πολλὰ καὶ γραμματικὰ καὶ κατὰ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως λόγους ἐννέα. Ἱστορίαν ἀπὸ Θεογονίας ἕως τῆς Φιλίππου τελευτῆς βιβλία τρία. Περὶ Ἀμφιπόλεως καὶ κατὰ Ἰσοκράτους Ῥήτορος καὶ ἄλλα πλεῖστα ἐν οἷς καὶ ψόγον Ὁμήρου.* Qualia fuerint, quae reprehendit in Homero Zoilus, vide, ſi placet, apud *Longinum* p. 70. edit. Iac. Tollii, *Heraclitum*, qui

aa) Tam diuerſae de morte Zoili narrationes docent, parum certam eſſe vniuerſam illam traditionem, et forte deberi illis, qui tam malo mortis genere hominem dignum eſſe temere et parum humane opinabantur, ex iniqua admiratione Homeri, vel ſui ipſorum potius nimia aeſtimatione, in quos Homeri contemtum redundare exiſtimabant. Quis iam miretur, religionem tantumdem mali ſuadere potuiſſe mortalibus, vt, quos tamquam haereticos deteſtabantur, de illis foedas mortes, vel, ſi eſſent, libenter commemorarent, vel, ſi non eſſent, fingerent. *Zoili* enim exemplo videmus, vnius poetae cauſa, quem ipſi omnibus encomiis efferebant, ille vero aſpernabatur, truculentiſſimo ſupplicio dignum habitum fuiſſe, Vitruuii etiam iudicio, qui poſt verba, a me iam adducta, ſubiungit: *Vtrum ei acciderit, merenti digna conſtitit poena. Non enim aliter videtur promereri, qui citat eos, quorum reſponſum, quid ſenſerint ſcribentes, non poteſt coram indicari.* [v. *Olearii* praef. ad Philoſtrati Heroica, vbi multus eſt de Zoilo, Heraclito, Xenophane et reliquis antiquioribus Homeri vituperatoribus.]

qui vulgo Heraclides, loco laudato, *Plutarchum* V. 4. ſympoſ. tum ſcholia minora [et Marciana] ad Iliad. έ. 4. et 20. *Euſtathium* ad Iliad. έ. pag. 512. ώ. p. 1510. Odyſſeae ί. pag. 335. Non abſurde quaedam notaſſe et in principe poetarum carpſiſſe certiſſimum eſt; quod tamen tot libros reprehenſione impleuit poematum multis nominibus ſuauiſſimorum et pulcherrimorum, in ipſum praeterea Homerum, candidiſſimum omnium laudatorem, ſingulari oratione inuectus, neſcio, quam arguit animi vel vanitatem vel loliginem [bb]), praecipue ſi verum eſt, quod legas apud *Aelianum* XI. 10. Var. *Lucian.* pro imaginib. p. 22. et *Galenum* Method. Therapeut. lib. I. cap. 3. tom. IV. Opp. p. 37. Homeri iconem a Zoilo flagris [cc]) caeſam ἀλλ᾽ ἔτω γε καὶ Ζωίλος ἔνδοξος τὴν Ὁμήρε μαςίζειν εἰκόνα. Ibidem addit, Zoilum non magni fieri, niſi a φιλολοιδόροις; Dionyſius tamen Halicarnaſſenſis Epiſt. ad Pompeium p. 127. cum refert inter eos, qui Platonem. (nam aduerſus hunc quoque et aduerſus Iſocratem ſcripſit.) reprehenderint ὃ διὰ φθόνον ἢ διὰ φιλαπεχθημοσύνην κωμῳδοῦντες, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἐξετάζοντες. Ab hoc viro obtrectatores quicunque vocantur non modo *Zoili*, vt apud Martialem et alios, ſed etiam *Homeromaſtiges* [dd]), vt Plinio in praef. hiſtoriae: *vt ob id cauſam iſtos Homeromaſtigas.* Homero ipſi tamen Zoilus debuit, vt poſteris innoteſceret, iudice *Ouidio* remed. amor. verſ. 365. ita enim intelligendus ille locus:

Ingenium magni detrectat liuor Homeri,
Quisquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.

Primus pro Homero contra Zoilum ſcripſit Arati poetae frater *Athenodorus*, vt legitur in vita Arati graecis in illum ſcholiis praemiſſa. Definitionem ſchematis ſeu figurae hanc e Zoilo profert *Phoebammon* Rhetor p. 98. edit. Laurentii Normanni τῦ μακαρίτε· σχῆμά ἐςιν ἕτερον μὲν προσποιεῖσθαι, ἕτερον δὲ λέγειν. [*] Reprehendit *Quinctilianus* IX. 1. *Verum id ipſum anguſte Zoilus terminauit, qui id ſolum putauerit ſchema, quo aliud ſimulatur dici, quam dicitur.* Zoilus Rhetor ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων, ὡς μυθογράφον, laudatur ἐν τῷ Τενέδου ἐγκωμίῳ apud *Strabonem* VI. p. 271. Plures autem fuere Zoili praeter Amphipolitam noſtrum. 1) *Zoilus*, Patruus Pythagorae. Laert. VIII. 2. 2) *Zoilus*, Lampſacenus Themiſtonis Epicureae filius, Clemens Alex. Strom. IV. p. 522. 3) *Zoilus*, Cedraſenſis (ὁ Κεδρασεύς) Etymolog. M. in ἀῶος. Forte Grammaticus ille hoc nomine, qui ab Athenaeo inter Dipnoſophiſtas collocutores introducitur. 4) *Zoilus* Pergaeus, quem de Diogene Cynico quaedam commemorantem laudat Laertius VI. 37. 5) *Zoilus*, Sacerdos Boeotius Plutarchi aequalis, qui eius meminit quaeſt. Graec. XXXVIII. p. 297. 6) *Zoilus*, Cyprius artifex ferrarius, de quo idem Plutarchus in Demetrio p. 898. 7) *Zoilus*, Medicus, cuius antidotum memorat Galenus II. 13. de antidotis, neſcio, diuerſusne ſit a *Zoilo* Ophthalmico [ee]), cuius meminit idem IV. 7. de medicamentis κατὰ τόπες. 8) *Zoilus*, Treuirenſis apud Auſonium in Epiſtola cupidini crucifixo praemiſſa, ad quem locum Seriuerius notauit alios *Zoilos* tres ex

bb) γυναικίας ἕνεκα cum id feciſſe, Porphyrius l. m. ad Iliad. κ'. 274. ait. *Harl.*

cc) Similiter Theagenis Thaſii athletae ſtatuam ab inimico, ſed haud impune, (collapſa enim ipſum oppreſſit,) caeſam flagris narrat *Dio Chryſoſt.* XXXI. p. 359 ſq.

dd) Sic *Largi Licinii* olim liber ferebatur, infando, (vt ait Gellius XVII. 1.) titulo *Ciceromaſtix.*

ee) Conf. infra, lib. VI. cap. 9. in Elencho medicorum veter. p. 455. vol. XIII. *Harl.*

ex Gruteri Inſcriptionibus p. 302. 2. p. 438. 2. p. 900. 9) Alios item tres *Zoilos* Martyres ex Adone et Vſuardo 24. Mai. et 27. Iun. et Martyrolog. Rom. 24. Nou. [*Zoilum* martyrem Prudentius metri cauſſa vocat *Zoillum*, περὶ στεφ. hymn. IV. 19. *Heumann.*] His adde 15) *Zoilum*, Alexandriae Epiſcopum de quo Nicephorus XVII. 8. et 26. Euagrius tom. IV. 11. ibique Valeſ. 16) *Zoilum*, qui ſub Theodoſio iun. Antiochiae porticum exſtruxit. id. XIV. 46. 17) *Publium Aelium Flauianum Zoilum*, Apollodori Aſpendii Philologi fratrem, in veteri inſcript. apud Sponium 1. itinerar. p. 107. 18) *Zoilum*, Mileſium, in veteri anaglypho apud Bernhardum de Montfaucon. p. 70. Diarii Italici. 19) *Zoilum* Tyrannum Caeſareenſem, de quo Ioſephus XIII. 20. et 20) *L. Noſtium Zoilum*, coheredem Ciceronis XIII. 46. Epiſt. ad familiar. [21) *Zoilum*, Praefectum Praetorio orientis, cuius mentio extat in actis concilii Chalcedonenſis, (quod a. 451. Marciano imperium tenente, celebrabatur.) in tom. IIII. p. 850. et 1194. Conciliorum Labbei, edit. Venet. tum in leg. vlt. C. Iuſtin. de Caſtrenſi Peculio milit. et Praefectian. itemque in lege vlt. eiusd. cod. de Apparitor. Praef. Praetorio, atque in Nouellis I. et III. e cod. Ottoboniano editis; vid. *Imperat. [illegible] Theodoſii iunioris et Valentiniani III. Nouellae leges — — ex Ottoboniano MS. cod. edit, commentario illuſtrat. ex eodemque codice alia profert Antonius Zirardinus*, Rauennas ICtus. Fauentiae, 1766. 8. vbi p. 73 ſqq. *Zirardinus* copioſe docteque de hoc *Zoilo* diſputat et opinatur, de hoc Zoilo intelligendum eſſe *Euagrium* Hiſt. eccleſ. libr. I. cap. 18. *Harl.* 22) Duo *Zoili* apud *Reineſium* Inſcript. lib. I. nr. 205. et libr. X. nr. 1. p. 21[illegible]. et nr. 3. et lib. XX. nr. 416. *Heumann.* et 23) *Zoilus* ſub Imperatore L. Aurelio Commodo, in Iſcrizioni antiche delle ville — Albani, edit. a *Marino*, Romae, 1785. 4. pag. 12. nr. XI. *Harl.*] Sed ut ad Homerum et alios eius reprehenſores noſtra redeat oratio, ei viuenti aemulum et aduerſarium fuiſſe *Sagarin* ſiue *Syagrum*, defuncto *Xenophanem*, tradit Laertius in Socratis vita. II. 46. Καὶ Σάγαρις ἐφιλονείκει Ὁμήρῳ ζῶντι, ἀποθανόντι δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος. De Syagro dixi lib. I. cap. XXXIV. nr. 3. *Xenophanem* idem *Laertius* IX. 18. teſtatur grauiter perſtrinxiſſe, quae Homerus et Heſiodus ſcripſerant de Diis: γέγραφε δὲ καὶ ἐν ἔπεσι καὶ ἐλεγείας καὶ ἰάμβους καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ Θεῶν εἰρημένα ff). *Sextus Empiricus* VIII. aduerſus Mathemat. p. 341. ὅθεν καὶ Ξενοφάνης διελέγχων τὸν περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον φησί·

> Πάντα Θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρος θ' Ἡσίοδός τε
> Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστί,
> Κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Idem lib. I. p. 57. Ὅμηρος δὲ καὶ Ἡσίοδος κατὰ τὸν Κολοφώνιον Ξενοφάνη ὡς πλεῖστα (ita videtur legendum pro ὡς πλεῖστα) ἐφθέγξαντο Θεῶν ἀθέμιστα ἔργα, κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν. Eo nomine et penes inferos poenas dare finguntur Homerus et Heſiodus apud Laertium VIII. 21. et Suidam in Πυθαγόρας. Ab *Athenienſibus*, ſub eundem, [illegible] mulctatum Homerum tanquam [illegible] quinquaginta drachmis, tradit Heraclides, eodem Laertio teſte II. 43. *Heraclitus* vero Philoſophus (id. IX. 1.) Homerum adfirmabat dignum, qui ex certaminibus eiiceretur et colaphis caederetur. Adde [illegible] IV. 26.

ff) De ſenſu et lectione huius loci agit *Ignat. Roſſi* in Commentation. Laertian. p. 175 ſqq. nam *Fabric.* II. 23. 2. p. 757. aliter explicuit et correxit, vt ibi adnotaturi ſumus. *Harl.*

IV. 26. et 30. de C. D. *Plato* gg) quoque in libris de legibus teſtatus, ſe fabulas illas et fictiones indignas Diis improbare, tertio Politias e Republica ſua exceſſe Homerum iubet et aliorſum ablegat hh), quamquam honoris cauſa vnguento delibutum lanaque Dei inſtar, (confer Graevium ad Heſiodi ἔργα v. 499.) coronatum, qua de re ſcripſerat olim Aelius Serapion teſte Suida. Interim vide, ſi placet, quae ad Dionis Chryſoſtomi Diſſ. LIII. et ad diſſertationem VII. Maximi Tyrii *Iſaacus Caſaubonus* et *Daniel Heinſius*: *Caſpar Barthius* ad Zachariam Mitylenaeum p. 300. *Tho. Reineſius* lib. V. var. lect. [P] cap. 6. poſt Epiſtolas ad Daumium p. 322 ſqq. *G. I. Voſſius* de Poetices natura cap. VIII. *Lud. Thomaſius*, in methodo chriſtiana legendi poetas p. 105 ſq. *Kühn* ad Ael. V. H. XII. 12. *Olear.* ad Philoſtr. p. 652. Huc refer et *Sibyllae* illud, quod laudat *Lactantius* lib. I. cap. VI. *Homerum mendacia ſcriptiturum*, et quae in eandem ſententiam *Lucianus* Gallo tom. II. p. 73. Vsque adeo vt Ὁμηρίζειν et Ἡσιοδίζειν veteribus quibusdam idem ſit, ac mentiri, et Ὁμηρισταὶ *Aretalogi*, velut notatum Salmaſio ad Suetonium cap. 74. Auguſt. Nec praetereundus *Daphidas* Telmiſſenſis Grammaticus, *Valer. Max.* I. cap. 8. et *Heſychio Illuſtri* memoratus, *Ciceroni* de fato [cap. 3. vbi vid. Turneb. et Dauiſ.] et Straboni XIV. p. 647. [959. edit. Almel.] *Daphitas* ii),) Suida teſte γεγραφὼς περὶ Ὁμήρου καὶ τῆς αὐτοῦ ποιήσεως, ὅτι ἐψεύσατο. [adde Eudoc. p. 132.] Reprehenſus quoque Homerus a *Metrodoro* in pluribus ſcriptis, Plutarch. p. 1087. quod non ſuauiter viuere liceat ſec. Epicurum, a *Pammene* Thebano, id. lib. I. Sympoſ. qu. 2. a *Parthenio* Phocaeenſi, vide Epigramma *Erycii*, quod edidit Neocorus ad Suidam in Παρθένιος, a *Bione* Sophiſta, de quo *Acron* ad Horatii II. 2. Epiſt. a *Protagora* denique, de quo *Ariſtoteles*, cap. 19. Poetices. Quibus accedit *Dio Chryſoſtomus* Oratione XI. de Ilio non capto, quam ſeparatim cum notis et verſione ſua edidit ad calcem Quinti *Rhodomannus*, confutandam in ſe ſuſcepit *Georgius Henricus Vrſinus* Oratione de Ilio capto, quae ſubiicitur egregiis viri illius eruditi obſeruationibus philologicis, editis Ratisbonae 1679. 8. vt praeteream, quae Dioni Chryſoſtomo oppoſita ſunt a *Godofredo Kirbach* in diſſertatione vulgata Witebergae 1687. Quamquam Origenes quoque I. aduerſus Celſum p. 32. faſſus eſt, difficillimum eſſe tueri, quae de bello Iliaco ab Homero tradita ſunt. Non repetam in praeſenti exprobratam Homero in proſodia vocum licentiam, et illud Ἄρες Ἄρες apud Martialem, nec repetam permixtas Graecorum et variarum aetatum dialectos, v. *Dion. Chryſoſt.* p. 157. et 213. kk) tum quod idem

 ſaepius

gg) Conf. Euſeb. XIII. 3. praeparat. et Proclum in Politiam p. 368. Minuc. Felicem cap. 22. ibique not. p. 224. edit. Gronou.

hh) Adde eumdem de Republ. lib. X. p. 291 ſqq. vol. VII. edit. Bipontin. *Harl.*

ii) Conf. *Vorſt. Coler.* et *Torrenium* ad Valer. Max. I. 8. ext. 8. *Erneſti* clau. Cicer. voc. *Daphitas*. *Harl.*

kk) Num Homerus vſus ſit dialectis variis, nec ne? multum diſputari ſolet in vtramque partem. Dialectos, γλώσσας, h. e. diuerſa genera pronuntiandi loquendique, ante Homerum in vſu fuiſſe, patet vel ex ipſa gentium hiſtoria, linguarum et terrarum natura atque vel ex ipſo poeta Odyſſ. XIX. 172 ſqq. (vid. quae hac de re iam diſſerui in Introductione in Hiſtor. L. gr. Prolegom. §. IX. p. XXIV ſqq.) At, ſi eo ſenſu, quo Grammatici hodie diſtinguere conſueſcunt dialectos, intelligimus, alia oritur controuerſiae conditio et finitio. Hic vero paucis tantum licet quaeſtionem explicare. Primum quam diu populus ſimplici, rudi et vero aerumnoſo quaſi vitae genere vtitur, nec artiore vinculo et conſuetudine inter ſe coniunctus eſt; tamdiu omnes illius dialecti dignitate, bonitate atque aeſtimatione pares ſunt. Vt primum vero in artiorem coit ſocietatem, praecipue quando rebus et abundantia florere incipit, artes atque doctrinae efflorescunt in illo, maioresque is facit progreſſus in litteris tam manſuetioribus quam ſeverioribus;

ſaepius repetit et in epithetis vſurpandis non pari ſemper delectu verſatur: neque perſequar eorum criminationem, qui parum veriſimiliter plagium Homero in Sibyllam, Dictyn, Muſaeum, Orpheum, alioſque, quos iactant, antiquiores poetas commiſſum obiecerunt, qua de re dictum paſſim libro ſuperiore: nec, quod de Homeri poematis abolendis cogitauerit *Caligula* Sueton. cap. 34. et, qui illis Antimachum praeferebat, *Hadrianus*. Dio LXIX. pag. 790. Nec denique, quae in Homero reprehenderunt aut ex antiquis Lucianus, aut recentiores, *Iulius Caeſar Scaliger* Poetic. V. 2 ſq. cui *Allatius* Homerum a calumniis vindicaturum opponere voluit, vt ſcribit pag. 125. ad Euſtathii Hellenismum. *Paulus Benius* in comparatione Homeri ac Virgilii cum Taſſo et Arioſto. [italice ſcripta, Patauii, 1607. 4. et 1612.] *Renatus Rapinus* in comparatione Homeri et Virgilii, *Alexander Taſſonus* ll), *Iacobus Caridius* mm), *David* et *Iohannes Clericus* nn) et in moroſa faſtidioſaque comparatione veterum ac

verioribus; communis quaedam dialectus pro elegantiore hominum genere in illo formatur, quae poſthaec in ſcriptis eruditorum adhibetur: eamque ob cauſſam vocatur illius populi dialectus. (conf. quae cl. *Adelung* in Magazin für die teutſche Sprache I. Iahrgangs, 1. Stück, 1782. nr. 1. de lingua germanica, quae dicitur Hochdeutſch commentatus eſt.) Tum, vt ad Homerum redeamus, hic vixit eo tempore, quo litterarum et linguae ipſius cultura efflореſcere coeperat, nec formae adeo diuerſae aut diſcretae, praeſertim in carminibus, erant. Ille igitur non ipſe linguae et ſermonis rationem reperit; ſed vſus eſt lingua et oratione, quae tum temporis in variis carminum generibus erat, poetica, cuius quaedam reliquiae in oraculis, vaticiniis et aliis verſibus aliquot hinc inde ſeruatae ſuperſunt. Illam antiquam poeticam dicendi rationem, quae multas priſcas retinuit formas, poſtea in dialectis, aut in vocabulis compoſitis adhuc remanentes, aut conſpicuas, ab Homero fuiſſe emendatam, amplificatam ornatamque, nemo, qui hiſtoriam linguarum et ingenii humani nouerit, negabit. At, quaenam omnes dialecti aetate Homeri fuerint et quatenus illis vſus ſit poeta, quum illae nobis ſint ignotae, eae autem, quae ſerioribus temporibus diſcretae ſunt et adhibitae, in controuerſiam venire non poſſint, omnino definiri nequit. Homerus quidem in Ionia educatus et verſatus, ionica, quae tum erat, dialecto ſ. γλώσσῃ vſus eſt. At vetus dialectus ionica non erat illa, quae ſerior, Homero tributa a Grammaticis, qui, quaecumque formae a recentiore dialecto ionica differre videbantur, ſiue doricas ſiue aeolicas vocitabant, aut ipſi decernere non poterant. Sic, vt vnum afferam exemplum, Scholiaſtes ad *Ariſtophanis* Plutum v. 493. τὸ δὲ βαδιοῦμαι, ait, καὶ φευξοῦμαι οὐ μόνον Αἰολικὰ, ὅτι Δωρικὰ, ἀλλ' ἤδη καὶ Ἀττικά. De duplici dialecto attica, vetuſta et recentiore, docte diſputat *Pierſon* ad Moerin p. 405. in primis in praefatione ad Moerin p. XXVI ſqq. Homeri aetate permultae formae omnibus, graece loquentibus, erant adhuc communes: poſtea, dialecto ionica magis magisque exculta, aeolicam ac doricam parum diſceſſiſſe a priſtina primaque forma, valde probabile eſt. Quo factum eſt, vt haud pauca haberentur aeolicae aut doricae dialecti propria, quae antea eſſent omnibus communia. Diverſarum vero dialectorum vſus apud poetas increbuit ab aetate lyricorum poetarum aeolicorum, qui in choris auribus et plauſui multitudinis inſeruire debuerunt. Quae quum ita ſint, prouti poteſtas et aetas vocabuli, num dialectus ſenſu homerico, an recentiorum Grammaticorum, ſaltem multo poſt Homeri tempora vſitata ſumatur, controuerſia, vtrum et quatenus Homerus vti potuerit dialectis, curatius erit conſtituenda atque componenda. At Grammaticis vberiorem relinquamus neceſſe eſt inquiſitionem. *Harl.* Conf. *Fr. Gedike* Ueber Dialekte, beſonders die griechiſchen im Berlin. Magazin der Wiſſenſch. und Künſte, Part. I. faſc. 2. (1782.) inprimis pag. 13. *Beck.*

ll) Erythraeus Pinacothec. I. 486. in Taſſoni vita: *Narrauit mihi, ſe quingentas Homeri ſententias et amplius in vnum volumen collectas habere, quas editurus eſſet, ſtulte ridiculas;* praefationem ad adnotationes Taſſoni poſtumas in Vocabularium Academicorum della Cruſca Venet. 1698. fol. vbi inter alia memorantur cenſurae eius in Homerum, Petrarcham et Boccacium. [vid. Taſſoni Penſieri diu. Carpi, 1620. 4.]

mm) De Scriptoribus non eccleſiaſticis tom. I. p. 208.

nn) *Iohannes Clericus* in arte critica tom. I. p. 100. *David Clericus* Oratione quarta, lectu non

ac recentiorum *Carolus Perraultus*, vir ingenioſiſſimus a Boileo in obſeruationibus ad Longinum confutatus, nedum, quae *Boisrobertus* oo), *Ioann. Mareſius*, *San-Sorlinus* et ſimiles pp). Iam pridem enim tempus eſt, vt, miſſo tandem Homero, ad alios Scriptores graecos noſter ſermo deſcendat. [P]

indigna, quae eſt in vituperationem Homeri. Praeclarum tamen eiusdem *Io. Clerici* de Homero iudicium extat tom. XI. Biblioth. ſelectae p. 355 ſq.

oo) *Baillet.* Iudic. de poetis tom. I. pag. 40 ſq. *Huet.* de vita ſua p. 312. et 199. Adſcribam denique haec *Abulfaragii* pag. 40. *Dicitur Analinias* (al. Anabias) *ſcurra ad Homerum dixiſſe, dicteriis me inceſſe, vt ex conuiciis tuis gloriam captem, cum laude tua non ſim dignus: dicenteque illo, numquam id facturus ſum, reſpondiſſe, adiens ergo principes Graecorum puſillanimitatem illis tuam notam faciam. Cui ſtatim Homerus: Accepimus, petente cane, vt cum leone pugnam iniret in inſula Cypro, abnuiſſe leonem, dedignatum hoc facere. Dixit ergo canis: abiens ego ad leones, ignauiam tuam illis indicabo. Cui leo: vt exprobrent mihi leones, quod haud auſus fuerim tecum congredi; ſatius mihi eſt, quam vt myſtaces meas ſanguine tuo oblinam.*

pp) De hac controuerſia lepide et illepide, nec pari iudicio, prudentia, moderatione aut linguae graecae morumque homerici aeui ſcientia agitata, iam ſupra egimus, atque, qui plura de illa, nominaque acriter dimicantium et ſcripta reſciſcere cupiat, eum ablegamus ad *Ayreri* hiſtoriam illius litis, Blackwalli libro de praeſtantia auctorum claſſicorum ſubiunctam, ad *Goujet* Bibl. franc. p. 46 ſqq. *Blankenburg* ad Sulzeri Theoriam artium etc. tom. II. pag. 513 ſqq. (vbi quoque multa aliorum ſcripta varii generis pretiique, quae ad hiſtoriam vitae et poeſeos homericae pertinent, commemorantur, quae omnia repetere ſuperuacaneum mihi videtur,) *Bitaubé* vol. I. verſionis gallicae Homeri, Pariſ. 1780. 8. pag. 53 — 80. etc. Multi inter Gallos aduerſarios Homeri, vt *Terraſon* in Diſſert. critique ſur l'Iliade d'Homer. Pariſ. 1715. 8. II. voll. omni verborum ſtrepitu id potiſſimum probaſſe videntur, Homerum non fuiſſe poetam gallicum. Id certum eſt, Homerum aeque ignoraſſe mores et delicias gallicae nationis; ac praeclare expreſſiſſe recteque ſequutum eſſe mores aeui ſui atque heroici. De acri Iliadis homericae cenſura, quam emiſit *Mothaeus*, vid. Acta Erud. Lipſ. 1716. pag. 116. conf. ibidem pag. 179 ſq. 182. 187. Num igitur *Ioſ. Franc. Bourgoin* in Diſſ. ſur le goût (in Mem. de litterature et d'hiſtoire rec. par le P. des *Moletz*,) iure quodam ſenſum pulcri abnegarit Homero, quilibet, partium non cupidus, facile iudicabit. De cel. *Adelungii* ſeuero iudicio, in eius libro de cultura generis humani lato, vid. Nouam Bibl. Lipſ. elegantiorum litterarum vol. 29. part. II. pag. 254 ſqq. Equidem ab vtraque parte fuiſſe peccatum, arbitror. Multi eorum, qui Homerum maxime vituperarunt, et linguae graecae, et hiſtoriae heroicae morumque antiquiſſimorum ignari vel parum ſcientes fuerunt. Contra nimii poetae admiratores atque defenſores vidiſſe ſibi viſi ſunt et laudarunt venuſtates, pulcrique virtutes, de quibus vel ipſe poeta non cogitarat, nec reputarunt illi, Homerum ab infirmitate humana haud fuiſſe immunem. Sic non placet exitus Iliados. Epiſodium illud de Helena Equum obambulante, Odyſſ. δ'. 274 ſqq. ſuperat probabilitatem, etiam poeticam, (vid. cel. *Heyne* ad Virg. Aen. II. 237. Excurſ. VII. pag. 302.) et aliae maculae ineſſe videntur, quae tamen ceteris carminis vtriusque praeſtantiſſimi virtutibus apud aequos iudices parum laudis detrahent neque auctoritatem ac dignitatem a multis ſaeculis partam a ſummisque viris tributam imminuent. Nam, vt *Propertius* III. el. 1. 63. 64. cecinit,

— non ingenio quaeſitum nomen ab aeuo
Excidet: ingenio ſtat ſine morte decus.

Spicilegii cauſſa quasdam commentationes et pericula quaedam ſubiungam. Nouum Lexicon graecum etymologicum et reale, cui pro baſi ſubſtratae ſunt concordantiae et elucidationes homericae et pindaricae, collegit et digeſſit *Chriſtian Tobias Damm*, Rector Gymnaſii Colonienſis Berolini. Berolini, 1765. 4. *Homere plus gentil, qu' Annibal.* Berlin. 1763. 8. — *Tobiae Eckhardi* Adnotationes philolog. ex Homeri Iliade 2. Quedlinburg. 1733. 4. — Homeri carminis laudes ex fontibus Graecorum Romanorumque deriuatae riuulisque recentiorum diductae, vt inſtar commentarioli in Homerum eſſe poſſint, auctore *Ioach. Pietero*, A. M. ſcholae B. R. Berolini, 1775. 8. Auctor promittit Diſſertationes Homericas. — In *Klotzii* Biblioth. germanica, part. I. reperiuntur cogitata

Homeri plures. XI. Fuere et alii Homeri, 1) Phocenſis Euphronis F. Heſiodi aequalis, ſi fides Tzetzae Chiliad. v. 209. et ſchol. ad Heſiod. p. 3. et 69. 2) Byzantinus, Tragicus, de quo infra lib. II. cap. XIX. 3) Homerus Sellus Grammaticus, de quo Suidas, et *Barth.* ad Statium, tom. I. p. 477. [infra inter Comicos deperditos lib. II. cap. 22. — ſupra cap. 2. §. 4. *Homerus* alter Chius, ſi fides habenda eſt Archilocho, vid. lib. VI. cap. 9. tom. XIII. p. 248.] Vt omittam 4) Omerum Eſaui nepotem, a quo Homeritas dictos ſuſpicatur Holſtenius ad Stephanum Byz. pag. 235. et 5) Regem quintum Arabiae felicis (apud Pocockium ſpecim. hiſt. Arabum p. 57. Hamyar Sabae F.) a quo potius Homeritarum nomen repetendum contendit Iobus Ludolfus Comment. ad Hiſt. Aethiop. p. 231. Pſeudo-Archilochi vero nugae relatu indignae ſunt, qui ex diuerſa patria Homero poetae aſſignata octo Homeros effinxit, vt mirum ſit, ab illo verba ſibi dari paſſum Iacobum a Cruce Bononienſem, qui eius teſtimonio, tamquam fide digno ac certiſſimo, vſus eſt in adnotatione, pulcherrima vt ipſe vocat, ad Gellium, quam in face artium recudi curauit *Ianus Gruterus* tom. I. pag. 693 ſq. Recte illa reiiciuntur etiam ab *Allatio* lib. de patria Homeri cap. vlt.

cogitata de ratione verſionis Homeri germanicae, vna cum fragmentis, tamquam periculis. Idem tentauit *Fr. Bernh. Wenck*, Darmſtadii, in ſingulari programmate. — In Ephemeridibus *Goekingii* et Bar. *de Bibra*, (Journal von und für Teutſchland,) an. 1784. eſt disquiſitio, num Homerus verti poſſit. — In Jugendfrüchten des K. K. Thereſianum, collect. II. Wien, 1773. 8. ſunt cogitata de difficultate Homerum in characteribus imitandi. [Ueber Homer, aus einer ungedruckten Handſchrift des Abt Raynal, Olla Potrida Partic. IV. a. 1780. p. 61 ſq.] — In *Bergſträſſeri* Muſeum der neueſten teutſchen Ueberſetzungen, Francof. ad Moen. 1783. 8. part. IV. p. 361. eſt fragmentum recitationis in init. libri III. Iliad. atque interpretationes germanicae cumprimis examinantur. — In Litterariſchen Denkmalen von verſchiedenen Verfaſſern, Tiguri, 1779. 8. ſunt tres eruditae commentationes huc pertinentes, 1) Homers edle Einfalt, 2) Viel Unrecht, das ihm geſchieht, 3) Schwierigkeiten, ihn zu verteutſchen. — Schreiben über den Homer an die Freunde der griechiſchen Litteratur, von *Seybold:* Inter alia breuiter agit de conditione ciuitatum, morum, religionis, de abundantia et penuria multarum rerum, atque quoad ea omnia valuerint ad poeſin homericam formandam, de poetae lingua, cuius cultura permultum debuit ingenio Homeri; de dialectis, quae illius aeuo non adeo diſcretae fuiſſent, et aliis rebus notatu dignis: praeter ea arbitratur, ante Homerum nullum poetam de bello Troiano cecinisſe. Sed hactenus: nam vereor, ne obſcura diligentia cum mihi, tum inprimis lectoribus moleſta fiat. *Harl.*

CAPVT VIII

CAPVT VIII

DE HESIODI ASCRAEI AETATE, SCRIPTIS EDITIS AC DEPERDITIS, EORVMQVE QVAE EXSTANT EDITIONIBVS ATQVE INTERPRETIBVS.

I. *De Heſiodi aetate.* II. III. *Certamen cum Homero an genuinum.* IV. *De vita eius ſcriptores, et obſeruationes quaedam.* V. Ἔργα καὶ ἡμέραι. VI. *An ex Orphei et Melampodis deſcriptae.* VII. *Argumentum.* VIII. *Poema illud admiratus Seleucus Nicator.* IX. *Primi decem verſus vtrum genuini.* X. *Graeci Scholiaſtae* ἔργων *Heſiodi.* XI. Ἀσπὶς *a multis Heſiodo abiudicata.* XII. *Num fuerit pars* ἠοιῶν μεγάλων *ſiue quarti* καταλόγου; XIII. *Graeca in Aſpidem ſcholia.* XIV. *Theogonia Heſiodi et in eam veterum ſcripta deperdita.* XV. *Alii Theogoniae ſcriptores, eorumque ſcopus, et num Theogoniae Heſiodeae quaedam inſerta ſint e Theogonia Orphei.* XVI. *Scholia edita et inedita in Heſiodi Theogoniam. Et deperditi quidam in alia Heſiodi ſcripta commentarii.* XVII. *Catalogus ſcriptorum Heſiodi deperditorum cum variis obſeruationibus.* XVIII. *Non videri ſcripſiſſe de herbis, de re medica, nec ſeparatim fabulas. Euthydemi poemata ſub Heſiodi nomine vulgata.* XIX. *Editiones Heſiodi graecae.* XX. *Cum ſcholiis graecis.* XXI. *Graecolatinae et notis illuſtratae.* XXII. *Metaphraſes Heſiodi latinae et vernaculae.* XXIII. *Heſiodi fragmentum in Fulgentii Mythologia tentatum.* XXIV. *Heſiodus Homeri imitator et* Ἑβραΐζων. XXV. *Catalogus Scriptorum a graecis Heſiodi interpretibus allegatorum.* [ſ]

De aetate Heſiodi. I. De aetate *Heſiodi*, patria Cumani a), ſed ab educatione in Aſcra b) Boeotiae vico Aſcraei, dicere quaedam me memini libro ſuperiore cap. XIII. vbi eorum teſtimonia in medium adtuli, qui Heſiodum non dubitant, Homero ipſo facere antiquiorem c). Ipſe quidem proximae generationi poſt Troianum bellum teſtatur ſe interfuiſſe v. 172 ſq. Ἔργ. Iam iis placet accedere, qui eum cum Euthymene et Archemacho apud Clemen-

a) De Cuma, Heſiodi patria v. *Petrus Petitus* de Amazon. lib. II. cap. 33. p. 262 ſqq.

b) Heſiodi Ἔργ. v. 540. Strabo IX. pag. 409. et 413. Ouid. IV. 14. 31 ſq. e Ponto. [comp. *Tho. Robinſon.* diſſ. de vita, ſcriptis et aetate Heſiodi, praemiſſa eius editioni Heſ. a cl. Loesnero repetitae, Lipſiae, 1778. p. XXVI ſqq. *Harl.*] Alius Heſiodus ſeruus, cuius meminit Lyſias apud Suidam in Μακαῖος. Alius Heſiodus qui aduerſus haereſes ſcripſit, teſte auctore Praedeſtinati in limine libri I. et haereſi LXXXIII. Effigies Heſiodi noſtri exſtat tom. II. theſauri Antiquitatt. graecar. Gronouiani tabula XXII. e Fuluio Vrſino pag. 23. Epitaphium a Pindaro poſitum apud Suid. in Ἡσιόδειον γῆρας. Aliud in Appendice Vaticana prouerbior. IV. 3.

c) Nec ego volo repetere ea, quae ad tom. I. libr. I. cap. 13. adnotaui: nec omnia, quae de Heſiodi aetate, olim iam incerta, (vid. *A. Gellium* N. A. lib. III. cap. 11. ibique interpr. Auctorem Certaminis Heſiodi atque Homeri pag. 477. edit. Loesner.) a variis vario modo et in vtramque partem diſputata ſunt, recoquere. Sic ex iis, quae apud vtrumque occurrunt, inter ſe comparatis iam veteres critici litem ſecundum alterum vtrum dirimere voluerunt. — Secundum cl. *Sturzium*, in praeſenti Profeſſorem Geranum, ad Hellanici Lesbii fragmenta, ab illo diligenter collecta, docteque illuſtrata p. 158 ſq. eſt ſtatuendum, Homerum et Heſiodum fuiſſe cognatos, h. e. eodem auo et proauo vſos, et ex locis marmor. Oxon. I. 44 ſq. atque *Herodoti* II. 53. inter ſe collatis, eſſe manifeſtum, Homerum Heſiodo fuiſſe paullo iuniorem, ſed eidem tamen aequalem. Alii aliter ſentiunt. Quod e. g. Heſiodus in Theog. v. 338. Νεῖλον habet, hic vero fluuius ab Homero alio nomine *Aegyptus* adpellatur: Schol. ad locum Heſiodi cum Euſtath. ad Odyſſ. pag. 1510. l. 10. inde concludebat, Heſiodum eſſe Homero iuniorem. — Tum quod Homeri aetate nudi athletae, ſed ſubligaculo adhuc cincti prodierunt in arenam, idque a temporibus XXXII. Olymp. mutatum fuiſſe, ſecundum ſchol. ad Homerum Iliad. ψ'. v. 683. monuerunt viri docti; Heſiodus autem nudos decertantes

Clementem I. Strom. p. 327. Homero ſupparem; annis tamen aliquanto iuniorem fuiſſe ſtatuunt.

tantes athletas induxit; inde, vt *Spanhem.* ad Ariſtoph. Nub. v. 973. obſeruat, in ineditis hactenus et Voſſianis olim, (de quibus docte diſputat *Valckenaer* in ſingulari diſſertatione, ſubiuncta Vrſini Virgilio cum ſcriptoribus gr. collato) ad eamdem Iliada ſcholiis, Heſiodus Homero recentior colligitur. — Argumenta autem, quae ad aetatem Heſiodi probabiliter definiendam adhibentur, partim ex hiſtoriae antiquioris fide, partim ex rationibus aſtronomicis ducuntur. Vide *Marshami* Canon. chronicum ſaec. XV. p. 433 ſq. (qui cum *Ephoro*, hiſtoriae ſcriptore, Heſiodum annis aliquot ante Homerum floruiſſe ſtatuit,) *Henr. Dodwellum* de veteribus Graecorum et Romanorum cyclis diſſ. III. ſect. VII ſqq. et *Tho. Robinſon* diſſ. de Heſiodo, illius editioni praemiſſam. Primus locus eſt claſſicus apud *Herodotum* lib. II. cap. 53. qui Ἡσίοδον γὰρ, ait, καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μευ πρεσβυτέρας γενέσθαι etc. *Nam Heſiodus atque Homerus, quos quadringentis et non amplius, annis inter me opinor extitiſſe*, illi fuere, qui graecis theogoniam *fecerunt*, h. e. ſcriptis verſibus expoſuerunt: qua quidem interpretatione fit manifeſtum, Homerum atque Heſiodum non fuiſſe *primos* Theogoniae conditores atque architectos. conf. ſupra pag. 122. not. *h*). Ergo ſecundum Herodotum Homerus atque Heſiodus fuerunt aequales: atque, quoniam Heſiodus priorem occupat locum, forſan inde coniicere licet, illum Homero paullo antiquiorem viſum fuiſſe Herodoto. Hic vero vixit, quo tempore Xerxes copias in Graeciam duxit, annis ante Chriſtum 480. ideoque floruit *Heſiodus*, ex hiſtorici illius mente, annis ante Chriſtum fere 900. Contra auctor libelli, qui vulgo tribuitur Herodoto, de vita Homeri, ſub finem ponit Homerum, ideoque Heſiodum, ante Xerxis expeditionem annis 622. id eſt annis ante Chriſtum natum 1042. Scaliger quidem ad *Euſebii* Chron. an. CIↃ IↃ XLVIII. p. 122. ad illam pugnam ſedandam corrigit ἔτεά ἐστι τετρακόσια, (nam vulgo legitur ἑξακόσια,) ἄκτι δύο, *anni quadringenti viginti duo ſunt.* Enimuero *Weſſeling.* ad libelli locum pag. 761. docet, hac emendatione mire turbari temporis rationes. Neque is ad Herodoti locum p. 129. 25. probat *Bouherii* ſententiam, qui in Diſſ. Herodotea cap. XI. p. 124. in iſto enarratoris vitae Homericae calculo nihil immutandum; ſed in verbis Herodoti corrigendum cenſet ἡλικίην ἑπτακοσίοισι ἔτεσι — πρεσβυτέρας, *ſeptingentis annis mea aetate ſuperiores eſſe.* Addit quidem talia, ſi de Troia capta ſermo eſſet, quae colore et ſpecie non carere videntur Weſſelingio. At enim, hoc eodem iam obſeruante, conſtant in lectione Herodotea numeri codd. omnium conſpiratione, nec viderunt diuerſos hoc loco *Athenagoras* Apol. cap. 14. et *Cyrillus* in Iulian. III. p. 76. qui Herodoti verba citant. Satius igitur foret, in ſententia lectioneque vulgata Herodoti, quam in numeris et narratione incerti dubiique auctoris de Homeri vita acquieſcere. Herodoti ſupputatio quodam modo confirmatur Chronici marmoris Oxonienſis teſtimonio. Ibi enim p. 166. edit. Oxon. 1676. fol. ſecundum verſionem et mentem, atque expoſitionem Thomae Lydiati, Ep. 29. legitur: „*A quo Heſiodus poeta claruit, anni DCLXXX. regnante Athenis Megacle.*" Ep. 30. *A quo Homerus poeta claruit, anni DCXLIII. regnante Athenis Diogneto.* Ita igitur, (quod quidem multi alii e veteribus adfirmarunt,) Heſiodus Homero fuiſſet aetate ſuperior. In redintegratis tamen adnotatt. p. 40 ſq. in lin. marmoris 44. ſupplentur anni in Heſiodo DCLXXII. ita vt annus, quo Aſcraeus claruiſſe dicitur, incidat in A. M. C. 3069. ante C. N. 964. Period. 6. 109 annus vero Homeri in A. M. C. 3098. ante Euangel. 936. Periodi 6. 138. et auctor iis videtur accedere, qui, quod equidem malim credere, Homerum et Heſiodum iisdem fere temporibus aetatem egiſſe cenſent. Propius accedit *Tho. Robinſon* diſſ. de Heſiodo p. LXXI. edit. Loesner. qui cum marmore Arundeliano ponit, Heſiodum floruiſſe anno ante C. N. 944. ſeu potius anno 942. quia idem ſit annus ratione biſſextilis ac 870. — Quod ad rationes, e quibus aetas Heſiodea effici poſſe putatur, aſtronomicas adtinet, eae ex Heſiodi ipſius verſibus ducuntur. Ille nimirum initium veris in eo ponit tempore, vbi arcturus veſpere oritur: atqui LX. dies poſt brumam, Ἔργ. v. 564 ſq. Ex quibus verbis aetatem noſtri poetae, calculi aſtronomici ope, intra ſeptuaginta plus minus annos poſſe conſtitui, *Scaliger* Animadu. ad Euſeb. nr. 1255. p. 72. Amſtel. 1658. et *Voſſius* de graecis poetis cap. II. ſect. vlt. ſunt arbitrati. At, quod aſtronomi effecerunt, patet, inanem eſſe operam eorum, qui aetatem Heſiodi ex eo ſint probaturi. Vt Homerus, ita quoque Heſiodus populari modo de adparente, [illegible] vero ortu et occaſu ſiderum cecinerunt. [illegible] *Scaliger* Praef. ad Manil. [illegible] [illegible]

tuunt [d]). Varro quidem apud *Gellium* lib. III. cap. 11. non dubium eſſe ait, quin aliquo tempore eodem vixerint, idque ex epigrammate [de quo vide *Dodwell.* de cyclis Graecorum diſſ. III. ſect. XVI.] oſtendi, quod in tripode ſcriptum eſt, qui in monte Helicone ab Heſiodo poſitus

doctum in Obſeruatt. miſcell. anglice editis tom. II. 17. 18. Londini 1732. 8. p. 164 ſqq. et in latinum ſermonem conuerſis, Amſtel. 1733. vol. III. tom. III p. 353 ſqq. qui Neutoni de aetate Heſiodi computationem a Bedfordo in Animadu. ad Neuton: iam refutatam, multis reiicit, et *I. Frid. Pfaff*, commentation. de ortibus ét occaſibus ſiderum apud auctores claſſicos commemoratis, Gottingae 1786. p. 27 ſqq. adde D. *Coſtard* in Philoſophical Transactions vol. 48. part. II. nr. 59. qui quidem multis contendit, vt probet, methodum illam eſſe incertam: neque tamen dubitat, et calculi et hiſtoricarum rationum robore firmatus, demonſtrare, Heſiodum 580. A. C. N. annis floruiſſe; *Hiſtory of* Aſtronomy 1767. London. p. 86. vt aliorum mathematicorum rationes atque opiniones omittam. Iam antea multum ſtudii operaeque poſuerat *Th. Robinſon* l. m. p. LIX. in examinandis rationibus pro aetate Heſiodea aſtronomicis. Is, rationibus cum Riccioli, tum inprimis Neutoni, qui Heſiodum quidem 870. annis ante Chriſtum collocat, ſed inter illius aeuum et Troiana tempora vix vltra triginta annos interceſſiſſe contendit, (Chronolog. p. 29. 32.) vberius diſcuſſis, Φαινόμενα, quae poeta docuit Ἐργ. 564. 385 de Vergiliis, et v. 609. explicans, tandem concludit, ex illis nihil, quod aetati eius apud Marmor Arundelianum traditae repugnet, poſſe inferri, ſed omnia ita optime conuenire, vt mirari liceat, vnde haec ei cognita fuiſſent. Denique, vt oſtendat, Homerum atque Heſiodum vel iisdem vixiſſe temporibus, vel Heſiodum perpaucis annis praeceſſiſſe, argumenta, quae pro Homero antiquiore adferuntur, curatius expendit et reiicit. Argumenta autem ſumi ſolent, 1) ex diuerſo ſtili charactere, ad quod refellendum vtitur Fabricii noſtri iudicio verbisque, ſupra p. 96. prolatis: 2) a vocabulis quibusdam ab Heſiodo vſurpatis, quae ſaeculo Homerico vel in vſu nondum fuiſſe, vel diuerſam ab iſta, quam in Heſiodo obtinent, tunc temporis ſignificationem habuiſſe exiſtimantur: in qua haereſi fuit *Dan. Heinſius* ad Ἐργ. 229. 3) a diuerſa quantitate nonnullarum ſyllabarum, quod praecipue *Clarkius* ad Homeri Il. β'. 43. vrguet: 4) ab eo denique, quod eidem genti populoque diuerſos ritus et mores Homerus atque Heſiodus adtribuant. At his ita reſpondet Robinſon, vt doceat, nihil ex iis fluere, quo fiat certum, Homerum Heſiodo fuiſſe aetate ſuperiorem. At enim ne extra oleas nimis extravagari videamur, lectores ad illam diſſertationem ablegamus, et iam ſupra p. 95 ſqq. quaedam adtulimus. — Atque, re non omnino certa explorataque, ſaltem multis dubia, quorundam doctorum hominum rationes opinionesue in medium proferre iuvat. *Edw. Simſon*, Euſebium ſequutus, Heſiodi aetatem adſignat A. M. 3199. A. C. N. 804. Cel. *Saxius* aetatem Heſiodi adferit A. O. C. circ. 3090. et A. C. N. 909. Parum diſcedit *Hamberger* in kurzen Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern tom. I. pag. 31. n. A. M. 3084. ante C. N. 900. *Lami* in Delle Delizie dei Dotti et degli Eruditi, art. I. de Heſiodo, nr. 1. aetatem illius confert in an. ante C. 944. A. Mundi, 3059. vbi editor de aetate et de vita Heſiodi in notis copioſius egit. — *Iakſon* in Chronolog. Alterthümern, p. 508 ſqq. ex interpret. Windhemii, variis veterum narrationibus ſententiisque de aetate Heſiodi atque Homeri recenſitis et rationibus in Marmore Arundel. ita ſubductis, vt ſecundum illud Heſiodus vixerit ante A. C. 936, Homerus autem ante Chr. n. 907, ex omnium teſtimoniis concludit, Homerum quidem aetate antiquiorem, at tamen Heſiodo aequalem fuiſſe, et vtrumque floruiſſe a. circ. ante C. n. 910 — 920, aut aliquot annis ante. Marmor illud illamque fere Iakſonianam computationem ſequuntur Comes *Carli* in epiſtola ad March. Grauiſium data, italicaeque Theogoniae verſioni praefixa, et *Bernard. Zamagna* in praef. ad Theogoniam, cum reliquis Heſiodi carminibus editam. Mire igitur diuerſa omni tempore et veterum et recentiorum de aetate Heſiodi fuerunt iudicia: vt iam *Lucian.* in Demoſth. Encomio cap. 9. tom. III. p. 497. ed. Reitzii, *Pauſanias* Boeot. ſiue lib. IX. cap. 30. p. 768. animaduerterunt. Adde *Carena* d' età d' Omero e d' Eſiodo, in Additamentis ad: Vicende della letteratura, di Carlo Denina, Luca 1763. — Effigies *Heſiodi* eſt in *Vrſini* Imaginibus Illuſtrium nr. 68. et in Gronou. Theſauro Antiqq. graec. II. 22. vbi v. Gronou. *Harl.*

d) Conf. *Du Port* ad Theophraſti charact. cap. VI. p. 329. *Heumann.*

ſitus traditur lib. III. Antholog. p. 389. et apud *Dionem Chryſoſtomum* orat. 2. de regno, ſtatim ſub initium p. 20. edit. Morelli, et in certamine Homeri atque Heſiodi p. 327.

> Ἡσίοδος Μούσαις Ἑλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκε
> Ὕμνῳ νικήσας ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

Sed ab admiratoribus Heſiodi hoc confictum eſſe contendit *Salmaſius* p. 869. e) ad Solin. perinde vt alterum, quod refertur ab Euſtathio ad Iliad. α, p. 5. et Scholiaſte Pindari ad Nemeonic. Od. 2. f)

> Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ
> Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν.

Georgius Syncellus p. 173. Ἡσίοδος ἐγνωρίζετο, ὃν Ἔφορος ἀνεψιὸν καὶ σύγχρονον Ὁμήρου φησίν. Ita legendum, male enim editum ἐμοῦ φησί. quod peius etiam vertit Goarus: *quem Ephorus nepotem et ſibi coaeuum celebrat.* Idem Syncellus p. 176. temporibus Dauidis regis: ἐπὶ αὐτοῦ ὁ μέγας ποιητὴς Ὅμηρος παρ' Ἕλλησιν καὶ Ἡσίοδος. [Et gloria et aetate proximus fuiſſe Homero dicitur a Plutarcho in Conſol. ad Apollon. vol. X. p. 400. ed. Reiske. *Harl.*]

Certamen cum Homero num genuinum? II. Idem iudicium viri eruditi ferunt de libello inſcripto ἀγὼν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, quem graece primus edidit H. Stephanus an. 1573. 8. (vna cum Matronis et aliorum parodiis homericis et reliquiis Pepli Ariſtotelis ſiue epitaphiis heroum,) et Dan. Heinſius itidem graece tantum Heſiodo ſuo Lugd. Bat. 1603. 4. ſubiecit. [Id certamen praemiſit quoque *Ioſ. Barnes* vol. I. edit. Homeri, p. XX ſqq. graece, cum praeloquio, (in quo rem ipſam longe antiquiorem eſſe, et breuia illius momenta diu ante hinc inde ſparſa et conſeruata, tum vero tandem collecta putat,) atque adnotationibus, recuſ. graece et latine, in edit. Th. Robinſon. et Loesneri p. 469 ſqq. *Harl.*] Hoc certamen Heſiodus cum Homero iniiſſe dicitur ad exſequias Amphidamantis in Chalcide, coram Panide rege, defuncti fratre, qui tripodem victoriae praemium, adeoque et palmas non Homero, ſed Heſiodo tribuit. Mentio huius rei apud Plutarchum lib. V. Sympoſiacon quaeſt. 2. et in conuiuio ſeptem ſapientum p. [?] 153 ſqq. apud Philoſtratum in Heroicis p. 227. edit. Olear. Libanium in Socratis Apologia tom. I. Opp. p. 653. Themiſtium Orat. XXX. p. 349. Praeterea apud Ioh. Tzetzam prolegomenis ad Heſiodum. Vide et *Iani Rutgerſii* Varias lectiones p. 423. *Heinſii* introductionem ad Heſiodum p. 42 ſqq. et Apoſtolium XV. 88. *Eraſmum* in Adagio Πάνιδος ſiue vt rectius ſcribitur, Πανίδου (pro Πανείδου) ψῆφος. Sane victoriae et tripodis Muſis dedicati meminit ipſe Heſiodus in Ἔργοις v. 655 ſqq. g) Sed Homerum a ſe victum non

e) S. p. 610. D. edit. Vltraiect. vbi a p. 608. multus eſt de aetate Heſiodi, quo Homerum longe antiquiorem eſſe putat. *Harl.*

f) Vniuerſam contentionis hiſtoriam a priſcis grammaticis eſſe confictam, et vtrumque epigramma ſplendidum fuiſſe mendacium hominis cuiusdam ingenioſi, cenſet *Th. Robinſon*, atque eorum originem et hiſtoriam explicare ſuſtinet loco mem. p. XXXIV ſqq. Adde *Lamii* Delicias, (italice ſcriptas,) nr. I. p. 47 ſqq. vbi quoque ſtatuae et epigrammata in Heſiodi honorem condita memorantur. *Harl.*

g) At enim Guietus verſus 648 — 663. ſuppoſititios habet. Id iudicium, quod quidem Heumann. in Actis Philoſ. part. X. p. 509. non omnino probat, ſi verum eſt, nihil praeſidii in illis verſibus reperies. Saltem hos verſus a Grammaticis fuiſſe interpolatos, ex eo colligitur, quod Proclus monet, in v. 657. quosdam ſcribere ὕμνῳ νικήσαντ' ἐν Χαλκίδι θεῖον

non memorat, de quo ambigit etiam Euſtathius prolegom. ad Iliad. *εἰ δὲ καὶ ἤριστεν Ὅμηρος Ἡσιόδῳ τῷ Ἀσκραίῳ καὶ ἡττήθη, ὅπερ ὀκνοῦσι τοῖς Ὁμηρίδαις καὶ λέγειν, ζητητέον ἐν τοῖς εἰς τοῦτο γράψασιν, ἐν οἷς ἔκκειται καὶ τὰ ῥητὰ τῆς ἔριδος.* Homerum in campis Elyſiis victum ab Heſiodo licet longe inferiore, fingit Lucianus 2. de vera Hiſt. tom. I. p. 677. Adde *M. Wolfg. Hannibalis Langii* diſſ. hiſtor. philol. de certaminibus poetarum atque oratorum, §. 22. Altdorf. 1730. De aliis huiuscemodi certaminibus poetarum Ionſius lib. I. cap. 16.

Certamen quondam fuiſſe, eſt credibile.

III. Quamquam vero certamen iſtud, quale hodie fertur, et poſt Adriani Imperatoris tempora, cuius nominetenus meminit, ſcriptum conſtat, totum conſictum fortaſſis eſt, non minus, quam *σύγκρισις Philiſtionis atque Menandri*, edita a praeſtantiſſimis viris Rigaltio ac Rutgerſio; rem ipſam tamen contra tot tamque antiquos teſtes in dubium vocare non auſim. Neque id facere audet *Dodwellus*, qui diſſ. 3. de cyclis Graecorum erudite de Homeri et Heſiodi aetate agit. [Homerum Heſiodo, non quidem ſaeculo, ſed tamen aetate, fuiſſe maiorem, veriſimillimum eſſe iudicat probatque ſect. XVII. et ſect. XVIII.] atque certamen illud circa annum primum Olympiadis vndetrigeſimae h) certatum eſſe concludit. Vicerit itaque Homerum aetate prouectum, (neque enim Tzetzae de iuniore, neſcio quo, Homero coniectura probanda videtur:) Vicerit, inquam, Homerum illum celebratiſſimum Heſiodus florens adhuc annis, vt Aeſchylus ſenex victus eſt a iuvene Sophocle. [Diſſentit a Fabricio *Dreſig.* in comment. de Rhapſodis, Lipſ. §. V. p. 18. cauſſam hanc potius adferens, quia *Panidi* placuerit, deteriori palmam decernere. Idem §. V. de hoc certamine et aetate Heſiodi agit. Auctor tamen certaminis Homeri et Heſiodi p. 489 ſqq. edit. Loesneri narrat, cauſſam, cur Heſiodus ſit coronatus, hanc adlatam fuiſſe a rege, quod aequum ſit, vt ille, qui ad agriculturam et pacem adhortetur, victoriam reportet; non ille, qui bella et caedes narret. Hoc iudicium comparari poteſt cum eo, quod Cleomenes, Anaxandridae filius, apud *Plutarch.* in Laconic. Apophthegm. p. 223. ſ. p. 833. vol. VI. edit. Reiskii,

δι θᾶσν Ὅμηρον: quos quidem non audiendos eſſe, recte iudicat *Graeuius* in Lection. Heſiod. cap. XIV. ad illum verſum. Quod vero addit, deciſum iam eſſe, Heſiodum minorem eſſe Homero *centum quaſi annis*, nec potuiſſe cum eo de palma certare, id iuſto confidentius pronuntiatum eſſe arbitror. Nec Guieti nec Graeuii ſententiam probat, et omnem hiſtoriam vberius explicat *Martini* in Proluſ. ſcholaſtica de Graecorum certaminibus poeticis, Ratisbon. 1769. *Harl.*

h) Plerique omnes veterum ac recentiorum longe antiquiorem faciunt tum Heſiodum tum praecipue Homerum. Sed ſi verum eſt, Thaletem, qui natus eſt Olymp. XXXV. 1. fuiſſe inuentorem aequinoctii, τροπῶν Solis, et aliarum eiusmodi obſeruationum aſtronomicarum, non video, quid reſponderi poſſit doctiſſimi Dodwelli argumentis [diſſ. III. ſect. 7. 8. et 18. atque ſaepius in docta illa diſſertatione,] cum non tantum apud Heſiodum illarum veſtigia occurrant, ſed et Heliotropii in Syra inſula, (a Pherecyde vt refert *Laertius* lib. I. ſect. 119. poſiti,) diſerta mentio apud Homerum Odyſſ. ό. v. 403. Quamuis vero hanc potius probo loci iſtius Homerici interpretationem, quam Perraulti et Boilaci p. 130. Obſeruatt. ad Longinum, fateor tamen, in plerisque illis traditionibus de inuentis veteres neque ita ſibi conſtare, neque adeo tantam meo iudicio mereri fidem, vt ex illis certa argumenta chronologica duci poſſint. Sic Anacharſidi inuentam figuli rotam tribuunt Poſidonius, Euphorus, Plinius, vt Laertii et Suidae teſtimonia omittam. Atqui *τροχὸν κεράμεως* diſerte memorat Homerus Iliad. σ'. 600. Quid itaque? num Homerus iunior Anacharſide? Aut num audiendus Poſidonius, qui *malebat verſus* in Homeri libris *falſos eſſe, quam fabulam*, vt ait Seneca Epiſt. 90. Neutrum puto veriſimile, ſed potius aſſentior Straboni et Senecae, qui figlinae rotae vſum pridem ante Anacharſin hominibus innotuiſſe exiſtimarunt.

Reiskii, et *Aelian.* V. H. lib. XIII. cap. 19. tuliſſe fertur: „Homerum Lacedaemoniorum poetam eſſe, Heſiodum ſeruorum helotum: illum enim praecepiſſe, quomodo bellum ſit gerendum; hunc, quomodo agri colendi.“ Aliae quoque cauſſae invidiae, in Homerum iniqui, id certamen ſi omnino fuit, videntur extitiſſe. Atque *Barneſ.* ad illud certamen p. 470. et 480. Fabricii ſententiam reiicit, ſtatuitque, dicendum potius eſſe: „Victus eſt non iudicio, ſed praeiudicio; non iure, ſed iniuria; non ingenio, ſed fraude; non rei merito, ſed iudicum ignorantia aut maleuolentia; quale iudicium haud raro ſubiiſſe ſummos viros conſtat.“ *Harl.*]

[illegible] IV. Praeterea *Cercopem* quemdam, (Mileſium haud dubie, Athenaeo memoratum,) cum Heſiodo certaſſe legas in *Thomae Magiſtri* argumento Ranarum Ariſtophanis: τῷ ὑπὲρ φύσιν Ὁμήρῳ τις ἀντίτεχνος ἦρξε Σάγαρις (lege Σύαγρος) Ἡσιόδῳ δὲ Κέρκωψ. *Laertius* II. 46. Καὶ Κέρκωψ ἐφιλονείκει Ἡσιόδῳ ζῶντι, τελευτήσαντι δὲ Ξενοφάνης. [Sed Laertium erraſſe, monet *Heyne* ad Apollodorum p. 970. vid. de *Cercope* diſſ. *Harl.*] De vita Heſiodi non indiligenter agit *Lilius Gyraldus* dialogo 2. de Hiſtoria poetarum a Colomeſio illuſtratus: et multa praefatur Ioh. Tzetzes in ſuis ad Ἔργα prolegomenis, quae hoc loco a me repeti nihil eſt neceſſe i). A Muſis edoctum ſe, teſtatur ipſe in Theogonia v. 22 ſqq. et in Ἔργοις v. 659. de qua re videndus *Dio Chryſoſt.* diſſ. 77. et *Maximus Tyrius* diſſ. 22. illuſtratus a *Petro Petito* lib. I. Miſcellan. cap. 22. *Nicephorus* ad Syneſium de Inſomniis p. 371. Vaticinandi facultatem Heſiodo ereptum it *Lucianus* in [P.] διαλέξει πρὸς Ἡσίοδον tom. II. Opp. p. 487. [tom. III. edit. Reitz. vbi p. 240. conferes I. M. Geſneri notam,] non ab re quidem, ſi proprie hoc accipias de vi praedicendi futura, quicquid etiam aduerſus Samoſatenſem diſputet *Barthius* lib. II. Aduerſ. cap. 8. [Poetae mentem et ſi [illegible] bene explicat *Robinſon* p. XXXI.] Velleio iudice, *Vir fuit Heſiodus perelegantis ingenii et molliſſima dulcedine carminum memorabilis, otii quietisque cupidiſſimus, et tempore Homero, et operis auctoritate proximus* lib. I. cap. 7. Ad Heſiodi ſepulcrum hirundines conuolaſſe narrat *Lucianus*

i) Nolo hic repetere, quae poſt alios *Robinſon* loco mem. de vita, fatis interituque Heſiodi dixit; cuncta tamen niſi falſa, tamen dubiae auctoritatis eſſe, haud negauit. De eius patre pauca addere iuuat. *Velleius* I. 7. ait, Heſiodum parentes teſtatum eſſe. Haec vane dicta eſſe, niſi is in libro quodam iam deperdito eorum nomina inuenerit, contendit *Robinſon* diſſ. de Heſiodo p. XXIX, et defendit vulgatam lectionem, Ἔργ. vers. 229. δῖον γένος. At enim Tzetzes interpretando oſtendit, ſe Δίε γένος in aliis libris reperiſſe. Atque *Seuin* in Hiſtoria ſociet. Pariſ. Inſcript. etc. vol. II. p. 159. ſecundum Gottſchediae interpret. german. iam emendandum vidit Δίε γένος. Nec non cel. *Ruhnken.* ad locum Velleii ait, hanc lectionem, vt certam ac veram, ſequi Suidam v. Ἡσίοδος et Proclum prolegomenis ineditis in Heſiodum, quae ille e codice regio deſcripſit, et nos ſupra p. 96. poſuimus. Illa tamen ab impudente compilatore, Tzetza, eſſe Proclo ſubiecta et interpolando corrupta idem monet. Atque cl. *Brunck* in Heſiodi Opp. et D. v. 274. inter Gnomicos poetas graec. Argentor. 1784. 8. in textu repoſuit Δίε γένος, laudauitque p. 329. Ruhnkenii emendationem. *Dium* igitur habuit patrem Heſiodus. Quod vero, patrem, non filium, ob caedem patratam Cuma Aſcram profugiſſe, ex Ephoro Cumano tradit Proclus ad Heſiod. p. 142, Velleium, qui l. m. narrat, *Heſiodum teſtatum eſſe patriam, quia multatus ab ea erat contumelioſiſſime*, aut memoria lapſum eſſe, aut illorum omnium notitiam hauſiſſe ex Heſiodi poematis deperditis, ſuſpicatur Ruhnken. Enimuero forſan Velleius ſcripſerat, *patriam, quia pater multatus ab ea erat.* Hinc ira in patriam, qua patrem, quod domi ſe alere non potuiſſet, excedere, poeta prodidit Opp. et D. v. 633 ſqq. alta mente repoſta manſiſſe videtur. *Harl.*

Lucianus de morte Peregrini p. 588. tom. II. [p. 361. tom. III. edit. Reitz.] Χελιδόνας enim illo in loco, non χεϱώνας legendum eſſe contendit Menagius ad Laertium p. 255. [k]) ſuauem hirundinum cantum obſeruans fuiſſe Moſcho, Achilli Tatio aliisque. *Plutarchi* liber de vita Heſiodi, Lampriae memoratus, intercidit, quemadmodum et *Cleomenis* liber de Heſiodo, cuius meminit Clemens Alex. 1. Strom. p. 300. Et quae de Heſiodo ſcripſerat *Heraclides Heracleotes*, *Chamaeleontis* ciuis ſui ſcripta expilans, de quo Laertius lib. V. ſ. 92. [De moribus, ingenio ſcribendique genere vide iudicia virorum doctorum in *Pope - Blount* Cenſura celebr. authorum, Geneuae 1710. p. 3 ſqq. et in: Iugemens des Savans ſur les principaux Ouvrages des Auteurs par *Adrien Baillet*, revûs — par Mr. *de la Monnoye*, tom. III. Amſterd. 1725. in 4. p. 98 ſqq. in *Lami* opere poſtumo: Le delizie dei Dotti e degli Eruditi. artic. I. nr. II. p. 10 ſqq. quibus editor, *Franciſcus Fontanus* praefectus bibliothecae Richardianae notas ſubiecit doctas. Quibus addes auctorem biographiae claſſicae, vol. I. p. 48 ſqq. ſecundum verſionem Murſinnae germanicam: in primis *Robinſon* diſſ. de Heſiodo p. XXXX ſq. — Ineditum epigr. in laudem Heſiodi vulgauit *Iriarte* e cod. regio Matrit. in Catal. p. 385. *Harl.*]

Opera et Dies. V. Per opus Heſiodi, cui auctoritatem homericis ſcriptis proximam tribuit Velleius, ſuſpicari liceat peculiariter ab eo intelligi poema, cui titulus ἜΡΓΑ καὶ ἩΜΈΡΑΙ *Opera et Dies*: Nihil enim inter omnia Heſiodi ſcripta iſthoc vnico eſt celebrius, nihil in veterum ſcriptis frequentius vſurpatum, imo quod ſolum pro Heſiodio agnoſcebant Boeotii, Heliconis adcolae, teſte Pauſania in Boeoticis p. 771. Hoc perperam in duo diuerſa ſcripta diſtingui, quorum alterum ἔργα, alterum a v. 763. ἡμέραι inſcribatur, probat Dan. Heinſius in introductione cap. 18. Olim enim doctrina τῶν ἡμερῶν ſiue *de diebus*, homini oeconomo obſeruandis, ſine vlla diſtinctione ἔργα, ſiue vitae praecepta, ſubſequebatur, ita vt communis ac generalis eſſet inſcriptio ἔργα καὶ ἡμέραι, quo nomine etiam citant paſſim veteres vnum aliquem verſum poetae producentes, licet ſaepius breuitatis cauſſa tantum ἔργα adpellent, neque cauſſa eſt, cur poſt verſum 380. ſecundus liber ἔργων incipiat: [l]) neque enim conſtat, ab Heſiodo in plures libros hoc opus diuiſum fuiſſe, neque hanc diſtinctionem vel ſcriptores antiqui vel codices MSS. probae notae agnoſcunt, vt docuit *Ioh. Georgius Graeuius* Lection. Heſiod. cap. 9. Quamquam poematis iſtius, a citharoedis per partes decantari ſoliti [m]), partes ſingulae pro argumenti varietate a veteribus grammaticis laudantur, interdum ſub titulis: δαιμονολογία, πανδώρα, πιθοιγία [n]), λήξεις etc. Quemadmodum partes poeſeos homericae ſimiliter ab argumento adpellatas notatum a me ſupra eſt cap. 3. nr. 28. Sic et ἡμέρας Heſiodi ſeorſim quandoque laudant grammatici recentiores, vt Iohannes Tzetzes Chiliad. 12.

k) Vulgatam tamen lectionem haud inepte vindicat, ſaltem mutare non audet I. M. Gesner, in nota ad illum locum. *Harl.*

l) In recentioribus editionibus, etiam *Robinſoni*, poſt verſum 763. incipit nouum caput, cuius index eſt Ἡσιόδου τοῦ Ἀσκραίου Ἡμέραι. At ille nec in cod. Coisliniano, in bibliotheca Coislin. edit. Montfaucon p. 226. fol. 285. nec in Voſſii codd. nec in Gudii Proclo eſt, nec in veteribus libris; nec vllum diſtinctionis veſtigium adparet, vt docte monuit Graeuius in Lectt. Heſiod. cap. XVI. ideoque illum titulum expungendum duxit. *Harl.*

m) Vide *Platonis* Ion. p. 16. edit. Mülleri, et ab hoc iam laudatum Athen. lib. XV. p. 620, qui, praeter Homeri carmina etiam *Heſiodi*, Archilochi, Mimnermi et Phocylidis verſus a rhapſodis recitatos eſſe docet. Adde Salmaſ. ad Solin. p. 608. *Harl.*

n) Vide Euſtath. in Iliad. ω. p. 1501. Heinſii introduction. cap. 7. Heſiodum ῥαψῳδὸν vocat Lucianus in Hermotimo, tom. I. p. 521. [ſ. cap. 25. tom. I. p. 764. edit. Reitzii.]

v. 174. *καὶ ἐν τῇ βίβλῳ ἡμερῶν [illegible] δὲ πέσῃ*: Euſtathius ad Odyſſ. σ'. p. [illegible] *ὅτι περὶ τὰς ἠλιακὰς ἡμέρας ἑβδόμην [illegible] τι καὶ τὸ Ὀρφέως καὶ Ἡσιόδου περὶ Ἡμερῶν.*

Quos imitatus ſit Heſiodus. VI. Vt Virgilius in Georgicis non diffitetur, ſe imitatum eſſe Ἔργα Heſiodi: *Aſcraeumque cano Romana per oppida carmen*; ſic dicitur Heſiodus in hoc opere imitatus eſſe *ἔργα καὶ ἡμέρας* Orphei, de quibus dixi lib. I. cap. XIX. §. III. Sed *Plinius* lib. XIV. cap. 1. affirmat, Heſiodum (*) praecepta agricolis pandere orſum, et lib. XVIII. cap. 25. principem omnium de agricultura praecepiſſe. Ac valde incertum eſt, poemata Orpheo tributa Heſiodo fuiſſe antiquiora, perinde vt fallitur idem Ioh. *Tzetza*, qui in ſcholiis p. 180. b. editionis Heinſianae putat, Heſiodum quaedam hauſiſſe ex o) *Melampode*, cum Melampus ille, ex quo ibi nonnulla a Tzetza proferuntur, longe ſit Heſiodo iunior et libros ſuos Ptolemaeo Philadelpho inſcripſerit. [Heſiodum Pitthei integras ſententias repetiiſſe, eiusque ſapientiae genus et characterem in ſcriptis ſuis expreſſiſſe potiſſimum, e Plutarcho ſupra I. cap. 26. §. 4. adnotatum eſt. *Harl.*]

Argumentum. VII. Quamquam vero vocabulum *ἔργον* peculiariter interdum dicitur de agricultura, operisque rura colentium, vt notauit *Euſtath.* ad Iliad. ς'. p. 1135. et de hoc ipſo Heſiodi poemate agens *Olympiodorus* in 1. Meteor. praxi 17. *Salmaſius* de vſuris p. 209. *Petrus Moll* ad Longum p. 37. *Anna Daceria* p. 22. ad Anacreontem, ac *Lambertus* Bos Obſeru. critic. cap. VI. p. 32 ſqq. [item *Klotz* ad Tyrtaeum p. 119 ſqq. coll. p. 43 ſq. edit. Altenburg.] praeterea *Manilius* quoque non aliud ſcriptum intellexit, quum lib. II. v. 19 ſqq. de poeta noſtro cecinit:

Quin etiam ruris cultus legesque rogauit
Militiamque ſoli, quos colles, etc.

neque *Plinius* XIV. 1. *Tanto priſcorum cura fertilior aut induſtria felicior fuit, ante mille annos*, (ſcripſit Plinius circa Annum V. C. 830.) *inter principia litterarum Heſiodo praecepta agricolis pandere orſo, ſubſecutis non paucis hanc curam eius*: neque *Themiſtius* Orat. XXX. vbi et Heſiodus dicitur *τὴν πολλὴν [illegible] εἰς Ἡρώων τε καὶ Μουσῶν ἐπαίνους, καὶ τὴν γεωργίαν ἐν τούτοις ταξάμενος*: tamen Heſiodi ſcopus principue in hoc poemate non fuit, agri colendi rationem tradere; ſed *Perſen* fratrem ſuum, (quem [illegible], neſcio, quam vere Suidas vocat p),) a [illegible], ethicisque atque oeconomicis praeceptis imbuere: *ἔγραψε δὲ βιβλίον τὸ [illegible] πρὸς Πέρσην τὸν ἀδελφὸν παραινετικὸν [illegible]*, quam Tzetzae obſeruationem introductione ſua multis confirmat Dan. Heinſius, et capite vlt. oſtendit vocabulum ἔργα latius ſumi debere, ac de vniuerſis, quae [illegible] faciunda [illegible], eſſe intelligenda. Illam viri docti ſententiam Scholiaſtes Nicandri quoque comprobare videtur, dum p. 27 b. Heſiodum laudat *ἐν τοῖς [illegible]*, praecipue vero Maximus Tyrius Heinſio ipſi commemoratus, qui diſſ. 16. ait Heſiodum

o) Hunc locum, ni fallor, reſpicit Salmaſius p. 625. de annis climactericis, vbi Melampodem [illegible]. Sed et Heſiodi loca quaedam illuſtrat ibidem vir doctiſſimus.

p) Fabricii ſuſpicionem probat *Ruhnken.* in Epiſtola crit. I. p. 80. edit. II. et acute conicit, in [illegible] quod agrum a Perſe cultum eſſe, non [illegible] ex fratris carmine intelligatur. *Harl.*

ſiodum ſcripſiſſe τὰ εἰς τὸν βίον ἔργα τε ἃ δραστέον, καὶ ἡμέρας ἐν αἷς δραστέον. Sic Θαλάσσια ἔργα ſcripſerat *Pancrates Arcas* laudata *Athenaeo* VII. p. 283. et alibi.

Id carmen admiratus eſt Seleucus Nicator. VIII. In deliciis hoc poema fuit olim *Seleuco Nicatori*, ita vt capiti eius mortui appoſitum fuerit mortuum, teſte Ptolemaeo Hephaeſtione lib. V. apud *Photium* cod. 190. Exemplo Heſiodi Opera et Dies ſcripſit *Conſtantinus Hugenius*. v. Barclaii poemata tom. I. p. 205.

Primi X. verſus non ſunt genuini. IX. Primos decem verſus Heſiodum auctorem agnoſcere, negat *Plutarchus* [?] qui lib. IX. Sympoſiacon problem. 1. verſum οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος vocat πρῶτα τῶν ἔργων. Negat *Pauſanias* in Boeoticis p. 771. ex mente accolarum Heliconis, qui prooemium in muſas Heſiodo abiudicabant, et initium poematis adfirmabant eſſe τὸ ἐς ἐρίδας, demonſtratis ſcriptori illi antiquiſſimis plumbeis laminis, in quibus τὰ ἔργα eo modo inſcripta erant. [Dubitat quoque Aelius Herodianus, in Opuſculo περὶ σχημάτων a Villoiſono tom II. Anecdot. graec. edito p. 89. *Harl.*] Similiter Ioh. Tzetzes in ſcholiis ad verſ. 1. auctor eſt, prooemium Heſiodo abiudicatum eſſe ab Ariſtarcho, Praxiphane, Theophraſti diſcipulo [de quo vide infra vol. II. lib. III. cap. 11. p. 309.] aliisque: ἰστέον ὅτι Ἀρίσταρχος καὶ ἕτεροι ὀβελίζουσι τὸ προοίμιον, καὶ Πραξιφάνης ὁ μαθητὴς Θεοφράστου. λέγων ἀπροοιμιάστῳ βιβλίῳ ἐντυχεῖν, ἀρχομένῳ ἐντεῦθεν· Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος. Reiicit etiam Heinſius cap. 17. introductionis, profeſſus, mali poetae eſſe, ſed boni philoſophi, et qui cum cura hunc librum perlegerit. [adde *Clerici* notam ad vſ. 1. et *Graevium* in Lection. Heſiod. ad v. 10.] Neque defuiſſe olim, qui Heſiodi poemata interpolarent, docet Pauſanias in Corinthiacis p. 171. At enim Dio Chryſoſtomus diſſ. 12. p. 199. ita hoc prooemium Heſiodi eſſe non dubitat, vt propter illud Heſiodum etiam praeferat Homero.

Scholia graeca Ἔργων. X. In ἔργα καὶ ἡμέρας triplicia graeca extant ſcholia atque commentaria, in quibus ſingulis prooemium quoque explicatur. Antiquiſſima ſunt *Procli*, neque integra illa, ſed excerpta tantum q) ἐκ τῶν Πρόκλου Διαδόχου, argumenti maximam partem philoſophici, moraliaque et παιδευτικὰ perſequentis. Secunda ſunt r) *Ioh. Tzetzae* s) hominis

q) Ita coniicio ex his verbis graecis, quae in editionibus praeponi video. In MSto tamen codice Gudiano, qui editis locupletior non eſt, inſcribitur: Πρόκλου Διαδόχου εἰς τὰ ἔργα καὶ ἡμέρας Ἡσιόδου. *Fabric.* In Bandinii Catal. MSS. gr. bibl. Laurent. vol. II. p. 93. Heſiodi Opp. et D. cum vberrimo commentario, et nr. 2. συλλογὴ etc. *Collectio* Expoſitionis Procli Diadochi in Heſ. O. et D. quam quidem Bandin. ex plurium interpretum excerptis contextam eſſe putat. Adde ad §. XIII. et XVI. et infra vol. VIII. p. 521. In Catalogo codd. MSS. bibl. regiae Pariſ. tom II. codd. 2708. 2771. 2777. 2778. 2779. et 2833. continent *Procli Diadochi* Commentar. in Heſiodi O. et D. *Io. Tzetzae* ſcholia adhaerent codd. eiusdem biblioth. nr. 1310. 2774. 2775. cum ſcholiis interlinearibus, 2776. cum ſcholiis interlin. quae ab editis diſcrepant, et ſunt grammaticae, 2780. 1. vbi Tzetzae ſcholia ſaepe ſunt ab editis diuerſa. *Moſchopuli* ſcholia adhaerent codd. regiis nr. 2772. 2781. 2786. 2708. 2758. Scholia inedita adſcripta ſunt ibid. cod. 2708. Multis aliis codd. additae ſunt gloſſae aut ſcholia minora. *Moſchopulus* autem ille fuit, non Byzantinus, cui quidem adſcribuntur in edit. Trincauelli, ſed *Cretenſis*, antiquior eo, nam in codice Heſ. Matritenſi apud Iriarte in Catal. MSS. p. 272. in adnot. vlt. ad Heſ. O. et D. explicitus dicitur Heſiodus παρὰ — μανουὴλ τοῦ κρήτης. adde Bandinii Catal. n. 80. p. 142. *Harl.*

r) Meminit Tzetzes ipſe Chil. VI. v. 842. *Fabr.* conf. Iriarte Cat. codd. Matrit. p. 407 ſq. *Harl.*

s) In cod. B. Scorialenſis ſunt *Procli* comment. et *Tzetzae* ſcholia. *Harl.*

minis non inerudìti, ſed vani et Proclo ſaepe praeter rem petulanter inſultantis. Scalig. p. 112 ad Euſeb. „Tzetzes doctus graeculus, ſed ventoſae oſtentationis homo, vt aliquid ſupra alios dicere videatur.“ Tertia *Emanuelis Moſchopuli* grammatica et intelligentiae poetae dictioni vtiliſſima. Denique ſubiecta eſt *Io. Protoſpatharii* ἐξήγησις [illegible] τῶν ἡμερῶν Ἡσιόδε in fine gratiam ab auctore ſcripta et pauciſſimorum foliorum. [De horum ſcholiis in MSS. v. Lambecii Comment. Bibl. Vind. vol. VII. p. 504 ſq. et Neſſel. Catal. bibl. Caeſ. P. III. cod. XVI. 2. p. 26. Iriarte Codd. gr. Matrit. p. 272. *Harl.*] Porro ediſcendum pueris Heſiodum datum eſſe iam olim, docet Aeſchines orat. contra Cteſiph. p. 293. et vel Ciceronis illud lib. VI. ad familiar. Ep. 18. *Lepta ſuauiſſimus ediſcat Heſiodum, et habeat in ore: τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα.* Etiam a rhapſodis cantatum ad lyram, teſtis Plutarchus IX. ſympoſ. p. 736. 743. [In Macarii Ῥοδωνιᾷ excerpti leguntur verſus Heſiodi Opp. teſte Villoiſon. in Anecdot. graecis vol. II. p. 79. *Harl.*]

De ſcuto Herculis poema. XI. Solet Heſiodi ἔργοις vulgo ſubiici ἈΣΠΙ'Σ ἩΡΑΚΛΕ'ΟΥΣ ſiue *de ſcuto Herculis poema*, quod plurimi olim negarunt eſſe Heſiodi. Nam praeter Boeotos, quos ſola ἔργα pro genuino Heſiodi ſcripto habuiſſe ex Pauſania ante notaui, Ariſtophanes grammaticus eam ſuppoſititiam eſſe ratus eſt, et ex Homeri deſcriptione ἀσπίδος Iliad. σ'. expreſſam, teſte anonymo graeco ſcholii, quod in editione Aldina Ἀσπίδι ſubiicitur. *Longinus*, in libro περὶ ὕψους p. 56. verſum Heſiodeum ex Aſpide proferens, addit: εἴγε Ἡσιόδε καὶ τὴν ἀσπίδα θετέον. *Tarrhaeus Alexandrinus* in ſcholiis meditis ad Dionyſium Thracem: [illegible] Ἑλληνικὰ βιβλία [illegible]. Ἐστὶ [?] γάρ καὶ ἐν αὐτοῖς [illegible] βιβλία ψευδῆ, οἷον ἡ ἀσπὶς Ἡσιόδε καὶ τὰ Θηριακὰ Νικάνδρε. [illegible] γάρ εἰσι ποιητῶν. In aliis ad eundem Dionyſium ſcholiis meditis: ζητοῦμεν δὲ καὶ τὸν συγγραφέα, ἵνα τὸ ἀξιόπιστον ἢ μὴ τοῦ συγγραψαμένου καταλάβωμεν. Τοῦτο δὲ διὰ [τὰ] ἐπιγράφα (forte ψευδεπίγραφα [ſic, vt coniecerat Fabricius, edidit Villoiſon, e cod. Ven. in Anecdot. gr. vol. II. p. 174. *Harl.*] τῶν βιβλίων, ὡς εἰρηκ ἡ ἀσπὶς Ἡσιόδε. [illegible] ἐπιγραφῇ [illegible] ὀνόματι [illegible] edidit Villoiſon.] [illegible] τοῦ Ἡσιόδε, ἵνα τῇ ἀξιοπιστίᾳ τοῦ ποιητοῦ ἀξία [ἵνα διὰ τῆς ἀξιοπιστίας τοῦ ποιητοῦ ἀξιῶ Villoiſ.] [illegible] ἀναγνώσεως. Euſtathius ad Iliad. σ'. p. 1218 ex Homeri aemulatione (Ὁμηρικῇ [illegible]) quaedam in illa expreſſa notat, ſed p. 1160. tamen tantum, ait, intereſſe inter Homeri Ἀσπιδοποιΐαν t) et Heſiodi aſpidem, quantum inter diuinum opus et hominis.

Vtrum pars fuerit alius operis? XII. In veteri ſcholio, quod in editione Aldina ſubiicitur, [repet. in edit. Robinſon. Lipſ. p. 178] notatur, illius initium legi in quarto Heſiodo Catalogo.

Τὸ

t) Vt Homeri] partem poſtremam Iliados σ'. ἀσπιδοποιΐαν vocat Euſtathius et Pſeudo Didymus ad v. 491. ita Seruio ad Aeneid. XII. v. 161. Heſiodus etiam laudatur in Ἀσπιδοποιΐᾳ. Philoſtratus iunior, teſte Suida, ſcripſerat Παράφρασιν τῆς Ὁμήρε ἀσπίδος. Iudice Ludouico Heſtello (*Clouis Heſteau*) Heſiodus homericum Achillis ſcutum in ſuo poemate fideliter expreſſit. *Heſiode en ſon Aſpis n'a fait que rebatre le bouclier d'Achilles forgé par Homere.* Vide Antonii Verderii bibliothecam gallicam p. 232. [Contra *Philoſtratus* in heroicis cap. 19. p. 692. Olear. Homerum poſt Heſiodum vixiſſe aut ſcripſiſſe, et hunc cum in aliis non paucis, tum vero *in clipeorum delineationibus* (ἐν ταῖς ἐκτυπώμασι τῶν ἀσπίδων,) non aſpere, ſed tecte quaſi reprehendiſſe, exemplo a Gorgonis ſpecie in *Cycni* clipeo ſumto. At, quod Homerus Il. λ'. 136. etiam cecinit Gorgonem, inde nondum colligere audeo, illum fuiſſe vrbanum Heſiodi reprehenſorem. Id autem effici poterit, in illo carmine, cuius fragmentum, ſcutum Herculis, ſupereſt, Cycni quoque clipeum fuiſſe deſcriptum. *Harl.*]

Τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ'. καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν'. καὶ σ'. Hunc quartum Catalogum viri docti non abſurde ſentiunt complexum fuiſſe Heſiodo tributas *μεγάλας ἠοίας*, Eunapio in Aedeſio. p. 68. ſcholiaſte Pindari, aliisque pluribus commemoratas, quarum partem eſſe Aſpidem, prima huius poematis vox *ἠοίη* dubitare nos vix permittit, et iam pridem perſuaſum fuit *Guil. Cantero* lib. IV. nou. lect. cap. 3. Tres priores Catalogi ſubinde laudantur ſub titulo *κατάλογοι γυναικῶν*. Sane Harpocrationi in *μακροκέφαλοι* [et in *ὑπὸ γῆν οἰκοῦντες*, vbi vid. Valeſii notam p. 77.] et Suidae in *ὑπὸ γῆς οἰκοῦντες*, laudatur Heſiodus *ἐν τρίτῳ γυναικῶν καταλόγῳ*. Poſt librum quartum, *ἠοίας μεγάλας* complexum, fuit quintus *ἡρωικὴ γενεαλογία* ſiue *ἡρωογονία*, heroum natales ex foeminis illuſtribus deſcribens. Nam teſte Maximo Tyrio diſſ. 16. [ſecundum alteram Dauiſii edit. in 4. diſſ. XXXII. ſect. 4. pag. 381.] Heſiodus *χωρὶς* (*ſeparatim, in peculiari opere*) *μὲν τῶν ἡρώων, ἀπὸ γυναικῶν ἀρχόμενος, καταλέγων τὰ γένη, ὅστις ἐξ ἧς ἔφυ.* Vide, quae in hanc rem diſputata ſunt a viris doctiſſimis *Samuele Petito* ad leges Atticas p. 460 ſqq. *Iſ. Caſaubono* ad Strabonem lib. I. pag. 26. *Dan. Heinſio* ad Heſiodi interpretes p. 76 ſq. et *Ioh. Meurſio* Atticarum lectionum lib. II. cap. 20. Quamquam vero Aſpidem, ita ponimus, fuiſſe *ἠοιῶν μεγάλων* partem, nihilominus incerta res fuerit de auctore Heſiodo, quoniam totum illud opus ſuſpectum doctis iam pridem fuiſſe teſtatur *Aelianus*, vbi ad illud reſpiciens, ſubiungit: *εἰ μὴ ἄρα οὐκ εἰσιν Ἡσιόδου τὰ ἔπη. ἀλλ' ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα κατέψευσται αὐτοῦ* lib. XII. Var. Hiſt. cap. 36. [Videatur Auctor §. XI. memoratus ſcholiorum ineditorum in Dionyſium Thracem in *Villoiſonii* Anecd. gr. II. p. 174. non Heſiodi, ſed alius eſſe opus is adfirmat. In alio cod. ibidem idem ſcholion repetitur et tribuitur Theodoſio, critico Alexandrino. *Harl.*] Ioſephus Scaliger Epiſtola 247. ad Salmaſium pag. 530. *Vt anni, ſic poeſeos graecae quatuor tempeſtiuitates fuiſſe animaduerti. Prima fuit illa, in qua princeps Homerus et Heſiodus. Hanc potes indicare atque adeo vocare ver poetices; pubertatem* [?] *potius quam infantiam. Excipit eam aeſtas, non fe[illegible] quidem, ſed quae ex illo vere veſtigia non obſcura retinuit, in qua Onomacritus, Solon, Tyrtaeus, et quisquis auctor fuit τῶν ἠοιῶν καὶ τῆς ἀσπίδος, quam praepoſtero iudicio criticorum natio Aſcraeo illi tribuit.* Scaligero adſentiuntur Heinſius et in libro de poetis Voſſius. Apollodoro tamen aliter olim viſum, qui libro ſecundo bibliothecae *) Aſpidem audacter Heſiodo adſcribit. Ad quem locum Tan. Faber p. 274. *Sane miror, fuiſſe olim atque adeo hodieque reperiri, qui ea de re dubitant. Certa enim res eſt, et qui Heſiodi non eſſe putant τὴν ἀσπίδα, nae illi poeſin graecam haud ſatis norunt.* Audacter etiam Aſpidem Heſiodo tribuit Athenaeus lib. IV. p. 180. Sed et Megacles Athenienſis et Apollonius Rhodius et Steſichorus Heſiodi eſſe illud poema non dubitarunt, vt notat auctor vetus ſcholii, quod in editione Aldina Aſpidi ſubiici dixi, et hoc loco integrum deſcribam: Τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ' Καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν'. καὶ σ'. Ὑπώπτευκε δὲ Ἀριστοφάνης, οὐχ ὁ κωμικὸς. ἀλλά τις ἕτερος Γραμματικὸς ὡς οὐκ οὖσαν αὐτὴν Ἡσιόδου, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς, τὴν Ὁμηρικὴν Ἀσπίδα μιμήσασθαι προαιρουμένου. Μεγακλῆς δὲ ὁ Ἀθηναῖος γνήσιον μὲν οἶδε τὸ ποίημα. ἄλλως δ' ἐπιτιμᾷ τῷ Ἡσιόδῳ, ἄλογον γάρ φησι ποιεῖν Ἥφαιστον τοῖς τῆς μητρὸς ἐχθροῖς ὅπλα παρέχοντα. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' φησὶν αὐτοῦ εἶναι, ἔκ τε τοῦ χαρακτῆρος

*) Cap. 4. pag. 96. edit. Heynii, qui vero totum locum vncis incluſit, et in notis pag. 299 ſq. eum ex interpolatione haud dubie profectum eſſe docuit. *Harl.*

χαρακτῆρος καὶ ἐκ τῆς τῶν Ἰόλαον ἐν τῷ καταλόγῳ εὑρίσκειν ἡνιοχοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ. Ὡσαύτως δὲ καὶ Στησίχορός φησιν Ἡσιόδου εἶναι τὸ ποίημα.

EPIMETRON.

Haud mirum eſt, alios aliter ſenſiſſe, re admodum obſcura et vexata. Vir quoque doctus, (Ioſ. Waſſius fuiſſe dicitur,) in Miſcell. obſeruatt. Belg. vol. II. tom. III. pag. 314 (vbi quaedam loca in Ἔργ. et Theogonia emendantur aut ſub examen vocantur,) exiſtimat, *Clypeum Herculis* eſſe opus ſpurium, centonem, et verſus 107. ſiue ad Homeri exemplum [illegible] eſſe formatos, ſiue pro parte ex eo deſcriptos; tum Heſiodi imitationes eſſe vulgo deteriores, porro v. 185. alludi ad nomen Centauri in Fornace, poematio recentioris originis; denique figuras multo audaciores eſſe in hoc fragmento, quam in Ἔργ. et Theogonia. Equidem adeo ſeuerus iudex eſſe nolo. Atque vide locum in Theogonia v. 820 — 880. inſignem, qui a poeta incredibili cum vi poetica et ingenii et ſermonis ad terrorem faciendum [illegible] tractatus eſt, e quo et ſimilibus, in primis in Herculis ſcuto Heſiodeum ingenium agnoſcendum eſſe cenſet *Heyne* in Wolfii edit. p. 127 ſq. in Commentat. p. 15[illegible]. — Atque in [illegible] Miſcell. obſſ. vol. III. tom. I. p. 71 ſqq. alius vir doctus, quem Robinſonum fuiſſe ſuſpicor, [illegible], quae in Miſcell. obſſ. pag. 81 ſq. ſcripta ſunt, cum nota Robinſoni ad verſ. 1. Scuti, et cum iis, quae in diſſ. de Heſiodo p. LIII ſqq. ad poemation hoc Heſiodo adſerendum, vberius exponuntur, collatis, ſingula curate et diligenter examinat [illegible]que. Quod vero pag. 81 ſq. in Miſcell. Obſ. [illegible] negat, Ἀσπίδα Heſiodi eſſe fragmentum operis, Ἡοῖαι dicti; [illegible] exiſtimat, id eſſe fragmentum alterius poematis, quod vocatum eſt [illegible] ſiue [illegible]: id neque adeo exploratum eſt, neque nouum. *[illegible]*, in Hiſtoria Acad. Pariſ. Inſcript. (germanice a Gottſchedia verſa,) vol. V. [illegible] huius poematis interpretationem, contra Canterum, Caſaubonum [illegible] conuicere ſtudet, p. 269 ſqq. id poema, [illegible] hunc terminus, eſſe [illegible], ſingulare, nec alterius partem, in honorem Herculis confectum, denique legendum eſſe [illegible] et vertendum [illegible] — *Alcmena*. Quae quidem emendatio [illegible] noua eſt, nec placet. *[illegible]* quoque ad Dionyſium Longinum p. 56. edit. Tollii noluit ſubſcribere ſententiae Canteri, ſ[illegible] Herculis eſſe partem [illegible] operis, quod Μεγάλας ἠοίας appellabant. Rationes, quibus ad diſſenſum adductus ſit, has fuiſſe [illegible] [illegible] et Ἠοῖαι diſtincta opera ſaepius ab auctoribus memorari, (Suidas, [illegible]): [illegible] contendiſſe, (*P[illegible]* in [illegible] cap. [illegible] pag. 771.) [illegible] ſuum poetam Ἔργα [illegible] compoſuiſſe: denique μεγάλας ἠοίας [illegible] Heſiodo [illegible] ab auctoribus (Athen. lib. VIII. Apollon. ſchol. I. 118.) [vbi quidem Heſiodus aliquoties memoratur, ſed quantum equidem [illegible] reperire, [illegible].] et IIII. 57. [ad v. [illegible] citantur

v) De hoc antiquitatis monimento, ab ingenio et fictione poetae ornato, plures egerunt, et comparatunt cum deſcriptione homerica etc. vid. ſupra ad ſcutum Homeri, circa finem recenſ. editt. Homer. notata: de heſiodea deſcriptione eleganter diſputat: *Frider. Schlichtegroll* in comm. *Ueber den Schild des Herkules nach der Beſchreibung des Heſiodus.* Gothae, 1788. 8. coll. erudita et longa libelli cenſura in: Neue Biblioth. der ſchönen Wiſſenſchaften etc. vol. 38. part. II. p. 273 — 285. Lipſiae, an. 1789. vbi praeter alias pulcras acutasque obſeruationes, cenſor verſſ. 267 — [illegible] 151 — 153. 296 — 30[illegible]. ſpurios eſſe indicat: [illegible] quoque 258 — 263. interpolati, aut e [illegible] textum recepti illi eſſe videntur.

citantur *αἱ μεγάλαι ἠοῖαι*, nullius auctoris nomine addito, quod haud negligendum eſſe, poſthacc videbimus.] Quod vero Langbaenium poſt alios viros doctos, e. g. *Petitum* de Legg. Att. lib. VI. tit. IV. p. 550 ſqq. edit. Weſſeling. vexauit, et commouit, vt crederet, *Eoeas* et *Catalogum mulierum* nec idem opus eſſe, nec *eiusdem*, quia aliam fabulam de Phineo et de Endymione ex *Magnis Eoeis*, aliam ex *Mulierum Catalogo* et Heſiodo nobis propinant Apollonii lib II. 181. et IV. 57. ſcholia; id omnino conſideratione dignum videtur. Nam Heſiodum aetate ſua adhuc ſimplici in vno eodemque opere ſecum pugnaſſe, aut eamdem fabulam bis et adeo diuerſa ratione enarraſſe, haud credibile eſt. Quare haud improbabile mihi eſſe videtur, vel libros illos iam antiquitus fuiſſe interpolatos, intextis aliorum, praecipue rhapſodorum, narrationibus, vel a variis auctoribus libros illos, quos numero quinque fuiſſe ſcribit Suidas, eſſe ortos et, quoniam continuata videbatur eratue theogonia, demum in vnum volumen coactos, quibus nomen *Heſiodi* ob illius auctoritatem et operis eiusdem argumenti ſimilitudinem, aut quia reliquorum nomina in obliuionem venerunt, fuit praefixum. Quosdam vero ex poetis, qui *ἔπεσι* veteres mythos expoſuere, heroogonias eſſe perſequutos, conſtat. vid. cel. *Heyne* comment. ad Apollodori Bibliothecam, vol. III. pag. 915 ſqq. Rem autem ita ſe habere, equidem ſuſpicor. Heſiodus, poſtquam in Theogonia deorum amores erga mortales expoſuerat, precatur in extremis, (quae ſi ab Heſiodo profecta ſunt, et abſunt a cod. Mediceo, teſte *Bandinio* in Catalogo MSS. gr. in Biblioth. Laurent. vol. II. pag. 95. nr. II.) vt Muſae foeminarum genus cantent. In hac igitur altera parte enarrabat heroes natos e congreſſu deorum cum foeminis mortalibus. Vberius in illo poematio exploraſſe videtur ortum, fata resque geſtas Herculis, inter reliquos heroas propter multitudinem laborum et meritorum nominisque gloriam, in primis celebris. Sic Scholiaſtes ad Homeri Iliad. β'. v. 336. p. 65. edit. Villoiſ. quaedam de Hercule narrans, finit orationem, *ἱστορεῖ Ἡσίοδος ἐν καταλόγοις*. In his igitur plures Herculis fabulas Heſiodum eſſe perſequutum, et ex iis exiguam partem, pugnam cum Cycno, *ſcutum Herculis* inſcriptam, eſſe ſeruatam, fit credibile. *Gin* etiam in ſua gallica Heſiodi verſione putat, Scutum Herculis eſſe fragmentum illius operis. Huius carminis Heſiodei pars quoque fuiſſe videntur *Ceycis nuptiae* apud ſcholiaſt. ad Apollonium Rhodium I. 1289. *Ἡσίοδος ἐν τῷ Κήυκος γάμῳ*, et *Athenaeum* II. cap. 10. pag. 49. B. *Ἡσίοδος ἐν Κήϋκος γάμῳ*, qui addit, quamuis grammatici quidam Heſiodi verſus hos eſſe negent, ſuo tamen iudicio vetuſtos eſſe, *ἔπη ταῦτα ἀρχαῖα εἶναι*. Quod vero haec narratio et illa de ſcuto Herculis aliaeque longiores fuerunt et forſan rhapſodis memorabiliores viſae ſunt: a reliquis tamquam abſciſſae peculiares ab illis rhapſodis aut grammaticis acceperunt inſcriptiones; quod in homericis carminibus factum eſſe conſtat. Tum narratio de pugna Herculis cum Cycno prae ceteris placuiſſe videtur pluribus, ideoque decantata ſaepius et repetita, eoque vindicata eſt ab interitu. Quae quod peculiarem inſcriptionem ſimiliter acceperat, inde facile fieri potuit, vt a ſerioribus ſcriptoribus, qui integrum opus non amplius verſare manibus poterant, *Scutum* et *Eoeae* tamquam diſtincta opera memorarentur. Atque equidem valde ſuſpicor, inſcriptionem *Ἠοῖαι*, ob crebram repetitionem *Ἢ οἵαι*, (vid. *Bentlei.* ad Horat. Sat. I. 3. 7.) ſiue *κατάλογος γυναικῶν* a grammaticis demum poemati fuiſſe praefixam. Atque *Gedoyn* in interpretat. quorundam locorum gr. difficilium in Hiſtoria ſoc. regiae Inſcript. etc. Pariſ. part. IV. ſecundum germanicam Gottſchediae verſionem p. 255. idem iam ſenſiſſe, poſtea cognoui. — *Ἠοῖαι* autem, quia etiam fuit catalogus, ab Heſychio bene potuerunt explicari *ὁ κατάλογος*

 Ἡσιόδου

̔Ησίοδε. Hinc in omnibus Apollodori locis, ex Catalogo mulierum depromtis, et a cel. *Heynio* ad *Apollodorum* tom. III. p. 985 ſq. citatis, a Strabone IX. p. 674. C. (442.) XIV. p. 958. A. (674.) et aliis nomen tantum Heſiodi poſitum eſt, nulla operis aut tituli ſignificatione addita: vti locus quidam ex illo Heſiodi Catalogo dicitur ̔Ησιόδειος a Stephano Byzantino, v. Ἄμυρος, vbi vid. Berkel. p. 122. Ideo praeter ea cauſſam intelligere poſſum, cur ab enarratoribus aut aliis auctoribus antiquis *Heroogoniae* illae vario nomine appellentur. Nam ſaepius citantur tantum ἐν καταλόγοις, vt a ſcholiaſte Homeri ad Iliad. β'. 336. in ſcholiis Marcianis, et alibi; interdum κατάλογοι γυναικῶν, vt a *Pauſania* I. p. 103. qui tamen lib. I. cap. 3. p. 9. (vbi vid. Kuhn) ̔Ησίοδος, ait, ἐποίησεν ἐν ἔπεσι τοῖς εἰς τὰς γυναῖκας. a *Servio* ad Virgilium Aen. VII. 268. περὶ γυναικῶν. Ab *Hermeſianacte* apud *Athenaeum* XIII. p. 597. et a *Ruhnkenio* ad calcem Epiſtolarum critic. edit. nouiſſ. erudite explicato, cuius notam pag. 284. conferes, dicuntur λόγων βίβλοι. Plura dat loca *Io. Meurſius* in Attic. Lect. lib. II. (in Theſauro antiqq. graecarum Gronouiano vol. V. p. 1826 ſq. edit. Venet.) qui tamen tria diuerſa Heſiodi opera fuiſſe et a magnis viris confuſa poemata εἰς γυναῖκας, ſ. γυναικῶν κατάλογον, ̓Ηοίας et ̔Ηρωικὴν γενεαλογίαν iudicat. Atque ſic aut alio modo citarunt veteres illas Heroogonias, prouti vel ipſis libuit, vel in ſuis illi exemplaribus titulum inuenerunt praefixum. Poſt haec alii poetae, Heſiodum imitati, confecerunt Heroogonias, in quibus ſi interdum ab Heſiodea narratione diſceſſio facta eſt, id haud mirabimur, quoniam in mythis tradendis et explanandis id ſaepius ab aliis factum eſſe ſcimus. Illorum poemata, ſiue quoniam auctores ignoti fuerant, ſiue propter maiorem Heſiodi auctoritatem et argumenti ſimilitudinem cum Heſiodea Heroogonia iam antiquitus coniuncta et in partes quaſdam diuiſa fuiſſe videntur, nomine Heſiodi et titulo quodam generali collectioni praefixo. Atque forſan antiquioribus temporibus Heſiodi poema, ab aliis ̓Ηοῖαι, ab aliis κατάλογος, ab [illegible] aliter vocatum, primum locum occupauerat. Hac enim ratione facilius perſpicere poſſumus, qui euenerit, vt reliqua, quae poſthaec acceſſerunt, etiam Heſiodo adſcriberentur; [illegible] autem ſedes poſtea, et iam ante ſcholiaſten veterem ad Heſiodi Scutum et ante Suidam, [illegible]-[illegible] fuerit. Qui Heſiodi opus a reliquis adhuc poterant diſcernere, forſan [illegible] Heſiodi ̓Ηοίας aut κατάλογον, modo addito, modo omiſſo vocabulo γυναικῶν, [illegible] autem collectionem μεγάλας ἠοίας, ſ. γενεαλογίαν ἡρωικὴν, vt *Tzetzes* ad Lycophron. v. 393. ſiue ἡρωογονίαν, ſiue etiam καταλόγους, vt Stephan. Byzant. in Γέρηνα, vbi vid. Berkel. aut καταλόγους γυναικῶν. Hinc a ſcholiaſte Apollonii nomen Heſiodi non adiectum eſſe, [illegible]. Alii contra, omnia Heſiodo temere adſcribentes, laudarunt quoque Heſiodum ἐν μεγάλαις ἠοίαις, in quo maiore opere paſſim a variis ſcriptoribus ſine eodem paene, [illegible] in populo quodam aut ciuitate fuit [illegible], [illegible], et [illegible], vario modo, eadem [illegible] [illegible] fuerit decantata. Vetuſtiſſimi *Pauſaniae* aetate κατάλογοι et μεγάλαι ἠοῖαι (in Boeot. cap. 31. p. 771.) diuerſa Heſiodi carmina ex mente quidem Kühnii in nota ad p. 9. habebantur: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ὁ Ἡσίοδος [illegible] [illegible] ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα, καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν ̓Ηοίας, καὶ Θεογονίαν etc. vbi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] μεγάλας [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] μεγάλας ̓Ηοίας. Nam *Tyrius Maximus* Diſſ. XXX. pag. [illegible] edit. [illegible] Dau. tria tantum opera peculiaria Heſiodo adhuc adſcribit: Χωρὶς μὲν τῶν ἡρώων, ἀπὸ γυναικῶν ἀρχόμενος, καταλέγων τὰ γένη, ὅτι ἐξ ἧς ἔφυ. Χωρὶς δὲ αὐτῷ πεποίηται οἱ θεοὶ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. (vbi tamen cum Marklando legere mallem καὶ ἅμα [illegible] [illegible] [illegible]-γονία.)

γενῶν) *χωρὶς δ' αὖ ὠφελεῖ τὰ εἰς τὸν βίον, ἔργα τε ἀρχαῖα, καὶ ἡμέραι, ἐν αἷς ἐργαστέον.* Neque tamen ex hoc Maximi Tyrii loco cum Langbaenio ad Longini locum concluderem, Catalogum *γυναικῶν* ordine primum fuiſſe: id, ſi quid ex eo colligi poſſet, tantum forſan ſequeretur, in exemplo, quod in manibus habuit Maximus, illum catalogum locum obtinuiſſe primum, aut ex antiquiore ſcriptore, eiusmodi exemplum verſante manibus, illum ordinem eſſe deſumtum. Neque *Nonni* aetate plura exſtabant Heſiodi ſcripta, quam tria haec, *Theogonia*, *O. et D.* ac *Scutum Herculis*, in Hiſt. 73. ad Naz. Quidquid eſt, collectio illa non integra, ab Heſiodo profecta, ſed ab aliis aucta, (quod quidem non adeo multo poſt Heſiodi tempora factum opinor; alias enim antiquiores critici rem melius ſcire et curatius diſtinguere libros potuerant,) poſtea in quinque partes diſtributa, et per ignorantiam vni Heſiodo adſcripta videtur. Hinc fieri potuit, vt a Schol. ad Apollon. Rhod. II. 181. et IV. 57. ex *Catalogo* et *μεγάλαις Ἠοίαις*, narrationes plane diuerſae et ſecum pugnantes excitarentur. Quoniam vero in collectione maiore multa, quae ſibi repugnarent, aut alia forſan occurrerunt, quae ab ingenio Heſiodi aliena criticis viderentur, facile euenire potuit, vt alii e. g. Boeoti apud *Pauſan.* IX. cap. 31. p. 771 ſq. *Ariſtophanes* Grammaticus in ſcholio ad ſcutum Herculis, totam illam, et in hac particulam de ſcuto Herculis, abnegarent Heſiodo; *Schol. Pindari* Pyth. III. 14. *ἐν τοῖς εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένοις ἔπεσι*, ait; alii, vt *Longinus* l. mem. de veritate dubitarent; alii, qui forſan Catalogum Heſiodi, cuius pars ſcutum Herculis fuiſſe dicitur, a reliquorum heroogoniis melius diſcernerent, apud ſcholiaſten ad Heſiodi clipeum, noſtrum fragmentum haberent genuinum. Stare igitur, ſaltem conciliari, aut intelligi poteſt ſententia eorum, qui Ἠοίας a *καταλόγῳ* non diuerſas, aut partem *καταλόγου γυναικῶν*, aut *μεγάλας ἠοίας* et *κατάλογον* vel idem opus, vel diuerſum fuiſſe arbitrentur, prouti vel integram collectionem, vel ſingulas illius partes, a pluribus profectas auctoribus, habuerunt aut ſignificarunt, aut ipſi confuderunt, aut melius genuinum Heſiodi poemation a reliquorum heroogoniis diſtinxerunt veteres. Poſtquam haec iam ſcripſeram, in manus venit commentatio perquam docta et ingenioſa cl. *G. E. Groddeck* ſuper Argonauticis Apollonii Rhodii part. I. in: *Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt*, partic. II. p. 61 ſqq. Gottingae. 1787. et vidi, me virum illum doctiſſimum habuiſſe parum diſſentientem: is enim p. 83. ſuſpicatur, genealogica illa carmina a variis, iisque ignotis auctoribus eſſe conſcripta; ſeriore autem tempore propter argumenti ſimilitudinem ex iis vnum opus, in plures libros diſtributum, eſſe conflatum, et veteri poetae in hoc genere poeſeos, celebri, Heſiodo, ſuppoſitum: Ἠοίας vero *μεγάλας* Heſiodi, quod in magna fuiſſent fama, etiam collectione facta, apud ſcriptores, qui illarum iniiciunt mentionem, ſuum nomen retinuiſſe, partem vero reliquarum genealogiarum fuiſſe habitas. Quod autem idem ille vir doctus p. 81. acute monet, apud ſcholiaſten ad *Apollonium Rhodium* IV. 57. *ἐν μεγάλαις ἠοίαις* ita memorari fabulam Endymionis, vt ea iam cum fabula Ixionis ſit mixta et confuſa, id meam ſuſpicionem valde firmat. Primum enim adfertur narratio Heſiodi, nulla libri mentione addita. Vetus igitur grammaticus Heroogoniam Heſiodi, tamquam notam, et a reliquis ſecernendam, habuit, quae caruiſſet certa et a poeta profecta inſcriptione. Dein narrantur aliorum ſententiae. Tum demum ſequitur, *ἐν ταῖς μεγ. ἠοίαις λέγεται*, vbi fabula aliter, ac ab Heſiodo factum eſſe dicitur, et cum alia confuſa enarratur. Diuerſa igitur fuit Heſiodi Heroogonia a reliquis, quarum collectio in quibusdam exemplaribus communem habuiſſe videtur inſcriptionem *μεγ. ἠοιῶν*, ita vt Heſiodi libellus modo adnumeraretur iis, modo ab illis ſeiungeretur.

tur. Primitus haec ex coniecturis poſita ſunt. *Acuſilaus ἠοιῶν μεγ.* auctor fuiſſe videtur Duebnero: ſed vide not. *b.* ad §. XIV. Adde *Burmannum* II. ad *Vellei.* Emendationes pag. 38. not. *b.*, et in Addendis p. 422. *Annotat.* et *Scaligerum* ad Anthol. veterum latin. epigrammat. tom. I. lib. II. epigr. 122. vſ. 61. p. 360. — Fabricius in ora ſui exemplaris adnotarat, tres verſus apud Plutarchum de ſera numinis vindicta p. 557. ex Heſiodi Ἠοίαις forte eſſe petitos, Callimacho tribui illos a Kuſtero ad Suidam voc. Ἡσίοδ. tom. III. p. 229. At enim *Toup* in Epiſt. critica pag. 103 ſqq. et *Valckenaer* in D. Wyttenbachii editione libri Plutarchei, Animadu. p. 66 ſq. ex *Euphorione* illos eſſe deſumtos cenſent. Idem *Plutarchus* in Conuiual. quaeſt. lib. IX. cap. 15. p. 747 (ſ. p. 979. tom. VIII. edit. Reiskii.) ex poeta quodam haud nominato excitat verſus, quos cum varietate quadam *Tzetzes* ad Lycophron. v. 284. quoque ponit, at ex *Heſiodo ἐν τῇ ἡρωϊκῇ γενεαλογίᾳ* ſumtos eſſe tradit. conf. *Bachet Sr. de Meziriac* in commentario gallice ſcripto ad Ouidii Heroid. tom. I. p. 17 ſq. et inter fragmenta Heſiodi p. 443. edit. Loesneri. *Harl.*

Scholia gr. in Aſpidem. XIII. In hoc poema exſtant commentarii graeci *Iohannis Tzetzae* et alterius *Iohannis Pediaſimi* w), Diaconi, iunioris vtique Ioh. Philopono, quem laudat p. 197. In Etymologico MS. apud doctiſſimum Kuſterum in *ἀλκαία* adlegantur *Hieronymus* et *Epaphroditus ἐν ὑπομνήματι ἀσπίδος* Ἡσιόδε.

Theogonia. XIV. Supereſt ex iis, quae exſtant, Heſiodo tributis ſcriptis dicenda, longe celeberrima ΘΕΟΓΟΝΙΑ, hoc eſt, *Deorum generatio*, vt Lactantius transfert lib. I. cap. 5. ſiue

w) Confer quoque ad §. XVI. In *Bandinii* Catalogo MSS. graecor. Biblioth. Laurent. vol. II. cod. 24. p. 95. deſcribitur cod. Heſiodi cum *Ioannis Diaconi* commentario et excerptis ſcholiis. — In *Petri Lambecii* Comment. de Biblioth. Caeſar. Vindob. lib. et tom. VII. nr. 128. recenſetur codex antiquus chart. in quo ſunt *Io. Diaconi*, (qui alias adpellatur *Chartophylax primae Iuſtinianae et totius Bulgariae*, ſiue *Cuſtos ſigilli Patriarchalis*, et vixit ſub Andronico Palaeologo ſcripſitque in Cleomedem, vid. Cangii Gloſſar. gr. pag. 1637.) *Pediaſimi*, *Principis philoſophorum*, in *Heſ. poema Scutum Herculis ſcholia paraphraſtica*, vbi Lambec. pag. 500. edit. Kollarii primum adnotat, exſtare quidem haec ſcholia in edit. Heſiodi Heinſiana, in 4. p. 186 ſqq. ſed ita, vt beneficio huius cod. MSti emendari poſſint ac ſuppleri: tum animaduertit, in illa edit. Heinſiana ab initio male legi — οἱ Τηλεβόαι ἀπελθόντες ἐπὶ τὰς ἀδελφὰς τῆς Ἀλκμήνης, rectius vero in cod. illo — οἱ Τηλεβόαι οἵ ποτ' ἐλθόντες πρὸς τὰς ἀδελφὰς τῆς Ἀλκμήνης. — Ibidem et in eodem codice eſt a fol. 89. anonymi cuiusdam auctoris *Expoſitio in Heſ. Scutum Herculis*, quae inſcribitur et incipit Ὑπόθεσις τῆς Ἀσπίδος. — In Biblioth. Auguſtinianorum Neapolit. ſunt duo codices; in altero ſunt O. et D. cum ſcholiis Procli: in altero eſt phyſica Theogoniae interpretatio. — In Biblioth. Benedictinor. Flor. cod. Scutum Herc. et Theogonia cum ſcholiis; et alius, O. et D. cum graecis ſcholiis. — Inter codd. regios gr. bibliothecae *Matrit.* apud *Iriarte* pag. 24 ſqq. et pag. 237. ſunt codd. gr. qui varia in *Heſ.* Scutum et reliqua carmina, commentaria, ſcholia, gloſſas continent, quae omnia repetere, longum foret. — In Biblioth. *Bauar.* MSStorum Catal. Ingolſt. 1602. pag. 79. eſt *Clipeus* cum ſcholiis Io. Diaconi. — *Ioann. Tzetzae* grammatici in *Heſiodi O. et D.*, *Theogoniam* et *Scutum* ſchol. gr. MSS. cod. chartac. inter codd. Voſſianos in Catalogo Biblioth. *Lugdun. B.* pag. 395. nr. 23. adde p. 398. nr. 59. — In Catal. codd. MSS. bibl. regiae Pariſ. tom. II. eſt nr. 2678. *Scut. Herculis* cum gloſſis interlin. et quibusdam ſcholiis marginalibus. — nr. 2708. *Scut. Herc.* cum gloſſis et ſcholiis ineditis, quae in multis diſcrepant ab editis, et in argumento praefixo quaedam differunt ab editis. — nr. 7773. codici praemiſſum eſt argum. in quibusdam ab edito diuerſum. — nr. 2776. et 2833. *Scutum* cum paucis ſcholiis et praefixo argumento. — *O.* et *D.* cum Tzetzae ſchol. et *Scutum* in *bibl.* olim *Palatina*, nunc *Vaticana*, nr. 18. *pag.* 8. Sylburg. ſ. Monument. Pietatis. *Harl.*

ſiue *origines Deorum* γεννητᾶς x), quam non memini a quoquam vocari in dubium, aut Heſiodo abiudicari, niſi ab vnis Boeotiis, de quibus ſupra dixi ex *Pauſania* p. 771. y) Neque tamen

x) Vide *Radulphum Cudworthum* libro de vero ſyſtemate intelligibili vniuerſi p. 211. 212. 216. *Iohannem Clericum* ad v. 44. et 106. Porro Theogoniam ante ἔργα καὶ ἡμέρας ab Heſiodo editam, non dubitat *Proclus* p. 24. ad Heſiodum δῆλον δὲ ὡς προεκδέδοται ἡ Θεογονία. Confer, quae de ordine ſcriptorum huius poetae notaui infra nr. 19.

y) Ex duobus Pauſaniae locis a Fabricio excitatis paene opinari licet, Pauſaniam ſubdubitaſſe potius, aut ſignificaſſe, plures in dubium vocaſſe, an Heſiodus Theogoniam, quae exſtat, ſcripſerit. Nam in Arcadicis ſ. lib. VIII. cap. 18. p. 634. memorat Heſiodum, addit vero: Ἡσιόδου γὰρ δὴ ἔπη τὴν Θεογονίαν εἰσὶν οἳ νομίζουσιν, *certe quidem Heſiodo carmen illud, Theogoniam nonnulli adſcribunt.* Tum narrat, etiam Linum fere *conſenſiſſe dici*, ἐοικότα δὲ πεποιηκέναι τούτοις καὶ Λίνον φασί. addit iudicium: Ἐμοὶ δ' ἐπιλεγομένῳ πανταπασιν ἐφαίνετο ταῦτά γε ἄμφω κίβδηλα, quae vertit interpres latinus: *Mihi quidem* vtriusque poetae *carmina accurate legenti, non eſſe haec illis attribuenda videri ſolet.* Ergone etiam Pauſaniae Theogonia viſa eſt ſpuria? ego vero ex hoc neque id, quod Fabricius voluit, conſequi, neque graeca recte eſſe verſa ab interprete, arbitror. Sed iudicium illud Pauſaniae ad Linum tantum, et ad ea, quae ex illo ἐοικότα Heſiodeis quidam exiſtimarunt, pertinere reor. Hoc autem ex iis colligi poteſt, de Heſiodo, Theogoniae auctore, quosdam dubitaſſe. Alter vero locus in Boeoticis ſiue lib. IX. cap. 35. p. 781. Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ, (προσιέσθω δὲ ὅτῳ φίλον τὴν Θεογονίαν,) ἐν γοῦν τῇ ποιήσει ταύτῃ τὰς χάριτάς φησιν etc. *Heſiodus in Theogonia, (licet enim per me Heſiodo, qui volet, Theogoniam aſſerat), in eo igitur carmine dixit* etc. facit, vt credam, Pauſaniam nutaſſe, neque tamen Heſiodo carmen illud omnino abiudicaſſe. In Attic. enim p. 58. prouocat ad Heſiodi verſus, qui reperiuntur in Theogonia v. 590 ſq. (vbi vid. cl. Wolf p. 114.) qui locus e paucis illis eſt, vbi Pauſanias ſine dubitatione Theogoniae adfert auctorem. Atque Theogoniam operoſe vindicat Heſiodo *de la Barre* in Mem. de l'Academ. roy. des I. et B. L. tom. XVI. et germ. verſis commentatt. Lipſiae, 1781. vol. I. cum notis Heynii, ſect. I. pag. 177 ſqq. Priores centum et quindecim verſus Guietus in notis ad v. 1. habet ſuppoſititios, arbitrans, Theogoniam incipere a verſu 116." Cel. *Heyne* in commentat. erudita de Theogonia ab Heſiodo condita, ad *Herodoti* lib. II. cap. 52. inter Commentatt. ſocietatis reg. ſcientiar. Gotting. vol. II. Gottingae, 1780. pag. 132. not. t. „Exordium, ait, Theogoniae ex pluribus rhapſodorum carminibus conſarcinatum eſſe arbitror." cui adſentiunt cl. *Ruhnken.* in epiſtola critica I. edit. 2. pag. 90. et cl. *Wolf* in edit. Theogoniae Heſiodeae pag. 59 ſq. Heyne tamen in Epiſtola critica luculentae editioni Wolfianae ſubiecta pag. 144. controuerſiam ſcitius accuratiusque diremiſſe videtur. Nam Guieti iudicium, *omnes* priores centum quindecim verſus fuiſſe ſuppoſitos, mihi ſemper viſum eſt durum, quod initium a verſu 116. fuiſſet nimis abruptum, et aliquid deeſſe videretur, ad quod verſus 116. commode poſſet referri: quare mihi quidem multa haud ſuauiter repetita, loco iniquo inſerta, ſubleſtaeque fidei eſſe iam olim viſa ſunt. Ideo mire placuit mihi iudicium cel. *Heynii*, qui l. m. „quae, ait, praefixa ſunt, plurium exordiorum eſſe videntur particulae, etſi et hae a diuerſis auctoribus profectae, in *antiquiſſimis* tamen *exemplaribus* iam exaratae, forte illo ſtatim tempore, quo primo litteris conſignabantur, cum a Rhapſodis iam miris modis variata carmina eſſent, partim memoriae ergo, partim ſtudio importuno etc. Quid Heſiodo, quid Rhapſodis debeatur, difficile dictu eſt. Poſt primos verſus 1 — 23. ſubiecit aliquis v. 24 — 35. Inde aliud alterius Rhapſodi ſequitur prooemium, et, ſi recte ſuſpicor, alius intertexuit v. 50 ſqq." Paullo poſt, vereor, inquit, ne totus locus a v. 5 — 10. alterius poetae ſit; et ſic de aliis locis acute iudicat. Carmen autem ipſum non amplius habemus integrum, ſed partim interpolatum, partim mutilatum, partim corruptum ſiue ab librariis ſiue a rhapſodis antiquiſſimis. Quare iam *Gale* ad Apollodorum pag. 6. ſuſpicabatur, hanc Theogoniam non eſſe vnius hominis. Ideo acutiſſimi homines, Guietus, Ruhnken. in Epiſtola critica I. Heyne in laudata commentatione, Wolf in ſua editione, (in notis tamen interdum retractauit ſententiam,) aliique multos verſus ſpurios et expungendos cenſuerunt. Neque erit, qui in tam vetuſto carmine id interpolandi genus, de cuius cauſſis atque origine erudite diſputat Wolf ad Heſiodum p. 54 ſqq. valde miretur. *Harl.*

men per omnia fidem Boeotiis habuit ipſe Pauſanias, ſed p. 781. laudans Heſiodum in Theogonia, ſubiungit: προστίθησι δὲ, ὅτι φασὶ, τὴν Θεογονίαν. Confer eundem p. 634. Neque dubitarunt illam Heſiodo tribuere Pythagoras, (qui finxit Heſiodi animam vidiſſe ſe apud inferos, vinculis adſtrictam columnae aereae, ſtridentemque, propter ea, quae de Diis finxerat, teſte *Laertio* lib. VIII. ſect. 21. z)) *Herodotus* lib. II. cap. 53. Plato, qui Theogoniam ſubinde ſequitur, notante *Proclo* in Timaeum lib. V. [?] p. 291. *Ariſtoteles* lib. III. de coelo cap. 1. et alibi, *Manilius* lib. II. v. 12 ſq. nec *Agatharchides* Cnidius apud Photium p. 722. edit. Hoeſchelii, neque *Eratoſthenes* in Cataſteriſmis cap. 9. et 1. et 19. et 32. neque *Acuſilaus* aa)) Argivus, qui in Theogonia ſua Heſiodum ſaepe numero caſtigauit, teſte *Ioſepho* lib. I. contra Apionem p. 1034. neque *Eumelus* Corinthius, a quo bb)) non minus atque ab *Acuſilao*, Heſiodi Theogoniam proſario ſermone expreſſam et pro ſua venditatam eſſe tradit *Clemens Alexandr.* VI. Strom. p. 629. [edit. Colon. al. p. 752.] neque *Xenophanes Colophonius*, quem in elegis ſuis ac iambis perſtrinxiſſe ea, quae Heſiodus de Diis ſcripſerat, teſtatur *Laertius* IX. 18. et *Sextus Empiricus* aduerſus Mathematicos lib. I. p. 57. et 341. neque *Demoſthenes Thrax*, a quo eiusdem Theogoniae heſiodeae metaphraſin proſariam ſcriptam eſſe, Suida referente, cognoſcimus, vel *Ariſtonicus* Grammaticus aut *Zenodotus* Alexandrini, quos in Heſiodi Theogoniam ſcripſiſſe, vt *Sabinum Sophiſtam* in Acuſilai, ex eodem Suida [et Eudocia p. 64. et 224.] conſtat; nec *Zeno Stoicus*, quem *Cicero* lib. I. cap. 14. de natura Deorum teſtatur Theogoniam interpretatum eſſe cc)), nec *Chryſippus* denique, quem, idem Cicero lib. I. cap. 15. auctor eſt, fabulas Orphei, Muſaei, Heſiodi, Homerique ad rerum naturam adcommodaſſe.

XV. Nihil

z) Conf. *Robinſon* diſſ. de Heſiodo p. XLVI ſqq. *Harl.*

aa) *Acuſilai* argivi *genealogias* [περὶ Γενεαλογιῶν, quarum liber tertius laudatur a ſchol. Apollon. IV. 992. adde *Eudoc.* p. 49.] laudant praeter Strabonem, Apollodorum in Biblioth. et alios, Voſſio dictos, in hiſt. graecis p. 436. Tertullianus lib. II. ad Nationes cap. 2. (vbi male viri docti reponunt *Arceſilaus*.) Schol. Heſiodi ad Theogon. p. 269. Scholiaſtes Homeri et Suidas, qui refert, Acuſilaum genealogias ſcripſiſſe ἐκ δέλτων χαλκῶν. [adde ſupra p. 201. not. *Ionſium* de ſcript. hiſtor. philoſ. p. 24. *Moller.* in Homonymoſcopia p. 278. *Harl.*] Miror, Dodwello in Diſſ. de aetate Phalaridis p. 25 ſq. *Acuſilaum* antiquiorem videri Heſiodo, vel ſaltim ἠοιῶν μεγάλων ſcriptore. Arduum enim mihi eſſe videtur in tam remota antiquitate veritatem hiſtoricam argumentando adſequi vel tueri contra diſerta veterum ſcriptorum teſtimonia. Praecipue obſeruandum, quod apud Suidam in συγγράφω diſerte legitur, τὰ Ἀκουσιλάου νοθεύεσθαι. Confer Valeſium ad Harpocrat. in Ὁμηρίδαι. [vid. *Simſonii* Chronicon ad Olymp. LXV. A. M. 3485. a. Chr. 518. p. 682. cl. *Heyne* ad Apollod. part. III. p. 973 — 976. cui, poſt alios viros doctos, probabile fit, eum paullo ante bellum Perſicum Ol. 72. 75. vixiſſe, et ſi Homeridas adtigit, (vid. Harpocr. in Ὁμηρίδαι,) deſcendiſſe vsque ad ſeriora tempora. Loca veterum de Acuſilai aetate et vita, item reliquias operis ab Acuſilao ſcripti diligenter congeſſit cl. *Frid. Guil. Sturz* in Pherecydis fragmentis, Gerae, 1789. 8. pag. 229 — 238. *Harl.*] Alius fuit *Acuſilaus* Athenienſis rhetor, ſub Galba, de quo idem Suidas. Alius denique *Acuſilaus* Tarentinus Pythagoricus Iamblicho memoratus. *Fabric.* De *Eumelo* vid. *Heyne* ad Apollodor. part. III. p. 983. ſupra ad II. cap. 2. 16. fin. in primis *Groddeck* in Biblioth. der alten Litteratur und Kunſt. Gotting. 1787. part. II. p. 94 — 97. *Schurzfleiſch* Notit. biblioth. Vinar. p. 229. *Harl.*

bb) Qui autem, ſi Clementis narratio vera eſt, non antiquus, ſed ſerioris aetatis fuiſſe videtur. *Harl.*

cc) Adde ſchol. ad Apollon. Rhod. I. 498. *Harl.*

De aliis auctoribus Theogoniae et ſcopo ſenſibusque Heſiodeae.

XV. Nihil vero aliud ſignificare videntur veterum Genealogiae ac Theogoniae, quales praeter Heſiodum ſcripſerunt Abaris [dd]), Muſaeus [ee]), Pherecydes Athenienſis [ff]), Orpheus [gg]) Ariſteas, Epimenides [hh]), Antiphon [ii]), Hecateus [kk]), Andron [ll]), Dromocrides [mm]), Aemilius [ ] Macer [nn]), itemque alii, nihil inquam videntur ſignificare aliud, quam Coſinogoniam, φυσιογονίαν ac Geogoniam fabulis poeticis obumbratam, vt recte obſeruatum eſt acutiſſimo Philoſopho *Thomae Burneto* in Archaeologia philoſophica pag. 297. 399 ſq. et in theoria telluris lib. II. cap. 7. vbi inter alia locum inſignem in Ariſtophanis auibus pag. 395. edit. Froben. confert cum Orpheo atque Heſiodo. [compara tamen *Heyne* in Excurſ. I. ad Virg. Aen. II. pag. 268 ſqq. et in Biblioth. der alten Litter. und Kunſt I. pag. 45 ſq. Ined. *Harl.*] Adde Simplicium ad 3. de coelo, comment.

dd) Suidas in Ἄβαρις. *Fabric.* cf. *Car. Gottfr. Zapfii* diſp. de Abaride. Lipſiae, 1706. *Harl.*

ee) Laertius in prooemio.

ff) Vide, quae viri docti notant ad Laertium in Pherecyde, et Suidam in Φερεκύδης. Idem opus, ni fallor, reſpicitur ab Eratoſthene in Cataſteriſmis, Scholiaſte Homeri, Germanici, Pindari et Apollonii, quando Pherecydem laudant. [conf. omnino *Sturz* in Fragmentis Pherecydis et *Heyne* ad Apollodor. part. III. p. 992 ſqq. et paſſim in notis ac indice ſcriptorum h. v. *Harl.*]

gg) De hoc dixi ſupra lib. I. cap. 19.

hh) Vide de *Epimenide* ſupra lib. I. cap. VI. §. 3. et de *Ariſtea* lib. I. cap. II. §. 6. *Fabric.* de hoc et pluribus veterum genealogiarum, theogoniarum etc. ſcriptoribus plura dabit cel. *Heyne* l. m. part. III. pag. 914—935. *Harl.*

ii) Irenaeus lib. II. 19.

kk) Athenaeus lib. IV. *Fabric.* *Stephanus Byz.* in Ψωφὶς laudat quartum librum genealog. et *Demetrius* de elocut. ſect. 12. dat exordium illarum. adde ſupra pag. 201. not. et de duobus *Hecataeis* Caſaubon. ad Athenaeum pag. 144. 54. *Harl.*

ll) Schol. Apollonii I. 45. Confer H. Lindenbrogium ad Cenſorinum pag. 33. *Fabric.* *Andron Halicarnaſſeus* citatur ab Eudocia p. 439. et ἐν ταῖς ἱστορίαις laudatur in Homericis ſchol. Marcianis apud Villoiſon. in Anecdot. gr. II. pag. 185. not. *Harl.*

mm) Fulgent. II. 17. Mythol.

nn) Niſi apud Nonium cap. 12. in *picumnus*, (quae auis eſt Marti dicata,) legendum *Ornithogonia*, vt ſane videtur. Confer [cel. *Wernsdorf.* ad poetas lat. minor. tom. IV. Altenburg. 1785. pag. 580 ſq.] *Colomeſium* ad Gyraldum pag. 217. Idem p. 120. notat *Cynaethonem* Lacedaemonium, cuius etiam Ἡρακλείαν laudat Schol. Apollonii, I. v. 1357. non *Theogoniam* ſcripſiſſe, vt adfirmat *Gyraldus*, [dial. de vitis poet. pag. 120.] ſed *Telegoniam*. Atque ita *Voſſius* quoque pag. 13. de poetis graecis ex Euſebii Chron. ad Olymp. V. 3. quamquam *Meurſius* IV. 17. Miſcell. Lacon. apud Hieronymum et Marianum Scotum putat legendum *Genealogiam*, quia *Pauſanias* [I. pag. 119. adde ibid. pag. 151. Meſſ. pag. 282. et 707.] teſtatur, cum γενεαλογῆσαι ἔπεσι. Sed hoc etiam in *Telegonia* facere potuit. [At enim in Hier. Chron. ad Olymp. III. potius *Theogoniam* eſſe legendum ex locis Pauſaniae patet: atque eius *Theogonia* eadem fuit, quae *Genealogia* quoque dicta eſt. Si ſcripſit *Telegoniam*, haec diuerſa fuit a *Theogonia*, vid. cl. *Heeren* ad vetus marmor in: Bibl. der alten Litterat. und Kunſt, part. IV. p. 57 ſq.] Conſtat tamen alioqui Telegoniam ſcriptam ab *Eugamone Cyrenaeo*, quem Aeſopo aequalem facit Syncellus pag. 239. (191.) *Fabric.* *Hieronymus* in Chron. Euſeb. ad Olymp. LIII. *Eugamon Cyrenaeus, qui Telegoniam ſcripſit, agnoſcitur.* Scripſit libros II. Τηλεγονίας, quorum ſummam dedit *Proclus* in Chreſtomath. cuius fragmentum e cod. Veneto exhibetur a cl. *Siebenkeeſio* in: Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, Gottingae, 1786. part. I. pag. 42 ſqq. cum notis cl. Heynii. Ibi autem ſcribitur *Eugammon*. Ab hoc integrum librum de Theſprotiis ex Muſaeo transſcriptum fuiſſe, prodit *Clemens Alex.* Strom. pr. et ex eo *Euſeb.* Praepar. Eu. X. 1. etſi in hoc *Eugrammon* editur. Fabulam de Telegono ad mentem Eugammonis expreſſam videbis apud *Hygin.* fab. 127. notante Heynio; adde *Fabric.* ſupra I. 16. 4. fin. *Harl.*

comment. VI. et Cotelerii notas ad recognitiones Clementis lib. X. cap. 31. nn) Nescio, [illegible] firmum argumenti genus sit *Thomae Galei*, qui in notis ad Apollodorum p. 6. ex eo, quod

oo) Quaedam adhuc adnotanda ſunt: 1) Vt Homerus, ſic quoque Heſiodus non inuenerunt fabulas, ſiue potius, mythos, ſed acceperunt: (v. Ariſtotel. Met. I. cap. 4. *Robinſon* diſſ. de Heſiod. p. XLIX ſqq.) nam ante illos multi fuerant vates, qui hymnis deorum, heroum laudibus, variique generis et argumenti ἔπεσι ſuis mythos varie multumque tractauerant. *Parker* in Cogitatt. de deo, diſp. IV. ſect. X. p. 378. duriuſcule iudicat de Heſiodo, quem virum agreſtem, ſcribit, nihil de ipſis rerum naturis intellexiſſe, ſed ſolum fabulas quasdam, quas *a vici Aſcraei vulgo* accepiſſet, verſibus narraſſe. 2) Heſiodus collegit ſua et conſarcinauit e pluribus poetis, h. e. ea, quae antea pluribus carminibus paſſim aut narratione ac fama diuerſis locis diuerſe de ſingulis diis vel deorum ſtirpibus expoſita, ſparſa et diſſeminata eſſent, vno carmine complexus eſt ac diſertius explanauit; vt Homerus mythos de illis vulgatos ad epicam rationem traduxit, h. e. perſonas mythicas in epicas conuertit. Nobiles loci ſunt, monente acutiſſimo Heynio, Theogoniae v. 139 — 153. v. 411 — 452. v. 507 — 616. (Prometheum non fuiſſe perſonam hiſtoricam ſed ſymbolicum nomen et allegoriam, arbitrantur *Heyne* ad locum et *Schütz* in Excurſu I. ad Aeſchyli Prometheum vinctum, vol. I. p. 173. ſecus ſentit cenſor doctus in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, part. I. p. 109 ſq. et ab hoc diſſentire videtur alius cenſor in eadem Bibliotheca part. I. p. 116.) v. 617 — 819. v. 736 ſqq. et alii. conf. *Robinſon* in diſſ. de Heſiodo p. XLIX ſqq. edit. Loesneri, in primis *Mosheim* ad Cudworth. S. Int. I. cap. IV. §. 13. not. f. p. 294. In alia omnia tranſit, et ſententiam olim vulgarem defendit atque ab Heynii iudicio plane diſcedit cel. *Meiners* in Hiſtoria doctrinae de vero deo, Lemgou. 1780. part. I. ſect. VI. p. 162 — 157. de Homero et Heſiodo, quos p. 1[illegible]. arbitratur, *omnium primos* deorum ortus atque cognomina, tum eorumdem artificia, miniſteria et formarum proprietates excogitaſſe et cecinisſe. At enim medio tutiſſimus ibis. Mythos ipſos accepiſſe eos, quaedam, vbi diſſentiunt, e diuerſis fontibus hauſiſſe, (vnde etiam, cur Pherecydes aliique ab Heſiodo diſceſſerint, intelliges,) auxiſſe, aut poetarum more alium aliter ornaſſe, ſuoque ſcopo adcommodaſſe, reor. 3) Inanis eſt eorum opera, qui Heſiodeum carmen continere ſyſtema aliquod fere abſolutum et philoſophicum veteris mythologiae, arbitrentur aut ſecundum praeconceptam quandam [illegible] ſentire potuerant, aliquod ſyſtema ſubtiliter atque artificioſe confectum ex eo elicere, immo vero extorquere conentur, aut putent annales rerum antiquitus geſtarum in mythis conditos illi carmini ineſſe. 4) Inde ſequitur, Huetii, Clerici aliorumque incertum et valde lubricum fuiſſe iudicium, ex Moſaica narratione et ex Phoeniciis litteris Heſiodi carmen vnice poſſe declarari atque intelligi. At quo minus haec vberius demonſtremus, otium nobis fecit cel. *Heyne* in doctiſſ. praelectionibus tom. VIII. nouorum commentar. de Homero, in primis vol. II. Commentatt. ſoc. regiae doctrinarum Gotting. (Gottingae 1780.) de Theogonia, ab Heſiodo condita, p. 125. cuius vltimam notam p. 154. repetere, haud ingratum erit, „*Banerii* opinionem, qua rerum geſtarum annales in mythis conditos credere malit, impugnarunt multi ex popularibus. Sunt in hoc genere praeclara nomina, *de la Barre, Freret, Foucher, Bougainville, de Broſſes*, et nuper *Bergier*, cuius commentatio ſingularis libelli forma prodiit Pariſ. 1767. 8. Laborant omnes in hoc, quod poetam ad certam hypotheſeos iam animo, cum ad eum accederent, conceptae formulam adigere et mythologiae aliquod ſyſtema philoſophica ſubtilitate et arte conditum ex eo modo elicere, modo extorquere volunt. Quae res etiamſi recte procederet, carmen illud nullo modo eam antiquitatem, quam prae ſe fert, habere poſſet.“ Bonam partem obſeruationum ſuo quamque loco inſertam repetiit cel. *Wolf* in ſua Theogoniae editione. *De la Barre* quaedam ingenioſe explicuit; at multa perperam. Is nimirum in Mem. de l'Acad. tom. XVIII. et in germanica verſione: Abhandlungen und Auszüge der Königl. Acad. der Inſchriften, — Das griechiſche Alterthum, vol. I. de ratione ortuque religionis graecae diſſerens, p. 323. ſummam Theogoniae Heſiodeae dedit atque ſuo more expoſuit. *Foucher* in Memoir. de l'Acad. Par. des Inſcr. tom. 35. an. 1[illegible] p. 4 ſqq. de theologia Heſiodi atque Homeri [illegible]rumque veracitate non ſatisfaciet acuterum [illegible]tiquitatis gnarorum hominum exſpectationi. [illegible] ſic alii aliter ſecundum iudicium animo [illegible]patum explicuerunt Heſiodum pariter atque [illegible]merum, nec mythos diuerſarum aetatum et [illegible]ſorum populorum rite diligenterque ſecreuerunt ac diſtinxerunt.

quod in Theogonia Heſiodi v. 218. Parcae noctis filiae eſſe dicuntur, at v. 913. Iouis et Themidis; concludit, poema hoc non vnius eſſe auctoris, et fortaſſe partem Theogoniae Orphei Heſiodo adſutam.

Eeee 2 XVI. In

diſtinxerunt. Quare bene fecit *Martin Gottfried Hermann*, qui, Heynii veſtigia premens, confuſionem illam vitare, omniaque, quantum fieri potuit, bene intelligenterque ordinare ſuſtinuit in opere erudito: *Handbuch der Mythologie aus Homer und Heſiod als Grundlage zu einer richtigen Fabellehre mit erläuternden Anmerkungen begleitet. — Nebſt einer Vorrede des Herrn Hofrath Heyne*, Berolini 1787. mai. 8. cuius libri erudita cenſura eſt in Ien. Allgem. Litterat. Zeitung, m. April. 1789, p. 211 ſqq. vbi melior ordo et totius inquiſitionis ratio praecipitur. Sobrie quoque, quamquam breuiter, iudicauit de ortu graecae theogoniae *I. Gillies* in Hiſtoria veteris Graeciae, part. I. p. 68 ſqq. ſecundum verſionem germanicam, Lipſiae 1787. mai. 8. Denique a multis ſaeculis eſt lis agitata, num res a diis geſtae, quae in Homeri et Heſiodi carminibus enarrantur, et mythi allegorice, an ſecundum litteram et hiſtorice ſint intelligendi. *Menander* rhetor, in commentario de Encomiis, cuius praeclaram editionem debemus ſolertiae atque diligentiae cl. *A. H. L. Heeren*, Gottingae 1785. in ſect. I. de hymnis in deos paſſim memorat genealogias heſiodeas, cap. VI. docet hymnos mythicos et genealogicos eſſe diſtinguendos, atque p. 42. *Heſiodi* atque *Orphei* Theogoniae εἰσὶ, ait, *μὲν γὰρ γενεαλογικαὶ αὗται, οὐδὲν δὲ ἧττον μυθικαί*; ſed lege ipſum: nec diuerſorum omnis aeui diuerſam mythorum explicandorum rationem enarrare licet vacatque. Nuper *Frider. Vict. Leberecht Pleſſing* in: Memnonium, oder Verſuch zur Enthüllung der Geheimniſſe des Alterthums, Lipſiae 1787. mai. 8. part. VI. Meinerſium, ſenſum hiſtoricum quaerentem, it refutatum. At quis tanta vetuſtate et obſcuritate omnia tuto expediet et ita explanabit, vt dubitationibus nullus omnino locus relinquatur? Ingenioſo quidem homini facilius erit hariolari et neſcio quae dulcia excogitare ſomnia, quam ſuas interpretationes vbique certas et ab omni falſitate aut opinionis errore tutas praeſtare. Equidem exiſtimo, nonnulla ex antiqua hiſtoria petita et colore poetico, illi aetati et loquendi aeque ac ſentiendi rationi apto, illuminata mutataque, adeoque hiſtorice eſſe intelligenda; plura vero allegorice olim fuiſſe ſumta, dein a poetis praeſertim et artificibus ornata. At quaenam fuerint perſonae hiſtoricae, quaenam allegoricae, et quomodo poſteriores ſint ortae, aut ex mente vltimae antiquitatis explicandae, id in multis erit ambiguum, ac res incerta et dubia, de qua in vtramque partem poſſit diſputari, adhuc manebit, cuius controuerſiae exemplum ſupra habuimus Prometheum, cui facile plura poſſent adiungi, ſi hic locus eſſet. *Menander*, rhetor, l. m. cap. 5. p. 39 ſq. ſcribit, Parmenidem et Empedoclem fuiſſe primos, in quorum cosmogoniis ex ſermonis antiqui vſu omnes naturae vires et mundi partes in perſonas eſſent mutatae, eosque phyſicos nominat ἐξηγηματικάς. Attamen multae narrationes et doctrinae de naturae viribus allegoricae fuerunt antiquiores illorum coſmogoniis. — Quomodo Heſiodus deos, mundum, hominem et officia humana mente conceperit, inueſtigauit *Wachler*, Profeſſor Rintelienſis in progr. ſingulari, (quod tamen oculis vſurpare nondum mihi licuit,) Rintelii 1789. Confer quoque libellum bonae frugis: *de cauſſis et auctoribus narrationum de mutatis formis ad illuſtrandum maxime et diiudicandum opus metamorphoſium Ouidianum, auctore Io. Guil. Ludou. Mellmann, A. M.* claſſium gr. et lat. in gymnaſiis academiae imperialis Moſcouienſis Rectore. Lipſiae 1786. 8. in primis pag. 59 ſqq. et pag. 67 ſq. Noua quadam ratione, (an vbiuis felici, licet ingenioſa? videant alii,) Theogoniam et Cosmogoniam antiquam explicandam ſuſcepit *Rabaut de Saint-Etienne*, in: Lettres à Monſieur Bailly ſur l'hiſtoire primitive de la Grece. Pariſ. 1787. 8. Is putat, omnem antiquam hiſtoriam, praecipue Graeciae, vsque ad reditum Heraclidarum in Peloponneſum, nihil aliud eſſe, ac falſam interpretationem eorum, quae lingua antiquiſſimi aeui ſymbolica ac hieroglyphica, eo tempore, quo ars agriculturae inuenta fuiſſet, orta, repraeſentaſſet, atque Graecorum Troianorumque heroes pertinere ad aſtrorum exercitum, montes, rupes, portus, terras, ſidera, flumina fuiſſe deſcripta tamquam homines, (de ſideribus iam ita ſenſit *Lucian.* de Aſtrologia cap. 22. tom. II. p. 369. edit. *Reitzii.*) illam ſcripturam hieroglyphicam et perſonas illas hieroglyphicas poſtea mutatas in hiſtorias, et mythologiam veterem eſſe ſymbolicam ſ. hieroglyphicam naturae hiſtoriam etc. quae omnia, partim iam cogni-

Commentarii graeci in Theogoniam. XVI. In Theogoniam exſtant commentarii graeci duplices quorum vnus inſcribitur: τȣ͂ σοφωτάτȣ καὶ λογιωτάτȣ Κυρȣ͂ Ἰωάννȣ Διακόνȣ τȣ͂ Γαληνȣ͂ εἰς τὴν Ἡσιόδȣ Θεογονίαν ἀλληγορίας [pp]), alter vero: σχόλια εἰς τὴν Ἡσιόδȣ Θεογονίαν παλαιά, quorum auctorem *Didymum* exiſtimaſſe videtur Natalis Comes lib. VI. cap. 18 mythologiae p. 633. Ioh. Alexander Braſſicanus an. 1530. praef. ad Saluianum teſtatus eſt ſe habere *Iohannis Philoponi* cognomento grammatici commentarios in Heſiodum, fortaſſis non alios intelligens, quam quos ſub *Iohannis Galeni* nomine habemus, vel commentarios in ἔργα καὶ ἡμέρας, ſed qui Tzetzae ſunt, non Philoponi [qq]). Alium tamen ineditum ſcholiaſten allegat Henr. Stephanus de inſtituendis graecae linguae ſtudiis p. 8. et Demetrii Triclinii ſcholia in *Theogoniam Heſiodi* MSta exſtare in bibl. Vindobonenſi, teſtatur Neſſelius IV. p. 21. ne deperditos poetae exegetas memorem, *Demetrium Ixionem Adramyttenum* et *Dionyſium Corinthium*, de quibus Suidas; tum commentarios *Plutarchi* [rr]) laudatos Gellio lib. XX. cap. 8. et in graecis ad Heſiodum ſcholiis paſſim: *Ariſtotelisque* ἀπορήματα Ἡσιόδȣ, quae inter philoſophi ſcripta refert Anonymus vitae eius auctor a Menagio vulgatus ad Laertium p. 202. *Ariſtonici* Alexandrini περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδȣ. Suid. [ss]) [¶]

XVII. Theo-

cognita aut tentata, octo capitibus perſequitur et multas antiquas fabulas, in his Argonautarum iter factaque, et carminum argonauticorum ortum more ſuo explicat. In his multa ingenioſe acuteque, multa vero lepide inepteque expoſita eſſe, quisque facile intelliget. Polyphemus illi eſt mons Aetna aeſtuans, quia *Polu — phêmi* ſignificet *valde clamito*. In fine libelli promittit auctor opus, in quo ſecundum illa placita *Theogonia Heſiodea* et aliorum populorum coſmogoniae explanentur. — Noua etiam quadam ratione, at nimis incerta, nimis ſubtili et ab ingenio antiquitatis remota, theologiam veterum Graecorum explicuit, aut potius turbauit V. D. in: Eſſai ſur la Religion des anciens Grecs. I. II. part. Lauſannae 1787. mai 8. — Denique de his aliisque Genealogiarum et Theogoniarum ſcriptoribus v. *Cangii* praef. ad familias Byzantinas et *Iac. Frid. Reimanni* hiſtor. litter. de fatis ſtudii genealogici apud Hebraeos, Graecos etc. Quedlinburg. 1702. 8. *Harl.*

pp) Allegoricos in Theogoniam interpretes legiſſe ſe innuit Euſtathius ad Iliad. ζ'. pag. 982.

qq) Fabricium deſcripſit, nomine illius omiſſo, Bandinius in catalog. codd. gr. bibl. Florent. vol. II. p. 95 ſq. vbi recenſetur cod. Heſiodi. *Harl.*

rr) P. *Lambecius* in lucubratt. Gellianis p. 117. pro verbis Gellii *in IIII. in Heſiodum commentario*, omnino ſcribendum ſuadet *in Iſin et Oſiridem commentario*. Sed quamquam in libro de Iſide et Oſiride gemina quaedam leguntur iis, quae Gellius e Plutarcho producit, non audeo tamen coniecturae Lambecianae accedere contra fidem codicum MSS. cum rem eandem tradere Plutarchus potuerit et tradiderit non ſemel pluribus in ſcriptis ſuis.

ss) Codices hos fere notaui. *Theogonia* cum ſcholiis, in Catalogo gr. MSS. bibliothecae *Bauaricae*, nr. 217. p. 79. — In *Bibl. D. Marci Veneta* Bongiouanni, graec. codd. cod. 464. in 8. a Demetrio Triclinio a. 1316 — 1320. ſcriptus, continet *Heſiodi Scutum Herculis* cum ſcholiis et technologia Io. Pediaſimi, *Opera et Dies* cum expoſitionibus Manuelis Moſchopuli, Io. Protoſpatharii, Io. Tzetzae et Procli Diadochi, *Theogoniam*, in margine excerpta quaedam ex ſcholiis antiquis, quibus intermiſcentur inedita ſcholia *Demetrii Triclinii*, cruce diſtincta: additae ſunt *Io. Pediaſimi* et *Pſelli* allegoriae quarumdam fabularum. *Ib.* cod. 466. inſunt *Heſiodi Opera et Dies* cum ſcholiis interlinearibus et quibusdam Moſchopuli marginalibus. *Ib.* p. 252. in cod. 480. ſunt *Heſiodi* Scutum Herc. O. et D. et Theogonia, vti in cod. nr. 464 adiunguntur ſcholia antiqua et allegoriae Io. Pediaſimi. Ex litteris V. cuiusdam docti ad me datis, comperi, in illa bibl. eſſe cod. nr. 280. qui varios comprehendit poetas graecos; in his, poemata Heſiodi cum ſcholiis et expoſitionibus Io. Diaconi, Manuelis Moſchopuli, Procli, Demetrii Triclinii; quae quidem inſunt quoque in editione Heinſiana, Antwerp. 1603. at, quae in hoc exemplo nominantur ſcholia antiqua in Theogoniam, multum differunt ab iis, quae exſtant in codice Marciano. — *Theogonia* in *Bibl. Vaticana*: in Catalogo MSS. gr. bibl. Palat. p. 44. nr. 142. (in Monumentis pietatis

et

Catalogus deperditorum ſcriptorum. XVII. Theogoniam ſuam ita claudit Heſiodus, vt poſt genealogiam Deorum ad foeminarum genus decantandum Muſas adhortetur:

Νῦν δὲ γυναικῶν φῦλον ἀείδατε ἡδυέπειαι
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Nimirum vt ad DEPERDITA HESIODI SCRIPTA (ſedecim enim poemata

 ab

et literariis virorum — ill. etc. Francof. ad Moen. 1701. 4.) — *ib.* p. 47. nr. 151. et p. 55. n. 190. p. 87. nr. 290. et 293. O. et D. cum ſcholiis. *ib.* p. 122. nr. 385. O. et D. et Theogonia. ib. p. 128. nr. 417. O. et Theogoniae quaterniones aliquot cum ſcholiis et interlineari metaphraſi. — In biblioth. romana *a la Minerua* eſt, vt vir quidam doctus per litteras me fecit certiorem, cod. ſaec. XIII. qui continet *Theogoniam*, multas memorabiles habet varias lectiones, et ineditum ſcholiaſten ſ. ἐξηγήσεις τῆς Ἡσιόδου Θεογονίας, more Ioan. Diaconi confectas. — Inter *graecos codd. MSStos apud Nanios*, Bononiae 1784. fol. p. 487. nr. 291. Heſ. O. et D. *Theogonia*, Prolegomena in Heſiodi ſcutum, vbi p. 144. incipit ſine titulo *Scutum* Heſiodi ſic: — ποίη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν. In bibl. *Lugdun. Bat.* p. 345. Catalogi, nr. 23. Io. Tzetzae ſcholia in Theogoniam et reliqua. — In *Petri Lambecii* Commentar. de bibliotheca Caeſarea lib. VII. cod. 128. n. 4. p. 501 ſqq. edit. Kollarii, ſcholia antiqua gr. diuerſorum et quidem vetuſtiſſimorum auctorum, iudice Heinſio p. 225. edit. (nec Tzetzae igitur ſolius, nec Didymi) in *Heſ. Theogoniam:* (n. 5. 6. 7. ſunt Io. Diaconi et Pſelli allegoriae fabularum vt in cod. Veneto n. 464.) n. 8. ſcholia antiqua in *Heſ. Theogoniam*, inter quae etiam nonnulla *Demetrii Triclinii* ſunt; n. 9. *Io. Diaconi*, cognomine τοῦ Γαληνοῦ ſiue *Tranquilli*, alias Πεδιασίμου quaſi *Aequanimi*, Allegoriae in Heſ. Theogoniam, de quibus v. Heinſium p. 228 ſq. edit. et Lambecium, ibid. tomo et lib. VI. cod. 35. n. 2. p. 330. *Heſ.* O. et D. cum Man. Moſchopuli antiquis ſcholiis gr. partim interlinearibus, partim marginalibus. Adde *Neſſelium* a Fabricio citatum p. 20 ſqq. n. 2 — 11. p. 111. codd. 198 et 200. p. 130. n. 242. p. 143. n. 292. — In Bibl. *regia Pariſ.* in Catalogo codd. MSS. vol. II. p. 542. n. 2708. cod. chart. ſaec. XV. 1) *Theogonia* cum ſcholiis interlinearibus et marginalibus ab editis diuerſis. 2) *Scutum* cum ſimilibus ſcholiis, 3) ſcholia in Theogoniam, quae ab Heinſio vetera dicuntur. 4) *O. et D.* cum ſcholiis ineditis. 5) *Moſchopuli* ſcholia in O. et D. 6) *Ioanis Diaconi* ſchol. in Theogoniam, 7) *Procli* Diadochi ſcholia in O. et D. etc. Praeter ea decem alii codices regii Theogoniae (v. indicem v. *Heſiodi*) laudantur in illo Catalogo. adde *Labbei* bibl. nouam MSS. librorum, p. 110 ſq. p. 289. n. 1329. et *Lamii* Delicias p. 40 ſq. — In *Bandinii* catalog. MSS. Medic. vol. II. p. 95 ſq. laudatur cod. chartac. in 8. ſaec. 16. in quo ſunt: 1) Heſiodi *Theogonia*, 2) *Scutum Herculis*, cum gloſſis, 3) Ex *Io. Tzetzae* enarratione excerptum de differentia poetarum et vita Heſiodi, 4) in *Heſiodi Theogoniam* ſcholia quaedam particularia antiqua; 5) Io. Diaconi Pediaſimi commentar. in Heſ. Scutum: 6) collectio fabularum poeticarum; 7) Ex *Procli* ſcholiis delectus rerum magis neceſſariarum, per *Demetrium Triclinium*, vbi in fine haec eſt adnotatio: Αἱ ἐκλογαὶ αὗται αἱ ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ Τζέτζου τε καὶ τοῦ ΠΡΟΚΛΟΥ, εἰσὶν ἐκλεγεῖσαι παρὰ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου. (*Ruhnkenius* quoque ad Vellei. Paterc. I. cap. 7. p. 26. laudat e Procli Prolegomenis in Heſiodum ineditis, e cod. regio, quae Tzetzes ſublegit Proclo et corrupit.) 8) Excerpta breuiſſima in Herculis Scutum. Adde p. 80. cod. 5. n. 2. p. 91. cod. 20. n. 1. et 2. p. 142. cod. 16. n. 5. 6. 7. et *Lamii* Delicias, l. m. p. 35 ſqq. — vol. III. p. 429. n. 7. p. 391. n. 19 et 20. p. 112. n. 57. Multo poſt, quam haec ſcripſeram, nactus ſum *Lamii* Delicias, ſaepius memoratas, vbi in art. I. p. 34 ſqq. codices Heſiodei enumerantur. Paucis igitur referam, mihi antea ignotos: In Bibl. Vaticana ſunt octo codd. in bibl. Cardinal. Ottoboni vnus, qui continet Homeri, Heſiodi, Pindari, Sophoclis et Euripidis opera. In bibl. Riccardiana Flor. cod. *O.* et *D.* cum duobus gr. commentariis; *Theog.* a Mombrizio verſa et aliquot verſus Heſ. verſi a Guarino Veronenſi. — — In B. Mediol. Ambroſ. 1) varia *Heſ. opp.* cum II. comm. gr. 2) item cum ſcholiis Io. Diaconi. 3) latinus, *Heſiodus de generatione deorum.* In Bibl. Synodi Moſq. ſunt tres *Heſiodi* codd. v. cl. *Matthaei* V. L. Hom. p. 146. ad Syntipae fabb. *Harl.*

ab Heſiodo compoſita eſſe, adfirmat Ioh. Tzetzes) pedem promoueamus, in iis primo ſtatim loco memorandus venit:

ΓΥΝΑΙΚΩ͂Ν ſiue, vt Euſtathius ad Iliad. *λ.* p. 643. citat, ʽΗΡΩΙ'ΔΩΝ ΚΑΤΑ'ΛΟΓΟΣ Α. Β. Γ. tum

ΓΥΝΑΙΚΩ͂Ν ΚΑΤΑ'ΛΟΓΟΣ Δ, ſiue 'ΗΟΙ͂ΑΙ ΜΕΓΑ'ΛΑΙ, quarum forte pars ſupereſt, Scutum Herculis. Et

ʽΗΡΩΓΟΝΙ'Α ſiue ʽΗΡΩΙΚΗ' ΓΕΝΕΑΛΟΓΙ'Α. Vide, ſi lubet, quae de quinque hiſce libris ita diſtinguendis dixi paulo ante §. 12. vbi agebam de *Aſpide* ſiue Scuto, nec male hac ratione conſtabit numerus librorum a Suida adſignatus, cui inter Heſiodi ſcripta memorantur Ἡρωϊκῶν γυναικῶν κατάλογος ἐν βιβλίοις πέντε, quod opus ab Aſpide ibidem diſtinguit non minus ac Tzetzes in ſuis ad Heſiodum prolegomenis. In illis catalogis Heſiodum etiam de Deorum nuptiis egiſſe, teſtatur *Menander rhetor.* p. 628. πολλὰ δὲ καὶ αὐτῷ ἐν τοῖς καταλόγοις τῶν γυναικῶν περὶ Θεῶν συνουσίας καὶ γάμου. Heſiodi exemplo Ἡρωϊκὰς Θεογαμίας ſcripſit *Piſander* Poeta, memoratus *Zoſimo* lib. V. cap. 29. [tt]) Catalogi Heſiodei mentio etiam apud *Lucian.* in amoribus tom. I. p. 875. [ſ. vol. II. p. 400. edit. Reitzii.] *Stephanum* in γερηνία etc. *Dio* autem *Chryſoſtomus* 2. de regno p. 21. ex hoc probat, Heſiodum ipſum ſe Homero inferiorem libenter agnouiſſe, quod heroibus Homero relictis, ipſe celebrandas ſibi ſumſerit mulieres.

Praeterea Heſiodo adſcriptae fuerunt ΠΑΡΑΙ'ΝΕΣΙΣ ſiue ʽΥΠΟΘΗ͂ΚΑΙ ΧΕΙ'ΡΩΝΟΣ ad Achillem inſtituendum, de quo ſcripto dictum eſt ſupra libro primo in *Chirone.* [v. Quintilian. I. O. lib. I. cap. 1. ſect. 15. *Harl.*]

ΜΕΛΑΜΠΟΔΙ'Α ſiue 'ΕΙΣ ΤΟ'Ν ΜΑ'ΝΤΙΝ ΜΕΛΑ'ΜΠΟΔΑ. De hoc quoque poemate, cuius librum tertium laudat Athenaeus Lib. XIII. p. 609. egi ſuperiore libro in *Melampode*, [cap. XV. p. 115 ſq. vbi v. notas. *Harl.*] [uu])

'ΑΣΤΡΟ-

tt) Ad h. l. Zoſimi vide notam cl. *Reitemeieri* p. 644. Vtrum vero *Piſander Larandenſis* (qui Alexandro Mamaeae imperante floruit,) intelligi debeat, (quod putant *Heyne* ad Virg. tom. II. Excurſ. p. 232 ſqq. *Burmann.* ad Valeſii Emend. p. 117. et *Reitemeier*:) an *Piſander Camiraeus* ſ. *Rhodius*, (Camiro enim Rhodi oriundus, poeta circa XXXIII. Olymp.) auctor Ἡρακλείας, tamquam partis Ἡρωϊκῶν Θεογαμιῶν, ſit habendus, (quod *Valckenar.* in diatribe ad Euripidis Hippolytum p. 24. *Koppiers* in obſeruatis philolog. p. 111. et *Ruhnken.* in litteris ad *Heynium*, in addendis ad Virgilii Aeneidem tom. IV. p. 235 ſq. ſtatuunt, equidam nolo definire; tamen malim *Larandenſem* intelligere, aut cum cl. *Heynio* ad Virgilium in addendis tom. IV. p. 236. arbitrari, manere adhuc intactam illam quaeſtionem, fuerintne diuerſa illa diuerſorum hominum carmina Ἡρακλεία et Ἡρωϊκαὶ Θεογαμίαι. Cel. tamen Heyne in altera edit. Virgilii, (ante quam publicatam diu ſcripſeram haec ſupplementa) Exc. I. tom. II. p. 285 — 288, hoc antiquitatis caput retractans, cenſet, diuerſa fuiſſe opera Ἡρακλείας et ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν: et plura diſſerit de Piſandro vtroque. Quod vero noſter *Fabricius* vol. VI. cap. 5. XXI. p. 582. Piſandrum ſcripſiſſe et e Suida apud Zoſimum legendum putat Ἡρωϊκὰς Θεογαμίας, in eo quidem *Heyne* ad Virgilium tom. II. p. 232. adſenſerat: qui vero poſtea, a Ruhnkenio meliora edoctus, in addendis tom. IV. p. 236. retractauit ſententiam, et veterem eamque veram lectionem ἡρωϊκαὶ θεογαμ. i. e. *heroum nuptias cum deabus* amplectendam cenſuit. adde ſupra I. cap. 26, 3. p. 215, infra vol. II. lib. III. cap. 21, 3. p. 523. *Groddeck* in: Bibliotheck der alten Litteratur und Kunſt, part. II. p. 104 ſq. Ruhnkenio adſenſum denegantem. *Harl.*

uu) *Melampodiam* conſtituiſſe partem τῶν καταλόγων, ſuſpicatur cel. *Heyne* ad Apollodor. p. 157 ſq. nam

ἈΣΤΡΟΝΟΜΙ'Α ΜΕΓΑ'ΛΗ ſiue ἈΣΤΡΙΚΗ' ΒΙ'ΒΛΟΣ. Plinius lib. XIIX. cap. 25. *Occaſum matutinum Vergiliarum Heſiodus, nam huius quoque nomine exſtat Aſtrologia, tradidit fieri cum aequinoctium autumni conficeretur.* Scholiaſtes Arati ad v. 255. τὰς καλεμένας ὑάδας, ὧν καὶ Ἡσίοδος ἐν τῇ ἀςρικῇ αὐτῦ τὰ ὀνόματα διδάσκει βίβλῳ, λέγων· Φαισύλη ἠδὲ κορωνὶς ἐϋςέφανός τε κλέεια. Φαιὼ θ' ἱμερόεσσα καὶ εὐδώρη τανύπεπλος. Eosdem verſus profert Ioh. Tzetzes in ſcholiis ad ἔργα p. 92. et Variar. Hiſt. Chil. 12. v. 169 ſq. βίβλον ἀςρικὴν Heſiodi laudans, quam tamen non videtur ipſe inſpexiſſe. Reſpectu huius operis potiſſimum *Callimachus*, opinor, Aratum, vt Heſiodi ζηλωτήν, perſtrinxit in notiſſimo epigrammate, quod [vv] exſtat in Arati vita apud Petauium in Vranologio p. 270. et emendatum eſt ab If. Caſaubono in lectionibus Theocriticis cap. IV. a Fuluio Vrſino in Virgilio, cum graecis ſcriptoribus collato, p. 251. ab Hugone Grotio ad Aratum, a Salmaſio ad Solinum p. 525 ſq. ab If. Voſſio ad Melam I. 13. p. 68. ab Holſtenio ad Stephanum p. 301. a Clerico in ſiluis philolog. cap. 6. p. 237 ſqq. a Rich. Bentleio in Graeuiana Callimachi editione pag. 204. et 232. vv) Heſiodo tamen ſuppoſitam fuiſſe Aſtronomiam innuit praeter Plinium Athenaeus lib. XIII. p. 491. καὶ ὁ τὴν εἰς Ἡσίοδον δὲ ἀναφερομένην ποιήσας ἀςρονομίαν ww). Cum admodum ſimplices et rudes eſſent obſeruationes in illo opere et in ἔργοις traditae, hinc apud Platonem et alios dicuntur ἀςρονομῦντες καθ' Ἡσίοδον, qui populariter et ad vulgi captum, non accuratius et μαθηματικῶς aſtronomica tractabant: vti Themiſtius p. 7. in I, Analyt. poſter. diſtinguit τὴν ναυτικὴν ἀςρολογίαν a μαθηματικῇ.

ἘΠΙΚΗ'ΔΕΙΟΣ ἘΙΣ ΒΑ'ΤΡΑΧΟΝ' τινα τὸν ἐρώμενον αὐτῦ. Memorat Suidas.

ΠΕΡΙ' ἸΔΑΙ'ΩΝ ΔΑΚΤΥ'ΛΩΝ. Idem Suidas. Et ex hoc poemate fortaſſis ſcripſit Plinius lib. VII. cap. 56. Heſiodum tradere, quod ferrum in Creta repererint Idaei Dactyli.

ἘΠΙΘΑΛΑ'ΜΙΟΣ ΠΗ'ΛΕΩΣ καὶ ΘΕ'ΤΙΔΟΣ. Huius verſiculos binos primores profert Iſaacius Tzetzes prolegom. in Lycophronem, atque ex illo loco, licet diſſimulet,

ſq. nam fabula quaedam *Melampodis* apud ſcholiaſten Apollonii Rhodii I. 118. ad μεγάλας ἠοίας refertur: ἐν δὲ ταῖς καλεμέναις μεγάλαις ἠοίαις λέγεται, ὡς ἄρα μελάμπυς ἀποδημῶν κατέλυσε παρὰ πολυφάτῃ. *Heſiodo* adſcribit id carmen *Athenaeus* libro quoque XI. cap. 14. p. 498. A. Ἡσίοδος ἐν τῷ ΔΕΥΤΕ'ΡΩι Μελαμποδίας σὺν τῷ π. collata nota Heynii ad Apollodorum p. 164. *Apollodor.* III. 6. 7. vbi v. Heynii notam p. 625, memorat *Heſiodi* de Tireſia fabulam: quam in Melampodia exſtitiſſe, teſtatur *Tzetzes*, qui ad Lycophron. v. 682 ſq. (monente iam Fabricio ſupra p. 115.) bis ex illo carmine de illa fabula adfert verſus, laudato tantum poemate, at omiſſo poetae nomine, ἡ τῆς Μελαμποδίας ποίησις. Accedente igitur Apollodori auctoritate, num Küſteri de Tzetzae fide iudicium, ſupra p. 115. prolatum, ſit probandum, inde poterit cognoſci. *Harl.*

vv) Epigr. 29, quod docte acuteque explicat emendatque *Erneſti* in Excurſu ad id epigr. p. 333 ſqq. idem Salmaſium, Voſſium noſtrumque Fabricium culpat exiſtimantes, rideri Aratum, vt male imitatum Heſiodi aſtrologicum carmen: contra cum iis facit, qui ad laudem Arati, vt felicis imitatoris Heſiodi, pertinere Callimachi epigramma iudicant: denique cenſet, nullum aliud opus Heſiodi intelligere neceſſe eſſe, quam ἔργων καὶ ἡμέρων. Plura vide apud eum. *Harl.*

ww) Adde *Dodwell* de veteribus Gr. et Rom. Cyclis. diſſ. III. p. 125. De ſcientia Aſtronomiae ſ. Aſtrologiae heſiodea v. *Bailly* Geſchichte der alten Sternkunde, (Lipſiae 1777.) part. I. p. 233 ſqq. et part. II. p. 255 ſqq. qui Weidlerum aliosque laudat. *Harl.*

let, Iſmael Bullialdus ad Theonem p. 283. Barneſius ad Euripidis Phoeniſſas v. 829. *Fabric.* [potuit eſſe pars τȣ̃ καταλόγȣ v. Heyne ad Apollodor. p. 797. *Harl.*]

ΓΗ͂Σ ΠΕΡΙ΄ΟΔΟΣ memoratur a Strabone lib. VII. p. 302. [p. 463. C. Almelou. Acuta eſt *Heynii* ad Apollodor. p. 191. ſententia, Strabonem non putaſſe, ab Heſiodo tale carmen eſſe ſcriptum; ſed meminiſſe tantum, ſeruatum illum Heſiodi verſum in alio opere ſic inſcripto, v. c. Eudoxi. *Harl.*] Ceterum obiter notare liceat verſum, quem inter Heſiodi fragmenta ponit Heinſius ex Etymologico magno in βύβλος, non eſſe Heſiodi, ſed Dionyſii Periegetae. v. 912.

'ΑΙΓΙ΄ΜΙΟΣ ſiue *in Aegimium poema* ab aliquibus *Heſiodo*, ab aliis tributum *Cercopi* Mileſio. Athenaeus lib. XI. p. 503. καὶ ὁ τὸν 'Αιγίμιον δὲ ποιήσας εἴθ' 'Ησίοδός ἐστιν, ἢ Κέρκωψ ὁ Μιλήσιος. Dalechampius 'Αιγινόμιον legendum coniicit, *de paſcendis et alendis capris*; ſed ſcholiaſtes Apollonii quoque in libro 4. v. 816. ὁ τὸν 'Αιγίμιον ποιήσας, ἐν δευτέρῳ φησὶν ὅτι ἡ Θέτις εἰς λέβητα ὕδατος etc. xx) Porro *Cercopem* illum Heſiodi aequalem atque aemulum fuiſſe, notaui ſupra §. 4. e Laertio in vita Socratis, et ex argumento Ariſtophanis ranarum. Alius fuit et iunior *Cercops* Pythagoraeus, de quo dixi lib. I. cap. XIX. ſect. 2. Etiam Suidae 'Αιγίμιος eſt nomen proprium. Sed fuit quoque *Aegimius* quidam Eleus, Medicus antiquiſſimus, cuius περὶ παλμῶν memorat *Galenus* IV. de pulſibus, tom. III, p. 44. 50. περὶ πλακȣ́ντων *Athenaeus* XIV. p. 643.

ΘΗ΄ΣΕΩΣ ΕΙ΄Σ ΤΟΝ ΄΄ΑΙΔΗΝ ΚΑΤΑ΄ΒΑΣΙΣ. *Pauſanias* in Boeoticis p. 772. inter ſcripta, Heſiodo tributa, commemorat καὶ ὡς Θησεὺς, εἰς τὸν ῞Αιδην ὁμȣ̃ Πειρίθῳ καταβαίη. Confer Ioh. Meurſium in Theſeo cap. 27. *Fabric.* (An pars fuit Aegimii aut alius carminis? *Harl.*)

῎ΕΠΗ ΜΑΝΤΙΚΑ` καὶ 'ΕΞΗΓΗ΄ΣΕΙΣ ἐπὶ ΤΕ΄ΡΑΣΙΝ. Idem Pauſanias lib. IX. cap. 31. p. 772. οἱ [?] δὲ αὐτοὶ ȣ̃τοι λέγȣσι καὶ ὡς μαντικὴν 'Ησίοδος διδαχθείη παρὰ 'Ακαρνάνων, καί ἐστιν ἔπη μαντικὰ, ὁπόσα τε καὶ ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν. Neſcio, iidemne fuerint, [an ipſa Theogonia.]

ΘΕΙ͂ΟΙ ΛΟ΄ΓΟΙ, de quibus *Maximus Tyrius* diſſ. 16. [diſſ. 32. p. 380. edit. 2.] de Heſiodo agens, χωρὶς δὲ αὐτȣ̃, inquit, πεποίηνται οἱ Θεῖοι λόγοι. ἅμα δὲ τοῖς λόγοις Θεογονία. [Peculiare opus fuiſſe Θείȣς λόγȣς, non video, nec inde efficio.]

ΚΕΡΑΜΕΙ͂Σ.

xx) De hoc carmine epico vetuſto, ab *Aegimio* rege Dorum et nobili nomine inter doricae ſtirpis auctores, nomen ſortito, plura diſputarunt *Berkelius* ad Stephanum Byzantinum voc. 'Αβάντις, *Burmann.* II. ad Valeſii Emendatt. lib. I. cap. 32. p. 38. et in addendis p. 222. *Valcken.* ad ſchol. Euripid. Phoen. v. 1123. p. 735, qui putat, poema complexum eſſe bellum *Aegimii* cum Lapithis, *Aegimii* filiorumque duorum, ad quos tertius *Hyllus* acceſſit *Heraclides*, hiſtoriam; cel. *Heyne* ad Apollodorum p. 251 ſq. p. 476 ſqq. et p. 979 ſq. inprimis cl. *Groddeck* in: Bibliothek der alten Literatur und Kunſt, part. II. p. 84 ſqq. vbi inter alia copioſe docet contra Valkenarium, carmen fuiſſe epicum de doricae ſtirpis auctoribus et Heraclidis cum iis coniunctis, auctorem carminis tres admodum memorabiles Heraclidarum expeditiones factaque, n. κάθοδον in Peloponneſum, nouam coloniam in inſula Thera conditam et initium vrbis Cyrenae duce Batto factum, eſſe perſequutum; immixtas fuiſſe fabulas Argonautarum atque Ius, bellum vero cum Lapithis fuiſſe partem, aut forſan initium carminis. Denique ſententia veterum, qui carmen 'Αιγίμιον adſcripſerunt Heſiodo, illi haud improbabilis videtur. *Harl.*

ΚΕΡΑΜΕΙ͂Σ. Vide ſupra, cap. 2. inter ſcripta Homeri deperdita nr. 13.

ΜΕΓΑ´ΛΑ ἜΡΓΑ. *Athenaeus* lib. VIII. p. 364. *ἅπερ πάντα ἐκ τῶν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένων μεγάλων Ἠοιῶν καὶ μεγάλων ἔργων παρῴδηται.* Confer Langbaenium ad Longinum p. 57. edit. Tollianae. [at *μεγάλων* ante *ἔργων* ſpurium, ſaltem ſuſpectum, et a librario imperito praue repetitum, et opus *μεγάλα ἔργα* fictum, nihilique eſſe videtur. *Harl.*]

ΚΗ´ΥΚΟΣ ΓΑ´ΜΟΣ. Idem *Athenaeus* lib. II. p. 49. *Ὅτι Ἡσίοδος ἐν Κήυκος γάμῳ, κἂν Γραμματικῶν παῖδες ἀποξενῶσι τοῦ ποιητοῦ τὰ ἔπη ταῦτα, ἀλλ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ ἀρχαῖα εἶναι, τρίποδας τὰς τραπέζας φησί.* Plutarchus VIII. 8. Sympoſiac. *ὡς ὁ τὸν Κήυκος γάμον εἰς τὰς Ἡσιόδου παρεμβαλὼν εἴρηκεν.* [Pars fuit *τῶν καταλόγων*, vt ad §. XII. iam adnotatum eſt. *Harl.*]

[*Phaethon Heſiodi*, ab Hygino in fab. 154. memoratur. At fabula iſta narrata eſt, teſte *Pauſania* lib. I. cap. 3. *ἐν ἔπεσι τοῖς εἰς τὰς γυναῖκας*, *Staueren* vero in Miſcellan. obſſ. critic. Belgicis, vol. X. tom. II. p. 304. lemma illud Hyginianae fabulae ſpurium eſſe iudicat, et de ea ipſa diſſerit fuſius. *Harl.*]

XVIII. DE HERBIS ſcripſiſſe Heſiodum colligunt viri docti ex Plinii lib. XV. cap. 1. lib. XXI. cap. 17. et 20. lib. XXII. cap. 22. lib. XXV. cap. 2. Sed fortaſſe obiter in aliis poematis illa tractauerat Heſiodus, vt de ſcolymo et aſphodelo dixit in *ἔργοις*.

DE MEDICINA ſcripſiſſe ſingulari quodam libro, minus adhuc mihi perſuadeo, licet *Cleodemus* Medicus apud Plutarchum in conuiuio ſeptem ſapientum p. 158. contendat, Heſiodum Medicum fuiſſe, qui tam accurate et perite de victus ratione, vini temperie, aquae bonitate, lauacris, mulieribus, congreſſus tempore et infantum ſeſſione diſſeruerit. *Fabric.* adde vol. XIII. lib. VI. cap. 9. pag. 188. *Harl.*

Neque FABVLARVM, quae Aeſopo tribuuntur, auctor fuit, aut ſingulari quodam opere *apologos* ſcripſit Heſiodus, licet eodem Plutarchi loco legas, Aeſopum ſeſe Heſiodi diſcipulum iure profiteri poſſe, propter fabulam de accipitre et luſcinia apud Heſiodum in *ἔργοις* v. 202 ſq. et *Quinctilianus* lib. V. cap. 11. [p. 441. edit. Burm. vbi vide interpretes,] negat, fabulas originem accepiſſe ab Aeſopo, ſed videri primum auctorem earum Heſiodum *yy*). Hermogenes in progymnaſm. Priſciano interprete: *Vbi ſunt fabulae vetuſtiſſimi quoque auctores et Heſiodus*, *Archilochus*, *Horatius*, *Heſiodus quidem luſciniae*, *Archilochus autem vulpis*, *Horatius muris.* Theon Alexandrinus in progymnaſm. p. 22. *Αἰσώπειοι δὲ ὀνομάζονται οἱ μῦθοι ὡς ἐπίπαν, οὐχ ὅτι Αἴσωπος πρῶτος εὑρετὴς τῶν μύθων ἐγένετο. Ὅμηρος γὰρ καὶ Ἡσίοδος* [confer Suidam in *μῦθος*] *καὶ Ἀρχίλοχος καὶ ἄλλοι τινὲς πρεσβύτεροι γεγονότες αὐτοῦ φαίνονται ἐπιστάμενοι, καὶ δὴ καὶ Κόννις ὁ Κίλιξ* [ita recte Colomeſius in Opuſculis p. 224. et p. 103. ad Gyraldum] *καὶ Θοῦρος ὁ Συβαρίτης καὶ Κυβισσὸς ἐκ Λιβύης μνημονεύονται*

yy) Fabularum origo eſt Homero et Heſiodo antiquior, atque ipſe ſacer codex, Iudic. IX. 8. etc. ſuppeditat ſingula exempla. conf. quoque d'*Egly* comment. de fabula ſiue Apologo, in Hiſtoire de l'Acad. des I. et B. L. vol. VIII. ſecundum verſionem Gottſchediae, Lipſiae, 1754. p. 67 ſqq. *Harl.*

νεύονται ὑπό τινων ὡς μυθοποιοὶ, ἀλλ᾽ ὅτι Αἰσώπος αὐτοῖς μᾶλλον κατακόρως καὶ δεξιῶς ἐχρήσατο.

Denique *Euphorion* Chalcidenſis, teſte Suida, heroicum poema edidit, quod inſcripſit Ἡσίοδον [zz]). Inter *Teleclidis* comoedias quoque fuit Ἡσίοδοι. memorata eidem Suidae in ἐδακμῇ et ſcholiaſti [ſ] Ariſtophanis, [Au. v. 1126.] Athenaeo Ἡσίοδοι. Neque praetereundum eſt, quod *Euthydemus* Athenienſis verſus quosdam ſub Heſiodi nomine vulgaſſe traditur ab eodem *Athenaeo* lib. III. p. 116. Pythagoram Homeri et Heſiodi carminibus decantatis animum ſuum delinire ſolitum, refert *Porphyrius* in eius vita p. 21. Neque Homeri tantum ſed Heſiodi quoque carmina μελῳδηθῆναι teſtatur *Athenaeus* lib. XIV. p. 620.

[XIX. Quod

zz) De *Euphorione*, Euboea oriundo, domi Chalcidenſi, nato Olymp. CXXVI. et bibliothecae Antiochi Magni Syriae regis praefecto, plurium carminum auctore, multi ſcripſerunt: *Suidas* in Εὐφορίων, *Meurſius* ad Hellad. tom. VI. opp. pag. 311. *Ionſius* de ſcriptoribus hiſt. philoſ. lib. II. cap. 9. pag. 160. qui ex Athenaeo IV. cap. 25. obſeruat, Euphorionem ſcripſiſſe librum *de poetis melicis. Voſſius* de hiſtor. gr. I. 17. et de poetis gr. cap. 8. *Caſaubon.* ad Sueton. Tib. 70. vbi Tiberius dicitur feciſſe graeca poemata et imitatus eſſe *Euphorionem* et Rhianum et Parthenium, eorumque ſcripta et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicaſſe. In primis de *Euphorionis* libris et loco Suidae diligenter egerunt *Iuſt. Fontaninus* in Hiſtoria literaria Aquileienſi, Romae, 1742. 4. p. 29—32. qui putat, Gallum latinum feciſſe *Heſiodum* Euphorionis, et vertiſſe latine Chiliadem; *Toup.* in epiſtola critica pag. 161. (pag. 132. edit. Lipſienſ. part. II. opuſculorum criticorum,) et cel. *Heyne* ad Virg. Ecl. VI. v. 72. vbi Seruius tradit, Gallum transtuliſſe Euphorionis carmina in ſermonem latinum; Heyne vero primum notat, quia Euphorion Varroni et Columellae inter ſcriptores rei ruſticae memoretur, carmen illud, *Heſiodus* inſcriptum, Georgica exhibuiſſe, probabile fieri: dein animaduertit, vſſ. 72. et 73. Virgilii ad *Chiliadem*, aliud Euphorionis opus, vt id a Gallo latine expreſſum fuerit, referendos eſſe, et Euphorionem in eadem ſeu Mopſopia ſeu Chiliade argumentum eiusmodi attigiſſe videri, quale Heſiodus in Ἔπεσι μαντικοῖς et Θείοις λόγοις item in Μελαμποδίᾳ tractauerat: denique, nulla interpretum ratione habita, hunc ſenſum verſibus Virgilianis ineſſe putat, Linum fiſtulam Heſiodi Gallo dediſſe, qua ille Gryneum nemus cantaret, eoque nihil aliud ſignificari, quam Gallum tale opus aut ſcripſiſſe aut molitum eſſe ſtilo Heſiodeo, aut ad imitationem Heſiodi. (quam expoſitionem in minore Virgilii editione retinet, additque, in carminibus Heſiodi memoratis potuiſſe aliquid eſſe de oraculo Apollinis Grynei, quod Gallus latine expreſſiſſet.) In addendis ad maiorem Virgilii editionem pag. 218 ſqq. tom. IV. (in edit. II. ſtatim inſeruit, et retractauit in vol. I. p. 111 ſq. et p. 170.) quaedam, quae in nota adtulerat, ipſumque Suidam, emendat, contra Toupium diſputat, et exiſtimat, idem opus fuiſſe Euphorionis Μοψοπίαν et Ἄτακτα (ſiue potius, vt in edit. I. corrigendum cenſebat, Ἀττικα,) et χιλιάδας adpellatum, ſed librum quintum περὶ χρησμῶν *de oraculis*, egiſſe: fabulam de oraculo Apollinis Grynei fuiſſe particulam Chiliadis περὶ χρησμῶν, a Gallo latine conuerſam; Euphorionem vero ipſum Heſiodum, qui ἔπη μαντικὰ ſcripſiſſet, expreſſiſſe. Parum adcurate *Eudocia* p. 167. ſcripſiſſe videtur de Euphorione: Φέρεται αὐτῷ συγγράμματα ἐπικά· Ἡσίοδος· Μοψοπία· Ἀττικὴ χιλιάς· πέμπτη χιλιὰς· περὶ χρησμῶν. Nimis etiam obſcurus poeta dicitur a *Cicerone* Diuin. II. 64. vbi vide Dauiſium, a quo tamen Ciceronis verba praue correcta eſſe, notat *Toup* l. m. pag. 134. Ex *Euphorionis* Chiliadibus fragmentum mutilum a Stephano B. ſeruatum, e cod. adfert *Montfaucon* in bibliotheca Coislin. pag. 281. et pag. 519. Euphorionis epigrammata nominat inter ea, quae exſtant in Anthologia MS. *Leonardi Philarae*, vulgo *Villeret* Athenienſis. — *Euphorion* ἐν Ἀπολλοδώρῳ, ſcripto quodam ſuper Apollodoro, citatur a ſchol. Apollonii Rhodii I. 1063. aliisque. vid. Heyne ad Apollodori biblioth. part. III. pag. 1178. adde infra ad lib. II. cap. 19. p. 678. et vol. II. lib. III. cap. 28. p. [illegible] *Harl.*

Codices et editiones. [XIX. Quod ſupra aliquoties codices MSStos, in quibus vel coniunctim vel ſeparatim exarata ſunt carmina Heſiodea, iam notaui, paucos adhuc mihi notos adiiciam. In biblioth. Guelferbyt. e bibliotheca Gudiana venit *Procli Diadochi* Comment. in Heſiodi O. et D. vid. cl. *Schier* progr. de codicibus nonnullis gr. MSS. in bibliotheca - Guelpherbytana, Helmſtad. 1755. pag. 12. Bibliotheca academica *Erlangenſis* ſeruat cod. in charta laeuigata ſcriptum eumque recentiorem in 4. in cuius fronte adnotatum eſt: „E bibliotheca Ludouici Camerarii, qui hunc codicem dono acceperat a patriarcha Conſtantinopolitano, Cyrillo Lucari.“ Continet *Opera et Dies.* — In bibliotheca *Breslau.* teſte Kranzio, in Memorab. biblioth. Eliſabeth. Wratislauienſis pag. 88. — In Biblioth. *Norib.* cod. a. 1589. etc. ſcriptus, vid. *de Murr* in Memorabil. biblioth. Norib. I. pag. 50. — In bibliotheca *Gothana*, teſte Cypriano in catalogo codd. MSS. biblioth. Gothanae cod. a Io. Cretenſi deſcriptus Venetiis, 1482. continet is *Opera et Dies.* — In biblioth. *Scorialenſi*, teſte *Plüer* in: Reiſen durch Spanien p. 172. et *Eduardo Clarkio* in: Briefen von dem gegenwärtigen Zuſtande des Königreichs Spanien, ex interpr. teutonica Io. T. Koehleri pag. 405. adde Eccardi Ueberſicht — — und Grundlage zur Geſchichte der Bibliotheken p. 96. *Heſiodi Opera et dies* cum ſcholiis Procli Platonici Diadochi. Item Theologia (Theogonia) et Aſpis (Scutum) cum ſcholiis. — In *Montfaucon* bibliotheca Coisliniana p. 226. nominatur codex recens 165. qui fol. 285. continet *Heſ. O. et D.* cum commentariis, et in cod. 345. fol. 290. (p. 502.) leguntur λέξεις ex Heſiodo: conf. *Phil. Labbei* nouam bibliothecam MSS. librorum, Pariſ. 1653. pag. 105. — Eſt quoque *Heſiodus*, mspt. in bibliotheca *Wittebergenſi* — in bibliotheca electorali *Bauar.* Monac. — in biblioth. Dominicanorum, *Florent.* teſte Montfaucon p. 419 ſq. item *Veronenſi, Romana* tam Vaticana, quam quae olim Chriſtinae Suecorum reginae fuerat, teſte Montfaucon. — In Biblioth. *Mazzarini* Pariſ. 1) Omnia *Heſiodi* Opera. 2) *Procli* Commentar. — In biblioth. *Taurinenſi* 1) *Heſ.* Opera cum ſcholiis, 2) O. et D. 3) Opera cum comm. Tzetzae et Ioann. Protoſpatharii. — In bibl. du St. Germain, Pariſ. ſunt duo codd. vid. *Lami.* p. 41. — In *Iac. Philippi Thomaſini* bibliothecis *Venetis* MSS. Vtini, 1650. 4. in bibl. S. Antonii, plut. 18. p. 17. *Heſiodi* Opera. 4. cod. chart. in bibl. SS. Ioannis et Pauli, plut. 1. pag. 20. *Heſiodi* Opera cum ſcholiaſte, variisque lectionibus et notis fol. membr. — inter codd. Cardinalis Beſſarionis, pag. 40. plut. 18. *Heſ.* Opera cum commento, membr. — In bibl. *Barociana* p. 81. *Theogonia Heſ.* cum ſcholiis antiquis, in 4. in bibl. Federici Ceruti, p. 98. *Heſiodi* quaedam. — In *Catalogo librorum MSS. Angliae et Hiberniae*, Oxon. 1697. tom. I. in bibl. Bodleiana inter codd. Barocc. nr. 46. p. 5. *Heſiodi* Opera et Dies cum ſcholiis, iisdem fere cum vulgatis, at confuſis, et ordine plerumque immutato, nr. 60. p. 7. *Heſ.* O. et D. cum ſcholiis Tzetzae, et Theogonia cum ſcholiis marginalibus. nr. 109. p. 12. *Heſiodi* Theogonia cum ſcholiis. — Inter codd. Laudi, nr. 699. p. 55. *Heſ.* O. et D. nr. 731. p. 56. *Heſ.* O. et D. cum ſcholiis gr. — In tomo II. p. 58. inter codd. Voſſian. nr. 2148. *Heſiodus*, et pag. 59. nr. 2201. Certamen Homeri et *Heſiodi*, et p. 60. nr. 2223. *Heſiodi* Scutum Herculis, pag. 61. nr. 2249. *Heſ.* O. et D. cum ſcholiis gr. — in bibl. *Norfolciana* p. 84. nr. 3429. *Heſiodus* totus. — Montfaucon in Diario italico commemorat aliquot codd. p. 17. in biblioth. *Mediolanenſi: Heſ.* O. et D. membr. ſacc. XIII. Scutum Herc. et Theogonia, bomb. ſacc. XIV. — p. 33. in bibl. *Mutinenſi: Heſ.* O. et D. — pag. 309. in bibl. S. Ioannis de Carbonaria, *Neap*[illegible] Heſiodi carmina, et pag. 311. Procli in Heſ. Ἔργα, tum Theogoniae phyſica expoſitio, d[illegible] p. 368 — 370. tres codd. Heſ. *Florenti-*

nos. — In *Catalogo MSS. bibl. regiae Pariſ.* vol. II. multi codd. quorum haud pauci etiamque, qui adſcriptos habent veterum commentarios, iam ſupra paſſim nominaui, reperiuntur, n. *undecim*, qui continent *Theogoniam*; *ſeptemdecim*, qui complectuntur *Opera et Dies*; et *decem*, in quibus eſt *Scutum*, quae omnia enumerare, longum ſit. — Scholia gr. in Heſiodum in Biblioth. *Geneu.* — Codd. *Moſcou.* lectiones varias cel. Matthaei deſcripſerat olim et miſerat cel. Iani, Horatii editori. — Codices *Lipſienſes* O. et D. cum comment. Moſchopuli deſcripſit Loesner in praef. ad Heſiod.

XX. De *editionibus*, quas ſecundum temporis, quo in lucem prodierunt, rationem indicaturus ſum, haec habeto. Nonnullis addita ſunt ſcholia et commentaria veterum: plurimae carent illis, et tamen optandum eſt, vt, quamquam multae nugae falſaque in iis reperiuntur, aliquis critices et omnis hiſtoriae antiquae peritus tum editos tum ineditos, praecipue Procli commentarios ſcholiaque compareret, et, vt Hemſterhuſius in explicandis emendandisque ſcholiis ad Ariſtophanis Plutum fecerat, ea corrigat illuſtretque, praecipue, quae in iis ad cognoſcendam antiquitatem veterumque de rebus diuinis humanisque opiniones, et fragmentorum ſcientiam aut rei litterariae notitiam conducant, intelligenter examinet exponatque.

Princeps editio eſt *Mediolanenſis* an. 1493. Continet illa *Orationes Iſocratis*, XVIII. *Eidyllia Theocriti*, et *Heſiodi Opera et Dies*. Omnia eodem prorſus litterarum charactere, atque eodem chartae genere expreſſa: cui corrigendae is ipſe probabiliter, qui curauit Iſocratea, praefuit Demetrius Chalcondylas. Ad calcem enim Iſocratis: ἐν Μεδιολάνῳ διορθωθὲν ὑπὸ Δημητρίου χαλκονδύλου· τυπωθὲν δὲ ὑπὸ Ἑῤῥίκου τοῦ Γερμανοῦ καὶ Σεβαστιανοῦ τοῦ ἐκ Ποντρεμόλου. Τὸ δ' ἀνάλωμα πεποιήκασιν οἱ τοῦ ἡγεμόνος Μεδιολάνου βαρθολομαῖος Σκυασος, Βικέντιος Ἀλίπραντες, Βαρθολομαῖος Ῥόζωνος ἔτει χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ τρίτῳ, Ἰανουαρίου εἰκοστῇ τετάρτῃ. vide *Maittaire* Annal. typogr. tom. IV. part. I. p. 64. et qui. ibi notat, hanc editionem habere ſignaturas et regiſtrum: *Sanclamandum* in Wartoni edit. Theocriti poſt praefationem, *Valckenar.* praefat. ad Theocriti decem Eidyllia, bibliothecam *Maphaei Pinelli*, tom. II. Venetiis, 1787. p. 302. ibique notam cel. Morelli. Eſt quoque forſan illa antiqua, quae memoratur in Catalogo MSS. reg. Pariſ. vol. II. nr. 2718. p. 543. et illa Heſiodi antiquiſſima, cum notis Iani Parrhaſii manu exaratis, quae exſtat in bibliotheca Neapolitana, teſte Montfauconio in Diario Italico p. 311. *Saxius* tamen in hiſtoria typogr. litter. Mediolan. pag. 570. adſcribit illam edit. annum 1487. at annus calamo inſcriptus eſt illius exemplo. Illuſtriſſ. Comes de Reviczky in bibliotheca ſua graeca et latina, Berolini, 1784. p. 8 exiſtimat, haud conſentaneum eſſe, quod nonnulli volunt, hanc editionem cum Iſocrate an. 1493 vna in lucem fuiſſe emiſſam, licet in exemplari quopiam ad calcem Iſocratis adſimul compacta reperiatur. Atque Maittaire loco citato et tom IV. part. II. pag. 559. Iſocratis tantum facit mentionem in illa editione. In Catalogo bibliothecae Lugd. Batau. p. 231. haec eadem editio nominatur: *Iſocratis Opera*, *recenſente Demetrio Chalcondyla*, *Mediolani*, 1493. fol. — *Eadem*, *cui annectitur Theocritus et Heſiodus*, *Graece*, 1493. fol. Sunt igitur exempla, in quibus Iſocrates ſolus comparet [vt illud, quod habet Catalogus Cremenſis 1784. tom. III. p. 58. *Beck.*] et alia, quibus Theocritus atque Heſiodus adhaerent.

Princeps olim habebatur edit. *Aldina* an. 1495. fol.

Theocriti

Theocriti Eclogae triginta. Genus Theocriti et de inuentione Bucolicorum. Catonis Romani ſententiae paraeneticae diſtichi. Sententiae ſeptem ſapientum. De inuidia. Theognidis Megarenſis Siculi ſententiae elegiacae. Sententiae Monoſtichi per capita ex variis poetis. Aurea carmina Pythagorae. Phocylidae poema admonitorium. Carmina Sibyllae Erythreae de Chriſto Ieſu Domino noſtro. Differentia vocis. Heſiodi Theogonia. Eiuſdem ſcutum Herculis. Eiuſdem Georgicon libri II. In calce leguntur haec: *impreſſum Venetiis characteribus ac ſtudio Aldi Manutii Romani, cum gratia* etc. MCCCCXCV. *menſe Februario.* Error eſſe videtur, quando in biblioth. noſtra Fabricii edit. prioris annus 1494. in editione autem altera an. 1491. ſignificatur, quo id opus luculentis typis exſcriptum ſit: prior annus 1494. de tempore, quo coepit praelo ſubiici opus, aut Epiſtola nuncupatoria ad Baptiſtam Guarinum praeceptorem ſuum ſcripta, poterit intelligi: atque *Villoiſon*, qui in Anecdotis graec. vol. II. pag. 265. quaedam ex Aldi praefatione de illius ſtudio curaque codicum fidem et lectiones reddendi excerpſerat, annum 1494. ponit, quo Aldus Manut. Heſiodum Venetiis e praelo ſuo exire iuſſiſſet: eumdemque annum Fabricius infra lib. II. cap. XI. 4. et rurſus vol. XIII. p. 606. vbi Aldi praefationem recudendam curauit, dedit huic Aldinae editioni. Nota vero an. 1491. (quo anno Manutius nondum nomen ſuum addidit libris, ſua cura typis excuſis, vid. *Geret* in diſſ. de Aldo p. 69 n. 9) et p. 141 ſq.) in altera Fabricii editione error typographicus eſſe videtur. Nam Fabricius ipſe habuerat exemplum, et „quo vſus eſt, ait, olim Daniel Heinſius, qui manu ſua nonnulla adnotauit, et quaedam non vulgaria ex hac in reliquis recentioribus emendari poſſe monuit.“ At annum 1495 calci operis adpoſitum, habent praeter exemplum, quod ipſe vidi in biblioth. periluſtris *de Haller*, conſiliarii intimi, ampliſſima Noribergae, exemplaria in bibliothecis *Lipſienſibus*, de quibus, praecipue, quod in binis eiuſdem anni exemplis magna eſt in Theocriti idylliis lectionis et ordinis varietas, diligenter egit *Reiske* in praefatione ad Theocritum ſuum pag. VI ſqq. in bibliotheca *Gottingenſi*, de quibus docte diſputat cl. *Glandorf* in Indice collectionum poetarum Gnomicorum, praemiſſo illius editioni Pythagoreorum aurei carminis, (Lipſiae, 1776. 8.) pag. 31 ſqq. in bibliotheca Lugduno-Bataua p. 492. nr. 25. et Hulſiana tom IV. part. I. p. 264. vbi bis occurrit, primum cum Theocrito et reliquis, dein Heſiodus ſeorſim, ita vt inſcriptione peculiari inſtructa altera pars operis ſeiunctim quoque vendita ſit, et Comitis *de Reviczky* p. 8. in *Maittarii* Annal. I. p. 243. 244. et IV. part. II. pag. 590. in *de Bure* Bibliographie inſtructive, Belles lettres, tom. I p. 194. nr. 2480. qui copioſe deſcribit formam et rationem huius editionis, in Catalogo ſ. bibliotheca ducis *de la Valliere* tom. II. pag. 60. nr. 2355. in *Osmont* Dictionnaire typographique — des livres rares etc. tom. I. pag. 345. notato pretio 50. l. in *Sam. Lutheri Geret* diſp. de Aldi Pii Manutii rom. vita meritisque, Wittembergae, 1753. pag. 85. in *Baienhauptii* biblioth pag. 161. vbi forma dicitur quarta maxima, et alibi. Nam haec teſtimonia ſufficiant, quae pro anno 1495. militent. Adde cl. *Lengnich* in: Beyträgen zur Kenntniſs ſeltener und merkwürdiger Bücher, part. II. pag. 94.

Laus Muſarum ex Heſiodi Aſcraei Theogonia: in collectione quadam carminum ſacrorum et profanorum. — Erphordie per Enricum Sertorium Blancopolitanum, 1501. 4. 4½ pl. Eſt verſio libera verſibus heroicis a verſu 25 — 67.

Ἡσιόδου ἔργα καὶ ἡμέραι, curante Franciſco Tiſſardo, per Aegidium Gormontium. Pariſ. 1507. 4. conf. A. Chevillierium de origine typographiae Pariſ. p. 249. et Maittaire Annal.

nal. typ. tom. II. part. I. pag. 96. et pag. 184. Eſt primus liber, qui cum tribus aliis Pariſiis eſt graecis typis expreſſus.

Heſiodus, cum Theognide, Gnomis variorum poetarum ſecundum Alphab. verſſ. Sibyllae, Gregorii Theol. gnomis monoſtichis, (graece et cum praefatione *Euphroſini Bonini*,) Flor. in aed. Phil. Iuntae 1515. 8. vid. Bunauii Catalog. I. pag. 71. Clement. Bibliotheq. curieuſe hiſtoriq. et critiq. IX. pag. 460. (vbi plures rarae Heſiodi editiones recenſentur,) not.

In hoc opere continentur Heſiodi Aſcraei duo libri Georgicon, ἔργα καὶ ἡμέραι, *id eſt, Opera et dies, ſaluberrimis pleni doctrinis. Catonis romani moralia inſtituta. Fabula Cebetis Thebani miro ingenio, qua ad virtutem pergas, viam inſinuans et alia quaedam graece et latine — Ottomarus Aedon* (*h. e. Nachtgall*) *Argentinus*. Ioannes Knoblauch formulis excuſit (ſic, pro, *excuſſit*, aut *excudit*,) Argentoraci. 4. ſine anni nota. Quantum equidem exemplum meum cum editione Loesneriana comparando per plures verſus, deprehendi, in verbis graecis parum differt: at verſio latina plane diuerſa eſt. Inſunt quoque *Pythagorae* aurea carmina, et *Phocylidis* carmina. Maittaire in Annal. typogr. tom. II. part. I. p. 270. adferit hanc editionem anno 1515. recuſa eſt haec editio, *Heſiodo* excepto, Auguſtae Vindel. 1523. 8. vide *Goetzii* Memorab. bibliothecae Dresdenſ. vol. II. pag. 349. et doctiſſ. *C. C. am Ende* in Strobelii Miſcellaneis argumenti litterarii, (germanice,) collect. IV. Noribergae, 1781. pag. 46 ſqq. et pag. 57 ſq. Goetzius omiſit non ſolum verſus graecos, qui in fronte libri poſiti ſunt, ſed etiam duo verſus e Pindaro in laudem Heſiodi ſcriptos.

Heſ. Opera et Dies, gr. ſeorſim, et ſimul, at ſeorſim quoque Nic. Vallae translatio verſſ. Heroicis. Baſil. 1518. 4. apud Froben. vid. Maittaire II. part. I. pag. 320.

Gnomici ſcriptores aliquot: Aeſopi et Gabriae Fabulae, Agapeti de officio regis, Heſiodi Opera, Theognidis, Pythagorae, Phocylidis et aliorum ſententiae, graece. Baſileae, apud *Frobenium*, 1521. 8. vid. Maittaire Annal. itt. vol. V. tom. I. pag. 11. et pleniorem titulum in Glandorf Prolegom. ad Pythagorae aurea carm. pag. 39.

Heſiodi Opera et dies, cum praefatione et enarrationibus Philippi Melanchthonis, apud Anton. Augerellum. Pariſ. 1533. 8. vid. Maittaire Annal. typogr. vol. II. tom. II. pag. 789. Num haec prima ſit editio Melanchthoniana, equidem neſcio et fere dubito. Cl. tamen Strobel in Catalogo ſcriptorum Melanchthonis pleniſſimo pag. 21. in Miſcellaneis argumenti litterar. (germanice,) collect. VI. Noribergae, 1782. hanc non memorat, ſed edit, cum duabus praefationibus ac luculentiſſ. enarrationibus Melanchthonis, Francof. 1541. 8. primam tanquam editionem adfert. At enim vel quod binae praemiſſae ſunt praefationes, id iam ſatis eſt teſtimonii, alias illam anteceſſiſſe. Praefationes autem iſtae fuerant adlocutiones ad auditores, quibus Heſiodi carmen explicuit; atque enarrationes ingenio illius temporis et auditorum accommodatae, doctrina diſciplinaque Melanchthoniana haud quidem indignae, nec vero ſubtiles aut valde eruditae: et tamen fuerunt illa editio illaeque enarrationes frequenter recuſae, *Paris.* 1543. 8. ex officina Iacobi Bogardi, — *Mulhuſi*, 1550. 8. — *Francof.* 1553. 8. — *Tiguri*, 1548. 1562. 1579. 8. (additis his editionibus Tigurinis ſcholiis Ceporini.) *Lipſiae*, 1576. et 1581. 8. — ibid. 1591. 8. — *Wittebergae*, 1612. 8. — ibid. 1623. 8. — *Ienae*, 1662. 8. — *Hagenoae*, 1532. 8.

Heſiodi

Ἡσιόδου τοῦ Ἀσκραίου ἔργα καὶ ἡμέραι. Θεογονία. Ἀσπὶς Ἡρακλέους. *Heſiodi Aſcraei Opera et dies. Theogonia. Scutum Herculis. Omnia vero cum multis optimisque expoſitionibus.* In calce. *Venetiis in aedibus Bartholomaei Zanetti Caſterzagenſis, aere vero et diligentia Ioannis Franciſci Trincauelli. Anno a partu virginis.* MDXXXVII. Menſe Iunio. 4. Exemplar, quod habeo, eſt nitidum, litterae ſplendidae. Prima autem eſt haec editio, admodum rara, inter graecas editiones, quae ſtipatae ſcholiis graecis Procli Diadochi, Ioannis Tzetzae, Emanuelis Moſchopuli, et Ioannis Protoſpatharii, in lucem prodierunt. Inſtrumenta, quibus veteres in agro colendo vtebantur, in hac editione fol. 112. ligno inciſa ſunt nitidius, quam in exemplis Clerici et Loesneri: addita ſunt nomina graeca. Textus verba num ex antecedentibus editionibus deſumſerit, an, id quod probabilius eſt, e codicibus emendauerit Trincauellus, equidem definire non poſſum. Atque Trincauello in epiſtola breui ad Petrum Victorium ne verbulum quidem de ſubſidiis aut ratione, qua vſus ſit, aut de aliis rebus, quae ad iudicium de illius opera et codicibus, quos adhibuit, recte ferendum faciant, aut ſcitu neceſſaria vtiliaue eſſe poſſint, adiicere placuit. Textus vero eſt multis partibus melior et emendatior, quam in poſterioribus, in quibus bonae lectiones haud raro, at ſine cauſſa ſunt mutatae, et habet ſubinde lectiones, quas Graeuius aliique pro coniecturis dederunt. Scholia autem in multis locis ſunt multo meliora, pleniora et emendatiora, quam in Baſileenſibus et Heinſiana, illarum filia, editionibus, ita vt futuro editori vel in conſtituendis ſcholiaſtarum verbis, comparato Trincauelliano exemplo, multa ſuperſint corrigenda et reſtituenda, v. cl. *Wolf* ad Theogoniam Heſiodi ab ipſo editam p. 51 ſq. *Freytag* in Adparatu literar. tom. I. p. 225 ſqq. Fabricius loco noſtro, „elegans, ait, et emendata, quam ex cod. MSto ſuppletam me memini videre in bibliotheca Gottorpienſi ſeren. Holſatiae ducis, inter libros Wowerianos. In hac editione, quaedam melius legi, (v. p. poſter. fol. LXXIII. lin. 26.) quam in poſterioribus, etiam Heinſiana, (an. 1603. p. 125. lin. 24.) notatum Seldeno ad Marmora Oxonienſia p. 36 ſq.“ (an. 1628. p. 139. lin. penult.) In biblioth. Burmanni II. (teſte eius Catalogo, MSSt. p. 25. n. 2616.) fuit exemplar huius editionis cum plurimis emendatt. et not. MSS. G. Falkenburgii.

Heſiodi opera et dies et Theogonia et clypeus. Theognidis ſententiae. Sibyllae carmina de Chriſto —. Muſaei opuſc. de Herone et Leandro. Orphei Argonautica, Hymni et de lapidibus. Phocylidis Paraeneſis. Florentiae per Bened. Iunctam. 1540. 8. Differt a Iuntina priore. Illa vero Ben. Iuntae editio atque collectio typis, nec diligenter, repetita eſt in officina *Farrea Venet.* 1543. 8. v. infra. Num edit. *Veneta* 1542. 8. quam memorant Fabric. et Harwood, re vera exiſtat, an ſit Farreana, vitio nota anni commiſſo, equidem neſcio.

Heſiodi Opera omnia. gr. et lat. item eadem latine verſa, interpretibus Nicol. Valla, ac Bonino Mombritio, et deorum genealogiae latinis verſibus elegiacis a Burcardo Pylade Brixiano conſcriptae libri V. et graeca in omnia Heſiodi opera Ioann. Grammatici cognomento Tzetzis ſcholia. Baſil. (1542.) 8.

Ioannes Birchmann, bibliopola. in epiſtola ad Cuthbertum Tonſtallum, Epiſcopum Dulmenſem, Coloniae Kal. Iun. a 1542. ſcripta, ſe, ait, e cod. Cantabrigienſi, a Io. Cheko, medicinae et litterarum graecar. profeſſore miſſo et negotio edendi dato, ſcholiaſten illum gr. excuſum typis dediſſe, v. *Maittaire* Annal. typogr. tom. III. part. I. p. 339 ſq. Scholia graeca ſunt quidem pleniora, quam in priore, at ſaepe quoque mutilata et turbata, interpolata, hinc inde vitiata et corrupta, vt iam Fabricius et Wolf monuerunt. — Eiusdem *Tzetzae* ſcholia gr. ſepa-

gr. ſeparatim ſunt excuſa litteris, et in *G. I. Iaeniſch* biblioth. (Hamburg. 1782. 8.) part. I cap. 2. p. 38. ſunt exemplar, in quo primum locum Tzetzae Expoſitio Baſil. ſine anni nota, alterum autem locum Heſiodi Opera cum interpr. lat. Baſil. 1542. occuparunt. Atque editio prima Baſileenſis cum ſcholiis Tzetzae, quae in nonnullis catalogis diſertis verbis ſignificatur edita 1542, anni notam ex praefatione adſcriptam accepiſſe videtur, (nam in catalogo bibl. Bodleianae habet notam *Calendae* 1542, quod clare prodit indicem ex praefatione ſumtum,) et eadem eſſe, quae ab aliis, vt Maittario, Pinellio (tom. II. Catal. p. 273. n. 4187) aliisque curatius indicatur, *abſque anni et typographi nota:* quam diligenter deſcripſit ven. *Moerl* im: Litterariſchen Wochenblat. Norberg. vol. II. p. 35 ſq. Quare Baſileenſem et ſine nota anni et addita nota, vnam eamdemque eſſe arbitror editionem. Equidem in meo exemplo anni notam inuenire nequeo. Inſcriptio autem haec eſt: (plane eadem, quam *Moerl* notauit.) Ἰωάννȣ Γραμματικȣ τȣ Τζέτζȣ ἐξήγησις — *Ioannis Grammatici Tzetzis expoſitio librorum Heſiodi, Operum et Dierum, Clypei Herculis, Generationis deorum. Summa nunc demum induſtria ad vetuſtiſſimi atque optimi exemplaris fidem caſtigata, inque lucem edita, addito etiam rerum et verborum in hiſce omnibus memorabilium indice. Cum gratia et priuilegio ad ſeptennium. Baſileae.*

Heſiodi Aſcraei Opuſcula, inſcripta Ἔργα καὶ Ἡμέραι, *ſic recens nunc latine reddita, vt verſus verſui reſpondeat, vna cum ſcholiis obſcuriora aliquot loca illuſtrantibus, Vlpio Franekerenſi Friſio autore. Addita eſt antiqua Nicolai Vallae translatio, vt quis conferre queat. Item acceſſit Angeli Politiani Ruſticus, ad ſimulum et exemplar ſecundi libri Heſiodi factus. Baſil.* apud Mich. Iſing. M. D. XL. 8. Multas habet lectiones bonas, ex ſuperiore quodam exemplo forſan ſumtas, et Graecum ad Hengrin. editionem aliquoties prouocat, eiusque lectiones probat. *Vlpius* in Epiſt. ad Sixtum Gemmelich dedicatoria et Francof. prid. Kal. Apriles 1539. ſcripta. (vnde a *Maittaire* in Ann. typogr. III. p. 305. aliisque adſeritur illa editio an. 1539.) narrat, ſe Harlemi et Louanii didiciſſe, et docuiſſe Coloniae et Erphordiae, atque verſionem ſuam latinam, (metricam) poſtulantibus auditoribus dictaſſe, denique ad Heſiodum ſuum edendum ab amicis nonnullis eſſe compulſum. Adnotata vero in Heſiodum ſunt pauca, nec critica, et maximam partem exigui momenti. — Recuſ. Pariſ. 1543. 8. apud Iac. Bogardum, et Baſil. 1553. 8. apud Iac. Purcum. (in Creuennae Catalogo, vol. III. p. 124.)

Heſiodi Opera et Dies, et Zoroaſtri Magica oracula, gr. Pariſ. 1542. 4. (cum notis MSſtis Caſauboni in bibl. Dresd.) cum inſigni *Neobarraeo*, apud Iacob. Bogardum, (1541. 8.) vti ſuſpicatus eſt Maittaire in An. Typ. III. p. 329. — *Heſ. Omnia*, gr. Coloniae. 1543. 8.

Heſ. Opp. et D. Pariſ. 1542. 4. — *Heſiodi* O. et D. Theogonia et Clypeus. *Theognidis* Sententiae. *Sibyllae* carmina de Chriſto. *Muſaeus.* — *Orphei* Argon. Hymni et de Lapidibus, et *Phocylidis* Paraeneſis. Omnia graece. Venet. 1543. 8.

Heſiodi Omnia gr. et lat. addito eidem latino carmine partim a Nic. Valla, partim Bonino Mombritio verſa et Pylade Theogonia quinque libris etc. per Ioan. Oporinum. Baſil. (1544.) 8. Annus, qui dubius eſt, notatur tantum in praefatione, in qua Oporinus editionem memorat paucis ante menſibus a ſe curatam. Ex officina *Oporini* poſtea ſaepius prodiit *Heſiodus* 1550. (v. Maittaire III. 1. p. 771. n. a.) 1564. (cui editioni praefuit *Iacob. Hertelius*, qui

in

in academia Baſileenſi bonas litteras profeſſus eſt,) 1574. (v. infra) et 1580. 8. cum notis *Georgii Heniſchii,* medici et mathematici Auguſtani.

Hesiodi Theogonia et Scutum Herculis, gr. Pariſ. apud Bogardum 1544. 4. — et ibidem *Hesiodi* O. et D. 1547. 4. in Pinelli bibl. vol. II. n. 4189. cuius exemplo ibidem adduntur *Heſ.* Opera et Dies, latine, Pariſ. Martin Iuuenis. 1549. 4. —

Hesiodi O. et D. vna cum duobus praefation. ac luculentiſſimis enarration. Phil. Melanthonis iam recens conſcriptis. Graece. Francof. ex offic. P. Brubachii. 1546. 8. — ibid. 1559. 8. etc.

Hesiodi Ἔργα cum gnomicis. Baſil. 1549. 12. — *Heſ.* gr. cum Theognide, Pythagora, Phoc. Francof. 1549. 8. a Fabricio memoratus eſt in 12. in Vſſenbachii bibl. tom. I. p. 689.

Ἡσιόδου Ἀσπὶς etc. *Hesiodi Aſcraei poetae vetuſtiſſimi poemation de Herculis Clypeo iam recens latino carmine redditum Ioanne Ramo de Goes apud Auſtriacorum Viennam graecae linguae P. P. interprete. Viennae Auſtriae apud Ioannem Syngrenium anno MDL.* Textum graecum excipit Rami verſio latina verſibus hexametris confecta. vide Indicem libror. rariorum bibliothecae Vniuerſit. regiae Budenſis, part. I. p. 501. collato ſupplemento ad part. II. p. 489, et *Denis* Wiens Buchdruckergeſchichte, p. 447. Verſio latina cum aliis recuſa eſt Lipſiae cum textu omnium operum Heſiodi graeco et interpret. latina Pyladis Brixiani verſione 1572, item 1597. 8. et 1603. 8.

Hesiodi Opera et Dies, graece, cum interpretatione latina et ſcholiis auct. Matth. Garbitio. Baſil. 1548. 8. (in bibl. Burmanni II. p. 183. n. 1027. niſi error anni eſt.) per Io. Oporin. 1559. 8. editio rara et bona; in qua ſenſum et nexum orationis tantum declarauit Garbitius. Annus, quo liber editus, a Garbitio, Profeſſore Tübingenſi, in praefatione notatur, Cal. Ian. 1559, in calce vero Baſileae 1559, menſe Februar.

Heſiodi Theogonia, graece, ex officina Seruatii Saſſeni. Louan. 1552. 4.

Hesiodi Scutum Herculis, gr. excudebat Seruat. Saſſenus. Louan. 1553. 4. Maittair. Ann. V. part. I. p. 483.

Hesiodi O. et D. gr. apud Guil. Morel. Pariſ. 1556. 4. — et apud Fed. Morel. ibid. 1581. 4. et apud Simon. Colin. ſine anni nota. 8. Maittaire Annal. typ. V. part. I. p. 483. — Pariſ. apud Wechel. ſine anni nota. — —

Hesiodi Opera, inter poetas principes *Henr. Stephani.* 1566. fol. gr. Stephan. nouam inſtituit recenſionem, de coniectura aut e ſcholiaſtis aut aliunde, (prouocat aliquoties ad veterem codicem,) multa correxit, in margine lectiones notauit, exempla Aldinum et Florentinum contulit, eorumque errores aperuit in notis praemiſſis a p. XXVII — XXXIII. et *Ceporini* negligentiam erroresque (in edit. Tigur. 1562, quae tamen antea, *Heſ. gr. et lat. cum ſcholiis Iac. Ceporini et Io. Friſii verſione, cum Epigrammatibus ſelectioribus gr. lat. Centuriae II.* Tiguri 1542. prodiit rariſque libris adnumeratur,) ſaepius, praecipue p. XXVIIII. culpat: eiusque editio facta eſt baſis plurimarum, quae ſequutae ſunt, editionum. — Κατὰ πόδα Stephani recenſionem reddidit *Iac. Lectius* in poetis graecis veterib. carminis heroici — gr. et lat. Geneuae 1606. fol.

Heſiodus, gr, Lutetiae apud, Benenat. 1567. 4.

Heſiodi Genealogia deorum, gr. Lutet. 1571. 4.

Vetuſtiſſimorum authorum graecorum, Georgica, Bucolica et Gnomica poemata quae ſuperſunt: Heſiodi Opera et Dies, Theocriti, Simmiae, Moſchi et Bionis Idyllia et Epigrammata, Philemonis, Alexidis, et aliorum veterum comicorum Gnomica, gr. et lat. ex editione Ioannis Criſpini. Vt plurimum ſequitur Stephanum. apud Euſtach. Vignonem. Geneuae. 1569. 12. iter. 1574 et 1584. 12. 1600. 12. 1612. apud Ioh. Vignon. 1620. ibid. 1629. Apud Bure Bell. Lettr. tom. I. n. 2482. an. 1570. 12. eſt nota, *excudebat Criſpinus.*

Heſiodi Opera, gr. et lat. cum ſcholiis Tzetzae, ad calcem libri, latine verſis per *G. Heniſchium*, Barthfeldenſem, Baſil. ex officina Oporin. 1574. 8. — ſine ſcholiis. ibid. 1580. 8.

Heſ. O. et D. gr. et lat. per Vallam et Vipium Friſium cum comment. Steph. Riccii. Lipſiae, 1580. 8. (notante Fabricio) Witteberg. 1590. 8. (in Catalogo bibl. Bodleian. voc. *Heſiodus*) et Lipſiae 1611. 8. In Catal. librorum bibl. Tigurinae ſignatur illa editio I. Lipſiae 1580. 8.

Heſiodi O. et D. graece. Antwerp. 1581. 8. in bibl. Lugd. B. Catal. p. 329. cum Nanſii verſ. et notis MSS.

Heſiodi Opera, quae extant, gr. et lat. cum variantibus lectionibus e MSS. Palatinis et notis doctorum virorum. Apud Hieronymum Commelinum 1591. in 8. Editio bona praecipue ob varias lection. Exemplari in biblioth. Lugd. Bat. (Catalog. p. 265.) ſunt quaedam adſcripta.

Eadem, cum notis iisdem, gr. et lat. e typogr. Hieron. Commelini. 1598. 8.

Heſiodi Opera et Dies, recenſuit et commentariis illuſtrauit Io. Spondanus ***) gr. et lat. Rupellae 1592. 8. In *Engelii* bibliotheca ſelectiſſima dicitur editio rariſſima et praeſtantiſſima. Spondani verſionem Lectius poſtea reddidit in Corpore poetarum epicor. graecorum. —

Heſ. O. et D. gr. et lat. Lipſiae 1585. 1597. 8.

Ἡσιόδου Ἀσκραίου τὰ εὑρισκόμενα. *Heſiodi Aſcraei quae exſtant, cum graecis ſcholiis Procli, Moſchopuli, Tzetzae in Ἔργα καὶ ἡμέρας, Io. Diaconi et incerti in reliqua. Acceſſit liber ſingularis, in quo doctrina ἔργων καὶ ἡμερῶν eiusque inſtitutum contra opinionem, quae obtinuit, oſtenditur, item Notae, emendationes, obſeruationes et index copioſiſſimus in Heſiodum eiusque interpretes. Opera et ſtudio Dan. Heinſii. Ex Officina Plantiniana Raphelengii M.D.CIII. 4.*

Heinſius in hac editione vt nobili, ita quoque admodum rara, in primis ſequutus eſſe videtur exempla Baſileenſia, praecipue in ſcholiis quae, vt ſupra iam monuimus, ex cod. Vindobonenſi et editione Trincauelli multis in locis poſſunt emendari ac ſuppleri. In contextus tamen verbis conſtituendis interdum diſcedit a ſuperioribus editoribus aut in notis ſuadet meliora. Attamen haud pauca deſiderant eruditi homines in hac editione. In ea autem, (vt verba repetam Fabricii noſtri,) poſt dedicationem ad Ordines Hollandiae, ſequuntur *Dan. Heinſii* Prolegomena, in quibus poetae Heſiodi character ſimplex a grammaticorum calumniis vindicatur. Inde

***) De hoc Spondano, Henrici, qui Baronium continuauit et in compendium redegit, fratre, v. A. Schottum in Epiſtola ad Cruſium p. 44. inter centum illas, quas Io. Brandt edidit.

Inde poſt nonnulla ex Suida, Anthologia, Gyraldo, aliisque Heſiodo adſcripta, legitur elegans Heinſii in Pandoram hymnus graecus, quem, cum primum nomine auctoris diſſimulato ſeorſim excuſum Ioſepho Scaligero typographus communicaſſet, vir ille doctiſſimus antiquo poetae tribuere non dubitauit, teſte auctore Apologiae pro Heinſio aduerſus Croium p. 129. Quin, Heinſio ipſo teſte in litteris ineditis ad Adiam Putſchium, negauit, ſe, ex quo renatae ſunt litterae, ſimile quid poemati graeci compoſitum vidiſſe. Penultimus in adpendice hymni verſus: Γρωτιάδην τ' ἐρίηρα φίλων ζύγος αὐν ἐόν τε omiſſus eſt in editione Heinſiana 1622. 8. poſt ſynodum Dordracenam edita, (etiam in aliis recentioribus, Ioannis quoque Clerici: v. Memorias Dombenſes ſ. Treuoltinas a. 1701. p. 269. edit. Amſtel.) quod Heinſius non auderet, tantis laudibus mactare nomen Hugonis Grotii, laudatiſſimum profecto, ſed praeualentibus tum in Belgio partibus inuiſum. Poſt alia in Heſiodum Heinſii epigrammata occurrit argumentum ἔργων Heſiodi ab Heinſio graece ſcriptum, in quo nonnulla, vt parum graeca, perſtringit Io. Croius p. 251 ſqq. Obſeruatt. ſacrarum. Deinceps ſuccedit Heſiodus ipſe graece et latine cum graecis ſcholiis, quae ex editione Veneta per Bonau. Vulcanium MSti codicis auctoritate ſuppleta et caſtigata, collata inſuper Baſileenſi editione, Heinſius recenſuit. Icon variorum inſtrumentorum ruſticorum, quae exſtat p. 310, quamque in ſua editione p. 261. repeti curauit Ioannes Clericus, [item in Wintertoni Poetis minor. graec. edit. Londin. 1739. Robinſon et Loesner p. 342.] petita eſt ex editione Veneta 1537. habet eam quoque Conradus Gesnerus p. 81. Operis de quadrupedibus, ſ. Hiſtor. Animal. lib. I. [Confer, quam dat *Montfaucon* in Palaeographia graeca lib. I. p. 9. e MSto cod. Heſiodi Florentino, monaſterii b. Matiae Benedictinorum: in illo ſchemate aliqua inſtrumenta ſunt figuris exhibita, quae in editione Heſiodi Veneta non comparent, et illud multo vetuſtius et ſincerius eſſe Veneto videtur Monteſalconio. Aliorum veterum inſtrumentorum ruſticorum iconas vide apud Fabrettum p. 574. Inſcriptionum.] Denique ſubiiciuntur fragmenta Heſiodi ex veteribus collecta a *Ioſepho Scaligero* et *Dan. Heinſio*, tum Ἡσιόδε καὶ Ὁμήρε ἀγὼν, graece ex edit. Henr. Stephani 1573. 8. [cuius certaminis MS. eſt inter codd. Voſſian. in Catal. bibl. Lugd. p. 396. n. 18.] Catalogus ſcriptorum Heſiodi Heinſiique introductio in doctrinam, quae libris Heſiodi ἔργων καὶ ἡμερῶν continetur: notae, emendationes et obſeruationes eiusdem Heinſii in Heſiodi ἔργα et ſcholiaſtes graecos, latinumque interpretem et ſpicilegium fragmentorum Heſiodi a *Io. Meurſio* ſuppeditatum, atque in graecos Heſiodi commentatores locupletiſſimus index graecus.

Heſiodi Opera omnia cum verſione emendata ab *Eraſmo Schmidio* et in Ἔργα enarratione Melanchthonis et 23. tabulis ſynopticis eiusdem Schmidii, Wittebergae 1601. 8. In hac editione plura, quam in ceteris, quae ſequutae ſunt, leguntur emendatius. v. Wolf. ad Heſiodi Theogoniam p. 104. — recuſ. ibid. 1612. 8. et 1633. 8.

Heſiodi Opera omnia, gr. et lat. — adiectis iisdem latino carmine elegantiſſ. verſis etc. Lipſiae 1603. 8. Praemiſſae ſunt praefationes, Hertelii, Baſileae 1564. ſcripta, cuius editio baſis eſſe videtur, et Melanchthonis. Tum carmina Heſiodi graece e regione poſita verſione latina. Poemati, Scutum Herculis, adhaeret ſcholion vetus, quod Fabricius §. 12. ex Aldino exemplo deſcripſit: et ſubiuncta eſt alia Clipei verſio latina. A p. 200. ſequuntur latinae metricae verſiones 1) Nic. Vallae Opp. et dier. 2) Vlpii Franek. eorumdem, 3) Io. Rami Viennae Auſtriacorum 1550, de qua ſupra egimus, Clipei Herculis, 4) Bonini Mombritii,

Patritii Mediolanensis, Theogoniae. His excipiunt deorum genealogiae a Barcardo Pylade Brixiano versibus elegantibus conſcriptae, lib. V. Additur index rerum et verborum admodum ta- bula inuentionis et diſpoſitionis in Opus Heſiodi Ἔργων καὶ ἡμερῶν — ſtudio et opera Ioannis I. F. Poſſelii, graecae linguae in academia Roſtochienſi Profeſſoris, cuius epiſtola dedicatoria ſcripta eſt Roſtochii d. 26. Sept. 1600. — Recuſa eſt illa editio, aut forſan nouum tantum accepit titulum, Lipſiae, 1615. 8.

Heſiodi Aſcraei quae extant. Dan. Heinſius interpretationem emendauit, introductionem in Opera et Dies, notas item addidit. Lugd. Batau. 1613. 8. — *editio recognita*, Lugd. Bat. 1622. 8.

Gymnaſmata verſuum graecorum. Batrachom. Homeri, Heſiodi Opera et Dies, Theogn. Pythag. Phocyl. omnia graece edita a Caſp. Brulovio. Argentor. 1618. 8.

Vetuſtiſſimorum poetarum Heſiodi, Theocriti, Theognidis, Moſchi, Muſaei, Bionis, Phocylidis et aliorum opera, Georgica, Bucolica, Gnomica. Graece et latine. Omnia notis ſuo loco neceſſariis illuſtrata et indicibus locupletata. Pariſ. 1628. 8. apud Ioan. Libert.

Singulis fere auctoribus ſuis titulus poſitus eſt, anno 1627. ſignatus. Praefixum deinde eſt folium, an. 1628. notatum, cum praefatione typographi, qua de auctoribus, antea a ſe ſingulatim editis, ac deinde in vnum collectis agit et rationem reddit. Exemplar, quod eſt integrum, quale fuit in bibliotheca Pinelli tom. II. n. 4198. (vid. v. notam Morelli, V. C.) rarioribus adnumerari ſolet libris. A Pinello in italica verſione Harwoodiani libri de variis editionibus auctorum gr. et lat. Venet. 1780. p. 5. vocatur *bellissima ed assai rara edizione.* In exemplo, quo vſus eſt Glandorf ad Pythagoram p. 52. priores [illegible] ſunt omiſſi.

Poetae minores graeci. Heſiodus, Theocritus, Moſchus, Bion Smyrn. Simmias Rhodius, Muſaeus, Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon, Tyrtaeus, Simonides, Rhianus, et multorum aliorum poetarum quaedam atque fragmenta. Accedunt Obſeruationes Radulphi Wintertoni, in Heſiodum: graece et lat. Cantabrigiae, 1635. 8. rec. ibid. 1652. 1671. 1677. 1684. 1700. Londini, 1712. eaedem cum expoſitione grammatica vocum difficiliorum, et tabulis aeri inciſis et Heſiodo inſertis; quae inſtrumenta veterum agri colendi inſtrumenta deſcribunt, 1739. 8.

In Heſiodo et plurimum ſecutus eſt Stephanum, diſceſſit tamen ab eo aliquoties, defenditque crebro ſuum ſenſum, et vſus exemplis Trincauelli, Criſpini (an. 1600. 12.) [illegible], (Baſ. 15[illegible].) Melanchthonis (Witteb. 1612.) et Lectii in Obſeruat. in Heſiodum, calci ſubiectis, de lectionum varietate et veritate potiſſimum diſputauit.

Heſiodi Opera omnia, gr. et lat. cum Georgii Paſoris indice Heſiodeo. Amſtel. 1632. 8. (alii an. 1631.) et Lugd. Batau. 1646. 8.

Eadem, gr. et lat. cum notis ſelectis, ex probatiſſimis quibusdam authoribus, opera et ſtudio *Corn. Schreuelii*, et indice Paſoris locupletiore. Lugd. Batau. per Fr. Hackium. 1650. 8. et an. 1658. (apud Harwood. ex edit. Pinelli italica p. 5.) Schreuelii editio, quamquam haud adeo commendabilis eſt, tamen, propter indicem, credo, Paſoris, ſaepius repetita eſt typis, Amſtel. apud L. et D. Elzeuirios, 1657. 8. (cui nitidae et correctae editioni in quibusdam exemplaribus etiam additus *Lamberti Barlaei*, graecae linguae in academia Lugdunobatava Profeſſoris,

Profeſſoris, *in Heſiodi Theogoniam commentarius luculentus* [k]) et Lugd. Batav. 1658. 8. — rec. Boniſacii. 1671. 8. — Cantabrig. 1672. 8. — Lipſiae, 1684. 1703. 1713. 8. — ibid. 1730. 8. et forſan ſaepius.

Heſ. O. et D. cum Lexilogia ſaepe nugaci *Io. Conr. Dieterici*, Gieſſae, 1659. et 1670. 8.

Heſiodi Opera omnia ex recenſione Io. Georgii Graeuii, cum eiusdem Animaduerſionibus, (ſiue Lectionibus Heſiodeis,) *et notis Iof. Scaligeri et Franc. Guieti.* Amſtel. apud D. Elzeuir. 1667. 8. (Exemplar exſtat in biblioth. Bodleiana cum MSS. collatum, teſte Catalogo illius biblioth. p. 574. aliud in biblioth. Dresdenſi cum notis MStis.)

Nouam recenſionem inſtituit *I. G. Graeuius*, vir graece doctiſſimus, vſus duobus codd. Voſſianis, et Expoſitione Procli manu exarata, quam a Marquardo Gudio communicatam acceperat, et priſcis quibusdam, at paucis, neque principibus, editionibus; Scaligeri, et eruditiſſimas, atque ſagaces, interdum paullo audaciores Franciſci Guieti notas primum adiecit, ipſe vero Graeuius partim ſubſidio librorum tam ſcriptorum, quam editorum atque veterum ſcholiaſtarum, partim beneficio ingenii ſui perquam multa loca feliciter reſtituit, in his interdum ea, quae iam in Trincauelli editione, qua quidem, primum recenſens poetam, caruit, bene fuerant curata, haud paucos verſus notauit obelo, verſionem correxit latinam, et theſaurum eruditionis graecae adpoſuit, loquendi potiſſimum formulas explicando. Alteram cum textus graeci, tum maxime lectionum Heſiodearum editionem, Clerici exemplis ſebruendam, interea nactus alium in Ἔργοις codicem, et exemplum Trincauelli Venetum, cui manus docta graecas aliquot ex antiquis ſcholiis adſcripſerat adnotationes, denuo recenſuit, locupletauit multisque in locis emendauit; et tamen, quae eſt humanae naturae imbecillitas, poſterorum ſagacitati, ingenio atque diligentiae multa reliquit intacta aut corrigenda, et arguitur a viris intelligentibus, in variis lectionibus e codicibus ſuis enotandis ſummam diligentiam non adhibuiſſe, nec loca obſcura et male adfecta perſanaſſe ſatisque colluſtraſſe.

Heſiodi Aſcraei quaecumque exſtant. Graece et latine, ex recenſione Ioannis Clerici, cum eiusdem Animaduerſionibus. Acceſſere notae Ioſephi Scaligeri, Danielis Heinſii, Franciſci Guieti et Stephani Clerici: Nec non in altero volumine Ioannis Georgii Graeuii Lectiones Heſiodeae, cum additiones, et Danielis Heinſii Introductio in doctrinam Operum et Dierum, cum notis Georgii Paſoris. Amſtelodami, apud G. Gallet, praefectum typographiae Huguetanorum. MDCCI. mai 8.

Non noua eſt recenſio; ſed, vt ipſe Graeuius ſub finem praefationis profeſſus eſt, Huguetanae ſequuntur tam in graecis, quam in verſione lat. Graeuianam editionem ſuperiorem. Clericus, vir alioqui multi ingenii et multarum litterarum, criticam hic raro adtigit, neque alia, quam quae habuerat Graeuius, critica quaeſiuit adhibuitque ſubſidia, in rebus potiſſimum explicandis verſatus. Praeter ea fragmenta latine vertit atque illuſtrauit. At, quia mythologiam, potiſſimum in Theogonia, more Bocharti, quem tamen ſaepe deſerit, ex

 lingua

[k]) Separatim vero, auctarii loco, an. 1658. 8. cura Schreuelii, ab Elzeuiriis editus eſt ille commentarius, opus Earlaei, qui notas in vſum ſuarum ſcholarum conſcripſiſſe videtur, poſtumum. Raro in arte critica verſatus Earlaeus multa docte bona et mythologiam potiſſimum vulgari modo explicuit, multa vero ieiune et ſteriliter expoſuit.

lingua Phoenicia antiquiſſimisque Graeciae hiſtoriis, omiſſis omnibus allegoriis, exponere ſuſtinuit, verae mythorum originis atque rationis paene ignarus, in eo mire abuſus eſt ingenio. Atque eruditi de eius opera hodie ſolent iudicare, quod ipſe in praefatione de Heinſii ſtudio ſenſit. „Heinſii, inquit, labores magni non facio, quem paſſim aberraſſe puto, *et inanes argutias captaſſe;* ſed propter viri famam, non fuerunt omittendi, et ſunt in iis nonnulla, quae legiſſe non poenitebit.“ Inſuper haec editio, in notis potiſſimum, obſita eſt naeuis. Clerici tamen operam ſtudiumque mirifice laudat *Nic. Hier. Gundling* in Hiſtoria philoſophiae moralis, Part. I. Halae Magdeb. 1709. 4. p. 10 ſq. Conf. Clerici bibliothec. ſelectam tom. XI. p. 349. Memorias litterarias Triuultinas ſ. Dombenſes, an. 1701. tom. I. p. 250 ſq. Le gazetier menteur de Mr. Burmann p. 70 ſqq. Diſſ. criticam de Chimaera in notas criticas Io. Clerici in Heſiodi Theogoniam, auctore Petro Penanae rec. Berol. 1703. 4. Acta Erudit. menſ. Sept. 1701. pag. 413 ſqq.

Ἡσιόδου Ἀσκραίου τὰ εὑρισκόμενα. *Heſiodi Aſcraei quae ſuperſunt, cum notis variorum. Edidit Thomas Robinſon, S. T. P.* Oxonii, e theatro Scheldoniano, 1737. mai. 4.

Splendida eſt editio, et praeclaras accepit acceſſiones. Baſis eſt editio, a Graeuio et Clerico curata; ſed hinc inde e codd. emendata, at tamen haud pauca peccata typographica remanſerunt, aut acceſſerunt. Excerptarum lectionum, a vulgata recedentium, parte ad textum ipſum corrigendum vſus eſt, reliquas autem ad finem operis reiecit Robinſon, ſi quis forte inde meliores lectiones eruere poſſet: quod valde incommodum eſt. Habuit vero Robinſ. Theogoniae duos codd. e bibliotheca Bodleiana, et vnum e bibliotheca ſocietatis regiae Londinenſis. Ad carmen *O.* et *D.* emendandum adhibuit tres Bodleianos, et vnum eiusdem ſocietatis regiae, praeterea varias lectiones cod. Coisliniani: ad *Scutum* denique Herculis varias lectiones codicis, qui in bibliotheca Comitis Oxonienſis fuit. E Clerici editione retinuit interpretationem latinam, hinc inde a ſe correctam, notas Scaligeranas et Heinſianas integras; Guieti autem et Clerici ſelectas, quibus ſuas ipſe immiſcuit vt plurimas criticas, interdum grammaticas, quae vel formulas loquendi vel ſenſum verſuum explicant, diſceſſione interdum ab expoſitione ſuperiorum interpretum, praecipue Heinſii et Clerici, facta, et plerumque dicta ſua veterum grammaticorum auctoritate confirmauit. Enimuero neque editiones vetuſtas contulit, nec poetam ex inſtituto tractauit, ſed locos nec admodum multos, nec nimis impeditos ſumſit ſibi explicandos, quod, vt ait, operoſis commentariis in res nihili patientem lectorem noluit praegrauare. Adiecit Lectiones Graecas Heſiodeas, et caput de Heſiodo e bibliotheca noſtra gr., omiſit vero introductionem Heinſianam et indicem Paſoris. Addidit quoque Certamen Homeri et Heſiodi cum ſua verſione latina atque adnotationibus Ioſ. Barneſii, et fragmentorum Heſiodeorum numerum auxit. (Certamen tamen iam antea e graeco in latinum tranſtulerat Iac. Philipp. Terzagius, Mediolanenſis, teſte Ghilino II. pag. 110. et Iac. Picinello p. 243. Athenaei eruditorum Mediolanenſium, et Fabricio ad oram exemplaris ſui adnotante.) Diſſertationem autem de vita, ſcriptis et aetate Heſiodi doctam praemiſit ſuae editioni, locupletiori quidem et ornatiori pluribus ſuperiorum, cui tamen multa deſunt ad omne punctum ferendum. Confer Noua Acta Erudit. menſ. Febr. 1738. pag. 49 ſqq. et Cenſor bibliothec. Britan. tom. XI. pag. 242 ſqq. — Repetita eſt, emendata verſio lat. et variae lection. adiectae, Londin. 1756.

Heſiodi

Heſiodi Aſcraei, quae extant opera, cum notis ex quibusdam auctoribus ſelectis, accedit Paſoris index opera et ſtudio Corn. Schreuelii, nunc denuo ad editionem Robinſonii recenſuit, interpretationem lat. emendauit, notasque ſuas adiecit Io. Tob. Krebſius. Lipſiae, 1746. 8. et 1778.

Probabilis editio, in qua Krebſius, tunc fere iuuenis, ea, quae bona eſſent in Robinſonii editione, in rem conuertit ſuam, verborum ſenſum expoſuit, aut coniecturarum et emendationum viri cuiusdam docti in Obſeruationibus Miſcell. Batau. tom. I. vol. 2. propoſitarum examen inſtituit, atque ſua diligentia ſtudioque effecit, vt noua haec editio Schreuelianas ſuperiores vtilitate atque bonitate multum ſuperaret. Neſcio tamen, quo fato acciderit, vt propemodum vicies, nomen *Krebſii*, loco *Graeuii* notis adpingeretur.

Heſiodi Aſcraei, quae extant, Orphei et Procli philoſ. Hymni. Omnia ab Anton. Mar. Saluini in Italam linguam translata, cum breuiſſimis annotationibus ex probatiſſimis auctoribus excerptis. Accedit Paſoris index vocabula ſingula Heſiodi complectens. Accurante Antonio Zanolini, I. V. D. ad vſum Seminarii. Patauii, typis Seminarii — apud Manfre. 1747. 8.

Splendida quidem eſt, ſed repetita tantum editio Schreueliana.

Heſiodi Opera, graece, edita a Kretſchmaro cum *Plutarcho* de pueror. educat. *Iſocratis* Oratt. III. et *Theognidis* ſententiis, Dresdae et Lipſiae, 1750. 8. —

Heſiodi Opera, graece, Lipſiae, 1776. 8.

Heſiodi Aſcraei quae exſtant, ex recenſione Thomae Robinſoni, cum eiusdem, Ioſ. Scaligeri, Dan. Heinſii, Franciſci Guieti et Ioannis Clerici notis, Io. Georg. Graeuii lectionibus Heſiodeis et Danielis Heinſii Introductione in doctrinam Operum et Dierum. Acceſſerunt varietates lectionis MSS. et edd. vett. ſcholiaque inedita, itemque Dan. Ruhnkenii animaduerſiones cum aliorum ſelectis, curante Chr. Frid. Loesnero. Lipſiae, ſumtu Gotth. Theoph. Georgii. 1778. 8.

Georgius, bibliopola, Robinſonianam Heſiodi editionem formulis in Germania deſcripturus et repetiturus typographicis, prouinciam nouae edit. detulit in cel. Loesnerum, Profeſſorem Lipſienſem, qui, voluntati bibliopolae cedere et obtemperare coactus, quantum in ſua ſitum fuit poteſtate, omnem operam adhibuit, vt noua haec editio Londinenſem, niſi [illegible] ſplendore et habitu, tamen meliore ordine et nouis acceſſionibus praeſtaret. Lectiones varias duorum Lipſienſium et Auguſtani codicum, de quibus in praefatione intelligenter diſſerit, cum ſcholiis Auguſtani MSti interlinearibus, tum varias lectiones edd. Aldinae, a recentioribus editoribus prorſus neglectae, vtriusque Iuntinae, Trincauellianae et Stephanianae, et integram collectionem variarum lectt. Robinſonianam textis verborum Heſiodi ſubiecit, (in qua congerie deſcribenda, ordinanda et diſponenda et in toto negotio, ſingulari Chriſt. Danielis Beckii, qui in praeſenti ornat vniuerſitatem litterarum Lipſienſem, diligentia et induſtria eſt adiutus.) Krebſii notas nonnullas immiſcuit ceteris, et a pag. 456. Ruhnkenii ex eius Epiſt. crit. an. 1749. edita, et aliorum ſuasque animaduerſiones dedit.

Ἠθικὴ ποίησις ſiue Gnomici poetae graeci, ad optimorum exemplarium fidem emendauit Rich. Franc. Phil. Brunck. Argentorati in bibliopolio academico. 1784. 8. (et 4.)

Nouam

Nouam plane recenſionem carminis *Opp. et Dier.*, pag. 150 ſqq. inſtituit cel. Brunck. Multa e cod. regio Heſiodi Pariſienſi et duo Stobaei cod. MSta, quaedam de ſua aut aliorum coniectura correxit, nec paucos, quos ſpurios [illegible] habuit, verſus reiecit: ſiquidem in hac editione carmen conſtat 771. verſibus, et in reliquis editionibus verſus 826. numerantur. Pag. 178 ſqq. adiecit ſententias ex Heſiodi Operibus et Diebus excerptas a Io. Stobaeo, latinis verſibus redditas ab H. Grotio, et p. 327—332. notas criticas.

Theogonia Heſiodea. Textu ſubinde refecto in uſum praelectionum ſeorſum edita a Frid. Aug. Wolf, Phil. P. P. O. in academia Halenſi. graece. Halae Saxon. apud I. Iac. Gebauer. 1783. 8. (Prooemium ad Obſeruatt. ſcriptum eſt menſe Febr. 1784.)

Correcta et critica eſt editio: cl. Wolf verſus, qui ſibi aliquot ſpurii videbantur, uncis includere, quam exterminare maluit, quod bene prudenterque fecit, ne nimis crudelis videretur, et ne verſuum numerus diuerſus lectores, ad quae forte relegati fuerint, quaerentes eluderet. Ex edd. veteribus, praecipue Trincauellianae aliquoties textum immutauit, interdum tamen de verſibus, quos nunquam ſpurios viſos ſeparauerat a reliquis, et de lectione, quam reſcripſerat, ſententiam aliquoties mutauit. Obſeruationes in Theogoniam hanc editionem in primis commendant: in his non ſolum de lectionum varietate et locis corruptis [illegible] ſententiam dixit vir doctiſſ. multaque correxit acute, ſed res quoque et mythos expoſuit, atque ex Heynii commentatione de Theogonia ab Heſiodo condita, ea, quae ad ordinem mythorum et intelligentiam carminis aut locorum difficiliorum pertinent, ſuis quoque locis inſeruit. Brunckianae recenſionis, quam, dum notae ſub praelo ſudabant, acceperat, rationem quoque hinc inde habuit. Ornat quoque hanc editionem Epiſtola *C. G. Heynii*, V. C. ad editorem, quae multa habet ad carmen vel emendandum vel melius intelligendum. (a p. 143 ſq.) Denique calci adiectae ſunt tabulae genealogicae ad Theogoniam Heſiodeam ab eodem Heynio comparatae, ſimiles iis, quas ad Apollodorum conſtituerat: quarum utilitatem nemo negabit.

Ἡσιόδου τοῦ Ἀσκραίου τὰ εὑρισκόμενα. *Heſiodi Opera omnia latinis verſibus expreſſa atque illuſtrata a Bernardo Zamagna, Raguſino. Parmae.* 1785.

Splendida atque correcta eſt editio. Expreſſum eſt exemplar Clerici, ex cuius et Graeuii notis multas excerpſit Zamagna, et nunc Clerici alias etymologicas ac mythologicas addidit, aut aliorum poetarum comparauit ſententias. Mythologiae explicandae cauſſa etiam *Dupuis* Mém. ſur l'origine des Conſtellations, in parte quarta Aſtronomiae de la Lande, et hiſtoriam Graeciae a Denina conſcriptam adhibuit. Verſio latina eaque metrica eſt elegans, neque vero ſatis fida. Verſionem Scuti et Operum iam aliquot abhinc annis Senae ſeparatim vulgarat: cui in hac editione adiecit verſionem Theogoniae: in praefatione, Theogoniae praemiſſa, enarrat Heſiodi, quem Homero antiquiorem eſſe putat, vitam, eumque ionica plerumque dialecto eſſe vſum, perperam iudicat. De interpolationibus et mythorum veterum varietate ac diuerſitate haud cogitans, pag. 21 ſqq. male culpat Heſiodum, eique, quaſi fieri voluiſſet ſyſtemati cuiuſdam, quod quatuor conſtet partibus, auctor, iniuriam facit: qua in [illegible] Comitem Carli in epiſtola [illegible] ad March. Grauiſium [illegible] Theogoniae praefixa. Scutum Herculis eſſe carmen genuinum et partem Heroogoniae Heſiodeae cenſet. conf. Lipſienſ. ephemerid. litter. an. 1785. plag. 137.

Heſiodi

Heſiodi Tagewerk zum Gebrauch der Schuljugend, mit einem — Wörterverzeichniſs, edirt von I. Gottfried Haas, Conr. ſcholae Schneeberg. Lipſiae, 1789. 8.

In *Gnomologia*, quam edidit *Nicol. Ionae Salanus*, Vpſal. 1656. 8. ſunt quoque *Heſiodi* memorabilia dicta et illuſtres ſententiae. vid. *Fantii* hiſtoriam litteraturae graecae in Suecia. Vpſal. 1779. 4. p. 87. et infra ad cap. XI.

Neque tamen, licet ſingula ſaecula a renatis litteris inſignem editionum tulerint copiam, huc vsque plena et omnino probabilis exſtat omnium operum heſiodeorum editio. Etiam iis, quae vel mole laborant, ad perfectionem multa deſunt. Deſideratur edit. cum ſcholiaſtis ex codicibus vett. et edit. Trincauell. emendatior et locupletior. Editiones principes nondum vbique ſunt ſatis adcurate comparatae: haud pauci codices manuſcripti cum ſcholiis et gloſſis nec non enarratores veteres graeci ad Apollonium Rhod. aliosque, et Grammatici Lexicographique, praecipue ad ſcholiaſtes Heſ. corrigendos et interpretandos, etiam alii ſcriptores vett. (vid. luculentum exemplum in Ruhnkenii Epiſt. cr. I. pag. 100.) ſunt adhuc conferendi. De verſibus genuinis aut ſpuriis recte iudicaturus tanta valere debet ſagacitate ingenii et graecae linguae peritia, quantam adſerat neceſſe eſt verecundiam et prudentiam. Namque iam tum, quum Heſiodi carmina colligerentur, diuerſas fuiſſe lectiones atque interpolationes, (poſtea auctas,) et tractationes interdum eiusdem loci, a rhapſodis recitari ſolitas, facile eſt ad perſuadendum. (vid. quoque Heyne ad Theogoniam a Wolfio editam p. 151.) At in tanta antiquitate quis de ſingulis verſibus tutum ferre poterit iudicium? Equidem tutius eſſe ſentio, verſus, qui ſpurii ſiue recte habentur ſiue etiam videntur, vncis ſeparare a reliquis, quam ſuo ſenſu atque arbitrio, ſaepe lubrico atque incerto, adroganter eiicere. In mythologia explicanda, quod neceſſarium eſt in Theogonia certe officium, lubentius Heynii, quam Clerici aliorumque rationem ſequerer. Nam in enumerandis tantum variis lectionibus, aut veritate falſitateque lectionis diiudicanda vnice verſari, ad ingenii quidem et diligentiae laudem, non ad communem plurimorum lectorum vtilitatem in hoc poeta aeque faciet. De ſumma et tamen dilucida perſpicuaque dicendorum breuitate monere non opus erit. In fragmentis quoque Heroogoniae aliorumque poematum, quae olim adſcribebantur Heſiodo, colligendis, locupletandis interpretandisque futuri editoris cura diligentiaque verſabitur. Sic *Ruhnkenius* in Epiſt. critica I. in Hom. Hymnos et Heſiodum non ſolum ſiue ope librorum et ampliſſimae doctrinae, ſiue beneficio ingenii multa in noſtro poeta bene explicuit, eique feliciter reſtituit, et verſus fugitiuos ſubditiciosue aliaque librariorum flagitia ſagaciter indagauit; ſed fragmentorum quoque numerum a p. 104. inſigniter auxit. Quaenam ſint *Heſiodi reliquiae ex diuerſis collectae*, in biblioth. Lugd. Batau. p. 340. nr. 25. Catalogi, equidem definire nequeo. Fragmentum, quod in edit. Loesneri p. 450. ex Plutarcho adfertur, a Burmanno II. ad Anthol. veter. lat. Epigramm. lib. V. epigr. 142. editum quoque in Auſonio p. 533. edit. Tollii, atque inſcriptum, *Incerti de Aetatibus Animalium ex Heſiodo*, multo copioſius doctiusque illuſtratur. Adde Ruhnken. Epiſt. critic. I. pag. 112 ſq. Latent quoque in nonnullis bibliothecis codicum collationes aut virorum doctorum obſeruationes MSStae, e. g. praeter eas, quas iam commemorauimus, in Catalogo bibliothecae Lugd. Batau. pag. 331. nr. 143. p. 344. nr. 9. p. 348. nr. 88. in bibliotheca Bernenſi, teſte eius Catalogo, tom. I. pag. 299. Bernae, 1764. Cel. *Matthiſon* in Epiſtolis Vinarienſibus, Turici, 1783. p. 60 ſq. dedit Varias lectiones, exemplo Aldino, quod in biblioth. publica Ienenſi ſeruatur, manu olim, vt creditur, Ge. Schubarti adſcriptas.

Claſſes heſiodeorum operum typis expreſſorum hae fere ſunt. *Agmen ducit* edit. *Aldina*, cum Mediolanenſi et Iuntina altera ab an. 1493 — 1542. *Trincauelliana* multa habet peculiaria in contextu atque ac ſcholiis, ſed ab antiquioribus editoribus haud diligenter collata et fere neglecta fuit. *Alteram* aetatem conſtituit edit. *Baſileenſis* cum ſcholiis, ab an. 1542 — 1566. *Tertia* aetas eſt *Stephano-Heinſiana* ab an. 1566 — 1667. In aliquot editionibus hinc inde a viris doctis quaedam fuiſſe emendata aut mutata, iam notauimus. *Vltima* eſt *Graeuiana* recenſio, a qua tamen Wolf et Brunck ſaepe diſceſſerunt, ſiue MSStorum codd. fidem, ſiue Ruhnkenii et Heynii auctoritatem ſequuti. Quaedam Ruhnkenius e codd. ſuis emendauit. Studium, diligentiam operamque promiſit cl. *Io. Bernardus Koehlerus*, Lubecenſis, in proluſione, *de noua editione Heſiodi adornanda conſilium*, Kilon. 1766. 4. in qua recenſuit codd. manu exaratos bibliothecae Pariſ. regiae a ſe inſpectos et cum exemplo Heinſiano collatos, aliosque vel e Britannia vel aliunde ſperandos memorauit, magnamque bonae editionis ſpem fecit. *Harl.*]

Obſeruatt. in Heſ. XXI. *Olai Wormii* quaeſtionum heſiodearum heptades duae lucem adſpexerunt Hafniae an. 1616. 4. Praeterea in Ἔργα paſſim edita ſcholia *Ioh. Caſelii*, *Iacobi Ceporini*, *Iohannis Friſii*, *Matthiae Garbitii*, *Matthiae Flacii* et notata ethica atque oeconomica *Ioh. Conradi Dieterici*, Lexilogiamque eiusdem heſiodeam vulgatam Gieſſae, 1659. 8. et *Georgii Heniſchii* ſchematiſmos, Baſil. 1580. tabulasque *Iohannis Poſſelii*. Tum ineditum *Zach. Lundii* commentarium in Opera et Dies, qui Hafniae ſeruatur MS. in bibl. Excellentiſſimi Viri Iohannis Moth. Eiusdem *Lundii* notas MSStas in Heſiodi Scutum et Theogon. bibliothec. Roſtgaardian. pag. 528. et *Hartmanni Hoyeri*, Roeſchildenſ. notas, ibidem. [Graeuii Epiſt. ad Nic. Heinſium tom. IV. p. 69. Syllog. Burmann.]

Verſiones. XXII. Latino carmine ἔργα καὶ ἡμέρας vertit paullo liberius *Nicolaus Vallis* ſiue *de Valle* ccc), Lipſ. 1499. 1504. 1512. (vid. Leichii Annal. typogr. Lipſ. pag. 74. et 92.) ibid. 1507.

ccc) Princeps editio prodiit *Romae* typis Conrad. Sweynheym et Arn. Pannarz, cum *C. Calpurnii* carmine bucolico, et *Silio Italico*. (vid. Lengnich Neue Nachrichten zur Bucher- und Munzkunde, Dantiſci et Deſſau. 1782. vol. I. part. I. p. 35.):

Heſiodi Poete Ἔργα καὶ ἡμέρας *i. opera et dieſ georgicon Liber Nicolai de Valle e greco cóverſio.* fol. — cum epigr. ad Pium II. pontif. Max. ſine anni nota: at a viris doctis abunde commonſtratum eſt, praelo exiiſſe hanc primam editionem ac verſionem, 1471. *Quirinus*, vir purpuratus, habuit exemplar, in quo Calpurnio et Silio medius inſeritur in eodem volumine *Heſiodus a Nic. de Valle latine verſus;* ad cuius exempli calcem legitur: *Anno Dominici Natalis* MCCCCLXXI. *die V. menſ. April.* — *Io. Andreas, Epiſcopus Aleriensis in inſula Cyrno, recognitionem abſoluit* etc. vid. Quirin. de Optimorum ſcriptorum editionibus, pag. 174. edit. Schelhornii. adde *Laire* ſpecimen hiſtor. typographiae romanae XV. ſaeculi. Romae, 1778. pag. 165. (qui vero ridiculum committit errorem, Calpurnii carmen etiam e graeco in latinum verſum eſſe per Nic. de Valle,) *Bure* bibliogr. inſtruct. Bell. Lettres, tom. I. nr. 2483. Catalogum hiſtorico-criticum romanarum editt. ſaec. XV. Romae, 1783. 4. p. 76. — rec. Dauentriae 4. ſine anni nota. — Zwollis per Petrum os de Breda, 1499. 4. — recuſus eſt *Antiquiſſimi grecorum poetarum Heſiodi Georgicorum liber per Nicolaum de Valle e greco in latinum converſus.* — *Impreſſum Cracouiae.* 1505. 4. per Caſparum Hochfeder. — rec. et in calce notat. *Apud Inclytam Poloniae Craccoviam in Aedibus Ioannis Haller. Menſe Iul. M. D. XXI.* vid. Ianozki Nachricht von den in der — Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Buchern. Breslau. 1753. part. III. p. 121. *Harl.*

1507. 1509 1516. ex offic. Melch. Lottheri. 1520. 1521. 4. ex offic. Thanner. Baſil. 1518. 4. etc. Pariſ. 1503. 4. Strictius *Vlpius* Franeckerenſis, Friſius Baſil. 1540. 8. Vtraque metaphraſis addita eſt verſioni proſariae et commentario *Stephani Riccii* in Heſiodi ἔργα recuſo Lipſiae a. 1611. 8. et prima vice edito ibid. an. 1580. 8. [de his in indice editionum ſupra pluribus ſaepiusque ſermo fuit. — Latino carmine, auct. *I. Clajo*, inter eius Carmina. Gorlicii. 1568. 8. — Eleganter verſibus lat. reddidit C. A. Wetſtenius in Carminibus ſuis 1771.]

Georgius Rotallerus carmine elegiaco reddidit Francof. 1576. 8.

Theogoniam tranſtulit verſibus hexametris *Boninus Mombritius* Patricius Mediolanenſis [aaa]) et vberiore carmine elegiaco in libros quinque diſtributo *Burchardus Pylades*, Brixianus, Baſileae ap. Oporin. 1544. 8. et ſaepius. [*Heſiodi Aſcraei poema Georgicon*, a Nicolao de Valle e graeco in latinum conuerſum, cum Theogonia a Bonino Mombritio in heroicum carmen traducta in 4. ſine l. et a. et typographo. (Mediolani.) v. Saxii hiſtor. typogr. liter. Mediolan. p. 609. Bonini Mombritii verſionem elegantiſſimam vocat Nic. Rayeus, diſſ. praeliminari ad Acta Sanctor. tom. II. Iun. p. XVII. Idem hic eſt *Mombritius*, cuius lib. VI. de Dominica paſſione, heroico carmine conſcripti, prodierunt Lipſiae 1499. 4. — Laurentii Lippii Collenſis verſionem O. et D. metricam commemorat editor Lamii Deliciarum Nr. I. p. 43. (vbi de quibusdam agitur verſionibus,) not. 85. *Heſiodi* lib. primus latino carmine redditus a *Io. Vrſino.* Witteb. 1555. 8. *Harl.*]

Scutum Herculis heroico carmine *Iohannes Ramus de Geës*, quod cum *Nicolai Vallae* Metaphraſi ἔργων, et *Mombritii, Pyladaeque* Theogonia exſtat in calce editionis Heſiodi graecolatinae Lipſienſis 1597. 8. [*) *Fabric.* v. ad a. edd. 1550. et de Heſiodi Theogonia a *Pylade Brixiano* latine reddita, Quirinum, virum purpuratum, de Brix. Literat. part. II. nr. 24. *Harl.*

Opera et dies *gallico* carmine per *Io. Antonium Baysium*, cum aureis Pythagorae carminibus ſententiisque Phocylidae et Naumachi Pariſ. 1574. 4. Heſiode traduit par *le Gras.* ibid. 1586. (al. 1659.) 12. [Les Oeuvres d'Heſiode, Traduction nouvelle, enrichi de notes et du Combat d'Homere et d'Heſiode, opuſcule grec, qui n'avoit point encore été traduit en notre langue, par Mr. *Gin*, Conſeil. au grand Conſ. à Paris, 1785. 12. v. Journal Encycloped. — à Bouillon. 1785. tom. III. part. II. p. 303 ſqq. *Harl.*]

aaa) Antiqua editio haec eſt: *Heſiodi Aſcraei Theogonia carmine heroico latino.* Ab initio legitur Elegia, inſcripta: „Bonnini Mombritii Mediolanenſis Praef. ad ill. et excell. d. d. Borſium Ducem Mutinae et Regii Marchionem Eſtenſem Comitemque Rodigii in Heſiodi Aſcraei Theogoniam.“ In calce legitur: *Ad decus gloriam Illuſtriſſimi quondam Ducis Borſii: Excellentiſſimaeque Domus Eſtenſis: Ad Bonnini Mombritii, Heſiodique doctiſſimorum virorum famam, perpetuamque memoriam: Peregrini Priſciani nobilis Ferrarienſis opera: per Andream Gallum Ferrarie hoc opus impreſſum eſt. Anno legis gratiae M. CCCC. LXXIIII. 4.* Conf. Maittaire Annal. typogr. IV. part. I. pag. 333. cuius exemplo adhaeſerunt *Plutarchi Apophthegmata a Franc. Philelpho traducta ad Philippum Mar. Anglum Mediolanenſem ducem*, ibid. ſic quoque in bibliotheca Smithiana Venet. 1755. 4. p. 222. (vbi verſio Heſiodi lat. etiam tribuitur Philelpho,) in Osmont Dictionaire typographique, tom. I. p. 345. et in Bure Bibliogr. inſtructiue, B. L. tom. I. n. 2519. at abeſt libri Plutarchiani verſio ab exemplo, quod cuſtoditur in bibliotheca Dresdenſi, teſte Goetzio in Memor. Bibl. Dresd. p. 349. vol. I. collect. IV. p. 349. — Librum I. ἔργων carmine heroico vertit Tob. Schemering, Bremae. 1590. 4. *O. et D.* latine, interprete *Io. Brixio*, Lugd. 1550. 4. (in biblioth. Bernenſi I. p. 299.) *Harl.*

Rhythmis *Danicis* Heſiodum expreſſit *Henr. Thomas Gerner.*

[Germanica Heſ. verſio proſaica, cum comm. de ſcholiis graecis in libello, *Minerua* inſcripto, part. I. et II. Halae 1778 ſq.

The Works of Heſiod translated from the Greek, by Mr. Cooke. Londin. 1728. 4. voll. II. Praemiſſae ſunt II. commentatt. de vita et de ſcriptis Heſiodi, de veterum menſibus, theologia, mythologia, cum tabulis genealogicis ad Theogoniam; fini autem ſingulorum carminum ſubiunctae ſunt obſeruationes, quarum pars debetur Comiti Pembrockio, v. State of rep. lett. 1728. Febr. p. 167. et Iournal des Sçav. tom. 92. p. 88 ſqq. a. 1730. — *Scutum Herc.* germanice verſum a *Voſſio* in Muſenalmanach. Hamburgi, a. 1790.

Ἡσιόδου τοῦ Ἀσκραίου Θεογονία. *La Theogonia ovvero la Generazione degli Dei d' Eſiodo Aſcreo tradotta per la prima volta in verſo Italiano dal Conte Gianrinaldo Carli Giuſtinopolitano con Annotazioni e tre Lettere Critiche. In Venezia,* 1744. *preſſo Giambatiſta Recurti* 8. [etiam in Com. Carli Operibus iunctim editis Mediolani, 1784. ſqq. tom. XVI. *Beck.*] v. *Paitoni* Biblioteca degli Autori antichi Greci e Latini Volgarizzati, tom. II. p. 23. vbi praeter ea de verſione Heſiodi italica, auctore *Salvino*, cum graeco contextu, Patau. 1747. diſſeritur. adde *Lami* l. m. p. 43 vbi quoque de Danica Gerneri et de gallicis verſionibus ac de promiſſa Heſiodi edit. Lanzii agitur.

Ἔργα καὶ Ἡμέραι *di Eſiodo. Traduzione di Paolo Brazuolo Milizia di Pietro.* Padova, per li Conzatti. 1765. 4. Denique memorabo narrationem Clementis Alexandr. Strom. VI p. 629. A. (edit. Pariſ. 1641) *Eumelum* et *Acuſilaum* in ſermonem graecum proſaicum transtuliſſe Heſiodi carmina. Id ſi verum eſt, *Eumelum* quemdam iuniorem, non antiquiorem illum poetam cyclicum, Corinthium, eſſe intelligendum, acute ſuſpicatur *Greidach* in: Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, p. II. p. 94 ſq. not. *Harl.*]

Heſiodi fragmentum. XXIII. Inter fragmenta Heſiodi ab Heinſio Clericoque omiſſus eſt locus, ſeruatus vtcumque a *Fulgent.* lib. III. Mytholog. cap. 1 quem hoc loco reſtituere conabor. Fulgentii verba haec ſunt: *Proetus Pamphylia lingua ſordidus dicitur, ſicut Heſiodus in Bucolico ludicro ſcribit, dicens:* PEPRIGROSISTAFVLVEVLACTISMENESEMORVM. *Id eſt: ſordidus inſtar vuarum bene calcatarum ſanguine roris.* Antiquae Fulgentii editiones, verba graeca plane omiſere. MSti codices cum editione Munckeri non ſapiunt vltra ea, quae adſcripſi. Vere monuit Reineſius, graeca latinis ſcripta litteris, per librarios praecipue aeui imperitos, lectu et intellectu difficillima eſſe cap. 13. de lingua Punica n. 24 ſq. Tentauit tamen *Iſ. Caſaubonus* ad Suetonii Auguſtum cap. 76

Πρoῖτος ἐνστιβέων βοτρύων δρόσῳ αἱματόεντι

Iacobus Gronouius in Exercitationibus de Dodone. p. 36.

Βρίθωσι σταφυλῆς ...

Videndum vtrum ne lectioni propius accedat et Fulgentii verſioni melius reſpondeat, quemadmodum ſcribendum coniicio:

Πρoῖτος ...

In Hiſt. critiq. de la republ. lit. tom. X. p. 200. μὲν ἔοργεν μωρῶν *Iac. Haſe* coniecit

Alium Heſiodi verſum de Proeti filiabus ſeruauit Suidas in μαχλοσύνῃ.

Εἵνεκα μαχλοσύνης συγερῆς τέρεν ὤλεσεν ἄνθος.

Heſiodus Homeri imitator. Scripta ad Heſiodum illuſtr. pertinentia.

XXIV. Heſiodum *Homeri Imitatorem* multi obſeruarunt, ita vt iam olim notauerint critici, Euſtathius aliique verſiculos paene eosdem apud Homerum et Heſiodum pariter occurrentes. Adde Bochartum in Hierozoici tom. I. p. 681. Conuenit et in hoc poetae noſtro cum Homero, quod ſimiliter atque ille viſus eſt interdum parum abhorrere a *phraſi Orientalium*, vt oſtendit *Zacharias Boganus* in Homero et Heſiodo hebraizante. Oxon. 1655. 8. Ne dicam de variis etymologiis ex Phoenicia lingua petitis, quibus Heſiodi Theogoniae lucem adferre conatus eſt prae ceteris Iohannes Clericus.

[Praeter eos viros doctos, quos paſſim laudaui, Heſiodi carmina illuſtrarunt, aut explicuerunt haud pauci, quorum aliquot ſcripta hic memorabo. *Stephan. Riccius* ſcripſit Commentarium in Heſiodi opera et dies. Witteberg. 1590. 8. — *Io. Henr. a Seelen* Obſſ. philol. in N. T. ex Heſiodo, exſtant in bibl. Lubec. tom. VII. p. 427 — 468. — In Hannouer. Ephemer. vulgo *Hannöveriſche Anzeigen* 1752. nr. 98. p. 1293 ſq. de ſalis vatibus, auctor primum Heſiodi de agro colendo librum demonſtraturus erat, haberi per naturam ſuam oportere pro male conſuto disiecti corpore vatis, et alia contra heſiodea carmina diſputat. Eius argumenta examinat, et varia, haud inepte ſcripta, (neque tamen omnia opinor, omnium adſenſum extorquebunt,) de heſiodeis adfert carminibus, Homero multo iuniorem eſſe Heſiodum ratus, M. *Theoph. Ludolph. Münter*, Rector tum ſcholae Oſterod. in binis praeluſionibus, *De Heſiodo*, Gottingae 1753 et 1754. 4. — *Duſch, in: Briefen zur Bildung des Geſchmacks*, part. I. epiſt. 6. de Heſiodi et Virgilii Georgicis. — — *Bergier* — l'origine des Dieux du Paganiſme et le ſens des fables, découvert par vne explication ſuivie des poëſies d'*Heſiode*, en IV. parties. Paris, Humblot 1767. 12. II. voll.

In hiſtoria critica reipubl. litter. (*Hiſt. critiq. de la Republ. des Lettres*,) tom. X. p. 196. ſq eſt *Iac. Haſe* diſſ. in fragmentum *Heſiodi* a Fulgentio lib. III. Mytholog. cap. I. relictum, (cuius ſuſpicio ad §. 23. adlata eſt;) — *ibid.* tom. XIV. p. 42 — 255. Remarques critiques ſur quelques Endroits d'*Heſiode*, de Sappho, de Lycophron, de Libanius; — *ibid.* tom. XV. p. 258. Examen critique d'un endroit des fragmens d'*Heſiode* au ſujet de Byblos. — In hiſtoria acad. Paris. Inſcript. tom. V. p. 42 — 48. (edit. Amſtel.) Explication ſur le commencement du poëme d'*Heſiode*, que l'on appelle *le bouclier d'Hercule*. — *Ibid.* vol. III. p. 122. (edit. Paris.) *Seuin* emendauit *Heſiodi* locum in Oper. et Dieb. atque vol. V. p. 153 ſqq. idem ille vſ. 328. Theogoniae emendauit. — In: Lettres concern. Mythologie, L. 1748. 8. praeter ſingularia quaedam loca vniuerſa Theogonia explicatur.

Lucianus Ἑρμ. cap. 3. *Hierocles* Hipp. II. p. 172. *Diogenian.* cap. II. n. 97. prouerbium ἀρχὴ ἥμισυ παντὸς, quod *Horat.* Ep. I. 2. vſ. 40. latine reddidit, *dimidium facti, qui coepit, habet*, tribuunt Heſiodo. At *Fabricius* noſter in notis ad p. 85. vitae Procli, et *Moſes du Soul* ad *Luciani* ſomnium, cap. 3. p. 5. tom I. edit. Reitzii, vbi iſtud prouerbium quoque occurrit, negant eſſe heſiodeum, atque *Hemſterhuſ.* ibid. p. 6. emendat Diogenian. locum docetque pluribus, iſtam paroemiam ad heſiodei dicti πλέον ἥμισυ παντὸς, ſaepius memorati, et quod indem prouerbii locum obtinuit, exemplar fuiſſe expreſſam.

Pandoram Heſiodi Euam, primam humani generis matrem, referre, multi opinati ſunt, e. g. *Danaeus* de prima mundi aetate, part. II. cap. 3. *Poſſinus* de variis modis moralia tradendi, cap. II. §. 24. p. 154 ſq. *Chriſt. Gottl. Schwarz* de lapſu primorum humani generis parentum a paganis adumbrato, diſput. §. 6. p. 13 ſq. Enimuero ſingula ſingulorum commenta, indicia, nec raro ſomnia de rebus apud Heſiodum mythologicis recenſere, nec vacat, nec libet.

Theogoniam Heſiodi mire confuſam eſſe, quoniam bis ordiatur a chao, proſequaturque rerum familiam ordine poetico magis, quam philoſophico, conqueritur *Burnet.* in Theor. tellur. lib. II. cap. 7. p. 129. at immerito culpat Heſiodum, qui, vt ſupra iam monuimus, noluit ſyſtema condere, ſed ex diuerſis theogoniarum auctoribus ſuum conflauit poema. vt iam vidit *Brucker.* in Hiſtor. crit. philoſ. tom. I. part. II. lib. I. cap. 1. (vbi a §. 25. de Heſiodo agere incipit,) §. 26. p. 407. adde *Cudworth.* ſyſtema intellectuale cap. IV. §. 13. ibique Moſheim, p. 294 ſq. edit. Amſtel. et §. 14. p. 357 ſq. §. 19. p. 549 ſqq. cum Moſhemii notis doctiſſimis, in quibus p. 554. not. *l*) prudenter negatur, Homero et Heſiodo idem, quod diuino ſcriptori, Moſi, de rerum originibus placuiſſe, et alibi. — *Agatopiſt. Cromazian.* Della hiſtoria et della indole di ogni Filoſofia, vol. II. cap. 18. p. 32 ſqq. edit. Venet. vbi cap. 19. p. 39 ſqq. *Cromazian.* ſenſum Theogoniae et Coſmogoniae mythologice explicandum ſuſcepit. — Ab atheiſmi ſuſpicione et crimine Heſiodum vindicat *Reimmannus* in hiſtoria atheiſmi p. 122 ſq. Conf. *I. I. Zimmermanni* diſſ. de religione Heſiodi, in Muſeo Heluet. tom. VII. p. 359. ſqq. Indecora illum adfinxiſſe diis, *Xenophanes* apud *Diogen. Laertium* lib. VIIII. ſect. 18. (quem locum explicat emendatque *Ign. Roſſius* in Commentatt. Laertianis, p. 175 ſqq. Romae. 1788. 8.) et *Sextum Empir.* lib. I. adu. phyſ. ſect. 193. conqueritur. — Adde *Fourmont* Reflexions ſur l'Origine, l'hiſtoire et la ſucceſſion des anciens peuples edit. 2 Pariſ. 1747. 4. multa de Heſiodi Theogonia diſſerentem. tom. I. p. 25 ſq. p. 35 ſqq. 42 ſq. 69. 253 ſqq. tom. II. p. 14. 25. *Harl.* Add. Saxii Onom. Litt. tom. I. p. 531. Blankenburg ad Sulzer. Theor. Art. tom. III. p. 158. *Beck.*]

XXV. Concludam hoc caput indiculo ſcriptorum ab interpretibus graecis Heſiodi allegatorum, qui cum in Heinſii editione deſideretur, illum non ingratum ſtudioſis harum litterarum eſſe futurum confido. [*]

INDEX SCRIPTORVM AB INTERPRETIBVS GRAECIS HESIODI LAVDATORVM.

VARIIS LOCIS AVCTIOR EX OBSERVATIONIBVS ILLVSTRIS VIRI GISBERTI CVPERI.

Abron. 269. b.
Acuſilaus. 269. a.
Adamantius ἐν τοῖς περὶ ἀνέμων. 276. a.
Aeſchines tympaniſtriae F. 2. b.
Aeſchylus. 2. b. 31. a. 41. a. 46. a. 292. a. Αἰσχύλος γὰρ ἀρχαῖος ἦν καὶ σοφὸς καὶ [illegible] μάχησεν καὶ ἐν ἠπείρῳ νενίκηκε, καὶ συμ- [illegible] τος, καὶ τὸ εὐγενὲς ἐν πᾶσι τηρῶν etc. Ibidem indigne fert Tzetzes, Euripidis ſcripta Aeſchyleis aliquando fuiſſe praelata.
Aeſopus. 89. a. 154. b. 167. a. [illegible] 2. b.
Agathocles Babylonius. 280. b.
Alcaeus. 133. a. 153. b. 257. b.
Amerias. 74. b.
Anacharſis Scytha. 2. b. vbi probat Tzetzes, abiecto genere natos magnam non raro ſapientiam ſibi paraſſe.
Anacreon. 1. a. 86. b. 87. a. 88. b. 292. b.
Anaxagoras. 265. b.

Antimachus

Antimachus Colophonius. 2. a.
Apollodorus. 56. b.
Apollonius Rhodius. 234. b. 180. b. vbi Proclus ad extrema ἔργων· τούτοις, inquit, ἐπάγουσί τινες τὴν ὀρνιθομαντείαν, ἅτινα Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἀθετεῖ. Grammaticus. 24. b. vbi culpat Heſiodum, quod ſingulari pro plurali vſus ſit.
Aratus. 50. a. b. 105. a. 265. b. 288. b. 289. b. ἐν τοῖς Φαινομένοις. 92. a. ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἀστρικῶν. 6. b.
Arceſilas. 247. a.
Ἀρχιέπης Heſiodi F. 66. 71.
Archilochus. 67. a. 74. a. 122. b. 126. a. 142. a. 156. a. 275. a. 276. a. 310. b.
Archytas. 79. a. 81. a. 82. b.
Ariſtarchus. 6. b. 35. a. 57. a. 58. a. 89. a. 236. b. 347. a. 252. b.
Ariſtippus Socraticus. 74. a.
Ariſtonicus Grammaticus. 248. b.
Ariſtophanes Comicus. 92. b. 212. b. 246. b. 247. b. 310. b.
Ἀριστοφάνης ἐν τῇ βίβλῳ λέγει Ἀμφιτρύων δὲ αὐτοῦ γενναιότερον παῖδα γεννᾷ. 246. b.
Ariſtophanes Grammaticus. 236. a.
Ariſtoteles Philoſophus et is, qui Peplos ſcripſit, diſtinguuntur. 3. b Peplorum auctori tribuitur ἡ τῶν Ὀρχομενίων πολιτεία. ibid. adlegatur eadem Politia. 142. a. Ariſtoteles. 74. b. 82. b. 86. a. 97. a. 122. b. 123. a. 126. a. 142. a. [?] 229. a. 230. a. 256. a. 260. b. 270. a. 274. b. 275. a. 276. b. 278. b. 289. a. 200. a. ἐν δευτέρῳ μετεώρων. 265. b. ἐν τρίτῳ μετεώρων. 294. a. b. Poſt vxoris mortem ex ſerua Herpylide filium ſuſcepit. 97. a.
Ariſtoxenus Muſicus. 54. a. 81. b.
Arxippus. 2. b.
Aſclepiades ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις. 250. a.
Atlas Libycus Mathematicus. 92. b.
Bacchylides. 303. b.
Callimachus. 24. b. 111. a. 122. b. 238. b.
Calliſtratus. 133.
Chryſippus. 247. 279. b.
Clitarchus ἐν γλώσσαις. 123. a.
Cointus. 72. b.
(Comanus regius archipincerna ſpem inter homines reliquam in dolio demonſtrauit. 35. a.)
Conon. 92. b.
Crates Grammaticus qui in Heſiodum ſcripſiſſe videtur. 246. b. 247. b.
Demades. 303. b. ἰχθυοπώλης. 2. b.
Didymus. 74. b. 246. b.
Dion. 50. a.
Dionyſius Cyclographus. 3. a.
Dionyſius (Thrax) 129. a. eius βίβλος ſiue ars grammatica. 72. b.
Empedocles. 40. a.
Ephorus Cumanus. 142. a.
Epictetus ſeruus. 2. b.
Epicharmus ἐν τῷ τῆς Ἥβης γάμῳ. 6. b.
Eratoſthenes. 327. ἐν ποιμενικοῖς. 133. b.
Eudoxus. 142. a. 165. b.
Eumelus. 1. a. Corinthius. 6. b.
Euripides. 21. a. 48. a. 50. a. 53. a. 99. a. 104. a. 111. b. 120. b. 133. a. 218. b. 236. a. 249. a. ἐν Θυέστῃ. 53. a. ὁ λαχανεύς. 2. b.
Gloſſographi. 207. a. Confer, ſi placet, Dan. Heinſii notas. p. 120.
Gorgias. 165. a.
Gregorius Theologus ἐν τοῖς ἔπεσι. 12. a.
Helenus. 309. a.
Hellanicus. 247. a. 257. a. ἐν Φορωνίδι. 141. b.
Heraclides Ponticus ἐν τῷ περὶ χρηστηρίων. 194. b.
Heraclitus. 237. b.
Hermippus ἐν τῷ περὶ ἑπτὰ σοφῶν. 19. b.
Herodorus (Lycius) ἐν τῷ πέμπτῳ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου. 20. b. vbi male Ἡρόδοτος vt e Stephano Byz. conſtat et Athenaeo.
Herodotus. 127. a. 144. b. 205. b.
Heſiodi Aſcraei aetas, vita et laus. 2. ἀπόγονος Orphei. 141. b. εἰς τὰ ἔργα καὶ ἡμέρας. 192. b. ἀστρικὴ βίβλος. 92. a. παλαιὸς ἐξηγητὴς Θεογονίας. 265. a.

Hippo

Hippo Atheus. 237. b.
Hipponax. 67. a. 74. a. 82. b.
Homeri παλαιῦ aetas 2. Heſiodo antiquior. ibid. et 261. Homerus alius Phocaeenſis, Heſiodi aequalis filius Euphronis (ita enim leg. ex Chiliad. XII. Tzetzae v. 209. pro Euphorionis) 3. et 69. vbi male, Emphronis. Tertius Homerus Byzantinus [☛] Andromachi (male pag. 69. Andromaches) filius ὁ τὴν Εὐρυάλειαν ποιήσας. 3. Ὅμηροι γὰρ πολλοὶ γεγόνασιν ἕτεροι, ζήλῳ τῦ παλαιῦ τὴν τῦτυ κλῆσιν λαμβάνοντες. ibid.
Homerus. 8. a. 10. b. 11. a. 16. b. 17. 27. 30. 35. a. 46. b. 48. a. 50. a. 53. b. 54. a. 65. b. 66. b. 69. 70. 71. 72. 74. b. 75. 80. a. 81. a. 98. b. 103. a. 107. b. 116. a. et b. 122. b. 129. a. 133. b. 135. a. 141. b. 153. b. 154. b. 157. b. 178. b. 179. a. 190. b. 192. b. 196. a. 197. b. 205. b. 206. a. 209. a. 213. a. 217. b. 218. a. 219. b. 220. b. 234. a. et b. 236. b. 239. a. 245. b. 246. b. 247. a. 248. a, 250. a. 256. a. 257. 261. b. 265. a. 266. a. 269. 274. b. 280. a. 281. b. 291. a. 292. a. 300. a. 302. b. 303. b. 304. a. 309. a. Thebanus Aegyptius. 192.
Iſocrates. 123. b. 175. a.
Lampis. 88. b.
Lexicographi. 142.
Linus. 6. a. Vraniae F. ὁ τὰ περὶ ὐρανῦ καὶ κόσμυ παντὸς συνταξάμενος. 8. b.
Lucianus Syrus Rhetor λιθοξόος καὶ ἡμίδολος. 2.
Lycophron. 50. a. 234. b.
Lycurgi lex περὶ τῆς τῶν θυρῶν κατασκευῆς. 4.
Lycus ἐν τῷ περὶ Θηβαίων. 261. a.
Lyſimachus Cyrenaeus ἐν τῷ πρώτῳ ποιητῶν. 8.
Melampus. 180. b. Vide quae ſupra lib. I. cap. 15.
Meliſſus ὁ τὰ Δελφικὰ συνταξάμενος. 8. ita enim legit Heinſ. pro ἀδελφικά.
Melanthius Tragicus. 82. b.
Menander. 116. b. 142. a. 247. a.
Meton. 108. b.
Metrodorus. 74. a.
Mnaſeas filius Heſiodi. 66.
Neoptolemus ἐν τῷ περὶ γλωσσῶν. 116. a.
Neſus Chius. 30. b.
Oppianus. 206. b.
Orpheus. 4. a. et b. 30. a. 39. a. 44. 49. a. 125. a. 129. 130. b. 167. b. 168. b. 170. b. 175. a. 177. b. 178. b. 180. a. 182. b. 249. b. 267. a. 268. a. 278. b. 303. b. 305. a. et b. 309. ὁ μέγας. 4. 170. ὁ Θρᾴκιος. 175. Eius ἔργα καὶ ἡμέραι. 4. περὶ γεωργίας. 175. θύμια ἀρώματα. 207. Orpheus ἐν τῷ λεγομένῳ κρατῆρι. 278. Inuentor καλλιλογίας ποιητικῆς καὶ ὕμνων εἰς τοὺς Θεούς. 8. σύγγραμμα Ὀρφαϊκόν. 207.
Palaephatus 6. a. Thaliae F. ὁ τὰ περὶ φυτυργίαν γεγραφώς. 8.
Panaetius. 151. b.
Panyaſis. 2. b.
Παρακατίων. 184. lege: ὥσπερ ὁ Κάτων λέγει.
Phalaris. 56. b.
Phanodemus. 303. b.
Pherecrates. 2. a.
Pherenicus Tragicus. 104. b. lege: Phrynichus.
Pherecydes. 239. b. 310. b. [☛]
Philochorus. 66. b. 173. b. 178. b. ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν. 169. a.
Philoponus. 197. a.
Philoſtratus. 50. a.
Phrynichus. 104. b. Tragicus.
Pindarus. 1. b. 65. b. 103. a. 104. 201. b. 214. 215. a. 238. a. 255. 257. b.
Piſides. 105. b.
Piſander Camireus. 2. b.
Plato. 16. 28. b. 39. a. 44. b. 45. 53. b. 66. b. 68. a. 74. b. 83. b. 88. b. 107. b. 126 128. b. 130. a. 138. b. 147. a. 149. a. 150 b. 151. b. 152. a. et b. 157. b. 164. b. 168 b. 178. a. 201. b. 215. a. 238. a. 240. a. b 275. a. 290. b. ἐν γ´ τῶν νόμων. 20. a.
Plotinus. 229. a.

Plutarchus. 23. a. 57. a. 65. a. 67. a. et b. 79. a. 81. a. 83. b. 96. b. 101. b. 102. b. 103. a. 115. b. 116. b. 122. a. 125. b. 129. b. 133. b. 142. a. b. 157. a. 161. 162. b. 164. a. 167. b. 172. a. 173. a. *ὁ ἐκ χαιρωνείας*. 265. in Heſiodum ſcripſit. 66. a. 71. 85. b. 86. b. 87. a. 88.
Polus Philoſophus. 252.
Porphyrius. 215. b.
Praxiphanes. 6. b. Theophraſti diſcipulus. 2.
Proclus *ὁ σοφὸς, σοφώτατος, φιλοσοφώτατος* traducitur a Tzetza, qui non contentus proſario ſermone ei inſultaſſe etiam carmina in eum iacit. 9. 20. 26. 36. Vide et p. 1. 8. etc.
Pronapides Homeri interpres. 309. a.
Ptolemaeus. 208. b. eius Muſica. 185. b. liber tertius *ἁρμονικῶν*. 275. a.
Pythagoras. 79. a. 81. a. 151. b. 155. b. 184. a. 185. a. 231. a. 251. a. 275. a. 276. a. *ἀρχηγὸς φιλόσοφος*. 82. a.
Sancta Scriptura. *ἡμετέρα γραφή*. 49. *τὰ λόγια*. 45.
Sappho. 30. a.
Seleucus Grammaticus. 35. 124. b. 221. b. 248. a. 253. b.
Simocrates 292. a. infra *Timocrates*.
Simon *ὁ σκυτεύς*. 2.
Simonides. 88. a. 152. a. 257. b.
Socrates. 16. b. 57. b. 67. b. 110. b. 229. a. *λιθοξόος*. 2. b.
Sophocles. 2. b. 20. a. 44. a. 54. b. 103. b. 234. b. 244. a. 280. b. *ἐν Τήρει*. 130.
Soterichus *ὁ χρυσογνώμων*. 2.
Steſichorus. 1. b. 3. b. 256. b. Heſiodi F. Clymene genitus. 66.
Thales. 239. b.
Thamyris, Eratus F. *ὃς πρῶτος ἐρωτικὰ συνταξάμενος*. 8.
Theocritus. 36. b. 196. a. 211. b.
Theodoſii Grammatici Canones. 72. b.
Theognis. 34.
Theophraſtus. 104. a.
Thraſymachus. 56. b.
Thucydides. 35.
Timaei interpretes. 97. a.
Timocrates. 74. ſupra *Simocrates*.
Triptolemus *περὶ γεωργίας*. 18. Polymniae F. inuenit *γεωργίαν τὴν πολλοῖς ὑμνουμένην, ἢ τὴν ποθητέαν καὶ πολυμνήμονα*. 8.
Tryphon. 269. b. [P]
Tzetzae fratris *ἐξήγησις* in Lycophronem. 1. b.
Xenocrates. 88. a. 165. a. Philoſophi Xenocratis *σώφρονος* ſtatua. 151.
Xenophanes. 67. a. 167. a.
Zeno Stoicus. 74. a. 240. a. 246. 247. b.
Zoroaſter 108. b.

CAPVT IX.

DE AESOPO ET ALIIS FABVLARVM SCRIPTORIBVS.

I. *Aeſopi aetas.* II. *Vita a Max. Planude ſcripta indigna fide et plena fabulis atque anachroniſmis.* III. *Plures Aeſopi.* IV. *Aeſopi Phrygis libri de iis, quae vel qui apud veteres memorantur.* V. *Fabulae, num ab eo ſcriptae, ambigitur.* VI. *Variae fabularum collectiones graecae deperditae.* VII. *De fabularum ſcriptoribus graecis qui exſtant.* VIII. *De Gabria ſiue Babria.* IX. *De eius fragmentis et metaphraſi ſiue epitome Ignatii Diaconi.* X. *De fabulis Aphthonii.* XI. *Collectio fabularum Aeſopiarum a Neueleto edita.* XII. *Collectio Maximi Planudis.* XIII. *Latini veteres fabularum ſcriptores.* XIV. *Locmannus Arabs neutiquam idem cum Aeſopo.* XV. *Recentiores fabularum interpretes et ſcriptores qui latine illas ediderunt.* XVI. *Verſiones fabularum Aeſopi hebraica, graecobarbara et in varias linguas vernaculas.*

Aeſopi aetas. I. AESOPVS e Cotiaeo Phrygiae, aequalis Solonis, Periandri, Chilonis et aliorum ſapientum, floruit circa Olympiadem LII. a) cuius annus primus incidit in 572. ante Chriſtum b). Poſtquam Demarcho Athenienſi, et poſtea Xantho Samio, denique cum Rhodope Threiſſa Iadmoni itidem Samio c) ſeruiiſſet, ab hoc libertati redditus eſt, quam pridem meruerat ob ingenium liberale ac peramoenum. Croeſo regi charum fuiſſe, Suidas d) auctor eſt, miſſumque ab eodem Delphos e) et Corinthum ad Periandrum

a) *Laertius* in Chilone lib. I. ſect. 72. conf. ibid. ſect. 69.

b) Primum animaduertendum eſt, Heraclidem, vbi de Samiorum republica agit, et ſcholiaſten ad Ariſtophanis Aues v. 471. (vbi v. cel. *Beckium* in illius editione, Lipſiae 1782.) adfirmare, Aeſopum fuiſſe *Thracem*; quae fama inde forſan potuit oriri, quod *Rhodope*, conſerua Aeſopi apud Iadmonem, Thracia fuit genere; de qua vide *Herodotum* II. 134. ibique Weſſeling. et *Aelian.* H. V. XIII. 33. cum Perizonii nota. confer *Gisbert Cuper.* Obſeruatt. lib. IV. cap. 4. init. et Giornale di Roma a. 1679. p. 162. De Aeſopi patria locum non contemnendum apud *Conſtantinum* περὶ θεμάτων, themate IV. p. 14. [ſ. tom. I. Imperii orientalis ab Anſelmo Bandurio editi, Venet. 1729. fol. p. 7. et p. 9. edit. Paris.] ἄνω δὲ παρεκτείνεται (τὸ θέμα τὸ καλούμενον Ὀψίκιον) μέχρι τοῦ Δορυλαίου καὶ αὐτοῦ Κοτυαείου, ἐξ ἧσπερ ἦν ὁ σοφώτατος καὶ παλαιὸς ἐκεῖνος Αἴσωπος, ὁ τὴν μυθοποιΐαν εἰς τὸν βίον εἰσαγαγών, (in exemplo Veneto meo legitur εἰς τὸν κόσμον ἀπενεγκών,) inuenit indicauitque *de la Croze* in litteris ad Iablonskium, tomi III. theſauri epiſtolici Lacroziani p. 153. Illum tamen locum Conſtantini, video, ab Almelouenio ad Quinctil. V. 11. p. 441. ed. Burmann. iam eſſe laudatum. — *Phrygem* nominat eum *Lucian.* ver. hiſtor. lib. II. cap. 18. eoque Ariſtippum Epicurum etc. conuiuas commodos, in conuiuio celebri, in inſula beatorum, vti, vt ſcurra ridiculario, (γελωτοποιῷ) fingit lepide. — De tempore autem, quo floruit et necatus eſt Aeſopus, conſentire videntur recentiores, vt *Edw Simſon* in Chronico cathol. ad Olymp. LIV. a. m. 3441. ante Chr. 562. V. C. 190. qui copioſius eſt de noſtro, *Corſinus* in Faſtis Atticis tom. III. p. 90. Olymp. LII. V. C. 182. et p. 93. Olymp. LIV. V. C. 190. *Herbelot* in Bibloth. Orientale voc. *Locman*, p. 517. Aeſopi aetatem collocat intra Olymp. 46. et 55, Mundi vero annos 3350 — 3390. Cel. *Saxius* in Onomaſt. p. 21. annos, quo floruit ille, ſic peſuit, ab A. M. 3433. Olymp. LII. 1. ante C. N. 570. A. V. C. 182. *Hamberger* in: zuverläßigen Nachricht. tom. I. p. 103. *floruit*, ait, A. M. 3412. ante Chr. nat. 572. *Larcheri* ſententiam de mortis tempore paullo poſt commemorabo. Idem tamen p. 567. ponit annum quo Aeſopus cum Solone rem habuit, in an. Olymp. LIII. 4. ante C. N. 569. V. C. 185. *Harl.*

c) Hinc *Samius* quibusdam dicitur Aeſopus. Confer Iulianum Orat. VII. p. 207. [et Heumann. in Actis Philoſ. tom. II. p. 254. not.]

d) Suidas de Aeſopo: διέτριβε παρὰ Κροίσῳ φιλούμενος. Idem et in μᾶλλον ὁ Φρύξ. Plutarchus in Solone p. 94. Ab *Idmone* [*Iadmon*, nomen viri, h. l. et apud Plutarchum et alibi ex Herodoto eſſe reponendum, nemo negabit, v. Valcken. ad Herodot. lib. II. p 168.] libertati redditum teſtatur *Heraclides* in politia Samiorum. [item ſchol. ad Ariſtoph. Aues v. 471.]

e) Plutarch. in conuiuio VII. ſapientum p. [illegible]

dium tradit Plutarchus. Sed Soſicrate apud Laertium f) teſte, Periander obiit Olympiade XLVIII. [?] annis XL. ante Croeſi calamitatem, et Croeſus cum quatuordecim annos regnaſſet, a Cyro victus eſt Olympiade LVIII. Aeſopi mors refertur ab Euſebio et Suida ad Olymp. LIV. [adde *Syncelli* Chronograph. p. m. 191.] Atqui Olymp. LV. 1. Piſiſtratus primo tyrannidem occupauit Athenis, quo facto fabulam de ranis, regem petentibus, ab Aeſopo relatam teſtatur Phaedrus lib. I. fab. 2. g)

[illegible] II. Equidem Maximus Planudes refert inter alia Aeſopum laudantem dictum Euripidis in mulieres, qui natus fuit Olymp. LXXV. anno primo. Sed a multis eruditis iam animaduerſum fuit, illam vitam fide prorſus indignam et pluribus Anachroniſmis atque abſurdis commentis refertam eſſe. Ita *Bachet Meziriacus*, *Franciſcus Vauaſſor* lib. de ludicra dictione p. 10 ſq. [p. 17. edit. Kappii,] et libro de epigrammate p. 192. *Petrus Baelius* in Lexico Hiſtorico Critico, vbi de Aeſopo erudite diſſerit, p. 403. nr. 4. editionis quintae. Amſtel. etc. 1740. *Menagius* ad Laertium p. 27. [p. 44. edit. Meibomii,] *David Clemens* quaeſt. III. et *Rich. Bentleius* in diſſ. anglice edita de fabulis Aeſopi p. 147 ſq. h) qui et illa fabulis adſcribunt, quod ab eodem Planude traditur fuiſſe

 — — — — *Ma-*

ἐτύγχανε γὰρ ὑπὸ Κροίσου νεωστὶ πρός τε Περίανδρον ἅμα καὶ πρὸς τὸν θεὸν ἐς Δελφοὺς ἐπεσταλμένος.

f) Laert. lib. I. ſect. 95. de Periandro: *Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα, καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος.* XL. annis ante finem regni Croeſi, et vno anno ante Olympiadem XLIX. ex interpunctione Menagii, cuius notam conſules.

g) Ad locum Phaedri vid. interpr. in edit. Burmanniana in 8. *Corſinus* Faſt. Attic. tom. III. p. 93. Fabricii dubitationem ita tollere ſtudet. „Sed obſeruari facile poterit, ſubdolos ac audaces illos Piſiſtrati conatus longe maturius incepiſſe; et quamuis ille aperte violenterque tyrannidem poſtremo ſolum huius Olympiadis anno occupauerit, ipſius tamen artes atque inſidias ab Aeſopo ſuperiori quoque Olympiade taxari potuiſſe. Ita Scaliger immerito prorſus ſubdubitat, an Aeſopus Delphis e Phaedriade rupe hac Olympiade praecipitari potuerit, quandoquidem Suida ipſo teſte *circa medium Olympiadis XL ſcripſit libris II. quae in Delphis ipſi contigerant.* Si quidem Aeſopus et Olymp. XL. Delphis degere, iterumque Delphos Olymp. LIV. redire, ibique occidi potuit.“ Atqui *Corſinus* incerto dubioque Euſebii teſtimonio omnem tribuit fidem. Sed vide Fabricium noſtrum §. IV. Enimuero, ſi Phaedri ratio conſtat, Piſiſtratum, is adfirmat, arcem cepiſſe, et Atticos triſtem fleuiſſe ſeruitutem, quum Aeſopus illam fabellam retuliſſet. Quare Euſebium in anno mortis erraſſe et Aeſopum, quum Piſiſtratus occupaſſet tyrannidem, adhuc in viuis fuiſſe crediderim. *Brucker* contra in Hiſtoria crit. philoſ. vol. I. pag. 455. hanc Phaedri narrationem de Piſiſtrato ad fabulas refert. *Dominicum* quoque *Vallarſium* ad Chronicon Euſebio - Hieronymianum pag. 474. edit. Venet. Opp. Hieron. tom. VIII. part. I. fabula Phaedri de tempore, quo Aeſopus illam feciſſe dicitur, ſollicitauit, nec is expedire ſe ſciuit. Addit vero: „ſed non ideo dubitarim cum *Michaele Neandro* in notis ad Apocrypha V. T. pag. 479. an vmquam Aeſopus aliquis fuerit.“ At de tempore, quo interiiſſe dicitur Aeſopus, non conuenire inter veteres, monet *Pontacus* ad locum Chronici pag. 135. part. II. tom. VIII. *Camerario* contra in vita Aeſopi pag. 62. et *Heumanno* in Actis philoſoph. vol. II. p. 272. not. *y.* narratio de caede Aeſopi valde ſuſpecta videtur; qui quidem teſtimonio Euſebii adducti videntur, vt in illam inciderent ſuſpicionem valde incertam atque iniquam. *Larcher* in Chronologia Herodoti, (pag. 526 ſqq. vol. VI. verſionis gallicae Herodoti) mortem Aeſopi ponit in an. ante C. N. 560. Olymp. LIV. 4. menſe XI aut XII. anno periodi Iulianae 4154, et Piſiſtratum Olymp. LIV. 4. menſe ſeptimo ſ. primo menſe anni ante C. N. 560. imperium rapuiſſe docet. *Harl.*

h) Quam Bentleii doctam quidem nec tamen abſolutam perfectamque diſſ. latine fecit *Io. Daniel a Lennep*, et cum aliis Bentleianis editioni Phalaridis Epiſtolarum ab ipſo curatae adiecit, §. VIII. p. 104 ſqq. (recuſa eſt verſio illa latina in Bentleii

— — — — Macer turpi i) *gibbaque figura*
Bufoniſque oculis, et naſo rhinocerotis.

De *Aeſopo* praeterea videndus *Giſbertus Cuperus* libro et capite quarto obſeruationum. *M. Z. Boxhornii* oratio de ſapientia Aeſopi, et qui vitam eius latine conſcripſit *Ioachimus Camerarius*, gallice *Caſpar Bachetus Meziriacus*. Burgis, [illegible] 1632. 16. k) et fabularum [illegible] illis:

Bentleii Opuſc. critic. pag. 72 ſqq. Lipſ. 1781. 8.) De controuerſia, inter Bentleium et Boylium orta, vid. *Freytagii* Adpar. litter. I. p. 66 ſqq. Maximum Planudem partim ex mendaciis, quae ipſe excogitarit, partim ex fabuloſis Arabum traditionibus Aeſopi vitam conſarcinaſſe, iudicat *de la Croze* in Theſauro epiſtol. Lacroziano, tom. III. pag. 153. in epiſtola quadam ad *Iablonskium:* qui in reſponſione (tom. II. Theſauri p. 170 ſq.) non ſolum probat Crozii ſententiam, ſed addit quoque, ſe deprehendiſſe ſaepius, Planudem ea, quae in vitis philoſophorum de aliis relata legiſſet, more eorum, qui fabulas romanenſes contexunt, ad heroem ſuum transtuliſſe. Apophthegmata igitur, quae Planudes Aeſopo adfinxit, item narrationes de βραχυγλωσσίᾳ Aeſopi aliasque, vberius docet, non multum abhorrere ab iis, quae veteres de Demoſthene, Biante aliisque commemorarunt, et Planudem plura depromſiſſe e Plutarchi conuiuio VII. ſapientum, quia illic Aeſopus interloquens introducatur. *Harl.*

i) Frid. Nomius Satira XIII. pag. 164. Ioan. Bachetis Noctes Mormantinae, pag. 255. *Fabric.* Modo laudati *de la Croze* et *Iablonskius* l. m. de Aeſopi deformitate, quae vel hodie adhuc in prouerbium abiit, a *Bacheto* autem et *Bentleio* (diſſ. excit. §. 10.) merito negatur, fabula docte operoſeque refutata, multa erudite adnotarunt. Prior, (pag. 153.) ortam ſibi videri quaeſtionem iſtam agitatam, ſcribit, ex fabulis Arabum, qui eadem de Locmanno ſuo ſcripſiſſent; „quod facile, ait, agnoſces, cum ex commentario *Marracci in alcoranum*, tum ex iis, quae notata inuenies ad caput XXX. alcorani poſt grammaticam *Erpenii*, pag. 189. vbi conſulendus eſt Marraccius p. 546. et 547. item in prodromo IV. pag. 111. col. 1. et 2.“ — Poſterior pag. 170 ſq. haud improbat Crozii ſuſpicionem, et vero putat, potuiſſe ſpeciem aliquam huic commento addere ipſum Aeſopi nomen, quod ex lingua ſua Graeci deducunt, quum ſit Phrygiacum, cuius etiam veſtigia in *Aeſepo*, (pro quo male apud Seruium in Aeneid. legebatur *Aeſopus*,) Phrygiae flumo ſuperſint. Ego tamen alteram eiusdem Iablonskii coniecturam lubentius amplecterer, fabulam de Aeſopi deformitate petitam fuiſſe ex Socratis hiſtoria: vix enim quum poſſe ouo eſſe ſimilius, quam deſcriptionem Aeſopi cum illa Socratis, quae in Platonis *Theaeteto* occurrit; adde *Freytagii* diſſ. de inſigni Aeſopi deformitate narrationem Maximi Planudae examinantem. Lipſiae, 1717. *Reiske* in epiſtola quadam ad Leſſingium (in Gelehrten Briefwechſel zwiſchen D. Io. Iac. Reiske, Conr. Arn. Schmid und Gotth. Ephr. Leſſing part. II. Berol. 1789. 8.) Aeſopum, putat, et Ioſephum, ſiue ſecundum antiquam pronuntiationem, Iſup vnum fuiſſe eundemque. *Harl.*

k) Haec prima editio admodum rara eſſe videtur, nam neque Bayle in prima editione Lexici, neque Bentley exemplum illius nanciſci p[illegible] Poſtea tamen vita Aeſopi, a Meziriaco ſcripta, ſaepius vel typis repetita eſt, vel in alias linguas translata. Recuſa igitur eſt ante fabulas Aeſopi gallice verſas a Petro Milleto, 1646. 12. Burgis, in *Sallengre* Memoires de Litterature, tom. I. Hagae Comit. 1715. pag. 90 ſqq. in Meziriaci Commentaires ſur les Epiſtres d'Ovide etc. tom. I. Hagae Com. 1716. p. 57 ſqq. Latine verſa editionibus Aeſopi Fabularum Oxonienſi, 1718. tum Hauptmannianae, Lipſiae, 1741. et Baſileenſi eſt praemiſſa: anglice a Io. Toland, Aeſop. Fables, Londin. 1704. 8. addita: germanice a *Io. Andrea Iſſerkorn* in *Heumanni* Actis philoſophorum, partic. VIII. tom. II. p. 253 ſqq. cum Heumanni adnotationibus, cum eruditis cl. *I. H. Mart. Erneſti* notis in fine eius edit. Erleſene Aeſopiſche Fabeln. Noribergae, 1790. 8. His adde *Heumanni* commentationem de Aeſopo eiusque fabulis, ibid. tom. I. part. VI. pag. 944 ſqq. in qua Heumannus primum de auctore fabularum, tum de ſententia quorundam inepta, ab aliis copioſe refutata, (vid. *Fabricium* in Cod. Pſeudepigraph. V. T. pag. 1036.) Aſſaphum, poetam, regi Salomoni gratum, et Aeſopum vnum eundemque fuiſſe hominem, egit, poſtea Camerarii, Dillherri et Lutheri opiniones, Aeſopum nunquam exſtitiſſe, recenſet, ipſe vero narrationes Herodoti ac Plutarchi de Aeſopo, tanqu[illegible]

[illegible]

ſtri temporis ingenioſiſſimus *Iohannes Fontanus*: [qui vero in Vita Aeſopi, ſ. praefatione ad fabulas ſuas, gallice ſcriptas, ſaepe peccauit. vid. Bayle l. m. p. 402. nr. B. C. D. *Harl.*]

Plures Aeſopi. III. Fuere itidem alii Aeſopi in veterum monumentis memorati, de quibus Petrus Axenius in limine notarum ad Phaedrum. [adde *Bayle* in Lexico hiſt. crit. I. p. 405 ſqq.]

1) Mithridatis Regis anagnoſtes, qui eius elogium et de Helena librum ſcripſit. Heſych. illuſtris et Suidas in Αἴσωπος, tum idem Suidas in Πάν.

2) *Claudius* [alii, *Clodius*] *Aeſopus pater*, tragoediarum hiſtrio excellens, qui arte ſua magnas opes coaceruauit. Vide ad Plin. X. 51. XXXV. 12. Salmaſium ad Tertull. de pallio p. 427 ſq. Lindebrogium ad Terentium p. 588. et Ottauii Ferrarii electa p. 128. Seruum eius Licinium memorat Cicero ad Q. fratrem lib. I. epiſt. 2. Idem Cicero Aeſopo huic perinde, vt Roſcio illuſtri Comoedo praeſtantiſſimo operam dedit, vt ab iis actionem diſceret. Confer

ſpectas, reiicit, aliorum de eo verba examinat, ſuam de Aeſopo ſententiam, acutam quidem, at duriuſculam et audacem, ſibi non liquere, num Aeſopus vmquam in rerum natura fuerit, an, quod ipſi probabilius eſſe videtur, nomen ſit fictum, proponit exornatque, denique ſuſpicatur, *Aeſopum* nomen eſſe potius adpellatiuum quam proprium: tempore Cyri a gentibus Orientis virum ſapientem dictum fuiſſe אסף, eorumque dicta praeceptaque vocata fuiſſe *carmina Aſaphim*, id Graecos tranſtuliſſe λόγυς Αἰσωπέιυς, h. e. *fabulas ſapientum orientalium*; poſt credidiſſe Graecos, λόγυς illos nomen accepiſſe ab auctore illorum, indeque nomen *Aeſopi*, qui aliquando in viuis fuiſſet, fictum ortumque eſſe. Confirmatum ſe, ſcribit, in hac ſententia, quod Aphthonius, Hermogenes, Theo aliique contendant, fabulas diſtinctas fuiſſe in Libycas, Cyprias, Sybariticas et Aeſopias: vt igitur tria priora nomina denotant gentes, ita vltimum nomen quoque populum, vnde originem duxiſſent, n. orientalem, ſignificare, concludit. At enim fateor, quae contra Herodoti et reliquorum teſtimonia ingenioſe quidem diſputauit, ea mihi nondum adeo grauia videri, vt communem ſententiam, Aeſopum aliquando vixiſſe et finxiſſe fabulas, deſerendam eſſe putem: quasdam enim explicationes eſſe contortas et concluſiones duras, quilibet, qui Heumanni argumenta ponderabit, haud difficulter intelliget. Ariſtophanes, vt reliquos omittam, eius aliquoties meminit, et Ariſtoteles, haud credulus alias, de rep. Samiorum, teſte ſchol. ad Ariſtoph. Aues 471. [illegible] μῦθον [illegible].

Quae vero de ortu nominis orientali et diuiſione fabularum dicit, ea infirmo nituntur talo, immo vero ex Theonis effato (vt reliquos omittam, quorum loca adtulit Fabricius §. VI.) contrariam elici poſſe ſententiam reor. Theo enim (vid. infra §. VI. not. *x*) ſcribit, fabulas *Aeſopias*, (h. e. quae more, fabulatori Aeſopo ſueto, ſunt excogitatae atque ornatae, vid. *Scheffer.* ad Phaedr. I. Prolog. verſ. 1.) vocari etiam Libycas aut Sybariticas non minus, quam *Phrygias* etc. Videtur igitur nomen fabularum Phrygicarum, a populo, vel potius, vt reliquae, ab auctore eiusmodi fabularum, qui Phryx gente, ergo Aeſopus ipſe, fuit, ſumtum. Diverſas igitur fuiſſe, aut habitas eſſe illas fabulas, a gente auctoris denominatas, prouti ſecundum huius aut illius auctoris rationem erant inuentae atque ornatae, (vid. Schol. ad Ariſtoph. Aues, v. 471. Ariſtophan. Veſp. v. 1251. ibique ſchol. et paullo infra §. VI.) in genere autem *Aeſopias* vocitatas, potius colligerem. Schuppius in Praefat. ad libr. *Ueber den Lucidor*, narrat, P. Laurenbergium inter ſermones mutuos adfirmaſſe, ſe ex variis auctoribus eſſe demonſtraturum, fabulas, Aeſopo vulgo tributas, habuiſſe auctorem regem Salomonem, qui eas inter coenandum recitaſſet, Aſſaphum vero illas mandaſſe chartae: inde perueniſſe ad Graecos, qui poſtea finxiſſent, fuiſſe inter Graecos quemdam, nomine Aeſopum, qui eas Phryges, homines agreſtes, docuiſſet, eoque modo iisque praeceptis adcommodaſſet ſe ruſticorum hominum ingeniis, ſubtilioris diſciplinae haud capacibus. At enim id ipſum ſapit fabulam. *Harl.*

ſer Plutarch. in Cic. p. 863. Mentio huius Aeſopi etiam apud [Valer. Max. VIII. 10, 2.] Symmachum Epiſt. X. 2. Macrobium etc. [adde Cicer. VII. 1. ad Diuerſ. atque Manutii notam.]

3) Clodius Aeſopus, ſuperioris filius, luxurioſiſſimus. Horat. 2. ſerm. 3. Valerius Max. IX. 1. 2. [vbi vid. interpretes in exemplo Torrenii, p. 789.] Plin. IX. 35. etc. Confer Baylii Lex. p. 1177 ſq. [p. 420 ſq. edit. V.] atque Petrum Tertullianum de pallio. cap. V. [P]

4) Aeſopus, Demoſthenis libertus. Macrob. lib. I. cap. XI. Saturnal.

5) T. Curtilius Aeſopus, in vet. inſcript. apud Gruterum p. 868. 8.

6) L. Herennius Aeſopus, apud eumdem p. 913. 13.

7) Q. Laelius Aeſopus. id. p. 347. 4.

8) Aeſopus, Caeſaris Aug. diſpenſator Apſyrtianus, apud Reineſ. inſcript. IV. 79.

9) Aeſopus ſcriptor hiſtoriae Alexandr. M. de quo vid. Bayle l. m. et infra, libro VI. c.

Aeſopi libri II. IV. Ceterum priſcum illum Aeſopum, de quo in praeſenti agimus, Phrygem, Suidas refert ſcripſiſſe *Libros II. de iis, quae ipſi apud Delphos acciderunt*, τὰ ἐν Δελφοῖς αὐτῷ συμβάντα, ἐν βιβλίοις β'. quod Scaliger repetit in ἀναγραφῇ Olympiadum ad Olymp. XL. ſed in notis ad Euſebium hoc abſurdum eſſe notat, quia Aeſopus a Delphis interfectus ſit Olymp. LIV. Ne vero ſit opus comminiſci Aeſopum reuixiſſe l), aut bis fuiſſe apud Delphos, et de priori ſuo acceſſu ſcripſiſſe, atque in opere illo ſcribendo Delphicos offendiſſe, atque ita ad eos reuerſum periiſſe: Suidas ipſe parum tribuit fidei de libris illis ab Aeſopo ipſo compoſitis: Μᾶλλον δὲ τινὲς φασὶ τὸν Αἴσωπον ἀποφθέγματα (h. e. λόγους ſiue fabulas, vnde λόγοι et ἀποφθέγματα coniunguntur apud eumdem Suidam in λογοποιὸς) γεγραφέναι μόνον· ἐν γὰρ Δελφοῖς ἀδίκως ἀπολέσθαι, ὑπ' αὐτῶν κατακρημνισθέντα ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων καλουμένων πετρῶν κατὰ τὴν νδ' Ὀλυμπιάδα. Cauſam interfecti Aeſopi vltionemque ita refert *Plutarchus* de ſera numinis vindicta pag. 556 ſq. [p. 40. edit. Wyttenbach. cum notis conferes p. 63 ſq.] ἐνταῦθα λέγεται ἐλθεῖν Αἴσωπον etc. *Aeſopum huc (Delphos) aduenisse ferunt allato a Croeſo auro, vt et magnifico ſacrificio Apollinem veneraretur, et Delphis viritim quaternas minas diſtribueret. Cum vero ei offenſa quaedam et diſſenſio cum Delphicis eſſet orta, ſacris quidem functum, ſed pecuniam Sardes remiſiſſe, vt qui homines ipſos beneficio indignos iudicaret. Delphos e compoſito ſacrilegii inſimulatum* (phialam nempe ſacram eius ſupellectili permixtam deprehenderant, vt auctor eſt Heraclides in Politia Magnetum n)) *eum interfeciſſe praecipitatum e ſaxo, quod Hyampeam nominant.*

Ex

l) Apud *Clementem Alexandr.* Strom. lib. IV. *Aeſopii* memorantur per errorem. Nam *Aſopios* dicere debebat, obſeruante *Huetio* lib. III. Quaeſt. Alnet. cap. 14. p. 372. *Heumann.* qui idem adnotauit in Actis philoſoph. tom. I. p. 949. Fabricius orae exempli ſui adſcripſit: „*Aeſopus* ſtatuarius non diuerſus fortaſſe a fabulatore, ſi credimus Edmundo Chiſhull p. 40 ſq. 89. ad Inſcriptionem Sigeam.“ *Harl.*

m) Ptolemaeus Hephaeſt. apud Photium p. 252. edit. Hoeſchelii: ὡς Αἴσωπος ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Δελφῶν ἀνεβίωσε καὶ συνεμάχησε τοῖς Ἕλλησι περὶ Θερμοπυλῶν. Zenobius I. prouerb. 47. Suidas in Αἴσωπος [vbi v. Kuſter. p. 660. et 661.] et ἀναβιῶναι. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Veſp. v. 1251. ad Aues v. 471. ex Platone Comico. [Fabularum ſcriptorem Aeſopum reuixiſſe perhibent auctores ipſo fabulosiores, inquit *Huetius* Quaeſt. Alnet. lib. II. cap. 19. §. 7 pag. 259. *Heumann.*]

n) Hanc de phiala aurea fabulam forſan ...

Ex eo Deum iras in ipſos exercuiſſe o), et cum ſolo ſterilitatem, cum hominibus omnis generis tetros morbos intuliſſe, ita vt Delphi ſingulis Graecorum conuentibus edixerint, ſe paratos eſſe, ſi quis Aeſopi gratia poenas ab ipſis exigere vellet. Tertia demum aetate veniſſe Idmonem Samium, (ſiue Iadmonem Herodot. [l.] 2. 134. vid. ad §. I. not. *d.*) *qui genere Aeſopum nequaquam attingeret, ſed prognatus ab iis eſſet, qui Aeſopum Sami emiſſent. Huic pro delicto ſatisfeciſſe Delphos, atque ita malis eos liberatos fuiſſe. Ferunt ex hac re tractum, vt ſupplicium ſacrilegorum ab Hyampeia in Naupliam petram transferretur.* Etiam a Delphis στήλην ſiue ſtatuam erectam interfecto iniuſte Aeſopo, tradit Maximus Planudes p). Similiter ſtatuam ingentem Aeſopo Athenis poſitam memorat Phaedrus q) in epilogo libri II. quam a Lyſippo ſtatuario factam colligitur ex epigrammate graeco Agathiae. Praetereo, quod incerta fide idem Planudes refert, Lycerum regem Babylonis tanti aeſtimaſſe Aeſopi ingenium, vt ſtatuam auream ei conſecrarit, quem ſuſpexerat tamquam κίονα τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας, et quod

eſſe ex hiſtoria Ioſephi, patriarchae, opinatur Heumannus ad Meziriaci vitam Aeſopi in Actis philoſ. tom. I. pag. 271. not. α. *Harl.*

o) Vindicatae ab Apolline Aeſopi caedis meminit etiam Libanius in Apologia Socratis tom. I. pag. 687. *Fabric.* Idem *Libanius* in Orat. de vlciſcenda Iuliani nece, a Fabricio noſtro vol. VII. cap. 9. p. 145 ſqq. inſerta, vbi p. 170. vindiciae illae caedis memorantur: ad quem locum Fabricius haec adnotauit. „Illam de *Aeſopo* hiſtoriam deſcribit *Plutarchus* de ſera numinis vindicta pag. 556 ſq. [qui eſt noſter locus.] conf. Kuhn. ad Aelian. H. V. XI. cap. 5. ab eo Αἰσώπειον αἷμα dictum ἐπὶ τῶν ἀδίκως ἀναιρεθέντων, teſte Suida. Idem Olymp. LIV. Aeſopum ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων πετρῶν, (vel vt Plutarchus l. c. vocat, ἀπὸ τῆς Ὑαμπείας, [de qua petra praeter Kuhn. memoratum vid. *Valcken.* ad Herodot. lib. VIII. p. 657. et *Weſſeling.* ad Diodor. Sicul. tom. II. p. 104.] praecipitem datum teſtatur, ad quod tempus haec etiam refert Hieronym. in Chron. quod tamen verum eſſe non poteſt, ſi Olymp. XL. deſcripſit omnia Aeſopus, quae ſibi Delphis contigerant, id, quod idem Suidas teſtatur. Nugae enim ſunt Graeculorum, quae refert *Alexander* apud Photium cod. 252. de Aeſopi ἀναβιώσει, obſeruante Scaligero ad Hieronymi l. c. quid igitur reſtat, quam vt vel metachroniſmum commiſiſſe Suidam dicamus, (quamuis ne Suidae quidem ille error ſit, ipſe enim clare ſatis indicat, hac ipſa temporum ratione motos nonnullos ſolum ἀποχρεμάτων librum Aeſopo, altero de rebus apud Delphos geſtis excluſo, tribuere) vel bis Delphis Aeſopum fuiſſe dicamus, eaque ſaltem libro illo cum deſcripſiſſe ſtatuamus, quae, cum prima vice ibi eſſet, ei obtigerunt.“ Hactenus Fabricius. *Harl.*

p) In vita Aeſopi extrema: ὡς συνειδότες ἑαυτοῖς ἀδίκως φονευθέντι Αἰσώπῳ καὶ στήλην ἀνέστησαν.

q) Verba Phaedri haec ſunt: [in Epilogo lib. II. v. 1. vbi vide Burmannum in comment. ſ. maiore edit. p. 102 ſq. qui, vt Fabricius ſuam probaſſet interpretationem, maluit, et *Gudii* emendationi calculum adiecit: huic lectioni fauet quoque cod. Diuionenſis, (vid. *Leſſing* Beytrag zur Geſchichte und Litteratur tom. I. pag. 53.) et recepit eam in contextum cl. *Schwabe* in ſua Phaedri editione part. prior. pag. 198. cuius notam conſules. *Harl.*]

Aeſopo INGENTEM ſtatuam poſuere Attici,
Seruumque collocarunt aeterna in baſi,
Patere honoris ſcirent vt cunctis viam,
Nec generi tribui, ſed virtuti gloriam.

Ingentem ſtatuam, accipio ſplendidam, illuſtrem, neque neceſſe arbitror cum clariſſimo Gudio reſcribere *Aeſopi ingenio.* *Agathiae* Epigramma in Aeſopum exſtat libro IV. Anthologiae tit. 33. in Philoſophos, et ex Grotii verſione ſic ſe habet:

Fictorum Lyſippe decus Sicyonie, laudo
Aeſopi Samii quod ſenis effigiem
Antelocas ſeptem Graecis ſapientibus; horum
Nam dictis vis eſt plurima, ſuada deeſt.
Ille docet verum blanda ſub imagine falſi,
Sed docet et monſtrat ſeria cuncta ioco:
Aſpra iuuent alios: Samii me fabula mulcet,
Vtile ſub dulci quae clepit illecebra.

Ioachimi Camerarii Metaphraſis exſtat in Io. Lomeieri part. I. Dierum Genialium pag. 282.

quod teſte Tatiano adverſus Graecos p. 55. non tantum fabulae ſempiternam Aeſopo memoriam pepererunt, ſed et Ariſtodemi plaſticae eum claritatem reddidit, et quod Philoſtratus denique lib. I. imaginum cap. 4. deſcribit Aeſopum cum oculis in terram defixis in medio choro ſtupentem circumque animalium in formam humanam habitum atque veſtitum. [In bibliotheca Caeſ. Vindobon. c. 320. nr. 9. teſte Lambecio in Commentar. de bibl. Caeſar. lib. V. p. 591. Kollar. eſt cod. gr. Αἰσώπε πρὸς Λῖνον μαθητὴν αὐτῶ παραίνεσις. *Aeſopi admonitio ad Linum diſcipulum.* conf. ad §. VIII. init. cod. Lugd. Batau. *Harl.*]

[illegible] V. FABVLIS Aeſopi quidem ingeniosius nihil fuit celebrius, quas ob ſingularem venuſtatem Aviano Epiſt. 17. celebratam credibile ſit ſive a Mercurio veris [illegible], ut legas apud Philoſtratum V. 5. de vita Apollonii, ſive ipſum Apollinem in medium protuliſſe, ut eſt apud *Avienum*, qui in praefat. fabularum. [ubi vide Cannegieter. p. 5.] *Aeſopus*, inquit, *reſponſo Delphici Apollinis monitus ridicula orſus eſt, ut legenda firmaret.* [conf. ſchol. ad Ariſtoph. Plutum v. 1125.] *Rhetoricis* [h. e. fabulas, quae [illegible]] vocat, quas *Ammianus Marcellin.* XXX. 4. [illegible], Ariſtophanes in avibus et veſpis *fabulas* memorans vocat Αἰσώπε γελοῖα, unde Clariſſ. [illegible] [§. I p. 97. ex verſione Lennep.] recte reprehendit ſcholiaſten Ariſtophanis, qui ad [illegible] Veſpas v. 564. putabat, ab Ariſtophane reſpici geſtus ridiculos Aeſopi Tragici hiſtrionis Αἴσωπος Τραγῳδίας ἐγένετο ὑποκριτὴς γελοιάδης. Verum hiſtrio ille Romae clarus non uno poſt Ariſtophanem ſaeculo, reſpici a Comico neutiquam potuit, et clare Heſychius: Αἰσώπε γελοῖα, ἅπερ ἔλεγεν τοὺς Αἰσώπε μύθους. *Aeſopii logi* vocantur [illegible] conſolat. Polyb. cap. 27. unde Aeſopus λογοποιὸς [h. e. qui fabulas finxit, *fabulator*, non, ut ſaepe vertunt, fabularum *ſcriptor*, vid. Max. obſeruatt. ſacr. lib. III. cap. 40. p. 131. Hermanni Acta philoſ. I. p. 954 ſq. not. *Harl.*] r) apud Euſtathium, Themiſtium, [illegible], Herodotum, et alios. Αἰσώπε λογοποιΐαι vocantur ab Euſtathio Antiocheno de Engaſtrimytho, p. [illegible]. Non primum, ſed praecipuum fuiſſe fabularum auctorem ſive, ut Macrobii verbo utar, *fabulonem*, notatur praeter Quinctilianum s) V. 11. 19. [ubi vid. Geſner. pag. 230. et interpr. in ex. Burm. pag. 441.] idem Theo-

ni

r) At λογογράφοι plerumque denotat ſcriptorem proſarium, quales ſunt tum alii, tum qui hiſtorias ſcribunt. Itaque apud Plutarchum V. 2. ſympoſ. τῶν λογογράφων καὶ ποιητῶν ἔθνος minus bene reddit eruditus interpres: *Fabularum ſcriptores et poetarum gentem* p. 674. Neque rem acu tetigit Amiotus, qui de Oratoribus hunc locum intellexit. Licet enim illi quoque dicantur λογογράφοι, tamen alios etiam, qui pedeſtri ſermone utuntur, illo vocabulo denotari conſtat. *Fabric.* adde cl. Erneſti ad Aeſopi fab. 91. p. 74. *Harl.*

s) Quinctiliani verba ſunt: *Illae quoque fabulae, quae, etiamſi originem non ab Aeſopo acceperunt, nam videtur earum primus auctor Heſiodus, nomine tamen Aeſopi maxime celebrantur.* Hunc locum ita intellexit ſcriptor libelli, anglice editi, ſub titulo: A view of the diſſertation upon the Epiſtles of Phalaris Lond. 1698. 8. ac ſi Quinctilianus exiſtimaſſet, fabularum, quae ipſius aetate ſub Aeſopi nomine ferebantur, verum auctorem eſſe non Aeſopum, ſed Heſiodum. At enim epitheton *primi* auctoris non reſpicit fabulas Aeſopias, quae unum tantum poſſunt habere auctorem, ſed fabulas univerſe, neque aliud docet Quinctilianus, ut *Theo* quoque, [p. 22. edit. Camerar.] quam Heſiodo ante Aeſopum idem ſcribendi genus placuiſſe: in Heſiodi enim poematis etiam αἶνος ſive fabula occurrit de accipitre et luſcinia: etiam in Archilochi carminibus fuere αἶνοι de aquila et vulpe, de vulpe et ſimia etc. [quod iam Camerar. in [illegible] ſua fabul. Aeſopiar. p. 487. notauit. adde [illegible] Acta philoſ. tom. II. p. 261. not. μ. et ſchol. Ariſtoph. Au. 652. *Harl.*] Vide, quae ſupra cap. VIII. 18. et Andr. Dounaei not. ad Chryſoſt. [illegible] p. 290 ſq. Sic Auguſtinus lib. 2. cap. 3. [illegible] Academicos fabulam fingens de Philocalia et [illegible]

[illegible]

in progymnaſmatis, cuius locum inſignem produxi ſupra cap. 8. §. 18. Fabulas ſcripto conſignaſſe hunc, vt *Iulianus* Imp. Orat. 7. τῶν μύθων Ὅμηρον; diſerte adfirmat Aphthonius. Νικᾷ δὲ μᾶλλον Αἰσώπειος λέγεσθαι (ὁ μῦθος) τῷ τὸν Αἴσωπον ἄριστα πάντων συγγράψαι τοὺς μύθους. Confer Suidam in loco ante allato et Euſtathium ad Iliad. α. p. 22. cui, vt Suidae in Π τὸ μέσον, Aeſopus vocatur μυθογράφος; quemadmodum etiam Tzetzae IX. hiſt. 280. et VII. hiſt. 105. Videtur etiam ſcriptas fabulas innuere *Plutarchus* contra Stoicos pag. 1067. et conuitium Ariſtophaneum in Auibus v. 470. οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας, niſi haec verba Apoſtolio etiam laudata VIII. 85. prouerb. ſic malis interpretari: *nec de triſti illa Aeſopi fabula inaudiuiſti.* Apud Galenum XI. de ſimplic. medicam. tom. II. pag. 149. excuſum inuenio, οὐδ' Αἴσωπον μεμάθηκας. [At *Aelian.* Hiſt. Anim. XVI. 5. qui hunc Ariſtophanis locum et fabulam Aeſopi repetit, habet quoque πεπάτηκας. at in Ariſtophanis loco ſcriptas innui fabulas, non video: vid. quoque *Heumann.* in Actis philoſ. II. p. 964. *Harl.*] Omitto verba Planudis in Aeſopi vita: καὶ μετὰ τοῦτο τοὺς ἐκείνους συγγραψάμενος μύθους τοὺς μέχρι καὶ νῦν φερομένους παρὰ τῷ βασιλεῖ (Κροίσῳ) κατέλιπε. Occaſionem componendarum fabularum his verbis refert Phaedrus in prooemio libri tertii: [¶]

— — — *Seruitus obnoxia* (i. e. Aeſopus ſeruus)
Quia quae volebat non audebat dicere,
Affectus proprios in fabellas tranſtulit,
Calumniamque fictis cluſit iocis.

Incertum tamen eſt, vtrum veteres, qui Aeſopias fabulas memorant, t) Ariſtophanes, Plato et Ariſtoteles vſi ſint Aeſopi ipſius ſcripto, aut potius eas retulerint, quales vel ore traditas vel ab alio collectas acceperunt u), vt *Socrates* in Platonis Phaedone ait, ſe Aeſopi fabulas

las

phia, *quam totam*, inquit, *nam ſubito Aeſopus factus ſum, Licentius carmine ſuauius indicabit, poeta eſt enim paene perfectus.* Etiam apud Orientales populos genus philoſophiae antiquiſſimum fuit per fabulas, vnde Luciano inter Macrobios memorantur Ἀσσυρίων καὶ Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων cum Perſarum Magis et Aegyptiorum Hierogrammateis, tom. II. p. 466. [ſ. tom. III. p. 210. edit. Reitz. cuius, et I. H. Maii notas conſules.] Strabo I. p. 18 ſq. καὶ πρῶτον ὅτι τοὺς μύθους ἀπεδέξαντο οὐχ οἱ ποιηταὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ πόλεις πολὺ πρότερον καὶ οἱ νομοθέται, τοῦ χρησίμου χάριν etc. *Fabric.* Veterum de Aeſopo teſtimonia collegerunt Hudſon. et Heuſinger. et ſuis praefixerunt editt. *Harl.*

t) Ariſtophanes in *Veſp.* et *Pace*, v. 128 ſqq. Plato Alcibiade I. Ariſtoteles 2. 20. Rhetor. [de Partu Animal. III. cap. 2.] Meteorol. cap. 3. Aphrodiſeus pag. 95. Dio Chryſoſtomus Orat. XXXII. ad Alexandrinos p. 380. ἔχω δὲ καὶ ἄλλον αὐτῶν λόγον ἀνδρῶν Φρυγὸς ἀκοῦσαι, Αἰσώπου συγγενοῦς etc. adde XII. pag. 195. XXXIII. p. 398. LXXII. p. 631. *Lucianum* Hermotimo tom. I. pag. 569. [ſ. cap. 84. tom. I. pag. 829. edit. Reitzii;] *Fabric.* [et Luciani Icaromenipp. 10. tom. II. p. 761. ibique interpret. et confer *Tyrwhitt* diſſ. de Babrio pag. 29. not. 37. contra Bentleium. *Harl.*]

u) Mihi quidem probabilior videtur ſententia eorum, qui putent, Aeſopum non ipſum litteris conſignaſſe fabulas, ſed per occaſionem fictas recitaſſe; quas non multo poſt alios collegiſſe, alios poſtea fabulas eodem modo excogitatas addidiſſe, ſit credibile. *Tyrwhitt* tamen in Diſſert. de Babrio p. 25. edit. Londin. non dubitat, Aeſopum ipſum fabulas ſoluta oratione ſcriptas reliquiſſe. Genuinas Aeſopi fabulas ſiue ore traditas, ſiue iam collectas ſciuiſſe aut habuiſſe videntur Ariſtophanes, Plato et Ariſtoteles et forſan alii antiquiores. Quae vero hodie habentur Aeſopi fabulae, eas non ita eſſe profectas dictasque ab Aeſopo, iam diu agnouerunt viri docti. Vide bibliotheque critiq. publiée par Mr. *de Sainjore* (h. e. Richard Simon) tom. IV. Amſtel. 1710. mai. 12. cap. 17. *Bayle* in Eſope, not. H. K. L. *Heumann* in Actis philoſ. I. p. 960 — 966. qui orae exempli ſui Fabriciani haec adſcripſit. „Athenaei et Diogenis Laertii aeuo nullas

las

las verſibus complexum, quas memoria repetere potuit. Monitum enim ſomnio, vt muſicae operam daret, ſcripſiſſe paeana, deinde οὓς προχείρους, inquit, εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τοὺς Αἰσώπου, τούτους ἐποίησα, οἷς πρώτοις ἐνέτυχον. Tum in initio operis, quod refert Laert. II 42. Socrates Aeſopum dicentem inducit, non ſcribentem:

Αἴσωπός ποτ' ἔλεξε Κορίνθιον ἄστυ νέμουσι
Μὴ κρίνειν ἀρετὴν λαοδίκῳ σοφίῃ.

Fabularum collectiones. VI. Fabulas *Aeſopi* a Socrate verſibus expreſſas memorat praeterea Suidas in Σωκράτης, Plutarchus de audiendis poetis, [cap. II. vbi v. Krebſii notam in eius edit. p. 110 *Harl.*] et Auienus in praefat. fabular. v) *Diagoras* quoque Melius, qui Olymp. XCI. Athenis exulauit, fabularum Aeſopiarum collectionem edidiſſe videtur w); nam eius Φρυγίους λόγους Tatianus [p. 96. edit. Worth.] memorat: certe conſtat λόγους φρυγίους dici, vt φρύγια αἰνίγματα apud *Maximum Tyrium* Diſſ. XXXIII. ab Aeſopo Phryge, vt x) *Sybariticos*

las exſtitiſſe fabulas, ab ipſo Aeſopo ſcriptas, ex eo colligo, quod duo iſti ſcriptores in citandis auctoribus frequentiſſimi, ne ſemel quidem meminerint fabulae ab Aeſopo ſcriptae. Phaedrus quoque Aeſopias fabulas per traditionem potius, quam ex ipſo Aeſopi libro accepiſſe videtur. Nam de Aeſopi ingenio non aliter loquitur, quam de ingenio Anacharſidis, cuius pariter nihil exſtat. adde *Gataker.* de ſtilo N. T. cap. 23. p. 123. 124. Fabulas, quae Aeſopo vulgo tribuuntur, auctorem habere Planudem, vel ab eo eſſe interpolatas, ſtatuit Simonius tom. IV. bibl. crit. ep. 17. p. 132. et Vauaſſor, refutatus a Basnagio in Baylii Epiſt. p. 71." Hactenus *Heumannus.* Adde *Gotthold. Ephr. Leſſing*, qui ipſe ingenioſus erat fabulator, in commentat. de fabula, adnexa illius tribus fabularum libris, edit. II. Berol. 1777. 12. ſect. VI. p. 216 ſqq. vbi Aeſopum, Phaedrum et Fontanium ſcite comparat, et per totam elegantem diſputationem ſiue de natura fabulae contra de la Motte et Richerum (qui ipſe fabulas, gallice ſcriptas, euulgauit,) Breitingerum, Batteuxium, ſiue de vſu animalium in fabulis, ſiue de harum diuiſione, ſiue de elocutione diſſerat, multa praeclare ſcribit de Aeſopo fabulisque Aeſopiis. conf. *Leſſing* in: Briefen, die neueſte Litteratur betreffend, epiſtol. XXXVII. rec. in: Analekten für die Litteratur von *G. E. Leſſing*, part. I. Bernae 1785. p. 453 ſqq. *Bentlei* l. c. §. 1. p. 96 ſq. et §. 11. de Socrate, vbi, „Obſeruandum, ait, rurſus, non dicere Socratem, *libro ſe vſum fabularum*; ſed apud Platonem in Phaedone *ſcribebam*, inquit, οὓς ἠπιστάμην, *quas noueram, et quarum primum poteram recordari.* Neque etiam haec fabula in noſtris eſt: ſi tantum ex eo conficere nobis liceat, quod *Corinthios* nominat." At *Tyrwhitt* l. m. p. 25. negat. Bentleium iure quodam id, quod voluit e verbis Socratis collegiſſe, doletque, Bentleium diſſertationem ſuam de Aeſopo eo modo, quo illam de Phalaride, non retractauiſſe. *Meiners* Geſchichte des Urſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom. vol. I. Lemgou. 1781. p. 70 ſqq. *Herder* Zerſtreute Blätter, faſcic. III. Gothae. 1787. mai. 12. *Harl.*

v) De λόγοις ſocraticis v. *Ariſtot.* A. P. cap. 1. et quae ibi notaui p. 9. *Harl.*

w) Mihi non videtur. Sed ſi lectio vera eſt, intelligo cum *Voſſio* de Hiſt. gr. lib. IV. cap. 2. hiſtoriam eorum, quae ad Cybelen ſ. matrem Phrygiam pertinerent. Sed Suidas et Heſychius illuſt. vocant v. *Diagoras* ἀποπυργίζοντας λόγους. conf. *Bayle Lex.* v. *Diagoras.* n. G. *Harl.*

x) Ariſtoph. Veſpis v. 1251. Αἰσωπικὸν γέλοιον ἢ Συβαριτικόν. Heſychius in Συβαριτικοὶ λόγοι. Exemplum eſt apud Ariſtoph. ibid. p. 362. quod e verſione Grotii adſcribam:

Sybarita quidam praeceps de curru datus
Graue vulnus et quidem ipſo in capite acceperat:
Ignarus quippe frena regere quadrupedum,
Quem ſic amicus adſtans coepit adloqui:
Quam quisque callet artem in ea ſe exerceat.

Meminit et Aphthonius [cap. II p. 8. edit. [illegible]rii, qui late de fabulis earumque nominibus [illegible]

ri[illegible]

ritices a Thuro Sybarita, cuius meminit Theon [?] et *Libycos* y) a Cybiſſo, qui ex Libya oriundus fuit, *Ionicos*, a Sotade, qui Ionice ſcripſit teſte Suida in Σωτάδης z). Neque obſtat, quod Heſychius illuſtris et Suidas, quibus illud Diagorae ſcriptum dicuntur ἀποπυργίζοντες λόγοι aa), notant, in illo parum reuerenter tractatos eſſe Deos: nam hoc in fabulis etiam fieri potuit, vt Bernhardi Ochini apologi redarguunt ſuperſtitiones eccleſiae romanae. Inter *Demetrii Phalerei* ſcripta a Laertio V. 81. Αἰσωπείων α', atque iterum 80. referuntur λόγων Αἰσωπείων συναγωγαί, quod interpres latinus, etiam in edit. Wetſteniana male reddit *orationum Aeſopicarum collectiones*, cum per λόγους fabulas indicari ex iam dictis clariſſimum ſit, vnde λογοποιήσαντες apud Heſych. πλασάμενοι λόγους ψευδεῖς. Confer Suidam in λογοποιῶν

Kk kk 2

rit, Francof. 1655. 8. *Harl.*]: καλῶνται δὲ Συβαριτικὸς ὁ μῦθος, καὶ Κίλιξ (a Conno Cilice) καὶ Κύπριος, πρὸς τοὺς εὑρόντας μεταθεὶς τὰ ὀνόματα. Fabulam de Mida Φρύγιον λόγον vocat Nazianzenus Orat. XX. pag. 331. Hermogenes, Priſciano interprete: *Nominantur autem ab inuentoribus fabularum aliae Aeſopiae, aliae Cypriae, aliae Libycae, aliae Sybariticae, omnes autem communiter Aeſopiae dicuntur, quoniam in conuentibus frequenter ſolebat Aeſopus fabulis vti. Theo* progymnaſm. [p. 21. edit. Camerarii. Baſil. 1541.] καλοῦνται δὲ Αἰσώπειοι [μῦθοι] καὶ Λιβυστικοὶ (*Dio Chryſoſt.* IV. de regno p. 71. et diſſ. V. p. 82.) ἢ Συβαριτικοί τε [conf. Heinſ. et Burmann. ad Ouid. Triſt. II. v. 417.] καὶ Φρύγιοι καὶ Κιλίκιοι καὶ Καρικοί, (horum exemplum in appendice Vaticana prouerb. 61.) Αἰγύπτιοι καὶ Κύπριοι ἀπὸ Κυπρίας γυναικός. Scholiaſtes Aphthonii p. 4. οἱ μὲν Συβαρῖται ἐκ μόνων λογικῶν ζώων μύθους ἐξεῦρον (hoc vtcunque confirmatur exemplo, quod ex Ariſtophane attuli) οἱ δὲ Κίλικες καὶ Κύπριοι ἐμπορευόμενοι καὶ τόπους ἀγνώστους διερχόμενοι ἐνεπλάσαντο τοὺς ἐξ ἀλόγων ζώων μύθους, ὡς ἑωρακότες ἐν τόποις τισὶ ξένην μορφὴν ἔχοντα ζῶα. Ὁ δὲ Αἴσωπος τοὺς ἐξ ἀλόγων καὶ λογικῶν μύθους ἀνεπλάσατο πρὸς βιωφελῆ παραίνεσιν. Aliter Iſidorus Hiſp. lib. I. cap. 39. *Fabulas primus inueniſſe traditur Alcmaeon Crotonienſis: Appellantur Aeſopicae, quia is apud Phrygiam in hac re pollebat. Sunt autem fabulae aut Aeſopicae aut Libyſticae. Aeſopicae ſunt cum animalia muta inter ſe ſermocinaſſe finguntur, vel quae animam non habent, vt vrbes, arbores, montes, petrae, flumina. Libyſticae autem, dum hominum cum beſtiis aut beſtiarum cum hominibus fingitur vocis eſſe commercium.* Aliter denique Theo nullam eiusmodi differentiam agnoſcens, cui adſentit Voſſius II. 15. 2. Inſtit. Or. [conf. *Leſſing.* comm. de Fabulis, ſect. III.]

y) Heſychius: Λιβυκοὶ λόγοι. Χαμαιλέων φησὶ Λίβυν τὸν (ex Theone ſcribendum puto Κυβισσὸν τὸν Λίβυν) εὑρεῖν τοὺς λόγους τούτους. Meminit eorumdem etiam Aeſchylus Myrmidonibus apud Suidam in ταυτί. ὅδ' ἐστὶ μύθων Λιβυστικῶν λόγος. Vide A. Schottum ad prouerbia p. 543. Ariſtoteles 2. 20. Rhetor. ἐν μὲν παραβολή, ἐν δὲ λόγοι οἷον οἱ Αἰσώπειοι καὶ λιβυκοί. Male Bullialdus in verſione Theonis Smyrnaei p. 112. *Libyca oratio*, fabulam enim notari ipſe agnoſcit in notis: itaque reddendum erat *Libycus logus.* Confer veterem λόγον ſiue fabulam de leone virginis nuptias petente apud Diodorum Sic. XIX. tom. II. p. 672. [p. 336 ſq. edit. Weſſeling. qui obſeruat, eam quoque deſcripſiſſe *Aphthon.* fab. 7. et a *Neueleto*, ſed paullo diuerſam, inter Aeſopicas e cod. Palat. p. 268. eſſe publicatam. *Harl.*] Etiam Λυδίους λόγους memorat Schol. Aphthonii.

z) Conf. Camerar. et Burmann. ad Quinctil. I. O. lib. I. cap. 8. p. 95. copioſe de *Sotade* et verſibus Sotadicis diſputantes, et Almelou. ad Quinct. I. O. lib. IX. cap. 4. p. 857 ſq. Heinſ. et Burm. ad Ouid. Triſt. II. 411. Exemplum vide in *Lambecii* Comm. de biblioth. Caeſ. Vindobon. lib. et vol. VI. p. 2. cod. XXXIII. 3. p. 316. adde *Hephaeſtionis* Enchiridion, p. 37. *Brunckii* Poetas gnomicos, pag. 200 et 339. et infra in Notitia comicorum deperditorum, voc. *Sotades. Harl.*

aa) Quaſi de *turre praecipitantes* dicas. Hoc nomen videtur libro impoſitum ab iis, qui Diagoram exoſum reddere volebant. Nam ſi ab auctore ipſo fuiſſet, opportunior ſcopo Tatiani, neque ab illo praetermiſſus. Ceterum, re diligentius conſiderata, fateor, parum certam eſſe hanc de Φρυγίοις Diagorae λόγοις coniecturam, neque me praeterit, in alia abire Voſſium de Hiſt. Gr. et Baylium in Lexico p. 1041. edit. ſecundae. [Paullo ante dixi meam ſententiam. Res quidem incerta eſt, λόγοις iſtis deperditis. *Harl.*] Inter *Democriti* quoque ſcripta Φρύγιον λόγον memorat Laertius.

γεγονότων et Varinum in λόγος, vbi ex Euſtathio, (quem non nominat) ad Iliad. α. p. 22. docet, λόγος veteribus fuiſſe qui poſtea μῦθος, contra μῦθον, qui antea [ꝑ] pro narratione vera accipiebatur, frequentatum poſt deinde pro ficta et fabuloſa. Perinde vt latinis quoque *fabulam* pro vero ſermone dictam multis exemplis docet Voſſius in Etymologico. [*Nicoſtratus* circa tempora Antoninorum μύθους Αἰσωπείους, (qui vero mere mythologici fuerunt, v. ſchol. ad Hermogenis locum, p. 415. edit. Ald.) feciſſe memoratur. Hermogenes περὶ ἰδεῶν B. de Nicoſtrato ὅς γε καὶ μύθους αὐτὸς πολλοὺς ἔπλασεν, οὐκ Αἰσωπείους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπαίνους καὶ δραματικούς. Hunc tamen et Demetrium, (vt de Aphthonio manifeſtum eſt,) mythographiam eatenus tantum excoluiſſe ſuſpicatur Tyrwhitt l. c. p. 26. not. 75 collato Auctario eiusdem ad Orpheum de lapid. quatenus rhetoricae inſeruire cenſetur. *Harl.*] Fabulas ſcripſerat etiam *Myro* Rhodia, vt Suidas auctor eſt: [ν. Eudocia p. 300.] Forte et *Pataecus*, qui Aeſopi ſe animam nactum iactabat, teſte Plutarcho in Solone p. 81. [Sed cl. *Tiedemann* in Griechenlands Erſten Philoſophen, p. 117. negat, ex hiſtoria a Pataeco de Thalete et Solone narrata, rite colligi poſſe, Pataecum λόγους ſcripſiſſe. *Harl.*]

Babrius. VII. Ab eo tempore *Babrius* quidam, ab aliis *Babrias* vel *Gabrias* [bb]) nominatus, non inuenuſte, vt ex fragmentis apparet, Mineruam ſcripſit Aeſopios μύθους ſiue μυθιάμβους libris decem, vt Suidas, vel vt Auianus, *duobus*, et quidem verſu choliambo ſiue ſcazonte. Primus, qui eius meminit, eſt *Iulianus* Imperator Epiſt. 59. ad Dionyſ. τοὺς μύθους τοῦ Βαβρίου ἀκήκοας. Γαλῇ ἀνδρὸς εὐπρεπῶς ἐρασθεῖσα· τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μανθάνε. Ita ſe in Barocciano Codice reperiſſe Petauius teſtatur. Auianus in praefat. quas (fabulas) *Graecis iambis Babrias* [cc]) *repetens*, *in duo volumina coartauit.* *Babrium* vocat Etymologici M. auctor in ἔμφαξ et in πεπρωμένον, vbi hos eleganter ex eo verſiculos profert:

> Ἃ σοι πέπρωται, ταῦτα τλῆθι γενναίως
> Καὶ μὴ σοφίζου, τῶν χρεῶν γὰρ οὐ φεύξῃ.

Γαβρίας dicitur in *Ioannis Tzetzae* chiliadibus chil. VIII. v. 516. ſed Βαβρίας ſerio chil. XIII. v. 258 ὥσπερ Βαβρίας γράφει ἐν μυθιάμβοις τοῖς χωλοῖς etc. Adtendendum ex illo verſus quosdam

bb) Michaelis Gabriae Epiſtolas MSS. memorat Geſnerus in bibl. Adde bibl. Coislin. p. 574. Aldrouand. lib. I. de quadrupedibus biſulcis. p. 379.

cc) *Henr.* tamen *Cannegieter*, qui *Flauii Auiani* (ita enim nomen huius fabulatoris eſt ſcribendum, vti iam Voſſius Inſtit. Orat. lib. II. cap. 15. ſect. 5. aliique, cumprimis Cannegieter, dudum docuerunt, non, vti alii, etiam Fabricius hoc et aliis locis B. Gr. ſcripſerant, *Auieni*) *fabulas* cum ſuis aliorumque animaduerſionibus, Amſtelodami, 1731. mai. 8. edidit, in praefatione *Auiani* e libris ſcriptis *Babrius* repoſuit, et in nota de ſcriptura et homine et nominis in editionibus varietate copioſe diſputauit. Ille tamen metuit, ne Suidas Babriam et Babrium confuderit, quorum vterque fabulas Aeſopias ſcripſiſſet tempore, metro, numero diuerſas. Illum, putat, priorem fuiſſe Auiano, atque etiam Phaedro: hunc poſteriorem; illum iambis, hunc ſcazontibus, ſiue χωλιάμβοις, (vti apud Suidam legendum eſſe iam vidit Kuſter,) illum libris duobus, hunc decem, (niſi librarii apud Suidam fallunt, quod etiam cenſet *Tyrwhitt* in diſſ. p. 2. not. neque conſtare, addit, Auianum *volumina* poſuiſſe eodem ſenſu, quo Suidas βιβλία,) ſcripſiſſe, hos denique fabulatores quoque confuſos fuiſſe a Tzetza locis, a Fabricio noſtro iam citatis. Equidem librarii manum oculumue aberraſſe loco primo, a Fabricio excitato, exiſtimem, B et Γ facile permutatis. Idem in diſſertatione ſubiecta, cap. XI. p. 273. *Babrium* aetate priorem Phaedro fuiſſe iudicat. Cap. XVI. p. 289. addit, *Babrii*, *Babriae* et *Gabriae* nomina non magis, quam

quosdam ſecantes, ἄκουσαι καὶ Βαβρίε etc. qui duobus auctiores leguntur apud Natalem Comitem IX. 5. Mythologiae. Fabula ipſa legitur in Proſaicis Graecis a Neueleto vulgatis fab. 245.

Kkkk 3 *Teſtes*

bulas confundi, ***Babrii*** fabulas omnes periiſſe, refarſiſſe tamen hoc damnum Magiſtros, redditis illis *Babriae* et *Gabriae* fabulis, tametſi verſus ratio abhorreat: immo nec Babriae forte eſſe, quae hoc nomine venditantur: Voſſium in antiquis membranis *Ignatii Diaconi* nomen iis inſcriptum inveniſſe, (Inſtit. orat. II. 15. 5.) Neueletum, vt in praefatione teſtatur, in Palatinis ſchedis *Ignatium Magiſtorem* reperiſſe. *Bentlei* in diſſ. de fabulis Aeſopi §. V. *Babrium* et *Gabriam* diſcernit, et Babrii librum, ſi nunc exſtaret, merito opponi latino Phaedro, ſi non praeferri, poſſe, iudicat, et tamen §. VII. *Babrium* vnum de poſtremis bonae notae fuiſſe opinionis errore adfirmat, variaque Babrii fragmenta, fabulis Aeſopeis, quae nunc exſtant, mixta recenſet. Nemo tamen de *Babrio* eiusque fabulis melius meruit, quam *Thomas Tyrwhitt*, eques Anglus, et ſocius regiae atque antiquariae ſocietatis, (denatus d. 15. Auguſti 1786. aetatis 65,) qui, ſuppreſſo nomine, edidit:

Diſſertat. de Babrio, fabularum Aeſopearum ſcriptore. Inſeruntur fabulae quaedam Aeſopeae, nunquam antehac editae, ex cod. MS. Bodleiano. Accedunt Babrii fragmenta. Londini 1776. mai. 8. et editioni ſuae Orphei de Lapidibus *Auctarium* ſubiecit: Quam doctiſſimam diſſertationem vna cum Auctario typis recudendam curaui Erlangae. 1785. 8. Diligens quoque Tyrwhittiani libelli cenſura eſt in bibliotheca critica Amſtelod. vol. I. part. II. p. 120 ſqq. *Tyrwhitt* ſtatim ab initio de aetate, qua probabiliter vixerit *Babrius*, acute diſſerit. Colligit igitur, Babrium bonorum aetate ſcriptorum floruiſſe, primum ex verſuum eius elegantia et ſuauitate; tum ex loco *Apollonii* Lex. Homer. v. Ἄσῃ, qui veriſimillima coniectura in choliambos redigitur et ad Babrium, ergo Apollonio, cuius aetas in tempora Auguſti incidere videtur, antiquiorem, refertur; denique ex praefatione *Auiani*, qui Babrium ante Phaedrum collocat. Poſthaec ex codice Bodleiano, (in Catal. bibl. Bodl. n. 2906. ſub titulo *Apologi varii gr.*) qui hucusque latuit Aeſopi editores, deſcripſit atque illuſtrauit fabellas aliquot, quae in nullo alio Aeſopi codice leguntur, et quas ex Babrii choliambis in proſam orationem conuerſas fuiſſe demonſtrant non modo diſiecti membra poetae paſſim occurrentia, ſed etiam Babrii fragmenta quaedam a Suida conſeruata. Dein adfert quasdam fabulas, quae plures ſunt, quae cum editis, ait, in ſumma rerum conuenire dicuntur, eaedem tamen verba quaedam poetica, phraſes elegantiores, et etiam verſus integros ex Babrio, vt videtur, deriuatos conſeruant, quos in aliis exemplaribus fruſtra quaeras. Ex his, opinatur, ſatis manifeſtum eſſe, collectionis Bodleianae auctorem, quem ſaeculo duodecimo vixiſſe ſuſpicatur, Babrii librum, fortaſſe integrum, ante oculos habuiſſe, et ex illo fabellas plurimas ſibi deſcripſiſſe, et orationi ſuae proſaicae, ſaepe ieiunae et barbarae fragmenta Babrii multa, quorum ſenſum ſermone pedeſtri exprimere neſciebat, immiſcuiſſe, quae in aliis collectionibus aut non omnino, aut ſaltem diverſe leguntur. Poſt agit de aliis Aeſopi codicibus et editionibus principibus, et p. 25. ſibi veriſimile videri, profitetur, collectiones omnes, quas hodie tenemus, fabularum Aeſopearum ab opere Babriano originem ſuam duxiſſe, differentias autem earum eſſe imputandas multitudini ſcriptorum, qui diverſis temporibus et locis et ingeniis et ſtudiis metrorum elegantiſſimorum partes varias pro libitu ſuo quisque, in proſam traducendas ſumſiſſent. Mentem vero ſuam vberius explicuit, Babrium expoliviſſe choliambis fabulas, quae ſub Aeſopi nomine ferebantur, ex aliorum inuentis non parum auctas; ex eo tempore negligi coepiſſe proſaicam Aeſopearum collectionem: ſequioribus ſaeculis homines male feriatos *Babrii* fabulas in proſam reduxiſſe, adeoque libros fabularum Aeſopearum, qui hodie feruntur, ab iunioribus Graeculis confectos eſſe et ex Babriano opere ductos. Hinc, opinatur, accidiſſe, vt fabularum Aeſopi, quae a veteribus memorantur, aliae in libris hodiernis deſiderarentur, aliae mutatae legerentur: ſcriptores enim noſtros eas ſolum fabulas, quas libuiſſet, et prouti libuiſſet, vertiſſe; forſan Babrium ipſum nonnulla reliquiſſe intacta, nonnulla etiam pro arbitrio immutauiſſe. Denique in codicibus, (de quibus poſtea ſermo erit) nondum exploratis, cum primis antiquioribus, multas fabulas hactenus ineditas, aut ſaltem editarum multas ſtilo amoeniore et purpureis Babrii pannis ornatiores, multo plura operis Babriani fragmenta latere, cenſens, eruditos homines ad illos libros ſcriptos luſtrandos, diligenter excutiendos in vſumque publicum excerpendos inuitat incitatque: inſpiciendos

Tzetzes idem XIII. v. 494. τοῖς μύθοις τοῖς Αἰσώπου τε καὶ στίχοις τοῦ Βαβρίου λέων κερδαλέων πλάττεται etc. mox adducit verſum non ſcazontem; ſed iambicum:

Ὀυ μῦν πτοῦμαι τὴν δὲ ὀρμὴν ἐκτρέπω,

qui verſus inemendatus legitur fabula 2. inter eas, quas ſub Gabriae nomine habemus. Suidas quam frequentiſſime Babrium laudat, et plurimos ex eodem profert choliambos: aliquos etiam hinc inde, Babrio non laudato, quos ex argumento facile agnoſcas illius eſſe. At verba apud eundem in παλαμναῖος, οὐκ ἰσχύει ἄνθρωπος εἶναι ἀλλὰ δαίμονες παλαμναῖοί τινες, non *Babrii* ſunt, ſed *Procopii* Hiſt. arcanae cap. 12. vt doctiſſimo Neocoro pridem animaduerſum. Ceterum non male *Carolus Boylus* in examine diſſertationis Bentleianae de fabulis Aeſopi p. 245. ſuſpicabatur, verſus binos, quos ἐκ τῶν τοῦ Αἰσώπου μύθων profert ſcholiaſtes Thucydidis, *Babrii* noſtri eſſe, ſunt autem hi:

— — ἄλλος ἄλλον ἀγρεῦσαι θέλων
Τρέχει τις ἄλλος ἐκ κακοῦ σώζων. [?]

Sed et verſus hexametros, laudato eodem Babria, profert idem Suidas in ἐπαγωγή, in quo, niſi fefellit eum memoria, credibile eſt, etiam verſus hexametros et pentametros, quos ex μύθοις vel μυθικοῖς producit in αἰπεινή, ἄελλα, ἀνάθημα, ἔπη et συντελής, Babrii eſſe, vt forte diuerſo carminis genere interdum vſus ſit Babrius in fabulis enarrandis, quae eiusdem *Boyli* coniectura eſt, licet Bentleius hanc homericam vel elegiacam metaphraſin malit tribuere Anonymo alicui, Babrio antiquiori dd). Galenus etiam in protreptico tom. I. p. 6. fabulam de athletis, quos beſtiae in ſtadio facile vincunt, proferens ait, ſe adducere μῦθον ὃν τῶν ἐξ ἀμούσων ἀνδρῶν τις ἐποίησεν ἔμμετρον [illegible]. Potuit tamen hoc facere poeta aliquis in alio opere, quam meras fabulas complexo.

VIII. [De

inſpiciendos quoque eſſe recte iudicat codices Tetraſtichorum *Ignatii*, (de quo mox §. VIII.) ſub nomine *Gabriae*, qui fabulas *Babrii* in compendium redegit. Suſpicio vero Tyrwhitti, nullum fuiſſe *Gabriam*, ſed inde ortum, quod in quibusdam exemplaribus errore ſcribae Γαβρίας pro Βαβρίας ſcriptum fuerit, ex eo ſit probabilior, quod eam ſententiam, quae in codice Coisliniano apud Tyrwh. p. 28. n. 36. et in Poſtſcripto p. 47. *Babrio* claris verbis adſignatur, cenſor doctus in bibl. critica l. in. p. 127. ſub *Chabriae* nomine deprehendit in Maximi et Antonii ſententiis, adiectis Stobaeo edit. Francof. p. 96. Errore igitur tum aurium tum oculorum nouum illud nomen ortum in codices irrepſiſſe videtur. — Deinceps in libello Tyrwhitt. fragmenta exhibentur *Babrii* ſecundum ordinem fabularum Aeſopearum in edit. Oxon. 1718. quae quidem omnia, duobus vel tribus exceptis, exſtant in Suidae lexico, vel adiecto Babrii nomine vel omiſſo, ita tamen, vt auctor facile agnoſcatur ex verſuum numero atque argumento: vti iam animaduerterat Fabricius. Denique in Adpendice et in Auctario quaedam ἀνέκδοτα Babrii e codicibus in lucem profert. — Quod Suidas multa e Babriano opere adtulit, *Toupius* in Opuſculis criticis, ſ. Emendationibus in Suidam frequenter vel Babrio verſus, vel verſibus Babrianis ſenſum verborum varia fortuna reſtituit. *Harl.*

dd) Alii Anonymo ego quoque illos verſus hexametros tribuerem: nam, vt *Cannegieter* in diſſ. de Auiano oſtendit, fabulatorum cum graecorum tum romanorum et ſcripta et nomina miſcebantur, aliaeque fabulae ex aliorum libris transferebantur ad alios. Atque *Tyrwhitt* in diſſ. p. 10 ſq. n. 14. arbitratur, Suidam in ἐπαγωγή memoria lapſum eſſe et verſus illos hexametros Anonymo illi tribuendos, cuius μῦθοι vel μυθικὰ non raro ſolet citare: hunc vero, neque ipſum ſpernendum auctorem, *poſt Babrium* ſcripſiſſe, et fabularum eius, (nonnullarum ſaltem) paraphraſin, verſibus partim hexametris partim elegiacis, confeciſſe. *Harl.*

De Codicibus Aesopi et Fabulat. memorat.

VIII. [De codicibus et Aeſopi et reliquorum ſimul hic agam. De *Bodleiano* cod. quo vſus erat Tyrwhitt, non eſt, quod plura faciam verba. Cana cod. *Voſſiani* vetuſtas ſuſpecta quidem eſt Fabricio §. XI. at *Valckenaer*, qui codicem Voſſianum manibus verſauit, et in Miſcell. obſeruatt. crit. Belg. vol. X. tom. I. p. 108 ſqq. diligenter curateque deſcripſit, p. 115. adfirmat, fabulas, quae in eo cod. occurrunt, eſſe XVIII. et ab illis quae vulgo ſub Aeſopi nomine circumferuntur, longe diuerſas; codicem 500. annis ante Planudem eſſe conſcriptum, fabulas non ineruditas, ab homine graece ſcientiſſimo confectas, raro a Doſitheo (a. Chr. circ. 207.) interpolatas, ſed ab eodem in latinum conuerſas ſermonem, et p. 129 duarum fabb. dat ſpecimina. — *Gothanum* cod. Aeſop. fabularum Venetiis 1482. ſcriptum Heuſinger in praefat. ad editionem Aeſ. fabul. ſuam laudauit. In primis vero memorandus eſt cod. *Auguſtanus*, Planudis aetatem longe ſuperans, in quo non ordo tantum et verba alia, ſed etiam numerus fabularum longe maior eſt, et vnde conſtare potest, quo ſermonis genere ante Planudem eaſdem fabulas alii narrauerint: de quo plura dixit *Heuſinger* in praefationibus ad Iuliani Caeſares et Aeſopi fabulas, nec non in diſſ. de graecis Aeſopi fabulis n. 4. et notitiam illius dedit quoque cl. *Erneſti*, in praefat. ad editionem ſuam fabb. Aeſop. Ex hoc, qui dignus eſt, vt deſcribatur aut curatius excutiatur, (v. Leſſing zur Geſchichte und Litteratur, tom. I. p. 72) et Gothano quaedam fabulas primum publicauit Heuſinger. — De cod. Florentino et duobus aliis Florentinis apud Montfaucon in Diario Ital. p. 366 vid. notam ad §. XI. — Ab eodem *Montfauconio* in Diario Ital. memorantur p. 48. Apophthegmata Aeſopi, cod. XIV. ſaec. et p. 32. Aeſopi Fabulae et vita per Planudem. cod. eiusdem ſaeculi in biblioth. *Mutinenſi* p. 16. Aeſopi vita et fabulae per Maximum Planudem, cod. XIV. ſaec. tum Aeſopi fabulae et Gabriae fabulae, cod. XV. ſaec. in biblioth. Ambroſ. *Mediolanenſi*. — Codices quinque *Palatini*, quos Neueletus conſuluit, quum inter ſe raro et parum diſcrepent, pro vno reputandi ſunt.

Omnes autem fabulae, quae ſub Aeſopi nomine vulgatae ſunt, ex tribus potiſſimum exemplaribus MSS. ſunt deſumtae, commonſtrante *Tyrwhitto* in diſſ. pag. 20 ſqq. Fabulas priores 144. (vt in edit. Oxonienſi ordinantur,) primus ex MS. edidit *Bonus Accurſius Piſanus*, Mediolani, circa a. MCCCCLXXXIX. vt coniicit Tyrwhitt, (de qua editione paullo poſt copioſior ero.) cum vita Aeſopi a Planude ſcripta; vnde, vt opinatur idem ille Tyrwhitt, collectio illa a nonnullis κατ᾽ ἐξοχὴν *Planudea* appellata eſt: at in nota 31. oſtendit, ex eo, quod vita Aeſopi, a Planude enarrata, praemiſſa eſt, nondum confici poſſe, fabulas eas, quas Accurſius vulgauit, a Maximo Planude eſſe ſcriptas. Obſeruat enim, vitam Aeſopi cum nomine Planudis, ſaepiſſime in MSS. occurrere ſine vllis fabulis: occurrere etiam praefixam collectionibus fabularum, quae ab illa, quam Accurſius exſcripſit, multum diſcrepant: ita eſſe in MS. Laudiano bibl. Bodlei. n. 699, vbi vitam Aeſopi, a Planude exaratam, ſequuntur fabulae quidem ex Accurſianis, (quamquam diuerſo ordine.) ſed etiam multae ex Neueletianis. Haec Accurſiana collectio ſaepius repetita eſt ab Aldo aliisque, cum nullis aut paucis [illegible] mutationibus. Tum *Robertus Stephanus* Aeſopi vitam et fabulas plures atque [illegible], vt ipſe ait, ex *vetuſtiſſimo codice bibliothecae regiae*, 1546. euulgauit. In illo exemplo cum fabularum ordo a prioribus editionibus omnino diſcrepat, tum etiam nouae fabulae, circiter viginti, non omnes ſimul adiectae, ſed ſparſim diuerſis locis inſertae ſunt, prout illas in MS. repperiſſe credibile eſt. In Stephaniana editione ſunt quaedam Babriana, quae vel elegantiora ſunt, atque auctorem Babrium magis referunt, quam in Neueletana,

tana, vel in his plane deſiderantur, (v. Tyrwh. n. 32.) Denique *Neueletus*, qui Stephanianum ex his codicem aut neſciuiſſe videtur, aut neglexiſſe, *Fabulas variorum auctorum* edidit 1610. in quo opere fabulas priores 144. vt ex editione Accurſiana propagatae fuerant, repraeſentauit, fabulas autem ex V. MSS. Palatinis, qui autem vnius ſunt familiae (vt videre Tyrwhitt: at tamen ex parte illis, quas ſubiecit Neueletus, notis, interdum, licet nullibi codices illos, praecipue quintum differre, cognoui: ſed parum tamen differunt.) addidit ceteras 136. (vel potius 149.) a p. 212 — 321. ſub titulo *Fabularum numquam hactenus editarum*.) Accurſianam collectionem Neueletiana recentiorem eſſe, opinatus eſt Bentley. diſſ. laudata § VIII. Contra Tyrwhitt, quae ex illis recentior ſit, quae vetuſtior, fruſtra quaeri, rectius exiſtimat, quum in vtraque complures fabulae diuerſis auctoribus et temporibus, vt veriſimile eſt, conſarcinatae legantur. Idem tamen, quod in tribus illis codicibus, e quibus fabulae Aeſopi hactenus editae fere omnes fluxerunt, tanta eſt differentia, vt fabularum Neueletanarum nulla in cod. Accurſiano, neque viciſſim vlla Accurſiana in Neueletano ſit inuenta; Stephani autem codex Accurſianas omnes diuerſo ordine diſpoſitas; Neueletinas paucas iis intermixtas ſit complexus, acute ſuſpicatur n. 33. *duo Babrii volumina*, ab Auiano memorata caſu quodam olim diſtracta, alterum Neueletanae, alterum Accurſianae collectioni originem dediſſe, omnes autem fabulas, quas hodie tenemus, Aeſopeas, at valde mutilatas, corruptas in proſamque reſolutas orationem, ex opere Babriano ortas eſſe. Dici igitur non poteſt, a Planude vulgatas fabulas eſſe ſcriptas, quod etiam ſenſit Bayle (in: *Lettres — publiées ſur les Originaux avec des Remarques par Mr. Des Maizeaux*. Amſtelod. 1729. mai. 12) epiſtola XVIII. contra Vauillierum aliosque negans, omnes Aeſopi fabulas a Planude eſſe confictas. — Atque praeter memoratos codd. MSStos in variis bibliothecis multi adhuc vt iam dictum eſt, latent, qui exſpectant diligentiam ac ſedulitatem virorum doctorum, qui fabulas Aeſopeas feliciter compararent, inde acuteque diſcernerent, et fragmenta Babriana paſſim ſparſa, vt Tyrwhittus, inquirant, ſeruarent, ac, quantum fieri poteſt, legitime atque intelligenter reſtituant componantque; vel ipſis ſcriptoribus et auctorum et grammaticorum, qui Babrii fabularumque Aeſopearum iniecerunt mentionem, haud ſpretis. In Bibliotheca quadam Conſtantinopolitana exſtare, fabulas exiſtimaſſe dicitur *Aeſopus totus*, ſ. fabulae iſtius in: *Bibliotheca ſ. Antiquitates vrbis Conſtantinopolitanae*. Argentor. 1578. 4. in. II. cod. 170. Sed de triſtibus bibliothecarum in Oriente non nimis, quam Conſtantinopoli ſatis v. Sevin in Hiſtor. acad. Paris. Inſcript. tom. VII. p. 335 ſqq. — *Dabrias* (ſcribae errore) in cod. regio Paris. exſtat in collectione quadam ſ. Meliſſa ex variis auctoribus in *Philippi Labbei Noua* biblioth. ſupplem. VII. p. 279. nr. 633. In eadem Noua bibl. quaedam aliae verſiones antiquae et edd. memorantur. — In Biblioth. *Laurent*. ſecundum *Angeli Mar. Bandini* Catal. codd. MSS. bibl. Mediceae — graecorum, recenſentur ſequentes codd. 1) tom. I. p. 20. Plut. V. cod. X. n. LXXXVII. ſunt Τετράστιχα Γαβρίου γραμματικοῦ καὶ Ἐ-λ... Quod Bandinus animaduertit, hic non *Babrii*, ſed *Gabriae* eſſe fabulas, nec *Ignatium diaconum*, vt ſuſpicatur Vauaſſor noſtro loco, ſed *Gabriam*, teſte inſcriptione, eſſe fabularum iſtarum auctorem, id admodum leue eſſe, ex iis, quae hucusque diſputata ſunt, colligi poteſt. Illud autem tenendum et cum Tyrwhitti iudicio comparandum eſt, in hoc codice reperiri LXIX. fabulas, e quibus, ait Bandinus, XLIII. editae ſunt graece et lat. ab Aldo, reliquae vsque ad LIV. e codd. Palatinis additae Neueleto, et tamen eſſe comparatas, ſed ita, vt in cod. VI. fabulae deſint ex editis a Neueleto, reliquae multum ab ipſis diſcrepent, et XX. ſuperſint, quae hactenus inter editas deſiderentur, a Bandinio autem primum publici iuris factae

ctae ſunt. Codex igitur, in Sicilia aut Calabria olim ſaeculo quidem XIV. peſſime ſcriptus eſt, at probabiliter e codice quodam perantiquo fluxit, et, quia non ſolum pleraque inedita continet, ſed etiam ſingularia in fabulis Babrii aut Aeſopi praebet, diligentius eſt excutiendus. — 2) in cod. XV. Plut. VII. eſt nr. 4. collectio ſententiarum: in his notantur tom. I. p. 253. ſententiae ex *Aeſopo* et *Babrio* excerptae. — 3) tom. II. pag. 383. memoratur cod. ſaec. XVI. in 4. min. inſunt in illo nr. 3. *Aeſopi Fab.* cum duplici auctoris vita, priore valde longa, (quae Bandino videtur Planudem habere auctorem, nec tamen cum vulgato omnino concordat,) altera breuiſſima: quam ſequuntur fabulae centum, ordine alphabetico diſpoſitae. — p. 274. in cod. X. fabulae 38. inſtar Aeſopicarum, quarum primam integram protulit Bandin. — 4) ibid. pag. 464. cod. 23. nr. 4. cod. chart. gr. in 8. ſaec. XV. manu Manuelis *Zacharis* ſcriptus: continet vitam Aeſopi, quae legitur in Aldina edit. fabularum Aeſ. 1505. et fabulas Aeſopi ſecundum alphabetum: deſinunt vero in littera ψ. — 5) ibid. p. 490. cod. ſaec. XIV. chart. in 12. habet nr. 11. Aeſopi Prouerbia. — 6) ibid. p. 555. cod. 33. nr. 2. chart. ſaec. XVI. in 4. Aeſopi fabulae LXI. quarum nonnullae habent latinas verborum interpretationes interlineares. — 7) tom. III. p. 325. cod. VIII. Plut. 80. chartac. ſaec. XV. nr. 22. Apophthegmata, in his Aeſopi. — 8) ibid. p. 415. cod. 79. nr. 1. ſaec. XV. inſunt fabulae CXLVIII. eodem quidem ordine, quo comparent in edit. gr. Baſil. per Io. Heruagium an. 1550. 8. ita tamen, vt in hoc codice poſtremae V. fabulae editionis deſint, inter fab. tamen 67. et 68. vna, quae in editione non adparet, quam integram exſcribi fecit typis Bandinius, et aliae tres e Gabrio ſ. Diaconi tetraſtichis (nr. 13. 14. et 28. in edit.) inſerantur. — 9) Dicta et ſententiae Aeſopi in Arſenii Violario, cod. ſaec. XVI. vid. tom. I. pag. 549. — In Catalogo codd. MSS. *bibl. regiae Pariſinae*, *Gabriae* et *Aeſopi* fabulae crebro memorantur: ſic in vol. II. *Gabriae* fab. cod. 522. nr. 19. cod. 583. nr. 28. *Aeſopi* fabularum collectio, ordine alphabetico diſpoſita, et nr. 29. *Gabriae* tetraſticha: cod. 1788. nr. 17. *Gabriae* fabulae, verſibus iambicis; cod. 2571. nr. 8. *Gabriae* fab. cum gloſſis quibusdam interlinearibus. — In eodem vol. praeter ea XVI. codd. *Aeſopi* fabulas continentes nominantur: inter hos memorabilis eſt cod. bombycinus 2408. manu Athanaſii Hamartoli circa annum Chr. 1270. exaratus, in quo nr. 17. ſunt *Aeſopi* fabulae quaedam *verſibus iambicis*. Reliqui codd. ſunt multo recentioris aetatis. — In vol. III. occurrit memorabilis cod. 2904. ſaeculo decimo tertio exaratus, qui continet nr. 4. *Aeſopi* fabulas ſex, verſibus ſcriptas. In vol. IV. Aeſopearum fabularum, tam latine quam graece ſcriptarum, octo codices memorantur: in his cod. ſaec. XV. 8259. nr. 5. *Aeſopi fabulae*, verſibus latinis: accedit commentarius; at nomen auctoris aut interpretis reticetur; cod. 8460. ſaec. XIV. nr. 5. *Aeſopi* fabulae, verſibus heroicis; cod. 8509 bis; ſaec. XIV. *Aeſopi* fabulae, verſibus elegiacis, anonymo interprete. — cod. 8510. nr. 1. et cod. 8517. ſaec. XV. *Aeſopi* fabulae, interprete Omnibono Leonicenſi. — *Fabulae Aeſopi in verſus expoſitae,* cod. an. MCCCC. die quarto menſis Februarii ſcriptus, in biblioth. Veneta S. Michaelis, quem *Io. Bened. Mittarelli* in Catalogo MSS. illius bibliuth. Venet. 1779. fol. p. 370. vberius deſcribit. — In bibliotheca *Moſquenſi* Synodi eſt cod. nr. 285. in 4. ſaec. XIV. aut XIII. qui varios libellos variis temporibus ſcriptos, continet, in his *Vitam* et *Fabulas Aeſopi*, in quibus ſunt quadraginta quinque ineditae; reliquae, iam typis excuſae, alio ordine, ac in Heuſingeriana editione, diſpoſitae, et cum inſigni lectionis varietate reperiuntur, vti docuit cel. *Matthaei* in praefat. ad Syntipae fabulas p. X ſq. — In eadem bibliotheca eſt codex in quo *Ignatii* leguntur *tetraſticha*, teſte

eodem viro celeberrimo. — In bibliotheca *Lugduno-Batau.* ſunt codd. 1) pag. 349. nr. 93. Aeſopi vita cum fabulis, p. 350. nr. 139. Sententiae ex Aeſopo et aliis. — p. 388. nr. 49. Fabulae Aeſ. Integumenta elegiacis verſibus ſcripta. — p. 378. nr. 20. perperam tribuitur Aeſopo noſtro fabulatori liber proſaico ſcriptus ſermone de ortu actuque ac fine Alexandri M. Macedonis. — p. 394. nr. 51. Aeſopi fab. in charta. — p. 398. nr. 53. adſcribuntur Aeſopo Admonitiones ad Ennum, quarum prima eſt, Τέκνον πρὸ πάντων σέβου τὸ θεῖον. conf. ſupra ad §. IIII. fin. — p. 401. nr. 4. Initia fabularum Aeſopi; Fabularum a Neueleto editarum indices, et quae in eius editione deſunt. *Aphthonii* fabularum initia: manu [illegible] ſcripta. — p. 402. nr. 7. et p. 403. nr. 19. Aeſopi fabulae. — Eaedem 127. in biblioth. *Eſcorialenſi*, teſte *Clarkio* in Epiſtolis de regno Hiſpan. p. 376. ſecundum verſionem I. Tib. Kochleri teutonicam: adde Anton. Auguſtini Catal. Tarracon. an. 1587. nr. 227. ſed. nr. 261. *Aeſopi* Apophth. et fab. — In biblioth. *Caeſar. Vindobon.* teſte *Lambecio* in Commentar. de illa, tom. II. p. 918. nr. 410. antiquum volumen membran. in fol. *Fabulae* Aeſopi, ab anonymo quodam auctore carmine elegiaco translatae. — Libro et vol. VII. cod. 133. nr. 33. *Aeſopi* fab. ordine alphabetico cum eiusdem vita: quod exemplar a Neueleti editione valde diſcrepare, eiusque collationem ob multas notabiles lectiones fore neceſſariam, iudicat Lambecius pag. 543. — In eodem codice ſunt nr. 34. *Ignatii Magiſtri* Iambica ex fabulis Aeſopicis *Babriae.* — In eodem volumine cod. 78. pag. 293. *Ignatii Diaconi* Tetraſticha Iambica ex Fab. Aeſop. *Babriae*, quae exſtant in edit. Neueleti pag. 354 ſqq. — Eadem exſtant in cod. Naniano, 287. (pag. 484 *Graec. codices MSS. apud Nanios, patricios Venetos*, Bononiae, 1784.) inſcripto: [illegible] τετράστιχα. — In *Codicibus MSS. latinis Biblioth. Nanianae a Iac. Morellio relatis*, Venetiis. 1776. pag. 150. eſt in cod. CXVI. nr. 5. *Liber Aeſopi:* incipit: *Vt iuuet et proſit conatur pagina praeſens* etc. de cuius auctore cel. Morellius docte diſputat: vide quoque paullo infra §. XI. — Bononiae et in aliis vrbibus multi latent codd. Fab. quos *Montfauconius* in Catalogo Codicum MSS. enumerauit, et quos omnes, ut indagandos, repetere haud vacat. — In biblioth. olim *Palatina*, apud Sylburg. nr. 93. *Ioannis Antiocheni* Archiepiſc. C fabularum [illegible], nr. 122. *Aeſopicae* fabulae XXXII. — 150. *Aphthonii* rhetoris fabulae XL. *Aeſopicae* fab. 143. a vulgatis diuerſae, *Babriae* fab. 44. — nr. 195. *Aeſopicae* fab. 204. — nr. 367. *Aeſopi* fab. 99. — nr. 369. *Gabriae* fab. — In biblioth. *Auguſtana*, ſecundum Reiſerum, ter; nempe: p. 40. p. 75. et p. 80. — In Catalogo librorum MSS. Angliae et Hiberniae etc. Oxoniae 1697. *Aeſopicae* fabulae ligato et proſaico ſermone, graece aut latine frequenter deſignantur: breuitatis cauſſa memorabo tantum, eas reperiri in bibliothecis Oxon. quinquies; in biblioth. Bodleiana, nouies; in Biblioth. Cantabrig. bis; in Biblioth. Barocc. nr. [illegible] *Aphthonii* fabulas: in aliis biblioth. Angliae, nouies; in biblioth. Cottoniana p. 111. nr. 23. *Aeſopi* fabulas, verſibus elegiacis, et p. 112. nr. 14. Fab. *Aeſ.* verſibus gallicanis. Praeter aliae fabulae ibi exſtant: e. g. in b. Bodlei. inter libros Seldeni, fabellae, *arabice* nr. 3424. et 3403. iocularis fabella: tum nr. 4073. inter libros Pocockian. fabulae, *arabice*, nr. 5551. inter codd. Oxon. nr. 854. fabulae, ſine auctoris nota. — Sed iam ſatis eſt: Fabulas, videmus, ſaepe fuiſſe deſcriptas, et in aliis bibliothecis multas adhuc latere, arbitror. Addam, cel. *Adelung* ex ſectione quadam librorum [illegible] exemplar Venetum in 12. apud Franciſcum [illegible] 1581. [illegible] quod doctus quidam, ſiue Italus, ſiue Gallus, ſecundae editioni parauerit; nam in charta media ſcriptae ſunt et variae lectiones ad editas fabulas, et quaedam

dam ineditae, e codd. tum Florentino bibl. Monachor. Caſſinenſium ſaec. XIII. tum Bauarico, ex quo ſunt 100. fabulae, ſecundum alphabetum, ex quo deſcripta eſt vita vtraque; denique e codice Mediceo. Inſunt quoque *Gabriae* ſeu *Ignatii* XVIIII. tetraſticha inedita e codice Mediceo Plut. V. vol. X. De hac collectione cel. *Matthaei*, cuius humanitati debeo illius notitiam, in ſingulari commentatione vberius ſe diſputaturum eſſe, et ſpecimina (additis variis lectionibus e codd. Moſquenſibus.) adiecturum, per litteras mihi ſignificauit. Quare plura addere, ſuperuacaneum mihi videtur. *P. Romualdus* in coenobio quodam, *Grotta Ferrata*, haud procul Tuſculo, (hodie *Fraſcati*) inuenit codicem membranaceum in 4. initio ſaeculi XI. ſcriptum, qui continet *Aeſopi* vitam ac fabulas; Cel. *de Murr* in Ephemerid. Noribergenſ. nr. L. 1789. ex litteris illius ſequentem dedit notitiam: „Codex continet vitam Aeſopi, quae inſcribitur: *Βίβλος ξάνθου φιλοσόφου, καὶ αἰσώπου δούλου αὐτοῦ· περὶ ἀναστροφῆς αἰσώπου*, et incipit hiſce verbis: *ὁ πάντα βιωφελέστατος αἴσωπος, ὁ λογοποιός*, attico ſermone conſcripta prolixiorque, quam Aeſopi vita a Maximo Planude conſcripta. Conſtat enim 72. paginis, minuſculo charactere refertis, cum aliquot correctionibus, et notulis in margine. Aeſopi vitae proxime ſuccedunt fabulae, hoc titulo: *Αἰσώπου μῦθοι κατὰ στοιχεῖον ὠφέλιμοι.* Sunt nr. 223. ordine alphabetico diſpoſitae, quae numero et verbis paullulum differunt a vulgatis. Poſtremo veniunt fabulae 30. verſibus iambicis, vel potius ſcazontibus, (*procul dubio, Babrii*) concinnatae, hoc titulo: *τῶν αἰσώπου μύθων ἴαμβοι.* Praeter ea in codice opuſculum anonymum inuenio de natura animalium, eo titulo: *σὺν θεῷ βίβλος φυσιολογική*, vbi quorundam animalium naturam Anonymus ad mores hominum traducit reformandos, et ſ. ſcripturae verbis quam ſaepiſſime vtitur. Denique ibidem ſunt fragmenta longioris cuiusdam fabulae, vbi rex nomine Azar amicos alloquitur viros, et animantium lites componit.“ *Harl.*]

Exſtant hodie ſub *Gabriae* nomine fabulae LIV. ex quibus XLIII. editae ſunt graece et latine ab *Aldo Manutio*, cum Phurnuto, Palaephato et aliis, Venet. 1505. fol. et a Io. Frobenio Baſileae, 1518. 8. [ibid. 1521. 8. inter ſcriptores gnomicos, cum Aphthonii, Aeſopique fabulis etc. *Harl.*] Tubing. 1546. al. 1548. 8. *Γαβρίου Ἕλληνος τετράστιχα*, reliquas XI. e codicibus Palatinis addidit Heidelb. 1610. 8. *Iſaacus Nicolaus Neueletus.* Hae ſingulae epimythion proſa ſubiunctum habent, nec choliambis conſtant, ſed tetraſtichis iambicis, excepta quadrageſima tertia, quae tredecim choliambis abſoluitur et ſola videtur eſſe Babrii ipſius. Reliquae ſunt ab *Ignatio Magiſtro* et *Diacono*, cui in MStis codicibus tribuuntur, teſte Fabio Paulino Vtinenſi: *Ἰγνατίου Διακόνου τετράστιχα δίιαμβα εἰς τοὺς μύθους Αἰσωπικοὺς μεταφρασθέντα·* ſiue vt Lambecius in codice Caeſareo reperit: *Βαβρίου ἐν ἐπιτομῇ μεταγραφὲν ὑπὸ Ἰγνατίου Μαγίστρου.* Vide eius commentar. VII. de bibl. Vindob. p. 137. (ſ. p. 295.) et 254. (p. 524. edit. Kollar.) Similem inſcriptionem in Palatinis codicibus inuenerat Neueletus et ſub *Ignatii* nomine fabulae eaedem editae ſunt ad calcem Phaedri a Ritterhuſio et aliis illuſtrati Lugd. Bat. 1598. 8. apud Plantinum: [Lipſiae, 1682. 12. germanice metriceque, in: Melanders hüpſchen Fabelgedichte Phaedri. Eiſenberg, 1712. 8. *Harl.*] tum a *Iohanne Fidlero* Reichenbacenſi Variſco, qui poſt *Fabium Paulinum* **), et Anonymum in edit. Plantiniana,

**) Rara editio in bibliothec. Chriſtii II. p. 257. ſic inſcripta occurrit: *Fabulae centum ex antiquis ſcriptoribus acceptae et graecis latinisque tetraſtichis ſenariis explicatae a* Fabio Paulino: Gabriae fabulae, *Muſaei Leander et Hero, Galeomyomachia Incerti, Sibyllae vaticinium de iudicio Chriſti, batrachomyomachia Homeri ab eodem latinis verſibus e graeco conuerſa.* Venet. 1587. cum figg. *Harl.*

niana. (quem *Iosephum Scaligerum* Fidlerus, Daumius et alii vocant, quanquam Scriuerius in editione poematum Scaligeri eum praetermiſit.) iambis latinis vertit, et epimythia ſingula hexametris expreſſit, notulasque addidit Cygneae 1668. 12. cum Fidleri verſione, additis Neueleti et vicenis his *Iohannis Henningii*, Solquella Marchici, Conrectoris Quedlinburgenſis, et poſt ea Paſtoris ad S. Aegidii an. 1664. defuncti, animaduerſiunculis: recuſae ſunt hae fabulae Quedlinburgi 1679. 12. parum emendate. [*Babrii* et *Arethobuli* [illegible] fabulas exhibet Camerarius in editione *Aphthonii* p. 56. 57. vide ibidem p. 241. — Prodierunt illae Babrii fabulae, etiam Dresdae, ſic inſcriptae: *Gabriae ſ. Ignatii Diaconi Tetraſtichorum* [illegible] *Aeſopearum Decas*, gr. cum octaplici verſione metrica latina et cum not. *Chr. Gottl.* [illegible] 4. Phaedri fabulis adiecit *Gabriae fabulas*, exemplum Aldinum 1505. ſequutus, *Io. Georg. Walch*, Lipſiae, 1712. et 1735. 12. Integram Babrii fabulam dedit quoque *Brunck* Anal. III. p. 31. De *Tyrwhitti* opuſculo et ſtudio Babrii quaſi in lucem vitamque reuocandi paullo ante egi. De aliis editionibus, in quibus Aeſopi fabulis adiungi ſolent Babrianae, in ſequentibus erit ſermo. — *Gabrias Fabeln*, aus dem Griechiſchen mit Anmerkungen von *I. C. F. Berhrens*. Colon. 1787. 8. *Harl.*] De *Ignatio* [vid. Cannegieteri diſſ. ad Auian. cap. 16. pag. 289.] praeter ea notabis, quod huius *Iambi in Adamum*, Labbeo in bibl. nou. MSS. p. 134. memorati, exſtant in variis bibliothecis, et pars illorum edita eſt a clariſſ. Grabio tom. II. ſpicilegii Patrum p. 229. Occurrunt quoque [in cod. Baroc. nr. 238. in Catal. MSS. Angl. et Hibern. et] in Actis Sanctorum 25. Febr. et 13. Mart. *Vitae Taraſii et Nicephori, Patriarcharum CPolitanorum* ab [?] *Ignatio* ſcriptae, cum quibus vixit circa ſeculi a Chriſto nato noni initia. Vide Martinum Hanckium de ſcriptoribus Byz. p. 247 ſq. Suidas tradit, grammaticum hunc ex Diacono et vaſorum in eccleſia CPolitana cuſtode [illegible] ad dignitatem Metropolitae Nicaeni, et praeterea ſcripſiſſe elegos funebres, epiſtolas, iambos in Thomam Apoſtatam ſiue τὰ κατὰ Θωμᾶν, quorum nihil ad nos peruenit. — *Gregorii Cyprii* fab. MSS. in biblioth. Bauar. p. 21.

De fabulis Aphthonii et Syntipae. IX. Vt ad fabulas Aeſopi reuertar, earum nonnullas quoque [illegible] et proſa graeca eleganti breuiter expreſſit adiunctis epimythiis rhetor notiſſimus *Aphthonius*, Antiochenſis, Babria, vt puto, antiquior: [aut potius, ſecundum Tyrwhitt. iunior.] Quadraginta fabulae Aphthonii cum verſione [illegible] primum editae ſunt apud Commelinum 1597. 8. ad calcem progymnaſmatum, quae recuſa etiam Lugd. Batau. 1623. 8. apud Abrahamum Commelinum. Cum eadem verſione vulgauit *Neueletus* an. 1610. in iam laudata fabularum collectione, an. 1660. repetita, et caſtigationes addidit. Prodierunt etiam minori forma graece et latine vna cum progymnaſmatis, Pariſ. 1648. auctae et recognitae a patribus Societatis Ieſu. *Fabric.* Huc quoque referendae ſunt *Syntipae, philoſophi Perſae*, (vid. infra vol. X. p. 339.) *Fabulae LXII* etc. quas *ex duobus* [illegible] *Chriſtian. Frider. Matthaei* (tum temporis Prof. liter. human. in Vniuerſitate Caeſarea Mosquenſi, in praeſenti Prof. ling. gr. Witteberg.) *Lipſiae*, 1781. 8. ſyriace ſcriptas fabulas fecit graecas *Michael Andreopulus*, grammaticus, homo chriſtianus. Graecitas et oratio interpretis prope accedit ad eam, quae eſt in [illegible]. Plura leges in praefatione clar. editoris. [illegible] in quo fabulae [illegible] habent [illegible] Σύνταγμα τοῦ Φιλοσόφου ἐκ τῶν παραδειγματικῶν αὐτοῦ λόγων, ante ſaec. XIV. ſcriptum eſt. *Harl.*

X. [illegible]

Neucleti collectio. Rimicius. Editio Accurſiana.

X. Exſtat praeterea duplex ff) collectio proſaria fabularum Aeſopiarum graeca, vtraque ordine alphabetico digeſta, quarum alteram fabularum CXXXVI. e bibliotheca Palatina primus edidit et latine vertit caſtigationibusque ac notis illuſtrauit laudatus *Neucletus.* Monachorum mentio cum laude occurrit fabula 3. (ſiue 152.

ff) *Triplicem* eſſe collectionem, *Accurſianam, Stephanianam* et *Neucletanam,* e quibus reliquae editiones, modo auctiores, modo paullo emendatiores fluxerunt, ſupra ad §. VIII. iam adnotatum eſt. Pleraeque autem editiones, quarum ſuperioribus praecipue ſaeculis infinita paene fuit copia, quod tralaticiae tantum, nullis locupletatae acceſſionibus, aliis ſaepius collectionibus inſertae, aut interdum nouis operarum erroribus obſitae fuerunt, pleniſſimum omnium editionum indicem promittere aut dare nequeo, nec omnino opus eſſe cenſeo. Hic tamen de primis editionibus, quae diligentiam Fabricii effugerunt, eſt differendum, atque adnotandum: 1) iam diu fabulas Aeſopeas, ante quam graecae typis excuſae fuiſſent, ope latinae verſionis ab anonymis, tum Valla, Omnibono aliisque varia fortuna et oratione, ſiue ligata, ſiue ſoluta, factae, primum Italis, tum etiam Germanis notas fuiſſe; in recenſione codicum MSS. nonnullas antiquiores iam memorauimus: 2) quando antiquioribus illis temporibus *Aeſopeae* aut *Aeſopi* dicuntur fabulae, non graecas aut e graeco verſas ſemper eſſe intelligendas. Sic *Romulus* quidam fabulas, a Phaedro ſcriptas, conuertit in ſermonem proſaicum; ſed de hoc paullo poſt: 3) hic *Romulus* a *Remitio*, ſ. *Rimicio*, vt vulgo ſcribitur, ſ. *Rinutio*, nunc *Aretino*, nunc *Thettalo* dicto, (vnus enim idemque homo fuit, eius autem verum nomen *Ranutio d' Arezzo*, vid. gli Scritt. Ital. Breſcia 1753. fol. vol. I. part. II. pag. 1020.) probe diſtinguendus eſt, at ab plurimis viris doctiſſimis confunditur. Sic probe diſcernitur in *Supplemento Supplementi Chronicarum ab ipſo mundi exordio vsque ad redemtionis noſtrae annum MCCCCCX. editum et nouiſſime recognitum: et caſtigatum a venerando patre Iacobo Philippo Bergomate, ordinis heremitarum.* — Venet. 1513. fol. p. 75. aduerſa: „Harum, (de Aeſopi fabulis loquitur,) nonnullas cum *Romulus* quidam ad eruditionem filii Tyburtini verſum in latinum *iam diu* transtulerit: *nouiſſime* eas omnes vna cum ipſius Eſopi vita *Rainutius* quidam, eruditus vir, ad Antonium tituli ſancti Griſogoni cardinalem latinas accuratiſſime fecit.“ Diuerſi igitur erant homines. Diſtinxit quoque eos *Io. Fred. Nilant*, in libro: *Fabulae antiquae ex Phaedro fere ſeruatis eius verbis deſumptae et ſoluta oratione expoſitae; accedunt* Romuli *Fabulae Aeſopiae; omnes ex MSStis depromptae et adiectis notis editae* — Lugd. Bat. apud Theodor. Haak. 1709. 12. Tamen adhuc ambigue et confuſe diſputat de Romulo, et vero in notis ad Romuli fabulas p. 65. *intelligendus eſt,* inquit, *Romulus ſiue Momyllus Auguſtulus, vltimus Occidentis imperator.* Proſaicas Romuli fabulas in linguam germanicam vertit et cum textu latino edidit, additis fabulis Aeſopi a Rimitio (*Rimias* vocatur a Stainhöwel, aut eo, qui illam curauit editionem Vlmenſem,) translatis, quae, vt in fine dicitur, *a Romulo in ſuis quatuor libris non continentur*, *Henric. Steinhöwel*, Vlmae apud Io. Zeiner intra an. 1476 — 1484. ſubiunctae ſunt fabulae Anonymi elegiaco ſermone explicitae, ex fabulis forſan Romuli proſaicis. Huius *anonymi* fabulae, elegiacis verſibus expoſitae, repériuntur, ne quis inſcriptione decipiatur, in veteribus editionibus:

Eſopus moraliſatus, cum commento optimo, Dauentriae 1490. et 1502. 8. apud *Leſſingium*, in egregio libro: *Zur Geſchichte und Litteratur,* tom. I. (vbi de *Romulo*, a Rimicio plane diuerſo, eiusque fabulis, de editione illa antiquiſſima Vlmenſi, eiusque triplici forma, edit. Nilanti aliisque rebus huc pertinentibus doctiſſime et pleniſſime diſputauit,) p. 68. Alias editiones vett. ad §. XI. ſignificabo.

Rimicius autem ſiue *Rinucius*, (de cuius nomine, eius ſcriptura et cognominibus docte egit *Quirini*, Vir purpuratus, in Diatriba ad Epiſtolas Franciſci Barbari, part. I. cap. IV. §. 7. et in primis in Epiſtola ad Schelhornium, ſubiuncta tom. III. Freytagiani Adparat. litterarii p. 785 ſqq. vbi quoque de principe editione verſarum fabularum differit,) fabulas, quae ex altero Babrii volumine, ex mente Tyrwhitti, proſaice erant factae, in linguam latinam ante annum 1459. tranſtulit; quas poſtea *Accurſius* Mediolani typis exſcripſit: et fabulas, graece ſcriptas, adiecit. Quare haec prima collectio *Accurſiana* dicitur. Mediolanenſes editiones, et latinas, et graecam, recenſet *Ioſ. Anton. Saxius* in Hiſtoria literario-typographica Mediolanenſi,

ſi [illegible] volgata [illegible]) et in epimythio fab. 122. (271.) quale Neueletus [illegible] in notis p. 632. In fab. [illegible] Demades rhetor Athenienſis fabulam narrans inducitur, qui diu poſt

lanenſi, tom. I. Phil. Argelati bibliothecae ſcriptorum Mediolanenſium, Mediolani, 1745. fol.

Vita Aeſopi e graeco latina per Rynutium facta. — In calce *Mediolani. Anton. Zarotus, Parmenſis.* fol. 1476. (p. DLXV.) — eodem fere anno quoque *Romae*, ſine anni nota, in 4. vid. *Audiffredi* Catalog. rom. edd. ſaec. XV. p. 388. — *Romae*, 1483. 4. vid. *Audiffredi* l. m. p. 256.

Aeſopi vita et Fabulae e Graeco in Latinum verſae, per Rimicium, ad Reuerend. P. D. Antonium, tituli S. Chryſogoni Presb. Card. etc. 4. In calce: *Impreſſum Mediolani ad impenſas Philippi Lavagniae, Ciuis Mediolanenſis.* MCDLXXIX. *die* XXVI. *menſis Iunii.* (p. DLXX.) et ibidem, an. MCCCCLXXX. *die IV. menſis Septemb.* 4. teſte *Orlando*, p. 103. vbi dicuntur *latine, per Raymicium* editae eſſe, et bis, quaſi diverſae editiones, p. 270. memorantur; quod, vix credo, eodem anno factum aut adcurate ſcriptum eſſe: — Venet. 1482. (Maittair. IV. part. II. pag. 433.) fol. — *Maittarius* in Annal. typogr. tom. I. p. 262. not. b. anno 1480. adſignat, coniectura tantum ductus, editionem graeco-latinam; at ipſe fatetur, ſuum exemplum eſſe mancum, nec quidquam aliud praeter vitam Aeſopi graece continere: at tom. IV. part. I. pag. 415. latinam tantummodo Rimicii verſionem illi anno adſerit. *Saxius* pag. 572. ſe illam editionem numquam vidiſſe ait. — Parmae, 1487. fol. (Orland. p. 270. Maittaire IV. part. II. p. 492.) At quaenam prima ſit *graeco-latina* editio *Accurſiana*, incertum multis videtur, et, quia nulla temporis et loci nota adhaeret, viros doctos in alia omnia tranſiiſſe animaduerti. Quare, quoniam Accurſiana editio nulla ad manus eſt, quorumdam opiniones adſeram, examini aliorum, qui manu terere poſſint exemplaria, ſubiecturus. In bibliotheca Duboſiana, part. II. pag. 172. nr. 6255.

Vita Aeſopi vna cum ſuis fabulis per Rynuntium e greco in latinum tranſlata, in 4. abſque loco et tempore impreſſionis habetur editio *omnium prima, ac procul dubio an. 1470.* (forſan voluit ſcribere auctor notae 1480?) nam verba graeca addita ſint, non quidem additur: ſed eadem eſſe videtur, quam Orlandus et Beughemius huic anno 1480. adſerunt, aut quam graeco-latinam, Maittarius et reliqui, quos poſtea laudabo, memorant. A *Saxio* pag. 612. inter eos recenſetur libros, qui Mediolani ſaec. XV. typis excuſi fuerunt, abſque anni aut typographi aut loci nota: in calce: *Bonus Accurſius Piſanus impreſſit: qui non doctorum hominum, ſed rudium, et puerorum gratia hunc laborem ſuſcepit.* *Saxius* praeter ea in nota y. ſcribit, codicem, (quem manibus verſauit, eſſe charactere optimo, ſine numeris paginarum; geminas Bonaccurſii Piſani, (qui aliquamdiu Mediolanenſi typographiae praefuit, vid. eumdem *Saxium* in Prolegom. Hiſt. litt. typ. Mediol. ſub initium cap. IV.) epiſtolas in hac editione legi, ad Magnificum Franciſcum Turrianum, alteram ante vitam Aeſopi graece ſcriptam, [illegible] ante Aeſopi vitam per Rynucium in latinum ſermonem tranſlatam. Vtramque dedit pag. 544 [illegible] Bonus Accurſius igitur in epiſtola ante vitam Aeſopi graece exaratam, (quam particulam Maittaire I. p. 262. habuiſſe videtur,) *exiſtimaui*, ait, *facturum rem non indignam, ſi graecas eius*, (Aeſopi) *Fabellas et Vitam vna cum Latina eius interpretatione imprimi curarem: quo diuulgarentur inter omnes* etc. Epiſtola ante *Aeſop. vitam e graeco latinam per Rynucium factam ad Reu. Patr. Dom. Antonium tituli Sancti Chryſogoni Presbyterum Cardinalem* ita incipit: „Nouas nimirum merces, Reuerendiſſime Pater, ſed haud ignaua opum pondera nuper *e Graecia in Latinum conuexi:* Vitam ſcil. *Aeſopi* fabulatoris clariſſimi ac eius Fabulas, quotquot ad manus meas vsque peruenere etc. Notatu autem memorabilior eſt finis: „*Vita Aeſopi per Rynucium Thettalum traducta. Verum quoniam ab eo nonnulla fuerunt praetermiſſa: fortaſſis quia Graecus eius* codex *eſſet minus emendatus, ego* Bonus Accurſius Piſanus *eadem in ea omnia* correxi et emendaui." In hac igitur editione ſunt fabulae graecae et latinae: at quia verſio eadem Rynucii eſſe videtur, quam Accurſius ſeparatim edidit 1476. in fol. apud Zarottum, (vid. *Quirini* Epiſtolam ad Schelhornium l. c. pag. 717 ſqq.) *graecam* editionem circa idem tempus in lucem prodiiſſe ſuſpicabar. Atque *Maittaire* Annal. Typogr. IV. part. I. p. 97. not. 3. hoc anno 1476. ex praelo Mediolanenſi exiiſſe graeco-lat. editionem ideo [illegible] tur, quod eius character omnino idem ſit, qui eſt Laſcaris Grammaticae an. 1476. Maittarii [illegible]

[illegible]

poſt Aeſopum vixit. Fabula 193. Momus alia reprehendere fingitur, quam Momus Aeſopi apud Ariſtotelem III. 2. de partibus animalium et Lucianum in Nigrino atque Hermotimo. Nonnulla

tiam ampleſtitur *Leſſing* in Hiſtoria fabularum Aeſopicarum pag. 252. in *Vermiſchten Schriften*, part. II. Berolini, 1784. qui tamen errat, quando adſeuerat, fabulas a Rimicio conuerſas fuiſſe Planudeas. Annus 1481. adſeritur illi edit. in bibliotheca Askeuiana p. 25. nr. 686. Ante annum quidem 1480. in lucem exiiſſe illam edit. notatur in bibliotheca Smithiana, (Venet. 1755. 4.) pag. V. Quae quidem ſententia et tutior videbatur et probabilior. Atqui fabulas priores 144. (vt in edit. Oxonienſi ordinantur,) primum ex MS. edidiſſe Bonum Accurſium, Mediolani, ante annum 1479. Tyrwhitto de fabulis Babrii p. 20. not. 30.: ex eo fit credibile, quod eo anno Hubertinus Creſcentinas ad Bonum Accurſium ſcribens, eumdem laudet, *quod non modo Latinos verum etiam* Graecos *codices diligenter impreſſos, in medium* obtulerit. vid. Commentar. in Epiſtol. Cicer. Vicent. 1479. in biblioth. Smithiana, Adpend. p. CXCI. et *Saxium* l. c. Prolegom. p. 168. Hanc principem editionem graeco-latinam curate quoque deſcripſerunt *de Bure* in Catalogo biblioth. Ducis de la Valliere tom. II. pag. 549 ſqq. et illuſtriſſ. Comes *Reviczky* in Catal. bibliothecae ſuae pag. 16 ſq. At quando Burius hanc editionem, putat, typis excuſam eſſe Florentiae circa an. 1488. quod iidem ſint characteres, qui ſunt in editione Homeri Florentina 1488. multae ſunt rationes, quibus ad dubitandum adducar. Primum, quum illam editionem paraſſet Bonus Accurſius, erit probandum, num is Florentiae artem exercuerit aut moderatus ſit typographicam. Tum dedicauit ſuam editionem *Turriano*, ducali quaeſtori, cuius nomini etiam dicauerat *Craſtoni Lexicon*, quod iisdem tam graecis quam latinis typis excuſum eſſe ipſe fatetur Burius. *Atqui* Saxius in Prolegom. pag. 167. id *procul dubio in vrbe Mediolanenſi* formulis typographicis eſſe exſcriptum adfirmat. Quare non erit, quod Burii opinioni ſubſcribamus. Accedit, quod Saxius l. mem. teſtatur, ſe nihil offendiſſe, Bonacurſii ſtudio poſt annum 1485. in lucem emiſſum, ideoque ſuſpicari, illum aut ferali teterrimae luis, tunc Mediolanum vaſtantis, morbo conſumtum, aut eludendi periculi ſollicitudine abreptum in patriam, Piſas, remeaſſe. Nec obiici poteſt editio *Veneta* Ouidii Operum 1498. cum epiſtola *Boni Accurſii*, qui illa diu ante Mediolani euulgauit, teſte eodem Saxio l. m. Bis autem edidit Bonus Accurſius *Aeſopi Fabulas* graeco-latinas. De priore modo diximus: non ita multo, vt equidem arbitror, poſt curauit exſcribendas typis *Fabulas Aeſopi ſelectiores.* Has quoque inſcripſit Ioan. Franciſco Turriano, ducali quaeſtori. Quomodo haec editio a priore differat, ipſe his verbis declarat in epiſtola dedicatoria apud Saxium p. 545. „In *ſuperiore codice*, vt noſti, imprimi curauimus vitam et Aeſopi Fabulas, graecis et literis et verbis: *ſubdimusque earum interpretationem*, ſecundum Rynucium Thettalum, virum mea ſententia et doctum et diſertum. Nunc vero, quo maior ad Liberos tuos ac facilior aditus ſit ad vtramque linguam et graecam et latinam, *quasdam electiores Fabulas*, quae in communi ſunt doctorum hominum vſu, ita ſingillatim *in eisdem paginis informari curauimus, vt in eodem latere habeantur ex dextera parte Graecus, ex ſiniſtra autem Latinus ſermo* etc. Exemplum, in quo vtraque editio fuit compacta, in manibus habuit Vir doctus in *Litterariſchen Wochenblatt.* Noribergae, 1770. vol. II. pag. 36 ſq. Vtraque editio in eodem eſt volumine, quod in Catalogo biblioth. Pinellianae, tom. III. nr. 7473. his verbis deſignatur:

Aeſopi Fabulae, cum eiusdem vita per Maximum Planudem; gr. cum lat. verſione Rinutii Theſſali. Ex iis Fabulae ſelectae, gr. lat. edente Bono Accurſio, Piſano. In fine: *Bonus Accurſius Piſanus impreſſit.* in 4. Cl. Editor catalogi hanc editionem eſſe principem, et circa an. 1480. Mediolani impreſſam putat. Poſtquam de exempli Pinelliani conditione ad ipſum cel. mihique amiciſſimum *Morellium* ſcripſeram, vir humaniſſimus in litteris, menſ. Nou. 1787. exaratis, ita reſpondit: „Ad Aeſopi fabulas a *Bono Accurſio* Piſano editas, quod attinet, exemplar earumdem Pinellianum, integerrimum quum ſit, tribus veluti partibus conſtat. Primum locum tenet *Aeſopi vita a Maximo Planude graece conſcripta*, *cum Aeſopi fabulis centum et quadraginta quatuor*, itidem graecis, tribus *Ignatii tetraſtichis* poſt fabulam ſeptuageſimam tertiam inſertis: praemiſſa eſt Boni Accurſii Epiſtola ad Io. Franciſcum, cuius initium, *Cum animaduerterem* etc. quam Saxius adfert p. DXXXXIIII. Secundo loco *Aeſopi Vita* exſtat

N[illegible] quoque [illegible] et verbotenus [illegible] ex Babria [illegible] quinque [illegible], ita et [illegible] quinque [illegible] in hac collectione obſeruarunt Neueletus ac Bentleius fab. 157. 173. 243. [illegible] 263. 293. [plures vero Tyrwhitt.]

XI. Alteram

[illegible] cum *Fabulis*, *latine*, *Rinutio Theſſalo interprete*: et [illegible] quidem textui graeco Planudis plerumque reſpondet: at fabulae centum tantummodo ſunt, [illegible] tum ordine, tum quandoque etiam re, a textu graeco differunt: epiſtola praecedit Rinutii ad Antonium Card. S. Chryſogoni, cuius initium, *Nouas nimirum merces* etc. a Sa[illegible] eſt ipſi [illegible]. *Aeſopi fabulae ſelectae* tandem accedunt, graece et latine, ad verbum redditae, [illegible] textu in [illegible] pagina e regione poſito: Boni Accurſii Epiſtola ad Io. Fr. Turrianum praemiſſa eſt, quam et ipſius Saxius ad[illegible]tulit. Liber totus vno eodemque charactere, tum graeco, tum latino impreſſus [illegible] eodemque [illegible] tres [illegible] prodiiſſe, ſatis conſtet. Aeſopum Accurſianum eodem charactere impreſſum fuiſſe, quo et [illegible] an. 1488. Florentiae prodiit, Guil. Burius adfirmauit in Catalog. librorum Ducis de la Valliere, perperam tamen. Illud enim eſt mihi bene obſeruatum, [illegible] characterem tum graecum tum latinum Aeſopi eumdem omnino eſſe cum charactere Lexici graeco-latini Ioannis Creſtoni a Bono Accurſio Piſano absque vlla nota editi, ſed, vti nemo non videt, Mediolani circa annum [illegible] quamquam [illegible] post annum illum editionem factam putet, haud ſatis firmo, vti [illegible] quidem videtur, [illegible]. Immo vero characterem Aeſopi graecum eumdem eſſe deprehendi, [illegible] matica an. 1476. Mediolani impreſſa eſt: quam pridem tantummodo mihi videre quum obtigerit, de hoc ill. Reviczkium admonui, isque in meam ſententiam plane deuenit. Tyrwhittus de vberiori tantum fabularum collectione ab Accurſio edita mentionem fecit; haud vero de fabulis ſelectis, quae ab exemplari, ab eo inſpecto, fortaſſe aberant. Et hactenus quidem de Aeſopo Accurſiano." Quae adcurata collectionis notitia, quam multo poſt, quam ſuperiora ſcripſeram, accepi, eo minus moleſta erit lectoribus, quo magis facit ad litem dirimendam: atque humaniſſimo eruditiſſimoque *Morellio*, qui eam mihi ſuppeditaſſet, palam ago gratias, quam poſſum, maximas. — *Leſſingius* in hiſtoria fabularum Aeſopiarum p. 265. arbitratur, alteram editionem an. 1497. [illegible], et contendit [illegible], quam [illegible].

Aeſopi Fabulae [illegible] Graecae et Latinae. per [illegible] Bertochum. Regii 1497. 4. ex [illegible] Boni Accurſii.

[illegible] *Orlandi* Origine et Progreſſi della Stampa pag. 193. et 271. et biblioth. *Sarrazianam* nr. 1938. [illegible]: it. bibl. *Askewian.* p. 23. nr. 663. *Menken.* Catal. I. p. [illegible] III [illegible] II p. [illegible]

Aeſopi Vita et Fabulae. Graece. [illegible] et anni nota [illegible] "Si quis [illegible] haec in terris feliciſſimi S. Veneti aut imprimere [illegible] Bartholomaei [illegible] nopolitani, Gabrielis Bracii Braſichellenſis, Ioannis [illegible] et Benedicti Mangii Carpenſium ſumtibus impreſſa." ſ. l. (an. 1498. additur in Pinelli Catalog. II. pag. 269.)

Continet 148 fabulas. *Clement.* I. pag. 69. [illegible] *Aeſopi vita et fabulae. Phalaridis — Epiſtolae graece.* Venet. 1498. et in nota ait, fuiſſe incognitam editionem Maittario. Enimuero Maittarius illam probe nouerat, et, vt poſt cognoſcemus, praefationem recuſam [illegible] Clementem, Aeſopi fabulas ſtatim ſine vlla diſtinctione [illegible] Phalar. Epiſtolis, quod vterque liber eiusdem formae in vno volumine [illegible] Catalog. MSS. biblioth. Medic. tom. II. pag. 609. Propter privilegium Senatus Veneti, Venetiis fuiſſe eas excuſas, cautius cenſent *Osmont* in Dictionaire typographique pag. 9. et *Goetzius* in Memorabil. bibl. Dresdenſis tom. III. p. 242. qui praeter ea, quod editor et corrector Gabriel Bracius in praefat. ait, has fabulas eodem anno cum Epiſtolis Phalaridis, Apollonii et Bruti eſſe vulgatas, quas quidem Venetiis 1498 e praelo exiiſſe, (*Goetzius* l. c. et tom. II. p. 4. et *Saxius* in Hiſtoria typographico-literaria Mediolanenſi pag. CVI. (vbi de Io. Biſſolo et Benedicto Mangio, typographis ab anno [illegible] Mediolanenſibus agitur,) docent, ex his [illegible], hanc Aeſ. Fab. editionem Venetiis 1498. eſſe [illegible]tam. Idem ex praefatione adnotat, [illegible]

Collectio Aldina et editionum reliquarum index.

XI. Alteram collectionem ſabularum CXLIX. cum vita Aeſopi, a *Maximo Planude* ſcripta, graece et latine primus edidit *Aldus Manutius*, Venet. 1505. fol. [65]) teſtatus, ſe in illis vertendis multum elaboraſſe. *Nam*, inquit, *quae ante tralata*

maeum Peluſium illas fabulas in latinam linguam transtuliſſe: hanc vero verſionem, quam ſerius forſan typis eſſe expreſſam ſuſpicatur, abeſſe ſcribit a ſuo exemplari: atque apud Maittarium, Ann. typogr. IV. part. II. p. 747, vbi haec editio memoratur, not. 4. repetita typis eſt praefatio: in qua Bracius, „vitam Aeſopi, ait, fabulas et epiſtolas Phalaridis noſter Barthol. Iuſtinopolitanus vertit in Latinum ita, vt verbum de verbo expreſſerit. *Seorſum alioque volumine — haberi voluimus Graeca a Latinis*, perpetuoque ordine et paginarum et verſuum ſibi ſingula reſpondere.“ At Maittario nihil innotuit de illa verſione: nec memoratur ea in exemplo Askeuiano, p. 23. nec ab Osmonto, l. m. nec a Burio in Bibliographie inſtruct. Belles lettres tom. II. n. 3571. qui duo poſteriores adfirmant, Priuilegium Venetum adnexum, a. 1498. eſſe ſubſcriptum: at Goetzius nihil de hac anni in Priuilegio nota adnotauit. Quater igitur ante Aldum fabulae Aeſopeae graecae formulis typographicis fuerant deſcriptae, et ipſius Aldinae et reliquarum editionum vsque ad Stephanianam a. 1546. contextus graecus fluxit ex priore Accurſiana, nullis aut ſaltem leuioribus mutationibus factis; teſte Tyrwhitto p. 21 ſq.

Latina vitae et fabularum Aeſ. verſio cum epiſtola *Rimicii Traductoris ad Reu. Patr. Dominum Antonium-Cardinalem* ex editione 1479 repetita eſt *Mediolani per Bernardinum de Caſtilliono et Philippum de Caſſano, a MCDXCI. die III. menſis Octobris*, (Saxius p. 588.)

Aeſopi Apologi ſeu mythologi cum quibusdam carminum et fabularum additionibus Sebaſtiani Brant. ſ. l. et a. 4. in Catal. biblioth. Vffenbach. tom. II. Adpend. p. 116. vbi ex typorum ac figurarum ruditate colligitur, hanc edit. ad primos ab artis typogr. inuentione annos eſſe referendam.

Aeſopi vita latina et Fabulae. In calce: „Mediolani per Guillermos le Signerre fratres Rothomagenſes, anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octauo, (1498.) die XV. menſis Septembr.“ (Saxius l. m. p. 603.) charactere Gothico, absque numeris paginarum.

Mythologi Eſopi clariſſimi fabulatoris, vna cum Auiani et Remicii quibusdam fabulis, per Sebaſtianum Brant nuper reuiſi: additisque per eum ex variis autoribus centum circiter et quadraginta elegantiſſimis fabellis dictis et verſibus ac mundi monſtruoſis compluribus creaturis. Baſil. 1501. fol.

Alias verſiones latinas earumque editiones antiquiſſimas paullo poſt indicabimus. *Neueletanae* autem editionis, cuius Fabricius mentionem facit, inſcriptio plena haec eſt;

Fabulae variorum auctorum, nempe Aeſopi Fabulae graeco-latinae CCXCVII. Aphthonii Sophiſtae Fabulae gr. lat. XL. Gabriae Fab. gr. lat. XLIII. Babriae Fab. gr. lat. XI. accedunt Anonymi veteris Fabulae, latino carmine redditae LX. ex exſoletis editionibus et cod. MS. luci redditae. Haec omnia ex Bibliotheca Palatina. Adiiciuntur inſuper Phaedri Fabulae XC. Anieni Fabulae XLIII. Abſtemii Fabulae CXCVIIII. opera et ſtudio Iſaaci Nicolai Neueleti, cum notis eiusdem in easdem, cum figuris ligneis. Francofurti, 1610, et, mutata tantum tituli pagina, 1660. 8. Nouam dediſſe recenſionem et graecarum fabularum editarum numerum auxiſſe Neuelet. iam ſupra monuimus. Saepenumero haud ineptas coniecturas in notis adtulit. *Harl.*

gg) Neque Aldum primum edidiſſe fabulas Aeſopeas, ſed graecas ab Accurſio publicatas typis repetiiſſe; neque illam collectionem eſſe a Planude profectam, ad ſuperiorem paragraphum abunde demonſtratum eſt; etiam de Rinutii verſione meliora tradidimus. Manutii autem editio, quae perraris adnumerari ſolet libris, hanc habet inſcriptionem:

Habentur hoc volumine haec videlicet. Vita et Fabellae Aeſopi cum interpretatione latina, ita tamen, vt ſeparari a graeco poſſit pro vniuscuiusque arbitrio, quibus traducendis multum certe elaborauimus. nam quae ante tralata habebantur, infida admodum erant, quod facillimum erit conferenti cognoſcere. Gabriae fabellae tres et quadraginta ex trimetris iambicis, praeter vltimam ex Scazonte, cum latina interpretatione. Quas idcirco bis curauimus informandas, quia priores, vbi latinum a graeco ſciungi poteſt, admodum quam incorrecte excuſae fuerant exempli culpa. quare nacti emendatum exemplum, operae pretium viſum eſt, iterum excudendas curare, vt ex ſecundis prima queant corrigi. Phurnutus, ſeu, vt alii, Curnutus de natura

tralata habebantur, infida admodum erant. Prodierant Aeſopi vita et fabulae per *Rimitium* hh) neſcio quem, latine verſae Mediolani 1480. 4. vt notauit Beughemius in incunabulis typographiae, qui etiam Aeſopi fabulas a *Laur. Valla* ante Aldum latine verſas memorat, quae tamen ab

natura deorum. Palaephatus de non credendis hiſtoriis. Heraclides Ponticus de Allegoriis apud Homerum. Ori Apollinis Niliaci hieroglyphica. Collectio prouerbiorum Tarrhaei et Didymi, item eorum, quae apud Suidam aliosque habentur per ordinem literarum. Ex Aphthonii exercitamentis de fabula. Tum de formicis et cicadis, graece et latine. De Fabula ex imaginibus Philoſtrati gr. et lat. Ex Hermogenis exercitamentis de fabula, Priſciano interprete. Apologus Aeſopi de Caſſita apud Gellium. In calce: Venetiis apud Aldum menſe Octobri. M. D. V. fol.

Primum in ipſa verſione latina non *Gabriae*, ſed *Gabrii* fab. vocantur. Tum et in titulo et in fine Gabrii fab. expreſſis verbis ſignificauit Aldus, ſe, dum Gabriana trimetra ſub praelo ſudarunt, correctius exemplum eſſe nactum eaque ex hoc iterum imprimenda curaſſe, vt perperam excuſa ante, hisce poſſent corrigi. En clarum exemplum, Aldum eodem anno editiones, quae quibusdam locis et paginis mire a ſe inuicem diſcrepant, curaſſe: quae tamen non eſſent binae editiones, ſed vna eademque, foliis tantum quibusdam ex alio codice curatius correctis, prioribus vt plurimum exſectis. Nam non vbiuis neque clare adnotauit Aldus, ac in hac fabularum editione; vide Reiske praefat. ad Theocritum; et nos in binis Curtii editionibus eiusdem anni eiusmodi diuerſitatem animaduertiſſe nobis videmur. In bibl. Dresdenſi Elect. eſt quoque eadem editio ſine latina verſione. adde *Goetz* Mem. Bibl. Dresd. part. III. p. 219. *Clement.* part. I. p. 69. *Denis* Memor. biblioth. Garellianae pag. 324. *Harl.*

hh) Lege *Rinutius*: et vide de eo Schedelii Chronic. fol. 70. a. Scheffer. ad Phaedr. I. 3. 19. et Biblioth. Brit. part. VII. p. 147. et Dominici Georgii Vitam Papae Nicolai V. p. 195. *Heumann.* Contra Georgium quaedam diſputat *Quirinus* in epiſtola ſupra memorata ad Schellhorn. Per hanc occaſionem de aliis verſionibus latinis earumque editionibus antiquiſſimis diſſeram. Supra iam monui, librum,

Eſopus moraliſatus, latino carmine, referre fabulas Anonymi, et frequenter edi *cum bono commento.* Ille autem liber plus vice ſimplici in Gallia et Italia cum commentariis, et his omiſſis, prae-lo exiit, et legitur iam a ſcriptoribus ſaeculi XIIII. citatus. De auctore homines docti alii aliter ſentiunt. v. *Menagiana* tom. I. p. 72 ſqq. Amſtel. 1713. 12. inprimis *Freytag* in Adparatu litterar. tom. I. p. 62 ſqq. Prodiit ille libellus *cum bono commento* ſine nota loci et typographi. 1489. 4. (de qua rariſſima edit. v. *Seemilleri* faſcicul. III. Bibliothecae acad. Ingolſtad. Incunabul. typographic. p. 157.) — *Dauentriae* per Iacob. de Bred. 1489. 4. (de qua ed. *Freytag.* l. m. agit vberius.) 1490. 8. 1494. 1496. 1497. 1500. 4. de quibus *Maittaire* An. typ. I. p. 521. 584. 621. 654 et 727. — Alia edit. *cum commento optimo et morali Dauentriae* 1496. 8. per Richard Pafraet occurrit in Catalogo bibliothecae Krafftianae, ab Haeberlino confecto, inter libros miſcell. in 8. nr. 2. — Edit. ſine loco, a. 1497. 4. in Vallierii Catal. libror. tom. II. p. 551. — alia edit. *Dauent.* 1502. apud *Leſſing* zur Geſchichte und Litteratur. I. p. 68. — *Fabulae Aeſopi cum commento* Londin. per Winandum de Worde. 1503. et 1516. 4. (Maittaire A. Typ. in indice, p. 13.) — Praeter ea notari debent exempla ſaec. XV.

Aeſopi Fabulae (LX. veteris Anonymi) *de graeco in latinum traductae*, carmine elego. Romae 1475. 4. v. Audiffredi Catalog. romanar. editt. p. 200 ſq.

Aeſopi Fabulae, (verſibus latinis,) In calce: „Finit Eſopus *Mutine* impreſſus impenſa et opera Dominici Rhochociola: per Thomam ſeptem caſtrenſem et Iohannem Franciſcum ſocios: compoſitus per me *Nicolaum Ienſon.* Anno Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo: (1481) die decima nona Maii.“

v. Codd. MSS. latini biblioth. Nanianae, ibique cel. Iac. Morellius p. 153. Venet. 1776. fol. de hac editione rariſſima et de auctore, collatis infra notatis ad §. XII.

Aeſopi Fabulae, latino carmine: per Dominicum di Nuaidis vna cum filiis, octaua Madii, Monteregali, 1481. fol.

v. *Maittaire* l. c. p. 419. *Oſmont.* p. 9. *Bure* l. m. p. 10.

Vita et Fabulae lat. per Rimicium et Auienum, cum fabulis dictis Extrauagantibus [illegible]

[illegible]

ab Aldina illa collectione nonnihil differunt: ne in praeſenti dicam de fabulis Aeſopi in latinum ſermonem verſis ab *Omnibono Leonicenſi* ad Franciſcum Gonzagam, quas MSS. habuit [ſſ] Naudaeus, teſte *Labbeo* bibl. nou. MSS. p. 233. Ceterum, quales ab Aeſopo ipſo profectae vel ſcriptae ſunt, (ſi vllas vnquam ſcripſit fabulas,) neque in altera illa, neque in hac collectione reperiri, viris eruditis iam pridem eſt perſuaſum. Et hanc quidem valde credibile eſt, eumdem auctorem agnoſcere *Planudem* Monachum ii) CPolitanum, qui annis ab

 hinc

Collectis tam carmine, quam proſa per Gerardum Leeu in oppido Goudenſi. 1482. 4.

v. Catal. bibl. Bodlei. tom. I. p. 16. voc. *Aeſop.* In Catal. autem Valleriano II. n. 3831. indicatur titulus libri et editionis, (*recuſae* Paris. 1510. 8.) *Dialogus creaturarum optime moralizatus.*

Aeſopi et aliorum Fabulae. Antwerp. apud Gerardin, Leuw. 1486. fol. (quae cum antecedenti eadem eſſe videtur.)

v. biblioth. Hulſiana. n. 4038. vol. III.

Aeſopi Fabulatoris clariſſimi fabulae cum moralizationibus. Antwerpiae per Gerard. Leeu. a. 1488. 4. in Catalogue des livres — de Gaignat, — par Bure tom. I. n. 2526.

Laurentius Valla XXXIII. fabulas Aeſopeas Caietae m. Maio 1438, (teſte eius praefatione) verterat, quae verſio et manu et formulis typographicis deſcripta hinc inde reperitur. Quasdam memorabo editiones antiquiores.

Fabulae ex graeco in latinum per Laurentium Vallam per Laurentium Abſtemium verſae: Impreſſ. per Magiſtrum Ioannem de Cereto de Tridino, a. dom. 1495. Venetiis. 4. (*Maittaire* IV. part. 2. p. 595.)

Fabulae per Laurentium Vallam, latine verſae. Zuuolis 1499. fol. (*Orlandi* Origine e Progr. della Stampa, p. 271.) cum aliis apud Maittar. IV. part. II. p. 707. cuius notam videbis.

Aeſopus graecus per Laurentium Vallenſem traductus. In fine: *Erphordiae impreſſus per Wolfgangum Schencken Anno 1500.* 4. v. *Freytag.* Adparat. litter. tom. I. p. 69 ſqq. — Edit. *Dauentriae* ſine ann. nota in 4. Fabricius in margine ſui exempli notarat, at in Catalogo illius Biblioth. tom. I. p. 72. forma 8. per Iac. de Breda.

Les Apologues et Fables de Laurens Valle, translatées de latin en françois. — Les Dits facecieux de Petrarque, (par Laurent Valle) fol. ſ. l. et a. editio peruetus, in Ducis *de la Valliere* Catalogo librorum tom. II. n. 3833. p. 552. adde in primis Hiſtor. litt. acad. Paris. Inſcript. tom. VII. p. 319. et *Bure* Bibl. inſtructiue, B. L. n. 3573. vbi, ſi modo eadem eſt editio, gallicus interpres dicitur *Guil. Tardif,* lector regis Caroli VIII. et editor *Anton. Verard.* circ. an. 1500. et *Labbe* Nouam Biblioth. MSS. ſuppl. IX. p. 341. n. CCC.

Aeſopi XXXIII. Fabulae, Valla interprete. Aeſopi vita in Commentariis vrbanis ab Raphaele Volaterrano tradita. Paris. 1521. 4. apud Simonem Colinaeum.

Vallae verſio aliquoties typis excuſa eſt vna cum aliis latinis interpretationibus, quas poſt enumerationem editionum, quae textum graecum exhibent, commemorare, ſatius erit.

Aeſopi Fabulae ab Omnibono Leonicenſi latine conuerſae, et Ioanni Franciſco, Principi Mantuano, nuncupatae, manu exaratae, in Catalogo bibl. reg. Paris. tom. IV. n. 8510 et 8517. memorantur ibidem n. 8511. Aeſopi Fabulae, a Burgundiae duce, Ludouici XIV. nepote, latine conuerſae: adde ſupra indicem MSS. — *Omniboni Leonicenſis* verſio latina ſeruatur manuſcripta in bibliotheca *Ambroſiana,* teſte Montfaucon. Catal. tom. I. p. 506. et in bibliotheca *Veneta* S. Michaelis cod. membr. ſaec. XV. n. 928. atque *Mittarelli,* qui illius bibl. Catalogum edidit p. 667. primum exſcripſit integrum Omniboni prooemium, dum ex Leoniceni epiſtola ad Franciſcum Barbarum a. 1441. pridie Kal. Septembr. ſcripta (in Collectione Quiriniana p. 176,) et ex eo, quod Antonius Cerdanus Cardinalis S. Chryſogoni a. 1449. a Nicolao creatus fuit Cardinalis, concludit, Leoniceni verſionem eſſe antiquiorem Rinuccii, licet hic de ſua verſione ita in prooemio loquatur, perinde ac ipſe primus transtuliſſe videatur. Tum memorat alias verſiones latinas MSS. *Aeneae Syluii, Gregorii Corrarii,* Patritii Veneti, *Hermolai Barbari,* poſt epiſcopi Tarviſini, inde Veronenſis, a. 1422 etc. Denique ſcribit, de Leoniceni verſione, numquam vero typis data, docte diſſeri in bibliotheca MS. Thomae Ioſephi Farſettii, Patritii Veneti, ad cod. LXV. De alia fabularum verſione latina et editione vide notam ad §. VIII. *Harl.*

ii) Clarus fuit circa A. C. 1350. Vide, quae infra

hinc trecentis vitam Aeſopi compoſuit. Neque alia multorum fuit ſententia iam medio ſaeculo decimo ſexto, vt docet *Michael Neander* Erotem. Hebraic. p. 500. Idem ſenſerunt Geſnerus in bibl. et *Henricus Stephanus*, qui Aeſopiarum fabularum auctoritatem negligit in Theſauro graecae linguae kk), *Neueletus* in praefat. Franc. Vauaſſor cap. 1. p. 21. de ludicra dictione, et noſtra aetate viri clariſſimi *Bentleius* in diſſ. de Aeſopi fabulis, et *Baylius* in Lexico. Neque in vllo codice MSto, qui aetatem Planudis excedat, hactenus fabulae illae ſunt repertae; et maius examen requirit, quod de codice MSto Iſaaci Voſſii 500. annorum legas apud Car. Boylium in examine diſſertationis Bentleianae p. 266. [Non fab. Planudeae: ſed forſan Accurſianae, ſ. ab Accurſio editae ex altero quidem Babriano volumine ſumtae et mutatae, fuerunt in illo codice antiquiſſimo. v. ad §. VIII. init. et Tyrwhitt in Auctario p. 52 ſq. *Harl.*] Vnde Aeſopiarum fabellarum graecam farraginem qui fecit, pro auctore probato graecae linguae fruſtra obtrudi, monet *Gatakerus* cap. 30. et 23. de ſtylo N. T. Praetereo, quod obſeruatum eſt in fabula 145. laudari dictum Iacobi IV. 6. vel 1 Petr. V. 6. (vti fab. 288. in collectione a Neueleto edita verba Ioh. I. 21.) et quod fabula 75. verbotenus repetita eſt ex Aphthonii fabula ſexta, quemadmodum fabula 4. refert paraphraſin fabulae 284. collectionis Neueleti.

[De editionibus, principe et reliquis ante Aldinam, et Aldina ipſa iam antea dictum eſt abunde. Aldinam hae fere, partim ob vetuſtatem partim ob raritatem aut praeſtantiam memorabiles exceperunt:

Aeſopi Fabulae et vita, gr. cum Aldi Manutii interpretatione. Louan. 1513. 4. (Catal. bibl. Askeu. p. 23.)

Vita et Fabellae Aeſopi cum Aldi Manutii interpretatione latina e regione, Gabriae Fabellae tres et quadraginta, apud Theodoricum Martinum. Louan. 1517. 4. (forſan eſt tantum repetitio ſuperioris editionis.) v. Maittaire A. T. II. p. 301.

Aeſopi Phrygis vita et fabellae cum latina interpretatione. Gabriae graeci fabellae tres et quadraginta ex trimetris iambis, praeter vltimam ex Scazonte, tetraſtichis conſcriptae, cum latina interpretatione. Ex Aphthonii exercitamentis de fabula. Tum de formicis et cicada graece et

ſra lib. V. *Montſauconius* in Diario Italico p. 366. memorat codicem MS. grammaticae Planudis, in cuius extremo notatur annus mundi e computo Graecorum 6849. Deme 5508. et habes annum Chriſti 1341. Idem Montſauconius pollicetur, ſe editurum eſſe e codice MS. Monaſterii S. Mariae Florentiae vitam Aeſopi cum fabulis, quales ante Planudem ferebantur, ſtilo χυδαίῳ; Planudem enim fabulas quasdam omiſiſſe, et longe diverſo ſtilo ſuoque more vitam fabulasque conſcripſiſſe. In illo codice incipit: Βίος τοῦ πανθαυμάστου Αἰσώπου. Ὅτι κατὰ πάντα τὸν βίον βιωφελέστατος ἦν Αἴσωπος. *Fabric.* Sic quoque incipit vita in cod. Bauar. in collectione, quam poſſidet cl. Adelung. Sic fere quoque in cod. Mosquenſi, niſi vt ᾧ ante κατὰ omiſſum eſſe videatur: et, ni fallor, in aliis quoque MSS. conf. *Tyrwhitt.* diſſ. de Babrio, p. 30 ſq. n. 39. et in Auctario, vbi is animaduertit, pleniorem illius codicis Florentini notitiam dediſſe Italum quemdam doctum in Diario, cui titulus, Nouelle Literarie, No. 40, Firenze, 1. Ottobre 1779. *Harl.*

kk) Vauaſſorem, quem ſequutus eſt Fabricius cum Bentleio et Baylio, erraſſe, et Stephanum in Theſauro L. Gr. fabularum Aeſop. pluribus locis feciſſe mentionem, non pauca inde repetiiſſe vocabula, ſaepe etiam, vbi ne opus quidem erat, eorum auctoritate vſum eſſe, docuit Heuſingerus in nota poſt teſtimonia veterum de Aeſopo congeſta. *Harl.*

et latine. De fabula ex imaginibus Philoſtrati gr. et lat. Ex Hermogenis exercitamentis de fabula Priſciano interprete. In inclyta Baſilea. In calce: *Baſileae apud Io. Frobenium. Menſe Ianuario.* An. M. D. XVIII. Meum exemplum eſt in forma 8. Maittaire tamen l. m. p. 319. et vol. I. p. 43. (vbi ex eadem praefatione, quae in meo exemplo legitur, particula quaedam excerpta eſt,) formam in 4 eſſe ſcribit. Praefatio Frobenii ſcripta eſt, *quarto* Non. Dec. MDXVII. hinc factum eſſe arbitror, vt haec editio interdum, vt in Catalogo bibl. Bodleianae, a. 1517. ſit adſerta. Frobenius autem, „nos, ait, caſtigamus noſtra pro viribus, chartis bonis vtimur, doctos aere magno conducimus." Eodem anno eademque forma plures auctores graeci, vt Agapetus, Muſaeus, Heſiodus ſeparatim ex Frobeniana exierunt officina typographica. In meo quidem exemplo ſinguli peculiarem habent titulum ac praefationem: abeſt tamen Heſiodus. In iis vero ſequutus eſt Frobenius textum Aldinum, quem reliqui Baſileenſes retinuerunt, interdum quibusdam mutationibus ſiue per correctorem, ſiue culpa operarum factis. Hos poſtea coniunctim edidit et primum hanc dedit volumini inſcriptionem:

Scriptores aliquot Gnomici, iis, qui Graecarum litterarum candidati ſunt, vtiliſſimi, quorum opuſcula huic libro inſerta. Index auctorum huius libri. Ex Aphthonii exercitam. — — *Aeſopi* vita cum fabulis per Maximum Planudem. *Gabriae* Graeci fabellae tres et quadraginta. *Agapetus*, — *Heſiodi* — *Theognidis Megarenſis ſententiae graecae. Pythagorae carmina vere aurea. Phocylidis* — — Baſileae apud Io. Frobenium 1521. 8.

Aeſopi vita eiusdem et Gabriae fabulae, cum Batrachomyomachia, Muſaeo, Agapeti Paraen. Hippocratis iureiurando, gr. et lat. Galeomachia, gr. apud Froben. Baſil. 1524. 1530. 8. et ſaepius deinceps cum eiusdem opuſculis v. *Goetz.* Mem. bibl. Dresd. III. p. 243.

Aeſopi Fabulae etc. gr. et lat. apud Hieron. Froben. et Epiſcopium Baſil. 1534. (al. 1533.) 8. — *ibid.* 1538 — 1541. 1545. apud Heruag. — apud Gryphium, 1534. — Tubingae. 1546. Baſil. 1550. 1558. apud Nicol. Brylinger. 8. Baſil. 1547. 12. et 1557. 12. etc. Paris. 1549. 12.

Altera claſſis incepit ab editione *Stephaniana*, eaque elegantiſſima, de qua iam ſupra ad §. VIII. diſputatum eſt, et quae huius eſt ſententiae:

Aeſopi Vita et Fabulae plures et emendatiores: graece, ex vetuſtiſſimo codice Bibliothecae regiae: ex officina Roberti Stephani. Pariſ. Nonis Nouembr. 1546. 4.

v. *Clement.* Part. I. p. 70. *Cannegieter* in praef. Auiani fabulis praemiſſa p. 16.

Ex officina *Roberti Stephani* iam antea prodierant:

Aeſopi vita et fabulae a viris doctiſſim. in Latinam linguam verſae. cum fabellis tribus additis ex Politiano, Crinito et Mantuano. Paris. 1527. 8. 1529. 8. (de qua edit. v. Clement. I. p. 70.) 1537. 8. — Poſt graecam editionem ab eodem ſunt prelo ſubiectae *Aeſopi vita et fabulae* a viris doctiſſ. in Latinam linguam conuerſae; Apologi ex Chiliad. Eraſm. ex Politian. Crinit. Campan. Gell. Gethel. Mantuano et Horatio: *item fabulae Aniani* (Auiani). Hadriano Barlando et Gul. Hermanno interpretibus, *et fabulas Laur. Abſtemii.* Paris. 154[illegible]. 8. Ex Dorpiana collectione Argentor. 1515. 1519. 4. aut Lipſ. 1517. 1512. deriuata videtur haec editio. De *Gulielmo ſ. Guilielmo Hermanno,* Gaudenſi, v. *Freytag.* Adpar. litter. I. p. 76. et quos ille laudat.

Aeſopi Fabulae, gr. Baſil. 1553.
In bibliotheca Barberin. I. p. 13.

Aeſ. Fab. gr. et lat. Venet. 1561. 8.
In Pinelli biblioth. tom. III. p. 281.

Aeſopi Phrygis Fab. gr. et lat. cum aliis quibusdam opuſculis, quorum indicem ſequens pagella indicabit. Antwerpiae ex offic. Chriſtoph. Plantini. 1567. in 12.

De rara hac editione, (magis tamen commendabili a venuſtate et nitore litterarum, quam ab vſu fructuque critico,) copioſius eſt *Freytag.* in Adpar. litter. I. p. 64 ſqq. et de Aeſopo, Planude, controuerſia inter Bentleium et Boylaeum orta et agitata, et reliquis, qui in hoc volumine inſunt, docte fuſeque agit. Repetitio autem eſſe videtur exemplaris cuiuſdam Frobeniani. Nam praeter Aeſopi vitam fabulasque inueniuntur in hac editione *Gabriae* Fabellae XLIII. *Homeri* Batrachomyomachia gr. et lat. *Muſaei* carmen de Hero et Leandro gr. et lat. *Agapetus* gr. et lat. *Hippocratis* iusiurandum gr. et lat. Galeomyomachia gr. — Antea iam edita ſunt ab eodem Plantin. gr. et lat. 1560, 8. (notante Fabricio) item cum aliis opuſculis 1565. (in Cat. Barber. I. p. 13.) 1574. in forma minore, (eodem Fabricio adnotante et in Pinelli biblioth. l. m.)

Aeſopi fab. et alia (ex Baſileenſi quadam editione) per Benedictum Praeuotium, impenſis viduae Arnoldi Birckmanni. Pariſ. 1549. (apud Fabricium et Maittar. III. p. 580.)

Aeſopi Phrygis fabulae gr. et lat. cum aliis opuſculis, (ex Froben. exemplo repetitis) Baſil. 1574. et 1584. in forma minima apud hered. Nic. Brylingeri. — *Eaedem* gr. et lat. in vſum ſcholae Aetonenſis. Londin. 1572. forma min.

Fabellae quaedam Aeſopi graecae, adiectae educationi puerili linguae graecae, in vſum ſcholae Argentor. Argentorati, 1563. 1580. 1606. 8. —

Fabulae aliquot Aeſopi breues, faciles et iucundae in ſcholarum vſum nunc primum ſelectae. gr. Antwerp. ex offic. Chriſtoph. Plantini. 1581. 8. Continet fabb. 102.

Aeſ. fab. quibus additae ſunt Liuianae et aliorum cum interpretat. gr. lat. Lugd. 1580.

Aeſ. fab. gr. apud Raphelengium ex officina Plantin. 1593. 8. — *Fabulae gr.* Romae 1609. (in bibl. Barberina.) — gr. et lat. cum aliis, Lugduni. 1607. 12. et 1609. 12.

Tertiam autem euulſit edit. *Neueletana*, 1610. etc. de qua ſupra iam diſputatum eſt: Sed plures Alemanni potius collectionem quam Neueletanam ſequuti videntur.

Fabulae gr. cum explicatione omnium vocum. Pariſ. 1622. 1625. in 8. apud Cl. Morell. — *Eaedem* gr. et lat. Pariſ. apud Libert Pariſ. 1623. 8. — graece, Amſtel. 1632. 8.

In Maittaire A. T. III. p. 851. 856. et V. p. 12. item Catalogo bibl. Barberinae. v. *Aeſopus.*

Aeſopi fabulae, ex optimis exemplaribus correctae. Venet. 1619. — *Eaedem* apud Rob. Stephan. 1617. 4. (in bibl. Menarſ.) — *Eaedem*, gr. lat. ſumtibus Io. de Tournes. Geneuae 1628. forma min. exemplum nitidum.

Aeſopi fabulae ſelectiores, graece, cum latina interpretatione, et grammatica omnium vocum explicatione. Pariſ. apud Io. Libert. 1634. 8.

Aeſopi

Aeſopi Fab. ſelectiores cum verſ. interlin. et vocum explicatione. Cadomi 1641. 12.

Aeſopi fab. gallice, graece, lat. vna cum ſcholiis in contextum graecum, per Ioh. Meslier, Pars I. fabulae Aeſopi ſelectiores, Pariſ. apud Rob. Feuge. 1641. 4.

Aeſ. fab. cum Batrachomyomachia et aliis nonnullis. Londini 1657. 8.

Aeſ. fab. ſelectae, gr. lat. Pariſ. 1663. 8. — *Eaedem* ſelectae, (ſunt 39) gr. et latine *per Io. Gezelium,* Aboae 1669. 8. 1688. 8. et *fabulae Aeſopi ſelectae pure latinae.* Stokholm. 1707. 1727. 8.

Aeſ. fab. gr. lat. Londini 1679. 12.

(Aeſopi et Babrii) *Mythologia Aeſopia et tabula Cebetis,* gr. lat. Londini. 1682. 12. — Ibidem, *LX. fabulae Aeſopi ſelectae,* cum verſione, paraphraſi et ſcholiis *Georgii Syluani,* 1685. 12. — Ibidem: Quarumdam fabularum explicatio, gr. lat. editore *Rob. Coningsby.* 1693. 8.

Aeſ. fabulae ſelectae, gr. et lat. Vltraiecti 1685. 8. cum figg. lign. et cum Auiani fab. atque Hom. Batrachom.

Aeſopi fabularum ſel. partes II. gr. et lat. Diling. 1695. 8.

Fabularum Aeſopicarum delectus. Oxoniae, e theatro Sheldoniano 1698. 8.

Editor eſt, id quod ex dedicatione intelligitur, *A. Alſop,* qui vulgauit fabularum Aeſopicarum delectum, in quibus occurrunt graecae CLVIII. reſciſſis, (ne vſum reſtringerent.) ἐπιμυθίοις, recenſitae quidem ad fidem nitidae editionis Rob. Stephani, nec non Weſtmonaſterienſis et Etonenſis: in graecis tamen praecipue Neueletum tanta fide ſequutus eſt, vt interdum fortaſſis criticis materiam praebuerit, nec mutare vellet ſine codd. auctoritate, quae minus probaſſet. Habuit autem Neueleti exemplum, quod cum MS. Voſſiano et duobus itidem MSS. bibliothecae Bodleianae ante eſſet collatum. Deinde addidit metricas verſiones et ſuas et alienas. Tum e cod. Bodl. impreſſo, e libro fabularum Venetiis 1545. 8. [h]) excuſo ſubiecit X. fabulas hebraicas, cuius interpres ibidem dicitur *Iſopito,* et Arabicas totidem, ſequutus in his Erpenium, „qui, vt ait Alſop, *Locmanni* fabulas edidit oriente toto celeberrimas: qui cum Arabibus ſentit, Locmannum ſine *ſapientis* cognomine numquam nominabit: credet etiam fuiſſe Dauidi Hebraeorum regi coaetaneum. Quin et Locmannum narrant Arabes, non eodem tantum fuiſſe ingenio, ſed et eadem conditione, eodem quoque corporis habitu, quo graeci nugatores Aeſopum.“ At enim penes Alſopum, qui nihil variarum lectionum et notarum adiecit, de Locmanno ſit fides, et de aetate credat Iudaeus Apella. Singulis metaphraſis poetica latina ſubiuncta eſt e Phaedro, Auiano, Faerno et, qui Locmanno operam impendit, Tanaq. Fabro.

Aeſ. fab. gr. et lat. ex optimis exemplaribus quam correctiſſime in lucem editae, cum aliis Opuſculis. Venetiis, apud Anton. Bartoli 1709. 8.

Aeſopi

h) Vide Bartoloccium. bibl. Rabbin. tom. I. p. 98, vbi notat, Aeſopi fabulas, (non integras) verſas arabice, et inde hebraice ab Anonymo, *I. C. Wolfii* Bibl. hebr. p. 1[illegible] ſq. *Fabric.* Michael. Neandri Erotem. ling. hebr. p. 557. *Heumann.*

Aeſopi fabulae graeco-latinae CCXCVIII. ſecundum editionem Gabrielis Braen. Londin. 1709. 12.

Aeſopi Fabb. gr. et lat. Romae. 1715. 8. — Venet. 1727. 8.

Aeſ. Fab. et Auiani fabulae ſelectae, acc. Homeri Batrachom. etc. gr. et lat. Amſtel. 1726. 8.

Fabularum Aeſopicarum collectio, quotquot graece reperiuntur; accedit interpretatio latina. Oxoniae 1718. 8.

Hudſonus, qui ſuppreſſo ſuo et aſſumto ab aula Mariae, cui praefuit, *Marianus* nomine hanc editionem, nitide et eleganter, at ſaepe negligenter indeque vitioſe exſcriptam typis curauit, pro Aeſopo permulta veterum collegit teſtimonia, fabulasque, quas ab Iſaaco Neueleto acceperat, paullo emendatius et noua cum acceſſione publici iuris fecit: denique latinam verſionem vel correxit, vel nouam adiecit. cf. Acta Erudit. Lipſ. menſ. Aug. 1719. p. 306 ſq. [illegible] cum auctario ſumtibus Gleditſch. promittitur: atque ex nouis Litterar. Lipſ. eiusdem anni p. 38. ſcimus, Frid. Gotthelf. Freytagium illi operam addicturum fuiſſe: at nihil accepimus: cauſſas vero intermiſſionis lege in Nou. Act. Erud. Lipſ. 1742. p. 714 ſq.

Aeſ. fabulae ſelectae. Traiecti ad Rhen. 1727. 8. cum ſigg. ligneis.

Aeſ. Fab. gr. cum metrica verſ. italica *Aug. Mar. Ricci*, Florent. 1736. 8. — Eadem editio eſt Ἀισώπου Μῦθοι *Aeſopi fabulae. Le Favole d'Eſopo, volgarizzate in Rime.* etc. gr. lat. et ital. Venet. 1737. 12. v. Paitoni Biblioteca degli autori — volgarizzati. tom. II. p. [illegible] ſq.

Fabularum Aeſopicarum collectio: quotquot graece reperiuntur. Accedit interpretatio latina. Exemplar Oxonienſe [illegible] emendauit, vitam Aeſopi, latinitate donatam, adiecit, ac praefatus eſt Io. Gottfr. Hauptmann, A. M. et ill. Ruthen. (Geraui) *Conrect.* Lipſiae 1741. 8. Eſt mera, at minus emendata exempli Hudſoniani repetitio. Verſioni vitae a Bacheto de Meziriac conſcriptae, editor multas ſubiecit animaduerſiones.

Aeſopi fabulae ſelectiores. Luciani Dialogi. Iſocratis orationes ad Demonicum et ad Nicoclem. Cebetis Tabula. Galeni ſuaſoria ad Artes oratio, gr. et lat. Edinburg. 1747. in 8.

Aeſ. Fab. etc. ex optimis exemplaribus correctae. Venet. 1747.

ΑΙΣΩΠΟΥ ΜΥΘΟΙ. *Fabulae Aeſopicae graecae, quae Maximo Planudi tribuuntur. Ad veterum librorum fidem emendatas cum Ioachimi Camerarii interpretatione latina, [illegible] Hudſoni [illegible] et indice [illegible] Io. Michael Heuſinger.* Iſenaci et Lipſiae 1741. et [illegible] tituli pagina) 1756. 8. — *auctior et emendatior* cum praefatione doctiſſima *Chriſt. Adolph. Klotzii*, ibidem 1771 et 1776. 8.

Heuſingerus [illegible] doctiſſimus, Hudſonianam quidem editionem, [illegible] vitia typographica, quae in edit. Hauptmanniana, chartae quidem nitore et typorum [illegible] praeſtantiore, et retenta et vero aucta ſunt, diligenter ſuſtulit, ſed etiam ex cod. Gothano [illegible] Heuſingerianis [illegible] et nouam paene dedit recenſionem. In poſtremis fabulis vulgatum ordinem, qui non [illegible] Hudſono, retinuit. ſi qua fabula ab aliis auctoribus commutatis verbis tradita eſt, eam adſcripſit,

ſcripſit, adiectis nunc primum e codice Gothano et Auguſtano pauculis. In adnotationibus breuibus quidem, at eruditis, et veras lectiones a corruptis diſcreuit, et res ex antiquitate atque hiſtoria, maxime naturali, expoſuit: Camerarii latinam interpretationem ex Lipſienſibus exemplaribus an. 1540. et 1570. repetiit, denique indicem verborum addidit pleniſſimum. Quod vero Heuſingerus in *Emendationum libr. II.* Gothae, 1751. 8. a p. 161. et errores, qui in ſuam irrepſerant editionem typographicos emendarat, et quaedam praeterea adſperſerat non plane inutilia, ceterasque fabulas a Neueleto et Hudſono editas percenſuerat: *Klotzius*, dum an. 1771. ad nouam Heuſingeri editionem curandam rogatus acceſſerat, addidit, quae ipſe Heuſingerus reliquerat, ad has, quas vocat, Planudeas, et ſuo quidque loco collocare iuſſit: omiſit vero latinam Camerarii interpretationem: cetera tamen reliquit intacta.

Aeſopi fabulae, gr. lat. Etonae, 1755. 12.

Fabulae Aeſopi ac Phaedri ſelectae, gr. et lat. Geneuae, 1757. 12.

Aeſopicarum fabularum quotquot graece extant Collectio. gr. lat. Baſileae, 1780. 8.

Fabulae Aeſopiae graecae, recenſuit, varias lectiones, notas et indicem addidit Io. Chr. Gottlieb Erneſti, A. M. acceſſit diſſ. de fabula Aeſopia. Lipſiae, 1781. 8.

Vir doctiſſimus eas modo fabulas edidit, quae eſſent oratione ſoluta conſcriptae, et quae in veteribus libris Aeſopi fabulae vocantur: praetermiſſis ceteris et iis, quae Aphthonium Babriumque habent auctores, et parallelis, quae apud Hudſonum et Heuſingerum, quem in priore parte ad fabulam vsque 146. pertinente, in primis, nec tamen temere et perpetuo, eſt ſequutus, ſingulis ſubiiciuntur: varia contulit exempla edita, horumque dedit varias lectiones, et in notis tam verba quam res ſollerter docteque explanauit. In reliquis permultos errores typographicos ex editione Neuelet. ad ceteras fere omnes propagatos, cum proprio ſtudio, tum ope Emendationum Heuſingeri correxit.

Aeſopi griechiſche Fabeln, — mit einem griechiſch-deutſchen Wörterbuch verſehen, von N. M. Ludwig, Conrector zu Glückſtadt. Göttingen, 1789. 8.

Αισωπε μυθοι. Aeſopi Fabeln mit erklärenden Anmerkungen und einem griech. deutſch. Wörtreg. für Schulen von Ioh. Dav. Büchling, Halis Sax. 1790. 8. *Harl.*]

Latini vett. fabularum ſcriptores. XII. E veteribus latinis fabulas Aeſopiarum exemplo compoſuere verſu quidem iambico *Phaedrus*, et ante Phaedrum fortaſſis *C. Cilnius Meliſſus*, libertus Maecenatis, vide Nic. Heinſium ad Ouidii IV. 16. 30. e Ponto. Elegis mmm), *Flauius Auianus*, et alter ſine nomine vulgatus, tum ab aliis tum a Neueleto, et viris doctis quibusdam laudatus ſub nomine *Accii* vel *Romuli* ſiue nnn) *Romulii* vel denique *Salonis* aut *Bernardi*.

mmm) At *Cannegieter* in diſſ. de Auiano, (huius fabulis ſubnexa,) cap. X. pag. 268 ſq. negat contra Heinſium, *Cilnii Meliſſi* libellos iocorum conſtitiſſe ex apologis Aeſopiis; ſed Meliſſi iocos, quos hic ipſe *ineptias* nominauit, interpretatur facete dicta et ſales vrbanos. (bons mots, bonnes contes.) Idem ibidem pag. 269. de loco Senecae, a Fabricio excitato, agit, ex eoque colligit, Phaedrum poſt conſolationem a Seneca ſcriptam demum edidiſſe fabulas. De *Iulio Titiano*, patre, mythographo, et probe diſcernendo a filio, idem capp. XI. et XII. eſt copioſus, et docet, illum fuiſſe Auiano recentiorem, et vixiſſe ſub imperatoribus Caracalla, Macrino atque Elagabalo, etiam Commodo. *Harl.*

nnn) H. Bebelius Epiſtola, qui auctores legendi ſint ad eloquentiam comparandam, Argent. 1513. 4. *AESOPVS — — vti etiam Quinctiliano viſum eſt, iucundus eſſet pueris, verum a ROMVLO quodam grammatico, vt dicitur, translatus*

Bernardi. De his dictum a me eſt in bibliotheca latina. [De *Leontii* fabulis, vid. Fabricium lib. V. cap. 11. tom. VII. pag. 457 ſq. *Heumann*] Proſa latina Aeſopi fabulas ſcribi a Polybio ſuo, nolens voluiſſe videtur Seneca in conſolatione ad eum ſcripta cap. 27. *Non audeo te vsque eo producere, vt fabellas quoque et Aeſopeos logos, intentatum romanis ingeniis opus, ſolita tibi venuſtate connectas.* De proſa, non de verſibus loqui Senecam, colligo e verbo *connectas*, et quod cap. 30. eiusdem conſolationis Seneca Polybium laudat, quod vtriuslibet auctoris carmina ita *reſoluerit*, vt, quamuis ſtructura illorum receſſerit, permaneat tamen gratia. *Sic enim illa ex alia lingua in aliam transtuliſti, vt, quod difficillimum erat, omnes virtutes in alienam te orationem ſecutae ſint.* Non mirum igitur, quod *intentatum romanis ingeniis opus* vocauit Seneca, quod neque Phaedrus neque alius quisquam ante id tempus fecerat: fecit autem poſt illa tempora *Iulius Titianus* rhetor, a quo *Aeſopiam trimetriam* hoc eſt, vt ego coniicio, fabulas Babrii graecis choliambis ſcriptas, proſario ſermone latino expreſſas teſtatur Auſonius Epiſtola 16. ad Probum. [P]

Apologos en miſit tibi
Ab vsque Rheni limite
Auſonius nomen Italum
Praeceptor Auguſti tui
Aeſopiam trimetriam
Quam vertit exili ſtylo
Pedeſtre concinnans opus
Fandi Titianus artifex.

Alia huius Titiani ſcripta breuiter perſtringit Iacobus Sirmondus ad Sidonium pag. 11. *Fabric.* *Cyrilli* fabb. 95. non graece, ſed primum latine ſcriptas fuiſſe, docet cl. *Eſchenburg* in Deutſchen Muſeo 1783. menſ. Aug. Eum ſequitur *de Blanckenburg* ad Sulzeri Theorie der ſchönen Künſte tom. II. artic. *Fabel*, p. 138. Prodierunt lat. in *Speculo ſapientiae* ſ. l. (Pariſ. vid. Leſſing vermiſchte Schriften, II. p. 252.) et Viennae 1630. 12. cura Balthaſ. Corderii, in *Apologis moralibus:* german. Baſil. 1520. 4. verſſ. germanicis a Dan. Holzmanno Auguſtae Vind. 1571. 4. et commutat. ſuauius: *Fabeln* nach dem Dan. Holzmann, a Meinero. Lipſiae, 1782. 8. *Harl.*

De Pilpaio et Locmanno. XIII. De fabulis *Pilpaei* ſiue de antiquiſſimo libro fabulari Indorum *Kalila Va Dimna*, dicendi infra locus erit libro V. vbi de ſcriptis *Simeonis Sethi*, qui librum illum graece vertiſſe dicitur, agam oo) Septentrionalibus celebratur *Edda* Snorronis Sturleſonii

latus eſt in carmen, nullo Venere et lepore, Muſis ſcilicet et Gratiis repugnantibus, vbi puritas quoque verborum deſideratur. Fabric. conf. *Gudium* ad Phaedri I. 8. *Caſp. Barth.* in Aduerſariis, Francof. 1648. III. cap. 22. p. 150. *Freytag.* Adparat. litterar. tom. I. p. 62 ſqq. cl. *Morellum* in Catalogo MSS. lat. apud Nanios p. 153. qui inter alia obſeruat, *Salonem Parmenſem* vocari praecipue in quodam epiſtolae fragmento typis edito, eique nuperum ſcriptorem adſentiri *Marcheſellis* delle giunte alla Raccolta Peſareſe etc. p. 22 e ſeg. N. R. Calog. tom. XXIV. *Harl.*

oo) Rectius ſcribitur *Bidpai.* Vide infra vol. VI. pag. 460 ſqq. vol. X. pag. 324. *Aſſemanni* biblioth. oriental. part. I. tom. III. p. 221. *Freytag.* in Adparatu litterario, tom. III. p. 106 ſqq. vbi veterem lat. verſionem *Directorium humanae vite alias parabole antiquorum ſapientum*, in fol. min. ſine loci et anni et typographi indicio, vberius recenſet, ac de fatis verſionibusque fabu-

laru-

Sturleſonii an. 1215. Iſlandice ſcripta et a Petro Ioh. Reſenio illuſtrata Hafniae 1665. 4. [Plura de auctore et libro *Edda*, item de edit. Reſenii vide apud *Schlötzer* et *Ihre*, in: Isländiſche Litteratur und Geſchichte. part. I. Gottingae et Gothae. 1773. 8. reliqua huc non pertinent, quae de Edda et editoribus recentioribus dici poſſint. *Harl.*] Germanis Anonymus ſub Friderico II. clarus, quem edidit illuſtrauitque *Io. Georgius Schertz* [rr]) Argentorat. 1704. 4. etc. [qq]) Inter Arabes non obſcurus liber *Al-Amthal* ſiue ſabularum *Locmanni*, quem

larum *Bidpai* copioſe agit. Hiſtoriam harum fabularum enarrant quoque *Galland* in praefat. ad: *Les Contes et Fables Indiennes de Bidpaï et de Lokmann. Traduits d'Ali Tchelebi-Ben-Saleh, Autheur Turc. Oeuvre poſthume par M. Galland.* à Paris, chez G. Cavelier. 1714. 1724. 12. I. II. tom. auctior tom. III. a *Cardonne*, Paris, 1778. — in primis *de Blankenburg* ad *Sulzeri* Allgemeine Theorie der ſchönen Künſte. tom. II. Lipſiae, 1786. art. *Fabel.* pag. 132 ſqq. et *H. Alb. Schultens* in praefatione ad librum: *Pars verſionis arabicae libri Colailah wa Dimnah ſiue fabularum Bidpai philoſophi, in vſum auditorum edita ab H. A. Schultens.* Leidae, 1786. 4. — Prolegomena graecae verſionis edidit, latine vertit, et in praefatione fata et verſiones fabellarum iſtarum perſequitur *M. Ioh. Floder*, Prof. graec. litter. in Diſſertat.

Prolegomena ad librum Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης *e cod. MS. biblioth. acad. Vpſal. edita et latine verſa.* — reſp. *Petro Fabiano Aurivillio*, Veſtrogotho. d. XV. Octob. MDCCLXXX. Vpſaliae. in 4. *Harl.* Add. omnino Bodonius in praef. ad Longi Paſtoralia, Parmae, 1786. 4. p. 20 ſqq. *Beck.*

pp) Vide Noua litterar. Hamburg. an. 1706. p. 345. *Fabric.* De quo, n. Bonerio, et *Scherzero* vid. plura ad §. XV. de fabb. germ. *Harl.*

qq) De vetere germanica verſione Vlmenſi iam ad §. X. egi. Illius *Steinhoewelianae* verſionis altera editio paullo poſt *recuſa* eſt Auguſtae Vindelic. 1485. fol. et 1487. 4. Deſcripſit hanc *Wellerus* in Altes und Neues aus d. Geſch. tom. II. p. 560. — Alia editio, *Eſopi Fabeln*, Auguſtae Vindelic. 1496. fol. memoratur in Thomaſii Summariſchen Nachrichten, vol. II. pag. 635. — Alia, in cuius calce legitur: *Eſopus der hochberümbt fabel Tichter mit etlichen zugelegten fabeln Rimicii vnd Auiani endet ſich hie: Gedruckt vnd vollendet in der Keyſſerſtat Augſpurg von Hannſen Schoenſperger.* 1498. in Schwarzii biblioth. part. II. pag. 249. quae repetitiones eſſe videntur edit. memor. 1485. fol. apud Ioan. Schobſſer. vid. *Zapf* Augsburg. Buchdrucker-Geſchichte pag. 76. etc. Auctior poſtea prodiit illa collectio, inſcripta: *In diſem Buch iſt des erſten teils: das leben vnd fabel Eſopi: Auiani: Doligani: Adelſonſi: mit ſchympffreden Pogii. Des andern teils vſzüge ſchöner fabeln vn̄ exempelen Doctoris Seb. Brant: alles mit ſynen figuren vn̄ Regiſtern.* In fine: *Getruckt zvm Thiergarten durch Ioannem Prüſſ, burgern zv Strasburg: In dem Auguſtmonat des MCCCCC vnd achten Jares,* (1508.) fol. Has omnes praeter Auguſtan. 1487. neſciuit *Freytag*, qui in Adparatu litterario tom. I. p. 71 ſqq. copioſe deſcribit exemplum, ex ſuperiore, quam habeo, forſan editione repetitum typis *Friburgi Brisgau.* per Stephan. Graff, 1555. min. 4. at tamen paululum, in titulo quidem, diuerſum: *Eſopus leben vnd Fabeln, mit ſampt den fabeln Aniani, Adelfonſi, vnd etlichen ſchimpfreden Pogii. Darzu auszzüge ſchoener fabeln vnd exempeln Doctors Sebaſtian Brant, alles klärlich mit ſchoenen figuren vnd regiſtern auszgeſtrichen.* — *Adelphonſum* eundem eſſe credit Freytag, quem Polycarp. Leyſerus in Hiſtoria poetarum et poematum medii aeui, Halae, 1721. 8. *Adolphum* nominat, qui carmine elegiaco incomto fabulas quasdam conſcripſit, a Leyſero e cod. guelferbytano p. 2007—2036. inſertas, et qui initio ſaeculi XIIII. has compoſuit fabulas, quod patet e verſibus poſtremis apud Leyſerum p. 2036. Secundam libri partem conſtituunt *Sebaſtiani Brandi fabulae. Brandi* fabulae ſunt forſan ex editione latina Baſileenſi 1501. fol. ſupra §. X. aut antiquiore ſumtae. Contra ex Brandi libro raro, *Facetus ex latino germanice, (Facetus im Latein durch Sebaſt. Brant getütſchet* ſ. l. et a. 4.) deſumtae videntur Freytagio, qui denique recentiorem eiusdem collectionis editionem, ita tamen vt et fabularum ordo immutatus ſit et genus dicendi incomtum atque horridum aliqua ex parte emendatum, commemorat: *Eſopus Teutſch* — — — — *Getruckt zu Frankfort am Mayn, durch Wolfgang Richtern, in Verlegung Nicolai Baſſaei* — 1608. 8. Haec repetita eſſe videtur

propterea cum Aeſopo noſtro viri nonnulli eruditi confuderunt rr). Vide *Hottinger:* Hiſt. Oriental. p. 68 ſq. in primis p. 71. *Io. Golium* ad Grammaticam Erpenii p. 189. *I. A. Molleri* Homonymoſcopiam p. 252. *Maraccium* ad Alcorani Suram XXXI. *Stephani Claud.* Quaeſtiones p. 325 ſq. et *Huetium* de fabulis Romanenſibus p. 11. *Bartholomaeo* tamen *Herbeloto* aliud

tur 1616. 8. ſine loci indicio. Equidem comparaui hanc poſtremo memoratam editionem cum edit. Argentoratenſi, et hoc diſcrimen animaduerti: primum ſcribendi et dicendi genus eſt minus horridum ac minus incomtum in illo, quam in Argentoratenſi: dein in hoc figurae ligno inciſae, quam in Argentor. ſunt multo maiores, et in altera quidem parte multo elegantiores plenioresque. Tertio, in Argentor. exemplo primum ſunt quatuor Aeſopi fabularum libri, et his finitis 16. fab. antiquae, quae Aeſopo tribuuntur: his abſolutis legitur: *Hie enden ſich die fabeln Eſopi, die von dem hochgelehrten meiſter Rimicio newlich vſz griegiſcher Zvngen in latein gebracht, welche fabeln von Romulo in ſeinen vier bůchern nit werden begriffen. Vnnd vahent an die fabeln Auiani.* Haec clauſula deeſt in exemplo in forma 8. Poſt ſequuntur fabulae Auiani, tum *collectae* fabulae Adelfonſi, earumque denique pars altera: inſcripta: *Hienach folget der ander teil: ſchoener vnd lieplicher fabeln: byſpilen: vnd hiſtorien: von doctore Sebaſtiano Brand: Zu vnderweyſſung gutter ſitten: zuſamen geordnet*, quae nota etiam legitur in altera edit. in 8. in qua hic eſt ordo: fabulae 1) Aeſopi, 2) Rimitii, 3) Brandii, 4) Auiani, (vti ſcribitur.) 5) Adelfonſi. At postea quam haec ſcripſeram, editus eſt lib. doctus: *Bl. Georg. Wolfgang Panzers* Annalen der ältern deutſchen Litteratur. etc. Norib. 1788. 4. in quo cel. auctor plures veteres Aeſopi verſiones germanicas partim enumerat partim recenſet, ſ. l. et a. Vlmae et (in primis p. 448.) verſionem Steinhouel. tum Auguſtae Vindel. 1485. 1487. 1491. 1496. 1498. 1504. At de *Sebaſt. Brandii Libro Faceti de moribus iuuenum* docebit meliora V. D. in Litterariſch. Wochenblatt. Norib. 1770. vol. II. p. 39 ſq. *Harl.*

rr) Vide *Wolfii* biblioth. hebraic. nr. 1354. *Stolle* Hiſtor. moral. ethnic. §. 8. et 9. Hiſtoire critiq. de la Republ. des lettres tom. IV. pag. 143. *Schurbau* in Iudaiſmo detecto, p. 78 ſq. *Heum. Io. Frid. Hirt*, theologus quondam Ienenſis, poſt Wittebergenſis, in *commentatione, inuentionem fabularum Aeſopo tributam in Lokmannum transferente*, in Actis acad. Elector. Mogunt. tom. I. pag. 583. ſententias virorum doctorum in vtramque partem diſputantium recenſet, rationes, ob quas apologos Lokmanni antiquiores eſſe fabulis Aeſopi ſibi perſuadeat, adfert, reiectis rationibus, quibus adducti nonnulli Lokmannum cum Aeſopo eſſe eumdem putarant, et Aeſopum, Phrygia ortum, fuiſſe imitatorem Lokmanni, Arabis ſapientiſſimi: docet quoque XXXVII. Lokmanni fabulas a diuerſis et diuerſo tempore eſſe editas. Idem vir quondam doctiſſimus in *Inſtitutionibus Arabicae linguae adiecta chreſtomathia arabica*, Ienae, 1770. 8. a pag. 342 — 379. inſerunt explicuitque duodecim Lokmanni apologos, eosque, quorum decem cum fabulis Aeſopi, quas ſemper comparauit, duo autem reliquos cum fabulis Phaedri vel plane eosdem eſſe, vel maximam habere conuenientiam, ſibi perſuaſit. Enimuero, nondum extra omnis dubitationis aleam poſitum eſt, Lokmannum illum, Dauidis aequalem, vnquam vixiſſe; et, ſi in viuis tum fuerit, ab eo fabulas fuiſſe manu exaratas, et easdem poſteritati traditas. Tot igitur mutationibus, varietatibus, fatisque ſubiectae fuiſſe videntur, quot Aeſopi fabulas ſcimus. Dubitat quoque Tyrwhitt diſſ. de Babrio, p. 13. nr. 11. Nuper tamen Gallus quidam, auctor Nouveaux contes arabes - ſuivis de mélanges de litterature orientale et de lettres, Paris, 1788. 12. cenſuit quoque, Aeſopum et Lokmannum fuiſſe vnum eumdemque hominem. Verum alii cum maiore ſaltem probabilitatis ſpecie ſuſpicati ſunt, Lokmannum quemdam, multo iuniorem, Aeſopi, aut potius, (vt mihi videtur,) Aeſopias gr. fabulas modo ad verbum, modo liberalius, tranſtuliſſe in linguam arabicam, modo imitatum eſſe. Neque tamen, quae eſt Herbeloti, Schneieri, Golii, Aug. Pfeifferi in Critica [illegible] cap. XVI. ſect. 2. quaeſt. 5. aliorumque et *Heumanni* ſententia in Actis philoſ. part. VIII. nr. IV adſeuerem, Lokmannum et Aeſopum eſſe [illegible] eumdemque hominem, nec magis illum ab [illegible], quam Virgilium a Marone, diuerſum. [illegible] *Chriſt. Fürchtegott Gellert* diſſ. de Poeſi [illegible]gorum eorumque ſcriptoribus. Lipſiae, 1744. [illegible] germanice verſam, ibid. 1773. 8. pag. 48. *Harl.*

aliud videtur, quem adhibis in Bibliotheca Orientali vocabulo Locman. p. 517. vel, ſi ea ad manus non ſit, *Neocorum* in bibliotheca nouorum libror. an. 1697. pag. 451 ſq. adde *Dauid. Millii* orationem eruditam de fabulis Orientalium, Traiecti, 1726. 4. p. 18. [*M. Chriſtoph. Guil. Schmieri*, qui Hottingerum ſupplet, diſſ. de Locmanno, illo Arabum mythologo.] Prodierunt fabulae Locmanni ss), quae, eodem Herbeloto iudice, longe recentius ab aliquo ex Locmanni, (quem Dauidis Regis aequalem tt) fuiſſe putat, alii Ioſiae Regis Iudae.) [?] traditis ſermonibus digeſtae fuerunt, arabice cum verſione *Tho. Erpenii* Lugd. Batau. 1615. 8. qui in praefat. teſtatur, hunc Locmannum ab Arabibus, et natione Perſam et religione Iudaeum haberi. Repetita editio an. 1636. et 1656. ad calcem Grammaticae Arab. Erpenii. [item in Chardin. Itinerario Perſico, tom. V. edit. Amſtel. 1711.] Decem fabulae arabice exhibentur ab *A. Alſop.* in ſuo fabularum delectu, Oxon. 1698. 8. Octo et decem fabulas Locmannianas eleganti carmine iambico latino ornauit *Tanaquillus Faber*, in cuius Epiſtolis, praemiſſa ſingulis Erpenii verſione, leguntur Tomo primo p. 268 ſq. Salmur. 1674. 4. et ſeparatim prodierant ibidem 1673. 12. Fuit et alius *Locmannus* iunior, cui ſapientiam datam a Deo traditur in cap. XXXI. Alcorani. Confer *Pocockii* notas ad Abulfaragium p. 36. *Locmanni* nomen cum *Alcmane* confundunt *Chriſtianus Rauius* in verbis ab Hottingero p. 13. Hiſt. Or. productis et *Iobus Ludolfus* ad. Hiſt. Aethiopicam pag. 53. [Ludolfi ſententiam adoptauit *de la Croze* in Theſauro epiſtolico tom. III. p. 153. in epiſt. ad *Paul. Ern. Iablonskium*, qui modeſte reſpondit tom. I. p. 171. „Perquam ingenioſa ſunt, quae de *Alcmanis* in *Locmanni* nomen transformatione obſeruas. Deprehendi tamen in ſerie regum Arabiae *Tamanenſium*, cum, qui numerum decimum tertium occupat, pariter *Locmannum* vocari apud Pocock. ſpecim. H. A. p. 58. vnde colligi poteſt, nomen hoc Arabibus non fuiſſe inuſitatum, quod quidem ipſum non leuem commutationi huic nominum anſam praebere potuit.“ *Heyl.*]

Recentiores fabularum ſcriptores. XIV. E recentioribus latine fabulas ſcripſerunt vario verſus genere quidem 1) *Gabriel Faërnus* Cremonenſis, ingenii verſuumque elegantia alter quidam veluti Phaedrus, Rom. 1564. 4. uu) Antwerp. apud Plantinum, 1567. forma minore: et cum praef. Ioh. Caſelii Roſtoch. 1569. 8. tum Lugd. Batau. 1600. Lipſ. 1613. 8. Lond.

ss) Aliud opus eſt, de quo Kircherus tom. II. Oedipi part. I. p. 39 ſq. *Alter Arabum auctor, qui elegantiſſimum fabularum* opuſculum *condidit*, eſt Locmann *ſapiens*, *cuius in Alcorano ſuo meminit Muhamed*, *patria vt aiunt Perſa*, *gente vero et religione Iudaeus*, *qui*, *vti corporis deformitate animique et ingenii pulchritudine atque amoenitate* Aeſopo *fuit ſimillimus*, *ita eodem quoque tempore videtur vixiſſe*, *regnante ſcil.* Coſroë *ſeptimo ante Darium Perſarum Imp. tantamque apud ſuos ſapientiae famam eſt conſecutus*, *vt indicaturi aliquem alterius inſtitutione et conſilio non indigere*, *dicere ſoleant*, non eſt neceſſe docere Locmannum. *Hic itaque* ingens volumen *quod hodie adhuc in Bibl. Vaticana continetur conſcripſit*, *in quo mira eruditione per ingenioſas animalium actiones mores hominum*, *Regum geſta*, *corruptos Reip. mores aliaque ad ciuilem vitam neceſſaria docte eleganter et iucunde deſcribit.*

tt) Confer Abulpharagium p. 37. Non defuerunt, qui *Aſſaphum* Prophetam, Dauidis itidem aequalem, propter nonnullam nominis conuenientiam confunderent cum noſtro *Aeſopo*. Abſurde profecto, vt variis argumentis demonſtrat Ioh. Iacobus Schudt in Compendio Hiſt. Iudaicae p. 88.

uu) In biblioth. Barberina notatur an. 1563. at in Burc bibliogr. B. L. tom. II. nr. 3579. vbi latius deſcribitur editio, inſcripta: *Gabrielis Faerni Fabulae centum ex diuerſis authoribus delectae, et carminibus*

Lond. 1672. 8. Bruxell. 1682. 8. et Hamburgi in Mythologia metrica, curante exoptatiſſimo ſocero meo Iohanne Schultze, edita 1698. 8. [Londini, 1743. 4. in Bure Bibliogr. inſtructive B. L. tom. II. nr. 3565. *ibid.* 1764. 4. cum verſione gallica metrica.] Easdem *Faërni* ᵘᵘ) fabulas, verſibus gallicis expreſſit *Carolus Perraultus*, Pariſ. 1699. [Amſtel. 1718. 8. cum figg. et in Nouvelles Lettres familieres etc. Bruxell. 1708. 8. pag. 386 ſq. Francof. 1573. 8.] qui Phaedrum a Faërno ne viſum quidem, nedum exſcriptum aut ſuppreſſum obſeruat. 2) *Pantaleon Candidus* Auſtriacus Francof. 1604. et Hamburgi in eadem Mythologia metrica. 3) *Caſpar Barthius* fabularum Aeſopiar. libris quinque. Francof. 1623. 8. Hosce magno numero ſequuntur *Hieronymus Oſius* Witteb. 1564. et emendatius Francof. 1574. 12. *Lucas Loſſius* Argent. 1575. *Carolus Vtenhouius* Francof. 1615. *Iohannes Poſthius* Germershemius, qui fabulis proſa a ſe editis *epimythia* ſingula ſubiecit, diſticho vel tetraſticho comprehenſa, Francof. 1566. quae parte 2. eius poematum Lib. III. Syluarum p. 170 ſq. repetuntur et cum epimythiis *Hartmanni Supperi*, Norici, inſertae ſunt etiam Mythologiae metricae a laudato ſocero meo editae Hamb. 1698. 8. In eadem praeter *Georgii Sabini* nonnullas habentur etiam fabulae verſu vulgatae a *Ioh. Baptiſta Arigenio*, *M. Antonio Fabutio Vtinenſi*, *Alexandro Paulino*, *Leonharto Goritio Carga*, *Franciſco Amulio* et *Iano Dominico Cassiano*, quae iunctim [ꝛ] lucem adſpexerant Venetiis 1592. [an. 1591. apud Mittarellum in biblioth. MSS. S. Michaelis Venet. p. 372. *Harl.*] Non contemnenda collectio noua fabularum fieri poſſet ex poematis *Ioh. Commirii*, (qui diem obiit die XXV. Decembr. an. 1702) et aliorum, qui noſtra aetate cum laude in hoc genere ſcribendi verſati ſunt. *Franciſci Marazzani* S. I. Fabulae ſelectae Aeſopi et aliorum, carmine elegiaco. Brixiae 1669. 12. *Fabric.* *Fabellas aliquot, carmine.* Lugd. 1538 fol. in Catal. Barberino — *Io. Frid. Chriſti* (Profeſſoris quondam Lipſienſis,) Fabularum veterum Aeſopiarum libri duo. Lipſiae, 1748. 4. et 1749. 8. Non omnibus tamen, qui naſum habent et de gratiis veneribusque Aeſopi Phaedrique fabularum iudicare poſſunt, ſatisfecit vir aliuqui elegantiſſimus et doctiſſimus. — *Franc. Lelli*, Romani, fabulae XII. metro elegiaco, lat. et ital. in Arcad. Nad. Mantinei. Romae, 1741. 8. repet. ibid. 1779. 8. — *Franc. Ioſephi Desbillons*, ſoc. Ieſu, *Fabulae Aeſopiae* — Glasgou. 1754. quae editio quinque libros continuit: altera totidem nouis aucta Pariſiis emigrata fuit 1756. tum — *cunis prioribus, omnes fere emendatae: acceſſerunt plus quam CLXX novae, tum etiam obſeruationes, grammaticae praeſertim, complures, et index copioſus: nec deſunt expreſſae ex aere inciſo hominum ac pecudum figurae elegantes*, Manhemii, vol. I. II. 1768. et 1780. 8. In praefatione agit de fabularum natura, et, qui fabulas compoſuerunt, ſcriptores recenſet, omiſit tamen Anglos et Germanos. conf. huius libri cenſuram in *Chriſtian. Adolph. Klotzii* Actis litterariis, vol. V. part. I. Altenburg. 1768. p. 26. etc. — De fabulis *Leonhardi*

carminibus explicatae, cum figuris aere inciſis. Romae. Luchinus. 1564. in 4. Hic annus ex ſubſcriptione in fine: *Romae Vincentius Luchinus excudebat 1564.* firmatur. conſ. Giornale d' Italia tom. XIII. p. 220. tom. XXX. p. 426 ſq. — *Menagius* ad Baillet Jugem. des Savans tom. IV. p. 85. (vbi de Faerno agitur) edit. Amſtel. 1725. 4. adfert *Gabr. Faerni Fabulas ex veteribus auctoribus depromptas* in 4. Romae, 1515. atque adeo ante mortem (1561.) Faerni editas. — *Franciſcus Philelphus* (mort. 1480.) ſcripſerat fabulas metricas, a Bellegardio et Baudouinio in gallicam ſolutam orationem verſas. *Harl.*

ᵘᵘ) De hoc *Faërno* vide *Gaddium* de ſcriptoribus non eccleſiaſticis tom. I. p. 191. et *Teiſſierum* ad elogia Thuanea an. 1561. qui Faërno emortualis fuit. *Fabric.* *Ol. Borrichii* de poetis lat. diſſ. III. pag. 98. *Harl.*

Leonhardi Dati vid. *Leſſing* in Hiſtor. fabularum Aeſop. in Eius vermiſchten Schriften, Berolini, 1784. pag. 260 ſq. vbi auctores fabularum omnis aeui antiquiores recenſentur, quos omnes repetere nimis longum ſit. Adnotare tamen iuuat opus, elegans, quamuis diuerſum: *Ludouici Smids* Pictura loquens; ſiue heroicarum fabularum enarratio et explicatio; cum figuris aeneis Hadriani Schoonbeeck. Amſtel. 1695. 8. — Fabulas quasdam anecdotas et fragmenta e codice pergameno mutilo, qui ligaturae libri inſeruierat, a *M. F. C. Matthiae* ſeruata ab interitu, quae ad *Paulli Peruſini* collectionem, a Bocatio de Genealog. deor. lib. 15. memoratam pertinere videntur, ſaltem ab homine quodam chriſtiano ex ſequiore aetate minus docte et eleganter ſcripta, deprehendimus in Annalibus litterariis Helmſtadienſ. menſ. Iun. 1789. p. 477 — 485. *Harl.*

Proſa latina praeter *Rimicium*, *Laur. Vallam* et *Omnibonum Leonicenſem*, de quibus paulo ante memini, fabulas ſcripſit *Poggius Florentinus* in facetiis. Argentor. 1513. fol. *Laurentius Abſtemius* [proprie *Beuilacqua*] *Maceratenſis* in hecatomythio ſiue fabulis ducentis ſcriptis ad Octauianum Vbaldinum comitem Mercatelli [Venetiis 1499. 4. cui edit. XXX. fabulae a Valla verſae, ſunt additae, vid. Leſſing. hiſt. fabul. Aeſop. p. 271. Venetiis, 1519. 4. in biblioth. Pinelliana tom. III. nr. 7492. *Harl.*] Argent. 1522. Heidelb. 1610. 1660. 8. ww) *Ioachimus Camerarius* an. 1539. primum, deinde Tubing. 1538. Lipſiae, 1564. et 1570. [rec. 1577.] quae pleniſſima et elegantiſſima eſt editio, 1589. 8. *Chriſtianus* vero *Daumius* fabulis Camerarianis ſelectis, quas Lipſiae, 1679. 8. recudi fecit, addidit notulas, in quibus loca ſcriptorum veterum recentiumque, in quibus fabulae eaedem perſtringuntur vel exponuntur: [Lipſiae, 1708. et 1720. 8. 1752. 8.] Variorum quoque fabulas congeſſerat *Martinus Dorpius*, Guilielmi Goudani, Hadriani Barlandi, Guilielmi Hermanni ex Aniano (Auieno), Eraſmi in Chiliadibus, Abſtemii et aliorum. [Lipſiae in aedibus Valent. Schumann 1517. 4. cuius plenam notitiam dedit Freytag in Adpar. litter. tom. I. pag. 75 ſqq. de ſingulis agit ex Nicerone tom. 41. pag. 252. editionem priorem, Argentor. 1515. 4. adducit; Argentor. 1519. 4. in Creuennae Catalog. vol. IV. part. 2. pag. 165. *Harl.*] Lipſ. 1532. Francof. 1587.

XV. *Hebraicam*

ww) Verſiones latinas saec. XV. et XVI. init. iam ſupra memoraui: et, quae ex officina Rob. Stephani prodierunt, eas ſubiunxi notitiae illius editioni graeco-latinae. His addam:

Eſopi Apologi ſiue Mythologi cum quibusdam carminum et fabularum additionibus Sebaſtiani Brant et figuris ligneis. Impreſſi Baſilee opera et impenſa magiſtri Iacobi de Phortzheim. Baſil. 1501. fol.

Fab. Aeſ. cum commento Latine. Impreſſ. Rothomagi in domo Laurentii Hoſtingue et Iameti Loys pro Iacobo le Foreſtier — *Theodolus cum Commento* Impreſſ. per Richard. Auzoult, commorantem Rothomagi pro Roberto Macc. Rothom. 1505. 4. Vid. *Maittaire* A. T. V. part. I. p. 12.

Aeſopi fabulae latine: acc. Aeſopi vita ex Max. Planude excerpta et aucta. Argentor. 1519. 4.

Aeſopi fabulae ac diuerſorum elegantiſſimorum authorum apologi. Latine. — Simon Cocus et Girardus Nicolaus, ciues Andverpienſes, commorantes in vico vulgariter nuncupato die Bockſteghe, iuxta Monaſterium Sancti Auguſtini excudebant an. M.CCCCCXXI. die XXVIII. Novembr. impenſis — Franciſci Brickmanni, bibliopolae ac ciuis Colon. Antwerp. 1521. 4.

Vid. *Maittaire* I. m. p. 11.

Aeſopi et aliorum fabulae, latine. Baſileae, apud Io. Froben. 1526. 8. — *Accedunt Laur. Abſtemii fabulae.* Lugduni apud Sebaſt. Gryph. 1534. 8. et 1554. 8. — Paris apud Io. Lud. Tiletanum. 1544. 8. — *Pompeii Sarnelli*, poſtea Vigiliarum Epiſcopi, beſtiarum ſchola ad homines erudiendos ab ipſarum natura prouide inſtituta et ab Aeſopo Primnellio e Marianopoli decem et centum lectionibus explicata. Ceſenae, 1680. 12. *Harl.*

Hebr. verſ. XV. *Hebraicam* verſionem fabularum Aeſopi, ſed ineditam memorat Hottinge-rus Biblioth. Rabbin. p. 571. De edita fabularum collectione hebraica dixi paulo ante §. 11. cui ſponte ab inſtituto noſtro alieniora adiicere nolo R. Iſaaci ben Salomonis (an. 1489. de-functi) prouerbia et apologos antiquorum, rhythmis ſiue verſibus conſcriptos. At *R. Bere-chiae Natronai* liber neutiquam praetereundus, inſcriptus parabolae vulpium, quas cum latina Melch. Henelii Ieſu ſocii translatione excuſas euolui. Pragae, 1661. 8. Tum fabulae Va-riorum, Conſtantin. 1517. 4. *Fabric.* [Rabbi *Berachia Ben-Natronai Hanakdan* vixit ſub exitum ſaeculi XIII. et init. ſaec. XIV. Fabulis ſuis nomen *Fabularum vulpium* dedit, quia, vt ipſe ait, vulpes reliqua animalia, quae in illis fabulis inducuntur, ſagacitate et prudentia ſuperant. Errat igitur *Gottſchedius*, Prof. quondam Lipſienſis, in praef. ad ſeculum ſaeculum *Reinike Fuchs*, opinans, Hanakdani fabulas eſſe verſionem libri *Reinike Fuchs*, cuius auctor circa exitum ſaec. XV. in viuis fuit. De illius autem Ber. Hanakdan fabulis vid. *I. Chr. Wolfii* biblioth. Ebraic. p. 271. tom. I. et tom. IV. p. 802. et *Gotthold Ephraim Leſſing* in Auf-ſätzen für die Litteratur. Bernae et Lipſiae, 1785. 8. p. 231—240. adde *Mathiae* diſſ. de Fatis eruditionis orientalis §. III. de Iudaeorum amore erga fabulas Aeſopias earumque vſu. *Harl.*]

[De *Italicis* ſcriptoribus, qui ſiue vitam ſiue fabulas Aeſopi italica lingua vſi verterunt, aut fabulas compoſuerunt, diligenter egit *Paitoni* in Biblioteca degli autori antichi greci e latini volgarizzati, tom. II. p. 29 ſqq. Primum multus eſt de libro:

Accii Zuchi Summa Campaneae Veronenſis viri eruditiſſimi, in Aeſopi fabulas interpre-tatio per Rhythmos in libellum Zucharinum inſcriptum Contexta feliciter incipit. In fine: *Impreſſum Veronae die XXVI Iunii* M.CCCC.LXXVIIII. (1479.) in 4. latine et italice. (vid. quoque Bune Bibliogr. inſtructiue B. L. tom. II. nr. 3567) — rec. *Venetiis per Manfre-dum de Monteferrato de Sufreno* M.CCCC.LXXXI. (1481. quod in bibliotheca Hohendorf. pag. 119. notatur 1491. neſcio, an id culpa ſcribae aut typographi factum ſit: an ea ſit edit. quam Paitoni ex nota ad Creſcembenium anno 1491. 4. ſignauit?) — repet. *Romae* an. 1483. 4. (vid. Audiffredi Catalog. — romanarum edit. ſaeculi XV. Romae, 1783. 4. p. 254 ſq.) — tum *Mediolani per Vldericum Scinzenzeler* an. 1497. fol. (de qua edit. vide Saxii hiſt. litte-rar. typograph. Mediolanenſ. pag. 186. — *Iſopo* — Mediolani, 1502. 4. — Venet. 1528. apud Ommont. et Valliere tom. II. nr. 3828. — *Favole d'Eſopo* etc. Florent. 1530. 8. — Venet. 1542. 8.

Accius Zuchius deſcripſit fabulas *Anonymi* apud Neueletum dicti, per epigrammata la-tina et italica, et ab illius nomine opus iſtud inſcribitur *Libellus Zuccharinus*. Accium ta-men [illegible] alterum fabularum habuerunt auctorem Scaliger Poet. lib. VI. IIII. p. [illegible] et Quadrio della Storia e della ragione d'ogni Poeſia, IV. p. 202. adprobante Paitonio.

Eſopo hiſtoriado. — Venet. 1497. 4.

Favole d'Eſopo tradotte in italiano, (lat. et italice) da Francesco Tuppo. Neapoli, 1485 fol. — Aquilae, 1493. fol. De vtraque vid. Paitoni, qui laudat *Tattur.* Iſtoria degli Scrit-tori nati nel Regno di Napoli, tom. II. part. II. p. 234. aliorum narrationes refert, et ex Ar-gelato et [illegible] Collectione antiquiorem profert editionem: *Le Favole d'Iſopo tradotte* [illegible]

dal Greco in Italiano da Francesco Tuppo, Neapolitano. In Napoli 1482. fol. — Exemplum Aquil. laudauit *Freytag* in Analect. litterar. p. 9. Adde de rariſſ. illa priore edit. *Osmont* diction. typograph. p. 9. *Memoire* II. part. II. pag. 471. *Bure* Bibliogr. inſtruct. B. L. tom. II. nr. 3570. inprimis *M. Aug. Beyeri* Memorias hiſtorico - criticas librorum rariorum, Dresdae, 1734. 8. p. 37. qui exemplum manibus oculisque vſurpauit, diligenter argumentum et conſilium Tuppi, fabulas ad conditionem hominum iſto tempore viuentium, maxime pontificis rom. et monachorum accommodandi, inquirit et hanc libri inſcriptionem in fine libri exhibet: *Franc. Tuppi*, *Parthenopei* — *in vitam Esopi fabulatoris lepidiſſimi philosophique clariſſimi traductio materno ſermone fideliſſime: et in eius fabulas allegoriae cum exemplis antiquis moderniſque finiunt feliciter.* *Impreſſae Neapoli* — *Sub anno Domini* M. CCCC. LXXXV. *die* XIII. *Menſis Febr.* — A Maittario IV. part. 2. pag. 542. nominatur edit. Venet. 1491. 4. idem forſan liber qui ab Orlando p. 50. eiusdem anni et loci indicatur. adde Crevennae Catalogue raiſonné, vol. IV. part. II. p. 158 — 160. vbi accurata illius Neapolitanae edit. eſt recenſio et Paitoni emendatur. — Ven. 1533. 8. apud Valliere, part. II. nr. 3829.

Apud *Paitonium* memorantur verſiones Aeſopi aut aliarum quoque fabularum ſequentes, quarum pleniores ab eo illisque quos citat, pete inſcriptiones: ital. Mediolani, 1504. 4. — lat. et ital. cum figuris. Brixiae apud Ludouic. Britannicum. — Italice Venet. 1542. 8. — 1545. 8. 1613. 8. etc. — Ital. verſae a Iul. Landi. Venet. 1507. 8. — Vita Aeſopi per Landum, 4. etc. Fabulae Aeſopi aliorumque cum interpretatione et figg. italice. Venet. 1575. 16. et recuſ. 1588. 1607. 8. 1621. 24. — In Trevigi per il Righettini. 1659. 12. — Venet. 1607. 1612. 8. 1673. 16. (in Catal. Bunau.) — *Cento e cinquante Favole, tratti da diverſi Autori, e ridotti in rima* — — par *Pietro Targa* (i. e. *Ceſare Paveſi*) Venet. 1569. 12. — 1575. 12. — 1587. 12. conf. Osmont. Diction. typogr. p. 10. — *Cento Favole Morali* dei piu illuſtrati antichi et moderni autori Greci et Latini, ſcielte, et trattate in varie maniere di verſi volgari da *M. Gio. Mario Verdizzotti.* Venet. 1570. 4. — 1577. 4. (de qua edit. vid. Goetzii Memor. biblioth. Dresd. vol. III. pag. 204.) — 1577. 1586. 1599. 4. 1661. 8. 1677. 8. — *Iul. Ceſar. Cappacius* Apologos et Fabulas collegit et verſibus ital. compoſuit Neapoli 1602. 8. rec. Venet. 1619. 8. — Fabulae, Exempla, Facetiae etc. diuerſorum auctorum in ſeptem centuriis, et verſibus ital. (*ridotti in ottava rima.*) ſunt in libro: *Inſelata Meſcolanza di Carlo Cattanelli d' Ogobbio*, Gentiluomo Romano — in Bracciano 1621. 4. — *Raccolta di varie Favole* delineate, ed inciſe in Rime da Giorgio Foſſati, Architetto etc. Ital. et franc. Venet. 1744. 4. VI. voll. cum figg. — *Cento Favole d' Eſopo e di altri autori meſſe in verſi Martelliani*, (editore Carolo Goldoni) Moden. 1756. 8. — *Favole ſettante Eſopiane con un diſcorſo* (Abb. Roberti) Bonon. 1773. 12. — *Centuria di Favole*, Torino, 1778. 12. et alteram Centuriam ibid. 1780. 12. — *Doppia Centuria di Favole d' Eſopo e d' altri* adunate e tradotte da *Nicolo di Caſtelli.* Francof. 8. ſine a. *Harl.*]

Gallica proſa [*Iulianus*, Auguſtinianus ordine, Lugduni, 1484. fol. — *Petr. Millot*, Bourg. 1632. 16.] *I h. Balduinus* [*I. Baudoin*, à Bruxelles, ſine nota anni, 8.] Pariſ. 1627. fol. Rouen, 1665. 8. et ab eo tempore ſaepiſſime variis in locis. Sed et huius verſio cum iconibus et moralibus obſeruationibus iterum typis exſcripta eſt Amſtelodami 1700. 12. Poſt

Balduinum *Antonius Furetierius* proſa Pariſ. 1694. Bruxellis, 1695. xx) 12. 1700. 8. II. tom. et verſu *Iohannes de la Fontaine*, qui ſuo ex ingenio quam plurimas nouas adiunxit, vel ex aliis veteribus repetiit IV. vol. Pariſ. 1678. 12. [Antwerp. 1699. 8. II. voll. Paris, 1757. XII. voll. 1755. IV. voll. fol. cum multis tabulis aeri inciſis: tum ſplendide et textu et figg. aeri inciſis. Paris, 1766. VI. voll. conf. Stolle Kurze Nachricht von ſeinen Büchern. part. IX. pag. 76 ſq. it. in Opp. Fontan. vol. I. Anvers, 1726. 4. nitida editio.] Praeterea fabulas [*Ant. Houdart de la Motte*. Paris, 1709. 4. et 12. Amſterd. 12. Hagae Com. [illegible] cum diſſ. de Fabula: (vid. Journ. de Savans, 1719. II. p. 330.) et Paris, 1754. 12. in IX. tomo operum, multorumque aliorum, quorum catalogum dabunt Goujet aliique et de Blankenburg ad Sulzer. Theorie der ſchön. Künſte voc. *Fabel:* tum] obuias conſiciis in dramatibus de Aeſopo, quae gallice ediderunt Noblinus [?] Pariſ. 1691. aliique yy). Verſibus gallicis fabulas Aeſopeas expreſſit etiam pridem *Augustus* quidam *Corrozetus* Pariſ. 1548. forma minore. Sed et tetraſtichis, incertus auctor Pariſ. 1678. 12. apud Cramoiſium. Confer ephemerides Pariſ. eius anni p. 347. *Fabric.* [*Les fables et la Vie d'Esope, nouuellement ornées de plusieurs figures, et d'un indice des matieres notables.* Anvers de l'imprimerie Plantinienne, Veuve et Iean Moerendorf. 1567. 16. cum figg. edit. pettata. — *Fables diverses, tirées d'Esope et d'autres Auteurs, avec des explications, par R. D. F. (Raphael Du-Fresne.)* Paris, 1659. 4. cum figg. Ibid. 1689. 4. — *Les Fables d'Esope, et de plusieurs autres excellens Mythologistes, accompagnées du Sens moral et des Reflexions de Mr. le Chevalier Lestrange, traduites de l'Anglois, avec des figures deſſinées et gravées par F. Barlow*, a Amſterd. aux depens d'Etienne Roger. 1714. 4. — *Les fables d'Esope Phrygien, avec celles de Philelphe, traduct. nouv. par Mſr. de Bellegarde* cum fabulis Gabriae, Auieni et aliorum. Aeſopi, gallice, Amſterd. 1705. apud Mortier. ibid. 1709. apud Roger. II. voll. (vid. Stolle Nachrichten von ſeinen büchern, part. XI. p. 251.) — Utrecht, 1710. et Copenhag. 1784. 8. germanice, Gottingae, 1745. etc. — *Cabinet de* [illegible] collectionem omnium fabularum arabicarum, perſicarum, graecarum, latinarum, germanicarum, anglicarum et italicarum, in linguam gallicam vertendarum, Paris. in XXIV. tom. [illegible] editum eſt. *Harl.*]

Anglica metaphraſi [illegible] *Ioh. Ogilbius*, ſiue Ogilbeius [illegible] Lond. 1651. 8. 1665. 8. 1673. fol. Prodierunt et anglica proſa e gallico Ioh. Balduini 1702. et 1704. 8. (cui editioni praefixa vita Aeſopi e gallico Meziriaci anglice tranſlata,) tum in praeclaro opere fabularum vndique ſingulari ſtudio collectarum a *Rogerio Eſtrangio.* Lond. 1692. 1699. fol. II. voll. [1708. 8. II. voll. 1738. 8. germanice verſar. a G. E. Leſſing. 1759. 8.] Exſtat praeterea noua fabularum centuria edita ſub titulo: *Aeſop naturalized and expoſed to the publick view in his own and dreſs, by Way of eſſay on 100. fables.* an. 1703. 12. *Fabric.* [*Aeſops Fables in Engliſh et Latin*, with Sculptures. Londin. 1703. 8. — *Aeſop naturaliz'd; in a* Collection of Fables and Stories from Aeſop, Lockman and others. Lond. 1711. 8. —
Collection

xx) Titulus libri: *Eſope en belle humeur.* Prodiit etiam hic Gallicus Aeſopus cum germanica verſione, additis ſelectis Fontani fabulis, et gallica tranſlatione fabularum Pilpaei 1707. 12. Hamb. apud Beniamin Schiller. Gallice quoque Aeſ. fab. in *Chardini* deſcriptione Perſiae [illegible] p. 190 ſqq.

yy) Vide Ephemerides Pariſ. 1692. pag. [illegible] A. Verderii biblioth. gallic. p. 16.

Collection of fables taken from the moſt celebrated mythologiſts etc. 1704. II. voll. 8. — *Fables of Aeſop* and others done into Engliſh, with an Application to each Fable, by S. Croxall. London. 1722. 8. — *Aeſop's Fables; with inſtructive Morals and Cuts.* 1757. adde *de Blankenburg* ad Sulzeri Theorie etc. l. mem.

In lingua *Portugall.* interprete *Manuel Mendes*, Liſſabon. 1621. 8. Bauer biblioth. librar. rarior. Supplem. vol. I. pag. 25. — rec. 1643. 8. Batau. 1672. 8. In biblioth. Bodleian.

Hiſpanice viderunt lucem Madrit. 1621. 8. notante Fabricio. — vertente *Ioachim Romero de Zepeda*. Seuillae, 1590. 8. apud Bauer. l. mem. — *ibid.* 1714. 8. interpr. *Anton. de Arte y Villafranc*. Ex lingua latina in *hiſpanicam* translatae (*en Caſtellana*) per *Simon Abril.* Caesaraugustae, 1647. 8. Textui latino reſpondet in eadem pagina alia verſio Caſtellana ad litteram; teſte *Maiansio*, in Specimine bibliothecae Hiſpano-Majanſianae, a Dauide Clement edito Hannouerae, 1753. pag. 113. — *Fabulae* Aeſopi, Auieni et aliorum, *hiſpanice:* in officina Plantiniana, 1607. 12. in Catalog. Bunau. vol. I. pag. 76. Antiquiorem tamen et forſan primam verſionem hiſpanicam: *Quatro libros de las Fabulas de Eſopo, las extravagantes, otras de la translacion de Remigio, las de Aviano, las collectas de Alfonſo y Poggio — traduzidas y collegidas por D. Henrico Infante de Aragon. por Fredrigo Alem.* fol. en Burgos. 1496. Maittar. IV. part. II. pag. 628. nominat. — *Belgice* plus ſimplici vice, ait Fabric. — *Fabulen van Eſopus geprent*, Antwerp. 1485. in Maittaire Annal. Typ. IV. part. II. pag. 469. — *Ezopus Bluſpel.* Amſt. 1697.

Hungarice: Aeſopi Phrygis fabulae, Gabriele Pannonio Peſthino interprete. Eſopus fabulaij etc. — in calce: „Viennae Pannoniae in officina Ioannis Singrenii. Menſe Auguſto an. M. D. XXXVI. 8." vid. *Denis* Wiens Buchdruckergeſchichte, Wien, 1782. 4. pag. 378 ſqq.

Polonice, Varſouiae, 1716. ex gallico libello, *Eſope en belle humeur*, verbotenus fere verſae; poſtea ſaepe recuſae. — In primis laudantur Aeſop. fabulae metrice ſcriptae ab *Andrea Krasicki*, Weiewody Ruſkiego. Nec tamen ille vertit polonice Aeſopum, ſed potius eum et Fontani fabulas imitatus eſt; multas vero ſuo ingenio excogitatas addidit. Praepoſuit vitam Aeſopi ſecundum Planudem, verſibus hendecaſyllabis compoſitam. Optimis fabularum ſcriptoribus illum adnumerandum eſſe cenſet Comes Zaluski.

Danicam verſionem ciuis cuiusdam Hafnienſis *Hermanni Weigeri*, Lubecae, 1555. 4. memorat *Io. Christoph. Wolfius* in diatriba de Mythica moralia tradendi ratione nouantiqua, Witteberg. 1704.

Suecicas duas fabularum verſiones indicauit *Fant* in Hiſtoria literaturae graecae in Suecia, Vpſal. 1770. 4. pag. 61 ſq. n. *Hundrade Eſopi Fabler, någre aff S. M. Luthero* — item *Eſopi Leffwerne aff Erasmo Alberto beſkriffvit* — Stockholm, 1603. 8. rec. Roſtochii, 1608. — Nonnullae fabulae, pleraeque ſunt Aeſopi, ab Anonymo ex latino in ſuecum ſermonem translatae cum textu latino typis deſcriptae ſunt Holmiae, 1648. 8. rec. 1662. *Harl.*]

Germanice XVI. Aeſopi fabulas tranſtulit D. *Martinus Lutherus* noſter zz), perquam vtile eiusmodi ſcribendi genus eſſe exiſtimans, licet a Melanchthone ad reliquas transferendas inuitatus, propter alia negotia rem perficere non potuit. Ceterum Godfridi Arnoldi, Melanchthonem eo nomine perſtringentis acumen tom. II. hiſtoriae ſiue potius apologiae haereſium p. 107. b. non magis, credo, lectori cordato ſe probabit, quam quod Pontificii quidam Lutherum arguunt, quod ſacras litteras non maioris habuerit, quam fabulas Aeſopi. Hanc quidem calumniam retudit ſingulari ſcripto an. 1701. D. Georg. Henr. Goetzius, [illegible] Antiſtes digniſſimus: at *Hoſium* non puduit lib. 3. de auctoritate S. Scripturae contra Brentium pag. 271. ſuffragio ſuo comprobare Wolfgangi Hermanni vocem, affirmantis, Scripturas, ſi deſit eccleſiae auctoritas, tantum valere, quantum fabulas Aeſopi. Has porro poſt D. Lutherum germanice verterunt Ioh. Matheſius, Nathan Chytraeus [Roſtoch. 1571. et ſaepius], et verſu Burchardus Waldis, [in libro raro: *Eſopus gantz new gemacht, vnd in Reimen gefaſt, mit ſampt hundert newer Fabeln durch Burc. Waldis.* Francof. ad Moen. 1548. 8. 1565. 8. etc. *Harl.*] Vide Martini Lipenii bibliothecam philoſophicam et pandectas Brandenburgicas Chriſtophori Heidemanni. *Fabric.* [*Bonerius* (circa ſaec. XIII. floruit) et Auiani et veteris anonymi fabulis ſuas fecerat germanice: quarum quinquaginta et vnam *Scherzius* e ſuo codice, (quem ſibi quoque deſcribendum curarat, et vberiorem illius dederat notitiam *de Vffenbach* in biblioth. MSS. Vffenbachiana. Halae Hermundurorum, 1720. fol. part. IV. pag. 237—247.) in vndecim diſſertatt. academicis, *Philoſophiae moralis Germanorum medii aeui Specimina*, Argentorat. 1704—1710. 4. dedit: poſt eas duobus coll. *Bodmer* et *Breitinger* ſub titulo: *XCIV. Fabeln aus den Zeiten der Minneſinger*, quae vero eundem Bonerium habuerant auctorem. Illi tamen ignorarunt, quae a [illegible] habemus, antiquiſſimam fabularum illarum editionem Bambergae, 1461. de qua primo, vti [illegible] germanico libro, typis exſcripto, eoque rariſſimo vide *Leſſing* in Beitrag zur Geſchichte und Litteratur, vol. I. et V. et in hiſtoria fabularum Aeſopearum, addita eius Vermiſchten Schriften, part. II. pag. 258 ſq. et pag. 264 ſqq. Illas tamen fabulas ex quibusdam annis ad[illegible] lectas, necdum formulis typographicis fuiſſe deſcriptas, recte monet cel. *Panzer* in Annalibus typographicis librorum germanicorum. — [illegible] nactus, integrum illum dedit accuratam, et comparauit cum editis cel. *Ieremias Iac. Oberlin*, Profeſſ. in Vniuerſitate literarum Argentoratenſi, in diſſ. *Bonerii Gemma ſiue Boners Edelſtein Fabulae C. e phonaſcorum aeuo complexa ex inclyta bibliotheca ord. S. Ioh. Hieroſol. Argentoratenſis. Supplementum ad I. Georgii Scherzii philoſophiae moralis german. medii aeui ſpecimina vndecim.* Argentor. 1782. 4. — De antiquioribus Steinhöwelii Brantiique fabularum editionibus ad §. X. et XIII. egi, et de auctoribus fabularum germanicis antiquis vid. *Chriſt.* (qui ipſe inter fabulatores haud vltimum occupat locum,) diſſ. de Phoedri Apologorum eorumque ſcriptoribus Lipſiae, 1744. 4. — germanice verſa Lipſiae, 1773. 8. Eiusdem notitiae et exempla, praem. I. parti illius Fabularum, Lipſ. 1748. 8. etc. it. *Gottſchedii* Progr. de quibusdam

zz) An. 1530. vid. Opp. Lutheri tom. IX. edit. Witteb. pag. 454. b. Ienenſ. tom. V. pag. 268. al. 285. Altenburg. tom. V. pag. 403 ſq. Plura in hanc ſententiam D. Schuppius in *Fabulhans* tom. I. Oper. pag. 827 ſqq. *Fabric.* vid. hac de re et de fabulis Aeſopi integra concio Io. Matheſii [illegible] nona eſt, in vita Lutheri. *Heumann.* cuius [illegible] que Acta philoſophor. tom. I. pag. 945 ſq. et [illegible] conferes. *Harl.*

dam philoſophiae moralis apud Germanos antiquiores ſpeciminibus. Lipſiae. 1746. 4. — De Alberi: *Das Buch von der Tugent und Weiſzheit, nemlich, neun und viertzig Fabeln, der mehrere theil aus Eſopo gezogen, unnd mit guten Rheimen verkleret, durch Erasmum Alberum*, Francof. ad Moen. 1550. 4. vid. *Hummel* Neue Biblioth. von ſeltenen Büchern, vol. I. pag. 424 ſqq. — Vetus rarumque liber: *Ein new Fabel Eſopi, newlich verdeutſcht gefunden vom Lewen und Eſel*, Halle, 1525. 4. notatur in Catalogo bibliothecae Chriſtii tom. II. pag. 249. — *Der teutſche Aeſop.* Francf. 1735. 8. — *Eſopi Fabeln, mit Herrn Roger l'Eſtrange Lehren und Anmerkungen.* Lipſ. 1740. 8. — *Aeſopi* Leben und auserleſene Fabeln, mit deutſchen Erklärungen und Kupfern, Noriberg. 1747. ibidem crebro ab an. 1725 — 1760. atque an. 1789. ab cl. Ernesto immutatae, emendatae, et acceſſionibus auctae. 8. — *Fabeln aus dem Alterthum in Vier Büchern*, Vratislau. 1760. 8. De pluribus germanicis verſionibus conſulas Critiſche Beyträge etc. Lipſiae, part. X. pag. 197 ſqq. Schriften der Altdorfer deutſchen Geſellſchaft, pag. 117 ſq. et *Schummels* Ueberſetzer - Bibliothek pag. 27 ſq. De Germanis, qui fabulas ſcripſerunt, vide *de Blankenburg* ad Sulzeri Theorie etc. voc. *Fabel*, pag. 142 — 145. et *Aeſop*, pag. 34.

In linguam germanico - iudaicam, *Sepher Meſcholim.* Francofurt. 1687. *Harl.*]

Denique fabulae Aeſopi *Graeco - Barbaro* quoque idiomate editae ſunt Venetiis an. 1603. 1644. 8. 1690. 12. quibus ſubinde in Gloſſario ſuo graeco vtitur Cangius, merito addubitans, vtrum verſio illa graeco - barbara auctorem agnoſcat *Simeonem Cabaſilam*, licet hic Martino Cruſio promiſiſſet, [P] ſe Aeſopi fabulas vel Iſocratis orationes quasdam ſermone vulgari graeco interpretaturum. Conſule *Cruſii* Turcograeciam pag. 461. *Fabric.*

[Varia ſcripta, quae ad hiſtoriam Aeſopearum fabularum pertinent, *Gottſchedii*, *Gellerti*, *Chriſtii*, *Leſſingii* aliorumque iam per occaſionem commemoraui. His quaedam, (vt alias proluſiones omittam,) adhuc addam, in quibus de Aeſopo aut fabulis Aeſopeis agitur.

Io. Frid. Chriſtii diſſ. de Phaedro eiusque fabulis. Lipſiae, 1746. 4. — *E. L. D. Huch's* Aeſopus, oder Verſuch über den Unterſchied zwiſchen Fabel und Mährchen. Witteberg. et Zerveſt. 1769. 8. — Super origine fabularum comment. in *deutſchen Muſeum* an. 1784. p. 553. — Contra Leſſingium diſputat *Iacob.* de fabulis Aeſopeis veterum, in berolinenſ. actis menſtruis, vernacula lingua ſcriptis 1785. menſ. April. p. 302 ſqq. — *Brucker* in hiſtor. critica philoſ. vol. I part. II. lib. I. cap. 2. §. 11 ſqq qui ea, quae de Aeſopi conſuetudine cum Periandro et Croeſo, quippe quibus ne innotuiſſe quidem potuiſſet, narrantur, aliaque, vt incerta, fideque hiſtoricae et legibus veriſimilitudinis contraria, pag. 453 ſqq. merito reiicienda putat. — Cel. *I. Ioach. Eſchenburg* Entwurf einer Theorie und Literatur der ſchönen Wiſſenſchaften. Berolini, 1783. 8. p. 56 ſqq. — Cl. *Aug. Guil. Ernesti* diſp. de vi Fabularum in Eloquentia. Lipſiae, 1775. 4. etc. *Harl.*]

 CAPVT X

CAPVT X

DE EPISTOLIS QVAE AD PHALARIDEM REFERVNTVR, AC DE ALIIS EPISTOLARVM GRAECARVM SCRIPTORIBVS.

[Cum Supplementis *G. C. Harles.*]

De Epiſtolis graecis editis ſcriptorum non eccleſiaſticorum, Aeliani. §. XXVIII. *Aeneae Gazaei.* XXIX. *Aeſchinis.* VI et XV. *Aeſchinis Socratici.* XXXV. *Antiſthenis* XXV. *Alexandri M.* XVII. *Amaſidis Aegypti R.* XXXIII. *Anacharſidis.* XXII. *Antiſthenis* XXXV. *Apollonii Tyanenſis* XI. *Ariſtaeneti.* XLIX. *Ariſtippi* XXXV. *Ariſtotelis.* XVII. XXXIX. *Artaxerxis Regis.* XVIII. *M. Bruti.* X. *Chionis* IV. *Claudii Imp.* XI. *Cratetis Cynici.* XXI. *Democriti.* XVIII. *Demoſthenis.* XV. *Dindimi Regis Bragmanorum.* XVII. *Diogenis Cynici.* XX. *Dionis.* XVI. *Dionyſii.* XXXI. *Epimenidis.* XVIII. (*in notis*) *Euripidis.* XXIII. *Galli Caeſaris.* XII. XXVII. *Garmi Regis Babyl.* XI. *Heracliti.* XIX. *Hippocratis, Abderitarum et Coorum ad Hippocratem etc.* XVIII. XXXVIII. *Hyſtanis.* XVIII. *Iſocratis.* VII. *Iuliani Imp.* XII. XXVII. *Libanii.* III. *Luciani.* XLI. *Lucilli.* XXXV. *Lyſidis.* XXXII. *Megethii.* XXX. *Meliſſae.* XXIV. *Muſonii Philoſophi.* XI. XXXIII. *Myiae.* XXIV. *Natalii.* XXXVI. *Pauſ.* XVIII. *Phaedri Socratici.* XXXV. *Phalaridis.* I. *Pherecydis.* XVIII. (*in notis.*) *Philippi Regis Maced.* XVII. *Philoſtrati.* XXVI. *Phraotae Indorum Regis.* XI. *Pittaci Mitylenaei.* XVIII. *Platonis.* XVI. XXXV. XXXIX. *Procopii Gazaei.* XXX. *Pythagorae.* IX. *Simonis coriarii.* XXXV. *Socratis et Socraticorum.* ibid. *Solonis.* XVIII. *Syneſii.* XIV. *Telaugis.* XVIII. *Thaletis.* ibid. in notis. *Theanûs.* XXIV. *Themiſtoclis.* XXXIV. *Theophylacti Simocattae.* XXVII. *Thomae Magiſtri.* L. *Titi Veſp.* XI. *Magni Turci.* XXXVI. *Xenophontis.* XXXV.

De Epiſtolis graecis ſcriptorum praecipuorum eccleſiaſticorum: Baſilii M. IV. XLIII. *Ioh. Chryſoſtomi.* XLIII. *Cyrilli Alex.* XLV. *Iſidori Peluſiotae* XLIV. *Gregorii Naz.* XLII. *Nili.* XLVII. *Photii.* XLVIII. *Theodoriti.* XLVI. *Theophylacti Bulgar.* XLIX.

Libanii ſiue Procli ſiue Theonis Characteres epiſtolici. XIII.

Collectiones variae epiſtolarum: Graeca Aldi Manutii et graecolatina Iac. Cuiacio incerta fide adſcripta. II — XXXIII. *Graeca H. Stephani.* III. *alia Pariſienſis et tertia Commeliniana.* XXXVIII. *Graecolatina Barthol. Iuſtopolitani.* I. *Ioachimi Camerarii.* XXXVIII. *Eilhardi Lubini, ſiue Commeliniana.* ibid. *Latina Gilberti Cognati et Ioh. Buchleri.* XXXVI. *Epiſtolae Procerum Mundi.* XVII. XXXVII. *Epiſtolae cynicae.* XXI. *Anglica collectio Sauagii.* I.

Epiſtolae quaedam graecae ineditae. L. *et deperditae.* XLI.

PHALARIDIS a) patria Aſtypalaeenſis b), Agrigentinorum, (quae vrbs non condita ante Olymp. L, ſed Olymp. XLIX. 3. a. C. 582. v. *Thucydid.* VI. 4. *Heyne* in Opuſc. academ. vol. II. p. 260.) Tyranni tempora pro veterum diſſenſu et virorum noſtra aetate doct-

a) Taurum Phalaridis, (de quo videnda Epiſt. 122. [ep. 5 edit. Lennep. cuius notas, praecipue p. 24. conferes, et ep. 94. cum not. p. 260. ſqq.] *Pindarus* Pythionic. I. v. 185. *Diodorus Sic.* XIX. tom. II. p. 741. *Plutarchus* parallelis minoribus p. 315. *Lucianus* in vtroque Phalaride,) fruſtra olim in dubium vocauit *Timaeus*, confutatus a Polybio [in Excerp. Legat. p. 1400. vol. III. p. 47. edit. Erneſti,] et *Diodoro Sic.* lib. XIII. [cap. 90. tom. I. p. 35?. ſ. p. 614. edit. Weſſeling. quem vide. Diodor. ibi quoque prodit, ab Hamilcare Taurum Phalaridis eſſe Carthaginem miſſum, ab Scipione autem Africano, Carthagine capta, reſtitutum Agrigentinis. Fabulis quoque illam de tauro aeneo [illegible] numerat *Gillies* in Hiſtoria veteris Graeciae, [illegible] II. p. 114. verſion. german. Lipſiae 1787. in [illegible] 58. Is enim Timaei, hiſtorici ſiculi, teſti[illegible] plus valere hac in re, iudicat, quam Polybii, [illegible] garem ſummam ſequuti, ſententiam. *Harl.*] V[illegible] excerpta Peireſciana p. 57. Ciceron. in Ver[illegible]

doctiſſimorum diſcidiis determinare accurate, difficillimum eſt. Itaque h. l. ſufficere nobis, ab eo tyrannidem non exercitam vltra annos XXVIII. nec minus annis XVI. caedemque eius non priorem fuiſſe Olymp. LVII. 4. quae doctiſſ. Bentleii, nec poſteriorem Olymp. LXIX. 1. quae praeſtantiſſimi Dodwelli eſt ſententia ?). Iam pridem ſub *Phalaridis* nomine feruntur Epiſtolae CXLVIII. (quinquageſima ſeptima Aberidis nomine legitur ad Phalaridem), quas memorat *Io. Stobaeus* florileg. ſerm. 7. 47. et 84. *Photius* Epiſt. 207. *Suidas* in Φάλαρις, (cui [et Eudociae] θαυμάσιαι πάνυ ſunt) *Io. Tzetzes* Chiliad. I. hiſt. 25. et Chiliad. V. hiſt. 31. *Nonnus* ſiue *Maximus* in Gregorii Naz. inuectiu. p. 144. *Apoſtolius* XX. 13. prou. [v. haec teſtimonia ad Praefat. Valck. ante epiſt. p. IX.] ac *vetus* auctor ſcholiorum Graecorum in Ariſtophanis Plutum v. 142. [in Aldina enim editione locus nondum fuit.] Pro genuinis habent praeter veteres editores *Volaterranus* in Commentar. Vrbanis, *Thomas Fazellus* in rerum Siculorum hiſtoria, *Andreas Arnaudus* in Apologia Phalaridis, *Eraſmus Vindingius* in Hellene

cap. 33. [qui vero, taurus, ait, quem Phalaris — *habuiſſe dicitur;* item *Ouid.* Triſt. III. 11. 41. vbi quaedam notaui.] Alia eiusmodi commenta ingenioſae crudelitatis commemorat *Diodorus Sic.* XX. tom. II. p. 802 ſqq. [cap. 71. p. 458. Weſſel.] vbi de Agathoclis loco: Franciſcus Iunius lib. II. de pictura cap. 8. Cerda Aduerſar. ſacr. p. 262 ſqq. et Motanus Vayerus tom. II. Opp. p. 561 ſqq. edit. in fol. [Bentlei. Reſpons. ad Boyle p. 284. ex interpr. Lennepii.]

b) Bentlei in Reſponſione ad Boyl. p. 177. etc. ex interpretatione *Lennepii* latina, ſubiuncta Phalaridis Epiſtolis a memorato Lennepio, et poſt illius mortem a Valkenario Groningae 1777. editis e Luciano (qui in Phalaride priore, p. 187. tom. II. edit. Reitzii fingit, taurum aeneum a Phalaride Delphos Apollini eſſe dono miſſum,) Polyaeno aliisque probatum iuit, Phalarin *Agrigentinum*, patria *Siculum* fuiſſe, et negat, eum fuiſſe *Aſtypalaeenſem*, et vero contendit, Aſtypalaeam nullam fuiſſe ciuitatem in Creta: atque Eudocia p. 412. eum natione *Siculum* fuiſſe ſcripſit; ſed turpiter miſcuit tauri aenei inuentionem, quam Phalaridi adſcrit. — At *Henricus Dodwell* in libro docto: *Exercitationes duae: prima de aetate Phalaridis; ſecunda de aetate Pythagorae*, Londini 1704. 8. ſect. 18. p. 44 ſqq. refutaturus Bentleium e Strabone ſitum Aſtypalaeae docet inter Sporades, nec longe a Rhodo vel Creta, vnde Antiphemus et Entimus coloniae Geloae conditores, quae mater erat Agrigentinae, nec veriſimile eſſe cenſet, Phalaridem Agrigenti eſſe natum. *Harl.*

c) Dodwell in libro de veteribus Graecorum et Romanorum Cyclis, diſſ. V. ſect. X. de aetate Phalaridis mortisque tempore aliam fouerat opinionem, adfirmans, necem Phalaridis et Steſichori poetae inter annum $\frac{2}{3}$ Olymp. LXXII. et 1 Olymp. LXXIII. eſſe factam. A *Bentleio* in Reſpons. ad Boyl. p. 22 ſqq. refutatus, poſtea retractauit ſententiam in Exercitatione priore de aetate Phalaridis et, omnibus ſatis docteque exploratis, tandem p. 83. docet, Phalaridem veniſſe Agrigentum Olymp. $\frac{57.\ 4.}{58.\ 1.}$ Tyrannidem arripuiſſe Olymp. $\frac{61.\ 4.}{62.\ 1.}$ et caeſum Olymp. a. $\frac{68.\ 4.}{69.\ 1.}$ *Corſinus* tamen in Faſtis Atticis tom. III. p. 107. coll. p. 52, (vbi Euſebii calculum, Phalarin occupaſſe imperium Agrigentinorum Olymp. XXXI. 2. et periiſſe Olymp. XXXVIII. 1, adtulerat,) et p. 60. Bentleii rationes, tyrannum eſſe occiſum Olymp. LVII. $\frac{3}{4}$, amplecti videtur. Suidae rationem, Phalarin inuaſiſſe tyrannidem in Sicilia Olymp. LII, ſequitur *Edw. Simſon* in Chronico cathol. ad hanc Olymp. a. m. 3433. ante Chriſtum 570. vbi tamen Weſſeling. probat Dodwelli ſententiam in Exercit. de Phalaridis aetate ſect. 14 et 19. adde *Simſon* ad Olymp. LIV. 1. A. M. 3441. ad quem annum illam occupationem, (de qua v. *Polyaenum* V. cap. 1,) refert, (cumque ſequitur cel. *Saxe* in Onomaſt. litter. I. p. 21.) et ad Olymp. LVIII. 1. A. M. 3457. ante Chriſtum 546. quo anno periiſſe tyrannus videtur Simſonio, cui quidem h. l. tota Iamblichi narratio de Pythagorae cum Phalaride congreſſu ſuſpecta eſt, quod Pythagoras adhuc iuuenis nondum in Italiam tranſierit: quod etiam viſum eſt Bentleio: ſecus tamen ſenſiſſe Dodwellum, colligo ex eius Exerc. de aetate Phalar. ſect. 18. p. 84. At Phalaridis quidem fuiſſe aequalem, eius autem conſuetudinem refugiſſe, tradit *Iſidorus Peluſiota* IV. 205. Epiſt. *Harl.*

Hellene tom. XI. theſauri Gronouiani p. 557. ſq. *Ioh. Seldenus* ad marmora Arundelliana p. 116. *Ioſua Barnes* ad Euripidem tom. II. p. 523. *Henricus Dodwellus* in praeclaro opere de Cyclis Graecorum, diſſ. V. ut idem fecit et in diſſ. de aetate Phalaridis c), in cuius praefatione vſum epiſtolarum ſcribendarum ante Atoſſae tempora, cui inuentum hoc tribuit *Hellanicus* apud Tatianum [p. 5. edit. Worth. cuius notas conſule,] et Clementem e), inuictis clariſſimis et non inficiandis teſtimoniis euincit, Lond. 1704. 8. f) *Gulielmus* denique *Templus* in Miſcellan. tom. II. p. 77. aliique. Poſt Photium addubitauit et primus Luciano tribuit *Angelus Politianus* lib. I. Epiſt. 1. cuius iudicium ſecuti ſunt *Ianus Parrhaſius* in oratione habita ante praelectionem epiſtolarum Ciceronis ad Atticum tom. I. facis artium Gruterianae p. 826. *Lilius Gyraldus* dialogo 3. et 9. de hiſtoria poetar. [*Voſſius* de poetis graecis p. 16. *Huetius* quaeſt. Al. lib. III. cap. 17. p. 414.] et *Ianus Bourdelotius* praef. poſteriore ad Lucianum. Sed Luciani neutiquam eſſe videntur, quae cum Lucianicis de Phalaride orationibus non tantum nihil habent commune, nec facilem Luciani ſtilum ſapiunt, ſed et illis in quibusdam diſerte aduerſantur, vt obſeruatum [?] *Carolo Boylio* in praef. ad Epiſtolas, *Bernardo Monetae* tom. 3. Menagiorum p. 509 ſq. et *Rich. Bentleio* in diſſ. de Epiſtolis Phalaridis §. 16. Forte igitur ſunt *Adriani* ſophiſtae ſub M. Antonino Imp. clari, qui teſte Suida ſcripſit Ἐπιστολάς, λόγους ἐπιδεικτικούς, φάλαριν. g) Phalaridis certe ipſius eſſe, vt dubitem, facit praeter ſilentium antiquiorum ſcriptorum, et dialectum epiſtolarum, quae contra morem

d) V. Hiſtor. of the works of the learned, 1704. p. 435.

e) Clem. I. Strom. p. 307. ſq. Iulianum quoque in boue aeneo multos exuſſiſſe Chriſtianos, ſcribit Codinus Origg. Conſtant. n. 52. ſed nullam meretur fidem, antiquioribus ſcriptoribus ea de re ſilentibus.

f) Hellanici tamen teſtimonium verum eſſe cenſet, atque Atoſſam inuentricem epiſtolarum habet *Bentlei.* in Addendis ad diſſ. de Phalar. Epiſtolis p. 300 ſqq. *Harl.*

g) *Adrianum* rhetorem eſſe auctorem epiſtolarum ſub Phalaridis nomine editarum, ſuſpicatus quoque eſt Fabricius noſter infra libr. IV. cap. 30. §. 10. p. 410. vol. IIII. Enimuero *Valkenar.* in Praefat. in Phalaridis epiſtolas Lennepii p. V. iudicat, nihil admodum habere, quo niterentur, qui Adriano ſophiſtae has epiſtolas adſtererent: nec probat ille Lennepii opinionem, in ſcheda quadam notatam, illas epiſtolas eſſe eiusdem, cuius ſunt epiſtolae ſub Diodori Siculi nomine italice et latine vulgatae, quod magna ſit rerum et ſtili conuenientia: cautius contra et rectius cenſet p. XVIII. permulta in his epiſtolis eſſe, quae indicent, earum ſcriptorem linguam graecam non a matre, ſed e libris veterum didiciſſe: quae quidem mire confirmant ſententiam, has epiſtolas, licet iucundae lectu, eſſe ſuppoſititias, et a ſophiſta quodam recentiore confictas. Nec *Heumanno* viſae ſunt genuinae: nam is orae exempli ſui haec adſcripſerat:

„Suſpectae ſunt pleraeque antiquorum epiſtolae, inquit *Ionſius* I. 18, 99. *Olearius* apud Stanleium Hiſt. philoſ. p. 207. ſq. §. 10. De veterum epiſtolis conf. *Ionſius* I, 13. p. 70 ſq. Suppoſitionis harum epiſtolarum inter alia hoc etiam eſt indicium, quod optime ſunt ordinatae ad nexum hiſtoriae, nec vllus hiatus adparet: e. g. in epiſtolis Themiſtoclis et Hippocratis. Nullo enim modo fit veriſimile, epiſtolas illas, licet eae reuera fuiſſent ſcriptae; omnes fuiſſe ſeruatas. Sane ne Ciceronis quidem epiſtolas omnes Tiro, libertus eius, ſeruauit, nec eas, quas ſeruauit, eo ordine exhibet, quo ſcriptae ſunt. Etiam Plinius lib. I. epiſt. I. fatetur, ſe non ſeruaſſe ordinem temporis in ſuarum epiſtolarum diſpoſitione. Atque Ciceronis et Plinii aetate longe maior erat curioſitas, et maius ſtudium in talibus conſeruandis, quam antiquioribus temporibus. Olim de induſtria veterum nomine conſcribebant et euulgabant epiſtolas. Sic Pharaonis epiſtolas ſcripſit Io. Lemonicenſis, quas exhibet Fabricius cod. Pſeudep. V. T. p. 441 ſqq. De Salomonis regis epiſt. v. Fabric. cod. pſeudep. V. T. p. 1020 ſqq." Hactenus *Heumannus.* Huic adſentitur Leibnitz in Miſcellaneis a I. Ioach. Fellero editis p. 111. Per hanc occaſionem etiam adferam, quae *Doruillius* in Siculis, Amſterd. 1764. fol.

morem Siculorum illius aetatis Attica eſt, non Dorica; mentio *Thericleorum* [h]) poculorum, [*Phintienſium*, a Phintia, qui diu poſt Phalaridem in Sicilia regnauit, nomen ducentium. v. Burmanni Commentar. ad numiſm. Sicula, p. 371. additum Doruillii Siculis, *Haleſae Tauromenii*. *Harl.*] aliaque argumenta a Bentleio producta in diſſertatione de Phalaridis epiſtolis quam Anglice ſcripſit ad Guil. Wottonum Lond. 1697. 8. eiusque erudita apologia aduerſus Carolum Boylium ibid. 1699. 8. paginar. 549. [a p. 52. ex interpret. Lennepii latina] Neque videntur ex animo refragari huic ſententiae vel ipſe Boylius vel huius hyperaſpiſtae, quibus per varios, quos anglico idiomate emiſerunt libellos, magis, ni fallor, cordi fuit aduerſario ſuo aegre facere [i]), quam Phalaridi epiſtolas vindicare. Bentleium vero aduerſus ſe armauerat

fol. memorat. p. 90. Laudat ſarcophagum marmoreum, artificioſiſſimo anaglypho ſuperbientem, quem a pictore expreſſum aere inciſum exhibuit, et quem fama tamquam Phalaridis filii, *Paurolae*, buſtum celebret: addit vero: *quid Agrigenti non ad Phalarim refertur?* p. 94 ſq. aedificium quadratum, aeri inciſum dat, quod monumentum ſepulcrale habet, et narrat, incolas velle, eſſe ſepulcrum equi, quem Phalaris hoc honore adfeciſſet. p. 107. prodit, in coenobio inter cetera antiquitatis veſtigia monſtratum ſibi fuiſſe a monachis aediculam in qua olim Phalaris ſacrificia deo ſoli obtuliſſet. *Harl.*

h) Epiſt. 70. [ep. 106. edit. Lennepii p. 305. vbi v. notam.] In transcurſu obſerua, quod Phalarin pro quolibet tyranno ponit *Hyginus* fab. 257. vbi vide notas Tho. Munckeri [et Staueren. p. 366. ſq.] Sic Drepanius Pacatus cap. 29. panegyrici. Cicero in Piſonem cap. 30. *te non Ariſtarchum, ſed Phalarin grammaticum habemus.* Vide et Lucian. 2. de vera hiſtoria tom. I. p. 678. Apologiam Phalaridis ſcripſerunt praeter eumdem Lucianum in duabus orationibus tom. I. p. 731 ſq. *Mathaeus Boſſus*, his ipſis epiſtolis nixus, aduerſus Benedictum Calchum et *Andreas Arnaldus*, cuius ſcriptum exſtat in Caſp. Dornauii Amphitheatro ſapientiae Socraticae iocoſeriae tom. II. p. 18. Vide elegantiſſimi Baylii Lex. in *Boſſus* (C) et *Epicure.* (L).

i) Titulus libri Boyliani eſt: ***Dr. Bentley's diſſertations on the Epiſtles of Phalaris and the fables of Aeſop, examined, by the honourable Charles Boyle Eſque*** Lond. 1699. tertia editio paginar. 266. 8. [nouiſſima edit. Londin. apud Bowyer, 1776.] Ex ceteris ſcriptis, quae circa hanc controuerſiam, incredibili contentione animorum agitatam, viderunt lucem ſine nomine auctoris, haec ad manus meas peruenerunt: *A view of the diſſertation upon the Epiſtles of Phalaris.* Themiſtocles etc. lately publiſh'd by the Rever. Dr. Bentley. Alſo of the Examination of that Diſſertat. by the Honourable Mr. Boyle. In order to the Manifeſting the Incertitude of Heathen Chronology. Lond. 1698. 8. paginar. 78. Ex ipſo litigantium teſtimonio auctor, quisquis eſt, docet, nihil incertius eſſe chronologicis hiſce, quas tractent, controuerſiis. Ab eo tempore prodiit: ***A ſhort review of the controverſy between Mr. Boyle and Dr. Bentley*** 1701. 8. paginar. 158. Verum auctor libelli, qui inſcribitur: ***Eſſay concerning critical and curious learning, in which are contained ſome ſhort reflections on the controverſie etc. by T. R. Eſque.*** Lond. 1698. paginar. 77. ita acerbe perſtringit Wottonum et Bentleium, vt nec Boylio parcat, nec cumulatiſſimo laude viro H. Aldrichio. Ad riſum ciendum compoſitus eſt alius, qui inſcribitur: ***X. Dialogues of the Dead, relating to the preſent controverſy concerning the Epiſtles of Phalaris, by the author of the journey to London 1699. 8.*** paginar. 82. ſub Bentiuoli nomine inſultat Bentleio, eiusque argumenta ridet. Inde lucem vidit aliud ſcriptum, magis ſerium, ſub titulo: ***A ſhort account of Dr. Bentleys humanity and Iuſtice to thoſe Authors who have written before him, with an honeſt vindication of Tho. Stanley Eſquire and his notes on Callimachus, to wich is added an appendix by the Bookſeller Tho. Bennet.*** Lond. 1699. 8. pag. 140. De hoc dixi infra libro III. in Callimacho, cap. 19. p. 481. Tangit quoque hanc controuerſiam, ſed ioco magis, quam ſerio, liber, cui titulus: ***a full and trie account of de bittel fought laſt friday between the ancient and the modern books in St. Iames library.*** Lond. 1704. 8. ad calcem libri, qui inſcribitur: ***a tale of a tub.*** Vidi et aliud ſcriptum, cui titulus: A free but modeſt Cenſure on the late controverſial writings and debates of the Lord Biſhop of Worceſter and Mr. Locke, Mr. Edwards and Mr. Locke, the Honourable Charles Boyle, Eſq. and D. Bentley

mauerat editor epiſtolarum, quod in praefatione [*] ſcripſerat: *Epiſtolas ipſas cum duobus MSS. Bodleianis e Cantuarienſi et Seldeni Muſaeo contuli, collatas etiam curaui vsque epiſt. 40. cum MS. in bibliotheca Regia cuius mihi copiam vlteriorem Bibliothecarius* (Bentleius) *pro ſingulari ſua humanitate negauit.* Ceterum, licet Phalaridis fortaſſis, vt dixi, minime ſint, elegantes tamen eſſe et cum fructu ac voluptate legendas, pauci, qui expendent negabunt.

Codices. [In *bibl. Pariſ. regia* ſaepius occurrunt epiſtolae graecae manu exaratae; vol. II. nr. 1038. Epiſtolae Phalaridis, Bruti, Procopii, et Euripidis: nr. 1428. Epiſt. Apollonii Tyanaei, Phalaridis, Baſilii, Libanii et Bruti: nr. 1760. Epp. Aeſchinis, Artaxerxis, et Hippocratis mutuae, Platonis, Diogenis, Euripidis, Phalaridis 147, Mithridatis et Bruti, Democriti, Heracliti: nr. 2010. 2511 et 2866. Phalaridis epiſtolae nonnullae: nr. 2652. Hippocratis epiſt. et Phalaridis epiſtola ad Xenophitem. nr. 2985. 2. Phalaridis epp. priores XXV. et 10. a XXV — XLVII. nr. 3044. Characteres epiſtolici, editi a Frid. Morellio a. 1578, quod opus alii Libanio, Proclo alii tribuunt; epiſt. Iuliani, et Libanii Baſiliique mutuae, Aeſchinis, Platonis, Diogenis, Cratetis, Phalaridis: nr. 3046. Epp. Phalaridis et Bruti: nr. 3047. Epp. Euripidis, Hippocratis, Diogenis Cynici, Bruti, Phalaridis, bis, Apollonii Tyanaei, Theophylacti Simocattae: nr. 3050. Epp. Phalaridis, Bruti, Abaridis ad Phalaridem, Pythagorae ad Hieronem, Alciphronis, Theanus Pythagoricae, Hippocratis, Diogenis Cynici, Cratetis Cynici, Chionis, Anacharſidis, Apollonii Tyanaei, Euripidis. — In Catalogo librorum MSStorum graecorum, qui in variis bibliothecis Conſtantinopolit. ſeruantur, in *Noua librorum rariorum conlectione*, faſcic. III. Halis Magdeb. 1720. p. 440 ſq. memorantur *Phalaridis* epp. 148. *Libanii* ſophiſtae epp. omnes, quas ſcripſit ſub imperio Iuliani apoſtatae; epp. *Iſidori Peluſiotae* mille et duae. — In *bibliotheca Laurent. Medicea*, teſte Catalogo Bandini, reperiuntur codices, vol. I. cod. XXI. p. 489. epiſt. 13. Anonymi epiſtolae 5. et Beſſarionis epiſtola: cod. XXII. epiſt. EmmanuelisChryſolorae et Pyrrhi, Epirotarum regis. vol. II. cod. XXIV. pag. 97. epp. Iuliani 17. et Phalaridis 97. cod. XXXIII. pag. 180 ſqq. epp. Phal. 78, Bruti et aliorum ad illum mutuae: Photii 12. Procopii ſophiſtae 112. Syneſii Presbyteri Pentapolitani. 115. — pag. 199. Libanii epp. 249. — cod. VII. pag. 247. epp. Philoſtrati, Bruti 26, Phalaridis 74. — cod. VIII. p. 269. epp. Syneſii 155. — cod. III. p. 297. epiſtolae Syneſii 29. Phalaridis 41. Bruti et aliorum mutuae 70, Cratetis 4, et aliorum 3, Georgii Cyprii, bis, et aliae. — cod. I. pl. LVII. p. 334 ſq. epp. Abaridis, Pythagorae, Phalaridis 31. Syneſii, Libanii et Baſilii mutuae — cod. VII. p. 345. epp. Maximi, Athanaſii, Baſilii M. Gregorii Nazianzeni et Ignatii. — p. 350. cod. XII. Phalaridis 129. Pythagorae, Anacharſidis, 9. Bruti, 70. Chionis, 17. Euripidis, 5. Hippocratis, 15. Heracliti, 9. Apollonii, 91. Dionyſii Sophiſtae Antiocheni, 46. Lyſidis, Meliſſae, Myiae, Theanus, 3. Muſonii, Diogenis,

D. Bentley together with brief remarks on Mons. le Clercs Ars critica by F. B. M. A. of Cambridge. London. 1698. 4. pag. 31. Adde *Euſtachii Bugdelli* Memorias, anglice editas, de vita et charactere Comitis Orery et hiſtoriam familiae Boylianae. Londini 1732. 8. *Fabric.* *Dodwelli* ſententia in compendium redacta eſt in: *The life of Mr. Henry Dodwell*, with an Account of his Works — by *Francis Brokesby*, B. D. vol. II. chap. 3. p. 400 ſqq. adde *de Chaufepié* Nouveau Dictionaire hiſtor. et critique, tom. II. Amſterd. 1750. Art. *Boyle* p. 499 ſq. *Niceron* in Memoriis virorum doctorum, ex interpretatione germanica Sigm. Iac. Baumgarten. vol. IV. vbi a pag. 403. omnis controuerſia, inter Boyleum et Bentleium aliosque acriter agitata, copioſe enarratur, et Actor. Erud. Lipſienſ. ſupplement. tom. IV. ſect. XI. a. 1711. p. 480 ſqq. Bibliotheq. Britanniq. tom. XII. p. 382 ſqq. *Harl.*

Diogenis, 29. Cratetis, 14. Platonis, 8. Aeſchinis, 4. Procopii Sophiſtae Gazaei, 40. Dionis, (Chryſoſtomi, ſuſpicatur Bandini,) 5. Phalaridis, 16. Apollonii Tyanenſis, 4. Iuliani, imperatoris, 8. Amaſidis, Aegyptiorum regis, ex Herodoto, Theophylacti Simocatae, epp. 85. — p. 389. cod. XL. epiſtolae Pſelli 230. et Antiocheni patriarchae. — p. 427. cod. XLVII. Libanii epiſtolae 300. — p. 434. cod. LI. 19. epp. Anacharſidis 9, Phalaridis 30. et Abaridis ac Pythagorae. — p. 435. cod. LIII. Martyris Ignatii Antiochenſis epiſtolae 7. cum editione Oxonienſi 1708. 8. et epiſtola inedita editoris Caroli Aldrich. — p. 443. cod. VI. epiſtolae Phalaridis 124 et Aeſchinis 12. — p. 454. cod. XVI. epp. Phalaridis 127. Bruti 65, Libanii ac Baſilii mutuae 24, Gregorii Nazianzeni, Iuliani imperatoris 46. Philoſtrati amatoriae 53, Gregorii Nyſſeni, Athanaſii et anonymi. — p. 491 ſqq. cod. V. epp. Thaletis, Piſiſtrati, Solonis 4. Chilonis, Pittaci, Cleobuli, Periandri 2, Traſybuli, Anacharſidis, Epimenidis, Pherecydis, Anaximenis, Archytae, Pythagorae, Lyſidis, Hippocratis 15, Platonis, 13. Phalaridis, 148. Bruti 70, Aeſchinis 12, Alciphronis piſcatoriae et amatoriae 51. Anonymi tractatus circa methodum conſcribendarum epiſtolarum, ſiue epiſtolici characteres 24. — p. 501 ſqq. cod. XII. epiſtolae 23. diuerſorum: tum Michaelis Acominati, athenienſis metropolitani ad Gregorium Nazianzenum; et Theophylacti, 75, a Meurſio editae, inter Meurſii opera, edit. Lamii, Florent. 1746. fol. vol. VIII. p. 791 — 931. at quarumdam tituli ſunt male deſcripti. — p. 542. cod. XXIII. epp. 4. Manuelis Chryſolorae, — ibid. cod. XXIV. epp. Demetrii Cydonis, 22. — p. 544. cod. XXV. epp. Demoſthenis, 6. — p. 546. cod. XXVII. epp. Euripidis, 5. Hippocratis 13. Syneſii, 8. — p. 550. cod. XXX. epp. Philoſtrati, 18. Maximi Planudis, Baſilii et Libanii epp. mutuae, 23. a Wolfio non collatae. — p. 555. cod. XXXV. epp. Syneſii 78. Theodori Laſcaris 131. et anonymi. — p. 577. cod. XLVII. epp. Chionis 17. — p. 588. cod. IV. epp. Aeſchinis, 12. Diogenis, 13. Anacharſidis, 5. Cratetis, 13. Platonis, 2. Hippocratis et aliorum, 5. — p. 604. cod. XIV. Libanii Sophiſtae characteres epiſtolici. p. 606. cod. XVI. Demetrii Phalerei formae epiſtolares 21. — Libanii epp. 2. Iſidori Peluſiotae, 10. — p. 618. epp. Aeſchinis et aliorum. — p. 673. epp. Libanii 380 — p. 678. cod. XIX. epp. Aeſchinis, 12. Iſocratis, 8. Socratis, 7. Xenophontis vel Aeſchinis Socratici, 12. — tom. III. p. 46. cod. I. Hippocratis epp. 27. — p. 298. cod. VIII. epp. Peluſiotae, 411. ibid. p. 316. epp. Gregorii Cyprii, patriarchae Conſtantinop. 63. ineditae, Bruti, 70. Theophylacti Simocattae, vt opinatur Bandinius, 55. ibid. p. 326. Diogenis Cynici, 18. — p. 335. cod. XIII. Gregorii Nyſſeni e p. 24. Sed haec ſufficiant: de ſingulis, quae editae ſint vel nondum lucem adſpexerint, et quem ordinem in codd. habeant ab editionibus, praecipue Cuiaciana, diuerſum, ſollerter diſpicit Bandinius. — In Catalogo *bibliothecae Lugduno-Batav.* p. 336. Phalaridis epiſtolae bis, nr. 49 et 58. et Gregorii Cyprii epp. 215. nr. 49. — p. 397. nr. 39. epp. Hippocratis, Iuliani et Phalaridis. — In bibl. regia *Matrit.* teſte *Iriarte*, p. 71 ſqq. late deſcribitur et comparatur cum collectione Aldi aliorumque, cum nota, quae vel in collectione, vel in codice deſint, cod. XIX. qui continet epp. Phalaridis 140. Abaridis, Anacharſidis, Chionis, 16. Euripidis, 5. Hippocratis, 17. Apollonii Tyanei 90. et multorum aliorum. — p. 223. cod. LXIII. epp. Aeſchinis, Philoſtrati, Aeneae Sophiſtae, atque Aeliani. — p. 247. cod. LXIX. Syneſii, Cyrenaei, epiſtolae 154. — p. 386. cod. XCVIII. epp. Iſocratis, 9. — p. 466. cod. CXVI. epp. Phalaridis 15. et multorum aliorum. — In *Sylburgii* Catal. MSS. graec. bibl. Palat. p. 30. nr. 82. Libanii et Baſilii epp. — p. 105. cod. CCCLVI. epiſtolae Phalaridis 109, Gregorii Theologi Laconicae, Baſilii 12, Syneſii, Bruti, Pſelli, Iuliani, Theophy-

lacti Simocatae et aliorum. — p. 39. cod. CXXII. Philoſtrati epp. 46. — p. 41. cod. CXXXII. epp. Alciphronis, Theanus, Cratetis, Hippocratis, Democriti, Diogenis Cynici, Aeſchinis oratoris. — p. 42. cod. CXXXIII. epp. Phalaridis, 2. et Chionis. cod. CXXXIV. epp. Epimenidis, Ariſtotelis, Chionis, Anacharſidis, Apollonii, Euripidis, Iuliani imper. Phalaridis, Bruti, Iſocratis, Socratis, Antiſthenis, Ariſtippi, Xenophontis, Platonis, Phaedri, aliae. — p. 47. cod. CXLIX. Libanii epp. 291. — p. 48. cod. CLV. Alciphronis epp. — p. 55. cod. CXCI. Phalaridis epp. 128. — et cod. CXCII. Hippocratis etc. epp. 24. — p. 62. cod. CCVII. epp. Baſilii et Libanii 59. — p. 83. Libanii epp. 200. — p. 124. cod. CCCXCVIII. epp. Hippocratis 25. Themiſtoclis 21. Diogenis 49, Bruti et ad Brutum aliorum, 43. per Mithridatem collectae. — In bibliotheca *Mutinenſi* teſte Montfaucon, Libanii epp. 204. Syneſii epp. 157. — In bibl. *Mediolanenſi*, teſte Montfauconio in Diario Ital. p. 16. epp. Phalaridis, Bruti et Philoſtrati. — In bibliotheca *Scorialenſi* teſtibus *Clarkio* in epiſtolis de praeſenti conditione regni Hiſpan. epiſtola VIII. ac *Pluero* in Itinerario Hiſp. p. 180 ſq. et Ant. Auguſtini Catal. ſunt epp. Phalaridis 139. Libanii, Syneſii et aliorum. — In bibl. Traiecti Moſae (*Montpellier*) epp. Iuliani, Libanii, Phalaridis. — In bibl. *Londinenſi Th. Gale*, Libanii. — In bibl. *Auguſtae Vindel.* Bruti, Baſilii, Libanii aliorumque epp. — In bibl. *Guelferbytana* Libanii et Syneſii epp. — In bibl. *Veneta* D. Marci cod. DCIX. epp. Platonis, Heracliti, Hippocratis, Dionyſii Sophiſtae, Dionis, Chionis, Euripidis, Diogenis, Cratetis, Lyſidis, Bruti et Aeſchinis. codd. LXXIX. LXXX et LXXXI. Multorum epiſtolae maximam partem editae. — cod. CCCCXXXVI. Syneſii epp. 142. — cod. CCCCXLI. Libanii epp. 481. et cod. CCCCXLII. Eiusdem epp. 158. — cod. CCCCXLV. Nicephori Gregorae epp. 27. — cod. CCCCXLVI. epp. Michaelis Gabrae, 451. — cod. DV. epp. Libanii 30. et Syneſii 10. — cod. DVI. Libanii 85. — cod. DXXIV. Pſelli epp. et cod. DXXV. Iſidori Peluſiotae 15. — cod. DXXVII. Beſſarionis epp. 6. — cod. DLXXV. epp. Zonarae, Photii 30. Michaelis Cerularii, etc. quarum omnium titulum atque initium dedit Ant. Bongiovannius in graeca D. Marci bibliotheca codd. MSS. — In *bibl. Caeſarea Vindobonenſi*. Cat. Lambecio-Kollar. vol. II. epp. Baſilii cod. LXIII. LXIV. LXVIII. LXXI. LXXV. LXXVI. LXXXIX. et vol. VIII. cod. LII. LIII. — vol. IV. Append. p. 507. epp. Phalaridis, Mithridatis, Bruti, Alciphronis. — cod. CVI. nr. 19 ſqq. Gregorii Nyſſeni. — cod. CLX. Michaelis Glycae 56. — cod. CLXVI. Anonymi. — cod. CLV. Hippocratis ad Ptolemaeum regem. — vol. V. cod. CCXCII. epp. Baſilii M. — cod. CCLXXVII. Beſſarionis. — cod. CCXLVII. et CCXLVIII. Euthymii Zigabeni. — cod. CCXCII. memorabilis de quo conf. Kollarii not. et indicem, p. 505 ſqq. Chryſoſtomi 220. — codd. CCLXXXIII. CCXCI. CCXCII. Iſidori Peluſiotae, et Iuliani imper. in cod. CCXCII. Gregorii Archiepiſcopi Bulgariae epp. 3. et Gregorii Chionadis 16. epp. Syneſii et aliorum. — cod. CCCXXXII. Nicephori Gregorae. — cod. CCLIII. nr. 15. epiſt. Theodori Balſamonis: nr. 24. Baſilii M. nr. 29. epp. Pythagorae, Diogenis, et Cratetis 11. — cod. CCLXXVII. nr. 7. Baſilii et Libanii epp. mutuae. — vol. VII. cod. CX. Georgii Gemiſti Plethonis epp. 2. — epp. Athanaſii cod. XC. — Hippocratis cod. XLVII. — vol. VIII. codd. XLIV et XLV. Dionyſii, Archiepiſcopi Alexandriae. — cod. LXVII. Gregorii Cyprii epp. 199. — cod. XLV. nr. 55. Nicetae, cognomine Stethati epp. 3. — cod. LVIII. nr. 3. Variorum epp. ad Petrum Cnapheum, haereſiarcham Theopaſchitarum, de quibus v. Lambecium et edit. Paris. Labbeanam Conciliorum tom. IV. p. 1057 ſqq. — In biblioth. *Britannica Catalog. Codd. MSS. Angliae et Hiberniae*, codd. L. LI. LVI. LXIX. CXIX. CXXI. CXXV. CXXXI. CXXXIII. CXLVIII. CL. CCLXI. tum *Bodl.* codd. CCLXIV.

CCLXIV. CCLXXXIV. MDCCCLXXXII. MMMCCCCIV. et ſaepius occurrunt Bruti, Libanii, Phalaridis, Baſilii ac multorum aliorum epp. nr. 1731. Phalar. epp. ex translatione *Franciſci Aretini*; eaedem et Diogenis epp. ab *Aretino* in latinum conuerſae, in bibl. Norfolciana, p. 77. nr. 3050. — in eadem bibl. nr. 3424. p. 84. epp. Bruti, Phalaridis, Libanii quaedam, Syneſii quaedam et Lyſidis; ibid. nr. 3432. Phalaridis cum verſione Aretini. — nr. 7152. p. 222. Phal. epp. per *Franciſcum Philelphum* conuerſae. — p. 246. nr. 8549. epp. Phalaridis. At enim iam ſatis videbitur: et Montfauconii Catal. catal. obuius eſt; plurimas autem epiſtolarum collectiones ideo iam adnotaui, ne in poſterum eosdem catalogos in ſingulis auctoribus epiſtolarum nominare cogar.

Editiones. Antea, quam graecus textus typis deſcriptus eſt, *Aretini* verſio latina Romae et alibi in lucem prodierat: quare de huius verſionis editionibus prius diſſeram. Primam editionem

Phalaridis Tyranni Agrigentini epiſtolae ex interpraetatione Franciſci Aretini. in 4. ſine a. et l. et typogr. *Laire* in Specimine hiſt. typographiae rom. p. 131, comparuiſſe *Romae* 1468 et ex officina *Vlrici Han* prodiiſſe, ex ſimilitudine characterum, quibus Ciceronis opus de Oratore eo anno ab Vlrico Han ſit impreſſum, ſuſpicatur. At *Audiffredus* in Catalogo hiſtorico-critico rom. edd. ſaeculi XV. p. 15. omnino negat illam ſimilitudinem.

De Bure in Catalogo bibliothecae *Valliere* tom. II. nr. 4427. et in Bibliogr. inſtructiue B. L. tom. II. p. 308 ſq. primam editionem ſine l. et a. et typographi nota *Romae* 1469 init. in 8. *per Vlricum Han* excuſam eſſe, ex ſimilitudine characterum cum iis, qui ſunt in Hieronymi Epiſtolis etc. per illum impreſſis, collegit: at *Audiffredus* l. m. p. 403. negat id, ſaltem ſubdubitat, et vero monet, ſuffragante Morellio ad Pinellianorum librorum Catalog. II. p. 214. editionem illam eſſe eodem rom. charactere, quo Romae Reynhardus a. 1475. impreſſit Ariſtotelis Problemata a Th. Gaza latine facta. Idem p. 402. nr. IV. deſcribit antiquiſſimum ac ſplendidum exemplum ſine ſignaturis, numeris ac cuſtodibus annique nota:

Franciſci Arhetini (Accolti d'Arezzo) *in Phalaridis tiranni Agrigentini epiſtolas Prooemium.* ipſaeque *Epiſtolae* ex eiusdem verſione. 4.

Idem p. 42 ſq. ſub a. 1470. veram Hani editionem, a nullo bibliographiae ſcriptore memoratam, ita deſignat: at in eius exemplo defuit vltimum folium.

Phalaridis Tyranni Agrigentini Epiſtolae, ex verſione Franciſci Aretini, et cum Epiſtola *Io. Ant. Campani ad Franciſcum Piccolomineum, Card.* typis Vdal. Han. in 4.

Eaedem, a *Franciſco Aretino* lat. redditae: In fine, *Brixiae Thoma Ferrando* auctore. Kal. Sept. 4. ſine anni nota: de quo libro rariſſimo et primo forſan typographiae Brixienſis, vide cl. *Morellium* ad Pinelli biblioth. tom. II. p. 213 ſq.

Tum eaedem *epiſt. Phalaridis*, *Franc. Aretino* interprete, prodierunt, per Gerardum de Liſa, Taruiſii 1471. [k] (Maittaire Ann. Typogr. IV. 1. p. 302. Bure Bibliogr. inſtruct.

Pp pp 3

k) *Mittarelli* in bibl. codd. MSS. S. Michaelis Venet. p. 4.. laudat MS. Phalaridis epp. ab Franc. Arretino, e tenebris Phalaridis, in latinum conuerſarum, ex quo codice et rariſſima editione Taruiſiana, (de qua p. 40. agit) epiſtolam Franciſci dedicatoriam ad Malateſtam Nouellum Principem, et e cod. illam a Bartholomaeo Fontio italice verſam, repetiit, addiditque eiusdem Franc. Arretini, qui poſtea

ſtruct. B. L. tom. II. nr. 4111.) — *Epiſtole de Phalari tradutte da Franciſco Aretino di Greco in Latino, et di Latino in Vulgare da Bartolomeo Fontio Fiorentino*, ſine loci nota, (in Pinelli Catal. II. nr. 3768.) — 1471. 4. Florent. 1488. 4. (Mait. I. m. p. 302 et 505.) — *latine*, Florent. in 4. ſine l. et a. nota, per Anton. Venet. — *Tarvis.* 1475. per Ioann. de Reno. 4. (Mait. p. 353. l. m. et Bure l. c. nr. 4112. Catal. bibl. Pinell. II. p. 214 et 215.) — Paris. circa an. 1470. fol. (v. *Denis* ſupplem. Mait. A. T. p. 637.) — ſine loci nota, in fine, 1475. 8. et circa a. 1474. in 4. ſine l. et a. indicio, (Catal. libr. Ducis de la Valliere II. p. 746 ſq.) — *cum Suetonio de Grammaticis*, 4. a. 1475. (*Romae* addit Laire in Specimine p. 224. deceptus forſan a Mait. I. p. 114. et IV. 1. p. 348. qui plures libros, in vno volumine compactos, quorum vltimus Romae impreſſus eſt illo anno, recenſet, acute vidente Audifredio l. m. p. 202.) — Oxoniae 1485. circiter, 8. v. *Denis* l. c. vbi plures editt. afferuntur. — Papiae 1479. fol. (bibl. Menarſ. p. 144. nr. 1868. Maittaire l. c. p. 402.) — per *Leonardum* (vti ſcribit Orland. p. 155 et 282) *Aretinum* Florent. 148.. 4. — typis Anton. Zarotti, Milani 1484. 4. (Apud Saxium in hiſt. typogr. Mediolan. p. 579.) — Venetiis 148.. 4. notante *Freytagio* loco mox memorando, (*Goetzio* in Mem. bibl. Dresdenſ. I. p. 525 et 1491. notante Fabricio, — Paris. 1491. monente Freytagio, — Lipſiae 1498. typis gothicis Iacob. Thanner. (Leich. in Annal. typogr. Lipſienſ. p. 72.) — ibid. edente Ioanne Honorio Criſpo. 1502. 4. de qua editione, quam ipſe in manibus habeo, de Franciſco Accolto et epiſtolis Phalaridis multus eſt *Freytag* in Adparatu litterar. II. p. 1263 ſqq. — Cremonae 1505. 4. — In biblioth. publica Norbergenſi eſt exemplum peruetuſtum, Venetiis, opinor, [illegible], in 4. impreſſum, ſine numeris, cuſtodibus, locique anni et typographi indicio. Incipit: *Franciſci Aretini in Phalaridis Tyranni Agrigentini Epiſtolas prooemium.* — item Lugduni 1550. 8. — Roſtochii 1597. 8. et forte [illegible]. *Mazzuchelius* apud Mittarellium loco infra notato p. 408. animaduertit, ſaeculo XV. epiſtolas Phalaridis quindecies fuiſſe typis editas.

Franciſci de Accoltis verſionem epiſtolarum *Phalaridis* et *Diogenis* memorat Iulius Niger p. 180. Hiſtoriae ſcriptor. Florentin. Enimuero *Manſius* in Addendis ad bibliothecam lat. medii et infimi aeui Fabricianam, tom. VI. p. 3[illegible]5. ex Hiſtoria inedita M. Antoni Aletii de Antiqq. Aretinis docet, *Diogenis* epiſt. latine eſſe factas non a Franciſco Accolto, ſed a *Franciſco Griffolino*, itidem *Aretino*, qui floruit ſaeculo XVI. Errat igitur etiam Maittaire A. T. IV. p. 490. in hoc nomine.

Bruti Epiſtolae per *Rinucium*, ſiue *Renucium* latine factae, charactere, vt probabile videtur, romano *Adami Rot*, ſine l. et anni nota in 8. (Bure in Catal. bibl. Ducis de la Valliere II. nr. 4430. circa a. 1474. ſuppeditat: [illegible] tradit *Audiffredus* de rom. [illegible] ſaec. XV. p. 4[illegible] ſq. *Apoſtolus Zenus* in Diſſertationibus Voſſianis tom. II. p. 211. [illegible] eſſe videtur, et p. 212. agit de editione, quam [illegible], primam, Florentina 1487. 4. quae [illegible] prima fuit, et [illegible] MSto, [illegible]) [illegible] principium hoc eſt: *Incipiunt Epiſtolae Bruti ad Pergamenos.* In hac editione deſunt Renucii cum [illegible] Mithridatis epiſtolae; [illegible] ea ſunt tantum LXIX epiſtolae. — Num editio a Mait. A. T. IV. p. 470. memorata?

Diogenis,

[illegible] alias Phal. epiſtolas [illegible]erat, et [illegible] epiſtolae [illegible] latine verterat, epiſtolam ad Alphonſum, Neapolit. Fontii verſione italica.

Diogenis, *Bruti*, *Hippocratis medici epiſtolae latine*, *interprete Franciſco Aretino.* In fine: „Facta eſt harum epiſtolarum impreſſio per Anton. Franciſci Venetum; X. Kal. Iulias. Florent. 1486." 8. plenior ſit, neſcio. Correctior quidem eſt et plenior, ita vt LXX. epp. numerentur, aliisque auctae, editio, in Catalogo biblioth. Pinellianae II. nr. 3752. ita ſignificata:

Diogenis, *Bruti et Hippocratis Epiſtolae, latine redditae a Franciſco Aretino.* Florentiae per Antonium Franciſci Venetum, 1487. 4. A Maittario editio eiusdem anni et loci A. T. IV. p. 490. ita ex aliis indicatur: *M. Bruti et Hippocratis a Renuccio quodam*, (Alamano forte Rinuccino, ait) *latine factae ad Nicolaum — et Diogenis Cynici Epp. a Franciſco de Accoltis latinae factae.* — Iam antea plures epiſtolarum e graeco ſermone in latinum translatarum, auctores iunctim editi fuerunt, in Valleriano Catalogo, II. nr. 4426. et Bure biblioth. inſtruct. II. nr. 4110. ita indicati: (adde Maittaire A. T. I. pag. 87. IV. pag. 294.).

Epiſtolae cynicae, *h. e. Phalaridis Agrigentini Epiſtolae*, *e graeco in latinum translatae a Franciſco Aretino.* — *M. Bruti Epiſtolae a Mithridate collectae et e graeco in latinum verſae per Raimitium.* — *Cratis Cynici, Diogenis diſcipuli Epiſtolae*, *e graeco in latinum traductae per Athanaſium Conſtantinopolitanum*, *Archienſem Abbatem.* (Pariſiis) per Michael. Friburger, Martinum Cranz et Vlricum Gering, circa. an. 1471. 8. Apud Maittar. et in Bure biblioth. 1470. 4. f)

In bibliotheca publica Noribergenſi eſt exemplum: *Bruti* et *Cratetis Epiſtol. verſio latina*, an. 1487. ſine loci nota.

Epiſtolae Phalaridis: per Franciſcum Aretinum translatae. Valenciae per Nic. Spindeler, *Alamannum*, 1496. 4.

In bibliotheca Valleriana l. c. nr. 4425. recenſetur MS. in 4. quod continet epiſtolas latine verſas *Phalaridis* a Franciſco Accolti d'Arezzo, *Platonis* XII. a Leonardo Bruno Aretino, quasdam *Hippocratis*, interprete Alamanno Rinuccino, *Diogenis philoſophi* Epp. XLVII. interprete Franciſco Aretino.

Enimuero illae editiones, animaduertente Fabricio, ſunt valde imperfectae, quum et ordo turbatus ſit, et multa hinc inde omiſſa, etiam epiſtolae integrae, vt VII. LII. LVII. LIX. et LXXV. Aretini verſionem elegantem, aliqui nec contemnendam, recognouit, ſuppleuit, et reſtituit *Thomas S[illegible]*, medicus Lugdunenſis, qui *epiſtolas Phalaridis* edidit Lugduni 1550. 8. Ex eius recenſione *Phal. Epiſtolae*, ab Franciſco Accolto verſae latine, leguntur in *Gilberti Cognati Nozereni Farragine epiſtolarum Laconicarum*, Baſil. 1554. 12. et Coloniae, 1606. 12. in *Io. Buchleri a Gladbach Laconicarum epiſtolarum theſauro tripartito* pag. 502—584.

Permultae igitur editiones latinae verſionis ſaeculo XV. prius lucem adſpexerant, quam contextus graecus fuiſſet formulis deſcriptus typographicis. Quare ad editiones graecas tranſimus enumerandas.

Phalaridis Tyranni, *Apollonii philoſophi puthagorici et Bruti Epiſtolae.* graece. In calce: *Ex aedibus Bartholomaei Iuſtinopolitani*, *Gabrielis Braſichellenſis*, *Io. Biſſoli et Benedicti Mangii*

f) Idem exemplum eſſe ſuſpicor, quod cum eodem epigrammate in fine libri notatur in forma octuplici, in bibliotheca Hohendorfiana, part. II. pag. 180.

Mangii Carpenſium. 1498. *XIV. Kal. Iulias.* 4. ſine loci nota: cum priuilegio reipublicae Venetae: ex quo *Goetzius* in Merk. biblioth. Dresdenſ. II. p. 4. et III. p. 242. conſicere mauult, in vrbe quadam *Veneta* praelo exiiſſe hanc principem editionem: atque *Saxius* in Prolegom. ad Hiſtor. litter. typograph. Mediolan. pag. CVI. teſtatur, ſe offendiſſe exemplar in biblioth. S. Barnabae Mediolani, in cuius calce adnotatus ſit impreſſionis locus, *Venetiae*, 1498. Idem tamen p. DCIV. not. *a*, quia Maittaire Annal. Typ. IV. part I. p. 92. et I. p. 251. *Mediolano* illam editionem adſignauit, primum quidem ſuſpicatur, Maittairium errafſe, tum vero opinatur, Ioann. Biſſolum et Benedictum Mangium hoc anno migraſſe Mediolanum, et haece epiſtolas, prouti excuſae fuiſſent Venetiis, Mediolanenſi ſubdidiſſe praelo. Equidem id factum eſſe, vix credo: et *Pinelli* in italica Harwoodiani libri de editionibus auctorum lat. et gr. verſione p. 85. *Venetiis* comparuiſſe ſcribit. Quod vero ii et Maittaire adnotant, graece et *latine*: id dubium eſſe videtur: certe exemplo Dresdenſi abeſt verſio latina. Bartholomaeus quidem Iuſtinopolitanus promiſerat in epiſtola dedicatoria ad Contarenum verſionem illarum epp. latinam, et, „Has, inquit, tantum verbum verbo latinas reddemus, *diſiunctisque voluminibus* ita collocabimus, vt pagina paginae et verſus verſui fideliſſime reſpondeant;" at num eodem tempore lucem viderit illa verſio, res eſt incerta. — Poſthaec *Aldina* editio comparuit II. volumin. Prius volumen eſt inſcriptum:

Ἐπιστολαί — etc. *Epiſtolae Baſilii Magni, Libanii rhetoris, Chionis Platonici, Aeſchinis et Iſocratis oratorum, Phalaridis Tyranni, Bruti Romani, Apollonii Tyanenſis, Iuliani Apoſtatae.*

In pagina auerſa eſt breuis Aldi Manutii epiſtola, ad Antonium Codrum Vrceum, doctorem litterarum gr. et lat. in Bononienſi gymnaſio, data *Venetiis*, *quinto decimo calendas maias*. M.ID. — Alterum volumen, (quod quidem in exemplo, quod in manibus habeo, alterum locum occupat, at prius ſub praelo ſudauit,) hanc habet inſcriptionem:

Epiſtolae diuerſorum philoſophorum, oratorum, rhetorum ſex et viginti; quorum nomina in ſequenti inuenies pagina. in 4.

Catalogus vero illorum hic eſt: Synesius, Demoſthenes, Plato, Ariſtoteles, Philippus, Alexander, Hippocrates, Democritus, Heraclitus, Diogenes, Crates, Anacharſis, Euripides, Theano, Meliſſa, Mya, Alciphron, Philoſtratus, Theophylactus, Aelianus, Aeneas, Procopius, Dionyſius, Lyſis, Amaſis, Muſonius. In calce legitur: „*Venetiis apud Aldum menſe Martio, M. ID. cum priuilegio, vt in caeteris.*

Eſt exemplar Aldin. cum notis MSStis in bibliotheca Pinelliana tom. II. p. 212. nr. 3754.

Epiſtolae graecae elegantiſſimae ex diuerſis auctoribus ſelectae. Lucian. Saturnalia etc. graece. Louanii, 1520. 4.

Ἐκλογὴ καὶ οἷον ἀπάνθισμα διαφόρων ἐπιστολῶν ἑλληνικῶν — — *Delectae quaedam graecae epiſtolae, ſeu floſculi de diuerſis editis quondam et ab Aldo et ab aliis, cum interpretatione latina plurium* — . Hanc collectionem edidit *Ioach. Camerarius*. Tubing. 1540. 8. Complectitur illa epp. ſelectas LXXXVI. graece deſcriptas, Dionis vnam ad Dionyſium, tum nonnullas Ariſtotelis, Phalaridis, Apollonii Tyanenſis, Platonis, Baſilii etc. Separatim ſubiuncta eſt latina harumce epp. verſio, Ioachimo Camerario, Ioanne Sturo aliisque auctoribus.

ribus. Subiunctae ſunt aliae epiſtolae XI. quarum ſingulae ſuam ſtatim adnexam habent verſionem. Hanc collectionem memorat quoque Fabric. vol. XIII. p. 493.

Epiſtolae ſapientum, ſcil. Solonis, Thaletis, Chilonis, Pittaci, Cleobuli, Periandri, Anacharſidis, Epimenidis, Pherecydis. gr. et lat. Pariſ. apud Guil. Morelium. Idib. Iun. 1549. 4. vid. *Maittaire* A. T. tom. III. part. II. pag. 579.

Epiſtolae Phalaridis, graece. (Idib. Iun.) et lat. (Kal. Sept.) *Franciſco Aretino* interprete. Paris apud Guil. Morelium, 1549. 4. vid. *Maittaire* l. m.

Ad calcem Morel. lectorem adfatur, et inter alia ſcribit, alium eſſe epiſtolarum earum ordinem in codicibus Aldinis, alium in Florentinis, alium in iis, quibus Aretinus vſus ſit: ſe vſum eſſe *Florentino exemplari:* quod mihi quidem admodum obſcure dictum eſt: exſtatne *editio graeca Florentina*, quam equidem ignoro? an principem editionem Florentiae typis excuſam eſſe putauit? an, quod fere ſuſpicor, intellexit codicem manuſcriptum? En verba ipſa! „Quoniam autem *Florentinum exemplar*, quo vſi ſumus, *itemque Aldinum*, corruptiora erant, aſteriſcos ad marginem aliquoties adſcribere ſumus coacti, vbi locus depravatus videbatur: ex coniectura enim nihil in graecis immutare voluimus: Latina enim ad graeca componenda nobis fuerunt.“

Anonymi methodus conſcribendarum epiſtolarum cum exemplis. gr. lat. per Io. Sambucum. Accedunt aliorum libelli de ſcrib. epiſt. Baſil. 1552. 8. — gr. ex officina Fed. Morelli. 1577. 8. vid. infra §. XIII.

Phalaridis — Epiſtolae doctiſſimae, gr. ac latine. Thoma Naogeorgo interprete. Baſil. apud Oporin. 1558. 8.

De *Naogeorgo*, ſ. *Kirchmayr*, alias *Kirchbauer*, *Neubauer*, nat. Straubingae in Bauaria inferiore 1511. philologo et theologo celebri, multisque iisque maxime aduerſis fatis agitato, et denato Wisloch in Palatinatu 1563. vid. *Freytag* in Adparatu litterar. II. p. 1012. et quos ille laudat. In bibliotheca Nicolai Heinſii fuit exemplar cum MSS. Vulcanii adnotationibus.

Τῶν ἑλληνικῶν Ἐπιςολῶν Ἀνθολογία, graece. Pariſ. apud Guil. Morelium, 1551. tum 1552. ad calcem, *excudebat Guil. Morelius.* 1553. 8. Pariſ. — *ibid.* 1562. — *ibid.* apud Ioan. Bene-nat. 1567. 4. — ex officina Fed. Morelli. Lutet. 1577. 4. — *Ex graecanicis Epiſtolis ſelectiores, latine vertebat Guil. Morelius.* 1554. 4. — *Graecorum veterum ſelectae Epiſtolae*, gr. et lat. apud Guil. Morelium. Pariſ. 1557. 8. et apud Fed. Morel. Pariſ. 1562. 8.

Epiſtolia, dialogi breues, oratiunculae, poematia ex variis ſcriptoribus vtriusque linguae, gr. lat. — Excud. Henr. Stephan. 1577. 8.

Inſunt tredecim breuiores Phalaridis epiſtolae. Inter poematia eſt ſatyra, quae inſcribitur *Lis*, non plus edita.

Τῶν Ἑλληνικῶν Ἐπιςολῶν Ἀνθολογία, *Epiſtolae ſelectae* LXII. Pariſ. e typographia Stephani Prevoſteau. 1583. 4. (vid. Fabric. vol. XIII. p. 478.)

Libellus 64. paginarum apud Commelinum Heidelbergae, 1587. 8. prodiit, in quo continentur colloquia ſeptem ſcholaſtica: πρὸ τῦ ὄρθρυ ἐγρηγόρησα ἐξ ὕπνυ etc. (eiusmodi fere,

qualia

qualis composuit Io. Posselius gr. et lat. edita 1588. et Wittebergae, 1648. 8.) *Adsunt:* [illegible] sex lat. XXXVII. Epist. *Phalaridis* XIV. *Bruti* XVIII. etc.

Phalaridis et Bruti epistolae, praefixa epistolarum conſcribendarum methodus, gr. et lat. apud Hieronym. Commelin. 1597. 8.

Phalaridis Epiſtolae. (omnes 148.) graece, curante *Eilhardo Lubino.* Roſtoch. 1597. 8. Eademne eſt editio, quae ſeruatur in biblioth. Hamburgenſi: *Phalaridis — Epiſtolae ingenioſiſſimae et admirabiles. In quibus optimi et ſapientiſſimi imperatoris idea proponitur, Roſtochii*, 1595. 8. an diuerſa?

Epiſtolae veterum Graecorum, n. Hippocratis, Heracliti, Cratetis, Democriti, Diogenis, Phalaridis, Bruti aliorumque ad eosdem editae, Euripidis etc. graece ac ſimul latine: per *Eilhard. Lubinum.* Accedit methodus conſcribendarum epiſtolarum, gr. ac latine. In bibliopolio Commeliano 1601. 8. 1609. 8. Verſio lat. eſt eadem paene, quam confecit Naogeorgus.

Epiſtolae graecanicae mutuae antiquorum rhetorum, oratorum, philoſophorum, medicorum, theologorum, regum ac imperatorum aliorumque praeſtantiſſimorum virorum a Iac. Cuiacio clariſſimo I. C. magnam partem latinitate donatae. Aureliae Allobrogum. Sumtibus Caldorianae Societatis. 1606. fol. de qua edit. vid. §. ſq.

Τοῦ Ἑλληνισμοῦ Γύμνασμα πρὸς τὴν Διδακτικὴν. Κεῖνται τῶν Ἀναλέκτων. αχκ'. (Cothen. 1620.) 8. Eſt Chreſtomathia quaedam, in qua inſunt Cebetis tabula, *Aeſopi* fabula, *Prodici* Hercules, *Iſocrates* ad Demonicum, *Luciani* ſomnium, *Epicteti* enchiridion, *Bruti* atque *Apollonii* epiſtolae. Ex Schummelii Ueberſetzer-Bibliothek pag. 40. cognoui, eorundem libellorum verſionem germanicam eodem anno locoque ſimul comparuiſſe: quae quidem meo abeſt exemplo.

Phalaridis Epp. gr. ac lat. Ingolſtadii, 1614. 8.

Phalaridis Agrigentinorum Tyranni Epiſtolae, ex MSS. recenſuit, verſione, annotationibus et vita inſuper auctoris donauit Car. Boyle, ex aede Chriſti, Oxoniae, typis Sheldonianis. 1695. 8. rec. 1718. 8. typis Clarendon.

Quae [illegible] *Boyleum*, [illegible] Comitem *d'Orrery* et Baronettum de Broghill in Hibernia, nat. 1676. mort. 1731.) qui exemplar Commelin. [illegible] fecit ſuae editionis. Saepe tamen diſceſſit ab eo, et *Bentleium*, [illegible] de epiſtolis Phalaridis et edit. Boylei eſt [illegible], aliaque haec editio continuerit, iam ſupra vidimus. Adde *I. Chriſt. Wolf* in Theſauro epiſtolico Lacroziano, tom. II. p. 22.

Τοῦ Φαλάριδος ἐπιστολῶν ἀνθολογία καὶ τῶν αὐτῶν ἀποφθέγματα. Patau. 1716. form. min.

Φαλάριδος Τυράννου Ἐπιστολαί. *Phalaridis Epiſtolae, quas latinas fecit et interpretatione Caroli Boyle notisque* [illegible] *I. Daniel a Lennep. Mortuo Lennepio, finem operi impoſuit, praefationem et adnotationes* [illegible] *L. C. Valckenaer.* Groningae, apud Iac. Bolt. 1777. 4.

Haec

Haec eſt pleniſſima doctiſſimaque editio. Noua plane eſt recenſio e codd. III. Lugd. Batau. vno anglico ex biblioth. regia Cottoniana, tribus Florentinis, Burmanniano aliisque et editionibus facta: ordo tamen epiſtolarum prorſus immutatus eſt, vt ſuis ſcilicet ſingulae temporibus viderentur ſcriptae; ſubiectus tamen eſt index epiſtolarum duplex: (eiusmodi index iam ſubnexus eſt editioni Morellianae.) Notae, modum paene excedentes, ſunt diuitiae graecarum litterarum.

Adiecit Lennep, tamquam alterum tomum, verſionem latinam librorum Bentleiorum, a ſagacitate ingenii, litterarum copia, rerumque nouitate mire commendabilium, ad quos ſaepe prouocauimus: n.

Richardi Bentleii diſſertat. de Phalaridis, Themiſtoclis, Socratis, Euripidis, aliorumque epiſtolis, et de fabulis Aeſopi: nec non eiusdem reſponſio, qua diſſertationem de epiſtolis Phalaridis vindicat a cenſura Caroli Boyle. Omnia ex anglico in latinum ſermonem conuertit Io. Dan. a Lennep. Groningae, 1777. quae recuſae ſunt Lipſiae.

Aliquam Phalaridis epiſtolam a ſe latine redditam exhibet *Ioannes Iouianus Pontanus* lib. de liberalitate, tom. I. Opp. cap. 25.

De verſionibus antiquiſſimis *italicis* iam ſupra egimus. *Paitoni* de verſionibus auctorum gr. et latinorum italicis, tom. II. p. 63 ſqq. recenſet nominatue verſionem Fontii ſ. l. 1471. 4. Florent. 1488. 4. 1491. 1506. 4. alius verſionem Florent. 1525. 8. Venet. 1545. 8. 1549. 8. — Lettere del Gran Mahumeto Imperadore de' Turchi ſcritte a diuerſi Re, Principi, Signori, e Republiche, con le riſpoſte loro; ridotte nella volgar lingua da M. Lodovico Dolce. Inſieme con le lettere di Falaride Tiranno de gli Agrigentini. Venet. 1563. 8.

In gallicam linguam tranſtulit *Phalaridis* et *Iſocratis* epiſtolas nec non Epicteti enchiridion *Claudius Grugет*, Pariſinus, Paris, 1550. 8 Antwerp. 1558. 16 Hic quoque notari debent: Nouveau Recueil de lettres politiques, morales et amoureuſes tirées de l'antiquité. 8. — Phalaride Encomiaſtes M. C. de S. M. Paris, 1726. 12. II. voll. — L'vtilité du pouvoir Monarchique contenant l'hiſtoire *de Phalaris* avec ſes lettres ſur le Gouvernement et les Conſeils d'*Iſocrate*, ou le modele des Miniſtres, Paris, 1726. 8. et Tres lettres à Philippe roi de Macedoine et la quatrieme à Alexandre. Journal des Sav. 1727. Iun. p. 203 — 216. Hiſt. lit. de l'Europe 1727. Mart. p. 241.

Anglice verſae ſunt: A ſelect Collection of letters of the Ancients, written originally by Phalaris, Solon, Socrates, Pythagoras, Euripides etc. by M. *Savage*, Lond. 1703. — In vita Comitis de Orrery a Budgellio angliсe ſcripta, Londin. 1732. 8. ſunt a p. 173. Some ſelect Letters of *Phalaris* the famous Sicilian Tyrann, translated from the Greek. Vertit illas quoque *Franklin*.

Germanice verſae XI. epp. ſunt in Stokhauſii Collectione epp. part. II. *Harl.*]

Parentis ſui *Ioſuae Arndii τοῦ μακαρίτου* allectum in Phalaridis epiſtolas commentarium memorat filius Carolus Arndius in ſchediaſmate quodam edito Roſtochii an. 1702. 4. in quo de Phalaride, M. Antonini ſcriptis, et Agapeti ſcheda regia agit. [vid. noua litter. mar. Baltici 1702. p. 60. etc.]

Collectio Epiſtolarum Aldina.

II. Facturum me exiſtimaui operae pretium, ſi, data hac occaſione, alias quoque, quae exſtant, graecorum ſcriptorum epiſtolas recenſuerim: ac primum illas, quae occurrunt in collectione *Aldi Manutii* a Marco Muſuro recenſita, et Antonio Codro Vrceo inſcripta, quae Romae an. 1499. 4. graece lucem adſpexit ſub hoc titulo: *Epiſtolae diuerſorum Philoſophorum*, *Oratorum*, *Rhetorum* etc. Eadem collectio m) graece et latine edita eſt Aureliae Allobrogum ſiue Geneuae an. 1606. fol. in cuius praefatione *Pyrrhus Caldoraeus* praefat. ad Barthol. Camelinum Foroiulienſem Dominum: *Volumen epiſtolarum graecarum eſt, quas vir clariſſimae memoriae Iacobus Cuiacius, I. C. romana ciuitate donauit, vt perſancte affirmarunt mihi ii, qui manum ſcripturamque eius probe norunt. Scin' tu porro, vnde illas acceperim? Ex arce ipſius Mineruae, vel, ſi mauis, ex bibliotheca doctiſſimi atque clariſſimi Pithoei, qui benigne nobis illarum copiam fecit, vt, quoad fieri poſſet, emendatiſſime eas typis excudendas curaremus.* Non ab re tamen multi viri docti dubitant, Cuiacium illius verſionis eſſe auctorem. Certe verſiones nonnullae, in hac collectione vulgatae, aliis auctoribus manifeſto debentur, et ante Cuiacium lucem viderunt, vt ſuo loco dicam; ſed neque aliae, in iſthac editione primum excuſae, Cuiacii eruditione dignae eſſe videntur. Vnde *Ioh. Frid. Gronouius* in elencho antidiatribes Mercurii Frondatoris (Emerici Crucei) ad Statii Siluas p. 99. *Quis aeſtimabit ſcriptum nihili, cui docti viri nomen adſcribitur? Quis verſionem graecarum epiſtolarum laudat, aut parcere ei vult, quia Cuiacio mendaciter attributa eſt?* Paulus Colomeſius ad Gyraldum de poetis p. 170. vbi de epiſtola quadam Theophylacti Simocattae: *Habetur*, inquit, *haec epiſtola inter graecas alias, Geneuae an. 1606. excuſas, quarum interpretatio magni Cuiacii nomen falſo oſtentat.* [*Menagius* in Hiſtor. mulier. philoſ. §. 88. *Caſaubon.* in praefat. ad Scaligeri varia opuſc. pag. 12. ſcribit, hanc verſionem Cuiacio adſcribi inaudita mentiendi et falſa fingendi licentia: addit, Pithoeum ſibi illam ſaepe oſtendiſſe et dixiſſe, Baſileae, neſcio, quo caſu, ſibi eſſe repertam. *Heumann.* adde *Barth.* Aduerſar. XL. 9. p. 1823.] Occurrunt autem in collectione *Aldina* et *Geneuenſi*, hoc ordine, vel nullo ordine potius: [¶]

Baſilii Epp.

III. 1) BASILII Caeſareenſis ad Libanium aliosque, epiſtolae XXXII. et LIBANII epiſtolae XII. ad Baſilium. Latina verſio incipit: *Pudet me ſingulos tibi Cappadoces adducere.* Ex his, epiſtolas duodeuiginti mutuas Baſilii et Libanii graece etiam edidit H. Stephanus in collectione ſaepius infra laudanda, cui titulus: *Epiſtolia*, *Dialogi breues*, *oratiunculae*, *poematia ex variis vtriusque linguae ſcriptoribus* an. 1577. 8. [De *Libanii* epiſtolis plenius diſſeremus ad libr. V. cap. X. vol. VII. n)]

IV. BASILII

m) In Actis Eruditor. an. 1696. pag. 501. haec collectio traditur eſſe locupletior, quam Aldina, et 150. auctorum epiſtolas continere. Quamquam vero index, qui Geneuenſi editioni graecolatinae praefigitur, colligit tot nomina, ſub quibus epiſtolas confinxere Alciphron, Theophylactus et alii; neutiquam tamen plures auctores epiſtolarum, nec plures epiſtolas, quam Aldina, exhibet. Theophylactum Simocatam collectorem huius epiſtolarum συναγωγῆς facit Lud. Anton. Muratorius pag. 280. Anecdotorum graecorum, atque ita, ait, ſibi viſum deprehendere Mediolani e codice Ambroſiano.

n) Fabricius animaduerterat, a *Friderico Roſtgaardo* mille et ſexcentas amplius *Libanii* epiſtolas ex omnibus Europae bibliothecis conquiſitas, fuiſſe deſcriptas et cum variis codd. collatas, cumque eo nomine laudatum a *Bernardo de Montfaucon* pag. 25. diarii italici: epiſtolam vero *Libanii* 541. ad Seuerum citari a Benedictinis ad S. Ambroſium, tom. II. fol. 64. *Harl.*

IV. BASILII epiſtolae cum quibusdam Nazianzeni graece, praefixa *Vinc. Opſopaei* praefatione prodierunt Haganoae an. 1528. 8. et in prioribus Baſilii operum editionibus exſtant CLXXX. quarum plerasque verterunt *Guil. Budaeus* et *Iac. Micraeus.* [¶] [Plura infra dabimus ad librum V. cap. 19.]

Chionis Epp. V. 2) CHIONIS Heracleenſis, Matridis F. qui cum Leonida, ſiue, vt Memnoni vocatur apud Photium cod. 244. Leone Platonis diſcipulus o) fuit, et Clearchum, Heracleae tyrannum interfecit. [vid. epiſtolam XVII. ibique Coberum.] epiſtolae XVII. Latina verſio incipit: *Reddidit mihi epiſtolam Lyſis iam tertium diem.* Epiſtolae VII. pag. 28. verba: οὕτως ἀμείβεται Χίων τοὺς βλασφημήσαντας reddenda ſunt: *ita Chion ſolet maledicta* (beneficiis) *rependere*, non vt interpres *inſulam Chio excipere maledicos.* Has epiſtolas, vti Aeſchini quoque, (de quibus mox,) ex collatione vetuſti codicis, locis quibusdam meliores reddere poſſum. Separatim quoque edidit epiſtolas Chionis *Iohannes Caſelius* graece, Roſtoch. 1583. 4. [Idem Caſelius eleganter vertit illas epiſtolas, ſuamque verſionem ſeorſim emiſit.] Crebra in illis laus Socratis, Xenophontis ac Platonis. Inprimis vero, qui eas ſcripſit, conatus eſt demonſtrare, quod Philoſophia non reddat homines inertes; verum ad negotia publica non minus quam priuata idoneos. Epiſtolam tertiam latine a ſe verſam Xenophonti praemiſit H. Stephanus an. 1581. fol. *Fabric.* Cuiaciana aeque ac Caſelii edit. repetita eſt ex Aldina; e qua etiam fluxerunt quaedam epiſtolae, ab Henr. Stephano Cteſiae et Memnonis fragmentis ſubiectae, et tertia a Leunclauio eſt Xenophonti praefixa: in editione Xenoph. Wecheliana proſtat p. 1009. — Epiſtolam decimam ſextam a *Frid. Morello* ſeparatim editam eſſe, refert cl. Coberus in praefatione ad ſuam editionem pag. XIII. — A Maittairio Ann. Typ. p. 836. vol. III. memoratur:

Chionis, Matridis F. Epiſtola Apologetica ad Clearchum, Ponti principem, latine, interprete Fed. Morello, apud Fed. Morell. Pariſ. 1600. 4.

Meliorem et frugaliter inſtructam editionem, ex codd. Mediceis nonnumquam ſuppletam, ſaepe caſtigatam, interdum de coniectura emendatam, accepimus a cl. *Cobero:*

Chionis Epiſtolae, graece, ad codd. Mediceos recenſuit, caſtigauit, notas et indicem adiecit Io. Theophilus Coberus, A. M. Gymnaſii Budiſſenſis Conrector. Dresdae et Lipſiae, 1765. 8.

Is in praefatione non minus, quam ad epiſtolas III. XIII. et alibi poſt alios tum ex formulis quibusdam loquendi, tum ex argumentis plurium epiſtolarum, quae ordini temporis repugnant, commonſtrauit, illas epiſtolas ab auctore longe alio, ac Chione, a ſophiſta quodam et ſcriptore inferioris aetatis eſſe conſcriptas. Hinc in animaduerſionibus, quae tam criticae ſunt, quam grammaticae et hiſtoricae, auctoris errores et dubii obſcurique loci vel indicantur vel refelluntur. *Harl.*

Aeſchinis Epp. VI. 3) AESCHINIS oratoris epiſtolae XII. conſcriptae ad Athenienſes in exilio, cum accuſato fruſtra Cteſiphonte, ceſſiſſet Athenis, atque Rhodum ſe contuliſſet. Latina verſio incipit: *Cum veſpere ſoluiſſemus e Munichia.* [¶] [De νοθείᾳ harum epiſtolarum, codd. et edd. plura dabunt Taylor et Sammet in praefationibus ad ſuas illarum epiſtolarum editiones: atque nos infra libr. II. cap. 26. §. 19. plura de illis diſſeremus. *Harl.*]

 VII. 4) ISO-

o) Vide Iuſtinum lib. XVI. cap. 5. *Fabric.* et Coberum ad epiſtolam III. pag. 5 ſq. *Harl.*

Iſocratis Epp. VII. 4) ISOCRATIS rhetoris epiſtolae VIII. Latina verſio incipit: *Si tam eſſem aetate iuuenis, quam ſenex.* Quatuor primae ſcriptae ſunt ad Philippum, quinta ad Alexandrum, (nondum Regem Macedoniae,) ſexta ad Iaſonis Theſſalorum ducis liberos, ſeptima ad Timotheum Heracleae (diuerſum a Timotheo Cononis F. Athenienſi) Tyrannum, a quo pro epiſtolis ad Athenienſes mittendis talentum praemii loco tuliſſe Iſocratem teſtantur Plutarchus et Photius in eius vita; octaua ad magiſtratus Mytilenaeorum. Photius codice CLIX. nouem epiſtolas Iſocratis ait ſe legiſſe, deinde refert duas ad Philippum, et ſingulas ad Alexandrum, Dionyſium, Archidamum, Antipatrum, Timotheum et ad Mytilenaeorum magiſtratus: quae non plures ſunt quam octo. [Epiſtolae *decem* ad noſtram aetatem ſeruatae ſunt: de quarum editionibus infra ad lib. II. cap. 26. §. 5. commodior differendi erit locus.]

VIII. 5) PHALARIDIS epiſtolae, de quibus dictum ſupra §. 1.

Pythagorae Epp. IX. 6) PYTHAGORAE philoſophi epiſtola ad Hieronem Siciliae Tyrannum, qua ad illum venire recuſat. Latina verſio incipit: *Mea vita in ſecuritate et otio poſita eſt.* Hanc epiſtolam ex ſua verſione, (diuerſa quidem illa,) latine edidit in farragine epiſtolarum laconicarum p. 424. *Gilbertus Cognatus*: tum graece ac latine ad calcem protreptici Iamblichiani cum alia *Ioh. Curteri* Anglica verſione Ioh. Arcerius. Cum alia denique translatione *Thomae Northi*, et hanc ad Hieronem, et alteram Pythagorae ad Anaximenem f) ex Laertii lib. VIII. ſect. 49. petitam recudi iuſſit Thomas Galeus [*] in opuſculis phyſicis, mythologicis et ethicis p. 735 ſq. *Ioachimus Zehnerus* inter fragmenta Pythagorae Lipſ. 1602. 8. edita, has epiſtolas, quod miror, omiſit. Anglice exhibet vtramque *Tho. Stanleius* pag. 512. Hiſt. Philoſoph. *Fabric.* Confer infra lib. II. cap. 12. §. VI. Aliam *Pythagorae* epiſtolam ad Telaugem, contra illum, auctore *Diogene Laertio* VIII. ſegm. 43. ineditam, *Iriarte* e cod. regio Matritenſi publicauit, ſubiecta latina verſione, in regiae biblioth. Matritenſis codd. gr. MSS. pag. 376. et addidit, ipſam eſſe eandem prorſus videri, quae in Catalogi MSS. graec. regiae biblioth. Pariſienſis cod. MMCCLVI. inſcribitur: *Epiſtola Pythagorae ad Telaugem de laterculis magicis. Harl.*

Bruti Epp. X. 7) M. BRVTI, eius, qui C. Iulium Caeſarem interfecit, epiſtolae XXXV. cum totidem aliorum reſponſionibus ad eum, praemiſſa praefatione Mithridatis ad regem Mithridatem, ſuum auunculum g). Latina verſio incipit: *Bruti epiſtolas iterum ac ſaepius ſum admiratus.* Haec eſt verſio *Renucii Florentini* h), Nicolao V. Pontifici inſcripta. Leguntur

f) Reſpondet hac epiſtola Pythagoras, (athleta, vt videtur, non philoſophus,) ad epiſtolam quam ſub Anaximenis nomine exhibet Laertius lib. II. ſect. 4 ſq.

g) *Barthius* ad Claudianum p. [illegible] [illegible], Mithridates, qui Bruti epiſtolas collegit, et reſponſa illis — adſinxit."

h) [illegible] *Gaddi* tom. II. pag. 170. Sed vide Apoſtoli Zeni Diſſ. Voſſ. II. pag. 211.] ab *[illegible]*, Florentino, diuerſi, licet confundatur a Iulio Negri pag. 9. Hiſtoriae ſcriptorum Florentinorum, [item a Maittario A. T. IV. part. II. pag. 492. et a [illegible] Catalogo [illegible] vol. [illegible] XV. p. [illegible]] Nomen vero varie ſcribitur: vid. Giornale d' Italia tom. XXI. pag. [illegible] *Fabric.* De verſionibus ac [illegible] *Bruti Epiſtolae*, a *Iuliano Sar-*

pa

Leguntur in farragine epiſtolarum laconicarum Gilberti Cognati, in Ioh. Buchleri theſauro laconicarum epiſtolarum, Baſil. 1594. Alia Einhardi Lubini verſio in editione graecolatina Commeliniana, adiuncta latina Bruti ad Ciceronem epiſtola, quae incipit: *quanta ſim laetitia affectus*, an. 1597. 8. Alia verſio *Bartholomaei Iuſtopolitani*, in graecolatina editione an. 1502. 4. Exſtant et graece cum Demoſthenis, Aeſchinis, Platonis et Iſocratis epiſtolis Pariſ. 1557. 4. et omiſſa Mithridatis praefatione in collectione H. Stephani an. 1577. 8. In Theodoſii Zygomalae epiſtola ad Cruſium, p. 435. Turco-graec. λακωνικῶς γεγραμμένα ὑπὲρ τὴν σοφίαν Βρούτου. Cicero quidem iam pridem breuitatem epiſtolarum Bruti laudauit, et Phrynichus apud *Photium* cod. CLXVII. auctor eſt, Marcianum, qui Cretica ſiue de rebus Cretenſium ſcripſit, Brutum in ſtilo epiſtolari praetuliſſe Demoſtheni, Platonique. Καὶ Μαρκιανὸς ὅτι τῶν Κρητικῶν συγγραφέα ὑπερορᾶν μὲν Πλάτωνος καὶ Δημοσθένους· καὶ κανόνα τῆς ἐν λόγῳ ἀρετῆς ἀποφαίνειν. *Philoſtratus* quoque epiſt. 1. in charactere epiſtolico inter duces bellicos praeſtare ait Brutum, ἢ ὅσῳ Βροῦτος πρὸς τὸ ἐπιστέλλειν ἐχρῆτο. Laudat et *Photius* epiſt. 207. cuius locum vide §. XLVIII. adlatum. Nihilominus epiſtolia haec graeca, quae habemus, quaeque ſcripta feruntur eo tempore, quo Brutus et Caſſius extincto Caeſare bellum cum Dolabella geſſerunt, tamquam a ſophiſta quodam exercitii gratia compoſita pro ſuſpectis habent viri eruditi. Ita Eraſmus libro et epiſtola prima: *Porro epiſtolae, quas nobis reliquit, neſcio quis Bruti nomine, nomine Phalaridis, nomine Senecae et Pauli, quid aliud cenſeri poſſunt, quam declamatiunculae?* Barthius ad Claudianum pag 809. *homo ingenii non vltimi Mithridates, qui Bruti epiſtolas collegit et reſponſa illis ex ciuitatum populorumque perſonis et ſtatibus adfinxit.* [Ex officina rhetorum circa an. Chriſti 400. prodiiſſe videntur poſſeſſori codicis Selden. in Catalog. MSS. Angliae et Hiberniae pag. 164. nr. 3404. *Harl.*] Latinas Bruti epiſtolas, ex quibus nonnullae etiamnum inter Ciceronianas leguntur, citant Diomedes lib. I. p. 383. et *Priſcianus* lib. IX. p. 863. Vide et *Plinium* lib. XXXIII. cap. 3. *Ouidium* I. de ponto eleg. 1. v. 24. Auctor dialogi de oratoribus: *Legiſti vtique et Calui et Bruti ad Ciceronem miſſas epiſtolas, ex quibus facile eſt deprehendere, Caluum quidem viſum Ciceroni exſanguem et attritum, Brutum autem otioſum atque diiunctum.* Quo in loco *otioſum* legi debere, non, vt Lipſius, *odioſum*, contendit *Geuartius* p. 223 lection. Papinian. ad haec Statii IV. 9. ſiluar. *Sed Bruti ſenis oſcitationes.* Litteras Bruti eruditiſſime ſcriptas laudat *Cicero* in oratore cap. 52. [ſ]

Apollonii Epp. XI. 8) APOLLONII TYANENSIS epiſtolae LXXXV. in quibus ſunt binae *Muſonii* philoſophi, ſingulaeque *Claudii* imperatoris, *Garmi* regis Babylonii, *Phraota* Indorum regis, *Veſpaſiani* imp. et Lacedaemoniorum. Epiſtolae a XLIII. ad XLVIII. et a LXXXI. ad LXXXV. quemadmodum et plures, in illa collectione non exſtantes, paſſim occurrunt apud Philoſtratum in vita Apollonii, qui lib. I. cap. 2 teſtatur, ſe ea, quae de Apollonio tradit, accepiſſe tum aliunde, tum ex epiſtolis ab eo ſcriptis: ἐπέστελλε δὲ βασιλεῦσι, σοφισταῖς, Ἠλείοις, Δελφοῖς, Ἰνδοῖς, Αἰγυπτίοις, ὑπὲρ θεῶν, ὑπὲρ ἐθνῶν, ὑπὲρ ἠθῶν, ὑπὲρ νόμων παρ' οὓς ὅ,τι ἂν πράττοιτο ἐπημάρθου[5]. Idem epiſtola 1. adfirmat, inter philoſophos

pa latine redditae. Venetiis apud Aldum, 1570. 8. Quae Fabric. memorat ex Geſnero etc. ea profecto ſunt ab Apoſtolo Zeno, et collecta repetitaque in eius Diſſertaz. iſt. Voſſiane, vbi tom. II. a pag. 190. de hoc Alamanno Renutio, et pag. 210 ſqq. de eius verſione epiſtolarum graecar. agit. *Harl.*

5) Innuit et VIII. 20. plures ſe euoluiſſe, quam Hadrianus imperator Antii in bibliotheca repoſuit, et

philoſophos epiſtolarem characterem optime tractatum ab Apollonio et Dione. Paſſim epiſtolas Apollonii laudat et ex iis nonnulla producit in florilegio Stobaeus. Epiſtola ad Iarcham occurrit apud Philoſtratum III. 15. Epiſtolae octogeſimae tertiae, quae eſt ad Titum imp. miror ex eodem Philoſtrato non adiunctam eſſe Titi reſponſionem, quae his verbis abſoluitur: *Et meo et patris nomine tibi gratias habeo, et officiorum tuorum memor ero. Ego enim Hieroſolymam, tu autem me cepiſti.* Epiſtolam Apollonii ad Brachmanas memorat et Porphyrius apud Stobaeum in fragmento de ſtyge; epiſtolas mutuas Apollonii et Muſonii, quae in editis 42 — 47. et apud Philoſtratum II. 46. Suidas in Μουσώνιος, epiſtolas ad Baſſum Corinthium, in editis 36 ſqq. in Βάσσος, ad Scopelianum, in editis 19 — 21. in Σκοπελιανός. Suidas in Σοφοκλῆς a Philoſtrato notat Euphratem philoſophum ψευδῆ γράμματα aduerſus Apollonium compoſuiſſe. Latina verſio primae epiſtolae in editione Geneuenſi Cuiacio adſcripta incipit his verbis: *Ego quidem philoſophis amicus ſum, ſophiſtis vero* etc. Alia verſio *P. Nannii* exſtat in farragine epiſtolarum laconicarum Gilberti Cognati p. 404 ſq. et Buchleri theſauro p. 584 ſq. Alia *Eilhardi Lubini*, cum qua excuſae Apollonii epiſtolae graece et lat. apud Commelinum an. 1601. 8. Supra quoque memoraui editionem graecam H. Stephani, 1571. 8. graecolatinam cum verſione, parum quidem elegante. *Bartholomaei Iuſtinopolitani*, an. 1502. 4. Epiſtolam LVIII. ad Valerium, Virum Conſularem, de contemtu latine vertit et ſeparatim edidit *Io. Alexander Braſſicanus*, 4. miſitque ad Marcum, vicedominum, qui filii mortem lugeret. Incipit: *Nulla plane nullius rei mors eſt. Fabric.* Epiſtolas illas edidit quoque cum verſione *Eilhardi Lubini* latina, ita tamen emendata, vt noua in plerisque videri poſſit, et notis illuſtrauit *Godofr. Olearius* inter *Philoſtratorum Opera*, Lipſiae, 1709. fol. a pag. 375 — 410. et in praefatione de iis copioſius diſſeruit. De *Apollonio Tyanenſi*, Cappadoce, infra libr. IV. cap. 34. §. XV. vberius diſſeremus. *Harl.*

Iuliani Epp. XII. 9) IVLIANI imp. epiſtolae XLVIII. Latina verſio incipit: *Ego te iamdudum Nilum tenere putabam, ſanguineque mihi* etc. Alia eſt *Petri Martinii*, Nauarri, cum eiusdem Miſopogone vulgata, Pariſ. apud Wechel. an. 1565. 8. et 1583. 8. in qua Iuliani opuſculorum editione graecolatina praeter iam dictas XLVIII. aliae Iuliani quatuor epiſtolae, graece primum editae, accedunt. Epiſtolam ad Alexandrinos, ſed poſtrema parte mutilam, cum altera, ad Dionyſium, capite trunca, et cum priore perperam confuſam, primus in lucem protulit vertitque *Nicolaus Rigaltius*, adiunctam funeri paraſitico. Pariſ. 1601. et a *Dionyſio Petauio* (*) deinde in ſua Iuliani editione graecolatina, Pariſ. 1630. 4. rectius in binas epiſtolas (numero LVIII. LIX.) diuiſam. Addidit et duas alias Iuliani epiſtolas Petauius, a Patricio Iunio ad ſe miſſas (LX. et LXI.) Denique inter opera Iuliani, Lipſ. an. 1696. fol. ab illuſtri *Ez. Spanhemio* poſt Petauium ad MSS. codices recenſita ac ſuppleta, leguntur epiſtolae Iuliani LXIII. et vna ſub nomine *Galli* Caeſaris f) ad Iulianum fratrem, adiuncta Martinii

et plurimas ſe collegiſſe refert VII. 25. teſtatus, nullam ſe reperiſſe ionica dialecto ſcriptam; breves autem omnes, et velut ex ſcytala profectas, h. e. laconicas, vnde ſuppoſititiam Apollonius contendit fuiſſe epiſtolam ad Domitianum, (fortaſſe ab Euphrate philoſopho.) *Fabric.* conf. Olearii praefat. illis epiſtolis praemiſſam pag. 377. qui negat, Philoſtrati illam eſſe collectionem, quam hodie tenemus, et putat, eam ex Italiae codicibus, ex illo, bibliothecae Hadriani apud Antiates exemplari, deſcriptis, eſſe deriuatas. *Harl.*

f) Hanc Hoeſchelius graece ediderat, poſt e biblioth. Vaticana deſcriptam, latine vertit *Nic.* [illegible]

Martinii et in poſtremis Rigaltii, Petauii atque eiusdem Spanhemii verſione. [*] Quatuor Iuliani epiſtolas in lucem protulit *Lud. Anton. Muratorius* in anecdotis graecis, Patau. 1709. 4. pag. 326. cum ſua verſione et notis. Ex his prima eſt illa ad Alexandrinos integra, quam mutilam a Rigaltio editam dixi. Quarta eſt ad Arſacium, Armenianum ſatrapen, cuius epiſtolae mentionem fecit Sozomenus lib. VI. cap. 1. Praeter ea in eodem volumine Muratorius e cod. MS. Ambroſianae bibliothecae primus edidit, et verſione ſua notisque illuſtrauit XLV. epiſtolas familiares plerasque, at non inamoenas lectu Firmi, Caeſareae epiſcopi, qui an. Chriſt. 431. inter primos ſynodi Epheſinae contra Neſtorium ſubſcripſit, et an. Chriſt. 439. defunctus ſucceſſorem habuit Thalaſſium, teſte Socrate VII. vlt. — E verſione lat. Venetiis, 1525. 4. vid. Giornale d'Italia tom. XXIV. pag. 278. 281. *Fabric.* Reliqua, quae de epiſtolis Iuliani a Fabricio ſcripta hic ſunt, et addi debent, dabo ad lib. V. cap. 8. §. 14. vbi de Iuliano diſputatur. Partem vero hic ideo retinui, quoniam Fabricius ea, quae olim ſcripſerat, in exemplo ſuo manu ſua correxerat et auxerat: ego vero veritus ſum, ne illa interea temporis perirent aut memoria mea exciderent. Id addam: *Iuliani epiſtolam ad Photium* exſtare apud *Facundum Hermianenſem*, in Operibus *Sirmondi*, Pariſ. 1696. fol. *Harl.*

Ratio ſcribendarum ep. — ad Heraclidam. XIII. 10) ἘΠΙΣΤΟΛΙΚΟἸ ΤΥ̓ΠΟΙ ſiue *ratio, formulaeque ſcribendarum epiſtolarum varii generis, ad Heraclidam.* Latina verſio incipit: *Cum viderem, Heraclida, de ſtylorum epiſtolarium* etc. Hic libellus, qui ſine nomine auctoris in Aldina graeca epiſtolarum collectione, et graecolatina Geneuenſi exſtat, ab aliis tribuitur *Libanio*, ab aliis *Theoni* Alexandrino. Graece cum erotemat. grammaticis Emman. Chryſolorae. Ferrar. 1509. 8. — *Libanii* libellus incipit: ὁ μὲν ἐπιςαλλικὸς [ſic in cod. Florent. Bandini Catalog. tom. II. pag. 604. nr. 5. at in alio cod. ibidem pag. 387. nr. 1. ὁ μὲν ἐπιςολιμαῖος χαρακτὴρ· adde cod. qui epiſtolas diuerſorum continet, ibid. pag. 492. nr. 23.] χαρακτὴρ ποικίλος τε etc. alter anonymi: τῶν ἐπιςολικῶν τύπων, ὦ Ἡρακλείδη etc. Eſt mihi ad manus liber editus: *Methodus conſcribendarum epiſtolarum cum exemplis, gr. lat. per Io. Sambucum. Accedunt aliorum libelli de ſcrib. epiſtolis.* Baſil. 1552. 8. apud Oporinum: in quo *Libanii* περὶ τȣ̃ ἐπιςαλλικȣ̃ χαρακτῆρος, latine ex verſione Sambuci, pag. 1. deinde ex Hartungii editione an. 1548. gr. et lat. pag. 48. cum interpretatione Caſp. Stiblini et Chriſtophori Calſeani, ſubiunctis pag. 74 ſqq. recentibus epiſtolarum exemplis, gr. lat. XXXVII. Similiter ἐπιςολικοὶ τύποι *Anonymi*, latine, Sambuco interprete, pag. 30. et graece pag. 132. ac de conſcribendis epiſtolis Viues pag. 144. Erasmus pag. 226. Conrad. Celtes pag. 245. Chriſtophorus Hagendorfinus pag. 261 ſqq. [Anonymi libellus, qui incipit: Τῶν ἐπιςολικῶν τύπων, ὦ Ἡρακλείδη, ἐχόντων θεωρίαν etc. in cod. Mediceo XVI. nr. V. in Catalogo Bandini II. pag. 606. adſignatur *Demetrio Phalereo*: Δημητρίȣ Φαληρέως τύποι ἐπιςολικοί. Nullus horum, nec Demetrius, nec Libanius, nec Theon illius libelli verus auctor fuiſſe videtur. In codice quondam Heidelbergenſi nr. 356. qui variorum epiſtolas gr. continet, in Sylburgi Catalogo pag. 105. inter alia reperiuntur, *Pſelli* epiſtolae XXXIII. *epiſtolae ſtili exercendi cauſſa ſcriptae;* et Sylburg. adſcripſit: *forte a Pſello*: nec hoc, a vicinitate forſan ductum, argumentum mihi quidem eſſe firmum videtur. *Harl.*] Similem libellum

Alemannus. Petauio autem conficta videtur ab otioſo quodam graeculo, quia tradit ἐκ προγόνων Iulianum accepiſſe, vt eſſet Chriſtianus. Confer Petauii epiſt. 25. libri II.

libellum inſcriptum: *Characteres epiſtolici*, ſub auctoris *Libanii* nomine ex verſione latina *Wolfgangi Anemoecii* praemiſſum video farragini epiſtolarum Laconicarum a Gilberto Cognato collectae editaeque ap. Ioh. Oporinum Baſil. 1554. 12. Eumdem ſub eodem *Libanii* nomine graece cum Excerptis e Demetrio de elocutione et verſione *Caſp. Stiblini* et *Chriſtophori Caſſeani* praemittit editio Commeliniana graecolatina epiſtolarum Phalaridis et Bruti an. 1597. Incipit: *Ratio conſcribendi epiſtolas varia eſt.* Et Libanii ille et alter ſine nomine auctoris libellus iunctim excuſus eſt graece typis regiis apud Guil. Morel. Paris. 1558. et in officina Fed. Morelli an. 1577. 4. Graece et latine Baſil. 1548. 8. In MSS. quibusdam, vt Vindobonenſi, Oxonienſi, Barocciano, et tribus regis chriſtianiſſimi memoratis Labbeo p. 109. bibl. nouae MSS. [et in cod. Mediceo-Laur. apud Bandin. vol. II. Catalogi, cod. VII. nr. 36. p. 264.] hoc ſcriptum non ad Libanium, ſed ad *Proclum* refertur, vt in elencho ſcriptorum eius nr. XV. obſeruaui; Lambecius vero lib. III. commentar. de bibl. Vindob. p. 150. quum retuliſſet, eumdem libellum MStum exſtare in theſauro librario auguſtiſſimi imp. addit, integram illam conſcribendarum epiſtolarum methodum variis exemplis illuſtratam, ex qua haec epitome excerpta eſt, editam eſſe latine tantum et absque nomine auctoris a *Iohanne Sambuco* Tirnauienſi, typis Ioh. Oporini an. 1568. 8. in praefatione autem Sambucum teſtari, quod auctor ſibi videatur *Libanius*. Libanio quoque tribuit Poſſeuinus lib. 18. bibl. ſelect. De epiſtolarum charactere videndus etiam *Iſidorus Peluſiota* lib. V. epiſt. 133. *Philoſtratus* epiſt. I. Photius epiſt. 207. et *Gregorius Nazianzenus* epiſt. 2. ad Nicobulum, quam cum verſione ſua dat etiam Aldus Manutius Pauli F. in quaeſitis per epiſtolam tom. IV. facis artium Gruterianae p. 231 ſq. vbi plura huius argumenti ex Demetrio περὶ ἑρμηνείας, et aliis rhetoribus collecta poſſunt videri. *Fabric.* In Lambecii Comm. de bibl. Caeſ. tom. V. p. 544. in cod. 296. nr. 5. eſt fragmentum: Φιλοστράτου λημνίου. Τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου. *Harl.*

Syneſii Epp. XIV. 11) SYNESII Cyrenaei, philoſophi, et Ptolemaidis epiſcopi epiſtolae CLV. Latina verſio incipit p. 169. *Liberos ego genui orationes etc.* [*] [Reliqua v. lib. V. cap. 22. nr. 7.]

Demoſthenis Epp. XV. 12) DEMOSTHENIS oratoris epiſtolae VI. in exſilio non diu ante mortem ſcriptae, ex quibus quatuor *) primores et poſtrema ſcriptae ſunt ſenatui populoque Athonienſium, quinta Heracleodoro. Latina verſio adiuncta eſt *Hieron. Wolfii*, a quo Demoſthenis opera latine translata et notis illuſtrata, epiſtolas vero poſt orationem XVIII. ſubiectas eſſe conſtat. Vertit etiam Demoſthenis epiſtolas *Petrus Nannius* Alcmarianus. Et graece *Aeſchinis Demoſthenisque* epiſtolae ſeparatim editae ſunt Pariſiis in quarto. Cicero in oratore cap. IV. ait, ex Demoſthenis epiſtolis intelligi poſſe, quam frequens fuerit Platonis auditor. *Fabric.* Adde infra II. cap. 36. *Harl.*

Platonis Epp. XVI. 13) PLATONIS philoſophi epiſtolae XIII. quas *Demetrius* libro de elocutione §. 237. 243. *Plutarchus* de vitioſo pudore p. 533. *Lucianus* de lapſu inter ſalutandum tom. I. p. 497. *Origenes* libris contra Celſum, *Euſebius* in praeparat. et *Iulianus* imp. lectas ſibi teſtantur, et agnoſcit inter γνήσια Platonis ſcripta *Thraſyllus* apud Laertium III. 61.

*) Secunda ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου et tertia ὑπὲρ τῶν Λυκούργου παίδων citatur ab *Hermogene* lib. II περὶ ἰδεῶν cap. 8.

III. 61. et *Ariſtophanes* [?] grammaticus ibid. 62. vt *Suidam*, (qui etiam *Dionis* principis Syracuſani ad Platonem epiſtolas memorat) *Photium* epiſt. 207. et alios iuniores omittam. [Locum ex Platonis ep. ad Archytam citat vertitque *Cicero* lib. II. de finib. cap. 14. et de officiis I. cap. 7. §. 5. *Harl.*] Vide et Lambecium tom. VII. commentar. de bibl. Vindob. nr. 10. Latina verſio adiuncta eſt *Marſilii Ficini*, praeter quem epiſtolas Platonis latine vertit et argumentis illuſtrauit *Petrus Ramus* Veromanduus Baſil. 1580. 4. ad calcem praelectionum ſuarum in Ciceronis et nonnulla Quintiliani. Tum *Iohannes Serranus* in ſua Platonis editione. [Phileutherus Lipſienſis, h. e. *Bentlei*, in Remarks vpon a late diſcourſe of free-Thinking, part. II. Londini 1713. 8. (cuius libri longa cenſura legitur in Actis Eruditor. Lipſienſ. menſ. Ian. 1715. p. 5 ſqq.) contra Tolandum, ſiue, vt alii dicunt, Collierium p. 38 ſqq. et Cudworth. Syſtem. Intell. p. 403. probare ſuſtinuit, epiſtolam Platonis ad Dionyſium, quae eſt decima tertia in ordine, quamque anonymus cum Cudworthio a Chriſtianis ipſi ſuppoſitam ſcripſerat, tam genuinam, quam reliquas, et magna rerum ac perſonarum varietate tam auctori, quam tempori conueniente plenam eſſe. Reliqua vide infra vol. II. lib. III. cap. 1. §. 36. *Harl.*]

Ariſtotelis Epp. XVII. 14) ARISTOTELIS philoſophi epiſtolae VI. tres ad Philippum, ad Alexandrum duae, et vna ad Theophraſtum: his additae vna *Philippi* regis ad Olympiadem, alteraque ad Ariſtotelem, nec non ad Ariſtotelem altera *Alexandri* [v]), quae cum Ariſtotelis reſponſione occurrit etiam ex Andronici libro apud Gellium lib. XX. cap. 5. Plutarchum in Alexandri vita p. 668. et Themiſtium praef. ad phyſica Ariſtotelis. Latina verſio epiſtolarum Ariſtotelis incipit: *Qui imperia ad ſubditorum beneficium atque utilitatem referunt.* Quinque ex his epiſtolis cum verſione ſua refert *Franciſcus Patricius* diſcuſſ. Peripatet. lib. VII. p. 99. [?] [graece etiam Epiſtolis Aeſchinis ſubiunxit *Io. Caſelius* Roſtoch. 1578. 8. *Heumannus* orae exempli ſui adſcripſit: „De epiſtolis Alexandri M. conf. *Caſaubon.* animaduerſſ. in Athenaeum lib. XIV. cap. 22. p. 938. *Ionſius* lib. I. cap. 13. p. 81. de Ariſtotelis epiſtolis differens, extat, ait, Alexandri M. ad Ariſtotelem de mirabilibus Indiae, et altera ad Dindymum regem Brachmannorum MSta, Oxoniae in bibl. colleg. corporis Chriſti. Ibidem quoque in bibl. collegii aeneonaſenſis poſterior illarum, nimirum ad Dindymum de rebus ad philoſophiam pertinentibus adſeruatur. *Sed fidem iſtis epiſtolis habeas caue.* — Epiſtolam quamdam Ariſtotelis e Rabbino quodam recitat *Carpzouius* in Notis ad Schikardi ius regium, p. 220." Reliqua de epiſtolis Ariſtotelis et Alexandri dicenda reſeruo lib. III. cap. 6. nr. 35. *Harl.*]

Hippocratis Epp. XVIII. 15) HIPPOCRATIS Coi, medici, et aliorum epiſtolae XIV. quarum 1) Artaxerxis ad Paetum, 2) Paeti ad Artaxerxem, 3) Artaxerxis ad Hyſtanem. 4) Hyſtanis ad Hippocratem, 5—12) Hippocratis [?] ad Hyſtanem, ad Abderitas, ad Philopoemenem, ad Dionyſium, ad Damagetum [w]), iterum ad Philopoemenem, ad Craterum et ad Damagetum, 13) Democriti ad Hippocratem, 14) Hippocratis ad Democritum. Latina verſio adiuncta eſt *Anutii Foëſii*, qui Hippocratis ſcripta latine vertit poſt *Ianum Cornarium*,

v) V. *Andr. Schottum* in vitis comparatis Ariſtotelis et Demoſthenis p. 89.

w) Huius epiſtolae ad Damagetum interpretationem et paraphraſin edidit Alardus Amſtelodamus. Saligniaci an. 1530. 8. *Fabric.* 1539. citante Bailio, Diction. v. *Xenophanes O.*

narium, cuius verſio ſeruatur tum in aliis tum in editione graecolatina Lindeniana. Ceterum in Foeſiana edit. ſect. vlt. in Pariſienſi Renati Charterii tom. I. in Lindeniana et editionibus plerisque Hippocratis, praeter illas quatuordecim epiſtolas (quas ſolas etiam *Eilhardus Lubinus* graece et latine cum noua verſione ſua recudendas dedit apud Commelin. 1601. 8. gallice poſt Claudium Tardi, qui totum Hippocratem vertit, et Colberto inſcripſit, Paris 1667.) aliae ſex occurrunt: 15) Hippocratis ad Demetrium regem, 16) Hyſtanis ad Artaxerxem, 17) Artaxerxis ad Coos, 18) Coorum reſponſio, 19) Abderitarum ad Hippocratem, et 20) Hippocratis ad Theſſalum filium. Has viginti epiſtolas latine ex Cornarii verſione *Christianus Thomaſius* recudendas dedit in Hiſtoria ſapientiae et ſtultitiae tom. II. p. 8. ſqq. obſeruationibusque moralibus illuſtrauit ſub titulo: *Democritus et Hippocrates philoſophi morales*, Halae Sax. 1693. 8. [ſed quae ſunt exigui momenti, multumque adfectationis habent. *Heum.* alius recens ſcriptor ſeparatim, Par. 1730. 12. v. Iournal des Sav. 1730. Oct. p. 192. Sunt quoque *Hippocratis epp.* de Democrito et ad illum latinae factae in *Stanleii* Hiſtor. Philoſoph. part. X. cap. 6. p. 21 ſqq. tom. III. Venet. 1731. 4. Nec Stanleius nec Thomaſius dubitarunt, illas eſſe genuinas. *Harl.*] Extant etiam latine apud Io. Petr. Lotichium comment. ad Petron. lib. I. cap. 19. Atque ex verſione *Reinutii* [x]) *Florentini* eaedem XX. epiſtolae leguntur in farragine epiſtolarum Laconicarum Gilberti Cognati Baſil. 1554. 12. Binas Democriti ad Hippocratem cum Hippocratis epiſtola ad Democritum et altera ad Damagetum, graece in poeſi ſua philoſophica p. 181 ſq. recudit H. Stephanus. Epiſtolas haſce memorat Suidas, itemque Soranus [aut is, qui Sorani nomen mentitus eſt,] in Hippocratis vita. Ceterum ſuſpectae ſunt viris [y]) eruditis, ex quibus Ioſephus Scaliger epiſtola CCCVI. ad Euerhardum Vorſtium: *De epiſtolis Hippocratis quod ex me quaeris, antiquas eas eſſe ſcio, vt Democriti, Solonis, Pittaci Mitylenaei, quae apud Laertium leguntur. Sed quia omnes illas quas illis philoſophis a Laertio attribuuntur multis argumentis confictas a Graecis quibus nunquam neque otium nec voluntas aut facultas defuit probare poſſum, ideo cur et de his Hippocratis dubitem nulla alia cauſa eſt. Et certe ſi animi neruos intendere velim, facile non eſſe Hippocratis vincam* [z]). *Vnicuique iudicium ſuum relinquimus, tutius tamen eſt de eo dubitare, quod ſatis non eſt confutatum, quam* [P] *aſſerere.* *Hieronymi Mercurialis* iudicium legitur in noua bibliotheca Halenſi, Germanice edita, XXIX. p. 816 etc. tom. III. [Has epiſtolas eſſe ſuppoſititias ſuſpicatur *Conringius* lib. I. de Medicina Hermetica cap. 9 p. 87. et nemo negabit, qui guſtum habet. Adeo declamatorie et ſcholaſtice ſcriptae ſunt! adeo affectata in iis ineſt et ieiuna philoſophia! Graeculus rhetor fuit illarum architectus. Copioſius id oſtendi in *Fabula de Hippocrate, Democriti inſaniae medicinam adhibere iuſſo, ex hiſtoria veterum philoſophorum eliminanda*, in Actis Erudit. Lipſienſ. menſe Octobri 1713. p. 458. Epiſtolarum Hippocratis de Democriti inſania verſio gallica

x) Vide de hoc ad §. 1. et 10. Zeni Differt. Voſſian. tom. II. p. 210 ſqq. *Harl.*

y) Ita iam olim Demetrius Magnes libro de ſcriptoribus homonymis apud Laertium lib. I. ſect. 112. confictam arguit epiſtolam ſub *Epimenidis* nomine ad Solonem. Idem de epiſtola *Pherecydis* ad Thaletem iudicat Salmaſius p. 842 ſq. ad Solin. edit. Pariſ. De epiſtolis *Thaletis* Menagius ad Laert. lib. I. ſect. 42. [Olearius ad Stanleium p. 26.] Petauius in paralipomenis libror. de doctrina temporum p. 558. Huetius p. 77. demonſtrationis euangelicae. Ita *Telaugis* epiſtola ad Philolaum memorata Laertio VIII. 53. et 74. tamquam ſuppoſita parumque exploratae fidei reiicitur apud eumdem VIII. 55.

z) V. Caſauboni lib. de enthuſiaſmo cap. III. p. 34. *Heum.*

lica prodiit Pariſ. 1733. ſed minus docta. Recenſetur in Iournal des Sçav. tom. XCII. p. 192 ſqq. *Heumann.* Eſt praeter ea in cod. Vindobon. (155, nr. 7. inter theologg. in Lambecii Catal. lib. quarto) Hippocratis epiſtola ſuppoſititia ad Ptolemaeum regem Aegypti de conſtitutione et natura hominis. Adde epp. Hippocr. in codice Matritenſi ab *Iriarte* in Catalogo p. 75 ſqq. recenſitas. *Harl.*] Longe minus pro genuinis habendae ſunt epiſtolae duae quae Hippocratis nomine ad Antiochum et Maecenatem leguntur latine ante librum Marcelli Empirici de medicamentis et inter opera Hippocratis tom. I. edit. Lindenianae p. 646 ſq. Et altera quidem ad Maecenatem rectius in editionibus quibusdam vt Norimb. 1588. tribuitur *Antonio Muſae.* Confer Labbaeum bibl. nou. MSS. p. 215.

Heracliti Epp. XIX. 16) HERACLITI philoſophi epiſtolae VI. [aa]) cum binis Darii, vna ad Heraclitum, altera ad Epheſios. Latina verſio incipit: *Emiſiſti ſcriptum ſermonem de natura.* Graece exſtant etiam in poeſi philoſophica H. Stephani p. 142 ſq. Graece et latine edidit *Eilhardus Lubinus* cum latina ſua verſione (diuerſa ab illa, quae in Geneuenſi editione graecolatina exſtat) ap. Commelin. 1601. 8. Epiſtola Darii, qua Heraclitum rogat ad ſe venire, cum Heracliti id facere abnuentis reſponſione legitur etiam apud Laertium lib. IX. ſect. 13 ſq. contemtamque regis Perſarum inuitationem a philoſopho ſcribit Clemens Alex. I. Strom. p. 302. Verba epiſtolae Heraclito tributae haec ſunt: ἐγὼ δὲ ἀμνηςίην ἔχων πάσης πονηρίης, καὶ κόρον φεύγων παντὸς οἰκειεύμενον φθόνῳ διὰ τὴν ὑπερηφανίην, οὐκ ἂν ἀφικοίμην ἐς Περσικὴν χώρην, ὀλίγοις ἀρκεόμενος κατ' ἐμὴν γνώμην.

Diogenis Epp. XX. 17) DIOGENIS cynici philoſophi epiſtolae XXVII. Latina verſio incipit: *Vos me exilio damnaſtis, ego vos domo,* neque diuerſa eſt ab ea, quam *Franciſcus Aretinus* edidit, dicauitque Pio IV. pontifici. Non integram tamen exhibent Geneuenſes Aretini tranſlationem. In illa quippe, qualis exſtat in farragine epiſtolarum Laconicarum *Gilb. Cognati*, et *Ioh. Buchleri* theſauro, et alius ordo eſt, et numerus epiſtolarum longe maior, ſurgit enim ad *XLVII. Eilhardus* quoque *Lubinus* Diogenis epiſtolas graece et latine recudendas dedit, nouaque verſione donauit ap. Commelin. an. 1601. 8. Sed ab eo poſt XXVII. illas tantum duae adduntur, vna ad Cratetem, altera ad Dionyſium. *Diogenis* epiſtolas laudat *Laertius* in eius vita lib. VI. ſect. 23. *Fabric.* In cod. Matritenſi XIX, ſunt *quinquaginta Diogenis epiſtolae graecae*, quarum *viginti* deſiderantur in Aldina collectione, et magnam illarum partem needum fuiſſe graece publicatam, ſuſpicatur *Iriarte*, qui ſingulas recenſet, in catalogo MSS. regiae bibl. Matrit. p. 80. De editionibus et verſionibus illarum iam ſupra egimus; quibus adde edit. vetuſtam:

aa) *Septem* epiſtolae *Heracliti* numerantur in cod. Matritenſi apud Iriarte in Catalogo MSStor. p. 76. nr. 125. Ea, quam Iriarte putat ineditam, eſt ad *Hermodorum* ſcripta et incipit: Ἄχρι τίνος Ἑρμόδωρε κακοὶ ἔσονται ἄνθρωποι etc. Nouerat tamen illam et latine dederat *Politianus* obſſ. et emendatt. cap. LI. forſan ex codice illo. *Hemſterhuſ.* vero ad Luciani Timon. cap. 22. p. 135. tom. I. Reitzii, qui verba quaedam ex illa Politiani verſione repetiit, profeſſus eſt, ſe neſcire, vnde Politianus litteras illas Heracliti habuerit erutas. — Fabricius autem exemplaris ſui margini haec adſcripſerat: „Paullum Heracliti epiſtolas legiſſe diligenter, opinantur *Scultetus* orat. de philologiae et theologiae coniunctione, deliciis euangelicis praemiſſa, et obſeruatt. in II. Ep. ad Timoth. cap. I. 6. ac *Georg. Bulus* tom. I. ſermon. anglice editorum p. 406.“ *Harl.*

Diogenis Philoſ. Epiſtolae a Franc. Aretino e graeco in latinum traductae. In calce: *Hoc opus exiguum diligens ſculpſit Fried. Nurenberge Creuſner,* absque anno, fol.

In biblioth. Marchionis S. Philippe p. 248. nr. 3095. cl. *Panzers* aelteſte Buchdrucker Geſchichte Nurnbergs, p. 176. — Gallice vertit *Ludou. Puteanus*, Pictau. 1549.

Heumannus exemplaris ſui margini haec adſcripta reliquit: „Illa epiſtola, quam citat I. m. Laertius, exſtat in edit. Geneu. p. 342. ſed tam male conuerſa, vt peius non poſſit. Omnes epp. mihi videntur ſuppoſititiae. Idem ſentit *Sorellus* bibl. gallic. cap. 7. p. 93. Inter Theophylacti Simocattae epiſtolas etiam quatuor leguntur, quibus praefixum eſt nomen *Diogenis.*" *Harl.*

Cratetis Epp. XXI. 18) CRATETIS, philoſophi itidem cynici, epiſtolae XIV. quarum vna eſt ad neſcio quem Origenem. Latina verſio incipit: *Redi ſumma cum celeritate.* Alia verſio eſt *Eilhardi Lubini*, cum qua hae Cratetis epiſtolae, alio ordine diſpoſitae, epiſtolis hactenus memoratis Hippocratis, Heracliti ac Diogenis ſubiectae exhibentur an. 1601. ap. Commelin. 8. *Laertius* in Hipparchiae vita lib. VI. ſect. 98. φέρεται δὲ τοῦ Κράτητος βιβλίον Ἐπιστολαί, ad quem locum Menagius p. 266: *Exſtant hodie Cratetis epiſtolae quaedam, ſed ſuppoſititiae.* Eodem loco putat verba [*] Laertii legenda eſſe ſic: φέρεται δὲ πρὸς τὸν Κράτητα βιβλίον Ἐπιστολαί. Sed non neceſſarium duxerim contra codicum fidem haec ita mutare, quia *Cratetis* epiſtolis epiſtolas Hipparchiae adiunctas Laertius intellexit, qui et alias et longe plures, quam hodie exſtant Cratetis epiſtolas euoluiſſe videtur. Pariſiis circa A. C. 1470. excuſſum volumen in 4. latine, hoc titulo: *Epiſtolae Cynicae*, h. e. Phalaridis epiſtolae a Franciſco Aretino, M. Bruti cum Mithridatis ad eas reſcripto a Raimitio, Cratetis cynici ab Athanaſio CPolitano Archienſi Abbate in latinum translatae. Memorat A. Cheuillierius de origine typographiae Pariſ. p. 36. qui p. 51. refellit Mentelium ſuſpicatum, hoc volumen excuſum fuiſſe Argentorati. Habeo et rhetoricam Magiſtri Pontii excuſam 1486. 4. cui fol. G. 74. b. *epiſtolae Cratetis* ab Athanaſio Conſtantinop. Archienſi Abbate verſae et Carolo, principi Arragonum primogenito inſcriptae poſt Bruti epiſtolas ex Rainutii verſione inſertae leguntur. Incipit: *Fugite non ſolum fines malorum* etc.

Anacharſidis Epp. XXII. 19) ANACHARSIDIS Scythae, philoſophi, qui Solonis temporibus vixit et [ſecundum *Larcher* in Chronol. Herodot. verſ. gallic. tom. VI. p. 564. a. per. Iul. 4122. ante C. N. 592. Olymp. 47, 1. a. V. C. 162.] Athenas acceſſit, epiſtolae IX. Latina verſio incipit: *Ridetis meam vocem quia non plane atque exquiſite etc.* Cum alia verſione prodierunt ſeparatim Pariſ. 1581. 4. ex typographia Steph. Praeuoſtaei, heredis Guil. Morelli in graecis typographi regii, in clauſo Brunello. Cum alia denique verſione a ſe elaborata *Anacharſidis* epiſtolas graece et latine edidit *Eilhardus Lubinus* ap. Commelin. 1601. 8. Quintam ad Hannonem latine refert Cicero 5. Tuſc. Quaeſt. [cap. 32. vbi v. Dauiſ. et Valcken. ad Xenoph. M. S. I. 3. 5. p. 240 edit. Erneſti et Ruhnken. ibid. p. 222 ſq.] Nona ad Croeſum ſcripta eſt, ſed aliam Anacharſidis ad Croeſum epiſtolam leges apud Laertium in Anacharſidis vita lib. I. ſect. 105.

Euripidis Epp. XXIII. 20) EVRIPIDIS tragici epiſtolae V. Latina verſio incipit: *Argentum iterum ad te remiſimus.* [Reliqua vide infra lib. II. cap. 18. nr. IV.]

XXIV.

Theanus Epp. XXIV. 21) THEANVS, (quae Pythagorae ſiue vxor[bb]) ſiue diſcipula fuit,) epiſtolae tres, vna ad Eubulen de liberis educandis, altera ad Nicoſtratam zelotypam, et tertia ad Calliſtonem de familia recte gubernanda: Adiuncta eſt MELISSAE vna ad Claretam, et MYIAE ad Phyllidem, de nutrice deligenda. Latina verſio incipit: *audio te delicatam et luxurioſam etc.* Cum eadem translatione in opuſculis mythologicis phyſicis et ethicis edidit *Thomas Galeus* p. 740 ſq. Amſt. 1688. 8. Cum alia verſione ſua ad calcem Iamblichi de vita Pythagorae vulgauit *Ioh. Arcerius Theodoretus*, Franekerae 1598. 4. profeſſus ſe primum illas latine vertiſſe. Graece ediderat H. Stephanus ad calcem Laertii ſui inter fragmenta Pythagoraeorum. Exſtant et graece ac latine cum noua verſione *Eilhardi Lubini* ap. Commelinum an. 1601. 8. Epiſtolam *Theanûs* ad Nicoſtratam ex *Ioh. Brechaei* verſione leges apud Andream Tiraquellum p. 395. de legibus connubialibus edit. Baſil. 1561. fol. *Theanus* ad Eubulem et Myiae ad Phillidem epp. anglice in Io. Tolandi Poſtumis tom. II. p. 15 ſqq. cum *Theanus* ep. ad Nicoſtratam p. 24. et Meliſſae ad Clearatam, Londini. 1726. 8. Alia quatuor epiſtolia ſub eiusdem *Theanûs* nomine ex codice Vaticano vulgauit Lucas Holſtenius in notis ad vitam Pythagorae a Porphyrio ſcriptam p. 78 ſq. [p. 21 ſq. edit. Küſter.] In illarum poſtrema memoratur Parmenides Platonis, vnde ſuppoſititias eſſe[cc]) non eſt dubitandum. [Epiſtol. VII. gr. et lat. cum reliquis eiusdem fragmentis dictisque in: *Mulierum graecarum, quae oratione proſa vſae ſunt, Fragmentis et elogiis - curante I. Chſti. Wolfio.* pag. 224 — 249. *Harl.*]

Alciphronis Epp. XXV. 22) ALCIPHRONIS Sophiſtae epiſtolae ἁλιευτικαὶ καὶ ἑταιρικαὶ ſiue piſcatoriae et amatoriae XLIV. ſub variorum ad varios nominibus ſcriptae. Latina verſio incipit: *Opportune nobis hodierno die etc.* Sunt in his etiam nonnullae argumenti *paraſitici*, vt epiſtola V. XV. ſq. XX. XXI. XXII. etc. Octo epiſtolas Alciphronis *paraſiticas* MSS. habuit *Petrus Lambecius*, ex quibus vnam vulgauit in Prodromo Gelliano p. 78 ſq. (in Gellio Iac. Gronouii p. 215.) Idem lib. VI. Commentar. de bibl. Vindob. p. 259. teſtatur in caeſarea illa bibliotheca exſtare XXXVIII. epiſtolas eiusdem Alciphronis ἀγροικικὰς ſiue *ruſticas*. [Ex Alciphronis epp. ineditis loca adfert et corrigit *Adr. Heringa* in Obſeruatt. critic. libro cap. 31. p. 280. 284. et Valcken. ad Ammon. p. 135. 179.] Loca quaedam Alciphronis illuſtrat Caſpar Barthius lib. III. aduerſar. cap. 17. vbi vocat ſcriptorem venuſtum et acutum, ſed attiaiſmi nimium adfectatorem, inſuauioremque et cui interprete erudito opus ſit. Ἀττικιστὴν appellat Euſtathius. Inter codd. MSStos Andreae Schotti Sweertius memorat *Alciphronis Rhetoris Epiſtolas Halieuticas*, libris II. [Ex epiſtola Alciphronis *nondum edita* Valckenaer in

bb) Vide *Menagium* in mulierum philoſopharum hiſtoria, [ſect. 79 ſqq. p. 47 ſqq. et *I. Chſti. Wolfii* Catalogum foeminarum ſapientia —— apud Graecos, Romanos aliasque gentes olim celebrium, ſubiunctum eius Fragmentis mulierum graec. p. 446 ſqq. Num vxor fuerit Pythagorae, diſputatur a Kuhnio, Aldobrando et Menagio ad Theanus fragmenta apud Wolfium p. 238, vbi Kuhnius quoque refutat Menagium, qui Pollucem laudauit inter eos, qui Theano coniugem Pythagorae appellarunt. adde infra II. cap. 13. in Catal. mulierum Pythagoricarum v. *Theano. Harl.*

cc) Spurias eſſe illas et aliarum Pythagoricarum inde fit probabile, quia, num foeminae illius temporis commercio vſae ſint litterario, dubitari poteſt, tum, quia ad cognitionem philoſophiae pythagoricae parum faciunt, denique alia habent ſigna falſitatis v. *Brucker* Hiſt. crit. philoſ. tom. I. p. 1040. *Tiedemanni* Griechenlands erſte Philoſophen, p. 208. *Harl.*

in adnotatt. ad Euripidis Hippolytum p. 215. b. et p. 219. b. duo loca protulit. Pleniſſima tamen hucusque eſt editio, ita inſcripta:

Ἀλκίφρονος ῥήτορος ἐπιστολαί. *Alciphronis rhetoris Epiſtolae, quarum maior pars nunc primum editur. Recenſuit, emendauit, verſione ac notis illuſtrauit Stephanus Bergler.* Lipſiae 1715. 8.

Primus edidit LXXII, quas tertium librum fecit, epiſtolas e codicibus, de quibus in praefatione egit, in qua idem deſignauit, quae ſint piſcatoriae, aut paraſiticae, aut amatoriae, aut ruſticae. De hac editione v. Acta Erudit. Lipſ. a 1715. p. 218 — 222. Memoir. de Trevoux an. 1715. p. 2404. et a. 1716. p. 103. Biblioth. ancienne et moderne tom. III. p. 378. Quaedam notauit *I. Chriſtoph. Wolf.* in epiſtolis ad de la Croze, tom. II. theſauri epiſtolici Lacroziani p. 83. et 85. et la Croze tom. III. p. 151. — *Io. Henr. Maius*, fil. profeſſor quondam Gieſſenſis, inſeruit tom. XI. Hiſt. critique de la Republ. des lettres p. 141 — 151. ſpecimen emendationum ad libr. I. Alciphr. edit. Berglerianae, et nouam editionem cum ſuis et Io. Guil. Steinheilii notis promiſit p. 151. (adde Acta Erudit. Lipſ. 1718. p. 504.) At *Wolfio* in epiſtola ad la Crozium tom. II. p. 111. emendationes illae omnes ad exemplum Bentleii audacter, ſed minus feliciter inuentae, infelicius autem probatae viſae ſunt; cui iudicio ſubſcripſit *Burmannus* II. in praefatione ad Ariſtophanis comoedias cum animaduerſionibus Bergleri editas p. 5. idemque, neminem, dubitat, illis longe praepoſiturum eſſe notas, quas *Georgius Arnaldus* inſeruit Obſeruatt. miſcellan. vol. IV. tom. III. p. 445 — 453. vol. V. tom. I. pag. 55 — 63. et tom. II. p. 273 — 296. *Harl.*] Incertum eſt, ecquis ſit ille *Alciphron* epiſtolarum iam recenſitarum auctor. Nam alius, ni fallor, fuit *Alciphron*, *Maeandrius* ab Athenaeo adpellatus lib. I. p. 31. ſiue, vt a Suida [☞] adnotatum eſt, *Alciphron* philoſophus ex Magneſia prope Maeandrum, memoratus Marco Antonino lib. X. ſect. 31. Sane epiſtolae, quae exſtant, rhetorem ac ſophiſtam potius auctorem referunt, quam philoſophum. Antiquiorem tamen putem *Ariſtaeneto*, qui eum quandoque imitatur, vt notauit *Ioſias Mercerus* ad huius lib. I. epiſt. 2. quam Luciani nomine Ariſtaenetus inſcripſit ad Alciphronem. [Infra Lucianum et Ariſtaenetum collocat eum *Saxe*, V. C. quem vide, in Onomaſtico lit. vol. I. p. 384 ſq. *La Croze* in theſauro epiſtolico vol. II. p. 85. ſentit, epiſtolarum ſcriptorem pertinere ad IV. aut V. ſaeculum, idque vel vnum Cappadocem p. 216. memoratum euincere, cenſet Wolf in epiſt. ad la Croz. ibidem. Fabricius orae ſui exempli adſcripſit. „Videtur ſuppar Luciano, et Lucianum imitatur: non, quod Berglerus contendit, Luciano antiquior." At tamen Bergler ſecum pugnat. Argumentum epiſtolae 17. libri I. ex Hermotino Luciani ſumtum putat pag. 66. et p. 77. adnotat, Alciphronem non raro λουκιανίζειν. Adde ad ep. 37. lib. I. p. 168. P. autem 412. Lucianum facit Alciphronis imitatorem, ſiquidem Alciciana et Alciphron idem ex parte nomen habeant; quae quidem ſententiae diuerſitas ex praefatione ipſius intelligi poteſt, vbi confitetur, ſe notas ad priores duo libros maiore cum cura ſcriptas et diu ſepolitas, multo poſt caſtigaſſe: notas autem ad tertium librum fere ex tempore ſcripſiſſe. Praeterea in praefat. ſuſpicatur, apud Diogenem Laertium lib. II. ſegm. 114 per *rhetorem Alcinum, primas tenentem inter omnes Graeciae rhetores*, nullum alium intelligi, niſi Alciphronem rhetorem; alterius autem alicuius recentioris, ad ingenium et eloquentiam illius adſpirantis, quaedam hic admixta eſſe, vel aliqua nouata; auctorem denique epiſtolarum ex Menandro multa ſumſiſſe, p. 115. 270. et alibi obſeruat. — Fabricius inſuper margini ſui exemplaris adſcripſit haec: „*Alciphron or the minute Philoſopher*, (ita Epicureos vocat Cicero lib. I.

de

de diuinat. cap. 30,) Londini 1732. 8. 2. vol. dialog. VII. (auctore *Berkeley*, vid. Hamburg. Nachrichten 1732. p. 869.) D. *Mandevilles* Letter to Dion contra auctorem Alciphronis, vid. bibl. raiſonnée tom. VIII. p. 478. tom. IX. p. 232. 479. — Emendationes non paucas codici ſuo edit. Geneu. adſcripſit Salmaſius, cuius codex e bibl. Gudiana ad me peruenit." — His addi debet, Alciphronis loca quaedam emendata eſſe a *Io. Conrado Schwarzio*, directore quondam Gymnaſii Coburgenſis, tom. III. Monimentor. p. 114. 174 ſq. Coburg. 1728. 8. et cel. *Herelium* non ſolum Alciphronis epiſtolas e lingua gr. in germanicam venuſte eleganterque transtuliſſe Altenburgi 1767. 8. ſed etiam in Klotzii Actis litter. vol. III. part. I. nr. 11. p. 90 ſqq. et in ſingulari proluſione academica inſcripta: *Miſcellae obſeruatt. criticae.* Erford. 1768. 4. multa Alciphronis loca egregie acuteque emendaſſe, aut a labe inſcitiaque librariorum purgaſſe feliciter. *Harl.*] Laudatur *Alciphron* quidam, (noſter fortaſſis,) ab Etymologico magno in ἀσελγαίνειν. Alius *Alciphron* fuit pater Demoſthenis ducis, niſi locus apud Themiſtium eſt corruptus: idem enim, qui *Themiſtio* orat. 10. p. 138. vocatur Δημοσθένης ὁ Ἀλκί-φρονος, a *Thucydide* lib. III. p. 234. Δημοσθένης ὁ Ἀλκισθένους adpellatur, vt ad Themiſtium obſeruauit Ioh. Harduinus.

Philoſtrati Epp. XXVI. 23) PHILOSTRATI Lemnii (eiusdem, vt exiſtimo, qui Iuliae coniugis Alexandri Seueri iuſſu conſcripſit vitam Apollonii Tyanenſis) epiſtolae LXIII, e quibus decima tertia eſt ad Iuliam Auguſtam. Latina verſio incipit: *Epiſtolarem orationis ſtylum poſt veteres etc.* neque alia eſt, quam *Antonii Bonfinii*, qui has epiſtolas vna cum Heroicis et vitis Sophiſtarum, iconibusque Philoſtrati latine vertit et Matthiae Coruino Hungariae regi dicauit, vt notatum etiam Lambecio eſt lib. II. commentar. p. 995. [Reliqua vide ad libr. IV. cap. 24. et conf. Bandini Catal. MSS. Mediceor. vol. II. p. 455 ſq.]

Theophylacti Epp. XXVII. 24) THEOPHYLACTI ſcholaſtici ac ſophiſtae cognomento SIMOCATAE [dd]) patria Locrenſis, religione Chriſtiani, qui temporibus Heraclii imp. vixit, et conſcripta Mauritii imp. hiſtoria celebris eſt, epiſtolae LXXXV. ex quibus ethicae XXIX. ruſticae XXVIII. et amatoriae totidem. Latina verſio incipit: *Cicada muſica, ſimulac ver apparuit, cantandi facit initium.* [P] [Reliqua vide infra lib. V. cap. 5.]

Aeliani Epp. XXVIII. 25) Ex AELIANI ruſticis ſiue variorum Athenienſium ruſticorum nomine ſcriptis epiſtolae XX. Latina verſio incipit: *Reficienti mihi ad ſolis ſplendorem betros, accedens.* Has epiſtolas cum *Sebaſtiani Guldenbeckii* verſione inter Claudii Aeliani ſcripta edidit Conradus Gesnerus an. 1556. fol. Vide quae infra libro quarto, vbi de Aeliano.

Aeneae Epp. XXIX. 26) AENEAE Sophiſtae ſiue rhetoris Gazaei, chriſtiani, qui circa tempora perſecutionis Vandalicae, hoc eſt, extrema ſaeculi a nato Chriſto quinti claruit, ac dialogum inſignem, *Theophraſtum de immortalitate animarum et corporis reſurrectione* ſcripſit, epiſtolae XXV. Latina verſio incipit: *Si tuus eſſet liber, et amarem, penes me optimo iure eſſet.* Quare decima epiſtola ab interprete eſt praetermiſſa. Chriſtianum ſcriptorem indicat epiſtola XV. ad

dd) Hic Simocatta eſt doctus impoſtor, et veteribus ſuppoſuit epiſtolas. vide Reimannum in Vindobon. biblioth. p. 228. nr. 4. *Heumann.*

XV. ad Stephanum presbyterum. Procopius *Gazaeus* ab eo reſpicitur epiſtola XIX. ὁ ἡμῶν Προκόπιος. Etiam ad eosdem fere ſcribit, ad quos datae ſunt Procopii, de quo mox, epiſtolae, vt aequales illos fuiſſe non dubitem. Neque fides temere habenda Barthio lib. III. Aduerſar. cap. 20. qui nomina in hiſce epiſtolis conficta eſſe adfirmat. Huius, puto, *Aeneae* Elenchum τῆς παρ' Ἕλλησι λογομαχίας in bibliothecis quibusdam MStum exſtare, Gesnerus ac Simlerus referunt. Suidas [vbi v. Küſter. vol. I. p. 625.] poſt memoratum *Aeniam*, poetam veteris comoediae, ἔστι δὲ, inquit καὶ Ἄνειος σοφιστὴς ἔτινος βιβλία αἱ μετέβαλεν. Sed forte hic pro Ἄνειος legendum non Ἀνείας, vt Simlerus et alii, ſed Ἄννικος. *Aeneae* huius *ſelecta Plotini ſuper dialectica*, Academia Veneta edituram ſe pollicetur, ait Alphonſus Ciacconius in bibl. MS. A. C. 1583. *Fabric.* Aeneae, vt multorum aliorum epiſtolae quaedam reperiuntur quoque in *Ioannis Patuſae* Ἐγκυκλοπαιδεία Φιλολογικῆ, gr. Venetiis 1710. 8. vol. I. Quoniam Fabricius in hoc opere non diſſeruit fuſius de *Aenea Gazaeo*, pauca addere iuuat. Is autem, profeſſione ſophiſta, ex philoſopho Chriſtianus, floruit circa a. chr. 487. idque patet ex libro de immortalitate animi p. 81. edit. Barthii, (cuius notam conferes p. 155.) ibi enim de Vandalica tyrannide loquens, teſtatur, ſe ipſum Conſtantinopoli confeſſores africanos, quibus Hunnericus, rex Vandalorum, A. Chr. 484. exſecuerat linguas, audiiſſe loquentes. Aliud argumentum, noſtrum illis vixiſſe temporibus, *Caue* in Hiſtoria litterar. ſcriptorum eccleſiaſtic. tom. I. p. 46.. (vbi de noſtro agit,) ab eo ſumit, quod meminit *Syriani*, ſcholae Platonicae iunioris Athenis rectoris, eiusque in eadem cathedra ſucceſſoris Procli Lycii, qui Theodoſii iunioris et Leonis Thracis aetate floruerunt, (v. *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. philoſ. lib. III. cap. 18. p 96 ſq.) Aeneas vero Gazaeus praeter epiſtolas ſcripſit, (vti *Barthius* e cod. Auguſt. et aliis rationibus euicit p. 84 et 157 ſq. not.) dialogum, *Theophraſtus* dictum, qui ab *Ambroſio Camaldulenſi* e graeco conuerſus prodiit, cum *Athenagora* de reſurrectione a Marſilio Ficino, et *Xyſti* Pythagorici ſententiis, a Ruffino verſis, Baſil. apud Ioan. Frobenium 1516. 4. — Poſtea graece et latine:

Aeneae Gazaei Theophraſtus, ſiue de animorum immortalitate et corporum reſurrectione, dialogus gr. et lat. Io. Welſio interprete. Tiguri per Andr. Gesner. 1560. fol. — rec. gr. et lat. in *Bibliotheca Patrum* 1644. tom. XII. p. 617.

Aeneas Gazaeus et Zacharias Mitylenaeus, philoſophi chriſtiani, de immortalitate et mortalitate vniuerſi, ex recenſione et cum animaduerſionibus Caſparis Barthii, Equitis etc. Lipſiae 1655. 4. tum habet titulum interiorem: *Aeneae Gazaei Theophraſtus, dialogus Platonico — chriſtianus, de reſurrectione mortuorum, recenſebat, interpretabatur, illuſtrabat animaduerſionibus, Caſpar Barthius*, Lipſiae etc. Textus eſt ex principe repetitus. -- Opuſculi cuiusdam Aeneae Gazaei editionem praelo paratam reliquit *Gottlieb Wernsdorf*, Profeſſor quondam Dantiſcanus.

De hoc autem conferri poſſunt praeter memoratos, *C. Oudinus* Comment. de ſcriptt. eccl. tom. I. *Fabricius* noſter in Syllab. ſcript. pro veritate relig. chriſtian. p. 107. *Brucker.* in hiſtor. critica philoſ. tom. III. p. 527. atque *I. G. de Chaufepié*, Nouv. Diction. hiſtor. et crit. voc. *Enée. Harl.*

Procopii Epp. XXX. 37) PROCOPII Sophiſtae Gazaei itidem chriſtiani epiſtolae LX, tt) in

tt) Conf. *Bandini* Catalog. MSS. gr. in bibl. Medicea, vol. II. p. 351. *Harl.*

in quibus vndequinquageſima eſt *Megethii* ad Procopium, qua laudat eius Ἀττικὰς μελίττας, ſuauitatemque orationis cuiusdam funebris ab eo habitae, ac teſtatur, aureos ingenii illius foetus in omnium admiratione eſſe; quod iudicium confirmat Photius cod. CLX. et CCVI. vt adeo haud dubitem, Procopium hunc eundem ſophiſtam Gazaeum, [P] quem in funere laudauit *Choricius* eius diſcipulus. [Reliqua vide infra ad lib. V. cap. 5.]

Dionyſii Epp. XXXI. 28) DIONYSII Sophiſtae Antiocheni, chriſtiani, ni me omnia fallunt, et eiusdem, ad quem ſcripta eſt epiſtola Aeneae Gazaei vndeuiceſima, epiſtolae XLVI. Latina verſio incipit: *Optata mihi res eſt epiſtola veſtra.* Ex eadem incerti translatione hae epiſtolae leguntur latine in farragine epiſtolarum Laconicarum Gilberti Cognati, Baſil. 1554. 12. et in Ioh. Buchleri theſauro epiſtolar. Laconicarum, Colon. 1606. 12. Graece eas in ſua collectione recudendas dedit H. Stephanus an. 1577. 8. Io. Meurſius libro de Dionyſiis has epiſtolas tribuit Dionyſio Mileſio, de quo Philoſtratus: ſed nullam ſententiae huius ſuae adfert rationem.

Lyſidis Ep. XXXII. 29) LYSIDIS Pythagorei epiſtola aureola, [at ficta,] ad Hipparchum, magiſtri ſui communis Pythagorae philoſophiam vulgo proſtituentem [ff]). Latina verſio incipit: *Poſtquam ex hominum conſortio Pythagoras exceſſit.* Cum eadem verſione, quae exſtat etiam in Theodori Canteri Var. Lect. lib. I. cap. 12. et in farragine epiſtolarum Laconicarum Cognati p. 523. hanc epiſtolam recudendam dedit *Thomas Galeus* in opuſculis mythologicis, ethicis, phyſicis p. 736. Amſt. 1688. 8. Alia verſio *Cardinalis Beſſarionis* occurrit in huius libro primo aduerſus calumniatorem [P] Platonis cap. 2. [Alia latina verſio eſt in libro: *Oecolampadii oratio* ad Clerum; ex *Plutarch.* de nota pythagorica, Philippo Melanchthone interprete; *epiſtola Lyſidis ad Hipparchum a Churrero latinitate donata.* Hagen. apud Thomam Anshelmum, 1517. 4. — ſ. l. et anno in Engelii biblioth. ſelectiſſima p. 53. — Eadem verſio addita *Lucian.* in Calumn. et *Plutarch.* Hirund. lat. redditis a Philippo Melanchthone etc. Pariſ. ex officina Rob. Stephani, 1527. 8. *Harl.*] Graece eam edidit H. Stephanus inter Pythagoreorum fragmenta ad calcem ſui Laertii qui lib. VIII. ſect. 42. p. 875. quaedam ex illa producit: quemadmodum et *Iamblichus* eam inſeruit vitae Pythagorae cap. XVII. ſect. 75 ſq. Mentio huius epiſtolae apud Syneſium epiſt. 143. et Euſtathium ad Iliad. β'. pag. 360. edit. Rom. vt doctiſſimo Kuſtero ad locum Iamblichi p. 62. notatum. De Lyſide atque Hipparcho dixi infra cap. XIII. in catalogo Pythagoreorum.

Amaſidis Ep. XXXIII. 30) Denique poſt AMASIDIS Aegypti regis epiſtolam ad Polycratem principem Sami ex Herodoti Thalia ſiue lib. III. cap. 40. petitam, vniuerſa collectio graeca Aldina, eamque preſſo pede ſequens graecolatina Geneuenſis editio clauditur elegantiſſima MVSONII philoſophi, qui ſub Nerone imp. claruit, ad Pancratidem epiſtola de liberis ad philoſophiam inſtituendis.

Themiſtoclis Epp. XXXIV. Praeter collectionem hactenus recenſitam exſtant et aliae Graecorum epiſtolae paucis hoc loco a me commemorandae. THEMISTOCLES dux Athenienſis

ff) In cod. Vindobon. apud Lambecium vol. VII. pag. 26. Kollar. et in cod. Mediceo apud Bandinium vol. II. pag. 351. *Harl.*

nienſis inclytus, et rerum geſtarum gloria, ex Herodoto, Thucydide, Diodoro Siculo, Plutarcho, Nepote ac Iuſtino notiſſimus, in exilio exſtinctus eſt Magneſiae gg) an. 470. ante natum Chriſtum, Olymp. LXXVII. anno 3. Sub eius nomine feruntur, quas exſul ſcripſerit, *epiſtolae XXI.* hiſtorici fere argumenti, et a Thoma Lydiato ad epochas marmoreas Arundelianas p. 77. [Schoettgenio in praefatione ad ſuam editionem] aliisque nonnullis viris doctis pro genuino Themiſtoclis foetu habitae. Primas illas in lucem protulit ex MSto cod. Palatino, translato in Vaticanum, et latina verſione donauit *Ioh. Matthaeus Caryophilus* hh), Iconienſis Epiſcopus, Romae, 1626. 4. quae editio cum emendationibus MSS. Lucae Holſtenii fuit in bibliotheca inſtructiſſima Bigotiana. Poſtea alio ordine graece et latine e bibliotheca *Eliae Ehingeri* ii) recuſae ſunt cum eadem Caryophili verſione, Francofurti, 1629. 8. [Cum eadem Caryophili verſione, ſed ſubinde emendata, ſeruato tamen epiſtolarum ordine, qui eſt in Ehingeri editione, lucem adſpexerunt

Θεμιστοκλέους Ἐπιστολαί. *Themiſtoclis Epiſtolae, graece et latine, interprete Io. Matthaeo Caryophilo, Archiepiſcopo Iconienſi. Recenſuit, notis et indicibus illuſtrauit, et in praefatione vindicauit Chriſtian. Schoettgenius.* Lipſiae, 1710. 8.

In praefatione primum ait, Ehingerianam editionem etiam vitioſas lectiones quam plurimas, in verſione Caryophili occurrentes, expreſſiſſe, lectiones vero Caryophili marginales neglexiſſe plane, et ordinem epiſtolarum immutaſſe: tum iudicia virorum doctorum de his epiſtolis adfert, dein ſingula Bentleii argumenta examinat et refutare ſuſtinet. Ad contextum gr. emendandum nullo codice vſus eſt; at multa ex ingenio reſtituit, aliquando retinuit lectiones Caryophili marginales. — Hanc Schoettgenii editionem typis recudi fecit, ſuisque auxit adnotationibus grammaticis *Io. Chriſtoph. Bremer*, Lemgou. 1776. 8 [illegible] commentarium promiſit pleniorem. *Harl.*] Ceterum Themiſtoclis non eſſe, colligunt ex ſilentio veterum, (ſi ab vno Suida, qui Ἐπιστολὰς φρονήματος γεμούσας vocat, diſceſſeris,) et quod epiſtola 10. mentio ſit Boiotorum kk); tum, quod vno vel altero modo prodit ſe dictio ſophiſta dignior, quam Themiſtocle. Vnde Leo Allatius dialogo de ſcriptis Socratis p. 78. *Nuper etiam vulgatae ſunt epiſtolae Themiſtoclis, quarum concinnitas* [illegible] *bus fucum fecit. Eas tamen Themiſtoclis non eſſe, vno vel altero loco, in quo ſe prodit auctor,* *dum*

gg) Vide Vſſerii Annales ad A. Per. Iul. 4248. De genere mortis Cicero in Bruto cap. 11. Effigies Themiſtoclis in tom. II. Theſauri Antiquitat. Graecarum Gronouiani tabula 59. [et in Fulu. Vrſini Imaginibus illuſtr. nr. 141. cum I. Fabri commentar. pag. 78. edit. Antwerp. 1606. 4.]

hh) Laudat eo nomine Caryophilum Ianus Nicius Erythraeus I. Pinacoth. p. 224 neque ſuſpectas ſibi eſſe Themiſtoclis epiſtolas vel verbulo innuit. De hoc *Caryophilo* etiam adeundum eſt Diarium Eruditor. Italiae tom. VI pag. 4[illegible]. *Do*[illegible] in epiſtola ad [illegible] notat, loca multa verſionis a Caryophilo [illegible], non poſſe intelligi, et graeca hinc inde parum emendate excuſa.

ii) Fallitur Reineſius, qui Ehingero primam epiſtolarum Themiſtoclis tribuit editionem pag. 4[illegible]. Var. Lection. [Romanam tamen editionem poſtea in eius notitiam veniſſe, cognoſcimus ex eius epiſtola 76. ad Boſium pag. 286.]

kk) Hoc argumentum minus valet: nam hiſtoria, quam Ehingerus ſub finem memoratae epiſtolae adtexuit, in qua *Boeotorum*, qui contra Xerxem in pugna nauali dimicaſſent, mentio fit, abeſt [illegible] Caryophili editione, et commode verba poſſunt abeſſe. alterum argumentum a ratione dicendi, ſophiſtam ſaepius redolente, ductum, grauius eſt atque ipſo meam ſententiam [illegible] dixi in Introductione in Hiſtor. L. Gr. §. [illegible] Accedit, quod teſte Schol. ad Ariſtidis Panathen. (vid. infra libr. IV. cap. 30. §. 1. not.) Themiſtocles nil plane ſcripſit. *Harl.*

dum declamatorio modo rem effert, et Sophiſtico penicillo depingit, manifeſto euincitur. Similiter [*Dodwellus* in Annal. Thucyd. p 73. 74. *Kuſter* ad Suidam in Θεμιςοκλῆς etc.] *Conradus* [*I.*] *Samuel Schurzfleiſchius* in diſſertatione hiſtorica LIX. p. 850. [diſſ. LXXXV. §. 6.] has epiſtolas recentius confictas eſſe non dubitat ab aliquo vitae morumque Themiſtoclis gnaro, et cum primis in Herodoti, Thucydidis, Diodori ac Plutarchi lectione verſato. Hoc idem ſingulari diſſertatiuncula, anglice ſcripta, ad Guil. Wottonum, Lond. 1697. 8. [et latine verſa a Lennepio, ſubiuncta ipſius editioni Phalaridis p. 53 ſqq.] demonſtrauit *Richardus Bentleius:* [ſequenti anno comparuit: A View of the diſſ. vpon the Epiſtles of Phalaris, Themiſtocles etc. London. Bentleii argumenta diluere conatus eſt Schöttgen. in praef. ad ſuam editionem.] Ferro longe recentius commentum eſt epiſtola ſub nomine *Themiſtoclis ad Chryſippum,* in qua de graeculo Aeſopio agitur, quadrageſima inter epiſtolas Theophylacti Simocattae. [Hanc *Themiſtoclis* ad Chryſippum epiſtolam, a Theophylacto Simocatta fictam, ex editione Lugduno-Batauа, 1596. 12. vbi numero eſt XXXIV. et collectione gr. epiſtolarum, vulgo Cuiaciana dicta, pag. 406. repoſuit Schöttgen. §. XII. praefationis. Heumannus vero in ora exempli ſui ſcripſit coniecturam, inde forſan poſſe Simocattam haberi auctorem omnium epiſtolarum Themiſtoclis. Sic *Himerius* quoque Sophiſta finxit et confecit declamationem, qua Themiſtocles Athenienſibus ſuadet, vt, neglectis promiſſis, bellum aduerſus Perſas gerant, apud *Photium* cod. CCXLV. pag. 586. *Harl.*] Fuit et *Themiſtocles* quidam philoſophus Stoicus, Porphyrii aequalis, cuius iſte mentionem facit in vita Plotini, et de quo oraculum apud Syncellum p. 361. ἐσθλὸς ἀνὴρ μακάρεσσι τιμημένος ὀλβιοδαίμων.

Socrat. Epp. XXXV. *Leo* praeterea *Allatius* Pariſiis an. 1637. 4. graece cum verſione ſua notisque edidit epiſtolas XXXV. ſub nomine SOCRATIS, ANTISTHENIS et ALIORVM SOCRATICORVM. Ac ſeptem quidem primores Socrati ipſi tribuuntur, reliquae, *Antiſtheni*, 8. *Ariſtippo*, 9. 11. 16. 27. *Simoni* [ll]) coriario, 12. *Xenophonti*, 15. 18. 19. 21. 22. *Aeſchini*, 23. *Platoni*, 24. ac *Phaedro*, 25. Octauam ſub Antiſthenis nomine ab Allatio editam, codex bibliothecae Bodleianae Baroccianus non Antiſtheni tribuit, ſed Platoni (male quidem, nam a Platone, qui et ipſe Siculis [mm]) aſſedit menſis, ſcriptam non eſſe, argumentum ipſum euincit) et in duas (recte ſane) epiſtolas diſpeſcit. Atque ita, quales in hoc codice repererat, cum verſione ſua edidit *Godfridus Olearius*, in exercitatione aduerſus Allatium de ſcriptis Socratis, edita Lipſ. an. 1696. 4. In hac eadem alias binas epiſtolas ἀνεκδότας ex eodem Barocciano codice ſub *Platonis* nomine vulgauit et latine vertit: tum has pariter et ceteras omnes, ab Allatio vulgatas, non foetus illorum, quibus tribuuntur, philoſophorum, ſed ſophiſtarum longe recentiorum μελέτας eſſe contendit, Allatiumque, qui in illis adſerendis p. 105 ſq. deſudauerat, ex affectato ſcribendi genere, ſilentio veterum et aliis argumentis refellit. Iohannes quoque Pearſonus parte II. Vindiciar. Ignatii p. 12 ſq. ex chronologicis rationibus demonſtrauerat, epiſtolas illas Socratis et reliquorum, quibus inſcribuntur, eſſe non poſſe. Quam opinionem, praeter alios viros doctos pleroſque omnes, amplectitur

ll) Epiſtolam Simonis coriarii laudat Stobaeus ſerm. 15. et Xenophontis ad Aeſchinem, a Theodorito quoque adlegatam lib. II. Therapevt. p. 25. et lib. XII. pag. 175. Plures eiusmodi epiſtolas e Stobaeo exhibet anglice Stanleius pag. 117 ſq. Hiſt. philoſoph.

mm) Perſtringit eo nomine Platonem Xenophon epiſtola ad Aeſchinem apud Euſeb. XV. 12. praeparat.

plectitur etiam Menagius p. 23. ad Laertium. Thomas vero Stanleius illas epiſtolas, quas Allatius ediderat, aliquot locis emendatas anglice vertit et hiſtoriae ſuae philoſophicae illo idiomate editae p. 95 ſq. inſeruit. [[illegible]]

Cognati Edit. XXXVI. GILBERTVS COGNATVS, Nozerenus, in farragine altera epiſtolarum Laconicarum, (quae graecas ex latina verſione, vt priori latinas, complectitur,) edita apud Ioh. Oporinum, Baſil. 1554. 12. pag. 179 ſq. exhibet praeter ſupra paſſim ſuo loco memoratas epiſtolas M. Bruti, Hippocratis, Diogenis cynici, Phalaridis, Syneſii, Apollonii Tyanenſis, Dionyſii Sophiſtae et Lyſidis pythagorici, quibus his praemittuntur, *Libanii* characteres epiſtolicos: viginti ſeptem epiſtolia philoſophorum *Thaletis*, *Piſiſtrati*, *Solonis*, *Chilonis*, *Pittaci*, *Cleobuli*, *Periandri*, *Thraſybuli*, *Anacharſidis*, *Epimenidis*, *Pherecydis*, *Anaximenis*, *Archytae*, *Arceſilai*, *Zenonis*, *Pythagorae*, *Platonis et Heracliti* (e Laertio, et ab Ambroſio Camaldulenſi latine verſa.) Deinde pag. 19[illegible] ſq. ſubiungit alias ſeptendecim epiſtolas varias ex Plutarcho, Gellio aliisque ſcriptoribus hinc inde collectas et p. 424 ſqq. alias epiſtolas breues variorum a Cognato latine redditas LXXXIV. Tum epiſtola XXX. NVCILLI (an *Lucilli* mm) *Tarrhaei?*) et XL. *Magni Turci* ſiue Mahumedis Turcarum imp. ſyriaco et graeco, partim etiam ſcythico ſermone, vt fuerunt ſcripta, et a Laudinio equite hieroſolymitano latine circa an. 1490. 4. ſeparatim edita. Eadem haec omnia ex *Cognato* repetita ac recuſa videre licet in parte ſecunda theſauri epiſtolarum Laconicarum IOH. BVCHLERI a GLADBACH, Colon. 1606. 12. Niſi quod Libanii characteres epiſtolicos, Syneſii epiſtolas et Lyſidis epiſtolam praetermiſit.

XXXVII. EPISTOLAE PROCERVM MVNDI, regum, principum, rerump. et ſapientum virorum, graecorum et latinorum; veterum et recentium, nullo ordine vndiquaque collectam farraginem ſiſtunt, nec integras quasdam epiſtolarum *συναγωγὰς* hactenus recenſitas, ſed ſingulas vel paucas ſingulorum epiſtolas et in his dubiae nonnullas fidei oo) complectuntur. Prodiere latine [Romae, 1470. fol. de qua edit. vid. Audiffredum de editt. rom. ſaec. XV. p. 67. Pariſ. 1499. fol. vid. Maittair. IV. p. 686.] Venetiis [1574. 8. vid. Salthen biblioth. p. 485.] Argentor. an. 1593. 8. typis Iacobi Folieri typographi Baſileenſis, [[illegible]] [Amſtelod. 1644. 12. apud Elzeuir.]

XXXVIII. [*Iſocratis, Demetrii Cydonii et Michaelis Glycae aliquot epiſtolae, nec non Dionis Chryſoſtomi orat. περὶ ἀσκήσεως, — partim e codd. Moſquenſibus edidit, et animaduerſiones adiecit* C. F. *Matthaei* — Moſquae, 1776. 8. Demetrii et Glycae epp. ex codd. eruit V. C. De Iſocratis epp. infra commodior erit dicendi locus.

In vſum iuuentutis graecae eſt Londini, ſaeculo ſuperiore, et Venetiis rec. 1786. 8. typis graecis expreſſa inſtitutio epiſt. cum exemplis: Τύποι ἐπιστολῶν Θεοφίλου Κορυδαλλέως ἤτοι περὶ [illegible], etc. Exempla a pag. 89. ſunt epiſtolae Theophili et aliorum recentiorum, Maximi Margunii, Rittershuſii, Cyrilli Lucaris etc. a pag. 188. ſequuntur aliquot epiſtolae Iuliani apoſtatae, Baſilii M. et Libanii. *Harl.*]

XXXIX. *Pla-*

mm) *LVCIVS Tarrhaeus* vocatur is in cod. Matr. apud Iriarte, eius alphabetum gr. recenſentem, pag. 296. *Harl.*

oo) Vide de epiſtolis Ariſtotelis et Alexandri M.

Plat. et Ariſt. Epp. XXXIX. *Platonis* et *Ariſtotelis* epiſtolae de anima hominis, quatuor temporibus, aliaeque epiſtolae medicae *Hippocratis*, *Galeni*, *Praxagorae*, *Sereni* et *Vruiaſii* (forte *Oribaſii*) memorantur Labbeo pag. 215. bibl. nouae MSS. et p. 216. epiſtolae magicae Pelagii ac Libanii. *Fabric.* In codice MSSto bibl. Laurent. apud Bandinium, tom. II. p. 382. nr. XXI. exſtant *Dionis epiſtolae V.* quae non occurrunt in collectione Cuiaciana, quas quidem, Bandinius ſuſpicatur, eſſe *Dionis Chryſoſtomi*, cuius epiſtolae ad Rufum, Euſebium, et Sabinianum occurrunt in codice MMMII. bibl. regiae Pariſ. catal. tom. II. p. 591. *Harl.*

Ariſtaenet. Epp. XL. ARISTAENETVS Nicaea Bithynus, religione ethnicus, amicus Libanii rhetoris, qui eius meminit in orat. de vita ſua tom. II. p. 21. et ad ipſum varias epiſtolas ſcripſit pp), quarum nonnullae ab Holſtenio ex MS. Vaticano exſcriptae, editaeque a Lambecio ſunt lib. VI. commentar. de biblioth. Vindob. p. 244 ſq. Periit in terrae motu, quo Nicomedia obruta eſt an. Chriſt. 358. ſub Conſtantino imp. vt refert praeter Libanium, eloquentiam eius et ſuauiſſimos mores praedicantem, *Ammianus Marcellinus* lib. XVII. cap. 7. his verbis: *Quosdam domorum inclinata faſtigia intrinſecus ferebant intactos, angore et inedia conſumendos. Inter quos Ariſtaenetus affectatam recens dioeceſin curans vicaria poteſtate, quam Conſtantius ad honorem vxoris Euſebiae Pietatis cognominauerat, animam hoc caſu cruciatam diutius exhalauit.* Huic Ariſtaeneto tribuendi videntur libri duo epiſtolarum amatoriarum qq), terſi, elegantes, eruditi, optimorum ſcriptorum Platonis, Luciani, Philoſtrati aliorumque floſculis et imitatione exornati, ac prouerbiis ſenſibusque iucundiſſimis referti, quos graece primus

pp) Vide *Ioan. Chriſtoph. Wolfium* ad Libanii epiſt. 52. pag. 144. in Centuria Libanii epiſtolarum adhuc non editarum, et ad eamdem epiſtolam, pag. 14. in maiore editione Libanii epp. Amſterd. 1738. fol. vbi eſt ep. 31. *Harl.*

qq) Huic *Ariſtaeneto* num epiſtolae ſint adſerendae, alii dubitant. Nam Ariſtaenetus laudat in libr. I. ep. 26. *Caramallum* quemdam, cuius meminit Sidonius Apollinaris carm. XXIII. 267. et cuius aetas ea de cauſſa medio ſaeculo quinto vindicanda videtur *Doruillio* in vann. critica p. 207 ſq. Hoc argumento motus *Schrader* in praefat. ad Muſaeum pag. 17. cenſet, Ariſtaenetum, qui epiſtolas ſcripſiſſe dicitur, ad iſta tempora eſſe referendum: niſi diuerſi Caramalli ſtatuendi ſint. Eidem tamen *Doruillio* l. m. cap. XII. pag. 597. Ariſtaenetus Libanii amicus eſſe videtur auctor epiſtolarum: at pag. 598. adfert Salmaſii, Barthii et Paw, (in praefat. ad Ariſtaenetum,) ſententias, has epiſtolas mentiri nomen Ariſtaeneti, et videri a grammatico vel ſophiſta aliquo celebriori conſcriptas, et laudat *I. A. Fabricii* Decada decadum plagiariorum in *Ariſtaeneto*. Atqui, num Ariſtaenetus verus ſit harum epiſtolarum auctor, dubitat acutiſſimus *Hemſterhuſius*. Is quidem ad Luciani dialogum XXI. in Luciani colloquiis ſelectis etc. pag. 35. edit. Baſileenſis (an. 1771. 12.) *elegantiſſimus*, ait, *ſeu quis alius illarum epiſtolarum auctor*, et cautius ac probabilius ad eumdem in operibus Luciani, tom. I. (vbi eſt dialogus XX.) pag. 412. *Ariſtaenetus*, inquit, *ſiue quicumque epiſtolarum illarum ſunt auctores*, *non enim vnum eſſe cenſeo.* — Suppoſitas eſſe has epp. ſentiunt quoque la Croze et Wolf. in Commercio epiſtol. Lacroziano, tom. II. pag. 270. vbi praeterea de editione Pauw. iudicatur. — Merito autem *Dorville* l. m. pag. 598. miratur, *I. Bourdelotium* ad Luciani Amores tom. I. pag. 873. ſtatuere, eius opuſculi auctorem eſſe noſtrum *Ariſtaenetum.* Hunc vero fuiſſe imitatorem Muſaei, iudicat Bergler ad Alciphr. III. epiſt. 1. eique ſubſcribit Schrader praef. ad Muſaeum pag. 17. At enim eroticorum ſcriptorum alium ab alio exſcriptum eſſe, aut potius e communibus, iisque antiquioribus fontibus illos hauſiſſe, credibile eſt. — Denique Lucianus Dial. meretric. X. tom. III. p. 305 ſq. et Conuiu. capp. 2 ſqq. *Ariſtaenetum* quemdam philoſophum acriter perſtringit: ſed in dial. meretr. Ariſtaenetos memoratos eſſe fictitios, ait Moſ. du Soul ad Luciani Conuiu. pag. 419. edit. Reitzii. *Harl.*

primus cum epitaphiis heroum ſiue peplo Ariſtotelis, non Stagiritae, edidit *Iohannes Sambucus*, Antwerpiae, ex officina Plantiniana an. 1561. 4. vſus cod. MS. qui nunc exſtat in bibliotheca Auguſtiſſimi imp. [*] [Inſcriptio haec eſt:

Ἀρισταινέτου ἐπιστολαὶ ἐρωτικαί· Τινὰ τῶν παλαιῶν Ἡρώων ἐπιτάφια. E bibliotheca C. V. Ioan Sambuci. Antwerp. ex offic. Chr. Plantini, 1566. 4. mai. de qua editione, et quo anno illa editio primum vulgata ſit, vid. Abreſch. in praef. ad ſuam editionem. In bibliotheca enim Fabricii, operarum forſan errore, an. 1591. notatus eſt. Codex vero mendoſus, quo vſus eſt Sambucus, nunc exſtat in bibliotheca Caeſarea.

Poſt *Ioſias Mercer* latine vertit *epiſtolas Ariſt.* notasque adiecit eruditas, nomine quidem ſuo ſuppreſſo, (cui tamen quoque tribuit *Sauaro* ad Sidon. car. 23, 208. et 229.) et dicauit Bongarſio, Pariſ. 1595. 8. — recuſ. ibidem 1600. 1610. et 1639. 8. Mercerus aliquoties diſceſſit a lectione Sambuciana: at illius editiones non omnino conſentiunt, praecipue tertia et quarta, quarum vltima emendatior et auctior dicitur: ſed interdum praeſtare videtur viris doctis antiquior lectio. — Quaenam ſit editio, quae in Catalogo librorum, quos Fabricius poſſedit, ſect. III. p. 736. nr. 2028. occurrit: *Ariſtaeneti epiſt. gr. et lat. cum notis*, 8. definire nequeo. Tertium prodierunt:

Ariſtaeneti epiſtolae graecae cum verſione latina et notis Ioſiae Merceri, curante Io. Cornelio de Pauw, cuius notae accedunt. Traiecti ad Rhen. apud Iac. van Loucktem, 1737. 8. et *ibid.* 1738 (forſan prima tantum pagina mutata) apud Herm. Beſſeling. De vitiis huius editionis et plagiis Pauonis adeo acerbe et copioſe agit, et ſimul de multis locis acute docteque diſſerit, *Dorvill.* in docto libro: *Critica vannus in manes Io. Cornelii Pauonis paleas* —. Amſtelaedami, 1737. 8. a pag. 595. et alibi, vt ne verbulum quidem addere lubeat. — Pleniſſima doctaque eſt editio:

Ariſt. epiſtolae cum emendationibus ac coniecturis Ioſ. Merceri, Io. Corn. de Pauw etc. nec non ineditis antehac Iac. Tollii, Iac. Phil. d'Orvillii, Lud. Caſp. Valckenarii aliorumque, edidit Frid. Lud. Abreſch. Zwollae, 1749. 8. Accedunt *Lectionum Ariſtaenetearum libri duo*, ibid. eod. Noua haec eſt recenſio. De ineditis Tollii aliorumque notis vide quoque Dorvillii vannum criticam pag. 431. et pag. 596 ſqq. Abreſch. in praef. praeter alia multa bona docet, exſtare *latinam Merceri verſionem*, Pariſiis apud *Mich. Orry* ſeparatum editam forma minima, ſine anni nota. — Docta huius editionis cenſura legitur in Nouis Actis Erudit. Lipſienſ. menſ. Aug. 1751. p. 445 ſqq.

Ab eodem viro docto, *Abreſchio*, paullo poſt euulgatus eſt libellus:

Virorum aliquot eruditorum ad Ariſtaeneti epiſtolas coniecturae, communicatae cum editore eruditiſſimo, qui ſuas notas adiecit. Accedunt Claudii Salmaſii et Thomae Munckeri notae ad Ariſtaenetum. Amſtelod. apud Gerard de Groot. 1752. 8. conf. Noua Acta Erudit. Lipſ. menſ. Maii, 1753. p. 285 ſq.

Poſt Mercerum, vti iam adnotarat Fabricius, *Petrus Lambecius* in Ariſtaeneto illuſtrando verſatus eſt, cuius commentarium ineditum etiamnum ſeruat bibliotheca Caeſarea; quem a Neſſelio communicatum fuiſſe D[illegible] regis archiatro *Georgio Franco de Franckenau*, eorundem epiſtolarum editionem paranti, memorat quoque Fabricius. At enim iam *Scheraſtianus* in epiſtolis duabus ad Neſſelium ſcriptis, altera 1693. (quae eſt in epiſtolis [illegible]

canis

cans XCVI. p. 141.) altera an. 1696. (quae eſt in epiſtolis illius ſelectioribus, p. 714) exarata, narrat, Frankio Saxonia excedente, atque ad Danos ſe conferente, ſpem perſequendi operis propter multas hominis occupationes extenuari in dies et forſan euaneſcere: quae etiam, Frankenau Hafniae, 1704. d. XIV. Iun. anno aetatis LXI. defuncto [rr]), ſublata eſt. Idem Schurzfleiſchius in iisdem epiſtolis ſignificat, ſe, quum Romae fuiſſet, adnotationes manuſcriptas Salmaſii ex bibliotheca reginae Sueconum, quae poſt deceſſum eius ad purpuratum Ottobonium peruenit, excerpſiſſe non vulgares luceque dignas. Has Salmaſii pauculas et Munkeri et Schurzfleiſchii notas poſt obitum, Conr. Samuel Schurzfleiſchii vulgauit frater eius Henr. Leonhardus Schurzfleiſch in *Actis litterariis*, anecdota prodentibus, Wittebergae, 1714. 8. pag. 100 — 114. vide etiam Schurzfleiſchiana. III. pag. 48. — Obſeruationes criticas in Ariſtaenetum ſcripſerunt Anglus quidam in Miſcell. Obſeruatt. in Auctor. vol. I. pag. 391 — 398. inſertis A. et B. hoc eſt, Burmanni et Doruillii caſtigationibus, et cl. *Dan. Wyttenbachius*, in praeſenti Profeſſor Gymnaſii Amſtelaedamenſis, in epiſtola critica ſuper nonnullis locis Iuliani imperatoris cum animaduerſſ. in Eunapium et Ariſtaenetum, Gottingae, 1769. 8. — adde *Caſpar. Barthium* Aduerſar. lib. LV. cap. 8. idemque pag. 261. ſui in illum ſcriptorem indicis meminit, ſed hactenus ἀνεκδότϑ. — In linguam *theotiſcam* illas eleganter vertit cel. *Io. Frid. Herel*, Altenb. 1770. 8. — *Gallice* verſae cum ſelectis quibusdam Alciphronis epiſtolis, prodierunt Londini, 1739. 12. — De *italica* verſione *Baruffaldi* cum *Ant. Magliabecchi* epiſtola ſuper Ariſtaeneto, vid. *Paitoni* bibliotheca degli autori — — volgarizzati tom. I. pag. 90. *Harl.*]

Fuere et alii *Ariſtaeneti* 1) ad quem eſt Phalaridis epiſtola LXXXVII. 2) *Ariſtaenetus* Dymaeus Achiuus dux Romanorum, Philopoemenis aequalis, de quo Suidas in Ἀρίϛαινος, Plutarchus in Philopoemene p. 363. 366. et Polybius. 3) *Ariſtaenetus* Nicaeenſis, memoratus Plutarcho lib. III. ſympoſ. quaeſt. 7. 4) *Ariſtaenetus*, cuius liber primus de Phaſelide allegatur a Stephano in Γέλα, idem forte, qui Ariſtaenetus hiſtoricus dicitur Nonno monacho in συναγωγῇ hiſtoriarum ad Nazianz. 2, 25. ἀνέγνων δὲ παρὰ Ἀριϛαινέτῳ ἱϛορικῷ, ὅϛις ἱϛορεῖ, ὅτι ἑορτάζουσιν Αἰγύπτιοι τῷ Νείλῳ πανδημεί. 5) *Ariſtaenetus*, ad quem lex 2. cod. de rei vindicatione, data Antonino IV. et Balbino Coſſ. an. Chriſt. 214. 6) *Ariſtaenetus* Byzantinus rhetor, auditor Chreſti Byzantii, laudatus Philoſtrato lib. II. de vitis ſophiſtar. pag. 587. 7) *Ariſtaenetus*, qui cum Honorio conſulatum geſſit an. Chriſt. 404. et memoratur Socrati lib. VI. hiſt. eccleſiaſticae cap. 18. 8) *Ariſtaeneti* etiam mentio apud Lucianum in Lapith. tom. II. p. 651. 9) *C. Sailius Ariſtaenetus* in numo apud Patin. p. 192. Theſauri, apud Harduin p. 799. Opp. ſelect. — in vetere inſcript. apud Triſtan. tom. II. p. 273 ſq.

XLI. Omitto epiſtolas IV. [ss]) Κρονικὰς ſiue ad Saturnum et Saturni nomine ſcriptas a *Luciano* tom. II. Opp. edit. Amſt. 1687. 8. p. 619 ſq. Tum epiſtolas deperditas variorum ſcriptorum amatorias, aliasque, vt *Zonaei* cuiusdam, de quo Suidas ſic: Ζωναῖος ἔγραψεν ἐρωτικὰς ἐπιϛολὰς καὶ περὶ τϑ σχηματίζειν· φέρονται δὲ αὐτϑ καὶ ἕτεραι ἐπιϛολαὶ ἀγροικικαὶ, ἀλλ' ἀποπίπτουσι τϑ χαρακτῆρος. Vel *Meleſermi*, de quo idem [et ex eo Eudocia p. 301.]

rr) Vid. Henrici Pippingii Memorias theologorum p. 1133 ſq. et Noua literaria Baltica 1704. p. 375.

ss) Vid. Sam. Petitum lib. I. cap. IX. obſeruat.

p. 301.]: Μελήσερμος Ἀθηναῖος σοφιστὴς ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἑταιρικῶν βιβλία ιδ΄, καὶ ἀγροικικῶν ἕν, μαγειρικῶν ἐπιστολῶν ἕν, συμποσιακῶν βιβλίον ἕν. Vel *Lyſiae* rhetoris, cuius ſcripta idem Suidas memorat epiſtolas ſeptem, vnam πραγματικὴν ſiue de negotio aliquo, reliquas ἐρωτικάς, quarum vna laudatur etiam a Suida in Φαῦλος. Vel *Monimi* ad *Mithridatem*, itemque ad illam epiſtolae parum pudicae, quas in Pompeii manus veniſſe narrat *Plutarchus* in Pompeio pag. 630. Vel *Menandri* comici denique, cuius epiſtolas ad Ptolemaeum ὁ αὐτὸς idem memorat. *Ptolemaei Lagi* epiſtolas collegerat Dionyſodorus, teſte Lucian. tom. I. p. 50[illegible]. *Eumenis Sardiani* ad Antipatrum id. p. 469. *Arati Solenſis* epiſtolas carmine et proſa ſcriptas, *Archelai* item Pergameni. *Ariſtogenis Thaſii* medici Ἐπιστολικά, [illegible] epiſtolas ad Nonnum, *Theocriti Chii* epiſtolas Θαυμασίας Suidas laudat. *Archigenis medici* [?] pneumatici librum vndecimum epiſtolarum Galenus tom. III. edit. Baſil. p. 272. [*Sibyrtii* apud Eudociam p. 381. Omitto *Hadriani* epp. quae inſunt libro: *Doſithei liber III. continens D. Hadriani imperatoris ſententias et epiſtolas*, Genevae, 1601. 8. *Harl.*]

Gregorii Naz. Epp. XLII. Ex eccleſiaſticis ſcriptoribus non praetereundae epiſtolae CCXLII. GREGORII NAZIANZENI, ex quibus decem poſtremae a *Rich. Montacutio* primum editae graece Etonae 1610. 4. deinde cum Fed. Morelli verſione in editione operum Nazianzeni Pariſ. 1630. Lipſ. 1690. fol. tom. I. In primis editionibus epiſtolae non plures LXXX. Ceteras vsque ad CCVII. Pariſ. 1583. fol. primus gr. et lat. edidit et vniuerſas latine vertit Iac. Billius, conqueſtus, ſe duas epiſtolas, (quarum Beatus Rhenanus meminit,) ad Themiſtium nec graece potuiſſe nanciſci, nec latine. Praeter illas epiſtolam ad Nectarium vulgauit *Ioh. Baptiſta Cotelerius* in notis ad Patres Apoſtolicos tom. I p. 37. qui pag. 588. b. agit etiam de prima epiſtola, quae in MS. Vindobonenſi male tribuitur *Baſilio*, et inſcribitur πρὸς Κελεύσιον ἄρχοντα, ἡνίκα ἐν τῇ Λαμπάδι ηὐτύχησεν. Character epiſtolarum *Nazianzeni*, Baſilio iudice epiſt. III. p. 788. tom. II. ὀλίγα τὰ ῥήματα πολλὴν δύναμιν παριστῶντα. *Baſilii* et *Nazianzeni* epiſtolae graece editae ſeparatim Hagenoae, 1528. 8. Selectarum Nazianzeni epiſtolarum libri quatuor graece et latine in vſum ſcholarum aliquoties editae ſunt Ingolſtadii, quarum editio quarta ad manus mihi eſt an. 1619. 12. *Fabric.* Kurzere Briefe des h. Gregorius von Nazianz, nach dem Griechiſchen, von *Io. Ioſ. Freyherrn von Büol.* Viennae, 1776. 8. Reliqua addentur infra libr. V. cap. 13. *Harl.*

Io. Chryſoſtomi Epp. XLIII. IOH. CHRYSOSTOMI epiſtolae CCCXLII. Graece tomo ſeptimo editionis graecae Savilianae Etonae 1612. fol. et cum latina verſione *Iacobi Billii* Prunaei, qui epiſtolas CLXXIII. et *Frontonis Ducaei*, qui epiſtolas LXIX. tranſtulit, tomo quarto editionis Ducaeanae graecolatinae, Pariſiis, an. 1609. et 1636. et Francof. 1699. fol. **) Epiſtolam CXXV. (in aliis CXLIII.) ad Cyriacum exulantem, pro ſpuria habent

**) Et tom. III editionis Montfauconianae Opp. Chryſoſtomi p. 5[illegible] ſqq. qua cum editione vberiorem recenſionem cod. Caeſarei Vindob. 290. in Lambecii Commentar. lib. V. p. [illegible] ſqq. inſtituit Kollarius, pag. 513. in epiſt. ad Innocentium, epiſcopum rom. locum ex hoc codice perutiliter emendat, eumque cod. dignum iudicat, quocum Montfauconii editio diligenter conferatur. — Fabricius orae ſui exempli adſcripſerat: „Habeo MS. codicem epiſtolarum plerarumque Chryſoſtomi ante 350. annos exaratum in membrana; ſed alio prorſus ordine, ac in excuſis, epiſtolas exhibentem.

habent Boiſius et Haleſius; pro genuina agnoſcit Photius, neque aliud fere Boiſius, quam ſtili diuerſitatem obiicit, quae facile oriri potuit a cauſa, quam ignoramus, in epiſtola familiari, ſcripta exſilii tempore. Exſtat etiam *latina verſio* antiqua *epiſtolae* (in editionibus operum Chryſoſtomi hactenus quidem omiſſae, ab aliquot annis autem celeberrimae ſaepiusque recuſae) *ad Caeſarium monachum*, aduerſus haereſin Apollinaris uu). Ex hac diſertum vv) contra μετουσίωσιν teſtimonium pridem an. 1548. laudauit *Petrus Martyr* Florentinus, ſed mala fide egiſſe viſus eſt Perronio ww) et poſt Perronium aliis, donec *Emericus Bigotius* in codice [*] antiquo Florentino xx) (eodem quo viſus fuerat Martyr,) illam epiſtolam reperit, et cum Palladio de vita Chryſoſtomi edere conſtituit. Sed iam typis exſcriptae manus iniecerunt cenſores Sorbonici *Martinus Grandinus* et *Anton Faureus*, atque in libro Bigotiano, Pariſ. 1680. 4. poſt paginam 236. hiatum apparere iuſſerunt. Fruſtra tamen ex hominum memoria eam delere ſunt conati; iam tum enim an. 1682. *Petrus Allixius* in expoſtulatione, libro XII. Anaſtaſii in Hexaemeron praemiſſa, Londini, in 4. et ſeparatim recuſa Amſtelodami in 12. tum *David Abercrombius* in fure academico ſect. 35. Amſt. 1689. 1701. 12. hac de

tem. Ex hoc codice poſſunt nonnulla in editione Sauilii et Ducaei ſuppleri et emendari, vt epiſtola 175. ad Agapetum, quae in MSto eſt 108. Initium ita legendum: Πολλοὺς καὶ συνεχεῖς ἴδρωσεν ἱδρῶτας. Laudat epiſtolas Chryſoſtomi ad Olympiada et alios Photius cod. LXXXVI." Atque plura adleuit Fabricius margini, quae ne perirent, aut negligerentur, h. l. retinui hanc de Chryſoſtomi epiſtolis ſectionem illis additamentis auctam. Reliqua infra ſuo loco adferentur. *Harl.*

uu) De hac epiſtola vid. Tenzelius exercitatt. ſelect. part. II. pag. 348 ſq. Richard Simon. epiſt. ſelect. 10. tom. I. pag. 115. *Heumann.*

vv) Verba haec ſunt: ***Sicut enim antequam ſanctificetur panis, panem nominamus, diuina autem illum ſanctificante gratia praedicante ſacerdote, liberatus eſt quidem appellatione panis, dignus autem habitus eſt Dominici corporis appellatione, etiamſi natura panis in ipſo permanſit, et non duo corpora ſed vnum Filii praedicatur*** etc. Similis locus S. Nili epiſt. CCLXIV. edit. Poſſini, quem pro μετουσιώσει inuitum teſtem citat Poſſinus in notis p. 399. Ait ibi Nilus chartam ex papyro et glutine confectam vocari chartam, ſed poſt ſubſcriptionem vocari Caeſarem.

ww) De Euchariſtia contra Mornaeum p. 381 ſq.

xx) Eiusdem epiſtolae exemplum Romae in Altaempenſi bibliotheca vidiſſe ſe, adfirmat *Mabillonius* tom. I. Muſei Italici p. 178. At Florentini codicis inſpectionem propter diſertum vetitum Magni Ducis negatum ſibi eſſe, teſtatur *Maximilianus Miſſonus* in itinerario Italiae gallice edito p. 157. Similiter Sandius in appendice ad hiſt. eccleſ. p. 39. negat Laurentium Panciatichum ſibi vel copiam huius epiſtolae facere vel argumentum eius indicare voluiſſe. Chryſoſtomo ſuppoſitam et poſt damnatum Neſtorium ſcriptam contendit auctor libelli Avis importans a Mr. Arnaud. p. 28. Confer *Rich. Simonis* epiſtolas ſelectas tom. I. p. 86. Natalis Alex. ſaec. X. et XI. part. 3. pag. 571. tribuit eamdem *Iohanni Neſteutae ſiue Ieiunatori.* Gardinerus quoque Wintonienſis aduerſus Petrum Martyrem an. 1552. diſputans, eam *Iohanni Eleemoſynario* vel *Iohanni* cuidam CPolitano iuniori adſcripſit. Sed ad Chryſoſtomum auctorem candide refert Elias du Pin, tantum explicatione commoda, an detorſione? iuuandam innuit. Chryſoſtomi eſſe negat *Chriſtian. Aug. Salig* in Eutychianiſmo ante Eutychen pag. 367 ſqq. Neſtoriano homini tribuit *Mich. le Quien* diſſ. III. Operibus Damaſceni praemiſſa; addantur *Guil. Wackius*, Archiep. Cantuar. in Dan. Maichelii Lucubrationibus Lambetanis, Tubingae, 1730. 8. p. 73 ſq. — *Io. Eberhardi Kappii* diſſ. de epiſtola Chryſoſtomi ad Caeſarium, veritatis euangelicae contra transſubſtantiationem inſigni teſte, Lipſiae, 1723. — *Chriſtoph. Matthaeus Pfaffius* diſſ. ad Ludouic. Rogerium de Euchariſtia, Tubingae, 1718. p. 17 ſqq. *Chriſtian. Guil. Vollandi* diſſ. praeſide D. Gottlieb Wernsdorf, qua epiſtola ad Caeſarium Chryſoſtomo vindicatur, aduerſus Harduinum, Witteb. 1712. — Neue Bibliothek. XXXVI. p. 506. Memoir. de Trevoux, 1715. pag. 1347. et, vbi contra Basnagium, 1723. pag. 643 ſqq. — Geminus plane locus eſt *Facundi* libr. IX. cap. vlt. tom. II. Operum Sirmondi, p. 707.

re publice ſunt conqueſti: ſed et *Stephanus le Moyne* epiſtolam Chryſoſtomi ex eodem codice Florentino deſcriptam latine edidit tom. I. Varior. ſacrorum p. 530 ſq. Lugd. Bat. 1685. et 1694. 4. Quid quod ipſum folium editionis Bigotianae a cenſoribus ſuppreſſum nactus *Eduardus Stillingfleetus* cum parte inedita praefationis Bigotii et fragmentis graecis ab eo collectis inſeruit Vindiciis ſuis anglice editis expoſitionis doctrinae eccleſiae anglicanae epiſcopo Meldenſi Boſſueto eiusque hyperaſpiſtae anglo oppoſitis p. 146 ſq. Lond. 1686. 4. Stillingfleetum ſecutus *Iacobus Baſnagius* eſt, qui eamdem epiſtolam ex Bigotiana editione iterum vulgauit Traiecti ad Rhenum 1687. 8. praemiſſam ſuis de haereſi Apollinaris et aliis quibusdam diſſertationibus. [Eadem ep. gr. ac latine, cum notis variorum et animaduerſione hiſtorica Iac. Baſnagii, in *H. Caniſii Lect. antiq. edit. I. Baſnagio*, tom. I. p. 233. *Harl.*] Inſigne huius epiſtolae fragmentum ex Arundelianae bibl. codice MS. graece deſcriptum publico haud inuidit *Gul. Caveus* in chartophylace eccleſiaſtico Lond. 1685. et Lipſ. 1687. 8. p. 82. Denique *Iohannes Harduinus* Ieſu ſocius Pariſ. 1689. 4. nec ipſe dubitauit, nouam huius epiſtolae editionem cum commentario atque diſſertationibus ſuis procurare yy), vanoque timore ſuppreſſam contendit, quae, pro viri illius ſingulari perſpicacia, non repugnat ſed potius fauet transſubſtantiationi. Quam paradoxam ſuam opinionem aduerſus obiectiones *Ioh. Clerici* tom. XV. bibl. Vniuerſal. p. 254. mordicus tuetur in ephemeridibus Pariſ. an. 1690. p. 524. Viciſſim repreſſus tom. XIX. bibl. p. 527. *Fabric.* [¶] [Chryſoſtomi epiſtola ad Caeſarium, prouti legitur in cod. Florentino, cum nonnullis explicationibus edita a Scipione Maffeio in Hiſtoria diplomatica etc. Mantuae 1727. m. 4. nr. IV. adde noua litteraria Lipſienſia an. 1722. p. 9. et bibl. litterar. anglice editam, Londini 1722. nr. V. p. 27 ſqq. *Harl.*]

Iſidori Peluſ. Epp. XLIV. ISIDORI PELVSIOTAE epiſtolae 2013. exſtant libris V. diſtinctae, in quibus praeter alia praeclara occurrunt egregiae variorum locorum ſ. ſcripturae explanationes. [Fabricius in margine ſui exempli adſcripſerat: „Plura de illo *Tillemontius* tom. XV. p. 97 ſqq. et de eius epiſtolis p. 117 ſqq. Laudat Ἀλεξανδρέα τὸ γένος etc. *Eph. Antiochenus* apud Photium. Vide etiam *Euagrium* lib. I. cap. 15. Epiſtola quinquageſima prima citatur in *Athanaſii* qu. 52. ad Antiochum, tom. III. p. 280.“ Idem Fabricius plura ſcripſit de eo lib. V. cap. 34. vol. IX. quare ea, quae hoc loco adnotata erant, hic omiſſa. Id tantum commemorabo, *Iſidorum* ὁ ἐπιστολεύς laudari a *Michaele Glyca*, epiſt. 84. vid. *le Quien* ad Damaſc. tom. I. p. 654. et *Heumannum* dubitare de multarum epiſtolarum fide in diſſertat. de *Iſidoro Peluſiota* et eius epiſtolis quas maximam partem fictitias eſſe demonſtratur, Gottingae 1737. 4. et in Primitiis Gotting. acad. p. 210 ſqq. Comparandus eſt D. *Feſk.* in Philocalia, p. 145. *Harl.*]

Cyrilli Alex. Epp. XLV. CYRILLI ALEX. epiſtolae LXI. in editione graecolatina *Iohannis Auberti* Pariſ. 1638. fol. parte poſteriore tomi quinti. Ex illis epiſtolas XXXIX. latine verterat *Wolfgangus Muſculus*, cuius tranſlatio etiam in antiquioribus Cyrilli editionibus occurrit. *Fabric.* Cyrilli II. epiſtolae in Analectis nouis patrum etc. Venetiis 1781. nr. 9. p. 150. et 152. Plura infra vol. VIII. *Harl.*

XLVI.

yy) Harduini diſſertatio recuſa eſt in eius Operibus ſelectis, Amſtel. 1709. fol. p. 239 ſqq. omiſſa tamen *Admonitione ad lectorem. Harl.*

Theodoriti Epp. XLVI. THEODORITI epiſtolae CXLVII. e quingentis amplius, quas ſe verſaſſe teſtatur *Nicephorus* XIV. 55. cum *Iacobi Sirmondi* verſione, tomo tertio operum edit. Pariſ. 1642. fol. Praeter quas aliae XV. exhibentur in auctario Theodoriti edente Iohanne Garnerio cum epiſtolis variorum epiſcoporum, Pariſ. 1684. fol. Confer epiſtolarum et actorum [☞] ſynodi epheſinae ſyllogen vulgatam a *Chriſtiano Lupo* an. 1682. 4. Louanii, ex MSto codice, quem ab eo tempore a Romanis diligenter ſuppreſſum eſſe teſtatur Elias du Pin tom. IV. bibl. nouae ſcriptorum eccleſ. p. 112. editionis Amſtelod. [Plura vide libr. V. cap. 11. vol. VII.]

Nili Epp. XLVII. NILI CPolitani epiſtolae CCCLV. cum verſione et notis *Petri Poſſini* editae, Pariſ. 1657. 4. et plurimis aliis epiſtolis additis in quatuor libros diuiſae cum verſione *Leonis Allatii* et eius diatriba de Nilis Rom. 1668. fol. et latine tom. VII. et XXVII. bibl. Patrum. edit. Lugd. [zz]) Pleraeque potius excerpta ſunt ex variis ſcriptoribus, quam epiſtolae; vt notatum Cotelerio in notis ad Patres Apoſtolicos tom. I. p. 509. Binae *Nili* epiſtolae recitantur in ſynodo nicaena II. actione IV. Menologium 12. Nou. de Nilo: Ἐπιςολάς τε καὶ κεφάλαια συνθεὶς πλεῖςα.

Photii Epp. XLVIII. PHOTII Patriarchae CPolitani, qui medio ſaeculo nono poſt Chriſtum natum floruit, epiſtolae CCXLVIII. diſertae, eruditae et lectu digniſſimae [aaa]). Cum verſione et notis *Rich. Montacutii* [bbb]), Londini an. 1651. fol. *Epiſtola ſecunda* ex his eſt celebris illa aduerſus Nicolaum papam circularis, quam integris libris impugnarunt Aeneas Pariſienſis, Ratramus, et cuius ſcriptum intercidit Odo. Epiſtola 207. ad Amphilochium Cyzici metropo-

zz) Plura quidem de *Nilo* eiusque ſcriptis *Allatius* in Diatriba de Nilis, quam *Fabricius* vol. V. recudi fecit, §. IV. dedit, ibique addituri ſumus, bono cum deo, quae ſupplenda videbuntur. Hic vero primum reuocabo notam, quam Fabricius in hoc volumine lib. II. cap. 11. §. VIII. adiecerat, ne membra nimis diſcerpta iaceant. „*Nilus* aſceta, patria Conſtantinopolitanus, Chryſoſtomi diſcipulus, clarus circa A. C. 440. [denatus ſecundum *I. M. Suareſium* in libro chronologico de vita S. Nili, addito editioni Opuſculorum *Nili* ex codd. MStis etc., Romae, 1673. fol., a. Ch. 450. aut 451.] a Neandro et aliis epiſcopus vocatur; perperam quidem, vt notatum Allatio lib. de Nilis p. 16. Sententiae eius graece et latine exſtant in Orthodoxographis, (editionis ſecundae; nam in prima latine tantum,) et in Auctario Ducaeano bibliothecae patrum tom. II. in quo etiam graece et latine reperiuntur *Thalaſſii*, abbatis circa a. Ch. 640. clari quatuor centuriae ſiue Hecatontades ſententiarum cum verſione Ioan. Oecolampadii. *Nili* ſententias latino carmine reddidit *Antonius Meierus* Vleteranus Flander, Cameraci 1561. 4. Proſa poſt Neandrum et alios Stephanus, (Petrum facili memoriae lapſu vocat Caueus,) Schoning Doccumienſis ſcholae in Friſia rector, Francquerae 1680, 8. Cum Schoningii verſione recudi curauit Chriſtianus Weiſſius, Goerlicii 1679. 8." Hactenus Fabricius. Tum integram binarum editionum a Fabricio memoratarum dabo inſcriptionem: *S. Nili Epiſtolae, in quibus controuerſiarum hodie flagrantium luculenta extant praeiudicia; nunc primum editae ex bibliotheca Medicaea, graece et latine, ex verſione et cum notis Petri Poſſini*, Pariſ. e typogr. reg. 1657. 4. — — — *Nili Epiſtolarum libri IV. interprete Leone Allatio. Additae ſunt variae lectiones in eiusdem S. Nili narrationem de caede Monachorum ex variis codd. MSS. Diatriba quoque eiusdem Allatii de Nilis et eorum ſcriptis.* Romae, typ. Barberinis, 1668. fol. *Harl.*

aaa) Ex his epiſtolas XXXVI. graece primus ediderat Hoeſchelius ad calcem bibliothecae Photii e cod. MS. Maximi Margunii, Cytherorum epiſcopi, vnam illam in notis ad Photium p. 948. aliam in notis ad Phrynichum, pag. 99.

bbb) Nihil difficile eſt, ait Combefiſius, in Montacutii verſione, aberrationum plauſtra conuehere.

metropolitanum continet iudicium de epiſtolarum ſcriptoribus praecipuis, quod hic ab hoc loco non alienum adſcribendum putaui. Οἱ μὲν ἄλλοι τοῦ ΠΛΑΤΩΝΟΣ λόγοι τοῦ πολιτικοῦ λόγου πεφύκασι γνώμονες· πλὴν ὅτι κατ' ἐκλογὴν ὁ ἁρμόζων ἑκάστῳ παραμέλεται. Αἱ δὲ τούτου ἐπιστολαὶ ἴσοι τε τῇ ἐκείνου λογιότητος καὶ τοῦ ἐπιστολιμαίου τύπου ἀπολείπονται. Αἱ δέ γε τοῦ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ τῶν μὲν ἄλλων αὐτοῦ γραμμάτων εἰσί πως λογαδέστεραι, πλὴν οὐδ' ταῖς Πλατωνικαῖς ἐξετάζεσθαι. ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ δὲ οἱ μὲν ἄλλοι λόγοι καὶ Ῥητόρων καὶ Κριτικῶν πληροῦσι τὰ στόματα, τὰς δὲ ἐπιστολὰς οὐδὲν ἀμείνους εὑρήσεις τῶν Πλάτωνος. Τίσιν οὖν ἐπιστολαῖς ὁμιλητέον; καὶ τίσι τὸν ἐπιγραφέντα ἡμῖν διὰ τῆς τέχνης χαρακτῆρα ἐφαρμόζοντες τὴν γυμναστικὴν συλλεξόμεθα; Ἔστι μὲν ἄλλος πλείους ἀπαριθμεῖν. Ἵνα δὲ μηδὲ μακρὸν ᾖ σοι τὸ τῆς γυμναστικῆς στάδιον, τὰς εἰς ΦΑΛΑΡΙΝ ἐκεῖνον εἶμαι τὸν Ἀκραγαντῖνον Τύραννον ἀναφερομένας ἐπιστολὰς καὶ αἷς ΒΡΟΥΤΟΣ ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπιγράφεται, καὶ τὸν ἐν βασιλεῦσι φιλόσοφον (Marcum Antoninum potius intelligere videtur, quam, vt Montacutius exiſtimauit, Iulianum: Marci Antonini certe epiſtolas cum Bruti epiſtolis coniungit et tamquam normam characteris epiſtolici regii laudat Philoſtratus epiſtola 1.) καὶ τὸν σοφιστὴν ἐν ταῖς πλείσταις (ſcil. ἐπιστολαῖς, male enim interpres eruditus, qui reddit: *ſophiſtam apud vulgus*, ac ſi eſſet ἐν τοῖς πλείοσι) ΛΙΒΑΝΙΟΝ. Εἰ δὲ βούλει σὺν τῷ χαρακτῆρι καὶ πολλῶν ἄλλων καὶ μεγάλων συλλέξαι ὠφέλειαν, ἀρκήσει σοι ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ὁ μέγας καὶ ὁ κάλλους εἴ τις ἄλλος ἐργάτης ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ (Nazianzenus) [P] καὶ ὁ ποιμὴν καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς Μοῦσα ΙΣΙΔΩΡΟΣ (Iſidorus Peluſiota, quem ἡμετέρας αὐλῆς vocat, vt Chriſtianum diſtinguat ab Iſidoro ethnico, cuius vitam ſcripſit Damaſcius. Miror eximium interpretem qui vertit: *veriſtatis illa Iſidori Muſa, quae et ipſa monachus fuit.* Sic ἔξω τῆς ἡμετέρας αὐλῆς Nazianz. orat. 74. tom. I. p. 22. D. τῆς αὐλῆς μάνδρας. or. 12. p. 192. D. Metaphora αὐλῆς petita eſt ex Ioh. X. 16) ὃς ὥσπερ λόγων οὕτω δὲ καὶ ἱερατικῆς καὶ ἀσκητικῆς πολιτείας κανὼν ἐστι χρηματίζειν ἀξιόχρεως. Καὶ εἰ τις ἕτεροι μετὰ τῆς ὁμοίας προαιρέσεως τὴν ἐκείνων ἰδέαν ταῖς ἰδίαις ἐπιστολαῖς ἐνδεικνύμενοι μορφάζονται. Nonnullas epiſtolas e Sforziano codice per Petrum Morinum latine redditas vulgauit in Annalibus Baronius. Mirum vero, quod ad an. 863. nr. 46 *Ioannis Patricii* Sacellarii Anganiorum epiſtola ad Photium refertur, quia ei obiicit, quod eunuchus eccleſiae ſe obtruderit. Nam haec epiſtola, quam a Fed. Metio, epiſcopo Thermulanum, tranſlatam latine ibi exhibet *Baronius*, Photii eſt ad Ioannem, quem eunuchum Scytham fuiſſe teſtatur Cedrenus, ſi Montacutio p. 120. fides eſt habenda: nam Combefiſius negat, ſe potuiſſe inuenire, et de Damiano illa Cedrenus p. 464; non Ioannis, quidquid Combefiſius in bibliotheca concionatoria tom. I. contra contendat, ad Photium. Neque enim inuectiua in Photium Photianis inſerta eſſet ſine reſponſo; et non modo in Montacutii editione XLIX. p. 102. inſcribitur Ἰωάννῃ Πατρικίῳ καὶ Σακελλαρίῳ κατὰ τοὺς Ἀγγαρίους, ſed ita, vt Hoeſchelius edidit p. 914. b. ad Photii biblioth. calcem, niſi vt Ἀγγαρίους legat.

Theophylacti Epp. XLIX. THEOPHYLACTI Bulgarorum archiepiſcopi circa A. C. 1077. clari epiſtolas LXXV. ab *Andrea Schotto* acceptas primus vulgauit *Ioh. Meurſius* graece cum caſtigationibus Lugd. Bat. 1617. 4. Latine conuertit *Vincentius Marinerius* Valentinus, Colon. 1622. cuius verſio recuſa eſt in bibliotheca Patrum edit. Lugdunenſ. tom. XVIII. [plura vide infra lib. V. cap. 5.]

L. Extant

Th. Magiſtri et aliorum Epp.

L. Exſtant denique epiſtolae octo THOMAE MAGISTRI, cum verſione latina editae a *Laurentio Normanno* Vpſaliae 1693. 4. Vt praeteream epiſtolas XI. ſub *Dionyſii Areopagitae* nomine ſaepius vulgatas, et *Simeonis* magiſtri et logothetae curſus epiſtolas IX. editas cum verſione Allatii ad calcem libri de Simeonum ſcriptis Pariſ. 1664. 4. [*Dioclis Caryſti* epiſt. ſeruatam a Paullo Aegineta, recudi fecit Fabric. in vol. XII. p. 585 ſq. Eſt quoque, neque tamen integra, inter codd. biblioth. Taurinenſ. vid. Catalog. p. 385.] Feruntur etiam in bibliothecis hinc inde deliteſcentes plures ineditae epiſtolae tum eiusdem *Thomae Magiſtri*, tum aliorum. Vt omittam *Euſtathii* archiepiſcopi Theſſalonicenſis epiſtolas LXXIV. et *Pſelli* vel *Michaelis Glycae* potius III. ccc) ad *Euſtathium*, quas e MS. regio Pariſ. deſcriptas exſtare memini apud Frid. Roſtgaardum: vid. eius biblioth. p. 457. et 459. alias *Iohannis Zonarae* ddd), *Nicetae Scutariotae*, *Theodori* archiep. Caeſarienſis, *Nathanaelis Chumni* et *Georgii Gemiſti*, quas memorat *Labbeus* bibl. nou. MSS. p. 98 ſq. *Georgii* ſiue *Gregorii* rhetoris Antiocheni epiſtolas laudatas *Allatio* diatriba de Georgiis p. 358. epiſtolas *Georgii Nicetae*, *Georgii Lecapeni*, *Gregorii Cyprii* et *Andronici Zaridae* epiſtolas τεχνολογημένας XXXII. de quibus idem p. 359. 363. 423. ibidem p. 310 ſq. ex epiſtola *Pſelli* ad Andronicum, Ducae fratrem, de Georgio Piſide. — *Gregorii Chioniadis* [quem nemo nouit: *Georgium Chioniadem* Allatius et Fabricius memorant.] epp. ſedecim in cod. Caeſ. Vindob. 292. in Lambecii Comment. de bibl. Caeſ. lib. V. p. 522 ſq. *Georgii Pachymerae* epiſtolas, quas in Italiae bibliothecis deliteſcere pridem ſcripſerat Geſnerus, licet idem Allatius p. 369. vllas ſe eius vnquam reperire potuiſſe neget. *Michaelis Apoſtolii* epiſtolas XLV. quae, teſte Neſſelio, habentur in bibliotheca Vindobonenſi eee). *Ioannis Tzetzae* tres tantum epiſtolae cum quartae initio editae ſunt ad calcem Chiliadum. Sed longe plures e Codice MS. bibliothecae regiae Pariſ. deſcriptas ſeruat Küſter. Ex his vnam publicauit in notis ad Suidam in Λυκόφρων, et doctiſſimus *Potterus* in poſteriore editione Lycophronis, e qua conſtat, ſcholia ſiue commentarios in Lycophronem non eſſe Iſaaci Tzetzae, ſed Ioannis, qui ſub fratris nomine illas in manus hominum dedit.

ccc) *Pſelli* epiſtolae XXXIII. fuere in bibl. Palatina teſte Sylburgio p. 105. Catalogi MSS.

ddd) *Io. Zonarae* epiſtolae quaedam vulgatae ſunt a Vulcanio, in notis ad Cyrillum contra Anthropomorph. Lugd. Bat. 1605. 4. — Epiſtolae *Theodori Studitae*, tom. V. Operum Sirmondi.

eee) *Michaelis Apoſtolii* epiſtolas memorat Sweertius in codd. MSS. Andreae Schotti. *Fabric.* Adde *Planudis* epp. CXXII. in bibl. Caeſarea Vindob. et epp. XI. in bibl. regia Matritenſi apud Iriarte p. 261. qui eas pro ineditis habet. — Idem p. 284. recenſet epp. MStas *Sancti Maximi confeſſoris* ad Marinum, Cypri epiſcopum, (in Combefiſii edit. Maximi Operum II. p. 69. impreſſam.) — ineditam *Monachi Lazari*, — *Marci Eugenici* ep. (excuſam in Labbei Concilior. collect. vol. XIII. p. 677.) tum p. 285. poſt alia *Marci Eugenici*, Epheſi metropolitae inedita et huc vsque incognita Opuſcula, *eiusdem* epiſt. ineditam ad Georgium et aliam, a Cangio in Gloſſario graec. vol. II. col. 1281. memoratam: porro ep. *Ioannis*, Presbyteri Damaſceni. — Idem Iriarte p. 154. et p. 290 ſqq. publicauit aliquot *Conſtantini Laſcaris* epiſtolas. — *Pachomii* Rhacendytae monachi epp. XV. in Catal. codd. MSS. gr. apud Nanios, p. 260. *Harl.*

CAPVT XI

CAPVT XI

DE THEOGNIDE, PHOCYLIDE ET ALIIS QVIBVSDAM SENTENTIARVM GRAECARVM AVCTORIBVS AC COLLECTORIBVS.

I. *De Theognide Megarenſi.* II. *et eius editionibus.* III. *De Phocylide Mileſio et carmine νουθετικῷ quod ſub eius nomine habemus.* IV. *Collectio ſententiarum graecarum Aldina, et obiter de vocibus variarum animantium graece efferendis.* V. *Collectio Frobeniana.* VI. *Ioach. Camerarii.* VII. *Iacobi Hertelii, repetita a Ioh. Criſpino et Ioh. Commelino atque a Frid. Sylburgio recenſita. De Solone, Tyrtaeo, Naumachio, Eueno vtroque, Rhiano, Panyaſide, Menecrate, Poſidippo, Metrodoro et Simonide. ibid.* VIII. *Mich. Neandri variae collectiones gnomologicae, et Iac. Du Porti gnomologia homerica.* IX. *Sententiae comicorum graecorum XLII. a Guil. Morellio editae.* X. *Quinquaginta comicorum ſententiae collectae a Iac. Hertelio.* XI. *H. Stephani gnomae comicorum graecorum et latinorum.* XII. *Hug. Grotii excerpta e tragicis et comicis graecis.* XIII. *Poetae graeci minores editi a Radulpho Wintertono.*

I. THEOGNIS [a]) e Megara, non Siciliae [b]) (vt e Platonis 1. de legibus p. 630. edit. Steph. male Suidas [Eudocia p. 227.] et alii,) ſed Atticae, vt ex ipſius verſu 781. Ἦλθον μὲν γὰρ ἔγωγε καὶ εἰς Σικελήν ποτε γαῖαν probat Harpocration in Θέογνις, et agnoſcit Stephanus Byz. in Μέγαρα. Ioachimo Camerario, viro paucis comparabili, verſus ille, Theognidis ſcriptis videtur ab aliquo fuiſſe inſertus [c]). Sed eſt et alter locus v. 772. [v. 751.

a) Hinc μεγαρικὸς ποιητὴς pro Theognide, apud *Athenaeum* XIII. p. 559. Ceterum fuere et alii hoc nomine 1) *Theognis* vnus e XXX. tyrannis Athenis, Xenophon 2. Ἑλληνικ. Lyſias orat. XI. [Eudoc. p. 227.] idemque tragicus ſubfrigidus, de quo in notitia tragicorum. 2) *Theognis* Demetrii Phalerei amaſius Athen. lib. XII. p. 542. 3) *Theognis*, cuius περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν laudat Athenaeus. 4) *Theognis* ſub Tiberio Conſtantino imp. de quo Menander protector in excerptis pag. 109. 149. edit. Hoeſchelii. 5) *Theognis*, de quo prouerbium hoc natum eſt; antequam Theognis naſceretur: Douſa p. 105. ad Lucilii fragmenta. Alexander Aphrod. in 1. Analyt. p. 26. meminit *Theognidis*, qui impetrata corporis cuſtodia a Megarenſibus tyrannidem occupauit, vt Piſiſtratus Athenis, vt Syracuſis Dionyſius. Hunc eſſe Theognidem verſuum ſcriptorem libenter crediderim. *Fabr.* Kallius in praef. ad Specimen nouae edit. Theognid. p. V. ſe, pollicetur, ὁμωνύμους viros foeminasque illuſtres daturum eſſe circiter triginta. Alium *Theognidem*, poetam Megarenſem, addit Eudocia pag. 228. *Harl.*

b) Multi fuerunt, qui Theognidem adſererent Megarae in Sicilia ſitae: teſtium nubem excitat *Ant. Mongitor* in bibliotheca Sicula tom. I. p. 249 ſq. (vbi de Theognide multus eſt;) in his Tanaq. Fabrum, qui in libro: Les Vies des poëtes grecs, en abregé, (p. 48 ſq. edit. Reland. Baſil. 1766.) putat, Harpocrationem aliosque deceptos, Theognidem Siculum cum Theognide alio, poeta Megarenſi Atticae confudiſſe. Vide quoque *Craſſi* Hiſtoriam poetarum graecorum, italice ſcriptam, p. 506 ſq. Ingenium et πάθος abnegat Faber noſtro; ſed ex fragmentis, quae ſuperſunt, (de quibus mox plura,) tutum ferre iudicium non licet. Plutarchus de audiendis poet. cap. II. p. 11. edit. Krebſii, ait, Theognidis ſententias eſſe orationes, et, vt pedeſtris inceſſus humilitatem effugerent, grandidatem ac menſuram a poetica pro vehiculo ſumſiſſe mutuas. Vim tamen poeticam et ornatum in huiusmodi generis carminibus nemo poſtulabit. *Harl.*

c) Camerarius prolegom. ad Theognidem. Εἰ μὲν ἂν ἀναμφήριστον ἦν πεποιηκέναι ἐκεῖνα τὰ ἔπη τὸν Θέογνιν, καὶ μὴ εἶναι παρενθήκην ἄλλου τινὸς αὐτά, σαφῶς ἐδείκνυτ' ἄν, οἶμαι, ὅτι Μέγαρα τὰ τῇ Ἀττικῇ προσχωροῦντα πατρίδ' εἶχεν ὁ ποιητής. Νῦν δὲ φανερόν, ὅτι τὰ Θεόγνιδος ἐπιγραφὴν ἔχοντα ἔπη συνάθροισμός τίς ἐστι ποιημάτων διαφόρων, περιαιρεθέντων δηλαδὴ ἐκ τούτων ἐκείνων, ὅσα τινὸς αἰσχρολογίας ἔχειν ἔδοξεν καὶ ἀντὶ τούτων ἐμβληθέντων ἄλλων. Διὸ καὶ ἀσυνάρμοστά ἐστι τὰ πλεῖστα, καὶ τὰ κοινὰ ἀνακολού-

πως

[v. 751. inter poetas gnomic. Brunckii, cuius notam vide p. 296. *Harl.*] Harpocrationis [?] Stephanique ſententiam confirmans et Scaligero p. 94. ad Euſebium, Eliae Vineto ac Frid. Sylburgio obſeruatus, quo Megaram illam ſuam ab Alcathoo Pelopis F. conditam docet atque adeo Athenis vicinam ſe intelligere innuit. Floruit *Theognis* circa Olympiadem LVIII. *d*) (medio ſaeculo ante Chriſtum natum ſexto,) vt e chronico Euſebiano Suidas in Θεόγνις, Φωκυλίδης et Φερεκύδης. Sed longe poſt vitam produxiſſe eſt neceſſe, vt fortaſſe haud errauerit, qui circa Olymp. LVIII. natum fuiſſe ſuſpicetur; nam meminit Simonidis v. 469. et Onomacriti v. 503. et Medorum aduentus ſub Dario Hyſtaſpis, v. 762. 773. Olymp. LXXII.

Μηδὲν τῶν Μήδων δεδιότες πόλεμον.

e) Perſtringit ciues ſuos, qui Megaris fouebant partes Corinthiorum Cypſelidarum a Periandro Cypſelida v. 890. Scripſit ad eos quoque, teſte Suida, elegiam, qui e Syracuſarum obſidione ſunt ſeruati, ante tyrannidem, puta, a Gelone Olymp. LXXII. 2. occupatam. Ex quibus ſingulis ratio temporis, quo vixit noſter, confirmatur. Genere nobili fuiſſe et Thebas miſſum in exſilium cum vxore Argyri, docet v. 1209 ſqq. Pythagorae διδάσκαλον ſiue praeceptorem fuiſſe eum, leges in chronico Euſebii graeco-Scaligeriano p. 50. Exſtant eius ΓΝΩΜΑΙ *ſententiae*, ſiue praecepta egregia vitae, ſingulari ſuauitate elegiaco carmine ſcriptae, verſus 1238. *f*) in quibus ſaepiſſime adfatur Cyrnum, quem a patre *Polypaede* πολυπαΐδην [v. 25. 79 etc. edit. Brunck.] vocat. Interdum adloquitur aequales Academum, Cleariſtum, Democlem, Onomacritum, Simonidem, Theotimum et Timagoram. Suidas [et ex eo Eudocia p. 227 ſq. et p. 232.] teſtatur, *Theognin* ſcripſiſſe ſententias verſibus heroicis 2800. et ad Cyrnum amaſium ſuum, gnomologium carmine elegiaco: et alias ὑποθήκας παραινετικάς, in quibus obſcoena nonnulla. Ex his duobus opuſculis poſtremis videatur coaluiſſe, quod habemus, poema, obſcoenis quidem reſciſſis *g*) et illorum loco inſertis aliis, vel hiatu relicto.

κῶς παλιλλογᾶται. Ὅτι δὲ καὶ Σόλωνος καὶ Εὐήνκ καὶ Τυρταίκ ἔπη κατεμέμικτο τοῖς Θεογνιδέοις, σαφῶς ἐνδείξομεν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι. *Fabric.* Atque plura reſecuit Brunck in ſua editione.

d) LVIIII, ἐν τῇ νθ' Ὀλυμπιάδι legitur apud Suidam, et apud Eudociam p. 227. expreſſis verbis ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἐνάτῃ Ὀλυμπιάδι. alii aliter. *Hamberger* in zuverläſſigen Nachrichten, vol. I. p. 23, (duce Koelero) collocat Theognidis aetatem circ. a. O. C. 3436. ante C. N. 548. *Saxius* vero in Onomaſtico, tom. I. p. 23. ita rationes ſubduxit, vt Theognis floreret a. O. C. circ. 3458. Olymp. LVIII. 2. ante C. N. 545. V. C. 207. adde *Simſon*. Chronic. ad a. O. C. 3474. *Larcher* in Chronologia Herodotea, ſubiuncta verſioni gallicae Herodoti, vol. VI. p. 564. annum Theognidis natalem ponit in anno periodi Iulianae 4131. ante C. N. 583. Olymp. XLIX. 2. V. C. 171. at quod Theognis vota nuncupet v. 890. pro interitu familiae Cypſeli, arbitratur idem, neceſſe eſſe, vt natus ſit ad minimum circa an. 4131. per. Iul. et quod Theognis loquatur verſu 762. de bello Perſarum contra Graecos, et precetur Apollinem v. 773. vt auertat illorum exercitum ab vrbe Megara, cum vixiſſe adhuc a. per. Iul. 4218, quo anno Darius ſe praeparauit ad Graeciam adgrediendam, et vixiſſe an. 87. colligit idem Larcher. *Harl.*

e) v. 792. adde Scalig. ad fragmenta graecor. pag. 48.

f) *Xenophon* apud Plutarchum pro nobilitate (ſect. XV. p. 239. in Ioh. Chriſtoph. Wolfii Anecdotis graecis tom. IV. et apud *Stobaeum*, ſerm. 86. p. 499. cuius locum e codice regio deſcriptum Brunck propoſuit ad gnomicos poet. gr. p. 280.) ſententias Theognidis vocat commentarium de hominum vita, haud aliter compoſitum, ac ſi peritus rei equeſtris ea de re ſcriptum aliquod edat. *Harl.*

g) Conf. Gretſer. de prohibitione malorum libror. pag. 194 ſq.

relicto [h]). Eſt enim, quando parum dicta cohaerent, et cum eadem diuerſis locis repetuntur; ſunt et nonnulla, quae ab aliis tribuuntur Soloni [i]), vel Tyrtaeo vel Eueno Pario, aut inter Phocylidea leguntur, vt Camerario et Sylburgio animaduerſum. Neque vero dorica vtitur dialecto Theognis, vt legas in cenſura Thomae Pope Blount [p. 6. et apud Mongitorem l. m. p. 250.] ſed ionica. Paſſim citatur a veteribus, vt Platone, [in Menone pag. 95. Steph.] Xenophonte, Ariſtotele, Plutarcho, Athenaeo, Dione Chryſoſtomo, Stobaeo aliisque. [Theognideos plus trecentos verſus inueniſſe ſe, ab antiquiſſimis auctoribus, cum mira tamen lectionis varietate excitatos, ait *Kellius* in Specimine infra memorando, pag. IV. *Harl.*] Meminit etiam Iſocrates p. 50. ſin. orat. [k]) ad Nicoclem. Aphthonius, Suidas etc. Poetam veterem ac prudentem vocat [!] Ammianus Marcellinus XXIX. 5. *Antiſthenis* περὶ Θεόγνιδος memorat Laertius VI. 16.

[*Codices MSS. et editiones Theognidis.*

II. Quoniam *Theognidis* et *Phocylidis* poemata interdum in eodem volumine iunctim ſcripta proſtant, vtriusque reliquias in MSS. ſeruatas memorabo. 1) *Phocylidis* poema in cod. Vindobon. apud Lambecium libro et vol. IV. pag. 507. — 2) *idem* in biblioth. Eſcurial. vid. Clarkii epiſt. l. de Hiſpania p. 410. ex verſ. Koeleri germ. et Pluer Itinerar. hiſpan. pag. 186. item in Ant. Auguſtini Catalog. MSS. Tarracone, 1587. nr. 229. — 3) *Theognidis* et *Phocylidis* poemata, manu Franc. Nanſii ſcripta, cum eiusdem verſione et notis, in Catalogo biblioth. *Lugd. Batau.* p. 336. nr. 57. *Phocylides*, ibid. pag. 398. nr. 59. et pag. 401. nr. 4. — 4) *Theognis*, in biblioth. *Mutinenſi* teſte Montfauconio in Diario Italico pag. 33. — 5) *Theognidis* ſententiae, deficientes tamen, et *Phocylidis* poema, in Pasini etc. Catalogo MSS. biblioth. *Taurinenſis* pag. 318. cod. CCXXXV. *Theognis* iterum, ibid. pag. 316. cod. CCXXXIII. — 6) *Theognis* in biblioth. *Veronenſi*. — 7) *Theognis* et *Phocylides* in Cod. Theupoli

h) Quod Camerarius, Neander aliique viri docti iam ſubodorati ſunt, carmina Theognidea conflata eſſe ex pluribus elegiis, cenſet quoque *Valcken.* ad Xenoph. M. S. I. 2. 20. p. 239. edit. Erneſti. Praeter ea id non ſolum comprobat cel. *Heyne* in praefatione ad ſententioſa vetuſtiſſimorum gnomicorum quorumdam poetarum opera, vol. I. (vbi de ratione, fine et interpretatione veterum poetarum gnomicorum, atque adeo Theognidis intelligenter prudenterque diſſerit,) ſed etiam pag. XXIII ſq. docte eruditeque oſtendit, carmen Theognideum e pluribus, iisque diuerſi argumenti forte et diuerſorum auctorum fragmentis eſſe compoſitum. Perſuaſum ſibi habet, nos non tam Theognidem, quam excerpta alicuius viri docti e Theognide habere, adiunctis et inſertis paſſim aliis, quae idem vir doctus in ſuum librum retulerat, ſiue eiusdem Theognidis ſiue aliorum poetarum elegiacorum eſſent. Probat, exemplis in nota poſitis additis, plures elegias integras, aliarum autem fragmenta, intexta eſſe Theognideis, et horum magnam partem ſpectare ad amores et compotationes. Quae igitur verſuum Theognideorum habetur collectio, ea potius cenſenda eſt anthologia antiquorum poematum, ſ. excerpta et collectanea, a viro quodam docto iam antiquitus facta. Ex illo exemplo fluxerunt, tamquam apographa, codices, quos hodie habemus. Quapropter Brunck in ſua gnomicorum editione verſus, qui alieni auctoris aut carminis fuiſſe videntur, interuallo relicto et ſeparatim typis deſcribendos fecit, qui vero ſuppoſititii aut certi auctoris, (e. g. Solonis,) videbantur, eos omiſit: hinc verſuum numerus eſt imminutus. Atqui in tribus codicibus biblioth. regiae Brunck reperit ſententias fere ad eumdem modum diſtinctas, quem ille inſtituit. *Harl.*

i) Vid. I. H. Maii not. ad Baſilium M. de legendis ethnicis p. 29 ſq. et p. 75. *Heum.* E Solonis verſibus profeciſſe Theognin, notat Clemens Alex IV. Stromat. p. 620.

k) Qui, Theognidem vocans ἄνδρα σοφώτατον, reſpicit ad Theognidis ipſius verſ. 35. *Heum.*

Theupoli bibl. *Venetae* Diui Marci, cod. DXX. (vbi in marginibus Theogn. leguntur quaedam epigrammata.) et DXXII. — 8) *Theognis* et *Phocylides* in cod. Medic. apud Bandin. tom. II. p. 92. cod. XX. *Theognis* ibid. p. 206. cod. XLVIII. *Phocylides* ibid. tom. I. pag. 490. II. p. 143. bis XVII. XVIII. qui codices ſunt notandi, et 261. XXIII. vbi Bandinus de fide carminis diſſerit; item p. 327. VI. cum gloſſis interlinearibus; tom. III. p. 104. X. Tres ex Theognide ſententiae adferuntur in collectione MS. quadam ſententiarum tam ſacrarum quam profanarum, ibidem tom. I. p. 252 ſq. et ex Phocylide ac Theognide ex Arſenii violariis compoſitione, ibid. tom. I. pag. 547 ſqq. vbi vid. Bandin. — 9) In Catalogo MSS. biblioth. regiae Pariſ. vol. II. memorantur XII. codd. *Phocylidis* et VII. codd. *Theognidei.* — 10) Monte Peſſulano, (*Montpellier.*) *Theognis*, teſte Montfauconio in Catalogo Catalogorum codd. vbi plures in variis bibliothecis exſtantes codd. et Theogn. et Phocyl. memorantur. — 11) in biblioth. quondam Heidelberg. teſte Sylburgio in Monumentis pietatis etc. *Theognis*, nr. 102. — 12) *Phocylides* in biblioth. Auguſtana. — 13) *Phocyl.* a primo verſu vsque ad 200. in cod. Ven. D. Marci, qui *Macarii* Chryſocephali Ῥοδωνιὰν continet, teſte Villoiſon in Anecdotis gr. tom. II. p. 4 ſqq. et p. 79. Cl. *Kall* in Specimine nouae editionis ſententiarum Theognidis pleniorem dedit editionum ſibi cognitarum notitiam. Omiſſis eius obſeruationibus repetam catalogum, at ſaepius auctum, inſeramque *Phocylidis* editiones.

Princeps *Theognidis* eſt *Aldina*, de qua ſupra vide Heſiodum.

Theocriti eclogae triginta. — — Theognidis Megarenſis Siculi ſententiae elegiacae. — Aurea carmina Pythagorae. Phocylidae poema admonitorium. — Heſiodi theogonia, ſcutum Herculis, georgicon libri duo.* In calce: Impreſſum Venetiis characteribus ac ſtudio Aldi Manucii Romani cum gracia. M.CCCC.XCV. menſe Febr. fol.

Conſ. *Fabricii* bibl. gr. vol. XIII. p. 606 ſq. *Maittair.* A. T. vol. IV. part. I. p. 80 ſq. *de Bure* biblio gr. inſtruct. tom. I. B. L. p. 194 ſqq. — *Phocylidis* tamen carmen cum aliis opuſculis prius formulis typographicis Aldus deſcripſerat. Inſcriptio autem haec eſt:

In hoc libro continentur: Conſtantini Laſcaris Erotemata cum interpretatione latina. De litteris graecis ac diphthongis, et quemadmodum ad nos veniant. Abbreuiationes graecae. Oratio dominica et duplex ſalutatio virginis. Symbolum Apoſtolorum. Euangelium diui Ioannis vsque ad Χάριτος καὶ ἀληθείας. *Carmina aurea Pythagorae. Phocylidis moralia, per Aldum.* Venetiis, 1494. in 4.

De hac editione diligenter egit cl. *Glandorf*, in Prolegomen. ad Pythagorae carmen aureum (Lipſiae, 1776. 8.) p. 24 ſqq. vbi etiam de reliquis Aldinis editionibus et viciſſitudinibus lectionis a Manutio ipſo et ſequentibus editoribus in Pythagorae potiſſimum et Phocylidis carmine factis, ſollerter diſputatur: quare lectores ad illam ablegamus praefationem, et ad ea, quae pag. XXVII ſqq. addita ſunt. — De Florentina editione an. 1495. infra, §. IX. agam: et de Ferrarienſi an. 1510. infra ad cap. XII. §. 7. de editt. Pythagorici carminis.

Alphabetum graecum cum multiplicibus literis, de poteſtate literarum omnium et diphthongorum. Abbreuiationes perpulchrae. Oratio dominica. Salutationes duae ad beatiſſimam virginem. Symbolum Apoſtolorum Nicaenum. Initium Euangelii ſancti Iohannis, carmina aurea Pythagorae, Phocylidis poema: per Aldum; octauo Martii. Venet. 1495. 4.

Fabric. infra vol. XIII. p. 613. memorat, hunc libellum recuſum eſſe ab Aldo ipſo, an. 1512. prodiiſſe etiam Argentorati apud Matthiam Schurerium, an. 1515. et Florentiae, apud Philipp. Iuntam. an. 1519. adde *Maittaire* A. T. tom. IV. part. II. p. 593. qui in nota affert Manutii praefationem. Enimuero eadem praefatio praemiſſa eſt alteri veluti parti ſequentis collectionis *ſine anni nota* ab Aldo paratae et Angelo Gabrieli Patritio Veneto inſcriptae:

Conſtantini Laſcaris Byzantini de octo partibus orationis liber primus. Eiusdem de Conſtructione liber ſecundus. Eiusdem de nomine et verbo liber tertius. Eiusdem de pronomine ſecundum omnem linguam et poeticum vſum opuſculum. Haec omnia habent e regione latinam interpretationem ad verbum fere propter rudes, ita tamen, vt et amoueri et addi poſſit pro cuiuscunque arbitrio. Cebetis tabula et graeca et latina, opus morale, et vtile omnibus et praecipue adoleſcentibus. De litteris graecis ac diphthongis et quemadmodum ad nos veniant. Abbreuiationes, quibus frequentiſſime graeci vtuntur. Oratio dominica et duplex ſalutatio ad beatiſſ. Virginem. Symbolum Apoſtolorum. Euangelium diui Ioannis Euangeliſtae. Carmina aurea Pythagorae. Phocylidis poema ad bene beateque viuendum. Omnia haec cum interpretatione latina. Introductio perbreuis ad hebraicam linguam. 4.

Poſt vltimum Laſcaris opuſculum legitur: *Venetiis apud Aldum non ſine priuilegio, vt et in aliis.* Tum ſequitur, continua ſignaturae ſerie, quae etiam in ordine quaternionum in calce notato indicatur, nouus tamquam alterius partis titulus, qui incipit *de litteris graecis* — — *Introductio perbreuis ad hebraicam linguam* cum praefatione eadem, quam Maittaire adtulit; ſine loci annique indicio: ſed libelli, qui inſunt et ordo illorum cum titulo a Maittario ſignificato plane conſpirant. Ex his igitur, et quod Aldus in epiſtola dedicatoria ad Angelum Gabrielem ſcriptam, *ex exeunt*, ait, *tandem in publicum tuo rogatu et ii, quos vocabas, ſecundus et tertius* (n. Laſcaris libellus, ſcriptus editusque, vt Laſcaris ipſe in fine annotauit, Meſſanae, 1468. prioribus iisdem editis an. Chr. 1466. duobus contra vltimis, teſte ſubſcriptione, 146 . Mediolani altero, altero etiam Meſſanae,) *et primus ter ante impreſſus*; hi autem Laſcaris Grammatica Mediolani an. 1476. et 1480. lucem adſpexerat; ſuſpicor, noſtram hanc editionem etiam an. 1494. ab Aldo fuiſſe vulgatam, poſt primam Aldinam, aut ſaltem anno ſequenti, et editionem a Maittario memoratam, fuiſſe alteram integri operis partem, nouo titulo et anni notatione inſtructam. Sed hoc in coniectura poſitum eſt. De forma et male poſita inſertaque Cebetis tabula iam Gliandorf diſſeruit. In bibliotheca publica Norimbergenſi vidi exemplar, a Gliandorf p. XXVIII. quoque memoratum, quod quidem caret Laſcaris libellis; ceterum in graecis eundem, quem altera pars editionis modo antecedentis ſine nota anni, habet libellorum indicem, praemiſſa grammatica latina:

Aldi Manutii Romani Rudimenta grammatices latinae linguae. De litteris graecis et diphthongis — — *Introductio perbreuis ad hebr. linguam* — — In eadem tituli pagina incipit *epiſtola A. Manutii ad litterarii ludi magiſtros*, et ſcripta eſt *Venetiis menſe Iunio* M. DI. In vltima grammatices pagina notatum eſt: *Venetiis* Menſe Febr. DI. in 4. — In editt. Parrhiſ. 1510. et 1513. 4. Venet. 1526. 4. Introduct. ad hebraic. linguam eſt omiſſa. De editionibus eorumdem ſuperiorum opuſculorum *Aldinis*, Venetiis, in 4. annorum 1508. 1514. 1523. 1546. et, *Pariſina per Thomam Weſalie*, in 8. ſine anni nota, an. 1507. aut probabilius 1508. *Florentina*, in 4. opera et ſumtu Philippi Iuntae, 1516. *Baſileae*, 1517. 8. ex offi-

cina

cina Oporini. (adde, Tubingae in aedibus Thomae Anſhelmi, Badenſ. 1512. 4.) conſule Glandorf. l. m. p. XXVII ſq. et p. XXXVI ſq. et p. XLII.

Βίβλος ἡ γνωμαγυρική. *In hoc volumine contenta: Alphabetum graecum, regulae pronuntiandi Graecum. Sententiae ſeptem ſapientum. Opuſculum de inuidia. Aurea carmina Pythagorae. Phocylidae poema admonitorium. Carmina Sibyllae E. de iudicio Chriſti venturo. Differentiae vocum ſuccincta, curante Franciſco Tiſſardo.* apud Gormontium. Pariſiis, 1507. 4.

De hoc libro, qui primus graecus prodiit Pariſiis, vid. *Maittaire* vol. II. part. I. p. 96. et 184. — Complures tamen gnomicos comprehendit ſequens editio:

Sententiae poetarum vetuſtiſſimorum, quae ſuperſunt, opera. Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis, Tyrtaei, Naumachii, Callimachi, Mimnermi, Eueni, Rhiani, Eratoſthenis, Panyaſidis, Lini, Menecratis, Poſidippi, Metrodori, Simonidis, graece. recognitore Aleandro. Pariſiis, apud Mathaeum Bolſecum, bibliopolam Pariſienſem. 1512. 8.

Vid. *Maittaire* A. T. Indic. I. p. 442. *Kall* Specimen etc. p. VII.

Heſiodi Opera. Theognis, gnomae variorum poetarum ſecundum Alphabetum. Verſus Sibyllae, aureum carmen Pythagorae, Gregorii Theologi gnomae monoſt. graece. ab Euphroſyno Bonino. Florent. apud Iuntam. 1515. 8.

Vid. *Pinelli* Catal. II. nr. 4183. *Bünauii* Catal. I. p. 77.

In hoc opere continentur, Heſiodi Aſcraei duo libri Georgicon, ἔργα καὶ ἡμέραι, *id eſt, opera et dies. — Catonis romani moralia inſtituta. Tabula Cebetis Thebani — — et alia quaedam. graece et latine. Ottomarus Aidos* (h. e. Nachtgall) *Argentinus.* — Ioannis Knoblouch formis excuſit Argentorati, 4. ſine anni nota. *Maittaire* A. T. II. part. I. p. 270. putat, editum eſſe 1515. In eodem vero hoc libro adduntur *aurea carmina Pythagorae* et *verſus Phocylidis.*

Vid. doctiſſ. *am Ende* in Georg. Theodori Strobel Miſcellaneen literariſchen Inhalts, collect. IV. p. 57 ſq. qui verſionem proſaicam opuſculorum a Nachtgallo factam eſſe cenſet; verſionem tamen Pythagorei et Phocylidei carminum eſſe eamdem, quae eſt in edit. Laſcaris Aldina, Glandorf l. m. p. XL. pronuntiat.

Pleraque horum opuſculorum, Heſiodo excepto, recudi fecit Nachtgall. 1523. vti poſtea videbimus, et quam editionem cl. *am Ende* vberius deſcripſit.

Pythagorae et *Phocylidis* carmina gr. et lat. cura *Io. Setzeri* ex academia Thomae Anshelmi, *Haganoae* ſine anni nota (ſecundum Hirſchium tamen in indice librorum Millenar. II. p. 15. an. 1519.) prodiiſſe, iterumque Baſileae. 1547. 8. Fabric. infra §. III. fin. et Glandorf l. m. p. XXXVIII. ex catal. librorum impreſſorum biblioth. Bulleianae adnotauit.

Scriptores aliquot Gnomici. iis, qui graecarum litterarum candidati ſunt, vtiliſſimi — — — *Aeſopi* vita cum fabulis — — *Gabriae* fab. — *Aegeptiae* — Illuſtrium virorum ſententiae quaedam philoſophicae. *Heſiodi* — *Theognidis Megarenſis* ſententiae elegiacae. *Pythagorae* carmina vere aurea. *Phocylidis* ſanctiſſima praecepta carmine heroico, cum duobus epigrammatis in eundem. Poetarum ſenarii cum indice rerum appoſito. Baſileae apud Io. Frobenium. 1521. 8. vid. quoque ſupra, edd. *Aeſopi*, h. a.

Graece et latine. Moralia quaedam inſtituta ex variis authoribus. Cato noſter, Maximo Planude graece interprete. Aurea carmina Pythagorae. Phocylidis poema admonitorium. Senarii morales diuerſorum poetarum. Cebetis tabula. Sententiae morales, multorum virorum illuſtrium. — In calce: *Auguſtae Vindelicorum* per [illegible], Expenſis D. Sigism. Grim, menſe Decembri reparatae ſalutis ann. 1523. 8. vid. [illegible] I. m. p. 46 ſq. qui corrigit Burkerum in Miſcellaneis hiſtoriae philoſophicae, literariae, criticae Auguſt. Vind. 1748. hanc editionem recenſentem.

Phocylidis philoſophi poema elegantiſſimum, praecepta vitae ſuperbe continens. Graece, cum interpretatione latina Martini Cromeri. Martini Cromeri aliquot epigrammata ad finem adiuncta. Cracouiae per Hier. Viet. anno MDXXXVI. 4.

Vid. *Ianozki* Nachricht von den in der Zaluskiſchen Bibliothek ſich befindenden raren polniſchen Büchern. part. IV. p. 200 ſq.

Theognidis ſententiae elegiacae, graece. apud Io. Lodoicum Tiletanum. Pariſ. 1537. 4.

Calci adhaerent *Pythagorae* verſus. vid. Maittaire A. T. III. p. 273. eſt quoque in bibl. Hamburgenſi.

Poemata Pythagorae et Phocylidis, cum duplici interpretatione Viti Amerbachii. Argentorat. 1539. 8. recuſa ibidem 1545. 1552 (in Schelhornii Catalog. I. nr. 5812.) 1561. Baſileae, apud Oporin. 1554. 8. (teſte Pinelli Catalogo. II. nr. 4765.) Lugduni, apud Tornaeſium et Guil. Gazeium, 1556. Lipſiae. 1572. 1576. 1578. in quibus hinc inde quaedam correcta ſunt; at baſis tamen fuit recenſio Aldina: tum eadem ibidem 1580. repetita, emendationes Stephani recepit: recuſa ibidem 1583. 1594. 1603. 1622. Witebergae. 1590. 8. At non ſolum plures editiones *Amerpachius*, (ſic enim ſuum ipſe nomen ſcripſit,) prodidiſſe, vt ex praefatione quadam, d. III. Nonas Maias 1542. et ex alia praefatione, *Ingolſtadii* 15. Calend. Septemb. an. 1551. ſcripta, in qua praeterea memorat, ſe tertio nunc edidiſſe libellum, patet; ſed etiam notas illius excitaſſe magnas tragoedias, a Collegio Louanienſi motas, cognoſcimus ex praefationibus a Maittario A. T. vol. III. p. 683 ſq. allatis. vbi editio Lugdun. an. 1556. ita memoratur: *Poemata Pythagorae et Phocylidis, graece, cum Viti Amerpachii latina metrica interpretatione, et notis; ex poſtrema eiusdem recognitione: apud Io. Tornaeſium et Gul. Gazeium.* 8.

Phocylides. gr. et lat. Pariſ. apud Chriſtianum Wechelum. 1539. 8.

Heſiodi Opp. — *Theognidis* ſententiae. *Sibyllae* carmina de Chriſto — —. *Muſaei* opuſculum. *Orphei* Argonautica, Hymni et de lapidibus. *Phocylidis* Paraeneſis. *Florentiae* per Benedictum Iunctam. 1540. 8. — rec. *Venetiis* ex offic. Farrea, 1543. 8.

Inſunt quoque *Pythagorae* verſus.

Theognidis Megarenſis ſententiae elegiacae, pluribus locis caſtigatae, ac ſcholiis illuſtratae per Eliam Vinetum, Santonem. Acceſſit latina e graecorum regione ad verbum interpretatio in eorum gratiam, qui non vltra graecae linguae rudimenta progreſſi ſunt. Pariſiis excudebat Io. Lodoicus Tiletanus. 1543. 8.

Noua eſt recenſio, cum ſcholiis [illegible] ab aliis ſcriptoribus ex eodem auctore citatis facta. Vinetus negat, ſe graeca in latinum ſermonem conuertiſſe: et tamen Criſpinus, Henricus atque

atque Fabricius illi tribuere ſolent verſionem latinam. adde *Maittaire* III. p. 354. qui bonam praefationis partem in notis recudendam curauit.

Theognidis ſententiae elegiacae a Iac. Scheggio latino carmine expreſſae: accedunt eaedem ſententiae, graece cum latina interpretatione ad verbum et ſcholiis Eliae Vineti. Baſil. apud Io. Oporinum. 1543. 8. it. 1550. 8.

Familiarium colloquiorum formulae, *Cebetis* tabula, *Naumachii* fragmentum de inſtitutione puellae. Nonnulla ex *Phocylide* et *Lino*. *Hippocratis* iusiurandum. *Agapetus*. *Homeri* Batrachomyomachia etc. Omnia haec gr. et latine. Antwerp. in aedibus Io. Steelſii, typis Ioann. Graphei. 1547. 8. — vid. Maittaire III. part. I. p. 401.

Heſiodus, *Theognis*, *Pythagoras*, *Phocylides*, *Gnomae ex variis poetis, philoſophis et oratoribus collectae.* graece, etiam in ipſa inſcriptionis pagina, Francofurti, apud Petr. Brubach. 1549. 12.

Phocylides. graece, Leidae, 1549. 16.

Nouam inſtituit recenſionem, quinque codicibus vſus, at nonnulla quoque reſecuit in Phocylide, quae adoleſcentulorum pudicitiae nocere arbitrabatur, *Ioach. Camerarius* in vtili editione:

Libellus ſcholaſticus vtilis et valde bonus: quo continentur Theognidis praecepta. Pythagorae verſus aurei. Phocylidae praecepta. Solonis, Tyrtaei, Simonidis et Callimachi quaedam carmina, collecta et explicata a Ioachimo Camerario, Papebergen. Baſileae, 1550. 8. conf. paullo poſt, §. VI. — rec. ibid. 1555. 8.

Γνωμολογίαι παλαιοτάτων ποιητῶν. *Pariſiis, typis regiis, apud Andr. Turnebum, Regium* (in Graecis) *typographum*, 1553. *Sententioſa poetarum vetuſtiſſimorum, quae ſuperſunt, opera, Theognidis etc. — Omnia verſibus latinis reddita. Pariſ. apud Guil. Morelium*, (regium in latinis typographum.) 1553. 4.

Inſunt ea omnia graeca, quae continet editio Aleandri, 1512. verſio latina eſt Scheggiana. vid. Kall et Glandorf locc. mem. Maittaire III. p. 627. et Indic. I. p. 442. Freytag Adpar. litter. I. p. 227. Exemplar cum notis MSS. et emendationibus Hadr. Iunii fuit in biblioth. Schalbruchiana p. 147. Fabricius memorat edit. gr. et lat. Pariſ. 1554. 4. [quae, niſi in numero anni error ſit, eadem eſſe videtur, de qua *Maittaire* l. m. p. 628. not. a. inuenit, ait, forte in diffutas quaſdam ſchedas illius gnomologiae graecae, in quibus continebantur Phocylidis poema et aurea Pythagorae carmina; in 4. quae diuerſae erant editionis, charactere quidem paullo minutiore, ſed elegantiſſimo; qualique Guil. Morelius in excudendis quibusdam auctoribus, (e. g. Theocrit. an. 1561.) vſus eſt.] Idem Fabric. laudat edit. Theogn. gr. et lat. Pariſ. apud Morel. 1553. 8. In forma forſan errauit Fabricius, aut confudit cum collectione e comicis gr. de qua vid. §. IX.

Theognidis ſententiae cum Iac. Scheggii verſione et ſcholiis Eliae Vineti. Baſil. 1555. 8.

Conſtantini Laſcaris Grammat. cum latina e regione interpretatione, adiectis in fine opuſculis ad graecae linguae ſcientiam aptiſſimis. Opuſcula haec ſunt: *Io. Grammaticus et Plutarchus et Corinthus de dialectis. Cebetis tabula. Pythag. aurea carmina. Phocyl. gr. et lat.*

lat. Aldi introductio in grammaticam de verbis in $\mu\iota$ *ex Vrbano.* Venet. 1557. 8. apud Paullum Manutium.

En Lector, librum damus vere aureum, plenaque ſcholiaſticum, quo continentur haec: τα χρυσα — επη etc. — — Heſt, *Pythagorae* carmina aurea. *Phocylidae* poema admonitorium. *Theognidis* Megarenſis poetae Siculi gnomologia. *Coluthi* Lycopolitae Thebaei Helenae raptus. *Tryphiodori* poetae Aegyptii de Troiae excidio. Omnia graeco-latina, conuerſa ſimul et expoſita a *Michaele Neandro*, Soranenſi. Baſileae, per Ioan. Oporinum. — In calce: *Baſileae ex officina Io. Oporini. Anno ſalutis M. D. LIX. menſ. Auguſto.* 4.

In praefatione agit de frequenti et vſu ſententiarum, quarum inſignem collegit copiam, apud veteres, et de Pythagora ac Phocylide, quorum verſus fecit latinos. Textui Phocylidis adiecit et ſubiecit expoſitionem vocabulorum vt plurimum grammaticam. A pag. 40. dedit et explicuit quaedam poetae fragmenta: a pagina 70. vberius expoſuit ſenſum vtriusque rerum ac ſententiarum, et has cum aliis apud alios ſcriptores obuiis ſententiis comparauit, Adagiis ab Eraſmo collectis in primis vſus. A pag. 46. ſequitur Xenophontis Hercules e libro II. Memorr. Socratis, comparatus cum Silii Italici deſcriptione. Singula reliquorum opuſculorum in titulo memoratorum et eodem anno menſeque ab Oporino excuſorum habent peculiares inſcriptiones, praefationes atque indices, et pari modo acceſſerunt ſeparatim *Nili* epiſcopi capita ſeu praeceptiones de vita pie — exigenda. In meo quidem exemplo excidit *Theognis* in generali inſcriptione notatus, id quod facile accidere potuit, quod ſingula, vt vidimus, opuſcula peculiarem habent titulum. (In meo exemplo inſcripto Theognidis nomine, ut exemplo addita etiam ſunt Nili Κεφαλαια cur. Neandro eodem menſe et anno emiſſa Baſil. *Heſt.*) Neandri editionem minime omnium contemnendam eſſe, pronuntiat cel. Brunck, ſeuerus alioqui cenſor, in editione Poetarum gnomicor. pag. 202. Rariſſimis autem libris adſcribitur haec editio, et in Petauianorum librorum ſectione exemplar pro XV. florenis venditum fuiſſe dicitur a *Baeumero* in Catalog. libror. rariſſ. pag. 101. conf. *Freytagii* Analecta lit. pag. 628. *Vollborth* Lebenslauf des Neandern, Gottingae, 1777. pag. 49 ſqq. — *Phocylidis et Theogn.* carmina a Neandro illuſtrata cum aliis recuſa ſunt in *Opere aureo et ſcholaſtico, in quo continentur Pythagorae — — — et aliorum poemata — — edita omnia ſtudio et cura Michaelis Neandri, Soranenſis.* Lipſiae, 1577. 4. ex officina Io. Steinmann. Quoduis opuſculum, vt in ſuperiore editione, peculiarem habet Neandri praefationem: et opus, ſi numerorum ſeriem et diſcrimen ſpectes, tribus conſtat tomis. conf. Fabricium in biblioth. gr. vol. XIII. pag. 470.

Theognidis ſententiae, cum verſione Phil. Melanchthonis. Witteberg. 1560. 8. — Acceſſit et prodiit ſeparatim:

Explicatio ſententiarum Theognidis in ſchola Wittebergenſi, auctore Phil. Melanchthone an. 1551. collecta a G. Maiore, Doctore etc. — Witteberg. 1560. 8.

Vid. *Strobel.* indicem ſcriptorum Melanchth. pag. 43. in Miſcellan. litterarii argumenti collect. VI. et Kall pag. XII.

Theognidis Megarenſis ſententiae elegiacae cum interpretatione et ſcholiis Eliae Vineti. acceſſerunt et horum poëtarum opera ſententioſa: Phocylidis, Pythagorae, Solonis, Tyrtaei, Naumachii, Callimachi, Mimnermi, Eueni, Rhiani, Eratoſthenis, Panyaſidis, Lini, Menecratis, Poſidippi, Metrodori, Simonidis, Smariorum libellus. Omnia nuperſum ſcholiorum collecta.

collecta, et ad verbum conuerſa per Iac. Hertelium, Curienſem. Adiecta quoque eſt omnium verſio latino carmine a diuerſis expreſſa. Baſil. apud Oporinum, 1561. 8.

Saepius repetita eſt haec editio; ita tamen, vt inter ſe differant. Sic altera inſcripta eſt: *Theognidis Megar. ſententiae elegiacae, graece et latine, vna cum eiusdem argumenti reliquiis, Phocylidis* (etc. vt ſupra) — — *Simonidis, Senariorum libello. Omnia in vſum ſcholarum collecta et ad verbum conuerſa per Eliam Vinetum, et Iac. Hertelium, Curienſ. Variſcum. Carmine vero latino partim a Hieronymo Oſio Turingo, partim ab aliis expreſſa. Acceſſit in ſtudioſorum gratiam, Homeri Batrachomyomachia, item latino carmine a Hieronymo Oſio reddita. Baſileae.* — In calce: *Francofurti, ex officina Ludouici Lucii, Anno ſalutis humanae M.D.LXIII. Menſe Septembri.* Omiſit Hertel. qui Baſileae erat ſcholae Petrinae moderator, dedicationem ad ſenatum Salueldenſem, quod, vt ait, *in priore editione dedicatio parum feliciter ceſſiſſet.* Inſcripſit igitur alteram editionem *Iodoco Iungio*, Briſacenſi, ſuo quondam diſcipulo, et omnia, (quae ſcil. in priore editione dederat,) *nunc ſecunda hac editione magis exornata et emendata* eſſe ſcribit. Epiſtolam autem finiuit ſic: *Vale. — Datae Baſileae, ex ludo noſtro ad D. Petrum, Calend. Iulii 1563.* Hertelii epiſtolae praemiſſum eſt carmen Hier. Oſii elegiacum, idque dedicatorium ad ſenatum Dantiſcanum. Atque *Oſius* verſionem poetarum memoratorum paullo ante ediderat Wittebergae, typis Laurent. Suenk, 1562. 8. vid. Klotzii diſſ. ad Tyrtaeum pag. 178. Adiiciuntur Schegkii, (pag. 274.) tum Oſii (pag. 322 ſqq.) interpretationes Theognidis et aliorum metricae: quas excipiunt pag. 394. verſio Phocylidis metrica Viti Amerpachii, tum reliquorum verſiones metricae variis auctoribus. Deſunt vero Eliae Vineti caſtigationes atque adnotationes in Theognidem. Reliquae editiones modo priorem videntur ſequutae, modo poſteriorem, acceſſionibus aut etiam mutationibus hinc inde factis. Sic habeo exemplum, Baſileae, ex officina Oporiniana, an. M.D.LXXVI. menſe Martio, quod et titulo opuſculisque primae editionis et dedicatione ad ſenatum Salueldenſem, 1561. ſcripta Vinetique adnotationibus in Theognidem eſt ornatum; at reliquis ſecundae editionis additamentis caret. Recuſa autem eſt *Hertelii* collectio, Baſil. ex offic. Oporin. 1569. 8. 1572. 8. 1576. 8. (cum anonymi notis MSS. in biblioth. Vffenbach. IV. p. 75.) Erphordii cum translatione metrica Anton. Mockeri, 1576. Lipſiae, apud Io. Rhambam, 1576. tum ibidem 1577. 1581. 1587. 1591. 1594. 1596. 1600. 1613. typis Lambergianis. Helmſtadii, 1668. in qua editione interdum fit diſceſſio a lectione Herteliana, vel potius Camerariana: Wratislau. 1692. quae eſt vitioſa etc.

Theognidis ſententiae elegiacae. Pythagorae verſus aurei, Phocylidae poema admonitorium. Digna omnia, quae ad vnguem ediſcantur a ſtudioſis adoleſcentibus. Duſſeldorp. excud. I. Oridyrus et Alb. Bayſius. 1563. 8.

Graeca primum, dein verſio eorum latina ſeparatim. Theognidis verſio eſt Schegkiana.

Theognis et Phocylides etc. per Steph. Rigelium. Niſſae, 1561. 8.

Vetuſtiſſimorum poetarum opera ſententioſa, quae ſuperſunt. Antwerpiae, ex officina Chriſtoph. Plantini, 1564. 8.

Inſunt *Phocylidis carmen, Solonis γνωμικά, Tyrtaei, Naumachii, Mimnermi, Callimachi, Rhiani, Eratoſthenis, Panyaſidis, Lini, Menecratis, Poſidippi, Metrodori, Simonidis,*

nidis, variorum poetarum γνῶμαι μονόστιχοι. — In bibliotheca Sarraziana nr. 1330. in 8. laudatur haec editio accuratiſſima et infrequens. Eadem eſſe videtur, quae in Draudii bibl. claſſica p. 1590. adfertur an. 1565. Memoratur quoque Theognidis, Phocylidis, Pythagorae et reliquorum editio Plantiniana, Antwerpiae, 1572. 1577. 1582. 8. vid. [illegible] biblioth. II. pag. 304.

Theognidis ſententiae, (graece) *cum verſione latina, ita, vt verbum verbo conferri poſſit, addita eorundem explicatione a Philippo Melanchthone.* Lipſiae, 1566. 8. — Editio tertia. vid. Chriſtii biblioth. II. p. 118. — rec. Mulhuſii, 1570. 8. — Lipſiae, 1581. 8. (vid. Kall. p. XVI.) Lipſiae, 1606. — Wittebergae, 1609. 8. 1631. 8. Londin. 1639. 8.

Nouam Theognidis, Phocylidis et aliorum poetarum recenſionem Henr. Stephanus, quem Criſpinus et reliqui editores vt plurimum ſunt ſequuti, (vid. Glandorf. l. m. p. 16 ſqq.) inſtituit more ſuo in ſplendido raroque opere:

Poetae graeci principes heroici carminis etc. Pariſ. 1566. in fol.

Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis aliorumque veterum poemata gnomica, latina verſione et annotationibus illuſtrata. Eſt tertia pars collectionis amplioris.

Gnomici autem in meo exemplo an. 1639 errore forſan bibliopegae, (a ſingulis enim partibus noua numerorum ſeries incipit.) efficiunt alteram partem collectionis Criſpinianae, inſcriptae: Τὰ σωζόμενα τῶν παλαιοτάτων ποιητῶν, γεωργικὰ, βουκολικὰ καὶ γνωμικὰ, *Vetuſtiſſimorum authorum Georgica, Bucolica et Gnomica poemata, quae ſuperſunt.* (Geneuae) apud Criſpinum, 1569. (al. 1570.) 12. rec. 1584. 12. 1600. et 1612. 12. (quae eſt recenſio Sylburgiana, vid. ad an. 1591.) per heredes E. Vignon. Geneuae, apud Io. Vignon. 1622. et 1629. 12. ibid. ſumt. Ioann. de Tournes. 1639. 12. Quando in titulo huius editionis additur: *Acceſſit huic editioni If. Hortiboni,* (h. e. Caſauboni) *Theocriticarum lectionum libellus*, id iam in ſecunda editione factum eſſe, ex praefamine typographi coniicio. — Pariſ. 1623. Tremonae, 1589. 8.

Theogn. Sententiae. gr. lat. Heidelberg. 1569.

Vid. Catalog. biblioth. Barberin. II. pag. 454.

Poemata Pythagorae et Phocylidis, cum duplici interpret. Viti Amerpachii. Lipſiae, 1572. 8.

Heſiodi opera et dies gallico carmine per Io. Boyſſonum, cum aureis Pythagorae carminibus, ſententiisque Phocylidis et Naumachii. Pariſ. 1574. 4. Gallicam tantum eſſe poematum verſionem, ſuſpicatur Glandorf p. 46.

Theognidis ſententiae, graece, cum latina metrica Iac. Sehegkii interpretatione. Pariſ. apud Ioan. Bene-natum. 1579. 4.

Vid. *Maittaire* A. T. III. pag. 777.

Theogn. Sententiae. gr. et lat. cum ſcholiis El. Vineti. Lipſiae, 1576. 8. [illegible] 8.

Phocylidis poema admonitorium. Graece. Pariſ. e typographia Steph. Preuoſteau. 1586. 4. — rec. 1602. 4.

Pythagoras.

Pythagoras, Phocylides, Theognis. Carmine latino expreſſi, *Petreio Tiara*, Friſio, Medico. et graec. litterarum, dum viueret, Profeſſore, interprete. Nunc recens ſummo ſtudio ac fide gr. et lat. coniuncti, breuibusque annotatiunculis illuſtrati et in lucem *editi ab Io. Arcerio Theodoreto, Friſio. Franekerae* excudebat Aeg. I. Radaeus. 1580. 8. min.

Epicae elegiacaeque minorum poetarum gnomae: graece ac lat. Pythagorae ſcil. Phocylidis, Theognidis, Solonis et aliorum. (Naumachii ſcil. Callimachi, Eueni, Rhiani, Eratoſthenis, Panyaſidis, Lini, Meneeratis, Poſidippi, Metrodori, Simonidis, Antimachi.) *Addita in fine variantis ſcripturae notatio: correcta item multis in locis interpretatio latina,* (proſaica) *graecis ex aduerſo appoſita: opera et ſtudio Frid. Sylburgii.* Francof. apud Io. Wechel. et Petr. Fiſcherum. 1591. 8.

Eſt nitida editio. In epiſtola dedicatoria ad Pincieriam familiam quaedam de aetate ſua et puerili et iuuenili, atque praeceptoribus affert Sylburg. Codicibus MSS. vti non potuit. Latinam vero verſionem multis in locis reddidit meliorem. In notis calci ſubiunctis de lectionis ſede apud alios gr. ſcriptores et varietate a Vineto ipſoque collecta, nec non de ſenſu verborum et ſententiarum breuiter ac dilucide docteque diſputat. — Haec editio frequenter recuſa eſt, mutata tamen inſcriptione: nimirum;

Γνωμογράφοι. Theognidis, Phocylidis, Pythagorae et aliorum poemata gnomica multis in locis correcta, additaque variantis ſcripturae notatio. Opera Fr. Sylburgii. Heidelberg. 1597. 8. typis Hier. Commelini, (qui hanc editionem dedicauit Dau. Hoeſchelio, et paucula, de quibus ſe fatetur Sylburgianas notulas fruſtra conſuluiſſe, ſubindicauit;) Francof. 1603, Geneuae 1612. 12. apud Euſtach. Vignon. Lugd. 1612. 12. ex typographia Io. Mallet. Traiecti ad Rhen. 1651. 1659. 1692. 1742. 1748. 12. (v. Biedermanni noua Acta ſcholaſt. vol. I. p. 410.)

Theogn. ſententiae elegiacae cum interp. latina. Ingolſtadii, 1598. 8.

Theogn. Phocylides, cum interpretat. Viti Amerbachii. Lipſiae 1598. 8.

Theognidis Megarenſis ſententiae graecolatinae, certis titulis, quos margo numerato exhibet, diſtinctae: cum indice duplici, vno dictionum et phraſium graecarum; altero titulorum: Opera M. Wolfgangi Seberi, ſcholae Schleuſingenſis Rectoris. Accedunt ſeorſim in eundem poetam Ioach. Camerarii ſcholia graeca. Lipſiae, impenſis Thomae Schureri. 1603. 8.

Latina verſio eſt Vineti: notae autem Seberi ſunt partim adſcriptae margini, partim locupletiſſimo vocum Theognidearum indici inſertae. De altera editione vide ad an. 1620.

Pythagorae ac Phocylidis carmina graecolatina, cum indice duplici, vno vocabulorum et phraſium, altero locorum communium edita a M. Wolfgango Sebero, Sulano, ill Schleuſingenſis ſcholae rectore. Accedunt hypomnemata gr. Ioach. Camerarii, et notae. Lipſiae Michael Lantzenberger excudebat. M DC. IIII. 8. impenſis Thomae Schureri, bibliopolae. — Notae ſunt criticae et grammaticae, aut comparantur aliorum ſententiae. — *Iterum* prodiit haec editio 1612. 8. (Editio Seberiana Lipſ. 1612. eſt in bibl. Hamburgenſi: num repetita ſit editio, an ſolum tituli tantum, quod in aliis libris ſaepe fieri ſolet, mutatum ac renouatum, equidem neſcio.)

Theogn. Sententiae, gr. et lat. Auguſtae Vind. 1604. 8. Argentor. 1610. 8.

Theognidis et rel. poemata in *Collectione poetarum graecorum carminis heroici, curante Iac. Lectio,* Aureliae Allobrogum, typis Petri de la Rouiere, 1606. fol.

Lectius in graecis plane ſequitur Stephanum, verſionem latinam repetiit e Sylburgianis editionibus.

Gymnaſmata verſuum graecorum, in quibus continentur: batrachomyomachia Homeri; Heſiodi O. et D. Theognidis ſententiae: Pythagorae verſus aurei; Phocylidis poema admonitorum; Omnia graece edita in vſum ſcholarum a Caſpare Brülouio. Argent. apud Marc. ab Heyden. 1618. 8.

Theogn. Phoc. Pythag. prodierunt quoque Lugduni 1612. 12. Leidae, 1625. 12. vide Glandorf. l. m. p. 50.

Theognidis Megarenſis ſententiae graeco latinae, certis titulis, numerato in margine poſitis, diſtinctae: cum indice duplici; vno dictionum et phraſium graecarum; altero titulorum. Editio ſecunda, quae ſeorſim, praeter graeca Ioach. Camerarii ſcholia, peculiares quoque notas exhibet, quibus et paſſim illuſtratur textus, et varia inſuper lectio vt aliunde, ſic inprimis e MSS. codd. bibl. Palatinae atque Auguſtanae commonſtratur. Opera M. Wolfgangi Seberi, Sulani. Lipſiae, imp. haeredum Thomae Schureri, (typis Io. Glükii.) 1620. 8.

MSS. duorum Palatinorum et vnius Auguſtani varias lectiones Hoeſchelius, et ſyllogen obſeruationum in Theognidem Weitzius miſerat Sebero, qui illis vſus, Weitzianas notas ſelectas ſuis immiſcuit, et verſionem reddidit meliorem, certe planiorem. Praeclara eſt editio.

Vetuſtiſſimorum poetarum, Heſiodi, Theocriti, Theognidis, Moſchi, Muſaei, Bionis, Phocylidis et aliorum, opera Georgica, Bucolica, Gnomica; gr. et lat. omnia notis ſuo loco neceſſariis illuſtrata. apud Io. Libert. Paris. 1628. 8.

Eſt repetitio edit. Geneuenſis, ſed emendatior. Excepto Heſiodo, in reliquis exemplar Stephanianum ſequutus eſt editor. Opus hoc, in quatuor diuiditur partes; illius vero integrum exemplar perquam difficile eſt inuentu, quia ſingulis fere auctoribus, aut partibus ſuus titulus poſitus eſt, anno 1627. ſignatus. Praefixum deinde eſt folium, an. 1628. notatum cum praefatione typographi, in qua de auctoribus antea ab illo ſingulatim editis ac poſtea in vnum corpus collectis agitur et ratio redditur. Prior pars continet Heſiodum cum ſylloge notarum: altera, Theocritum cum Heinſii aliorumque adnotationibus; tertia, Moſchum et Bionem cum ſcholiis, Auſonii Idyllion a Fed. Iamotio graecis verſibus expreſſum, et Muſaeum; quarta, Theognidem cum notis Vineti, ac reliquos, v. *Maittair.* A. T. tom. III. p. 891. et *Pinelli* Catal. II. nr. 4198. cum nota cl. Morelli.

Theognidis Megarenſis ſententiae, ad vſum ſtudioſae iuuentutis ſeorſim excuſae. Monaſterii Weſtphal. typis Bern. Raeſfeldii. 1634. 8.

Graecam, at vitioſam eſſe editionem, ſcribit Kall.

Poetae minores graeci: Heſiodus, Theocritus — — — Theognis, Phocylides, Pythagoras, —. Per Radulphum Wintertonum. Cantabrig. 1635. 8. in qua prima editione Wintertonus lectionem Stephani atque Criſpini ſecutus eſt, Cantabr. 1652. et ſaepius. Vide ſupra edd. Heſiodi, et Kall.

Poemata

Poemata Pythagorae, Phocylidis et Theognidis: cum verſione latina, huius quidem D. Phil. Melanchthonis: illorum vero noua, vbi verbum verbo reſpondet. Acceſſit et breuis quarundam vocum difficiliorum analyſis. In vſum acad. Guſtauianae, cura et ſumpt. *M. Io. Gezeli*, Dorpati Liuoni, apud Io. Vogel. 1646. 8. — — *In gratiam φιλελλήνων cum neceſſaria inſtitutione de quantitate, praecipue litterarum ancipitum α, ι, υ, recuſa, cura et ſumt. eiusdem.* Aboae, apud Io. Winter. 1676. — v. *Erici Michael. Fant* Hiſtoriam litteraturae graecae in Succia. Vpſaliae et Lipſiae, 1779. p. 112.

Iſocratis oratt. III. Plutarchus de inſtitutione puerorum. Pythagorae aurea carmina, Phocylidisque carmen. Ienae, 1656. Hildeſiae, 1657. Heidelbergae, 1678. Numburgi, 1702. 8. — opera Io. Iac. Schudt, Francof. 1702. 8.

Theognidis ſententiae omnes, gr. et lat. inter *Veterum poetarum graecorum poemata aut poematum ἀποσπασματια ſelecta — cura Io. Verſtii*, Berolini 1674. (vid. Fabricium ipſum poſt noſtram editionum enumerationem;) Francof. ad Viadrum 1692. 8. et ſaepius recuſa dicuntur. *Item* Marburgi cura *Io. Ioach. Schroederi*, LL. OO. Profeſſ. Marburg. ordin. (nouis Schroederi curis recognita.) 1733. 8.

Theognidis Megarenſis ſententiae elegiacae graeco latinae, notis philologicis — exornatae, commentario integro — illuſtratae —. Accedunt lectiones variantes; in φιλελληνων commodum, labore ac ſtudio Henr. Gottlob Iuſt, gr. ling. in gymnaſio Auguſtin. Prof. ſumptibus autoris, Erfurti, litteris Müllerianis. 1701. 8.

Inutilis huius editionis, a Kallio valde ſpretae, et tamen 1710. Francof. repetitae inſcriptionem longiorem dedit idem Kall.

Theogn. cum indice et notis, ab Ant. Blackwall. Londin. 1706. 12. Laudat hanc editionem, vt raram, ita praeclaram, Harwood, in: Ueberſicht verſchiedener Ausgaben der gr. und röm. Claſſiker. p. 11.

Phocyl. carm. locis S. S. parallelis a capite ad calcem illuſtratum a M. *Henr. Bönick.* Gymnaſii Martisburg. Conrectore. Lipſiae, 1710. 8.

Theognidis verſus 420. priores recepti ſunt in *Io. Patuſae* Encyclopaediam philologicam, vol. IV. a p. 253. — 267. Venetiis 1710. 4. (vide bibl. noſtrae vol. XIII. p. 457 ſqq.) et quaedam ſententiae in *Hier. Freyeri Faſciculum* poematum graecorum. etc. Halae Magdeb. 1715. 8.

Poemata Phocylidis, Pythagorae et Naumachii, cura Adami Erdmann Miri. Budiſſae, 1715. 8.

Θεογνις —. *Theognidis Lebens-Reguln, deren Text nach den beſten Leſearten hergeſtellet, und mit deutſchen Noten behandelt wird*, etc. — *durch Friedr. Gottl. Fiſchern.* Altenburg, 1739. 8,

Vid. Kall. pag. XXV.

Callimachi Hymni et epigrammata: quibus acceſſerunt *Theognidis carmina*: nec non *Epigrammata* centum ſeptuaginta ſex ex Anthologia graeca, quorum magna pars non ante ſeparatim excuſa. — His adiuncta eſt *Galeni* ſuaſoria ad artes. Notas addidit, atque omnia emendate imprimenda curauit editor. In praefatione diſſeritur de linguae graecae pronunciatione;

tione; ſecundumne quantitatem an accentum melius prodeat. Londini, impenſis Gul. Thurlbourne, bibliop. Cantabr. 1741. rec. 1751. mai. 8.

Bentleius, edit. ex Theognidis ſententiis, quas ad Cyrnum ſcripta eſſe exiſtimat, moralibus dedit excerpta, cum verſione vulgatis emendatiore. conf. Acta Erudit. Lipſ. an. 1745. p. 403. etc.

Ἐπικαὶ γνῶμαι. *Epicae et elegiacae ſententiae minorum poetarum graecorum, Pythagorae ſcil. Phocylidis, Theognidis, Solonis, Tyrtaei et aliorum. Addita Menandri* [illegible] *a Grotio collecta, et nonnulla epigrammata moralia excerpta ex Anthologia, gr. et lat.* In vſum ſcholarum. Venetiis, apud Simon. Occhi. 1746. 8. — Haec collectio plenior eſſe dicitur quam Sylburgiana.

Plutarchus de puerorum educatione et de audiendis poetis, *Iſocratis* orationes tres, *Heſiodi* Opera, et *Theognidis ſententiae*, graece, in vſum ſcholarum. Recenſuit, praefationem et vitas auctorum praemiſit *M. Chriſtoph. Kretſchmar*, Cruciani Dresden. Conrector. Dresdae et Lipſiae, 1750. 8.

Variae lectiones paſſim ſubiiciuntur textui.

Phocyl. carm. cum ſelectis adnotationibus aliquot doctorum virorum, gr. et lat. Nunc denuo ad edit. praeſtantiſſimas recenſuit, interpretationem lat. emendauit, notasque ſuas adiecit M. I. Ad. Schier. Lipſiae, 1751. 8. Notae excerptae ſunt Sylburg. Neandri, (quem ſecutus eſt Schier in contextu,) Amerbachii et I. A. Fabricii. Praefixus eſt editionum index.

Theognidis, Phocylidis, Pythagorae carmina ex diuerſo latina interpretatio expoſita, multis in locis correctior, quam antea prodierit; accedit italica verſio metrica, curante Angelo Maria Bandinio, Florentiae, 1766. 8.

Ἠθικὴ ποίησις *ſive Gnomici poetae graeci ad optimorum exemplarium fidem emendauit Rich. Franc. Phil. Brunck. Argentorati,* in bibliopolio academico. 1784. min. 8.

Reddidit cel. *Brunck* in hac editione omnia, quae continet pars altera editionis poetarum minorum graecorum Radulphi Wintertoni, Cantabrig. excuſae an. 1677, (exceptis tribus *Orphei* fragmentis, in quorum locum ſubfecit *Cleanthis* Hymnum:) ſed multa e codd. regiis Pariſinis aut edd. Manutii et Turnebi, etiam Neandri, et ex codice Stobaei Pariſ. aut de ſua ipſorumue coniectura emendata, mutata aut, praecipue in Theognideis, alio modo diſtincta, in ſuamque repoſita ſedem. At Camerarii, H. Stephani et [illegible] editiones neglectae videntur, in quibus tamen variae reſcriptae fuerunt lectiones, quae ab ill. Brunckio ex codd. Pariſ. ſunt notatae. Addidit vero cel. Heſiodi O. et D. Solonis fragmenta locupletauit: ac [illegible] ſententiis fragmentum aliquod, quorum partem tantum Wintertoni editio exhibet, integra dedit ex auctoribus, qui ea ſeruarunt. Omiſſis vulgatis verſionibus, ſententias et fragmenta ab Hugone Grotio aliisque viris doctis carmine latino reddita, ſingulis ſubiecit graecis. In calce [illegible] notas breues, [illegible], acutas quidem doctasque, interdum audaciores; et [illegible], [illegible] maxime [illegible] eſſe interpretationum ſenſuque expreſſionem, moleſte ferunt. Alia quaedam in editione hac praeclara [illegible] recenſione deſiderat [illegible] eruditus in Götting. ephemerid. literariis plag. 95 an. 1784. p. 947 ſqq. — Idem cel. *Brunck* in Analectis vet. poet. graec. vol. I. p. 77 ſq. et II. p. 522. dedit decem fragmenta *Phocylidis* Mileſii. *Harl.*]

In

In *Ioannis Vorſtii* Apoſpaſmatiis ſelectis poetarum graecorum Berolini 1674. 8. cum latina verſione, praeter librum ſextum Iliados et Heſiodi Ἔργα καὶ ἡμέρας, occurrunt *Theognidis* quaecunque ſuperſunt, (quibus alienum aliquid adſutum eſſe Vorſtius quoque ſuſpicatur) *Pythagorae* aurea carmina, *Phocylidis* poema, Pindari Olymp. Od. 1. et Pythionicon. Od. 7. Nemeonic. Od. 2. et Iſthmionic. Od. 3. Euripidis Hecuba, pars ex Aiace flagellifero Sophoclis, Aeſchyli Prometheo vincto et Pluto Ariſtophanis. Theocriti Idyllium 4. 9. 10. et 17. Moſchi 4. Bionis 5 et 6. Par ex Arati phaenomenis, argonauticis Apollonii, Callimachi hymnis in Iouem. particula ex periegeſi Dionyſii, (quem ſub Antonino Caracalla vixiſſe perperam tradit.) et Oppiani cynegeticis, tum XXXVIII. ſelecta epigrammata ex anthologia Maximi Planudae.

Danid Hoeſchelius Gnomicorum, atque adeo Theognidis Ἔκδοσιν meliorem ad 3. MSS. codices meditatus eſt. vt didici ex epiſtolis Gudianis p. 188. Miſerat et nonnulla ad Sylburgium, ſed quae periiſſe ille ſibi conqueritur in limine ſuarum animaduerſionum. Nouam editionem, eamque pleniorem cum graecis Ioachimi Camerarii ſcholiis, notis Wolfgangi Seberi et Ioachimi Weitzii, Sylburgii atque Commelini integris, tum Vineti, Neandri aliorumque ſelectis, ſuisque molitus eſt M. *Abrah. Kallius*, Hafnienſis, et *Specimen nouae editionis Sententiarum Theognidis Megarenſis, poetae antiquiſſimi* etc. Gottingae et Gothae, 1766. 4. publicauit. praemiſſo catalogo editionum Theognidearum ſecundum ordinem temporis digeſto. Vt liberalitas in notis expoſita omnibus placeat, verendum eſt. De verſionibus pauca addere lubet. — *Latine* verterunt, proſa, *Elias Vinetus*, *Philippus Melanchthon*, et *Michael Neander*: verſu *Iac. Schegkius*. Phocylides verſibus elegiacis a *Steph. Riglio*. Niſſae, 1561. 8. *Cyriaci Lindemanni* verſio ligata num lucem adſpexerit, equidem neſcio. Molitum eſſe illum, nec non *Eobanum Heſſum*, conſtat; vid. *Camerar*. praef. ad Theognidem, et Epiſtolam ad Lindemannum, p. 189. Epiſt. poſtum. — *Pythagoras*, *Phocylides ac Theognis*, carmine latino expreſſi, *Petreio Tiara* auctore, Franequerae 1589. 8. — *Caſparis Barthii Theognis*, latinus, vt diſticho diſtichon, ſenſus ſenſui reſpondeat, inter *Caſp. Barthii* Opuſcula varia, Hanouiae 1612 8. p. 211 ſqq. — *Gallice*: Les ſentenzes de *Theognide*, poete grec, miſes en vers françois par *Nic. Pavillon*, Pariſien. Paris, chez Guil. Iulien. 1578. 8. vide Kall p. XXVIII. — Les Preceptes de *Phocylide* traduits du Grec etc. par Mr. de l'Academie Françoiſe. à Bruxelles 1699. 12. — Gallica verſio eodem anno *Pariſiis* cum aliis opuſculis et notis edita dicitur: quae, num eadem ſit, an diuerſa, definire nequeo. — Sentences de *Theognis*, de *Phocylide*, de *Pythagore* et des Sages de la Grece, recueillies et traduites par Mr. *Levesque*. Paris. 1783. 12. Continet quoque ſententias *Demophili* et *Democratis*, atque epiſtolas nonnullarum, quae putantur, pythagoricarum. Poema Phocylidis. putat Leveſque, eſſe genuinum, nonnullis verſibus interpolatis. — *Hiſpanice*: *Epicteto* y *Phocilides* en eſpannol con conſonantes, autor *D. Franciſco de Queuedo* en Madrid. 1635. 8. et in tertio vol. Operum Queuedi, edit. Bruxell. 1671. 4. ad calcem Epicteti. — — *Italice*: de Saluini verſione inedita vid. Giornale d'Italia. tom. XIV. p. 132. et Kall, p. XXVIII. — *Germanice*: Specimen verſionis *Theogn*. metricae haud probatae, auctore *I. Dan. Denſo*, in: Beyträge zur Critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache etc. Lipſiae, 1738. part. XX. nr. IV. p. 559. — auctore *Fiſcher*, (Altenb. 1738.) Bautzen, 1739. 8. — in editione Altenburg. 1746. ſupra memorata. Phocyl. auctore *Melchior Dieter. Procopio* in eines Auserleſenen moral. Gedichten, Francof. et Lipſ. 1720. 8. p. 59 ſqq. — — *Harl.*] Sententias quasdam eiusdem poetae cum dogmatis moribusque

ribusque Iudaicis congruentes notauit *Ioh. Henricus Erneſti,* Profeſſor Lipſienſis, ad calcem exercitationis de Hiudaiſmis in libris profanorum ſcriptorum occurrentibus. Lipſ. 1690. 12.

Phocylides. III. PHOCYLIDES Mileſius philoſophus, Theognidis aequalis fuit, vt poſt Euſebium Suidas [quem ad verbum h. v. exſcripſit Eudocia,] teſtatur l). Sane ab Iſocrate, Plutarcho, Dione 2. de regno p. 19. et aliis iunctim laudatur cum Theognide. *Iſocrates* Orat. ad Nicoclem: *σημεῖον δ' ἄν τις ποιήσαιτο τὴν Ἡσιόδου καὶ Θεόγνιδος καὶ Φωκυλίδου ποίησιν.* καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους συμβούλους γεγενῆσθαι τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. Cyrillus Alexandrinus VII. in Iulianum negat, Salomonem cum Phocylide, Theognide, Socrate et Iſocrate eſſe comparandum, et p. 225. Πεντηκοστῇ, ait, καὶ ὀγδόῃ Ὀλυμπιάδι Φωκυλίδης καὶ Θέογνις ἐγενέθην, *LVIII. Olymp. Phocylides et Theognis floruerunt.* Ita enim malo, quam, quod interpres, *orti ſunt.* Idem Suidas ei tribuit ἔπη et ἐλεγείας, tum παραινέσεις ſiue γνώμας, quas ait a quibusdam inſcripta κεφάλαια ſiue *capita exhortatoria.* Etiam Phocylidis carmina μελῳδηθῆναι olim non minus quam Homeri, Heſiodi, Archilochi ac Mimnermi, teſtatur Chamaeleon apud Athenaeum lib. XIV. Ex auctione Gudiana accepi codicem Theognidis MS. in quo hoc ſingulare, quod, quoties nouum argumentum incipit, quod non ſemper manifeſtum eſt, in exemplis et ab editoribus neglectum, rubra littera maiuſcula initiali verſus notatur. [In fragmentis apud Stobaeum et Brunck in Gnomicis poet. gr. p. 91 ſq. repetita ſunt ab initio ſingulorum ſententiarum καὶ τόδε Φωκυλίδου, quod iam *Dio Chryſoſtomus* diſſ. 36. p. 440. (p. 79. tom. II. edit. Reiskii,) notat: qui verſus genus atque figuram quaſi deſcribunt illos poeticos Brunckio l. m. p. 310 ſq. polere obſeruante. Adde Paul. Manutii not. ad Ciceron. IV. 9. ad Atticum. *Harl.*] Exſtat ſub *Phocylidis* nomine hodieque *carmen νουθετικὸν* verſuum 217. m) elegantiſſimis ſententiis refertum. Sed praeter Scholiaſten Alexipharmacon Nicandri, qui verſum 160. vna cum tribus proximis citat, nemo [?] fere veterum quicquam ex eo profert: non Iuſtinus, non Clemens, non Baſilius M., Euſebiusue aut Theodoritus, qui tanto ſtudio ethnicorum dicta cum iudaeis vel chriſtianis dogmatis conſpirantia collegerunt, qualia ex hoc carmine, ſiquidem illis innotuiſſet, quam plurima adferre potuiſſent. Contra, quae e Phocylide laudant Plato, Ariſtoteles, Strabo, Lucianus, Alexand. Aphrodiſ. in III. Topic. p. 134, Athenaeus, Dio Chryſoſtomus, Plutarchus n), Clemens

l) *Philocydes* memoratur ab Athenaeo lib. VIII. p. 341. lin. 1. — Phocylides in genitiuo *Phocylidis,* vt Andocides, *Andocidis* apud Cornel. Nepot. in vita Alcibiadis cap. 3. *Heum.* Immerito habebatur a quibusdam *Mylenſis,* Siculus. v. Mongitor. bibl. Sicul. II. p. 53. Append. *Harl.*

m) Recte Fabricium numeraſſe verſuum numerum, adſeuerat *Brunck* p. 321. Gnomicorum, licet hic e ſcriptis duobus addiderit verſum, in impreſſis omiſſum; nam verſus 64. qui bis poſitus erat, pro vno tantum cenſeri debet. *Harl.*

n) Laudatur verſus quidam a *Plutarcho* in libro de Stoicorum repugnantiis p. 1034. E. ad quem alludit Ariſtophanes in Veſpis v, 725. inſertus is quoque νουθετικῷ carmini in codice regio inter verſ. 81 et 82. quem Brunck ſuſpicatur, exſtare in aliqua huius carminis editione: eumdem tamen Brunckius p. 317. (coll. p. 321.) cenſet longe antiquiorem eſſe auctore huius carminis. Scholiaſtes praeter ea ad Ariſtophanis Nubes verſu 239. laudat ſub *Phocylidis* nomine duo verſus, quos fruſtra quaeris in carmine, quod habemus, *admonitorio.* Centonem eſſe ſententiarum compilatorum, auctore quodam chriſtiano, hoc poema, iudicat *M. Ludou. Wachler,* Gothanus, in diſp. de Pſeudo-Phocylide. Rinteliae 1788. 4. At piam ſubfuiſſe fraudem, vix crediderim: contra plures eiusmodi collectiones ſententiarum olim factas fuiſſe, probabile videtur. Huic igitur collectioni nomen Phocylidis praefixum fuerit, vel per caſum poſteſ...

mens Alex. et Stobaeus, in νȣθετικῷ noſtro fruſtra quaeres. *Themiſtius* e Phocylide laudat in orat. 24. ad Nicomedienſes p. 307. ὅτι σμικρὰ πόλις μετὰ φρονήσεως ἐπὶ σκοπέλȣ κατοικȣ̃σα κρέιττων Νίνȣ ἀφραινέσης. Itaque *Ioſephus Scaliger* ad Euſebium p. 96. *Noli*, inquit, *putare hoc carmen illius Phocylidae eſſe, ſed ἀνωνύμȣ Chriſtiani. Et fortaſſe fuerit idem auctor cum illo Naumachio* o), *qui Chriſtianum carmen νȣθετικὸν ſcripſit de Virginitate. Neque vero puto ullius veterum carmen exſtare, quod cum poeſi huius Phocylidis, ſi modo ei nomen id fuit, aut elegantia, aut nitore, aut cultu verborum conferri poſſit.* Scaligeri iudicio ſubſcribunt *Daniel Heinſius* Exerc. Sacr. ad Hebr. IV. 12. et ad Theocritum p. 20. *Huetius* demonſtrat. euangel. Prop. IV. cap. 2. §. 66. p. 113. et 608. Prop. VII. §. 15. et Alnetan. quaeſt. p. 136. *Voſſius* de poetis graecis p. 22. et de philoſophia p. 136. libr. II. cap. 4. §. 3. *Ioh. Reiskius* p. 67. de Sibyllinis, *Georgius Calixtus* de reſurrectione carnis §. 6. [*Dupert* ad Theophr. char. p. 225. *Salmaſ.* de Coma p. 553. *Hadr. Iunius* de Coma, tom. IV. Theſauri Gruter. p. 512. *Harl.*] *Marquardus Freherus* p. 64. parergon; [*Fiſcher.* in Animad. ſuper Gramm. gr. Weller. p. 349.] vt Barthium, Taubmannum, aliosque praeteream. Vetuſtiſſimi ſcriptoris *Iudaei* gnomas, ſub Phocylidis nomine legi contendit *Iſ. Voſſius* de Sibyllinis oraculis cap. 5. quae ſententia probatur *Ioh. Fello* Oxonienſi epiſcopo in notis ad Cypriani lib. I. aduerſus Iudaeos p. 27. [conf. *Wolfii* bibl. hebr. I. p. 968. et *Cleric.* comm. ad Exodi XXII. 31. et ad Deuter. XXII. 6. *Heum.*] Sed non facile mihi perſuaſerim, a Iudaeo ſcriptum v. 35. ἔςωσαν ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολίταις, neque conſtat inter Iudaeos frequentatum criminis genus, de quo v. 202. neque adeo multa video in Phocylidis carmine, quae non potuerint ab ethnico ſcribi aeque atque a Iudaeo vel Chriſtiano, ſiue vt auctor graecorum in Phocylidem iamborum, χριςομύςȣ. Nam quod de morticinio non edendo Scaliger obiicit e v. 132. 137 ſq. notum eſt, Pythagoreis quoque illud inter prohibita fuiſſe, vel e Laertii VIII. 33. Ita quam plurimis aliis Moſaicis inſtitutis conſenſerunt Aegyptii et Graeci, ne alias gentes iam commemorem, vt oſtenſum Spencero in opere de legibus Hebraeorum, Marshamo in Chronico canone, et Grotio ac Clerico commentariis in Pentateuchum. Reſurrectionis dogma v. 97 ſqq. neutiquam ita a Phocylide declaratur, vt non poſſit de metempſychoſi exponi p), neque clarius adſtruitur, quam in hisce *Epicharmi:*

Συνεκρίθη

ſoris cuiusdam, qui illas ſententias fuiſſe Phocylideas putarit, vel quod reuera quaedam Phocylideae ſententiae ſiue ab initio poſitae fuerint ſiue immixtae, ab illo autem philoſopho notiſſimo, reliquis auctoribus incertis aut obſcuris, nomen obtinuerit, ſententia orta, Phocylidem fuiſſe illarum parentem. Nec multum abeſſe ab hac ſententia ven. *Ver Poorten*, S. S. Doctorem et gymnaſii academici Gedanenſ. Rectorem, cognoui poſtea ex illius additamentis mecum communicatis. „Phocylidis νȣθετικον eſt γνωμολογια collecta forſan quarto poſt C. N. ſaeculo. Cui Phocylidae nomen adſcriptum eſt, vel vt hac hedera merx fieret vendibilior; vel quod multa, Phocylidae nomine, tum nota, his inſerta. Sed et inſerta quaedam aliorum addita, etiam nonnulla hominis chriſtiani manu, prorſus credibile eſt. Illa certe correctio ſententiae, quam legimus, λόγῳ *rationi*, verſ. 121. commemorato, opponitur ὁ τȣ̃ς θεοπνευςȣ σοφιας λογος, alii, niſi Chriſtiano, tribui vix poteſt. Neque tamen propter ea totum carmen homini Chriſtiano adſcribendum videtur. Varia enim congeſta eſſe, et rerum ordo turbatus, quod vel in primis verſibus perſpicias, et crebrior vnius rei repetitio, verbi gratia v. 4. et 10. verſ. 25. et 54. atque 28. v. 33. et 65. verſ. 12. et 33. atque 93. v. 134. et 22. videtur non obſcure docere.“ *Harl.*

o) Id negat *Brunck* ad gnomicos poet. graec. p. 322. cui *Naumachius* poetica facultate Pſeudo-Phocylide praeſtantior videtur: p. 315. non omnino comprobat Scaligeri iudicium. *Harl.*

p) At verſu 96. prohibetur corporis humani diſſectio,

Συνεκρίθη καὶ διεκρίθη
Καὶ ἀπῆνθεν ὅθεν ἦνθε πάλιν
Γᾶ μὲν ἐς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω. Apud *Plutarch.* in conſolat. ad Apollon. [?]

Epicharmi et *Pindari* dicta apud Clement. IV. Strom. p. 541. Plura apud *Gataker*. ad Antonini VII. 50.
Vel in *Euripidis* Chryſippo :

Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φύντ' ἐς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίας
Βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν.

Clauſulam quoque carminis Phocylidei chriſtiano homine parum dignam eſſe obſeruat elegans ſcriptor hiſtoriae operum eruditorum *Henricus Baſnagius* Bellouallius an. 1699. p. 183.

Ταῦτα δικαιοσύνης μυστήρια οἷα βιεῦντες
Ζωὴν ἐκτελέοιτ' ἀγαθὴν μέχρι γήραος οὐδῶ.

Alia, inquit Baſnagius, *praemia pietatis propoſita fuiſſent ab auctore chriſtiano*. Lucret. lib. III. *Cedit idem retro, quod fuit ante, in terram* etc. v. Iul. Paullus lib. I. ſentent. tit. 21. et Schultingii notas p. 262. In veteri inſcriptione Nicocratis, muſici ac poetae apud Montfaucon. Palaeogr. gr. p. 171. *πνεῦμα λαβὼν* etc. Alexis Olympiodor. *τὸ σῶμα μὲν ἐμὸν θνητὸν αὖον ἐγένετο, τὸ δ' ἀθάνατον ἐξῆρε πρὸς αἰθέρα.* p. 583. Grotii excerpt. Menandri: *ἐνταῦθ' ἀπελθὸν πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.*

Ceterum, quod Suidas auctor eſt, *κεφάλαια Phocylidis* e Sibyllinis ſurrepta fuiſſe, ita verum eſſe comprobatur, vt in Sibyllinorum codicibus quibusdam MSS. libro ſecundo multi legantur verſus, qui *αὐτολεξεὶ* iidem occurrunt etiam in Phocylideis. Sibyllae ſcrinia compilaſſe Phocylidem, arguit *Marquard Freher* cap. 22. Parergon tom. I. Theſauri Iuris Euerh. Ottonis p. 892. Vide editionem graecolatinam Sibyllinorum Pariſienſem p. 4-5 ſqq. Sed et lib. III. pag. 235. verſus:

Κ' ἡ φιλοχρημοσύνη τίς γ' ἢ κακὰ μυρία τίκτει

reſpondet Phocylidis v. 38. et libro 5. Sibyllin. p. 335.

Οὐδὲ γαμοκλοπίαις καὶ παίδων κύπρις ἄθεσμοι

efformatus eſt e Phocylidis verſu primo. Hoc enim malo credere, Phocylidea Sibyllinis inſerta eſſe, quam contra. Codicem MS. *Phocylidis* antiquiſſimum, in quo verſus plerique inſunt, memorat *Labbeus* bibl. nou. MSS. p. 172. In MS. regis Galliar. quod fuit Antonii Eparchi, hoc diſtichon praefigitur teſte Banduriio p. 883. ad Antiqq. Conſtant.

Tαῦτα

diſtincte, quod pridem notatum Brunckio ad illum verſum, ſecundum chriſtianam diſciplinam temporis, quo vixit auctor huius carminis, grande piaculum erat, ob rationem, quam ipſe ſubdit, ſemper, quia corpora olim in lucem vitamque [illegible] [illegible] produtura ſunt. *Harl.*

Ταῦτα δίκης ὁσίῃσι θεοῦ βουλεύματα φαίνει
Φωκυλίδης ἀνδρῶν ὁ σοφώτατος ὄλβια δῶρα.

Solet carmen huius poetae plerumque Theognidi ſubiici, quamobrem ad illius editiones paullo ante notatas lectorem remitto. Primus liber graece in Gallia excuſus, Pariſiis, an. 1507. 4. curante *Franciſco Tiſſardo* apud Guil. Gurmontium prodiit hoc titulo: *In hoc volumine contenta: Alphabetum graecum, regulae pronunciandi graecum. Sententiae ſeptem ſapientum. Opuſculum de inuidia. Aurea carmina Pythagorae. Phocylidae poema admonitorium. Carmina Sybillae Erythraeae de iudicio CHRISTI venturo. Differentiae vocum ſuccincta tractatio.* Vide A. Chevillierium de origine typographiae Pariſ. p. 249. qui p. 251. et 253. memorat et gnomologiam h. e. Theognidem, Phocylidem etc. excuſam Pariſ. 1512. curante Hieron. Aleandro. [P] Reliquarum editionum indicem vide ſupra §. II. inter Theognidis editt. Hiſpanice transtulerat Iudaeus celeber *Menaſſe ben Iſrael* et cum notis edere voluit, teſte Theoph. Spizelio p. 383. coronidis philologicae ad ſacra arcana bibliothecarum retecta. conf. Wolfii biblioth. hebr. I. pag. 782. At exſtat hiſpanica metaphraſis, de qua ſupra in recenſ. editt. Theognid.

Gnomicorum collectiones. Aldina. IV. Non ab re fuerit, hoc loco recenſere collectiones varias ſcriptorum gnomicorum et ſententiarum e pluribus graecis vetuſtis ſcriptoribus, recentiorum induſtria congeſtarum, et in lucem editarum. Primus *Aldus Manutius*, Venet. 1495. fol. typis luculentis, cum Heſiodo q), Theocrito, Theognide et Phocylide edidit Catonis diſticha r) a Maximo Planude graecis hexametris expreſſa, ſententias ſeptem ſapientum s), varia aduerſus inuidiam eleganter dicta et cogitata: *Sententias iambicas* t) *monoſtichas* e variis poe-

 tis

q) [Leges plura ad Heſiodum ſupra in editionum recenſione.]

r) Haec poſt Planudem graece verterunt *Matthaeus Zuberus, Ioh. Mylius* Libenrodenſis et feliciſſime *Ioſephus Scaliger*, qui etiam ſelectas ſententias *Publii Syri* totidem verſibus graecis reddidit. Vide, quae notaui in bibliotheca latina.

s) Sententias hasce praeter Laertium lib. I. tradunt *Hyginus* fab. CCXXI. Clemens 1. Strom. pag. 300. *Auſonius* p. 270 ſq. edit. Iac. Tollii, *Sidonius* carmine 15. Scholiaſtes Luciani tom. I. p. 34. etc. A *Leonhardo* quoque *Lycio* ſeptem ſapientum ſententiae graece et latine editae ſunt cum notis Lipſ. 1562. 8. collectae ex variis ſcriptoribus Demetrio Phalereo et *Soſiada* apud Stobaeum, ſerm. III. de prudentia, Plutarcho conuiu. 7. ſapient. Laertio, Auſonio atque recentioribus Alciato et Ioach. Camerario. Pro *Periandro* Corinthio tyranno alii ſeptem ſapientibus adnumerarunt *Myſonem Cheneum*, (*Χηνεὺς* dicitur in Platonis codicibus, Protagora p. 295. *Myſo Malienſis* inter ſeptem ſapientes numeratur apud Diodorum Sic. in Excerptis Peireſc. pag. 234.) vel *Pherecydem*, Syrium, vel *Acuſilaum*, Argiuum, vel *Anacharſin*, Scytham, vel Cretenſem *Epimenidem*. Vide *Clementem* 1. Strom. p. 299.

t) Hasce ſententias quingentas amplius cum latina verſione qualicunque ſua ſeparatim edidit *Othmarus Nachtgall*, Argentinus, Argentorati, 1515. 4. [vid. ſupra in commemoratione editt. Theognid. Edidit quoque eas H. Stephan. cum ſententiis comicorum 1563. 12. *Tiberius Hemſterhuſ.* ſubiunxit dialogis ſelectis Luciani et Cebetis tabulae. Amſtel. 1708. 12. rec. Baſil. 1771. 12. pag. 269 ſqq. *Brunck* cum gnomicis poet. gr. Fabricius orae exempli ſui plura adſcripſerat, quae hic repetam. „Exſtant etiam graece excuſae ad calcem Heſiodi Ἔργων, poſt Theognidis Eleg. Aurea carmina Pythagorae et Phocyl. apud Petrum Brubach. 1549. item ad calcem antiquioris collectionis graecae Baſileenſis apud Io. Frobenium 1521. cuius titulus: Scriptores aliquot gnomici, de qua dictum eſt ſupra lib. II. cap. 2. §. 8. -- *Gabr. Groddeckii* diſſ. duae in dictum Chilonis: Ne quid nimis. Gedani, 1709 — . [Dicta ſapientum etc. gr. cum verſione latina Io. Othonis Brugenſis, (qui duobu

tis collectas ſub titulis alphabeti ordine digeſtis *εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας, εἰς ἀλήθειαν* etc. Pythagorae aurea carmina, Acroſtichin Sibyllinam ex Euſebio, et *διαφορὰν φωνῆς*, ſiue expoſitionem verborum, quibus Graeci ſonos variarum rerum et voces variorum animalium exponunt, quam hoc loco integram ſubiiciam: *ἐπὶ κύκνε ᾄδειν, ἐπὶ ἀηδόνος τερετίζειν, ἐπὶ τέττιγος ἠχεῖν, ἐπὶ κίχλης κιχλίζειν, ἐπὶ κοράνης καὶ κοράκων κρώζειν, ἐπὶ σφηκὸς καὶ μελισσῶν βομβεῖν· ἐπὶ πυρὸς βρόμος, ἀνέμων πάταγος, κάλων συριγμός. Ἐπὶ ἀνθρώπων κεκραγέναι, ἐπὶ κυνῶν ὑλακτεῖν,* (latini *hirrire, ratire,*) *ἐπὶ λύκων ὠρύεσθαι, κυρίως δὲ καὶ ἡ τῶν κυνῶν φωνὴ ὠρυγή. Ἐπὶ προβάτων βληχᾶσθαι, ἐπὶ βοῶν μυκᾶσθαι, ἐπὶ ἵππων χρεμετίζειν, ἐπὶ ὄνων βρωμᾶσθαι, λέγεται δὲ καὶ ὀγκᾶσθαι, ἐπὶ λεόντων βρυχᾶσθαι, ἐπὶ ἄρκτων καὶ παρδάλεων ὁμάζειν,* [P] *ἐπὶ ὄφεων καὶ δρακόντων συρίζειν, ἐπὶ αἰετῶν κλαγγάζειν, ἐπὶ ἀλεκτρυόνων κοκκύζειν, καὶ ἠχεῖν, ἐπὶ χοίρων γρυλίζειν καὶ γρύζειν, ἐπὶ περδίκων κακκαβάζειν, ἐπὶ γλαύκων κακκιβάζειν καὶ κλώζειν, ἐπὶ ὀρνίθων κακκάζειν, ἐπὶ ἁμαξῶν τετριγέναι.* Dolendum eſt, Iſaaci Caſauboni diatribam de vocibus animalium intercidiſſe, qua ſcriptor eruditiſſimus teſtatur u), ſe opes Graeciae huius generis in vocibus non ſegniter contuliſſe cum paupertate ſermonis latini. Vide interim *Caſparium* quaeſt. LXXVIII. p. 218. Carmen de philomela, quod *Ouidio* tribuitur v), *Ioach. Camerarium* in commentariis vtriusque linguae p. 198 ſqq. *Ioh. Textoris* officinam p. 280 ſq. *Andream Schottum* lib. II. cap. 51. obſeruatt. human. [cuius tamen operam atque emendationes minime probat Iriarte in Catal. MSS. gr. Matrit. p. 310. *Harl.*] *Samuelem Bochartum* in limine Hierozoici, *Iul. Caeſ. Bulengerum* de venatione Circi cap. 20. *Frid. Hofmanni* epigrammata p. 158 ſqq [adde inſignem locum *Aeliani* H. Anim. lib. V. cap. 51. *Iriarte* in codicibus MSS. reg. biblioth. Matrit. e cod. LXXXIII. publicauit p. 306. quatuor fragmenta gr. *de vocibus animalium quadrupedum*, tum p. 307 ſq. e cod. Eſcurialenſi fragmentum vnicum *Zenodoti Philetaeri περὶ διαφορᾶς φωνῶν ζώων*. [Conf. Valkenar. Anim. ad Ammon. pag. 228 ſq.] Pag. 308 ſq. confecit Iriarte Catalogum *omnium*

ſaeculis illa edidit: praefatio enim ſcripta eſt Duysburg, 1586. et repetita eſt) ad calcem editionis Weſterhouianae Orationum ſelectarum Ciceronis cum notis Cellarii, Amſtelaedami, 1735. 8.] Dicta ſapientum; germanica metaphraſis *Melchioris Dieter. Procopii*, in eius Auserleſenen moraliſchen Gedichten. Francof. et Lipſiae, p. 69. — Mots dorés des ſept ſages de Grece etc. Paris, 1554. 12. — *Henr. Korn*, Sileſii, Mauſoleum ſeptem Graeciae ſapientum ſiue eorum elogia cum gnomis etc. Pragae, 1643. fol. Sotwell. p. 328. De ſeptem ſapientibus conſulendae *Io. Franc. Buddei* diſſ. et *I. Lomeieri* dierum genialium lib. I. diſſ. VIII. *Philippi Beroaldi* Heptalogus ſeptem Sapientum. — *Raphael Volaterranus* in Commentar. vrban. lib. XXXVIII. pag. 311 ſqq. *Alexander Arnoldus Pagenſtecher* in Sylloge diſſ. VI. et VII. Bremae, 1713. 12. Hiſtoire des ſept ſages par Monſ. *Isaac de Larrey*, Conſeiller du Roi de Pruſſe, Rotterod. 1713. 8. (vid. Memoir. de Trevoux 1717. pag. 551. german. Acta Erudito. XV. tom. 2. p. 175. LX. tom. 5. pag. 914. Iournal literaire tom. I. pag. 31. tom. IX. pag. 330. Acta Erudit. 1713. pag. 455. an. 1717. pag. 499. Journ. des Sav. 1717. p. 405.) *Scuderia* in Cyro ſuo, part. IX. conuiuium ſeptem ſapientum referens: etiam Franecker. 1647. 12. Libellus, in quo poſt diſticha de moribus, quae Catoni vulgo adſcribuntur, metaphraſi graeca Planudae et Deſiderii Erasmi ſcholiis illuſtrata ſequuntur, Dicta Periandri gr. et lat. cum interpretatione Erasmi. Dicta aliorum Graeciae ſapientum, interprete eodem Erasmo. Eadem per Auſonium cum Erasmi ſcholiis. Iſocratis ad Demonicum oratio ex verſione Rudolphi Agricolae. — *Thomas Stanley* in Hiſtoria philoſophiae: *Heumannus* in Actis philoſophorum, part. X. 1." *Harl.*]

u) Caſaub. in notis ad Antonium Getam Aelii Spartiani. *Fabric.* Fragmenta eius extant in Caſaubonianis a Wolfio editis, pag. 55 ſqq. et 263 ſq. *Heumann.*

v) Si Goldaſto in Catalectis Ouidianis credendum eſt, id carmen adſcribi debet *Albio* cuidam *Ouidio Iuuentino*. conf. Fabricii biblioth. lat. I. pag. 465 ſq. edit. *Erneſti*. *Harl.*

omnium vocum animalium, adductis quatuor ſupra fragmentis complexarum, quorum ordinem romanae numerorum notae deſignant. Poſt, (p. 309.) memorat opus a ſe compoſitum et latine elaboratum, *Gloſſarium Zoicum*, vbi toto Latio conquiſita vocabula ad *centum* et *viginti* animalium voces exprimendas pertinentia, praeter alia plura vniuerſo vel plerumque generi communia, ordine litterarum ſe digeſſiſſe narrat. Porro opuſculum de vocibus animalium ſoniſque diuerſarum rerum latinis e codice LXI. primus promulgat, notisque grammaticis criticisque illuſtrat a pag. 310 — 313. denique fragmentum, quod Fabricius h. l. ex Aldino exemplo recudendum curauit, cum fragmentis, a ſe paullo ante publicatis, comparat, additis variis lectionibus atque emendationibus. Idem *Iriarte* p. 370. e codice quodam publici iuris fecit aliam ſyllogen de Animalium ſiue quadrupedum ſiue alitum vocibus promiſcuam, comparatque cum ſuperioribus.

Notandae praeter ea veniunt *Gnomologiae* poetarum XVII. Pariſ. 1512. e recognitione Aleandri; rec. Pariſ. 1553. 4. typis regiis, cum variis lectionibus, ex edit. Adr. Turnebi, ſupra inter editiones Theognidis ad hos annos recenſitae; item collectio gnomicorum gr. Stephaniana ad edit. Theocriti minorem; vid. infra §. XI. *Harl.*]

Collect. Frobeniana. V. Alteram longe copioſiorem collectionem gnomicorum e MSto codice deſcriptam ad *Hieron. Frobenium* miſit *Matthaeus Aurogallus*, quae cum Callimachi hymnis graecisque in illos ſcholiis lucem adſpexit graece Baſil. 1532. 4. a p. 69. vsque ad p. 245. De hac ita ſcribit *Sigismundus Gelenius* in praefatione ad Carolum Vtenhouium: *Leuius certe ferretur Menandri deſiderium, ſi vel vnica eius fabula exſtaret. Quando vero aliter fatis viſum eſt, quid vetat minutiſſimas quoque tantorum ingeniorum reliquias toto complecti pectore, maxime ſi tales ſint, vt ob ſui pretium non vna cum ceteris periiſſe videantur, perinde ac ſi ex incendio quopiam horribili gemmae duntaxat vnionesue incolumes eripiantur. In quo genere non memini, me quicquam videre conferendum gnomologiae, Callimacho in hac editione ſubiunctae, ex celeberrimis quibusque poetis, oratoribus ac philoſophis ante bibliothecarum panolethriam excerptae. Habentur quidem non pauca priſcorum poematum fragmenta apud Athenaeum; ſed ea magis ad exhilarandum comicis ſalibus lectorem, quam ad inſtituendam vitam moresue formandos accommoda. Prodierunt iampridem graeci ſenarii gnomici* (ab Aldo, vt iam notabam, editi w),) *ſed magis opinor vulgo olim iactati, quam ex veterum monumentis collecti. At hic mira in omnibus ſententiis vtilitas, in plerisque haud minor maieſtas, quam in illis, quae in Delphico ſacrario ſcriptae memorantur: ſunt, quae nec eccleſiarum quidem parietes dedecere poſſint. Varietas vero tanta, vt plus centum auctores habeant.* Elenchus ſcriptorum, e quibus ſententiae excerptae ſunt, libro praemiſſus, ita ſe habet: Ἀγάθων. Ἀγησίλαος. Αἰλιανός. Αἰσχίνης. Αἰσχύλος. Ἄλεξις. Ἀλκαῖος. Ἄμφις. Ἀνακρέων. Ἀναξάμαρυς x). Ἀναξανδρίδης. Ἀναξιμένης. Ἀνάχαρσις. Ἀντίγονος. Ἀντισθένης. [P] Ἀντιφάνης. Ἀπολλωνίδης. Ἄρατος. Ἀριανός y). Ἀρίσταρχος. Ἀριστοτέλης. Ἀριστοφῶν. Ἀρίστων z). Ἀρχίλοχος. Ἀστυδάμας.

w) Confer infra ad §. IX. *Harl.*

x) Verſus qui ſub Anaxamarydae nomine leguntur in hac collectione p. 116. apud Stobaeum in florileg. tit. 66. ἔστι κακ ἀγαθὸν τὸ γαμεῖν, exſtant ſub nomine Anaxandridis. Incipiunt: ὅστις γαμεῖν βουλεύετ' ὀ βουλεύεται ὀρθῶς etc.

y) Verſus hexametri ἦ ἄρα δὴ etc. ſub Ἀριανοῦ nomine in hac collectione p. 85. obuii, apud Stobaeum tit. 4. περὶ ἀφροσύνης tribuuntur *Rhiano*.

z) Vide infra in Notitia Tragicorum h. v. et cl. *Schneideri* Periculum criticum in Antholog. Conſtantini Cephalae, pag. 127. *Harl.*

δάμας. Βακχυλίδης. Βίας. Βίων. Βροῦτος. Δημόκριτος. Δημόνικος. Δημοσθένης. Δίφιλος. Εἰρήνη aa). Ἐπίκουρος. Ἐπίχαρμος. Ἐρατόστρατος. Ἐρατοσθένης. Ἕρμαρχος bb). Εὔηνος. Εὔπολις. Εὐριπίδης. Εὐσέβιος. Εὐφορίων. Εὔφρων. Ζήνων. Ἡλιόδωρος. Ἡνίοχος. Ἡρόδοτος. Ἡρακλῆς. Ἡσίοδος. Θαλῆς. Θέογνις. Θεόγονος. Θεοδέκτης. Θεόκριτος. Θουκυδίδης. Ἱέραξ cc). Ἱππόθοος. Ἱπποκράτης. Ἱππῶναξ. Ἰσαῖος. Ἰσοκράτης. Καλλίμαχος. Καλλῖνος dd). Καρκῖνος. Κάτων. Κλεάνθης. Κλεινίας. Κλείταρχος. Κλεόβουλος. Κράντωρ. Κράτης. Λεωνίδης. Λυκοῦργος. Λυκόφρων. Λυσίας. Μένανδρος. Μενεκράτης. Μητρόδωρος. Μίμνερμος. Μοσχίων. Μόσχος ὁ Σικελός. Μουσώνιος. Ναυμάχιος. Νεοπτόλεμος. Νεόφρων. Νικόλαος ὁ Δαμασκηνός. Ξενοφάνης. Ξενοφῶν. Ὄβριμος. Ὀλυμπιάς. Ὅμηρος. Πανκράτης. Πειρίθοος. Πείσανδρος. Πίνδαρος. Πιττακός. Πλάτων. Πλούταρχος. Πολύαινος. Πολυείδης. Πομπήιος μακρός. Πορφύριος. Ποσίδιππος. Πυθαγόρας. Πυθίας. Ῥαδάμανθυς. Σαπφώ. Σερῆνος. Σιμωνίδης. Σόλων. Σοφοκλῆς. Στάσιμος ee). Σωκράτης. Σώπατρος. Σωσίθεος. Σωτάδης. Σωτίων. Τέλης. Τιμοκλῆς. Τυρταῖος. Ὑπερίδης. Φαβωρῖνος. Φάλαρις. Φανοκλῆς. Φερεκράτης. Φιλέας. Φιλήμων. Φίλων. Φιλήτας. Φιλιππίδης. Φιλίσκος. Φωκυλίδης. Χαιρήμων. Χείλων. Χοίριλος. Sententiae ex his ſcriptoribus verſu et proſa collectae exhibentur ſub titulis, literarum ordine digeſtis: Περὶ αἰδοῦς, περὶ ἀναιδείας, περὶ ἀδικίας, περὶ ἀκρασίας, περὶ ἀληθείας, περὶ ἀνεξικακίας, περὶ ἀφροσύνης, περὶ ἀπορρήτων, περὶ ἀσωτίας, περὶ ἀφροδίτης καὶ ἔρωτος etc. Ceterum facile adparet conferenti, hanc collectionem ſententiarum integram ſelectam eſſe, neſcio quo auctore, e florilegio *Iohannis Stobaei* tunc nondum edito, de quo perinde, vt de *Antonii*, *Maximique* et *Io. Damaſceni* ſimilibus collectaneis, dixi infra libro V. Nam *Ori* quidem ſiue *Orionis* συναγωγὴ γνωμῶν ſiue ἀνθολόγιον Suidae memoratum diu eſt, quod intercidit. [Attamen ex illo apophthegmata quaedam ſeruantur in cod. Vindobonenſi, apud Lambec. de biblioth. Caeſar. lib. V. p. 590. Kollar.]

VI. In

aa) Verſus bini hexametri ſub Εἰρήνης nomine exſtant in hac collectione p. 157. τῦτό κεν ὡς αἴδων etc. qui apud Stobaeum tit. 119. περὶ θανάτε p. 486. edit. Grotii tribuuntur incerto. In aliis Stobaei editionibus nomina ſcriptorum hoc loco, vt in aliis paſſim, plane ſunt perturbata.

bb) Stobaei codicibus Ἕρμαχος. *Fabric.* Male legitur apud Diogenem Laertium X. 16. et alibi Ἕρμαχος. Recte vocatur Ἕρμαρχος in aenea Hermarchi ſtatua. vid. *Villoiſon.* Anecdota graeca II. pag. 158. not. Seruata quoque ſunt quaedam in Arſenii Ἰωνιᾷ. vid. infra ad §. IX. *Harl.*

cc) Eius ſententias ἐκ τῶ περὶ δικαιοσύνης dedit *Arſenius* in ἸΩΝΙΑ΄ι, teſte Bandinio in Catalog. MSS. gr. biblioth. Laurent. I. p. 549. et infra ad §. IX. *Harl.*

dd) Epheſius, cui inuentio pentametri a quibusdam tribuitur: de quo plura vide infra vol. II. lib. III. 28. 7. p. 713. Acta academ. Pariſienſ. tom. VII. pag. 364. etc. *Schneideri* pericul. crit. in Anth. l. Cephalae pag. 126 ſq. Fragmentum huius elegiacorum poetarum antiquiſſimi ſeruauit *Stobaeus* tit. LI. et nouiſſime dedit atque emendauit *Brunck* in gnomicis poet. gr. p. 58. et 304. Cl. vero *Ruhnken.* ad Callimachi fragm. p. 439. edit. Erneſti, *Callini* cuiusdam recentioris, non illius antiquioris Epheſii eſſe bina epigrammata, in Anthologia edita, putat. Adde Schirach. Magazin der deutſchen Critick I. part. IV. p. 99 ſqq. *Harl.*

ee) Pro Στάσιμος alii Στασῖνος, [qui Κύπρια ſcripſit. vid. Scholia Marciana Homer. apud Villoiſon. Anecd. gr. II. p. 185. not. Ipſa ſcholia Marciana a Villoiſonio V. C. edita Iliad. α΄. vſ. 140. α΄. vſſ. 5. et 6. παρὰ Στασίνῳ, τῷ τὰ κύπρια ποιήσαντι, vbi eſt fragmentum; et Heyne ad Virgil. Aen. II. Excurſ. I. p. 229. *Staſimus* ἐκ τῶν κυπρίων legi quoque debet, non *Taſimus*, apud Bandinium in Recenſione codicis gr. qui continet Arſenii Ἰωνιά, et in hac, Staſimi fragmenta in Catalog. MSS. graec. biblioth. Laurent. vol. I. p. 549. *Harl.*]

Camerarii collectio. VI. In praeſenti paucis commemorandus *Ioachimus Camerarius* eſt, vir ſummus, a quo praeter editionem *Theognidis Phocylidis*que ſupra a me laudatam, cui Pythagorae aurea carmina, tum Solonis, Tyrtaei, Simonidis, [*] et Callimachi quaedam adiunxit, adoleſcentum ſtudiis etiam conſecratus fuit libellus alter gnomologicus graecolatinus, excuſus Lipſiae in 8. Inter alia in hoc graece et latine, quamuis ſine nomine auctoris, offendes) *narrationem de gentibus Indiae et Bragmanibus*, quam poſtea vertit ac velut ante ineditam ſub vero *Palladii* gg) nomine cum Ambroſio de moribus Bragmanum et Anonymo de Bragmanibus, graece ac latine vulgauit *Eduardus Biſſaeus*, Lond. 1668. 4. Omitto eiusdem Camerarii, a quo etiam Sirachidis ſententiae caſtigatae et verſione ac notis illuſtratae ſunt, *ἀριθμολογίαν ἠθικὴν*, et diſticha ſacra ac moralia praeceptaque honeſtatis vulgata, Argentorati, 1568. 8.

Hertelii collectio. VII. Sed et *Iacobus Hertelius*, Curienſis, ſententias variorum poetarum veterum cum ex aliis, tum e Stobaeo maxime collegit et latina proſa vertit: Τὰ τῶν παλαιοτάτων ποιητῶν γνωμικὰ ποιήματα σωζόμενα. Baſil. 1561. 8. et frequenter recuſa, vt Lipſ. 1600. Helmſt. 1668. 8. In hac collectione praeter Theognidem cum verſione Vineti et notis, Phocylidemque, de quibus iam dixi, continentur Pythagorae aurea carmina hh), fragmenta ex elegiis *Solonis* et eiusdem ſententiae quaedam; [*] fragmenta *Tyrtaei*, *Naumachii* ii) et *Mimnermi;* ſententiae nonnullae *Callimachi* kk), *Eueni Parii*, *Rhiani* *Eratoſthenis* ll) [*] *Panyaſidis*, *Lini* mm), *Menecratis* nn), *Poſidippi* oo), *Metrodori* pp) et *Simonidis*.

ff) Hanc obſeruationem, fateor, me debere clariſſimo *Samueli Knauthio*, qui Wittebergae mihi aliquando verſanti eius rei fidem fecit producto ſtatim libro, vt ipſe eſt λαφύρων Camerarianorum indagator diligentiſſimus. Ad eum potiſſime recurrent, ſi qui editionem operum Camerarii in ſe ſuſcipere cogitauerint, quod Andreae Schotti quondam conſilium fuiſſe a Thoma Segeto vehementer ac merito probatum intelliges ex huius litteris ad Iungermannum, datis IX. Dec. 1606. ad calcem Hottomannianarum p. 463.

gg) Lubens aſſentior *Guil. Caueo*, qui parte II. Hiſt. literar. *Palladium* hunc eundem eſſe docet cum eo, cui Iohannis Chryſoſtomi vitam ab Emerico Bigotio Pariſ. 1680. 4. editam et hiſtoriam Lauſiacam debemus. Nam et in codice Colbertino DCCCCLXXIII. poſt Lauſiacam hiſtoriam deſcripta legitur, teſte Cangio.

hh) De his infra cap. XII. quemadmodum de Demophili, Democratis, Sixti et Secundi Pythagoraeorum ſententiis cap. XIII.

ii) *Naumachii* verſus in laudem virginitatis et de officiis probae vxoris ante Arſenium produxit Stobaeus. Videtur Chriſtianus eſſe Eraſmo, Gyraldo, Scaligero, Voſſio aliisque; licet nihil illius legere me memini, quod non ab ethnico poeta proficiſci potuerit. Exſtant et verſiculi eius in vituperationem diuitiarum. Neſcio, diuerſusne fuerit a Naumachio medico Epirota, Galeni aequali, cuius mentio apud Suidam in φιλάγριος, et Proclum MS. in X. Platonis de Rep. quo in loco ait eum vixiſſe temporibus ſuorum πάππων. Vide Alex. Morum ad Iohann. XI. 39. [Brunck, qui inter gnomicos poet. gr. p. 122. recepit *Naumachii Nuptialia monita*, carmen illius eſſe, cenſet p. 322. opus Chriſtiani alicuius, nec tamen eiusdem, qui Phocylidis mentitus ſit nomen. *Harl.*]

kk) De Callimacho infra lib. III. ſuo loco.

ll) De *Eratoſthenis* ſcriptis, qui Rhiani aequalis fuit, ago infra libro III. cap. 18.

mm) De hoc dictum lib. I. cap. XIV.

nn) Duos tantum verſiculos *Menecratis* adfert Hertelius, qui leguntur in anthologia graecorum epigrammatum lib. I. cap. XVI. et apud *Stobaeum* ſerm. CXVIII. Puto autem eſſe *Menecratis* Smyrnaei, cuius epigramma legitur in eadem anthologia lib. I. cap. LXXXVII. [Brunck in gnomic. gr. poet. duo adfert diſticha *Menecratis*, quem *Samium* cum Salmaſio putat fuiſſe, p. 134. coll. p. 326. In Analectis tamen vett. poet. I. p. 726. ſub nomine *Menecratis Smyrnaei* epigrammata edidit. *Harl.*] *Menecratis* grammatici mentio apud Artemidorum

Simonidis qq). Tum variorum iambica monoſticha, quae ab Aldo graece vulgata eſſe ſupra §. 3. notabam. Denique ſententiae ſelectae *Comicorum*, Philemonis, Alexidis, Amphidis, Anaxandridis, Antiphani, Apollodori, Diphili, Menandri, Diodori Sinopenſis, Eubuli, Hipparchi, Nicoſtrati, Pherecratis, Philippi, Philippidis, Sotadis, Cratetis, Eriphi, Poſidippi, Timoclis et Clearchi. Hanc Hertelii collectionem [ſi idem nomen eundemque numerum, non lectionem, quae vt plurimum eſt Stephaniana, ſpectes,] integram graece et latine recudit *Ioh. Criſpinus*, Geneuae, 1569. et 1584. 12. *Iacobus Lectius* in corpore poetarum graecorum, Geneu. 1606. fol. Recenſuit et caſtigauit *Frid. Sylburgius*, latinamque verſionem paſſim emendauit, *Ioh. Commelino* etiam nonnulla inter praefandum loca gnomicorum notante, Heidelb. 1596. 8. Francof. 1603. 8. Vltrai. ad Rhen. 1651. 12. *Fabric.*

[Quae Fabricius de quibusdam poetis graecis, quorum ſententiae collectionibus memoratis inſertae ſunt, in notis tantum ad hanc paragraphum nimis breuiter tradiderat, ea auctiora multo et pleniora immiſcere contextui ſatius eſſe duxi.

Euenus. *Euenus.* Duos *Euenos*, Parios, elegiographos fuiſſe tradit *Eratoſthenes* apud Harpocrationem v. Εὔηνος p. 175 ſq. item *Suidas* h. v. tom. II. p. 889. vbi Küſter laudat *Rigaltium* ad Artemidorum p. 6. et *Scaliger.* in Chron. Euſebii. Enimuero Scaliger nr. MDLX. p. 105. de Empedocle et Parmenide diſputans, ne vnum quidem verbum de *Eueno* protulit. In Euſebiani tamen Chronici prima parte p. 54. legitur poſt memoriam victoriae, quam Cimon terra marique reportauerat, (Olymp. LXXXII. 3.) Εὔηνος ἐλεγείας ποιητὴς ἐγνωρίζετο. Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παρμενίδης φυσικοὶ φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο. Hic igitur ſenior innui videtur. Nam Empedocles floruit Olymp. LXXXIV. Parmenides autem Olymp. LXXXVI. paullo ante Socratem. Alterius eorum, (probabiliter prioris,) meminiſſe Platonem, narrat ibidem Eratoſthenes. Atque Socrates in *Platonis* Phaedone cap. IX. p. 6 ſq. edit. Winkleri iubet Cebetem referre *Eueno*, ſe in fabulis Aeſopi verſu reddendis noluiſſe eſſe aemulum Eueni: cap. 10. Simmias Socrati dicit, ſe cum Eueno, qui philoſophus ſit, multum eſſe verſatum.

Artemidorum IV. 62. p. 247. Alios *Menecrates* commemoro infra in notitia Comicorum, vbi de *Menecrate*, Syracuſano comico.

oo) *Poſidippi* vnicum epigramma dat Hertelius; ſed perelegans in vitam humanam ex Stobaei ſerm. XCVI. et anthologiae lib. I. cap. 13. in qua additur, illud ab aliis tribui *Crateti* cynico. [In cod. Vindobon. apud Lambec. de MSS. biblioth. Caeſ. vol. V. cod. CCL. nr. 28. p. 323. adſcribitur illud *Heraclito*, philoſopho. *Harl.*] At Auſonii Idyllium XV. quod ex hoc epigrammate expreſſum eſt, inſcribitur: *Ex Graeco Pythagoricon de ambiguitate vitae.* Felici metaphraſi latina praeter Georgium Buchananum et Ioh. Gorraeum reddidit princeps eruditorum Ioſephus Scaliger, quae incipit: *Quod vitae inſiſtemus iter ſi plena tumultu Rebus et implicitis ſunt fora, cura domi.* Non minus feliciter Grotius in Stobaeo ſuo et anthologiae verſione inedita: [Grotii verſionem dedit cl. Brunck in gnomicis poet. gr. pag. 327. et pag. 201. quatuor Poſidippi recepit epigrammata.] Alia huius Poſidippi epigrammata in anthologia occurrunt. Ab iſto Ἐπιγραμματογράφῳ diuerſus *Poſidippus* comicus, de quo infra ſuo loco. [vide infra lib. III. cap. 28. vol. II. p. 724. et *Reiske* Notit. poetar. anthologic. p. 258 ſq.]

pp) *Metrodori* epigramma Poſidippeo oppoſitum eodem anthologiae loco legitur et Buchanani, Gorraei Grotiique metaphraſi illuſtratum eſt.

qq) De *Simonide* dixi infra cap. XV. *Sylburgius* in ſua collectione addidit hoc *Antimachi:*

Ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη Θεὸς, ἣ τάδε πάντα
Πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος
Ἄδρηστος ποταμοῖο πρὸς ῥόον Αἰσήποιο,
Ἔνθα τετίμηταί καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

ſatum. Socratem autem ab Eueno didiciſſe poeticen, ait *Maximus Tyrius* diſſert. 38. (al. 22.) p. 449. edit. II. Dauiſii. *Ariſtotelem* quoque VII. 11. Nicomacheor. et V. 5. Metaphyſ. illius facere mentionem, ait Fabricius. Huic forſan ſunt quoque adtribuenda illa dicta apud *Plutarchum* in Platon. quaeſtion. p. 1010. (ſ. p. 198. tom. X. edit. Reiskii,) *ignem condimentorum optimorum eſſe*, (Γνῶσις καὶ τὸ πῦρ ἔφασκεν ἡδυσμάτων εἶναι ἄριστον;) et de amore prolis p. 496. (ſ. p. 933. vol. VII. Reiskii) Ἦ δέ, (ſ. ἢ δὴ) ἔστι λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον. Iuniorem, quem μόνον γνωρίζεσθαι *celebritatem conſequutum eſſe* ſcribit Eratoſthenes l. m. haud multo poſt vixiſſe videtur, quod Eratoſthenes, (Olymp. CXXXVIII.) illum laudat. Huic multa carmina, quae in vtraque anthologia exſtant, eſſe adſcribenda, cum *Reiskio* in Notitia poetarum anthologicorum p. 210. (*Cephalae anthologiae graecae*,) et cl. *Schneidero* in Periculo critico ad Cephalae anthol. p. 126. iudico. Quod vero in titulo carminis Ienſiani 20. adpellatur γραμματικὸς, h. e. *publicus ſcriba*, *notarius*, quo quidem ſenſu frequentabatur ſequioribus ſaeculis, ex eo aetas illius definiri nequit, multo minus colligi, quae quidem ſuſpicio orta erat Reiskio, Euenum ad aetatem Agathiae eſſe deprimendum. Nam ipſe Reiskius ſenſit, hoc fieri non poſſe, quia Philippus Theſſalonicenſis eum in Catalogo ſuorum poetarum nominat; praecipue, quod cl. Schneiderus l. m. acute monet, quia titulum eum librarii ſaepe ineptiſſime nominibus poetarum addidere, nec vbique eo nitendum eſt. Hinc non moueor, quod apud Brunckium Analect. poet. III. p. 28 ſq. epigramma quoddam in cod. Vatic. tribuitur *Eueno Aſcalonitae*, et alia duo *Eueno Athenienſi grammatico*. Huic Eueno tribuit quoque Reiskius carmen 446. ſuae collectionis, quod Θυηλᾶ praue inſcribitur. Amatoria, eaque haud ſemper pudica, ſcripſiſſe eum, ex eo fit probabile, quia *Artemidorus* lib. I. cap. 5. laudat illius τὰ εἰς Εὔηνον ἐρωτικὰ, item *Arrianus* lib. IV. cap. 9. ad eum, qui impudens eſſe coeperat, in diſputt. Epicteti, Euenum coniungit cum Ariſtide, Mileſiarum ſcriptore: „Homo fuiſti, nunc non es: nihilne amiſiſti? ἀντὶ Χρυσίππȣ καὶ Ζήνωνος Ἀριστείδην ἀναγινώσκεις καὶ Εὔηνον· ἐδὲν ἀπολώλεκας; *Loco Chryſippi et Zenonis Ariſtidem legis et Euenum. Nihilne amiſiſti?* Atque Fabricius infra lib. V. cap. 6. p. 812. vol. VI. recenſet Euenum inter ſcriptores eroticos. Adde clarum teſtimonium *Auſonii* in Centone nuptiali, pag. 517. edit. Tollii, ibique notas. — In Stobaeo, item *Athenaeo* p. 367. (v. *Brunckius* ad gnomicos poet. gr. pag. 325.) et vtraque anthologia nonnulla, [vid. Reiskii Anthol. Cephalae p. 120. Brunck. gnom. poet. gr. l. mem. et plura in eiusd. Analect. poet. I. p. 164.] quae *Eueni* eſſe carmina dicuntur, occurrunt; ſed vtri epigrammata ſint tribuenda, difficillimum inuentu eſſe exiſtimo cum Schneidero. In *Montfaucon* bibliotheca Coisliniana pag. 519. notatur cod. CCCLII. *Leonardi Philarae*, vulgo Villeret, Athenienſis, manu ſcriptus, qui epigrammata continet ex variis auctoribus ab eodem Leonardo Philara collecta: in his occurrunt quoque *Eueni* epigrammata. In *S. Maximi* Operibus dicta locaque *Eueni*, Theognidis, Epicharmi, Naucratii, Philiſtionis, Empedoclis, Solonis, Moſchionis et infinitorum paene aliorum occurrere, adnotatur ab eodem Montfaucon, ibidem pag. 576. codicem CCCLXXI. recenſente. In *Arſenii* Ἰωνιᾷ ſeruatas eſſe aliquot *Eueni*, *Phocylidis*, *Philiſti* et permultorum veterum Graecorum ſententias, memorat *Bandini* in Catalogo MSS. biblioth. Laurent. tom. I. pag. 549. In fragmento incerti auctoris, Cenſorino ſubiecto, cap. 9. p. 140. edit. Hauerkampii, vulgo legitur, — *hos ſequuti elegiarii*, *Callimachus*, *Mimnermus*, *Euhemerus*, ſed Nunneſius iam coniecit *Euenus*: atque *Callinus* — *Euenus* correxerunt *Iacob. Nicol. Loenſis* in Miſcell. Epiphyll. lib. IX. cap. 1. (p. 686. in Gruteri Lampade, ſiue Face artium liberal. tomi V. ſupplemento,)

mento,) *Sevin.* in Hiſtoria acad. Pariſ. Inſcriptionum etc. tom. III. p. 129. *Bentlei.* et *Ruhnken.* ad Callimachi fragmenta p. 439. edit. Erneſti, et *Henricus Valeſius*, Emendationum lib. IIII. cap. 14. p. 116 ſqq. vbi Burmannus in nota de *Callino* et *Eueno*, ac reliquis, qui in illo fragmento nominantur, docte agit, et de vulgatiſſimo *Eueni* epigrammate, (in Anthol. lib. I. p. 10. Brunkii Analect. poet. vett. I. p. 165. quod etiam ſcholiaſtes ad Ariſtophanis Plutum v. 1130. omiſſo auctoris nomine, adfert,) κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν etc. plura diſputat. Id acerba, quamquam faceta, parodia in Domitianum poſtea translatum eſt; v. *Sueton.* in Domitiano cap. 14. Idem expreſſit *Ouid.* Faſt. I. verſ. 357. *rode caper vitem* etc. vti poſt *Politian.* Miſcell. cap. 26. notarunt *Schottus* ad Prouerb. graec. p. 369. *Carolus Neapolis* ad Ouidii locum et alii. De *Eueno* egiſſe Schraderum ad Ariſtotel. Rhet. I. 9. 5. notauit Heumannus in ora ſui exemplaris. — De *Eueno*, Martis filio, qui prae dolore, quod Idam Apharei filium, Marpiſſae filiae raptorem fruſtra inſequutus erat, in Lycormam Aetoliae fluuium ſe coniecit, qui fluuius ab illo dictus eſt Euenus; v. *Ouidii* Ibin v. 515. ibique interprett. et ad *Ouid.* Her. IX. 141. *Hygin.* fab. 242. ibique not. *Heyne* ad Apollod. bibl. p. 109. — Hic de *Philiſto*, Eueni diſcipulo, quod Fabricius in bibl. ſua nihil de eo refert amplius, ob temporis rationem pauca addam.

Philiſtus. *Philiſtus* vel *Philiſcus*, (vtroque enim nomine vocatur a Suida tom. III. p. 603 et 604. quamquam prius vnice verum, alterum vero ex confuſione ortum eſſe reor:) Syracuſanus hiſtoricus, Eueni poetae diſcipulus, diuitiis adfluens, multum valuit apud Syracuſanos, et Dionyſios patrem filiumque, Syracuſarum tyrannos, quibus cum vinculo neceſſitudinis iunctus erat, mire iuuit illos, (v. *Diodor. Sicul.* XIII. 91. ibique Weſſeling. p. 615.) idemque ab iis eſt ornatus. Prior Dionyſius *Philiſtum* miſit in exſilium; at poſterior eum Syracuſas reduxit *hominem*, (vt ait *Cornelius Nepos* in vita Dionis cap. 3. ſect. 2. vbi vide interpretes in exemplo Staueriano,) *amicum non magis tyranno, quam tyrannis*, ſcil. omnibus. De eius interitu magna eſt apud veteres diſſenſio, aliis, illum ſemet ipſum, ne in hoſtium manus viuus incideret, interfeciſſe; aliis, a Syracuſanis, quos poſtquam Dio a tyrannide liberauerat, captum in proelio, proterue illuſum et miſere occiſum fuiſſe; aliis aliter narrantibus; vide plura de eo apud *Plutarchum* in Dione, et *Diodorum Siculum* lib. XVI. *Voſſium* de hiſtoric. graecis lib. I. cap. 6. inprimis *Mongitorem*, de eius vita, ingenio, fatis interituque copioſum, in bibliotheca Sicula tom. II. p. 180 ſqq. Obiit vero ſecundum Diodorum et Dionyſium Petauium de doctrina temporum tom. II. libro XIII. p. 590. Olymp. CVI. ante Ch. natum anno 352. ſ. ſecundum Io. Bapt. Ricciolum in Chronol. reform. tom. II. Chr. 5. p. 17. an. 356. *Cornelius* quoque *Nepos* de Philiſto plura ſcripſerat, quae vero iniuria temporis perierunt. Nam in Dione III. 2. *de hoc*, n. Philiſto ait, *in eo meo libro plura ſunt expoſita, qui de hiſtoricis conſcriptus eſt.* Philiſtus vero ſecundum Suidam plura ſcripſit. In primis laudatur opus, *Sicula*, quo, teſte Suida, in voce Φίλισκος continentur res variae a Siculis aduerſus Graecos geſtae: et in voce Φίλιστος, illud continuiſſe narrat libris XI. Σικελικὰ ἐν βιβλίοις ια΄; in altero autem opere *de Dionyſio* Dionyſii geſta libris ſex fuiſſe enarrata, περὶ Διονυσίου τοῦ τυράννου βιβλία ς΄. Idem tradidit *Eudocia*, quae p. 422 et 423. vtrumque Suidae locum exſcripſit. Contra *Diodorus Siculus* lib. XIII. cap 103. numerat tantum *ſeptem* libros; alterius autem operis libros *quatuor*. Is enim, vt latina interpretatione vtar, „inter ſcriptores, ait, Philiſtus primam rerum Siculorum partem cum hoc anno (Olymp. XCIII. 3.) captoque Agrigento, concludit, ſeptem voluminibus plus quam DCCCC. annorum tempora complexus. Alterum vero hiſtoriae

ſuae contextum a fine prioris (h. e. a Dionyſio maiore, qui poſt Agrigentum occupatum tyrannidem arripuit,) exorditur, et per libros IV. deducit." Congruit *Dionyſius Halicarnaſſ.* in epiſtola ad Pompeium p. 780. vol. VI. edit. Reiskii, numerum tamen librorum haud finiens: qui vero ad corrigendum Suidae errorem, ſi Suidas, aut alius hiſtoricus, quem ille exſcripſit, errauerit, facere videtur. Dionyſius enim obſeruat, *vnum* fuiſſe opus, a Philiſto autem in duas digeſtum inſcriptiones, περὶ Σικελίας μὲν τὴν προτέραν ἐπιγράφων, περὶ Διονυσίȣ δὲ τὴν ὑϛέραν· ἔϛι δὲ μία· καὶ τȣ̃το γνοίης ἂν ἀπὸ τȣ̃ τέλȣς τῆς Σικελικῆς. Atque de duobus corporibus ſiue partibus loquitur *Cicero*, loco mox memorando. Suidas igitur vel nactus eſt duo exempla, in quorum altero integrum opus, et Sicula et hiſtoria de Dionyſio, adeoque vndecim libri; in altero autem libri tantum quatuor de rebus a Dionyſio geſtis comprehendebantur, nec ſatis curioſe tractauit volumina, vel potius libros Philiſti nec oculis amplius, nec manibus vſurpauit, et ex aliis, quorum alii de integro opere, XI. libris conſtante, alii de quatuor (aut *ſex*, numero hoc vitioſe ſcripto in exemplari, in quod inciderat Suidas,) libris hiſtoriae Dionyſiacae egerint, hauſit notitiam, et illorum auctoritate deceptus ita enumerauit, confudit et diuiſit libros integri operis, vt priori parti plenae, (in qua quidem putauerit vnice agi de Sicilia,) vndecim libros, poſteriori autem de Dionyſio adſcriberet *ſex*, in cuius tamen nota vel ipſe Suidas vel librarius quidam erraſſe videtur: vel Suidas, quod illius aetate forſan Philiſti opera iam perierunt, rurſus diuerſi argumenti libros commiſcuiſſe. Duo autem illa corpora vnum ſaepe confeciſſe volumen, aut pro vno opere eſſe habita, vel ex eo patet, quod Stephanus Byzantin. in voc. Ἀρβέλη ſcribit, Φίλιϛος Σικελικῶν ὀγδόῃ, *libro octauo*, et in voc. Κραϛὸς laudat librum τρισκαιδέκατον, *decimum tertium*, vbi tamen pro XIII. legendum eſſe XI. iure exiſtimat *Thomas de Pinedo* in Breuiario auctorum, quos ad teſtimonium vocat Stephanus p. 369. confer *Mongitorem* l. m. p. 181. In alio fragmento Stephani, a *Montefalconio* in bibliotheca Coisliniana p. 282. publicato, Φίλιϛος Σικελικῶν α', *libro primo* laudatur. At tamen Suidas, dum Hiſtoriam Dionyſiacam libris *ſex* abſolui ſcribit, poteſt defendi, ſaltem excuſari. Philiſtus enim libris *quatuor* hiſtoriam Dionyſii maioris exſequutus eſt, vt iam vidimus; *duobus* autem libris hiſtoriam Dionyſii iunioris. Sic enim *Diodor.* Sicul. XV. 89. fin. Φίλιϛος δὲ τὰ περὶ Διονύσιον τὸν νεώτερον ὧδε (Olymp. CIV. 2.) κατέϛρεφε, διελθὼν ἔτη πέντε ἐν βίβλοις δυσίν. Vtriusque igitur Dionyſii hiſtorias haud diſcreuit; ſcribere debuit περὶ Διονυσίων τῶν τυράννων, aut τέσσαρας loco ἕξ. Poſtremum autem illud *Philiſti* hiſtoricum opus negligitur plerumque: et forſan poſteriorem Philiſtum habuit auctorem. Hinc alii, qui bene diſtinxerunt tempora, libros et auctores, hiſtoriam maioris Dionyſii quatuor, minoris autem hiſtoriam duobus libris conſtare ſcripſerunt; alii vero, ſiue nominis ſimilitudine decepti, ſiue per incuriam aut per inſcientiam miſcuerunt vtriusque hiſtoriam et vni adſignarunt hiſtorico. Priorem Cicero aliquoties laudat: De oratore lib. II, 13, 23. *Hunc*, (Thucydidem) *conſequutus eſt*, ait, *Syracuſius Philiſtus, qui, quum Dionyſii tyranni familiariſſimus eſſet, otium ſuum conſumſit in hiſtoria ſcribenda, maximeque Thucydidem eſt, ſicut mihi videtur, imitatus*; et ad Quintum fratrem lib. II. ep. 13, de Philiſto iudicat ita: *Siculus ille, capitalis, creber, acutus, breuis, paene puſillus Thucydides* [rr]*); ſed vtros eius habueris*

Zzzz 2 *libros*,

[rr]) H. e. in arte et excellentia ſcribendi Thucydide paullulum inferior, vt *Voſſius* de hiſtor. graec. lib. I. cap. 6. interpretatur. Paullus Manutius in notis ad Cicer. locum aliter explicat, Mongitore diſſentiente.

libros, (duo enim ſunt corpora,) an vtrosque, neſcio. Me magis Dionyſius delectat. Ipſe eſt enim veterator magnus et perfamiliaris Philiſto. Laudat eum quoque *Quinctilian.* I. O. lib. X. cap. 1. 74. imitatorem Thucydidis, et vt multo infirmiorem, ita aliquatenus lucidiorem. Curatius tamen comparat eum cum Thucydide et de virtutibus non minus, quam vitiis animi atque orationis, vberius acuteque iudicat *Dionyſius Hal.* in cenſura vett. ſcriptorum p. 426 ſqq. vol. V. et in epiſtola ad Pompeium, cap. 5. p. 779 ſqq. vol. VI. edit. Reiskii. Denique *Philiſti*, vti Herodoti, Thucydidis, Homeri aliorumque egregiorum auctorum, opera iam antiquioribus temporibus tum librariorum incuria, tum emendatorum audacia, eſſe deprauata, obſeruat *Philemon*, cel. criticus et Alexandri aequalis, apud Porphyrium quaeſtion. homeric. ἡ. teſte cl. *Villoiſon* in Anecdotis graec. tom. II. p. 136. not. et in Prolegg. ad Homerum cum ſcholiis Marcianis, p. 34.

Praeterea Suidas memoriae prodidit, Philiſtum noſtrum ſcripſiſſe

Genealogiam

De Phoenicia et alia quaedam

De inſula Sicilia.

Alia ſcripta adſeruntur huic Philiſto; at dubitauit iam *Weſſeling.* ad Diodor. Sicul. XIII. 91. p. 615, not. 39. Etenim duo fuerunt *Philiſti*, quos ipſe diſcreuit Suidas, eorum tamen aetatem ſcriptaque commiſcuit; nam haud probabile eſſe videtur, vtrumque Philiſtum fuiſſe Eueni diſcipulum.

Alter vero, isque iunior *Philiſtus*, itidem fuit Syracuſanus, hiſtoricus et orator clariſſimus. Suidas dubitat, num *Naucratita*, an *Syracuſius* fuerit: at *Bonannus* in Syracuſ. illuſtr. lib. II. p. 316. Syracuſis eum vindicat, et eius aetatem ponit in Olymp. CXXX. ſub Hierone II, ante Chr. N. a. 256. Atque *Weſſeling.* loco excit. negat, Philiſtum domo Naucratitem ex Aegypto eſſe potuiſſe, eique aegyptiam hanc originem, ſuſpicatur, impoſitam fuiſſe propter Αἰγυπτιακῶν et περὶ Ναυκράτεως libros. Nam apud Suidam *Philiſto* poſteriori libri adtribuuntur ſequentes:

Ῥητορικὴ, *ars oratoria:* ſed vereor, ne illa *Philiſco*, Mileſio, Iſocratis diſcipulo, qui eiusmodi praecepta concinnaſſe dicitur apud *Suidam* III. p. 603. ſit reddenda: quamuis Suidas, Philiſtum noſtrum, narret, primum condidiſſe hiſtoriam ſecundum artem oratoriam.

Δημηγορίαι, conciones: quas eidem Philiſco adſcribendas cenſeo cum *Ruhnkenio* in Hiſtoria critica oratorum graecorum, praemiſſa Rutilio, p. LXXXIII. Suidas aut is, cuius ſchedas compilauit, in codicem Dionyſii Halicarn. epiſt. ad Ammaeum incidiſſe videtur, in quo, vti in vulgatis editt., ſcriptum erat Θεοδέκτῃ καὶ ΦΙΛΙΣΤΟΝ καὶ Ἰσαῖον καὶ Κηφισόδωρον etc. vnde factum eſſe reor, vt *ars oratoria* et *conciones* adnumerarentur Philiſti noſtri laboribus. Sed ſocietas eum reliquis oratoribus atticis, partim Iſocratis diſcipulis, monſtrabit, verum nomen ſubſtituendum eſſe Φιλίσκον, vti iam Sylburgius olim viderat eſſe corrigendum, et in edit. Reiskii vol. VI. p. 722. eſt repoſitum.

Αἰγυπτιακὰ lib. XII.

Πρὸς τὸν Τρικάρανον, *contra Tricaranum.*

Λόγοι

Λόγος περὶ Ναυκράτεως, vel potius, vti *Ruhnken.* loco mem. p. LXXXIV. ſcribere iuſſit, περὶ Ναυκράτιος, *de Naucrate,* vrbe Aegypti.

Περὶ τῆς Αἰγυπτίων Θεολογίας, βιβλία γ'. *de Aegyptiorum Theologia, libri tres.* An pars fuit maioris operis, paullo ante memorati, Aegyptiacorum?

Περὶ Λιβύης καὶ Συρίας, *de Libya et Syria;* et alia quaedam. Hiſtoria Siciliae et Dionyſii, ſaltem maioris, quae etiam noſtro adſeritur vulgo, non hunc, ſed priorem Philiſtum habuerunt auctorem. Plura de illo leges apud *Mongitorem* l. m. tom. II. p. 152.

Mimnermus. *Mimnermus,* Colophonius, Solonis aequalis: poeta mollis, ſuauis et Gratiarum alumnus. Suidas in voce Μίμνερμος, (ſic enim male exaratum eſt nomen,) p. 562 ſq. tom. II. de patria et aetate illius incertus, ſcribit, eum fuiſſe *Colophonium,* vel *Smyrnaeum,* vel *Aſtypalaeenſem,* poetam elegiacum: vixiſſe Olympiade XXXVII, ita, vt ſeptem ſapientibus fuerit antiquior: quosdam vero dicere, ipſum eodem tempore floruiſſe, quo et alios: vocari vero etiam *Ligyaſtaden,* ſ. vt legitur in MS. quodam, *Ligyſtiaden,* a ſuaui et arguto cantu et ſcripſiſſe multa. Eadem narrat Eudocia. *Ligyſtiaden* tamen potius indicare patris nomen, ſuſpicatur *Burette* in Memoir. de litterature — de l'Academie des I. et B. L. tom. X. Pariſ. 1736. (vbi a p. 111. Plutarchi libell. de muſica gr. et gallice cum ſuis obſeruationibus typis exprimi fecit,) p. 292. *Mimnermus* inuentor verſus pentametri dicitur in *Hermeſianactis* elegia, cuius inſigne fragmentum, quo enumerantur, quinam potiſſimum e veteribus amarunt, conſeruauit *Athenaeus* XIII. p. 597 ſq. et ſcite emendatum docteque illuſtratum ſubiunxit cl. *Ruhnken.* epiſtolae II. criticae a p. 283. edit. ſecundae, cum Homeri hymno in Iouem, v. 35 ſq. p. 290. item a *Propertio* I. el. 9. 10. (vbi vide *Paſſeratii* et *Burmanni* II. doctas adnotationes,)

Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero,

et a *Mario Victorino,* artis grammat. lib. III. p. 2555. Alii tamen Callinum, (de quo paullo ante quaedam notauimus,) alii Archilochum habuerunt auctores atque inuentores elegiae; vide inſignem *Orionis Thebani,* περὶ ἐτυμολογιῶν, locum a cl. Ruhnken. ad Callimachi fragmenta p. 439. e MSto prolatum. Eius meminit quoque *Hipponax,* (qui ſecundum *Burette* l. m. p. 292. floruit Olymp. LX.) apud *Plutarchum* de muſica pag. 1133. ſ. p. 658. vol. X. edit. Reiskii, et Mimnermum, tradit, antiquo νόμῳ, qui κραδίας dicitur, cecinisse: quem Plutarchi locum explicat *Burette* p. 291 et 292. Idem *Mimnermus,* qui et tibicen fuit et poeta, tibicinam Nanno amabat, quam carmine, quod Ναννὼ inſcriptum erat, cantauit. vid. *Strabonem* XIV. p. 940, qui, nec non *Athenaeus* XI. p. 470. et *Stobaeus* tit. 115. p. 592. aliquot verſus ex eo conſeruarunt. Adde *Ruhnken.* ad Hermeſianactis elegiam l. m. p. 191. *Pauſanias* lib. IX. ſ. Boeotic. cap. 29. p. 766. prodidit memoriae, Mimnermum elegis pugnam Smyrnaeorum contra Gygen et Lydos conſcripſiſſe. Dolendum eſt, ſacerdotes graecos Byzantinos effeciſſe, vt Mimnermi, Sapphus, Bionis aliorumque carmina amatoria, teſte papa Leone X. in *Alcyonii* libro I. de exilio pag. 69. edit. Lipſ. nefarie comburerentur. Fragmenta autem eius, quae flammas euaſerunt, ordine interdum mutato reperiuntur in collectionibus gnomicorum poetarum, in H. Stephani poetis gr. heroicis, II. p. 484. eiusdemque minore editione Theocriti aliorumque poetarum. (1579. in 12. p. 44 ſqq.) in Vrſini (p. 227.) ac Wintertoni (p. 525.) collectionibus. Emendatius in *Brunckii*

 analectis

analectis veterum poetarum graecorum, tom. I. p. 60. II. p. 522. et eiusdem gnomicis poetis graecis, p. 68. coll. p. 306. Quaedam ego dedi in anthologia gr. poetica p. 51 ſqq. Fragmentum quoddam venuſtum e Stobaeo tit. 63. p. 243. edit. Grotii graece cum latina Grotii et gallica anonymi interpretatione repetiit *Burette* l. m. p. 295. — Confer praeter ea *Aeliani* V. H. XII. 36. ibique Kühn. et Perizon. *Horat.* epiſt. I. 6. v. 65. ibique interprett. in his *Wieland* ad interpret. germanicam Horatii epiſtolarum, (Lipſiae 1787.) vol. I. p. 131 ſq. *Velſii* emendation. p. 126 ſqq. cum nota Burmanni, *Andr. Schottum* obſeruatt. human. II. 52. Les vies de poetes grecs en Abregé par Mſr. le Févre, p. 41. edit. Relandi. Teutonicam commentationis a Souchay gallice ſcriptae de elegiacis poetis inter Graecos verſionem, in: *Schirachii* Magazin der deutſchen Kritick, vol. I. part. II. (Halae 1772.) p. 103 ſqq.

Panyaſis. *Panyaſis*, quem ſecundum Suidam h. voc. tom. III. p. 22. Duris memoriae prodidit fuiſſe Samium, Herodotus autem, cuius dicitur patruelis, Thurium, alii denique Halicarnaſſeum tradunt, natus eſt, aut floruit Olymp. LXXVIII. auctoribus Suida et illo, qui τὴν Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴν confecit, (n. Scaligero.) ſecundum alios quidem antiquior fuiſſe et tempore belli Perſici vixiſſe perhibetur. Prior tamen temporis ratio probabilior eſſe videtur, ſi Panyaſis, patruelis Herodoti, qui fuiſſet in proelio, apud Marathona Olymp. LXXII. facto, alius, quod paene ſuſpicor, non fuit ac noſter poeta, et ſi id, quod Suidas in voc. Ἀντίμαχος ſcripſit, verum eſt, Panyaſin fuiſſe praeceptorem Antimachi, qui iam ante Olymp. XCII. et poſt illud temporis ſpatium vixerat. Fuit poeta et aruſpex, atque inter quinque principes epicos ſecundum canonem Alexandrinum, (v. *Ruhnkenii* hiſtoriam criticam oratorum graecor. p. 95. Rutilio praefixam,) receptus, ita vt ab aliis ſecundus ei locus poſt Homerum, ab aliis etiam poſt Heſiodum atque Antimachum locus adſignaretur; v. praeter Suidam *Proclus* in chreſtomathia apud Photium p. 981. *Tzetz.* in prolegom. Lycophron. Scripſit heroico carmine Ἡρακλείαν, libris XIV. verſibus 9000. Memorant aliquoties varii id carmen ipſumque poetam, *Athenaeus*, libr. II. cap. 2. p. 36 ſq. libr. XI. cap. 14. p. 498. vbi ex libro tertio Ἡρακλείας duo verſus adducuntur; *Schol.* ad Apollon. Rhod. III. 1149. vbi Panyaſis ἐν Λυδίᾳ citatur; *Stephanus Byzantin.* (vbi v. Pinedo in breuiar. auctor.) *Pauſanias*, qui libro X. cap. 8. p. 817. duo verſus ex illo carmine affert, (exaratur vero nomen Πανύασσις ὁ Πολυάρχου, ſimplici tamen σ. nomen illius ſcriptum et carmen memoratum eſt libro IX. cap. 11. p. 731.) *Hyginus* in poetic. aſtronom. cap. 6. vbi v. Staurenii notam p. 435. *Eratoſthenes* in cataſteriſmis cap. 11. In ſchol. Pindari P. III. 177. verſus de Thyone, Bacchi nutrice, ex libro III. Ἡρακλείας afferuntur. *Brunckius* in analectis III. p. 328. recepit ex Clemente Alex. p. 30. et Stobaeo fragmenta quatuor, et tria in gnomicis p. 130. Si Clementem Alex. audimus, in hoc poemate Οἰχαλίας ἅλωσιν, a Creophylo compoſitam, exſcripſerat *Panyaſis*, vt Fabricius iam adnotauit: vid. ſupra I, 4. 3 pag. 17. Idem *Panyaſis* carmine pentametro compoſuit Ἰωνικὰ de Codro et Nileo, Ionumque coloniis, verſſ. 7000. v. iudicium *Quinctiliani* I. O. X. 1. 54. *Suidas*, *Voſſius* hiſt. gr. IV. 6. *Tanaq. Fabri* Les Vies des poetes grecs etc. p. 81 ſqq. edit. Relandi, Baſil. 1766. — *Panyaſin*, ait Fabricius, iuniorem, qui libros II. de ſomniis ſcripſit, et meliore iure, quam prior Τερατοσκόπος nomen, a Suida alteri tributum, meretur, citat *Artemidorus* libr. I. cap. 66. et lib. II. cap. 35. p. 124.

Rhianus. *Rhianus*, Benaeus Cretenſis, v. *Suidas* in Ῥιανός et *Stephanus Byzant.* cum nota Berkelii, in Βήνη, vbi tamen, patriam illius iam antiquitati fuiſſe ambiguam, obſeruatum eſt. Floruit

Floruit ſub Ptolemaeo Euergete, aequalis Eratoſthenis; adeoque Olymp. CXXXIV — CXL. *Reiske* in notitia poetarum anthologic. p. 259. ex eius fragmentis, quod carmine 447. meminit cultus, quem Galli matri deum exhibebant, colligit, eum poſt Olymp. CXXV. vixiſſe. Primum fuit palaeſtrae cuſtos et ſeruus; poſtea e palaeſtra conuertit ſe, litteris inſtitutus, ad grammaticam et poeſin. Scripſit vero poemata verſu *hexametro*, (ἑξαμέτρῳ ποιήματα, ſic enim *Toupius* emendatt. in Suidam III. p. 398. edit Lipſienſ. correxit in Suida vulgatum, Küſtero quoque ſuſpectum, ἔμμετρα ποιήματα.) Confecit igitur, quantum conſtat,

Ἡρακλειάδα. Quod in Etymologico M. voc. Ἀσέλγεια p. 153. laudatur Ῥιανὸς ἐν τῷ τέσσαρες καὶ δεκάτῳ Ἡρακλείας, Suidas et Eudocia in Ῥιανὸς ſunt ita corrigendi Ἡρακλειάδα ιδ΄, loco vulgati numeri δ΄, vti iam vidit *Voſſius* de hiſtoricis graecis lib. I. cap. 17.

Θεσσαλικά. Ex quarto et ſeptimo lib. Theſſalicorum citantur duo verſus in fragmento Stephani Byzantini a Monteſalconio in bibliotheca Coisliniana publicato p. 286. Ex eodem carmine ſunt verſus a ſcholiaſte *Apollonii Rhodii* III. 1089. ſeruati. Laudatur id carmen et fragmenta ex illo reperiuntur in ſcholiis homericis cod. Veneti D. Marc. teſte *Villoiſon.* in anecdot. gr. II. p. 185. not. et in Prolegom. ad Homeri edit. p. 25.

Μεσσηνιακά. E libro quarto Meſſeniacorum adfertur locus a Stephano Byzant. in fragmento a Monteſalconio l. m. p. 289. edito. Locus claſſicus de hoc carmine exſtat in *Pauſaniae* Meſſenicis, ſ. lib. IV. cap. 6. p. 293 ſqq. adde eumdem libro mem. cap. 15. p. 323. vbi duo verſus adferuntur de tempore belli Meſſenici; alius verſus *Rhiani* Cretenſis ibid. pag. 281. eſt ſeruatus. Adde cap. XV. p. 315.

Ἀχαϊκὰ,

Ἠλιακὰ, et Ἰλίακα.

Verſus *Rhiani*, quos Hertelius producit, ſunt ex *Stobaei* florilegio, ſerm. IV. p. 31 ſq. edit. Grotii. Fragmenta eius plura reperiuntur in Stephani, Lectii, Wintertoni aliorumque collectionibus, item in *Brunckii* analectis vett. poet. gr. vol. I. p. 479 ſqq. et vol. II. p. 526. Epigrammata eius praeter ea ineſſe in *Leonardi Philarae* Anthologia graeca, adnotatum eſt a *Montfaucon.* in biblioth. Coisliniana p. 520. adde *H. Stephani* encomia virtutum p. 18 ſqq. Rhiano delectatum eiusque carminum genus imitatum eſſe Tiberium, imperatorem romanum, tradit *Suetonius* in eius vita cap. 70. vbi vide Burmannum; conf. *Meurſius* in Creta.

Solon. *Solon*, Execeſtidae filius, *Salaminius* dicitur a *Diogene Laertio* lib. I. ſect. 45. et aliis; ab Herodoto aliisque *Athenienſis.* Quod ſcriptorum diſcidium ita compoſuit *Meurſius* in *Solone*, ſiue de eius vita, legibus, dictis atque ſcriptis, (in Gronouii theſauro graec. antiquitat. vol. V. a p. 1093. et in Meurſii operibus ex recenſione Io. Lamii tom. II. a p. 229.) vt cenſeret, Solonem natum fuiſſe Salamine, ſed translatum Athenas, quum parentes eius eſſent Athenienſes, ibique vitam deinceps egiſſe: indeque factum, vt Athenienſis vocaretur; vide *Aeg. Menagium* ad Diogenis Laertii locum cit. p. 25. Genus ſuum referebat ad Codrum, Athenienſium regum vltimum, vti Piſiſtratus, quocum neceſſitudinis vinculo iunctus fuit; v. *Plutarchum* in Solone p. 172. ſ. p. 314. vol. I. edit. Reiskii; adde animaduerſionem *Hemſterhuſii* ad Lucian. tom. I. p. 416. nr. 55. Secundum *Suidam* in Σόλων vixit Olymp. XLVII. vel, vt ille ipſe adnotauit, ſecundum alios Olymp. LVI. *Saxius* in onomaſtico tom. I. p. 2c. ita ſubduxit calculos aetatis: A. O. C. circiter 3411. Olymp. XLVI. 3. ante Chriſtum natum

593. V.

592. V. C. 160. mortis vero annum ponit in anno Olymp. LIV. 4. vide quoque *Simſon.* in chron. ad A. M. 3411. Contra *Larcher* in chronologia ad Herodoti verſionem gallicam, vol. VI. p. 561. natalem Solonis diem collocat in periodo Iuliana 4076. ante Ch. N. 638. Olymp. Coroebi XXXV. 3. V. C. Rom. 116. Solonis ver circa a. per. Iul. 4132. ante C. N. 582. Olymp. XLIX. 3. V. C. 172. eius denique mortem a per. Iul. 4156. ante Ch. N. 558. Olymp. LV. 3. V. C. 196. *Corſinus* denique in Faſtis Atticis tom. III. p. 78. oſtendit, Solonem, vt legibus ante conſtitutis, per abſentiam decennalem conciliaret robur, in Aegyptum conceſſiſſe, Olymp. XLVI. 4. Dropide, Solonis fratre, et patre Critiae, Athenis archonte, et Tarquinio Priſco, rege Romanorum: diem vero obiiſſe ſupremum Olymp. LV. 2. Hegeſtrato Athenis archonte, et Seruio Tullio Romae regnante. Locus claſſicus exſtat in Plutarchi Solone, fin. p. 383. edit. Reiskii. Plura vide apud Corſinum. *Weſſeling.* ad Herodot. I. 30. vbi celebratiſſimum illud Solonis cum Croeſo colloquium, a *Bruckero* hiſt. philoſ. tom. I. p. 444. et *Frereto* Comment. acad. Inſcript. tom. VII. p. 144. immo iam a quibusdam antiquioribus, perperam adnumeratum fabulis, memoriae proditum eſt, et a docto interprete vindicatum, ſuſpicatur, Solonem non ſtatim a latis legibus, ſed illis annorum lapſu ſtabilitis, itiner ſe tradidiſſe: at, ſi Larcheri et Corſini rationes ſtant, et, vti equidem reor, ſunt firmiter ſtabilitae auctoritate hiſtoricorum veterum, ne opus quidem eſt illa Weſſelingii, alias acuta, nec improbabili, ſuſpicione. Dubitatio enim illa etiam inde orta eſt, quod annus mortis ponebatur in anno ſecundo aut quarto Olymp. LIV. qua regnare coeperit Croeſus inter Lydos. Sed de mortis tempore abſtinem diſputatum eſt a viris doctis, et vide, quae infra libr. II. cap. 14. §. 16. in ſectione de legumlatoribus graecis, inter quos eminet Solon, de eius meritis erga rem publicam atticam, legibus, earumque fatis et praeſtantia diſſerentur. Hic agam de Solone poeta. Adoleſcens, quod pater munificentia, (vt Hermippus narrauit,) atque largitionibus adtriuiſſet opes, contulit ſe ad mercaturam, et tam quaeſtus, quam multarum rerum vſus et cognitionis cauſſa per orbem vagatus eſt. Ex vita autem mercatoria putarunt quidam ei haeſiſſe amorem vitae mollioris atque poeſeos interdum licentioris, quam vt philoſophum decuiſſet, vti refert *Plutarchus* in Solone, vol. I. p. 318. edit. Reiskii, et de ſtudio illius poetico variisque illius genere plura adnotat; idem paſſim ſpecimina aut reliquias artis poeticae dedit, in his p. 382. duo verſus, in quibus Solon, iam ſenex, fatetur, ſibi grata eſſe Veneris et Bacchi Muſarumque munera. Enimuero et in carminibus litauit ſapientiae multasque egregias ac philoſopho dignas ſententias incluſit verſibus. Atque veteres laudarunt facultatem Solonis poeticam, quorum teſtimonia affert, et ipſe de illa eſt copioſus *Taylorus* ad Demoſthenis orat. de falſa legatione, in qua elegia Solonis eſt ſeruata, tom. II. p. 263. et p. 356 ſqq. edit. Cantabrig. in Reiskii vero adparatu crit. ad Demoſthen. vol. I. p. 453 ſqq. Refertur praeterea a Cicerone et Dione Chryſoſtomo inter diſertos homines. Scripſit autem ſecundum *Diogenem Laertium* lib. I. ſect. 61. (ad quem locum Aeg. Menagius pag. 37 ſq. Obſeruat. docte vberiusque agit,) *Leges*, *conciones*, (δημηγορίας,) *ad ſe cohortationes*, (εἰς ἑαυτὸν ὑποθήκας,) *elegias*, *de Salamine*, *de Athenienſium republica*, ad quinque millia verſuum: Praeter ea *iambos*, (item *Trimetra*, ſecundum Ariſtidem in orat. περὶ τοῦ παραφθέγματος, tom. II. pag. 397. edit. Ieb. vbi primum verſus ex trimetris, deinde e iambis affert ad ſui ipſius excuſationem atque defenſionem.) et *epodos*: quamquam Menagius fatetur, ſe, praeter Diogenem, neminem noſſe, qui laudaret Solonis epodos. Poema, *Salamis* inſcriptum, quod, narrante et iudicante *Plutarcho* in Solone pag. 328. verſus continet

tinet centum, ſane quam venuſte ſcriptos, eſt nobilis illa elegia, quam, inſaniam ſimulans locumque praeconis adſcendens, memoriter recitauit, animosque ciuium ad Salamina Megarentibus eripiendam inflammauit. Athenienſes quidem, poſtea quam diuturnum bellum de illa, Marte iniquo, geſſerant, adeo ceperat conſilii taedium, vt ei, qui de recuperanda Salamine verba faceret vel ſcriberet, poenam minitarentur capitalem. At Solon illa arte et vi carminis, (cuius initium dedit *Plutarchus* in Solone p. 323.) praecipue magnitudine quorumdam verſuum, quos *Diogenes Laertius* I. ſect. 47. adtulit, adiutus ab amicis, praeſertim Piſiſtrato, ciues tam grauiter incitauit ad iram et furorem, vt, lege illa abrogata, curam belli atque imperium a ciuibus traditum acciperet et inſulam redigeret ſub poteſtatem Athenienſium. vid. Plutarchum et Diogenem Laertium locc. memor. et ad poſteriorem notas Menagii p. 26. Solon igitur, quo et tutior vita eius eſſet, et plus aliquanto reipublicae prodeſſet, furere ſe ſimulauit, vt verbis vtar *Ciceronis* de Officiis I. 30. 12. Elegias, ſeu ἔπη, quibus Philocyprum, (quem quidem auctor vitae Arati nuncupat Κυπράνορα,) tyrannum, quum in Cypro verſaretur, mire celebrauit, memorant *Herodotus* V. 113. vbi vid. Weſſeling p. 434. et *Plutarchus* in Solone p. 370. qui verſus adfert, in quibus Solon meminit conditae vrbis, quae antea dicta fuerat Aepea, ab illius autem nomine *Soli*. Ad ὑποθήκας reſpicere videntur ea, quae Fabricius ex ſcholiis MSS. ad Dionyſ. Thracem p. 99. cod. Holſten. orae ſui exempli adſcripſit: ſcholiaſtes quum laudaſſet Odyſſ. γ΄. verſ. 267 ſq. τοῦτο δὲ, inquit, καὶ Σόλων εἰδὼς, ὡς ἐμψυχικώτεραί εἰσι μᾶλλον αἱ τῶν παραινεσέων ἔμμετροι, καὶ τῇ χάριτι τοῦ ῥυθμοῦ ψυχαγωγοῦσι τὸν ἀκροατὴν, ἐμμέτρως παρῄνεσεν. Ὁμοίως καὶ ὁ Ἡσίοδος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν σοφῶν.

Epiſtolae, quas ſcripſiſſe dicitur, reperiuntur apud Diogenem Laertium in vita Solonis, fin. Locum quemdam in epiſtola, quae ad Croeſum ſcripta fertur, purgat, vocabula τυραννεύοντος βιαίως Πεισιστράτου tamquam adulterina eiiciendo, *Ignat. Roſſius* in Commentatt. Laertian. Romae, 1788. 8. §. VII. p. 23 ſq.

Carminum fragmenta ſunt a viris doctis collecta ex Demoſthene, Plutarchi vitis parallelis. Aelio Ariſtide, Diogene Laertio, Athenaeo, Clemente Alexandrino et Stobaei Eclogis. Edita ſunt ſaepius cum Theognide, cuius verſibus interdum intextae fuerant ſententiae Solonis, et reliquis gnomicis poetis, de quibus ſupra iam egimus. Potiores quasdam editiones hic laudare iuuat. Prima, vbi comparuerunt, eſt editio; (de qua Fabricius §. V. egit,)

Callimachi Cyrenaei hymni cum ſcholiis nunc primum editis. Sententiae ex diuerſis poetis, oratoribus ac philoſophis collectae, non ante excuſae. Baſil. 1532. 4. apud Frobenium, cura Sigismundi Gelenii et Matth. Aurogalli. Hic liber duo tantum Solonis fragmenta e Stobaeo continet. At tamen, an non eadem prius in editione *Arſenii* Apophthegmatum romana, de qua §. IX. ſermo erit, fuerint euulgata, quia illam editionem non vidi, definire non poſſum. — Septem auxit fragmentis *Ioach. Camerarius* in *Libro ſcholaſtico — quo continentur Theognidis praecepta. Pythagorae — — Phocylidis — Solonis, Tyriaei — — carmina. Baſil.* 1550. rec. 1555. 8. — *Neander* plurima *Solonis* fragmenta recepit in *Anthologicum graeco-latinum*, Baſil. per Io. Oporinum 1556. 8. p. 422 — 441. — Tum ſeptem adiecit fragmenta *Iac. Hertelius* in Theognidis et aliorum poematibus gnomicis, Baſil. 1561 etc. Herteliana collectio propagata eſt ab Henr. Stephano, Frid. Sylburgio, Lectio et aliis ſupra in Theognide memoratis. — Duo fragmenta illis addidit *Radulphus Winterton.* in poetis graecis minori-

bus, Cantabrig. 1635. et ſaepius. — XXX. fragmenta dedit emendatius *Brunck.* in analectis vett. poet. graecorum, vol. I p. 60 ſqq. et vol. III p. 236. vnum adiecit, *Ruhnkenius* ad Callimachi fragmenta p. 451. id primum monſtrante, ex Hermiae philoſophi commentario MS. in Platonis Phaedrum. in quo praeter ea loca Solonis plenius. quam ab Aeſchine contra Timarch. p. 62. commemorantur. Idem ed. *Brunck.* inter gnomicos gr. poetas recepit p. 72 ſqq. XXXVI. illa fragmenta, a quibus ſupra ... hinc inde emendata. In fragmento V. verſ. 61. 62. „forte quis, inquit, deprehendet naturae illud arcanum, quod nunc in artem medendi transferri incipit, quod ipſe vocant *le magnetiſme animal.*" Solonis quae ſunt apud Stobaeum, iis ſubiecit H. Grotii interpretationem metricam: Elegiae autem, a Demoſthene citatae, poeticam Melanchthonis verſionem. Separatim edita ſunt:

Sententiae vetuſtiſſimorum Gnomicorum quorundam poetarum Opera. Volumen ſecundum. Continentur in hoc volumine Solonis fragmenta poetica. denuo collegit, varietatem lectionis, notas adiecit, in vſum ſcholarum edidit Franciſc. Ann. Fertlage, Gymnaſ. Osnabr. Coll. Lipſiae 1776. 8.

Eſt noua recenſio: Fragmenta ſunt XXXII, docte explicita. In praefatione agitur de ratione poeſeos gnomicae: adiunxit editor vitam Solonis, ex Plutarcho, Diogene Laertio aliisque deſcriptam.

Solonis elegiam de vita humana gallice vertit *Pardulphus Prateus*, Lugduni, 1570. 8.

Wie Zeus die Welt richtet. Ein Fragment Solons-griechiſch und deutſch mit Anmerkungen von D. Leppentin, Arzt in Hamburg. Hamburgi 1789. mai. 8. Sunt tria fragmenta, et animaduerſſ. ſunt philoſophicae. Verſio non ſemper recta eſt et adcurata.

Praeter Plutarchum, Diogenem Laertium, Meurſium aliosque infra in Solone inter legumlatores memoratos confer *Bruckeri* Hiſtor. critic. philoſoph. tom. I. part. II. lib. I. cap. II. pag. 442 ſqq. et in Adpendice p. 212. et Merkwürdigkeiten aus dem Leben des griechiſchen Weiſen Solon, und des berühmten Römers Valerius Publicola, nebſt angeſtellten Vergleichung zwiſchen beyden. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt von M. *Chriſt. Wilh. Kindlebern*, evangeliſchen Prediger. Lipſiae 1779. 8. — Epigramma Solonis de annis, quibus hominis vita definienda eſt, exponitur et emendatur ab *Ign. Roſſio* in Commentationibus Laertian. p. 21 ſq. vbi quoque p. 18 ſq. locus Diogenis de recitatione homericorum carminum ex lege Solonis (vti iam ſupra ad Homerum notauimus) expenditur.

Tyrtaeus. *Tyrtaeus*, Athenienſis, ex Aphidnarum populo, vti *Corſinus* quidem in Faſt. Atticis III. p. 33. ex quodam Strabonis loco collegit, et in bello ſecundo, quod Lacedaemonii contra Meſſenios ab Olymp. XXIII. a. 4. vsque ad Olymp. XXVIII. a. 1. geſſerunt, ab Athenienſibus Lacedaemoniis aduerſus Meſſenios oraculi reſponſo dux miſſus. Illo igitur tempore *Tyrtaeum*, pro quo apud Hieronymum in Chronico Euſebiano ad Olymp. XXXVI. et in graeco textu χρον. κανον. ad Olymp. Λϛ'. praue legitur *Myrtaeus*. Μεσσηνιακῶν, floruiſſe, ex hiſtoria belli illius Pauſan. Meſſen. ſ. lib. IV. cap. 15. pag. 315 ſqq. qui eſt locus claſſicus de hoc bello et noſtro Tyrtaeo, item apud Iuſtin. III. 5. ex Strabone VIII. pag. 556. Almel. aliisque notum eſt. Quare *Simſon*. in Chron. ad a. M. 3321. *Sanctus* in Onomaſtico I. pag. 15. aliique eius aetatem ponere ſolent in illo orbis anno, Olymp. XXIV. 1. A. C. 684. V. C. 70. Euſebius tamen et Hieronymus in Chronico et Suidas in *Tyrtaeo* huius aetatem adſignarunt Olymp. XXXVI. ſed errorem illorum iam ſuſtulit *Klotzius* in diſſer-

diſſertatione de Tyrtaeo, vbi ſatis copioſe agitur de noſtro poeta p. 140 ſqq. edit. Altenburg. adde *Corſini* Faſtos Attic. tom. III. p. 32 ſq. ad Olymp. XXIII. 4. Athenis erat ludi magiſter, (*διδάσκαλος γραμμάτων*), pede claudus altero, nec ſatis mente valere credebatur, (*νοῦν τε ἥκιστα ἔχειν δοκῶν.*) vt ait *Pauſanias* p. 316. ſin. Hinc, Lacedaemoniis, de belli euentu oraculo Delphis conſulto, iuſſis, Athenienſes, vt et oraculo dicto eſſent audientes, nec tamen ſua veluti culpa committerent, vt Lacedaemonii parte Peloponneſi optima ſine inſignibus cladibus potirentur, magis igitur in contemtum, quam auxilium Laconum, Tyrtaeum miſerunt conſiliarium ſ. rerum gerendarum auctorem, (*σύμβουλον.*) Ille, Spartam veniens, modo ad ciuitatis principes, modo plebem eleges et anapaeſtos, (quibus continebatur laus fortitudinis bellicae,) decantabat, et ad virtutem bellicam excitabat. Ab vtraque parte poſtea fortiter dimicatum eſt. Atque, Spartanis ter fuſis, reges illorum voluerunt exercitum reducere: „niſi, vt verbis vtar Iuſtini, interueniſſet Tyrtaeus, qui compoſita carmina exercitui pro concione recitauit, in quibus *hortamenta virtutis*, *damnorum ſolatia*, *belli conſilia* conſcripſerat. Itaque tantum ardorem militibus iniecit, vt non de ſalute, ſed de ſepultura ſolliciti, teſſeras, inſculptis ſuis et patrum nominibus, dextro brachio deligarent, vt ſi omnes aduerſum proelium conſumſiſſet, et temporis ſpatio confuſa corporum lineamenta eſſent, ex indicio titulorum tradi ſepulturae poſſent.“ Nec Meſſeniis minor erat aut vincendi aut moriendi ardor. Quare tantis animis concurſum eſt, vt raro vnquam cruentius proelium fuerit, vt ait Iuſtinus. Ad poſtremum tamen Lacedaemonii victoriam reportarunt certiſſimam. Poſtea diſſidium inter ipſos Spartanos ortum verſibus ſuis ſedauit Tyrtaeus. Conſiliis igitur et carminibus nominis immortalitatem; a Spartanis vero ius ciuitatis, tamquam praemium, conſequutus eſt. vid. *Platon.* de Legg. I. p. 566.

Narrante *Polluce* (Onomaſt. lib. IV. ſ. 106.) Tyrtaeus auctor fuit triplicis chori, iuuenum, adultorum et ſenum, in diebus feſtis apud Lacedaemonios: quod tamen inſtitutum Lycurgo tribuit *Plutarchus* in Lycurgo p. 53. vti animaduerterunt *Seuin* in comment. mox commemoranda p. 155. et *Klotzius* p. 154 ſq. qui eodem loco poſt *Souchaeum*, (in prima de poetis elegiacis recitatione, in Commentariis ſociet. regiae Pariſ. Inſcript. tom. VII. pag. 370.) monet, Acronem et Porphyrionem ad Horatii A. P. vſ. 402. haud recte tribuiſſe Tyrtaeo inuentionem tubarum, quibus Lacedaemonii vſi viciſſent Meſſenios, Tyrrheno, Herculis filio, illarum auctore a plurimis veterum habito; nomen igitur *Tyrrheni* cum *Tyrtaei* nomine ab illis fuiſſe confuſum. Celebrius factum eſt poetae noſtri nomen *ἐμβατηρίοις* illis (quae etiam *ἐνόπλια* vocabantur, teſte *Athenaeo* lib. XIV. p. 630.) ſiue carminibus, tibia et alta voce decantatis, ad quorum numerum milites, praelium ingreſſuri, gradum moderabantur: quae quidem anapaeſtis, verſuum genere in primis decoro et maxime virili, compoſita fuiſſe putat *Valeſius* ad Ammianum Marcellinum XXIV. 6. p. 314. vbi multus eſt de illis et exemplum adfert. (vid. de hoc fragmento Klotz. ad Tyrtaeum p. 129 ſq.) At Tyrtaeus num primus illorum fuerit auctor, res ambigua eſſe videtur. Id quidem certius eſt, Tyrtaei carmina fuiſſe Spartanis, ante proelium ad tentorium regis conuenire iuſſis, recitata, (vid. locum claſſicum apud *Lycurgum* in or. contra Leocrat. cap. 28. p. 249. edit. Hauptmanni, huiusque notas.) eademque a ſingulis Laconibus inter conuiuia cani ſolita. (vid. *Athen.* l. mem. et *Meurſii* miſcellan. Lacon. II. 2.) Copioſius tamen curatiusque, quam ab aliis factum eſt, perſequitur id argumentum *Klotzius* in diſſert. laudata p. 160 — 169.

Scripſit

Scripſit *Tyrtaeus*, vt relatum legimus apud Suidam voc. Τυρταῖος,

Πολιτείαν Λακεδαιμονίων, *rempublicam Lacedaemoniorum.* Hanc inſcriptionem eſſe recentioris aetatis, nec ſatis accurate factam, haud male cenſet *Sevin* in comment. mox laudando p. 152. et: *le ſentiment*, ait, *de Suidas eſt inſoutenable.* Contra, illius partem fuiſſe elegiam, Εὐνομίαν dictam, cenſet *Meurſius* in biblioth. Attica p. 1623. vol. X. edit. Venetae. Forſan idem fuerit poema. Vtramque elegiae inſcriptionem a Tyrtaeo profectam eſſe, negat *Sevin* in comm. de vita et ſcriptis Tyrtaei, in Commentar. ſociet. reg. Pariſ. Inſcript. tom. VIII. pag. 152. Laudant illam εὐνομίαν, et ſic nuncupatam eſſe ſcribunt *Ariſtotel.* Polit. V. 10. et *Strabo* VIII. p. 556. Ex illa quoque elegia videtur petitus eſſe verſus, quem producit *Ariſtides* in orat. I. platonica pro rhetorica, tom. III. pag. 55. edit. Steph. Tyrtaeus eundem non nominatur; at dicitur *virginum laudator et conſiliarius, Laconicus poeta*, ὁ Λακεδαιμονίων ποιητής. Ad illam quoque elegiam pertinuiſſe videntur Fabricio verſus a Plutarcho in Lycurgo tom. I. p. 73. ſeruati et a *Klotzio* in edit. p. 127. illuſtrati. adde *Brunck.* ad analecta poet. gr. III. pag. 8.

Ὑποθήκας, etiam verſibus elegiacis:

Μέλη πολεμιστήρια, βιβλία έ, *carminum bellicorum libros quinque.*

Fragmenta, quae ſuperſunt ex Tyrtaei carminibus, (quae, num eadem ſint, quae in *Arſenii* Ἰωνιᾷ, codice MS. Florentino, reperiuntur, teſte *Bandinio* in Catalog. MSS. gr. biblioth. Laurent. I. p. 549. equidem neſcio.) olim aliis inſerta collectionibus, praecipue inter poemata gnomica, de quorum editionibus ſupra in ſectione de Theognide iam diſputauimus, recepta fuerunt. Primum illa vulgata eſſe putat Klotzius poſt *Callimachi* hymnos apud Frobenium a Matth. Aurogallo curatos, 1532. 4. a p. 219. Aliis tamen in medium relinquam, an non prius in *Arſenii Apophthegmatibus*, Romae in 8. editis, (de qua editione poſt §. IX. plura diſſerentur,) fuerint typis deſcripta. — A *Camerario* bis edita ſunt, primum in libello; hoc titulo inſignito:

Oratio ſenatoria de bello Turcico κατὰ προσωποποιΐαν · *item* Tyrtaei *carmina παραινετικὰ et alia nonnulla.* Tubingae, apud Morhardum, 1542. 4. vid. *Fabricii* biblioth. gr. vol. XIII. pag. 513. tum in

Libello ſcholaſtico — quo continentur Theognidis praecepta, Pythagorae — Phocylidae — Solonis, Tyrtaei, Simonidis, Callimachi quaedam carmina etc. Baſileae, 1550. rec. 1555.

De Herteliana, Stephaniana, Criſpiniana, Wintertoniana collectionibus, in quibus Tyrtaei fragmenta comparent, vide ſupra de Theognideis carminibus. De Vpſalienſi collectione vide ad §. VIII.

Tyrtaei fragmenta edita eſſe a *Chriſtiano Wolckenberg.* Roſtoch. 1658. 4. adnotauit Fabricius in ora ſui exemplaris.

Tyrtaei, Mimnermi et Simonidis fragmenta diligentius collegit *Fulvius Vrſinus* poſt carmina nouem illuſtrium feminarum. Antwerpiae, ex officina Chriſtoph. Plantini, 1568. 8. Vrſinus haud raro vitioſas retinuit lectiones, paucas vero, quae hodie videri poſſent, nouas aut

aut aliis meliores. Quare Klotzius, qui, ſe librum illum rariſſimum oculis vſurpare non potuiſſe, valde doluit, haud aegre potuit illo carere.

Elegias *Tyrtaei*, licet omiſſis aliquot verſibus, continent *Selecta carmina e graecis poetis*, quae in vſum regiae ſcholae Etonenſis prodierunt Etonae, 1755. (p. 112 ſqq.) rec. ibid. 1762. (p. 161 ſqq.)

Elegies of Tyrtaeus translated into Engliſh Verſe; with notes and the original Text. — *London.* Printed for Tho. Payne. 1761. de qua editione vid. *Klotzii* diſſ. mem. pag. 182 ſq.

Tyrtaei, quae reſtant, omnia. Klotzius ſeparatim Bremae, 1764. 8. edidit eaque illuſtrauit commentario: poſtea vero et ſplendidiore et venuſtiore induit ea veſtitu; idem, quotquot reperire potuit fragmenta, (in quibus tamen omiſſum eſt illud, quod ſupra ex Ariſtide laudauimus, id ſi eſt a Tyrtaeo profectum.) diligentius collegit, commentario, interdum iuſto pleniore, inſtruxit. multa praeterea Pindari, Plutarchi, inſcriptionum antiquarum etc. loca emendauit, haud pauca epigrammata graeca inedita publicauit, et gemmas quasdam hinc inde aeri incidendas curauit ornamenti cauſſa, Altenburg. 1767. 8. A p. 135. incipit diſſertatio prima de Tyrtaeo, in qua de aetate, et meritis Tyrtaei, de praeſtantia, ſublimitate et grauitate vique poetica Tyrtaei, quem quidam veteres, amore poetae capti, (quorum teſtimonia laudesque ille idem collegit,) ſubiunxerunt Homero, editionibus, quarum tamen multas nanciſci non potuit, atque verſionibus aliisque rebus, quae ad hiſtoriam et Tyrtaei et illius aeui facerent, diligentius, quam ceteri, qui de illo antea ſcripſerant, et a Klotzio iam ſunt memorati, atque vberius egit. A p. 189. ſequitur diſſertatio altera eaque docta de carminibus bellicis quorumdam populorum. Denique adiecit venuſtam et grauitatem illam animumque quaſi graecum ſpirantem verſionem elegantiſſimi *Weiſſii* theotiſcam: *Kriegslieder des Tyrtaeus aus dem Griechiſchen.* Minus benigne ſenſit de illo Klotzii labore, ab aliis iuſte celebrato, cel. *Brunck.* qui in *analectis vett. poet. graecorum* vol. I. p. 48. vndecim reddidit carmina et fragmenta, atque vol. III. p. 7. in paucis notis criticis explicuit, nec non in *gnomicis poet. gr.* p. 59. tres elegias correctius recudi fecit cum H. Grotii interpretatione metrica.

The Idyllia, Epigrams, and Fragments of Theocritus, Bion and Moſchus, with *the Elegies of Tyrtaeus*, translated from the Greek into Engliſh verſe. To which are added Diſſertations and Notes. By the Reu. *Richard Polwhele.* Londini, 4. Verſio, notae et diſſertationes praefixae laudantur in *Critical Review*, menſe Maio nr. VIII. an. 1787.

In *Anthologia* mea *graeca poetica* duas dedi atque illuſtraui *Tyrtaei* elegias.

De verſionibus *Weiſſii* theotiſca et duabus anglicis iam diſſeruimus. Klotzius in diſſ. p. 181. recenſuit inſuper *latinas* Camerarii, Oſii, Claudii Menſelli, verſiones, tum *anglicam Iac. Ward,* quae reperitur in: *Miſcellaneous Poems Original and translated by ſeveral Hands publiſhed by Mr. Concanen*, Londini, 1724. p. 352. et *gallicam* in *Theatre et oeuvres diverſes de M. de Sivry*, Londini, (Pariſiis) 1764. p. 327 — 338. *Contii* germanica eaque metrica verſio, addita eſt verſioni Tibulli, Tiguri, 1783. 8. — *Chriſtian. Comes de Stolberg* in: Gedichte aus dem Griechiſchen überſetzt, Hamburg. 1782. mai. 8. libro III. elegias *Tyrtaei*,

 et

et varia Solonis, Simonidis, Mimnermi, Meleagri aliorumque lyrica carmina atque epigrammata theotiſce vertit.

Fabricius olim iam laudarat *Ampelium* cap. 14. apud quem corrigit *Tyrtaeus* pro vitioſa lectione [illegible]: *Dionem Chryſoſt.* XXVI. p. 440. *Tzetzen* Chil. II. hiſt. 26. qui προτρεπτικὰ πρὸς πόλεμον ἀσμάτων μέλη vocat, *Plutarch.* in Cleomene p. 8[illegible]. *Franciſcum Floridum Sabinum* III. 10. lect. ſubciſ. tom. I. facis artium Gruterianae p. 1213 ſq. *Meurſium* ad Heſychium illuſtrem p. 207 ſq. in Exercitt. crit. part. II. p. 1[illegible]8. et in Miſcellaneis Laconicis II. 3. et IV. 17. *Voſſium* III. Inſtitt. poet. pag. 53 — De vi et grauitate Tyrtaei poetica meam dixi ſententiam in Introductione in hiſtor. L. Gr. p. 53. Pauca narrantur de noſtro in *I. Burc. et Frid. Ottonis Menckeniorum* bibliotheca virorum militia aeque ac ſcriptis illuſtrium, Lipſiae, 1734. p. 458 ſqq. *Harl.* Elegiam a Lycurgo ſeruatam verſibus transpoſitis et emendatam reſtituit *Er. Wiſſlaeurgh* in Diſſ. philol. de Transpoſitione, Franequ. 1786. p. 5 — 17. quo ipſo libello etiam Theognidea quaedam tractata ſunt. *Beck.*]

Neandri collectiones. VIII. Non minus diligenter in hoc, ſententias graecas colligendi [P] et in adoleſcentum vſum ſeparatim edendi ſtudio, verſatus eſt vir optimus *Mich. Neander* [n]), Soravienſis, cuius induſtriae debemus verſione et notis illuſtrata 1) *Anthologicum Graecolatinum*, h. e. inſigniores flores ſeu ſententias decerptas ex Heſiodo, Theognide, Pythagora, Phocylide, Arato, Theocrito etc. Baſil. per Ioan. Oporinum. 1556. 8. 2) *Aristologiam Pindaricam graecolatinam*, ſiue ſententias e Pindaro et nouem lyricis ſelectas, per Ludou. Lucium, ibid. 3) *Gnomologiam graecolatinam* ſiue inſigniores ſententias philoſophorum, poetarum, oratorum et hiſtoricorum ex magno anthologio Iohannis Stobaei exceptas et in locos ſupra bis centum digeſtas. ibid. 1557. 8. 4) *Gnomologicum graecolatinum* in duos diſtributum libros, et ſententias ex omni genere veterum ſcriptorum hiſtoricorum quoque et philoſophorum rhetorumque, non tantum poetarum complexum. ibid. 1564. 8. 5) *Opus aureum* et ſcholaſticum, in quo praeter Pythagorae aurea carmina, Phocylidem ac Theognidem, gnomologicique libros duos iam memoratos continentur libri totidem graecorum apophthegmatum collecti a Matthaeo Goto Elrichenſi, Nili ſententiae, Coluthus, Tryphiodorus, Quinti Smyrnaei libri III. poſtremi, Laurentii Rhodomanni poemata tria graeca et latina (I. vaticinium Nerei Marini de Troiae excidio, II. Mithridates, III. Arion) ac denique Luciani ſomnium. 6) *Patrum* ſiue eccleſiae veteris doctorum ac theologorum *graecorum ſententias* ſelectiores, vna cum catechiſmo Lutheri graece reddito, protoeuangelio pſeudo-Iacobi et aliis apocryphis de Chriſto narrationibus. Baſil. 1564. 8. In gnomologico ſuo Homeri quoque ſententias Neander exhibuit, quod praeter *Bertham Rorndohuſianum* maiore deinde ſtudio atque adparatu fecit in gnomologia ſua homerica *Iacobus Duportus*, vt dixi hoc ipſo libro II. cap. 6. nr. 8.

[Huc quoque pertinet:

Gnomologia, in qua memorabilia dicta et illuſtres ſententiae Heſiodi, Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Tyrtaei, Naumachii, Rhiani, Theocriti, Bionis, Moſchi, Poſidippi, Mimnermi,

[n]) De hoc Neandro conſulenda Antonii Teiſſier [illegible] ad an. 1595. quo diem obiit ſupremum. Catalogus ſcriptorum Neandri occurrit in eius erotematibus graecae linguae pag. 486 ſq. editionis Witeb. 158[illegible]. 8. *Fabric.* Plura dabit I. Carol. Volbortii ad [illegible] *Gedächtniſs auf Michael Neander*. Gottingae, 1777. 4. *Harl.*

Menandri, Simonidis, Lini, Callimachi, Solonis, Metrodori, Eupolidis, Menecratis etc. ad certos titulos, secundum ordinem alphabeticum ſunt redactae. Vpſaliae, per Io. Pauli. 8.

Dedicatio ad Io. Can. Lenaeum et Fr. Gabr. Emporagrium ſcripta eſt Stockholmiae, 1656. Auctor autem huius collectionis, Profeſſor graecae linguae in regio et illuſtri gymnaſio Holmenſi, refert, ſe in gratiam iuventutis in graecis inſtituendae, illam ediliſſe. At cuius recenſionem is ſit ſequutus, dicere nequeo, qui illius edit. notitiam ex *Erici Mich. Fant* hiſtoria litteraturae graecae in Suecia (Vpſaliae, 1779. 4.) p. 87. hauſiſſem. Tituli latini et verſus, qui ſub illis occurrunt, latine etiam redditi eſſe dicuntur. *Harl.*]

Morelii collectio. IX. E comicis graecis XLII. deperditis ſententiae collectae lucem viderunt Pariſiis ex officina *Guil. Morelii*, 1553. 8. tt) graece et latine. [P] Et nomina quidem comicorum haec ſunt: Alexis, Amphis, Anaxandrides, Antiphanes, Apollodorus, Axionicus, Bato, Clearchus, Crates, Crito, Crobylus, Damoxenus, Demetrius, Diodorus, Dionyſius, Diphilus, Ephippus, Epicharmus, Epicrates, Eriphus, Eubulus, Eupolis, Euphron, Hermippus, Hipparchus, Menander, Mneſimachus, Nicoſtratus, Pherecrates, Philemon, Philippides, Philippus, Phrynichus, Plato, Poſidippus, Sotades, Strato, Theognetus, Theophilus, Theopompus, Timocles, et Xenarchus. Scriptores vero, qui has ſententias in libris ſuis ſeruarunt praeter Athenaeum, Clementem Alex. Euſebium, Harpocrationem, Stobaeum, Philonem, Plutarchum ac Suidam laudantur auctor collectaneorum impreſſorum cum Callimacho, de quibus ſupra §. V. dixi, et *Hieronymus Spartanus* in libello MS. cui titulus: ἐκ τῶν Μενάνδρου γνῶμαι μονόστιχοι uu), quem ſine nomine auctoris euoluere me memini in bibliotheca Gudiana.

[Hoc loco quaedam addenda ſunt:

Alphabetum graecum. (cum aliis libellis et gnomis gr. fere apud Aldum obuiis, ita tamen, vt Pythagorae etc. carmina non adiuncta reperiantur. vid. cl. Glandorf in Prolegom. ad Pythagorae carmen aureum pag. XXVII. et 35.) *Florentiae*, (1495.) fol. maiuſculis litteris. Mentionem illius editionis facit quoque *Maittaire* A. T. vol. I. pag. 286. et vol. II. part. I. pag. 356. Continet ſenarios gnomicos graecos; Gelenius tamen (vid. ſupra §. V.) in praef. ad Callimachum 1532. (cui adiectae ſunt ſententiae ex diuerſis auctoribus collectae,) ait, ſe plures addidiſſe. Maittaire autem loco poſteriore animaduertit, gnomarum huiusmodi graecarum varias fuiſſe editiones: *Aldinam* an. 1495. (in qua n. inſunt ſententiae monoſtichi ex variis poetis.) et *Florentinam* maiuſculis litteris, ſine temporis indicio, ſed eodem, (vt opinatur,) aut forſan praecedente anno, et has duas omnino conuenire: addit vero Glandorf. dum verba Maittarii repetit, *numero nimirum ſenariorum, non ex noſtris ergo, ſed ex comicis depromtorum, quod ſententiarum ordo demonſtrare videtur.* Maittaire pergit, his, (n. Aldinae et Florentinae) congruere Henr. Stephani 1569. p. 182 — 365. et Morellii 1553. qui ſoli *Menandro* has tribuant ſententias.

Fabricius

tt) Vid. Maittaire A. T. III. p. 64?. *Harl.*

uu) *Menandri* comici ſententiae monoſtichae ordine alphabetico, ſ. Γνῶμαι μονόστιχοι Μενάνδρου, ſunt in cod. Vindobonenſi CCXLIV. nr. 12? teſte *Lambecio* in Commentar. de bibliotheca Caeſarea, lib. et tom. V. p. 257. edit. Kollarii. *Harl.*

Fabricius libro V. cap. 30. § XIII. vol. VIII. p. 833. poſtliminio quaſi reduxerat duas collectiones, quas ſuo hic loco melius reuocabimus. Altera eſt:

Ἀποφθέγματα φιλοσόφων καὶ στρατηγῶν, ῥητόρων τε καὶ ποιητῶν, quae *Arſenius*, Monembaſiae Archiepiſcopus, Leoni X. P. M. dicauit, graece ſine temporis et loci nota edidit in 8. (Fabricius ibi ſuſpicabatur, hanc Arſenii ſyllogen editam eſſe *Florentiae*: in vol. autem decimo, p. 223. lib. V. cap. 43. ab Arſenio, (de quo p. 222. in nota agit,) putat, id volumen fuiſſe depromtum ex Ἰωνιᾷ parentis ſui, Michaelis Apoſtolii, et graece editum *Romae*: quod probabilius iudicat *Bandinius* in Catalogo MSS. gr. in bibliotheca Laurent. vol. I. p. 549. vbi cod. XXVI. qui continet *Arſenii* Ἰωνιὰν συνθήκην, ſ. lexicon philologicum ſeu alphabeticam ſyllogen dictorum, ſententiarum, apophthegmatum, fabularum etc. e multis gr. auctoribus, quorum dat nomina, ordine alphabetico poſita, collectam, copioſe recenſet. Ibidem, „hanc, ait, editionem a Fabricio memoratam habemus in Marucelliana bibliotheca, a qua tamen diuerſus eſt noſter codex, quippe qui et epiſtolam longiorem praefert, et multo vberioribus auctorum ſententiis refertus eſt, et diuerſo ordine concinnatur; in illa enim apophthegmata iuxta litteras, a quibus nomina auctorum incipiunt, in hoc vero iuxta ordinem rerum, quibus de agitur, diſpoſita leguntur.“) Fabricius loco priore ita pergit: „His ordine litterarum, quibus nomina auctorum incipiunt, diſpoſitis, praeter locum Clementis Alex. ex libro VI. Stromatum de plagiis poetarum, ſententiisque variis, ſubiiciuntur *Sotadis* ὅτι ὁ βίος πολλῶν φροντίδων ἀνάμεστος, *Tetis* in vitam humanam, *Mich. Pſelli* iambi εἰς ἀρετὰς καὶ κακίας καὶ ἐπιστήμας. Eiusdem ἀναγωγαὶ εἰς Τάνταλον καὶ Κίρκην βουλομένην τὸν Ὀδυσσέα μεταμορφῶν. Aenigma Sphingis, Ioannis Tzetzae et Ptochodromi καρκῖνοι ſiue verſus retrogradi et ſeptem hexametri, quibus in ſingulis omnes litterae alphabeti continentur, cuius generis exſtant etiam apud Porphyrium MS. ad Dionyſium Thracem et apud Clementem Alex. V. Strom. pag. 570. ad cuius locum illuſtrandum conferendus *Salmaſius* ad Solinum p. 896. *Thomae Galei* diſſ. ad Apollodorum p. 16 ſq. et *Rich. Bentleii* epiſt. ad Millium, Malalae ſubiecta p. 41.“ In nota ſubiecta idem Fabricius, „Poſt Arſenium, ait, longe diligentius, e graecis maxime ſcriptoribus, Plutarcho, Laertio, ſed et ex latinis quoque apophthegmata collegit et latine reddidit *Eraſmus* VI. libris, primum an. 1531. 4. Baſil. apud Froben. deinde libris VIII. Nonnulla in illo opere tom. IV. operum Eraſmi recuſa calligarunt Paulus Leopardus, Petrus Nannius et Franciſcus Robortellus. Ex inuidia potro in Eraſmum factum eſt, vt *Paulli Manutii* prodirent nomine, (Eraſmi expunctio,) Venet. 1590. Colon. 1606. 12. Multo ampliorem vero et ſub titulis diſpoſitam apophthegmatum collectionem congeſſit *Conradus Lycoſthenes*. Vide theatrum vitae humanae Theodori Zwingeri et Laur. Beyerlingii.“

Altera collectio ſententiarum graeca profana exſtat in volumine, cui titulus: Scriptores aliquot gnomici, (Aeſopi et Gabriae fabulae, Agapeti de officio regis, Heſiodi opera, Theognidis, Pythagorae, Phocylidis et aliorum ſententiae,) Baſil. apud Io. Frobenium, an. 1521. 4. p. 144 — 152. ἀνδρῶν ἐπισήμων γνῶμαι, ordine auctorum alphabetico, qui ſunt: Αἰσχίνης, Αἰσχύλος, Αἴσωπος, Ἀλέξανδρος, Ἄμασις, Ἀμφίς, Ἀναξαγόρας, Ἀνάχαρσις, Ἀναξιμένης, Ἀνταγόρας, Ἀντίγονος, Ἀντισθένης, Ἀντιφάνης, Ἀπελλῆς, Ἀπολλώνιος, Ἀρίσταρχος, Ἀριστείδης, Ἀρίστιππος, Ἀριστοτέλης, Ἀριστώνυμος, Ἀρκεσίλαος, Βίας, [illegible]

Βαρνάβας, Βασίλειος, Βενέδικτος, Βεσαλεὴλ vv), Βίας, Βλάσιος, Γάιος, Γελάσιος, Γεννάδιος, Γερβάσιος, Γερμανὸς, Γερόντιος, Γρηγόριος, Δημάδης, Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, Δημόκριτος, Δημοσθένης, Δημῶναξ, Διαγόρας, Δίδυμος, Διογένης, Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος, Δίων, Ἐμπεδοκλῆς, Ἐπίκουρος, Ἐπίκτητος, Εὐκλείδης, Εὔκριτος, Εὔπολις, Εὐριπίδης, Εὐσέβιος, Θαλῆς, Θεανὼ, Θεμιστοκλῆς, Θεόκριτος, Θεόπεμπτος, Θεοφύλακτος, Θεόφραστος, Θουκυδίδης, Ἰσοκράτης, Ἰωάννης ὁ Κλίμαξ, Λύκων, Μενέδημος, Σολομῶν, Χρυσόστομος.

Denique recenſet varias locorum communium gr. collectiones ineditas. De *Maximi Monachi* locis communibus ſententiarum, vid. infra vol. VIII. p. 740. et Kollarium ad Lambecii Comm. de biblioth. Caeſ. lib. et tom. V. p. 588 ſq. qui corrigit Fabricium. *Harl.*

Hertelii collectio. X. Morellum ſecutus *Iacobus Hertelius* eſt, qui Baſil. 1560. 8. edidit collectas a ſe et latine verſas *ſententias comicorum quinquaginta*, praemiſſa ſingulorum vita breuiter ſcripta, vel perſtricta potius, et dramatum catalogo. Nomina comicorum haec ſunt: Alexis, Amphis, Anaxandrides, Antiphanes, Apollodorus, Ariſtophon, Axionicus, Bathon, Chaeremon, Clearchus, Crates, Cratinus, Crito, Crobylus, Damoxenus, Demetrius, Diodorus, Dionyſius, Diphilus, Ephippus, Epicharmus, Epicrates, Eriphus, Eubulus, Euphron, Eupolis, Heniochus, Hermippus, Hipparchus, Machon, Menander, Mneſimachus, Moſchion, Nicoſtratus, Pherecrates, Philemon, Philippides, Philonides, Phoenicides, Phrynichus, Plato, Poſidippus, Sotades, Straton, Theognetus, Theophilus, Theopompus, Timocles, Xenarchus. Collectioni huic praemiſit *Platonii* grammatici fragmentum περὶ διαφορᾶς τῶν παρ' Ἕλλησι κωμῳδιῶν et περὶ διαφορᾶς χαρακτήρων cum latina ſua verſione, quod graecis in Ariſtophanem ſcholiis praefixum eſt a Thoma Magiſtro. Eadem collectio Herteliana, ſed graecis omiſſis, latine recuſa Brixiae apud Bartholom. Fontanam, curante *Ignatio Albano*, 1612. 12. *Fabric.* [*Herteliana* collectio inſcripta eſt:

Vetuſtiſſimorum ſapientiſſ. comicorum quinquaginta, quorum opera integra non extant, ſententiae, quae ſuperſunt; graece et latine collectae et ſecundum litteras in certos locos diſpoſitae. Acceſſerunt vnius cuiusque poetae vita, quanta fieri potuit diligentia conſcripta: et Platonii fragmentum, de differentiis comoediarum. Per Iac. Hertelium, Curienſem. Baſileae ſ. a.

Haec collectio repetita eſt, inſcriptione ſic mutata:

Bibliotheca quinquaginta vetuſtiſſimorum Comicorum, quorum opera integra non exſtant, gr. et lat. cum vnius cuiusuis poetae vita, et Platonii fragmento de differentiis comoediarum, per Iacobum Hertelium. Veronae, 1616. 8. *Harl.*]

H. Stephani collectio. XI. *Henricus Stephanus* non modo inter poetas ſuos graecos principes emendatiſſime et elegantiſſime excuſos Pariſ. 1566. fol. locum dedit gnomicis ſupra §. 7. commemoratis, ſed et ſingulari, paruo licet, volumine congeſſit virtutum encomia ſiue gnomas

vv) Beſaleelis hoc p. 156. dictum refertur: διαφέρει τὰ νήπια, καθ' ἡλικίας οὐδὲν ὁ ἐν ταῖς φρεσὶ νηπιάζων.

gnomas de virtutibus ex poetis et philoſophis vtriusque linguae, graecis verſibus adiecta interpretatione ſua an. 1563. 12. [A *Maittair.* A. T. III. p. 733. citantur: *Gnomae monoſtichoi ex diuerſis poetis, graecis cum latina ex aduerſo verſione.* ex officina Roberti Stephani. Pariſ. 1566. 8. menſe Octobri.] Denique forma minore *comicorum graecorum latinorumque ſententias ſelectas cum interpretatione et ſcholiis*, an. 1569. 16. *Graecorum* quidem Alexidis p. 4. et 453. Amphidis p. 12. Anaxandridis p. 19. Antiphanis p. 26. et 455. Apollodori p. 50. Axionici p. 418. Batonis p. 419. Clearchi p. 420. Cratetis p. 421. Crobyli p. 423. Diodori p. 424. Dionyſii p. 425. Diphili p. 63. et 458. Ephippi p. 426. Eriphi p. 427. Eubuli p. 428. Euphronis [?] p. 431. Hermippi p. 432. Hipparchi p. 433. Menandri p. 89. et 459. Nicoſtrati p. 434. Pherecratis p. 435. Philemonis p. 369. et 462. Philippi p. 436. Philippidis p. 438. Phoenicidis p. 441. Poſidippi p. 439. Sotadis p. 447. Timoclis p. 449. et Xenarchi p. 452. [A p. 182. ſunt H. Stephani Prolegomena in *Menandri* gnomas quae μονόστιχοι vocantur: in illis docet, non eſſe [illegible], quum neque Menandri ſint omnes, neque μονόστιχοι: tum p. 190 ſqq. ſequuntur gnomae illae, μονόστιχοι, et a p. 321 — 395. Steph. diſſert. de interpretatione praecedentium μονοστίχων.] *Latinorum* Afranii, Caecilii, Naeuii, Plauti, Pomponii, Sex. Turpilii, Terentii et Publii Syri. Sententias comicorum graecorum ab H. Stephano editas recudi fecit, et praeter H. Stephani verſionem latinam duplici interpretatione metrica auxit *Chriſtianus Egenolphus.* Francof. 1579. 8. [Stephanum ſequitur Criſpinus in ſua collectione, et vtrumque Winterton. in prima editione 1635. Huc referri poſſunt tria alia opuſcula Stephaniana:

Poeſis philoſophica, vel ſaltem reliquiae poeſeos philoſophicae, Empedoclis, Xenophanis, Timonis, Parmenidis, Cleanthis, Epicharmi; adiuncta ſunt Orphei illius carmina, qui a ſuis appellatus fuit ὁ Θεόλογος. item Heracliti et Democriti loci quidam, et eorum epiſtolae. graece. apud Henr. Stephan. Pariſ. 1573. 8. Liber perrarus.

Idem *Stephanus* poetarum quorumdam, Orphei, Lini, Rhiani, Naumachii, Panyaſidis, Tyrtaei, Solonis, Mimnermi, Phanoclis, Poſidippi, Metrodori, fragmenta ſubiecit gr. et lat. editioni ſuae minori, *Theocriti aliorumque poetarum idyllia.* Exc. *Henr. Stephan.* 1549. 12.

Apophthegmata graeca regum et ducum, philoſophorum item aliorumque quorundam: ex Plutarcho et Diogene Laertio. Cum latina interpretatione. Loci aliquot in graeco contextu emendati fuerunt: aliorum autem quorundam emendationem cum veſtris editionibus Plutarchi et Laertii atque Stobaei accipies. Anno M. D. LXVIII. Excudebat Henr. Stephanus.

Nam antiquioribus temporibus eiusmodi collectiones ſententiarum et compilationes fuerunt non infrequentes. Sic, vt Stobaei aliorumque labores omittam, reperiuntur e. g. in codice graeco MS. Vindobon. apud Lambecium, Comment. de biblioth. Caeſarea lib. et vol. VI. cod. XXVI. nr. 8. et 9. p. 274. Kollarii, Γνῶμαι Φιλοσόφων κατ' ἐκλογὴν καὶ κατὰ στοιχεῖον. Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Δημοκρίτου καὶ Ἐπικτήτου, καὶ ἑτέρων σοφῶν. Sic alibi occurrunt eiusmodi collectiones. *Harl.*]

H. g. Grotii ſelectio. XII. His vniuerſis longe anteferenda eſt collectio non plenior modo, ſed emendatior quoque et ſelectior *Hugonis Grotii*, tum in aliis ſcribendi generibus, tum in graecis latino verſu reddendis et vniuerſe in poeſi latina, (Salmaſio etiam, et illo in loco, vbi eius laudibus detrahit, iudice ww).) magni et excellentis viri, quae inſcribitur: *Excerpta ex tragoediis et comoediis graecis, tum quae exſtant, tum quae perierant, emendata et latinis verſibus reddita ab Hugone Grotio, cum eius caſtigationibus et notis.* Pariſ. 1626. 4. *Tragicorum*, ex quibus ſententias delegit Grotius, nomina ſunt XXVI. Achaeus, Aeſchylus, Agathon, Alcaeus, Antiphon, Apollonides, Ariſtarchus, Aſtydamas, Carcinus, Crates, Critias, Dicaeogenes, Diogenes Oenomanus, Dionyſius Tyrannus, Euripides, Ion, Lycophron, Melanippides, Melanthius, Moſchion, Neophron, Sophocles, Soſitheus, Theodectes, Theſpis et Timotheus. *Comicorum*, LXXXI. Alexis, Anaxandrides, Anaxilaus, Anaxippus, Antiphanes, Apollodorus Gelous, Apollodorus Caryſtius, Archippus, Ariſtophanes, Ariſtophon, Athenion, Axionicus, Bato, Callias, Chaeremon, Clearchus, Crantor, Crates, Cratinus, Cratinus iunior, Crobylus, Damoxenus, Demonax, Diodorus Sinopenſis, Diphilus, Ecdorus, Ephippus, Epicharmus, Epicrates, Eriphus, Eubulus, Euphron, Eupolis, Hegeſippus, Heniochus, Hermippus, Hipparchus, Hippothoon, Iophon, Laon, Lyſippus, Machon, Menander, Metagenes, Moſchion, Nauſicrates, Nicochares, Nicomachus, Nicophron ſiue Nicophon, Nicoſtratus, Pherecrates, Philemon maior, Philemon iunior, Philaeterus, Philippides, Philippus, Philiſcus, Philonides, Philoxenus, Phoenicides, Phrynichus, Phyllidius, Plato, Poſidippus, Sclerias, Serapion, Simylus, Sopater, Sophron, Soſicrates, Soſipater, Soſitheus, Strato, Strattis, Teleclides, Theognetus, Theophilus, Theopompus, Timocles, Xenarchus et Xenon. De ſingulis hiſce poetis eorumque dramatis ago infra in notitia tragicorum et comicorum deperditorum. Dolendum interim eſt, a Grotio non notata eſſe loca veterum [P] ſcriptorum, vnde ſingula fragmenta petita ſunt, et vix hinc inde auctoris nomen in notis, obiter veluti adſperſum. Quanquam accepi, hunc defectum in codice ſuo ſuppleuiſſe ſingularis doctrinae virum Thomam Gatakerum xx), qui in Aduerſariis ſuis cap. IX ſq. et hinc inde in notis ad Marcum Antoninum non vulgaria quaedam in excerptis Grotianis emendat et corrigit, quod etiam locis quibusdam factum a *Richardo Bentleio* in [emendatt. in Menandri et Philemonis reliquias, Traiecti ad Rhenum, 1710. 8. ſub nomine ficto *Phileleutheri Lipſienſis*, et in] fragmentis Callimachi, et in epiſtola ad Ioh. Millium, in qua p. 21. adfirmat, ſe fragmenta omnium poetarum graecorum cum emendationibus et notis grande opus edere pridem conſtituiſſe, ſed mutato vitae inſtituto hoc conſilium, quod merito dolent harum literarum ſtudioſi, abieciſſe. Petrus Grotius teſtatur, ſe vſum eſſe collectione inedita *Theodori Canteri*, quae ab eo tempore peruenit in bibliothecam Petri Francii yy) poetae et oratoris noſtra memoria elegantiſſimi.

ww) In epiſtola ad Sarrauium, qua G. I. Voſſium Grotio praefert, edita a Tho. Crenio parte I. animaduerſ. hiſtorico philolog. p. 23.

xx) Eiusdem codex fuit in biblioth. Iſ. Voſſii, quae perlata eſt, vt audio, Lugdunum Batauorum.

yy) Th. Ianſ. Almelouenius praef. ad epigrammata et poematia vetera latina: *Theodori Canteri veterum poetarum graecorum collectanea ſaepe numero a V. C. Iſaaco Caſaubono expetita in clariſſimi atque amiciſſimi viri Petri Francii poetarum facile principis bibliotheca inſtructiſſima plus ſemel vidimus.* Obiit Francius Amſtelodami an. 1704.

tiſſimi. Verba Grotii haec ſunt, cum de Aeſchylo, Sophocle, Euripide Tragicis; tum de Comicis Epicharmo, Ariſtophane, Menandro ac Philemone iudicium tuliſſet, *Collegeram*, inquit, *ex iis, qui extant, tragicis et comicis ea, quae mihi vtiliſſima videbantur. Eorum vero, qui perierunt fragmenta comicorum quidem prodierant aliqua pridem Lutetiae a Morello, Baſileae ab Hertelio edita, ſed mendoſe admodum. His multa addideram, tragicorum quoque nonnullas antea reliquias annotaueram, lectis in hoc Platone, Ariſtotele et eorum explanatoribus, Philone praeterea, Plutarcho, Sexto Empirico. Oratoribus graecis et oratoriae artis magiſtris, hiſtoriarum ſcriptoribus, Aeliano, Athenaeo et tragoediarum atque Ariſtophanis ſcholiaſtis, Iuſtino quoque, Theophilo, Athenagora, Clemente aliisque ſcriptoribus chriſtianis, cum vir natus demerendis literis Andreas Schottus me monuit, factam a viro ſummae in his eruditionis* Theodoro Cantero *diligentiſſimam vtriusque generis comici ac tragici collectionem, cui additas a ſe, item a Scaligero emendationes nonnullas, et ex libris antea editis latinam ſoluta oratione verſionem. Eos codices, ipſo monente, a Moretianis typographis vtendos ſumſi, vnde haberi poterit, ſi quis implere velit, quod noſtro operi deeſt. Multa enim omiſimus, quae ad vocum duntaxat ſignificationem diſcendam afferuntur, nonnulla etiam ob inſignem ſpurcitiem, cuius tamen generis quaedam melioribus connexa in alieno opere ponere coacti fuimus, eo minore periculo, quod etiam talium vſum, comparatione melioris inſtitutionis, chriſtiani ſcriptores pridem monſtrauerunt.* In opere ipſo Grotius ſubinde remittit ad ſententias poetarum excerptas a Stobaeo et a ſe emendatas ac latine redditas, quae lucem viderant Pariſ. 1623. 4. [P]

Wintertoni collect. XIII. *Radulphus* etiam *Wintertonus* in adoleſcentum vſum gnomicos ſcriptores graecos edidit cum latina verſione, Cantabrigiae, 1628. 1661. 8. etc. inter poetas minores graecos, in qua collectione, [ſupra ad Heſiodum iam recenſita,] occurrunt Heſiodus, Theocritus, Moſchus, Bion, Simmias, Muſaeus, Theognis, Phocylides, Pythagorae aurea carmina: tum fragmenta ac ſententiae quaedam Solonis, Tyrtaei, Simonidis, Rhiani, Naumachii, Panyaſis, Orphei, Mimnermi, Lini, Callimachi, Eueni Parii, Eratoſthenis, Meneeratis, Poſidippi, Metrodori: delibata comicorum Philemonis, Alexidis, Amphidis, Anaxandridae, Antiphanis, Apollodori, Diphili, Menandri, Diodori Sinopenſis, Eubuli, Hipparchi, Nicoſtrati, Pherecratis, Philippi, Philippidae, Sotadis, Cratetis, Eriphi, Poſidippi, Timoclis, Clearchi et aliorum incertorum, ſubiunctis ad calcem libri obſeruationibus Wintertoni grammaticis ad Heſiodum.

[XIIII. Mul-

an. 1704. Habuit illam collectionem Grotius ab Andrea Schotto, qui fragmenta a *Cantero* collecta, latine ſe vertiſſe teſtatur in epiſtola ad Grotium p. 33. inter illas centum, quas Ioan. Brandt edidit. In bibliotheca Schalbruchiana, Amſtel. 1723. pag. 148. venum expoſita, Tragicorum graecorum XXXVI. fragmenta, gr. ſelecta ſtudio Theodori Canteri cum praefat. Andr. Schotti ad Io. Brandt, Antwerpiae, 1614. ſcripta: Menandri, Philemonis et CLII. aliorum Comicorum vett. graecorum fragmenta, ſelecta ſtudio Theodori Canteri, cum interpretatione latina, ſcholiis et variis lectionibus Andreae Schotti. 4. MS. adde *Petri* narrationem, de ſcriptoribus Friſiae, Decad. XV. 17. de Theodoro Cantero: „Collegit etiam fragmenta omnia, quaecumque potuit reperire, Euripidis, Sophoclis, Aeſchyli et aliorum poetarum, vt Orphei, Muſaei, Empedoclis, Parmenidis, quorum ſcripta iniuria temporis perierunt, breui editurus. Collegit etiam fragm. graecorum comicorum omnia maxima cum cura, nec non et oratorum graecorum etc.“

Brunckii collectio. [XIIII. Multorum hucusque memoratorum poetarum reliquias percenſuit et paſſim recudi fecit cel. *Rich. Fr. Phil. Brunck.* in *analectis veterum poetarum graecorum*, Argentorati, 1772. 8. graece. — Idem ſeparatim edidit poetas gnomicos:

Ἠθικὴ ποίησις, *ſiue Gnomici poetae graeci, ad optimorum exemplarium fidem emendauit R. Fr. Ph. Brunck.* Argentorati, in bibliopolio academico. MDCCLXXXIV. in 8.

Inſunt huic editioni omnia, quae continet pars altera editionis poetarum minorum graecorum Radulphi Wintertoni, Cantabrigiae, 1677. praeter tria, quae Orpheo tribuuntur, fragmenta; in quorum locum ſuffecit Brunckius Cleanthis hymnum, et addidit Heſiodi poema. O. et D. Theognidem et Phocylidem emendauit ex codicibus regiis Pariſ. (e quibus tamen Br. interdum recepit lectiones, quas iam praebuerunt Vineti aut Camerarii, aut Stephani et Seberi editiones, ab illo minus frequenter curateque collatae, quam Aldinae et Turnebianae comparatione factum eſt.) Alia quaecumque omnia Stobaei florilegium ſeruauit, ad ſcriptum codicem bibliothecae regiae collata, longe emendatius quam antea, vt ait, in hoc libello exhibentur. Solonis reliquias conquiſiuit diligenter et ſecundis curis dedit limatiora. In Comicorum ſententiis fragmenta aliquot, quorum partem tantum Wintertoni editio exhibet, integra dedit ex auctoribus, qui ea ſeruarunt. Adiecit verſiones latinas H. Grotii aliorumque metricas. Notas denique ad calcem poſuit criticas fere, ſane eruditas atque acutas: at Cenſor doctus in Gotting. ephemer. litterar. an. 1784. plag. 95. pag. 947 ſqq. dolet, locis maxime dubiis atque obſcuris nullam additam eſſe interpretationem, ipſeque de nonnullis locis docte et ſagaciter diſputat. *Harl.*]

C A P V T XII

DE PYTHAGORA ET EMPEDOCLE, SCRIPTISQVE AD HOS RELATIS.

I. *Pythagorae Samii aetas.* II. *Vitae ſcriptores.* III. *Plures Pythagorae.* IV. *Scripta Pythagorae philoſopho tributa quae interciderunt.* V. *Interpretes ſymbolorum pythagoricorum.* VI. *Sphaera et tabula pythagorica. Epiſtolae. Aureorum Pythagorae carminum auctor Empedocles Agrigentinus.* VII. *Horum editiones, et de Hierocle aureorum carminum interprete.* VIII. *Empedoclis ſcripta.* IX. *Sphaera ei tributa exhibetur integra cum Florentis Chriſtiani notis graece et latine.*

[Cum ſupplementis *G. C. Harles.*]

Pythagoras aetas. I. PYTHAGORAS Samius [a]) duabus rebus pulcherrimis nomen dedit apud Graecos, Philoſophiae [b]), cuius cultor ſtudioſiſſimus, et Mundo [c]) cuius contemplator ſollertiſſimus fuit. De aetate eius vehementer inter ſe pugnant veteres: dum

a) Diuerſas virorum doctorum de aetate Pythagorae ſententias vide ſis apud *H. Dodwellum* p. 114. diſſ. de aetate Pythagorae. In Samiorum nummis Pythagoras conſpicitur, ſidera in orbe ſtellato indicans virga ſiue radio. Vide Io. Harduini Chronologiam V. T. p. 90 ſq. Banduri Numiſm. tom. I. p. 23. Alius nummus apud Fuluium Vrſinum p. 62. elog. e quo expreſſa Pythagorae imago in Laertio Wetſteniano et apud Iac. Gronouium tom. II. theſauri Antiqu. graec. tabula XL. et in Iamblicho Neocori. Vide et Iacobum de Wilde ad numiſma CXXXIX et CXL. Pythagorae imagines a Carpocratianis cultas referunt Nicetas et alii. *Fabric.* In *Andr. Morellii* ſpecimine rei numariae, Lipſ. 1695. p. 140. tab. XIII. eſt nummus M. Aurelii Commodi, imperatoris, a Samiis ad memoriam ciuis ſui Pythagorae colendam procul dubio percuſſus, in cuius altera parte eſt Pythagoras ſedens, dextra globum columnae impoſitum virga regens, ſiniſtra ſcipionem tenens. Nummum cum effigie ac nomine Furiae Sabiniae Tranquillinae, Aug. quae Gordiani coniux fuit, cum epigraphe Πυθαγορης Σαμιων, e theſauro Wildiano memorat Harduinus l. mem. *Harl.*

b) Eſt locus claſſicus apud *Ciceronem* Tuſcul. diſputatt. libr. V. cap. 3 et 4. vbi *Dauis.* et Diogenem Laert. Prooem. §. 12. comparat, et Menagium ad h. l. atque ad libr. VIII. §. 8, Iamblich. vit. Pythag. §. 58. aliosque bene multos iam laudat, ipſe vero Dauiſ. laudatur eiusdemque correctio Syneſiani loci de Prouid. p. 128. reprehenditur, Pythagoraeque ſententia quaedam illuſtratur ab *Hemſterhuſio* ad Luciani dialog. mort. XXVI. tom. I. p. 434. Cicero autem poſtquam de ſeptem ſapientibus loquutus eſt, ita pergit: „id eorum, (n. ſapientum) nomen vsque ad Pythagorae manauit aetatem: quem, vt ſcribit auditor Platonis *Ponticus Heraclides*, (cui adſentitur *Soſicrates* apud Diogenem VIII. 8.) vir doctus in primis, Phliuntem ferunt veniſſe; eum cum Leonte, principe Phliaſiorum, docte et copioſe diſſeruiſſe quaedam: cuius ingenium et eloquentiam quum admiratus eſſet Leon, quaeſiuiſſe ex eo, qua maxime arte confideret: at illum, artem quidem ſe ſcire nullam, ſed eſſe *philoſophum*: admiratum Leontem nouitatem nominis quaeſiuiſſe, quinam eſſent philoſophi, et quid inter eos et reliquos intereſſet: Pythagoran autem reſpondiſſe; *ſimilem ſibi videri* etc. — (graeca ſeruauit *Iamblichus* loco memor.) — — Nec vero Pythagoras nominis ſolum inuentor, ſed rerum etiam ipſarum amplificator fuit; qui, quum poſt hunc Phliaſium ſermonem in Italiam veniſſet, exornauit eam Graeciam, quae Magna dicta eſt, et priuatim et publice, praeſtantiſſimis et inſtitutis et artibus." Negat *Meinerſ.* ortum nominis philoſophi illum tom. I. p. 118 ſq. Hiſtor. doctr. apud Gr. *Pythagoram* vero, nec, quae opinio erat Meinerſii, Socratem fuiſſe auctorem nominis *philoſophiae*, vberius demonſtratur a docto cenſore libri Meinerſiani, in bibl. critica Amſtel. II. part. 8. p. 118 ſq. adde *Dauiſium* ad locum Ciceronis paullo ante laudatum, p. 346 ſq.

c) Vide Epimetron I.

dum incauti fortaſſis diuerſos Pythagoras permiſcent ac confundunt, non minus ac quum contraria narrant de vita eius vniuerſa morteque et mortis genere, vt arduum ſit, verum hic a falſo, niſi diuinando, diſtinguere [d]) [*] Nec minus in diuerſa abeunt, ne de aliis iam dicam, triumuiri noſtra aetate doctiſſimi, qui de hoc argumento inprimis diligenter egerunt *Guil. Lloydius* [e]) epiſcopus Couentrenſis et Lichfeldenſis, (hodie Vigorniinienſis) *Rich. Bentleius* [f]) et *Henricus Dodwellus* [g]). Inter extrema medium, [h]) ni fallor, tutiſſimum ſit, nec certe natus Pythagoras ante Olympiadem XLIII. 4. quae Bentleii: (Lloydius malit XLVIII. 3.) nec poſt Olymp. LII. 4. quae opinio eſt inſignis plane viri H. Dodwelli. Poſtquam audiiſſet Thaletem, [i]) Epimenidem, Pherecydem, Biantem, et per plures annos, (XXII. quidam ponunt [k]),) ſapientiae cauſa peregrinando conſumſiſſet, et Olymp. LVIII. naturam Luciferi indagaſſet, teſte *Plinio* II. 8. Hiſt. [l]) captiuus a Cambyſe [m]) ductus fuit [fabulam potius, quam verum narrantibus quibusdam,] in Perſiam, Olymp. LXIII. 3. [n]) Inde in Italiam venit Bruto Conſule. ſi Ciceronem ac Solinum audimus, [o]) hoc eſt Olymp. LXVII. 1. quam ſententiam firmat *Gellius* XVII. 21. Non vixiſſe traditur vltra CXVII. annum aetatis, cum alii anno XCIX. (vt Tzetzes XI. hiſt. 366.) alii citius [p]) referant obiiſſe: vel Metaponti, [v. Cicer. de Finib. V. 2. Tiedemann. p. 339.] vel in praelio inter Agrigentinos et Syracuſanos, poſtquam per annos viginti [q]) Crotone commoratus fuiſſet, teſte *Iuſtino* XX. 4. [annos 39. vindicat

d) Vide Epimetron II.

e) In libro anglice edito paginarum 76. cui titulus: A Chronological account of the life of Pythagoras and of other famous men his contemporaries, with an Epiſtle to the Rd. Dr. Bentley about Porphyry's and Iamblichus's lives of Pythagoras, Lond. 1699. 8. Works of the Learned, 1704. p. 437 ſq.

f) In Apologia diſſertationis pro epiſtolis Phalaridis, itidem anglice edita; [et a Lennepio latine verſa.]

g) Diſſ. III. de cyclis Graecorum, §. 12. et in diſſ. de aetate Pythagorae philoſophi, Lond. 1704. 8.

h) Liuius XXVI. 49. *Si aliquibus aſſentiri neceſſe eſt, media ſimillima veris ſunt. Antilochus*, hiſtoricus apud Clementem I. Strom. p. 309. Pythagorae ἡλικίαν ponit 312. annis ante mortem Epicuri, hoc eſt Olymp. XLIX. 2. Olympiade LXI. claruiſſe ait Diodorus Sic. in excerptis Peireſc. p. 241. [De hoc loco et vocabuli illius vſu, indeque inter Bentleium p. 38. et Dodwell de aetate Pyth. p. 170 ſqq. agitata lite, iam ſupra quaedam adnotaui. *Harl.*]

i) Vide Epimetron III.

k) Vid. *Tiedemann* p. 241 ſqq. *Harl.*

l) Vide Epimetron IIII.

m) Syncellus p. 210. narrans Aegyptum a Cambyſe ſubactam, ἔνθα, inquit, καὶ Πυθαγόραν εὑρὼν ἐπιξενωθέντα διὰ φιλοσοφίαν σὺν τοῖς αἰχμαλώτοις εἰς Πέρσας τελεῖ, ἡνίκα φασὶν αὐτὸν πρὸς χαλδαίους ἐλθεῖν, καὶ τὴν παρ' ἐκείνοις σοφίαν μετελθεῖν, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀναζεύξαντα εἰς Ἰταλίαν χωρῆσαι, φυγόντα τὴν πατρίδα Σάμον διὰ Πολυκράτην τὸν Τύραννον, καὶ διαζῆσαι τὴν Ἰταλικὴν διατριβὴν συστησάμενον. Inter elogia Pythagorae non praetereundum eſt, quod a *Diodoro Siculo* in excerptis Peireſc. p. 241. Πειθὼ καὶ χάριν etiam in ſermonibus eius laudante, dicitur, πρὸς μίμησιν βίου σώφρονος τοῖς νέοις θαυμαστὸν ἀρχέτυπον.

n) Non LXIV. 3. vt excuſum eſt in Ioannis Clerici bibliotheca ſelecta tom. X. p. 96. vbi in compendio exhibet, quae de aetate Pythagorae diſputarunt viri praeſtantiſſimi, Bentleius, Lloydius, Dodwellus et Dacerius.

o) Vid. *Dodwelli* Exerc. II. p. 180. *Tiedemann* p. 249 ſq. *Meiners* p. 315. 322 ſq. coll. p. 330 ſqq. *Corſini* F. Att. tom. III. p. 117. etc. *Harl.*

p) Vide Lloydium ad Olymp. LXVIII. 3. et LXX. 4. [et Bentleii Reſponſ. p. 26. atque 40. circiter LXXX. ann. natum aut paullo ſerius eum e viuis exceſſiſſe, probabilior quorumdam, vt vidimus, virorum doct. eſt ſententia. *Harl.*

q) Non XX, ſed XL. legendum eſſe, ſuſpicatur cum Bentleio Tiedemann p. 341. *Harl.*

vindicat Iamblich. cap. 36. commorationi Pyth. Crotone. vid. *Bentlei* l. m. p. 41 ſq. *Dodwell.* Ex. II. p. 222. *Meinerſ.* p. 310 ſq. 371. p. 368 ſq. 473 ſq. *Tiedemann* p. 334 — 341. *Harl.*] indeque propter ingraueſcentem forte Cylonianam factionem ſe mature recepiſſet.

EPIMETRON I.

Graecorum exemplo etiam Gothis *mundus* dicitur *Fairveus*, a *fair*, quod *pulcrum* denotat. *Fabricius.* Pythagoras fuit vir multarum litterarum, acris iudicii, callidi aeque ac ſplendidi ingenii, qui multa vſu longo et itineribus et conſuetudine cum hominibus ſapientibus doctisque variarum gentium didicit, opeque ſuperſtitionis, virtutis, ſapientiae non minus quam deſipientiae humanae et multiplicium variiumque rerum, artem calluit ſpecioſa diſciplina in animos hominum inſinuandi, et famae atque auctoritatis incredibilis ſibi comparandae. Nouam condidit ſcholam, e qua ſummi viri, domi militiaeque praeclari, philoſophi, legumlatores, militum duces et patriae libertatisque vindices, aut talium velut ſimulacra prodierunt, et, vt *Cicero* ait Tuſcul. quaeſt. V. 4, *exornauit eam Graeciam, quae Magna dicta eſt, et priuatim et publice praeſtantiſſimis et inſtitutis et artibus.* Ille iam ante Socratem de rebus, ad vitam et mores ſpectantibus, praecepit, v. *Davisium* ad Ciceronis locum et ad III. 4. Hinc nomen eius, immortalitati traditum, a multis eſt celebratum; ſchola autem eius variis diuerſisque mutationibus ac viciſſitudinibus fuit ſubiecta. Plena tamen accurataque vitae, diſciplinae, ſcholaeque pythagoricae hiſtoria, innumeris difficultatibus implicita fabulisque partim, partim vetuſtate valde obſcura, pertinet ad hiſtoriam philoſophiae ac philoſophorum antiquorum. Atque noſtra aetate quod poſt *Bruckerum*, de Pythagorae vita, placitis, diſciplina et ſchola, in Hiſtoria critica philoſophiae vol. I. part. II. lib. II. cap. 10. p. 994 — 1142. et in Appendice p. 257 ſqq. copioſe docteque diſputantem, duumuiri, et copia litterarum et ingenio iudicioque, philoſophia ſubacto, et praeclaro hiſtoriae philoſophiae antiquioris ſtudio praeſtantes, *Meiners* ac *Tiedemann* in hoc argumento verſati, de Pythagora et ſcriptoribus de eo eiusque ſchola docte abundeque diſputarunt: equidem, ne extra oleas vagari videar, ad illorum libros ablego lectores. *Meiners* igitur Profeſſor Göttingenſis in Hiſtoria doctrinarum apud Graecos et Romanos, ſiue in: Geſchichte des Urſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom, (part. I. Lemgou. 1781. 8.) integrum librum tertium a p. 178 — 502. impendit et dicauit hiſtoriae ſcholae pythagoricae. Vt melius certiusque omnia poſſit enucleare, in primo capite ſub examen vocat ſcriptores veteres, qui de Pythagora eiusque philoſophia et ſchola egerunt: in altero cap. inquirit in aetatem Pythagorae, factique finem foederis: in capite tertio diſſerit de ſtatutis ſocietatis pythagoricae, de vitae genere, arcana diſciplina, et ſymbolis antiquiſſimorum Pythagoreorum, denique de Pythagoreis, poſt foedus ruptum poenas inflictas deferentibus: in cap. quarto perſequitur Pythagorae et antiquiſſimorum Pythagoreorum philoſophiam meritaque, in quinto denique capite diſputat de antiquitate pretioque ſcriptorum ac fragmentorum, quae Pythagoreis adſcribuntur, praecipuorum. Enimuero comparanda eſt erudita cenſura viri docti in bibliotheca critica Amſtelod. vol. II. part. VIII. p. 109 ſqq. vbi plura contra Meinerſii iudicia de fide et auctoritate ſcriptorum, quorum vel libri vel fragmenta et mentiones de ſecta pythagorica extant, adferuntur. — *Tiedemannus* autem, (in praeſenti Profeſſor Marburgenſis) in libro: Griechenlands erſte Philoſophen, Lipſiae 1780. parte IV. a p. 187 — 556. in ſectione priore, quae viginti conſtat capitibus, de vita, itineribus, ſcriptis etc. Pythagorae; in ſectione altera, in decem capita diſſecta,

diſſecta, de eius doctrinis et placitis copioſe eruditeque diſputat. In haud paucis rebus aliter ac Meinerſ. ſentit *Io. Gillies* in Hiſtory of Greece p. 391 ſqq. aut in verſione germanica p. 102 ſqq. tom. II. Lipſiae 1787. mai 8. vbi interpres in notis multa melius explicat, de Pythagora, eius philoſophia et ſchola, praecipue de eius victu, inſtitutis, politiae principiis, ſodalitio, et cauſſis, cur ad tantam peruenerit auctoritatem, de meliore reipublicae Croton. forma, de bello Crotoniatum cum Sybaritis ac interitu collegii pythagorici docte diſputat. Alios de noſtro philoſopho ſcriptores poſtea nominabimus. Auctor libri: Expoſition ſuccinte et comparaiſon de la doctrine des anciens et des nouveaux philoſophes tom. I. (Paris 1787. 8.) p. 50 ſq. Pythagoram putat fuiſſe diſcipulum Zoroaſtris intimum, praeſtigiatorem, veteratorem aſtutum et imperii cupidum, hominem ventoſum etc. cuius calumniae fundamentum eſt ipſi fabula apud Diogenem Laertium de deſcenſu Pythagorae ad inferos, eiusque iactantia, ſe vixiſſe iam tempore belli Troiani. Sed auctor ipſe homo eſſe videtur ventoſus atque *Lucianus* iam in Somnio ſ. Gallo, in quo dialogo multus eſt de Pythagora huiusque inſtituta et diſciplinam acriter notat, cap. 4. tom. III. Reitz. p. 707 ſq. (vbi vid. interpretes) vocat eum *ſophiſtam* (ſicuti iterum cap. 18.) et *ſuperbum* (ἀλάζονα): et cap. 13. auri amantem, cum Euphorbus eſſet. adde eiusdem *vitarum auctionem,* cap. 2 — 6. p. 541 ſqq. tom. I. vbi dicitur Pythagoras noſſe arithmeticam, aſtronomiam, praeſtigias, geometriam, muſicam, vatesque nominatur ſummus, et multa alia de eo lepide narrantur. Immo vero iam Ariſtophanes in comoedia quadam deperdita, Πυθαγόρειοι apud Athenaeum, aut *Ariſtophon*, (vid. *Menagii* not. ad Diogen. Laert. VIII. 38.) cuius fragmentum ſeruatum legitur, Pythagoreos horumque diſciplinam irriſerat, vt alios mittam; v. Diog. Laert. VIII. 37. 38. Athen. IV. 17. 18. quare Galli illius iudicium, per ſe iniquum, non nouum eſt; ſed iam vetuſtate tritum et vero oblitteratum. Ita *Stolle* in: Hiſtorie der heidniſchen Moral §. 119. etc. p. 205 ſqq. colligit fabulas eaque, quae Pythagoras ad decipiendos homines dixiſſe et feciſſe dicitur, nec recedere videtur ab iudicio eorum, qui Pythagoram habuerunt impoſtorem. Subſcribit huic ſeuero iudicio *Brucker*. Hiſt. crit. phil. I. p. 1010. et 1015. At late vindicat Pythagoram ab eorum calumniis *Tiedemann* p. 257 — 267. *Harl.*

EPIMETRON II.

Quando Pythagoras natus et mortuus ſit, et quot annos vixerit, haud liquido poteſt definiri, quia antiquiſſima deſunt monumenta, et ii, qui e veteribus vitam eius expoſuerunt, aut illius aetatis fecerunt mentionem, multo poſt vixerunt, aut narrationes incertas aut ſecum pugnantes fabulaſue ſunt ſequuti. vid. *Bruckeri* Hiſtor. crit. philoſ. I. p. 996. *Meinerſ.* l. c. p. 305 ſqq. Interea iuuat potiores colligere ſententias, atque paucis ſignificabo, quas rationes nonnulli viri docti, (omnium enim opiniones colligere atque repetere, foret infinitum et vero moleſtum,) breuiter ſubduxerint, ad certam Pythagorae aetatem quodammodo conſtituendam. Nolo igitur vberius inquirere in rationes Euſebii et Hieronymi, ab aliis iam examinatas. *Euſebius* enim in Chronico p. 164. edit. II. Scaligeri, Olymp. ξε, Πυθαγόρας, ait, φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο et p. 166. Olymp. Ο̄. vlt. Πυθ. ὁ φιλ. τέθνηκεν ἐτῶν ϛε, οἱ δὲ ϙε. Apud *Hieronymum* Opp. tom. VIII. p. 4853, vbi v. Vallarſium, clarus dicitur Olymp. LXIII. 4. et mortuus Olymp. LXX. 4. In editione vero Scaligeri annus, quo inclaruit Pythagoras, ſignatur Olymp. LXV. 1.

Lambecius in Tabulis Chronographiae vniuerſalis, adnexis eiusdem Prodromo hiſtoriae literariae, et quidem intercolumnio tertio, adſignat Pythagorae aetatem circiter a. 550. ante initium vulg. AE. C. aut A. M. 3400. coll. p. 208. Prodr. — Idem *Lambecius* in Commentar. de biblioth. Caeſ. Vindob. lib. et tom. VI. recenſet fragmentum ex Galeni libro primo de Antidotis, et cod. arabicum peruetuſtum, qui continet commentarium in Galeni librum I. de Antidotis, auctore *Iahja* grammatico Alexandrino. Operis illius exordium *Kollarius* latine vertit et p. 323 ſq. ſubiecit. Secundum igitur illum Arabem *Pythagoras vixit annis ſeptuaginta, pueritiae et ſtudiorum triginta, doctrinae quadraginta.* — *Edward Simſon* in Chronico catholico, part. III. p. 614. diem Pythagorae natalem adſerit A. M. circiter 3438. ante C. N. 565. V. C. 187. Olymp. LIII. 2. teſtimonio Iamblichi, cap. 2. nixus, Pythagoram anno aetatis ſuae decimo octauo ad Thaletem et Pherecydem diſcendi cauſſa profectum eſſe; poſt annos autem viginti deſiiſſe viuere. Weſſeling. tamen in nota ſubiecta iudicat, Pythagoram hoc anno eſſe antiquiorem, indice Antilocho apud Clementem Strom. lib. I. p. 309. „ſcripſit is, ait Weſſeling. hiſtoriam virorum doctorum ἀπὸ τῆς ἡλικίας Pythagorae ad Epicuri mortem per annos trecentos et duodecim. Mortuus Epicurus eſt anno ſecundo Olymp. CXXVII, teſtante Diogene Laertio lib. X. ſegm. 15. Aufer hinc annos CCCXII. et peruenies ad annum ſecundum Olymp. XLIX." quam ſententiam maxime probabilem comprobat *Saxius* V. C. in Onomaſt. litter. I. p. 28. et grauioribus argumentis fulcire ſtudet cl. *Meinerſ.* l. m. p. 361 — 366. Idem *Simſon* p. 647 ſq. ad Olymp. LIX. 1. A. M. 3461. ante Chr. N. 542. V. C. 210. de itineribus Pythagorae ad Pherecydem, Anaximandrum, et Thaletem, tum ad Aegyptios et de eius captiuitate, in qua Babylonem adductus, ibi Magorum hauſiſſet diſciplinam, et de aliis, quae vulgo credebantur, ſtrictius egit. Ad Olymp. LXX. 2. ante C. N. 497. V. C. 255. quod Pythagoreorum ſodalitia fuiſſent ſuſpecta Crotoniatis, et tumultus ortus, Pythagoram, ſcribit Simſon, Metapontum migraſſe, quum annos *decem*, (ita enim vulgatum *viginti* corrigit Simſon in Iuſtino XX. 4. inuitis vero codd. MSS. et inter hos duobus Franequerianis, invitoque Weſſelingio in notis ad Simſonem, quia in Pythagorae annis adeo diſcordent veteres,) Crotonae egiſſet. Denique, ſequutus Euſebium, mortem Pythagorae ponit p. 701. in Olymp. LXX. 4. A. M. 3508. A. C. 495. V. C. 257. Eidem anno mortem Pyth. adſerunt *Stanley* libro poſtea nominando, part. VIII. cap. 19. p. 292. *Saxius* l. cit. — *Marſham* in canone chronico p. 549. edit. Franeq. Pythagoram, adfirmat, floruiſſe Olymp. LX. — *Seldenus* vero de diis Syris ſynt. II. cap. 1. et *Witſius* in Aegyptiacis, lib. III. cap. 13. §. 6. p. 274. contendunt, Pythagoram et Ezechielem, (cuius diſcipulum fuiſſe Pythagoram, ſomniarunt quidam,) ſimul floruiſſe inter L. et LII. Olympiadas. — *Corſinus* in Faſtis Atticis III. p. 117. Pythagoram floruiſſe et commoratum eſſe in Italia Olymp. LXI ſqq. ex *Diodoro Siculo* lib. VI. in Excerptis Valeſii p. 241. ex *Cyrillo*, adu. Iulian. I. e *Tatiano* or. ad Graecos p. 141. et *Cicerone* quaeſt. Tuſcul. I. cap. 16. IV. cap. 1. euicit. [*Cicero* l. c. IV. 1. Saxio Onomaſt. I. pag. 28 ſq. veriſimillimus aetatis, qua maxime per Magnam Graeciam floruit Pythagoras, index eſſe videtur, n. Olymp. LXVII. 4. ante Ch. N. 507. V. C. 245. A. M. 3496. Florem nominis Pythagorici ponit *Diogenes* VIII. 45. in Olymp. LX. *Diodor. Sic.* in Excerpt. Valeſ. de Virtut. et Vitiis tom. II. pag. 553 ſq. (vbi Diodorus multus eſt de Pythagora eiusque diſciplina atque adſeclis, et Weſſelingius doctas adiecit notas,) in Olymp. LXI. Auguſtinus in Olymp. LXII. Quod Pythagoras iam aliquamdiu in Italia commoratus videtur, antequam florere inceperit, cl. *Meinerſ.* l. m. p. 365. ſuſpicatur, Pythagoram ante Olymp. LX.

LX. in Italiam migraſſe.] Idem *Corſin.* ibid. p. 152. opinatur, Pythagoram e viuis exceſſiſſe Olymp. LXXII. ¾. V. C. 266. per. Iul. a. 4225. Nititur vero teſtimonio *Iuſtini* XX. 4. Pythagoram Crotone per XX. annos degiſſe: hinc colligit, ſi Crotonem adpulerit Olymp. LXVII. 3. ipſius interitum debuiſſe Olymp. LXXII. contigiſſe. Memorat tamen Euſebii quoque teſtimonium ſupra adlatum, philoſophum obiiſſe ἐτῶν ϟε, οἱ δὲ, οε. h. e. *annos natum 95, ſiue, vt alii tradiderunt,* 75. — *Jackſon* in Chronological Antiquities, vol. II. p. 374. ſiue ſecundum theotiſcam Windhemii verſionem p. 614 ſqq. vbi de Pythagorae aetate agit, primum Bentleium et Lloyd, qui diem philoſophi natalem collocant in Olymp. XLIII. 4. ante C. N. 605. ideo reiicit, quoniam conſenſu omnium veterum Pherecydes, natus ante C. N. 620. Pythagorae magiſter fuerit. A Dodwelli rationibus propius abeſt, eos ſequutus, qui tradiderunt, Pythagoram anno aetatis XLIV. ante C. N. 525. a Cambyſe, occupata Aegypto, captum et Babylona, vnde poſt annos XII. a. aet. 56. ante C. N. 514. rediiſſet Samum, eſſe ductum. Quare rationibus ſubductis putat, Pythagoram natum eſſe Olymp. LII. 4. ante Ch. N. 569. atque Olymp. LXVI. 4. ante C. N. 513. relicta Samo, ſe contuliſſe Crotona et, exactis ibi annis viginti, a. aetatis 77. Olymp. LXXI. 4. ante C. N. 493. Metapontum, vbi annos nonaginta natus, Olymp. LXXV. 2. ante C. N. 479. mortuus ſit. In anno igitur mortis conſtituendo diſcedit a calculo Dodwelli. — *Harduini* ſententia, in Chron. vet. Teſtamenti, Pariſ. 1699. 4. ad annum 661. ante Chriſtum p. 90. illo anno Pythagoram aſtronomica feciſſe inuenta, ſolido deſtituta eſt fundamento. — *Stanleius* in Hiſtoria philoſ. qui parte VIII. a p. 260 — 423. e verſione lat. Olearii et editione Veneta 1731. 4. perſequutus vitam omnemque hiſtoriam Pythagorae eiusque ſcholae, cap. IX. et X. p. 274. putabat, eum non natum eſſe ante annum primum Olymp. LIII. — Ne loquacitate quadam obſcuraque diligentia defatigem lectores, de lite illa celebri, inter Dodwellum, Lloydium et Bentleium orta, paucis tantum agam: in cuius enarratione eo breuiori mihi eſſe licet, quod *Clericus* iam in bibliotheca ſelecta tom. X. et *Meinerſ.* l. m. p. 308 — 338. triumuirorum illorum argumenta recenſuerunt et examinarunt: Dodwellianae diſputationis ſummam propoſuit et adſenſum ſuum Dodwelli opinionibus rationibusque praebuit *Io. Franciſcus Buddeus* in Praef. ad analecta hiſtoriae philoſophicae p. 10 ſqq. *Brucker.* vero in Hiſt. crit. philoſophiae vol. I. p. 997. Lloydii et Dodwelli rationes in tabula quadam chronologica collatas propoſuit, atque Dodwelli potiſſimum ac Bentleii iudicia et argumenta vocauit ſub examen. Illi tamen Lloydii rationes longe grauiores et veriſimiliores videntur Dodwellianis. Illae enim, ait Brucker, cum veterum hiſtoricorum grauiſſimorum computo conueniunt, quo iter Aegyptiacum Pythagorae in Olymp. LIII. 2 vel 3. incidit: id tamen vnice verum exiſtimat, (vti Fabricius,) Pythagoram ante Olymp. XLIII. 4, et poſt Olymp. LII. 4. natum non eſſe. Dodwellianas autem rationes infirmis incertisque niti argumentis, ac teſtimoniis, poſt Bentleium, Brucker. Meinerſ. Tiedemann. aliique abunde commonſtrarunt. De lite, inter eruditos ſocietatis regiae Pariſinae collegas, de la Nauze et Freretum, orta atque agitata, poſt haec locus erit diſſerendi. Omnis vero controuerſiae cardo potiſſimum his vertitur quaeſtionibus: *A*) Num Pythagoras pugil et Pythagoras philoſophus vnus idemque, an diuerſi fuerint homines? Prius acriter contendit Bentleius, indicio atque auctoritate *Eratoſthenis* apud Laert. IIX. ſegm. 47. vbi v. Menag. motus vel potius deceptus, Pythagoram, in ephebis quum adhuc eſſet, in certaminibus olympicis Olymp. XLVIII. victoriam reportaſſe. Poſterius contra firmioribus vſi argumentis euicerunt Dodwellus, Lloydius, Brucker. p. 999. not. *l.* Tiedemannus p. 225. aliique. *B*) Quos habuerit praeceptores?

 Haec

Haec quaeſtio mire exercuit viros doctos, et in diuerſas traxit ſententias. Pherecydem fuiſſe Pythagorae doctorem omnes fere conſentiunt (v. cl. *Sturz* in Pherecydis fragmentis, p. 8.): ſed, quod verum eſt, num duo Pherecydae fuerint nec ne? quis eorum inſtituerit Pythagoram? num ab hoc ille ſit ſepultus? harum aliarumque quaeſtionum inquiſitio valde torſit viros doctos. *De la Nauze* et *Freret* multi ſunt in definienda hac controuerſia: atque prior Pherecydis diem natalem refert ad annum ante C. N. 665. vid. illorum comment. infra nominandas; adde *Dodwelli* Exerc. II. de Pythagorae aetate p. 100 ſqq. *Meinerſ.* p. 314 ſqq. *Tiedemann.* p. 223. 226 ſqq. De reliquis eius, qui a Iamblicho, Suida aliisque ſubeſtae fidei ſcriptoribus memorantur, magiſtris, Epimenide, Thalete, Biante, Hermodamante, (quem Apuleius male vocat Leodamantem.) ſ. Chreophilo apud Iamblichum (vid. *Stanlei* p. VIII. cap. 2. p. 263 ſqq. *Brucker.* l. m. p. 998. not. *g.*) Anaximandro, res dubia eſt. vid. *Brucker.* l. m. p. 999. *Tiedemannum*, p. 222 ſq. (vbi de praeceptoribus Pythagorae diſſerit,) p. 226 — 229 ſq. *Meinerſ.* p. 356 ſqq. (qui vti Freret, natalem Thaletis refert p. 358. ad Olymp. XXXVIII. contra *Corſin.* F. A. III. p. 56. ad Olymp. XXXV. pag. autem 108. mortem illius ad Olymp. LV. 1. vti quoque *Canaye* in Comment. acad. Paris. Inſcr. tom. X. de Thalete etc.) *De la Nauze* et *Freret* de illis multa litigarunt, et in alia omnia tranſierunt. *Buddeus* in Exercit. de peregrinationibus Pythagorae, Ienae 1692. rec. in eius analectis hiſtoriae philoſ. Halae Saxon. 1706. p. 10 ſqq. de praeceptoribus philoſophi, praecipue in oriente, nimis ſecurus dedit fidem Iamblicho. *Clemens* Alexandr. Strom. XI. p. 643. C. dicit, Pythagorae et Thaletis praeceptores ignorari. At a *Ioſepho* contra Apion. I. p. 1034. E. *Euſebio* de praepar. euang. X. 7. pag. 478. E. *Georgio Cedreno* in Synopſi hiſtor. tom. I. p. 94. B. Pythagoras dicitur haberi ab omnibus Graecis Aegyptiorum diſcipulus. conf. *Sturz* l. c. p. 10. De eius autem praeceptoribus, Zoroaſtre, (a quo Pythagoram, vel *Beauſobre* in Hiſt. des Manichéens P. I. lib. I. cap. 2. p. 30. perperam iudicat, accepiſſe doctrinam,) Magis, Thracibus, Indis Gymnoſophiſtis, Arabibus et vel Hebraeis atque Chaldaeis, quae e veteribus quidam falſo narrarunt, et a nonnullis recentioribus vt *Stanleio*, *Lehmanno* in hiſtoria philoſ. Pythag. p. 348. *Gerdilio*, Bruckerum oppugnaturo, ab hoc autem in vol. VI. Hiſtor. phil. docte refutato, aliisque viris magni nominis, temere credita ſunt, ea a Fabricio noſtro, Bruckero I. p. 1003 ſq. Tiedemanno, Meinerſio etc. fabulis merito ſunt adſcripta recteque reiecta. *Iamblichus* in libro III. a Villoiſonio in Anecd. gr. II. edito, p. 211. ait, Pythagoram a Thalete, Aegyptiis, Aſſyriisque percepiſſe artem mathematicam, et a *Chaldaeis*: *Sic vero ab Aſſyriis vocari mathematicos*, addit. *Huetius* in Demonſtratione euangelica, Paris 1679. fol. Propoſ. IV. p. 74 ſqq. *Zaran*, qui Pythagorae fingitur praeceptor, eundem eſſe opinatur, ac Zaradan, ſiue Zoroadem, h. e. Zoroaſtrum; Pythagoram, putat p. 44 ſq. Iudaeos adiiſſe, cum iis eſſe verſatum, Mercuriales, h. e. Moſaicos, libros compilaſſe, ex Moſis libris multa ſumſiſſe, (p. 133.) et Nazaratum h. e. Ezechielem atque Danielem audiſſe (p. 220. 229. Prop. IV.) De Ezechiele idem ſenſiſſe Seldenum ac Witſium, ſupra iam monuimus. *Rambach* in Collegio hiſtoriae eccleſ. V. T. a Neubauero, Francof. 1737. 4. edito, pag. 608 itinera Pythagorae tantum in Phoeniciam, Aegyptum et Chaldaeam, quo captiuus fuiſſet abductus, memorat, et putat, Pythagoram in his terris, praeſertim Daniele, cuius ſapientia per totum orientem fuiſſet celebrata, paullo ante mortuo, cum Hebraeis multum eſſe verſatum, vt notitiam Iudaeorum ſacrorum, quorum veſtigia quaedam in ipſius doctrinis deprehenderentur, quandam acquireret. *Gerhard Christoph Gebhard* in diſp. de harmonia coelorum, Gryphiswaldiae 1692. cap. 1. euincere conatus

natus eſt, (at inuita, credo, Minerua,) Pythagoram ſedulum fuiſſe codicis ſacri lectorem; cap. 4. putat Pythag. hauſiſſe ſuam opinionem ex Iobo, cap. 38. et 35. At haec, tamquam ſomnia, iam diu exploſa eſſe a viris eruditis conſtat. vid. *Brucker.* l. m. p. 992 ſqq. 1000 ſqq. Atque *Buddeus* in diſſ. excit. oſtendit quidem, Zoroaſtrem ab Huetio male confuſum eſſe cum Ezechiele, ideoque hunc non fuiſſe Pythagorae praeceptorem. Lapſus tamen ibi eſt vir quondam doctiſſimus, dum Hermippum, Origenem, Iuſtinum Martyrem et Clementem Alexandrinum ſequutus ſibi perſuaſerat, Pythagoram in Aegypto ac Babylone hebraicam percepiſſe doctrinam et ex Moyſeos fontibus irrigaſſe arua ſua. [Conſ. inprimis Diſſ. de Mr. *Lenfant* ſur cette Queſtion: Si Pythagore et Platon ont eu connoiſſance de Livres de Moyſe, dans la Bibl. Germanique tom. II. pag. 124 ſq. *Beck.*] *C)* Eadem quaeſtio oritur de eius diſcipulis. *Zamolxide* (quem quidem Pythag. fuiſſe diſcipulum a Graecis ſe accepiſſe ait *Herodotus* IV. cap. 94 — 96. at quamquam illum multis annis ante Pythagoram vixiſſe arbitratur, *Strabo* tamen lib. VII. p. 457. Almel. et XVI. p. 1106. tum multi, tam antiquiores, quam recentiores, repetunt illam fabulam,) *Zaleuco*, (cuius, vti ſuperioris, aetate *de la Nauze* ad finiendam Pythagorae aetatem abutitur ex interpr. Hiſſmanni theotiſca, p. 27 ſqq. ſed refutatus a *Fréreto* ibid. p. 162 ſqq.) et *Charonda:* quos omnes Pythagorae aequales et diſcipulos non fuiſſe per temporis rationem, a Frereto aliisque ſatis demonſtratum eſt. adde notam germani interpr. ad *Gillies* Hiſtor. vet. Graec. tom. II. p. 139. *D)* Grauior tamen diſputatio agitata eſt de Pythagorae itineribus et captiuitate; atque fabulae de illis proditae omnem illam hiſtoriam fecerunt incertam ideoque adduxerunt viros eruditos in ſuſpicionem falſorum et a ſerioribus Pythagorae admiratoribus excogitatorum itinerum; Pythagoram abiiſſe Aegyptum, multosque ibi annos commoratum, et cum ſacerdotibus ac ſapientioribus multum verſatum, ab illis magnam partem ſuae ſapientiae et arcanae doctrinae atque diſciplinae accepiſſe, aut, ſi malis *Meinerſii* opinionem (l. m. p. 388.) ad §. II. not. c. memorandam, adoptare, voluiſſe accipere, nemo facile negabit, tot et maxime idoneis ſcriptoribus conſentientibus. Atqui ex Aegypto, terra olim haud adeo barbara atque inculta, Graeci illo tempore, et in his Pythagoras, ſapientiae litterarumque fructus petere potuerunt, quod ex Herodoto et loco clariſſimo *Iſocratis* in laudatione Buſiridos p. 438 ſq. fit manifeſtum et rurſus a cl. *Pleſſingio* in Memnonio Lipſiae, 1787. pag. 624 — 643. copioſe docteque demonſtratum eſt: cl. *Meinerſio* quidem l. m. pag. 377 ſqq. ſecus ſentiente. Neque enim abſurda eſſe videtur opinio, in Aegypto, illo quidem tempore, fuiſſe ſemina licet plus minusue, graſſante idolorum cultu, corrupta purioris religionis, olim Patriarchis eorumque ſuboli iudaicae a deo vero traditae, hinc inde hucdum diſperſa, et potiſſimum a ſacerdotibus ſapientioribus ſeruata, illorumque more arcana ratione atque diſciplina propagata. Hinc, vti de Homero ſupra iam conieci, videri atque intelligi poteſt quaedam, licet haud omnino certa, ſimilitudo doctrinae Pythagoricae et Moſaicae aut iudaicae non minus quam incredibilis diſſimilitudo: et tamen iure optimo negari poteſt Pythagorae conſuetudo cum Iudaeis aut vſus librorum diuinorum a Iudaeis ſancte cuſtoditorum. Inſtituta Pythagorae in legibus emendandis et ciuitate ad meliorem formam conſtituenda, quaſi exemplum fuiſſe legum a Lycurgo latarum, cenſet *Gillies* l. c. tom. II. pag. 109. 119. 121 ſq. ego vero dubito. adde notam in verſione german. p. 122. — Quidquid eſt, in Aegypto philoſophum noſtrum per plures annos fuiſſe commoratum diſcendi cauſſa, tam verum eſt, quam id falſum et importunum, quod et veteres, et recentiores quidam nimis creduli aut fallaces nominis Pythagorici admiratores de mira Aegyptiorum ſapientia, et inſigni litterarum copia,

quam

quam Pythagoras inde reportaſſe dicitur, temere iactitarunt. conf. cl. *Tiedemannum* cap. IV. p. 231 — 234. p. 236 ſq. Iter vero illius ad Hebraeos, ad Magos in Perſia, ad Bramanos in India, (ibi tamen Pythag. commoratum eſſe, *Bailly* in hiſtoria Aſtronom. apud veteres, tom. II. pag. 253. interpr. germ. ex Holwel. Traduct. du Shas - Tlah probaturus erat.) paucis vt dicam, totum illius iter orientale, et vero ad *Druidas* in Gallia, quamquam multi fuerunt, qui illud multis coloribus exornatum deſcriberent atque defenderent, ſagacioribus tamen adeo fabuloſum et ſuſpectum viſum eſt, vt alii in dubium vocarent, alii penitus negarent. Et tamen cl. *Adelungius* in Geſchichte der Philoſophie tom. I. p. 259. in ea adhuc verſatur opinione, vt iter Pythagorae ad Chaldaeos, vbi Zoroaſtrum II. conuenerit, ad Perſas et Indos verum eſſe putet. At enim illud eſſe incertae dubiaeque fidei et repugnare veritati hiſtoricae, quum poſt Bentleium, Lloydium, Clericum, et *Buddeum* in Hiſtor. eccleſ. Vet. Teſt. tom. II. p. 1070. a *Bruckero* Hiſtor. crit. phil. vol. I. pag. 1003 ſq. 1006 — 1010. a *Meinerſio* p. 240 ſq. Apollonii Tyan. fabulas de Pythagora examinante, praecipue p. 376 — 390. et a *Tiedemanno* p. 235 — 240. (qui quae in vtramque partem ab omni antiquitate et memoria diſputata ſunt, et adhuc diſputari ſolent, diligenter adtulerunt atque examinarunt.) vberius eſt oſtenſum, nolo diutius inhaerere huic quaeſtioni et argumenta amplius excutere. Ad Indos non perueniſſe Pythagoram, inde etiam fit credibile, quod, vt *Ziegenbalg*, ad Indos quondam doctrinae chriſtianae propagandae cauſſa miſſus, in epiſtola quadam ad Crozium (in Theſauro epiſtol. Lacroziano tom. I. p. 383.) ſcribit, *Pythagoram aliosque philoſophos, nobis non ignotos, Bramani et reliqui Indorum prorſus ignorant. Diſciplinas philoſophicas, dicunt, ſe accepiſſe a populo, quem Schammanes vocant* etc. — — *Nominare philoſophos et eruditos, qui ante et circa tempora Pythagorae inter eos floruerunt, maximae eſt difficultatis, quoniam chronologia illorum erroribus ſcatet plurimis.* Quapropter iudicio *Meinerſii* (p. 388.), *Tiedemanni*, (p. 240.) et *Bruckeri* (vol. I. p. 1007.) lubenter ſubſcribo, recte, ſi leges fidei hiſtoricae et artis criticae conſulantur, colligi, multo veriſimiliorem et veriorem eorum eſſe opinionem, qui numquam perueniſſe ad reliquos Orientales Pythagoram putent, ſed ex Aegypto Samum rediiſſe, et ex Samo in Italiam delatum ſtatuant, contrariam ſententiam pro oſtentatione Pythagoreorum, omnium terrarum eruditionem praeceptori vindicantium, habentes. Atque *Lucianus* iam in Gallo cap. 18. p. 729. tom. I. Reitz. nullas Pythagorae peregrinationes ad alias nationes, niſi ad Aegyptios, indeque ſtatim ad Italos commemorat. *E*) Ex his facile effici poterit atque intelligi, ſecundum quem hiſtoria de captiuitate Pythagorica dirimi debeat: cuius quidem hiſtoriae Dodwell. omnem adhibuit fidem, et tamquam fundamento ſuperſtruxit chronologiam aetatis Pythagoricae. *Dodwell.* nimirum in libr. de veteribus Graecorum Romanorumque cyclis, diſſ. III. ſect. XII. p. 138. fidem ſequitur Apollonii, aut alius auctoris, cuius fragmentum dedit *Iamblichus* de vita Pyth. cap. IV. ſect. 19. Secundum illum Pythagoras a Cambyſis militibus inter captiuos Babylonem abductus eſt et cum Magis verſatus, illorum ſtudia religionemque perfecte imbibit; poſt annos duodecim Samum rediit, iam circiter *ſexaginta* annos natus. Ad huius narrationis et ſcriptoris ſubleſtae fidei, auctoritatem rationes omnes vitae Pythagoricae exegit. Haud mutat ſuam ſententiam in Exerc. II. de aet. Pythagorae; cuius igitur natalem diem in diſſ. de cyclis ponit in Olymp. LII. 3. V. C. Varr. 184. in Exerc. autem pag. 232 ſq. in eodem quidem eiusdem Olympiadis anno, at deſinente, et a. V. C. Varr. 185. ineunte. Enimuero hiſtoriam illam redolere fabulam, ideoque ipſam illam Pythagorae captiuitatem valde ſuſpectam eſſe et ſum-

mo.

mis premi difficultatibus, *Bentleius* de aetate Pythagorae p. 58 ſq. ex verſ. Lennepii, cumprimis *Brucker.* l. m. p. 1 04 ſqq. *Tiedemann.* p. 235. et *Meinerſ.* p. 308. et 312 ſqq. docte lateque oſtenderunt: qui viri docti etiam in tempus, quando in Graeciam redierit et Crotona ſe contulerit, contra Dodwellum aliosque, diligenter inquiſiuerunt. — *F*) Quoniam vero tanta haec ſententiarum ac rationum diſcrimina ſunt enata e diuerſis et ſecum aut cum reliqua hiſtoria pugnantibus veterum de Pythagora narrationibus; quarum plurimae aut vanae ſunt aut incertae et vagae; pauciores ad veritatem et fidem hiſtoricam accedunt, apud Iamblichum denique bona malis mixta et confuſa ſunt nec diligenter ſecreta declarataque veterum teſtimonia: boni hiſtorici et critici eſt, ante omnia fidem, dexteritatem, peritiam atque aetatem, etiam ingenium teſtium, quantum fieri poteſt, accurate examinare, probe diſcernere fontes limpidos a riuulis turbidis, indeque, quae vera aut falſa ſint, aut veriſimilia prouide haurire ac rite legitimeque colligere ac probare. In hoc vero negotio, mea quidem ſententia, nullus felicius diligentiusque verſatus eſt, quam *Meinerſ.* l. m. qui in primo capite libri tertii a p. 187 — 303. omnes antiquiores auctores, qui de Pythagora eiusque ſchola atque philoſophia ſiue fuſius ſiue preſſius ſcripſerunt aut ſcripſiſſe memorantur, ex ordine recenſuit, et in claſſes quasdam diſpeſcuit. Reliqui, qui de Pythagora memoria recentiori egerunt, id officii vel plane neglexerunt, ſummis imis mixtis, Iamblichum temere ſectati, vel de quorumdam tantummodo veterum fide et auctoritate fuerunt ſolliciti.

His igitur praemiſſis, quilibet facile ipſe intelliget, quomodo recentiorum quorumdam doctorum hominum iudicia et rationes, quarum adhuc mentionem paucis facturus ſum, perpendere atque examinare debeat. Quapropter ego eo breuior eſſe poſſum in recenſendis illorum rationibus, quarum praeter ea ſummam theotiſcae linguae gnari in Meinerſii libro ſaepius laudato, p. 308 — 319. paullo copioſius explicitam, addito iudicio, reperient. Dodwellus igitur in diſſ. III. de veteribus Graec. et Rom. cyclis, et in Exercit. II. de aetate Pythagorae, vbi p. 232 ſq. notas dedit chronologicas in tabulas §. I. Annalium Pythagorae, et ad quas diſſ. tertiam de cyclis exigendam eſſe ſcribit, ſingula perſequitur et vberius probatum iuit. Ego vero paucis repetam rationes, quas ille ſubduxit. Ita ſecundum Dodwellum Pythagoras natus eſt Olymp. LII. $\frac{3}{4}$ ante C. N. 569. V. C. Varr. 185. Tum a. aetatis XXXXIV. Olymp. LXIII. $\frac{3}{4}$. ante Ch. N. 525. a Cambyſe in Aegypto captus atque inde abductus eſt ad Perſarum magos: a. aet. LVI. Olymp. LXVI. $\frac{3}{4}$. ante C. N. 513. Gilonis opera redemtus Babylone rediit Samum, inde a. aet. LIX. abſoluto et LX. inchoato, Olymp. LXVII. $\frac{2}{3}$. ante C. N. 510. in Italiam ſoluit, et Crotone condidit ſcholam, cui praefuiſſe dicitur (a Iuſtino XX. 4. vbi vid. interpretes in exemplo Abrah. Gronouii,) viginti annos: illa per tumultum Cylonianum diruta et magna parte amicorum interfecta Olymp. LXXII. 3. aet. 79. ſeceſſit Metapontum. Poſtquam ſummo ſcholae ſuae flori annos XIX. ſuperuixit, a. V. C. Varr. 238. Olymp. LXXVII. $\frac{1}{2}$. an. aet. XCVIII. abſoluto et a. XCIX. inchoato, interemtus eſt in proelio inter Agrigentinos, quibus venerat ſubſidio, et Syracuſanos commiſſo, teſte *Hermippo* apud *Diogenem Laertium* VIII. 40. quod quidem acriter negat Bentlei. p. 43. In Exercitatione II. Dodwellus in quibusdam a priſtina ſententia diſceſſit, quaedam amplificauit atque ornauit, praecipue quae ſegm. 30. p. 229 ſqq. ingrato labore et magna litterarum atque ingenii ſpecie adhibita, eruere et probare ſuſtinuit (vid. quoque *Meinerſ.* l. c. p. 317 ſqq.) in definienda epocha ſeditionis Cylonianae et incendio, quod poſt mortem philoſophi intra a. V. C. Varr. 314.

Olymp.

Olymp. [illegible] et Varr. 223. Olymp. LXXXVII. 4. factum putarit. Ad annum Pythagorae LX. Olymp. LXV. 3. V. C. Varr. 245 refert ea, quae *Cicero* Tuscul. quaest. IV. 1. et *Solinus* Polyhist. cap. 17. de nostro philoſopho narrarunt. Plura cognoſcere cui volupe erit, eum, ne limites transpediamur, ad Dodwelli libros et ad *Meinersium* l. m. p. 315 — 319. ablegare cogimur. Cauſſam odiorum et coniurationis in familiares Pythagorae potiorem, (plures enim fuiſſe, conſtat, vid. Excerpta ex Apollonio Tyanenſi apud Iamblichum ſect. 254 ſq.) eam fuiſſe putant *Gillies* in Hiſt. antiquae Graec. II. p. 125 ſq. et cl. *Heyne* in opuſcul. acad. vol. II. p. 188. not. e. quod, Sybari capta, ex diuiſione agrorum inter plebem nata ſint odia in Pythagoreos, quum eſſent, quorum cupiditas non erat expleta: inde etiam eſſe factionem, quae plebem in ſuas traxiſſet partes, quibus ſe adiunxiſſent a Pythagoreorum conſortio excluſi: ſed de agrorum diuiſione ſilet hiſtoria. vid. not. ad Gillies. Ab his Dodwellianis rationibus multum diſcrepat *Bentleius*. Hic ſequutus fidem atque auctoritatem Eratoſthenis ac Phauorini apud *Diogenem Laert.* VIII. 47. 48. exiſtimat, Pythagoram pugilem cum noſtro philoſopho eundem eſſe, (quam quidem ſententiam Dodwellus in Ex. II. fortiter oppugnauit atque debellauit,) et a. aetatis XVIII. Olymp. XXXXVIII. 1. viciſſe Olympia. Hinc colligit, p. 29. ex verſ. Lennepii, Pythagoram natum eſſe Olymp. XLIII. 4. (*Gillies* in Hiſtoria vet. Graeciae tom. II. p. 122. confert natiuitatem Pythagorae, quem eundem cum P. pugile habet, in Olymp. XLV. 1.) Tum multa de uſu et poteſtate vocabuli *ἡλικία*, (quod Dodwellus praecipue in Exerc. II. p. 161 ſqq. ſect. 15. *natiuitatem*, *aetatem*; Bentleius vero, adſtipulantibus poſtea Lloydio, Freteto aliisque, *annum iuuenilem*, *florentem* interpretatur,) de anno, quo Italiam petierat, n. quadrageſimo aetatis, et Olymp. LIII. 3. de aliorum veterum calculo, de annis, quos Pythag. conſumſerit in Italia, de conſpiratione Cylonis, de Lyſide docte acuteque diſputauit: probabilior illi videtur conſecta ratio, p. 40 ſqq. conſpirationem Cylonis erupiſſe breui poſt euerſam Sybarin Olymp. LXVII. 4. Si itaque, ait p. 41. biennio poſterius eam poſuerit, ad Olymp. LXVIII. 2. incidet in annum nonageſimum nonum Pythagorae, ex teſtimonio Eratoſthenis et ea, quae eſt in tabula, ratione. Et Heynius opuſc. II. p. 188. conſentit et accedit ſententiae illi, itemque Gillies p. 126. *Meiners* vero multa diſputavit p. 323 ſqq. contra hanc Bentleianam ſententiam, docte quidem atque ingenioſe explicatam. A Bentleianis tamen ſuſpicionibus prope abeſt *Larcher* in chronologia Herodoti, verſionis Herodoteae gallicae vol. VI. vbi cap. 19. p. 536 ſqq. multus eſt de Pythagora. Is ſequitur Eratoſthenem, et ex Iamblicho vit. Pythag. cap. 35. conficit p. 558. Pythagoram vixiſſe ann. XCVIII. Quare pag. 563 natalem illius annum confert in Olymp. XLIII. 1. V. C. 146. ante C. N. 608. A. M. 4106. an. vero mortis p. 594. in Olymp. LXVII. 3. V. C. 244. ante C. N. 510. Per. Iul. 4204. paullo poſt Sybarin a Crotoniatis vaſtatam, anno, quo conſpiratio Cylonis contra Pythagoreos orta eſt. Medium inter illos duumuiros tenere ſtuduit *Lloydius*. Hic, Heraclidis teſtimonio, Pythagoram vixiſſe annos LXXX. fiſus, annum, quo natus fuerit Pythagoras, collocat in anno III. Olymp. XLVIII. mortis autem annum, quod plurimi vitarum enarratores ſcripſiſſent, philoſophum non diu poſt euerſam Sybarin vita deceſſiſſe, in Olymp. LXVIII. 3. ſin vero mallet amplecti ſententiam ſcriptorum apud Diogenem Laertium, qui annos nonaginta tribuant Pythagorae, colligit ille, annum mortis Pythagoricae incidere in Olymp. LXX. 4. Quaedam tamen *Lloydii* rationes haud adeo fixas eſſe et certas, probe docuit *Meiners*. p. 336 ſqq. — Ab his omnibus multum diſcedit *de la Nauze* in Premiere Diſſertation ſur Pythagore, ou l'on fixe le tems auquel ce Philoſophe a vécu, in

Commentariis

Commentariis academiae reg. Pariſin. Inſcript. tom. XIV. r) pag. 375 — 400. quae theotiſce verſa legitur in *Mich. Hiſsmanni* Magazin für die Philoſophie und ihre Geſchichte, tom. II. pag. 75 — 122. Is omnem mouet lapidem, vt demonſtret, Pythagoram natum eſſe initio Olymp. XXXV. ante C. N. 640. et ante C. N. 550. Olymp. LX. a. aetatis XC. mortuum. Enimuero *Nauſii* ingenium vtut laude non ſit defraudandum, tamen, quam fluxa ſit illius opinio, quam iniquis argumentis, et male, quamquam interdum ingenioſe, ſubductis rationibus nitatur illius argumentatio, docuerunt *Freret* in recitatione quadam academica, (quae in eodem volumine XIV. commentariorum gallicorum pag. 401 — 447. et in eodem tomo collectionis atque interpretationis theotiſcae Hiſsmannianae pag. 125 — 182. reperitur,) atque *Meinerſ.* l. m. pag. 339 ſqq. qui quidem poſterior pariter *Frereti* iudicium et argumenta pag. 344 — 359. refert, examinat, nec omnino probat. *Freretus* igitur in Obſervations ſur la Généalogie de Pythagore, et ſur l'uſage chronologique, que l'on en a tiré pour determiner l'Epoque de la priſe de Troye, primum diligenter enumerat et componit examinatque omnes veterum opiniones atque narrationes de tempore, quo Sybaris diruta dicitur, quamdiu Pythagoras vixerit, de poteſtate voc. ἡλικία, de philoſophi itineribus, reditu in Graeciam aduentuque in Italia, et oſtendit, quando ſecundum ſingulas opiniones natus fuerit et mortuus. Tum ſub examen vocat argumenta, quae de la Nauze duxit ex Plinii loco, vbi Pythagoras dicitur Luciferi naturam indagaſſe, et ex aetatibus tum magiſtrorum, tum diſcipulorum, quos habuiſſe N. ſibi perſuaſerat. Omnibus compoſitis, ſuſpicatur, Pythagoram natum intra annos ante C. N. 562. et 575. et vita defunctum eſſe an. 508. aut 507. ante C. N. Multa vere egregieque diſputauit contra ſuum aduerſarium; at enim multa quoque neque clare expoſuit, neque rite legitimeque demonſtrauit, neque veterum teſtimonia curate ſecreuit aut expendit: id quod *Meinerſ.* vberius declarauit. Hic vero vir doctiſſimus, poſtquam copioſe recenſuerat et veterum et recentiorum opiniones atque rationes, potiora comprehendit, et indicat, Pythagoram non ante Olymp. XLV. ſed poſt illam, et probabiliter Olymp. XLIX. natum eſſe, (p. 361 — 364.) vitam autem cum morte commutaſſe anno aet. circiter octogeſimo, Olymp. ſiue LXIX. init. ſiue ſecundum Euſebium, LXVIII. 3. (p. 365 — 370.) reiicit igitur, ad quae alii prouocare ſolent, teſtimonia Ciceronis, (in ordine temporis definiendo minime adcurati et ſollertis, quando hic Pythagorae in Italia aduentum in imperio Tarquinii ſuperbi (Olymp. LXIII. 1. — LXVIII. 1.) ponit,) Solini, Eratoſthenis, Phauorini, Apollonii, Nicomachi, Euſebii ceterorumque, qui Pythagoricae aetati plures, quam LXXX. annos adſerunt, (pag. 370 — 372.) — Parum diſcedit *Tiedemannus*, qui l. m. natalem annum Pythag. conferendum exiſtimat p. 250. (vbi aliorum rationes paucis indicat addito iudicio.) in Olymp. L. Repudiatis enim P. in Orientem itineribus, eorum amplectitur narrationem, qui P. annos XL. natum ex Aegypto Samum rediiſſe memoriae prodiderunt. Dein iis accedit, qui, extremis Seruii Tulli regis Rom. annis, Olymp. LX. aduentum illius in Italia, et Tarquinii ſuperbi imperium Olymp. LXI. 4. adſerunt; quando ſub Seruio Tullio ſecundum *Liuium* s) in Italia ſcholas

r) In eodem Commentariorum Pariſinae acad. volumine inſunt recitationes binae, quae huc pertinent: *de la Nauze* ſeconde diſſertation ſur Pythagore, où l'on prouve la Realité d'un Diſcours attribué à ce Philoſophe, pag. 448 — 471. et *Frereti* Recherches ſur le tems, auquel le Philoſophe Pythagore, Fondateur de la Secte Italique, peut avoir vécu, pag. 472 — 504.

s) Lib. II. 18. »quem (Pythagoram philoſophum) Seruio Tullio regnante Romae, centum amplius

amplius

ſcholas habuerit Pythagoras. Poſt incendium Cylonianum illum ſeceſſiſſe Metapontum, ibique, (*Cicerone*, de Finib. V. 2. aliisque teſtibus) haud multo poſt, ſenectute et aegritudine confectum, obiiſſe diem ſupremum anno aetatis LXXIX. aut, ſecundum Heraclidem, LXXX. a p. 334 — 341. indicatis aliorum narrationibus, euincere ſtudet. Quod vero alii veteres tradiderunt, Pythagoram diutius vixiſſe et vel annum CXVII. adtigiſſe, in eo vel erraſſe illos putant critici, vel, vti Dodwellus contendit, duo Pythagoras eſſe confuſos, annosque iunioris Pythagorae, diſcipuli, adnumeratos eſſe aetati ſenioris. Sed vereor, ne longiore diuerſarum ſententiarum rationumque enumeratione fiam moleſtus, hic ſubſiſtam. Ex iis vero, quae adtuli, lectores ea, quae Fabricius in contextu adtigit, facile meliusque poterunt explicare atque diiudicare. Equidem in ſententia iudicioque Meinerſii ac Tiedemanni acquieſcam. *Harl.*

EPIMETRON III.

Thaletem fuiſſe Pythagorae magiſtrum, vulgaris quidem eſt opinio: at, quod ad mathematicam pertinet Pythag. ſcientiam, *Iamblicho* in libro, de mathematica communi diſciplina, qui eſt tertius liber eiusdem Commentariorum de Pythagorica ſecta, ab ill. *Villoiſonio* in anecdotis graecis, vol. II. p. 188 ſqq. primum publici iuris factus, p. 211. veriſimile videtur, Pythagoram etiam ab Aegyptiis et Aſſyriis, apud quos mathematici nuncupati fuiſſent Chaldaei, hauſiſſe praecepta mathematica. Cum Thalete illum eſſe verſatum eiusque diſciplina eſſe eruditum, *Bruckero* l. m. I. p. 1000. aliisque, valde ſuſpectum eſſe videtur, quod cum illorum principia philoſophica mire diſcrepent, (quae quidem ratio non adeo grauis mihi videtur: ſaepius enim accidit, vt diſcipuli ingenioſi plane deſerant doctorum ſyſtema), tum in primis quod iter Pythag. ad Thaletem cum reliqua illius hiſtoria non cohaereat. De reliquis eius praeceptoribus iam ſupra diſputatum eſt. Et *Meinerſius* l. m. ſcribit p. 355. fieri non potuiſſe per temporis ordinem, vt Epimenides eum inſtitueret. A *Zora* tamen *Aſſyrio* nonnulla traxiſſe, refert Alexander Polyhiſtor apud I. Caium p. 136. de libris propriis, adnotante Fabricio noſtro ad oram ſui exemplaris. *Harl.*

EPIMETRON IIII.

Ad locum *Plinii* II. 8. in primis prouocat *de la Nauze* (in Hiſſmanni Magazin, part. II. pag. 85.) et contendit, ibi fide codicis antiquiſſimi regii Pariſ. aliorumque et editionum ante Harduinum excuſarum, legendum eſſe Olymp. XLII. (h. e. an. V. C. 142. ante C. N. 612.) *Harduinus* vero e codd. in Plinio edidit *Olymp. circiter XXXII. qui fuit vrbis Romae annus CXIII.* in notis tamen atque emendatt. mallit *Olymp. circ. XXXIII. — vrbis R. annus XCIII.* — *Simſon* in Chron. p. 686. ſcribit, Pythagoram naturam curſumque Veneris ſtellae deprehendiſſe Olymp. LXVII. anno ab V. C. CCXLII. vt cum Capello corrigendum eſſe putat: diſſentit vero *Weddling.* in nota, ſuſpicans, Thaleti, praeceptori conuenire, quod Pythagorae adſcripſerit Plinius. Pythagoram primum obſeruaſſe, Heſperum et Phoſphorum

amplius poſt annos Numae, in vltima Italiae ora, circa Metapontum Heracleamque et Crotona, iuvenum aemulantium ſtudia coetus habuiſſe conſtat." vid. *Drakenb.* ad hunc locum, et *Dodwell.* Exercit. II. p. 176 ſq. *Harl.*

rum eſſe eamdem ſtellam, Venerem, aiunt etiam *Diogenes Laert.* lib. VIII. ſegm. 14. (haeſitans tamen potius; nam Caſaubonus, probante Menagio pag. 357. edit. Meibomii, legere iubet *οἱ δέ φασι Παρμενίδην*, pro vulgata, at inepta lectione, *ὥς φησι Παρμενίδης*,) atque *Stobaeus* in phyſicis eclogis p. 55. *Bailly* in Hiſtoria aſtronomiae antiquae, part. I. pag. 255. ex verſ. teutonica, (vbi in ſectione octaua de Pythagora eiusque et Pythagoreorum ſcientia aſtronomica multus quidem eſt, at obſoletas, quas hodie viri docti antiquarunt, amplectitur opiniones,) Pythagoram, ſcribit, in Italia illam feciſſe obſeruationem aſtronomicam. Enimvero, quod et hiſtoria inuentoris eſt incerta vagaque, et fama inuentionis ipſius ingenio illius aeui atque infantiae ſcientiae aſtronomicae haud omnino apta eſſe videtur, locus denique Plinianus valde ſalebroſus et corruptus iudicatur, ex his equidem non auſim definire aetatem Pythagoricam, ſaltem, quae de illa obſeruatione et loco Pliniano dici poſſent, in medio relinquerem. Comp. *Freret* l. m. pag. 135 — 142. *Meinerſ.* I. p. 352 ſqq. *Schrader.* in diſp. de Pythagora, p. 26. hunc naturae Veneris inuentorem, diuerſum eſſe cenſet a philoſopho noſtro, propter temporis rationem et annum vrbis conditae a Plinio ſignificatum. *Harl.*

Vitae Pythag. ſcriptores. II. Vitam Pythagorae e veteribus praeter deperditos quamplurimos, Ariſtoxenum cumprimis, Hermippum, Nicomachum aliosque, de quibus *Ioh. Ionſius* paſſim in opere eximio de ſcriptoribus hiſtoriae philoſophicae videri poteſt [t], ſcripſerunt hi quatuor: 1) *Diogenes Laertius* libro VIII. [*] doctiſſimorum hominum commentariis illuſtratus: 2) *Malchus* ſiue graeco nomine *Porphyrius*, in quem exſtant notae Conr. Rittershuſii et Lucae Holſtenii. 3) *Iamblichus* [u]) ab anonymo veteri inedito, tum ab Arcerio et longe felicius denique ab Vlrico Obrechto latine verſus, et a Kuſtero emendatus atque illuſtratus. Et 4) *Anonymus* [v]), cuius excerpta tantum exſtant apud Photium biblioth. cod. CCLIX. ab Holſtenio latine verſa et cum Porphyrio ac Kuſteri Iamblicho, cui etiam Porphyrius cum Holſtenii et Rittershuſii notis acceſſit, edita. [cod. MSt. eſt in biblioth. Vindob. teſte Lambecio in Comment. de biblioth. Caeſ. lib. VII. p. 304.] De primis tribus infra libr. IV. dicturus ſuo loco: nunc tantum profiteor, me non omnino probare ſuſpicionem eruditi viri, [n. *Küſteri* ad Iamblichum p. 7. not. 13. prouocantis inſuper ad Iamblich. nr. 30.] cui, Porphyrii antiquiorum vsque quaque veſtigiis inſiſtenti, et, qui eum in plurimis ſequitur, Iamblichi liber videtur compoſitus et variis de induſtria commentis refertus in opprobrium noſtrae religionis: cum vterque pars fuerit maioris operis, longe alium ſibi finem propoſitum habentis [w]).

 Quemad-

t) Vid. Epimetron.

u) *Iamblichi* partes ſuſcepit, eius fidem vindicaturus, de eiusque aetate egit, atque neque eum neque Porphyrium aliquid debuiſſe Diogeni Laertio ſtuduit operoſe demonſtrare *Dodwell.* Exerc. II. §§. 21. et 22. p. 182 — 191. Sed ſollertius acutiusque diſputaſſe Meinerſium, iam obſeruauimus. *Gerdilius* vero, Prof. Taurienſis, in Introductione ad ſtudium religionis, lib. II. quamquam non negat putidos Iamblichi et Porphyrii anachroniſmos; tamen p. 266. ad fidem Iamblichi firmandam omnem adhibet diligentiam: at decipi ſe paſſum eſſe virum doctum et cauſſam malam defendere, docuit *Brucker.* in adpend. hiſt. phil. p. 267 ſqq. *Harl.*

v) *Meinerſ.* p. 288 ſq. cenſet, hunc poſt Iamblichum et Porphyrium, ſaeculo circiter quarto aut aliquanto ſerius vixiſſe, addictum quidem fuiſſe philoſophiae Ariſtotelicae recentiori, at in multis ſectatum recentiorum Pythagoreorum placita ſomniaque, ideoque multa tradidiſſe ab hiſtoria vera et antiquitate aliena. *Harl.*

w) Sobrium hoc Fabricii noſtri iudicium vberius explicuit argumentisque firmauit grauiſſimis *Meinerſ.* in hiſtoria originis etc. doctrinarum — part. I. pag. 258 — 260. Monet igitur, aduerſarios

Quemadmodum viciſſim neque illos puto audiendos, qui Pythagoram a contemtis apud gentes, et ab illis ſua viciſſim occultantibus Iudaeis x), neſcio quae, edoctum fuiſſe ſentiunt.

continenti

ſarios doctrinae chriſtianae ſemper cum ſignificatione religionis atque obſeruantiae loquutos eſſe de Moſe et Chriſto, neque de illorum miraculis dubitaſſe, Iamblichum vero ac Porphyrium nullius falſi et fictionis eſſe conuictos, nec vmquam comparaſſe miracula, a Chriſto facta, cum iis, quae Pythagoras edidiſſe fingitur, antiquiſſimos vitae Pythagoricae enarratores, ad quorum teſtimonia prouocarunt Iamblichus ac Porphyrius, et quorum verba ipſa conſuerunt, ſine vlla aſtutiae prauique conſilii ſuſpicione, repetere, eadem litteris conſignaſſe miracula; denique vtrumque in excerptis vel eorum verba recitaſſe, qui crediderant, Pythagoreos ſectae ſuae auctori miracula adfinxiſſe multa. Vulgarem tamen opinionem, Iamblichum et Porphyrium id vnum ſpectaſſe, vt ad vim miraculorum Chriſti labefactandam, Pythagoram ſic oratione fingerent ac formarent, quo miraculis redemtorem totius orbis quam aptiſſime referret, vti Philoſtratus aliique in laudando Apollonio feciſſe arguuntur, (vid. *Cudworthi* Syſtema intell. cap. IV. §. 15. ibique *Moshemii* notas p. 391 ſqq. edit. Amſtel. in 4.) poſt Lloydium, Kuſterum, Moshemium aliosque permultos acriter tuitus eſt *Brucker.* in Hiſt. crit. philoſ. I. p. 993 ſq. in primis in vol. VI. ſ. adpendice p. 265. vbi prudens Fabricii effatum refutare ſuſtinuit, laudans praeter ea *Gerdilium*, Prof. Taurienſem, ſententiae ſuae ſubſcriptorem. *Harl.*

x) Placuit hoc perquam multis, vt Pythagoram vel genus duxiſſe e populo Iudaeorum, vt eſt apud *S. Auguſtinum* ep. 28. tom. II. p. 902. vel ex Cabbaliſtarum traditis ſapuiſſe crederent, vti *Reuchlinus* lib. I. de cabbala, probante *Campegio Vitringa* lib. I. obſ. 5. diſſ. 2. p. 120. 130. vel ab Eſſaeis ſua eſſe mutuatum, (Pythagorae aetate forte nondum cognitis,) vt vir ſummus *Hugo Grotius* epiſt. 552. [Eſſaeorum et Pythagoreorum doctrinas inter ſe confert *Basnag.* in Hiſtoire de Juifs, tom. II. part. II. cap. 21. p. 589 ſqq.] vel certe ad Arabes, Chaldaeos et Hebraeos perueniſſe et ab iis edoctum fuiſſe, et ex Iudaea in Graeciam ſua intuliſſe, vt ex Diogene apud Porphyrium S. 11. Hermippo apud Ioſephum I. 22. adu. Apion. et Origenem contra Celſum I. p. 13. ex Porphyrio p. 185. ex Ambroſio in Pſalm. 118. tom. I. p. 982 ſq. [ex Megaſthene apud Clement. Alex. Strom. I. pag. 305.] iactari ſolet: ita *Seldenus* de Diis Syris et lib. I. de iure nat. cap. 2. *Huetius* demonſtrat. Eu. pag. 89. *Godfr. Wendelinus* epiſt. de tetracty Pythagorae, [Witſius in Aegyptiac. p. 273.] *Gothofredus Voigtius* in imagine trinitatis p. 69 ſq. *Ioh. Franciſcus Buddeus* in diſſ. de peregrinationibus Pythagorae, Ien. 1692. [*Gale* in philoſophia generali p. 165. cuius argumenta repetit, ornat augetque] *Ioh. Iacobus Syrbius* in Pythagora intra Sindonem noſcendo, Ien. 1702. 8. [Rambach. in Hiſtoria eccleſ. V. T. p. 698.] Sed Hermippi teſtimonium, (quem Ἰδαίων, non Ἰουδαίων ſcripſiſſe, ſuſpicatur *Io. Clericus* X. biblioth. ſelectae p. 167.) ambiguum eſt, Origeni ipſi non lectum, forte nec Ioſepho inſpectum adcurate, ſi genuinum. Cyrillus X. contra Iulianum Porphyrii locum laudans, verba καὶ Ἑβραίοις omittit. [conf. Bruckeri hiſtor. crit. phil. vol. VI. p. 276.] Et Mochus Sidonius, Iamblicho memoratus, tam diuerſus mihi eſſe videtur a Moyſe Propheta, quam Nazaratus Aſſyrius a Propheta Ezechiele, vel quocumque Iudaeo Nazareo, aut Aeſarae nomen filiae Pythagorae, a nomine Sarae vel Sarrae vxoris Abrahami. Conf. *Hermann Chriſt. Engelken* diſſ. II. an Pythagoras proſelytus factus Iudaeorum et ſaluatus ſit. Roſtock, 1705. [adde *Iuſti Godofredi Rabeneri* diſſ. an Pythagoras fuerit proſelytus, in eius Amoenitatibus hiſtorico-philologicis, Lipſiae, 1695. 8. pag. 117 ſqq. *Io. Chriſto. Wolfii* biblioth. hebraic. part. I. pag. 983. Loca veterum multa, quae in hanc rem atque opinionem adduci ſolent, congeſſit, ſubiecto iudicio, *Marsham.* in Canone chronico etc. Franequerae, 1696. 4. pag. 150 — 154. *Harl.*] Qui e Κοινοβίοις apud Gellium 1. 9. memoratione monachum faciunt Pythagoram, exploduntur a Scaligero praefat. ad Euſebium, perinde vt riſiſſet, ſi cum monachis hodie conferentes vidiſſet, quod apud Iamblichum p. 33. Pythagoras dicitur acceſſiſſe ad litora ὑπὸ Κάρμηλον τὸ φοινικικὸν ὄρος ἔνθα ἐμόναζε τὰ πολλὰ ὁ Πυθαγόρας κατὰ τὸ ἱερὸν, et p. 211. Pythagorei traduntur μονάζοντες ἐν ταῖς ἐρημίαις. Sane ad Iudaeos penetraſſe Pythagoram, diſerte negat *Lactantius* IV. 2. licet in Aegypto adierit Sonchidem Archiprophetam, teſte *Clemente* I. Strom. p. 303. et ab Hebraeis τὴν ὀνείρων γνῶσιν ἠκριβωκέναι refert Porphyrius p. 8. *Fabric.* *Meiners.* l. m. non negat Pythagorae commer-

[illegible]

confutati ab *Antonio Vandalen* libro de Ariſtea cap. XXVII. p. 206 ſq. *Io. Clerico* tom. X. biblioth. ſelectae p. 163 ſq. *Nic. Hieron. Gundlingio* part. I. Hiſt. philoſophiae [?] moralis p. 75 ſq. et a D. *Ioh. Friderico Mayero* in Exercitatione, *Vtrum Pythagoras fuerit Iudaeus, an Monachus Carmelita.* Hamb. 1700. [a *Papebrochio* contra P. Sebaſt. a S. Paulo, vid. Acta Erudit. Lipſ. 1696. p. 572. a *Bruckero* in Hiſt. crit. philoſ. vol. I. p. 1002. et 1004 ſq. vbi plures laudat viros doctos, vol. VI. ſ. Append. p. 272 ſqq. vbi ſententiam ſuam, iter Pythagorae ad Thaletem et Anaximandrum, praeſertim ad *Hebraeos* et reliquos Orientis populos, eſſe fabuloſum, ab obiectionibus *Gerdilii*, ſecus ſentientis, et hiſtoriolis Hermippi, Iamblichi, aliorumque ſiue nimis credulorum ſiue vana mentientium aequo iuſtoque plus fauentis, ſolide copioſeque defendit, a *Meinerſio* p. 386 ſqq. a *Tiedemanno*, p. 237 ſqq. etc. *Harl.*] Ex recentiorum vitae philoſophi ſcriptorum numero praeter triumuiros paullo ante laudatos vnum alterumque nominare mihi liceat, *Thomam Stanleium* equitem anglum, in hiſtoria philoſophica Iohanni Marſhamo inſcripta et tertia iam vice edita anglice, Lond. 1701. fol. [ab Oleario 1711. latine verſa, Lipſiae typis excuſa, ac Venetiis recuſa. conf. Heumanni Acta philoſ. I. p. 523 ſqq.] parte IX. tum *Andream Dacerium*, qui vitam Pythagorae ſcripſit et cum Hierocle, gallice translato, edidit Pariſ. 1706. 12. eodem anno recuſam anglice, Londini. Baelius quidem lapſus memoria eſt, [ſiue potius deceptus errore, in *Omeiſii* Ethica Pythagorica, p. 4. commiſſo, vid. *Heumanni* Acta philoſoph. tom. I. p. 372. not. b.] qui in Lexico ſuo etiam ſecundae [et recentiſſimae an. 1740.] editionis, vbi de Pythagora agit, nota *Q. Lucam Holſtenium*, ait, edidiſſe diſſertationem de vita et ſcriptis *Pythagorae*. *Porphyrii* enim dicere voluit, non Pythagorae. Philoſophiam pythagoricam illuſtrandam ſibi praeter Stanleium peculiariter ſumſerat *Iohannes Schefferus*, a regina Sueciae Chriſtina ad hoc inuitatus, cuius tamen nihil, quod praeſens argumentum ſpectet, lucem vidit, excepto libello de natura et conſtitutione philoſophiae italicae y), Vpſal. 1664. et Witteberg. 1701. 8. Tum ciuis Schefferi doctiſſimus *Ioachimus Kuhnius*, qui libros de vita et philoſophia Pythagorae

 promittit

nem in Aegypto; at pernegat p. 385. et 388. Pythagoram a ſacerdotibus aegyptiacis fuiſſe edoctum litteras illarum: adſeuerat contra, eum adiiſſe Aegyptum, non eo conſilio, vt doctrinas ſacerdotum arriperet; ſed, vt conſtitutionem, leges, mores et cultum ſacrum illius populi, cumprimis, vt formam, arcana arteſque ordinis ſacri et ſacerdotum cognoſceret. *Harl.*

y) Hic tantum prodromus eſſe debuit iuſti operis, quod in tres libros diſtinctum vir eruditus moliebatur: primo libro acturus de vita et diſciplina Pythagorae, ſecundo de Pythagorae philoſophia, quam ipſam tribus diſtinctis partibus explicare voluit, et tertio de claris Pythagoricis: et deinde addere ſcriptum Hieroclis, carmina Pythagorae, ſententias Democratis, Demophili, Sexti etc. Vid. Schefferi litteras ad Nic. Heinſium tom. V. Syllog. Burmann. et ad Ioh. Vorſtium, datas. Vpſal. 1655. prid. Id. Iunii et praemiſſas Vorſtii libro de Hebraiſmis N. T. *Fabric.* conf. *Morhofii* Polyhiſt. philoſ. I. cap. 2. ſect. 1. ibique Molleri notam. Prior editio Vpſalienſis eſt rara. Poſterioris haec eſt inſcriptio: *Io. Schefferi* Argentoratenſis de natura et conſtitutione philoſophiae italicae ſeu pythagoricae liber ſingularis. Editio ſecunda, ex integro curata. Cui accedunt Pythagorae aurea carmina, cum praefatione Conr. Samuel. Schurzfleiſchii. Wittenberg. 1701. 8. Conf. *Clerici* bibl. choiſ. tom. X. p. 159. et *de Windheim* in Bemühungen der Weltweiſen vom Iahr 1700 — 1750. vol. I. part. IV. pag. 41 ſqq. ſummam ſingulorum capitum dedit. De Sceffero eiuſque libris tam editis, quam prelo paratis aut adiectis vid. *Fant* Hiſtoriam litteraturae graecae in Suecia. Vpſaliae, 1779. 4. §. 76. et 77. p. 123 ſqq. et *Ionſium* de ſcriptoribus hiſt. philoſ. Lib. III. cap. 34. ſect. 4. pag. 196. *Harl.*

promiſit ad Aeliani Var. II. 26. ſed operi immortuus nihil plane illius argumenti edidit. Pythagorae incunabula in veteri marmore obſeruata et eleganter atque operoſe illuſtrata, videre licet ab illuſtris doctrinae viro *Laurentio Begero* in ſpicilegio antiquitat. p. 136 ſq. Omitto ſchediaſmata varia ad pythagoricam philoſophiam illuſtrandam facientia, vt *Ambroſii Rhodii* et *Paganini Gaudentii* [iam commemoratos libr.] de metempſychoſi Pythagorae, *Schelleri* diſſ. de diſciplina pythagorica, *Marci Mappi* ſiue *Schalleri* et *Magni Dan. Omeiſii* ethicam pythagoricam, [ex fragmentis a Galeo collectis male compoſitam, Altdorf. 1693. 8.] *Claudii Lignerii* de ſecta pythagorica, *Mich. Bohmii* ſiue *Anton. Guntheri* Heshuſii de abſtinentia carnium Pythagorica, Pythagoram *Roderici a Caſtro*; Theologiae pythagoricae compendium *Cornelii Dieterici Kochii*, Helmſtad. 1710. *Iohann. Franciſc. Buddei* diſſ. de peregrinationibus Pythagorae; eiusdem diſp. de *καθάρσει* pythagoreo-platonica, recc. in analectis hiſtoriae philoſophicae, pag. 1 ſqq. et 361 ſqq. An Eſſay of tranſmigration in Defence of Pythagoras, Londin. 1692. [vid. Acta Erudit. Lipſ. a. 1693. pag. 5.] *I. David. Koeleri* diſſ. de pedantiſmo Pythagorae, ratione ſilentii. Altdorf 1714. [A Koeleri iniuria paucis defendere Pythagoram conatur *Io. Friedemann Schneider*, in diſp. de philoſophia ſilentii, Halae 1717. §. quinta. Item *Heumann.* in Actis philoſ. tom. I. pag. 725 ſqq. recenſens hanc diſputationem, dubitat §. IV. pag. 729. de veritate narrationis, quod res per ſe incredibilis ſit et ii, qui prodiderunt eam, poſt Chriſtum natum ſcripſiſſent. *Brucker.* quidem vulgatam opinionem ornate, explicare atque tueri ſuſtinuit vol. I. p. 1025 ſqq. et quae veteres de illo ſilentio, ἐχεμυθία, narrarunt, ea collegit Rittershuſ. ad Porphyr. §. 19. p. 20 ſq. adde Holſten. ad illum loc. p. 23. Küſter: at, melius, opinor, expoſuerunt illam hiſtoriam de ſilentio, et cautius interpretati ſunt *Tiedemann.* p. 276 ſqq. ac *Meiners.* p. 454 ſqq. *Ariſtoxenus* vero quod apud Iamblich. ſect. XCIV. XCV. neque de perpetuo ſilentio, neque de certo illius tempore loquutus eſt, mentione ex omnibus pythagoreis facta, id memoratu dignum videtur. A. vero *Gellius* A. N. I. 9. p. 79. edit. Gronov-Conrad. locum praebet claſſicum: „qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in diſciplinam ſtatim iubebat, et tempus *certum* tacere: *non omnes idem, ſed alios aliud tempus pro aeſtimato captu ſollertiae.* Is autem qui tacebat, quae dicebantur ab aliis, audiebat; *neque percontari, ſi parum intellexerat, neque commentari, quae audierat; ſed non minus quisquam tacuit, quam biennium* etc. v. plura de Pythagoreis eorumque claſſibus apud Gellium l. c. et interpretes, qui quidem interdum fabulis adhibent fidem, vt exemplo Gronov. Ex illo autem loco videmus, ſilentium neque perpetuo fuiſſe quinquennale, neque eiusmodi, vt per id tempus vllam vocem emittere nefas fuiſſet: ſed, vt quibusdam viris doctis apud *Schefferum* de natura et conſtitutione philoſophiae italicae, p. 117. et *Tiedemanno* p. 279 viſum eſt, ſic intelligendum eſſe, vti Gellius iam explicuit, praeter ea negatam fuiſſe nouitiis ſectatoribus poteſtatem de rebus philoſophicis et doctrina pythagorica, tam inter ſe quam cum aliis diſputandi atque iudicandi. In cauſſas imperati ſilentii poſt Bruckerum aliosque inquirunt *Tiedemannus* ac *Meiners.* ll. cc. Conſilium vero Pythagorae fuiſſe videtur explorandi, num nouitius ſit loquax, incautus, cuius lingua praecurrat mentem et num facile poſſit explorari nec ne, admitti an queat ſcholis interioribus et initiatorum ſocietati. Haec obiter de celebri illo pythagorico ſilentio. Hunc philoſophi morem eiusque diſciplinam ſymbolicam damnat *Petrus Silvanus Regis* in Diſcurſu philoſophico, in quo hiſtoria philoſophiae antiquae et recentioris recenſetur, 1705 12. p. 24 ſqq. v. *Heumann* Acta philoſ. tom. I. p. 1068. *Harl.*] — *I. Ludou. Schmid* de ſilentio pythagorico, Lipſiae 1699. — *M. Ioannis Ther-*

vorſt,

Profeſſ. Nylandi, examen argumenti pythagorici pro vnitate numinis. Aboae 17 . 8. — De abſtinentia pythagorica ab animantibus praeter Porphyrii quatuor libros, *Io. Mich. Weinrichii* de abſtinentia carnis pythagorica, tom. IV. Miſcell. Lipſ. p. 104 ſqq. *Io. Lud. Boye* de legibus cibariis et veſtiariis Pythagorae earumque cauſſis. Ienae 1711. [vide de illis plura et bene excuſſa apud *Meinerſ.* I. p. 405 ſqq. et p. 415 — 435. et *Tiedemann.* p. 309 — 326. vterque de vſu carnis et fabarum atque num Pythagoreis licitum fuerit carne veſci, copioſus eſt; ac poſterior examinat quoque, quae *Dodwell.* de aetate Pythag. p. 125 ſqq. qui eſum carnis a Pythagora pugile introductum, a philoſopho autem vetitum fuiſſe contendit, *Scheffer* de philoſ. ital. p. 134 ſq. p. 146. 156. etc. *Brucker.* in Hiſt. crit. phil. I. p. 1036. etc. *Meinerſ.* in: Reviſion der Philoſophie, p. 100. de illa conſuetudine, illius origine et conſilio indicarunt. Huc quoque pertinet *Sigism. Fried. Dreſigii* comment. de alba ſtola Pythagorae. Lipſ. 1736. 4. *Harl.*] I ſimboli di Pythagora, ſpiegati da Celſo Quattrocale, memorat Philippus Picinelli p. 135. Atheneo de letterati Milaneſi. — *Laurentii Petri Lundii* de Pythagora eiusque femore aureo, diſſ. Hauniae 1702. [cui oppoſita fuit *Petri Kreglundii* diſſ. de aureo Pythagorae femore. Hafniae 1703. —] — *Aureum femur* ſymbolum ἀποθεώσεως, *Theod. Cräger*, Witteb. 1723. 4. — Diſſertationem gallice editam de Choenice Pythagorae male Adriano Relando tribuit *Gottlieb Stolle* in: Hiſtorie der heidniſchen Moral. p. 237. quum ſit *Iac. Rondelli.* [quem Stollii errorem etiam notauit Heumann in Actis philoſ. tom. II. p. 153.] — Acta Lipſ. academ. XVI. p. 32. ſq. *Fabric.* Neque tamen hic catalogus plenus eſt et abſolutus. Infinitus enim eſt paene numerus eorum, qui recentiore aetate philoſophiam pythagoricam explicare, varia fortuna nec raro diuerſa ratione, adniſi ſunt: quorum inſignem copiam enumerauit *Heumannus* in Actis Philoſophorum tom. I. p. 370 — 381. vbi ſecundum quemdam ordinem claſſesque nominat ſcriptores hiſtoriae pythagoricae. Supplementa dedit idem ibid. p. 751 — 754. et tom. II. p. 487 — 491. cuius ſcrinia expilare nolo. Idem tom. II. pag. 787 ſqq. recenſet *M. Ambroſii Rhodii,* Gymnaſii Chriſtianenſis, quod Norwegiae eſt, Prof. Phyſ. et Matheſ. dialogum de transmigratione animarum pythagorica, quomodo eadem concipi et defendi poſſit. Hafniae 1638. 8. ac p. 632 ſqq. ibid. recitat argumentum diſp. a *Georgio Christoph. Gebhardo,* de harmonia coelorum Pyth. Gryphiswald. 1692. habitae. Idem tom. I. part. I. cap. 1. de quibusdam rebus, ad Pythagoram pertinentibus, libere ſentit, et hiſtoriam philoſophiae pythagoricae fabulam eſſe romanenſem p. 14. indicat. Nubem etiam excitarunt ſcriptorum hiſt. Pythag. *Struu. et Kahlius* in bibliotheca philoſophica p. 213. 231. etc. *Brucker.* in Hiſt. crit. philoſ. P. II. lib. II. cap. 10. de ſecta italica, hinc inde, et in Adpendice ad hoc caput. Et tamen augeri et amplificari poteſt eiusmodi index. Neque vero in animo mihi eſt, omnes, qui de hac philoſophia eiusque auctore ſcripſerunt enarrare, quod quidem nec promittere nec praeſtare poſſum, et foret nimis moleſtum. Exiguum tamen ſpicilegium colligere iuuat. Philoſophiam vero pythagoricam explicare, ſingula et Pythagorae et eius adſeclarum placita enumerare atque tam illa, quam quae Diogenes Laertius, Iamblichus ac Porphyrius, qui cautius ſunt legendi, conſeruarunt, ſub examen vocare, id ab inſtituto noſtro eſt alienum. Conſules Stanleii, Cudworthi, Bruckeri, Tiedemanni et Meinerſii libros, in quibus illa late recenſentur, et quos frequenter laudaui: quibus adiungi poſſunt *Agatopiſt. Cromazianus* in: Della Iſtoria e della indole di ogni filoſofia, vol. II. Venet. 1782. capp. 25 — 27. fuſior in doctrina, quam in vita itineribusque Pythagorae explicandis, et *Bayle* in Dictionaire, art. *Pythagoras.* Qui compendia hiſtoriae philoſophiae condiderunt, quod plerumque

rumque fabulas recoxerunt, nec, quae certa eſſent aut probabilia aut omnino vana falſaque, ſollicite diligenterque ſecreuerunt, lubens meritoque praetermittam: excipiendus tamen eſt cl. *I. G. Garlitt*, qui in: Abriſs der Geſchichte der Philoſophie, Lipſiae 1786. 8. p. 34 — 39. de philoſophia italica ſolerter intelligenterque egit, et p. 35. et p. 270 ſcripta quaedam recenſet, illam illuſtrantia, e quibus tantum libri, quem quidem ipſe oculis non vſurpaui, at ab Bruckero aliisque laudari memini, faciam mentionem: Plan theologique du Pythagoriſme etc. par *Mich. Mourgues*, Toulouſe 1712. tom. I. II. Amſtel. 1714. 8. (v. Iournal des Sav. 1713. Iun. p. 448. 639. Iul. p. 14. Iourn. litt. tom. IV. p. 281. *von Windheim* Bemühungen der Weltweiſen vom Iahr 1700. etc. vol. III. Norberg. 1752. p. 255 ſqq.) His addi poſſunt *Batteux* Geſchichte der Meynungen der Philoſophen von den erſten Grundurſachen der Dinge. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt (von Garve). Lipſiae 1773. 8. ſect. III. de Pythagora eiusque philoſophia minus accurate ac ſubtiliter diſputans. — *Morhof* in Polyhiſtore. tom. II. lib. I. cap. 2. de philoſophiae pythagoricae hiſtoria eiusque ſcriptoribus. — *Abrah. Gerardus*, Prof. quondam Franequer. in Hiſtoria philoſophica, Franequerae 1674. 8. libr. II. cap. 6 — 19. p. 116 ſqq. de philoſ. pythagorica ipſiusque auctore loca veterum, diligenter collecta, adtulit, et a recentioribus frequenter conſultus videtur. — *Georgii Paſchii*, Profeſſoris quondam Kilonienſis, de variis modis Moralia tradendi, liber etc. Kilonii, 1707. 4. cap. IV. p. 649 ſqq. — *M. Fried. Chriſt. Eilſchovs* hiſtoriſch-critiſche Lebensbeſchreibung des Weltweiſen Pythagoras, mit einer Vorrede Herrn Koſod Anchers — (de quaeſtione, num brutis animalibus tribui poſſit animus, necne? —) aus dem Däniſchen überſetzt von *Philander von der Weiſtritz*. Hafniae et Lipſiae 1756. 8. (eſt labor iuuenilis: auctor enim anno aetatis ſuae XXIV. morbo variolarum 1751. abſumtus eſt.) — Auctor libri: Hiſtoire de la philoſophie payenne, ou ſentimens des philoſophes et des peuples payens, les plus celebres, ſur Dieu, ſur l'ame et ſur devoirs de l'homme Hagae Comit. 1724. II. voll. multus eſt de pythagorica de animorum migratione doctrina, quam Xekia, philoſophus ſinenſis, mille circ. annos ante Chriſtum natus, inueniſſe dicitur, et de Pythagora ipſo. (vid. Acta Erudit. germ. part. XCVIII. p. 98 ſq. De *Windheim* Bemühungen der Weltweiſen vol. III. part. VII. p. 272 ſqq.) — *[illegible]* de Magiſterio antiquorum philoſophorum, Geneuae 1694. 12. libro V. cap. 1 et 2. vulgaria tradit de Pythagora et Pythagoreis. — M. *Chriſtiani Aug. Roth* diſſ. de examine conſcientiae pythagorico veſpertino. Lipſiae 1708. 4. (quem morem Cato apud *Ciceronem* de Senectute cap. 11. dicit ſe exercere memoriae gratia imitari.) — *Gottlieb Stolle* in: Anleitung zur Hiſtorie der Gelahrheit, paſſim, praecipue p. 380 — 382. 531. 615 ſqq. 443. edit. quartae, Ienae 1736. 4. de Pythagora eiusque opinionibus ac doctrina egit et plures memorat ſcriptores, item in Addimentis p. 176. — *Iac. Windet* de vita functorum ſtatu, Londini 1663. 1677. 4. qui putat, Graecos opiniones ſuas de conditione animi poſt mortem ex ſacra ſcriptura hauſiſſe. conf. Clerici bibl. choiſ. tom. I. p. 354 ſqq. — Τὴν Μονάδα Πυθαγορικὴν ſ. vnum theologiae pythagoricae compendium, praeſ. *Conr. Dietr. Koch*, reſp. Io. Bernh. Haſſel. Helmſtad. 1710. 4. — De monade Pythagorae. Coburg. 1741. 4. — Pythagoricae a famoſo ſuo ſymbolo Talionis dogmate, diſſ. *Magni Dan. Omeis*. Altdorf 1689. 4. — *Car. Andr. Hell* diſſ. de delectu ingeniorum pythagorico, Lipſiae 1742. — *Chriſt. Gottl. Iöcheri* prol. de Pythagorae methodo philoſophiam docendi. Lipſiae 1741. 4. — *Io. Georg. Michaelis* diſſ. de Tetracty pythagorica. Francof. ad Viadrum 1735. rec. in Eiusdem Obſeruatt. ſacris, Arnhem. 1752. 8. exercit. VIII. (conf. *Menarſ*. p. 537, qui monet, ſanctitatem illius et conſuetudinem per te-

tractya

traſtyn iurandi et antiquiſſimis Pythagoreis atque Ariſtoteli fuiſſe incognitam et demum Pythagoreos, qui tempore Auguſti aut ſerius ſub aduentum et natiuitatem Chriſti vixiſſent, eſſe adiudicandam, *Moshem.* ad Cudworthi ſyſt. intell. cap. IV. §. 20. p. 576 ſqq. edit. Amſtel. *I. Ienſium* et *Moſh.* ad *Schol. ad Lucianum* pro lapſu inter ſalutandum cap. 6. tom. I. edit. Reitzii, p. 731. infra §. VI. *Schier* not. ad Pythagorae carm. v. 47. *Tiedemann.* l. m. p. 419 ſqq.) — *Gorius* in ſymbol. litt. Romae, vol. IX. p. 1. vbi ſimulacrum quoddam explicatur — *Io. Stenzelius* in orat. de ſocietate Crotonienſium litteraria, Ienae, 1754. 4. multus eſt de Pythagora; at plerumque ſectatur narrationes vulgares, hodie partim exploſas. — Cel. *Heyn.* in opuſculis academicis, vol. II. proluſ. X. de Crotoniatarum republ. et inſtitutis, cum epimetro (p. 196 ſqq.) de Pythagora et Pythagoreis legumlatoribus, item p. 205 ſq. de Metaponto, Pythagorae domicilio et Pythagoreorum ſtudiis nobilitato. Maiorem, quam par erat, laudem ſcientiae mathematicae atque aſtronomicae tribuunt Pythagorae *Montucla* in: Hiſt. des Mathem. tom. I. et *Dutens* Recherches ſur les decouvertes attribuées aux modernes, tom. I. p. 156. 171. 197. 202. *I. I. Schaubach* ſuper Aſtronomia Thaletis et Pythagoreorum, in: Neuen vermiſchten Schriften, Halae 1788. 8. nr. IV. contra cenſorem in: Ienenſ. Allgem. Litter. Zeitung nr. 84 a. 1787. negat, ignem centralem fuiſſe intellectum ſolem, et Ariſtarchum, Samium, docet melius excogitaſſe planetarum ſyſtema; conf. *Iagemanni* Geſchichte der freyen Künſte und Wiſſenſchaften in Italien (ex *Hieronymi Tiraboſchi* Storia della Letteratura Italiana, Modenae in 4. rec. Florent. in 8. concinnata. tom. I. p. 36 ſq. edit. nouiſſ. Mutin.) vol. I. Lipſ. 1777. 8. part. II. cap. 1. vbi a p. 43. de Pythagora eiusque diſciplina ſtrictim agitur, et p. 107. 150. et 26.. de fatis philoſophiae pythagoricae inter Romanos. Compara iudicium *Meinerſ.* l. c. p. 554 ſqq. — O. ſeru. de Pythagorae Κυάμῳ in Miſcell. obſeru. critic. Belgic. vol. VI. tom. II. p. 417 — 451. Auctor ſuſtinuit demonſtrare, Cyamos, quibus abſtinendum iubebat Pythagoras, fuiſſe non *fabas*, — ſed *oua*. — *Tiedemannus* de muſica pythagorica, in: Forkelii muſicaliſche Bibliothek, part. III. et de ſcriptis quibusdam pythag. num genuina ſint, in: *Deutſchen Muſeum* a. 1778. diſputat. De fabis earumque vſu vetito locus eſt facetus apud *Lucianum* in XX. dialogo mortuorum, p. 415. tom. I. quem diligentiam effugiſſe *Kittershuſii*, qui ad Porphyrii vitam Pythag. p. 66 ſq. multa de hoc praecepto pythagorico collegit, animaduertit *Tib. Hemſterhuſius* ad Luciani locum, et ipſe quaedam docte diſputat. Enimuero quaeſtio, num Pythagoras ipſe fabis omnibus abſtinuerit, et quae cauſſae fuerint illius prohibitionis, iam ab antiquiſſimis temporibus fuit agitata, nec poterit certo definiri; vid. praeter Kittershuſium ac Brucker. et auctorem in Obſ. n. 1. Belgic. modo memoratum, *Bayle* in Diction. voc. Pythagoras (I) p. m. 744 ſq. (vbi *Whiſtoni* explicationem, de vita functorum p. 76. adfert.) *Menag.* ad Diogen. Laert. VIII. 34. *Meinerſ.* l. c. p. 431 ſqq. *Tiedemann.* l. m. p. 315 ſqq. qui ſuſpicatur, a Pythagora illam conſuetudinem et praeceptionem aut potius ſuperſtitionem ex Aegypto, (vid. *Herodot.* II. 37.) eſſe ductam, et ad diſciplinam doctrinasque Pythagorae maxime arcanas, ideoque vel pauciſſimis illius diſcipulis cognitas pertinuiſſe. Sed hactenus. *Harl.*]

EPIMETRON.

Iam ſupra monui, et aetatem et fidem eorum, qui de Pythagora olim ſcripſerunt, aut quorum auctoritate vſi ſunt Iamblichus ac Porphyrius, curatius eſſe inueſtigandam atque examinandam, vt, quae probabilia aut certiora videantur, cernere queamus. In recenſendis autem vitae et placitorum pythagoricorum ſcriptoribus egregie verſatus eſt cl. *Meinerſ* cum in

Hiſtoria doctrinae de vero Deo, Lemgou. 1780. 8. part. II. ſect. II. qua Pythagoras eiusque vetuſtiſſimorum diſcipulorum opiniones de rerum omnium ortu atque cauſſa exponuntur: tum in primis in: Geſchichte des Urſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom, tom. I. cap. 3. p. 178 ſqq. Vt rite procederet, omnes eiusmodi ſcriptores in quinque diſpeſcuit claſſes; prima igitur claſſis comprehendit eos, qui ante Ariſtotelem Pythagorae fecerunt mentionem (p. 188. coll. p. 290 ſqq.) altera continet Ariſtotelem eiusque diſcipulos aut ſucceſſores, aut his aequales, n. Ariſtoxenum, Heraclidem Ponticum, Cleanthem, Hermippum, (e quibus plurima, vera fictaque hauſerunt poſteri,) Zenonem, Alexin, comicum, Durin Samium, hiſtoricum: in tertia claſſe recenſentur, qui poſt primos et antiquiſſimos Ariſtotelis diſcipulos, ante Chriſtum natum, hanc hiſtoriae philoſophicae partem ſiue adſtringerunt ſiue vberius expoſuerunt, in quibus Timaeus, Hermippus, Neanthes, Diodorus et Alexander praecipue ſunt notandi: in quarta claſſe enumerantur ſcriptores incertae aetatis, qui ſunt Antiphon, Soſicrates, Dionyſiphanes, Hippotus, Androcydes, Eudoxus, (de quo vide tamen cenſorem in biblioth. crit. Amſtel. vol. II. part. VIII. p. 11. not. x.) Apollodorus, arithmeticus, et Lycon Iaſius: quinta et vltima claſſis complectitur enarratores vitae et ſcholae pythagoricae, qui poſt C. N. vixerunt, Apollonium Tyan. Nicomachum, Moderatum, Numenium, binos Diogenes, Porphyrium, Iamblichum, et Anonymum apud Photium, vna cum aliorum teſtimoniis paſſim proditis. Horum ſingulorum fidem examinat, oſtendit, quos ſectati ſint potiſſimum Iamblichus et Porphyrius, quas peculiares narrationes quidam prodiderint memoriae, et quae in ſingulis ſiue laudanda veniant ſiue vituperanda. Nimis abſtraherer a ſcopo et conſilio, ſi omnia repeterem copioſius aut explicarem: liceat ea, vt ſaliuam lectoris moueam, pauca tantum adnotabo. P. 195. de Ariſtotele copioſus eſt, fidem illi tribuit, defendit eum ab iniuria *Moshemii* ad Cudworthi ſyſt. intellect. tom. I. p. 16. edit. Amſtel. in 4, adfirmat, p. 200. Ariſtotelem genuinos Pythagoreorum vetuſtiſſimorum libros habuiſſe, eorumque decreta tradidiſſe nobis, (coll. Hiſtoria doctrinae de vero Deo p. 299.) nec iſta corrupiſſe aut mutilaſſe, quaedam tamen male intellexiſſe, p. 205. Libros tamen eius de Pythagoreis etc. (de quibus vid. *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. philoſ. I. cap. 11. §. 1. p. 62.) interiiſſe, valde eſt dolendum. (Ariſtoteli aeque ac Platoni in explicandis atque recenſendis Pythagorae placitis, omnino fidendum eſſe, contendit quoque probatque *Hyacinth. Sigism. Gerdilus,* Profeſſor Taurienſis, in *Introductione ad ſtudium religionis*, libro II. qui totus agit de ſecta italica, p. 243. Diſſentit vero *Brucker.* in Hiſt. crit. phil. Adpend. ſ. vol. VI. p. 263 ſq. et fidem derogat Ariſtoteli.) *Heraclides Ponticus,* ex cuius ſcriptis, (vid. Diogen. Laert. V. 88.) Diogenes, Iamblichus, Porphyrius aliique multa hauſerunt, pater habetur multarum de Pythagora fabularum: is igitur, ſi recedit a narrationibus aliorum fide dignorum, teſtis locuples numerari non poteſt. *Clearchus* in fragmentis apud Athenaeum vera tradit, in reliquis valde credulus, ideoque ſuſpicione fabularum fictarum non caret. (p. 211. 224 ſqq.) *Ariſtoxenus*, diſcipulus Ariſtotelis, etiamſi lapſus ſit aliquoties, ſummam fidei atque auctoritatis laudem nactus eſt, (p. 213 — 222.) *Dicaearchus*, quem Cicero magni aeſtimabat (ad Attic. II. 2. VI. 2.) fide dignus eſt et paene par Ariſtoxeno atque Ariſtoteli, quamquam culpa negligentiae aut fabularum quarundam crimine haud vacat. (At compara, quae de Dicaearchi atque Ariſtoxeni fide dubie notantur in bibl. crit. Amſtel. II. part. VIII. p. 111 — 113.) *Timaeo* parum fidei de rebus pythagoreis eſt tribuendum. *Hermippus*, ſub Ptolemaeo Euergeta, ſuſpectus eſt, et multarum de Pythagora eiusque ſtudiis fabularum parens aut continuator, homo credulus, (p. 222 — 231.). Idem

iudicandum

iudicandum eſt (diſſentiente tamen cenſore in bibl. crit. Amſtel. II. 8. p. 114. not. *d*) de *Neanthe*, ſub Attalo florente. (p. 231 — 236.) *Alexander Cornelius*, polyhiſtor, Sullae temporibus, homo credulus fuit. (eius tamen auctoritatem eſſe eam, vt tam leuibus argumentis labefactari nequeat, ſentit cenſor in bibl. crit. Amſtel. II. 8. p. 114. not. *e*) *Diodorus Siculus* e fontibus limpidis hauſit. (p. 236 — 238.) *Apollonius Tyan.* aemulus pythagoricae diſciplinae et ſeueritatis, homo ſuperſtitioſus, et fabularum ac praeſtigiarum amans. (p. 238 — 248.) *Moderatus* multa falſa tradidit maleque interpretatus eſt antiquiſſimorum Pythagoreorum placita. (p. 248 — 250.) *Nicomachus*, Heraclidis et Moderati veſtigia premens, aeque ac illi, male fidus ſcriptor, homo credulus fuit, inſcius et multarum de Pythagora fabularum auctor. (p. 250 — 252.) *Diogenes*, (de quo egit quoque *Dodwell.* in Exerc. II. p. 176. et cenſor in bibl. critica Amſtel. II. part. VIII. p. 123. not. *q.* contra Meinerſium diſputans,) ex mente Meinerſii ſaec. III. probe dignoſcendus a Diogene Laertio, fabulator, qui vera a falſis haud recte diſcernere potuit. Pariter *Numenius*, initio ſaec. III. platonicae philoſophiae Athenis magiſter, de Pythagora, Platone, quem prioris imitatorem fuiſſe exiſtimauit, aliisque multa inepta dixit ſcripſitque, p. 253 — 256.) *Diogenes Laertius*, compilator, confuſus et credulus fuit, fontes quidem adiit, ſed ex riuulis quoque turbidis inconſideranter hauſit. In hiſtoria ſocietatis pythagoricae Ariſtoxenum, in epitome autem philoſophiae pythagoricae Ariſtotelem et Alexandrum ſectatus, fidem meret, vti *Sextus Empiricus;* in enarratione autem vitae Pythag. ſcriptores malae non minus quam bonae fidei exſcripſit, ideoque cautio eſt adhibenda. (Effatum tamen Meinerſii nimis vage pronunciatum eſſe, cenſor in bibl. crit. Amſtel. II. part. VIII. p. 124. not. *t.* docet.) Ad *Iamblichum* hominem non adeo quidem malae fidei, at parum acris iudicii, et *Porphyrium* bene intelligendos atque eorum narrationes de Pythagorae huius ſchola rite cognoſcendas atque examinandas magna iudicii ſubtilitas, intentio animi et inueſtigatio ſcriptorum, quos ſiue certo et nomine ſingulorum ſignificato, ſiue probabiliter conſuluerunt, eſt adferenda: atque examen ſeuerum inſtituit fontesque, e quibus hauſit ille, ſagaciter aperuit *Meinerſ.* praeceptis quibusdam criticis praemiſſis, p. 258 — 290. Sic quoque p. 290 — 303. (confer tamen multorum defenſionem in bibl. crit. Amſtel. II. 8. p. 114 ſqq.) de Ionis Chii, Anaximandri, Theopompi, Ariſtoxeni, Ariſtarchi, Metrodori, Eudoxi, Hieronymi, philoſophi peripatetici, Lyci, Sotionis Alexandrini, Antiphontis, Soſicratis, Hippoboli aliorumque fide et auctoritate aperte ſenſit et raro tulit iudicium honorificum.

Addam alia ad Pythagorae vitam et diſciplinam pertinentia. Pythagoram fuiſſe *Samium*, nobiliſſimi et fide digniſſimi tradunt auctores, quae fama etiam fuit tempore Luciani; vide huius dialogum, Somnium, in quo multa lepide narrantur de Pythagora, cap. 4. Alii eum dixerunt Tyrrhenum, ex vna inſularum, quas Athenienſes poſſederunt, eiectis Tyrrhenis. Alii vocant eum Phliaſium, Metapontinum alii; alii Syrium, Tyro, Phoeniciae vrbe oriundum. Alii (vt *Maffeius* in: Oſſeru. lett. tom. IV. p. 72. coll. *Jagemann.* in: Geſchichte der freyen Künſte und Wiſſenſchaften in Italien. I. p. 38, et ipſo Tiraboſchio tom. I. p. 29 ſq.) faciunt eum Hetruſcum, quae opinio inde orta fuerit, quod aliquot pythagorica placita ſimilitudinem quamdam habent cum ritibus quibusdam Hetruſcorum, a quibus illa mutua ſumſerit Pythagoras. (v. *Heyne* in nouis Comment. ſocietatis regiae Götting. tom. IV. p. 87.) *Hyacinth. Gimma* in: Idea della ſtoria dell' Italia letterata etc. Neapoli 1724. 4. *Samum*, vrbem *in Calabria*, hodie *Crepacuora*, patriam fuiſſe Pythagorae contendit; v. germ. Acta Erud. part. CIV. Sidonem, Phoeniciae quondam metropolin, eius fuiſſe patriam, e Iamblicho probatum iuerunt, aut potius erratunt

Chriſt. Schrader in diſſ. I. de Pythagora, Lipſ. 1708. §. 6. et *Triller* ad verſionem theotiſcam metricam Hug. Grotii Tragoed. *Chriſtus patiens*, p. 572. edit. II. Haec tamen de Pythagorae patria incerta hiſtoria aut opinio orta eſſe iure videtur *Bruckero* Hiſt. crit. phil. I. p. 994. partim ex diuerſis Pythagorarum apud veteres celebratorum locis natalibus, partim ex incerta parentis patria, quum generis ortus cum patria confunderetur. Eadem cauſa fuerit, cur veteres in patre Pythagorae nominando variarent. Tutiſſima et maxime probabilis narratio eſt eorum, qui tradunt, patrem fuiſſe *Mneſarchum*, de cuius ortu et patria in vtramque partem, multis etiam fabulis excogitatis, diſputarunt veteres, matrem Pythaidam; auum Euphronem; proauum, ſi *Pauſaniam* II. cap. 13. p. 140. audimus, Hippaſum, pulſum Phliunte ab Heraclidis. Aliis apud *Diogenem Laertium* VIII. 1. pater eius fuit *Marmacus* qui quidem vnus e maioribus Pythagorae Phliaſii fuerit. Secundum *Iuſtin.* XX. 4. audiebat pater *Demaratus*, quae quidem lectio Voſſio ad eum locum ex priſtina lectione *Marmacus* tarditate librariorum enata videtur, probante *Tiedemanno*, qui poſt interpretes ad Diogenem Laertium, et poſt Stanleium, Bruckerum aliosque in: *Griechenlands erſten Philoſophen* p. 204 — 212. de Pythag. parentibus et patria egit, et p. 219. refutauit *Bruckerum*, in Hiſt. crit. Phil. p. 994. ſuſpicatum, Mneſarchum, alienigenam, mercaturae cauſſa Samum profectum, ibi ciuitatis iure donatum fuiſſe. Idem doctiſſimus *Tiedemannus* p. 329 — 333. de familia Pythag. diſputans, oſtendit, vnam tantum e pythagoricis mulieribus fuiſſe, quae *Theano* vocata ſit: hanc fuiſſe Brontini Crotoniatae filiam, at per errorem culpamque librariorum, iam antiquioribus temporibus commutatam, Cretenſis); *Diogenem* vero *Laert.* VIII. 42. *Photium* Cod. CCXLIX. *Suidam* in Theano, (v. Brucker. l. m. p. 1019 ſq. et interpretes ad Diogenis locum citat.) *Ionſium* de ſcript. hiſt. phil. I. 1. 7. et *Menagium* de mulier. philoſ. p. 47. et ad Laertium l. cit. aliosque haeſitaſſe aut deceptos fuiſſe. Filius fuit *Telauges*: quod alii etiam addunt *Arimneſtum*, ac *Mneſarchum*, quem iuuenem diem obiiſſe referunt, aut *Marmacum* et *Damonem*, id non adeo validis fulciri ſolet argumentis. Differt aliquantum Bentlei. in Reſponſ. p. 52 e verſ. Lennepii. *Filiae* tantum fuiſſe videntur *Damo* et *Myia*: ceterae, quae memorantur, *Theano* (ex corrupta lectione nominis Δαμω forte enata) *Arignote* et *Sara*, ſ. ex correctione Bentleii, *Aeſara* p. 215. l. m. videntur ſuſpectae. *Dodwell.* tamen in Exercit. II. p. 123 ſq. contendit, *Damonem* filium fuiſſe Pythagorae pugilis, non philoſophi, ab illo diuerſi, illius autem Damonis filiam, *Vitalen*, nuptam Telaugi: philoſophi autem filias fuiſſe Myiam et Arignoten, quae potuerit a Crotonis fluuio Aeſaro cognomen etiam *Aeſarae* traxiſſe. Enimvero, quis erit Apollo, qui verum et vnice certum dicat. De eius praeceptoribus, e quibus vnus eſt Pherecydes, de quo dubitari non poſſit, iam ſupra diſſeruimus. adde *Bentlei* Reſponſion. ad C. Boyle §. III. p. 31. Quod metempſychoſin defenderet, etiam varias ille ſubiiſſe corporis mutationes credebatur; vid. *I. Henr. Winkler* ad Platonis Phaedonem, Lipſiae 1744. p. 230 ſq. Pythagorae animam ab Apolline ad homines miſſam. adfirmat *Iamblichus* in vita illius cap. 2. et ipſe iactitat apud *Lucianum* in Somnio ſ. Gallo cap. 16. p. 726 tom. II. Reitzii. vbi v. Moyſ. du Soul et I. M. Geſnerum. Ipſe dicitur glorioſus eſſe, ſe, antequam Pythagoras eſſe coepiſſet, fuiſſe Pyrrhum, Hermotimum, Euphorbum (h. e. ſecundum Gatakerum, ter intra 675. annos cyclum lunarem abſoluiſſe) et ante tempora Troiana Aethalidem z). Ergo Pythagoras, ſe factum eſſe

z) Conf. haec de [illegible], [illegible] poſt [illegible] Aegyptiorum, ad quam, cfr. [illegible] in [illegible] de Metempſychoſi, Herodoti II. 122 et 123. (in Commentat. Soc. Got-

ting.

eſſe Aſpaſiam meretricem Mileſiam, ait apud *Lucianum* l. m. cap. 19. Contra apud *A. Gellium* IV. 11. poſt Pythagoram fuit Pyrander, deinde Callicles dea, tum femina pulchra facie meretrix, cui nomen fuerat Alce; vid. *Diogen. Laert.* VIII. 4. ibique interpr. et *Moyſ. du Soul* ad Luciani Somnium p. 727 ſq. Lepide explicat hanc Pythagorae opinionem, eamque ſenſu abſcondito atque allegorico eſſe intelligendam, docere ſuſtinet *Irhovius* in libr. de Palingeneſia veterum etc. cap. V. p. 490. At enim mittamus illas fabellas ſ. ingenioſam allegoriam et partim calumnias. Id tamen obſeruandum eſſe iudico, *Lucianum* atque *Plutarchum* in enumerandis ac referendis Pythagorae ſcholaeque pythagoricae placitis vt plurimum ſequutos eſſe opiniones ac narrationes recentiorum ſaec. I et II. Ingenium in eo erat tam ſplendidum, quam callidum; iudicium multo vſu rerum et philoſophia ſubactum, et legitima ratione ac ſcientia cogitandi ſuperabat is Pherecydem, ſuum doctorem. Litterarum tamen copiam et ſapientiam Pythagorae non debemus noſtro pede noſtraque aetate, ſed ingenio viribusque illius aeui et infantiae metiri. Quare *Bayle* in Diction. voc. Pythagoras, nimius eſt eloquentiae pythagoricae admirator. Multa is ſumſit ab Aegyptiis, nec vero omnia, quoniam iam antea multis ſuperſtitionibus atque opinionibus et vera falſaque rerum cognitione Graecia fuerat imbuta. Originem igitur traxerit ab Aegyptiis abſtinentia eſotericorum a piſcium et fabarum eſu: de qua diſciplina v. Brucker. Tiedem. Meinerſiusque. Doctrinam de auguriis et ominibus, Homero iam cognitam, non ex Aegypto duxit, vt Brucker. H. cr. phil. I. p. 1083. putauit; at doctrinam de numeris, quibus magnam vim ineſſe cenſebant Pythagorei, et theologiam arithmeticam, debere videtur Aegyptiis, ſed variauit illam aliterque adcommodauit. vid. *Tiedemann.* l. m. p. 315. 317. 406 et 428. A Magia, quae tum pars habebatur pietatis et cultus diuini, nec in ſenſu craſſiore ſumenda, non fuit omnino alienus: et fuerunt, qui praeſtigias aut magicas eum artes (γοητείας) amplexum referrent. vid. *Plinii* H. N. XXXI. 1. *Diog. Laert.* VIII. 32. 36. *Lambecii* Comment. de bibl. Caeſ. Vindob. tom. VI. p. 383 ſqq. edit. Kollarii. Hinc religionis ſtudium ſingulare, inſignis deorum daemonumque cultus, myſteria et ſecreta cum ſilentio, vaticiniorum et more Pherecydis, et bono quidem conſilio ad auram imperitae multitudinis captandam, (vid. *Sturz* in Pherecydis fragmentis p. 36 ſq.) familiaritatis cuiusdam cum geniis ac diis intimae opinio et alia temporum ſimplicitati ſaeculique ingenio adcommodatae magiae indicia. Superſtitiones autem Graecorum magicas auxit peregrinis, quas in Aegypto imbiberat, caerimoniis et incantationum aut diuinandi generibus; vide plura in *Diet. Tiedemanni* diſputat. de quaeſtione, quae fuerit artium magicarum origo etc. Marburgi, 1787. 4. p. 33 ſqq. *Meinerſii* Geſchichte etc. p. 480 ſqq. p. 503 ſqq. inprimis p. 485. vbi in nota refutat *Euſebium* cap. XI. in Hieron. 438. 439. negantem, Pythagoram iactitaſſe conſuetudinem et familiaritatem cum diis et daemonibus. A magiae tamen ſuſpicione illum purgare adniſus eſt *Gabr. Naudaeus* in Apologia, gallice ſcripta, pro viris illis, qui falſo adcuſati fuerunt Magiae, cap. 12. Num etiam ab Orpheo quaedam ſumſerit mutua, paullo inferius videbimus. Quamquam ipſe non dicitur rempublicam capeſſiuiſſe aut fuiſſe legislator, et Cicero de Orat. III. 15. adfirmat, *Pythagoram*, Democritum et Anaxagoram a regendis ciuitatibus totos ſe ad cognitionem rerum transtuliſſe; tamen magnam Graeciam inſtitutis et praeceptis ſuis erudiuit, ſobria dedit conſilia ad rempublicam bene prudenterque adminiſtrandam, et ad virtutem, amicitiam et pietatem co-

 lendam:

ting. doctr. claſſ. philol. tom. IX. p. 41 ſq. et ephem. litt. Gotting. 1789. plag. 172. acute docuiſſe, Pythagoram illam doctrinam, ſymbolum cycli, ex Aegypto hauſiſſe, et triplicem cyclum ingenioſe explicuiſſe

lendam: multos ciuitatum principes habuit ſectatores; luxum et luxuriem inſtitutis, exercitationibus corporis et mediocritate ſtuduit exſtirpare, et praecepta dedit vtilia victus vitaeque. vid. *Tiedemann.* Graeciae primos philoſophos. p. 326 ſqq. et pluribus locis, *Meinerſ.* l. c pag. 418 ſqq. 463 ſqq. 468 ſqq. cel. *Heyne* in opuſcul. academicis, vol. II. p. 198 ſqq. Enimuero falcem immitterem in alienam meſſem, ſi, quae Pythagoras de Deo, de materia, de rerum principiis, de Vniuerſo et ſole, de igne illo, quem ab terra diſcretum, aliis licet eum medio in mundo poſitum arbitrantibus, (vid. Ariſtot. de Coelo II. 13. p. 652. et 659.) *Central Feuer,* *Stanlei.* hiſtor. phil. p. 352. *Brucker.* Hiſt. cr. phil. tom. I. p. 1062. aliique ſolem ipſum fuiſſe intellectum putarunt; a *Tiedemanno* p. 447. 448 ſqq. acute fuſeque reſerati, doctrina illius ſagacius explicita, (conf. *Plutarch.* de placitis philoſ. III. 11. et *Corſinum* ad h. l. p. XXX ſq. diſſ. I. ſupra l. cap. 20. p. 177.) de aeternitate mundi, de animo eiusque transmigratione, et immortalitate, de vitae ratione et conſuetudine, ſenſiſſe a praecepiſſe dicitur, et quanta obſeruantia ac pietate Pythagorei proſequuti ſunt auctorem illius ſectae, vberius exponerem. Ablegandi ſunt illius philoſophiae amantes aut curioſi ad ſcriptores hiſtoriae philoſophiae virosque doctos, quos ſaepius laudaui, Cudworthum, Moshemium in animaduerſionibus ad illius ſyſtema intell., Stanleium, Bruckerum, Meinerſium ac Tiedemannum, qui in vtramque partem adfatim diſputarunt: adde ſupra lib. I. cap. 20. §. 12. p. 180 ſq. et cl. *Io. Aug. Eberhard* in: Neuen vermiſchten Schriften. Halae Magdeb. 1788. 8. nr. III. vid. ad. finem §. II. In omni tamen inquiſitione et opinionum dogmatumque Pyth. examine tenendum eſt, 1) Pythagoram non tantum, quantus a ſerioribus habebatur, fuiſſe philoſophum et mathematicum, nec ea omnia, quae ipſius ingenio et acumini adſcribebantur, inueniſſe, multo minus redegiſſe in formam artis, (vid. *Meinerſ.* p. 511 ſqq. qui p. 519. comprobat effatum Ariſtotelis, philoſophiam Graecorum fuiſſe vsque ad aetatem Anaxagorae in infantia et balbutiſſe, p. 552 ſqq. etc) 2) ſciendum eſt, Pythagoreos vel antiquiores mox immutaſſe aut alios aliter expoſuiſſe placita doctoris ſui, ita vt iam Ariſtotelis aetate (Meteorol. 1. 6. etc.) in diuerſas diuiſi eſſent partes. vid. ſcholiaſt. ad Theocritum XIIII. 5. *Moshemius* quidem ad Cudworth. ſyſt. intell. IV. §. 20. p. 570. edit. Amſtel. acute iudicat, et ex inſigni diſcipulorum eius diſſenſione efficit. quum nihil in litteras retulerit Pythagoras, nec de rebus omnibus mentem ſuam aperte ſit eloquutus, eueniſſe illi, quod euenire neceſſe erat, vt ex ſuo quilibet ingenio philoſophiam eius interpretaretur, et quae ipſe pro veris ducebat, ad Pythagoram transferret: in eo tamen labi et mihi et Tiedemanno p. 356 ſqq. videtur, dum contendit, *proprie philoſophiam Pythagorae cum ipſo interiiſſe Pythagora*, atque poſt fata eius, qui Pythagorei ſalutari voluerunt, vix dimidios Pythagoreos, aut nomine potius, quam reapſe, viri heius ſectatores fuiſſe: *diſciplinam Pythagorae, inſtituendi rationem et reliqua huic coniuncta vna cum ipſo ex orbe ſublatam eſſe, nec a quoquam poſtea vſurpatam.* Contrarium docet Tiedemann. l. c. Is etiam p. 296 ſq. docet et p. 305 ſq. Pyth. non ab omnibus diſcipulis coecam poſtulaſſe fidem, aut ſuſtuliſſe libertatem ſentiendi. Iam Ariſtotelis aetate duo diuerſa Pythagoreorum fuerunt ſyſtemata, quae late expoſuit *Tiedemann.* p. 373 — 383. atque *Meinerſ.* p. 500 ſqq. Pythagoreos in Italia et Sicilia poſt Olymp. LXXX. ſtrictius adhaeſiſſe placitis et inſtitutis ſuperiorum, quam ii, qui in Graecia proprie nomen et diſciplinam Pythagoreorum iactitaſſent, qui ab antiquiorum primorum eius ſectae aſſeclarum conſuetudine et ratione tam docendi quam viuendi valde deſciuiſſent: quod facile euenire potuit, quia in Graecia plures ſectae ortae ſunt, e quarum diuerſis ſententiis ac doctrinis diſciplinaque Pythagorei in Graecia propria quaedam adoptaſſe poterant.

3) Inter

3) Inter omnes conſtat, recentiores Pythagoreos, praeſertim Platonicos, ſaeculis poſt C. N. prioribus, deſeruiſſe viam, doctrinam et diſciplinam antiquam, multas excluſiſſe aut propagaſſe atque amplificaſſe fabellas, et multa adfinxiſſe aut nomini aut doctrinae Pythagoreae, quae quidem ad laudem et admirationem illius facerent; ſed longe abeſſent a ſimplicitate antiquitatis et veritate hiſtorica: vid. quae de *Moderato*, arbitrante Platonem, Pythagorae opiniones de numeris eorumque poteſtate arcana adoptaſſe atque ornaſſe, et de *Nicomacho* inepto interprete, cuius tamen ſcripta recentiores Platonici atque doctiſſimus quisque ſcriptor eccleſiaſticus fecerunt magni et illuſtrarunt, adprime monuit *Meinerſ.* l. m. p. 534 ſqq. item quae *Tiedemann.* p. 443. contra *Bruckerum* in *Schellhornii* Amoenitatt. litterariis tom. VII. p. 221. (rec. in Bruckeri Miſcellan. ſect. I.) diſputauit, quatenus numeri Pythag. conueniant cum ideis Platon. Sed ſatis de his. Pauca tantum ſpicilegii inſtar addam. *Potteri* Πυθαγόρας μετέμψυχος, ſ. theſes quadrageſimales in ſcholis Oxoniae pro forma habitae; Lugd. B. 1684. 12. — Pythagorae et quorumdam Pythagoricorum ſententia de animo illuſtrat *Hieronymus Rorarius* in libro, de anima brutorum ſ. *quod animalia bruta ſaepe ratione vtantur melius homine*, *ex recenſione Georg. Henr. Ribouii,* Helmſtad. 1728. §. 181 ſqq. p. 615 ſqq. (compara Bayle Dictionaire. art. *Rorarius* (D. E.). Pythagorae eiusque ſectatorum, Archytae Tarentini, Empedoclis, Critonis, Epicharmi, etc. ſententias de animo eiusque immortalitate perſequitur *M. Chriſtian. August Salig* in Philoſophumen. veterum ac recentiorum de anima et eius immortalitate, diſp. Halae Sax. 1714. habita, p. 28 — 32. Doctrina de transmigratione animorum, num ab Aegyptiis orta ſit, (quod quidem veriſimilius eſſe videtur, atque *Herodotus* II. cap. 123. vbi vid. Weſſeling. p. 162 ſq. aliique, quorum teſtimonia collegit et diiudicauit poſt *Brucker.* in Hiſt. crit. philoſ. I. p. 296 ſqq. *I. Wilh. Schmid*, Vir Cel. mihique amiciſſimus, in praeſenti Theologus Ienenſis, in Diſſ. II. hiſtor. inſcripta: Immortalitatis animorum doctrina hiſtorice et dogmatice ſpectata, Ienae 1770 §. VII. et VIII., tradiderunt,) necne? quod *Irhouius*, libro mox memorando, exiſtimat contenditque, et quomodo ſit interpretanda, illa inquiſitio quaeſtioque viros doctos in diuerſas traxit ſententias. *Gattereri* V. C. ſententiam et commentat. iam ſupra laudaui. Cl. *Sturz* in Pherecydis fragmentis p. 13 ſqq. paucis quoque adtingit illam quaeſtionem, cui videtur Pherecydes primus ad Graecos transtuliſſe hanc, de animorum migratione ſententiam, ex Aegypto ductam. adde *Adam. Guil. Franz* critiſche Geſchichte der Lehre von der Unſterblichkeit der Seelen. Lubec. 1747. 8. p. 296 ſq. Alii igitur ſenſu proprio; alii vero ſenſu reconditiore et myſtico intellexerunt illam animorum transmigrationem. Figurate illam eſſe accipiendam, *Timaeus Locrus*, *Reuchlinus*, *Dacerius*, aliique adfirmarunt apud *Brucker.* l. c. p. 1093. quibus acceſſerunt *Guilielm. Irhouius* in libro inſcripto: De Palingeneſia veterum ſeu metempſychoſi ſic dicta Pythagorica libri tres, Amſtelod. 1733. 4. et *Io. Adam. Hartmann* in diſſ. reſpondente *I. Caſp. Eichlero,* Marburgi 1733. habita: Metempſychoſis Pythagorae ab imputationibus abſurdis liberata. (conf. *Windheim* Bemühungen der Weltweiſen vom Iahr 1700 — 1750. vol. V. Noriberg. 1753. 8. p. 561 ſqq.) Negauit quoque a Pythagora doctam fuiſſe metempſychoſin, *Barthelemy* in: Voyage du ieune Anacharſis en Grece etc. Paris. 1788. 8. vol. VI. p. 321 ſq. vbi a p. 313. pro Pythagora multa bene ſcripſit. Illi autem putant, metempſychoſin, vt vulgo explicatur, vniuerſae diſciplinae Pythag. contrariam eſſe, nec poſſe conciliari cum aliis eius decretis; hinc per illam ſignificari varias adfectiones et mutationes animi, quas animus, ex mente quidem Pythagoreorum et Platonicorum, ſuſtinuerit, et ante, quam in hoc corpus deſcenderet, et quum in eo verſatur, et quum ex eodem

rurſus

rurſus auxerit. Hanc autem interpretationem eſſe contortam, et repugnare tam multis veterum teſtimoniis et pythagoricae [illegible] ipſius animi migratione opinioni atque [illegible], ideoque proprie intelligendam eſſe illam doctrinam, perite commonſtrarunt *[illegible]* in Obſeruatt. Hal. tom. II. obſeru. X. p. 207. *Moshemius* ad Cudworthi Syſt. intell. IV. §. 18. p. 408 ſqq. edit. Amſtel. *Brucker.* l. mem. *[illegible]* libro ſaepius excit. p. 525. *[illegible]* libro mox memorando. §. 10. pag. 230. aliique: imprimis et uberius *Gottlieb W[illegible]*, Prof. nuper Dantiſcanus, quum adhuc Wittebergae literas bonas doceret, in erudita diſp. de Metempſychoſi veterum non figurate, ſed proprie intelligenda, Wittebergae, 1741. qui Eichleri, praecipue [illegible] argumenta ſub examen vocat et damnat; adde *W[illegible]* göttliche Sendung Moſis, ex interpr. german. I. Chriſt. Schmidt, Francof. et Lipſiae, 1751. 8. part. I. *[illegible]* in: Hiſtoire critique de l'ame des betes etc. part. II. Amſterd. 1749. 8. cuius vero iudicium et eruditio parui aeſtimatur a Windhemio in Philoſophiſch. [illegible] vol. V. Hannouer. 1752. p. 232 ſqq. — *Scher* ad Pythag. carm. p. 78 ſqq. *[illegible]* de metempſychoſi Pythagorica. Lipſ. 1686. 4. *Papan. Gaudentius* de Pythagoraea animarum transmigratione, Piſis, 1641. 4. *[illegible] Hatter* de metempſychoſi Pythagoraea, Vlm. 1724. — adde ad finem §. II. citatos libros. — A partibus tamen Pythagorae ſteit memoria recentiore atque illam animorum migrationem vindicare conatus eſt *[illegible] Brunus* in libro, de minimi exiſtentia cap. III. p. [illegible]. vid. *Chriſt. [illegible]* epiſtol. in theſauro epiſtolico la Croziano, vol. III. p. 127 ſq. Praecepta vitae et ſymbola pythagorica collegit et interpretatus [illegible] *Gottlieb Stolle* in: Hiſtorie der heidniſchen Moral, Ienae, 1714. 4. [illegible] et §. 132 ſqq. [illegible] rationem antiquiorum quorundam Pythagoreorum placita atque ſententias. — De Theologia Pythagorae *Chriſtian. Albertus [illegible]* in [illegible] hiſtorico-criticis de Thaletis et Pythagorae theologia [illegible], ſ. l. 1750. 8. cap. II. p. 76. copioſe docteque diſputauit, multa melius, quam alii, explicuit, et loca teſtimoniaque tam veterum quam recentiorum diligenter laudauit: tamen, an aliorum auctoritate deceptus et lapſus non interdum a vero aberrauerit, id amplius erit diſputandum. *Tiedemanno* quidem non probantur p. 458 ſqq. p. 374. et 382 ſq. quae *[illegible]* pag. 162. de concentu muſices motu aſtrorum tonoque coeli, tum pag. 169. de explicatione τοῦ [illegible], et pag. 193 de ortu aetheris ignisque ex τοῦ [illegible], ſenſerat. — De ſucceſſione ſcholae pythagoricae infra cap. XIII. voc. Pythagoras, locus erit diſſerendi. *Harl.*]

Pythagorae plures. III. Pythagoras [illegible] *Laertius* VIII ſq. ex Demetrio vt veriſimile eſt Magneſio commemorant, *[illegible]* ad Ariſtoxenum pag. 150 ſq. *[illegible]* [illegible] Pythagorae obſeruati ſunt libro IV. de ſcriptoribus hiſt. philoſ. I. cap. 2 [illegible] lib. IV. ſect. 41. pag. 263 ſqq. edit. 1716. [conf. A. *Gellii* N. A. XIV. 6. et *Mollen* Homonymoſcopiam p. 335 ſqq.] Et plures etiam fuerint, ſi ſequimur [illegible] pag. 114. diſſ. de aetate Pythagorae. Ex his illos tantum in praeſenti ſubiungam, qui aliquid ſcripſiſſe vel Pythagorae philoſophi aequales aut maiores fuiſſe traduntur.

1) *Pythagoras* Leo, qui Olympiade XVI. ſtadio vicit, aequalis Numae. [P] [vid. Tiedemann. l. c. p. 247. et Bentlei Reſponſ. ad Boyle p. 32 ſq. verſ. Lennep.]

2) *Pythagoras* Eratoclis F. Phliaſius *σωμασκητὴς* et *ἀλείπτης* [aa]), qui athletas primus carne aluiſſe traditur. Eius *ἀλειπτικὰ συγγράμματα Iamblich.* vita Pythag. cap. 5. Huius forte epiſtola apud Laertium VIII. 49. [Multus eſt de hoc *Dodwell.* in Exerc. II. de Pythagora §. 9. p. 131 ſqq. 141 ſq. 145. etc.]

3) *Pythagoras* Samius, pugil, *ὁ ἐν Σάμῳ κομήτης*, qui vicit Olympiade XLVIII. Hunc cum philoſopho confundit *Iamblichus*, [II. 11. vbi vid. Küſter. et VI. 30.] et prouerbium in bonam partem accipit, quod paroemiographi in malam. Vide Vaticanam appendicem centur. I. 87. [De hoc vide *Diogen. Laertium* VIII. 46. ibique Menagium et *Ionſium* libr. IV. pag. 265 ſqq. *Schrader.* in diſp. de Pythagora, p. 24 ſq. Etiam *Heſychius* in v. *ἐν Σάμῳ κομήτας* id prouerbium ad Pythagoram pugilem, non ad philoſophum referre iubet de qua re controuerſia interceſſit inter *Richardum Bentleium*, et *Henric. Dodwellium*, quorum ille in reſponſ. ad Boyle de aetate Pythagorae p. 27 ſq. Eratoſthenem apud Diogenem Laert. VIII. 47. in primis ſequutus, prouerbium hoc de Pythagora philoſopho, eodemque pugile, intelligendum eſſe contendit: Dodwellus contra in Exercit. de aetate Pythagorae a p. 113. et 141. et 153 — 161. totus in eo eſt, vt argumenta Bentleiana reiiciat. Cenſet igitur et probatum it, Eratoſthenem non credidiſſe, Philoſophum cum pugile eſſe eumdem, contra ad pugilem ſpectare prouerbium illud propter vſum comae eſumque carnium. Inſuper multa alia erudite explicita adfert, ex quibus pateat, Pythagoram pugilem a Pythagora philoſopho eſſe omnino diſtinguendum. Dodwelli argumenta examinat, Diogenem vero arguit incuriae, et Eratoſthenis narrationem de Pythagora philoſopho eſſe intelligendam, collatis ſect. XII. et XLVII. atque XLVIII. loco Diogenis memorato, adfirmat, ac ſententiae Bentleianae fauere videtur *Meiners.* l. m. p. 323 — 330. negat tamen contra Bentleium, illud Eratoſthenis teſtimonium eſſe fundamentum quaſi totius chronologiae pythagoricae. *Harl.*]

4) *Pythagoras*, Crotoniates tyrannus.

5) *Pythagoras*, Epheſius tyrannus, ante Cyri tempora.

6) *Pythagoras* Zacynthius, muſicus, Ariſtoxeno 2. Harmonicorum p. 36. cum Agenore Mytilenaeo memoratur: inuentor tripodis organi muſici, [vid. Athenaeum XIV. 9.] qui et aliquid de muſicis ſcripſiſſe et ſectatores habuiſſe, ex eodem Ariſtoxeno colligitur. [dubitat Ionſius IV. p. 264.] De illo Laertius VIII. 46. *οὗ φασὶν εἶναι τὰ ἀπόῤῥητα* [bb]) *τῆς φιλοσοφίας αὐτῶν διδάσκαλος ἐφ᾽ οὗ καὶ τὸ αὐτὸς ἔφα.* Sed hoc *αὐτὸς ἔφα* Samio philoſopho tribuunt praeter Menagio ad Laertium pag. 370. edit. Meibom. laudatos auctor conſtitut. Apoſtol. IV. 96. *Philoſtratus* in vita Apollon. f. 117. Hierocles pag. 225. *Chalcidius* pag. 225. *Theodoritus* ſerm. 1. de fide etc. [*Tiedemann.* pag. 292 — 297. negat, Pythagoram *Zacynthium*,

aa) Laertii verba ſunt: *σωμασκήτης, ἀλάπτης, ὥς φασί τινες.* At *Roſſi* in Comm. Laert. pag. 165. vocc. *ἀλάπτης — — τινες*, tamquam adnotationem otioſi hominis eiiicienda cenſet. *Harl.*

bb) Operis titulum eſſe putabat Voſſius de ſcientiis mathemat. p. 343. ſed poteſt etiam eſſe ſenſus, eum fuiſſe, qui philoſophiam arcano et recondito more tradiderit. *Fabric.* At *Roſſi* in Commentation. Laertianis p. 161 ſqq. in locum Diog. Laert. commentatus, voces *αὐτῶν διδάσκαλος* eiicit et totum locum ita legere iubet: *Τρίτος Ζακύνθιος μουσικὸς, τέταρτος αὐτὸς οὗτος, οὗ φασιν εἶναι τἀπόῤῥητα, τῆς φιλοσοφίας· ἐφ᾽ οὗ καὶ τὸ αὐτὸς ἔφα παροιμιακὸν εἰς τὸν βίον ἦλθεν·* qua quidem audaciore coniectura lites eruditorum ſedari et componi poſſunt. *Harl.*

thium, hominem obſcurum, auctorem fuiſſe reconditarum doctrinarum et effati *αὐτὸς ἔφα*, refutat Meinerſium, in Reviſion der Philoſophie p. 100 ſq. dubitantem, id tribui poſſe philoſopho noſtro: adfirmat potius, id excogitatum eſſe ab auditoribus primi ordinis, quo *ἀκεσματικὸς* necdum arcanis philoſophiae Pythag. initiatos curioſius quaerentes ab omni vlteriore inueſtigatione ad fidem verbis et placitis praeceptoris adhibendam reuocarent; *ἐσωτερικὸς* contra a Pythagora expoſitiones atque argumenta reconditae ſcientiae accepiſſe, ideoque nec libertatem ſentiendi nec veram diſciplinam, quae logica adpellatur, (vt *Walchius* in Hiſtoria logicae p. 496 ſq. Patergorum academicorum et *Petrus Ramus* apud illum opinabantur,) eſſe ſublatam. Conf. quoque *Ciceronem* de N. D. I. 5. ibique Dauiſii notas. *Harl.*]

7) *Pythagoras*, Cyrenaeus, rhetor frigidus, cuius praeter Laertium meminit Philoſtratus in Sophiſta Niceta p. 511.

8) *Pythagoras*, medicus, qui *περὶ κήλης de hernia*, ſcripſit teſte Laertio. ſiue, vt *Muretus* IX. vlt. Variar. e Plinio XIX. 5. [ſect. 30.] legebat, *περὶ σκίλλης de ſcilla* herba. Quamquam priorem lectionem tuetur [*Reineſius* in Variis Lection. lib. II. cap. 1. pag. 125. et poſt eum] *Menagius* ad Laertium p. 376. Idem forte Pythagoras laudatur a Plinio XXIV. 13. et 17. [conf. *Schrader*. diſſ. de Pythagora, vbi § 9. XXIX. eiusdem nominis recenſentur, p. 20.]

9) *Pythagoras περὶ Ὁμήρε συντεταγμένος*. Diuerſus a medico, ſiquidem *καί τινα* apud Laertium VIII. 47. non reddatur *ac quaedam*, ſed *quendam*, (incertae patriae atque aetatis,) qui ſcripſerit de Homero. Sic eidem Laertio memoratur V. 35. Ariſtoteles *περὶ Ἰλιάδος πεπραγματευμένος*.

10) *Pythagoras*, qui ſcripſit *Δωρικὰ de rebus Dorienſium*, vt refert Laertius.

11) *Pythagoras*, qui de mari rubro ſcripſit, teſte Athenaeo IV. pag. 184. et Aeliano XVII. 8. hiſt. animal. Non diuerſus forte a ſuperiore. Vid. Voſſium de hiſt. graecis. p. 410.

12) *Pythagoras* Rhodius, e quo nonnihil *de Diis* profert Porphyrius apud Euſeb. V. 6. praeparat. [et fragmenta dedit Arſenius in Ἰωνιᾷ in Bandini Catalog. MSS. gr. biblioth. Laur. I. pag. 549.]

13) *Pythagoras μάντις*. Plutarch. Alexandro p. 705. idem, qui Arriano VII. pag. 160. Πειθαγόρας.

14) *Pythagoras*, Mileti praefectus, Darii Hyſtaſp. tempore. *Herodot.* V. 126.

15) *Pythagoras*, Neronis deliciae. *Tacit.* Annal. XV. 37. ibique Lipſius, *Martial.* XI. epigr. 7.

16) [*Pythagoras*, alius Lacedaemonius, apud Xenophont. Expedit. Cyri lib. I. p. 252. *Heumann.*]

17) [*Pythagoras*, gener Nabidis tyranni. Liuius XXXIV. 25 ſqq. *Heumann.*]

18) *Pythagoras*, epiſcopus Sinopenſis, interfuit ſynodo Conſtantinopolitanae, an. C. 518. vid. Binium tom. II. p. 727. 731. *Fabric.* adde Ionſium IV. p. 268. *Harl.*

19) *Iriarte* in Catalog. MSS. gr. in bibliotl. regia Matrit. p. 478 recenſet ineditum libellum [illegible]. *Pythagorae Architectonis Peregrinationes ad Augustam* [illegible]. At Iriarte fatetur, ſe nulli Pythagorae

num

rum cognomen vel epitheton *ἀρχικέστορος* adiunctum vſpiam inueniſſe, neque ſcire, quum tot numerentur Pythagorae, cuinam ex iis hoc opuſculum ſit adſignandum. *Harl.*

20) [*Io. Conr. Peyerus* adſumſit nomen *Pythagorae* in Exercitation. anatomicis et medicis, Baſileae, 1682. 8. vid. Acta Eruditorum Lipſ. 1682. p. 217. *Heumann.*]

Fuit et *Pythagoras* Samius, initio pictor, deinde ſtatuarius, Pythagorae Rhegini circa Olymp. LXXXVII. clari diſcipulus et ſororis filius. Plin. XXXIV. 8. De vtroque vide ſis Franciſcum Iunium in artificum Catalogo. [*] *Fabric.* De *Pythagora* Rhegino vid. *Winkelmann* Hiſtoriam artis p. 335. et 338. edit. Dresden. *Iagemann* Geſchichte der freyen Künſte in Italien etc. I. p. 91 ſq. Tres Pythagoras, artifices, nominat, locum Plinii H. N. XXXIV. ſect. 19. nr. 4. tractat, et quaedam contra Winkelmann. atque Heyne diſputat *Büſching.* in: Geſchichte der zeichnenden ſchönen Künſte, Hamburgi, 1781. pag. 66 ſq. et 70. adde *Ionſium* IV. p. 207. *Harl.* At *Pythagoram*, Euagorae regis Cypriorum filium, alii Πνυθαγόραν adpellant, Iſocrates *Protagoram*, notante Meurſio in Cypro lib. II. cap. 12. [*Pnytagoras*, rex Cypriorum, ab Arriano Exped. Alex. M. II. 4. 14. et Curtio IV. 3. 11. adpellatur, qui in aliquot Curtii codicibus MSStis et antiquis edd. *Pythagoras* ſcribitur. vid. varias lect. et notas in edit. Snakenburgi. *Harl.*]

Num quaedam ſcripta reliquerit? IV. Vt ad Pythagoram Samium philoſophum noſter ſermo recurrat, ab eo nullum ingenii monumentum relictum fuit, quod ab omnibus pro genuino eius foetu haberetur. *Ioſephus* I. contra Apionem p. 1046. loquens de Pythagora, *αὐτοῦ μὲν*, inquit, *οὐδὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα.* Quo ex loco alter intelligendus *Ioſephi* locus, vbi Pythagoram refert inter eos, qui pauca ſcripſerunt apud *Euſeb.* X. 7. pag. 478. praeparat. *Plutarchus* de fortuna Alex. p. 329. *οὐδὲ Πυθαγόρας ἔγραψεν οὐδὲν, οὐδὲ Σωκράτης, οὐδὲ Ἀρκεσίλαος, οὐδὲ Καρνεάδης, οἱ δοκιμώτατοι τῶν φιλοσόφων — — ἀλλὰ καὶ σχολάζοντες τὸ γράφειν παρίεσαν τοῖς σοφισταῖς.* *Lucianus* tom. I. p. 497. de lapſu in ſalutat. Ὁ *μὲν γε θεσπέσιος Πυθαγόρας εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν* etc. *Laertius* prooemio ſect. 16. *οἱ δ' ὅλως οὐ συνέγραψαν, ὡς κατά τινας Πυθαγόρας, Ἀρίστων ὁ χῖος, πλὴν ἐπιστολῶν ὀλίγων.* [vbi vide Menagium.] Idem de Pythagora repetit, licet huic opinioni repugnans lib. VIII. ſect. 6. *Porphyrius* in Pythagorae vita p. 40. narrans, Pythagoricos dogmata ſua diligenter occultaſſe, addit: *οὔτε γὰρ Πυθαγόρου σύγγραμμα ἦν.* *Ariſtides* Orat. 2. pro rhetorica tom. III. p. 495. *Καὶ Σωκράτης μὲν καὶ Πυθαγόρας* etc. *Rufinus* inuectiua 2. in Hieron. *Denique inter cetera etiam Pythagorae libros legiſſe ſe iactat, quos ne exſtare quidem eruditi homines aſſerunt.* Cui reſpondens *Hieronymus*, non, ait, ſibi ſcripta Pythagorae eſſe cognita, ſed *de dogmatibus, non de libris locutus ſum, quae potui in Cicerone, Bruto, ac Seneca diſcere.* Et aliquibus interiectis: *legitur, etiamſi docere non poſſem, ipſius Pythagorae exſtare monumenta, nec a filio eius ac filia aliisque diſcipulis probata* (legendum exiſtimo *perlata*) *conuincerem, me non teneres mendacii, quia non libros, ſed dogmata legiſſe me dixi.* *Auguſtinus* lib. I. de conſenſu Euangeliſtar. cap. 7. *Nam Pythagoras, quo in illa contemplatiua virtute nihil tunc habuit Graecia clarius, non tantum de ſe, ſed nec de vlla re aliquid ſcripſiſſe perhibetur.* Idem lib. 2. de Ordine cap. vlt. Pythagoram celebrans, quod regendae reip. diſciplinam ſuis auditoribus vltimam tradiderit iam doctis, iam perfectis, iam ſapientibus, iam beatis, addit: *ſi quid literis memoriae mandatis credendum eſt, quamuis Varroni quis non credat?* Claudianus Mamertus lib. II. de ſtatu animae

mae cap. 3. *Pythagorae igitur, quia nihil ipſe ſcriptitauit, a poſteris quaerenda ſententia eſt.* Contra ſentit e veteribus *Laertius*, ita vt etiam errare vel nugari exiſtimet eos, qui nihil ſcripto conſignatum a Pythagora fuiſſe exiſtimant, VIII. 6. Ἔνιοι μὲν οὖν Πυθαγόραν μηδὲ ἓν καταλιπεῖν σύγγραμμα φασὶ, διαπαίζοντες, ſiue, vt Scaliger legebat, διαπαίοντες [cc]. Quod vero ex Heraclito profert teſtimonium, non probat, librum extitiſſe ab ipſo ſcriptum Pythagora; ſed tantum laudatam ab Heraclito Pythagorae ſcientiam ex ſcriptis variis (inter peregrinandum maxime) collectam. Neque [?] ſcripta tria, quae tanquam Pythagorae Diogenes deinceps memorat, videre Heraclitus potuit, vt pulchre obſeruat *Dodwellus*, diſſ. de aetate Pythagorae p. 119 ſq. quoniam illa a Philolao primum publicata ipſe tradit *Laertius* VIII. 15. [dd]) confirmante hoc *Iamblicho* cap. 31. vitae Pythag. p. 172. neque Pythagoricus fuit Heraclitus, vt ei ab aliis huius ſectae ante publicationem communicatos quispiam ſuſpicetur. Neminem enim audiuit, teſte Laertio IX. 5. [ſed confer II. 23. infra p. 800.] Tatiano, Dione Chryſoſt. orat. LV. et aliis. *Leonis* autem *Allatii* argumentis, qui inter recentiores paullo operoſius Pythagorae ſcripta aſſerere conatus eſt, in dialogo paradoxo de ſcriptis Socratis, vna cum ſuppoſititiis Socraticorum epiſtolis edito Pariſ. 1637. 4. ſatisfecit erudita *Godofredi Olearii* Exercitatio dialogo illi oppoſita Lipſiae, 1696. 4. Interim cum ſub Pythagorae nomine iamdudum plura ſcripta iactata fuiſſe non ſit obſcurum, de hinc illa ſuccincte referre congruens inſtituto meo eſſe putaui.

EPIMETRON.

[Quando loca a *Fabricio* h. l. et a *Bruckero* de conuenientia numerorum Pythagor. cum ideis Platonic. in Schellhornii Amoenitat. litt. tom. VII. §. IV. p. 192 ſqq. excitata, antea vero iam a *Grauio* in Hiſtoria philoſophiae lib. II. cap. 12. p. 182 ſqq. collecta, curioſius conſideramus, videmus, alios, n. Plutarchum, Lucianum, Claudianum Mamertum etc. negaſſe, a Pythagora litteris aliquid fuiſſe conſignatum; alios vero adfirmaſſe, nullum vero pythagorici monumentum, quod omni νοθείας ſuſpicione vacet, ſupereſſe. Ad ſolidiorem igitur totius quaeſtionis inquiſitionem et ad controuerſiam, quanta probabilitate fieri poteſt, ſiue plane componendam, ſiue curatius ponderandam, tria notanda mihi videntur. Primum, num Pythagoras plane nihil doctrinarum et praeceptorum litteris mandauit? an, quae altera erit quaeſtio, ea, quae Pythag. ſcripſerit, ſint promulgata diuque ſecretius ſaltem ab eius diſcipulis interioris admiſſionis cuſtodita? denique an ea, quae ab antiquiſſimis Pythagoreis relicta et adhuc conſeruata dicuntur, genuina ſint veraque Pythagorae placita contineant? Quod ad quaeſtionem primam adtinet, illi, qui e veteribus negarunt, et quorum teſtimonia Fabricius collegit, ſunt recentioris aetatis, quam vt certi aliquid poſſit definiri: neque omnes omnino declarant, Pythagoram plane nihil ſcripſiſſe. Contra ſunt antiquiores teſtes. Prouocat nimirum *Diogenes Laert.* VIII. 6. (ad quem locum conferes interpretes) ad *Heracliti* phyſici teſtimonium: quod quamuis non ſatis explicitum ſit, et locus vel a Diogene ipſo non diligenter excerptus, vel a librariis corruptus, vt vel quaedam vocabula exciderint poſt

cc) Vid. Epimetron.

dd) Id tamen negat *Meinerſ.* in Hiſt. doctrinarum apud Gr. et Rom. I. p. 595. not. Archytam enim, ſcribit, palam docuiſſe et omnia ſua opera publici iuris feciſſe, teſte *Athenaeo* XII. 12. ex Ariſt. et arcana Pythagoreorum iam centum et quinquaginta annos detinuiſſe ante Platonis aetatem. *Harl.*

poſt *μάλιστα πάντων*, vel in *ἐκλεξάμενος ταύτας τὰς συγγραφὰς* vitium ſcripturae lateat; totus vero locus, quamuis ſit ab interprete minus recte verſus, tamen eum ſenſum, quem Fabricius verbis ineſſe putabat, equidem non video: id autem ex illis colligo, Heraclitum adfirmaſſe, Pythagoram quosdam confeciſſe libros. Idem teſtantur eodem Diogenis loco *Heraclides* Serapionis filius, in *Sotionis* epitome, et *Ion Chius*, qui in Triagmis pronuntiaſſe dicitur, Pythagoram, quum poema quoddam ſcripſiſſet, Orphei titulum adnotaſſe. Fama igitur antiquior, quam illi ſequuti ſunt, fuiſſe videtur, Pythagoram litteris conſignaſſe doctrinas ſuas: quas quidem tamquam arcanas, nec vero vulgandas, ſumma potius cura et religione cuſtodiendas, interioris diſciplinae ſuae alumnis commiſiſſe illum et veluti regulam vitae doctrinaeque reliquiſſe, ſit probabile. *Sotionis* quidem fidem atque auctoritatem minuere eiusque de ſcriptis pythagoricis teſtimonium euertere ſuſceperat *Meinerſius* in Hiſtoria doctrinarum, I. p. 296 ſq. at cenſor eius in biblioth. critica Amſtel. II. part. VIII. pag. 115 ſq. defendit Sotionis fidem et putat, hanc illius reprehenſionem cl. Meinerſio aliud agenti excidiſſe. Idem eruditus cenſor haud veriſimile eſſe iudicat, Pythagoram nihil ſcriptum reliquiſſe; immo vero ex Heracliti dicto et ex Ionis Chii mentione apud Diog. VIII. 6. et 8. colligit, fuiſſe haud pauca Pythagorae ſcripta. In eorum ſententiam, qui Pythagoram ſua ipſius expoſuiſſe ſcripta ſtatuant, iuit quoque *Schefferus* de natura et conſtitut. philoſ. ital. pag. 131 ſq. edit. Witteberg. at veris ſaltem probabilibus admiſcuit fabulas. Cautius iudicauit *Brucker.* in Schellhornii Amoen. l. c. p. 195. et in Hiſtor. crit. philoſ. I. p. 1024. Pythagoram quaedam, quae ad alias rerum ſuarum rationes pertinerent, ſcripto forte conſignaſſe, nullum vero librum ſcripſiſſe philoſophici argumenti. Neque tamen adſenſum huic Bruckeri opinioni praebet *Tiedemannus* l. m. cap. XI. p. 342 ſqq. antiquiorum ſcriptorum teſtimonia, Pythagoram ſcripſiſſe quaedam, vberius comprobans. Ex his altera quaeſtio facile poterit explicari. Equidem reor, haud adeo multa, multo minus ea omnia, quae illi adfingi ſolent, ſcripſiſſe Pythagoram: alioquin ſi plura illius aut magna fuiſſent volumina, multo plura certioraque illorum fragmenta, tamquam tabulae fractae e naufragio, ſeruata fuiſſent; aut meliora certioraque remanſiſſent veſtigia in libris Ariſtotelis aliorumque aequalium. Tum arbitror, quae litterarum ope tradiderit intimis ſuis familiaribus, ea nec fuiſſe euulgata, nec ad ſeram perueniſſe poſteritatem; ſed haud multo poſt Pythagorae eorumque, quibus familiariſſime vtebatur, obitum periiſſe. Forſan iſta ſecta pythagorica vexata atque oppreſſa, ab ipſis librorum iſtorum perpaucorum poſſeſſoribus, deleta ſunt, aut ita abſcondita, vt mox fierent praeda tinearum et putredinis, ita vt memoria aut fama tantum illorum remaneret. Germanum igitur Pythagorae ſcriptum num temporibus iam antiquioribus legi amplius potuerit, dubitandum eſt. Quae vero ſub nomine illius circumferebantur, ea ficta et ſuppoſititia fuerunt. Nam certum eſt, Pythagoreos ingenii ſui foetus adſeruiſſe Pythagorae tamquam parenti: (vid. *Iamblich.* cap. 31. et cauſſas expoſuit *Meinerſ.* p. 569 ſqq.) Fieri autem potuit, vt multi deciperentur veraque haberent Pythagorae monimenta, ob eamdem aut ſimilem, quam ipſe ſuis fecerat, libellorum inſcriptionem: adde *Tiedemannum* l. m. p. 345. De tertia quaeſtione, num ea, quae ab antiquiſſimis Pythagoreis ſcripta et adhuc conſeruata dicuntur, germana ſint, veraque Pythagorae placita contineant? paucis videbimus. Dubitare videtur *Bruckerus* Hiſt. crit. phil. p. 1064. p. 1040. autem ſubſcribit Conringii et Thomaſii iudiciis, (vid. infra ſect. XIII. p. 529.) fragmenta Pythagoreorum apud Stobaeum conficta eſſe ab iis, qui proximis poſt C. N. temporibus pythagoream diſciplinam reſtaurare, in-

 felicibus

felicibus licet auſpiciis, adgreſſi ſint. *Moshem.* ad Cudworth. IV. §. 20. p. 570 ſq. concedit quidem, exteriorem Pythagorae diſciplinam magna ex parte notam eſſe nobis; interiorem autem et ſecretam omnem illius philoſophiam vna cum ipſo exſtinctam, et *Porphyrium* in vita Pythag. p. 52. fateri, oppreſſis primis Pythagorae diſcipulis, totam eius ſapientiam, in pectoribus arcanam et reconditam ab illis cuſtoditam periiſſe, perpaucis eius reliquiis in memoria auditorum exteriorum admiſſionis ſeruatis. *Meinerſius* quidem p. 574. et 596 ſq. fragmenta moralia, quae apud Stobaeum reperiuntur, et quae Galeus ex Iamblicho Stobaeoque collegerat pythagorica, exceptis quibusdam Nicomachi et Philolai, pariter exiſtimat eſſe ſpuria, ſaltem non a Pythagoreis ante Ariſtotelem viuentibus, ſed, vti p. 601. ducibus Conringio ac Thomaſio, conficit, nonnulla ſaeculo III. plurima vero ſiue ab vno, ſiue a paucis hominibus, intra quartum et ſeptimum ſaeculum confecta: abnegat quoque Timaeo et Ocello, quae his adtribui ſolent: attamen p. 565. noret. plura fragmenta Dicaearchi apud Iamblichum, ſect. 37 — 58. Ariſtoxeni ibidem ſect. 100 — 102. Stob. X. XLI. LXVII. LXIX. ſerm. apud Porphyr. ſect. 39. plura loca de virtute apud Iambl. ſect. 167 ſq. Diog. Laert. VIII. ſect. 23. et magna ex parte ſect. 22. vti apud Diod. Sic. Exc. 554 ſq. ex Ariſtoxeno aut Dicaearcho, in primis fragmenta orationis Pythag. ad ſenatum, iuuenes feminasque Crotonienſes, a Dicaearcho ſeruata, quaedam de iuſto fragmenta apud Ariſtotelem, denique (p. 578.) aurea Pythag. carmina eſſe genuinas pythagoricae ethices et placitorum, quae antiquiſſimi Pythagorei eſſent ſectati, reliquias. De Timaeo et Ocello, de quibus poſtea ſermo erit, ſecus ſentit *Tiedemannus* V. C. et in libro de principibus Graeciae philoſophis et in Muſeo etc. (Deutſches Muſeum.) 1778. menſ. Auguſto, p. 150 ſqq. Idem in priore libro p. 200 ſqq. initius iudicat, et, quaenam ſibi videantur germana, quaenam ſpuria fragmenta, diligentius inquirit. Adde *Io. Ioach. Zentgrauii* Specimen antiquitatum moralium ſeu hiſtoriae moralis antiquae. Argentorati, 1696. 4. pag. 15 ſqq. *Harl.*]

Scripta Pythagorae tributa. 1) 2) 3) Συγγράμματα τρία, ΠΑΙΔΕΥΤΙΚΟ΄Ν. ΠΟΛΙΤΙΚΟ΄Ν, ΦΥΣΙΚΟ΄Ν. *Phyſici* hoc initium adfert Laertius VIII. 6. Οὐ μὰ τὸν ἀέρα τὸν ἀναπνέω, οὐ κατοίσω [ee] ψόγον περὶ τοῦ λόγου τοῦδε. Primus, vt iam dixi, hos tres libros, ex quibus aliqua profert idem Diogenes VIII. 9. in lucem edidit Philolaus. Idem Laert. VIII. 15. Μέχρι δὲ Φιλολάου οὐκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον δόγμα. Οὗτος δὲ μόνος ἐξήνεγκε τὰ διαβόητα ΤΡΙ΄Α ΒΙΒΛΙ΄Α, ἃ Πλάτων ἐπέστειλεν ἑκατὸν μνῶν ὠνηθῆναι. *Iamblichus* cap. XXXI. p. 172. [p. 165. edit. Külleri, quem conſulas.] Θαυμάζεται δὲ καὶ ἡ τῆς φυλακῆς ἀκρίβεια. Ἐν γὰρ τοσαύταις γενεαῖς ἐτῶν οὐδεὶς οὐδενὶ φαίνεται τῶν Πυθαγορείων ὑπομνημάτων περιτετευχηκὼς πρὸ τῆς Φιλολάου ἡλικίας, ἀλλ' οὗτος πρῶτος ἐξήνεγκε τὰ θρυλλούμενα ταῦτα ΤΡΙ΄Α ΒΙΒΛΙ΄Α, ἃ λέγεται Δίων ὁ Συρακούσιος ἑκατὸν μνῶν πρίασθαι, Πλάτωνος κελεύσαντος, εἰς πενίαν τινὰ μεγάλην τε καὶ ἰσχυρὰν ἀφικομένου τοῦ Φιλολάου. Non *Pythagorae*, ſed *Philolai* Pythagorici tres libros decem millibus denarium [ff] mercatum Platonem legas apud *Gellium* III. 17. [vbi vid. interpr. in edit. Gronou. et Conradi.]

ee) Ambroſius Camaldul. *non admittam*, Aldobrandinus *non effugiam*. Rectius Stanleius p. 511. Hiſt. philoſoph. *I shall not bear the blame of this diſcourſe*, *non perferam* ſiue *non expe*riar reprehenſionem, nemo me reprehendet huius diſputationis cauſa.

ff) Summa centum minarum ſiue, quod eodem redit, ... denariorum (centum enim denarii vnam

Conradi.] *Laertius* III. 9. Λέγουσι δέ τινες (ὧν ἐστι καὶ Σάτυρος) ὅτι Δίωνι ἐπέστειλεν εἰς Σικελίαν, ὠνήσασθαι τρία βιβλία Πυθαγορικὰ παρὰ Φιλολάου μνῶν ἑκατόν. Καὶ γὰρ ἐν εὐπορίᾳ φασὶν ἦν (Dio, non Plato, vt ad Gellium perperam tradit A. Thyſius) παρὰ Διονυσίου λαβὼν ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα τάλαντα. Diuerſus autem ab his liber fuit, quem a Philolai, (iam defuncti, vt eſt credibile,) cognatis Plato ſibi comparauit minis argenti Alexandrinis XL. teſte eodem *Laertio* VIII. 85. [qui tamen duas tantum diuerſas de eadem re narrationes compilaſſe, ideoque ſecum pugnare videtur,] vbi hoc illorum Πυθαγορικῶν [?] περὶ φύσεως a Philolao compoſitorum adſeritur initium: φύσις δὲ ἐν τῷ κόσμῳ ἁρμόχθη ἐξ ἀπείρων τε καὶ περαινόντων, καὶ ὅλος κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. [compara *Dodwelli* Exerc. de Pythagora p. 130.] Phyſicorum Pythagorae meminit . *Vitruuius* IX. 7.

4) Aliud ab his fuit ſcriptum ſub Pythagorae nomine Laertii etiamnum temporibus iactatum, quod a *Lyſide* conſcriptum obſeruat VIII. 7. [vbi conſules Menagii not.] Τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πυθαγόρου Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ φυγόντος καὶ εἰς Θήβας καὶ Ἐπαμεινώνδα καθηγησαμένου. Laertium non cepit Suidas [et Eudocia p. 368.] in Πυθαγ. cuius haec ſunt verba: Συνέγραψε δὲ ὁ Πυθαγόρας μόνα τρία βιβλία, παιδευτικὸν, πολιτικὸν, τὸ δὲ φερόμενον τρίτον, ὡς Πυθαγόρου, Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου μαθητοῦ αὐτοῦ γενομένου etc. Quis non videt, ridicule Pythagorae ſola tria relinqui ſcripta, et iisdem verbis eripi tertium? Quam ob cauſam nec Meurſio ſubſcribere auſim, qui in notis ad Ariſtox. pag. 153. apud Laertium reſcribere iubet τὸ δὲ τρίτον ὡς φερόμενον Πυθαγόρου. Menagius aurea carmina a Diogene ſignificari coniicit, de quibus agam infra §. 6. vbi Empedocli, non Lyſidi, illa deberi euincam. [Vix puto, hoc fuiſſe aliud opus creditum, ac illud antecedens, φυσικὸν dictum; nec ego dubitem Meurſii iudicio ſubſcribere, et amplius corrigere τὸ δὲ τρίτον τὸ φερόμενον· vicinitas autem poſterioris τὸ in cauſſa eſſe potuit, cur librarius voces τρίτον τὸ negligeret. Apud Suidam vero corrigerem: τὸ δὲ φερ. τρίτον, φυσικὸν, ὡς etc. aut, τὸ δὲ τρίτον φυσικὸν, φερομ. ὡς Π. Iſta emendatione admiſſa, non eripit Diogenes Pythagorae tertium librum iisdem verbis. Diogenes enim tradit, Pythagoram ſcripſiſſe tria: παιδευτικὸν, πολιτικὸν, φυσικόν· Pergit ita: *Tertius vero liber, n.* φυσικὸς, *qui circumfertur ſub nomine Pythagorae, eſt Lyſidis opus.* In hac ſententia confirmor, quod *Iriarte* in Catalog. MSS. gr. biblioth. Matrit. pag. 335. memorat librum, Pythagorae falſo adſcriptum: Πυθαγόρου φιλοσόφου λόγος τρίτος. κεφ. ιζ. *Pythagorae philoſophi liber tertius, capita XVII.* et ille liber, id, quod ex inſcriptionibus, ab Iriarto memoratis, patet, totus eſt *phyſicus.* Tertius igitur liber, at ſpurius, ſub nomine Pythagorae iam antiquitus ſeparatim fuerit emiſſus et ab aliis Lyſidi adtributus, ab aliis autem aliud eiusmodi opus phyſicum, nomine Pythagorae et numero tertio ficto ac praefixo, compoſitum. Librum quidem *tertium* dictum in cod. Matritenſi non *Pythagoram*, ſed *Simeonem Sethum* habuiſſe parentem, adſcripſerat

vnam minam valent,) eſt thalerorum 1250. De centum minarum ſumma meminit etiam Tzetzes Chil. X. hiſt. 355. et XI. hiſt. 362. et 364. *Fabric.* adde Staueren ad Cornel. Nep. X. 2. 4. edit. minor. *Tiedemann.* in Muſeo teutonico (*Deutſches Muſeum,*) menſ. Aug. 1778. pag. 155. qui coniicit, Timonem apud Gellium id tantum dixiſſe, Platonem opuſculum quoddam pythagoricum, non Philolai libr. emiſſe; aut, ſi Philolai opus fuerit, id fuiſſe φυσικόν. *Meinerſ.* in Hiſtor. doctrinarum apud Graecos et Rom. I. p. 595. not. narrationes iſtas apud Gellium et Diogenem Laertium fabulis adnumerat, quoniam falſum ſit, doctrinas Pythagoreorum tum temporis adhuc fuiſſe abſconditas et arcanas, atque Philolai libros fuiſſe primos pythagoricos, qui in vulgus editi fuiſſent. *Harl.*

pſerat Laſcaris codici illi, in quo etiam comparet Συμεὼν μαγίςρε τῦ σὴθ σύνοψις τῶν Φυσικῶν· atque in hac ſynopſi tertius liber περὶ τῶν ὀρανίων *de coeleſtibus* idem, at contractus, eſſe dicitur ab Iriarte et Laſcare, p. 339 ſq. qui ſuperius Pythagorae falſo eſt adſignatus. Forſan vero liber ille tertius antiquior fuit Setho et ab hoc alioue in compendium redactus. Exordium *Sethiani* operis et argumenta librorum publicauit *Fabricius* vol. X. p. 322. Eiu modi igitur librum integri operis tertium, τὸν Φυσικὸν, ſeparatim editum, et perperam adſcriptum Pythagorae, Diogenes et Suidas commemoraſſe mihi videntur. *Harl.*]

5) ΠΕΡΙ͂ ΤΟΥ͂ ὍΛΟΥ, ἐν ἔπεσι. Primum eſt ex ſex deinceps commemorandis ſcriptis, quae Pythagorae tribuit Heraclides in Sotionis [gg]), (qui ſub Ptolemaeis ſcripſit.) epitome apud Laertium VIII. 7. Fortaſſis ex hoc opere petiti verſus quatuor hexametri, quos Pythagora auctore laudat Iuſtinus de monarchia p. 105.

6) 7) 8) ἹΕΡΟ͂Σ ΛΟ͂ΓΟΣ duplex, vnus verſu ſcriptus et Heraclidi memoratus, cuius initium: ὦ νέοι ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίας τάδε πάντα. Et alter [hh]) ΠΕΡΙ͂ ΘΕΩ͂Ν, compoſitus proſa Dorica. Vide Menagium ad Diogenem p. 350. b. et quae dixi ſupra in Orpheo lib. I. cap. XIX. nr. 2. [pag. 161 ſq. ibique not.] Laudatur et ἱερὸς λόγος a Clemente Alex. Hierocle p. 225. Syriano in 2. Metaphyſ. p. 7. et in 12. p. 71. b. et 83. b. et in 13. pag. 108. b. Stobaeo phyſ. auctore Theologum. Arithmeticae, Iamblicho [ii]), Proclo, Etymologico M. Euſtathio etc. Sed diuerſa erant ἱερὰ ἀποφθέγματα ſcripto non tradita, de quibus *Hierocles* p. 321 ſq. Non ſatis certo ſcio etiam, vtrum idem cum alterutro λόγῳ ἱερῷ fuerit, quod tamen vix mihi perſuadeo, λόγος μυστικὸς, quem ab Hippaſo ſub Pythagorae nomine ſcriptum, ſed ἐπὶ διαβολῇ αὐτῦ *in calumniam eius* ſcriptum *Laertius* refert loco laudato. Vide infra cap. XIII. in Hippaſo. *Diodorus Sic.* libro I. [cap. 98. pag. 110. ibique conſules Weſſeling.] Πυθαγόραν τε τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον, καὶ τὰ κατὰ Γεωμετρίαν θεωρήματα, καὶ τὰ περὶ τὸς ἀριθμὸς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῶον μεταβολὴν μαθεῖν παρ' Αἰγυπτίων. Euſeb. X. praeparat. 10. pag. 482. [Neque Pythagorae, neque genuini cuiusvis Pythagorei opus fuiſſe cenſet *Dodwell.* de aetate Pythag. ſect 27. pag. 212 ſqq. ἱερὸν illum λόγον, quem a μυστικῷ haud videtur diſcernere: ſed arbitratur, teſtimonio *Iamblichi* vit. Pythag. cap. 35. ſect. 258. pag. 208. Küſteri, (qui Dodwelli reſcripſit emendationem.) nixus, illum eſſe a *Ninone*, Cylonis ſocio in adcuſando Pythagora, confictum et concinnatum, ἐπὶ διαβολῇ Πυθαγόρου, vt, eo libello in concione recitato, inuidiam Pythagorae conflaret maiorem. *Meinerſ.* lib. cit. I. pag. 575. adfirmat, *ſacrum ſermonem* a Diodoro Siculo, Diogene et Apollonio, (apud Iamblich. ſect. 258) memoratum, diuerſum eſſe ab altero eiusdem nominis, qui poſterior confictus fuerit, ad Graecos conuincendos, Pythagoram arcanas ſuas doctrinas accepiſſe a Thracibus aliisque nationibus. adde eumdem Meinerſ. pag. 539. *Harl.*]

9) ΠΕΡΙ͂

gg) De *Sotionis* fide quae in vtramque partem diſputata ſint, vide ſupra ad II. paragraphum. *Harl.*

hh) Priorem tamen, ἱερὸν λόγον, etiam inſcriptum fuiſſe λόγον περὶ θεῶν, narratur apud *Iamblich.* cap. 28. ſect. 145 ſq. cuiusque hiſtoria et particula quaedam doctrinae, ex Orphicis hauſtae, explicatur; vide ad locum Küſteri notam pag. 123. et ſupra pag. 161 ſq. adnotata. *Harl.*

ii) Vit. Pythag. ſect. 146. ex auctore quodam antiquo, at credulo. vid. *Meinerſ.* hiſt. doctrinar. Gr. I. pag. 281. apud Iamblichum tamen reperitur, quendam adſcribere id Telaugi. adde Iamblich. cap. 28. ſect. 152. *Harl.*

9) ΠΕΡΙ` ΨΥΧΗ~Σ. Heraclides apud Laert.

10) ΠΕΡΙ` ΕΥ`ΣΕΒΕΙ´ΑΣ. Idem.

11) ʽΗΛΟΘΑΛΗ`Σ ſiue liber appellatus nomine *Helothalis*, qui Epicharmi Siculi pater fuit teſte Laertio VIII. 7. et 78. [?]

12) ΚΡΟ´ΤΩΝ. Eidem Heraclidae memoratus.

13) Quaedam ſub ORPHEI nomine edita. Ion apud Laert. VIII. 8. [Iamblich. ſect. 145 ſq.] Forte reſpicit ad ἱερὸν λόγον, de quo nr. 6. [Orphei inſtituta ſectatum eſſe Pythagoram, et ab illo quoque mutuatum abſtinentiam ab animalibus, ſcribit *Valckenarius* ad Euripidis Hippolytum v. 952. idque multi, praecipue iuniores Platonici, iam antiquioribus temporibus crediderunt. vid. *Cudworthi* Syſtem. intell. IV. §. 17. pag. 444 ſq. Dubitat tamen *Meinerſius* in Hiſtoria doctrinarum etc. I. p. 486. item 572. Retinuerit quaedam placita, eaque haud omnino obſcura inſtituta Orphica. At equidem non video, quae cauſſa commouerit Pythagoram, quum apud ſuos adſeclas et amicos ſumma floreret auctoritate, vt quaedam ſub Orphei nomine ederet. Atque parum abeſt, quin, quae Pythagorae placita atque inſtituta fuerint Orphicis ſimilia aut cum his conuenerint, ea ex communi fonte, n. moribus doctriniſque aegyptiacis, maximam ſaltem partem, fluxiſſe putem. *Herodotus* quidem lib. II. cap. 81. de vſu lanearum veſtium apud Aegyptios, conſentanea eſſe haec, ait, iis, quae *Orphica adpellantur et Pythagorea:* quem *Herodoti* locum Valcken. ad Euripidis Hippolyt. p. 266. b. ita ſagaciter emendat: ὁμολογέει δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι [καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι] καὶ Πυθαγορείοισι. adde *Warburton.* ſecundum verſionem gallicam a Silhouet factam: Diſſertations ſur l'union de la Religion, de la Morale et de la Politique tom. I. diſſ. V. p. 203. cl. *Villoiſon.* in comment. de triplici theologia myſteriiſque veterum, vbi a p. 259. multus eſt de inſtitutis Pythagorae, de arcanis et myſteriis ſcholae pythagoricae etc. idem pag. 276. adfirmat, Pythagoram philoſophorum Homerum dici poſſe, eiusque fontibus omnes poſt eum philoſophos, Platonicos, Peripateticos, Stoicos, Eclecticos hortulos ſuos irrigaſſe; de hoc legendum eſſe *Theodorum Metochitam* cap. VII. operis graeci inediti, inſcripti, Capita philoſophica et hiſtorica centum et viginti, (vid. *Fabric.* biblioth. gr. vol. IX. p. 218.) p. 294 ſqq. idem agit de conſenſu Orphicae et Pythagoreorum doctrinae: illa comment. eſt inſerta libro Bar. *de St. Croix:* Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire de la Religion ſecrete des anciens peuples. Paris, 1784. 8. At quoniam, quae exaraſſe litteris dicitur Pythagoras, ea iam diu interciderunt, et antiquiſſimi Pythagorei plura ex ſuis dogmatibus, ad maiorem fidem et antiquitatis laudem iis parandam, adſeruerunt Orpheo, tamquam parenti: quae Pythagoras Orphicis docuerit conſentanea, non pro certo dici et definiri poteſt. Id autem verum eſt, doctrinam de mundo, ſiue Coſmogoniam Orphicam differre a Pythagorica, ex Pherecydis diſciplina forſan manante. vid. cl. *Tiedemann.* in principibus Graeciae philoſophis, p. 445 ſq. *Harl.*]

14) ΟΙʽ ΚΑΤΑΣΚΟΠΙΑ´ΔΕΣ, ſiue vt alii codices Σκοπιάδες, vel denique Κοπιάδες. Scriptum moralis argumenti, vt licet ſuſpicari ex initio, quod eodem in loco ſegm. 8. refert Laertius his verbis: μὴ ἀναιδεῦ μηδενὶ, quae folium Sibyllae ſibi eſſe fatetur Caſaubonus. Non male videtur vertiſſe Aldobrandinus: *Ne impudenter agas in quemquam.* Sed Palmerius p. 459. Exerc. in ſcriptores graecos, legit ἀναιδεῦ, et reddit *obnoxius eſto nemini.*

Ambroſius: *nullius rei egens eſto;* ita enim ſcripſerat Camaldulenſis, non, vt in tot editionibus vitioſe recuſum eſt: *nullius rex egens eſto.* Tan. Faber probante Menagio: μὴ ἀναιδῶ μηδενὶ, *moleſtus ſis nemini.* Ioachimus Kühnius: μὴ ἀναιδεῖ, *ne ſis improbus erga quemquam.* [Vir doctus manu ſua adſcripſerat meo exemplo: *ſi* ἀναιδεῖ, *legatur, ceſſat obſcuritas*: alias probauit Palmerii correctionem.]

15) ΛΟΓΟΣ πρὸς ἌΒΑΡΙΝ. Proclus lib. III. in Timaeum pag. 141.

16) ΠΡΟΓΝΩΣΤΙΚΑ ΒΙΒΛΙΑ διάφορα. Tzetzes Chiliad. 2. v. 888 — 891. [Ex aliquo librorum prognoſticorum, qui nomen Pythagorae probabiliter mentiti ſunt, depromtum eſſe videtur *Iriarto*, Pythagorae ψῆφος, *computus de pueris naſcentibus ac ſimul errantium ſiderum aſpectu, vt, quo quisque ſub aſtro natus ſit, ex obſeruatione intelligas.* in codice regio Matritenſi LXXXIV. in quo plures ad diuinationem et rerum naturalium ſcientiam pertinentes libelli inſunt, in Catalogo codic. gr. MSS. biblioth. Matrit. p. 316. nr. 74. Ex eadem collectione deſumta forſan fuerunt, quae Arato quidem nr. 79. attributa ſunt, Pythagorae autem Iriarte adſignat, de formis et ſignificationibus XII. ſignorum: nr. 82. eſt Pythagorae epiſtola, (ab Iriarte primum p. 337. publicata) et Computus ad plura vaticinanda ad Telaugem, et Iriartio eadem eſſe videtur epiſtola adhuc inedita, quae in Catal. gr. MSS. graecorum regiae biblioth. Pariſienſi cod. MMCCLVI. inſcribitur, *Epiſtola Pythagorae ad Telaugem de laterculis magicis.* Tum ſequuntur aliarum diuinationum numeralium ſectiones in eadem collectione nr. 83. nimirum libellus gr. *de inualidis, vt praecognoſcas, quis eorum ſit praemoriturus.* Huic pſeudo-pythagorico opuſculo conſentaneum eſſe videtur Iriarto, (pag. 338.) id, quod *Neſſelius* in Caeſareae biblioth. MSS. Catalogi parte IV. pag. 104. cod. CLXXIX. nr. 11. refert, ita inſcriptum: ψῆφος Πυθαγόρου Σοφιστοῦ, *ſiue Pythagorae Diuinatio per numeros, quae alias* Ἀριθμαντεία *ſeu potius* Ἀριθμομαντεία *dicitur.* etc. Eundem codicem Vindobonenſem recenſet *Lambecius* in Commentar. de biblioth. Caeſarea. libro et vol. VII. p. 197. nr. 12. In eodem Iriarti Catalogo p. 439. recenſetur Pythagorae ἀρχ[illegible]ρος προγνωστικὸν etc. non multum, vt ait Iriarte, abſimile Pythagorae ad Telaugem epiſtolae paullo ante memoratae. adde §. VI. infra. *Harl.*]

17) ὝΜΝΟΣ. Proclus V. in Timaeum. pag. 331.

18) ἈΡΙΘΜΗΤΙΚΗ. Ioh. Malala Chron. tom. I. p. 201. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος τὴν Ἀριθμητικὴν συνεγράψατο. Iſidorus III. 2. Orig. *Numeri diſciplinam apud Graecos primum Pythagoram autumant conſcripſiſſe.* Meminit et Cedrenus duobus in locis. [Ad doctrinam de numeris Pythag. pertinuerit. vid. infra lib. IV. cap. 22. vol. IV. p. 20. *Villoiſon.* in anecd. gr. II. p. 244 ſq. et in comment. memorata de triplici theologia etc. p. 293 ſqq. not. vbi multus eſt de geometria Pythagorae, quem ſcribit primum intuliſſe in Europam notas numerorum minuſculas.]

19) ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΜΟΥ ΚΥΡΟΥ ΚΑΙ ΣΑΜΙΩΝ. teſte itidem Malala et Cedreno, quem falſum non dubitat Voſſius pag. 435. de Hiſt. graecis.

20) DE VIRTVTIBVS MEDICIS HERBARVM, ex quo profert nonnulla Plinius XXIV. 17. *Nec me fallit, inquit, hoc volumen, a quibusdam Cleemporo medico adſcribi, Pythagorae perſeuerat fama antiquitasque vindicauit.* Idem XXV. 2. *Ab eo* (Homero) *Pythagoras clarus ſapientia, primus volumen de earum* (herbarum) *effectu compoſuit, Apol-*

lini

Lae Aeſculapioque et in totum Diis immortalibus inuentione et origine aſſignata. Rurſus XIX. 5. vbi de generibus ſcillae herbae: *Vnum de his volumen condidit Pythagoras philoſophus colligens medicas vires, quas proximo reddemus libro.* [vid. Arpe lib. de Taliſmann. cap. V. p. 155 ſqq. *Heum.*] Videntur ex hoc libro petita, quae Pythagoram laudans profert idem Plinius XX. 9. vbi de braſſica. Pſeudo-Dioſcorides cap. 62. 136. (vbi de malua) 164. 192. 256. 264. 269. 273. Apuleius [ab auctore aſini aurei diuerſus.] lib. de herbis cap. 4. 50. etc. [Videtur tamen Pythagoras potius philoſophatus eſſe de valetudine per rectam et moderatam viuendi rationem parandaque remedia conſeruanda, quam de morborum curatione. Vide loca claſſica apud *Iamblichum* de vita Pythag. cap. 29. p. 139. Küſteri, et cap. 34. ſect. 244 ſq. p. 196. Plura de ſcientia Pythagorae et Pythagoreorum medica diſputant *I. Henr. Schulze* in Hiſtoria medicinae, period. I. ſect. II. cap. 7. §. 22 — 48. p. 169 ſqq. idem p. 396 ſq. et cl. *Meinerſ.* l. m. p. 479 ſqq. adde Elenchum veterum medicorum, infra vol. XIII. p. 382. *Harl.*]

21. [*Pythagorae* τὰ περὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης *de mari rubro* laudant *Athenaeus* V. 21. XIV. 8. et *Aelian.* de nat. animal. XVII. 8. ad quem locum vid. not. cl. Schneideri p. 536. Sed diuerſus is a noſtro eſt. vide ſupra §. III. nr. 11. *Harl.*]

Denique *Elegos* quosdam ſepulcro Apollinis Pythagorae inſcriptos teſtatur Porphyrius ſect. 16. p. 18. Kuſteri et [p. 20. vbi conf. Küſteri notam,] Epigramma in monumentum Iouis, cuius hoc ait fuiſſe initium: Ὧδε θανὼν κεῖται Ζὰν, ὃν Δία κικλήσκουσι. [‹]

Non mirum eſt, tot ſcripta olim tributa Pythagorae fuiſſe, cum Pythagorici omnia ſua ad Magiſtrum ſuum referrent. *Iamblichus* cap. XXXI. p. 171 ſq. [p. 164. Küſteri.] Καλὸν δὲ καὶ τὸ πάντα Πυθαγόρᾳ ἀνατιθέναι τε καὶ ἀποκαλεῖν, καὶ μηδεμίαν περιποιεῖσθαι δόξαν ἰδίαν ἀπὸ τῶν εὑρισκομένων εἰ μήπου τι σπάνιον. Πάνυ γὰρ δή τινές εἰσιν ὀλίγοι ὧν ἴδια γνωρίζεται ὑπομνήματα. Quamquam idem cap. XXIX. p. 143. [p. 133. vbi dixerat nil hominum notitiae ſubiici, quod non in illis ſcriptis adcurate ſit pertractatum;] non dubitare tamen videtur quaedam ſaltem ex illis eſſe Pythagorae ipſius, pleraque Pythagoricorum. Quum enim dixiſſet in omni genere doctrinae exſtare ſcripta pythagorica praeſtantiſſima et accuratiſſima, εἰ τοίνυν ὁμολόγηται, inquit, τὰ μὲν Πυθαγόρου εἶναι τῶν συγγραμμάτων τῶν νυνὶ φερομένων, τὰ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως αὐτοῦ συγγεγράφθαι, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἑαυτῶν ἐπεφήμιζον αὐτὰ ἀλλὰ εἰς Πυθαγόραν ἀνέφερον αὐτὰ ὡς ἐκείνου ὄντα, φανερὸν ἐκ πάντων τούτων ὅτι πάσης σοφίας ἔμπειρος ἦν ἀποχρώντως. [audi et mirare Nicomachi vaniloquentiam apud *Iamblich.* cap. 29. ſect. 157 ſqq. et 161. et conf. *Meinerſ.* l. c. p. 512 ſq. et p. 517 ſqq.] *Lyſidis, Hippaſi* et *Philolai* ſcripta et *Clinempori* medici ſub Pythagorae ambulaſſe nomine iam a me animaduerſum eſt. Sic plura *Aſtonis* Crotoniatae, eidem philoſopho adſcripta refert Laertius VIII. 7. Et *Archippum* ac *Lyſidem*, memoriter tenentes praecepta doctoris, ingenio pro libris vſos ſcripſit Hieronymus apolog. 2. aduerſus Rufinum p. 166. et poſt quaedam interiecta addit, *a filio et filia diſcipuliſque Pythagorae prodita monumenta*, filiam reſpiciens *Theanonem* vel *Arignotem*, filium *Telaugen*. Equidem filiae ſuae *Damoni* quoque commiſiſſe Pythagoram commentarios a ſe ſcriptos, nemini extra familiam communicandos, legitur in epiſtola [at ficta] Lyſidis ad Hipparchum, teſtati, Damonem nullo pretio eos vulgare, ſed *Biſtaliae* filiae ſuae eadem arcani lege cuſtodiendos crediſſe.

 Dorica

Dorica dialecto, cuius tunc vſus in parte Italiae Pythagoreis [kk]) frequentatus erat, ſcripta fuerunt pythagorica commentaria pleraque, quemadmodum tum ex fragmentis patet, tum notatum Porphyrio eſt, qui hoc inter cauſas decrementi ſectae illius retulit in vita Pythag. pag. 40. Ἔπειτα διὰ τὸ καὶ τὰ γεγραμμένα Δωρίδι γεγράφθαι, ἐχούσης τι καὶ ἀσαφὲς τῆς διαλέκτου. Καὶ μὴν διὰ τοῦτο ὑπονοεῖσθαι καὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς (ἀριθμητικῆς πραγματείας) ἀνιστορούμενα δόγματα ὡς νόθα καὶ παρηκουσμένα, τῷ μὴ ἀντικρὺς Πυθαγορικοὺς εἶναι τοὺς ἐκφέροντας ταῦτα. Doricum idioma tamquam optimum et antiquiſſimum placuiſſe Pythagorae, contra diſputat *Iamblichus* cap. XXXIV. ſect. 241 ſq. qui locus eſt notandus.

De Symbolis Pyth. V. Conſtat Pythagoram et Pythagoreos, quando apud extraneos agerent, vſos inter ſe certis *Symbolis* atque aenigmatis, breuibusque ſententiis et obſcuris [ll]). Iamblichus cap. XXXII. p. 191. ἐπὶ δὲ τῶν θυραίων καὶ ὡς εἰπεῖν βεβήλων εἰ καί ποτε τύχοι, διὰ συμβόλων ἀλλήλοις οἱ ἄνδρες ᾐνίττοντο. [P] Confer eiusdem protrepticum p. 130. Ea in libros etiam relata, morti vicini ſuis diligenter commendarunt, ne alienis a ſecta ſua hominibus vulgarentur. Idem cap. XXXV. p. 211. διαλαβόμενοι δὲ μὴ παντελῶς ἐξ ἀνθρώπων τὸ φιλοσοφίας ὄνομα, καὶ θεοῖς αὐτοὶ διὰ τοῦτο ἀπεχθάνωνται, διαλείποντες ἄρδην τὸ τηλικοῦτον αὐτῶν δῶρον, ὑπομνήματά τινα κεφαλαιώδη καὶ σύμβολα συνταξάμενοι τά τε τῶν πρεσβυτέρων συγγράμματα καὶ ὧν διεμέμνηντο συναλίσαντες κατέλιπον ἕκαστος οὗ ἐτύγχανεν τελευτῶν, ἐπισκήψαντες υἱοῖς ἢ θυγατράσιν ἢ γυναιξὶ μηδενὶ διδόναι τῶν ἐκτὸς τῆς οἰκίας. Haec *Symbola* [mm]) ſiue ἱερὰ ἀποφθέγματα, vt vocat *Hierocles* p. 321. ex veteribus explicaverant *Ariſtoteles* [nn]), *Androcydes* [oo]), *Alexander Polyhiſtor* [pp]), *Anaximander Mileſius* iunior,

kk) Pythagoras ipſe tamen vtpote Samius non videtur abhorruiſſe ab Ionica dialecto. *Fabric.* conf. cl. Glandorf. diſp. de carminis aurei aetate etc. praemiſſam illius editioni carminis aurei, §. VIII. pag. 81 ſq. *Harl.*

ll) Immo vero tota de numeris doctrina fuit ſymbolica. conf. *Tiedemann.* l. mem. p. 410 ſqq. Sic apud *Lucianum* pro lapſu inter ſalutandum cap. 6. tom. I. p. 729. (vbi plura dabunt interpretes,) triplum triangulum ſibi implexum, quinque deſcriptum et incluſum lineis, qua teſſera ad ſententiae ſuae declarationem homines vterentur, ὑγίεια, *valetudo* a Pythagoreis vocabatur: alios vero, in his Philolaum, τετρακτὺν, *quaternionem*, vocaſſe *valetudinis* initium, ibidem prodit Lucianus. Ex Luciano quaedam ſumſit ſcholiaſtes ad Ariſtophanis Nubes verſ. 609. adde *Iac. Tollium* in Fortuitis, cap. 2. p. 9. De ratione et ortu illorum e myſteriis ab aegyptiacis ac graecis ſacerdotibus perceptis ducto, vid. *Tiedemann.* l. m. p. 320 ſqq. *Harl.*

mm) Demetrius de elocutione §. 254. διὸ καὶ τὰ σύμβολα ἔχει δεινότητας, ὅτι ἐμφερῆ ταῖς βραχυλογίαις. Καὶ γὰρ τῷ βραχέως ῥηθέντος ὑπονοῆσαι τὰ πλεῖστα δεῖ, καθάπερ ἐκ τῶν συμβόλων. [Sententiae breues, quae praecepta omnibus Pythagoreis ſcitu vtilia, et ſequenti aetate ſaepe ſiue myſtica ratione perperam explicita, ſiue aliis ineptis ſententiis aucta, continebant, et ſeriore demum aetate etiam nomine ſymbolorum inſigniebantur, probe diſtinguendae ſunt a ſymbolis proprie ſic dictis pythagoricis, quae aenigmata fuerunt initiatis primi ordinis nota, et arcanam linguam ſignaque habebant, ordinisque inſignia fuiſſe videbantur. Vberius ſcitiusque diſſeruit de ſymbolorum illorum ratione atque diſcrimine cl. *Meinerſ.* in Hiſtoria doctrinae de Deo, p. 290. in primis in Hiſt. doctrinarum apud Graecos et Romanos p. 487 — 499. adde cl. *Tiedemann.* l. m. p. 321 ſqq. et p. 550 ſqq. Atque *Heumann.* ad oram ſui exemplaris bene iam adſcripſerat: „Videntur etiam ad Pythagoram relata fuiſſe ſymbola, quorum ipſe non fuit auctor, quaeque vel a Pythagoreis vel ab aliis excogitata fuerunt.“ *Harl.*]

nn) Meminit Porphyrius, Hieron. aduerſus Ruſin. tom. II. p. 166. etc. Vide infra libro III. vbi de ſcriptis Ariſtotelis deperditis.

oo) Iamblich. Vit. Pythag. cap. 28. ſegm. 145. et Theologumena Arithmet. p. 41.

pp) Vid. Ionſius pag. 199. Clemens Alexan. I. Strom. p. 304. Cyrillus IV. contra Iulian. p. 133.

nios qq), et alii, quorum ſcripta interciderunt: forte etiam *Ariſtoxenus* et *Zeno*, a quibus pythagorica apophthegmata tradita conſtat e Stobaeo ac Suida. At enim ex his, qui aetatem tulerunt, videndi *Plutarchus* rr), VIII. 7. ſympoſiac. ſq. et lib. de educatione liberorum p. 12. *Laertius* VIII. 17 ſq. *Hierocles* p. 297 ſq. *Suidas* in Πυθαγ. *Hieronymus* contra Rufin. tom. II. p. 166. edit. Francof. praecipue *Iamblichus* in protreptico ad Philoſ. cap. XXI. Inter recentiores hoc argumentum attigerunt *Philippus Beroaldus*, Bononienſis, cuius libellus de ſymbolis pythagoricis [Bonon. 1500. 4. inter Beroaldi opuſcula. Baſil. 1509. 4. et ibid. 1517. 4.] ſeparatim recuſus cura Petri Fabricii, Roſtoch. 1604. 12. *Coelius Rhodiginus* XVI. 17 ſq. Antiqu. lect. *Deſiderius Eraſmus* in praeclaro adagiorum opere ſub initium, [*Braſſicanus* in libro: Prouerbiorum Symmicta. Quibus adiecta ſunt *Pythagorae Symbola XVIII.* et ipſa prouerbialia — recens ex Iamblicho Chalc. philoſopho graeco latina facta ſimul et explicita Io. Alexandro Braſſicano, Viennae 1529. ss)] *Marſilius Ficinus*, *Ioh. Reuchlinus* lib. II. de arte Cabbaliſtica. (cuius diſputationem anglice vertit et Hiſtoriae ſuae philoſophicae inſeruit Stanleius;) *Lilius Gyraldus*, cuius eruditus liber et ſeparatim [Baſileae 1551. 8.] et Tomo poſteriore pag. 637 ſqq. Operum et p. 465. Baſil. 1580. et ad calcem Hieroclis edit. Lond. tomo II. habetur tt), *Coelius Calcagninus* in dictis moralibus, inter Opera Baſil. 1544. fol. Idem *Calcagninus* lib. I. ep. 3. teſtatur, ſe peculiari volumine ſymbola pythagorica interpretatum eſſe: ſed illud inter opera eius non exſtat. *Omeis* p. 123 ſq. ethicae pythagoricae, *Paſch.* de variis modis moralia tradendi, p. 410. *Paulus Scalichius* libro de myſteriis Pythagorae, *Ioach. Zehnerus* in fragmentis Pythagorae, Lipſ. 1603. 8. *Claudius Minos*, *Athanaſius Kircherus* tom. II. Oedipi part. II. p. 157. *Tho. Stanleius* parte IX. Hiſtoriae philoſophicae [?] p. 556. [part. VIII. verſ. Olear. et edit. Venet. p. 392 — 411.] *Nic. Scutellius* Iamblichi interpres, *Franciſcus Bernius* Comes in Moralitate arcana e Pythagorae ſymbolis. Ferrar. 1669. 4. *Paulus Pater*, Profeſſor primum Thorunienſis, poſtea Gedanenſis, in Arcanis moralitatis ex XLI. Pythagorae ſymbolis, Francof. 1687. 8. [*Pythagorae* ſymbola, apophthegmata et ſententiae etc. lat. Romae, 1607. 12. — In bibliotheca Vindobonenſi cod. CXXXIII. nr. 15. praebet *Pythagorae ſymbola*, teſte Lambecio Comment. de bibl. Caeſ. lib. et vol. VII. p. 530. — In *Stolle* Geſchichte der heidniſchen Moral, p. 228 ſqq. *Harl.*] Ad ſymbolum *Choenici ne inſideas* exſtat ingenioſa et erudita diſſertatio *Io. Rondelli* uu) gallice edita Amſt. 1690. 12. De eodem ſymbolo agit Caſpar Waſerus lib. II. cap. 3. de menſuris Hebraeorum.

Ggggg 3 VI. Feruntur

qq) Suid. in Ἀναξιμ. [et Eudocia pag. 49.]

rr) Conferenda LX. pythagorica praecepta myſtica a Plutarcho interpretata, quae latine manu Pandulphi Collenutii Piſaurenſis deſcripta reperit Gyraldus, et cum libro ſuo de ſymbolis Pythagorae edidit. *Libellus*, inquit, *eſt ſcitu dignus, ſed qui minime inter Plutarchi ſcripta graeca reperiatur, ſumma ſit licet a me cura et diligentia conquiſitus. Fabr.* conf. *Gyraldi* Opera a Io. Ienſio edita, Lugd. Bat. 1696. fol. tom. II. pag. 637. *Harl.*

ss) Epiſtola dedicatoria ſcripta eſt: *Viennae Auſtriae anno M. D. XXVIIII. menſe Martio.* rec. Pariſ. 1532. 8. Baſil. 1532. 8. cum Eraſmi adagiis, apud Wechel. 1579. et 1599. fol. Plura leges in: *Denis* Wiens Buchdrucker - Geſchichte pag. 691 ſqq. *Harl.*

tt) Confer *Freytag* Adparat. litter. tom. III. p. 450. 452. *Harl.*

uu) Vide Acta Er. A. 1691. p. 77. vbi diſces, virum hunc doctiſſimum vniuerſae philoſophiae Pythagoricae illuſtrandae animum adpuliſſe: Hiſtoire des Ouvrages des Sav. 1690. Oct. p. 102.

Speculum Magiae et alia Pythagorae incerta.

VI. Feruntur et hodie nonnulla Pythagorae nomine incerta fide, vt *Speculum Magiae* et *Sphaera pythagorica diuinatoria* de decubitu aegrorum, quam ab *Apuleio*, vt ferunt, latine redditam adfert *Caſpar Barthius* XXX. 7. Aduerſar. vv) Similem rotam vitae et mortis exhibet ſimul atque explodit Kircherus tom. II. Oedipi Aegyptiaci parte II. p. 491. ww) et canoras eiuſmodi nugas non aliis facere ſe, recte adfirmauit Ioſephus Scaliger epiſt. CLXXXI. Solet etiam *abacus pythagoricus* vulgo adpellari, vtilior longe et rationabilior tabula multiplicationis numerorum, (*das Einmal eins,*) confer Boethium lib. I. geometriae p. 1517. 1518. et Bedam tom. I. Operum p. 77 ſq. xx) qua tamen alia longe viſus fuerit Pythagoras, ſiquidem exploratum eſſet, Pythagorae tetractyn fuiſſe rationem numerandi non vltra quaternarium, inde facta reflectione ad vnitatem, ſimili artificio, quo hodie per denarium facimus, quamcunque multitudinem quatuor numeris efferendi. de qua videndus *Erhardus Weigelius* in Tetracty pythagorica, et Aretologiſtica p. 35. ſqq. *Ioh. Wallisius* tom. I. Opp. 25. et 66. *Ioh. Sturmius* matheſi enucleata p. 6 ſq. Sed ingenioſe magis, quam vere hoc a praeſtantiſſimo Weigelio excogitatum eſſe exiſtimo, et ſententiae huic refragari vniuerſam Pythagorae ſcholam, vt ex Nicomacho, Theologumenon Arithmeticae ſcriptore, Iamblichi in Nicomachum Commentario, et Ioh. Meurſii denario pythagorico conſtare cuilibet poteſt. [confer *Meinerſ.* Hiſtoriam doctrinarum apud Graec. et Romanos I. p. 559 ſqq. de iſto Weigeliano libro et commento.] Itaque ſi numerorum myſterium tetractyos nomine a Pythagora ſignificatum eſſe dicendum ſit, denarium potius reſpexiſſe cum viris

vv) Vide ſupra ad §. IV. nr. 16. *Pythagorae et Apuleii ſphaera* in cod. reg. Paris. 7337. vol. IV. Catal. pag. 343. cod. Florentinus XIV. Plutei LXXXVI. in Bandini Catal. biblioth. Laurent. MSS. gr. tom. III. p. 338. continet *Geomantiae artem* cum punctis et figuris geomanticis, qualis eſſe dicitur in cod. XXII. plutei XXVII. Catalogi eiuſdem tom. II. p. 41. Operis titulus: Ἀρχὴ σὺν θεῷ τῆς Πυθαγορικῆς Λαξευτηρίας, ἤτοι τῆς Ῥαβδολίας οὕτω πως λεγομένης περσιστί. (qui liber eſt quoque in cod. XVII. in eodem vol. p. 361. notatus.) Tum ibid. nr. 8. ſequitur Εὐχὴ Λαξευτηρίας ad deum, dicenda ab eo, qui quaeſtionem proponit, cum diuinationibus variis, quae ex planetarum figuris et locis inſtituendae ſint. Ibid. nr. 9. p. 340. recenſetur argumentum libri ſcripti: Πυθαγόρου πλινθίδες *Pythagorae laterculi*, ſeu tabulae quaedam cabbaliſticae, quibus p. 38. ſuccedit Ψῆφος Πυθαγορικὸς, *calculatio pythagorica*: quod opus, cuius νόησιν quilibet diuinabit, inſcribitur *Iliadi* cuidam, hac epiſtola ipſi nuncupata Πυθαγόρας Ἰλιάδι χαίρειν. Tum aliae tabulae cabbaliſticae, atque alia demonſtratio circa aegrotum ad dignoſcendum, victurusne ſit, an moriturus. In catal. MSS. biblioth. reg. Paris. vol. II. ſunt in codd. MMIX. ac MMCCCCXXVI. Pyth. tabula, cuius ope futura diuinari poſſunt, in cod. MMCCLVI. ad Telaugen, de laterculis magicis, epiſtola. Confer de nugis illis diuinationum *Caſp. Peuceri* commentar. de praecipuis generibus diuinationum, *de Sortibus*, p. 224 ſqq. adde ſupra lib. I. cap. 29. cap. 31. etc. *Harl.*

ww) Eadem reiicitur a Naudaeo in Apologia pro Magis cap. X. Exhibetur et in Geomantia gallice edita a Chriſtophoro Cartano, Nobili Geneuenſi, Pariſ. 1567. 4. Exſtat etiam libellus hoc titulo: Nobiliſſimus et antiquiſſimus ludus pythagoreus, qui Rhythmomachia adpellatur; gallice, auctore Claudio de Boiſſiere, Delphinate. Pariſ. 1556. 8. Italice: Il giuco pittagorico, nominato *Ritmomacchia*, per Franc. Barrozi, Venet. 1572. 4. [vid. *Paitoni* in biblioteca degli Autori antichi gr. et lat. volgarizzati etc. vol. III. p. 109.] Famoſum quoque fuit quondam Pythagorae Παίγνιον, de litteris, ſanguine in ſpeculum, Lunae obuerſum, ſcriptis, quae legi poſſint in Luna. vid. Suidas in Θετταλὴ γυνή. [et ſcholiaſt. ad *Ariſtophanis* Nubes, v. 750.]

xx) Conf. cl. *Gattereri* elementa artis diplomaticae vniuerſalis, Gottingae, 1765. p. 71 ſqq. *Iamblichum* in libro, a Villoiſonio edito, in Anecd. gr. II. p. 211 ſqq. eundem cl. *Villoiſon.* ibid. pag. 143 ſqq. et de triplici theologia vett. p. 293 ſqq. quo vtroque loco multos alios viros doctos excitat. *Harl.*

viris doctiſſimis mihi perſuaſerim, qui ex additione vnitatis, binarii, ternarii et quaternarii coaleſcit. [vid. ad §. II. circa fin.] Notum et Pythagoricorum Πεντάλφα ſiue Πεντάγραμμον ſymbolum ὑγιείας, quo in epiſtolis vſos notat praeter alios ſcholiaſtes *Luciani* T. p. 26 ſq. Vide *Voſſium* IV. 36. de idololatria, et *Iac. Tollium* cap. 2. fortuitorum. [☞] [et ſupra §. V. not. *ll.*] Nec minus trita *quinque corpora pythagorica*, de quibus prius ſcripſit Theaetetus, Suida teſte, Socratis diſcipulus: e quibus, pyramidem igni, cubum terrae, aeri octaedron, icoſaedron aquae. Vniuerſo διακόσμῳ congruere opinabantur. Vide *Platonem* in Timaeo, p. 487. *Laertium* III. 70. *Plutarchum* II. 6. de placitis Philoſ. et quaeſt. Platon. p. 609 ſq. etc. eumdem *Plutarch.* p. 1114 ſq. de Muſica, non ſenſu, ſed analogica ratione iudicanda, item p. 1147. *Euclidem* lib. XIV. et XV. et *Ioh. Keplerum* mathematicorum ſuae aetatis principem in opere eximio de Mundi Harmonia. Praetereo *Monochordum* ſiue κανόνα ἐκ μιᾶς χορδῆς inuentum a Pythagora, de quo *Laertius* VIII. 12. et *Henr. Lindenbrogius* ad Cenſorin. cap. X. *Gaſſendus* cap. III. Theoriae muſicae. Tum nobile εὕρημα geometricum de area parabolae, vel alterum de proprietate Hypothenuſae in angulo orthogonio, Pythagorae ipſi hecatombe dignum viſum, teſte *Apollodoro* apud *Plutarch.* p. 1094. de ſuauiter viuendo ſecundum Epicurum, quod praeter Laertium et alios celebrat *Vitruuius* IX. 2. et demonſtrat *Euclides* lib. I. propoſ. 47. et lib. VI. propoſit. 31. Confer *Proclum* lib. IV. ad primum Euclidis p. 110. *yy*) Haec propoſitio, quia in academiis quibusdam demonſtranda proponi conſueuerat creandis philoſophiae Magiſtris, ideo appellata eſt *Magiſtralis*. Denique imaginem Coeli et Terrae, quam ex aere factam Tarenti a Pythagora, ſcribit Varro IV. de Lingua latina. Ex numeris conſtare omnia, dixit. vid. Abulphar. pag. 55.

De 2. *epiſtolis* ſub Pythagorae nomine exſtantibus egi ſupra cap. X. §. 9. p. 413. [Epiſtolam Pyth. ad Hieronem manu exaratam et ab Curterio editam, habet bibl. Paris. catalog. MSS. reg. vol. II. nr. MMML, (vbi quoque nr. MMIX. memoratur Pyth. epiſtola ad Laidem,) item Bibliotheca Laurent. teſte *Bandinio* in Catalogo MSS. gr. in illa bibliotheca, vol. II. p. 334. nr. LX. item in aliis codicibus ibidem p. 350. nr. II. p. 434. nr. XIX. cum ficta Abaridis ad Pythagoram epiſtola, denique pag. 491. nr. XIV.]

Aurea carmina. Iam dicendum non nihil eſt de verſiculis, praecepta moralia continentibus, qui propter vſum et elegantiam χρυσᾶ ἔπη ſiue *aurea carmina* adpellari conſueuerunt, (licet μολιβδᾶ *plumbea* vocentur a Nazianzeno contra Iulianum p. 197. quod ei excidiſſe nolim,) et ad noſtram aetatem peruenere cum commentario aureolo et ipſo lectuque digniſſimo *Hieroclis* *zz*) philoſophi, non illius Nicomedienſis, [☞] qui aduerſus *aaa*) Chriſtianos ſcripſit, ſed

yy) Alium inſignem *Procli* locum ex libro II. ad Euclidem pag. 19. de Pythagorae aliorumque ſcientia mathematica emendatius deſcripſit Fabricius infra lib. III. cap. 14. §. 18. vol. II. p. 384 ſq. adde, quae ex Iamblicho publicauit *Villoiſon.* in Anecd. graecis II. p. 216. et 220 — 225. *Harl.*

zz) Fuere et alii Hierocles qui a Ioh. Pearſonio prolegom. ad Hieroclis commentarium enumerantur: 1) *Hierocles* Alabandeus, Aſiaticorum princeps rhetorum, Cicerone puero clarus, qui eius meminit in Bruto et 2. de Oratore, Strabo lib. XIV. 2) *Hierocles*, Strabone iunior, cuius φιλίστορας λόγους adlegat Stephanus Byz. in Βραχμᾶνες et Ταρκυνία. Tzetz. Chil. VII. hiſt. 144. et forte reſpicit ſchol. Pindari Pyth. Od. IV. Suidas in ἐμποδὼν et Apoſtolius VIII. 20. prou. laudantes Hieroclem ἐν δευτέρῳ φιλοσοφουμένων παρὰ τῶν φιλοσόφων. [Plura loca ex Hieroclis Opere, φιλοσοφούμενα, et vnum e libro de matrimonio excerpſit *Stobaeus* in Eclogis phyſicis.] 3) *Hierocles* Hyllarimenſis philoſophus

Platonici Alexandrini, [circa annum Christi CDL, imperantibus Theodoſio II. Martiano, et Leone Thrace: laudat eum *Damaſcius* apud Photium cod. CCXLII. p. 1035. et 1037. vbi dicitur ſcholas Alexandriae illuſtraſſe. adde §. VII. Is igitur] ... vixit τὰς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβὰς ὑψηλοφροσύνῃ καὶ μεγαληγορίᾳ κοσμήσας μετὰ τοῦ σεπτοῦ καὶ μεγαλοπρεποῦς, vt

loſophus Stoicus, ab athletica ad philoſophiam qui ſe contulit. Gell. IX. 5. et Steph. in Ὕλλάριμα. 4) *Hierocles* cauſarum patronus, qui libros binos περὶ ἵππων θεραπείας ſcripſit ad Caſſianum Baſſum, de quo infra lib. V. cap. 5. vol. VI. p. 497. vbi ſcriptores veterinarios recenſeo. 5) *Hierocles* grammaticus, qui συνέκδημον ſcripſit, ſiue notitiam imperii CPolitani, de qua ago libro IV. cap. 2. §. 19. 6) *Hierocles*, ſcriptor facetiarum. His adde 7) *Hieroclem*, qui a Demoſthene memoratur contra Ariſtogitonem. 8) *Hieroclem* Imp. Heliogabali παιδικά, quem Caricum ſiue Hyecaricum mancipium vocat Dio in excerptis libri LXXIX. 9) *Hieroclem*, patrem Hieronis, tyranni Siculorum, Iuſtin. XXIII. 4. Athen. V. p. 209. 10) *Hieroclem* Caſſianum in Inſcriptione veteri palmyrena. etc. 11) *Hieroclem* Arceſilai philoſ. familiarem, ap. Laert. IV. 39. 12) *Hieroclem* Alypii F. Antiochenum, Libanii ſophiſtae diſcipulum, et ad quem ſunt Libanii epiſtolae: de quo *H. Valeſius* ad Ammian. XXIX. [et *Bayle* in Diction. vol. II. voc. *Hierocles* p. 759.] Idem Libanius in epiſt. teſtatur, *Hieroclem* cum Ariſtaeneto periiſſe in terrae motu Nicomedienſi, qui contigit A. C. 358. [vid. Wolfianae centuriae epiſt. 50. Libanii p. 141. ſed vide *Burmann.* ad Valeſii Emendatt. p. 11. not. 6.] 13) *Hieroclem* Piraeei praefectum Laert. II. 127. IV. 39. 40. eumdem forte Hieroclem Carem, de quo Polyaenus V. 17. 14) *Hieroclem Augurem*, Ariſtoph. in Pace, v. 1068. 1069. 15) *Hieroclem* Strategum Mytilenaeum, in numo apud Sponium p. 130. Miſc. eruditae antiqu. 16) *Hieroclem*, Auguſti libertum, diſpenſatorem operum publicorum, in vetere Inſcriptione apud Reineſ. 571. Porro apud Athenaeum lib. XIV. vbi, quid ſit σχιστὰς placentae genus, explicat, pro Ἱεροκλῆς legendum Ἰατροκλῆς, vt idem Pearſonus obſeruat.

aaa) Hic ex Vicario praeſes Bithyniae, atque inde Ἀλεξανδρείας ἔπαρχος, (ſiquidem is ipſe eſt, de quo *Epiphan.* haereſ. LXVIII. 1. et qui ab Aedeſio martyre caeſus pugnis, vide Valeſ. p. 177. ad Euſeb.) auctor et conſiliarius ad faciendam perſequutionem Diocletiano fuit, teſte *Lactantio* de mortibus perſecutor. cap. 16. ſcripſit λόγους φιλαλήθεις δύο πρὸς τοὺς χριστιανούς. Vide eumdem *Lactantium* lib. V. cap. 2 ſq. [*Pearſon.* Proleg. ad Hierocl. p. 15. *Needham.* in notis ad Hier. p. 39. nr. 43. *Burmanni* not. ad H. Valeſii Emendatt. p. 10 ſqq. lib. I. cap. 5. vbi et Valeſius et Burmann. de hoc Hier. opere eiusque auctore, qui a philoſopho noſtro Pythag. carminum interprete, perite diſtinguitur, docte egerunt. *Harl.*] Huius operis particulae, qua Chriſtum ſeruatorem noſtrum cum Apollonio Tyanenſi contulerat, ſuum aduerſus Hieroclem librum oppoſuit *Euſebius*, qui etiamnum exſtat, cum Euſebii eiusdem demonſtrationis euangelicae libris graece et latine ex verſione *Zenobii Accioli* Florentini non vsquequaque optima, ſed a *Luca Holſtenio* interpolata et in notis ſubinde caſtigata. Exſtat etiam cum Accioli verſione ad calcem Philoſtrati de vita Apollonii, Pariſ. 1608. fol. vid. infra libr. V. cap. 4. §. 6. vol. VI. p. 91. *Fabric.* *Gottfried Olearius* adiecit quoque illam Euſebii defenſionem ſuae Philoſtrati editioni p. 413 ſqq. cum ſuis et Holſtenii notis: praemiſit autem varia, 1) veterum, n. Lactantii, Euſebii, Aeneae Gazaei, et Metaphraſtis vitae Aedeſii, teſtimonia; 2) particulam longiorem de Hierocle, φιλαλήθους ſermonis auctore, tum de aliis eiusdem nominis, ex *I. Ionſii* libr. de ſcript. hiſt. philoſ. III. 18. cum notis, in quibus Ionſius partim explicatur, partim redarguitur: 3) ex Io. Pearſonii Prolegom. ad Hieroclis comment. in aurea carmina, de iis, qui *Hieroclis* nomine claruerunt. 4) ex A. Dacerii praefatione, gallicae illius verſioni comment. in aurea carm. praemiſſa, p. 239. ex verſione lat. et cum notis Olearii. Adde *Tillemontium* in Monimentis ad Hiſtor. eccl. pertinentibus, tom. IV. p. 606. *Pagium* in Crit. Baron. ad a. Ch. 302. n. VIII. tom. III. p. 315. Ionſium quoque refutauit *Bayle* in Diction. tom. II. p. 760. C. de noſtro philoſopho Alexandrino copioſus, et p. 758. de Hierocle perſequutionis Diocletianae ſuaſore vberius diſſerit, idemque Morerium ac Baronium refellit: adde *Glandorf.* in diſputatione, illius editioni carminis pythagorici praemiſſa, §. 9. 10. de Hierocle, Pythagorae interprete, ac modo, quo carmen id tractauerit, et quid de argumento illius ſtatuerit. *Harl.*

vt de eo Damaſcius apud Photium cod. CCXCII. [vbi is multus eſt de ſcriptis Hieroclis illorumque argumento,] p. 551. [bbb]) Aurea quidem carmina ipſi *Pythagorae* vulgo tamquam auctori tribuuntur et olim a multis adſcripta ſunt, vt a Chalcidio p. 229. *Pythagoras etiam in ſuis aureis verſibus:*

Corpore depoſito cum liber ad aethera perges,
Euades hominem, factus Deus aetheris almi.

Sic *Clemens* Alex. lib. I. cap. 10. paedagogi, Hieronymus contra Rufin. *Reſpice omnem oram Italiae quae quondam magna Graecia dicebatur, et Pythagoricorum dogmatum inciſa publicis litteris aera agnoſces. Cuius enim ſunt illa χρυσᾶ παραγγέλματα* [ccc]) *nonne Pythagorae, in quibus omnia eius ita breuiter dogmata continentur, et in quae latiſſimo opere Philoſophi commentatus eſt Iamblichus, imitatus ex parte Moderatum virum eloquentiſſimum et Archippum ac Lyſidem Pythagorae auditores.* Etiam *Proclus* 3. in Timaeum, Pythagoram adpellat τὸν τῶν χρυσῶν ἐπῶν πατέρα. At *Galeno* ſubdubitanti lib. de dignotione adfectuum tom. VI. edit. Pariſ. p. 528. laudantur παραινέσεις φερόμεναι ὡς Πυθαγόρȣ. Et Chryſippus apud *Gellium* VI. 2. et in conſolatione ad Apollonium Plutarchus, *Iamblichus* in Vita Pythag. p. 138. aliique non Pythagorae ipſi, ſed Pythagoraeis illa tribuunt. Et Hierocles p. 318. adpellat non vnius Pythagorici, [ſ] ſed ὅλȣ τȣ̃ ἱερȣ̃ συλλόγȣ ἀπόφθεγμα κοινὸν, teſtatur, in more poſitum fuiſſe, vt quotidie mane et veſperi hoſce πυθαγορικȣ̀ς θεσμȣ̀ς ab illius ſectae hominibus legerentur vel audirentur. Alibi p. 230. ὁ τῶν ἐπῶν τȣ́των συγγραφεὺς [ddd]). Qui vero ad vnum quemdam e Pythagoricis putarunt eſſe has, (vt idem Hierocles et Simplicius vocant)

bbb) Fabricii ſententiam de auctore commentarii vero amplectitur ornatque *Needham.* in praefatione ad Hieroclis editionem p. 16. Idem cenſuit *Henr. Valeſius* in Emendationum libro I. cap. 5. Is primum p. 12. ex Damaſcio ipſoque Hierocle apud Photium docet, illum vixiſſe poſt Plutarchum, Athenienſem, temporibus Theodoſii iunioris. Tum de patria noſtri diſputat, et e Stephano Byzantio voc. Ὑλλάριμα colligit, noſtrum fuiſſe *Hyllarima*, vrbe Cariae, oriundum: in qua haereſi iam fuerant *Salmaſius* ad Stephani locum, *Iſaac. Voſſius* ad Pompon. Melam lib. I. cap. 16. qui eumdem eſſe qui aduerſus Chriſtianos ſcripſit, ſibi perſuadebat, et *Pearſonius*, qui praeter ea *Ger. Io. Voſſio* lib. III. de hiſtor. graecis p. 376 ſq. credidit, Hieroclem chriſtiani nominis ſub Diocletiano vexatorem, et ex perſequutore factum philoſophum, domo fuiſſe Hyllarimenſem. Enimuero Valeſius, vt recte diſcreuit duos illos Hierocles, ita de patria philoſophi noſtri errauit; et reliquos modo dictos, viros eruditos, eſſe lapſos, docet *Burmannus* II. ad Valeſii Emendatt. p. 13. Is, Hieroclem, ait, illum Hyllarimis latere patiamur, donec certioribus indiciis, qui qualiſue fuerit, compertum habeamus: philoſophum autem, qui ad carmina Pythagorae ſcripſit, domo fuiſſe Alexandrinum ſtatuendum eſt. Fabricius in nota *zz*) nr. 5. Hyllarimenſem illum Hieroclem fuiſſe philoſophum Stoicum ſcribit. *Bayle* vero in Diction. II. p. 788. Hieroclem, auctorem libri: φιλίστορες, in quo multae fabulae repetitae fuiſſe videntur, *Hyllarimenſem* eſſe ſuſpicatur. *Harl.*

ccc) Ex iis, quae apud Hieron. ſequuntur, poſſis colligere, eum de ſymbolis potius pythagoricis et apophthegmatis loqui, quam de aureis, quae habemus, carminibus.

ddd) Non vnius Pythagorici eſſe carmen, ſed collectionem ſententiarum ac praeceptionum a variis ſigillatim concinnatarum per variam occaſionem (hinc in cod. Vindobon. paullo inferius nom. ſunt inſcripta, Πυθαγορικὰ ἔπη,) atque propter inſignem vtilitatem in corpus quoddam redactarum, carmen tamen, ſiue potius fragmenta ſpirare mentem Pythagorae eiusque adſeclarum antiquiſſimorum, credunt *Olearius* ad Stanleii Hiſtor. philoſ. tom. II. p. 305. edit. Venetae, ac *Tiedemannus* in principibus Graeciae philoſophis p. 188 ſqq. adde *Küſter.* ad *Porphyr.* de vita Pythag. p. 26. *Harl.*

cant) *συνθήκας* [eee]) referendas, vel *Lyſidem* cogitaverunt [fff]), quae ſententia probauit ſe quoque Andreae Dacerio: vel *Philolaum* [ggg]), vide Labbei bibl. nou. MSS. p. 385. vel denique *Epicharmum*, quae Stanleii [hhh]) coniectura eſt p. 512. [p. 305. verſ. Olear. et edit. Venet.] Hiſt. Philoſoph. licet Iamblichus cap. XXIX. p. 150. et cap. vlt. p. 221. potius obſeruet, ſententias pythagoricas ab Epicharmo in comoediis hinc inde fuiſſe adſperſas, non quod auctor aureorum carminum fuerit Epicharmus. Itaque ſi auctor illorum e pythagoricis quaerendus ſit, nullum quidem magis, quam *Empedoclem* Agrigentinum nominauerim, cuius *καθαρμοὶ* forte

In multis nobilis particula fuerunt. Equidem omnia illi mirifice conuenire videntur, dia-

A. C. lectus, dictio, argumentum, tum clauſula plane digna *Empedocle*, *ἔσσεαι ἀθάνατος* etc. Neque adeo noua eſt haec ſententia, vt propterea incredibilis alicui videri poſſit, cum diſerte confirmetur ab auctore veteri *Θεολογουμένων ἀριθμητικῆς* p. 20. *Τοιαύτης δὲ ἐστὶ . ἐπώνυμον* [iii]) *δι' αὐτῆς τὰ Πυθαγόρου οἱ ἄνδρες θαυμάζοντες δηλονότι καὶ ἀνευφημοῦντες ἐπὶ τῇ εὑρήσει, καθά που καὶ Ἐμπεδοκλῆς.*

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ γενεᾷ παραδόντα τετρακτὺν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν. [kkk])

VII. *Procli*

eee) Lege *ὑποθήκας* ex Simplicio ad Epictetum, vt notauit per litteras ven. Verpoortenn, et laudauit Iablonskii diſp. de voc. *διαθήκη*. *Harl.*

fff) Ita ſentit Huetius quaeſt. Aln. lib. II. cap. 4. §. 1. p. 130. et cap. 8. §. 1. p. 153. *Heum.* vide ſupra §. IV. not. 4. *Harl.*

ggg) Conſtantini Laſcaris Inſtitutionibus graecis (Ferrarae 1510. 4.) ſubiunctum eſt *carmen pythagoricum:* at in indice libri ſic notatum: — *Philolai Crotoniatae carmina aurea, quae falſo hactenus Pythagorae adſcripta ſunt. Harl.*

hhh) *Stanleius* vero non tam Epicharmum habet illorum carminum auctorem, quam potius ſuſpicatur, ab Epicharmo ea eſſe compilata. *Harl.*

iii) Scribe *ἐπώνυμον* cum Needhamo in praefat. ad Hieroclem pag. 17. *Heum.*

kkk) Hanc Fabricii coniecturam iam reiecit *Olearius* ad Stanleii Hiſt. phil. l. m. et, „verſus illi, ait, in frequentiori vſu Pythagoreis poſiti, et ſollemnis iuramenti loco adhibiti, ab Empedocle ſuis inſeri potuere, absque eo, quod aureorum carminum auctor ille eſſet." *Brucker.* quidem in Hiſtor. crit. philoſ. I. p. 1109, Fabricii ſuſpicionem exiſtimat eſſe admodum veriſimilem, nec, quae obiecisſet Olearius, eam eleuare; *Bandin.* quoque in Catal. MSS. gr. bibl. Laurent. vol. II. p. 260. cum Fabricio facit: tamen *Tiedemannus* l. m. Fabricianam coniecturam iisdem fere, quibus vſus erat Olearius, argumentis refellit, additque, fidem auctoris theologiae arithmeticae, quippe qui multo ſerius vixiſſet, nihil valere ad litem dirimendam. Diſſentit quoque *Meinerſ.* in Hiſtoria doctrinarum apud Gr. et Rom. I. p. 579 ſqq. id agens, vt oſtendat, id carmen poſt tempora Platonis atque Ariſtotelis a quodam pythagorico, qui cum Ariſtoxeno et Heraclide ſit verſatus, eſſe concinnatum, neque illud integrum ad noſtram aetatem perueniſſe, ſed interpolatum ac mutilum eſſe, idemque auctum verſibus ex aliis multo iunioribus carminibus pythagoricis ſubinde ſumtis atque inſertis. Antea idem in noua bibliotheca philologica, vol. II. p. 71 ſqq. inprimis p. 81 — 99. vberius examinarat atque reiecerat opinionem cl. *Glandorfii.* Hic quum in mem. diſſ. de carminis aurei aetate etc. primum illius vetuſtatem docte vindicaſſet et confirmaſſet, remotis variis argumentis, et excuſſis ac refutatis Fabricii aliorumque de auctore illius ſententiis ac rationibus §. VI. et in adpendice p. 188 ſq. demonſtrandum ſibi ſumſit, carmen forſitan ex myſteriis eleuſiniis ortum et ante Pythagoram eſſe compoſitum, quod hic a praeceptore ſuo aut aliunde acceptum adeo probauerit, vt cum aliis vetuſtioribus ſcriptis etiam hoc carmen ob eximiam vtilitatem diſcipulis commendaret, quod poſterior tamen aetas ad Pythagoram referre aut ad Pythagoreos potuiſſet. Hac ratione poſſe putat componi et conciliari inter ſe antiquorum teſtimonia, quorum pars libros Pythagorae, in primis autem hoc carmen, adſignat, vti *Clemens Alexandrin.* Paedagog. lib. I. cap. 10. et *Proclus* in Timaeum lib. III. p. 62;

pars

Commentarii in A. C. VII. *Procli* Laodicenſis Syri commentarius in χρυσᾶ ἔπη, Suidae memoratus, intercidit. Brunsmanni notae et index omnium verborum in Pythagor. et Phocyl. MS. extant Haauniae in biblioth. collegii medici. Editiones carminum aureorum pleraſque inſigniores retuli capite ſuperiore, cum Gnomicos recenſerem, quorum non contemnenda pars eſſe ſolent. Eorum editionem nouam ad MStos codices meditatus *David Hoeſchelius* lll) non perfecit, licet eius indicio conſtet in pythagoricis poſt verſum 39. in MS. Auguſtano legi verſiculos binos, qui in vulgatis fere editionibus deſiderantur, ſed exſtant apud Porphyrium pag. 27. [n. 40. edit. Küſter. pag. 41.]

Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπανιστὰς
Εὖ μάλα ποιπνεύειν ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις

et poſt verſum 44. hunc tertium, itidem in editis libris praetermiſſum:

Ταῖς αὐταῖς ἀρεταῖς ποιεῦ φίλον, ὅν κ' ἐθέλησθα.

Paraphraſin *Arabicam* cum verſione latina *Io. Elichmanni* edidit Claudius Salmaſius ad calcem ſuorum in Epictetum commentariorum, vna cum paraphraſi [?] arabica tabulae Cebetis, Lugd. Bat. 1640. 4. In calce paraphraſeos arabicae legas, Galenum haec pythagorica recitaſſe ſub initium et ſub finem cuiusque diei. Loca quaedam illuſtrat Salmaſius in praefat. Graece vero et latine eum commentario ethico exhibet carmina aurea *Magnus Daniel Omeis*, Altdorfii 1693. 8. qui p. 91. ineditum *Matthiae Georgii Koenigii* commentarium celebrat. *Olai Celſi* obſeruationes in aurea carmina lucem viderunt Vpſaliae 1706. 8. Video etiam memorari editiones Guil. Canteri et Io. Spondani, atque expoſitionem Henrici Bremi Curienſis, [cuius commentarius prodiit Witteb. 1586. 8. mmmm)] G. Sartorii, Ioannisque Straſelii. *Ioannis Erbergii* Obſeruationum in aurea carmina prodiit pars prior Vpſaliae 1702. poſterior

pars autem negat, illum ſcripſiſſe quidquam, quod etiam poſtea Socrates imitatus ſit. Acuta quamquam haec eſt ſententia Glandorfiana, atque argumentis ingenioſe excogitatis et ſubtiliter doctеque explicitis corroborata: tamen mihi, fateor, magis adridere iudicia rationesque Olearii, Tiedemanni ac Meinerſii. Nonnullas quidem ſententias et praecepta quaedam, ea potiſſimum, quae ad vitam recte beneque agendam pertinent, et a natura ipſa pectoribus hominum indita quaſi et inſculpta ſunt, et qualia noſtrum complectitur carmen, longe ante Pythagoram in Oriente atque Graecia maiore, non cognita ſolum, ſed etiam ad communis vitae emolumenta fuiſſe adhibita, (vid. cl. *Glandorf.* in Adpendice p. 189. vbi ſententiam ſuam ſuperiorem retractaſſe videtur,) eaque a Pythagora commendata, haud negabo: ex his tamen, opinor, effici non poterit, carmen ipſum a Pythagora ipſo fuiſſe concinnatum aut ante illius tempora extitiſſe. Negat praeter ea *Glandorf.* p. 15 ſq. carmen id, quale nos hodie habemus, eſſe mutilum. Cl. *Schier* in vita Pythagorae p. 28. ſtatuit, Pythagoram, licet ſua ipſe manu non exarauerit et compoſuerit haec carmina, materiam tamen diſcipulis ſuis frequenter inculcaſſe, ideoque eum, ſi in primis materiam ſpectes, eſſe auctorem. Quae ſententia placet, ſi auctorem eum quoque intelligimus, qui dat conſilia, et praecepta, licet antea non incognita, commendat, ſuaque corroborat auctoritate. *Harl.*

lll) Vide eius epiſt. ad Kirchmannum, datam 7. Id. April. 1603. poſt Gudianas p. 188. vbi et variae lectiones quaedam notatu dignae in νουθετικῷ Phocylidis. *Fabric.* De verſibus illis ſuppoſititiis vid. cl. Glandorfii not. p. 150. et 156. et de codice illo in Prolegg. p. 4. *Harl.*

mmmm) Verſio lat. in ſectiones diuiſa, notis grammaticis atque ethicis, parum eruditis, hinc inde vtilibus, onerata potius eſt, quam ornata. *Harl.*

1705. 8. *Dauidis Clerici* patrui ſui ineditas in carmina aurea animaduerſiones memorat Ioh. Clericus tom. I. biblioth. ſelectae p. 158. Antonii Quaerengi paraeneſis ſ. paraphraſis liberior carminis pythagorici ad Odoardum Farneſium, principem, prodiit Romae, 1586. 4. Cum erudito itidem commentario vulgata ſunt a *Guilelmo Dietzio*, Profeſſore gymnaſii Vlmenſis, 1661. Sed et *Vitus Amerbachius* carmina haec perinde vt Phocylidea cum animaduerſionibus ſuis edidit Lipſ. 1594. 8. 1602. 8. Vtraque *Wolfgangus* quoque *Seberus* Sulanus, Rector olim Schleuſingenſis, excudi fecit cum latina verſione, indice graeco omnium verborum phraſiumque et locorum communium, Ioach. Camerarii ſcholiis graecis et ſuis ipſius latinis animaduerſionibus. Lipſ. 1604. 8. In fragmentis Pythagorae a *Ioach. Zehnero* collectis et graece ac latine editis ibid. 1603. 8. praeter vitam Pythagorae e variis ſcriptoribus contractam, habentur *carmina aurea*, praefixo iisdem ex Georgii Cedreni hiſtoria argumento: tum plures ſententiae apud varios ſcriptores ad Pythagoram auctorem relatae, et ſymbola quaedam pythagorica. [Pythagor. et Phocylidis carm. gr. cum Caſp. Bruloui indice vocabulorum. Argentorati, 1618. 8.][nnn]. Habes etiam fragmenta Pythagorae et magis quidem ſelecta

nnn) De codd. MSStis et editionibus aureorum carm. (miſſis editionibus ſupra ad Theognidem memoratis,) quaedam adnotabo. In Catalogo MSS. reg. Pariſ. vol. IV. tres codd. MSS. nr. 4841. 5009. 7882. in vol. II. codd. XXI. reperiuntur. — In biblioth. Caeſ. Vindob. teſte Lambecio, comment. de illa, vol. VII. cod. LXXVII. nr. 4. p. 280. codicis initium eſt, Πυθαγορικὰ ἔπη, τὰ ἔτως ἐπικαλέμενα χρυσᾶ, σοιχήωσιν περιέχοντα τῆς τελειοτάτης τῶν Πυθαγορείων φιλοσοφίας: ſequitur codex *Hieroclis*, de quo paullo poſt agemus. In eodem vol. pag. 294. in cod. LXXVIII. notantur nr. 1. aurea carmina *pythagorica* cum *Hieroclis* philoſophi commentario, et nr. 2. Γνῶμαι τῶν Πυθαγορείων. In eodem vol. p. 303. cod. LXXIX. quo continentur Πυθαγορικὰ ἔπη, (eadem eſt inſcriptio, quam e cod. LXXVII. adtulimus,) cum *Hieroclis* commentario. Cod. CCXCIII. ineſſe quoque Pythag. aurea carmina, monet Kollarius ad Lambecii Comment. vol. V. p. 534. — In biblioth. Ambroſiana *Mediolanenſi*, teſte *Montfaucon* Diario Italico p. 18. — In Catalog. *biblioth. Lugdun. Batau.* p. 336. nr. 57. *b.* Pythagorae aurea carmina et Phocylidis poema etc. manu Franc. Nanſii ſcripta, cum eiusdem notis; ibid. p. 398. nr. 59. Pythag. carmina aurea, cum Orpheo, Muſaeo, Callimacho, Phocylide aliisque. In eadem biblioth. Leidenſi eſſe librum arabicum reperi, pythagorica complectentem dogmata; qui a Golio vt latine vertatur, deſiderat Adolph. Vorſtius tom. II. Sylloges Burmannianae p. 792. adde p. 793. — In codd. *Bauar.* CLV. CLXXIV. CCXXIX. Hieroclis commentarius. — Inter codd. biblioth. *Taurinenſis*, in Catalog. illius biblioth. p. 238. cod. CXLVI. et p. 385. cod. CCLXXXVII. ſunt aurea carmina cum Hieroclis commentario. — In biblioth. *Laurent. Florent.* ſecundum Bandini Catalog. ſeruantur in vol. I. cod. XXIII. p. 490. vol. II. cod. XX. p. 92. cod. L. p. 208. ibid. cod. VII. p. 260. vbi quaedam adnotauit Bandin. ibid. cod. XXII. p. 327. cum gloſſis aliquot interlinearibus: ibid. Plut. 59. cod. I. p. 486. carmina Pythag. aurea; in vol. II. cod. XXVI. a Nicolao Murmurio ſcriptus, p. 175. cum *Hieroclis* expoſitione; (coll. *Montfaucon* Palaeogr. gr. p. 104.) it. vol. III. cod. IX. p. 257. ibid. cod. X. p. 391. cum ſcholiis quibusdam margini adſcriptis. Codicis initium eſt Πυθαγορικὰ ἔπη τὰ ἔτω καλέμενα etc. reliqua, vt in cod. Vindobon. ſupra memorato. adde Montfaucon Palaeogr. graec. p. 85. — In Catalogo graecorum codd. MSS. apud *Nanios*, Bononiae, 1784. fol. cod. CCXCVI. nr. 10. cod. CCCV. nr. 14. p. 515. cum notis inter lineas. E bibliotheca *Bodleiana* quatuor codd. vſus eſt Needhamus, cuius praefat. conferes. — Ex Auguſtano codice admodum nouo Hoeſchelius et Glandorf. (vide e. g. ad verſ. 39. et ſupra ad §. VII. notata,) lectiones dederunt. — In Zanetti et Bongiovanni Catalogo codd. MSS. gr. biblioth. *D. Marci Venetae* ſunt carmina illa aurea in cod. DXX. p. 279. cod. DXXIII. p. 282. et cod. DXXV. p. 284. Zanetti tamen non animaduertit pag. 197. in cod. CCCCVI. etiam contineri Πυθαγορικὰ χρυσᾶ ἔπη, vt *Villoiſon.* in anecdotis graecis, tom. II. p. 244. oſtendit. — In Iriarti Catalogo MSS. gr. biblioth. reg. Matrit. p. 4.. Excerpta [illegible] maximam partem ex Hieroclis commentario in Pyth. A. C.

Hierocles. cta ac diſpoſita licet perpauca ante commentarium *Hierocl(i)s* in aurea carmina editionis Londinenſis, quam antequam recenſeam, obſeruo, *Hieroclem* illum fuiſſe praece-

Hhhhh 3 ptorem

A. C. verſ. 47. etc. de Pythagorae iureiurando ſiue numero quaternario, p. 166. lin. 3. — 168. lin. 16. edit. Needhami. Quae autem in cod. ſequuntur, differunt ab editis. — Ibidem excerpta ex recentiore auctore, qui Hieroclem et Diogenem Laert. laudat, de Pythag. iureiurando et quaternario. — Atque ita alibi latent codices. adde *Glandorf.* Prolegom. de codd. MSSt. etc. p. 3 ſqq. qui ibidem hiſtoriam criticam editionum et carminis pythagorici et Hieroclis commentariorum dedit. Quia igitur vir doctiſſimus otium nobis fecit, lectores ad eum ablegamus et de editionibus Pyth. ſeorſum curatis, et ab illo omiſſis needum ſupra in recenſione editionum Theognidis etc. memoratis paucis nos expediemus:

Pythagorae aurea verba et *ſymbola* adhaerent edd. *Iamblichi* de myſteriis Aegyptiorum etc. *Aldinis*, Venet. 1497. et 1516. fol. De priore editione vid. Bure Bibliographie inſtructiue etc. vol. de la Iuriſpr. et des ſcienc. et arts. nr. 1270. pag. 162. — eſt verſio *Marſ. Ficini*, in cuius Opp. Baſil. 1561. fol. tom. II. p. 1978. repetita eſt.

Pythagorae C. A. gr. et lat. apud Bern. Iuntam. ſ. l. et a. 4. in biblioth. Vinarienſi. — cum aliis gr. et lat. Florent. opera Phil. Iuntae. 1506. 4.

Conſtantini Laſcaris Inſtitutiones vniuerſae cum plurimis auctariis nuperrime impreſſae, tanta diligentia et rerum copia, quanta numquam alias. Ad calcem: *Ferrariae, per Io. Maciochium Bondenum, tertio Calendas Sextilis* MDX. 4. Index plenus hic eſt:

„*Conſtantini Laſcaris* graecae inſtitutiones et primo, de octo partibus orationis, de conſtructione, de nomine et verbo, de pronomine ſecundum omnes Graecorum διαλέκτας poetarumque conſuetudinem, quibus omnibus altrinſecus addita eſt latina translatio. Symbolica *Cebetis* tabula et graece et latine impreſſa; *Angelica et humana ſalutatio* ad deiparam virginem. Diligens *Piſonis* ſuper graecis litteris commentatio, multaque ad rem latinam facientia digna annotatu. *Luciani Samoſatae* δίκη φωνηέντων, i. iudicium vocalium, eiusque translatio Coelio Calcagnino interprete. *Dominica oratio*, *Apoſtolorum* ſymbolum. Initium Euangelii *Ioannis* Apoſtoli. *Pſalmus* L. cui principium, Miſerere mei domine. *Philolai, Crotoniatae carmina aurea, quae falſo hactenus Pythagorae adſcripta ſunt.* Ad bene inſtituendum mores adoleſcentum *Phocylidis* poema. Omnia cum latina interpretatione."

Oratio dominica in verſus adſtricta, Caſpare Vrſino Velio authore. *Aurea carmina Pythagorae graece. ac deinde — latina eodem Vrſino interprete.* — In calce: Viennae Auſtriae per Ioannem Singrenium anno XXIIII. (1524.) 4. vid. *Denis* Wiens Buchdrucker - Geſchichte, p. 243 ſqq. — alia edit. eorumdem C. A. cum aliis libellis gr. ibid. eod. anno. 8. vid. pag. 245.

Pythag. A. C. cum Sixti Enchiridio ſ. ſententiarum libello, in officina Simon. Grunenbergi, apud Auguſtinianos. Wittenbergi, 1514. (teſte *Manſio* in Fabric. biblioth. lat. medii aeui, vol. VI. p. 196 ſq.)

Pythag. — cum Cebetis tabula, per Chriſtianum Wechel. Pariſ. 1531. (Maittaire A. T. II. part. II. p. 752.) 1537. 8. 1557. 8. gr. 1539. gr. et lat. — Baſil. 1543. cum Hierocle, in linguam latinam translato. — *Paris*, apud Guil. Morellum, gr. cum Stephani Nigri commentariolis, 1555. 8. et 1582. ex typogr. Steph. Prevoſteau. — *cum Cebetis tabula, Paris*, apud Martinum Iuuencum, 1557. 8. — *Aurea dicta Pythag.* — ex graeco in latinum carmen — conuerſa per M. Georgium Prechtium. *Viennae*, 1558. 4. vid. Denis l. m. p. 558 ſq. — cum Phocyl. et Amerbachii interpret. Argentorati, 1561. 8. — cum I. Thom. Freigii graeca grammatica, Homeri Batrachomyomachia et Aeſopi fabulis, 1580. 8. — cum Heſiodo, gr. Antwerp. 1581. 8. — cum *Hieroclis* commentario, Pariſiis et Londini aliquoties, (de quibus editt. paullo poſt erimus copioſiores.) — *Aurea Pythagoreorum carmina*, lat. conuerſa, multisque in locis emendata, illuſtrataque obſeruationibus, quibus etiam Hieroclis interpretationi non parum lucis adfertur. Autore *Theodoro Marcilio.* Lutetiae, apud Nicol. Niuellium. 1585. 8. recuſ. cum Sylburgii notis in *A. C.* cum *Hierocle*, Londini, 1654. 12. — eadem, graec. in libello: Σταχυολογία τεχνολογική, Venet. 1694. 8. — Salmaſianam, Omeiſianam, Dietzianam et Zehnerianam iam Fabricius laudauit. — cum *Andr. Dacerii* verſione gallica et Hierocle gallice verſo atque illuſtrato: in: *La vie de Pythagore*, ſes ſymboles, ſes vers dorez et la vie d' Hierocles etc. Paris, 1706. 12. II. tom.

Χρυσᾶ ἔπη τοῦ Πυθαγόρου, *h. e. Pythagoras chriſtianus*

ptorem Aeneae Gazaci ooo), vt ex limine dialogi eius de reſurrectione colligitur, atque adeo circa medium ſaeculi poſt Chriſtum natum quinti floruiſſe. Quam aetatem aliis argumentis etiam adſtruit *Ionſius* III. 18. vbi copioſe agitur de Hierocle. (conf. ſupra ad §. VI. et Lambecii Comment. de biblioth. Caeſ. Vindob. vol. VII. p. 288 ſqq.) Sed male eumdem ppp) Hieroclem,

ſtianus rediuiuus etc. Stockholm, 1638. 8. vnius plagulae eſt, quae primum ſiſtit carmen graecum, dein, latine redditum. vid. *Fant* Hiſtor. litteraturae graecae in Suecia, Vpſaliae, 1779. p. 73.

Pythagorae C. A. graece et lat. (ex verſ. Viti Amerbachii) cum analyſi critica et ethica, imitationibus graeco - latinis et indice gemino, opera et ſtudio *Io. Chr. Knauthii.* Dresdae. 1720. 8.

Ego vero illud poema dedi atque illuſtraui primum in Chreſtomathia gr. poetica, Coburgi, 1769. dein ſecundis curis, in Anthologia graeca poet. Noribergae, 1775. 8.

*Pythagorae **aurea carmina** cum integris animaduerſionibus Friderici Sylburgii, Theodori Marcilii, Viti Amerbachii et Petri Needhami, graece et latine. Nunc denuo recenſuit, cum optimis quibusque codicibus typis deſcriptis contulit, interpretationem latinam emendauit, hiſtoriam breuem de rebus ad Pythagoram pertinentibus, variantes lectiones, obſeruationes et indices adiecit Io. Adam Schier. A. M. Lipſiae,* 1750. 8.

Praemiſit indicem editionum praecipuarum Pythagorae carminum: addidit idem vitam philoſophi. Notae criticae ſubiectae ſunt contextui: adnotationes autem vberiores illum excipiunt.

Pythagoreorum aureum carmen, varietatem lectionis notasque adiecit: in vſum ſcholarum edidit Eberhard Gottlob Glandorf, (in praeſenti Conrector Gymnaſii Onoldini), Lipſiae, 1776. min. 8. gr. et lat. Eſt prior pars libri inſcripti: ***Sententioſa vetuſtiſſimorum gnomicorum quorumdam poetarum opera.*** In commentario vberrimo tam de lectionis varietate ac veritate, quam de ſenſu verſuum vique verborum ſollicitus erat editor. In Prolegomenis de codd. editionibus, aetate, argumento etc. diligenter et copioſe diſſeritur.

Brunck. dedit illud poema, gr. inter *Gnomicos poetas graecos*, Argentorati, 1784. 8. p. 107 ſqq. et adiecit latinam interpretationem verſuum, qui apud Stobaeum ſunt, interprete Hugone Grotio.

Subiungam quasdam verſiones. *Pythagorae aurea verba*, Socratis Symbola, Speuſippi liber de diſtinctionibus, Xenocratis liber de morte Ariſtotelis de animae immortalitate etc. — latine. — ***Iacobus Pulcridrapenſis de Burgofrancho*** haec collectanea omni arte et ſolertia imprimi curabat in alma et inclyta ciuitate ***Papiae***, MDXVI. fol. vid. Maittaire Indic. in A. T. p. 190. — ***Gallicam*** Dacerii, paullo ante memoraui, aliam cum Phocylide ſupra laudaram. ***Germanica***, carm. aur. eaque metrica ***Gleimii***, in Mercurio teutonico, (deutſchen Mercur. menſtruo libello,) 1775. menſ. Maio; ***Linkii***, Altdorf. 1780. 4. — ***Pyth. epiſtolae ad Hieronem***, in: Wandsbecker Bothe, an. 1773. nr. 196. — antea latine in ***Gilb. Cognati*** Farrag. epiſtol. Lacon. pag. 424. et 195. in ***Io. Buchleri a Gladbach*** theſauro epiſtol. Laconic. p. 494. et 599. et in ***Stanleii*** Hiſt. philoſ. Lipſ. 1711. 4. pag. 700. ***Italicae*** ſequentes memorantur in ***Paitoni*** Biblioteca degli autori antichi gr. e lat. volgarizzati, tom. III. p. 108 ſq. 1) in: La Calliope, overo XXXX Sonneti morali — di Aleſſandro Adimari etc. In Firenze, 1641. 4. 2) in Capponi Liriche parafraſi etc. Venet. 1670. 12. 3) Commento di Ierocle Filoſofo ſopra i verſi di Pitagora, detti d' Oro, volgarmente tradotto da ***Dardi Bembo*** etc. Venet. 1603. 4. item, ibidem 1604. 4. (vid. Paitoni l. m. tom. II. p. 186. Duas has editiones a diuerſis typographis excuſas, a Mittarello in Catal. MSS. biblioth. Venetae S. Michaelis, p. 83. aliisque confundi, aliquoties animaduerti.) Addatur Parafraſi de' verſi aurei di Pittagora, in Scherzi poetici, o ſiano traduzioni libere dal Greco di Domenico da Gattinara, Profeſſore della lingua Ital. nel Collegio Carolino di Brunſvic. 1784. 8. ***Harl.***

ooo) Vide quae de Aeneae aetate notaui ſupra cap. X. §. 29.

ppp) Communis hic error multis eruditis, vt vel cum Stoico philoſ. de quo Gellius, vel cum Lactantii aequali noſtrum confundant. Eadem ſententia videtur fuiſſe H. Mori qui pag. 276. Opp. theolog. ***Hierocles egregius ille paganus moralis, miracula Chriſti non negat, nec perſonae praeſtantiam, ſed contendit, Apollonium Tyaneum cum eo ſaltim conferri poſſe.*** Pro Heralito, ***Hierocles*** legendus eſt in Lipenii biblioth. philoſophica tom. II. p. 1276.

roclem, putat, qui ab Euſebio eſt confutatus, cum diuerſi ſint et maiore quam ſaeculi ſpatio a ſe inuicem diſtent Hierocles Bithyniae et poſt Alexandriae ἔπαρχος, (de quo Lactantius atque Euſebius qqq)) et *Hierocles* philoſophus platonicus Alexandrinus (de quo Photius ac Suidas rrr)). Neque audiendus eſt idem [✠] Ionſius, iuniorem, neſcio quem, Euſebium comminiſcens, cum etiam Lactantium ita neceſſe foret alium comminiſci iuniorem. At ne alia argumenta a doctiſſimis viris Guil. Caueo in Hiſt. literaria, Tillemontio tom. V. part. I. p. 333. edit. Bruxel. Memor. Hiſt. eccleſ. p. 606 ſq. et Petro Baylio [tom. II. p. 758. et 760.] Lexici in medium allata producam, idem ille, quem dixi, Aeneas probe diſtinguendos monens p. 24. edit. Barthii, Ἱεροκλῆς δὲ, inquit, οὐχ ὁ διδάσκαλος, ἀλλ᾽ ὁ προβαλλόμενος τὰ θαυμάσια, ἄπιστον καὶ τοῦτο προστέθηκεν. Quod nec a Pearſonio in eruditis et luculentis ad Hieroclem prolegomenis, nec a Ionſio animaduerſum fortaſſe mirabitur lector, ſed et ſimiles vel etiam minores hallucinationes ſi mihi cum tantis viris neutiquam comparando hinc inde exciderint, veniam dare non grauabitur. [adde *Gottfr. Olearium* ad h. l. Ionſii, quem praemiſit Euſebii defenſioni, inſertae editioni ſuae Philoſtrati, p. 416. Burmann. ad Valeſ. Emendatt. p. 9. *Harl.*] *Hieroclis commentarium* in aurea carmina, inſignem plane, nec grammatiſticum, ſed philoſophicum et auctore ipſo teſte compendium dogmatum pythagoricorum complexum, primus e MS. codice Venetiis a ſe emto vertit, *latine* edidit et Nicolao V. Pontifici dicauit *Iohannes Auriſpa* Siculus, Patauii, 1474. 4. per Bartholom. de Val de Zocco. (vid. Lambecium VII. pag. 133.) Rom. 1475. 4. (Beughem. incunab. typograph. p. 73.) Rom. 1495. (biblioth. Thuan. part. II. p. 2.) Eamdem verſionem a ſe emendatam recudi curauit Vdalricus Zaſius, ICtus, Baſil. 1543. 8. [✠]

[Vt ordine melius procedam, de editionibus et primae verſionis latinae et graeci commentarii, tum reliquorum opuſculorum, quae mihi quidem cognita ſunt, inſeram, Fabricianis immixtis. De codd. MSStis ſupra inter codd. Pythagorae iam egimus: quibus addas: *Hieroclis commentar. in A. C. Pythagorae* in bibliotheca Veneta D. Marci cod. CXCII. teſtib. Zanetto et Bongiovannio in Catalogo p. 109. — *Io. Auriſpae, Siculi, verſio Hieroclis philoſophi Stoici et ſanctiſſimi in aureos verſus Pythagorae, opuſculi religioni chriſtianae conſentanei, ad Nicolaum V. Pontif. Max.* cod. MSt. in biblioth. Veneta S. Michael. edita a *Io. Bened. Mittarello*, Venet. 1779. fol. p. 82. qui epiſtolam nuncupatoriam recudi fecit. In illa ait Auriſpa inter alia, ſe verſus graecos non verſus latinos feciſſe; ſed verbum ex verbo expreſſiſſe, vt in exponendo poſtea verba non variarentur et reſponderent. adde ibid. p. 492. et 977. De *Auriſpa* ſollerter agit *Mongitore* in bibliotheca Sicula tom. I. p. 322 ſq. vbi tamen, ſe neſcire, fatetur, vbinam et quando Auriſpa obierit diem ſupremum: Mittarellus autem l. c. ſcribit p. 83. Auriſpam obiiſſe an. 1459. nonagenarium. (adde Giornale d'Italia tom. XIII. p. 262. *Brouckhuſ.* ad Tibull. I. eleg. 2. verſ. 24. Iam 1416. obiiſſe eum, contenderat Vincentius Littara lib. 2. de rebus Netinis p. 41. tom. XII. theſ. Sicil. ſed falli eum, et Auriſpam an. 1457. ſuperuixiſſe, probat Rocchus Pirrus, notit. eccleſ. Syracuſ. p. 225. et Hier. Raguſa

in

qqq) Vid. *Tillemont* Memor. eccleſ. tom. V. part. I. pag. 79.

rrr) Ex Damaſcii vita Iſidori philoſophi, vti patet ex Excerptis ex illa vita apud Photium cod. CCXXXXII. p. 1037. vid. Küſter ad Suidam voc. Ἱεροκλῆς. Eudocia in Ἰωνιᾶ pag. 244. paucula e Suida excerpſit. adde *Bruckeri* Hiſt. crit. philoſ. vol. II. per. II. part. I. lib. I. cap. 2. p. 305 — 310. *Harl.*

in Elogiis Siculor. pag. 37. tom. XIV. Theſauri. Alius iunior fuit Auriſpa. conf. Burmanni praef. ad tom. XI. Theſaur. Sicil. p. 7.) Tum Mongitor priores editiones neſciuit, quia tantum ex Gesnero laudat *Hieroclis libr. in Pythag. aurea carmina latinitate donatum*, Baſileae, apud Henr. Petrum, 1543. 8. Principem editionem e Lambecii commentariis VII. (p. 284. edit. Kollarii, vbi de egregio Hieroclis codice et Hierocle copioſe et diligenter agitur,) iam laudauit Fabricius: adde *Maittaire* A. T. tom. IV. part. I. pag. 314. et *de Bure* bibliograph. inſtructive, vol. de la Iuriſprudence etc. nr. 1251. p. 152 ſq. vbi quoque romana prima edit. deſcribitur. — *Romanas* edd. curatius recenſet *Audiffredi* in Catalogo hiſtorico-critico romanarum editionum ſaec. XV. 1) *Hieroclis* — *opuſculum* — per *Arnoldum Pannartz*. Romae impreſſum M.CCCC.LXXV. 4. (p. 187.) — 2) — — impreſſum *Rome per Iohannem Beſicken et Sigismūdū mayr.* Anno M.CCCC.XCIII. 4. cum ſignaturis, ſed ſine numeris, cuſtodibus ac regiſtro. (p. 316 ſq.) — 3) Romae, 1495. (p. 336. ex Thuani biblioth Catalogo et Maittarii A. T. tom. I. p. 603.) — *Lugdunenſem* in 12. memorat *Morhof* in Polyhiſt. philoſophico lib. I. cap. 2. §. 7. p. 29.

Graece primus edidit *Curterius* e codice abbatis Rupefucaldi MSto, qui aliquoties diſcrepat ab eo, quo vſus erat Auriſpa. Curterius vero ad varias lectiones e Vaticano et alio, (de quo vtroque in calce Hieroclis breuiter diſſeruit.) codice depromtas emendauit textum, coniecturas orae adiecit, nouamque addidit verſionem, quam quidem miſeram eſſe oſtendit *Needhamus* praef. ad Hieroclem p. 8. et 9. Inſcriptionem vero hanc habet illa editio, teſte *Maittario* in A. T. III. part. II. pag. 787.

Pythagorae carmina aurea, graece, cum latina metrica Ioannis Curterii verſione, et Hieroclis in eadem commentarius, graece, cum latina eiusdem interpretatione, ex bibliotheca Franciſci Rupifucaldii, Randani, Trenorchii abbatis: apud Nicol. Nivellium, excudebat Steph. Prevoſteau. Paris. 1583. 8. al. 12. Locum quemdam pag. 230. de iureiurando Hieroclis per Pythagoram e cod. Vindobon. corrigit *Lambecius* in Comm. de biblioth. Caeſ. vol. VII. pag. 285 ſqq. In biblioth. Lugdun. Batau. eſt exemplar collatum cum duobus MSStis regiae bibliothecae, teſte Catalog. illius biblioth. p. 161. a.

Ἱεροκλέους — *Hieroclis Philoſophi commentarius in aurea Pythagoreorum carmina. Io. Curterio interprete.* Londini, 1654. 12.

Inſunt *Pythag. C. A.* fragmenta Pythag. metrica et proſaica, epiſtola ad Hieronem, Symbola, *Hieroclis* commentarius. Tum ſequuntur *Pythag. A. C.* cum notis Marcilii et Sylburgii; denique *Hieroclis* philoſophi *facetiae*, e vetere libro deſcriptae, translatae et caſtigatae. At notandum eſt, exemplaribus interdum adhaerere alterum tomum, interdum abeſſe. Abſunt igitur, in meo quidem exemplo, Merici Caſauboni notae in Hieroclis commentarium, quas Fabricius noſtro loco et Glandorf p. 55. additas eſſe ſcripſerat. Deſunt quoque *Io. Pearſonii* (epiſcopi poſtea Ceſtrienſis,) prolegomena, quae Fabricius memorat eſſe adiecta: quae alteri tomo acceſſerunt, in quo ea et *Hieroclis* fragm. de prouidentia etc. continentur. Hinc Fabricius vol. IX. lib. V. cap. 38. p. 497. ſcripſit: Excerpta illa exſtare etiam cum Fed. Morelli partim, partim cum Scheni verſione adiuncta Hieroclis comment. in A. C. Pythag gr. et lat. edito Londini, 1655. 8. cum Io. Pearſonii prolegomenis. Alteri quoque editioni Londini, 1673. 8. adhaerent, quae eadem tomo II. aucta eſt. Nempe idem *Hierocles* compoſuerat librum, cuius Suidas quoque meminit, περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν

πρὸς

πρὸς τὴν θείαν ἡγεμονίαν συντάξεως ad Olympiodorum. Excerpta ſeruauit *Photius* cod. CCXIV. et CCLI. et illa Photiana particula ſeorſum manu exarata eſt in cod. Vindobon. LXXX. 1. teſte *Lambecio* in Comment. de biblioth. Caeſar. lib. et vol. VII. pag. 304. Kollar. conf. infra lib. V. cap. 38. vol. IX. pag. 450. et pag. 497. *Gallicam* verſionem *Fabricius* ad oram ſui exempli notarat his verbis: „Inſtructions *d' Hierocles* contre les Atheiſtes traduits par *Rheginois* de Lyon, Lugduni, 1560. 8. ex verſione Auriſpae.“ Partem illorum excerptorum latine vertit *Hugo Grotius* in ſententiis philoſophorum de fato, editis Pariſ. 1624. 4. et Amſterd. 1648. 12. atque inter opera Grotii theologica tom. III. ibid. 1679. fol. Separatim illa graece comparuerunt primum:

Hier. de Prouidentia et Fato deque liberi arbitrii cum diuina gubernatione conuenientia, commentarius in compendium redactus, et nunc primum luce et latinitate donatus; ex fide graeci codicis decurtati, e bibliothecae medicaeae penu eruti. latine, interprete Fed. Morello. Pariſ. apud eumdem Morell. 1593. 8. rec. ibid. 1597. 8. cum Libanii quibusdam. Morellus vero partem tantummodo e codice reddiderat excerptorum Photianorum. Contra *Pearſon* pleniora Photii excerpta dedit in altero veluti reliquiarum Hieroclis tomo, inſcripto:

Hieroclis — de prouidentia et fato: vna cum fragmentis eiusdem; et Lilii Gyraldi interpretatione ſymbolorum Pythagorae; notisque Merici Caſauboni ad Commentarium Hieroclis in aurea carmina. Londini, 1655. et ibid. apud Williams, 1673. 8.

Continet Photii excerpta, eaque, quae Morell. ediderat: item nonnulla Hieroclis fragmenta e Stobaeo; denique Lilii Gyraldi de ſymbolis Pythagorae commentarium ſupra laudatum, cum Pearſonii Prolegomen. de editione, auctore et opere.

Caſtigatior editio eſt Needhamiana, de qua copioſus eſt Glandorf. in Prolegom. ad Pythagorae A. C. p. 56. et, quibus vſus ſit Needham. ſubſidiis, pluribus ſignificat:

Hieroclis, philoſophi Alexandrini Commentarius in aurea carmina Pythagorae: de prouidentia et fato, quae ſuperſunt, et reliqua fragmenta. gr. et latine. Graeca cum MSS. collata caſtigauit, verſionem recenſuit, notas et indicem adiecit Petr. Needham. Cantabrig. typis academ. 1709. mai. 8. Needham. multa de coniectura mutauit: quod vero varias lectiones, quas a Marq. Gudio e cod. Medicaeo deſcriptas habuit Fabricius, non acceperat, edidit *Io. Chriſtoph. Wolfius diſſertationem epiſtolicam, qua Hieroclis in aurea Pythagorae carmina commentarius nuper in Anglia editus, partim illuſtratur, partim emendatur, beneficio collationis cum codice Medicaeo inſtitutae.* Lipſiae, 1710. 8. Codicem illum praeſtantem iam laudarat *Iac. Gronouius* in praef. ad Origenis philoſophumena, data a. d. X. Kal. Iun. 1699. ad Anton. Magliabechium et deſcribit *Bandin.* in Catalog. biblioth. MSS. gr. biblioth. Laurent. vol. I. p. 444 ſq. adde eumdem vol. II. p. 175.

Hac collatione feliciter vſus eſt ad multa loca ſananda recentiſſimus editor *W.* (h. e. *Warzekius*,) qui ea, quae Curterius e MSS. dederat, ſed Needham. mutarat ſuis coniecturis, reſtituit, verſionem emendauit et paucas, at eruditas, adiecit notas in ſequenti editione:

Hier. — in A. C. commentarius gr. et lat. Graeca accuratius nunc recognita et ad MS. codicum fidem exacta, plurimisque in locis e Gudiana Medicaei codicis collatione emendata, vna cum notis ſubiunctis, edidit R. W. S. T. P. Coll. Ieſ. Cant. nuper ſocius. Londini, 1742. 8. conf. Acta Erudit. Lipſ. 1747. menſ. Febr. pag. 66 ſq.

Pythag. A. C. latine, cum Hieroclis commentario. Patauii, 1744. 4.

Hieroclem ad editionem parauerat Holſtenius. vid. *Heinſii* epiſt. ad I. Fr. Gronou. p. 454.

Hieroclis duplicem exegeſin dialogi, *Gorgiae*, Platonici, a Theoſebio exceptam, necdum, quantum ſcio, editam, memorat *Damaſcius* apud Photium cod. CCXCII. pag. 551.

Fabricius, ſe neſcire, ſcribit, huiusne Alexandrini, an alterius antiquioris Stoici Hieroclis ſint *Philoſophumena*, laudata Suidae et Etymol. in ἐμπεδῶς et Apoſtolio IX, 90. prouerb. Idem laudat verſionem *anglicam* commentarii Hieroclis in C. A. incerto auctore, non ex verſione latina, ſed ex graeco ſtudioſe confectam, quae praefationis loco praefixam habet apologiam doctrinae moralis ethnicorum, quos *profanos ſcriptores* promiſcue vocari, quum non pauci ſanctiſſima doceant, aegre fert et indignatur. Londini, 1682. 8.

Hieroclis, philoſophi, neſcio cuius? nomen prae ſe ferunt ἀστεῖα ſiue *facetiae*. Sunt vulgo 28. narratiunculae ſatis ridiculae de ſtolidis et ſimplicibus dictis et factis quorumdam σχολαστικῶν. Sic enim cadente latinitate dicebantur litterarum ſtudioſi, qui et *Studentes* aut *Scholares* audiebant, (vid. notam in Schierii editione p. 20.) Alias ſub *Hieroclis* nomine, latere in bibliothecis, teſtatur Marcus Velſerus in epiſtola ad Goldaſtum p. 858. Opp. *Hieroclis Facetias ex cod. Auguſtano auctas P. Iac. Pontanus iam pridem conuertit et edendi occaſionem exſpectat.* Quod etiam factum eſt. Nam exſtant illae ad calcem Progymnaſmatum Iac. Pontani, S. I. tom. I. Francof. 1603. 8. nec non ad calcem Lexici parui trilinguis, quod, vocabulis per claſſes rerum digeſtis, anglicis, latinis, graecis, edidit *Io. Raius*. Londini, 1685. 8. Inſcriptio eſt: *Ex Hierocle et Philagrio grammatico, ſcholaſticorum et aliorum ridicule dicta et facta.* — *Claudius Sarrauius* epiſt. LXXVIII. p. 107. vnam adducit et corrigit ex Iſaaci Voſſii libr. MSto nr. 185. in quo continentur *Hieroclis facetiae*, tum nondum editae. Subiecit illum locum Schier editioni ſuae pag. 38.

Saepius vero edita ſunt illa ἀστεῖα cum reliquis Hieroclis opuſculis, quorum editiones modo laudaui. His miſſis, memorabo adhuc ſequentes editiones:

— *Facetiae* de ſtudioſorum dictis et factis ridiculis, gr. et lat. cum notis ac verſione Goldaſti. Lugd. 1605. 8. (*Goldaſtum* fuiſſe auctorem notarum, Fabricius in margine ſui exempli ex eo probat, quod in notis *Erhardi*, [h. e. Lundorpii vel ipſius Goldaſti] ad Petron. p. 495. edit. Petron. memorantur Goldaſti notae in Hieroclis, ab ipſo latinitate donati, facetias. Freherus illas vertiſſe et illuſtraſſe dicitur in Struuii Act. liter. e MSS. pag. 63.) — apud Voegelinum, gr. et lat. Lipſiae, 1605. 8. (ſecundum Draudii biblioth. claſſ. p. 1092.) — *Hanouiae* in *Alberti Molnari Lexico partitis*, p. 150 ſqq. an. 1614. — gr. et germanice, in *Abraham Kriegelii* Delectat. gr. Lipſiae, 1747. 8. — *Hieroclis, philoſophi apud Alexandrinos quondam celeberrimi*, Ἀστεῖα, *gr. et lat. nunc denuo ad editionem Cantabrigienſ. recenſuit Io. Ad. Schier. A. M.* Lipſiae, 1750. 8. rec. 1768. 8. cum notis criticis ac grammaticis et indice locuplete. Ad locum Suidae de Hierocle, praemiſſum et illuſtratum, p. 6. doctiſſimus Schier, „decreuimus, ait, proxime, ſi deus dederit, in peculiari diſſertatione probatum dare, *Hieroclem*, Alexandrinum philoſophum, pro vero auctore τῶν ἀστείων habendum eſſe.“ Num a promiſſis ſteterit, aut in altera editione, quam ad manus non habeo, ſatisfecerit officio vir clariſſimus, equidem neſcio. — Has *Facetias* locupletiores longeque maiore numero cum animaduerſionibus ſuis edidit *Iac. de Rhoer* in Obſeruationum philologicarum, diſceptationis cauſſa ab an. 1768. Gröningae in 4. promulgatarum, cap. XVI. a pag. 61 — 108. (vid. Saxii Onomaſt. liter. part. II. p. 62.) — [illegible], mit einem griechiſch-teutſchen Wörterregiſter für Anfänger, und einer teutſchen Ueberſetzung. Lipſ.

1788

1788. 12. — *Hierokles Schnurren* nebſt einem Anhang neuer Schnurren für luſtige Leſer. Lipſiae, 1788. 12. — *I. F. Heynaz* eadem ἔπη recenſuiſſe dicitur Berolini, 1774. 8. *Harl.*]

Saue haec ipſa carmina aurea sss) tam vehementer ſe probarunt iudicio Iohannis Auriſpae qui Hieroclem primus latine reddidit, vt in epiſtola ad Nicolaum V. ſcribat, ſe iamiam octogenarium nihil aut graece aut latine legiſſe, quod magis ſibi profuiſſe intelligat. *Hieroclis* quibusdam locis lucem adfundit *Mericus Caſaubonus* p. 336. ad Laertium editionis praeclarae Wetſtenianae, et *Lambecius* lib. VII. commentar. de biblioth. Vindobonenſi p. 131. 133. [p. 280 ſqq. edit. Kollarii.] vbi teſtatur, in illo theſauro librario Auguſtiſſimi imp. reperiri codicem *Hieroclis* optimum MS. ex quo loca vniuerſa mutila editionis Curterianae ſuppleri et corrupta emendari queant. Eximius quoque codex MS. huius ſcriptoris occurrit in bibliotheca Medicea, e quo varias lectiones deſcriptas habeo ttt). Ex eodem codice varias lectiones ab Antonio Maria Saluini, graecae linguae Profeſſore Florentino, deſcriptas accepit *Andreas Dacerius*, qui codicem praeterea Curterianae editionis a Renaudoto nactus, variis lectionibus alterius codicis MSti notatum a viro docto, neſcio quo, Hieroclis commentarium gallice vertit et animaduerſionibus illuſtrauit, ediditque cum vita Pythagorae, a ſe adornata et verſibus aureis, ſymboliſque, gallico itidem idiomate luculenter explicatis, Pariſ. 1706. 12. [conf. le Clerc biblioth. choiſ. tom. X. p. 90 ſqq. Laudibus paullo liberalioribus, in Hieroclem a Dacerio congeſtis, detrahere non dubitat *Baltus* S. I. p. 496. libri, Jugement des S. S. Peres ſur la Morale et la philoſophie payenne. Strasbourg, 1719. 4. *Harl.*] Quod vero praeſtantiſſimus Boelius probe notat, ab Hierocle in libro de prouidentia adfirmari, ex Platonis magiſtri ſui ſententia hoc vniuerſum conditum eſſe e nihilo uuu), vt a Platonis ipſius opinione alienum [?] haud diffiteor vvv), ita video pluribus iunioribus Platonicis chriſtianiſmi florentes tempore claris minime diſplicuiſſe. [negat id Moshem. l. infra c. §. 31.] Neque enim Syriani tantum, Hermiae, Damaſcii et Priſciani Lydi loca in hanc ſententiam profert Liuius Galantes in comparatione Theol. Chriſtianae cum Platonica libr. IX. p. 237. ſed in Plotino etiam Porphyrioque, Iamblicho, Proclo ac Simplicio hoc obſeruauit *Radulphus Cudworthus* in ſyſtemate intelligibili vniuerſi pag. 197. quem vide etiam pag. 749. 751. 753. 763. www) Si Claudiano Mamerto fides, Philolaus quoque Pythagoricus docuit, *Deum ex nihilo*

sss) Ad imitationem horum pythagoricorum carminum dicta etiam ſunt ἔπη χρυσᾶ *Chryſomalli* cuiusdam apud Balſamonem in can. LX. Apoſtolor. Vide Cotelerium III. monument. eccleſ. gr. p. 571. Allatium de conſenſu p. 653.

ttt) Conf. *Wolfii* diſſertat. epiſtolicam paullo ante laudatam, et quae ibi adnotaui. Hic erit idem codex, quem ſummis laudibus extulit *Lucas Holſtenius* in Catalogo codd. rariſſimorum bibliothecae Mediceae, a Lilienthalio in ſelectis hiſtoricis et literariis, Regiomonti et Lipſiae, 1715. 8. obſeruat. IV. primum edito, vbi p. 95. Holſtenius, „Hieroclis, ait, expoſitio in aureum carmen, exemplar omnium, quotquot vidi, (vidi autem plura,) longe correctiſſimum, ex quo editum exemplar, quam plurimis locis inſigniter emendaui.“ *Harl.*

uuu) Ἐκ μηδενὸς προϋποκειμένου, *Photius* ex Hierocle p. 749. v. 17 ſq. p. 750. v. 27 ſq. p. 283. v. 29. edit. Hoeſchelii.

vvv) Conferre haud poenitebit, quae *Moshemius* ad Cudworthi Syſt. intell. de hac Hieroclis opinione et Platonis mente de ortu rerum et materiae diligenter collegit et copioſe eruditeque expoſuit, tom. II. in diſſ. peculiari, §. 15 ſqq. a pag. 309 — 319. *Harl.*

www) Multis locis *Cudworthum* de ſubtili hoc argumento diſputaſſe, iam Fabricius animaduertit; atque pluribus cum locis in hac quaeſtione verſatum eſſe, cuilibet, id opus perluſtranti, patebit. Pertinet huc magna pars capitis quarti, vbi ille ſententias veterum de vno deo, §. 14. p. 347 ſqq. de mundo, vna cum diis certo tempore ἐκ μὴ ὄντων facto, p. 364 ſqq. de patronis aeternitatis mundi, Ariſtotele,

nihilo feciſſe omnia, et ſicut opere inſtituit ita materiam rebus omnibus incorporaſſe, lib. 2. de ſtatu animae cap. 3. [Secus ſentit Moshem. l. m. §. 14. et docet, illi, vti Platonicis, materiam adpellari *nihil*. *Harl.*] Equidem haud defuiſſe inter vetuſtiſſimos philoſophos, qui hoc dogma tuerentur, colligas vel ex *Ariſtotelis* libro de Xenophane p. 3. edit. Sylburgii [xxx], et ex Empedoclis verſibus apud *Plutarch.* contra Colotem p. 972. [yyy] quibus diſputat contra eos, *εἰ δὲ γίνεσθαι πάρος οὐκ ἐὸν ἐλπίζουσιν*, quos in exordio poematis ſui oppugnat etiam Lucretius. Praeterea Epicharmum ex diuinatione eruditiſſimi Gudii apud Menagium p. 144. ad Laertium, ſed ingenioſa potius, quam vera vel neceſſaria, vt eidem Menagio demonſtratum. *Seneca* praef. quaeſtion. natural. [zzz] *quam vtile exiſtimas iſta cognoſcere et rebus terminos ponere, quantum Deus poſſit, materiam ipſe ſibi formet, an data vtatur.* *τίς ὁ δημιουργός, κατ᾽ οὐσίαν ἢ ποιότητα, καὶ τί διανοηθεὶς ἐποίει*; *Philo* de Abrahamo p. 292. quem locum

Ariſtotele, Ocello Lucano, Epicharmo et recentioribus Platonicis; p. 565. de ſententia Pherecydis, Pythagorae, Empedoclis, (de quo vid. etiam cap. IV. §. 13. p. 317 ſqq.) Platonis, Ariſtotelis aliorumque, num vnus deus fuerit, p. 828 ſqq. de mundo, quibusdam tertio deo, perſequitur, et a Moshemio in doctis animaduerſionibus illuſtratur aut refutatur. Praecipue *Cudworthus* ac *Moshemius* in tom. II. in tota ſectione ſecunda, et poſterior in epimetro, ſiue diſſertatione peculiari de decreto veterum: *ex nihilo fieri nihil poteſt*, ſiue de creatione ex nihilo, fuſe diſſeruerunt, multorumque tam veterum quam recentiorum ſententias atque expoſitiones adduxerunt: et §. III. p. 292. *Moshemius* Fabricii locum, in quo verſamur, et diligentiam laudat; at diſſentit, et oſtendit, vniverſam illam ſectam crediciſſe, mundum exſtitiſſe ex omni aeternitate; apud Platonicos materiam adpellari *nihil*, idque propter ea, quia perpetuis conuerſionibus ſubiecta ſit, nec ſtabilitate quadam valeat; quum deus ex nihilo feciſſe omnia dicitur, hoc ita debere accipi, deum ex materia, conſtantia et certa natura carente, comparaſſe et condidiſſe hanc vniuerſitatem: *opere* vero *inſtituere materiam;* quod deo quoque adſcribitur, apud Claudianum Mamertum nihil eſſe aliud, ac *fingere et potentia componere materiam;* Pythagoreos non eſſe tutores et patronos dogmatis de rerum ex nihilo procreatione; Platonicos, qui materiam dixiſſent eſſe conditam, de idea tantum loquutos eſſe. Sed plura et expoſitiones veterum philoſophorum vide apud Moshem. ne nos extra oleas vagari videamur. Plura pertinent ad caput de Platone. *Iac. Wilhelm Feuerlin*, theologus primum Altdorfinus, dein Göttingenſis, in diſſertatione de Axiomate, ex nihilo nihil fit, eiusdemque conciliatione cum doctrina theologica et philoſophica de creatione materiae mundi, Altdorfii, 1732. ab initio recenſet philoſophorum quorumdam veterum opiniones, et §. 4. ex Ocello Lucano adſerit illam ſententiam Pythagoreis: §. 5. negat contra Bruckerum, in Platone propoſitionem illam reperiri; ſed facit cum Plutarcho, Platonem ſenſiſſe, mundum a deo factum fuiſſe: ſubſtantiam vero ſiue materiam, *τὴν δὲ οὐσίαν καὶ ὕλην*, ex qua conſtabat, minime factam, ſed opifici ſemper praeſto fuiſſe, vt ei ordinem ſuamque ipſius ſimilitudinem, quoad eius fieri poſſet, impertiret: generationem enim non fieri *ἐκ τοῦ μὴ ὄντος*, ſed *ἐκ τοῦ μὴ καλῶς μηδ᾽ ἱκανῶς ἔχοντος*. Diſſentit a Cudwortho, iudicante ob teſtimonia Plotini, Porphyrii, Procli, Iamblichi et cum primis Hieroclis, Platonis materiam fuiſſe a deo productam. Platonicos tamen partim adfirmaſſe illud placitum, partim negaſſe concedit. *Lucretius* I. 150 — 268. Epicuri ſententiam *nil poſſe creari de nihilo neque item genitas* (res) *ad Nil reuocari* (vt canit v. 267.) vberius defendit et ornat, atque incipit: *Principium hinc, cuius nobis exordia ſumet: Nullam rem e nihilo gigni diuinitus vnquam:* vbi plura veterum effata ſuppeditant Lambinus et Hauercamp. Adde *Parkeri* Cogitationes de deo et prouidentia diuina, Oxonii, 1704. 4. diſput. IV. ſect. 3 ſqq. *Bruckeri* Hiſt. crit. phil. I. p. 1076 ſqq. *Tiedemann.* in principibus Graeciae philoſophis, ſect. IV. de Pythagorica doctrina de materia, cap. 7. et de mundo, cap. 8. etc. *Platner.* in Aphoriſmis philoſophicis, §. 1[illegible] pag. 423 ſqq. *Harl.*

xxx) Cap. 1. p. 836. Opp. tom. II. coll. Moshemio, l. m. §. VI. p. 294 ſqq. *Harl.*

yyy) Al. tom. II. p. 1113. vid. *Moshem.* diſſ. memorat. ad Cudworth. §. 8. p. 300. *Harl.*

zzz) Tom. II. Opp. p. 485. de quo late Moshem. diſputat in laudata diſſertat. ad Cudworthum §. 8. pag. 301 ſq. *Harl.*

cum male reddit interpres, ita vertendum: *quis opifex? materiamne, an formam tantum dederit mundo? et quem in vſum?* Ariſtotelem quoque creationis e nihilo patronum introduxit Trapezuntius; ſed infeliciter prorſus ac falſo, vt docuit *Beſſarion* III. 13. et 20. et 27. contra calumniatorem Platonis. Saltem ita non ſenſit Peripateticorum haud poſtremus Auerroes, qui in 3. phyſicorum eo nomine reprehendit Auicennam, quod ex nihilo aliquid poſſe fieri aduerſus philoſophorum opinionem diſputauerit. Platonis porro ſententiam prioribus illis Aethiopem dealbantibus candidius explicauit *Chalcidius*, p. 103. commentarii egregii in Timaeum: hunc enim ſi audimus, Plato ſtatuit, *non Deum ex his, quae non erant, feciſſe mundum, ſed ea, quae erant ſine ordine ac modo, ordinaſſe.* Ex Pythagorae vero mente innatum et infectum hoc mundi corpus eſt, vt notat *Tertullianus* in Apologetico cap. XI. Sic et *Plutarchus*, quem vide in Quaeſtionibus Platonicis p. 1003. Apud Chalcidium p. 393. *Numenius* reprehendit Pythagoricos quosdam, ſtatuentes, *quod etiam immenſa duitas*, h. e. materia, finium et terminorum expers, *ſit a ſingularitate*, h. e. a deo, *inſtituta. Fabric.* Sic quoque locum hunc, at vberius expoſuit *Moshemius* in diſſert. laudata ad Cudworth. §. 13. p. 307. qui ab initio huius ſegmenti iudicat, quid ipſe Pythagoras de rerum originibus ſenſerit, per ſummam veterum ſcriptorum inconſtantiam vix hodie licere decernere: credibile tamen eſſe, eos diſcipulos praeceptoris ſui mentem ceteris perſpexiſſe rectius, qui docuiſſent, deum, *ſiluam minime genitam* (vt *Chalcidius* ait Phyſices ſect. I. lib. III. cap. 1. p. 232. tom. I. Opp.) *exornatam a deo, illuſtratam et eo digeſtore generatam eſſe. Harl.*

Empedocles. VIII. Quandoquidem ab EMPEDOCLE Siculo [aaaa]) Agrigentino celeberrimo inter Pythagoricos, carmina aurea profecta fuiſſe non improbabili coniectura paullo ante tradidi, congruens exiſtimo, illius quoque [P] ingenii monumentorum breuem notitiam, licet fere perditorum et ex hominum memoria elapſorum, hic ſubiungere. Parmenidis propinquum et aemulum vocat *Simplicius* in 1. Phyſic. p. 5. [Illum Parmenidis fuiſſe aemulum et in poematibus imitatorem *Theophraſtus* apud *Diogen. Laertium* VIII. 55 iam ſcripſerat. *Harl.*] Archyta magiſtro vſum ſcribit Suidas in Ἀρχύτας. Quin imo Pythagoram ipſum magiſtrum habuiſſe, teſtantur *Timaeus* apud Laertium VIII. 54. et 50. *Porphyrius* p. 19. et *Iamblichus,*

 qui

aaaa) Hinc per Σικελικὰς Μούσας Plato Empedoclem intelligit. At *Luciano* tom. I. pag. 677. [tom. II. pag. 119. edit. Reitzii,] lib. II. cap. 21. de vera Hiſt. Empedocles dicitur περίεφθος καὶ τὸ σῶμα ὅλον ὠπτημένος *ambuſtus, et toto aſſatus corpore*, quoniam ſcilicet *Deus immortalis haberi dum cupit, ardentem feruidus Aetnam inſiluit,* [vt ſecundum famam incertam canit *Horat.* A. P. v. 465.] ſi vera eſt fabula. *Fabric.* Ἡμίεφθος ἀπὸ τῆς Αἴτνης παρών, *qui ſemicoctus ab Aetna huc aduenit*, idem Empedocles dicitur a *Luciano* dial. mort. XX. tom. I. Reitzii p. 416. Eamdem hiſtoriolam repetit idem *Lucian.* de morte Peregrini cap. 1. pag. 326. tom. III. et in Fugitiuis, cap. 2. pag. 366. tom. III. Enimuero fabulis illam hiſtoriam adnumerant *Strabo* VI. pag. 274. (ſ. pag. 420. edit. Almel.) *Timaeus*, *Pauſanias*, et *Neanthes Cyzicenus* apud *Diogenem Laert.* VIII. ſect. 67 — 73. vbi variae de obitu Empedoclis opiniones recenſentur, et Timaeus de Heraclide Heracliota Pontico, patrono illius fabulae, iudicaſſe dicitur, Heraclidi fuiſſe conſuetudinem, eiusmodi miracula confingendi. Refellunt quoque illam opinionem *Hemſterhuſ.* ad Lucian. I. pag. 416. *Faber* ad Lucian. III. pag. 326. et alii, quos Hemſterhuſ. et Moyſ. du Soul, qui nutat, ad priorem locum excitant. adde *Menagium* ad Diog. Laert. VIII. 69. pag. 381. *Suidam* v. Ἀμύκλαι tom. I. p. 146. *Dorville* in Siculis p. 234. et *Bonamy* in comment. mox memoranda p. 209. verſ. germ. Vterque negat, eo inſaniae progreſſum fuiſſe Empedoclem. Veram eſſe multorum narrationem, et quomodo id acciderit, poſt alios, qui laudantur, commode explicat *Mongitor* in biblioth. Sicula I. pag. 177 ſq. *Harl.*

qui cap. 23. eum refert inter eos, qui iuuenes Pythagoram iam ſenem audiuerunt. [Pythagorae ac Parmenidis diſcipulum fuiſſe noſtrum, refert *Alcidamas* in Phyſico apud Laertium VIII. 56, idemque cum aliis putat *Voſſius* de Hiſtoric. gr. IV. cap. 2. adde eumdem de poetis gr. cap. VI.] At temporum rationi hoc non congruit plane, cum *Empedocles* natus fuiſſe ponatur demum Olymp. LXXVI. 4. quamobrem iuniorem Pythagoram Alipten prioris diſcipulum ab illo auditum, contendit *Dodwellus* p. 220.

EPIMETRON.

[Quod Empedocles ab *Athenaeo* lib. I. p. 3. *Philoſtrato* in vita Apollon. lib. I. cap. 1. fin. et *Porphyrio* de Abſtinentia dicitur fuiſſe Pythagoricus, qui equis Olymp. LXXI. ?. Olympia vicit, et victoria parta bouem ex aromatibus confectum diſtribuiſſe, is quidem noſter Emp. phyſicus eſſe non poteſt: at auus noſtri, eodem nomine inſignitus, Exaeneti filius, qui itidem ſectae pythagoricae addictus eſſet; vnde error Timaei et aliorum, noſtrum audiuiſſe Pythagoram, oriri potuit. conf. inprimis Corſini Faſt. Att. tom. III. p. 137. etc. Floruit noſter teſte *Diogene Laertio* in vita Empedoclis libr. VIII. (vbi a ſegm. 51. illius vita et variorum de illo narrationes exponuntur,) ſegm. 74. circa octogeſimam quartam Olympiadem: ſiue, ſecundum *Saxium* in Onomaſt. literar. I. p. 39. A. M. 3561. ante C. N. 442. V. C. 310. De illius aetate ſilet *Suidas* in Ἐμπεδοκλῆς tom. I. p. 724. *Calviſius* in Opere chronol. p. 246. Francof. 1654. confert eius aetatem in Olymp. LXXX. A. M. 3493. ante C. N. 457. Adeo differunt temporis rationes, vt omnium computationes referre nolim. Nam quando natus fuerit, et quamdiu vixerit, multo minus conſtat. *Phauorinus* in Commentariis apud *Diogenem Laertium* libro cit. ſegm. 73. auctor eſt, Empedoclem, dum celebritatis cuiusdam cauſſa, Meſſanam curru vectus proficiſceretur, cecidiſſe coxamque fregiſſe ex eoque morbo defunctum eſſe aetatis anno ſeptuageſimo ſeptimo, eiusque ſepulcrum eſſe Megaris. Secundum Ariſtotelem, ibidem et ſegm. 52. ſexaginta annorum defecit; (cui prae omnibus aequalibus in rebus *factis* fidendum eſſe propter bibliothecam, quam is primus legitur habuiſſe, priuatam, arbitratur *Dodwellus* in Exercit. II. de aetate Pythagorae p. 219.) Alii eum centum et nouem vixiſſe annos contendunt. Secundum *Euſebium* in Chron. Olymp. LXXXI. et LXXXVI. claruit. Plurium doctorum hominum rationes et opiniones de aetate vitaque Empedoclis collegit *Mongitor* in bibliotheca Sicula tom. I. voc. *Empedocles* p. 174. vbi de illo eiusque genere, patria, praeceptoribus, litterarum copia et varietate, ingenio, fatis ſcriptisque copioſe docteque diſputat, et nubem virorum doctorum, qui egerunt de eo, excitat: quae omnia repetere nolo. Illis addas *Eudociam* in Ἰωνιᾷ p. 169 — 171. e Diogene Laertio plurima compilantem. Quaedam adtulit *Craſſus* in Hiſtoria poetarum graecorum, italice ſcripta, Neapoli 1678. fol. p. 182. *Cudworth* in Syſtemate intellectuali, eiusque et doctior et ſagacior interpres, *Moshemius*, frequenter, at diuerſis locis, expoſuerunt Empedoclis placita atque opiniones, e. g. p. 22 ſqq. p. 35 ſqq. vbi Empedocles et ab Ariſtotelis adcuſatione, et a crimine atheiſmi defenditur, multaque Empedoclea fragmenta adferuntur atque explicantur; p. 605. vbi Emp. ſententia de deo et diis et de origine mali recenſetur, et ſic pluribus locis. Num Empedocles prima naturae poſuerit amicitiam eſſe et diſcordiam, diſputatum eſt: quod multis veterum teſtimoniis demonſtrandum ſuſcepit *Io. Chriſt. Wolfius* de Manichaeiſmo ante Manichaeos, ſect. II. §. 30. p. 120. Hamburgi 1707. 8. coll. *Moshemio* ad Cudworth. I. p. 518. et *Agatop. Cromaziano* in Hiſtoria philoſophiae, italice ſcripta, Venet. 1782. vol. II. p. 233. vbi fuſe agit de Empedocle: vterque diſceſſit a Wolfii ſententia. — De *Empedoclis* artibus et doctrinis multa bene collegit e veteribus

ribus *Abrahamus Grauius* in Hiſtoria philoſophica p. 179 ſqq. et p. 211 ſqq. — Vitam, placita et indolem Emped. late perſequutus eſt *Brucker.* in Hiſt. crit. philoſ. vol. I. de ſecta italica, ſect. II. p. 1106 — 1120. et in Adpendice ſ. vol. VI. p. 309 — 311. — *Dodwell.* in Exerc. II. de aetate Pythagorae pag. 218 ſqq. rationes vitae Empedocleae ita ſubduxit, vt effeciſſe ſibi videretur, Empedoclem natum fuiſſe Olymp. $\frac{5}{7}\frac{6}{7}$. $\frac{4}{1}$. a. V. C. Varroniano 282, (quas rationes ſequitur *Corſinus* in Syllabo philoſophorum, praemiſſa eius edit. Plutarchi de placitis philoſ. p. 29.) ipſum aequalem Zenonis Eleatis, et Parmenidis, nati Olymp. LXIX. 2. condiſcipulum audiuiſſe Telaugen, Pythagorae philoſophi filium et Pythagoram iuniorem Olymp. $\frac{8}{6}$1. $\frac{4}{1}$. Eum tamen auditorem fuiſſe Pythagorae Aliptis, iunioris familiae conditoris, a Dodwello praeter neceſſitatem ſtatui, iudicat, et Timaei, Porphyrii ac Iamblichi narrationes, illum iuniorem audiuiſſe Pythagoram ſeniorem refutat *Brucker.* l. m. vol. I. p. 1106. cui probabilius videtur, Empedoclem habuiſſe, quod ex ſumma eius doctrinae adpareat, praeceptorem Pythagoreum quemdam, quinam vero is fuerit, nutantibus ipſis, quorum refert ſententias, veteribus, parum conſtare; licet dubium non ſit, eum in italicis ſcholis inſtitutum, Pythagoreorum dogmata propalaſſe. *Suidas* in Ἐμπεδοκλῆς tradit, Empedoclem primum audiuiſſe Parmenidem, eiusque, auctore Porphyrio in Hiſtoria philoſophica, amaſium fuiſſe; alios dixiſſe, eum fuiſſe diſcipulum Telaugis, Pythagorae filii. Neque *Leonardus Cozzandus* de Magiſterio antiquorum, Geneuae 1684. 12. lib. V. cap. 3. vbi de Empedocle agit, p. 523. definire conatur, quonam ille doctore e familia Pythagoreorum ſit vſus. — *Bonamy* vitam Empedoclis perſequutus eſt in recitatione quadam academica, in: Mémoires de Litterature — de l'acad. royale des I. et B. L. tom. X. p. 54 ſqq. edit. Pariſ. aut tom. XIV. p. 105. edit. Belgicae, quam in linguam germanicam conuerſam dedit *Hiſſmann* in: Magazin für die Philoſophie etc. vol. II. p. 185 ſqq. Is coniicit, Empedoclem annum fere XXXXV. egiſſe, quando dicitur a Diogene Laertio floruiſſe Olymp. LXXXIV. diem igitur natalem eius incidere in initium Olymp. LXXIII. at haec eſt mera incertaque coniectura. Bene vero explicat locum *A. Gellii* N. A. XVII. 21. p. 410. Is quum proderet, bello Veiente apud fluuium Cremeram ſex et trecentos Patricios Fabios cum familiis ſuis vniuerſos ab hoſtibus circumuentos periiſſe, (quod quidem accidit Olymp. LXXVI.) *iuxta ea tempora,* inquit *Empedocles Agrigentinus in philoſophiae naturalis ſtudio floruit. Romae autem per eas tempeſtates Decemuiros legibus ſcribundis creatos conſtitit.* Is igitur locus, quia Empedocles illo tempore admodum adoleſcens ut nondum natus fuerit, valde torſit *Voſſium* de poetis gr. cap. 6. At *Bonamy* animaduertit, ſi, quae de Decemuiris Olymp. LXXXII. 3. creatis ſubiunxit, diligenter comparès. Gellium noluiſſe temporis rationem adcurate deſignare. — Les Vies des poëtes grecs, en abregé par Mr. le *Févre*, avec les Remarques de Mr. Adrian Reland. edit. III. Baſil. 1766. p. 75 ſqq. — *De Chaufepié* in: Nouveau Dictionaire hiſtor. et critique, Amſterd. 1750. vol. II. art. *Empedocle*, vbi multus eſt de fatis et doctrinis huius philoſophi, not. *B.* recenſet varias de aetate illius opiniones, exiſtimat vero p. 22. eum floruiſſe intra LXX — LXXX. Olympiad. probatque ſuſpicionem Bonamy ſupra memoratam; in nota *A.* noſtrum diſtinguit ab illius auo, qui Olymp. LXXI. vicit Olympia. — *Stanleius* in Hiſtoria philoſophiae, part. VIII. p. 423 ſqq. verſ. Olear. et edit. Venet. vitam et ſcripta diſcipiinamque Empedoclis perſequitur. Olearius tamen in nota p. 429. contra Fabricium noſtrum ſollerter iudicat, carmen aureum non fuiſſe partem carminis Empedoclei ſed eſſe ῥαψῳδίαν variorum Pythagoreorum. Cel. *Meiners.* in Hiſtoria doctrinarum inter Graecos et Roman. (germanice ſcripta,) tom. I. lib. V. p. 633 — 664. et in Hiſtoria doctr. de vero deo p. 353 ſqq. de ingenio et ſcientia opinionibusque philoſophi fuſius

ſius diſſerit. — Adde cl. *Tiedemann* de ſyſtemate Emped. in: Gotting. Magazin vol. IV. Nr. 3. p. 38 — 71. — Heumannus laudauit praeter ea in margine exempli ſui, *Origenis* philoſophum. cap. 3. et *Maii*, Profeſſoris quondam Gieſſenſis, obſeruatt. ſacras, libr. III. cap. 9.

Homo fuit ſagacis acutique ingenii, et pro illo tempore, multarum litterarum, ac philoſophus praeſtans. Placita eius phyſica, philoſophica ac theologica collegerunt Bruckerus, Meinerſius, Cudworthus aliique hiſtoriae philoſophiae conditores. At, quamquam transmigrationem animorum et quaedam alia pythagorica aut his ſimilia dogmata docuerit, tamen, num antiquioribus Pythagoreis, vt *Voſſius* de philoſophorum ſectis cap. VI. §. 38. p. 42. aliique putabant, iure ſit accenſendus, merito dubitandum eſt. Doctrinam eius de quatuor rerum principiis a pythagorica diuerſam vide apud *Pſeudo-Plutarch.* de placitis philoſoph. lib. I. cap. 3. ibique Corſinum; adde II. cap. 31. IV. cap. 9. 14. V. 7. 18. 26 — 28. etc. ibique Corſin. partim in notis, partim in diſſ. ſubiunctis. Enimuero vberior huius rei inquiſitio aliena eſt a noſtro inſtituto. Id quidem certum eſt, Empedoclem neque veterem neque genuinum fuiſſe Pythagorae diſcipulum, in multisque rebus deſeruiſſe illius diſciplinam. Adde *de la Nauze* de aetate Pythagorae, §. 14. p. 105. verſion. Hiſſmann. Verſus quidem fecit haud malos: num autem melioribus poetis ſit accenſendus, de eo non conuenerunt et antiquiores et recentiores. *Ariſtoteles* de A. P. cap. 1. p. 10. meae edit. οὐδὲν, ait, κοινόν ἐςι Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πλὴν τὸ μέτρον· διὸ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν· τὸν δὲ (n. Empedoclem,) φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν, ad quod caput vid. Benium §. 9. a nr. 77. et reliquos interpretes. *Lactantius* vero lib. II. Inſtitution. cap. 12. §. 4. de principiis rerum Empedocleis diſſerens, *Empedocles, quem neſcias*, ait, *vtrumne inter poetas, an inter philoſophos numeres, quod de rerum natura verſibus ſcripſit, vt apud Romanos Lucretius*, (qui laudat Empedoclem lib. I. verſ. 717 ſq.) *et Varro.* Atqui *Cicero* de Orat. I. 50. adfirmat, Empedoclem phyſicum *egregium poema* feciſſe. Sic alii venam noſtri poeticam celebrarunt apud *Laurentium Craſſum* de poetis graecis p. 182. et *Mongitorem* in bibl. Sicula I. p. 175. Nimius tamen in laudando Empedocle poeta eſſe videtur *Patricius*, qui in poet. decad. diſput. libr. VII. (Ferrar. 1586. ital. ſcript.) per totam de noſtro longam inſtituit diſſertationem, dum eum non ſolum inter poetas recenſendum, ſed Homero quoque praeferendum cenſet. Praeſtitiſſe videtur multis aliis, qui illa tempeſtate et more antiquiſſimo de rebus phyſicis cecinerunt. Acutus fuerit in dicendo, egregius in ornatu et vi orationis et translationibus aliisque virtutibus poeticis adhibitis, (vid. *Ariſtotel.* apud Diogen. Laertium VIII. 57.) at tantum abfuit vt talis eſſet poeta, qualem animo ſibi informauit Ariſtoteles; vt ne aequipararet quidem aut ſuperaret Homerum. *Plutarchus* de poetis audiendis cap. 2. p. 8. edit. Krebſii, (vol. VI. p. 56. Opp. edit. Reiske,) in eius carminibus laudat tantum granditatem ac menſuram. In eo quoque praedicatur ars et ſcientia orandi, et praecepta quaedam rhetorica videtur excogitaſſe, aut ornaſſe. *Ariſtoteles* quidem in ſophiſta (apud *Diogen. Laert.* VIII. 57. et *Eudociam* in Zenone p. 204.) Empedoclem, tradit, inueniſſe rhetoricen. Illum vero πρῶτον Ῥητορικὴν ΚΕΚΙΝΗΚΕΝΑΙ, ait, *Sextus Empiricus* aduerſ. Mathemat. p. 139. atque eadem fere formula loquendi vſus, *Quinctilianus* Inſtit. orat. III. 1. 8. *primus*, ait, *poſt eos, quos poetae tradiderunt, mouiſſe aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur. Artium autem ſcriptores antiquiſſimi, Corax et Tiſias, Siculi: quos inſecutus eſt vir eiuſdem inſulae Gorgias Leontinus, Empedoclis, vt traditur, diſcipulus.* — Naturae perſcrutandae fuit ſtudioſus, Muſicae quoque et artis medicae peritus. v. infra vol. XIII. p. 149. Quod vero vltra plebem ſapuit, meliusque ſeu et curatius ingenio, arte, modoque naturali, cuius vero ratio ab hominibus illius aetatis percipi et perſpici non potuit, nec ab illo explicita fuerit,

ſuerit, arti magicae deditus, γοητεὺς, habebatur, et multa alia miracula paene illi adtribuebantur. Sic quod ventorum frugibus noxiorum impetus fregit, et ſciſſura montium, per quos auſter peſtiſer emittebatur, ſcienter obſtructa, peſtilentiam ac ſterilitatem a loco auertit, inde κωλυσανέμας, *ventorum inhibitor*, (vid. *Diogen. Laert.* VIII. 60. ibique Menag. *Clement. Alex.* VI. Strom. p. 754.) et ἀλεξανέμας, *qui ventos arceret*, (vid. *Iamblich.* de vita P. §. 136. et *Porphyr.* de V. P. §. 29.) eſt cognominatus. conf. *Valcken.* ad Euripidis Phoeniſſas, v. 120. p. 42 ſq. Id quidem arti magicae adſcripſerat *Martinus del Rio* in Disquiſ. magic. lib. II. quaeſt. 9. p. 57. ſed qua arte id fecerit, iam veteres quidam docuerunt, (vid. *Plutarch.* de Curioſ. p. 47. vol. VIII. et aduerſ. Colotem p. 628. vol. X. Reiske, et *Brucker.* l. mem. I. p. 1108.) Atque a crimine magiae egregie defenderunt noſtrum *G. Naudé* in: Apologie pour tous les grands perſonnages, qui ont eſte fauſſement ſoupçonnez de Magie. à la Haye 1679. cap. XII. p. 215 ſqq. *Hieron. Mercurialis* in Varr. lection. lib. IV. cap. 14. p. 94. *Brucker.* in Hiſt. crit. phil. I. p. 1108. vbi in notis alios quoque laudat viros doctos; praecipue vindicat eum ab hoc crimine *Bonamy* in recitatione acad. ſupra laudata: cuius iudicium comprobat *Chauſepié* in Supplem. lexici Bayliani vol. I. voc. Empedocle, p. 23. *E.* atque ego in aliquot proluſionibus academicis defenſionem Empedoclis ſuſcepi. Clar. tamen *Dietericus Tiedemann.* in Diſputat. de quaeſtione, quae fuerit artium magicarum origo etc. Marburgi 1787. 4. p. 39 ſq. putat, Empedoclem iure optimo a *Plinio* H. N. XXX. 1. inter magos eſſe collocatos, et eſſe argumenta omni exceptione maiora, quibus magicas exercuiſſe artes conuincatur. Enimuero quum ea, quae ingenio arteque nouiter excogitata ac perfecta, opinionem ingeniumque illius aetatis rudis ſuperabant, ope magiae et daemonis perpetrata vulgo crederentur, (quod adhuc ſaeculis illis medii aeui multis hominibus doctioribus et ſagacioribus eueniſſe et vero fuiſſe perniciei, neminem fugit,) hominesque callidi et ſcientiae naturalis peritiores ſiue ad maiorem nominis celebritatem conſequendam, ſiue ad artem ſuam occultandam moreque Pythagorae et reliquorum antiquiſſimorum ſapientum, diſciplinam quamdam iactitarent arcanam formulisque loquendi tropicis, praeſertim in carminibus, vterentur: facile fieri potuit, vt male intelligerentur hominesque haberentur, qui artem exercerent magicam. Accedit, quod diſcipuli talium laude inſignium virorum et poſteri facta artemque illorum nimis amplificarunt, omnibusque orationis luminibus et nimio colore illuſtrarunt, quod Pythagorae accidiſſe, inter omnes conſtat. Quod vero Empedocles dicebatur ventos compeſcuiſſe et mulierem mortuam in vitam reuocaſſe, id, quomodo ab illo ingenii felicitate et ſcientiae medicae beneficio fuerit effectum, ita vt nulla ſubeſſet γοητείας propriae ſuſpicio, iam partim monui, et ab aliis ſatis eſt commonſtratum. Quapropter quando *Satyrus* apud *Diogenem Laertium* VIII. 59. ſcripſit, Gorgiam Leontinum, ſeſe adfuiſſe Empedocli *magiam exercenti* γοητεύοντι, dixiſſe: primum, vt de fide Satyri taceam, Gorgiae Leontini iactantia et vaniloquentia eſt ſatis nota: tum per γοητείαν nihil aliud forſan Gorgias innuere voluit, quam ſcientiae naturalis partem tunc incognitam, ab Empedocle ſiue excogitatam ſiue excultam. Quod vero Empedocles l. m. in verſibus ſuis promittit, ſe docturum, qua ratione compeſcantur venti et incitentur, ſerenitas coeli a tempeſtate et imbribus reducatur, aut tempeſtates mutentur in ſerenitatem, aut in vitam reuocentur defuncti: poſtremum omnino pertinet ad artem medicam, cuius beneficio homines, qui mortui videbantur aliis, re autem ipſa animam nondum efflarant, vitae reſtituantur. Id igitur, vt nimis tropice et iactanter, aut ſecundum rationem loquendi tum temporis vulgarem et mythicam dictum eſt: ita etiam reliqua ſic intelligenda videntur, vt illis philoſophus

indicaret, ſe ope ſcientiae naturae et ventorum poſſe mutationem tempeſtatum cognoſcere ac praedicere, aut, ſublatis arte foetoris ac peſtilentiae cauſſis naturalibus ſalubritatem et ſerenitatem aeris reducere. Forſan quoque grandis illa oratio et occulta dicendi ratio ex conſuetudine antiquiſſimorum, qui iidem fuerunt phyſici, poetarum et ex myſteriis orta eſt. Praeterea cl. *Tiedemanno* ab Empedocle ortum videtur initium diſtinguendi daemonas in bonos et malos; certe ante illum eius rei apud Graecos veſtigium occurrere nullum: quod ex *Plutarcho* de orac. def. tom. II. p. 418. et ex eodem de Iſide et Oſir. tom. II. p. 361. colligit atque ex Orientis aut Aegypti forte opinionibus hauſtum iudicat. Adde cl. *Meiners*. in Hiſtoria doctrinarum apud Gr. et Rom. I. p. 652. De Empedocle autem temporibus iam antiquioribus multae fabulae narrabantur. Sic falſa ſunt, quae Timaeus et Neanthes apud *Diogenem Laert.* VIII. 54 et 55. de eo, a conſortio Pythagoreorum propter arcanas doctrinas in carminibus euulgatas excluſo, de interitu et ſaltu Empedoclis Aetnaeo et alia tradiderunt. Sic quoque *Theophilus Antiochenus* (ad Autolyc. libr. III. cap. 2. p. 272.) immerito recepit eum in claſſem atheorum. vid. *Reimannus*, qui quidem primum nutat, nec eum a ſuſpicione impietatis prius omnino abſoluere videtur in Hiſtoria atheiſmi cap. 20. pag. 152. *Moshem.* l. ſupra laudato ad Cudworthi ſyſt. pag. 45. *Bruckerus* in Hiſtor. crit. phil. vol. I. pag. 1114. et *Agatopiſtus Cromazian.* in Hiſtor. philoſ. tom. II. pag. 233 ſq. Atheis tamen illum adnumerat adhuc cl. *Platner.* in Aphoriſmis philoſophicis. Lipſiae 1784. §. 1080. et 1081. pag. 426 ſq. — Omnis vero controuerſia verſatur in poteſtate voc. *atheus* definienda. Quamquam vir probus et popularis fuit, et liberalis, ſuaeque patriae honorem atque libertatem quouis modo defendit atque amplificauit, ita vt ciues illi deferrent nomen et inſignia regis, quam quidem dignitatem renuit: tamen a luxu ciuitatis opulentiſſimae, arrogantia et magnitudinis ſpecie atque iactantia non omnino abhorruit. Bonus Empedocles, quod vel hodie multis accidere ſolet, ab infirmitate animi non liber, et laudibus atque ornamentis aliorum clarus, plus iuſto ſenſit ingenii vires et iactitauit. Vnde tumor animi facile exiſtere ſolet. Quare aeque ac *Apollonius* apud *Philoſtr.* VIII. 5. p. 325. Olearii, reſpondit, deum ſe vocari, quoniam omnis, qui bonus exiſtimatur, dei cognomine honoretur, forſan cogitabat, et ſapientia ſe multis antecellere, ideoque magis ſe quam alios diis, nim. popularibus et heroibus, accedere arbitratus, deum h. e. reliquis hominibus praeſtantiorem ſe futurum iactabat. Tum ad aucupandos plauſum ac diuinos honores aurea corona et purpurae faſcia caput redimitus, purpuraque veſtitus inceſſiſſe, crepidas ἀμύκλας, (de quibus vide *Menagium* ad Diogenem Laert. VIII. 69.) ac delphicam coronam ſumſiſſe, vrbesque peragraſſe, comam aluiſſe prolixam, ſeruosque habuiſſe pediſſequos dicitur. vide *Philoſtrat.* de vita Apollonii Tyan. VIII. 6. ibique Olearium p. 335. *Diogen.* VIII. 73. *Aelian* H. V. lib. XII. cap. 32. *Suidam* in Ἀμύκλαι. Enimvero vel metuendum eſt, ne recentiores ſiue inimici, ſiue etiam admiratores ingenii Empedoclei, maioribus, quam par erat, coloribus ornarint hiſtoriam; vel ea, ſi omnia eſſent vera teſtantur conſuetudinem antiquitatis et mores luxumque ciuium aliorumque philoſophorum et vero animi humani imbecillitatem. Atqui vt antiquiſſimis moribus et temporibus propria laus non adeo indecora fuit atque indigna perſonis: ita in liberis praecipue ciuitatibus, vbi libertas dicendi et vero commitandi quaſi popularis et licita habebatur, homines ſuas quoque ipſorum laudes meritaque recenſere ac praedicare ſolebant, vti ipſi Demoſthenes et Cicero fecerant: nec culpabatur. Memoria autem eius a ciuibus in monimentis publicis tradita eſt poſteritati. Hippobotus apud *Diogenem Laert.* VIII. 72. ait, ſtatuam Empedoclis opertam Agrigenti primum

primum ſetiſſe, poſtea vero ante Romanorum curiam conſtitutam fuiſſe, Romanis eam illuc transferentibus, apertam. Effigies eius eſt in *Iac. Bonani* Syracuſa illuſtrata, (vbi fuſius agitur de noſtro philoſopho,) p. 191. tom. XI. theſ. Siciliae, et in Theſauro *Gronou.* Antiqq. gr. tom. III. [illegible]), addita epigraphe. Ἀκραγαντίνων, vir barbatus, pallio philoſophico indutus, ſtat manu extenſa, tamquam docentis. Sic quoque conſpicitur in nummis Agrigentinis apud *Parutam* tab. LXXXII. nr. 45. apud *Carreram* in monimentis Catanae lib. II. cap. 6. tom. IX. theſ. Sicil. p. 35. et *Burmann.* II. comment. ad Numiſm. Sicula, tab. XIX. nr. 11. qui de honore hoc, Empedocli praeſtito, p. 479 ſq. eſt copioſus. Selinuntini propter peſtilentiam ab vrbe ſua, deriuata in foetidum ſtagnum aqua puriore, depulſam, illi diuinos honores largiri et gratum animum declarare voluerunt nummo, quem copioſe docteque explanat *Burmann.* l. mem. ad tab. XII. 12. pag. 423 ſqq. Adde *Spanhem.* de V. et Pr. Num. II. p. 191. De Empedocle medico vide *Clerici* Hiſt. de la medicine, part. I. lib. II. cap. 5. p. 93. et *Schultz* Hiſt. med. p. 173 ſqq. *Harl.*]

Scripta Empedoclis haec apud veteres memorata repeiiuntur; [de quibus vide quoque Mongitorem l. m. p. 178.]

Scripta Empedoclis. 1) ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ βιβλία γ'. *Libri III. de Natura,* Pauſaniae medico inſcripti, carmine hexametro bbbb). Huius operis *Galeno* tom. V. p. 1. edit. Baſil. et *Tzetzae* Chil. VII. v. 523. vbi Empedoclem τῷ τρίτῳ τῶν Φυσικῶν citat, aliisque memorati, et ad verſus vsque bis mille pertingentis pars, ni fallor, fuit, quod ab *Aeliano* XVI. 2. hiſt. animal. laudatur περὶ ζώων ἰδιότητος, tum quod Pſellus laudat περὶ λίθων, et Tzetzes ad Lycophronem, περὶ νείκους: *Hymni* denique *phyſici*, i. e. in quibus deorum perſonae, nomina et facta ad phyſicas rationes reuocantur, quorum meminit *Menander* rhetor, [cap. V. de hymnis phyſicis p. 38 ſq. e recenſione atque editione *A. H. L. Heeren*, Gottingae 1785. 8.] Ad tales hymnos pertinuiſſe videtur Hymnus Empedoclis in Apollinem et eius argumenti, quod Menander l. m. indicauit, ὅταν Ἀπόλλωνος ὕμνον λέγοντες, ἥλιον αὐτὸν εἶναι φάσκωμεν. Idem tradit, Parmenidem atque Empedoclem primos fuiſſe, qui iis vterentur, et de natura ac diuerſis generibus eorum diſſerit. *Philoſtratus* de vita Apollonii lib. VIII. cap. 6. p. 335. Olearii, tradit, Empedoclem, quum ſplendide et magnifice veſtitus per compita incederet, *hymnos* concinnaſſe, quibus ex homine Deum ſe fore diceret. Phyſicam Empedoclis expoſuiſſe partim, partim ad examen reuocaſſe videtur *Hermachus* Epicureus in XXIV. libris Ἐπιστολικῶν περὶ Ἐμπεδοκλέους, quos memorat *Laertius* lib. X. ſect. 25. Plurimum Empedocli tribuiſſe Epicurum, patet e Lucretio I. v. 717 ſqq. quo iudice *Carmina diuini pectoris eius*

> *Vociferantur et exponunt praeclara reperta,*
> *Vt vix humana videatur ſorte creatus.*

Mirum eſt, dorice eum non ſcripſiſſe, quae dialectus familiaris fuit Pythagoreorum ſcholae, et Siculis praecipue, ſed vt ex innumeris fragmentis conſtat, ionice, quod ipſum ſententiae de Empedocle aureorum carminum ſcriptore, quae itidem ionica dialecto decurrunt, velificatur. De iſto vero dialecti ionicae apud Siculos vſu videre non iniucundum eſt, quae a Bentleio cccc) et Car. Boylio diſputata ſunt ad epiſtolas Phalaridi adſcriptas dddd). Epitheta in carminibus

Kk kkk 2

bbbb) Conf. *Bonamy* in Mem. ſupra laudatis et *Chaufepié* Supplem. Lexici Bailiani vol. I. voc. Empedocle *H.* et *I. Harl.*

cccc) Quem praecipue conſules in Reſponſione etc. p. 216 ſqq. verſ. Lennep. *Harl.*

dddd) Adde *Gabr. L. Caſtelli* proleg. ad librum: Siciliae

minibus ſuis non ornatus gratia adhibuit, ſed eiusmodi, quae naturam rei quam optime declararent, vt teſtatur Plutarchus V. quaeſt. 8. Sympoſ. [qui epithetorum vſus in hymnis Orphicis fuit, bene adnotante *Snedorf* in libro docto de hymnis vett. Graecorum, pag. 53. *Harl.*] In Ciceronis academicis quaeſtionibus lib. I. pleraeque editiones Empedoclem referunt inter poetas graecos, quos Ennius, Pacuuius aliique latine expreſſerunt. Sed Turnebus teſtatur, ſe vidiſſe MStum codicem antiquum, quo Empedoclis nomen abfuit. Nec vsquam alibi latina Empedoclis Metaphraſis vetus memoratur.

2) ΚΑΘΑΡΜΟΙ` *de expiatione et purgatione*, *verſus hexametri ter mille*. [*] Huius operis partem fuiſſe exiſtimo aurea, quae vocantur Pythagorae, carmina, Empedocli diſerte tributa ab auctore Θεολογουμένων Ἀριθμητικῆς p. 20. vt iam ante, cum de his carminibus agerem, monere me memini. [ab aliis autem negari, ſupra iam adnotatum eſt. *Harl.*] Initium καθαρμῶν ſeruauit *Laertius* VIII. 54. idem ſect. 63. teſtatur, illos in Olympiis decantatos a Rhapſodo Cleomene. Confer *Athenaeum* lib. XIV. p. 620. Meminit et Apuleius in Apologia. *Ioan. Aurispa* in litteris ad Ambroſium Camaldulenſem, tom. III. collectionis Martin. p. 713 inter alios libros e Graecia adlatos a ſe, memorat Καθαρμὲ Ἐμπεδοκλέος. [Interdum in his libris eueniſſe, arbitror, quod alii exiſtimarunt, quosdam Empedocli adſcriptos fuiſſe verſus, quos alii pro Orphicis habuerunt. vide ſupra lib. I. cap. 18. p. 159. a Fabricio et a me notata, quod in pluribus factum eſſe, ſe alias probaturum eſſe, promiſerat *Hemſterhuſ.* ad *Luciani* Dial. mort. 20. p. 415. tom. I. id, num factum ſit, neſcio. At enim tenendum eſt, hymnos Orphicos vocatos eſſe omnes eos, qui ad imitationem illius hymnorum, et ad eundem vſum erant ſcripti. *Harl.*] De luſtrationibus pythagoreis confer Salmaſium ſub finem praefationis in Cebetis verſionem arabicam, [et *Io. Lomeier.* de vett. gentilium luſtrationibus cap. XV. pag. 183. ſq.]

3) ἸΑΤΡΙΚΟ`Σ ΛΌΓΟΣ. *Liber medicus verſibus hexametris ſexcentis* εἰς ἔπη ἑξακόσια, vt diſerte *Laertius* in Empedoclis vita. Fallitur itaque Suidas, qui καταλογάδην ſcripta eſſe ab Empedocle ἰατρικὰ tradit. *Fabric.* Huius carminis aut, quia Pauſaniae quoque fuit inſcriptum, librorum de Natura pars fuerit poemation, cuius IX. verſus dederunt *Diogenes Laert.* VIII. 59. et *Suidas* in Ἀπνοῦς, et quod in codice quodam Matrit. regio apud Iriarte p. 450. nr. 113. ſeruatur, inſcriptum: Ἐμπεδοκλῆς Παυσανίᾳ ὑφηγήσατο τὸ ἄπνουν, *Empedocles Pauſaniae ſuaſit medicamentum ſpiritu carens. Harl.*

4) ΞΕΎΡΞΟΥ ΔΙΑ΄ΒΑΣΙΣ ſiue ΠΕΡΣΙΚΑ΄.

5) ΠΡΟΟΙ΄ΜΙΟΝ ſiue hymnus in Apollinem imperfectus. Haec duo Empedoclis poemata numquam in lucem edita, ſed a ſorore eius vel filia ſuppreſſa aboletaque eſſe, *Laertius* auctor eſt VIII. 57. Itaque apud *Ariſtotelem* XXI. 22. problem. non legendum Empedoclis Περσικὰ, ſed Φυσικὰ, vt ex IV. 4. meteorolog. obſeruauit Meurſius ad Chalcidium p. 29.

6) et 7) *TRAGOEDIAS* quoque nonnulli et ΠΟΛΙΤΙΚΑ` ad hunc Empedoclem retulere, teſte *Laertio* VIII. 58. alii tragoedias rectius ad alium iuniorem huius nominis, vt notaui in notitia tragicorum.

8) Abul-

Sed hic et [illegible] veterum Inſcriptionum, noua collectio, Palerm. ſect. I. de graecis Siculorum dialectis, vbi demonſtrare nititur in Sicilia tres olim in vſu fuiſſe dialectos, doricam, ionicam et com[illegible], quae [illegible]. Ego quoque in comment. de Doriſmo Theocriteo p. XXXII. praefixa meae Theocriti editioni idem adiuui argumentum. *Harl.*

8) Abulpharagius p. 33. memorat Empedoclis librum neſcio quem, reſurrectioni oppoſitum. Ibidem ait primum fuiſſe Empedoclem, qui attributa DEI docuerit ab eius eſſentia haud differre.

[9) *Empedoclis* ἀποδείξεις καὶ ἔπη memorat *Ariſtoteles* Ethic. Nic. lib. VII. cap. 3. p. 277. et 279. *Heum.* Empedoclis plura vna cum commentariis in carmina aurea Pyth. ferri apud Arabes, notatur in Actis erudit. Lipſ. 1720. p. 419 ſq. *Fabric.* *Empedoclis*, Parmenidis et Orphei ἔπη, MS. in Catalogo biblioth. Lugdun. Batau. p 340. cod. XXV. ex chirographo Ioſ. Scaligeri, qui reliquias Empedoclis vltra centum et quod excurrit, congeſſit, atque hic illic adſcripſit emendationes: quam ſyllogen deſcripſit *van Goens*, vti paullo poſt ſignificabimus. — *Empedoclis* Sphaera in biblioth. Veneta D. Marci, cod. DCXXXVI. teſte *Villoiſonio* in Anecdot. graecis, tom. II. p. 248. *Emped.* ſententiae in *Arſenii* Ἰωνιᾶ apud Bandin. in Catalog. MSS. gr. Laurent. biblioth. I. p. 549. — *Emped.* verſus iambici de ſtellis inerrantibus, inter codd. biblioth. reg. Pariſ. Catalog. tom. II. cod. MMCCCLXXXI. nr. 7. et, quod idem eſſe videtur, carmen de ſtellarum errantium in nos poteſtate, cod. MMMXLVII. nr. 9. pars libr. de natura eſſe videtur. — In eodem volumine cod. MCCCX. ineſt *Emped. Sphaera:* eadem et de ſignis Zodiaci in cod. MDCXXX. — *Emped.* et Eratoſthenis ſententia de diſtantia ſolis ac lunae a tellure, in Bandini Catalog. codd. gr. biblioth. Laurent. *Emped.* carmina, ſphaera et alia, in cod. Mediolanenſi, teſte Montfaucon in Diario Italico p. 18. *Harl.*]

Fragmentorum editiones promiſſae. Fragmenta quaedam Empedoclis philoſophi, ſed perpauca, (ex eius περὶ φύσεως eeee) praecipue) collegit H. Stephanus in Poeſi Philoſophica an. 1573. 8. a pag. 17. Longe plura congeſſi et illuſtraui in Syntagmate ſingulari de vita, philoſophia ffff) ac ſcriptis Empedoclis, quod in lucem dare animus eſt, ſi tempus et occaſio ferat et Deus vitam conceſſerit ac valetudinem gggg).

Empedocles plures. Fuere et alii *Empedocles:* 1) noſtri auus, qui Olymp. LXXI. κέλητι vicit. 2) ſororis filius, tragicus. [vid. Mongitoris biblioth. Sicul. I. p. 179.] 3) qui a *Plu-*

eeee) Zenonis Eleatae ἐξήγησιν τῶν Ἐμπεδοκλέους πρὸς τοὺς φιλοσόφους περὶ φύσεως memorat Suidas in Ζήνων, [et Eudocia in Ἰωνιᾶ, in Zenone p. 204.] Plutarchi εἰς Ἐμπεδοκλέα περὶ τῆς πέμπτης οὐσίας. Lamprias nr. 42. ſed vide infra libr. II. cap. 23. ſect. 29.

ffff) Philoſophiam Empedoclis inſtaurare conati ſunt Campanella, Maignanus etc.

gggg) Multo plures carminum reliquias, quam Stephanus, congeſſerat Fabricius, easque communicauerat cum *Moshemio*, Fabricii humanitatem praedicante ad *Cudworthi* Syſtem. intellect. (in quo opere paſſim multa Empedoclea fragmenta adferuntur,) cap. 1. §. 13. pag. 24. edit. Amſtel. At illa collectanea, eaque, quae is vita defunctus reliquerat, haud admodum copioſa fuiſſe, teſtatur *Reimarus* in vita ſoceri ſui, Fabricii, pag. 210 ſq. *Ioſeph. Barberius* de miſeria poetarum p. 37. et 111. promiſerat, ſe editurum eſſe *Empedoclem reſtitutum.* *Ioan.* quoque *Caramuel* in critica philoſoph. diſſ. 5. metaph. nr. 815. p. 353. *Empedocleam philoſophiam* pollicitus erat. Neuter ſtetit promiſſis. At *van Goens* in Animaduerſſ. ad Porphyrium de antro Nympharum, p. 96. nouae editionis ſpem facit: quae ne in herbis areſcat, optandum eſt. Vir enim ille doctiſſimus ibi refert, ſe ex Scaligeri Aduerſariis, in bibliotheca Lugdun. Batau. ſeruatis et paullo ante laudatis, tum e ſcholiaſtis et philoſophis MSS. inprimis e commentariis in Platonem ineditis et aliis editis libris adparatum fragmentorum Empedocleorum forte trecentorum et amplius collegiſſe, et plura conquirere ad Syntagma Empedocleum aliquando publicandum. Loca multa, quae colligi poſſint, indicat *Mongitor.* l. mem. De ſtudio *Theodori Canteri*, qui *Empedoclis* et reliquorum poetarum graecorum fragmenta maxima cum cura collecta reliquit, vide ſupra ad lib. II. cap. XI. §. 12. not. *yy.* *Harl.*

a *Plutarcho* loquens inducitur VIII. 8. Sympoſ. niſi fictum ab antiquo ſit nomen. Ceterum nouus *Empedocles* apud *Themiſtium* orat. V. ad Iouinianum imp. p. 70. edit. Harduini, nullus eſt, neque ibi ſermo eſt de Peregrino philoſopho Cynico, vt opinabatur *Petrus Petitus* II. 13. Miſc. Obſeruatt. neque de S. Polycarpo, [?] vt in mentem venit *Stephano le Moyne* praef. ad varia ſacra, multo minus de ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto, quem ab ethnico homine perſtringi coniiciebat *Petauius* in notis ad Themiſtium, ſed vt optime illum locum interpretatus eſt *Mericus Caſaubonus* ad M. Antoninum p. 78 ſq. hic eſt verborum Themiſtii ſenſus: dignus imperator, quem venerantes admiremur tum ob alia, quae lege ipſius continentur, tum praecipue, quod non ſolum religionis libertatem indulgeat, ſed et aeternas illas leges a Deo latas de malorum bonorumque indiſſolubili nexu non minus perite, (ἐ φιλολότερον), non per Iouem (ἐ μὰ Δία), quam vetus ille Empedocles φιλίας et νείκους explicet. Praeplacet haec mihi expoſitio ſimplicitate ſua natiua prae coniectura Harduini, quam videbit, qui volet, in notis ad Themiſtium p. 404.

De Sphaera Emped. IX. Denique ſub *Empedoclis* philoſophi nomine fertur *ſphaera* hhhh), ſiue poema non inelegans aſtronomicum verſibus iambicis CLXVIII. in plerisque conſonans Arato, et ſtellas tum erraticas deſcribens tum ἀπλανεῖς. Primus e bibliotheca Iohannis a S. Andrea edidit folio fugitiuo *Fridericus Morellus*, Pariſ. 1584. iiii) 4. hac inſcriptione: Ἐμπεδοκλέους ΣΦΑΙΡΑ, ἢ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου. Sed *Demetrius Triclinius*, qui ante trecentos circiter annos vixit, auctor eſſe poematii huius non poteſt, quia praefixa in codice MS. nota teſtatur, illud a Demetrio tantummodo emendatum et in ordinem redactum. *Οἱ παρόντες στίχοι Ἰαμβικοί εἰσι τρίμετροι ἀκατάληκτοι. Εἰσὶ δὲ γεγραμμένοι κατὰ τὸν τρόπον τῶν ποιητῶν. Δέχονται γὰρ σπονδεῖον, δάκτυλον, ἀνάπαιστον, τρίβραχυν, ἤτοι χόρειον καὶ πυῤῥίχιον. Ἰστέον δὲ ὅτι διωρθώθησαν παρὰ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου. Ἦσαν γὰρ ἐν πολλοῖς μέρεσι διεφθαρμένοι καὶ πολλοὶ ἐκ τούτων παρεῤῥίφθησαν ὡς ἀδιόρθωτοι.* Latinis iambis vertit et caſtigationes quasdam adiunxit, *Q. Septimus Florens Chriſtianus* kkkk), cuius translatio ſeparatim ab eodem Morello edita eſt Pariſ. 1587. 4. ſub titulo *Sphaera Vetus Graeca.* Hic Florens Chriſtianus, vir graece et latine doctiſſimus, ſcui coniectura poemation iſtud tribuit *Georgio Piſidae.* Nam *Empedoclis*, inquit, *hos eſſe verſus nunquam in animum induxi, vt crederem, et qui credunt, ſunt ſane quam ταχυπειθεῖς, nulloque, vt mihi videtur, probabili nituntur argumento. Ab iis temporibus longiſſime abſunt, qui Triclinio Demetrio imputant. Sed [?] coniectura tamen ſcopum veritatis propius attingat. Quamvis enim materia haec ſit vetus, recentior tamen eſt forma, et meruit nihilominus antiquum obtinere. Profecto poeſis iſta non longe diſcedit a Piſidae vel ſtylo vel aetate, quod indicium facio*

hhhh) Deus (ſic quidem Trithemius quaeſt. I. ad Caeſar. Maximilianum ait, deum Empedocleum eſſe *ſphaeram intelligibilem, cuius centrum vbique, circumferentia nusquam ſit,*) et mundus Empedocli dictus σφαῖρος, vnde σφαῖρος Ἐμπεδόκλεος, de quo *Gatakerius* ad M. Antonini XII. 3. vid. etiam *Simplicium* ad I. de anima, text. 77. et 80.

iiii) In Catalog. biblioth. Lugd. Batau. bis exſtat illa editio; at annus 1586. bis, nr. 55. pag. 62. et nr. 55. pag. 187. additus legitur; eundem annum adſignauit illi editioni *Mongitor*, l. m. p. 178. vbi de hoc libello agit. *Harl.*

kkkk) Fallitur Labbeus, qui cum verſione Morelli excuſam Empedoclis ſphaeram tradit pag. 133. biblioth. nou. MSS. poemaque hoc adfirmat conſtare verſibus iambicis et heroicis. Idem teſtatur quater exſtare manu exaratum in biblioth. regis Chriſtianiſſimi, nr. 1213. 1734. 1662. 2216. Memoratam vidi edit. graecam Lugd. 1629. 8.

cio aliorum et eruditiorum. Toto et perpetuo carmine nihil aliud reperias extra ſtellarum et ſiderum poſituram ordinemque ſecundum diagrammata vulgaria. Poſt deſcriptum ſitum percurrit hic auctor ſigna Zodiaci, ſed moratur praecipue circa etymologias, quae mihi interdum imo fere ſemper φορτικαὶ *videntur, neque ſatis fidem facientes. Eiuſmodi multa habemus graeculorum* λεπτολεγήματα, *nugas ingenioſas et curioſas* φλυαρίας, *praecipue in aſtronomicis. Nos in interpretatione ſimioli fuimus, multum voluimus, pauca praeſtitimus. Nam graeca veriloquia latinis mutare, et illorum elegantiam, (ſi qua in his nugis,) praeſtare, operoſum eſt magis, quam vtile vel ingenioſum.* Ceterum *Piſidam* auctorem eſſe, vix crediderim, neutiquam enim chriſtianiſmum eius ac religionem ſpirant hi verſus (75 ſq.)

Τοιᾶσδε τάξει σχηματίζοντ᾽ ἀστέρες
Θεῶν βροτοῖσι τὴν χάριν δωρουμένων.
Εἶτ᾽ οὖν ἀμήτωρ Παλλὰς ὥρισε βροτοῖς,
Εἶθ᾽ ἥλιος τηλωπὸν ἀστέρων θέσιν,
Θεῶν τὸ μηχάνημα — — .

Video etiam ab amica et erudita *Dieterici Dobleri* manu notata remotioris antiquitatis argumenta non contemnenda, quod hic ſcriptor non meminit librae, quod v. 16. cancri aſteriſmum refert ad ſolſtitium, quod hydrae caudam v. 59. ad poſteriores Centauri deflectit pedes, ſecus quam Ptolemaeus, a quo extremitatem caudae hydrae ſupra caput Centauri ponere edocti ſunt aſtronomi: quod Zodiacum v. 110. vocat ἀριθμὸν, quod taurum denique antiquioribus tradit v. 99. dictum ὄρον. Quoniam vero vetuſtiores potuit ſequi auctores, quisquis haec ſcripſit, et ſphaerae Empedoclis vel iamborum ab illo ſcriptorum nemo veterum meminit, quod ſciam, incertum etiam eſt, vtrum Empedocles iunior tragicus attigerit aſtronomica; itaque vniuerſam rem arbitrio lectoris relinquere, quam diuinando temeritatis notam incurrere malo. At enim, quoniam carmen ipſum perbreue eſt, et praeterea tam raro obuium et paruitate ipſa ſua bibliothecis ita ſubductum, vt ineditum videri poſſit, quid vetat illud hoc loco integrum vna cum notulis doctiſſimi interpretis Q. Septimi Florentis Chriſtiani ſubiungere? [Recudendum quidem curauerat *Beniam. Hederich* id carmen, gr. cum verſ. lat. Q. Sept. Flor. Chriſtiani, et cum eiusdem ſuisque notis, Dresdae, 1711. 4. at enim tanta quoque huius editionis eſt raritas, vt eam neque in tabernis librariis, neque in permultis tam priuatis quam publicis bibliothecis, quas vel ipſe vel per amicos conſului, potuerim reperire. Tandem accepi opera veteris amici exemplar e publica quadam bibliotheca. Eſt quoque in bibliotheca quondam Bünauiana, (vide Catalog. illius tom. I. p. 88.) nunc Dresdenſi. Quare, quod vidi, ſaepius prouocari ad h. Fabricii locum, quando hoc carmen memoratur, id abeſſe nolui, additis pluribus Hederici adnotationibus. Heder. vero vt plurimum, quamquam breuiſſime nec docte, res explicuit. *Harl.*]

ἘΜΠΕΔΟ-

ἘΜΠΕΔΟΚΛΕΌΥΣ ΣΦΑΙ̃ΡΑ.

Ἥδ' ἐστὶν ἄστρων τάξις. ἀμφὶ μὲν πόλον
Ἄρκτους διπλᾶς πρὸς νῶτα νευούσας τύποις
Ἀντιστρόφοις οὐραῖσιν ἀλλήλαιν φοραῖς
Σκολιαῖσιν εἴργει μὴ πελάζεσθαι δράκων.
Τοῦ δ' ἀμφὶ χάσμ' ἐν γονύασι δεξιὸν πόδα
Ἔχει· κάρα δὲ κρατὸς ὀφιούχου πέλας,
Ὃς ἐν μετώπῳ Σκορπίου βαίνει ποδί.
Τῆς μείζονος δ' ὄπισθεν ἵσταται φύλαξ
Ἄρκτου. ποσὶν δὲ τοῦδε παρθένος κυρεῖ,
Ἔχουσα λαμπρὸν χειρὶ Δήμητρος στάχυν.
Μεταξὺ δ' ἄστρων τῶνδε κυκλοῦται τύποις
Ὤμου μὲν ἀρκτούροιο δεξιοῦ πέλας
Στέφανος, ὕπερθέν τ' ὄφιος, ὃν φέρει χερὶ
Ὀφιοῦχος, ἄρκτου δ' ἐν κυκλέμενος ποσὶν
Ὀπισθίοις ἐν βήμασιν κεῖται λέων.
Μέσαις δὲ θεριναῖς ἐν τροπαῖσι καρκίνος
Διδύμοις ἔνερθεν προσθίων κεῖται ποδῶν.
Κεφαλὴν δ' ἐπ' αὐτὴν ἁρματηλάτης, ποδὶ
Ταύρου κέρατι τῷ δεξιῷ στηρίζεται.
Λαιῷ δ' ἐν ὤμῳ Ζηνὸς αἶξ ἐστὶ τροφὸς,
Ἣν αὐτὸς ἄστροις ἐγκαθίδρυσεν καλῶς
Θρόνων κρατήσας οὐρανοῦ σκηπτουχίας.
Ἔριφος δὲ ταύτης νέρθεν εἴληχεν τόπον
Καρποῦ κατ' ἄκρας χειρὸς ἡνιοστρόφου. [?]
Ἄρκτου δὲ μικρᾶς ἐς τὸν ἔσχατον πόδα
Κηφεὺς τριγώνου τάξιν ἐξεργάζεται.
Ὄρνιθα χειρὶ δεξιᾷ θηρώμενος·
Πτέρυγα δ' ὑπ' αὐτὴν ἵππος ἰθύνει πόδα,
Μέσαις γε χώραις ἰχθύων ὁρώμενος.
Ἄστρων δὲ τῶν πρὶν τῶν τε νῦν εἰρημένων,
Ὅδ' ἐξικνεῖται καὶ πεπλήρωται, τόπος.
Ἔμπροσθε κεῖται Κασσιέπεια Κηφέως,

Αὐτὸς

Verſ. 2. νευούσας τύποις, ſic Auienus in Arateis, Conſurgit in aera forma. Alias vocat ſpeciem.

v. 4. εἴργει μὴ πελάζεσθαι) Manilii verbum vſurpaui, qui dixit: Ne cocant.

v. 5. ἀμφὶ χάσμα) *Impetum* dixi, non neſcius, cultiſſimum poetam Tibullum de Scylla dixiſſe, Impetus oris. Sic *coeli impetum* pro vaſtitate Lucretius. Pavorem dixiſſe videtur Mileſiarum ille venuſtus ſcriptor in Onochryſo.

ibid. ἐν γόνασι) lege, ἐγγόνασι, vna voce. [probat id Heder.] Auienus, ἐκφραστικῶς, ex Arato dixit, dextraeque impreſſio plantae Tempora de...cat maculoſi prona Draconis, vbi tempora prona non ſunt χάσμα. Melius hic auctor.

v. 18. κεφαλὴν δ' ἐπ' αὐτὴν) Mallem ὑπ' αὐτὴν, et ſic legendum ratio τῶν τόπων poſtulat. [Hederich. nil mutat, dummodo τὸ ἐπὶ recte interpreteris.]

SPHAERA VETVS GRAECA,

Q. SEPT. FLORENTE CHRISTIANO INTERPRETE.

HIC ſiderum ordo eſt aetheris: Circa polum
  Arctos duas in terga vergentes, ſitu
Contrario caudarum, inerrans flexibus
Coire prohibet inuicem obliquis Draco.
Ad impetum huius dexterum Engonaſis pedem
Habet, caputque propter Ophiuchi caput,
Qui frontem acuti Scorpii ingreditur pede:
Dein ſtat vrſam pone maiorem ſequens
Cuſtos: ad huius Virgo ſtat veſtigia,
Cererisque ariſtam fulgidam praefert manu.
Haec inter aſtra forma in orbem vertitur
Humerum Corona dexterum Arcturi prope,
Superior angue quem manu Anguitenens tenet:
Maioris Vrſae iuſta poſtremos pedes
Infra volutus igneus iacet Leo.
Sed Cancer intra media ſolſtitia adiacet
Geminis, ſub Vrſae pedibus anterioribus:
Auriga capiti ſubiacet trucis ferae,
Plantaque Tauri dexterum cornu premit:
Laeuum huius armum poſſidet nutricula
Iouis Capella, cuique gratus Iupiter
Caelo potius inter aſtra locum dedit.
  Succedit Hoedus, et habet inferius locum
In fine brachii et manu Aurigae vltima. [*]
Arcti minoris pone poſtremum pedem
Cepheus figuram conficit Trianguli.
Manu fugacem dextera captans auem,
Sub cuius alam dirigit pedem Ferus,
Quem media late Piſcium vident loca.
Sic iſta ſedes pondere aſtrorum gemit
Quae dicta ſupra, quaeque nunc nouiſſime.
Suum ante Cepheum Caſſiepia ſedem habet.

Et

v. 23. ἔριφοι) Alii Hoedos vocant, ſunt enim ſtellae duae in manu Erichthonii Aurigae. Sed ſingularem fecit etiam Manilius, et Propertius, lib. II. *Purus et Orion, purus et Haedus erit.* Sic pro piſcibus ſaepe Piſcem legimus.

v. 24. καρπῷ *In brachio* Germanicus dixit, Auienus expreſſit καρπόν, cum ait: fine manus. [Quippe ex Ariſtotelis deſcriptione: καρπός ἐστι χειρὸς καὶ βραχίονος ἄρθρον, *iunctura manus cum brachio ſiue cubito.* Atque in hac ipſa Hoedi conſpiciuntur, aliquot ſtellis tertiae magnitudinis coruſcantes. *Hederich.*]

v. 27. Ὄρνιθα qui vulgo *Cygnus*, Ouidio *Miluus*, Ptolemaeo *Gallina* dicitur. *Hederich.*

Αὐτὸς θ' ὁ Περσεὺς ὠκὺς ἕσθ' ἅρπην ἔχων,
Πόδας τιθεὶς νώτοισιν ἁρματηλάτου.
Ἵππῳ συνάπτουσ' Ἀνδρομέδα τὸν κρᾶτ' ἔχει
Τὸν αὐτὸν ἵππου γαστρὶ κοινὸν ἀστέρα.
Μεταξὺ δ' ὄρνιθός τε τοῦ τ' ἐν γονύασι
Λύρα τέτακται· πρὸς μέσον δὲ τοὔμπαλιν
γρ. δὲ Πρὸς ἀντολάς τε τῶν δὲ Δελφίνων δέμας.
Ἵππου τε κεφαλὴ πλησίον φαντάζεται.
Ὕδωρ χέοντα δ' ὕπερθεν, αἰγόκερως ἔχει
γρ. ἀετὸν Οὐρὰν παρ' αὐτὴν * ἐξικνούμενος κάρα.
Δελφὶς δ' ὕπερθεν, οἰστὸς, αἰετός θ' ὁμοῦ·
Αὐτὸς, δράκοντα δ' ἐν διπλαῖς χερσὶ κρατῶν
Ὀφιοῦχός, ἐστιν. ἀλλὰ ὅρα τὸν δέ γε κάρα
Στεφάνῳ συνάπτειν, νέρθεν ἐξικνούμενος.
γρ. ᾤκισαι. γρ. ἴχει, Τούτοις μὲν οὖν βόρειος ὡρισαι * τόπος.
Τὸ πρὸς νότον δὲ τὴν δὲ τὴν τάξιν ** κρατεῖ,
Ὑπ' αὐτὸ κέντρον Σκορπίου, βωμὸς τέως.
γρ. Χηλὰς δ' ὑπ' αὐτάς. Χηλαῖς * δ' ὑπ' αὐταῖς, Σκορπίου τε σώματα
Τὰ πρόσθε Κενταύρειο φαίνεται μέλη.
Νέρθεν χεροῖν τοῦδε θηρίου δέμας.
Ἐμπροσθίοιν δὲ τοξότου χεροῖν ὑπὸ
Δινωτὸς ἄστρων κύκλος ἀμφελίσσεται. [?]
Ἔνθεν δὲ ἄλλος κύκλος ὃς κικλήσκεται
Ὁ νότιος, ἰχθύς τ' ἄλλος ἐσθ' ὁρώμενος.
Ὕδρα δ', ὑπ' αὐτὴν παρθένον λέοντά τε
Μέσον, πρὸς αὐτὸν καρκίνον δὲ, κρᾶτ' ἔχει:
Οὐρὰν δὲ, Κενταύρου πρὸς ὀπισθίους πόδας:
Καμπαῖς δ' ὑπ' αὐταῖς, ἐστὶν εὔσημος μάλα
Κρατὴρ, κόραξ τε, πρὸς τὰ Κενταύρου μέλη.
Ἴδοις δ' ἂν, Ὠρίωνος ἐξ ἀριστερῶν,
Ποταμόν· ποσὶ θ' ὑπ' αὐτοῖσιν, ὠκύπουν λαγών,
Ὃς λαμπρὸν αὐγαῖς σείριον φεύγει κύνα·
Κυνὸς δ' ὀπισθίοις πελάζεται ποσὶ,
Πηδάλιον· ἀστήρ τ' ἐξαναστράπτων φλογὶ

Μέλεσι

v. 33. ὅσθ'] [illegible] (graece pro [illegible]) ſcribendum cenſet Hedericus.

v. 39. τῶν δὲ δελφίνων) Niſi legas δελφῖνος, neſcio, quare vſus ſit numero multitudinis, cum ſingulare ſit ſignum. Sed cum paulo poſt Delphini iniiciat mentionem, ſuſpicor aliam vocem deſiderari ἀντὶ τῶν δελφίνων.

v. 40. Ἵππου δὲ] *Equuleus ſiue ſectionis equi, equi prioris* vel *Hinnuli*, quod ſidus quatuor tantum ſtellis quarti ordinis conſtans ab Arato, Germanico, Hygino, Manilio, Auieno, et aliis aſtrorum interpretibus fere omitti ſolet. *Hederich.*

v. 42. Fabricius in marg. γρ. ἀετόν. Sed quominus hanc [illegible], Capricorni et Aquilae diſtantia facit. *Heder.*

v. 45. ἀλλ' ὅρα) Non eſt, vt negem, mendoſa haec eſſe, [illegible] legunt, [illegible]μενον. [Heder. probat.]

Et ipſe Perſeus celeripes falcem tenens,
Pedibusque terga fortis Aurigae premens.
Equo cohaerens aptat Andromedae caput,
Cum ventre equino ſtella eadem fulgurans.
Interque Olorem et altero Nixum genu
Lyra collocata eſt: Delphis at contra ſedens
In medio ad ortus ſiderum horum viſitur.
Tum vero equinum proxime apparet caput.
At Capricornus ſupra habens Aquarium
Caudam prope ipſam vertice adfectat ſuo:
Supraque Delphin et Sagitta, Aquila et ſimul.
Tenet Ophiuchus ipſe vtraque Anguem manu.
Ipſe Anguis infra [quod volenti cernere eſt]
Caput videtur cum Corona iungere.
En ſidera haec ſunt partis ad Boream ſitae:
Quae verſus Auſtrum, hunc ordinem contra obtinent:
Sub ipſum acumen Scorpii Ara viſitur.
Chelis ſub ipſis et Nepai corpore
Priora parent membra Centauri ſenis:
Corpus ferinum noſcitur ſubter manus.
Verum ſub anticas Sagittarî manus
Rotatus orbis ſiderum conuoluitur. [¶]
Hinc orbis alius qui vocatur Circulus
Auſtrinus, alius Piſciumque cernitur.
At Virgini et medio Leoni ſubiacet
Dira Hydra, ad aſprum quae caput Cancrum refert.
Caudamque Centauri ad pedes retro vltimos.
Spiris ſub ipſis maxime illuſtris manet
Crater, et inde membra Centauri prope
Stat Coruus, Orionis ad laeuam ſedet
Flumen, ſub ipſis pedibus eſt leuipes Lepus,
Qui fulgerantem Sirium fugit Canem.
Pedibus propinquat vltimis Caniculae,
Seruaculum Argus; et cohaeret artubus

 Flammis

v. 47. *ὤκισται* minus bene. *Heder.*

v. 48. *τὸ πρὸς νότον*) Malim *τὰ πρὸς.* Mox pro *σώματα*, melius *σώματι*, quia dixit *χηλαῖς*, neque enim Nepa duplex habet corpus, niſi Chelas ipſas, quae pro libra vſurpantur, corpus aliud facis ab ipſo corpore, id eſt, partes ſeiungis a toto.

v. 49. *τίθεσι* num mendum lateat, an metri ſolum gratia additum ſit, haeſitat *Heder.*

v. 50. al. *ὑπ᾽ αὐτὰς*, quod neutiquam reiecerim, niſi mox pro *σώματα* etiam *σώματι* cum Flor. Chriſtiano legere malis. *Hederich.*

v. 60. *καμπαῖς δ᾽ ὑπ᾽ αὐταῖς*) Quid? ſi legas *ἐπὶ* pro *ὑπό*. Neque enim ſub ſpira, ſed ſupra camdem Crater aeque ac Coruus conſpiciuntur. *Heder.*

v. 63. *ποταμὸν*) *Eridanum* nempe, ſiue *Padum*, licet aliis etiam *Nilus* ille habeatur. *Heder.*

Μέλεσι συνάπτει· καὶ πεπλήρωται τόπος·
Ταύρου δὲ δεινὸν πρὸς πόδ' ἐντείνων χέρα
Λαμπροῖς ἐν ἄστροις λαμπρὸς Ὠρίων μέγας,
Διδύμοισι προτείνει χεῖρα δεξιούμενος·
Προκύων δὲ, χειρὸς δεξιᾶς ἐστιν πέλας,
Κριός θ' ὑπ' αὐτὸν, ἰχθύων τε σώματα.
γρ. πρωκτοῖσι Παρ' οὓς ἵκνειται κῆτος· ἐν πρώτοισι δὲ
Σύνδεσμον ἰχθῦς κοινὸν ἔσχον ἀστέρα.
Τοιᾶδε τάξει σχηματίζοντ' ἀστέρες,
Θεῶν βροτοῖσι τὴν χάριν δωρουμένων.
Εἴτ' οὖν ἀμήτωρ Παλλὰς ὥρισε βροτοῖς,
Εἴθ' ἥλιος τηλωπὸν ἀστέρων θέσιν,
Θεῶν τὸ μηχάνημα. πάντας δ' ἐν βραχεῖ
Φράσαι βρότειος οὐκ ἂν ἐξεύροι νόος.
Ἄθρει δὲ κόσμου τοῦ δέ τ' αἰῶνος δρόμον
Ὡς εὖ διεστάθμησεν αὐτουργὸς φύσις.
Κριός. Πρῶτος χορείας Κριὸς ἡγεῖται κύκλου,
γρ. Εἶθ' ὅτι. * Ὅτι κρίσει γε πάντα συγκρίνας ἔχει·
Συνῆλθε γὰρ πρὸς αὐτὸ τοῦτο συγκριθείς. [P]
Ἐξ οὗγε τοῦτο Κριὸς ὄνομ' ἔσχε βροτοῖς,
Κρίνων μὲν ἔαρος χείματός τε μεταβολὰς,
Κρίνων δὲ μῆκος ἡμέρας νυκτός τ' ἴσον.
ἴσ. γ' κόσμος Ὅθεν γε κόσμου κόσμον ἀντηλλάξατο,
Ὃ γὰρ βροτοῖς ἔνειμε, παρὰ θεῶν ἔχει:
γρ. δ' ἄρ Διὸ δὴ κρίσει καὶ τοὔνομ' ἄρισαν θεοὶ
Κριόν· κριτηρίῳ γὰρ εὖ διείλετο
Ἴσην πρὸς ἠῶ καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔχειν.
Ταῦρος. Κεῖται δ' ἐφεξῆς Ταῦρος, ὡς γεωμόροις
Τύποις ἐοικὼς κεῖνος· ὃς κατ' αὐχένα
Στερρῷ τένοντι τοῖον ἁρμόζει ζυγὸν,
Γαμψοῖς ἀρότροις αὔλακας σχίζων γύας·
Ἡ δ' ἀστέρων ἡ τάξις· ὃς πάλαι ποτὲ

Ἐκλήζετ'

v. 67. *πεπλ. τόπος*) Ex veteri aſtrorum recenſione. Hoc enim tempore etiam in iſta coeli regione ſidera plura, velut *Columba Noachi, Dorado, Hirundo marina* et alia numerantur. *Hed.*

v. 70. *διδύμοισι*) lege, *διδύμοις.* Quorſum enim in alteram ſedem anapaeſtum non neceſſarium inducas?

v. 73. *ἐν πρώτοισι δὲ*) Non puto primarium verbo poſtremo et flagitioſo [*πρώκτοισι natibus* quod non damnat Hedericus, quod piſces vtique caudis, per linum cohaereant, easque ſibi inuicem obuertant,] mutandum eſſe. Potius dixiſſet, *ἐν ἄκροισι δὲ.* Neque enim cohaerent Piſces poſterioribus, cum mutuo ſint obuerſi.

v. 74. *ἀστέρα*, pro *ἄστρον ſidus* poſitum, legendum putat Heder.

v. 79. *Θεῶν τὸ μηχάνημα*) Vera et pia ſententia, non a Chriſtianis ſolum, ſed bonis illis paganis celebrata; puta Arato et Dionyſio *περιηγητῇ*.

v. 83. *Κριός*) Hoc Etymon, *ἀπὸ τῆς κρίσεως*, graecae tantum linguae conuenit: nam ſi Arietem vocas, aliud excogitandum eſt. Alii tamen *κριὸν* dictum volunt propter *κάρα*, quia cornibus polleт, et eſt *ἀσελγόκερως*; vnde *κυρίττειν*, ex *κορύττειν*, cor-

nu-

Flammis coruſcum ſidus, atque implet locum:
Manumque tendens ad grauem Tauri pedem
Micantia inter ſidera Orion micans,
Tendit gemellis alteram Laconibus:
Sed eſt propinquus dexterae Antecanis manus.
Aries ſub ipſum eſt, Piſciumque corpora:
Quis ſaeua Piſtrix adiacet, ſed Piſcibus
Commune vinclum et ſidus in primis nitet.
Tales figuras ſidera et ſedes habent,
Benignitas quae Numinis mortalibus
Conceſſit: Ergo ſeu patrima Pallas, aut
Sol ordinauit huncce ſtellarum ſitum,
Opus eſt Deorum, humana nec ſollertia
Referre poſſit omnia in compendium.
Mundi atque vitae aduerte curſum, quam bene
Natura diſpenſauit ipſa opifex ſui.
Praeſul choreae circuli dux eſt gregis. *ARIES.*
Quod congregata cuncta diſcernat cate.
Nam comparatus hoc ad ipſum conuenit. [¶]
Et inde Graium nomen hoc indeptus eſt
Crion, quod hiemis veris et diſcrimina,
Noctisque cernat et diei horas pares;
Ex mole confuſiſſima hunc mundum excitans.
Nam dona Diuum impertiit mortalibus,
Vnde indidere nomen a Criſi dii,
Crion vocantes, namque decretorius
Occaſum et ortum ſcindit aequo examine.
Tauri ſecunda ſedes eſt, et formam habet *TAVRVS.*
Aruum colentis qui iugum ceruicibus
Poſcit toroſis, et recurui pondere
Gemens aratri ſulcat arua proſecans.
Hic ordo ſiderum, neque hunc antiquitus

nu ferire, Virgilio. Itaque recte Suidas, *κριὸς ὁ τὸ κέρα ἱέμενος*: quique, vt ait idem Maro, iraſcitur in cornua.

v. 89. Lectionem margin. *γ' ἀκόσμα* non admittit Hedericus. Atque, ait, *ἀνταλλάττεται* quidem Aries *κόσμα κόσμου*, dum pro hieme ver inducit, et ita quaſi alium a priori mundum condit.

v. 95. *κᾶνος* pro *ἱκᾶνος* videtur Heder. h. l. plane *παρέλκειν*.

v. 98. *ἢ δ' ἀστέρων*) Quorſum haec verba, quibus initium fecit? Sane hic mihi videntur *ἀπροσδιόνυσα*, et alia cenſeo ſubſtituenda, quae fortaſſis alia ſcripta exemplaria ſuppeditabunt.

Ibid. *ὃς πάλαι ποτὲ*) Vetus aureum ſeculum innuit, quo boum nullus erat cuſtos, imo ipſe bos erat (vt cum Frontino loquar) aruifinius. Tanta erat eius aetatis innocentia probitasque. Nam limites (vt ait idem bonus auctor Gromaticus) ante Iouem nulli erant, proinde lites nullae, ideoque tandem poſitus limes litem vt diſcerneret aruis, vt ait diuinus agricola Maro. Itaque non mirum, ſi tanta bouem reuerentia coluit antiquitas, vt eum occidiſſe iuxta periculoſum fuerit, atque ciuem. Sane vero *οὖρον*, de boue recte dici, vel ipſe Bootes fidem faciet, qui vrſae *οὖρος*, vel *φύλαξ*, dictus eſt. Tum iſte ſeſquiuerſus *καὶ βοὸς οὖρον. Ἀσκητὸν χρυ-*

Ἐκλήζετ' οὐχὶ Ταῦρος, ἀλλ' ἔρος βροτοῖς
Ὅσπερ καλεῖται πᾶσι τερμόνων φύλαξ.
Δίδυμοι — Δίδυμοι δὲ κεῖνται τάξεσι σαφεστάταις·
Ἐπεὶ τότ' ἤδη καρπὸς αὔξεται διπλοῦς.
Χλόη δ' ὑπὲρ γῆς ἄρχεται σχίζειν φύσιν,
Καὶ δισσὰ φυλλῶν αὔξεται βλαστήματα
Πρὸς εὐδιήνην ἠέρος κατάστασιν.
Καρκίνος — Ὁδ' ἀλλαγὴν στοιχείων ἀντιλαμβάνων
γρ. καρπί- — Καρκίνος ὑπάρχων ἐν χρόνοισι κάρπιμος.
μοις. — Ἐκ γῆς τέλειον καρπὸν ἐμφαίνων βροτοῖς,
Ἑξῆς τέτακται τάξεσι σαφεστάταις.
Λέων — Ἔχει δ' ἀριθμὸν ἐν μέρει πέμπτῳ Λέων,
γρ. χαλά- — Λεαίνεται γάρ, εἶτα καὶ χαράσσεται,
ζεται, — Θερμαῖς πυριφλόγοισιν ἡλίου βολαῖς,
Τὰ πρὶν βρύοντα γῆς ὕπερθεν αὔεται,
Ὁ δ' ὀλλύων χρόνοισιν αὔξαται Λέων. [?]
Παρθένος — Ἐγγὺς δὲ τούτου, παρθένου κεῖται τύπος.
Πρὸ τοῦ γὰρ εἰς τόδ' ἄστρον ἥλιον μολεῖν,
Ἄφθαρτα γαίης πάντα τηρεῖται γένη.
Τὸ δ' οὐδέπω τὴν πεῖραν εἰληχὸς φθορᾶς,
Κατωνόμασται πᾶσι παρθένου βίος.
Χηλαὶ — Χηλαὶ δ' ἐπειδὴ σῖτος εἰς δόμους βροτῶν
Γεωμόροισι χερσὶν ἐξηθροισμένος
Πόνοισιν εἰς τὰ δώματ' ἐνσωρεύεται·
Τότ' εἰς μέλαθρα συμφερόμενος τροφὰς
Παρέχει τροφαῖσι ταῖσιν ἠριθμημέναις.
Σκορπίος — Ὅταν δὲ πλειὰς ὥριον τεύχῃ σπόρον,
Ὁ δ' ἐκκομίζει σπέρμα γῆς ἐν ἀγκάλαις
Μόχθων ἐπ' ἄκρων ἐκτὸς εἰσφερόμενος,
Ὕπερθεν ἤδη σκορπίος τότ' οἴχεται.
Σκορπίζεται γὰρ σῖτος εἰς δόμους χθονός,
Ὅπως τέλειος καρπὸς αὐξηθῇ βροτοῖς·
Τοξότης — Μεθ' ὃν κύκλου φοραῖσι ταῖς πολυστρόφοις

Εὔσημος

σῷ παμφανόωντι κέρας, ex anthologia puto, facit, vt exiſtimem, priſcis illis temporibus, quibus ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni, bouem pro cane fuiſſe ad cuſtodiam, vt poſtea ad laborem.

v. 107. καρπίμοις, lectio marginalis placet Hederico.

v. 111. λεαίνεται γάρ) Neque placet hoc Leonis etymon. Alii melius, παρὰ τὸ λεύσσειν. Sunt enim ardentes et ignei oculi illius ferae, quae merito a Sole ſubſtantiam et naturam trahere exiſtimatur, cenſente Macrobio.

v. 114. ὁ δ' ὀλλύων) Sententiam hanc nuſpiam alibi, quod meminerim, legi. Si qui ſint meliore memoria, ſcire velim ecquid recordentur. Huius indicii maximam a me inibunt gratiam. Tamen, quia in Meſopotamia vehementi vi ſolis, leones a culicibus ita per oculos infeſtari dicuntur, vt in flumen ſe proripiant et mergantur, ſuſpicor, huc reſpexiſſe hunc Sphaerae ἰαμβογράφον. Exiſtimauerit etiam aliquis, dictum hoc de longaeuitate, quia μακρόβιον eſſe Leonem, etiam Ariſtoteles in hiſtoriis perſuadet fidemque factam ait ex claudo capto, cuius dentes vetuſtas infregerat et minuerat. Sed profecto χρόνοισιν non idem eſt, quod χρόνῳ, graece ſcientibus

Taurum vocabant, Vrus huic nomen fuit
Qua Terminorum voce cuſtos noſcitur.
Gemini ſequuntur ordinem clariſſimum, *GEMINI.*
Dicti inde quod tunc fructus augeſcat duplex,
Superque terris herba Naturam ſecet,
Binaeque creſcant frondium propagines,
Tepente terſi molliter ſtatu aëris.
At qui mouetur greſſibus retrogradis, *CANCER.*
Gaudetque cancer fructuoſo tempore,
Frugesque monſtrat perficas mortalibus,
Clarum deinde ſedis ordinem tenet.
Quintam iubatus occupat ſedem Leo, *LEO.*
Nam liditurque laediturque perdite
Compunctus aſſi ardore Solis igneo.
Tunc omnis arbos, omne marceſcit ſatum:
Per tempora autem perditans, audit Leo. [[illegible]]
Hunc proxime aſtat forma purae Virginis, *VIRGO.*
Quia ante quam Sol ſidus hoc percurrerit
Seruantur incorrupta terrea omnia:
Corruptionis quidquid autem expers manet
Omnes vocare virginis vitam ſolent.
At Libra quando meſſe collecta domos *CHELAE vel LIBRA.*
Implent coloni, aceruus ingens tritici
Seruatur horreis, tunc alibres ſufficit
Conferta fruges in numerum alimonia.
Mox alma Pleias quando ſementem facit, *SCORPIVS.*
Et ſummo in arua ſe labore conferens
Exportat vlnis cultor agri ſemina,
Tunc ſparſor exit Scorpius, nam ſpargitur
Et diſſipatur triticum in terrae domos,
Vt intus hominis perfica augeſcat ſeges.
Poſt tortuoſis circuli in ſpiris ſequens *SAGITTARIVS.*
Miſſor

ſc[illegible]ibus. Itaque priori ſententiae potius ſubſcribo. (*Forte non opus inquiſitione vlteriore, ſi obſcruetur ad ſolis vires in dodecatemoriis a poeta reſpici, neque enim cancer per ſe κάρπιμος nec λίαν ὀλλύων ſed κάρπιμος in Cancro ſol, et ὀλλύων in Leone.*) [Notae Fabricii ſubſcribit Hedericus.]

v. 119. παρθένος βίος) Hinc apud Graecos Παρθενία dicitur *pura vita*, et *Parthenii* dicti, teſte Suida, οἱ ἄφθαρτοι: neque hoc ſolum, purum pelagus et piratis intentatum, dictum eſt, παρθένιον πέλαγος.

v. 120. χηλαί) Nomine Chelarum intelligitur Libra, quia Chelae (cuius dodecatemorion in Libra finitur,) partem occupant ipſius Librae. Et vero ſic vſurpant Aratus et Manilius. Ceterum inter alia ſignificata χηλή, etiam eſt *alimentum*, hinc illud φορτικὸν etymon, cui ſi non credidero non deſinam propterea Chriſtianus eſſe. [Et ſane recentius aſtrum eſt, quod Libram vocamus etc. *Hed.*]

v. 124. τροφαῖσι) Non ſatis intelligo haec verba. Itaque problematice inquiram: An quia triticum expenditur ad ſtateram et fit demenſum? An potius per τροφὰς pecudes, id eſt, τὰ θρέμματα, intelligi? Ignoſcant eruditi ignaro et ambigenti.

v. 129. σκορπίζεται) Neque hic auſculto huic etymologiae. Nam ſi haec in Scorpio valet ratio, rogo vos, quare Nepam non ſequetur?

Εὔσημος, οὐκ ἄσημός ἐστι τοξότης,
Ἐκ γῆς γὰρ ἤδη καρπὸς ἐκτοξεύεται,
Τὰ νέρθε δεικνὺς γαστρὸς οὐ κεκρυμμένα·
Νέοις γὰρ ὕπερθε φύεται κεντρίσμασι.
Αἰγόκερως. Ὁ δ' ἐκ διμόρφου σώματος φαίνων μέλη
Τηλωπὸς ἄστρων Αἰγόκερως κεκλημένος,
Καλῶς τετύχηκεν ὀνόματος τοῦδ' ἐν βροτοῖς.
Τὰ πρόσθε μὲν γὰρ αἰγόπλαστα δείκνυται,
Οὐρὰ τ' ὄπισθεν ἰχθύος θαλασσίου.
Ἡ μὲν γὰρ ἐν γῇ φέρβεται χλοηφόρῳ,
Ἡ δ' ἐν κλύδωνι νήχεται γλαυκηπόρῳ, [¶]
γρ. ταὐτό Εἰς" ταὐτὸν ἤχθη πᾶσα γὰρ θνητῶν φύσις·
γ' Ἔχει δίυγρον πνεῦμα καὶ ξηρὰς τροφάς.
Ὑδροχοεὺς Δεινὸν δ' ὕπερθεν τάξιν ἐκλιπὼν, ὕδωρ
γρ. Νέος. Νέφος" προβάλλει λοξὸς ἐκχῦσαι δέπας,
Ὃς συνταράσσει χείματος κόσμον πάγους.
ἴσ. διαρ-πάσας. Ἐκ γῆς δὲ νοτίδα νάματος" διὰ πᾶσαν
Ἐπάγει πολὺν χειμῶνα καὶ πνοὰς βροτοῖς,
Κόσμον καλύπτων ὥσπερ λευκῷ πέπλῳ,
Δεικνὺς ἐν οἴοις σῆμα δηλοῦται κύκλου.
Διὸ δὴ καλῶς εἴληχε καὶ τοῦτ' ἐπώνυμον·
ἴσ. ἐν, ᾗ, ὡς, δίν. Ὑδροχόος· * δίναισιν εἰς τάξιν μολών.
Ἰχθῦς Μεθ' ὃν κυκλεῖται κύκλος εἱλίσσων πνοὰς
Ἀνέμοις ἐναλλὰξ σχῆμα τηλαυγὲς διπλοῦν
Ἀντίστροφον δρόμοισιν ἐμφαίνων τρόπον.
Οὗ γὰρ κάρα μὲν λοξὸν, οὗ δ' ἀπόστροφον
Πρόσωπον, ὀρθὴν τάξιν εἱλεῖται κύκλου,
Ὁ μὲν βορείου κλίματος νεύων πόλῳ,
Ὁ δ' εἰς νότου κέλευθον εἰσδύνων βίᾳ.
Διὸ δὲ πνοαῖσί τ' ἐν βυθῷ κεκρυμμένα
Ἔδειξαν ἰχθῦς, πᾶς γὰρ εἰς βυθὸν πεσὼν
Ἄνεμος, ταράσσει κῦμα, σημαίνων βροτοῖς
Χειμῶνα τακτόν· ἐξ ἐπιστροφῆς κλύδων
Εἰλιγμὸν ἐκ γῆς ὕδασι προσφέρων, σφοδρόν·
Δείκνυσι καιροῦ σχῆμα, χειμῶνος φύσιν·
Ὅθεν διπλοῖσι χρώμενοι καιροῦ δρόμοις
Ἀνέμων ἔχουσι τάξιν οὐ μετρουμένην. [¶]

v. 135. νέοις γὰρ) melius, νέοις γ'.

v. 143. εἰς ταυτὸν ἤχθη) vel lege, τοῦτον, cum eruditorum Phoenice Ioſ. Scaligero, [cui adſentit Heder.] vel αὐτόν. Hoc enim innuitur, ad Capricorni naturam omnia referri, qui ſiccus eſt et humidus. Quibus qualitatibus et hominis natura conſtat, et omnia in orbe terrarum viuentia Deus naturae auctor perficit.

v. 145. δεινὸν) non placet, τὸ δεινόν. Potius δινῶν, qui vortices ſunt, legendum ſuſpicer, niſi aliter cenſeant acutiores et eruditiores viri, quorum probabilioribus rationibus non ſolum manus, ſed etiam ſuram praebebo libens. [ſed niſi νέος pro νέφος admittas, locus, admiſſa quoque Florentis coniectura, obſcurus videtur. Heder.]

v. 148. Hederico placet lectio marg. διαρπάσας.

Miſſor ſagittae apparet haud ignobilis,
Nam fructus omnis iamque terrae emittitur,
Iam iam retectis ventris imi partibus
Creſcens nouello per ſuperna acumine.

CAPRICORNVS.

At Capricornus corpore ambiguo nitens
Sidus remotum, nomen hoc iure obtinet:
Priora membra ſcilicet produnt Capram,
Piſcem marinum cauda poſtrema arguit,
Illa in virente viuit herbarum ſolo,
Haec aeſtuoſi gurgitis natat ſalo, [¶]
Natura fertur omnis huc mortalium,
Siccisque veſcens humidoque ſpiritu.

AQVARIVS.

At vorticoſae ſedis emanſor Puer
Obliquat vrnam, et fundit vndas deſuper:
Colles honorem turbat hibernum mouens,
Laticisque terrae raptor humentis, nigram
Hiemem, procellas atque ventos inuehit,
Operitque mundum veſte tanquam candida,
Et obſtinet qua circuli ſignum patet.
Iure ergo Aquarî nomen huic ſorte obtigit
Sedem obtinenti propter vndarum globos.

PISCES.

Poſt hunc rotator gyrat auras circulus
Ventosque mutat, forma longi luminis,
Gemella, curſu verſa ſtat contrario:
Auerſa quamuis frons et obſtitum caput,
Tamen ſequuntur circuli rectum ordinem.
Septentrionis iſte vergit ad polum,
Hic vi capeſſit humidas Auſtri Vias.
Itaque in profundo quae latent perflamina.
Piſces reuelant: ventus in fundum cadens
Conturbat vndas, nuntians mortalibus
Hiemem et procellas, aeſtus vt reciprocus,
Qui verticem vndis addit e terrae ſinu,
Portendit atrae tempus hiemis aſperum.
Hinc eſt quod illi duplici cum temporis
Curſu, fruuntur flaminum immenſo ordine. [¶]

v. 152. *ἄλληχε καὶ*) Dele illud *καὶ*, quod ex praecedente ſyllaba *χε* ſupercreuit, lapſu vſitato et facili: vt contra verſu ſequenti *ὑδροχοὸς*, geminata vltima ſyllaba *ος*, ſed degenerans in *ω* magnum. [*ὑδρ. ὡς δινάωσιν* metri cauſſa legendum cenſet Hed.]

v. 155. *σχῆμα τηλ. διπλοῦν*) quod ſunt piſces. *Hedericus.*

v. 159. *ὁ μὲν βορ.*) vnde etiam ipſi piſces in borealem et auſtralem diſcriminantur. *Heder.*

v. 167. *ὅθεν*) quia nimirum in contrarias partes feruntur piſces, contrarias etiam anni tempeſtates ſignant, quod certe ingenioſe ſatis expoſitum eſt. *Hedericus.*

CAPVT XIII [a])

I. ELENCHVS [b]) ALPHABETICVS PYTHAGORICORVM APVD VETERES MEMORATORVM.

Abaris Hyperboreus, ad quem liber ferebatur ſub Pythagorae nomine, et cum quo de rebus praeclaris Pythagoras, cum apud Phalaridem captiuus eſſet, diſſeruiſſe dicitur. Vide quae dixi Libro I. cap. 2. ſect. 7. vbi Abarin Pythagora antiquiorem ex Harpocratione obſeruaui. Quae porro de Abaride in veterum ſcriptis ſiue vera ſiue commenticia feruntur, ea

a) Pauca licet addere. Primum notandum eſt, partim haud probabile videri, partim falſum, omnes, qui vel in hocce catalogo nominantur, Pythagoreos, vere ſectatos eſſe diſciplinam ipſius philoſophi aut antiquiſſimorum Pythagoreorum. Neque enim pauci adſcripti fuerunt vel ab ipſis ſcholae illius adſeclis, vel a recentioribus, qui vnam alteramue tantum Pythagorae opinionem ac doctrinam, ſiue peculiarem, ſiue pluribus communem, adoptarunt, alius ſectae caſtra alioquin ſequuti: aut qui eclectici fuerunt, aut obſcura nomina, aut qui hiſtoriam potius diſciplinae pythagoricae modo vberius modo ſtrictius expoſuerunt. Poſteriores autem vndecunque corraſerunt nomina Pythagoreorum, quos ſiue fama, ſaepe incerta, illo nomine auxerat, aut potius confinxerat, ſiue propter ſimilitudinem quamdam in vita doctrinaque cum ſpecie quadam probabilitatis, haud raro admodum dubiae, ad magnitudinem et amplitudinem ſcholae pythagoricae oſtentandam huius ſocios et diſcipulos fuiſſe, iſti iactitarunt. Tum animaduertendum eſt, ordinem pythagoricum, diruto foedere Crotonienſi, numquam vires, olim firmiſſimas, recepiſſe, aut caput ciuitatis cuiusdam factum fuiſſe. Coniuratio enim, in Pythagoreorum exitium facta, non Crotone tantummodo ſaeuiit, ſed per ceteras quoque Magnae Graeciae ciuitates tanta cum acerbitate furor hominum graſſatus eſt, vt, niſi multa in maius, vti videtur, ab hiſtoricis aucta ſunt, collegiis (συνεδρίοις) Pythagorae incenſis, et optimatibus interfectis, plebs ſeditionibus caedibusque omnia miſceret. vid. *Iamblich.* ex Ariſtoxeno ſect. 248 ſq. et ex Apollonio ſect. 254 ſq. *Porphyrium* e Dicaearcho, *Iuſtin.* XXX. 4. *Polyb.* II. 39. Quod ſeditio, a Polybio memorata demum CXX. annos poſt eiectum Tarquinium, adeoque poſt obitum Pythagorae accidere potuit, *Bayle* in Diction. art. *Pythagore* dubitat, furorem illum Cylonianum, viuo adhuc Pythagora, exarſiſſe. Ad hanc litem componendam, *Gillies* in Hiſtoria Graeciae I. pag. 136. et *Tiedemann.* in principibus Graeciae philoſophis p. 338. contendunt, bis factam eſſe ſeditionem. Atque *Gillies* opinatur, per alteram ſeditionem poſt priorem XXXX. ann. furentem, ex Italia exterminatos fuiſſe Pythagoreos. *Tiedemannus* vero conicit, priorem tumultum Crotone tantum contra Pythagoram eſſe excitatum, in poſteriore autem, vltra centum annos poſtea flagrante, omnia in Magna Graecia Pythagoreorum ſodalitia fuiſſe paene deleta. Enimuero Polybius non ſignificat, num viuo, an mortuo Pythagora illa calamitas vaſtauerit ſcholam pythagoream; dein alteram illam ſeditionem non facile reperiemus ab alio ſcriptore antiquiore commemoratam. Quare et interpres doctus, qui librum Gillieſianum germanice vertit, et cuius notam p. 135 ſqq. conferas velim, p. 140., et cel. *Heyne* in Opuſculis academicis, vol. II. p. 189. ignorant illam et negant. *Dodwell.* contra in Exercitt. II. de vita Pythagorae §. 26. 27. omnes adhibuit ingenii atque eruditionis vires, vt doceret, ſemina ſeditionis iam per Cylonem eiusque factionem fuiſſe, viuo Pythagora, ſparſa et nutrita; at incendium Pythagoreorum, in Milonis domo congregatorum, et fugam reliquorum fuiſſe multis poſt Milonis res, in Sybaritas geſtas, annis; et ne viuo quidem vel Milone vel Cylone, immo vero poſt mortem Pythagorae philoſophi. Adde *Meinerſ.* p. 366 ſqq. vbi in multis conſentit cum Dodwello; exitium vero collegii pythagorici, mortemque philoſophi in priores annos Olympiados LXIX. confert; item p. 472 ſqq. Denique tempora, quibus Pythagorei nominantur, probe diſcernenda, et claſſes ſunt conſtituendae: de quibus docte diſputat cl. *Meinerſ.* l. m. p. 372 ſqq. et 459 ſq. qui in prima collocat claſſe diſcipulos philoſophi genuinos, eius aequales et foederis ſocios: in altera eos, qui, poſt ſublatum ſodalitium ſuperſtites aut horum diſcipulos et ſucceſſores audiuerant, eorum

diſcipuli-

ea non indiligenter collegit ſingulari diatriba *Carolus Godfridus Zapfius*, Lipſiae 1706. cf. *Tolandi* Opp. poſtum. tom. I. p. 161 ſqq.

diſciplinam vitaeque rationem imitati, vsque ad tempora Ariſtoxeni et Heraclidis. (*Diogen.* VIII. 46.) Extincta quodammodo circa Olymp. CXXX. diſciplina, vires et vitam quaſi recuperauit annos circiter centum ante Chriſtum natum, et primo aerae chriſtianae ſaeculo, per totum imperium romanum adeo creuit, numerusque eorum, qui Pythagorei habebantur, adeo auctus eſt, vt a Luciano aliisque adcenſerentur ſectis tum florentiſſimis. Tertio ſaeculo iam decreuit; quarto autem poſt Plotinum plane deſiit nomen Pythagoreorum. Tertia igitur eaque vltima claſſis a ſaeculo primo poſt C. N. vsque ad tertium floruit. De philoſophis pythagoricis, qui quasdam Italiae ciuitates rexerunt, vide Acta Erud. Lipſ. ſuppl. tom. II. p. 523. Pythagorae et Pythagoreorum praecipuas opiniones atque diſciplinam verbis veterum, potiſſimum Ciceronis, propoſuit et interdum explicuit cl. *Gedicke* in M. T. Ciceronis Hiſtor. philoſ. antiquae etc. Berolin. 1782. 8. p. 47 — 62. *Harl.*

b) Quibus nullum teſtimonium additum vides, ii apud ſolum Iamblichum c. vlt. de vita Pythagorae memorantur. Neque adſentior Lloydio, qui pleraque nomina Pythagoricorum (ex 218. ducenta) conficta eſſe a Iamblicho coniicit. Quorſum enim tot falſa confinxiſſet, qui multa vera praetermiſit. [*Claudianus Mamertus* lib. II. de ſtatu animae cap. VII. p. 126. ait, ſe, ſi ſola nomina poſterorum Pythagorae prodere vellet, volumen eſſe effecturum. Lloydius autem recte ſentit. Nam Iamblichus ſcribit, ſe, praetermiſſis obſcuris Pythagoricis, tantum clariores recenſiturum. Iam vero eorum, quos recenſet, nulla apud veteres, [quorum quidem ſcripta in lucem aut notitiam hominum venerunt,] mentio. Certe ipſe Fabricius, vir multae lectionis, eorum mentionem alibi inuenit nullam. Ergo vix dubitari poteſt, eos natos eſſe in cerebro Iamblichi, qui panegyricum ſcribens Pythagorae, ſuum putauit, eius etiam enumerare diſcipulos, et, quos non habuit, effingere: [aut forſan, quos fama quaedam, etiam incerta obſcuraque, aut aliorum ſuſpicio tradiderat, nimis confidenter et inconſideranter in numerum et familiam illorum recipere.] vide finem huius catalogi. *Heumann.*] Notum porro eſt, diſcipulorum Pythagorae alios fuiſſe ἐσωτερικοὺς, vt auctor Philoſophumenon ſub Origenis nomine appellat, quos Iamblichus cap. 18. Πυθαγορείους: alios ἐξωτερικοὺς quos Iamblichus vocat Πυθαγοριστάς. Ariſtophontis quoque comici drama fuit Πυθαγοριστής, laudatum *Athenaeo* VI. p. 238. Siue vt Anonymus vitae ſcriptor apud Photium cod. CCLIX. p. 712. Suidas in Πυθαγ. et ſchol. Theocriti Idyll. XIV. v. 5. eos diſtinguit, alii fuere Πυθαγορικοὶ proprie dicti, qui cum ipſo Pythagora verſati ſunt: alii Πυθαγόρειοι horum diſcipuli, alii denique Πυθαγορισταί, οἱ ἄλλως ἔξωθεν ζηλωταί. Certum tamen eſt, hanc diſtinctionem veterum ſcriptorum vſu non comprobari, et recentius commentum videtur Dodwello p. 193. de vita Pythag. De diſtinctione in ἀκουσματικοὺς et μαθηματικοὺς, vide infra in Hippomede. *Fabric.* Cel. *Meinerſ.* in Hiſtoria doctrinarum apud Gr. et Rom. I. p. 461. reiicit diſtinctionem et multitudinem claſſium ab Anonymo apud Photium factam atque a Suida et ſcholiaſte ad Theocritum aliisque repetitam, eaque, quae *Schefferus* de Philoſ. Italica cap. XI. de diuerſis italicae philoſ. diſcipulis multisque eorum ordinibus, nullo delectu vſuque et iudicio critico adhibito, collegit. Sequitur potius *Meinerſius* Ariſtoxenum apud *Iamblichum* ſect. 95. Taur. apud *Gellium* I. 9. et *Diogenem* apud Porphyr. 37. (vbi v. Rittershuſii notam.) Duplicem igitur tantum conſtituit claſſem. In priorem recipiebantur ii, qui a Pythagora ipſo fuiſſent probati et ad interiorem philoſophiae diſciplinam atque cognitionem admiſſi, atque *Eſoterici* ſiue *Mathematici* vocati: hi videntur Meinerſio pro diuerſitate ingenii et doctrinarum arripiendarum atque futurae vitae conditionis etiam nuncupati ſiue Theoretici ſiue Phyſici, ſiue Politici. Poſteriorem claſſem effecerunt nondum probati, ideoque arcanae diſciplinae adhuc expertes, et ἀκουστικοὶ ſiue ἀκουσματικοὶ (quos tamen diſcernendos eſſe, *Tiedemann.* p. 284 ſq. contra Schefferum probatum iuit,) atque *exoterici* dicti. Falſam eſſe idem exiſtimat quorumdam opinionem, eſotericos et mathematicos fuiſſe vocatos, qui Pythagoram intra Sidonem audiuiſſent, plene vberiusque edocti illius reconditam philoſophiam; *eſotericos* contra nuncupatos, qui adytis ſecretaque doctrina fuiſſent excluſi. Compara *Iamblichi* librum a Villoiſonio editum in Anecdotis graecis, tom. II. p. 216 ſq. eiusdem *Villoiſonii* comm. de triplici theologia veterum p. 290 ſqq. *Brucker.* in Hiſt. crit. phil. I. p. 1031 ſq. et *Tiedemann.* lib. mem. de Pythagora, ſect. I. cap. 8. pag. 271 ſqq.

Abroteles Tarentinus.

Achmonidas Tarentinus.

Acrion Locrus, quem inter alios Pythagoricos adiit Plato teſte *Cicerone* lib. V. de finibus. cap. 29. [vbi vid. Vrſinus et Dauiſ.] In *Valerii Maximi* codicibus VIII. 7. extern. 3. *Arion.* [male, et Ciceroni maior fides eſt adhibenda. vid. Torrenium et reliquos ad Valerii locum, et Ionſium I. 14. 5.]

Acron medicus Agrigentinus, de quo Suidas, Heſychius illuſtris et viri docti ad Empedoclem Laertii VIII. 65. Hippocrati aequalis fuit.

Acuſilaus Tarentinus.

Adicius Locrus. [☛]

Aeetius Parius.

Aegon Crotoniata.

Aemon Crotoniata.

Aeneas Metapontinus.

Aeneſidamus. Vide Ageſidamus.

Aeſchylus, poeta tragicus, Pythagoreus dicitur Ciceroni II. Tuſc. quaeſt. cap. 10. [vbi vid. Camerar. in edit. Verburg. IV. p. 965. in 4.] Diuerſus, ni fallor, Aeſchylus, diſcipulus Hippocratis Chii, itidem Pythagorici. Ariſtotel. lib. I. Meteorolog. cap. 6.

Agatho. vid. Cozzandus de magiſterio antiquor. phil. p. 44. 45. et 314. Bayle Diction. voc. Agathon. not. B. *Heumann.*

Ageas Crotoniata.

Agelas Crotoniata.

Ageſarchus Metapontinus.

Ageſidamus Metapontinus, ſiue, vt in veteri inedita Iamblichi verſione legitur Aeneſidamus.

Agylus Crotoniata.

Ἀγηνόρεις Πυθαγόρειοι apud Heſychium. Nimirum Io. Vito Pergero, caſtigationibus MSS. ad Heſychium Pythagorei videntur dicti *Agenorii*, aut magis perſpicue *Agenorii*, ab Agenoria ſiue Angerona, taciturnitatis dea. *Fabric.* Pergeri nota et ſententia legi poteſt in Heſychii editione ab Alberto curata I. col. 46. 19. *Sopingius* tamen, cui adſentitur Alberti, conicit ὡς Πυθαγόρειοι, nimirum, vt ait, quod ad accentum confertur Ἀγηνόρειοι, (ſ. potius Ἀγηνόρεις): excludi igitur debet e numero Pythagoreorum. *Harl.*

Aglaophamus.

271 ſqq. 281 ſqq. 297 ſq. et de politicis ſiue πολι-τικοῖς pag. 2.. ſqq. Notandum praeter ea eſt, multos Pythagoreos fuiſſe ſcientes muſicos, vid. infra lib. III. cap. 10. et medicos celebres, (vid. *Herodot.* III. cap. 131. ibique Weſſeling. p. 264.)

atque Aegyptiorum ἱερατικήν, *ſcientiam ſacerdotum*, Pythagoreos tranſtuliſſe ad Graecos teſte *Suida* in Ἱερατική, e Damaſcio, vt notat Kuſterus ad locum vol. II. pag. 95. *Harl.*

Aglaophemus. vid. Cellar. in Lexico. *Heumann.*

Albinus. vid. paullo poſt *Longinus. Harl.*

Alcaeus, cuius gener et haeres fuit Pythagoras. Iamblich. cap. 30.

Alcias Metapontinus, ſiue, vt ab illuſtri Obrechto id nominis rectius exprimitur, Alceas.

Alcimachus Parius Ariſtocratiae retinendae Crotoni ſuaſor cum Dimacho, Metone et Democede. Vide Iamblich. cap. 35.

Alcmaeon. Crotoniata iuuenis, Pythagoram ſenem audiuit teſte *Iamblicho* cap. 23. quod confirmat *Ariſtoteles* lib. I. Metaphyſ. cap. 5. Scripſit Φυσικὸν λόγον ad Brontinum, Leonem et Bathyllum, vide *Laert.* VIII. 83. Meminit illius libri etiam *Galenus* tom. V. p. 1. Contra hunc Alcmaeonem liber Ariſtotelis, eidem *Laertio* V. 25. memoratus, intercidit. *Fabric.* Vide *Bayle* Diction. voc. Alcmaeon, tom. I. et Cellarii Lexicon voc. Alcman et Alcmaeon. *Heumann.* Laudat eum etiam *Simplicius* in I. de anima, text. 32. Eudocia in Ἰωνιᾷ p. 53. ex Diogene Laert. VIII. 83. (ad quem locum vid. Menagium.) ſua compilans, laudat eum tamquam medicum (τὰ πλεῖστα ἰατρικὰ λέγει) et phyſiologum: primum illum videri, ſecundum Fauorinum in Hiſtoria miſcella, conſcripſiſſe Φυσικὸν λόγον, et animi immortalitatem credidiſſe. Meminit eius Fabricius etiam vol. XIII. in Elencho medicorum p. 48. adde *de la Nauze* de aetate Pyth. germanice verſ. ab Hiſſmanno in: Magazin für die Philoſophie tom. II. p. 100 ſq. *Brucker.* Hiſt. crit. phil. I. p. 1131 ſqq. *Stanlei* Hiſt. phil. part. VIII. p. 435 ſq. edit. Venet. cum nota Olearii. *Meinerſ.* Hiſt. doctr. apud Gr. et Rom. I. p. 556. not. *Tiedemann.* l. m. p. 267 ſq. *Meurſium* ad Chalcidium p. 33. *Harl.*

Alexander Polyhiſtor ἐν τῷ περὶ πυθαγορικῶν συμβόλων citatur a *Cyrillo* IV. contra Iulian. p. 133. *Fabric.* conf. *Diog. Laert.* VIII. 24 — 36. Temporibus Sullae inclaruit. Placita Pythagoreorum e ſcriptis genuinis germanorum, quamquam poſterioris aetatis, Pythagoreorum hauſit. conf. *Meinerſ.* l. m. I. p. 237. ſupra lib. II. cap. 12. §. V. infra lib. III. cap. 8. vol. II. p. 233. ſcripſit quoque de Iudaeis. vid. infra lib. IV. cap. 6. §. 18. Hiſtoricus potius et grammaticus, (fuit enim Cratetis grammatici diſcipulus,) quam philoſophus fuiſſe videtur. Meminit eius quoque Photius. vid. infra lib. V. cap. 38. nr. 188. vol. IX. p. 439. *Harl.*

Alexicrates. Plutarch. VIII. 7. ſympoſ.

Alopecius Metapontinus.

Amoenus Parius.

Amyclas Heracleotes, quem inter claros geometras celebrat Proclus 2. in Euclidem: Pythagoricum vocat *Laertius* IX. 40.

Anatolium, ex quo auctor Theologumenorum arithmeticae non pauca deſcripſit, Pythagoricum fuiſſe mihi perſuadeo.

Anaxilaus Lariſſaeus, de quo dixi infra in notitia comicorum, vbi de Anaxilao comico. Pythagoricum et Magum vocat *Euſebius* Chronico ad Olymp. CLXXXVIII. vbi vrbe Italiaque ab Auguſto pulſum refert. [*] *Fabric.* qui infra lib. VI. cap. IX. vol. 13. p. 56. plura

plura de eo refert. adde *Hornii* Hiſt. philoſ. lib. IV. cap. 6. p. 254. *Brucker.* Hiſt. crit. phil. II. p. 86. *Harl.*

De Anchito vide infra in Pauſania.

Androcydes citatur a *Nicomacho* I. Arithmet. p. 5. et *Clemente* Alex. VII. Strom. p. 718. (vbi profert dictum eius c), quod Androcydis nomine ſuppreſſo legitur etiam in Plutarcho περὶ εὐθυμίας.) Apoſtolio prouerb. XVII. 33. Eius περὶ συμβόλων Πυθαγορικῶν *Iamblich.* vit. Pythag. cap. 28. p. 134. et in Theologumenis arithmeticae, quorum idem forte *Iamblichus* auctor, p. 41. vbi de ſenario. [vid. ſupra lib. II. cap. 12. §. 5.] Reſpicit id ipſum opus *Clemens Alex.* V. Strom. pag. 568. Apud *Apoſtolium* XVII. prou. 33. male vocatur Ἀνδοκίδης, et apud *Grotium* ad Act. XIX. 19. Ἀνδροκλῆς. [conf. infra lib. VI. cap. 9. vol. XIII. p. 60. et vol. X. p. 487.] Fuit et *Androcydes* quidam Cyzicenus pictor, cuius meminit Plutarchus Pelopida p. 291. Confer Franciſcum Iunium in Catalogo pictorum.

Anthen Carthaginienſis.

Anthimedon Crotoniata.

Anthimenes Metapontinus.

Anticlides in ſecundo libro de Alexandro auctor eſt, Pythagoram perfeciſſe geometriam. *Diog. Laert.* VIII. 11. *Harl.*

Antocharidas Laco.

Aphranor. Vide infra Euphranor.

Apollonius Tyanenſis. Vide infra lib. IV. cap. 24. et quae ad Eunapii prooemium adnotaui. Ἐν τοῖς περὶ Πυθαγόρου laudatur a Porphyrio I. 2. et Suidas inter alia eum teſtatur ſcripſiſſe Πυθαγόρου βίον. Effigies Apollonii exhibetur ab *Iac. Gronouio* tom. III. theſauri Antiquitat. Graecar. *Fabric.* Hic vero vir doctiſſ. infra lib. IV. cap. 24. vbi p. 62. vol. IV. recenſuit Apollonii Tyanenſis ſcripta, vel ſui oblitus erat, vel mutauerat ſuam ſententiam, arbitratus, alii Apollonio adſerendum eſſe librum de vita Pythagorae. Illum quidem ibi omiſit. Loca quidem apud Porphyrium et Iamblichum de vita Pythag. S. 1. 30. 254 — 264. e libro Apollonii Tyanei eſſe, ſuſpicatus iam erat *Ionſius* III. 5. 4. atque cl. *Meinerſ.* l. m. I. p. 239 ſqq. omnem adhibet operam, vt illos vindicet Apollonio Tyaneo: at rationes a Meinerſio adlatae non perſuaſerunt docto eius cenſori in bibliotheca critica Amſtel. vol. II. part. 8. p. 120 ſq. qui potius multis vſus argumentis, alii Apollonio ea eſſe adſcribenda contendit. Quod vero Tyanei vitam Pythagorae vnus memorat Suidas, cenſor eruditus ſuſpicatus eſt, illius errorem forſan inde ortum eſſe, quod Δόξαι Πυθαγόρου apud *Philoſtratum* VIII. 19. cum vita Pythagorae ab alio Apollonio

c) Sententia Androcydis haec eſt: οἶνος καὶ σαρκῶν ἐμφορήσεις σῶμα μὲν ῥωμαλέον ἀπεργάζονται, ψυχὴν δὲ νωχελεστέραν. Confer Theodor. Canterum lib. I. var. lect. cap. 16. *Plinius* lib. XIV. cap. 5. *Androcydes ſapientia clarus ad Alexandrum M. ſcripſit, intemperantiam eius cohibens; vinum potaturus, Rex, memento, te bibere ſanguinem terrae! cicuta hominum venenum eſt; cicutae vinum.* Fortaſſe interfuit etiam Pythagoricis, quos in Sicilia medicantes celebrauit Salinactus apud Coelium Aurelianum III. 7. acut.

lonio ſcripta confudit. Denique illi cenſori *Apollonius* ὁ Μῦς, quem Meinerſ. e Strabone XIV. p. 954. edit. Almelou. memorat, longe alius atque ab hoc loco alienus eſt. *Harl.*

Apollophanes. Euſeb. VI. 19. Hiſt. Suidas in Ὠριγένης. *Fabric.* Apolloph. tamen non Pythagoricum, ſed Stoicum fuiſſe philoſophum, contra Fabricium oſtendit cl. *Ruhnken.* in diſſ. de Longino. §. 7. p. 17. *Harl.*

Appii Cocci carmen Pythagoraeorum videri ſibi, ait *Cicero* IV. Tuſculan. cap. 2.

Arceas Tarentinus.

Arceſus. Plutarch. de genio Socratis f. 583.

Archemachus Tarentinus.

Archeſtratus Gelous apud Athenaeum VII. p. 288. per ironiam Pythagoricus adpellatur, cum eſſet luxuriae magiſter et gulae. *Fabric.* Multus eſt de hoc, ſiue Syracuſio ſiue Geloo, *Mongitor* in bibliotheca Sicula I. p. 78 ſq. docet poſt Craſſum de poetis gr. p. 58. eum poſt Alexandrum floruiſſe, ſed ante Chryſippum, qui eum, teſte *Athenaeo* lib. VI. cap. 5. p. 278. dixit. Epicuri eiusque diſcipulorum magiſtrum et ducem fuiſſe, et librum illius, *Gaſtronomiam* ſeu *Hedypathiam*, vocauit apud *Athenaeum* III. cap. 24. pag. 104. metropolin philoſophiae Epicureae. Ex his et aliis Athenaei locis, quos Mongitor adfert. hic iam iudicare debuerat, *Archeſtratum* non fuiſſe philoſophum pythagoricum; ſed κατ᾽ ἀντίφρασιν ab Athenaeo ſic adpellatum. Archeſtratum Platone poſteriorem fuiſſe aetate, ex Athenaeo confici poſſe, credit Bentleius in Reſponſ. ad Boyl. pag. 48. verſ. Lennepii. Scripta illius celebris poetae Siculi reliqua enumerat *Mongitor*, et plures laudat viros doctos. *Harl.*

Archibius medicus, (vid. infra vol. XIII. p. 79. et *Lucianum* in Gallo, cap. 10.) celeberrimus vocatur Pythagoricus, et lepide deſcribitur eius facies ab *Alciphrone* in Epiſt. lib. III. epiſt. 55. p. 406. edit. Bergleri, cuius notam conſules. *Harl.*

Archilochus, cuius ſententiae exſtant in Arſenii Ionia apud Bandinium, Catalog. MSS. gr. biblioth. Laurent. I. p. 549. *Harl.*

Archimedes videtur eſſe referendus inter Pythagoricos, pari iure, quo Archytas. *Heumann.*

Archippus Samius.

Archippus Tarentinus. Thebis ſcholas habuit teſte Hieron. in Rufin. Inter primos hic fuit, qui cum Lyſide commentarios philoſophiae pythagoricae edidit. Vide *Porphyr.* p. 40. et infra in Cylon. De anima quaedam ſcripto prodidiſſe Archippum, Epaminondam, Ariſtaeum, Gorgiadem et Diodorum, notat *Claudianus Mamertus* lib. II. cap. 7. de ſtatu animae. [P]

ARCHYTAS Tarentinus πρεσβύτερος, praeceptor [d]) Platonis, et a Pythagora in ſucceſſione octauus. Anonym. apud Phot. 259. Ariſtoxenum in Archytae vita laudat Athenaeus

d) *Archytae* ſeruum fuiſſe Platonem, emtum a Pollide nauarcho. legis apud *Aelian.* XI. hiſt. 352. Pollidi illum dediſſe, ſiue vendidiſſe Dionyſium tyrannum. id. X. hiſt. 259. ab Archyta ſeruatum Platonem, quo minus a Dionyſio interficeretur. Suid. Ἀρχύτ. [vid. tamen *Staueren.* ad Cornelium

naeus XII. p. 545. Archytae effigies duplex occurrit in *Gronouii* theſauro Antiqu. graecar. tom. II. tabula 49. *Fabric.* [Laudatur a Proclo, cuius locum infra exſcripſit *Fabricius* lib. III. cap. 14. §. 18. vol. II. p. 385. Quae *Iamblichus* ſect. 197 ſq. de Archyta et aliis narrat, ea illum ex Ariſtoxeni vita Archytae ſumſiſſe coniicit V. D. in Biblioth. Amſtel. crit. II. part. VIII. p. 113. Plura dabunt de viro hoc inſigni, in toga ſagoque claro, egregio philoſopho, geometra, in primis mechanico, *Diogenes Laertius* lib. VIII. ſegm. 79 — 84. et *Menagius* in notis, *Io. Iuuenis* lib. III. de antiquitate et fortuna Tarentinorum, cap. 2. tom. IX. Theſ. Ital. *Francisc. Patricius* in Diſcuſſ. Peripat. tom. II. lib. I. p. 182 ſqq. *Voſſius* de ſcient. mathem. cap. 48. §. 1. *Stanleius* in Hiſtor. philoſ. part. VIII. p. 431. verſ. Olear. et edit. Venetae. *Brucker.* in Hiſt. crit. phil. vol. I. p. 1128 ſqq. *I. G. de Chaufepié* Nouv. Dict. hiſtor. et crit. vol. I. p. 438 ſq. *Montucla* in Hiſt. matheſ. tom. I. part. I. libr. III. p. 137 ſq. Admodum pauca narrat de eo *Nic. Toppi* in Biblioteca Napoletana, p. 33. vt alios a Fabricio iam laudatos praetermittam. *Archytas*, qui cum Platone verſatus eſt Olymp. XCVI, (vid. Ciceron. de Senectute cap. 12. et Pighii Annal. rom. I. p. 294.) vocatus eſt πρεσβύτερος propter dignitatem, qua floruit in republica; non, quod duo fuiſſent Archytae, quia *Iamblichus* cap. 23. nr. 103. contra temporis rationes Archytam facit Pythagorae auditorem. Hinc praeter rem et veterum auctoritatem Franciſc. Patricius et Grammius duos *Archytas* comminiſcuntur, quorum ſenior audiuiſſet Pythagoram; iunior autem fuiſſet Platonis praeceptor. At Iamblichum hallucinatum eſſe, iam docuerunt *Bentleius* in Reſponſ. ad Boyleum p. 49. verſ. Lenorp. et *Brucker.* l. m. p. 1128 ſq. Quantam vero laudem ex ingenio, literis inuentisque mechanicis, quibus omnes fere rapuit in ſui admirationem, conſequutus eſt: tantam quoque ex ſapienti reipublicae adminiſtratione, (ſepties enim, contra morem patriae ſuae, fuit illi praefectus.) ex virtute et fortuna bellica, et ex humanitate ac prudentia, ſobria caſtaque viuendi ratione ſibi peperit. Adeo modeſtus erat moribus atque verecundus, vt, ſi qua eſſet neceſſitas obſcoena proferendi impoſita, ea muro potius inſcriberet, quam ore proferret. vide *Aelian.* V. H. XIV. cap. 19. Bonum vero Archytam, virum probatorum morum et ſpectatae virtutis, eumque decorum diſciplinamque Pythagorae ſectantem, propter illam verecundiam male redarguit adfectatae virtutis *Stolle* in Hiſtoria philoſ. moralis gentil. §. 136. (in quo et ſeq. de illo eiusque placitis agitur,) p. 244. Tandem vir ille poſt multa praeclare facta multosque labores exantlatos prope Apuliae litus naufragio periit; quam quidem virorum calamitatem egregio carmine *Horatius* I. od. 28. (vbi vide Ianium in argumento,) cecinit. Fragmenta eius de bono viro et beato, item de ſapientia, gr. et lat. inter fragmenta Pythagoreorum, in Opuſcul. mythologicis Tho. Gale, Cantabrig. 1671. 8. Amſtel. 1688. 8. e Stobaeo, p. 673 ſqq. 695 ſq. 701 ſq. At plura collegit, recenſuit, et partim indicarunt Fabricius atque *Meiners.* in Hiſtor. doctrinarum apud Gr. et Rom. I. p. 598. not. Is tamen p. 599 ſqq. docet, non omnia, quae ſub nomine Archytae circumferuntur,

neliura Nepot X. 2. 4. edit. min.] Rempublicam geſſiſſe Archytas, et exercitum duxiſſe, traditur a *Plutarcho* de liberis educandis pag. 8. et 10. *Fabric.* conf. Ariſtoxen. apud *Diogen. Laert.* VIII. ſegm. 22. et ad ſect. 79. Menagii not. *Aelian.* V. H. lib. III. cap. 17. ibique Perizon. p. 231. edit. Abr. Gronou. lib. VII. cap. 14. *Eudociam* in Ionia p. 74. *Harl.*

tur, fragmenta eſſe germana, et libr. de natura vniuerſi, ſi doctrina de decem categoriis, a veteribus Ariſtoteli illius inuentori tributa, in eo reperiatur, eſſe ſuppoſititium. *Harl.*

Scripta Archytae haec apud veteres memorata reperi:

Περὶ τȣ̃ ἀγαθȣ̃ ἀνδρὸς καὶ εὐδαίμονος. Stob. ſerm. 1. et 3.

Περὶ ἀντικειμένων. *Simplicius* in Categorias Ariſtotelis p. 97. et 103. notans, ex hoc Archytae ſcripto hauſiſſe Ariſtotelem, quae de oppoſitis diſputat.

Ἁρμονικόν. *Nicomachus* lib. I. Arithmet. p. 5. Reſpicit et *Plutarchus*, Archytam laudans p. 1147. de Muſica, *Ptolemaeus* lib. I. Harmonic. cap. 5. cui Archytas dicitur μάλιϛα τῶν Πυθαγορείων ἐπιμεληθεὶς Μȣσικῆς. *Theo Smyrnaeus* p. 94. *Porphyrius* in Harmonica Ptolemaei, p. 210. 276. 317. Confer *Alex. Morum* ad Lucae VI. 45.

Περὶ ἀρχῶν. *Stob.* Eclog. p. 80. 82.

Περὶ αὐλῶν. *Athenaeus* lib. IV. ſub extrem. [quod tamen opuſculum fuiſſe ſuppoſititium, cenſet *Meinerſ.* l. m. p. 559. not.]

Περὶ τῆς δεκάδος. *Theo* Smyrnaeus, p. 166. vbi vetus Theonis interpres latinus ineditus decadem vertit *denitatem.* Ceterum non adſentior *Ioh. Andreae Schmidio,* qui hunc librum eumdem eſſe ſuſpicatur cum libro Archytae περὶ τȣ̃ παντός. Nam in illo de natura et affectionibus numeri egerat, quod in libello περὶ παντὸς minime facit. Geometricalis menſae traditionem ſiue abacum pythagoricum, *(das Ein mal eins.)* ab Archyta, non ſordido huius diſciplinae auctore, repetit *Boethius* lib. I. Geometriae p. 1516. 1518. Tabulam item minutiis menſurarum diſpertiendis lib. II. p. 1535. 1536.

Epiſtola ad Dionyſium apud *Laertium* III. 22. ad Platonem. id. VIII. 80. [conf. ſupra II. cap. 10. §. 36.]

Περὶ τῆς ἠθικῆς παιδείας. *Stob.* ſerm. 1. Vide, et quae de educatione puerorum ex Archyta *Philoſtratus* VI. 14.

Librum Archytae de *euentibus in natura*, e monaſterio, neſcio quo, Alemanniae ad ſe perlatum eſſe teſtatur auctor Luminis Animae. Heidenreich. in pandectis Brandeb.

Περὶ μαθηματικῆς ἐπιϛήμης. *Stob.* ſerm. 41. *Iamblich.* 3. de diſciplina Pythag. cap. 11. (p. 59. in Scutellii verſione.) c) *Porphyrius* in Harmonica Ptolemaei p. 236. vbi addit Archytae huius μάλιϛα γνήσια eſſe, [P] hoc eſt, philoſophiam pythagoricam quam rectiſſime referre. Ex Porphyrio depromſit *H. Stephanus* fragmentum Archytae, quod graece an. 1557. 8. pag. 80 ſq. edidit cum Ariſtotele περὶ ἀκȣσῶν per eumdem Porphyrium ſeruato, et nonnullis eiusdem Ariſtotelis ac Theophraſti, et Sotionis libello de flum. quae ſuo loco libro III. recenſui. Idem Archytae fragmentum cum verſione ſua, et disquiſitione de aetate Archytae, qua binos Archytas Pythagoricos, ſeniorem alterum

c) Editus eſt graece libell. Iamblich. a cel. *Villoiſonio* in anecdotis graecis, vol. II. vbi p. 202. citatur fragmentum Archytae ἐκ τȣ̃ περὶ μαθηματικῶν. adde p. 197. p. 187. citatur *Archytas* ἐν τῇ τῆς γνωριστικῆς γραμμῆς τομῇ. Multa praeclara veterum Pythagoricorum Archytae, Brontini. Philolai fragmenta dorica dialecto ſcripta continet. *Harl.*

rum, alterum iuniorem fuiſſe diſputat, in lucem edidit *Ioannes Grammius*, Hauniae, 1707. 4. Idem opus Archytae περὶ μαθηματικῆς videtur reſpicere *Boethius* Archytam laudans in libris Geometriae et III. 11. Muſic. et V. 16.

Μηχανικὰ ſ. de machinationibus. *Vitruu.* praef. lib. VII. quamquam Laertius VIII. 82. Archytam architectum libri περὶ μηχανικῆς auctorem a noſtro diſtinguit. Idem tamen de noſtro, ſect. 83. οὗτος πρῶτος τὰ μηχανικὰ ταῖς μαθηματικαῖς προσχρησάμενος ἀρχαῖς ἐμεθόδευε.

Περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης. *Stob.* ſerm. 41. et 44.

Περὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως. *Stob.* eclog. 92. *Iamblichus* 3. de diſciplina Pythag. cap. 8. (in Sutelii verſione pag. 58 ſqq. graece enim liber ille Iamblichi hactenus ineditus.) *Fabric.* [Editus eſt, vti iam paullo ante ſignificaui, lib. *Iamblich.* Ἰαμβλίχου χαλκιδέως, τῆς Κοίλης Συρίας, περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης, λόγος τρίτος. i. e. *Iamblichi Commentarius de Pythagorica ſecta*, in quo libro explicatur, quae ſit natura, ἐστία. et quis ambitus mathematicae ſcientiae, et quae principia, (ἀρχαὶ μαθηματικαὶ) apud Pythagoreos, e cod. Veneto a *Villoiſonio* in Anecdotis gr. vol. II. pag. 188 ſqq. vbi pag. 199. laudatur Archytas ἐν τῷ περὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως, et fragmentum ſeruatur. Ille liber Iamblichi tertius manu ſcriptus in aliis quoque bibliothecis latet: vid. *Fabricium* in vol. IV. lib. IV. cap. 28. p. 290. *Harl.*]

Περὶ ὄντος. *Stob.* Eclog. p. 158. Magnificum Archytae opus de rerum natura. *Claudian. Mamertus* II. de ſtatu animae.

Ὅροι. Ariſtot. VIII. 2. Metaphyſ.

Περὶ τοῦ παντὸς φύσιος libellus dorice ſcriptus etiamnum exſtat, quo primus vniuerſa in decem claſſes quae vulgo categorias ſiue praedicamenta vocamus Archytas diſtribuit. Prodiit graece et lat. Venet. 1571. 8. Memorat Syrianus in Hermogenem et Simplicius f) in Categorias paſſim. Tum *Boethius* II. 41. Arithmet. et Ammonius in quinque voces Porphyrii p. 23. b. Themiſtius vero negat Archytam, qui de decem praedicamentis ſcripſit, fuiſſe Pythagoricum illum antiquum; ſed iuniorem Peripateticum hoc nomine, qui nouo operi vetuſtate nominis auctoritatem conderet. Vide *Boethii* praefat. ad Categorias. Graece edidit *Ioachimus Camerarius*, Lipſiae, ſine temporis nota in 8. ſub titulo: Ἀρχύτα φερόμενοι δέκα λόγοι καθολικοί, additis duobus Anonymi ſcriptis et Georgii Pachymerae de ſex philoſophiae definitionibus. [?] Scriptorum Anonymorum eo vſque meditorum hi ſunt tituli: Ἀνάλυσις περὶ τῆς καλουμένης λογικῆς, τί τε καὶ ποῖόν τι ἐστι. Et Μέθοδος εἰς τοὺς τρόπους τῆς φιλοσοφίας. *Fabric.* [Hunc librum laudat *Claudius Mamertus* libr. II. de ſtatu animae cap. 7. conf. Pag. Gaudentius lib. de philoſophia romana, cap. 191. *Heumann.*]

Archytas ἐν τῷ τῆς γεωμετρικῆς γραμμῆς τομῇ citatur a *Iamblicho* in libro tertio a Villoiſonio edito, in Anecd. gr. II. p. 189. fin. *Harl.*

Archytae

f) Notandum eſt, ea, quae Simplicius ex Archyta adfert in libello, qui ſub eius nomine exſtat, haud reperiri. Vt ſpurius ille libellus videtur Sauilio lect. 2. in Euclidem p. 29. quoniam ſit dorica ſcriptus dialecto, Tarentinorum et illius tractus familiari, ad fucum [illegible]

Archytae oratio ſ. ſermo, cui Tarenti interfuit Plato, de damnis voluptatis, recenſetur a *Cicerone* de Senectute cap. 12. [ſi modo ſcriptus fuerit is ſermo, aut non pars libri περὶ νῦ καὶ αἰσθήσεως.] Dictum memorabile Archytae adfert *Cicero* de Amicit. cap. 23. *Hieronym.* tom. I. epiſt. 9. p. 50. *Athenaeus* lib. XII. p. 519. 545. *Heumann.*

Forte noſtri quoque Archytae ſunt Ὀψαρτυτικὰ Athenaeo laudata. Sane Iamblichus cap. 29. p. 148. et cap. 34. p. 204. teſtatur Pythagoreos primos fuiſſe, qui de cibis recte praeparandis commentarios ediderint.

Περὶ σοφίας. Iamblich. protreptic. cap. 2. p. 12 ſq. 15. 17. et 18 ſq. Emendatius cum verſione *Iohannis North* in opuſculis mythologicis Thomae Galei p. 732.

Citatur praeterea Archytas a *Iamblicho* in Nicomachum pag. 6. 9. 141. 159. 163. 168. In vita Pythag. cap. 29. pag. 145. a *Theone* Smyrnaeo p. 27. 30. Cic. Plin. Cenſorin. Plutarch. Boëthio 1 Geometr. p. 1516. et 2. p. 1522. 1526. etc. Ariſtotele, Theophraſto in Metaphyſ. [in *Arſenii* Ἰωνιᾷ, teſte Bandin. in Catalog. MSS. gr. biblioth. Laurent. vol. I. p. 549.] Meminit et Vitruuius lib. I. cap. 1.

De Philoſophia Archytae tres libros ſcripſerat Ariſtoteles teſte *Laertio* V. 25. quo loco memorat etiam eiusdem Ariſtotelis librum τὰ ἐκ τοῦ Τιμαίου καὶ τῶν Ἀρχυτείων. [adde Brucker. l. ſupra mem.]

Archytae inuenta. Inter Archytae inuenta fuit 1) Datis duabus lineis duas medias proportionales e dimidii cylindri ſectione inueniendi. *Laertius* VIII. 83. Plutarchus Marcello. p. 305. *Eutocius* ad 2. Archimedis de ſphaera ac cylindro.

2) Cubi duplicatio, *Plato* de Rep. apud Laert. VIII. 83. *Vitruu.* IX. 3.

3) Columba volans lignea. *Gell.* X. 12. e Fauorino. Confer *Ioh. Andreae Schmidii* diſſ. de Archyta Tarentino, Ienae, an. 1683. editam, Georgii Paſchi inuenta nouantiqua p. 640 ſq. *Io. Wilkinſii* Magiae mathematicae part. II. quam *Daedalum* inſcripſit, et *Monantholii* praef. ad Mechanica Ariſtotelis. Bonifacius XVIII. 2. Hiſt. ludicrae.

4) Πλαταγὴ ſiue Crepitaculum. *Ariſtoteles* VIII. 6. de Rep. *Diogenianus* III. 98. *Apoſtolius* XVI. 21. prouerb. et e recentioribus *Fridericus Adolphus Lampe* lib. I. de cymbalis veterum, cap. 9.

Egregie quoque obſeruauit Archytas, in motu naturali quocunque eſſe τὴν τοῦ ἴσου ἀναλογίαν, κινεῖσθαι γὰρ ἀνάλογον πάντα. *Ariſtot.* XVI. 10. problem.

Dictum eius ad ſeruos inobſequentes, *caederem vos, niſi iraſcerer*, Iamblichus cap. 31.

Archytae plures. Memorantur praeterea 1) *Archytas Mitylenaeus*, muſicus ſiue ἁρμονικός. [?] Athenaeus XIII. 8. Laert. VIII. 82. et Heſychius Illuſtr. 2) *Archytas* Amphiſſenſis, poeta. Plutarch. quaeſt. gr. et Laert. qui epigrammata ſcripſiſſe docet. Forte hunc reſpiciunt verſus duo Bionis apud eumdem Laertium IV. 52. 3) *Archytas*, qui de re ruſtica ſcripſit, laudatus Laertio, Varroni et Columellae. Ab hoc aliqui non diuerſum putant, quem inter Ὀψαρτυτικῶν ſcriptores nominat Athenaeus lib. XII. et Ὀψοφάγον vocat lib. I. cap. 5.

Areſas Lucanus, qui ſcholae pythagoricae regimen poſt Tydam ſuſcepit. Iambl. cap. 36. Sunt qui legant, Oreſander. Sed Areſae Lucani mentio etiam apud *Stobaeum* in Eclo-

gis phyſ. vbi locum ex eius libro de natura hominis adfert, quem emendatum vide a *Salmaſio* pag. 169. ad Epictetum. [conf. *Dodwell.* Exerc. II. de Pythagorae aetate, pag. 198 ſq.]

Areſtadas Metapontinus occurrit in Iamblicho Arecrii; ſed in melioribus codicibus graecis MSS. et in veteri latina verſione inedita Oreſtades. Ita hoc nomen legitur etiam apud Laertium in Xenophanis vita VIII. 20. et in latina Iamblichi verſione, quam debemus Vlr. Obrechto, [p. 215. edit. Küſter.]

Arignotus, [ſapientiae cauſſa celebris et ἱερὸς cognominatus.] Vide *Luciani* Philopſeud. [cap. 29 ſqq. tom. III. edit. Reitz. p. 55 ſqq.]

Arimneſtus Pythagorae fil. Democriti praeceptor. *Porphyr.* p. 3. ex Duride Samio lib. II. ὥρων ſiue de finibus Samiorum; ita enim legendum, non ὡρῶν *Horarum*, vt Holſtenius. Vide *Voſſium* de Hiſt. gr. p. 97. Quamquam ὡρῶν eſt etiam in ſchol. ad Hecubam Euripidis vſ. 934. *Fabric.* *Amneſtus* fortaſſe, cuius nominis aliquem producit Laertius V. 57. *Heumann.*

Arion. Vide ſupra, Acrion.

Ariſtangelus Sicyonius.

Ariſtaeus Damophontis F. Crotoniata, Pythagorae ſucceſſor *g*) et coniugio cum Theano gener. Iambl. cap. 36. [Hunc laudat Claud. Mamertus lib. II. de ſtatu animae cap. 7. p. 126. *Heumann.*] Hic, ni fallor, eſt Ariſtaeus ſenior, cuius conica et libros V. τόπων ϛερεῶν laudat Pappus lib. VII. mathemat. collect. ſub initium, et Euclidem iis vſum fuiſſe teſtatur. Male Ἀριϛερὸς in graecis ad Euclidem ſcholiis XIV. 2. pag. 258. edit. Baſil. quod in Oxonienſi edit. recte eſt emendatum. Male etiam apud *Voſſium* de mathemat. ſcient. p. 434. legitur, Ariſtaei iudicio eamdem Pappi mentem fuiſſe, quod ſcilicet ante libros ab Apollonio editos imperfecta fuerit Conicorum notitia. Nam non Pappo tantum, ſed ipſo etiam Apollonio antiquior fuit Ariſtaeus. Meminit et Campanus Nauarienſis, qui circa A. C. 1030. floruit, ad Euclidis XIV. 1. Operis perditi iacturam felici ingenio compenſauit *Vincentius Viuianus*, magni ducis Florentiae mathematicus et diſcipulus Galilaei, edita diuinatione duplici in quinque libros deperditos Ariſtaei de locis ſolidis. Vide Acta Eruditor. an. 1703. pag. 487 ſq. Journ. des Savans 1703. pag. 264. *Ariſtaeum* περὶ Ἁρμονίας laudat et ex eo quaedam profert *Stobaeus* Eclog. pag. 45. Conf. Iamblichum pag. 168. in Nicomachum. Vide et ſupra in Archippo. [P]

Ariſteas

g) Conf. *Dodwelli* Exercit. II. de aetate Pythagorae pag. 223 ſq. Is vero Theanum illam non philoſophi vxorem intelligit; ſed diſcipulam potius, ſcriptorum ſub Theanus nomine conditricem, quae et filia adpellatur a ſcriptore anonymo apud Photium. Idem autem hic *Ariſtaeus* erat, mente Dodwelli, cum Porphyrii *Ariſtaeo*, Androclis filio adoptitio, quem aliunde aduectum filio Pythagorae donarit Mneſarchus pater, Pythagora ipſo proinde non multo iuniorem. At a Porphyrio ſect. 13. vocatur ille *Aſtraeus*. *Bentleio* in Reſponſ. ad C. Boyl. pag. 46. vbi de ſucceſſione et vltima aetate ſcholae pythagoricae agit et contra Dodwellum diſputat, *Ariſtaeus* natus videtur Olymp. LIII. 3. adde *Brucker.* Hiſtor. crit. phil. I. pag. 1101. *Harl.*

Ariſteas Metapontinus.

Ariſtides Quinctilianus, de quo infra lib. III. cap. X.

Ariſtides Rheginenſis.

Ariſtippus Tarentinus.

Ariſtoclides Tarentinus.

Ariſtocrates Rheginenſis, qui ciuibus ſuis leges tulit. Iamblich. cap. 30. meminit eiusdem cap. 27.

Ariſtomenes Metapontinus.

Ariſtotelis ſcripta deperdita de philoſophia pythagorica recenſeo infra lib. III.

Ariſtoxenus Tarentinus in Stobaeo paſſim adpellatur Pythagoricus [h]. De illo infra libro III. capite X. dixi: aequalis enim fuit Dionyſii iunioris, et in libro περὶ βίε Πυθαγορικȣ̃ apud Iamblichum cap. 33. ſect. 233 ſq. [Porphyr. de vita Pythag. ſect. 59 ſqq] memorat, ſe ex ore illius tyranni, ſed tyrannide iam exuti, nonnihil audiuiſſe. [Eius libros muſicos paſſim laudat Athenaeus. adde *Diogen. Laert.* VIII. 15. et *Ionſium* l. m. I. 14. *Harl.*]

Arytus Metapontinus, pro quo inedita Iamblichi verſio vetus latina rectius Eurytus.

Arytus Tarentinus, pro quo in eadem verſione melius Eurytus ſcriptum inuenio.

Aſteas Tarentinus.

Aſion Crotoniata, quem ſub Pythagorae nomine plures libros ſcripſiſſe, narrat Laertius VIII. 7.

Aſtraeus Pythagorae a Mneſarcho donatus, Porphyr. ſect. 13 ſq. [At ille vna cum hiſtoria, a Porphyrio relata, *Tiedemanno* in princip. philoſoph. Graeciae pag. 333. eſt admodum ſuſpectus.] Mentio huius apud Photium codice CLXVI.

Aſtylus Metapontinus.

Athamas Pythagoricus citatur a Clemente Alex. lib. VI. p. 624. vbi notat, Empedoclem ab eo, quod cecinit de quatuor elementis, accepiſſe.

h) Confer. *Suidam* in Ἀριστόξενος, *A. Gellii* N. A. IV. 11. *Bentleium* in Reſp. ad Boyl. pag. 45 ſq. qui locum hunc et alium Laertii explicat, et inter primos Ariſtotelis diſcipulos recipit Ariſtoxenum: Idem p. 214. monet, Ariſtoxenum primum quidem fuiſſe diſcipulum Xenophili, Pythagorei, ac vitas conſcripſiſſe Pythagorae eiusque ſucceſſorum; ſed dein Ariſtotelem audiuiſſe, nec ſemet numeraſſe in Pythagoreis. *Meinerſ.* in Hiſtoria doctrinarum apud Gr. et Rom. I. p. 213 ſqq. multis laudibus cumulat Ariſtoxenum, eique poſt Ariſtotelem in narrationibus de ſchola pythagorica maximam fidem et primum locum tribuendum cenſet, quamquam haud negat, eum falſum de Lyſide, Epaminondae magiſtro, rumorem eſſe ſequutum et petulanter ſcripſiſſe de Socrate. Verum enim vero Meinerſium erga illum, alioquin magnum virum, ſe nimis indulgentem praebuiſſe et Ariſtoxenum plures commiſiſſe errores, docet cenſor doctus in biblioth. crit. Amſtel. vol. II. part. VIII. p. 111 ſq. Idem plures, quam Meinerſius, indicat locos, quos Iamblichus, ſuppreſſo Ariſtoxeni nomine, in librum de vita Pythag. tranſtulit; Ariſtoxenum vero pleraque ſumſiſſe ex Ocello Lucano aliorumque Pythagoreorum ſcriptis, contendit. *Harl.*

Athoſion Rheginenſis.

Baſilides, haereticus, ſectatoribus ſuis πυθαγορικῶς quinquennale ſilentium indixit, teſte *Euſebio* IV. 7. Hiſtor.

Bathylaus Poſidonius ſiue Bathyllus, cui phyſicum ſuum commentarium inſcripſit Alcmaeon Crotoniata.

Bion Abderita, mathematicus, de quo vide ſis notas ad Laertium IV. 58. et Heſychium Illuſtrem.

Bolus Mendeſius Suida [tom. I. p. 450. edit. Kuſteri, cuius notas conſules,] teſte ſcripſit περὶ τῶν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἱστοριῶν εἰς ἐπίστασιν ἡμᾶς ἀγαγόντων.

Περὶ θαυμασίων Φυσικὰ δυναμερά [i]).

Περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν [k]) λίθων κατὰ στοιχεῖον.

Περὶ σημείων τῶν ἐξ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄρκτου καὶ λύχνου καὶ ἴριδος.

Praeter Bolum Pythagoreum eidem Suidae memoratur Bolus Democriteus [P] philoſophus [l]), qui ſcripſerit ἱστορίαν et τέχνην ἰατρικὴν et ἰάσεις Φυσικὰς ἀπό τινων βοηθημάτων τῆς Φύσεως. Sed vnus idemque fuit Bolus Mendeſius et Bolus Democriteus. Nam Columella VII. 5. Boli Mendeſii commentaria ſub Democriti nomine falſo prodita teſtatur. Pro Bolo male *Orus* legitur apud *Galenum* lib. II. de antidotis cap. 7. nec minus vitioſe *Dolus* in *Columellae* libris pag. 344. et 444. edit. Commelin. vt in ſcholiis ad Nicandri Theriac. p. 56. al. p. 35. *Bolus*, et apud *Varronem* I. de re ruſtica *Eubolus*, Xylandro ad Stephanum Byz. *Belus*. Vide *Marſilium Cognatum* 2. 7. Variar. *Reineſium* lib. I. cap. vlt. p. 122. var. lect. [eundem Reineſ. infra lib. VI. cap. 8. vol. XII. pag. 758.] *Holſtenium* ad Stephanum p. 61. [*Menagium* ad Diogen. Laert. I. 109.] *Harduinum* in ſcriptoribus a Plinio laudatis, et *Dan. Clericum* Hiſt. medicinae part. III. lib. II. cap. 2. Theophraſto iunior fuit hic *Bolus*, ex eius enim opere de plantis nonnihil produxiſſe, (non e Bolo Theophraſtum, vt Voſſius pag. 337.) teſtatur *Stephanus Byz.* in ἄψινθος, [vbi Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος dicitur.] Bolum Epimenidis patrem memorat Apollonius de mirabilibus p. 105.

Brontinus Metapontinus. Supra in Alcmaeon. Suidas in Θεανώ. *Fabric.* *Iamblichus*, in libro III. a Villoiſonio in Anecdotis gr. vol. II. edito, p. 198. excitat *Brontinum* ἐν τῷ περὶ νοῦ καὶ διανοίας et ſeruat fragmentum. *Harl.*

Bryas Crotoniata.

Bryas Tarentinus.

Bryſſon,

---

i) De vocabulo hoc vide ſupra lib. I. cap. 4. nr. 8.

k) Rectius emendandum et diſtinguendum eſſe, — ἀντιπαθειῶν. Περὶ λίθων etc. vidit, ſicque vertit Kuſterus ad locum not. 14. Opus περὶ σημ. laudat ſcholiaſt. Nicandri ad Theriaca p. 35. monente Kuſtero. *Harl.*

l) Vtrumque diſtinguit etiam Eudocia in Ionia pag. 93. et 94. Suidam compilans. *Heumann.* in margine ſui exemplaris laudauit *Conring.* lib. I. de medic. Herm. cap. XI. pag. 105. *Harl.*

Bryſſon, a Iamblicho cap. 23. refertur inter eos, qui iuuenes audiuere Pythagoram ſenem. Hic fortaſſis Bryſon ille Heracleota, e cuius diatribis nonnulla in dialogos ſuos tranſtuliſſe Platonem, notat *Athenaeus* XI. p. 508. e Theopompo Chio.

Brythius, vide Buthius.

Bulagoras Mneſarchi in ſchola Pythag. ſucceſſor, cuius temporibus Crotoniatarum vrbs direpta eſt. Iambl. cap. 36.

Buthenis Cyzicenus.

Buthius Crotoniata, ſiue, vt in latina verſione Iamblichi inedita inueni, Brythius: Cabbaliſta, Io. Reuchlino iudice, vid. *Richard. Simon* tom. I. biblioth. choiſie I. p. 334 ſq.

Caecilius ſiue Cecilius, cuius mentio fit in excerptis ineditis e Ioanne Laurentio Lydo, quae continentur cod. MMMCCCLXVII. biblioth. reg. Pariſ. fol. 77. *ὡς φησι Κεκίλιος ὁ Πυθαγόρειος ἐν ῥήμασι τούτοις· ἡ τριὰς πρώτη συνέστησεν ἀρχὴν, μεσότητα καὶ τελευτήν.* Hunc locum communicauit mecum vir doctiſſ. Ludolfus Neocorus.

Caetus, infra Ethecrates.

Callibrotus Cauloniensis.

Callicratidas, cuius fragmentum apud Stobaeum ſerm. 68. pag. 484. Grotium ad Luc. V. 5. Alius Callicratides dux Lacedaemoniorum, de quo Cic. I. offic. *Fabric.* *Callicrates* Pythagoreus memoratur in Arſenii Ἰωνιᾷ, teſte *Bandinio* in Catalog. MSS. gr. biblioth. Laurent. I. p. 549. *Harl.*

Caraphantidas Tarentinus; alius, Carmelitarum ſodalis etc. vid. Biblioth. nouor. libror. an. 1698. pag. 392 ſq.

Caryſtius. Suidas in Θεανώ.

Cebes, qui in Platonis quidem Phaedone cap. 11 ſq. ſe cum Simmia Philolaum audiuiſſe profitetur, et cap. 49. p. 44. edit. Winkleri et alibi dogmata prae ſe fert pythagorica. vid. *Winkleri* not. pag. 124. Hinc *Seuin.* in Hiſtoria ſoc. regiae Pariſ. vol. III. et ex interpr. teutonica Gottſchediae tom. II. p. 184. adnumerat Cebetem Pythagoricis. *Harl.*

Cerambus Lucanus. [?]

Cercops. Vide, quae ſupra lib. I. cap. XIX. nr. 2. lib. II. 8. p. 380.

Charondas Catanaeus. De hoc dixi infra cap. XIV. vbi de legumlatoribus. [vid. *Meinerſ.* l. m. p. 358. ex Frereto p. 173 ſq. verſ. Hiſſmanni in Magazin etc.]

Chilas Metapontinus.

Chryſanthius Sardianus, de quo dixi ad Eunapium. [non proſtant.]

Chryſippum Tyrrhenum a Iamblicho inter Pythagoricos memoratum puto, ab eodem reſpici in commentario ad Iamblichi Arithmetica p. 12. vbi χρυσιππείους nominat. De *Chryſippo* Cnidio Eudoxi Pythagorei auditore Laert. VIII. 89. vbi et de altero Chryſippo Aethlii F.

Cleanor Laco.

Cleanthes

Cleanthes Stoicus (vid. infra libr. III. cap. 15. p. 394 ſqq.) in lib. V. μαθηκῶν, teſte Porphyrio ſ. 1 apud de Pythagora: et eodem iure, eademque ratione, qua multi alii, huc poterat referri. *Harl.*

Clearatus Tarentinus.

Clearchus auctor Athenaeo. ſcripſit vitam Pythagorae et aliorum. vid. *Meinerſ.* l. c. I. p. 211 ſq. coll. cenſore in bibl. crit. Amſtelod. II. part. S. p. 111. not. z. Adde Plat. Phaedr. p. 23. *Athenaeum* IV. 14. p. 157. *Meinerſ.* l. c. p. 550. not. *Harl.*

Cleon Tarentinus.

Cleophron Crotoniata.

Cleoſthenes Crotoniata, ſiue Cleophanes, vt in inedita latina Iamblichi verſione legitur, quae exſtat MS. Hamburgi in bibl. Iohannea.

Clinagoras Tarentinus.

Clinias Tarentinus Heracleae vixit, aequalis Philolai. Citatur in Theologum. arithmeticae p. 19. et a *Stobaeo* ſerm. 1. Baſilius de legendis graecorum libris cap. 13. pag. 96. edit. Grotii. tradit, eum maluiſſe ſoluere tria talenta, quam vel ſemel iurare, quod de Syllo Iamblichus narrat. Idem *Iamblichus* cap. 31. teſtatur, Cliniam irae moderandae egregium artificem fuiſſe, et cap. 33. Proro Cyrenaeo ſingularem fidem ſuam praeſtitiſſe. Vide et *Aelianum* XIV. 23. Var. *Laertium* IX. 40. *Plutarchum* III. 6. ſympoſ. p. 652. *Athenaeum* XIV. p. 623.

Colais Selinuntius.

Cooke. (Rob.) vid. Acta Erud. Lipſ. tom. III. p. 382. *Heumann.*

Cranius Poſidonius.

Crito Aegeus, ex cuius libro de prudentia et felicitate fragmentum exſtat apud *Stobaeum* ſerm. 3. [in *Gale* Opuſc. mythol. p. 608. quod veram doctrinam pythagoric. referre, ait *Tiedemann.* l. m. p. 209.] quod alii codices tribuunt Damippo. Id fragmentum περὶ φρονήσιος καὶ εὐτυχίας apud Stobaeum, non *Critonis* Athenienſis, (de quo infra lib. II. cap. 23. [p. 15.]) et Meurſio aliisque in bibl. Attica, ſed Critonis Aegei, Pythagorici, eſſe puto.

Cronius. Porphyr. vita Plotini cap. 20. et apud Euſeb. VI. 19. Hiſt. et lib. de antro Nymphar. Eius περὶ παλιγγενεσίας laudat Nemeſius cap. 2. p. 35.

Pro Crotino Pythagorico apud *Syrianum* in XIII. Metaphyſ. p. 114. videtur legendum Cronius vel Brontinus.

Creto. Suidas in Θεανώ.

Cylo Crotoniates propter ingenii aſperitatem a Pythagora inter diſcipulos non admiſſus, Pythagoricos circiter XL. in Milonis aede congregatos exuſſit et lapidibus obruit. Vix Archippo et Lyſide elapſis. *Diodorus Sic.* in excerptis Peireſc. p. 246. *Neanthes* apud Porphyr.

phor. p. 37. et 40. [?] Iamblich cap. 35. Vide et infra in *Perillo* m). Pro Archippo Archytam male nominant Laertii codices VIII. 39. Nam Archytas iunior fuit quam, vt ſeceſſioni Cylonio intereſſe potuerit. Philolaum pro Archippo habet Plutarchus de Socratis genio p. 583. vbi male in excuſum [illegible] pro [illegible]. *Fabric.* Sic quoque corrigendum eſſe, iam alii viderunt. vid. *Reiske* ad illum locum Opp. Plut. vol. VIII. p. 304. *Harl.*

Dacydas Metapontinus.

Damarmenus Metapontinus.

Damippus. Vide ſupra in Critone.

Damon Syracuſius. Vide infra in Phintia. *Fabric.* Conf. *Hemſterhuſ.* ad Ariſtoph. Plutum p. 352. vbi plures recenſet *Damones*. *Harl.*

Damocles Crotoniata.

Damotages Metapontinus.

Dardaneus Lucanus.

Deanax Sybarita.

Democedes. Vide ſupra in Alcimacho. Cum Ariſtocratiam Crotone retinendam fruſtra ſuaſiſſet, plebe in Pythagoreos furente, Plateas cum iuuenum manu ſeceſſit, victus itaque et interfectus a Theage, qui a Crotoniatis recepit pretium 3. talentorum. *Iambl.* cap. 35. *Fabric.* Milonis luctatoris filiam duxit. vid. *Herodot.* III. cap. 131 — 139. auctoritatem eius inter Perſas fataque exponentem, et *Dan. Clericum* Hiſt. medic. lib. II. 2. pag. 79. *Harl.*

Democrates. Infra in Secundo.

Democritus Abderites. Vide Laertium IX. 46. et ſupra in Arimneſtus, ac Bolus.

Demon Sicyonius.

Demophilus. Infra in Secundo.

Demoſthenes Rhegienſis.

Dexitheus Parius.

Dicaearchus Tarentinus. *Fabric.* Amicus et condiſcipulus Ariſtoxeni, auditor Ariſtotelis, a *Cicerone* ad Attic. II. ep. 2. et VI. 2. mire laudatus, a Strabone vero et Polybio in rebus geographicis ſpretus, ſaltem negligentiae adcuſatus, ſcripſit vitam Pythagorae et aliorum.

m) Multa de illo et tumultu contra Pythagoreos moto, Diogenes Laertius, Iamblich. et reliqui, qui fata philoſophiae pythagoricae expoſuerunt, aliique noſtra aetate de lite litteraria, inter Bentleium et Dodwellum orta, narrarunt, et nos ſupra in vita Philoſophi Samii atque ad initium huius capitis iam multa adtulimus. conf. *Bentleii* reſponſ. ad Boyl. p. 40 ſq. verſ. Lennepianae, *Dodwellum* in Exercit. II. de aetate Pythagorae, ſect. 24 — 27. ſect. 29. 30. multa de Lyſide et incendio Cylonio contra Bentleium diſputantem, *Tiedemannum* in princip. Gr. philoſophis p. 334 ſqq. *Meinerſ.* l. m. p. 311 ſqq. 366. ſqq. 472 ſqq. *Harl.*

rum. vid. *A. Gellii* N. A. lib. IV. cap. 11. *Menagius* l. c. p. 222 ſqq. eod. cenſura in bibl. crit. Amſtel. II. part. 8. p. 113. not. *b*) *Harl.*

Dicon Cauloniensis.

Didymus muſicus, de differentia muſicae pythagoricae ab Ariſtoxenica περὶ τῆς διαφορᾶς τῆς Ἀριστοξενείων τε καὶ Πυθαγορείων, praeclare commentatus, quem in plurimis ſecutus eſt, etiam vbi non nominat, Ptolemaeus in Harmonicis, vt notat *Porphyrius* in Ptol. p. 91. Idem p. 193 obſeruat. Ptolemaeum in pleriſque veſtigia legere Pythagoreorum. Didymi librum iterum laudat p. 209. 210. 212. Eiusdem librum I. περὶ ἐμμετρίας p. 110. Didymum ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας. *Clemens* I. Strom. p. 300. 309. IV. 523. *Fabric.* *Didymus Areus* vixit temporibus Varronis et fuit philoſophus academicus, vid. *Ionſium* de ſcript. hiſt. philoſ. lib. III. cap. 1. §. 3. vbi docte et copioſe agitur de illo: ſed compara *Schefferum* de natura et conſtit. philoſ. ital. cap. 1. p. 2. ſeq. Meminit eius quoque *Menagius* l. c. I. p. 299. Vitioſe apud Suidam h. v. et Eudociam pag. 135. ſcribitur Δίδυμος Ατῆιος. *Harl.*

Dimachus. Vide ſupra in Alcimacho.

Dinarchus Parius. Idem, ni fallor, Dinarchus, cuius meminit Iambl. cap. 35.

Dinocrates Tarentinus.

Dinoſtratus Menaechmi frater, inter eos, qui geometriam reddidere perfectiorem, celebratur a Proclo 2. in Euclidem p. 19. [ſ]

Dionem Syracuſanum ἀπὸ συγγενείας Πυθαγορείων, h. e. philoſophiae illorum addictum fuiſſe, notat Iamblichus cap. 31.

Diochaetes, quem a Parmenide auditum tradit Laertius IX. 21.

Diocles Phliaſius. Vide infra in Phanton.

Diocles Sybarita. Alius ab his Diocles Caryſtius laudatus in Theologumenis Arithmeticae p. 47. et 49. vbi male editum Δικλῆς.

Diodorus Aſpendius ſub Areſa Lucano inter Pythagoreos receptus. *Iambl.* cap. 36. de anima nonnihil ſcripſiſſe, tenuit *Claudianus Mamertus* II. 7. Cynicis moribus vixiſſe refert *Athenaeus* IV. 17. 18. p. 163. *Fabric.* *Iamblichus* ponit eum in ordine ſucceſſionis ante Philolaum, Eurytum et Archytam, Platonis praeceptorem. At *Bentleius* in reſponſ. ad C. Boyle p. 48. verſ. Lennep. docet, Diodorum hunc, quod familiaris fuit Stratonici, muſici, qui in aula Ptolemaei Lagi vixit, (*Athen.* p. 163 et 350.) Platone poſteriorem eſſe cenſendum et adhuc in viuis fuiſſe poſt Olymp. CXIV. Secundum *Dodwell.* in Exercit. II. de aetate Pythagorae p. 153 ſqq. ille vltimus erat Pythagorae in ſchola Crotonienſi ſucceſſor, et multa, aliena a mente Pythagorae, in ſcholam intulit Pythagoreorum. Fragmentum quoddam ſeruauit *Theodoretus* in Quaeſt. VI. in I. Samuel. animaduertente Fabricio infra lib. V. cap. 11. p. 432. vol. VII. *Harl.*

Diodorus Crotoniata, Democedae in patria factionis cum Theage et Hippaſo. Iamblich. cap. 35.

Dionyſiphanes. Porphyr. in vit. Pythag. ſect. 15. ſed hiſtoricus fuiſſe videtur. *Harl.*

Diophantus

Diophantus Syracuſanus, cuius de mundi originibus ſententiam producit Theodoritus IV. θεραπευτικ.

Diogenes, diuerſus a Diogene Laertio. Vide de illo ad §. II. huius capitis, fragm. apud *Stobaeum* Eclog. p. 16. *Harl.*

Diotogenes. Ex eius περὶ ὁσιότητος fragmentum apud *Stobaeum* Eclog. (251.) p. 16. et ſerm. 147. (267.) *Fabric.* In Arſenii Ἰωνιᾷ apud Bandin. Catal. MSS. gr. Laur. I. p. 549. per errorem vocatur a Clerico, Comment. in Gen. XIV. 18. *Diogenes*. *Harl.*

Dius allegatur a Stobaeo ſerm. 63. p. 408.

Drymon Cauloniensis.

Dymas Crotoniata.

Eccellus Lucanus, ab Ocello diuerſus, Iamblicho memoratur. Ceterum incertum Menagio videtur, num apud *Syrianum* in Metaphyſ. Ariſtotelis XIII. p. 109. vbi memorantur τὰ Ἐκκέλλε περὶ τῆς τῶ παντὸς φύσιος ſit legendum Ὀκκέλλε. an *Eccellus* quoque, quod tamen non facile mihi perſuadeo, librum de natura vniuerſi, perinde vt Ocellus, ſcripſerit. Sed et in Cenſorini quibusdam editionibus cap. 2. pro Ocello, ſed male, excuſum videas Eccellum Lucanum.

Echecrates Locrus a *Cicerone* V. de finibus cap. 29. refertur inter Pythagoreos, quos Plato philoſophiae cauſa adiit. In Valerii Maximi editionn. quibusdam VIII. 7. 3. ext. male legitur *Cartus Locrus*. Mentio in Platonis epiſtolis. Sed alius *Echecrates*, quem adfatum ſe ait Timaeus hiſtoricus apud *Polybium* in excerptis Peireſc. p. 50. Alius denique, cuius meminit Lucanus in Hermotimo tom. I. p. 567.

Echecrates Phliaſius. Vide infra in Phanton.

Echecrates Tarentinus.

Ecphantus Crotoniata. [*Iamblich.* cap. vlt. n. 267.]

Ecphantus Syracuſanus, de quo *Origenes* in Philoſophumenis, cap. XV. p. 102 ſq. et *Stobaeus* cap. 13. p. 27. et cap. 25. Eclog. Phyſic. p. 48. *Plutarch.* III. 13. de Placit. philoſ. [conf. *Moshem.* ad *Cudworth.* Syſt. intell. cap. I. §. 12. p. 20. etc.]

Eiriſcus Metapontinus.

Elephantus Pythagoricus nullus eſt, legendum Ecphantus. Iamblich. vita Pythag. cap. 36. Stob. eclog. περὶ βασιλείας. [P]

Eliacon, ſiue, vt Arcerii codd. Ἐλικείων. *Iamblich.* cap. 27.

Empedocles Agrigentinus, de quo dixi capite ſuperiore.

Empedotimus Pythagoricus fuiſſe videtur laudatus Iuliano imp. in fragmentis p. 295. et in Κρονίοις apud Suidam in Ἰελιανὸς et Ἐμπεδότιμος. Confer Leopardum XII. 2. emendationum. [Eudociam in Ἰωνιᾷ p. 171.]

Ennius, poeta romanus, inter Pythagoreos refertur a Cozzando de magiſterio antiq. philoſ. lib. V. cap. 2. p. 315. a Lambino ad Lucret. I. 118. ab Hornio, Hiſt. philoſ. lib. IV. cap. 4. p. 239. adde Lexicon Fabro-Cellarian. voc. *Euphorbus*. *Heumann.*

Epaminondas. Infra in Lyſis, et ſupra in Archippus. Dignum virtute Epaminondae encomium habes apud Plutarchum variis in locis, Nepotem in eius vita, [ad cuius cap. II. Staueren. in edit. minore multus eſt de magiſtro et litteris Epaminondae] *Iuſtinum* lib. VI. cap. 8. et *Diodorum Sic.* excerptis Peireſc. p. 247. ἀνὴρ ἔνδοξος ἐπὶ παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ dicitur *Plutarcho* in Ageſilao p. 611. Apud eumdem *Plutarchum* de liberis educandis p. 8. vbi de Dione et Epaminonda additur: ὧν ἑκάτερος Πλάτωνος ἐγένετο συνουσιαστής, male Xylander: *de quibus poſteriores duo Platonis fuerunt familiares.* Vertendum enim erat: *de quibus alter* (Dio) *Platonis familiaris fuit.* Apud *Syncellum* p. 260. pro Ἐπαμηνοδώτῳ lege Ἐπαμινώνδᾳ τῷ κατὰ Θήβας etc.

Epicharmus Thyrſi F. comicus τῆς Πυθαγορικῆς διατριβῆς μετεσχηκὼς dicitur Plutarcho in vita Numae. Eius ſententiae ad vitam vtiliſſimae in omnium ore philoſophorum, vt recte *Iamblichus* cap. 29. et exemplo ſuo probant Plato, Ariſtoteles, aliique. [conf. *Meinerſ.* l. c. p. 572. *Mongitoris* bibliothec. Sicul. p. 180 ſqq.] De fratre Epicharmi Metrodoro, qui pleramque doctrinam patris ſui Thyrſi ad rem medicam traduxit eamque libris expoſuit ad fratrem ſcribens, vid. Iamblich. cap. 34. Ego de Epicharmo infra cap. XIX.

Epimenides a Iamblicho cap. 23. refertur inter eos, qui iuuenes audiuere Pythagoram iam ſenem. Alii, vt Apuleius in floridis, Pythagorae magiſtrum fuiſſe adfirmant. Apud Platonem 1. de legibus dicitur Athenas perueniſſe decem annis ante Perſicam expeditionem, h. e. Olymp. LXX. 1. vt obſeruat Bentleius. Contra a pluribus traditur, Solonem in condendis legibus iuuiſſe Olymp. XLVI. 3. et idem circiter tempus Athenas Cylonio ſcelere purgaſſe. Aut itaque errarunt Plato et Iamblichus, aut duo fuerunt Epimenides, quod non abſurdum videtur *H. Dodwellio* diſſ. de aetate Pythag. p. 234. De Epimenide dixi ſupra lib. I. cap. VI. quem iuniorem, idem Dodwellius, de Pythagora aliquid ſcripſiſſe obſeruat e Iamblicho vit. *Pythag.* cap. 2. p. 29. [ſect. 7. p. 5. edit. Kuſter. cf. Bentlei. Reſp. ad Boyle p. 31.]

Epiphron Metapontinus.

Epiſylus Crotoniata.

Eratus Crotoniata. [?]

Etomenes Tarentinus. Eius de anima ſententiam refert Claudianus Mamertus II. 7. de ſtatu animae. *Fabric.* Videtur tamen hoc nomen corruptum A. Schotto, not. ad Mamerti locum cit. p. 579. *Heum.*

Eſſaei Iudaeorum, γένος δὲ τοῦτ' ἐστὶ διαίτῃ χρώμενον τῇ παρ' Ἕλλησιν ὑπὸ Πυθαγόρου καταδεδειγμένῃ. Ioſephus XV. 13. p. 531. [conf. *Buddei* Introd. ad Hiſtor. philoſ. §. 21. not. *x*) *Heumann.*]

Eſtiaeus Tarentinus.

E[illegible]aeus Sybarita.

Euander Crotoniata.

— — Metapontinus.

Euander.

Euander Leontinus.

Euanor Sybarita.

Eubulus Meſſenius, quem praedonibus ereptum Meſſanam deducendum curauit Nauſithus Tyrrhenus, cum Pythagoreum agnouiſſet. *Iamblich.* cap. 27.

Eubulidem Pythagoricum allegat *Boethius* II. 18. Muſices et *Iamblichus* in Theologum. Arithmet. p. 41.

Eudorum, qui dogmata Pythagoreorum diligenter tradiderit, memorat *Simplicius* in 1. Phyſic. 39. fol. comm. XL. Confer *Ionſium* p. 220. *Fabric.* *Ionſius* lib. III. cap. 2. §. 4. pag. m. 9. incertus eſt, ad quamnam aetatem Eudorus ſit referendus. Simplicius l. cit. tradit *Eudorum* de Pythagoreorum ſectis diligenter ſcripſiſſe: idem nominat in Categoriarum philoſophorum *academicum* et inde interpretem Categoriar. Ariſtotelicarum, multa, quae contra illas ſcripſiſſet; ſecundum Strabonem. huius aetate Eudorus et Ariſto Peripateticus de Nilo eadem adeo ſcripſerunt, vt alter alterum omnino compilauerit: (vid. Fabric. noſtra vol. II. in Catalogo Peripateticorum p. 501. qui illum a noſtro diſcretum eſſe videtur. Eum numero multos iam vidimus, alii ſectae addictos, tamen Pythagoreis, quod de illorum opinionibus et ſatis quoque ſcripſerant, adnumerari.) Nutat igitur Ionſius num illi fuerint diuerſi, nec ne? Eundem tamen eſſe, et cum Ariſtone Peripatetico Auguſti aeuo vixiſſe, probabilius illi videtur. *Meinerſ.* vero, eum fuiſſe Alexandrinum, ſcripſiſſe hiſtoriam quamdam philoſoph. a *Stobaeo* Phyſ. p. 161. memoratam, et poſt Nicomachum vixiſſe, in Hiſt. doctrinar. apud Gr. et Rom. I. p. 540 ſq. not. adprime monet. *Eudori*, (num noſtri, an alius?) filius a *Suida*, vol. II. p. 294. et ab *Eudocia* p. 272. *Celſinus* vocatur, κελσῖνος, κασταβαλεὺς, (ab vrbe *Caſtabala* in Cilicia aut Cappadocia, vid. *Cellarii* Notit. orb. Rom. vol. II. p. 220. et 292.) φιλόσοφος, qui ſcripſit, συναγωγὴν δογμάτων πάσης αἱρέσεως φιλοσόφου, (Eudoc. φιλοσόφων.) *Harl.*

Eudoxus Cnidius allegatur a *Iamblicho* in Nicomach. p. 11. 142. [de vita Pyth. 7. *Porphyr.* de eadem. 7.] *Theone* Smyrnaeo p. 94. Vide et *Plutarchum* Marcello p. 305. *Laertium* in Eudoxi vita VIII. 86 ſqq. ibique interpr. et quae de Eudoxi ſcriptis *Meurſius* ad Apollon. p. 123 ſqq. et ego infra lib. III. cap. V. §. 9. [*Meinerſ.* l. c. p. 293. inprimis **Brucker.** Hiſt. crit. phil. vol. I. p. 1140 ſqq. *Harl.*]

Eucritus, Parius, pro Euepheno itidem Pario vadem mortis ſe ſiſtens, Polyaen. Strategem. V: cap. 2. ſect. 22. [vbi vero conſule Maaſuicium p. 461.]

Euelthon Aegaeus.

Euephenus. Vide paulo ante in Eucritus.

Euetes Locrus.

Eumaridas Parius, pro quo Thymaridam in Iamblicho malebat legere *Reineſius* pag. 344. Var. Lect.

Eumenius Pythagoricus, in Fici Epiſtola ad Nichelinum lib. VII. tom. I. Oper. p. 823. ſed legendum eſt, *Numenius*, vt recte p. 895.

Euphantus apud Porphyrium IV. de abſtinentia ab animatis p. 379. idem fortaſſis cum Ecphanto de quo ſupra.

Euphemus Metapontinus.

Euphranor. Vide infra in Temnonide. Meminit et Ariſtoxenus, et *Athenaeus* lib. IV. extremo p. 182. et 184. teſtatur ſcripſiſſe περὶ αὐλῶν. Adde XIV. p. 634. [*Meiners.* I. III. p. 559. putat, hunc librum illum fuiſſe ſuppoſitum.]

Alius pictor et fictor celebris Euphranor, de quo fuſe Franciſcus Iunius p. 87. 88. Catalogi Artificum.

Eurpius apud Syrianum in XIII. Metaph. pag. 118. male! vid. *Eurytus.*

Eurycratus Laco.

Eurymenes Samius, athleta. Porphyr. p. 10. Diuerſus ab Eurymene [?] Syracuſano Dionis fratre duce cohortis, quam a Dionyſio Tyranno aduerſus Pythagoreos miſſam tradit *Iamblichus* cap. 31.

Euryphamus Metapontinus, ex cuius libro περὶ βίω fragmentum occurrit apud Stob. ſerm. 101. p. 505. hic eſt, quem Lyſidis mirum promiſſi ſeruandi fidem expertum narrat Iamblichus cap. 30. male Εὐρύφημος in Iamblicho Arcerii p. 220. [Fragmenta in *Arſenii* Ἰωνιᾷ. vid. Bandini Cat. bibl. MSS. gr. Laur. I. p. 540.)

Euryſus ſiue Eurytus, Metapontinus, inter eos refertur, qui iuuenes audiuerunt Pythagoram iam ſenem. *Iamblich.* cap. 23. Alius *Eurytus* Tarentinus, Philolai diſcipulus, memoratur apud *Iamblich.* cap. 28. et *Laert.* VIII. 46. vbi eorum diſcipuli vocantur Xenophilus, Phanto, Echecrates, Diocles et Polymnaſtus, poſtremi Pythagoreorum, vndecima generatione ſiue ſucceſſione a Pythagora. Ex Euryſo περὶ τύχας fragmentum apud *Stobaeum* Eclog. p. 16. aliud *Clement. Alex.* V. Stromat. p. 559. Vide et *Theophraſti* Metaphyſ. cap. 3. ex Archyta, et *Ariſtotelem* Metaphyſ. lib. vlt. cap. 5. Eurytum hunc ac Philolaum audiuit Plato, teſte *Laertio* III. 6. Apud *Syrianum* in XIII. Metaphyſ. p. 118. male vocatur Pythagoricus *Eurpius*, et mox *Euryticus.*

Euthycles Rheginenſis. Iamblich. cap. 27.

Euthynus Locrus.

Euthynus Tarentinus.

Euxenus Heracleota. Apollonii Tyanaei praeceptor, dogmatum Pythagorae ita gnarus, notante *Philostr.* p. 8. [in vita Apoll. I. 7.] vt auiculas voces humanas edoceret. Suidas in Εὐθύδημος.

Euxitheus citatur a Clearcho Peripatetico apud Athenaeum IV. 14. p. 157.

Exaeretus. Vide infra in Speuſippo.

P. Nigidius Figulus, Romanus, ingenio, copia litterarum et nugis magicis clarus: Ciceronis aequalis. Pythagoricus et Magus dicitur in Chronico Euſebii Hieron. *Cicero* in fragm. de Vniuerſit. init. „Denique, ait, ſic iudico, poſt illos nobiles Pythagoreos, quorum diſciplina extincta eſt quodammodo, quum aliquot ſaecula in Italia Siciliaque viguiſſet; *hunc* (Nigidium) *extitiſſe*, *qui illam renouaret.*" Eius fragmenta collegit *Ian. Rutgerſius* in Variis lection. lib. III. cap. 16. conf. *Bayle* in Diction. voc. *Nigidius*, not. *D.* infra lib. III. cap. 20. vol. II. p. 513. et infra in *Nigidius*. *Apuleium* Apol. I. p. 318.

338. *Auguſtin.* de ciuitate dei. I. 5. Plura de illo ſcripſi in Introductione in Hiſtor. litteraturae rom. etc. part. II. p. 177 ſq. *Harl.*

Glorippus Samius.

Glycinus Metapontinus.

Gorgiades. Vide ſupra in Archippo.

Gyptius, ſiue vt illuſtri Obrechto adpellatur, Gyttius Locrenſis.

Helicaon Rheginenſis, qui ciuibus ſuis leges tulit. *Iamblich.* cap. 30.

Heloris Samius.

Heraclides Ponticus, Pythagoreorum auditor fuit, teſte *Laertio.* V. 86. et περὶ τῶν Πυθαγορείων ſcripſit. id. 88. Citatur et Pythagoreus *Heraclides* in inedito Ioſephi, chriſtiani ſcriptoris Hypomneſtico. Heraclidis locum de muſica, per Pythagoram reperta et exculta, habes apud *Porphyrium* in Harmonica Ptolemaei p. 213. Quaedam de Pythagora ex Heraclide refert *Clemens* 2. Stromate. *Fabric.* Conf. *Ionſium* de ſcript. hiſt. phil. I. 17. p. 106 ſqq. I. c. 14. 7 p. 89. Scripſit quoque κτίσεις, *Ionſ.* ib. I. 12, 5 et 6. conf. ſupra lib. I. cap. 22. §. 1. infra lib. III. cap. 11. in Catalogo Peripateticorum, vol. II. p. 302. lib. V. cap. 7. p. 62. vol. VII. et alibi. In narrationibus de rebus pythagoricis eſt homo vanus, ſuperſtitioſus, ideoque valde ſuſpectae et ſublestae fidei; atque a Timaeo apud *Diogenem Laert.* VIII. 71. 72. incuſatur fictionum et fabularum conditarum, quas tamen venuſte et ornate expoſuiſſe dicitur. (Diog. Laert. V. 89.) Plura de illo homine exigui iudicii leges apud *Meinerſium* in Hiſtor. doctrinar. apud Gr. et Rom. I. p. 206 ſqq. Adde cel. *Gedicke* in M. Tullii Ciceronis Hiſtoria philoſophiae rom. etc. Berolini 1782. 8. p. 48. *Harl.*

Hicetas Syracuſius, qui ſtante coelo terram moueri docuit. *Laert.* VIII. 85. *Ciceroni* IV. academ. Quaeſt. cap. 39. *Nicetas* [?] *Euſeb.* XV. 55. praepar. Ἱκέτης, Plutarch. III. 9. de placitis phil. Οἰκέτης. *Fabric.* Cel. tamen *Beck.* in egregia ſua illius libri edit. e cod. Moſquenſi reddidit Ἱκέτης, vide eius not. p. 217. Apud *Ciceronem* l. c. *Hicetas* legendum eſſe, iam viderunt Octauian. Ferrarius, Turnebus, Muretus et al. et ſic cod. Cantabrig. diſerte. Quare *Daviſius* cuius et P. Manutii notas ad h. l. conferes, in ſua editione Cantabr. 1736. p. 227. atque *Erneſti* in rec. editione Opp. Cicer. *Hicetas* repoſuerunt. *Harl.*

Hierocles auctor commentarii in carmina aurea Pythagorae, de quo dixi capite ſuperiore. *Fabric.* De illius philoſophia eruditum fert iudicium *Baltus* libr. III. de ethnic. philoſ. moral. cap. 18. *Heum.*

Hipparchides Rheginenſis.

Hipparchus, ex cuius libro περὶ εὐθυμίας fragmentum occurrit apud *Stobaeum* ſerm. 106. Ad eum exſtat *Lyſidis* epiſtola [modo ſit genuina.], qua illi diſſuadet δημοσίᾳ φιλοσοφεῖν. Confer *Laert.* VIII. 42. et Syneſii epiſtolam ad Herculianum. Hic ipſe eſt Hipparchus, de quo *Clemens Alex.* V. Strom. p. 575. φασὶ γοῦν Ἵππαρχον τὸν Πυθαγόρειον αἰτίαν ἔχοντα γράψασθαι τὰ τοῦ Πυθαγόρου σαφῶς, ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι οἷα νεκρῷ. Confer *Theodor. Canterum* lib. I. cap. 12.

12. Var. Lect. et quae infra in *Perilao.* [*Ionſium* l. c. I. 6. 31. *Eſchenbach.* de poeſi Orphica, pag. 4.]

Hippaſus Metapontinus ſiue Crotoniata a *Iamblicho* cap. 23. relatus inter eos, qui iuuenes audiuere Pythagoram iam ſenem. De eo *Laertius* VIII. 84. qui, nihil eum ſcripſiſſe, ex Demetrii Homonymis notat. Idem tamen *Laertius* VIII. 7. ait, nonnullos tradere, quod *μυστικὸν λόγον* Hippaſus ſub Pythagorae nomine, in eius quidem ignominiam compoſuerit. Hoc ſcriptum *ἱερὸν λόγον* videtur vocare *Iamblichus* cap. XXXV. pag. 216. diuerſum ab altero λόγῳ ἱερῷ n), apud eumdem memorato cap. XXVIII. p. 135. et a λόγῳ ἱερῷ tertio, cuius initium habet *Laertius* VIII. 7. Plura de *Hippaſo* hoc Menagius in notis p. 367 ſq. et *Reineſius* epiſtolis ad Hofmannum p. 504. [ep. 55. *De la Nauze,* de Pythagorae aetate, ex verſ. Hiſſmanni in: Magazin etc. II. p. 99 ſq. *Brucker.* Hiſt. crit. philoſ. vol. I. p. 1135 ſqq.] Quemadmodum vero apud *Coelium Aurelianum* praef. ad libros de morbis acutis, Hippaſi nomen corruptum in *Ipaſſi*, ſic apud *Nemeſium* p. 55. in *Hipparchi.* Pythagorae quoque auus *Hippaſus* vocabatur. Praeterea inter Pythagoricos Iamblichus memorat *Hippaſum*, Sybaritam: [Hunc ab *Hippaſo* Metapontino perperam diſtingui a Fabricio, docet Brucker. l. c. p. 1135. not. o)] Omitto *Hippaſum* Laconem, qui de republica Lacedaemoniorum libros quinque compoſuit. Laert. VIII. 84. De *Hippaſo* Metapontino adſcribam adhuc locum Iamblichi e libro tertio de philoſophia Pythagorica, graece needum edito pag. 64. ex verſione Nic. Scutellii: o) *Hippaſus,* (videtur legendum Hipparchus) *excitur e Pythagorae ſchola eo, quod primus ſphaeram duodecim angulorum* (Dodecaedron) *edidiſſet,* (adeoque arcanum hoc euulgaſſet:) *Theodorus etiam Cyrenaeus et Hippocrates Chius Geometra eiiciuntur, qui ex Geometria quaeſtum factitabant.* Confer Vit. Pythag. cap. 34. et 35. Ἀκουσματικὸς dicitur *Syriano* in XII. Metaphyſ. p. 71. b. et eidem Iamblicho ad Nicomachum p. 11. Citatur p. 142. 159. 163. et apud *Theonem* Smyrnaeum p. 91. *Syrianum* in XII. Metaphyſ. p. 85. b. *Boeth.* II. 8. Muſic. et *Marcianum Capellam* IX. p. 317. vbi alii Codices *Laſus*, ſed prima Marciani editio Vicentina *Hippaſus.* Alterius *Hippaſi* mentio in veteri inſcriptione apud Sponium p. 138. Miſc. [?] [*Hippaſum* Thaſium *Villoiſon* in Anecd. gr. II. p. 130. excitat ex Ariſtotelis A. P. cap. 25. p. 674. edit. II. du Val. at legitur, (v. p. 202. editionis a me curatae) Ἱππίας.]

Hippocrates Chius, geometra. Meminit *Proclus* lib. II. in Euclidem p. 19. et *Iamblichus* in loco, quem paullo ante in Hippaſo adduxi. Idem eſt Hippocrates mathematicus apud *Plutarch.* in Solone p. 79. In reliquis omnibus, excepta geometria, ſtultum ac ridiculum fuiſſe teſtatur *Ariſtoteles* Ethic. ad Eudemum VIII. 14. Praeter alia ingenium exercuit in quadratura circuli demonſtranda, teſte eodem *Ariſtotele* 1. de Sophiſt. Elench. cap. 10. Themiſtio et Eutocio. Vide *Meurſium* ad Chalcid. p. 5 ſq. Olympiodorum in 1. Meteor. πράξει VI. p. 17. et Io. Grammaticum p. 17. edit. latinae. Ab hoc Hippocrate nomen accepit *lunula Hippocratis*, cuius quadraturam demonſtrant Franciſcus

Vieta

n) Vide, quae ſupra lib. I. cap. XIX. nr. 2. et lib. II. cap. XII. p. 454. ſq.

o) Graece, et plenius, vbi non ſolum Ἵππασος in textu legitur, ſed etiam plura de eo produntur, (e cod. Veneto a *Villoiſonio* in Anecdotis gr. vol. II. editus eſt liber,) pag. 216. Idem tamen doct. *Villoiſon.* in com m. de triplici theologia veterum p. 290 ſq. de *Hipparcho* idem narrat. *Harl.*

Vieta VIII. 9. Variorum: expeditiore etiam methodo Ferdinandus Erneſtus Comes ab Herberſtein, in Actis Erudit. Lipſ. 1710. p. 16. conf. Io. Poleni quadraturam circuli Archimedis et Hippocratis Chii, analytice expreſſam ad calcem dialogi de verticibus, Patau. 1712. 4.

Hippodamus Thurius, ex cuius libro περὶ εὐδαιμονίας fragmentum apud *Stobaeum* ſerm. 101. ex lib. de Rep. id. ſerm. 41. et 96. Mureto idem eſt Hippodamus Mileſius, qui ab Ariſtotele reprehenditur lib. II. Politicor. cap. 8. Vide *Mureti* Varias lect. lib. I. cap. 14. et lib. XV. cap. 18. *Fabric.* *Muretum* quidem *Victorius* Variar. lectionum lib. 38. cap. 2. reprehendit, quod duos Hippodamos is inter ſe confuderit, et aduerſus illum ſuſcepit defenſionem Ariſtotelis: ait enim, Hippodamum illum, qui ab Ariſtotele reprehenditur, diſtinguendum eſſe ab illo Hippodamo, cuius verba retulit Stobaeus, priorem fuiſſe Mileſium, poſteriorem vero, apud Stobaeum, Thurium. Victorio adſentitur *Mich. Piccartus* in Comment. ad Ariſtotel. Politic. p. 241 ſqq. qui praeter ea adnotat, Mureti ſententiam pluribus aliis argumentis eſſe falſi conuictam ab Antonio Riccobono. Victorii argumenta diſſoluere conatus eſt Muretus libr. XV. varr. lectt. cap. 18. cuius tamen reſponſio non ſatis firma viſa eſt *Henr. Valeſio*, qui in Emendation. lib. IV. p. 111. id, quod Mureto probandum fuiſſe ait, at non praeſtitum, teſtimoniis ſchol. ad Ariſtophanis Equites v. 327. Heſychii, Ἱπποδάμου νέμεσις, Harpocrationis in Ἱπποδάμεια, (ad quem locum ipſum conſules Valeſium p. 40. notar.) oſtendit, vnum eumdemque eſſe Hippodamum Mileſium ac Thurium, et Mileto migraſſe Thurium, nec Ariſtotelem confudiſſe duos Hippodamos. Fragmenta eius habet *Arſenius* in Ἰωνιᾷ, (vbi pariter duo Hippodami memorantur,) teſte Bandin. in Catal. MSS. gr. bibl. Laurent. vol. I. p. 549. Ad Hippodamum ſcripſit Theano περὶ ἀρετῆς. v. Suidam in Θεανώ. *Harl.*

Hippomedon Aegaeus idem vt ſuſpicor qui in Iamblichi codicibus cap. 18. p. 89. vocatur Ἱππομέδων ἄγριος Ἀσεύς Πυθαγόρειος τῶν [p]) ἀκουσματικῶν. Pro Ἄγριος Ἀσεὺς *Stanleius* p. 519. Hiſt. Philoſophicae legebat Ἀγριανεύς, [et ſic correxerat Heumannus in ſuo exemplo:] ſed lubens adſentior Küſtero, qui ex capite 36. Iamblichi, Ἀιγαῖος reponere iubet.

Hippon. Samius Ariſtoxeno, aliis Metapontinus, vel etiam Rheginus. Vide, quae de eo infra cap. XXIII. §. 20. [item *Fabric.* ad Sext. Empir. lib. III. Hyp. Pyrrhon. §. 30.]

Hippoſtratus Crotoniata.

Hippoſthenes Crotoniata.

Hippoſthenes Cyzicenus.

Iamblichus

p) Ἀκουσματικοὶ vocantur Iamblicho auditores et diſcipuli familiares Pythagorae, quibus opponit μαθηματικούς, quos pro veris Pythagoreis habitos a prioribus negat lib. III. de ſecta pythagorica p. 64. edit. Scutelli, [gr. in Villoiſonii Anecd. gr. II. p. 216. *Harl.*] Confer eumdem Vit. Pythag. cap. 18. et Gellium lib. I. cap. 9. Schefferum de natura et conſtitutione philoſ. italicae cap. 10. *Fabric.* Iamblichum vero et Schefferum refutat, et aliter conſtituit claſſes *Tiedemann.* V. Cl. in principibus Graeciae philoſ. p. 286 ſqq. adde eumdem p. 283 ſqq. 288 ſq. *Meiners.* in Hiſtoria doctrinarum apud Gr. et Rom. p. 461 ſq. et, quae ad initium huius capitis adnotaui. *Harl.*

Iamblichus Chalcidenſis Syrus, ſcripſit vitam Pythagorae aliaque ad philoſophiam pythagoricam ſpectantia, de quibus infra lib. IV. Diſcipuli eius Sopater, Aedeſius, Euſtathius. Plutarchus Athenienſis, Theodorus, Euphraſius etc. Vide, quae ad Eunapium: [quae vero lucem non adſpexerunt.]

Ibycus. *Fabric.* Vid. *Athenaeus* lib. II. p. 69. lib. IV. p. 175. lib. IX. p. 388. lib. XIII. p. 564. 601. 603. *Heumann.* In primo Athenaei loco *Valckenar.* iubet pro Ἴβυκος δ' ὁ Πυθαγόρειος ſcribere Ἄνυκος δ' ὁ π. idque comprobat *Ruhnken.* ad P. Rutilium Lupum pag. 100. *Harl.*

Iccus vel Icmus Tarentinus.

Ionem, hodiernum de Pythagora haereticum, memorat *Tertullian.* lib. de ieiuniis cap. 15. *Heumann.*

Ippallus. Vide ſupra, in Hippaſo.

Itanaeus Crotoniata, ſiue, vt Obrechtus et Küſterus e MSS. ediderunt, *Itmaeus.*

Laco Samius.

Lacritus ſiue Lacrates Metapontinus.

Lamiſcus. Laert. III. 22.

Laphaon ſiue Laphion Metapontinus.

Laxeutirius. vid. notam ad §. VI. ex Bandini Catal. vol. III. p. 338 ſq. et 340. *Harl.*

Leo Metapontinus. Vide ſupra in Alcmaeon. Idem forte Leo, Neoclidis diſcipulus, qui inter claros geometras celebratur a Proclo lib. II. [?] in Euclid. [p. 19. vid. infra lib. III. 14. §. 18. vol. II. p. 385. lib. V. cap. 5. vol. VI. p. 384. *Harl.*] et perinde, vt praeceptor, multa priorum adiecisse inuentis, elementa etiam huius ſcientiae accurate contignaſſe traditur p. 19. Alius Leo Phliaſiorum tyrannus, cui ſe *Philoſophum* profeſſus Pythagoras eſt apud *Laertium* Prooem. §. 12. et VIII. 8. Cicero V. Tuſc. [cap. 3. vbi vide Dauiſii notam.]

Leocritus Carthaginienſis.

Leocydes Metapontinus.

Leodamas Thaſius, cuius meminit Proclus lib. 2. in Euclidem p. 19. et lib. III. p. 58. Laertius III. 24.

Leonteus Tarentinus.

Leophron Crotoniata.

Leptines Syracuſius.

Leucippus a Iamblicho cap. 23. refertur inter eos, qui Pythagoram iam ſenem audierunt iuuenes. Laertio Leucippus ſexta demum a Pythagora γενεᾷ memoratur prooem. ſect. 15.

Sub *Lini* nomine carmen heroicum a Pythagoricis confictum memorat Iamblichus cap. 28. [conf. *Hauptmanni* progr. de Lino, p. 3. *Harl.*]

Lithagus. Iamblich. cap. 35.

Longinus

Longinus Pythagoricis accenſetur ab *Euſebio* VI. 19. Hiſt. *Fabric.* At enim Ἀλβῖνε legendum, et *Longinum* numero Pythagoricorum eximendum eſſe, ait *Ruhnken.* in Diſſ. de Longino, §. 7. p. 17. et 18. quia Origenes Longini, nondum nati, libros legere non potuerit. *Harl.*

Lucius Hetruſcus. Moderati Pythagorici diſcipulus. Plutarch. VIII. 7. quaeſt. conuiual.

Lycon Tarentinus. Iamblich. c. vlt. Alius Λύκων ὁ Ἰασεὺς, qui ἐν τῷ περὶ Πυθαγόρε laudatur ab Athenaeo, X. p. 418. F. II. p. 47. A. Lyconis Pythagorici, qui Ariſtotelis ſuppar fuit, et calumniatus, mentio exſtat apud Euſebium XV. 2. praeparat. Laertium V. 69. Theodoritum lib. VIII. et XII. Therapeut. *Fabric.* Conf. *Ruhnken.* ad P. Rutilium Lupum p. 100. *Harl.*

Lyramnus Ponticus.

Lyſiades Catanaeus.

Lyſibius Tarentinus.

Lyſis Tarentinus, cuius exſtat epiſtola ad Hipparchum, de qua ſupra cap. X. nr. 32. [vid. Lambecii Comm. de bibl. Caeſ. vol. VII. p. 26. Kollar. et indic. ibid. voc. Lyſis.] A *Iamblicho* cap. 23. refertur inter eos, qui iuuenes Pythagoram auſcultarunt iam ſenem. Epaminondam q) inſtituit teſte *Diodoro Sic.* p. 246. Excerpt. Peireſc. *Cornelio Nepote* in Epaminonda, cap. 2. [vbi vide Staueren in edit. min.] *Dione Chryſoſt.* XLIX. pag. 537. *Aeliano*, III. 17. Var. [vbi vid. Scheffer. et Perizon.] *Porphyrio* p. 38. et *Iamblicho* cap. 35. Commentarios de philoſophia pythagorica compoſuit, id. p. 40. Vide *Hieronymum* aduerſus Rufinum Apologia 2. p. 166. ac *Laertium* VIII. 7. r) qui Lyſidis quaedam ſub Pythagorae nomine aetate ſua lecta eſſe teſtatur. Aurea carmina illi a nonnullis tribui, notatum a me eſt capite ſuperiore §. 6. Vide et ſupra, in *Cylone.* Fidem ſingularem ſeruandi etiam in re leui promiſſi Euryphamo teſtatus eſt, vt narrat *Iamblich.* cap. 30. Citatur Lyſis ab Athenagora in Apologia. Scholam habuit Thebis, teſte Hieronymo, ſepultus [?] etiam Thebis, vnde reliquias eius a Pythagorico Theanore relatas in Italiam memorat Plutarchus de Deo Socratis p. 579. adde p. 583.

Ppppp 2 Malchus.

q) Ab eodem cum Thebis diem Lyſis obiiſſet conditus eſt. Vide Plutarchum de genio Socratis f. 585 ſq. [ſ. vol. VIII. edit. Reiskii, p. 312 ſqq.] *Fabric.* Adeo multa de hoc homine, eius aetate et quaeſtione, num iſte Epaminondae eſſe potuerit magiſter, docte, at impari fortuna, ſcripta ſunt et agitata inter Dodwellum praecipue atque Bentleium, vt tempus et chartam perderem, ſi, quae in vtramque partem ſunt diſputata, repeterem. *Dodwelius* in lib. de Cyclis vet. p. 148. vberius vero in Exercit. II. de vita Pythagorae p. 191 ſqq. 195 ſq. 207. 216 ſqq. et 222 ſqq. omnia collegit, quibus demonſtraret, Lyſidem illum, qui Epaminondam docuit, fuiſſe diſcipulum Pythagorae, at iunioris, cuius quidem proprium nomen fuiſſet *Mnemarchus*, Pythagorae autem nomen dumtaxat adſcititium. Quae Dodwell. ſcripſerat in libr. de Cyclis l. m. ea grauiter oppugnauit *Bentleius* in Reſp. ad Boyle p. 43 ſq. et erudite docuit, illam opinionem repugnare temporis rationi, atque hiſtoricos duo confudiſſe Lyſides. Atque *I. Iac. Syrbius* in Pythagora intra Sindonem noſcendo, in Corollario primo, calci adiecto, duo, putat, fuiſſe *Lyſides*, Pythagoreos. Bentleio adſentitur *Meinerſius* l. m. p. 215. 319. 343. item cenſor in biblioth. critica Amſtelod. vol. II. part. VIII. p. 111. not. *a) Harl.*

r) Vbi vid. Menagium et eumdem in Hiſtoria mulier. philoſopharum, §. 90. 91. *Harl.*

Malchus. Vide infra Porphyrius.

Malias Lucanus.

Mamercus ſiue Marcus cognomine Αἰμίλιος, Πυθαγόρε παῖς τῦ σοφῦ. *Plutarch.* in Pauli Aemilii vita p. 250. *Feſtus* in primis: „*Aemiliam gentem* appellatam dicunt a Mamerco, Pythagorae philoſophi filio, cui propter vnicam humanitatem cognomen fuerit *Aemilius.*"

Megillus ἐν τῷ περὶ ἀριθμῶν. Theologum. arithmeticae p. 28. Meminit huius Megilli *Plato*, de Legg. III. Alius *Megillus* apud *Lucian.* in Cataplo cap. 22. tom. I. pag. [illegible] [tom. I. p. 643. ibique ſchol. edit. Reitzii. it. dial. mort. I. cap. 3. tom. I. p. [illegible]]

Megiſteas Metapontinus.

Melanippus Cyrenaeus.

Meliſias Metapontinus.

Meliſſus Samius. *Plutarch.* Pericle. p. 166. Themiſtocle p. 112. Ariſtotelis librum περὶ τῦ Μελίσσε memorat *Laertius* V. 25.

Menaechmus Eudoxi diſcipulus, cuius meminit *Proclus* 2. in Euclid. p. 19. *Plutarchus* VIII. cap. 2. ſympoſ. et *Eutocius* in 2. Archimedis de ſphaera ac cylindro.

Meneſtius Sybarita.

Meno Crotoniata, Pythagorae gener, niſi legendum Milo. *Iamblich.* cap. 30.

Meno, cuius nomine dialogus exſtat in Platone.

Meto Parius. Vide ſupra in Alcimacho.

Metopus Metapontinus. Ex huius, an Sybaritae Metopi libro de virtute exſtat fragmentum, [cuius ſententiam vere pythagoricam eſſe, ait Tiedemann. l. m. p. [illegible]] apud *Stobaeum* ſerm. 1. p. 7. Emendat *Salmaſius* ad Simplicium p. 151. [vid. *Gale* Opuſc. mytholog. p. 684.]

Metrodorus Cous medicus, Pythagoricus, Epicharmi frater Thyrſi filius memoratur a *Iamblicho* cap. 34.

Milias Crotoniata, ſiue potius Myllias. *Iamblich.* cap. 31. et vlt. vbi et vxor eius, quemadmodum et Porphyrio, memoratur Timycha.

Milo Crotoniata, in cuius aedibus conuenire ſoliti et Cylonis ſcelere periere Pythagorei. [confer autem *Dodwell.* Exerc. II. de aetate Pythag. §. 26. p. [illegible] ſqq.] Vide *Iamblich.* cap. 35. apud quem p. 208. edit. Arcerii male [illegible] et in MS. [illegible] Μίλωνος, vt e Porphyrio reſtituit Neocorus, et e MS [illegible] [illegible] ad tom. II. theſauri Antiqu. graecar. tab. 5. [illegible] vbi Milonis [illegible] bis. Idem robuſtus athleta fuit, vt docet *Diodorus Siculus* XII. 9. [illegible] Chil. II. hiſt. 39. et ſcholiaſten Luciani tom. I. pag. 14 ſq. [p. 500. edit. Reitz. vbi [illegible] Hemſterhuſ.] Porro plures fuiſſe *Milones*, recte obſeruatum *Caſaubono* cap. VI. [illegible] num Theocriticarum. Milonis vxor *Myia*, de qua infra. E Milonis phyſici fragmentum apud *Stobaeum* Eclog. pag. 67. Alius *Milo*, qui Tarentum [?] [illegible] Roma-

nis,

niſ, teſte *Syncello* pag. 271. Fuit et *Milo* Aetolus, Landamiae percuſſor. *Iuſtin.* XXVIII. 3. 8.

Miltiades Carthaginenſis fidem ſuam probans Poſſidi Argiuo itidem Pythagorico. *Iamblich.* cap. 27. Sed legendum Μυτγιάδης ex emendatione *Iac. Gronouii* tom. II. Antiqu. graecar. ad tab. 23.

Mimas. Huius eſſe quinque διαλέξεις de bono et malo, honeſto et malo, honeſto et turpi, iuſto et iniuſto, mendacio et veritate, ſapientiaque ac virtute, num doceri poſſit: quas cum fragmentis Pythagoreorum ad Laertii calcem edidit H. Stephanus, veriſimile viſum *Iohanni North*, qui illas latine vertit et notis illuſtrauit. Exſtant inter opuſcula mythica, phyſica et ethica Tho. Galei. edit. Amſtelod. p. 704. et Mimantis nomen occurrit p. 722. Sed in cod. MSto, qui adſeruatur Cizae, Miſniae oppido, fuitque olim Reineſii, et in quo hae diſſertationes Sexto Empirico ſubiiciuntur, non legitur Μίμας, ſed μύστας ſiue *initiatus*. *Fabric.* qui de hoc loco copioſius diſſerit infra lib. VI. cap. 7. vol. XII. pag. 617. *Harl.*

Mimnomachus Leontinus.

Mnemachus ſiue Mneſarchus Theanus et Pythagorae F. Suidas in Θεανώ. Ariſtaei in ſchola pythagorica ſucceſſor, ſi credimus Iamblicho cap. 36. At iuuenem deceſſiſſe tradit anonymus apud Photium cod. CCLIX. Pater quoque Pythagorae Mneſarchus adpellabatur, et ſollemne Graecis, nomina auorum infantibus imponere, vt Empedoclis philoſophi auus vocabatur itidem Empedocles. Sic Nicomachus Ariſtotelis pater. Cimonis nepos Cimon apud Plutarchum. *Ouid.* IX. Metamorph. fab. 12. *Vota pater ſoluit, nomenque imponit auitum, Iphis auus erat.* [compara *Dodwell.* in Exerc. de Pythag. vita §. 29. p. 222 ſqq.]

Mneſilaus Rheginenſis.

Moderatus Gaditanus ſub Nerone clarus Pythagoricus: diuerſus, vt videtur, a L. Iunio Moderato Columella, licet itidem Gaditano et eiusdem aetatis ſcriptore; ſed latino. vid. bibliothecam latinam [tom. II. edit. Erneſti. cap. VII. pag. 71.] De placitis ſectae ſuae ſcripſit libros XI. teſte Porphyr. p. 32. ſiue libros V. Πυθαγορικῶν σχολῶν, vt Stephanus ac Suidas in Γάδειρα, idem enim opus eſſe puto. [vid. Porphyr. in vita Plotini cap. 20. *Heumann.*] Hunc Moderatum virum eloquentiſſimum ex parte imitatus Iamblichus, teſte *Hieronymo* 2. aduerſus Rufin. De Moderato vide Tennulium ad *Iamblichi* Arithmetic. p. 60. *Ionſium* lib. III. cap. 5. p. 229. infra in Oderatus, et paullo ante, in Lucius. Fragmentum eius apud *Stobaeum* Eclog. pag. 3. *Fabric.* vid. Valeſ. hiſt. eccl. lib. VI. cap. 29. pag. 129. *Heumann.* conf. Aldrobandin. ad Diogen. Laert. VIII. 25. *Meiners.* l. c. I. pag. 248 ſqq. 536 ſqq. at collato cenſore in biblioth. crit. Amſtel. II. part. 8. pag. 122.

Moerus, Hygino fab. 257. idem, qui aliis Phintias, ſponſorem mortis habens Selinuntium, qui aliis vocatur Damon. Apud Laertium VIII. 7. laudatur quidam *Moeris*, geometricorum principiorum ante Pythagoram repertor.

Molon a Iamblicho cap. 23. adnumeratur iis, qui iuuenes Pythagoram iam ſenem auſcultarunt.

Mummius, apud Godfridum Viterbienſem, lege *Numenius.*

Myies Poſidonius.

Myllias Crotoniata, Timychae maritus. *Porphyr.* pag. 42. ex Hippoboto et [?] Neanthe. *Iamblich.* cap. 31. Hunc Midam olim fuiſſe monuit Pythagoras apud *Iamblich.* cap. 28.

Myonides. Infra in Temnonide.

Mytgiades. Supra in Miltiade.

Naſtas Cauloniensis.

Nauſitheus Athenienſis.

Nauſithus Tyrrhenus. Vide ſupra in Eubulus.

Nearchus, cuius hoſpitio vſus eſt Cato maior, et ab eo philoſophiae meditationibus imbutus. Vide [*Ciceron.* de Senectute cap. 12.] *Plutarchum* Catone maiore p. 337.

Neoclides. Supra in Leo.

Neocritus Athenienſis.

Nias Tarentinus. Lege Clinias.

Nicetas Syracuſius. Supra in Hicetas.

Nicomachus Geraſenus, de quo dixi infra lib. IV. [conf. Meinerſ. l. m. p. 250 ſqq. 537 ſqq.]

Nigidius Figulus, de quo in bibliotheca latina, [lib. III. cap. 8. vol. II. p. 119. edit. Fr[illegible].] Pythagoricus et magus vocatur ab *Euſebio* in Chron. ad Olymp. CLXXXIII. [illegible] vid. ſupra in *Figulus.*

Ninon Rhetor, Pythagoreorum, Crotone, accuſator et hoſtis. Iamblich. cap. 35.

Numa Pompilius rex romanus, Pythagora antiquior fuit, licet a nonnullis veteribus quoque, vt *Clemente Alexandr.* XI. Strom. p. 248. propter nonnullam dogmatum conuenientiam Pythagoreus et a Pythagora edoctus, (Plutarch. p. 256. in vita Pauli Aemilii.) adpellatur. Confer *Dionem Chryſoſt.* XLIX. p. 538. et *Nicephorum Gregoram* XXIII. p. 695. editionis praeclarae Boivinianae, vbi vitam Numae a Plutarcho ſcriptam laudat; *Diodor. Siculum* in Excerptis Peireſc. p. 246. *Cyrill.* VI. in Iulian. p. 193. De hoc dixi infra in legumlatoribus. Vide etiam Stillingfleetum in Originibus ſacris poſthumis L. I. cap. 1. p. 50 ſq. Floridum Sabinum lect. ſubſiciu. cap. 13. Rualdum ad Plutarch. p. 74. Commentariorum Numae mentio apud *Liuium* lib. I. cap. 31 *). De libris pythagoricis in Numae ſepulchro repertis *Liuius* XL. 29. (vbi vid. not. in edit. Drakenborch. tom. V. pag. 488.) *Plin.* XIII. 13. *Lactant.* I. 22. *Auguſtin.* VIII 5. de ciu. Dei. *Aurelius Victor.* cap. 3. de viris illuſtr. Plutarchus etc.

Numenius Apamienſis, inter Pythagoricos et Platonicos numeratur a Porphyrio in vita Plotini. et Euſeb. H. E. VI. 19. ſed fuit potius Platonicus. conf. infra lib. III. cap. 3. vol. II. p. 63.

*) Vid. [illegible] cap. 2. [illegible] *Heumann.* [illegible] apud Gronou. tom. III. Antiquit. gr. theſauri [illegible].

II. p. 6 *Meinerſ.* l. c. I. p. 255. coll. cenſore in biblioth. crit. Amſtel. II. part. 8. pag. 125 no x. *Roſſius* in Commentatt. Laertian. §. 75. vbi diſcernitur a *Numenio Purrhonaeo*, ap. d *Diog. Laert.* IX. ſect. 68. *Harl.*] De eo *Murſius* ad Heſych. et *Ionſius* III. 10. Fragmenta eius ἐκ τοῦ πρώτου περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως apud *Euſebium* XIV. 5 ſq. e libro περὶ τἀγαθοῦ. XV. 17. [in cod. Vindobon. teſte *Lambec*io in Comment. de biblioth. Caeſar. p. 73 ſq. et p. 81. vol. VII. *Harl.*] περὶ ἀριθμῶν, περὶ τόπου et τρίτον περὶ τἀγαθοῦ laudat Origenes IV. in Celſum pag. 198. Alius *Numenius* Heracleota ſcriptor ἁλιευτικῶν. Suid. in κικίλιος. *Fabric.* De Nigidio vid. *Hornius* in hiſtoria philoſ. lib. IV. cap. 4. p. 243. *Auguſtin.* lib. V. de C. D. cap. 3. *Pag. Gaudentius* de philoſ. Rom. cap. 31. *Heumann.*

Obſis. Vide Opſis.

OCELLVS †) (Ὤκελλος ſiue, [quod malit M. du Soul. ad Lucian. I. pag. 729.] Ὄκελος, ſiue Ὄκκελλος denique,) Lucanus, cuius nepotes conueniſſe ſe ſcribit Archytas epiſt. ad Platonem, et ab eius nepotibus ſcripta Ocelli περὶ νόμου, περὶ βασιλείας καὶ ὁσιότητος et τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως accepiſſe: apud *Laert.* VIII. 80. Ex eius libro de lege fragmentum apud *Stobaeum* Eclog. p 32. Libellus περὶ τοῦ παντὸς φύσεως etiamnum exſtat integer: quamquam non dorica dialecto, qualis [?] primum ſcriptus ab Ocello fuerat, vt ex fragmentis, a *Stobaeo* [Eclog. phyſ. I. c. 24.] ſeruatis, perſpicue adparet: ſed a grammatico aliquo, vt faciiius a lectoribus intelligeretur, in κοινὴν dialectum transfuſus. [*Sevin* in Hiſtor. ſociet. reg. Pariſ. vol. III. pag. 142. (ſ. ſecundum verſionem Gottſchediae germanicam, Lipſiae, 1750. tom. II. p. 180.) putat quoque, dorice ſcriptum eſſe Ocelli librum, et mutationem in linguam κοινὴν factam eſſe ſerius. Quod vero liber citatur a Philone, Stobaeo, Proclo et Simplicio περὶ τοῦ παντὸς φύσεως, exiſtimat idem ille, inſcriptum fuiſſe primum περὶ τᾶς τοῦ παντὸς γενέσιος. Enimuero haec emendatio haud neceſſaria eſt, et vero poſteriorem proderet aetatem. Nam Ocellus vſurpat id vocabulum in prima illius ſignificatione, qua denotat *ortum*, cauſſam, qua aliquid fit, efficitur. Atque ipſe Ocellus in fragmento apud Stobaeum, τίς ἦν, ait, αἰτία καὶ ΦΥΣΙΣ, τὸν μὲν κόσμον ἁρμόσθαι διαπαντός; Poſteriore aetate illa ſignificatio abiit in deſuetudinem, et loco illius vocabuli in illo ſenſu philoſophi adhibuerunt γένεσιν. Hinc φύσις ab auctore epiſtolae, quae apud Diogenem Laertium tribuitur Archytae, per γένεσιν explicatur. vid. *Bardili* loco mox memorando p. 182. Libellus autem, qui adhuc exſtat, num ab Ocello ipſo ſit exaratus, an ſaeculo demum primo poſt Chriſtum natum foetus fuerit ingenii cuiusdam philoſophi peripatetici, neſcio cuius? haec quaeſtio viros eruditos in duas traxit partes, et pro vtraque ſententia pugnant homines ingenii laude et litterarum copia florentes. Abnegant igitur Ocello iſtum libellum *Thomas Burnetius*, Archaeol. philoſ. lib. I. cap. 11. pag. 425. et *Sam. Parkerus* de deo diſput. IV. ſect. 3. pag. 367 ſqq. cuius poſterioris cum ſententiam, librum ex Ariſtotelis ſcriptis eſſe compilatum et politiorem Atticorum ſermonem prodere iuniorem aetatem, atque

† De hoc *Ocello* iudicia variorum adfert *Blountius* in Cenſura Author. p. 6. conf. *Morhof* Polyhiſt. tom. II. lib. 2. part. 2. cap. XI. §. 7. p. 345. *Menagius* hiſtor. mulier. philoſ. §. 100 — 102. *Heumann.*

atque peripateticae phyſiologiae videri epitomen, tum argumenta repetiit atque ſub examen vocauit *Bruckerus* in Hiſtor. crit. philoſ. vol. I. p. 1123 ſqq. idemque ſummam exhibuit philoſophiae Ocelli. Idem tulerunt iudicium *Stillingfleetus*, (vid. Acta erudit. Lipſ. 1712. p. 10. *van Dalen* in libro de Ariſtea pag. 53. *Boeclerus* in bibliogr. critica pag. 644. *Conringius* in Propolit. cap. XV. pag. 104. arbitratus, opuſcula, quae tribuuntur Ocello Lucano ac Timaeo, eſſe ſuppoſititia; cui adſentitur *Thomaſius* tom. IX. Obſervatt. Halenſ. VI. §. 7. Noſtra aetate vt ingenioſe, ita ſcite docteque oppugnauit antiquitatem libelli Ocelliani cl. *Meinerſius* in Cenſura editionis Battaeſianae, in bibliotheca philologica vol. I. part. III. Gottingae, 1771. p. 100 ſqq. et p. 204 ſqq. Timaeo libellum falſo ſuppoſitum contendit. In hiſtoria doctrinae de vero deo p. 312 ſqq. acrius et vberius propugnat ſuam ſententiam, iudicans, eum, qui credere, Archytae epiſtolam eſſe genuinam, Ocellum ipſum ita antiquum fuiſſe, vt Archytas ipſius nepotes videret, ſimulque Ocellum Lucanum pro auctore libri, ipſi adſcripti, habere velit, ſummam certe vniuerſae antiquae hiſtoriae ignorantiam prodere. In Hiſtoria denique doctrinarum apud Gr. et Rom. pag. 584 ſq. non ſolum permanet in ſua ſententia, (quam refutari non poſſe, ait,) illum libellum non conſcriptum fuiſſe ab antiquo quodam Pythagoreo, multo minus ab Ocello Lucano, ſed etiam addit indicem vocabulorum artis, e quibus adpareat, libellum poſt Platonis atque Ariſtotelis tempora fuiſſe concinnatum. Eius iudicio ſubſcribit *Platner* V. Cl. in Aphoriſmis philoſophicis, §. 1070. p. 424. Neque tamen defuerunt contrariae ſententiae patroni aeque docti atque ſagaces. *Caſpari Barthii* iudicium Aduerſar. lib. 42. cap. 1. p. 1857. iam adtulit *Blount* loco ſupra memorato. „Dubitant, ait, nonnulli de libelli eius, (de Vniuerſi natura,) ingenuitate, non conſiderate ſatis, vt ego perſuaſus ſum. Nam et breuitas et grauitas illi ſaeculo reſpondet, vt de rebus et ſermone nunc nihil dicam." *Fabricius* noſter, et h. l. et clarius infra ſect. III. vti antea *Iuſt. Lipſius* in manuductione ad Stoicam philoſ. lib. I. diſſ. 6. etiam non videtur dubitaſſe. *Morhof* in Polyhiſt. tom. II. lib. II. part. II. cap. 11. §. 7. p. m. 322. non ſatis aperte declarat mentem ſuam, in illorum tamen ſententiam, qui libellum eſſe germanum credant, tranſire videtur; at ibid. lib. I. cap. 2. §. 3. pag. m. 13. clare adfirmat, Timaei Locrenſis fragmentum non vſque adeo plenam mereri fidem; *Ocelli* autem *Lucani ſcriptum eſſe genuinum*, hoc totum paene Ariſtotelem exſcripſiſſe, vt vel ex vno loco pateret, non adeo falſos eſſe, qui Ariſtoteli plagia, in veteres philoſophos commiſſa, imputent. *Hornius* in Hiſtoria philoſoph. lib. III. cap. 11. pag. 179. *Bruckerus* l. mem. *Stolle* in Hiſtoria litteraria cap. IV. §. 12. pag. 555 ſq. *Adelung* in Geſchichte der Philoſophie für Liebhaber, aliique pro genuino Ocelli foetu habent libellum, et ab aliorum vindicant criminibus. Vberius doctiusque, partim e teſtimoniis veterum, *Philonis* περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. p. 942. *Sexti Empirici* aduerſ. Math. X. 316. *Stobaei* I. cap. 14. *Archytae* epiſtolae apud *Diogen. Laert.* VIII. 80. (at minus ſincerae fidei,) ad Platonem, *Cenſorini* de die natali cap. 1. *Iamblichi* aliorumque, (vid. teſtimonia veterum a Galeo collecta pag. 501. mythologicorum opuſculorum etc.) partim ex indole orationis conciſae acutaeque, vltimam ſimplicitatem et Pythagoreis conſuetam ſcribendi rationem redolentis, et doctrinis opinionibusque pythagoricis [illegible] fidem et integritatem auctoris atque [illegible] libelli *Battaeus* ad [illegible] ſuum, in primis contra Meinerſium *Tiedemann.* in Primis Graeciae philoſ. p. [illegible] ſqq. [illegible]

494 ſqq.

494 ſqq. (comprobante cenſore in biblioth. crit. Amſtel. II. part. 8. p. 119.) et *Chriſtoph. Gottfr. Bardili* in: Epochen der vorzüglichſten philoſophiſchen Begriffe, nebſt den nöthigſten Beylagen, part. I. Halae Saxon. 1788. Hic enim p. 131 ſqq. ſyſtema Ocelli in compendium et ordinem redegit, tum p. 165. vsque ad finem, omnes, quas mouerat Meinerſius dubitationes, omni cura et diligentia tollere, ſingula Meinerſii argumenta dextre examinare, atque auctoritatem non minus quam veritatem ſcriptorum, quae et Ocello et Timaeo adtribui ſolent, euincere atque firmare ſtuduit. Non quidem contendit, (quod Gale in praefatione ad Opuſcula gr. mythologica ſenſerat,) Ocellum et Timaeum ex ſanctiſſima Pythagorae diſciplina profectos, aut ſocios fuiſſe foederis pythagorici, aut germanos Pythagorae adſeclas: ſed in eo vnice verſatur, vt oſtendat, neutrius ſcripta eſſe ſeriore tempeſtate ex aliis compilata; e contrario orationis ſimplicitatem ac breuitatem, nec non rationem atque collocationem argumentorum et veritatem libellorum teſtari et vltimam antiquitatem. Equidem in diſcidio tam egregiorum et doctorum hominum malim ἐπέχειν: neque tamen nego, mihi quidem Tiedemanni atque Bardilii eorumque antiquiorum, quibus illi ſuffragati ſunt, iudicia haud omnino diſplicere. Neque omnino ſpernendum videtur mihi *Bruckeri* effatum: „non eiiciendum nobile antiquitatis philoſophicae monumentum ex Pythagoreorum circulo, ſed ſcholae ſectaeque ſuae relinquendus Ocellus, quem tamen ſubtilius magisque luculenter de rebus phyſicis diſputaſſe, quam veteres primosque Pythagoreos, et propria atque domeſtica habere principia non negamus." Si integrum opuſculum dicere nolimus genuinum, forſan interpolatum eſt, et antiquiora tamen Ocelli fragmenta continere videtur. Sed videant acutiores! Idem *Bruckerus* in Adpendice ſiue vol. VI. p. 313. inſtar ſupplementi quaedam collegit. Aetas igitur Ocelli certis ſignis definiri non poteſt. *Saxius* V. C. in Onomaſtico literar. tom. I. pag. 30. aetatem eius confert in a. m. 3508. Olymp. LXX. 4. ante C. N. 495. V. C. 257. — MSS. extant in biblioth. regia Pariſ. (teſte Catalog. tom. II.) nr. 1928. 2018. et 2518. aut teſte Labbeo cod. DXLVII. MXVIII. MMCCXL. — In biblioth. Veneta D. Marci, teſte Catalogo p. 130. et 277. — In biblioth. Laurent. teſte Bandiniano Catalog. vol. III. Plut. 86. cod. XXXII. pag. 377. vbi Bandini de editionibus quoque differit, e Fabricio noſtro. — In *Montfaucon* Bibliotheca biblioth. MSS. *quater* occurrit. — In *Montfaucon* biblioth. Coisliniana, cod. CLXXIII. pag. 229. — ***Editiones*** hae ſunt:

Ocelli Lucani de Vniuerſa natura, breuis et abſoluta qualitatum elementarium enarratio: graece. per Conrad. Neobarium, regium typographum. Pariſ. 1539. 4.

Vid. Maittaire A. T. tom. III. part. I. pag. 300.

Iterum, ibid. apud Guil. Morellum, 1555. 8. teſte Fabricio. — Poſt latine vertit *Guilelmus Chriſtianus*, Franciſci I. medicus, et Q. Florentis Septimii Chriſtiani pater, Lugd. 1541.

Ocellus cum verſione et commentariis *Io. Boſcii Lonaei*, (male *Zonaeus* in Labbei biblioth. nou. MSS. p. 114.) Louan. 1554. 8. apud Petrum Colonaeum, bibliopolam.

Apud Fabricium, et in Maittaire A. T. Indic. pag. 100.

Ocelli Lucani libellus de natura vniuerſi gr. et cum interpretatione lat. notisque *Ludouici Nogarolae*, Comitis Veronenſis; addita epiſtola ad Adamum Fumanum, Cano-

nicum Veronenſem, de viris illuſtribus, genere Italis, qui graece ſcripſerunt, Venetiis, 1559. 4.

In biblioth. Lugdunenſi Bat. p. 259. Catalogi. Fallitur Nogarola, qui ſe primum latine Ocellum dare credidit: ſed non minus fallitur Gaddius, qui tom. II. p. 128. adfirmat, Nogarolam non ſuae ipſius, ſed Guil. Chriſtiani verſioni notas ſuas adiunxiſſe. Notae vero Nogarol. et ad criticam et ad interpretationem ſenſumque philoſophicum ſpectant. Adde Giornale d' Italia tom. IX. pag. 123.

Ocellus Lucanus, de Vniuerſi natura, interprete Ludou. Nogarola; Eiusdem Annotationes in Ocellum, et Epiſtola de viris illuſtribus, Italis, qui graece ſcripſerunt. Editio tertia, collatione exemplarium melior facta. Heidelbergae. Ex bibl. [illegible] Hieron. Commelini. 1596. 8.

In calce additae ſunt variae quaedam lectiones ex Louanienſi codice depromtae, aliisque, (Veneto) quorum nomina non recenſita ſunt.

Ocellus Lucanus philoſophus de Vniuerſi natura. Textum e graeco in Latinum tranſtulit, collatisque multis exemplaribus, etiam MS. emendauit, paraphraſi et commentario illuſtrauit Carolus Emmanuel Vizanius Bononienſis. Pars phyſica. Ad Eminentiſſimum et Reuerend. Principem Franciſcum Barberinum, S. R. E. Cardina. Vicecancellarium. Bononiae, ex typographia Ferroniana, 1646. 4.

— — *Pars politica, cui acceſſerunt V. C. Ludouici Nogarolae in eamdem notae. Eiusdem Ocelli de legibus fragmentum, vnaque locupletiſſimus index.* Bononiae etc.

Nomine Vizanii typographus in praef. poſtquam de ſuperioribus editionibus quaedam memorauerat a), ita pergit: „Nogarolae et Comelini codicem vidit auctor, ac praeter ea M. S. codices Vaticanae bibliothecae duos, alterum antiquiorem, alterum V. C. Aloyſio Lollino Epiſcopo, ſanctiſſ. Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. teſtamento legatum, ſingularique tanti Principis munificentia eidem bibliothecae donatum: et praeter ea M. S. alterum e muſaeo V. Cl. Thomae Bartholini, Dani, quem doctiſſimus ille Vir cum auctore benigniſſime communicauit. etc." conf. Addizioni copioſe di *Lionardo Nicodemo* alla Biblioteca Napoletana del Dottor Niccolo Toppi. Neapoli, 1683. fol. p. 187. Editio haec fuit olim optima et variae lectiones margine adſcriptae. adde *Bentleium* in Reſponſ. ad C. Boyl. p. 215 ſqq. verſ. lat. Lennep. vbi ſe a crimine plagii liberat. — Recuſa eſt haec editio:

Ωκελλος etc. Ocellus Lucanus philoſophus de vniuerſi natura. Textum e Graeco in latinum tranſtulit, collatisque multis exemplaribus etiam MSS. — — — *illuſtrauit Carl. Emman. Vizanius.* — — *Pars phyſica. Amſtel. Io. Blaeu.* 1661. — *Pars politica.* — — *ibid. eod.* 4.

Ocellus

a) Quando in eadem praef. editor aut typographus [illegible] pariter expreſſum fuit anno [illegible] in bibliotheca [illegible] Paulus [illegible], an Commelini [illegible] expreſſurus," vel error eſſe videtur typographicus, vel annus, quo praefatio ſcripta fuerit, cum anno, quo publicata eſt editio, confuſus. Vizanius autem fuit Profeſſor Patauinus, qui a. C. 1661. aet. 4[illegible] [illegible] Nic. Comnenus in Gymnaſio Patauino, p. [illegible]. Elogia academiae incognitorum, pag. 89.

Ocellus — graece, cum verſione latina et notis Ludou. Nogarolae, in *Thom. Gale* Opuſculis mythologicis, praemiſſis de Ocello veterum teſtimoniis a Io. Pearſonio collectis, Cantabrig. 1671. 8. in qua editione exſtat etiam eiusdem Nogarolae epiſtola ad Fumanum paullo ante memorata, et Amſtel. 1688. 8. pagg. 499 ſqq. vbi haec epiſtola deſideratur.

Ocellus Lucanus en grec et en François, avec des Diſſertations ſur les principales Queſtions de la metaphiſique, de la phiſique, et de la Morale des anciens, qui peuvent ſervir de ſuite à la philoſophie du bon ſens, par M. le Marquis d' Argens, à Berlin, 1762. 8.

Multa docte acuteque diſputat *d' Argens* in commentario copioſo; multa tamen habet more ſuo captioſa atque ſingularia, multa lepida. conf. etiam *Brucker.* in Adpendice ſ. vol. VI. Hiſt. crit. philoſ. p. 313. et Noua Act. Erudit. 1763. Mai. p. 211 ſqq. Auguſt. p. 373. *Klotzii* Acta literaria vol. II. part. I. p. 39 ſq. 57 ſq. Verſio illius et commentarius in linguam theotiſcam translati cum contextu gr. lucem viderunt:

Betrachtungen des Ocellus von Lukanien über die Welt, aus dem Griechiſchen in das Franzöſiſche überſetzt und mit verſchiedenen Abhandlungen — — begleitet von dem Herrn Marquis d' Argens. — aus dem Franzöſiſchen des H. Marquis in das Deutſche überſetzt. Breslau, 1763. 8.

Ocellum vero e MSS. optime reſtituit *Battaeſius*, et non ſolum ſingula verba, ſed integros quoque verſus auctori antea valde corrupto reddidit, ac ſenſum philoſophi vt plurimum acute explicuit: reliquos itidem, quos adiecit, libellos emendauit in Comment. acad. reg. Inſcript. tom. XXIX. p. 240 — 294. tum ſigillatim in editione ita inſcripta:

Ocellus Lucanus, de la Nature de l' Vnivers; Timée de Locres, de l' ame du monde; lettre d' Ariſtote à Alexandre ſur le ſyſtéme du monde. Avec la Traduction françoiſe, et des Remarques, par Mr. l' Abbé Batteux. à Paris. 1768. III. tom. 8. Tria ſcripta eſſe genuina, demonſtratum fuit Battaeſius: at cel. *Meinerſ.* in bibliotheca philologica, vol. I. part. IV. p. 93 ſq. et part. V. p. 204 ſqq. Gottingae, 1771. 8. laudat quidem diligentiam et acumen atque dexteritatem Batt. in emendandis vertendisque illis ſcriptis; at tres illos libros habet ſuppoſititios, multis in medium adlatis argumentis.

Ocellus Lucan. et Timaeus Locrus. gr. et lat. Paris. 1778. 8. (in Com. Reviczky Catal. pag. 81.) *Harl.*]

Loca ex hoc *Ocelli* libro apud *Stobaeum* Eclog. phyſ. p. 44. 45. Vide et p. 59. ac quae ſupra in Eccello. Et *Ioh. Pearſonium* ad ſymbolum Apoſtol. p. 90 ſq. edit. latinae, *Theodorumque Canterum* lib. I. var. lect. cap. 17. Argute de eo *Iacobus Duportus* pag. 384. poem.

Dum mundum aeternum v) *putat, haud bene cernit Ocellus:*
Vera Lucanus denique luce caret.

v) Ex *Bardili* mente l. m. p. 192. Ocello mundus fuit aeternum numen diuinum, quod ab aeternitate omnia ex ſemet ipſo produxiſſet, omnia per ſemet ipſum efficiat et perpetuo ſit effecturum: Ariſtoteles autem mundum a deo diſcretum et ſeparatum cogitans, vtrumque finxit aeternum. Quare, ſententiis

Ocylus Ocelli Lucani frater. *Michaeli Murgues* ſect. I. male Ocellus dicitur *Lucquois*, ac ſi fuiſſet Lucenſis: quem corrigit Clericus biblioth. ſel. tom. XXVII. p. 446.

Pro Oderato apud *Syrianum* in XII. Metaphyſ. p. 91. b. legendum Moderatus, de quo ſupra.

Odias Carthaginienſis.

Occetes. *Plutarch.* III. 9. de placitis Philoſ. [vitioſe. vid. ſupra in *Hicetas.*]

Oenopides Chius, aſtronomiae peritus, auctor periodi LIX. annorum. De quo *H. Dodwellus* in opere de Cyclis p. 262. *Menagius* ad Laertium IX. 37. [?] et *Perizonius* ad *Aeliani* Var. lib. 10. cap. 7. Fabulatus eſt, ſolem antea iter illuc feciſſe, ubi nunc eſt lacteus circulus, donec Thyeſtearum epularum ſcelere auerſus Zodiacum ingrederetur. Vide Achillem Tatium, Iſagoge in Aratum cap. 24. Meminit huius *Oenopidis Plato* in ἐρασταῖς, *Seneca* Nat. quaeſt. IV. 2. Cenſorinus etc.

Onatus Crotoniata. Ex eius libro περὶ θεοῦ καὶ θείου adfert quaedam Stobaeus Eclog. phyſ. pag. 1. et 4. *Fabric.* Alius forſan *Onatus* eſt, cuius Ἀμαζονικὰ laudat *ſcholiaſtes* ad *Theocrit.* XIII. 46. niſi ibi Μένατος cum Fabricio infra in vol. II. p. 441. potius legendum ſit. *Harl.*

Opſis Pythagoricus citatur ab Athenagora in Apologia, [p. 25. edit. Dech.] vna cum Lyſide et Philolao. Meurſius autem in Denario putat corruptum.

Opſimus Rheginenſis: [cuius *Iamblich.* meminit lib. I. cap. 36.]

Oreſae fragmentum apud Stob. Eclog. pag. 105.

Oreſander Lucanus.

Oreſtades Metapontinus Laertio IX. 20. memoratus; male *Areſtades* in Iamblicho Areterii.

Sub Orphei nomine ſcripta quaedam iactabant Pythagorei, quorum ipſi videntur fuiſſe auctores. Vide, quae ſupra lib. I. cap. XIX. §. 1.

Paction Tarentinus.

Panacmeus laudatur ab Ariſtide Quintiliano praef. muſicae. μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ θεῖος λόγος ἀνδρὸς σοφοῦ Πανάκμεω τοῦ Πυθαγορείου.

Parmenides Eleates audiuit Diochaetem Pythagoricum, teſte *Laertio* IX. 21. et ipſe Pythagoricus dicitur a *Syriano* in II. Metaphyſ. p. 20. Heſperum et Luciferum primus obſeruauit, quod alii tribuunt ipſi Pythagorae. Vide [*Diog. Laert.* IX. 23. ibique interpretes.] *If. Caſaubonum* ad Laertii VIII. 14. Inter praecipuos phyſicos citari ſolere, notat *Iamblichus* cap. 29. *Fabric.* *Strabo* lib. VI. init. p. 387. edit. Almelou. laudat Parmenidem et

[illegible] adeo [illegible], Ariſtotelem eſſe, [illegible] [illegible] ſyſtematis, et tamen Ocellum illo antiquiorem. Num vero haec ſufficiant et aliorum [illegible], et [illegible], quae *Fabricius* [illegible] exempli adſcripſerat, „Ocelli tamen argumentis [illegible] Ocello [illegible] nominato, pugnat philoſophus Stagirites: illa oppugnat Alphonſus Pandolphus, Epiſcopus Cornetanus, libr. de fine mundi, [illegible] 1558 [illegible] videant philoſophi. Conferes tamen, quae docte [illegible] *Feuerlin* [illegible] philoſophicis §. 1079. p. 423 ſqq. et *Feuerlin.* in diſſ. de [illegible], ex [illegible] p. 9 ſq. *Harl.*

et Zenonem, Pythagoreos, per quos patria illorum, Elea, bonis legibus floruiſſet. adde *de la Nauze* p. 103. et *Freret* p. 139. in Hiſſmanni Magazin etc. tom. II. *Dodwell.* Exercit. II. de aet. Pythag. §. 28. p. 220. *Harl.* Acutiſſimus pythagoricorum dogmatum patronus vocatur ab *Huetio*, Quaeſt. Alnet. lib. II. cap. 3. p. 120. *Heumann.*

Parmeniſcus Metapontinus. Laert. IX. 20. et Athen. lib. XIV. p. 614. Iamblichi codd. Parmiſcus.

Paron Pythagoreus occurrit in latina *Argyropoli* verſione lib. IV. Phyſicorum Ariſtotelis cap. 13. Ita accepit Themiſt. p. 47. b. atque inde apud *Muretum* ad lib. I. Ethic. p. 107. item apud Cozzandum de magiſterio ant. phil. lib. V. cap. 2. p. 313. Carol. Bouillum, Epiſt. in 4. editis p. CXXXVI. ſed παρὼν Πυθαγόρειος apud Ariſtotelem vertendum eſt: *praeſens forte quidam Pythagoreus;* vt pridem notatum *Franciſco Luiſino* lib. III. parergon cap. 17.

Paſſalorinchitas ſilentii adſectatione potius Pythagorae, quam prophetarum imitatores perſtringit Philaſtrius, haereſi 76.

Pauſanias Anchiti F. medicus, cui Empedocles poema phyſicum inſcripſit, et cui dicitur ὑφηγήσασθαι ſiue ſuppeditaſſe, quae ille περὶ τῆς ἄπνου vulgauerat. Vide *Laertium* VIII. 60. De illo Anchito confer *Iamblichum* cap. XXV. pag. 110.

Pempelus, e cuius libro περὶ γονέων fragmentum exſtat apud *Stobaeum* ſermone LXXVII. p. 460. de honore parentibus praeſtando.

Perilaus Thurius, ex pythagorica ſchola eiectus. *Iamblich.* cap. 17. Δυσκίνητος εἴ τις καὶ δυσπαρακολούθητος εὑρίσκετο, στήλην δέ τινα τῷ τοιούτῳ καὶ μνημεῖον ἐν τῇ διατριβῇ χώσαντες, καθὰ καὶ Περιλάῳ τῷ Θουρίῳ, λέγεται [?] καὶ Κύλωνι τῷ Συβαριτῶν ἐξάρχῳ ἀπογνωσθείσῃ ὑπ' αὐτῶν, ἐξήλαυνον ἂν τοῦ ὁμακοΐου etc. Adde cap. 34. pag. 206. cap. 35. pag. 210. et quae ſupra in *Hipparcho.*

Phaedo Poſidonius, diuerſus a Phaedone Elienſi Socratico.

Phaenecles Parius.

Phanton Phliaſius, Echecrates, Polymnaſtus et Diocles, itidem Phliaſii, et Xenophilus Chalcidenſis, Ariſtoxeni aequales, vndecima a Pythagora generatione. Laert. VIII. 46. licet Iamblichus cap. 35. de illis loquatur, tamquam de Pythagorae ipſius auditoribus.

Phariſaei in quibusdam fuere Pythagorei. vid. *Fr. Buddei* Introduct. ad hiſtor. philoſ. Hebr. pag. 66. *Heumann.*

Philinus. Plutarch. VIII. 7. ſympoſiac.

Philiſcus, Mileſius, Iſocratis diſcipulus, praeceptor Timaei, hiſtorici. vid. *Suidas* in Φίλισκος et Τίμαιος. Pythagoreum cum nominat *Toup* in Emendationibus in Suidam. part. II. p. 304. edit. Lipſ. ſiue tom. II. p. 194. edit. Londin. vbi quoddam illius epigramma apud Plutarch. in vita Lyſiae p. 836. emendatius exhibuit. Plura vid. de reliquis illius ſcriptis in *Ruhnkenii* hiſtoria crit. oratorum graecorum, praefixa P. Rutilio Lupo p. LXXXIII. Confunditur cum *Philiſto* ſiue *Philiſco, Syracuſano*, de quo ſupra vid. ad lib. II. cap. 11. §. 7. et cum *Philiſco Aeginata* a *Lambecio*, in Comm. de biblioth.

Caeſ. vol. VII. vbi tamen Kollar. col. 273 ſq. Lambecii ſententiam improbat, laudatque noſtri Fabricii iudicium in vol. I. p. 686. et vol. IV. p. 486. latum. *Harl.*

Philo a *Clemente Alex.* I. Strom. p. 305. et *Sozomeno* lib. I. cap. 12. Pythagoricus adpellatur. Incertum, an Clemens alterum intellexerit Philonem antiquiorem, de quo *Ioſephus* p. 1051. contra Apion. *Clemens* ipſe p. 337. et *Euſebius* IX. 20. et 24. praeparat. Sed et *Euſebius* lib. II. hiſt. eccleſ. cap. 4. notat, quod Philo Iudaeus, cuius ſcripta exſtant, platonicam pariter et pythagoricam philoſophiam ſectatus fuit, et Plato ipſe, vt infra obſeruo, in multis Pythagorae veſtigia traditur [a Moderato, Numenio et neoplatonicis] legiſſe. *Fabric.* Vid. *Meinerſ.* in Hiſtoria doctrinarum apud Gr. et Rom. pag. 249. 255. Philonem Pythagoreum diſtinguendum eſſe a Philone Iudaeo, et cultui deorum addictum, contendit pluribus *Ionſius* de ſcriptor. Hiſt. philoſ. lib. III. cap. 4. §. 4. p. 17 ſq. et ipſe *Fabricius* infra lib. IV. cap. 4. pag. 121. vol. III. diſcernit vtrumque. Eamdem ſententiam fouere videtur Meinerſ. l. m. p. 383. Fabricius tamen ſententiam ſuam in margine exempli ſui ita declarauerat vberius: „Alius Philo antiquior, de quo videndus *Huetius* pag. 102 ſq. Demonſtrat. euangel. vbi aduerſus Ioſephi teſtimonium I. contra Apionem p. 1051. contendit, illum fuiſſe Iudaeum, quod vtcumque oppugnaui in Prolegomenis ad librum Sapientiae p. 239. Et ibidem hunc Philonem, quod facit etiam *Ionſius* p. 227. et 228. e Clementis loco I. Strom. pag. 305. (qui de altero agit,) perperam vocaui philoſophum Pythagoreum. Poeta quidem fuit, atque, vt Ioſephus voluit lubenter ſibi credi, ethnicus. Nam Hieronymus, praef. ad librum Sapientiae, Philonem Alexandrinum habuit in animo Iudaeum, ſcriptorum, quae etiamnum exſtant, auctorem. Ex libro I. Philonis antiquioris de rebus Hieroſolymitanis, (τῶν περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα) verſus decem hexametros profert *Euſebius* IX. 20. praeparat. et alios quinque ex libro eius decimo quarto, IX. 24. In eodem, opinor, opere *Clemens Alexandrinus* I. Strom. p. 337. legerat recenſionem Iudaeorum regum, quam diuerſam a Philone et Demetrio traditam teſtatur. Fateor tamen, non deeſſe cauſſam, quare hic Philo ſuſpectus poſſit videri, librique ſub eius nomine, tamquam ethnici, compoſiti ab aliquo Iudaeo.“ Hactenus Fabric. *Harl.*

Philodamus Locrus.

Philolaus Crotoniates Heracleae vixit. *Iamblich.* cap. 36. Archytae diſcipulus: in cius demortui ſepulchro ab Euryto diſcipulo [quod multi negant] audita diuina harmonia, ſi fides eidem *Iamblicho* cap. 28. ſect. 139. 148. Metaponto profugit propter Cylonium ſcelus in Lucanos, teſte *Plutarcho* de genio Socratis p. 583. A Simmia et Cebete auditum eſſe Philolaum, teſtatur Plato in Phaedone, p. 377. [vid. ſupra *Cebes*.] Primus e Pythagoricis commentarium de rebus phyſicis vulgaſſe fertur, vt idem *Iamblichus* cap. 31. Laertius aliique. Ac ne vulgauit quidem ipſe, ſi verum eſt, quod aiunt, Platonem, qui in Italia ipſum audierat, teſte *Laertio* III. 5 402. aureis minis ſiue vnum ſiue tres Philolai libros ab eius conſanguineis, pauperis Philolai heredibus, vel ipſum redemiſſe vel emtum a Philolao accepiſſe, atque inde Timaeum ſuum compoſuiſſe. Vide, quae viri docti ad *Laertium* VIII. 85 et *Gellium* III. 17. [Fabulam eſſe iudicat *Meinerſ.* l. c. p. 505. not. adde eumdem p. 343. 550. 551. not. p. 598. de eius fragmentis apud Stobaeum, Ecl. phyſ. p. 44. 49. 51. *Cornel. Nep.* X. 2. 4. ibique Staver. in edit. min. Vide

de et ſupra in Eurytus, et infra Timaeus. [*Tiedemann.* in: Deutſchen Muſeum, menſ. Auguſt. an. 1778 p. 154 ſq. de loco A. Gellii et Timonis crimine: et interpretes ad Gellii locum. *Harl.*] Apud *Laertium* VIII. 55 verba φησὶ δὲ Νεάνθης, ὅτι μέχρι Φιλολάε καὶ Ἐμπεδοκλέες ἐκοινώνεν οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν λόγων· ἐπεὶ δὲ αὐτὸς διὰ τῆς ποιήσεως etc. ita ſunt reddenda: *Refert Neanthes, Pythagoricos cum Philolao et Empedocle etiam dogmata ſua communicaſſe. Poſtquam vero Empedocles poemata illa vulgare coepit, latam eſſe legem, vt verſificator omnis inde arceretur* w). Citatur *Philolaus* [a *Platone* in Phaedone l. c. *Clemente Alexandrino* Strom. III. 433. collato *Meinerſio*, l. c. p. 550. not.] ab *Athenagora* in Apologia, a *Iamblicho* in Nicomachum pag. 7. 11. 109. 168 Theologum. arithmet. p. 61 *Luciano* pro lapſu in ſalutatione tom. I. p. 498. [?] *Syriano* in XII Metaphyſ. p. 71. b. 85. b. 88 b. in XIII. p. 102. a Theone Smyrnaeo p. 57. *Sexto Empirico* p 153. contra Mathemat. E Philolai Βάκχαις fragmenta apud *Stobaeum* Eclog. phyſ. p. 57. 51. 34. *De mundo* p. 49. *De anima* p. 44. Περὶ Φύσεως, Theologum. arithmet. p 22. et *Theo Smyrnaeus* p. 166. *Claudiani* vero *Mamerti* locus non praetermittendus lib. II. de ſtatu animae cap. 3. *Pythagorae, quia nihil ipſe ſcriptitauit, a poſteris quaerenda ſententia eſt. In quibus vel potiſſimum floruiſſe PHILOLAVM reperio Tarentinum, qui multis voluminibus de intelligendis rebus et quid quaeque ſignificent oppido obſcure diſſertans, priusquam de animae ſubſtantia decernat, de menſuris, ponderibus et numeris iuxta geometriam muſicam atque arithmeticam mirifice diſputat, per haec omnia vniuerſum exſtitiſſe confirmans.* etc. Confer. lib. II. cap. 7. vbi profert locum Philolai e tertio voluminum περὶ ῥυθμῶν καὶ μέτρων. De Philolai periodo annorum vndeſexaginta *Scaliger* p. 166. lib. 2. de emendat. temp. *Boëthius* II. 32. Arithmet. *Philolaus vero, neceſſe eſt, inquit, omnia, quae ſunt, vel infinita vel finita eſſe.* [Philolai fragmentum eſt apud *Iamblich.* a Villoiſon. in Anecd. gr. tom. II. editum p. 196.]

Quomodo Philolaus tonum diuiſerit, tradit idem III. 5. Muſic. et 8. Io. Tzetzes Chiliad. XI. hiſt. 362.

Καὶ ἐκ τῆς Φιλολάε μὲν κλέπτει τὸ πᾶν ὁ Πλάτων,
Ὅσον ἐςὶ περὶ ψυχῆς, καὶ ἕτερα μυρία,
Καὶ Τίμαιον γεγράφηκε καὶ ἄλλες διαλόγες x).

Philolaus Tarentinus inſignis mechanicus celebratur a *Vitruuio* libro et capite primo, [et *Philone* de mundi opificio p. 24. edit. Mangey, qui dedit fragmentum. *Harl.*]

Philonides Tarentinus.

Phintias Syracuſanus, aliis male Pythias, amicitiae pythagoricae fide aduerſus Damonem celebris. Vide excerpta Peirele. e *Diodoro Sic.* pag. 242. Plutarchum περὶ πολυφιλίας. *Porphyr.*

w) Fabulam eſſe etiam hanc Neanthis narrationem cenſet *Meinerſ.* l. c. p. 5?5. not. Secus ſentit *Bruckerus* in Hiſt. crit. phil. I. p. 1045. p. [illegible]2. p. 1136. adde *Bentleii* Reſponſ. ad C. Boyle p. 49. verſ. Lennep. *Harl.*

x) Bullialdus ſcripſit Aſtronomiam Philolaicam. Philolai diſcipulus fuit Gorgias ille Leontinus, teſte *Aeliano* V. H. lib. I. cap. 23. verſio tamen ibi eſt falſa. *Heumann.* adde de noſtro eiusque placitis *Bruckerum* in Hiſtor. crit. phil. vol. I. p. 1136 ſqq. *Harl.*

Porphyr. p. 41. *Iamblich.* p. 197. *Cic.* 5. Tuſc. cap. 22. et 3. de offic. cap. 10. *Valerium Max.* IV. 7. *Drepanii Pacati* Panegyricum cap. XVII. *Lactant.* V. 17. *Ambroſium* de Officiis III. 12. et lib. 2. de Virginib. Vide et ſupra in *Moerus*, et *Kuesteri* epiſtol. ad Rupertum p. 456. vbi alii *Phintiae.*

Philoſtratus. Hunc quidem Pythagoricorum omnium vaniſſimum vocat *Huetius* in Quaeſt. Alnet. lib. II. cap. 18. §. 7. pag. 251. et Demonſtr. Euangel. Prop. IX. cap. 147. §. 5. eumdem rurſus adſcribit Pythagoricis. *Heumann.*

Photides. Laert. III. 22.

Phrontides Tarentinus.

Phryciadas Crotoniata.

Phrynichus Tarentinus.

Phytius Rheginenſis, qui ciuibus ſuis leges tulit. Iamblich. cap. 30. Meminit eiusdem cap. 27.

Pindarus, poeta celebris, a *Clemente Alex.* V. Stromate p. 598. vocatur Πυθαγόρειος, quod e Clemente repetit *Euſebius* XIII. 13. praeparat. p. 675. *Fabric.* Pindarus enim in Sicilia philoſophiae pythagoricae cognitionem atque amorem hauſiſſe videtur. Veſtigia vero opinionum de palingeneſia mentisque poſt mortem purgationibus et conditione animi poſt mortem pythagoricarum adparent in carmine II. Olymp. v. 123 — 136. et fragmentis apud Plutarchum, Conſol. ad Apollon. p. 120. atque de dicto *λάθε βιώσας* p. 1130. aliisque, a cl. *Schneidero* in Fragmentis carminum Pindaricorum, pag. 21 ſqq. collectis. adde eumdem virum doctiſſim. in: Verſuch über Pindars Leben und Schriften. Argentor. 1774. 8. ſect. IV. pag. 51 ſqq. *Harl.*

Piſerrhydus Tarentinus.

Piſicrates Tarentinus. [?]

Plato. Vide ſupra in Archyta et Philolao et Anonymum Photii cod. 259. p. 46. edit. Holſten. *Iamblich.* cap. 30. *Numenium* apud Euſeb. XV. praeparat. p. 728. 729. *Auguſtinum* III. 17. contra Academicos, et *Boethium* lib. 2. cap. 41. arithmeticae. *Apuleium* 2. florid. *Porro noſter Plato nihil ab hac ſecta vel paululum deuius pythagoriſſat.* Sed et *Ariſtoteles* Platonis philoſophiam τὰ πολλὰ τοῖς Πυθαγορείοις ἀκολουθοῦσαν notat lib. I. Metaphyſ. cap. 6. et *Dicaearchus* apud Plutarchum VIII. 2 ſympoſ. ait Platonem τὸν Πυθαγόραν ἀναμιγνῦναι τῷ Σωκράτει. Adde Laertium III. 8. [vid. Menagius Hiſt. mulier. philoſopharum §. 104. *Heumann.*]

De Plotino Porphyrius [illegible], quod τὰς Πυθαγορείους ἀρχὰς καὶ Πλατωνικὰς ὡς ἔοικε πρὸς σαφεστέραν τῶν πρὸ αὐτοῦ κατεστήσατο ἐξήγησιν, οὐδὲ ἐγγύς τι τῶν Νουμηνίου καὶ Κρονίου καὶ Μοδεράτου καὶ Θρασύλλου τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν εἰς ἀκρίβειαν.

Polemarchus Tarentinus. Hic Polyarchus dicitur apud Athenaeum lib. XII. p. 545 vbi Archytae γνώριμος adpellatur. Ob nimium voluptatis ſtudium cognominatus eſt Ἡδυπαθής.

Poliades Sicyonius.

Pole-

Pelus Lucanus, ex cuius libro de iuſtitia fragmentum exſtat apud *Stobaeum* ſerm. 9. [ſerm. 51 de iuſtitia, p. 88. Plura vide in *Mongitoris* bibl. Sicula p. 188 ſq. *Harl.*]

Polyctor Aegeus.

Polymnaſtus Phliaſius. vide ſupra in Phanton.

Polymnis, Simmiae Thebani pater, hoſpes Lyſidis, Pythagoricis adſcribendus videtur. Conſule *Plutarchum* de genio Socratis p. 583.

Porphyrius Pythagorae vitam ita ſcripſit, vt ſatis appareat, cum quam plurimum tribuiſſe illius philoſophiae. De Porphyrii ſcriptis poſt Holſtenium ago infra lib. IV.

Poſſis Argiuus. Supra in Miltiades.

Praxidamantem quemdam Pythagoreis adſcribit *Reineſius* lib. I. cap. XI. Var. lect. p. 39. Vide tamen *Ionſium* p. 76.

Proclus Laodicenus, qui teſte Suida ſcripſerat in Χρυσᾶ ἔπη, et Nicomachi Arithmeticam, aliaque.

Proclus Metapontinus.

Prorus Sicyonius ἐν τῷ περὶ ἑβδομάδος laudatur a ſcriptore Theologumenon Arithmeticae p. 44. De Proro Cyrenaeo, Cliniae Tarentini miram fidem experto *Iambl.* cap. 33.

Proxenus Poſidonius.

Proxenus Sybarita.

Ptolemaeus Philadelphus philoſophus pythagoricus *Ionſio* p. 77. et 114. [?] memoratur, auctore Beda. Sed falſum fuiſſe Bedam, et pro Claudio Ptolemaeo Harmonicorum ſcriptore, Pythagoricum quendam Ptolemaeum Philadelphum finxiſſe obſeruaui lib. IV. cap. 14. 12. [y])

Ptolemaeus Sybarita.

Pyrrhon Metapontinus.

PYTHAGORAS philoſophus, ſectae huius princeps, de cuius praeceptoribus et familia iam ſupra egimus. *Succeſſio ſcholae* ipſius varie refertur. Per *Telaugen* quidem hoc modo, vt Telaugi filio ſucceſſerit Xenophanes, huic Parmenides, illi Zeno Eleates, Zenoni Leucippus, huic Democritus, Democrito Nauſiphanes, Naucidesque, his Epicurus. Ita *Laert.* prooem. ſect. 15. Per *Ariſtaeum* generum ſic: Ariſtaeo ſucceſſit Mneſarchus, iſti Bulagoras, Bulagorae Tydas Crotoniates, Tydae Oreſander Lucanus, huic Diodorus Aſpendius. Ita *Iamblichus* cap. vlt. Archytas octauus fuit a Pythagora, Plato nonus, Ariſtoteles decimus, vt notatum Anonymo apud Photium cod. CCLIX. Vndeuiceſima a Pythagora generatione ſiue ſucceſſione defeciſſe illius ſcholam legas apud *Laertium* VIII. 45. Sed vtique legendum ἐννέα καὶ δέκα e Lipſii emendatione, quam Codex regius teſte Menagio

y) Pariter errorem, probabiliter typographicum, eſſe arbitror, quando in *Lambecii* Comment. de bibl. Caeſ. lib. VII. ind. I. p. 636. edit. Kollar. legitur, „carminum aureorum verus auctor creditur eſſe *Pyſis* Pythagoreus." Forſan a Lambecio ſcriptum erat, aut in priore editione typis expreſſum, *Lyſis.* confer ſupra §. VI. *Harl.*

nagio confirmat. Nam Ariſtotelis fere aequales fuere Echecrates et alii, quos τελευταίους τῶν Πυθαγορείων vocat idem *Laertius* VIII. 46. cui ſuffragatur *Diodorus Siculus* XV. p. 497. ad Olymp. CIII. 3. *Fabric.* Conſ. *Dodwell.* Exercit II. de aetate Pythagorae p. 153 ſqq. p. 220. 228. in primis *Bentleium* in Reſp. ad C. Boyl. verſ. Lennep. p. 46 ſqq. qui in Iamblichi loco quaedam corrigit, praecipue nomen *Tydas* prauum habet, et pro μεθ' ὃν γὰρ Τύδαν reponendum coniicit μεθ' ὃν Γοργίαν vel ſimile quid. Culpat idem Iamblichum, quod hic Diodorum Aſpendium, in ordine ſucceſſionis, ponat ante Philolaum, Eurytum et Archytam, quorum poſtremus praeceptor Platonis, quum tamen appareat, Diodorum illum, ipſo Platone, poſteriorem fuiſſe aetate. Adde *Scheffer* de Nat. et conſtitut. philoſ. italicae, cap. XV. p. 170 ſqq. *Brucker.* in Hiſt. philoſ. crit. vol. I. p. 1101 ſq. *Meinerſ.* l. c. p. 499 ſqq. 502. etc. *Harl.*

Pythagoras iunior, Aliptes Samius κομήτης, cum philoſopho cognomine in Italiam veniſſe, eumque inde frequentaſſe et Empedoclis magiſter, et antea Mnemarchus dictus fuiſſe creditur *Dodwello.* Vide eius diſſ. pag. 145. 216. 220. 222. 227. 228. etc. *Fabric.* Conſ. *Brucker.* Hiſt. crit. phil. vol. I. p. 999. et *Tiedemann* in Primis philoſophis Graeciae, pag. 224 ſqq. Dodwelli lubentius quam Bentleii iudicio ſubſcribentes. Diſſentit *Meinerſ.* l. m. p. 318 ſqq. 326 ſq. *Harl.*

Pythias. Valer. Max. IV. 7. idem, qui rectius Phintias aliis, de quo ſupra. [?] Vide Turneb. XX. 13. Aduerſar. Salmaſium ad Solin. p. 111. edit. Pariſ. Phintiae cuiusdam tyranni mentio in Excerptis Peireſcianis p. 265.

Pythodorus Cyzicenus.

Rhexibius Metapontinus.

Rhodippus Crotoniata.

Scythinum, ex cuius περὶ φύσεως fragmentum adfert Stobaeus p. 21. Eclog. Pythagoreum fuiſſe exiſtimo. Alius, ni fallor, cuius verſus tres de Lyra produxit Plutarchus lib. cur Pythia non ſundat oracula carmine.

Scythianus Manichaeus λαβὼν παρὰ Πυθαγόρου τὰς περιφέρειας, *Epiphan.* LXVI. 2. adde Aldobrandin. ad Laert. VIII. 35.

SECVNDVS Athenienſis, Herodis Sophiſtae magiſter ſub Adriano Imp. clarus, a Vincentio Belloacenſi XI. 70. ſpeculi hiſtorialis traditur pythagoricam vitam duxiſſe et omni tempore ſilentium ſeruaſſe. Rauiſius Textor in Officina auctorem, neſcio quem, Diogenem vel Diogenianum laudat p. 1320. *Secundus philoſophus cum matri inſilienti, eſſe filium, ſe commiſiſſet, et illa, facto cognito, ſceleris horrore intulisſet ſibi mortem, ipſe quoque cum intellexiſſet poenitentia tum dolore maternae mortis aeternum tacuit, et [illegible] quam in [illegible] mori conſtituerat.* Fertur narratiuncula MS. eiusdem argumenti graeca ſcriptore anonymo, cuius et ipſe apographum poſſideo, in qua perinde vt apud Vincentium ſubiungitur, *Secundum* hunc fruſtra ab Adriano imp. etiam mortis intentato per ſpiculatorem metu ſollicitatum ad loquendum, denique ad quaeſita eius ſcripto reſpondiſſe e). Nihil etiamnum de hoc Secundo legas apud *Philoſtratum*, qui de illo ag-

e) Eadem et copioſius de *Secundo* philoſopho tradit *Rogerus de Houeden*, Anglus, Annalium parte poſteriore fol. 464 ad A. C. MCC. Conſentit *Wernerus Rolewinck.* in Faſciculo temporum, ſub Adriano,

agit lib. I. Sophiſt. p. 543. aa) et, quod fabri filius eſſet, ἐπίθυρον vocatum teſtatur, pro quo ἐπίξερον bb) legunt *Meurſius* VI. 9. Attic. lect. idem in Critico Arnobiano pag. 109. *Salmaſ.* ad Solinum p. 775. *Brietius* in Geographia S. p. 718. et Holſtenius in praef. ad Secundum, facili e Suida emendatione, apud quem et ipſum altum eſt de fabula illa ſilentium; contra non leuis occurrit error, quod ſecundum hunc cum *Plinio Secundo* confundit. Sed propemodum adſentior Meurſii coniecturae, qui negandi particulam in Suidae codicibus excidiſſe putat cc), legitque οὐχ ὃς ἐχρημάτισε [ὁ] Πλίνιος, vt paulo poſt

 Ἡρώδου

Adriano, teſte *Ionſio* de ſcriptor. hiſt. phil. lib. III. cap. 12. p. m. 73. et adnotat, Bartholomaeum Amantium, in Florilegio ſententiarum, Dilingae 1556. fol. eamdem fabulam de Diogene Laertio, forſan culpa oſcitantiae, narrare. Heumann. orae exempli ſui adſcripſit, eamdem fabulam narrari de adoleſcente quodam in Achaia, et laudat noſtrum Fabricium in Codice apocrypho N. T. pag. 461. §. 6. Noſtrum vero Secundum, idem adnotauit, a Syrbio in diſputatione quadam excludi numero Pythagoricorum. More quidem Pythagorico quodammodo vixiſſe dicitur. At ſententiae eius veterem non potuerant ſapere ac referre Pythagoreorum doctrinam, quippe quae tam ſeris temporibus parum cognita adhuc eſſet. Haud adeo bene *Secundum* fauiſſe ſexui poſteriori, teſtatur iudicium illius ex codice Vindobonenſi CXLIV. n. 3. (vbi lectio aliquantum diſcrepare dicitur ab editione Holſteniana,) a *Lambecio* in Commentar. de bibl. Caeſ. lib. et vol. VII. p. 579. excerptum: γυνὴ illi eſt ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνίας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, καθημερινὴ ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, συνεστιώμενον θηρίον, συγκαθημένη (MS. Gudian. apud Fabricium vol. XIII. p. 567. συνεγειρομένη) μέριμνα, συμπλεκομένη λέαινα, κεκοσμημένη σκύλλα, ζῶον πονηρόν, ἀναγκαῖον κακόν. Heu! plauſtrum conuiciorum! Sententiae quaedam occurrunt in collectione ſententiarum in codice Medic. Florent. teſte Bandinio Catal. vol. I. p. 254. *Harl.*

aa) Pag. 544. edit. Olearii, cuius doctas conferas notas. Ille ἐπίξερον in textum admiſit. adde *Mauſſaci* diſſ. crit. ad Harpocrat. p. 401. Fabellam iſtam de ſilentii cauſa ſatis infacetam ex libro MS. ſententiarum, vna cum variis *Secundi* ſententiis Hadriano imp. dictis *Caſp. Barthius* inſeruit lib. XV. Aduerſariorum cap. 17. „Eiusdem mentio, vt ait idem Olearius, eſt apud Phrynichum Dict. Attic. p. 44. vbi *Grammaticum* vocat *Secundum* noſtrum συγγενόμενον τῷ Πολέμωνι τῷ Ἰωνικῷ Σοφιστῇ, ὄντα τὰ ἄλλα δεξιὸν ἐπὶ λέξιν, καὶ διορθοῦντα τὰ γράμματα τοῦ σοφιστοῦ.“ Paullo poſt pergit: „*Secundo* philoſopho quoque inſcribuntur Apologi Indici *Kelile Vadimma* [al. *Cylile* et *Dimne*] ſeu *Stephanites* et *Ichnilates* dicti, et a Sebaſt. Gottfr. Starkio denuo editi.“ Sic in cod. Vindobon. XXVI. n. 5. in Lambecii Comment. de bibl. Caeſ. lib. et vol. VI. p. 272. vbi Lambec. fuſius de libro hoc et *Secundo* diſſerit. Adde *Brucker.* Hiſt. crit. philoſ. vol. II. p. 158 ſqq. et vol. VI. p. 355. *Secundi* ſententiae ſunt in bibl. reg. Pariſ. n. 854. 1259. 1292. 2991. vol. II. Catalogi. *Harl.*

bb) Hoc vocabulum, quod *clauum ligneum* ſiue *paxillum* ſignificat, Iacobus Thomaſius ſuſpicabatur, transformatum eſſe in nomen *Epicteti* philoſophi ab iis, qui altercationem Adriani imp. et Epicteti confinxerunt. [*Secundi altercationes cum Hadriano*, MS. in bibl. Lugd. Bat. p. 332. Catal. nr. 156. ibidem, et p. 399. nr. 7. *Secundi* vita cum Hieroclis facetiis et aliis.] Sane altera ſic dicta altercatio, ſiue colloquium, et reſponſiones Epicteti, quae incipiunt: *primum eſt, quid ſit mundus*, quasque primus Hamburgi 1615. 12. diuulgauit Henr. Lindenbrog. ſumma cum diſputatione Pipini et Albini ſcholaſtici, ac graeco-latinis (e gloſſario H. Stephani) interrogationibus et reſponſionibus Nicarii, Carſilidis, (Καρφίλιδος) reſponſis ſapientum, quasque Enchiridio Epicteti ſubiecit Abrahamus Berkelius Amſt. 1670. 8. et Delphis 1683. 8. ſimillima eſt Secundi reſponſis. At enim altera altercatio Adriani et Epicteti ab eodem Berkelio edita, cuius initium: *Quid erit nobis ſi cinctum ſoluas* etc. plane alia eſt et alterius argumenti, vulgata pridem Pariſ. 1611. 4. ad calcem Pſeudo Beroſi, et Baſil. 1552. fol. a Sigism. Gelenio ad calcem Notitiae vtriusque Imperii. Ceterum Epictetum Adriani familiarem fuiſſe teſtatur Spartianus, qui etiam quaeſtionibus ſemper agitatos tradit ab Adriano philoſophos non minus quam grammaticos, rhetoresque.

cc) Maiorem probabilitatis ſpeciem habet ſuſpicio Küſteri ad Suidam, tom. III. p. 295. v. Σεκοῦνδος.

Ἡρώδε pro alieno ac vitioſo Ἡρώδου. Quamquam certum eſt, hunc errorem [illegible] et iam ab aliis, quando quidem in editionibus quibusdam ſententiarum *Secundi*, ut Monaſterienſi an. 1597. [dd]) quam in ſua notitiae dignitatum Imperii editione Pariſ. 1651. [illegible] ab hoc tamen errore immunis ſecutus eſt *Philippus Labbeus*, hunc [illegible] titulum praefixit: *Alterum Hadriani Imp. et Plinii Secundi*. Ceterum reſponſa *Secundi* Athenienſis [illegible] [illegible] et aenigmatica graece et latine primus e bibl. regis chriſtianiſſimi in lucem edidit *Lucas Holſtenius* cum *Salluſtii* philoſophi libello de diis, DEMOPHILI [ee]) *ſimilitudines et ſententias* elegantiſſimas ἐκ τῶν Πυθαγορείων. (quas βίου θεραπείαν ſiue *Vitae curationem* inſcripſit auctor) et DEMOCRATIS [ff]) philoſophi vere *aureas ſententias*, ſententiisque non minus egregiis *Sexti* Pythagorei, ſed his quidem poſtremis ex [illegible], quae aetatem

dos, voce. ὃς ἐχρημάτισε eſſe a ſciolo quodam adiecta: qui, quum legiſſet, Plinium iuniorem adpellatum fuiſſe *Secundum*, de eo Suidam hic loqui exiſtimaret. *Harl.*

dd) Ad calcem tragoediae parabolicae, quae *Poemander et Satanae pugna* inſcribitur, Monaſt. 1597. et recuſ. ſub *Evicteti* nomine ad calcem notitiae dignitatum imperii romani, Pariſ. 1651. v. Olearium ad Philoſtrat. p. 544. *Harl.*

ee) Has ſimilitudines ſiue γνωμικὰ ὁμοιώματα ſeparatim cum obſeruationibus ſuis moralibus graece et latine recudi curauit *Ieſperus Suuedberg* Cuprimontanus, Vpſal. 1682. 8. *Demophili* ſimilitudines ac ſententiae graece et lat. ſubiectae etiam leguntur Maximo Tyrio, in edit. Oxon. 1677. [Verſio gallica per Leveſque, cum Theognide (cuius editionum catal. vide) et Phocylide.] Holſtenio videntur eiusdem forte *Demophili* eſſe, cuius ſcholia quaedam in Ptolemaei tetrabiblum edita ſunt. *Demophilum* de ritibus Aegyptiorum laudat Kircherus III. Oedipi p. 358. An idem eſt, quem ἐν τῷ περὶ τῶν καθ' ἀρχαίους θυσιῶν καὶ ἱερῶν Maximus citat ad Dionyſii Areopag. Epiſt. 8. tom. II. p. 129? et ad quem ſcribit ille Dionyſius. *Demophilum* Apolloniatem exhibet theſaurus Golzii in numo. *Demophilus* quoque comicus quidam fuit, de quo Plautus in prologo Aſinariae. Alius *Demophilus* Cumanus, Ephori hiſtorici pater teſte Strabone. Sed et Ephori huius filius *Demophilus* quidam fuit, itidem hiſtoricus, teſte Diodoro Sic. Alius denique *Demophilus* Bithynus, apud Iulianum in Miſopogone, et Suid. Δημόφιλ. *Demophilus* Rhodius nauium praefectus Olymp. CXIX. Diodor. Sic. XX. tom. II. p. 819. *Demophilus* alius, ni fallor, de quo id. p. 738. *Demophilus* epiſcopus CPolitanus, quem nonnulla parum ſana dogmata effudiſſe, Suidas memorat in [illegible]. Porro noſter *Demophilus* ſua ſimilia *Aſclepiadi* cuidam inſcripſit, quem in extremo adpellat φίλτατον et ἱερώτατον.

ff) *Democratis* aetatem, patriam et ſectam, iudice Holſtenio, vetuſtiſſimus ionici ſermonis character oſtendit. [de quo dubitat *Tiedemann*. l. in. p. 210 ſq. ex ſententia quadam apud Galeum pag. 632. coniicit, poſt Iul. Caeſarem vixiſſe illum: denique iudicat, neque Democratem neque Demophilum fuiſſe re vera Pythagoricos, et poſteriorem potius Stoicum.] Eius dicta et ſententias nonnullas Stobaeus et Antonius Meliſſa proferunt, apud quos ſaepius cum Democrito librariorum imperitia confunditur, quorum error in tanta rerum antiquarum ignoratione haud facile emendari poteſt. [item in Floril. ſent. et Arſenii Violario, in codd. Florent. teſte Bandin. Catal. vol. I. p. 257. et 549. In Maximi Opp. in Montfaucon bibl. Coiſlin. p. 576. n. 67.] In bibliotheca quoque Palatina teſte Sylburgio p. 106. Catalogi, hae ſententiae fuere MSS. ſub nomine *Democriti* in binis codicibus occurrunt. [In *Lambecii* Com. de bibl. Caeſ. vol. VI. p. 274. cod. XXVI. n. 9. incipit: Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ καὶ Ἐπικτήτου, καὶ ἑτέρων σοφῶν. ſed in cod. Laurent. Flor. Bandini Cat. II. p. 441. γνῶμαι Δημοκράτους. *Harl.*] Plutarchus vero in politicis praeceptis Democratis cuiusdam meminit, qui in Athenienſi rep. verſabatur circa Olymp. CX. Neque ab hoc fortaſſe diuerſus eſt ille, quem ab Epicuro ob libros tranſ[illegible] exagitatum in libello contra Epicurum idem Plutarchus refert. Fuit et *Democrates* medicus, qui ſub Auguſto Imp. vixit, memoratus Plinio XXIV. 7. Eiusdem Φιλίατρον, Κλινικὸν et de antidotis librum laudat Galenus, notante ad Plinium Harduino. *Democrates* athleta de quo Aelianus IV. [illegible] Var. *Democrates* rhetor, praeceptor Auguſti[illegible], qui eius meminit in principiis rhetoricae [illegible] *Democrates* philoſophus, Commodi imperat. [illegible]

aetatem tulit, Rufini verſione Rom. 1638 12. Lugd. Bat. 1639. 12. et in Opuſculis [ſ] mythologicis ethicis et phyſicis iunctim editis a *Tho. Galeo*, Cantabrig. 1670 8. et Amſt. 1688. 8. in qua poſteriore editione, Holſtenii praefatio ad Carolum et Maphaeum Barberinos, et praefatio ad Lectorem deſideratur, ex qua diſcas Demophilum e Vaticana, Democratem e Barberina depromſiſſe bibliotheca, Secundi vero ſententias vel potius aenigmata verum exiſtimaſſe, et genuinum ſophiſtae illius argui et *βραχυλόγυ* foetum *de quo poſt Antonii*, inquit, *et Vincentii teſtimonia dubitare non licet.* [*Demophili*, *Democratis* et *Secundi ſententias*, cum vita Secundi, antea non edita ex apographo Gudiano codicis Medicei, edidit *Io. Adam Schier*, Lipſiae 1754. 8. adde *Fabric.* infra vol. XIII. lib. VI. cap. 10. p. 643 ſq.] Similes ingenioſae definitiones ex Antonio Chapuis leguntur in A. Verderii bibl. gallica p. 54 ſq. Plures e veteribus ſcriptoribus collegit *Frid. Lindenbrog.* in libro, qui MS. eſt in bibl. Ioannea Hamburgenſi.

Obſeruo interim Antonium Meliſſam gg) longe alium codicem ſententiarum *Secundi* habuiſſe, quam Holſtenius. Eadem autem deſcriptio mulieris, quae ex *Secundi* ore apud Antonium exſtat, a Lambecio e codice Caeſareo producitur lib. VII. p. 270. [pag. 579. edit. Kollar.] Diuerſa ab Holſtenii pariter et Antonii, eſt in codice Gudiano in plurimis ab Holſteniana editione diſcrepante, cuius apographum ſeruo hh), et ex illo nihil aliud in praeſenti produco, quam hanc monachi deſcriptionem, ab Holſtenio vel non inuentam, vel, quod auctorem neutiquam habere poteſt Philoſophum iſtum Secundum, ab eo praetermiſſam: Τί ἐςι Μοναχός; *Θάνατος πωλέμενος, ἀγαθοθέτε θησμὸς, γαςριμαργίας ἐπιθυμία, τύχης παράπτωμα, ὀξὺς θάνατος, περιπαλτιζομένη μοῖρα, παραμένον μέρος, καινὴ νίκη.* Quam varii olim circumlati ſint reſponſionum *Secundi* codices, videre etiam licet ex Vincentio ſupra laudato XI. 71. ſpeculi hiſtorial. ex auctore ſemibarbaro Operis de vitis philoſophorum cap. 119. et e *Caſpare Barthio* XV. 17. Aduerſar. ſi vel inter ſe vel cum graecis codicibus conferantur. Vide etiam, ſi placet, *Ionſium* pag. 278. Itaque ſi quid argutiarum et ingenii, veteris illius Secundi, in his ſententiis, quod non negauerim, ſupereſt, valde tamen interpolatas ad nos perueniſſe manifeſtum eſt. [quae etiam eſt ſententia Bruckeri.] Alias praeterea ab editis *Democratis* ſententias exſtare in Caeſareo codice refert Lambecius lib. III. p. 39. Nonnullae etiam ſententiae eaedem iam ſub *Demophili*, iam ſub *Democratis*, iam ſub *Sexti* leguntur nomine, quaedam alibi tribuuntur ipſi Pythagorae, vt apud Stobaeum haec non indigna tanto philoſopho: *με-*

te clarus. Eutych. tom. I. Annal. p. 367. Praeterea *Democratem*, cui ſacra facere a Pythia iuſſi ſunt Plataeenſes, teſte Clemente Alex. p. 26. protreptici. *Democrates* ᾿ΑΙΞΩΝΕΤΣ memoratur in Platonis Lyſide, Lyſidis pater, qui fortaſſis auctor harum ſententiarum.

gg) [Serm. 122. adde *S. Maximi* tom. II. p. 632. et in Montfaucon. bibl. Coislin. p. 577. fol. 104.]

hh) Fabricius in vol. XIII. p. 564 ſqq. recudendas curauit *Secundi Sophiſtae ſententias* ex editione Lucae Holſtenii, collata cum MS. Gudiano: adiecit notas alias. P. 573 ſqq. repetiit *Secundi philoſophi Reſponſa ad interrogata Adriani*, ex Vincentio Bellouacenſe, ſpec. hiſtor. lib. X. cap. 71. p. 575 ſq. *Eiusdem ſententias* ſiue *Quaeſtiones problematum ſcriptas ad Adrianum Imper.* ex Caſp. Barthii Aduerſar. lib. XI. cap. 27. p. 576 ſqq. ſubiunxit *Ioannis Pediaſimi* verſiculos ex regia bibliotheca ab Holſtenio deſcriptos: p. 579 ſqq. diſputationem regalis et nobiliſſimi iuuenis *Pippini* cum *Albino ſcholaſtico* ex Lindenbrogii edit. repetita in Alcuini Opp. p. 1356. et alias quaeſtiones ac ſententias. *Harl.*

γάλης ἐπὶ παιδείας τὸ ἀπαίδευτον διαπαιδεύειν φέρειν, quae inter *Demophili* gnomas literarum ordine diſpoſitas eſt duodecima, inter gnomas Sexti ducenteſima ſeptuageſima quinta. In Iſaaci quoque Voſſii bibliotheca illae ſententiae exſtiterunt in membranis ſcriptae, e quibus nouam earum editionem accuratiorem cum Iamblicho adornare volebat praeſtantiſſimus *Galeus*, his et aliis laudatiſſimis conatibus immortuus. [hh] [In Catal. biblioth. Lugdun. Bat. p. 395. n. 13. inter Voſſianos codd. occurrunt Gnomae electae ex *Democrito* aliisque philoſophis, poetis et rhetoribus. Num hae ſint membranae a Fabricio memoratae, equidem neſcio. *Harl.*]

Selinuntius quidam. Supra in Moerus.

SEXTVS, ſiue Sixtus, cuius ſententias ex *Rufini* verſione latine tantum et ab interprete fortean hinc inde [aut potius, iudice Tiedemanno l. c. p. 211. *omnes* a chriſtiano quodam homine,] interpolatas habemus, exceptis paucis quibusdam illarum, quae graecae ſparſim occurrunt inter ſententias Democratis, Demophilique, et apud Origenem, [qui lib. VIII. contra Celſum p. 397. ſcribit, eum fuiſſe Pythagoreum. *Heum.*] De hoc Sexto, quem Pythagoricum vocat *Euſebius* nr. 2010. et cum Sexto epiſcopo romano ſciens forte [ii]) confudit *Rufinus*, dixi in bibliotheca latina [kk]), editione praeſertim quarta, vbi etiam de *Sextis* patre et filio, quos romanis philoſophis accenſet *Claudianus Mamertus* lib. II. cap. 8. de ſtatu animae. *Sextum* philoſophum, [a noſtro diuerſum,] ſub Hadriano imp. floruiſſe, ait Syncellus p. 349. *Fabric.* Confer omnino *Cellarii* Lexicon v. *Xyſtus*, vbi accuratiſſime diſſeritur, *Clerici* bibl. A. et M. tom. XXIII. p. 382. Acta Erudit. Lipſ. 1724. p. 419. et an. 1725. p. 353. *Coleri* Anthol. p. 52 ſqq. 193 ſq. eiusdem theolog. biblioth. tom. II. pag. 1 ſqq. *Sam. Basnag.* Annal. ad a. 258. §. 8. *Heumann.* adde *Iagemann* Geſchichte der freyen Künſte und Wiſſenſchaften in Italien, vol. I. pag. 263 ſq. Laudat eum *Seneca* epiſt. 59. p. 210. vol. II. Opp. edit. Gronouii, *Sextium* (ita enim quoque ſcribitur,) *ecce cum maxime lego, virum acrem, graecis verbis, romanis moribus philoſophantem* etc. ad quem locum et in manuductione ad phil. ſtoicam I. diſſ. 6. pluribus egit Lipſius de illo Sextio, ſtoico philoſopho, Tiberii aetate, qui vero Pythagorae philoſophiam (vid. *Senec.* ep. 108. et de Ira lib. III. cap. 36.) quodammodo reuocaſſe, et cum ſtoica (vid. *Senec.* ep. 64.) conciliaſſe viſus eſt. Huic Sextio *Galeus* in praefatione ad Opuſcula mythologica et *Fabricius* partim h. l. partim, idque vberius vol. XIII. p. 645. *Fontaninus* in hiſt. liter. Aquileienſi p. 305 ſq. *Moshemius* in diſſ. de turbata per recentior. Platonicos eccleſia, §. 45. Syntagm. diſſ. hiſt. eccl. p. 202. *Bruckerus* in Hiſt. crit. phil. tom. II. p. 91 ſq. (vbi §. III. vitam et laudes *Sextii* perſequitur, §. IV. autem ea, quae in vtramque partem diſputata ſunt, ſummatim recenſet, et ſuam vberrime declarat firmatque ſententiam.) atque *Saxius* V. C. in Onomaſtico liter. vol. II. pag. 370 ſq.

ii) Vide *Dallaeum* lib. I. de Vſu patrum, cap. 3. p. 17. *Heum.* Rufinum tamen non confudiſſe ſcientem cum Sexto, epiſcopo romano, docte ſciteque euincere ſtuduit *Iuſtus Fontaninus* in Hiſtoria literaria Aquileienſi, Romae 1742. 4. p. 308 ſqq. vbi de Sextio, auctore *Sententiarum*, ſiue *Enchiridii* ſiue *Annuli* (diuerſimode enim libellus auctore Rufino, inſcribitur et citatur,) et de libello ipſo, eius fatis, codd. editionibus, et controuerſia inter eruditos de illo agitata, lib. IV. cap. 8. §. 3. ſqq. copioſe diſputat. *Harl.*

kk) Lib. IV. cap. 3. §. 5. p. 732. etc. et tom. III. pag. 501. conf. Unſchuldige Nachrichten, an. 1714. p. 1054 ſq. *Heum.*

370 ſq. adſerunt ſententias. Eamdem ſententiam amplecti videtur *Manſius* ad Fabricii bibl. lat. mediae et infimae aetat. vol. VI. pag. 196. Alii tamen Rufini confuſionem ſequuntur, et illas *Sixto* II. ſiue *Xyſto* epiſcopo romano, mortuo A. C. 257. vindicant, n. *Vrbanus Godofr. Siberus*, theologus quondam cel. Lipſienſis, et hiſtoriae eccleſiaſticae peritiſſimus; nec diſſentire videtur *Hamberger.* in: zuverläſſigen Nachrichten etc. tom. II. p. 589 ſq. *Reimſius* in epiſt. ad Daumium. p. 225. et *Mich. Lequienius* in notis ad S. Io. Damaſcenum, qui eum ſub nomine *Sixti Romani* laudat in ſacris Parallelis tom. II. Opp. p. 362., auctorem credunt fuiſſe Chriſtianum, eumque philoſophum. conf. *Fontanin.* l. c. p. 307. Siberi iudicium atque argumenta quod *Fabricius* in vol. XIII. docte lateque examinarat, ea, quae contra Siberum ſcripſerat, huc ſuo loco transferam. Prius tamen editiones indicabo, duce potiſſimum *Fontanino.* Hic vero p. 303. recudendum curauit Prologum Rufini interpretis ex editione B. Rhenani, in quo verba notanda ſunt: „*aperto et ſatis plano ſermone Sixtum in latinum verti,* quem Sixtum ipſum eſſe tradunt, *qui apud vos idem in vrbe romana Sixtus vocatur*, *epiſcopi et martyris gloria decoratus.* — — *omne autem opus ita breue, vt de manu eius* (Ayamae) *numquam poſſit recedere, totus hic liber ibi priſtini alicuius pretioſi obtinet* Anuli *locum.* — — *Hunc ergo interim habe in manibus pro* Anulo. — — *Addidi et electa quaedam religioſi parentis ad filium, ſed breue totum, vt merito omne opuſculum vel* Enchiridion *graece, vel latine* Anulus *appelletur.*" Vide igitur originem nominis et inſcriptionis! Ille vero prologus deſideratur in Galei aliorumque editionibus, tum in omnibus Patrum bibliothecis, quibus Xyſti liber inſeritur, tom. III. editt. Pariſienſ. 1575. tom. V. an. 1589. 1609. 1624. 1634. 1644. 1654. tom. III. edit. Colonienſis, 1618. et tom. III. Lugdunenſis 1677. Idem p. 313. animaduertit, praeeunte Galeo, latina exemplaria harum *Parabolarum*, vt Seneca adpellat, adeo inter ſe diſcrepare, vt ferme conſtet, *duas* Xyſti *editiones* antiquitus prodiiſſe, (quod p. 310. clarius exponit.) quosdam codd. plures, alios pauciores comprehendere ſententias; alibi multa repeti, atque immutari ordinem; alia quoque exemplaria non vno tenore procedere; ſed duas partes conſtituere; quod poſterius ab Hieronymo notatum et in Champeriana editione ſeruatum ſit; denique Galeum adfirmaſſe, nullum ſe codicem nactum eſſe, cui ex adcurata praedictorum collatione aliqua acceſſio fieri non poſſit. Editiones hae ſunt:

Sixti ſ. Xyſti anulus, editore *Symphoriano Champerio,* cum eiusdem libro de quadruplici vita. Lugd. apud Iannot de Campis. 1507. 4. — Rufinus, teſte Hieronymo, libro VI. in Ezechiel. cap. 18. volumen in duas partes diuiſerat: quem ordinem ſeruauit Champerius; contra deſeruerat Rhenanus, Bigneus, Galeus aliique. Docet autem Fontaninus, editionem Champerii ad fidem codicis longe omnium antiquiſſimi et ſinceriſſimi expreſſam eſſe. Hanc editionem ignoraſſe videtur Rhenanus: in praefatione enim ad ſuam editionem ait, Xyſti ſententias ad antiquum exemplar, quod apud Diuam Fidem Seleſtadii habetur, ab ſe recognitas.

Idem — cum Pythagorae aureis carminibus. Wittenberg. in offic. Grunenberg. 1514. 4.

Aeneae Platonici Chriſtiani de immortalitate animae, deque corporum reſurrectione, dialogus aureus, qui Theophraſtus inſcribitur, Ambroſio Camaldulenſi interprete. *Athenagoras*

gorae Athenienſis de reſurrectione, Marſilio Ficino interprete. *Xyſti Pythagorici ſententiae*, *Rufino interprete*, (cura Beati Rhenani.) Baſileae apud Ioannem Frobenium. 1516. 4.

Rhenani et Chamberii editiones, quae alicubi diſcrepent, praeſertim in prologo, mereri, quae inter ſe conferantur, adnotat *Fontaninus* p. 304. Hanc vero editionem, Siberus, principem eſſe, perperam putarat.

Tum prodiit libellus *Louanii*, 1518. 4. *Baſileae*, 1520. 4. *Coloniae*, 1522. 4. *Pariſ.* 1541. 4. *Venetiis* ad ſignum ſpei 1552. 12. ſine prologo, fol. 122. poſt indicem libelli, ſic inſcripti: *Dicta pretioſa ſiue loci communes ex omnibus fere doctoribus, qui in ſacris litteris ſcripſerunt, per Defenſorem theologum vetuſtiſſimum excerpti.*

Sententiae Sixti aut Xyſti, quae verae ſapientiae praeceptis refertae ſunt, et ad coeleſtem diſciplinam animos informant, Ludouici Hilleſſemii Andernaci docta explanatione illuſtratae. Coloniae apud Maternum Cholinum 1574. 8. ſine prologo.

Hilleſſemius ſententias per numeros ad oram diſtinxit, (quod a reliquis neglectum eſt,) et commentario explicuit. Margarinus Bigneus, omiſſis notis, ex hac editione ſuam expreſſit tom. III. biblioth. patrum p. 962. etc. editionis primae Pariſ. 1575. vnde reliquae omnes manarunt. vid. *Fontanin.* p. 303. et 314. *Coler.* in Anthol. faſc. I. cap. 8. Lipſiae, 1725. 8.

Gnomae ſiue ſententiae de moribus non minus eruditae, quam piae, Xyſti philoſophi, Laurentii Piſani, et Thalaſſii epiſcopi, nunc primum ſeorſum editae ſtudio Ioannis a Fuchte Helmeſtadii apud Iac. Lucium 1615. 12. ſine prologo.

Sexti Pythagorei ſententiae e graeco in latinum a Rufino verſae, et Xyſto romanae eccleſiae epiſcopo falſo attributae. ſine prologo.

Cum Opuſculis mythologicis etc. *Tho. Gale* Cantabr. 1671. 8. et Amſt. 1688.

S. Sixti II. philoſophi pontificis R. et martyris Enchiridion, vt Chriſtianum ſaec. III. monumentum iuxta codicem Beati Rhenani edit, obſeruationibus illuſtrat, aduerſus S. Hieronymi, Gelaſii, I. M. Braſichellenſis etc. cenſuras vindicat, conciliōque rom. ſub auſpiciis Benedicti XIII. P. R. A. R. S. 1725. conuocato, ad reſtituendam libri famam offert Vrbanus Godofr. Siberus. Lipſiae 1725. 4.

Haec editio dedit occaſionem *Fabricio*, vberius de *Sexto* eiusque ſententiis diſſerendi vol. XIII. quam *ſtrom* hic loco ſuo eoque commodiore inſtar poſtliminii reducam. Recenſuit autem ſcriptores a Galeo collectos. Hinc ad Sextii ſententias vbi peruenit, ita p. 645 ſqq. pergit: „Galeo, qui ſententias *Sexto* philoſopho tribuit, grauem dicam ſcribit p. 33 ſq. V. ven. *Vrbanus Godofred Siberus*, qui eaſdem eruditis notis illuſtratas ſeparatim edidit, atque Sixto II. epiſcopo romano et martyri conatur adſerere, Lipſiae 1725. 4. praefixa etiam ſub Sixti huius II. nomine efficta epiſtola, qua Concilio Lateranenſi, Romae ſuperiore anno ſub Benedicto XIII. congregato, has ſententias dedicauit. Sed certum eſſe puto, aliud teſtiſſe Origenem et Hieronymum qui ſententias has chriſtiani ſcriptoris eſſe minime exiſtimarunt. Origenes non modo epiſcopum et martyrem numquam nominat, quod neutiquam omiſiſſet, toties eius ingerens mentionem, vel ſemel ſaltem: ſed etiam libellum tamquam ſcriptum non Chriſtiani, a Chriſtianis tamen non niſi pueriter lecti, atque adeo probati meminit VIII. contra Celſum p. 497. et tom. XV.

in

in Matthaeum p. 369. atque eodem referre licet, quod eccleſiaſticum philoſophum vocat S. Maximus in Dionyſium Areopag. cap. 5. Myſticae theol. tom. II. p. 85. Rufinus autem, qui primus ſub Sixti martyris nomine illum ſententiolarum libellum latinis auribus commendauit, non modo temeritatis et inſaniae eo nomine arguitur ab *Hieronymo* in cap. 18. Ezech. et ad Cteſiphontem contra Pelagianos, et cap. 22. in Ieremiam; ſed monetur etiam in eo Chriſti, Spiritus S. Dei patris, patriarcharum, prophetarum et apoſtolorum nomina reticeri, quum in Hieronymi ſententiis, quas vir clar. p. 63 ſq. obiicit, toties Chriſtus de nomine celebretur. Et quis neget, ab ethnico etiam potuiſſe ſcribi philoſopho, licet nihil additum a Rufino largiamur, ſentent. 171. *Sapientia animum perducit ad deum:* et 172. *Nihil tam vernaculum ſapientiae, quam veritas*, et ſentent. 34. *habes in te aliquid ſimile deo.* Sane tamen, ſi interpolatorias manus ſuſpicari in his ſententiis non eſſet neceſſe, chriſtianum ſcriptorem illae hinc inde proderent. Quaecunque autem habemus graeca, ea ab ethnico proficiſci potuerunt omnia. Quod porro Laurentius martyr apud S. *Ambroſium* I. de Officiis inducitur ad Sixtum, martyrii candidatum, dicens: *ablatio diſcipuli, detrimentum eſt magiſtri*, cui reſpondere videtur, quod eſt in Sixti ſententiis n. 178. *peccata diſcentium opprobria ſunt doctorum*; ad hoc reſponderi poteſt, quod non Sixto id tribuitur, ſed Laurentio; deinde quod diuerſa ſententia eſt; tum quod Rufinus illam, vt alia, addidit fortaſſe de ſuo; denique commune hoc axioma potuiſſe etiam ethnico philoſopho in mentem venire. *Gelaſius* quoque Hieronymo ſuffragatus apocryphis accenſet *librum prouerbiorum, qui ab haereticis* (Rufino) *conſcriptus eſt et S. Sixti nomine praenotatus.* Rufino tamen adſenſi ſunt non modo Pelagius, ſed et *Auguſtinus* primo lib. de Natura et gratia cap. 64. (qui tamen id poſtea retractauit lib. II. retract. cap. 42.) et Syri, qui ſua lingua ſententias illas ſub Sixti epiſcopi nomine (ex Rufini verſione, vt videtur.) habent teſte Hebed Ieſu, et *Ioſepho Mario Aſſemanno* tom. I. bibl. oriental. p. 429. tum non ipſe Iſidorus Hiſp. ſed auctor adpendicis ad Iſidorum et Ildefonſum de ſcriptor. eccleſ. cap. I. adfirmans tamen, *huic opuſculo ab haereticis quaedam contra eccleſiaſticam fidem eſſe inſerta, quo facilius ſub nomine tanti martyris peruerſorum dogmatum reciperetur adſertio.* Laudantur etiam Sixti papae inſtituta apud veterem auctorem collectionis de Virtutibus et vitiis, editum a *Mabillonio* p. 62. Analect. edit. nouae, in fol. et a Laurentio Piſano, qui Sixti ſententias imitatus *diuina oracula* adpellat, *Thoma Bradwardino* in cauſſa dei, *Vincentio Bellouacenſi*, in Speculo morali et hiſtor. et ab auctore de vitis philoſophorum cap. 110 ſq.

Quod in aliis verſionibus ſuis mentionem ſcriptorum Ioſephi, Clementis, Origenis et Euſebii feciſſe cognoſcitur Rufinus, vt magna libertate vſus fuerit, neque dubitauerit interpolare quaedam et addere, demereque alia, vt ſcriptores, quos legeret, commendabiliores faceret; idem in hoc Sexti philoſophi enchiridio feciſſe videtur, quod ipſe Xyſto ſiue Sixto epiſcopo tribuit atque *anulum* inſcripſit. Ab eodem videtur profecta diuiſio libelli in duas partes, cuius Hieronymus meminit, et quae ſeruata etiam eſt in editione, quam Lugd. 1507. 4. adornauit Symphorianus Champerius cum libro ſuo de quadruplici vita et commentariis ad Theologiam Aſclepii et Iſocrate ad Demonicum. In hac enim ſententiarum Sexti editione pars ſecunda incipit ab illa, quae in editione laudati Siberi eſt CLXX. *Fides omnes actus tuos praecedat.* In eadem Champeriana exſtat quoque ſententia lecta Auguſtino et Pelagio: *Libertatem arbitrii ſui permiſit homini-*

bus deus, vt pure et ſine peccato viuentes deo ſimiles fiant. Et illa in duas partes diuiſio et haec ſententia deſideratur in aliis editionibus, vt in ea, quam B. Rhenanus, Baſil. 1516. in 4. dedit ex MS. Seleſtadienſi, et quae in bibliothecis Patrum, et in Galeana vtraque, nec non in Helmſtadienſi, quam cum ſententiis Laurentii Piſani, preſbyteri et Thalaſſii epiſcopi vulgauit *Io. a Fuchte*, 1615. 8. etiam in illa, quam diuiſam in Decadas XLII. *Petrus Poiretus* ſubiunxit ideae theologiae chriſtianae iuxta principia Iacobi Bohemi, Teutonici, Amſt. 1693. Optandum erat, graecas exſtare, et ab interpolationibus Rufinianis immunes has ſententias: ita enim adpareret, nihil in illis occurrere, quod ſcribi non potuerit ab ethnico philoſopho. Nihil certe aliud obſeruabitur in illis, quae eaedem cum gnomis hisce graece leguntur inter Demophili ac Democratis ſententias, vel apud Nilum Maximumue, vel apud Stobaeum; vel apud Origenem denique, nominatim Sextum laudantem. Sic, quod apud *Sextum* eſt XLII. *Quod tibi deus dat, nullus auferre poteſt*, in *Demophili* ſententiis ita exprimitur: *δῶρον θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον.* *Sexti* CCCXLIII. *qui cogitat aduerſum alium mala, ipſa praeueniens ipſe perfert mala*, apud *Demophilum: βουλευόμενος περὶ ἄλλου κακῶς, φθάνει ἑαυτὸν πάσχων ὑφ' ἑαυτοῦ κακῶς.* *Sexti* CCXCVIII. *magnam ſcito eſſe ſapientiam, per quam ferre potes ineruditorum inſipientiam*, apud *Demophilum: μεγάλην παιδείαν νόμιζε, δι' ἧς δύνῃ φέρειν ἀγνοούντων ἀπαιδευσίαν.* *Sexti* CCCCXLI. *ſapiens vir et cum tacet, honorat deum*, apud *Demophilum: σοφὸς καὶ σιγῶν τὸν Θεὸν τιμᾷ.* Quod in *Sexti* CCCCXLIII. eſt, *homo incontinens polluit deum*, apud Demophilum eſt, *τὸ Θεῖον μιαίνει.*" Hactenus *Fabricius.* Plures autem fuere *Sexti* et *Sixti* interdum confuſi. Sic *Sixtus* ſiue *Sextus*, (an noſter?) ICtus, nomophylax in adnotationibus ad Nouellas citatur a Nic. Comneno p. 371. teſte *Fabricio*, lib. V. cap. 45. vol. X. p. 545. *Sixtus*, I. II. III. IV. V. epiſcopi romani, paſſim occurrunt in vol. XI. et Fabric. vol. II. p. 411. in primo lib. VI. cap. 7. vol. XII. pag. 615. multos collegit et recenſuit *Sextos*. adde *Fontanin.* l. III. pag. 305. *Harl.*

Sicas Tarentinus.

Silius Crotoniata, ſiue Sileus, vt legitur in veteri inedita latina Iamblichi verſione cap. 36. vitae Pythag.

Simus Poſidonius. Idem fortaſſis, quem Ἁρμονικὸν vocat Porphyrius pag. 3.

Smicheas Tarentinus.

Soſiſtratus Locrus.

Soſthenes Sicyonius.

Soſtratius Sicyonius.

Sotion Alexandrinus, a quo amorem Pythagorae ſibi iniectum adſirmat *Seneca* epiſtola 108. neque tamen propterea Pythagoreum fuiſſe credit *Lipſius* lib. I. Manuduct. cap. 12. ſed non alienum ab ea abſtinentia fortaſſe et aliis magnanimi viri ſcitis aut inſtitutis. *Fabric.* confer infra, vol. II. pag. 412. etiam inter philoſophos ſtoicos. Nam illo praeſertim tempore Pythagorei in nonnullis doctrinis adcommodarant ſe Stoicis, et vice verſa. Alius *Sotion* vixit ſub Ptolemaeo Epiphane, ſcripſit de ſucceſſionibus philoſophorum graecorum, tribuitque Pythagorae carm. de natura vniuerſi et *λόγος ἱερός*. (*Diogen. Laert.*

Laert. VIII. 7.) conf. *Eunap.* de vitis ſophiſt. init. *Voſſium* de hiſtor. graec. lib. I. cap. 20. p. 128. *Menag.* ad Diog. Laert. lib. I. ſect. 1. Atque *Meinerſ.* in Hiſtoria doctrinarum apud Gr. et Rom. I. pag. 295 ſq. fidem eius hiſtoricam eſſe admodum incertam et mendacem pronunciat. Sed compara iudicium cenſoris in biblioth. crit. Amſtel. vol. II. part. 8. pag. 115. g) *Sotionis* ſententiae ἐκ τοῦ περὶ ὀργῆς memorantur in *Montfaucon* biblioth. Coisliniana p. 576. nr. 67. vide quoque apud *Stobaeum* ſerm. XCVIII. p. 324. et ſerm. XCVIIII. p. 329. edit. Wechel. — Alii *Sotiones* inter philoſophos peripateticos comparent infra. vol. II. p. 311. conf. *Brucker.* Hiſtor. crit. phil. vol. II. p. 95. de hoc Sotione et aliis eiusdem nominis. *Harl.*

Speuſippus, ſucceſſor Platonis, *ἐκ τῶν Ἐξαιρέτως σπουδασθεισῶν ἀεὶ Πυθαγορικῶν ἀκροάσεων, μάλιστα δὲ Φιλολάου συγγραμμάτων βιβλίδιόν τι συντάξας γλαφυρὸν, ἐπέγραψε μὲν αὐτὸ περὶ Πυθαγορικῶν ἀριθμῶν.* Theologumena Arithmeticae p. 61. In doctrina de bono, veſtigiis Pythagoricorum inſtitiſſe *Speuſippum* notat *Ariſtoteles* lib. I. cap. VI. Ethic. Nicomach. ad quem locum *Euſtratius* pag. 13. b. et auctor paraphraſeos ſub Andronici Rhodii nomine vulgatae, bonorum malorumque ordinem e Pythagoricorum mente refert in hunc modum: bona: 1) τὸ πέρας. 2) τὸ περιττόν. 3) τὸ ἕν. 4) τὸ δεξιόν. 5) τὸ ἄῤῥεν. 6) τὸ εὐθύ. 7) τὸ φῶς. 8) τὸ τετράγωνον. 9) τὸ ἠρεμοῦν. 10) τὸ ἀγαθόν. Contraria: 1) τὸ ἄπειρον. 2) τὸ ἄρτιον. 3) τὸ πλῆθος. 4) τὸ ἀριστερόν 5) τὸ θῆλυ. 6) τὸ καμπύλον. 7) τὸ σκότος. 8) τὸ ἑτερόμηκες. 9) τὸ κινέμενον. 10) τὸ κακόν. *Fabric.* Plura vide infra in Catalogo Platonicorum vol. II. pag. 65. *Harl.*

Spintharus Tarentinus. *Iamblich.* cap. 31. Huius dictum de Epaminonda, apud *Plutarch.* de genio Socratis f. 592 ſq. *μηδενί πω τῶν καθ' ἑαυτὸν* [P] *ἀνθρώπων ἐντετυχηκέναι μήτε πλείονα γινώσκοντι μήτε ἐλάττονα φθεγγομένῳ, in neminem ſe hominem aetatis ſuae incidiſſe, qui et plura noſſet et pauciora loqueretur.* Pater Ariſtoxeni fuit ac praeceptor, teſte Suida in Ἀριστόξ. Apud Cyrillum Alex. VI. in Iulian. pro *Spintharo* Pinthari nomen irrepſiſſe, iam notauit *Ionſius* pag. 75.

Stenidas Locrus, ex cuius libro de regno, fragmentum apud *Stobaeum* ſerm. 46. pag. 332.

Sthenorides Locrus.

Syllus, qui maluit iudicatum ſoluere, quam ſemel iurare. *Iamblich.* cap. 28.

Symichus Centoripinorum tyrannus, qui, Pythagora audito, imperium depoſuit, opesque ſuas partim ſorori partim ciuibus donauit. Porphyr. pag. 14.

Telauges Pythagorae F. (Porphyr p. 3.) et ſucceſſor, [Olym. LXXVII. ½. non Crotonae quidem, ſed in ſchola aliqua Sicula, ex mente Dodwell.] (Anonymus p. 14. apud *Phot.* cod. CCLIX.) Theanus et Pythagorae filium vocat Empedocles apud *Laertium* VIII. 42. vbi Empedoclis praeceptor fuiſſe et nihil ſcripſiſſe dicitur. [vid. *Dodwelli* Exercit. de vita Pythag. p. 218 ſq. *Brucker.* l. m. vol. I. p. 1101. et 1144.] Apud eundem ſect. 53. profertur aliquid ex Telaugis epiſtola ad Philolaum, ſed ſect. 55. negatur illa eſſe ἀξιόπιστος. Sane ſuperuixerit Empedocli Telauges, ſi ſcripſerit quae ſect. 74. adducuntur. *Iamblichus* cap. 28. ait Pythagoricos quosdam ad Telaugen referre librum Pythagorae de Diis ſiue ſacrum ſermonem. De tetractye libros IV. ſcripſiſſe notat Suidas.

Hunc

Hunc Telaugen ſingulari dialogo ſiue laudauit ſiue deriſit Aeſchines Socraticus. Vide *Menagium* ad Laertium II. 61. [et in Hiſtoria mulierum philoſophar. §. 81.]

Teles, ex cuius libro *περὶ αὐταρκείας* fragmentum in florilegio *Stobaei*, ſerm. 5. e libro de exilio ſerm. 38. de comparatione diuitiarum et virtutis ſerm. 89. et 93. de vita et quod voluptas non ſit ſummum bonum ſerm. 96. e libro *περὶ περιστάσεων* ſerm. 106. *Fabric.* Apud *Eudociam* in Ἰωνιᾷ p. 85. genealogiam Achillis edifferentem *Teles* de Achillis interitu et iis, quae illum ſunt conſequuta, ſcripſiſſe dicitur. An in libro quodam citato? *Harl.*

Temnonides et Euphranor iuniores Pythagorici citantur a Iamblicho in Nicomachi Arithmet. pag. 163. Alii codices legunt *Myonides.*

Theaetetus, qui Rheginis leges tulit. Iamblich. cap. 30.

Theages, ex cuius libro *περὶ ἀρετᾶς* fragmenta exſtant apud *Stobaeum* ſerm. 1. p. 10. Democratiae ſuaſor Crotone fuit cum Diodoro et Hippaſo, vt narrat Iamblich. cap. 35. adde, quae ſupra in Democede. Mentio et huius Theagis apud Aeneam Gazaeum de immortalitate animae p. 25. *Fabric.* vid. in *Galei* Mythol. p. 688. etc. Germana et reuera pythagorica eſſe fragmenta, cenſet *Tiedemann.* l. m. p. 207. *Harl.*

Theanor Crotoniata. *Plutarch.* de genio Socratis ſ. 582. *Fabric.* ſ. vol. VIII. pag. 304 ſq. edit. Reiske. confer *Meinerſ.* Hiſtor. dogmat. apud Gr. et Rom. I. p. 247. 478. et 483 ſq. not. *Harl.*

Theocles. *Iamblich.* cap. 27. Pro quo Euthyclem legit Obrechtus.

Theodorus Cyrenaeus. Vide Iamblichi locum ſupra in Hippaſo. Meminit geometrae huius Pythagorei etiam *Proclus* in Euclidem lib. II. p. 19. teſtatus, eum Pythagora paullo iuniorem. Idem forte [?] Theodorus mathematicus, quem a Platone auditum refert Laertius III. 6.

Theodorus Sicyonius.

Theodotus Tarentinus. Hic, ni fallor, fuit Theodotus Pythagoreus, quem linguam abſciſſam, ne conſcios prodere cogeretur, in tyranni faciem conſpuiſſe refert *Theodoritus* VIII. Therapeutic. p. 120. *Fabric.* vide *Huetii* Quaeſt. Alnet. lib. III. cap. 14. pag. 365. *Heumann.*

Theorides, Metapontinus, Euryti aequalis.

Thermacides, Pythagoricus. vid. *Marcianus Capella* lib. VII. qui eſt de arithmetica. p. 254.

Theſtor Poſidoniates, Thymaridem Parium ſingulari fide complexus. Iamblich. cap. 33.

Theudius Magnes, cuius elementa geometriae laudat *Proclus* ad Euclidem p. 19.

Thraſeus Metapontinus.

Thraſydamus Aegeus.

Thraſymedes Metapontinus.

Thymarides Parius. Vide paullo ante in Theſtore.

Thymarides,

Thymarides, Tarentinus, a Iamblicho in vit. Pythag. cap. 23. refertur inter eos, qui Pythagoram ſenem iuuenes auſcultarunt. Meminit eius idem Iamblichus cap. 28. vbi refert, eum non voluiſſe, quae ipſe, ſed quae Deus vellet, et ad Nicomachi Arithmetica p. 11. 36. 88. 91. 95. Vide et *Petrum Petitum* Miſc. Obſ. p. 19. vbi Dionyſium tyrannum in Thymaridis huius heroum illatum eſſe notat ex Ciceronis lib. III. de natura Deorum, [cap. 35. vbi vid. Dauiſii not.] etſi in Ciceronis editionibus non *Thymaridis*, ſed *Tympanidis rogum* legitur, pro quo Leſcaloperius p. 685. *tympanidiis in rogum illatus eſt*. [alii aliter. vid. *Markland.* epiſtol. critic. p. 26. *Triller*. Obſſ. cap. 28. p. 62. *Zeibich*. Prof. quondam Geran. in ſingulari proluſ. etc. *Harl.*

Thyrſus, Epicharmi et Metrodori pater. Vide Iamblichum cap. 34.

Timaeus Crotoniata.

Timaeus Locrus, tamquam Ἀςρονομικώτατος et naturae vniuerſae diligentiſſimus inquiſitor laudatur a *Platone*, qui dialogum ſuum, quem Timaeum inſcripſit, maximam partem ex Pythagorici illius libello, (qui a Proclo ſeruatus etiamnum exſtat,) περὶ φύσιος ſiue περὶ τῶ παντὸς expreſſit, vt iam olim notauit *Timon* Sillographus. Vide, quae infra in ſcriptis Platonis, [lib. III. cap. 1. §. 30. p. 21. etc. vbi Fabricius dedit ſpicilegium] vol. II. et Procli. [vol. VIII. p. 523.] *Ocellum Lucanum* Timaei πρόοδον ſiue anteambulonem vocat *Proclus* lib. VIII. in Platonis Timaeum. Cicero lib. V. de finibus cap. 29. Timaeum hunc, qui dorice ſcripſit, refert inter Pythagoricos, quos Plato philoſophiae cauſa ipſe adiit. *Fabric.* Confer de eo *Ionſium*, I. 6. 32. Gundlingiana P. XV. cap. 1. §. 2. not. p. 373 ſqq. *Heumann.* adde *Montucla* in Hiſtoria matheſeos, tom. I. part. I. lib. 3. p. 138. — codex, ad cuius oram ſcholia ſunt adſcripta et in fine ampliſſima de numeris adnotatio, nondum edita, eſt in biblioth. regia Matritenſi teſte *Iriarto* in Catalogo, p. 343. — *Timaei* libellus ſuppoſititius habetur a *Conringio* Propolit. cap. XV. p. 104. et *Thomaſio* tom. IX. Obſeruatt. Halenſ. 6. §. 7. adde quoque, quae ſupra ad *Ocellum* adnotata ſunt. Recentiore aetate, non quidem primus, dubitauit de ſinceritate libelli cl. *Meinerſ.* in bibliotheca philolog. Gotting. vol. I. part. V. pag. 204 ſqq. an. 1770. et in Hiſtor. doctrinae de vero deo, Lemgou. 1780. pag. 312. eius autem argumenta ſub examen vocauit, atque libelli genuini antiquitatem vindicauit Timaeo cl. *Tiedemann.* in: *Deutſchen Muſeum* part. 8. an. 1778. pag. 151 ſqq. idemque contra *Bruckerum*, qui in Hiſtor. crit. phil. I. p. 813. atque 1127 ſq. paucis diſſerit de *Timaeo*, quaedam pag. 161. monuit: tum repetiit et vberius firmiusque tuitus eſt vindicias in primis Graeciae philoſophis p. 191 ſqq. adde p. 476 ſqq. 482 ſqq. de Timaei doctrina de ideis, p. 484 ſqq. de Timaei et Ocelli coſmogenia vere pythagorica, p. 489 ſq. 494 ſqq. Timaeus et Ocellus comparantur, p. 502 ſqq. de elementis, ex mente Timaei. Contra priorem iudicii inquiſitionem defendit ſuam ſententiam copioſe cl. *Meinerſ.* in Hiſtor. doctrinarum apud Gr. et Rom. I. p. 587 ſqq. et nouis argumentis vſus abiudicauit Timaeo libellum de anima mundi, et hunc poſt tempora Platonis atque ex Timaeo Platonis eſſe concinnatum contendit. Renouauit hanc controuerſiam *Chriſtoph. Gottfried. Bardili* in: Epochen der vorzüglichſten philoſophiſchen Begriffe etc. Halae Sax. 1788. et primum p. 147 ſqq. ex illo libello confecit ſyſtema Timaeanum; tum p. 165 ſqq. negat, adparere in libello veſtigia compilationis ab homine recentioris aetatis fa-

ctae, immo potius docet contra Meinerſium, breuitatem, rationem peculiarem et perpetuam ſcribendi probandique, paucis, totum libellum indicia et vltimae antiquitatis et veritatis habere certiſſima. In primis acute beneque vindicat Platonem a crimine plagii ac Timonis Sillographi iniuria. Planum facit ex argumento dialogi, Timaeum a Platone in dialogo ita loquentem induci, non, vt eius verba ſententiasque omnes repetat ſimpliciter; ſed vt per illum, more dialogorum, ſuam profiteatur doctrinam ſuamque explicet mentem. Sic quoque percepiſſe videntur Platonis conſilium atque rationem Ariſtoteles, Cicero ac Plutarchus, ideoque illum plagii non fecerunt reum. *Harl.*

Timaeus Parius.

Timaratus, qui cum Zaleuco Locrenſibus leges tulit. Iamblich. cap. 30. Timares idem vocatur cap. 27. [ſ]

Timares Locrus, alibi Timaratus; vt iam dixi.

Timaſius Sybarita.

Timeſianax Parius.

Timolaus, Platone antiquior. *Syrian.* in Metaphyſ. p. 7. (an legendum Philolaus?)

Timoſthenes Aegeus.

Tydas Crotoniata, Bulagorae in ſchola Pythag. ſucceſſor *Iamblich.* cap. 36. *Fabric.* conſ. *Dodwelli* Exercit. de aet. Pythagorae p. 198. in primis *Bentleium* in Reſponſ. ad C. Boyl. p. 47. verſionis Lennep. qui *Tydam* numero Pythagoricorum eximit et apud Iamblichum pro μεθ' ὃν γὰρ Τύδας reponendum cenſet μεθ' ὃν Γαρτύδαν vel ſimile quid. adde in hoc Catalogo voc. *Pythagoras*, et *Bruckeri* Hiſtor. crit. philoſ. vol. I. p. 1101. *Harl.*

Tyrſenus Sybarita.

Valentius Haereticus, pythagoricus magis, quam Chriſtianus. Philaſtr. cap. 38. conſ. *Irenaeum* II. 19. et *Tertullian.* contra Valentinianos, cap. 15. licet Platonicum faciat *Iſidor.* VIII. 5. Origg. et *Tertull.* cap. 7. Praeſcript.

Vatinius quoque Pythagoricus audire volebat, et hominis doctiſſimi nomen ſuis immanibus et barbaris moribus praetendebat, vt ait Cicero, orat. in Vatin. cap. 6.

Xenocides Metapontinus, Ξενοκείδης, vt edidit Arcerius. In veteri inedita Iamblichi verſione Xenochades, Obrechto Xenocades.

Xenocratis Platonici Πυθαγόρεια. α΄. Laert. IV. 13.

Xenon Locrus.

Xenophanes inter Pythagoreos refertur ab *Huetio* in quaeſt. Alnet. lib. II. cap. 2. §. 1. et 13. *Heumann.* conſ. *de la Nauze* in Hiſſmanni Magazin, II. p. 102 ſqq. Infra II. cap. 23. §. 2. p. 796. *Harl.*

Xenophantes Metapontinus. *Fabric.* confunditur cum Xenophane, Sillorum auctore, de quo infra p. 797. Ab illo diuerſus fuit *Xenophantes* apud ſchol. ad Ariſtoph. Nub. v. 347. *Harl.*

Xenophilus Chalcidenſis ex Thracia. Laert. VIII. 16. et 46. vnde adparet, eum Ariſtoxeni, qui eum audiuit, temporibus vixiſſe, circa decimam a Pythagora generationem ſiue ſucceſſionem exſtitiſſe. Confer *Gellium* IV. 11. *Valerium Max.* VIII. 13. *Suidam* in Ἀριςόξενος, et quae ſupra in Phanton, et Pythagoras. Hic eſt *Xenophilus*, muſicus pythagoricus, quem centum et quinque annos natum Athenis obiiſſe refert *Lucianus* in Macrobiis, tom. II. p. 472. *Fabric.* conf. *Bentlei.* Reſp. ad Boyl. p. 45 ſq. *Harl.*

Xenophilus Cyzicenus.

Xentas Caulonenſis.

Xuthus Pythagoreus. Vide interpretes ad Ariſtot. IV. 9. Phyſ. Simplic. pag. 161. Themiſt. p. 43. 6.

Xyſtus. Videatur *Sextus.*

Zaleucus Locrus.
Zamolxis Thrax. } de his dixi infra capite proximo, vbi de legumlatoribus. *Fabric.* De *Zaleuco* vid. *de la Nauze* in: Hiſſmanni Magazin etc. II. pag. 97 ſq. *Bentleii* Reſponſ. ad Boyle p. 185 ſqq. verſ. Lennep. — De *Zamolxide* eſt locus apud *Strabon.* VII. p. 456 ſq. qui vero deceptus alios decepit, et apud *Porphyr.* de vita Pythagorae ſect. 14. et 15. vbi vid. Küſterum. *Freret* in Hiſſmanni Magazin, II. p. 162 ſqq. et praeter *Bruckerum* Hiſtor. crit. philoſ. I. p. 1020 ſq. aliosque hiſtoricos, *Tiedemann.* l. m. p. 333. *Harl.*

Zaratas (de quo ſupra lib. I. in Zoroaſtre) Pythagorae praeceptor fuiſſe traditur, aliis Nazaratus Aſſyrius.

Zeno Eleates, τῆς Πυθαγορείου διατριβῆς. Anonym. apud Phot. cod. CCLIX. Laertius prooem. ſect. 15. Zeno Citieus quoque ſcripſit Πυθαγορικά, teſte eodem Laertio VII. 4. *Fabric.* conf. *Strabon.* VI. init. p. 387. Almelou. *Harl.*

Zopyrus Tarentinus.

En tibi, Lector, ſectatores Pythagorae paucos e multis. Nam vt *Porphyrius* p. 13. e Nicomacho retulit, *Pythagoras* vno ſermone, ad Crotoniatas habito, plures quam bis mille homines permouit ac cepit, quod adfirmat etiam *Iamblichus* cap. VI. Et in veteri verſione inedita [u] [ſ] Iamblichi cap. XXXVI. poſt catalogum bene longum ſequuntur haec verba, quae in graecis omiſſa potius, quam ab interprete addita, mihi perſuadeo: *Hi vero ſunt Pythagorici non omnes, ſed ex omnibus glorioſiores.* Suidas in γνώριμος. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος γνωρίμους ἔσχε πλείους ἢ ἑξακοσίους.

u) De qua vid. *Fabricium* lib. IV. cap. 28. §. 4. fin. p. 287. vol. IIII. *Harl.*

II. CATA-

II. CATALOGVS MVLIERVM PYTHAGORICARVM [mm]).

Pythagorae conceſſum a Crotoniatis fuit, foeminas ſeparatim a viris docere in templo Iunonis, vt refert *Iamblichus* in vita cap. 9. qui cap. 11. nonnulla ſpeciminis loco adfert praecepta, quae foeminis Pythagoras propoſuit. Porphyrius itidem p. 12. [ſect. 18. p. 21. edit. Küſteri] auctor eſt, eum ταῖς γυναιξὶ καὶ γυναικῶν συλλόγῳ dogmata ac praecepta ſua tradidiſſe. [conf. *Meinerſ.* l. c. p. 463. not. et *Tiedemann.* l. mem. p. 303. etc.] Et *Iuſtino* teſte XX. 4. *Matronarum quoque ſeparatam a viris doctrinam et puerorum a parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam et obſequia in viros, nunc illos modeſtiam et literarum ſtudium: — — conſecutusque diſputationum aſſiduitate erat, vt matronae auratas veſtes ceteraque dignitatis ſuae ornamenta velut inſtrumenta luxuriae deponerent, eaque omnia delata in Iunonis aedem ipſi Deae conſecrarent, prae ſe ferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam, non veſtes eſſe. In iuuentute quoque quantum profligatum ſit, victi foeminarum contumaces animi manifeſtant.* Plures autem fuiſſe mulieres Πυθαγορικὰς, vt vocat *Laertius* VIII. 41. ſiue Πυθαγοριζούσας, conſtat, quas perſtrinxere ſingularibus dramatis comici *Alexis* et *Cratinus*, ac de quibus egit olim *Philochorus* [nn]), Athenienſis grammaticus, Ptolemaei Philopatoris temporibus clarus in συναγωγῇ Ἡρωΐδων γυναικῶν, vt ex Suida obſeruat *Ionſius* II. 9. p. 160. item *Menagius* [oo]), qui et ipſe *Pythagoricas* recenſet in Hiſtoria mulierum philoſopharum [pp]). Sunt autem hae:

Abrotelia, filia Abrotelis Tarentini, ſolo Iamblichi teſtimonio nota, licet in vulgatis p. 224. legitur Λασθένεια Ἀρκάδισσα, Ἀβροτέλους θυγάτηρ τοῦ Ταραντίνου. [Hinc Stanleius in Hiſtor. philoſ. lib. VIII. cap. 24. confundit eam cum *Laſthenia Arcadiſſa.*] Sed in codice

mm) De his agit *Wieland*, et tres Theanonis epiſtolas germanice vertit in: *Hiſtoriſcher Calender für Damen.* Furs Jahr 1790. Lipſiae. 12. Nonnullarum epiſtolarum verſ. gallicam, auctore Levesque, vid. ſupra in ind. edd. Theognid. fin. *Harl.*

nn) E quo Iamblichus hauſiſſe videtur, quae de feminis pythagor. reliquit. conf. *Ionſium* II. 9. 1. *Harl.*

oo) *Mirum*, inquit, *videri poſſit tot Pythagoricas philoſophas exſtitiſſe, cum ſilentium Pythagorici per quinquennium ſeruarent, et plurima arcana haberent, quae vulgare eis fas non erat; ſunt autem mulieres vt plurimum loquaculae et quae ſecretum cuſtodire vix poſſint.* Comes Ioan. de Oxenſtierna tom. III. Penſées, p. 93. de quinquennali in ſchola pythag. taciturnitate, dubitat, an vnum Gallorum Pythagoras habuerit diſcipulum. Vt vero loquaculas multas eſſe concedas, non negabis, eſſe in eodem ſexu alias aliquammultas, ſiue conſtantes, ſiue pertinaces, quae, vbi animum ſemel obſtinauerint in ſilentium, quouis viro ſeruare illud ſanctius potuerint. [Exemplum praebet *Timycha*, Lucana, apud Iamblichum vit. Pythag. cap. 31. ſegm. 192. adde *Plutarch.* de garrulit. p. 505.] Quod ſi tacere poſſe virtus eſt, neque ita hoc negandum foeminis, cum virtutes vniverſas non viros, ſed foeminas et virgines finxerint antiqui. σιωπηλότερος τῶν Πυθαγορείων τελεθόντων, *Julian.* epiſt. ad Salluſt. p. 152.

pp) Lugduni, 1690. 12. cum commentario italice ſcripto in ſeptimum tetradecaſtichum Franc. Petrarchae; dein ſeorſum Amſtel. 1692. 8. Denique ſubiuncta eius Commentario in Diogen. Laertium. Amſtel. 1695. 4. Plenius vero egit de illis *Io. Chriſtian. Wolf.* in *Catalogo foeminarum olim illuſtrium*, ſubnexo editioni: Mulierum graecarum, quae oratione proſa vſae ſunt, fragm. et elog. Londini, (Hamburgi) 1739. 4. vbi et multae foeminae pythagor. et multa earum fragmenta recenſentur. *Harl.*

codice regio et verſione illuſtris Obrechti [et edit. Küſteri,] diſerte Ἀβροτέλεια *Abrotelin* legitur, neque infolitum Graecis a parente [?] nomen filiabus imponere, vt in hoc ipſo Pythagoricarum apud Iamblichum Catalogo Χειλωνὶς filia Chilonis Lacedaemonii, in veteri verſione inedita, *Chilonissa*.

Aeſara Lucana, ex cuius libro de natura hominis, fragmentum exſtat apud Stobaeum Eclog. p. 105. *Saram* vocat Anonymus in vita Pythagorae, eiusque filiam fuiſſe teſtatur. Sed *Aeſarae* nomen praefert *Bentleius* pag. 383. Apologiae diſſ. de epiſtolis Phalaridis, non improbante *Dodwello* p. 124. de aetate Pythagorae. *Fabric.* vid. *Wolfii* Catalog. p. 258 ſq. *Tiedemann.* l. c. p. 332 ſq. *Harl.*

Agrinote Samia a *Porphyrio* p. 3. accenſetur Telaugi et Myiae ὧν φασιν καὶ συγγράμματα Πυθαγόρεια σώζεσθαι. Suidas vero in Πυθαγ. teſtatus, quosdam illam habere pro filia Pythagorae, in Θεανὼ ſcribit, filiam fuiſſe Pythagorae et Theanus, alibi [et ex eo Eudocia p. 71.] in Ἀριγνώτῃ, non filiam Pythagorae fuiſſe innuit, ſed Theanus et Pythagorae diſcipulam, et ſcripſiſſe Βακχικὰ, ἔστι δὲ [Küſter. conicit ἔτι δὲ] περὶ τῶν τῆς Δήμητρος μυστηρίων ἐπιγράμματα, γράφεται δὲ καὶ ἱερὸς λόγος. Ἔγραψε δὲ καὶ τελετὰς Διονύσου καὶ ἄλλα φιλόσοφα. Si ἱερὸς λόγος fuit titulus Βακχικῶν, quartus fuit hic liber iſta inſcriptione inter pythagorica monumenta, reliquos tres enim memoraui ſupra in Hippaſo. Sed poſſint etiam verba Suidae ita accipi, vt ἱερὸς λόγος reſpiciatur alter eorum, qui Pythagorae auctori tribuebantur, a Bacchicis hisce plane diuerſus, quem nonnulli ſcripſerint auctorem agnoſcere Agrinoten. Sed magis placet in praeſenti prior ſententia, licet alterius in mentem veniſſet lib. I. cap. XIX. nr. 2. Ἀριγνώτη ἡ περὶ τὰ Διονύσου (ita legendum, non Διονυσίου) γεγραμμένη memoratur etiam *Clementi Alex.* IV. Strom. p. 522. Meminit et *Harpocration* in Εὐοῖ. *Fabric.* *Arignote*, Wolf. cuius catal. vide p. 287 ſqq. *Harl.*

Ariſtoclea, Sacerdos Delphica ἡ ἐν Δελφοῖς, (non ἡ ἀδελφή,) a qua Pythagoras non pauca dogmata ſua moralia accepiſſe ſe eſt profeſſus; et *Porphyr.* p. 27. [ſect. 41. p. 41. edit. Küſter.] Eadem *Themiſtoclea* Ariſtoxeno apud *Laert.* VIII. 8. 21. *Theoclea* Suidae in Πυθαγόρας. Vide et *Apoſtolium* XVII. 80. prouerb. qui Pythagoram fratrem Ariſtocleae fuiſſe tradit. *Fabric.* Ad hanc ſcripſiſſe dicitur Pythagoras epiſtolam, editam in hac collectione:

Scripta latina pro dilectiſſimis Laurentii Olai Nericienſis filiabus, Margaretha, Birgitta et Catharina, bonae ſpei foeminis, Vpſaliae, per Petrum Er. Waldium. 1635. 4.

Continet epiſtolam *Pythagorae ad Themiſtocleam*, epiſt. Corneliae ad Gracchos et Probae Falconiae Centonem Virgilianum. vid. *Erici Mich. Fant* Hiſtoriam litteraturae graecae in Suecia p. 59—61. conf. *Wolf.* ad Olearii diſſ. de poetriis graecis, ſubiunctam eius editioni, Poetriarum octo-fragmenta etc. Hamburgi, 1734. 4. pag. 130. nr. 7. *Harl.*

Babelyma Argiua.

Baro. Suidas [et Eudocia p. 93.] Βαρὼ καὶ Δημὼ ὀνόματα σοφῶν γυναικῶν· ἐξένισεν ἡ Βαρὼ τὴν Δημώ. Demo poterat videri Damo, de qua infra. Sed apud Suidam legendum Βαυὼ, ſiue Βαυβὼ, quae τὴν Δηὼ, h. e. *Cererem*, hoſpitio excepit, vt notatum

Mauſſaco in Adpendice notarum ad Harpocr. quae Plutarcho de fluminibus ſubiicitur, p. 369. et Neocoro in luculenta Suidae editione. Itaque haec Baro ex elencho Pythagoricarum mulierum eſt expungenda. *Clemens Alex.* in protrept. p. 10. Ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ ὀρέγει Κυκεῶνα αὐτῇ. *Fabric.* adde Wolf. l. c. pag. 297. *Olearii* diſſ. mem. nr. 39. voc. *Iambe*, p. 163. *Harl.*

Biſorronde vocatur Menagio, quae in MSto regis galliae et in veteri verſione [?] latina *Piſorronde*, Arcerio, *Piſirronde*, Obrechto *Piſirrhonde*, Tarentina.

Biſtalia Damonis filia. Βιστάλη *Iamblich.* cap. 28. p. 135. [ſect. 146.] alibi Βισταλία. et apud Beſſarionem, qui Lyſidis epiſtolam latine exhibet, *Vitalia*. Ita vero Lyſis: Φαντὶ δὲ ἔτι καὶ Δαμὼ θνάσκοισα Βισταλίᾳ τῇ ἑαυτῆς θυγατρὶ τὰν αὐτὰν ἐπιστολὰν (idem praeceptum de non vulgandis Pythagorae commentariis,) ἀπέστειλεν. *Fabric.* vid. Wolf. l. c. p. 299 ſq.

Byndacis, ſoror Ocelli et Ocylli Lucanorum. Ita enim inuenio in veteri Iamblichi verſione, quod longe aliter Arcerius et Menagius. Vide infra in *Philtutis*. Sed cum vetere interprete, obſeruo, conſentire etiam Obrechti codicem, apud quem memorantur *Byndeice ſoror Ocelli et Ocyl. Lucanorum.* Sane Ocellum et Ocylum fratres fuiſſe, paullo ante notauerat Iamblichus. Arcerio et Menagio Ὀκελλὼ et Ἐκκελὼ praeter rem hoc loco ſunt nomina Pythagoricarum. *Fabric.* vid. *Wolf.* Catal. in *Occelio* p. 408 ſq. *Harl.*

Byo, Argiua.

Calliſto, ad quam exſtat Theanus epiſtola.

Chilonis, ſiue, vt in inedita Iamblichi verſione, Chiloniſſa, Chilonis Lacedaemonii filia.

Clearata, ad quam Meliſſae epiſtola fertur. [vid. ſupra ad II. cap. 10. §. 24. Meliſſae epiſtol. ad illam in Mulier. gr. fragm. proſaic. edit. Wolfii, p. 131 ſq. *Harl.*]

Cleaechma, Autocharidae Lacedaemonii ſoror. Arcerio Κλεαίχμα rectius forte quam in MS. codice Κληαίχμα.

Crateſiclea Lacaena, Cleanoris Lacedaemonii vxor, in MSS. codicibus graecis Iamblichi, quibus Arcerius et Menagius vſi ſunt, deſideratur, ſed in veteri verſione inedita, in qua *Cratiſtolia* ſcribitur, et in Obrechti codice exſtat poſt *Chilonidem*, vt adeo numerus Pythagoricarum XVII. apud eumdem Iamblichum non ſit ſollicitandus. [Küſter. e MS. addidit.]

Damo ſiue Demo, filia Pythagorae, qui illi commentaria ſua tradidit fideliter ſeruanda ac fideliſſime ab eadem ſeruata. Vide Lyſidis epiſt. apud *Laert.* VIII. 42. *Iamblich.* cap. 28. Alia Demo amaſia Antigoni regis apud *Athenaeum* XIII. p. 578. A. et *Plutarch.* Demetrio p. 901. C. *Fabric.* adde Wolf. p. 324.

Eccello, et Occello, quae tamquam duae mulieres Pythagoricae in quibusdam Iamblichi codicibus et a Menagio p. 100 ſq. celebrantur, fortaſſe chimaericae ſunt, Iamblicho certe non memoratae. Vide, quae ſupra in *Byndacis*.

Echecratia Phliaſia, Echecratis Phliaſii, philoſophi Pythagorici [vid. *Diog. Laert.* VIII ſegm. 46.] filia, vt veriſimillima ſuſpicione coniecit acutiſſimus ſenex, *Menagius*, in

ſua

ſua Mulierum Philoſopharum hiſtoria, quam frigidiore, quam ipſum eſt ſenium, ſcommate perſonatus *Vigneulus Maruilles* tom. II. Miſc. p. 30. [?] vocat *un petit livre tres maigre, et qui ſe ſent fort de la vieilleſſe de l' Auteur.*

Eubule, ad quam Theanus epiſtola exſtat, [vid. Mulier. gr. fragm. proſ. nr. 163. p. 224. vbi vid. Wolf.]

Laſthenia Mantinea, Arcadiſſa, Pythagoricis foeminis a Iamblicho, ſed a *Laertio* III. 46. et IV. 2. *Clemente Alex.* IV. Strom. p. 523. *Athenaeo* VII. 5. et XII. 12. Platonis diſcipulis accenſetur. *Fabric.* adde infra lib. III. cap. 3. pag. 70. vol. II. et *Wolſii* Catalog. pag. 383 ſq. *Harl.*

Leaena, Harmodii et Ariſtogitonis amica: de cuius ſingulari taciturnitate vid. S. *Ambroſium* lib. I. de virgin. cap. 4. Pythagorea quaedam vna ex virginibus celebratur fabula, quum a tyranno cogeretur, ſecretum prodere, ne quid in ſe ad extorquendam confeſſionem vel tormentis liceret, morſu linguam abſcidiſſe, vt, qui interrogandi finem non faciebat, non haberet, quam interrogaret, tom. II. p. 151. *Plutarch.* de garrulitate p. 505. [adde *Wolf.* in Catalogo etc. p. 454 ſq.]

Meliſſa Samia, cuius epiſtola ad Claretam exſtat, vt notaui ſupra cap. X. nr. 24. [eſt in Mulier. gr. fragm. proſaic. nr. 99. vbi vid. Wolf. et in Catalog. p. 399 ſqq.] Alia *Meliſſa* Periandri vxor, de qua Menagius ad Laertii lib. I. ſect. 94. *Meliſſa* item vxor philoſophi Carneadis, teſte *Valerio Max.* VIII. cap. 7. extern. nr. 9.

Myia Theanus et Pythagorae filia, Porphyr. p. 3. Clemens Alex. IV. Strom. p. 522. Suid. in Πυθαγ. etc. Milonis Crotoniatae vxor, teſte Iamblicho. Sub nomine Myiae epiſtola exſtat ad Phyllidem. Vide ſupra cap. X. nr. 24. Μύχα pro, Μυῖα apud Proclum p. 420. in Polit. Alias foeminas celebres huius nominis memorat Lucianus in Muſcae encomio tom. II. pag. 376. Fuerunt enim lyricae poetriae duae, Spartiatis vna, quae Suida teſte [et Eudocia in Ἰωνιὰ p. 303.] hymnos in Apollinem ac Dianam conſcripſit, quam cum Sapphone videtur coniungere Clemens IV. Strom. p. 523. altera Theſpiaca itidem Suidae memorata, et denique tertia famoſa meretrix Athenienſis. *Fabric.* Plura vide in fragm. mulier. gr. proſaicis, nr. 100 — 105. ibique Wolf. et hunc in Catalog. mem. p. 402 ſq. nec non Olearii diſſ. de poetriis gr. ſegm. 48. *Harl.*

Neſtheadusa, ſiue, vt Obrechtus, *Nyſteadusa*, Lacaena. Arcerius vitioſe edidit Πισιῤῥόνδη Ταραντὶς, Νιςεάδς Σαλάκερα, vnde *Piſirrhondem Nyſteadis* filiam effinxit praeſtantiſſimus Stanleius, [part. VIII. cap. 24. Küſter. e MS. edidit Νεςεάδουσα Λάκαινα.]

Nicoſtrata, ad quam exſtat epiſtola Theanus, qua eam a Zelotypia dehortatur. [Eſt quoque in fragm. mulier. gr. proſaicis nr. 164. p. 226 ſqq. vbi vid. Wolf.]

Occelo, quae a viris doctis inter Pythagoricas recenſetur, nulla fuit. Vide paullo ante in Byndacis.

Perictione, (diuerſa a matre Platonis,) e cuius libro περὶ σοφίας et alio περὶ γυναικὸς ἁρμονίης fragmenta leguntur apud Stobaeum, p. 6. 457. 487. [et in Wolfii fragm. mul. gr.

 proſaic.

proſaic. nr. 149 — 151.] licet illa Perictionae ſuppoſita eſſe contendat Clariſſ. Bentleius in Apologia pro diſſ. de epiſtolis Phalaridis p. 381 ſq. [p. 214. verſ. lat. Lennepii.]

Philtatis, Φιλτατὶς ſiue Φίλτις, (Arcerio male φίλτας.) Theophrii Crotoniatae filia, Byndacis ſoror. Βυνδακὶς enim pro Βυνδαίκε legitur in codice Iamblichi, manu exarato. Vide tamen ſupra in *Byndacis*. [et in Wolf. Catal. p. 429.]

Phintys Callicratis filia. Ex eius περὶ γυναικὸς σωφροσύνης fragmentum exſtat apud *Stobaeum*. [ſerm. 72. p. 443 ſq. et in Wolf. fragm. mulier. gr. proſaic. p. 169 ſqq.]

Phyllis, ad quam Myiae epiſtola exſtat. [rec. in fragm. mul. gr. proſaic. Wolf. n. 100.

Piſirrhonde. Vide ſupra in Biſorronde.

Ptolemais Cyrenaea ἐν τῇ Πυθαγορικῇ Μουσικῆς στοιχειώσει laudatur a Porphyrio in Harmonica Ptolemaei p. 207. 208. 209. [vid. fragm. mul. graec. prof. Wolf. nr. 157 — 159.] Quod antequam [?] Porphyrii liber a Ioh. Wallſio in tom. III. Oper. Oxon. 1699. fol. ederetur, et ante Menagium obſeruauit Iſmael Bullialdus notis ad Theonem Smyrnaeum p. 276. [adde infra, vol. II. p. 268. Wolf. Catal. p. 437.]

Rhodope, ad quam epiſtola ſub Theanus nomine edita a Luca Holſtenio, [ad Porphyr. de vita Pythagorae p. 23. edit. Kuſter.] De altera Rhodope celebri meretrice, quae cum Aeſopo ſeruiit, vide *Baelii* Lexicon tum ſuo loco, tum, vbi de Naucrate agit. Binas Rhodopas memorat *Athenaeus* XIII. p. 596. [adde Wolf. l. c. p. 439.]

Sara. Vide ſupra Aeſara.

Theano Pythanactis filia, genere Creſſa, Pythagorae vxor, Mater Telaugis, Mneſarchi, Myiae et Arignotes. Vide *Porphyrium* p. 3. Suidam [Eudociam pag. 228.] et *Laert.* VIII. 43. Ab aliis Brontini Crotoniatae filia dicitur, ab aliis Brontini vxor, *Laert.* VIII. 42. [vbi v. interpretes et *Wolfium* in fragm. mulier. gr. proſaicis pag. 238 ſq.] Apophthegmata eius nonnulla refert *Clemens* Alex. 4. Strom. p. 522. *Theon* progymnaſm. ubi de Chria, et idem *Laertius* VIII. 43. qui et ſcripſiſſe nonnulla innuit. Ex libro περὶ Εὐσεβείας fragmentum apud *Stob.* p. 27. Eclog. De epiſtolis, quae ſub Theanus nomine exſtant, egi ſupra cap. X. nr. 24. qq) Eas Theanus poſterioris, de qua mox dicturus ſum, eſſe malebat Voſſius libro de Poetis graecis. [adde *Dodwell.* Exerc. II. de vita Pythagorae p. 223 ſq.] Epiſtolam Theanus ad *Timaretam* laudat Pollux X. 3. [ſegm. 21. vbi vide Kuhnium, cui quidem ibi Theano eſt non Pythagorae, ſed Brontini vxor.] Suidas, eam, ait, ſcripſiſſe ὑπομνήματα φιλόσοφα καὶ ἀποφθέγματα, καὶ ποιήματα δι' ἐπῶν. Citatur Theano a Cenſorino cap. 7. Meminit et Theophylactus Simocatta in ἀπορίαις φυσικαῖς et *Apostolius* XVIII. 39. prouerb. e Plutarcho, cui cicada foemina eſt [illegible] ἄμειρος, οἷά τις Θεανὼ τὰ ἄρρητα. Alia, doctiſſ. Menagio obſeruata, praetereo, niſi quod video, praeter rem ab eo carpi Didymum, quod libro de philoſophia

qq) Proſtant quoque in Holſtenii not. ad Porphyr. de vita Pyth. p. 22 ſqq. edit. Kuſter. item in Wolfii fragm. mul. gr. proſaic. nr. [illegible] — [illegible]. Wolf. quoque reliquias veterum de illa loca collegit, et vberius egit de ea et reliquis eiusdem nominis in Catalogo foeminar. p. 44[illegible] ſqq. [illegible] 236 — 247. cum Wolfii adnotatis, *Brucker.* Hiſt. crit. phil. tom. I. p. [illegible]. in primis *Tiedemann.* l. c. p. [illegible] ſqq. qui diuerſas [illegible] narrationes corruptas, et [illegible] Pythagoricam [illegible] [illegible] Theanonem docet, n. Pythagorae vxorem, Brontini filiam, Crotone ortam. Ob mortis contemtum celebratur a Nazianz. l. in Iulian. pag. 77. *Harl.*

phia pythagorica ſcripſerit Theanonem Crotone ortam, ſolam e mulieribus philoſophatam fuiſſe et carmina ſcripſiſſe. Non enim ſolam, ſed *primam* philoſophatam inter foeminas fuiſſe ſcripſit; mox addit, eam ſcripſiſſe poemata, nec primam hoc feciſſe affirmans, nec ſolam. Vide *Clementem Alex.* 1. Strom. p. 309.

Fuit et altera *Theano* Metapontina, iunior, Pythagorae filia. Anonym. ap. Photium. cod. CCLIX. Vel Pythagorica ſaltem, *ἡ τῆς Πυθαγορείου σοφίας θυγάτηρ Θεανώ.* Hieronym. I. contra Iouian. p. 35. Timaeus quoque ſcribit, Pythagorae filiam choro virginum praefuiſſe, et caſtitatis eas inſtituiſſe doctrinis. [vid. *Aldobrand.* ad Diogen. Laert. VIII. ſegm. 42.] Lucian. amoribus tom I. p. 805. filia Leophronis, quam Suidas ait ſcripſiſſe *περὶ Πυθαγόρου, περὶ ἀρετῆς Ἱπποδάμῳ Θουρίῳ, παραινέσεις γυναικείας, καὶ ἀποφθέγματα Πυθαγορείων.* Vide *Kuhn.* ad *Aelian* I. 3. 7. p. 25. vbi et alias duas hoc nomine commemorat, Ciſſei filiam Iliad. ζ. 298. Athen. XIII. p. 560. et Pauſaniae matrem *Polyaen.* VIII. 51. quibus addenda tertia Locrenſis, lyrica poetria, a qua *ἄσματα λυρικὰ καὶ μέλη* Suidas ſcripta teſtatur. *Euſtathius* ad Iliad. β'. p. 247. *ὡς δὲ καὶ* [?] *Θεανώ τις γυνὴ Λοκρὶς Λυρικὴ ἦν, ἱστορεῖται οἱ παλαιοί.* Quarta Menonis filia, e pago Agraulenſi Athenienſis, quae cum diris deuouere Alcibiadem iuſſa eſſet, facere hoc renuit, aiens ſe *Εὐχῶν οὐ καταρῶν Ἱέρειαν γεγονέναι.* *Plutarch.* Alcibiade. p. 202.

Themiſtoclea ſiue Theoclea. Vide ſupra in *Ariſtoclea.*

Timareta ad quam Theano [vxor Brontini ſecundum Kühnium apud *Wolf.* in fragm. proſ. mul. gr. p. 238. et Menag. p. 239.] ſcripſit teſte *Polluce* X. 3. *Fabric.* Recepit Pollucis locum Wolf in frag. proſ. mulierum gr. nr. 167. atque adiecit et doctorum editorum et ſuas animaduerſiones. vid. paullo ante ad voc. *Theano* adnotata. *Harl.*

Timycha Lacaena. Vide ſupra in Myllio Crotoniata, cuius vxor fuit. Iamblich. cap. 31. et 32. et 36. in quo poſtremo loco p. 223. male ab Arcerio editum *γυνὴ Εὐμύλλια* pro *τοῦ Μυλλία.* Fidem huius Timychae in arcana ſeruando praedicat etiam Olympiodorus ad Phaedonem Platonis, ne alia a *Menagio* p. 93 ſq. obſeruata repetam. *Fabric.* Multus eſt de illa, et alia eiusmodi exempla profert *Wolfius* in Catal. foeminarum olim illuſtrium, p. 454 ſq. *Harl.*

Tyrſene Sybaritis, in quibusdam MSS. Iamblichi codicibus *Τυρσηνὶς*, vnde Menagius ſegm. 166. *Τυρσηνώ.* Sed in veteri inedita verſione *Tyrſenis, Τυρσηνίς.* [v. *Wolf* l. c. p. 456.]

Vitalia vocatur apud Beſſarionem, quae aliis *Βιτάλη* vel *Βιταλία*, vt ſupra notaui.

III. PYTHAGOREORVM FRAGMENTA IVNCTIM EDITA.

Fragmenta Pythagor. edita. Duplex collectio exſtat fragmentorum ex veteribus Pythagoricis, vna *moralis* argumenti, altera *politici*, quae vtraque maximam partem eſt petita ex Stobaeo.

Non defuerunt viri docti, quibus tota viſa eſt vacillare illorum fides et auctoritas, et qui Stobaeum in ſuppoſita ſcripta putarunt incidiſſe, non in genuina veterum Pythagoricorum monumenta rr). Ita quidem *Hermannus Conringius* in Propoliticis cap. XV. p. 104. qui

 Timaei

rr) Vid. ſupra ad cap. XII. §. 4. et quae in Catalogo Pythagoricorum de Ocello et Timaeo, (quem *Morhof.* lib. I. Polyhiſt. philoſ. cap. 2. §. 3. non vsque adeo plenam mereri fidem, adſeuerat,) adnotata ſunt. Obſcura Pythagoreorum carmina, h. e. ea, in quibus numerorum laudes celebrare, eosque

Timaei quoque Locri et [ss]) Ocelli Lucani libellos incertae fidei eſſe putat. Sed admodum leuia ſunt viri docti argumenta, licet iis aſſentiri non dubitet *Iacobus Thomaſius* ὁ μακαρίτης diſſ. I. de quatuor virtutibus cardinalibus §. 20. qui cum *Conringio* ſuſpicatur, illa ſaeculo Chriſtiano ſecundo vel tertio conficta eſſe ab iis, qui pythagoricae veteris philoſophiae reſtauratores voluerunt videri. Noui, Bentleium, Zaleuci quoque et Charondae fragmentis, et Perictiones, quae apud eumdem Stobaeum occurrunt, non multum fidei tribuere, ſed nec ipſe plane certo adfirmare audet, veram et indubitatam eſſe, quam propugnat, ſententiam, vt ipſo etiam auctore liceat nobis de illa addubitare, quemadmodum capite proximo ſum dicturus. Vtcunque vero iſta ſe habeant, elegantia et lectu digniſſima eſſe illa, ſub Pythagoreorum nomine collecta fragmenta, pauci in dubium vocauerint. Voſſio [P] certe lib. de Philoſophorum ſectis adeo pretioſa videntur iſthaec monumenta, vt illa non magis frequentari, miretur ſimul, indigneturque. [Librum arabicum Pythagorica complectentem dogmata, MS. in bibl. Leidenſi a Iac. Golio latine verti deſiderat *Adolf. Vorſtius*, tom. II. Sylloges Burmann. p. 792. adde 793.] *Moralia* quidem e Stobaeo petita graece ac latine edidit *Guil. Canterus* Baſil. 1566. 4. [cum Ariſtotelis Ethic. Nicom. Baſil. 1582. fol. Sunt ex Hippodamo Thurio, de felicitate, ex Euryphamo de vita, Hipparcho de animi tranquillitate. etc.] Diogeni Laertio ſuo graece, vt ex parte graece atque latine, plus ſimplici vice [in edit. II. 1593. 8. omnia graece tantum,] ſubiecit *Henr. Stephanus*, in quibus praeter *Archytae*, *Cliniae*, *Critonis*, *Euryphami*, *Hipparchi*, *Hippodami*, *Metopi*, *Polo*, et *Theagis* loca quaedam e Stobaeo, occurrunt *incerti* cuiuſdam διαλέξεις quinque dorice ſcriptae, quas H. Stephanus primus edidit, nullo vnde ſumſerit indicio facto, denique *Archytae* loca e Iamblichi protreptico, et *Pythagorae*, *Lyſidis*, *Theanus*, *Meliſſae* et *Myiae* epiſtolae [tt]). Eadem fragmenta priori ſuae Maximi Tyrii editioni graece ſubiiciendа curauit *Daniel Heinſius*. [Tum in *Theſauro philoſophiae moralis*, quo continentur gr. et lat. Epicteti Enchiridion, Cebetis Thebani tabula, Theophraſti characteres et Pythagoreorum fragmenta, interpretibus Cantero et Spondano, (ita recte in titulo; at p. 140. illa verſio male tribuitur Claudio Auberio.) Lugduni, apud Tornaeſium, 1589. 12. Coloniae Allobrog. 1613. 12. Accedunt in hac editione, gr. et lat. Io. Spondano interprete, fragmenta Diotogenis de ſanctitate, Charondae Catanaei prooemia legum, Callicratidae Laconis de familiarum felicitate. — item latine, Cantero interprete, cum Diogene Laertio, apud Iac. Chouet. 1595. 12.] Denique *Thomas Galeus* [uu]) in Opuſculis mythologicis, ethicis et phyſicis Cantabrig. 1671. 8. et Amſt. 1688. 8. non ſolum ex Stobaeo petita exhibuit cum verſione *Guil. Canteri*, ſed et διαλέξεσιν illis numquam antea latine editis adiunxit latinam verſionem et notas Nobilis viri *Iohannis Northi*, qui ex loco p. 722. edit. Amſt. auctorem conficit Pythagoricum quemdam, *Mimantem* nomine. [vide ſupra in Catal. Pythagor. *Mimas*.]

que deorum nominibus ſalutare ſolebant, memorat *Menander* rhet. p. 39 ſq. vide ibi cl. *Heeren* notam p. 38. x). adde *Bruckeri* Hiſtor. crit. philoſ. I. p. 1040. *Meinerſii* hiſtor. cit. I. p. 569 ſqq. 596. 601. etc. coll. *Tiedemanni* Princip. Gr. philoſ. p. 206. etc. qui de fide atque auctoritate horum fragmentorum non conſentiunt: vti iam ſupra adnotauimus. Fragmenta vero epiſtolaeque Pythagoricarum, pulcrius ſcripta, magis redolere videntur ingenium pythagorici foederis Croton. quam reliquiae Pythagoreorum celeberrimorum. *Harl.*

ss) Vid. ſupra, Ocellus et Timaeus, inter Pythagoreos.

tt) Conf. *Freytagii* Adparat. litter. tom. II. p. 799 ſqq. *Harl.*

uu) Loca quaedam emendat *Heringa* in Obſſ. libr. p. 16 ſq. 121. 152. 170. *Harl.*

Mimas.] *Archytae* quoque locis e Iamblichi protreptico deſcriptis latina verſio et caſtigationes eiusdem Northi accedunt, vt Pythagorae et Pythagoricorum epiſtolis VIII. translatio latina non vnius auctoris.

Pythagoricarum ſententiarum libellus a *Rittershuſio* collectus prodiit ad calcem Malchi ſiue Porphyrii de vita Pythag. Altdorf. 1610. 8.

Pythagoreorum fragmenta *Politica* ex Stobaeo collecta et a *Ioh. Spondano* latine verſa, paſſimque emendata, leguntur ad calcem Politicorum Ariſtotelis, quae cum Dionyſii Lambini et Petri Victorii verſionibus Theodorique Zwingeri argumentis, ſcholiis et Commentariis eiusdem Victorii integris prodierunt, Baſileae 1589. fol.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 9. col. 1. init.] adde: Bibliothek der alten Litterat. und Kunſt. Ined. I. p. 52. — Pag. 10. nr. 9.] vid. infra ad Heſiod. p. 347. — Pag. 26. §. IX. lin. 2. leg. *Dictyos.*

Pag. 36. lin. 14. *Strabo*] Ex hoc Strabonis loco colligit *Penzel* ad verſionem ſuam germ. Strabonis tom. I. p. 471 ſqq. Hannonis aetatem incidiſſe in aetatem ante tempora Troiana. — Pag. 60. col. I. lin. pen. leg. *adſcriptae.*

Pag. 92. lin. 18. *teſte Suida*] adde Pauſan. p. 237. atque Hiſtoriam gothice ſcriptam, p. 109.

Ibid. nota *i*) *Tacitus c.* 26.] adde Lindebrogium pag. 1361. ad codicem legum antiq. et de aliis populis ſeptentrion. Rudbeck tom. II. Atlanticae pag. 164. ſq.

Pag. 93. §. XII. *talorum et alearum*] *Schachiludii.* Wolf. bibl. hebr. pag. 406.

Pag. 94. lin. 2. §. XIII.] Hermetis nomen libertis frequenter datum Giornale de letter. in Parma 1690. p. 450. p. 44. ſq. Philoſtratus in Heroicis, p. 692.

Pag. 94. §. XV. fin.] Zacharias Chryſopolitanus tom. 19. biblioth. patrum pag. 916. *Praeſtigium quaſi praeſtrigium dicitur eo, quod perſtringit aciem oculorum, cuius inuentor Mercurius dicitur fuiſſe.* — Inueniſſe quoque fertur *aurum.* Chronic. Paſchale, quod Alexandrinum vulgo vocatur.

Pag. 95. §. 1. lin. 5. ξυνῳδοῦσαι] Philoſtratus quoque in Heroicis pag. 691. ſq. edit. Godfr. Olearii.

Pag. 96. §. 1. lin. 10. *poematis compareț.*] et Homerum τῇ ἡδονῇ ſiue ſuauitate Heſiodo praefert.

Ibid. §. II. lin. 3. *Macrob. Saturn. lib.* 1. *c.* 21.] Confer Coelium Rhodigin. XII. 9. Priapus Aegyptiis Ὧρος, Codin. orig. Conſtant. n. 30. Priapus et Sol idem ibid. Io. Argolus notis ad Onuphrium de ludis Circenſibus lib. 1. cap. 17. pag. 207. tom. IX. Antiqq. rom. *Hori* nomine Aſtrologiam et rei coeleſtis peritiam denotari probat e loco Luciani ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν ὧροι.

Pag. 100. §. 4. lin. 4. *habemus, concinnaſſe*] ἐξ ἄλλων ἀντιγράφων lib. II. cap. 1. ex Horapolline et aliis collecta et ſuis quibusdam obſeruationibus etymologiisque graecis vocabulorum aucta, vt *Orig.* ἀπὸ τοῦ τῶν ὡρῶν κρατεῖν libr. 1. cap. 17. *Cameli*, quod ſolus Κάμπτει τὸν μηρὸν, lib. 2. c. 100. Hinc interdum non interpretem, ſed periphraſten egiſſe, notatur a Corn. de Paw in notis p. 294. Homeri verſus citatur lib. II. cap. 101. Non adeo antiqua eſſe, quae ab Horapolline traduntur monet Gisb. Cuperus Exerc. 1. de Elephantis in Numis c. 3. pag. 32. tom. III. Antiqq.

Pag. 101. §. VI. lin. 34. *addidit Fabric.*] gallica verſione iconibusque additis Par. 1574. 8.

Pag. 103. lin. 22. *Pariſ.* 1518.] et minus luculenter 1647. 4. — vertit gallice Godofredus Thorus ſiue Tory, Bituricenſis, teſte Francifco a Cruce, bibl. gallicae p. 125. et Io. Martin Pariſinus, id.

Pag.

Pag. 125. lin. 7. *in moribus erudit. hom.*] ut Petri Anglici (*l'Anglois*) diſſert. de Hieroglyphicis Aegyptiorum: Pariſ. 1583. 4. gallice editam praeteream.

Pag. 127. lin. 32. leg. *Laſcarin*, et lin. vlt. pro: 1468. lege 1486.

Pag. 137. circa fin. adde:

Μουσαιου τα καθ' Ἡρω και Λεανδρον. *Muſaeus Gedicht von Hero und Leander, mit einem griechiſch-deutſchen Wörterregiſter, herausgegeben von Ludw. Heinr. Teucher.* Lipſiae, 178[illegible]. 8.

Pag. 147. col. 1. lin. pen.] adde eundem *Schneiderum* in Fragmentis carminum Pindaric. pag. 7[illegible]. —

Pag. 159. col. 1. lin. vlt. adde *Car. Goth. Lenz* diſſ. de fragmentis Orphicis etc. Gottingae, 178[illegible]. 8.

Pag. 173. col. 2. lin. vlt.] Ab Eurydice Orphei multum diuerſa eſt Eurydice a Plutarcho in libello de liberorum educatione memorata. Hanc Heumannus in diſſ. laudata p. 1[illegible] ſq. putat fuiſſe vxorem Philippi, Alexandri M. patris: Heuſingerus vero in diſſ. addita cenſet, eam fuiſſe vxorem Amyntae, Macedoniae regis, et matrem Alexandri, Perdiccae et Philippi, patris Alexandri M.

Pag. 197. lin. 2. *Myrtili*] citat eum *Strabo* lib. I. p. 1[illegible]3. B. et de *Antiphane Bergaeo* paullo ante memorato, vid. Strabon. I. p. 81. ibique Caſaub. edit. Almel.

Pag. 198. col. 1. not. *a*) adde cl. *Heynii* Excurſ. ad Virg. I. Aen. 81. edit. II.

Pag. 213. not. *b*) adde *Reliqua Friderici II. Imperatoris de arte venandi cum auibus, cum Manfredi Regis additionibus, ex membran. codice Camerarii primum edita Auguſt. Vindel. 1596. nunc fideliter repetita et annotationibus iconibusque additis, emendata atque illuſtrata. Accedunt Alberti M. capita de Falconibus, aſturibus et accipitribus, quibus annotationes addidit ſuas Io. Gottlob. Schneider, Saxo, Prof. philolog.* in Vniuerſ. Francofurt. ad Viadrum) Lipſiae, tom. I. 1788. 4. — ad reliqua librorum Friderici II. commentarii — tom. II. ibid. 1789. in tom. II. p. 1[illegible] — 125. eſt Catalogus auctorum, qui de re accipitraria ſcripſerunt, cum locis inde excerptis. conf. Neue Leipzig. gel. Anzeigen. an. 1789. nr. 18. p. 151 ſqq.

Pag. 215. §. III. lin. pen. Magn.] lege *Mamaeae* — — Θεογαμιῶν.

Pag. 300. not. *g*. lin. 2. adde biblioth. criticam Amſtelod. II. part. 8. p. 103.

Pag. 324. lin. 12. *latinum*] lege *germanicum*.

Pag. 328. lin. vlt. not.] conf. *Strabon.* I. p. 29. ibique Caſaubon.

Pag. 400. lin. 28. *ibidem*] lege *itidem*.

Pag. 408. lin. 23. *pſeudo-Homeri*] lege *pſeudo-Herodoti*.

Pag. 409. lin. 35. *a*] lege *ab*.

Pag. 436. §. XXV. fin.] adde *Ilias contracta*, proſaice verſa cum notis. Romae, 1789. 4. vide L'Eſprit des Journaux. menſ. Mart. 1790. tom. II. p. 206 ſqq.

Pag. 437. lin. 27. *adnatio*] lege *adnotatio*.

Pag. 4[illegible]8. circ. fin.] Eiuſd. rhapſ. IX. metrice verſa a *I. H. Voſſ.* in: Neuen deutſchen Muſeum. part. I. 1790. Ian. p. 1 ſqq.

Pag. 540. lin. 37. leg. *ſedet* — — *praeceptorum*.

Pag. 6[illegible]5. lin. 22. add.] In Notices et Extraits des Manuſcrits de la Bibliotheque du Roi, lûs au Comité établi par Sa Maj. dans l'Academie R. des I. et B. L. tom. II. Paris. 1789. maj. 4. p. [illegible] ſq. a Rochefort pars codicis recenſetur, qui continet XXVIII. fabulas Aeſopias, nondum editas. Has typis exſcribi fecit graece cum verſione gallica atque animaduerſionum et vbi fabulae ſimilis argumenti reperiantur. De Roch. cum Bentleio et Tyrwhitt negat, Planudem fuiſſe auctorem Aeſopiarum, quas habemus, fabularum, ſed ſaltem eum credit collectorem illarum atque interpolatorem. Has 28. fabb. habet Planude antiquiores, atque laudat. In prolegomenis hiſtoriam fabularum Aeſopiarum continuauit.

Ad cap. IX. §. 7. adde: Τυρταιου και Καλλινου Λειψανα. *Des Tyrtaeus und Callinus Kriegslieder, Griech. mit erklär. Anmerkungen von I. C. Brieger. Zittau und Leipz.* 1790. 8.

Reliqua alio tempore adnotabuntur.

IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE TERTIVM RECOGNITA ET PLVRIMIS LOCIS AVCTA

EDITIO QVARTA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG

ACCEDVNT

B. I. A. FABRICII ET CHRISTOPH. AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

VOLVMEN SECVNDVM

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCLXXXXI

LIPSIAE, EX OFFICINA BREITKOPFIA.

ILLVSTRISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO

CAROLO AVGVSTO

BARONI

DE HARDENBERG

POTENTISSIMI REGIS BORVSSORVM ET SERENISSIMI MARGGRAVII ONOLDINO - CVLMBACENSIS A CONSILIIS INTIMIS CVI SVPREMA CVRA VTRIVSQVE PRINCIPATVS BRANDENBVRGICI IN FRANCONIA ET REDITVVM CVM POTESTATE ET IMPERIO EST COMMISSA

EQVITI RENOVATI ORDINIS BRANDENBVRGICI RVBRAE AQVILAE NEC NON REGIORVM POLONICORVM ORDINVM AQVILAE ALBAE ATQVE STANISLAI

VIRO SVMMO ATQVE INCOMPARABILI

IN CVIVS PECTORE ET VVLTV

GRATIAE RESIDERE VIDENTVR

ET IN QVO NVM PRVDENTIAM SAPIENTIAM ET PROMTITVDINEM

AN LITTERARVM AMOREM VRBANITATEM ET COMITATEM

QVILIBET CVI ADITVS AD EVM PATET

MAGIS ADMIRETVR ET VENERETVR

DVBITABIT

CVIVS BENEFICIA ET MERITA IN FRIDERICO-ALEXANDRINAM

TANTA CERTO ERVNT

QVANTA HELMSTADIENSIS LITTERARVM VNIVERSITAS

CVIVS TVTELA QVONDAM FVIT

ADHVC CELEBRAT

MAECENATI SVO PLVRIMIS NOMINIBVS VENERANDO

ET OB PLVRA ATQVE SINGVLARIA MIRAE HVMANITATIS ATQVE BENIGNITATIS
SPECIMINA

OMNI PIETATIS CVLTV PROSEQVENDO

SECVNDVM HOC VOLVMEN

TAMQVAM PIGNVS GRATISSIMI

ET RELIGIOSI ANIMI

SACRVM ESSE IVBET

IDEMQVE TANTI VIRI PATROCINIO CVRAE FIDEIQVE

IN POSTERVM SE SVOSQVE COMMENDAT

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLES

CVLMBACO-FRANCVS

LECTORI BENEVOLO

S. D. PL

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLES

Si hominum eruditorum indulgentia atque adplauſus et laus eorum, qui ipſi in ſumma laude ſunt, optimum praemium laborum, qui immenſi videntur, et dulciſſimum miſeriarum, quae abſorbendae ſunt, leuamentum iure cenſentur: equidem huc vsque ſorte mea contentus mirifice laetari conſenſione virorum doctiſſimorum cum in laudando primo volumine, tum erroribus varii generis excuſandis, et aperte declarare poſſum, meam opinionem atque exſpectationem eſſe victam. Idem tamen candide fateor, tantum afuiſſe, vt ſententiis doctiſſimorum cenſorum, qui de mea opera paſſim iudicarunt, et quibus gra-ias palam ago maximas, honorificis, praecipue ſuperbis *Wernsdorfii* atque *Heynii*, virorum ſummorum, qui in hoc litterarum genere habitant, iudiciis, n ephemeridibus litterariis, Helmſtadienſi ac Gottingenſi, latis, ad faſtum et arrogantiam, homine litteras bonas docente indignam, abriperer, vt potius, infirmitatis ac tenuitatis virium conſcius, nec ignarus, quantum deſit ad operis per-ectionem, timidior fierem, ne, dum in magna VV. DD. ſunt exſpectatione, -unc in ſequentibus fruſtrarer voluminibus. Saltem iis excitatus ſum ad gratias -eo, me adiuuanti, deuotas perſoluendas et ad maiorem curam operi impenden-am. Quorumdam doctorum virorum monita gratus legi et accepi, iisque, -antum fieri poterit, ſuo tempore vtar. Immo vero, quaecumque addenda, -t corrigenda viris doctis viſa iam ſunt, aut poſtea videbuntur, colligam, et in -pplementis, ſi deus vitam viresque conceſſerit, diligenter indicabo. Atque -o ipſe, quum dies diem doceat, haud pauca, quae commiſſa ſunt a me, aut -miſſa, congeſſi, atque animaduerti, etiam inter ſcribendum calamum interdum -erraſſe, neque vel ea, quae mihi haud incognita fuerunt, vel interdum eos -bros, praecipue minoris molis, quos ipſe habeo, in tempore veniſſe in memo-rium manusque. Quod vero in libellis minoribus, diſputationibus et program-matibus interdum materia egregia collecta eſt, aut vberior hominum rerumque, de -ibus peculiari ſtudio agitur, notitia datur, iique rariores ſunt inuentu, fre-

quentem

quentem illarum commemorationem lectoribus haud ingratam fore exiſtimaui. Ne tamen, quod lectoribus omnino crearet moleſtiam nauſeamque, ſupplementa ſupplementis perpetuo ſint addenda, ego, quando iuſta illorum erit copia, ſiue a me parta, ſiue ab aliis ſuppeditata, ſimul exponam. Poſt hanc tamen praefationem pauca adnotabo, ne ea interea temporis memoria manibusque excidant, aut caſu pereant. Neque vero, quum ipſe ſentiam, me imparem eſſe, omnibus numeris explendis, nec omnia, quae huc facerent, legere atque diiudicare potuerim, nec ea, quae quondam, de B. Gr. Fabriciana denuo edenda ne per ſomnium quidem cogitans legeram, memoria teneam recenti, deerunt Momi maleuolique cenſores, qui multa culpent, multa, quae illis, vel in ampliſſimis bibliothecis ſedentibus fors, vel, in vno alteroque auctore legendo pertractandoque diutius diligentiusque verſatis, diuturnus vſus obtulit, aut forſan ipſi poſſident, indeque melius ſcire ac iudicare poſſunt, aut caſu, qui vel hac in re multum valet, inuenerunt, in hoc opere tam vaſto deſiderent, omnia in malam partem interpretentur, errata, ſiue ab infirmitate humana profecta, ſiue tarditate typothetarum commiſſa, anxie venentur, magno conuitio exagitent et immoderate calumnientur; ea vero, quae bona aliis probis, aequis cordatisque viris videntur, maligne transeant, et in aliis carpendis et vituperandis famaque aliorum laceranda, gloriolam, neſcio quam? aut animi ſui improbi tumidique voluptatem quaerant: vt nuper quidam in actis literariis haud obſcuris, omni bile atra in me et in libellum quendam, a me iam pridem editum, effuſa, fecerat. Non perpendunt iſti, quam turpiter, dum tales inſtituunt inſectationes, commaculent ſuam ipſorum famam, et literarum, quae ab humanitate nomen habent, dignitatem: vt nihil dicam, quam religionis doctrinae et diuinae, et humanae, de moribus, de aequitate atque vrbanitate praecepta, quae haud didiciſſe videntur, negligant atque violent. Sed quae iſtis, mihi non plane incognitis, reſpondeam, poſſunt ea iam in praefatione ad primum volumen, partim aliorum teſtimoniis vſus, occupaui. Nec dubito, ea, quae *Valckenarius*, at quanti nominis vir! in praefatione ad Ammonium grammaticum pag. x. ſcripſit, mea facere. „Qui alios reprehenderim, vt viciſſim corrigar, aequo animo, vti par eſt, feram. Cenſurae candidae et eruditae ſemper videbuntur amabiles: reliquas, etiamſi ab illis proficiſcantur, qui quorumdam opinione cenſentur nobiles, deſpicere didici." — Atque ego, vt omnia, quae viri copia litterarum et eruditione non minus quam vrbanitate elegantiaque morum conſpicui, nec contemnendi libidine, aut potius furore incenſi, ſed communis vtilitatis amore ducti, mihi, quod quidem opto, amice indicabunt, cum ſignificatione grati animi palam laudabo, in meumque vſum, et vero publicum conuertam; ita hominum maledicorum ac ſuperborum iudicia.

iudicia, quae ſi vera ſunt certaque, et emendationes, aut ſupplementa, lubens quidem agnoſcam, quum vel ab aduerſario hoſteque diſcere, haud dedeceat.) eorum vero ludibria et crimina ſpernam.

Sed miſſis hiſce, de hoc volumine iisque, quae ſequentur, quaedam dicenda videntur. In hoc volumine et ſummos, quos Graecia tulit, viros, legumlatores, poetas, hiſtoricos, philoſophos atque oratores, in quorum vita, fatis librisque enarrandis omnino neceſſarium fuit, vt paullo diutius commoraremur, et multos homines, quorum memoria vel exigua eſt, vel admodum obſcura, ſed eo maiorem peperit laborem atque difficultatem, recenſeri, quilibet ſine vllo negotio reperiet atque cognoſcet. Quae vero ſingula capita aliorum ſtudio et labore acceſſiones nacta ſint, facile patebit ex indice praemiſſo. Primum igitur in hoc volumine caput de graecis legumlatoribus a *Rickhero*, Profeſſore quondam Lipſienſi, cuius praematuram mortem lugent Muſae, doctiſſimis vberrimisque obſeruationibus eſt illuſtratum. Atque ego doleo, morte mihi ereptum eſſe ſocium promtum paratumque non minus, quam eruditum, qui non ſolum reliqua capita, quae ad iurisprudentiam legesque graecas pertinent, ſed quaedam quoque, in quibus de hiſtoricis graecis agitur, retractanda locupletandaque ſuſceperat. Caput de Hippocrate plane immutatum atque egregie elaboratum auctorem habet *Ackermannum*, Doctorem et Profeſſorem medicinae Altdorfinum celeberrimum mihique amiciſſimum, quem non modo artis ſuae peritiſſimum, ſed etiam in omni antiquitate ac litteratura verſatiſſimum eſſe, omnes, qui de his litteris iudicare poſſunt, diu norunt atque praedicant. Atque ego viro doctiſſimo non minus quam humaniſſimo, qui reliquarum de medicis graecis ſectionum geret curam, gratias palam ago maximas. Partem denique, in qua de Anacreonte diſſeritur, doctis ornauit ſupplementis *Degenius* meus, primum de Gymnaſio Onoldino, in praeſenti de ſchola Neoſtadienſi ad Aiſchum optime meritus. Reliqua, quae in hoc volumine continentur, de poetis, philoſophis, hiſtoricis atque oratoribus capita, quantum mihi, in tanto rerum antiquarum quaſi oceano natanti, nec raro viciſſim in terra veluti deſerta needum ſatis culta erranti perficere atque praeſtare licuit, ipſe pertractaui et pro virili, nullum laborem, nullamque moleſtiam detrectans, abſolui. Nam vt de manco Fabriciano editionum indice taceam, multa, quae vel effugerant memoriam atque diligentiam praeſtantiſſimi Fabricii, vel poſt illius aetatem inuenta, aut melius rectiusque ſunt expoſita, fuerunt colligenda, ſupplenda et digerenda. De rebus et hominibus horumque ſcriptis atque opinionibus, ne ieiuna ſterilisque fieret compilatio, interdum iudicare, aut meam dicere ſententiam,

(in qua ſi quando ab aliis viris doctiſſimis diſceſſero, id nolim illi tribuant arrogantiae aut libidini litigandi et contradicendi; quippe qui, meliora edoctus et conuictus lubenter daturus ſim victas manus.) id latius ad communem vtilitatem, et ad aliorum ſollertiam atque diligentiam excitandam haud incommodum videbatur. Et tamen multa vel mihi quidem ignota, vel conſulto, ne moles libri nimis amplificaretur, a me praetermiſſa eſſe, haud diffiteor. Atque iam exſtiterunt viri docti, qui per litteras mihi ſignificarent, ſe vereri, qui metuerent, ne, ſi reliqui tomi tam largis ſtiparentur acceſſionibus, ego rerum copia opprimerer, et emtores magnitudine operis voluminumque, quae futura eſſent, multitudine deterrerentur. Suaſerunt igitur, vt vela contraherem, et parcior fierem in ſupplementis conſcribendis. Accedit metus et voluntas bibliopolae, viri honeſti, cuius conſilium et ſententia in opere, haud exiguos ſumtus exigente, magnum omnino pondus habeat neceſſe eſt. Enimuero penes eruditos ſit iudicium. Mihi quidem, quae ſint omittenda, aut abſcindenda, dum alia aliis neceſſaria memoratu, aliis leuiora, aut aliis relinquenda videbuntur, certo definire, res erit ſaepe incerta et periculoſa, ſaltem ſummis implicita difficultatibus. Atque praeuideo, inuidis quibusdam hominibus largiorem futuram eſſe calumniandi materiem et frequentiorem occaſionem, tela ſua inimica atque veneno quaſi tincta contra me acuendi. At illorum quoque conuitiis, vti par eſt, ſpretis, tamen per ſe, et, ne iis, quae reuera a multis, tum popularibus, tum exteris VV. DD. ſcitu plane vtilia et notatu neceſſaria exiſtimari poſſent, praetermiſſis, in probabilem aequorum iudicum et vere eruditorum hominum reprehenſionem, aut ignauiae, tarditatis aliusque vitii ſuſpicionem incurram, timor, quid ſit ſtatuendum et agendum, me ſaepe habebit ſollicitum. Nihil igitur reſtat, niſi, vt, omiſſis amplioribus vitarum et rerum expoſitionibus, ea potiſſimum, quae ſcitu inprimis neceſſaria, et a Fabricio neglecta, aut poſt eum melius explicita animaduertero, paucis adtingam, et ad libros, mihi quidem cognitos, in quibus amplius et copioſius, aut rectius de rebus hominibusque, de quibus ſermo eſt, agitur, tantum prouocem. Neque vero metus, ne opus ingenti amplitudine et voluminum copia ſuſpicionem atque multorum facultates ſuperet, tantus eſſe debet, in quantum opinionis error quosdam adducit. Conſtat enim, Fabricium in primo veteris editionis volumine multo iuſtoque parciorem, interdum tenuem fuiſſe, multa tranſiiſſe ſilentio, quae notatu eſſent digna, multa adferre non potuiſſe, quae recentiore demum aetate a viris doctis inueſtigata, aut inuenta, aut melius diſputata ſunt; in ſequentibus autem, praecipue poſtremis, interdum copia laboraſſe, multaque immiſcuiſſe, quae mea quidem ſententia a B. Cl. melius abeſſent. Et tamen in volumine illo

primo

primo homines producti ſunt, qui fundamenta quaſi litterarum iecerunt, et ſemina omnis humanae ſcientiae per orbem tunc cognitum ſparſerunt, aut principes et fontes humanae ſapientiae atque benefactores humani generis extiterunt, aut facem lumine ingenii ſui praetulerunt ſuis ciuibus atque poſteritati, aut quorum fata atque opiniones viros doctos in diuerſas traxerunt ſententias. Illorum igitur notitia vberior ad hiſtoriam et cognitionem humani ingenii, litterarumque et ciuitatum interiorem omnino neceſſaria eſt. Hinc, ampliſſimis ſpicilegiis et vero ſegetibus, poſt Fabricii operam, colligendis ordinandisque, euenit, vt tam largae acceſſiones ad capita de Homero, Heſiodo, Pythagora eiusque ſchola, de legumlatoribus, de tragicis poetis principibus, de philoſophis graecis, de Hippocrate aliisque celebribus antiquis nominibus fierent, et ex vno Fabriciano volumine duo quaſi neceſſario enaſcerentur. De iis praeclaris hominibus, quorum ſcripta, ab iniuria tempporis ſeruata, ad noſtram peruenerunt aetatem, horumque fatis atque editionibus, vt plura verba facerem, inſtitutum et ratio B. G. poſcebat; nec id, credo, apud eruditos longa egebit excuſatione. Tamen fateor, me ferme poenitere et conſilii, quod enumerationem codicum msstorum promiſi, et temporis, quod in illa conquirenda triui, et neſcio, an perdiderim. Nam primum admodum paucis licet adire Corinthum. Tum catalogis quibusdam ob raritatem aut caritatem aegre carui. Denique nonnullis parum fidei eſt habendum. Sic ab eruditis viris per litteras eſt mihi nuntiatum, Montfauconum in Bibliotheca bibliothecarum MSS. in iis, quae quidem ille de codd. in bibliothecis italicis latentibus retulit, ducem eſſe valde incertum, et catalogum msstorum in bibliotheca regia Pariſienſi ſeruatorum eſſe mancum, ſterilem, nec ab erroribus immunem. Alii, vt catalogi bibliothecarum Breslauienſis, Britannicarum aliarumque ſunt nudi, nec tuti plenique librorum ſcriptorum indices. Bibliothecam Monacenſem in Bauaria, ſcio, plures continere codd. msstos, quam in catalogo, alioqui rariſſimo, enumerantur. Quot codices deſint in catalogo msstorum, in bibliotheca Veneta D. Marci ſeruatorum, et oſtendit cel. *Villoiſon* in altera Anecdotorum graecorum parte, et pluribus demonſtrabit venerab. mihique amiciſſimus *Morellus* in opere, quod de illis promiſit, et in quo conficiendo iam a pluribus annis diligenter verſatur. Sylburgianus librorum msstorum, qui olim in bibliotheca Heidelbergenſi fuerunt, catalogus hodie parum prodeſt, quia et multi codices mssti in direptione vrbis praedaque bibliothecae ampliſſimae diſcerpti perierunt, et ii, qui in bibliothecam Vaticanam illati ſunt, hodie vel reliquis immixti, vel in alio ordine locoque poſiti difficulter reperiuntur. Quod tamen Vaticana bibliotheca theſaurum paene infinitum, certe ingentem codicum msstorum offert, optandum eſt, vt ab erudito quodam reique

 perito

perito homine diligens, accuratus et ad vtilitatem certamque notitiam plenus conficiatur catalogus, qualem Lambecius de mstis gr. in Caeſarea Vindobonenſi, et Iriarte de codd. gr. in regia Matritenſi cuſtodiis concinnare coeperunt. Atque etiam in votis mecum quilibet habebit, vt Lambecii atque Iriarti catalogi pari ſtudio et intelligentia ad finem perducantur.

Inſuper ſi, quid ego ſentiam, dicere fas eſt, equidem probo laudoque grammaticorum et criticorum ſedulitatem atque ſollertiam in conquirendis explicandisque paucis eorum fragmentis, quorum reliqua ſcripta perierunt, et in hiſtoria eorum diligentius enarranda, qui quidem vel nihil ſcripto conſignatum reliquerunt, vel quorum libri iam diu iniuria temporis ſunt abſumti, aut adulterati, aut falſo aliorum nomine circumferuntur: ſed qui vel magna quondam apud ſuos floruerunt auctoritate, vel nouis inuentis, ingenioque et ſtudio ſiue litteras egregie ornarunt, ſiue aliis facem praetulerunt, et doctrinas ſubtiliores, diſpulſis tenebris, varia licet ratione variaque fortuna illuſtrarunt. Ideo capita de Aeſopo, Pythagora, Socrate et reliquis graecis philoſophis ſtudioſius pertractaui, et, quantum licuit, atque inſtituti ratio permiſit, inſigniter amplificavi. At enim obſcuras eorum, praecipue poetarum, memorias, quorum vel nomina ſemel iterumque tantummodo memorata reperiuntur, nec vllum fragmentum, aut admodum paucae nec ſplendidae laciniae ſuperſunt, vel quos nihil aut parum ad honorem et incrementum litterarum contuliſſe conſtat, poſt Meurſii, Voſſii Ionſiique ſedulitatem atque diligentiam, anxie conquirere, aut homines eiusdem nominis nec vllo modo memorabiles, ſollicite colligere, equidem, quantum vtilitatis adferat, arte longa, vita breui, quum vel omnibus bonis praeſentibus liceat pauciſſimis frui, non video. Interea, ne calumniis feneſtram aperirem, haud omnino deeſſe volui opinioni et voluntati aliorum. At in ſequentibus voluminibus quod Fabricius vſu annorum et librorum meliora edoctus plura ipſe congeſſit, haud improbabiliter mihi in additamentis breuiori fieri ſaepius, quam in primo alteroque volumine, licebit. Immo vero Fabricius, aliis negotiis diſtrictus, haud pauca, quae minus eſſent neceſſaria, immo vero ſuperuacanea, ne typothetas moraretur, in B. Gr. intuliſſe videtur. Plura igitur reſecanda arbitror, quo quidem metus, ne nimis creſcat operis moles, credo, prorſus minuetur. Quae igitur omitti poſſint, indicabo, atque, num recte indicarim, vt viri eruditi me doceant, valde expeto. Quaedam, quae Fabricius inſeruerat, ſi pluribus placebit emtoribus, in volumen quoddam ſupplementorum ſeparatum inſertumque cogi poſſe, iam in praefatione ad vol. I. declaraui. Quae igitur poſſe, ſine vllo damno, tutius abeſſe videantur mihi, ea ſunt, quae ſequuntur.

Cauſſas

Cauſſas vero, quare illa eximenda arbitrer hac noua editione, viri eruditi facile perſpicient.

Exſulare igitur poſſunt vol. III. lib. V. cap. V. index commentariorum *recentium* in N. T. latine editorum, et harmoniarum euangel. ſcriptorum recentiorum: libr. IV. cap. IX. ſect. XII. notitia ſcriptorum recentiorum, qui prouerbia collegerunt. In vol. V. plura occurrunt, quae num omnia reiici, an quaedam ad ſupplementorum volumen ablegari debeant, an plane ſecluſa a B. Gr. ſeparatim edantur, adhuc haereo. In vol. VI. praeter alia forſan, lib. V. cap. 5. ex Eudociae violario excerpta, tum notitia cerimonialis MS. Conſtantini Porphyrog. et Anſelmi Bandurii conſpectus operum Nicephori CPol. cur repetantur typis, non video. In vol. VII. lib. V. cap. 8. ſcriptores recentiores de veritate religionis chriſtianae. ibid. cap IX. et alibi *Libanii* orationes atque epiſtolae; lib. V. cap. 16. metaphraſes Pſalmorum recentiores, et Phile ſcripta: in vol. VIII. lib. V. cap. 26. Procli hymni, cap. 31. Choricii orationes; in vol. IX. lib. V. cap. 38. Xenocratis libellus de alimento ex aquatilibus: vol. XI. lib. VI. cap. I. canones concilii V. adu. Origenem. ibid. cap. II. plurima de conciliis eccleſ. eorumque collectionibus; index geographicus epiſcopatuum etc. in vol. XII. lib. VI. cap. IV. Mantiſſa de recentibus hiſtoriae eccleſ. ſcriptoribus; cap. V. Plut. dial. de nobilitate, et alia excidere poſſunt: de capite VI. iudicent Icti. vol. XIII. Stephani comm. de Hippocratis theologia, catalogus medicorum Arabum, Sexti Platonici liber de medicina etc. Vindiciani epiſtola ad Valentinianum et maxima capitis X. pars exſulare debent. Pari iure alia forſan poterunt commode exſcindi. Quamobrem, acceſſionibus neceſſariis amplus relinquetur locus, nec numero voluminum is accedet cumulus, quem nonnulli metuunt.

In ſequenti volumine quia membra quaedam inconcinne disiecta iacent, capita, in quibus de philoſophis et quorumdam adſeclis agitur, commodius meliusque coniungam. At ſi qui de breuitate, aut paucitate addendorum, quae tamen haud adeo ſterilia paucaque erunt, conquerentur, id ne meae ſegnitiei et tarditati, aut voluntati, ſed aliorum conſilio metuique adtribuant, iterum iterumque moneo rogoque. Ceterum diligentia *Beckii* atque *Keilii*, V. V. C. C. quorum dexteritatem, humanitatem atque curam ſingularem iam in praefatione ad primum volumen praedicaui, et in praeſenti quoque cum ſignificatione grati animi celebro, in hoc etiam volumine ſollicite cauit, quominus multa errata typographica deturpent librum aut impediant lectoris ſtudium; atque *Beckii* V. C. qui adhuc in Vniuerſitate litterarum Lipſica

 faſces

ſaſces tenuit academicos, liberalitati inſignique eruditioni gratus debeo praeclara additamenta doctasque inſertas animaduerſiones. Supereſt, vt indulgentiam non minus quam auxilium humaniſſimorum atque eruditorum virorum implorem, atque enixe rogem, vt in poſterum illi mihi meisque conatibus faueant. Scr. Erlangae, d. XII. Oct. MDCCLXXXXI

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLES.

Aliquoties

Aliquoties laudaram humanitatem atque liberalitatem cl. *Siebenkeeſii*, Prof. Altdorfini, qui in Italia aliquot annos verſatus, e codicibus msstis multa collegit, et nonnulla ſcholia inedita e codicibus *Platonis* in bibliotheca Veneta D. Marci nr. CLXXXIV. et CLXXXIX. atque cod. romano in biblioth. Angelica, quae fragmenta aut nomina quorumdam graecorum poetarum praebent, mihi, quum magna huius voluminis pars iam in manibus eſſet typothetarum, beneuole commiſit: quae ne perirent, hic ſubnectere placuit, omiſſis iis, quae ſuis locis inſerueram.

ARISTOPHANES.

Schol. ad Platonis Phaedon.

p. 101. Edit. Serrani τὴν σαυτȣ̃ σκίαν. τὴν ἑαυτȣ̃ σκίαν δέδωκεν, ἐπὶ τῶν σφόδρα δειλοτάτων. μέμνηταί ταύτης Αριςοφάνης Βαβυλωνίοις.

Schol. ad Plat. Hipparch.

Αριςοφάνης, Τελμιτεῦσιν· ου γὰρ τίθεμεν τὸν ἀγῶνα, ὥσπερ τέως ἦν.

ad Lach. Plat.

ἐν πιθῳ ἡ κεραμια γιγνεται. κεχρηται δε αυτη Αριςοφανης ἐν προαγωσι.

ad Euthydemum.

ἀλλ' ἡ διος Κορινθος. μεμνηται δε ταυτης ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ ἐν τοις ΣΤΡΩΜΑΣΙ, και εν Ταγηνιςαις.

ibid.

καλα δε παντα. πολλακις δε λεγεται και κατ' ἐιρωνιαν, Αριςοφανης Γεωργοις.

Schol. ad Phileb.

το τριτον ὠ Σωκρατες] ἐκ μεταφορας ειρηται τȣ ἐν ταις συνȣσιαις ἐθȣς. ΣΟΦΟΚΛΗΣ ἐν Ναυπλιῳ καταπλεοντι· ἐκιρνωντο γαρ ἐν αυταις κρατηρες τρεις. και τον μεν πρωτον Διος ολυμπιȣ, και θεων ολυμπιων ελεγον· τον δε δευτερον, ἡρωων, τον δε τριτον σωτηρος. ὡς ἐνταυθα τε, και δη και ἐν Πολιτειᾳ. ἐλεγον

γον δε αυτον και τελωσι, ὡς Ευριπιδης, Ανδρομεδα, καὶ Αριστοφανης Ταγηνισταις.

Ariſtophanis Γῆρας citantur in Schol. ad Hipp. minor.

ALEXIS COMICVS.

Schol. ad Plat. Menexen.

Ιστεον οτι ὁ κωμικος Αλεξις φησι, των ἑπτα νησων, ἁς δεδειχεν ἡ φυσις θνητοις μεγιστας, Σικελιας μεν ὡς λογος ἐστι μεγιστη· προς δε Σαρδος δευτερα, τριτη δε Κυρνος, και τεταρτη θ' ἡ διος κρητη τροφος. Ευβοια πεμπτη στενοφυης, ἑκτη Κυπρος, Λεσβος δε ταξιν ἑβδομην λαχουσ' ἐχει.

CRATINVS.

Schol. ad Theag.

Κρατινος Ὡραις, ἐδει παρεχειν, ὁτι τις ευξαιτος (ſic) (leg. ευξεστος) ἱμβραχυ.

EVPOLIS.

Schol. ad Menexen.

Ευπολις Φιλοις την Ασπασιαν χειρων καλει, εν δε προσπαλτιοις και ἡραν.

MENANDRI.

Δαισιδαιμων Schol. ad Theaetet.

Δελφοι δευτεραι Schol. ad Phaedrum.

CLEARCHVS.

in Schol. ad Hipp. minor.

SOPHOCLES.

Electra et Troilus citantur in Mſſ. Angelicae Bibliothecae μαγχαλιθηση ποτε.

AESCHYLVS.

ibid. p. 238. δεδοικα μωρον καρτα πυραυστον περαν.

ARISTOPHANES.

fol. 35. occaſione prouerbii ἀπαιδευτοτερος Φιλωνιδου του Μελιτεως.

fol. 36.

ſol. 36. prou. ἀπ᾽ ἀκροφυσιων λογȣς ἐκδεικνυναι.
ſol. 86. prou. δια δακτυλίȣ γ᾽ αν ἑλκύσαις cit. Ariſtoph. Plutus.
ſol. 92. εγγαστριμυθȣς και πιθων συ τυγχανεις Ariſtoph. Veſpae.
ſol. 175. prou. Ομολοΐος Ζευς.
ibid. Ονος αγει μυστηρια.

BACCHYLIDES.

ſol. 35.

MENANDER.

ſol. 150. Χαλκηδονίῳ ᾄδοντα λιτυέρσην ἀπ᾽ ἀρίστȣ τέως.

DIPHILVS.

ſol. 160. ᾠὸν δ᾽ ἐν αὐτῇ διετρεφε νεοττία.

In Scholiis ad Platon.

AESCHYLVS. GLAVCON

ad Cratylum.

ἀγων γὰρ ἄνδρας ȣ̓ μὲν ειλελειμμενȣς.

EVRIPIDIS MEDEA.

Schol. ad Hippiam maior.

SOPHOCLIS OEDIPVS.

Schol. ad Phaedon. πολις ὁμȣ μεν θυμιαματων γεμει, ὁμȣ δὲ παιανων τε και στεναγματων.

Schol. ad Phileb. Σοφοκλης ἐν Ναυπλίῳ *) καταπλεοντι· ἐπιρρῶντο γὰρ ἐν αυταις κρατῆρες τρεις.

SOPHOCLIS AMPHIARAVS.

Schol. ad Conuiuium ἐτ᾽ ἂν . . . . . . ὥσπερ ἁλιευς πληγεις, ἐιᾶν διδασκαλον.

ad Charmid. Σοφοκλης κηδαλιωνι. τοις μεν λογοις τοῖς σοῖσιν ȣ̓ τεκμαίρομαι, ȣ̓ μαλλον ἢ λευκῳ λίθῳ, λευκη σαθμη.

SOPHOCLIS

*) Ναυπλις Cod. Angel.

SOPHOCLIS LEMNIAE.

Schol. ad Hipp. Mai. ταχὺ δὲ αὐτὸ δείξει τοὖργον, ὡς ἐγω σαφῶς.

Euripidis Telephus cit. Schol. ad Phileb.
Euripidis ***SALAMINA*** cit. Schol. ad Lach.
Euripidis Antiope cit. in Schol. ad Ion.

Cod. Vatic. Chartaceus nr. CCCCVII. continet Euripidis Rheſum etc.
Argumentum huius trag. praebet ſequentem locum.

Προλογοι διττοι φερονται. ὁ γοῦν Δικαιαρχος ἐπιτιθεις την ὑποθεσιν τȣ̃ Ρησȣ γραφει κατα λεξιν ȣ̔τως· νῦν εὐσεληνον φεγγος ἡ διφρηλατος. και ἐν ἐνιοις δε των ἀντιγραφων ἑτερος τις φερεται προλογος, πεζος πανυ και ȣ̓ πρεπων Ευριπιδῃ. και ταχα ἀν τινες των ὑποκριτων διεσκευακοτες εἰεν αὐτον. ἐχει δὲ ȣ̔τως.

Ὦ τȣ̃ μεγιςȣ Ζηνὸς ἀλκιμον τέκος
Παλλας, παρῶμεν· ȣ̓κ ἐχρῆν ἡμας ἐτι
μέλλειν Αχαιων ὠφελεῖν ςρατεύματα,
νυν γὰρ κακῶς πρασσȣσιν ἐν μαχῃ
λογχῃ βιαιας Ἑκτορος ςροβȣμενοι.
ἐμοι γαρ ȣ̓δὲν ἐςὶν ἀλγιον βαρος
ἐξ ȣ̔ γ' ἔκρινα Κυπριν Αλεξανδρȣ θεὰν
καλλει προσηκειν της ἐμης ἐυμορφιας
και σῆς Αθηνᾶ φιλτατ' ἐμοι θεων·
ἐι μὴ κατασκαφεισαν ὄψομαι πολιν
Πριαμȣ βιᾳ προρριζον ἐκτετριμμένην.

Haec ſunt anecdota, a cel. Siebenkeeſio mihi tradita, quae gratus accipiet harum deliciarum amans. Quae alias addi poſſunt, ſive ad emendanda, ſive ad locupletanda ea, quae adſcripſi Fabricii verbis, ea alio tempore colligam.

INDEX

INDEX CAPITVM

LIBRI SECVNDI

CAPVT XIV

De Zaleuco, Charonda, Zamolxi, Lycurgo, Dracone, Solone, aliisque Legumlatoribus. pag. 1

CAPVT XV

De Pindari ſcriptis editis ac deperditis, editorumque editionibus atque interpretibus. Catalogus ſcriptorum in Scholiis ad Pindarum citatorum. Et notitia aliorum Lyricorum Graecorum, eorumque Poematum, quorum pleraque interciderunt. pag. 57

CAPVT XVI

De Theſpide et Aeſchylo Tragicis, Tragoediisque Aeſchyli editis ac deperditis, editorum interpretibus et editionibus, et Catalogus ſcriptorum, in Scholiis ad Aeſchylum citatorum. pag. 126

CAPVT XVII

De Sophocle eiusque Tragoediis editis ac deperditis, editarumque interpretibus et editionibus, et Catalogus ſcriptorum, in vtrisque ad eum ſcholiis citatorum. pag. 193

CAPVT XVIII

De Euripide atque illius Tragoediis editis ac deperditis, editarum interpretibus et editionibus, et Catalogus ſcriptorum, in Scholiis ad Euripidem citatorum. pag. 234

CAPVT XIX

Notitia Tragicorum Graecorum, qui interciderunt, eorumque Tragoediarum, digeſta ordine alphabeti. pag. 279

CAPVT XX

De Herodoto eiusque interpretibus atque editionibus. pag. 327

CAPVT XXI

De Ariſtophane eiusque Comoediis editis ac deperditis, editarumque interpretibus et editionibus, et Catalogus ſcriptorum, in ſcholiis ad Ariſtophanem citatorum. pag. 356

CAPVT XXII

Notitia Comicorum Graecorum, qui interciderunt, eorumque Comoediarum, digeſta ordine alphabeti. pag. 405

CAPVT XXIII

De Hippocrate et eius ſcriptis, editionibusque atque interpretibus. Epiſtola clariſſ. Renaudoti e Gallico verſa de exiguo operae pretio, quod ex collatione verſionum Hippocratis Syriacarum et Arabicarum peti poteſt ad Hippocratem emendandum. pag. 506

CAPVT XXIV

De Philoſophis pleriſque ante Socratem, tum de Socrate, Cebete et aliis Socraticis, itemque Eleaticis Philoſophis. pag. 611

CAPVT XXV

De Thucydide et Cteſia. pag. 721

CAPVT XXVI

De decem Oratoribus Atticis, eorum orationibus editis ac deperditis, editarumque interpretibus et editionibus. pag. 745

Vol. I. p. 530 [?] 531

IOANNIS ALBERTI FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE
LIBRI II
CAPVT XIV

DE ZALEVCO CHARONDA ZAMOLXI LYCVRGO DRACONE SOLONE ALIISQVE LEGVM LATORIBVS. [1])

I. *Zaleucus Locrenſium legislator inclytus.* II. *Pythagora forte antiquior, perinde vt Numa, quem aliqui falſo Pythagoricum eſſe tradiderunt.* III. *Falli eos, qui nullum fuiſſe Zaleucum exiſtimant. Quaedam Zaleuci leges.* IV. *Clariſſimi Bentleii ſententia de ſuppoſita Zaleuco legum συναγωγῇ. Zaleuci et Charondae res inter ſe confuſae.* V. *Charondas num Pythagorae diſcipulus?* VI. *Quibusnam* [?] *leges tulerit?* VII. *An verſibus ſcriptae leges ab ipſo Charonda?* VIII. *Vtrum ei ſuppoſitae, quas legerunt Diodorus Sic. et Stobaeus?* IX. *De Zamolxi legislatore Getarum.* X. *De Thalete et Lycurgo.* XI. *Ῥῆτραι ſiue leges Lycurgi ſcripto non comprehenſae. Earum decantatio, interpolatio, neglectus etc.* XII. *De Rhadamantho.* XIII. *Minoe.* XIV. *Triptolemo.* XV. *Dracone.* XVI. *Et Solone.* XVII. *Scriptores deperditi de legibus et legislatoribus.* XVIII. *Catalogus alphabeticus legislatorum veterum celebriorum.* XIX. *Legislatores frequenter mediocris conditionis homines, non principes ipſi.*

I.

Primi Graecorum leges ſcriptas [a]) habuiſſe dicuntur Locrenſes, (non illi, [b]) qui Phocidi proximi ſunt, ſed Epizephyrii, qui in magna Graecia) auctore ZALEVCO. Marcianus Heracleota ſiue potius Scymnus Chius *v. 313.*

Τούτους δὲ πρώτους φασὶ χρήσασθαι νόμοις
Γραπτοῖσιν, οὓς Ζάλευκος ὑποθέσθαι δοκεῖ.

Atque

1) Fabulas ac figmenta veterum poetarum de Themide, ſeu iuris origine, ex antiquitate primus expoſuit Steph. Pighius, cuius *Themis Dea, ſeu de lege diuina* prodiit *Antuerp. 1568. 8.* comprehenſa Iac. Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. IX. p. 1137. ſeqq.* Secundum autem et tertium dialogum, quos adhuc ad legis diuinae argumentum deſiderari fatetur litteris ad Nic. Florentium Themidi ſubiectis, non edidit. Idcirco hanc abyſſum, vbi omnia tenebris ſunt atque caliginoſa nocte circumfuſa, denuo ingreſſus plurima Pighio acutius vidit, accuratiusque explicuit Io. Frid. Hombergius opus-

culo

Atque ita intelligendus Clemens Alex. I. *Strom. p. 309.* Ζάλευκός τε ὁ Λοκρὸς πρῶτος λέγεται νόμους θέσθαι, ſcriptos nimirum, nam de Locrenſibus et Strabo *Lib. VI. p. 259.* πρῶτοι δὲ, inquit, νόμοις ἐγγράπτοις χρήσασθαι πεπιστευμένοι εἰσί. ²) Is itaque Zaleucus, ſeruus et paſtor, ſed ob merita demum libertatem conſecutus, (vide Suidam in Ζάλευκος et Scholia Pindari ad *Ol. X. Olympionic. p. 97.*) leges ſuas, quas a Mineruа per inſomnium accepiſſe ſe profeſſus

culo exiguae quidem molis, ſed exquiſitae ac reconditae eruditionis, quod inſcribitur *Themis, ſeu de ortu legis aeternae ſecundum ſententiam Graecorum liber ſingularis Marb. Catt. 1725. 4.* Quo quidem ſi vſi fuiſſent tum Car. Ferd. Hommelius *Diſſ. de Apolline iurisperito Lipſ. 1748.* qua oſtendere voluit, oracula primis temporibus non de futuris, ſed de iure conſulta fuiſſe, tum Aug. Corn. Stockmannus *Proluſ. de Cerere legifera Lipſ. 1782.* qui vltimam iuris originem ex mente veterum ad Cererem referendam eſſe exiſtimauit: non dubito, quin vterque de argumentis propoſitis paullo aliter iuiſſet diſputaturus. A fabuloſis autem iuris apud Graecos originibus ſi diſceſſeris, vetuſtiſſima legislationis Graecae veſtigia ad hiſtoriae fidem ſollicite inueſtigauit Ant. Iuo Goguetus doctiſſimo et vtiliſſimo libro *de Origine Legum, Artium et Diſciplinarum, earumque apud antiquos populos progreſſu, (de l'origine des Loix, des Arts, et des Sciences, et de leurs progrès chez les anciens peuples)* Montesquiano operi, ſiue vaſtam eruditionem, ſiue adcuratam philoſophandi rationem ſpectes, longe anteferendo, *Pariſ. 1758. Tomis III. 4. Hag. Com.* eodem anno duodenis recuſo, cuius exempli paginas in ſequentibus, vbi neceſſe erit, ſemper addam, et in linguam vernaculam ſine vlla acceſſione tranſlato a Georg. Chriſtoph. Hambergero *Lemgou. 1760 — 62. Tomis III. 4. Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 5.* et *Tom. II. Lib. I. c. 4.* Parum hoc in genere praeſtitit Germ. Forgetus, cuius exſtat liber exiliter ſcriptus, *Les Paraphraſes ſur les Loix des Republiques anciennes Pariſ. 1577. 8.* Ceterum quae Fabricius hoc capite de antiquiſſimis legum latoribus copioſe diſſeruit, ea ſtrictim complexus eſt Chriſt. Gottfr. Hofmannus *Succincta Legum Graecarum inprimis Atticarum hiſtoria, Collectioni Legum Graecarum atque Atticarum* praemiſſa, *Hiſt. Iur. Rom. Iuſt. Vol. II. P. I. p. 67. ſeqq.* Praeclaram in hac legislationis veteris hiſtoria illuſtranda operam collocauit etiam Iac. Bruckerus *Hiſt. Crit. Philoſ. Per. I. P. II. Lib. I. c. 2. §. 2. Tom. I. p. 435. ſeqq.* Feceritne operae pretium Gul. Gottl. Vangerouius *Comment. de Graecis legislatoribus Hal. 1765.* iudicent alii. C. G. RICHTER.

a) Νόμος de lege ſcripta proprie accipitur. Schol. Euripidis ad *Hippolytum v. 90.* Νόμος τὸ γεγραμμένον διάταγμα, τὸ κρατοῦν καὶ γεγραμμένον. Ἔθος δὲ τὸ μὴ γεγραμμένον.

b) Fallitur itaque Theodoritus, qui *Lib. IX. de curat. Graecar. affection. p. 124.* Locros intelligit Acarnanibus Phocenſibusque vicinos. De vtriſque Locris vide Salmaſium ad *Solinum p. 66. ſeq.* De Epizephyriis praeter alios Pindarum *Olympionic. Od. X.* His leges a Zaleuco datas recte ſcribit Nicephorus Gregoras *XXIII. p. 695. edit. praeclarae Boiuinianae.* Zaleuci effigies laureata occurrit in Iac. Gronouii *Tom. II. Antiquitatum Graecar. tabula 48.*

2) Locri quidem primi Graecorum legibus ſcriptis vſi eſſe recte perhibentur, ſi ad Magnae Graeciae reſpublicas illud reſtringatur, vt etiam Strabo *Lib. VI. p. 397. edit. Almelou.* procul dubio intellexit, qui paullo poſt *p. 398.* auctore Ephoro memorat, ex Cretenſium, Laconum, et Areopagitarum inſtitutis leges ſuas Zaleucum compoſuiſſe: vniuerſe tamen maiori iure de Cretibus id adfirmare licet, quibus Minoem leges ſcriptas dediſſe, Plato in *Minoe Tom. II. Oper. p. 320. edit. Serran.* teſtatur, et Apollodorus *Lib. III. Biblioth. c. 1. ſect. 2. p. 176. edit. Heyn.* innuere videtur. Item Nic. Damaſcenus *Excerpt. Peireſc. p. 525.* Κρῆτες πρῶτοι Ἑλλήνων νόμους ἔσχον Μίνωος θεμένου. Quae ſententia adriſit etiam Gogueto *de Origine Legum Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 8. p. 152. ſeq.* et *art. 9. p. 154.* locis tamen, excepta Platonis auctoritate, ad probandum minus idoneis, ac manifeſta, quam deinceps notabimus, temporum perturbatione ad eam amplectendam inducto. Iam Fabricius cum in hac veterum legum latorum recenſione, neglecta temporum ratione, quod factum non oportuit, *§. I — VIII.* de Zaleuco et Charonda, legibusque Locrorum, Catanaeorum, Sybaritarum, Thuriorum, aliarumque Magnae Graeciae et Siciliae ciuitatum dicere exorſus ſit: ab hoc loco, credo,

profeſſus eſt, teſte Chamaeleonte Heracleota *libro de ebrietate*, Ariſtotele in *Rep. Locrorum* apud Clementem *I. Strom. p. 352.* Scholiaſte Pindari loco laudato, tum Valerio Max. *Lib. I. c. 2.* Plutarcho *libro de ſui laude, p. 543.* 3) illas, inquam, leges expreſſerat ex conſuetudinibus legibusque non ſcriptis Cretenſium, Lacedaemoniorum et Athenienſium, et poenas primus definiuerat, quas ante eum leges permiſerant iudicibus. Idem Strabo *p. 260.* ex Ephoro: *Τῆς δὲ τῶν Λοκρῶν νομογραφίας μνησθεὶς Ἔφορος, ἣν Ζάλευκος συνέταξεν ἔκ τε τῶν Κρητικῶν νομίμων καὶ Λακωνικῶν καὶ τῶν Ἀρεοπαγιτικῶν φησὶν* [¶] *ἐν τοῖς πρώτοις καινίσαι τοῦτον τὸν Ζάλευκον. ὅτι τῶν πρότερον τὰς ζημίας τοῖς δικασταῖς ἐπιτρεψάντων ὁρίζειν ἐφ᾽ ἑκάστοις τοῖς ἀδικήμασιν, ἐκεῖνος ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν.* Atque legum illarum quantumuis ſeveriorum (vt notat Zenobius *IV. 10.* Diogenianus *IV. 94.* et Apoſtolius *IX. 50. Prouerb.*) beneficio, *εὐνομώτατοι* per longum tempus fuere Locrenſes, vt praeter eundem Strabonem agnoſcunt Pindarus, Plato ac Demoſthenes, et Proclus in *Timaeum Lib. I. p. 22.* Viciſſim Sybaritae neglectu legum Zaleuci periere, notante Scymno Chio *v. 345. ſeq.*

II. Hunc vero Zaleucum Pythagorae fuiſſe diſcipulum, diſerte tradit Diodorus Siculus *Lib. XII. p. 84.* Cui ſuccinit Seneca *epiſt. XC.* Laertius *Lib. VIII. ſect. 16.* tum Nicoma-

credo, haud alienum erit iunctim et ſerie continua commemorare doctiſſimas et elegantiſſimas commentationes, quas *de ciuitatum Graecarum per Magnam Graeciam et Siciliam inſtitutis et legibus* in academia Gottingenſi nomine publico propoſuit Chriſt. Gottl. Heynius. Sunt autem numero quindecim, et temporis, quo prodierunt, ordine quae ſequuntur. I. *Legum Locris a Zaleuco ſcriptarum fragmenta. Disputatio prior* 1767. II. *Disputatio poſterior 1767.* III. *Legum Charondae fragmenta. Sectio prima 1768.* IV. *Sectio altera 1769.* V. *Sectio tertia* et VI. *Sectio quarta 1770.* VII. *De Sybaritarum ac Thuriorum republica et legibus. Sectio prima* et VIII. *Sectio altera 1771.* IX. *Sectio tertia 1772.* X. *De Crotoniatarum republica et inſtitutis*, et XI. *De reliquis, poſt Sybaritas et Crotonienſes, Magnae Graeciae ciuitatibus, quae Achaicis inſtitutis et iuribus ſunt vſae 1774.* XII. *Inſtituta et leges ciuitatum ſtirpis Dorienſium, nunc quidem Tarentinorum 1775.* XIII. *Inſtituta et leges Heraclienſium, quae Tarentinorum fuit colonia 1776.* XIV. *abſoluitur commentatio de rebuspublicis Magnae Graeciae et Siciliae, deque earum legibus et inſtitutis 1777.* XV. *Obſeruationum ad leges et inſtituta rerumpublicarum Magnae Graeciae et Siciliae complementum et ſpicilegium 1786.* Quas quidem proluſiones, nouis acceſſionibus locupletatas, *Opuſculorum Academicorum Vol. II. Gotting. 1787. 8.* complectitur. RICHT.

3) Sollemnem plerisque fere priſcis legum latoribus artem, reuelationem diuinitus ſibi factam mentiendi, legesque ſuas, vt in ſequentibus videbimus, variis numinibus acceptas referendi, perſecutus eſt Gul. Warburtonus reconditae eruditionis copiis pariter ac vanarum opinionum commentis refertiſſimo opere, quo, vel ipſo Popio iudice, relictis tritis, inuſitatas vias indagauit, inſcripto *Diuina Legatio Moſis demonſtrata,* (*The Divine Legation of Moſes demonſtrated*) quartum edito *Lond. 1765. Voll. V. 8.* qua editione vtor, et in linguam Germanicam, adiectis adnotationibus, translato a Io. Chriſt. Schmidio *Francof. et Lipſ. 1751 — 53. Tomis III. 8. Lib. II. ſect. 2.* collata *Lib. III. ſect. 6.* A quo tamen equidem diſſentire cogor, vt ante me diſſenſerunt procul dubio alii, quando vafram legum latorum calliditatem hoc praecipue ſpectaſſe contendit, vt religionem ſtabilitam propagarent. De quo vberius differere hic locus nec poſtulat nec patitur. Commode in mentem venit illuſtris locus apud Dionem Chryſoſtomum *orat. XII. Vol. I. p. 392. ſeq. edit. Reisk.* dignus, qui hac de re euoluatur. Ceterum de his aliisque, quibus veteres legum latores vſi ſunt, artibus breuiter commentatus eſt etiam Io. Sal. Brunquellus *Proluſ. de variis veterum legibus ſuis ſanctitatem auctoritatemque conciliandi modis, Ien. 1729.* et *Opusc. edit. Henr. Io. Ott. Koenigii Hal. Magd. 1774. 8. Tom. I. N. XIV. p. 519. ſeqq.* RICHT.

chus apud Porphyrium in *vita Pythagorae p. 11.* et Iamblichus *c. 7. 24. 27.* et 30. qui Pythagoram Locrenſibus leges per Zaleucum ſanxiſſe affirmat, denique Suidas, qui illum vocat Πυθαγόρειον φιλόσοφον. Sed quemadmodum Numa, qui Romanis leges tulit, et Pythagoram aetate longe anteceſſit, tamen Pythagorae auditor eſt vulgo exiſtimatus, quoniam ii, qui, vt ait Cicero *Lib. IV. Tuſc. Quaeſt. ſub init. cum Pythagorae diſciplinam et inſtituta cognoſcerent, regisque eius aequitatem et ſapientiam a maioribus ſuis accepiſſent, aetates autem et tempora ignorarent propter vetuſtatem, eum, qui ſapientia excelleret, Pythagorae auditorem fuiſſe crediderunt.* Confer quae de libris Pythagoricis in Numae ſepulcro repertis Liuius, Plutarchus, et ex Caſſio Hemina Plinius *Lib. XIII. c. 13.* quaeque de conuenientia legum Numae cum Pythagorae dogmatis notat idem Plutarchus in *Numa*. Vnde Pythagoreum faciunt Clemens *I. Strom. p. 3[illegible]. et IV. p. 548.* Ouidius *Lib. XV. Metamorphoſ.* aliique, quorum ſententiam pridem falſam adſcripſere Liuius *Lib. I. c. 18. Lib. XL. c. 29.* et Dionyſius Halicarnaſſeus *Lib. II. p. 12[illegible].* 4) Licet Plutarchus initio ſtatim vitae Numae ex Clodii indice temporum obſeruat, magnam fuiſſe iam olim de aetate Numae concertationem, monumentis, ex quibus certiora peti poterant, per Gallos combuſtis. Eundem in modum Zaleucus quoque a quibusdam videtur Pythagoreus appellatus fuiſſe, qui Pythagora ipſo fuit antiquior, vt ex Demoſthenis *oratione aduerſus Timocratem p. 479.* (vbi ait, c) per plures quam ducentos annos vnam ſolummodo legibus Locrenſibus acceſſiſſe,) ex Euſebii Chronico, qui Zaleucum refert ad Olympiad. XXIX. et ex aliis argumentis euincit vir clariſſ. Richardus Bentleius in *Apologia Anglice edita diſſertationis de Epiſtolis Phalaridis p. 339 ſeqq.* 5) Sane Porphyrius ipſe in *Pythagorae vita p. 55.* narrat Pythagoram, [P] cum ſecus Cylonium effugiens ad Locrenſes ſe contuliſſet, ab

4) Hiſtorici cum in aetate Numae lapſi fuerint, vt patet e Plinio *Lib. XIII. Nat. Hiſt. c. 13.* et Diodoro Sic. *Excerpt. Peireſc. p. 230.* et *Tom. II. p. 549. edit. Weſſeling.* multo magis ignoſcendum eſt Ouidio, quod et *Lib. XV. Metam. init.* et *Lib. III. Faſt. v. 153.* vulgari fama deceptus Numam Pythagoreum exiſtimauit. Licet enim poetis vulgo receptas opiniones, etiam falſas, ſequi, vt recte notauit Herc. Cioſanus ad *Metam. d. l. v. 60.* E ſcriptoribus autem eccleſiaſticis, praeter Clementem, ab hoc errore ſibi non cauerunt Cyrillus Alex. *Lib. VI. contra Iulian. Tom. VI. Oper. p. 193. edit. Aubert.* et Hieronymus *Lib. II. aduerſus Iouin. c. 38. Tom. II. Oper. p. 384. edit. Vallarſ.* a Dauiſio ad *Cic. Lib. IV. Tuſc. Diſp. c. 1.* hoc nomine notati. Fabulam de Numa ad audiendum Pythagoram profecto confutauit etiam Pagan. Gaudentius *de philoſophiae apud Romanos initio et progreſſu cap. II.* et *Addend. cap. I.* Omnino de aetate Pythagorae, variis variorum opinionibus ſententiisque valde controuerſa, nemo vberius adcuratiusque diſputauit Chriſtoph. Meinerſio *Hiſtoria Litterarum naſcentium, creſcentium et intereuntium apud Graecos et Romanos, (Geſchichte des Urſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom) Lemgou. 1781. 82. 8. Lib. III. c. 2. Vol. I. p. 304. ſeqq.* Confer Diet. Tiedemannum *de Vitis et Sententiis vetuſtiſſimorum Graeciae Philoſophorum, Orphei, Pherecydis, Thaletis et Pythagorae (Griechenlands erſte Philoſophen, oder Leben und Syſteme des Orpheus, Pherecydes, Thales und Pythagoras) Lipſ. 1780. 8. P. IV. ſect. 1. c. 7.* RICHT.

c) Oratio Demoſthenis habita fuit Olympiad. CVI. anno 4. Pythagoras vixit in Italia poſt Olympiadem L. vel vt alii LX. Vide Bentleium libro laudato *p. 50.* et *59. ſeq.*

5) Euſebium culpa eorum, quos ſecutus fuit, Zaleuci legiſlationem ad Olympiadem XXIX. retuliſſe, cum Pythagoreus fuerit, Pythagoras autem Olympiade LX. floruerit, notauit Ioſ. Scaliger ad *Euſeb. Theſ. Temp. edit. Amſt. 1658. p. 81.* Eundem quoque, quod mirere, manifeſti erroris poſtulauit Iac. Perizonius ad *Aelian. Lib. II. V. H. c. 37.* Sed, quidquid huius rei eſt, ita extra omnem dubitationem poſuit Bentleius, vt ne Warburtonus

ab iisdem dimiſſum fuiſſe his verbis: Ἡμεῖς ὦ Πυθαγόρα σοφὸν μὲν ἄνδρα σε καὶ δεινὸν ἀκούομεν, ἀλλ' ὑπὸ τοῖς ἰδίοις νόμοις οὐδὲν ἔχομεν ἐγκαλεῖν, αὐτοὶ μὲν ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων πειρασόμεθα μένειν. Σὺ δ' ἑτέρωθί πη βάδιζε. Meminit et Pythagorae a Locris Tarentum dimiſſi Themiſtius *Orat. IV. (XXIII.) p. 285.*

III. Fuiſſe vllum Zaleucum legum conditorem, iam olim negauit Timaeus, audacter magis quam recte, quin Polybii iudicio, vbi reprehenſi a Timaeo circa Locrorum rempublicam Ariſtotelis et Theophraſti meminit, *Excerpt. Peireſc. p. 51.* manifeſti erroris conuincendus. Cicero *Lib. II. de Leg. c. 6. Quid quod Zaleucum iſtum negat vllum fuiſſe Timaeus? At Theophraſtus auctor haud deterior, mea quidem ſententia melior: eum multi nominant, commemorant vero ipſius ciues, noſtri clientes* d), *Locri.* Et *Lib. VI. ad Atticum epiſt. 1. Quis Zaleucum leges Locris ſcripſiſſe non dixit? Num igitur iacet Theophraſtus, ſi id a Timaeo tuo familiari reprehenſum eſt.* Meminerat Zaleuci Theophraſtus opere περὶ νομοθετῶν, quod in libros quatuor diſtributum inter eius ſcripta recenſet Laertius *Lib. V. ſect. 44. 45.* poſt libros XXIV. de legibus, alphabeti ſerie digeſtis, (cuius operis librum tertium decimum laudat Suidas in ὅτι οἱ ἁλόντες) et Epitomen legum, libris decem. Sed et ante Theophraſtum Ariſtoteles de Zaleuco egerat in *Rep. Locrorum* (teſte Clemente Alex. *I. Strom. p. 352.*) et *Lib. II. Politic. c. 10.* inter legumlatores primo loco meminit Zaleuci: Νομοθέται δὲ ἐγένοντο Ζάλευκός τε Λοκροῖς Ἐπιζεφυρίοις. Idem facit Plutarchus in *Numa,* et Aelianus *Lib. III. c. 17. Var. Hiſt.* qui *Lib. II. c. 37.* legem quandam Zaleuci refert, Athenaeo quoque *Lib. X. p. 429.* memoratam, de vino extra medici praeſcriptum non bibendo, et *Lib. XIII. c. 24.* de adulteris effoſſione oculorum puniendis, cui legi cum filius ipſe obnoxius fieret, pater alterum oculum e) ſibi erui eſt paſſus, quod narrat etiam Valerius Max. *Lib. VI. c. 5. extern. 3.* et Heraclides in *Politiis,* licet hic non adulterio, ſed furto illam poenam a Zaleuco propoſitam tradit, quod tanto minus credo, quo minus veriſimile eſt, Zaleuci filium furti crimine ſe obſtrinxiſſe: praeterea oculorum effoſſio accommodata adulteris poena, qui capere et capi ocellis ſolent, vt recte animaduerſum erudito Aeliani interpreti Iacobo Perizonio. Sed forte non adſpernanda Eduardi Simſoni coniectura, qui in *Chronico Catholico ad A. M. 3356.* notat, apud Heraclidem per furtum [[illegible]] intelligi non qualecunque, ſed Veneris, ὕδωρ κλεπτῆς γλυκερὸν *Prou. IX. 17.* de quo Pindarus apud Clementem in *Paedagogo III. p. 252.* γλυκύτι κλεπτόμενον μέλημα Κύπριδος, ſiue vt Aelianus *Lib. I. c. 2.* vocat, κλέμμα ἐρωτικόν. Aliam

 Zaleuci

burtonus quidem, quem in hac de Zaleuco eiusque legibus altercatione Bentleius grauiſſimum habuit aduerſarium, *Diu. Legat. Moſis Lib. II. ſect. 3. Vol. I. p. 173. ſeqq.* quidquam, quod reprehenderet, haberet, imo potius probatam Bentleii ſententiam nouis argumentis fulciret atque corroboraret. Eamdem ſententiam adſenſu ſuo comprobauit etiam Petr. Weſſelingius ad *Diodor. Sic. Lib. XII. c. 20.* vbi de aetate et natalibus Zaleuci agit. Idem tamen rurſus fluctuat ad *Herodot. Lib. VI. c. 21.* Nuper etiam Heynius *Legum Locris a Zaleuco ſcriptarum fragm. Disp. I. Opuſc. Acad. Vol. II. p. 17.* Zaleucum Olympiadi XXIX. ante C. N. 664. atque ideo Pythagora multo antiquiorem, vindicauit. Quibus dudum ad liquidum perductis, ſane admodum ſuauis eſt Goguetus *Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 8. p. 153.* qui Solonem centum fere annis Zaleuco antiquiorem facit. RICHT.

d) Hinc Zaleucum ciuitate a Romanis donatum ſcribit Symmachus *Lib. X. epiſt. 25.* ad Theodoſium.

e) Vtrum recte hoc fecerit Zaleucus, vide disquirentes Grotium *de Satisfactione Chriſti p. 62. ſeq.* et Martinium in *Ethica p. 416.*

Zaleuci legem profert Polybius *eclog. e libro XII. p. 930.* vt rem controuerſam, pendente adhuc lite, poſſideret is, penes quem erat, cum in ius fuit adducta. Idem teſtatur, Zaleucum ſanxiſſe, vt, qui de legis alicuius ſententia diſſerere vellent, hoc facerent in conſeſſu mille virorum, laqueis de collo pendentibus, quique male legem explicaſſe eſſet iudicatus, mox laqueo vitam finiret. Hierocles quoque apud Stobaeum *Serm. XXXVII. p. 229.* affirmat, Zaleucum conſtituiſſe, vt, quisquis nouam legem ferre vellet, laqueo circa collum poſito hoc faceret. Et Stobaeus *Serm. XLII. p. 280.* ex prooemio legum Zaleuci haec refert ad verbum: *Ἐὰν δέ τις βούληται τῶν κειμένων νόμων κινεῖν, ἢ ἄλλον εἰσφέρειν νόμον, εἰς βρόχον ἄρας τὸν τράχηλον λεγέτω τοῖς πολίταις περὶ αὐτοῦ. Καὶ ἐὰν μὲν διαψηφιζομένων* etc. Diodorus vero Siculus a Charonda conſtitutum hoc narrat *Lib. XII. p. 82.* vt legem aliquam emendaturus collum laqueo insereret, emendationeque ſua in concilio populi comprobata ſoluetetur, reiecta periret. Eodem loco tres leges per totum illud tempus hac conditione emendatas refert, quarum vna eſt lex talionis a Charonda inſtituta, ſed ab vnoculo quodam, cui per vim neſcio quis vnum, qui ſolus illi erat, oculum excuſſerat, ita correcta, vt, qui vnoculum hominem lumine priuaſſet, ambos amitteret. At hoc apud Locrenſes in Zaleuci lege accidiſſe ſcribit Demoſthenes *oratione aduerſus Timocratem*, vnde a Diodoro Siculo Charondam cum Zaleuco confuſum mihi perſuadeo. [6] Prooemium legum Zaleuci elegantiſſimum refert Stobaeus *Serm. XLII.* quod lectum ſibi teſtatur etiam Cicero *Lib. II. de Leg. c. 6.* ſcribens Zaleucum et Charondam ante leges ſuas de legum laude dixiſſe. [7] Tum idem Diodorus, qui et ex prooemio illo verba quaedam de Diis ante omnia colendis refert, et leges nonnullas Zaleuci recitat *Lib. XII. p. 84. ſeq.* inter alia obſeruans, hunc legislatorem delictis feminarum non multam pecuniariam, ſed ignominiae notam poenae loco ſtatuiſſe.

IV. Verba quaedam ex lege Zaleuci ſeruauit Heſychius in *Λεπταλέοι*, etſi ibi *λεῦκος* legitur pro *Ζάλευκος*, vt notatum Salmaſio contra Cercoetium, Gronouio *de Seſtertiis*, et Rich.

6) Eadem eſt opinio Bentleii, qui aptis rationibus oſtendit, Demoſthenem hac in re Diodoro eſſe praeferendum. Luculentus ille Demoſthenis de legibus Locrenſibus locus in editione Reiskiana legitur *Vol. I. p. 744.* Weſſelingius autem ad *Diodor. Lib. XII. c. 17.* exiſtimat, Diodorum in eiusmodi legum exemplum incidiſſe, quod Charondam eius conſtitutionis auctorem perhiberet, cum et alia ex legibus, quae Zaleuco adſcribebantur, Charondae fuerit largitus. Tandem Heynio *Legg. Charondae fragm. Sect. IV. not. c Opusc. Acad. Vol. II. p. 113.* viſum eſt veriſimilius, cum omnia haec non niſi exciſis iam iſtis ciuitatibus a ſcriptoribus recentioris aetatis litteris conſignata ſint, incerta iam tum rerum hominumque memoria, in auctore legum eſſe variatum. Ceterum de iure talionis, apud varios populos legibus conſtituto, elegans ac docta exſtat Io. Andr. Danzii *Diſſ. Origo talionis ad mentem Gentilium, Iudaeorum ac Chriſtianorum examinata*, inſerta Io. Ger. Meuſchenii *Nou. Teſt. ex Talmude et Antiq. Hebr. illuſtr. Lipſ. 1736. 4. p. 488 — 568.* qua *§. VIII.* et *IX. not. g* talionis ſanctionem Charondae adſcribendam eſſe fuit arbitratus. RICHT.

7) Prooemium legibus Zaleuci praemiſſum, quod ipſi Ciceroni fraudi fuit, fictum eſſe commenticiumque, quidquid ad tuendum illud adſerendumque protulerit Warburtonus *d. l.* et Heynius laudata *Diſp. I. not. c* et *g* idoneis argumentis recte contendit Meinerſius *Hiſtoria doctrinae de vero Deo, omnium rerum auctore atque rectore, Lemgou. 1780. 8. P. I. ſect. 6. p. 221. ſeqq.* Illo enim admiſſo, ſtatuendum eſſet, ceteros Graecos omnes, praeter Locros, in ſuis de ſummo numine ſententiis inſaniiſſe. Locros autem non minus, quam reliquos, in natura diuina turpiter erraſſe conſtat. Atque etiam Heynium de hoc prooemio legum aliam ſententiam amplexum eſſe, intelligitur ex *Epimetr. II. de Zaleuco, Opusc. Acad. Vol. II. p. 71. ſeqq.* RICHT.

Rich. Bentleio, qui ex eo ipſo loco, et aliis argumentis (quod v. g. men init κόσμου et τραγῳδίας, quod non ſcripta eſt dialecto Dorica etc) contendit, legum Zaleuci συναγωγὴν Diodoro Sic. Stobaeo, aliisque lectam totam eſſe ſuppoſitam poſt tempora hiſtorici Timaei, inſertis quibusdam legibus vere antiquis, [?] apud Demoſthenem et alios eius aetatis memoratis. Vide *Apologiam diſſertationis de Phalaridis Epiſtolis p. 343. ſeqq.*[8]) Aliam Zaleuci legem

8) Copioſa et adcurata Rich. Bentleii de legibus Zaleuci disputatio in *Reſponſione, qua diſſertationem ſuam de epiſtolis Phalaridis vindicat a cenſura Caroli Boyle*, cum notis et obſeruationibus virorum aliquot doctorum recuſa *Lond. 1777.* cuius editionis nondum compotes fieri potuimus, ex Latina verſione Io. Dan. a Lennep *Groning. 1777. 4.* legitur *p. 185 — 199.* et in Bentleii *Opusc. Philolog. Lipſ. 1781. 8. p. 336 — 351.* Sex omnino, praeter Timaei auctoritatem, ac Pythagorae diſciplinam Zaleuco recentiorem, Bentleius vtitur argumentis, ex ipſis fragmentis, quae ſuperſunt, petitis, vt corpus illud legum Zaleuci ſuppoſitum eſſe, et a ſophiſta quodam conflatum probet: primum, quod eadem Charondae adficta fuerunt, quae Zaleuco: deinde e verbis Atticis, παχεῖα δραχμή, Locris haud intellectis: porro e commemoratione panni Mileſii: tum e mentione κόσμου: amplius e nomine τραγῳδίας: denique e dialecto communi, cum ſcriptum eſſe debuiſſet Dorica. Quae quidem ad argumenta fere omnia late reſpondit Warburtonus *d. l. p. 165. ſeqq.* legumque Locris a Zaleuco ſcriptarum fragmenta, a Diodoro et Stobaeo ſeruata, genuina eſſe, aduerſus Bentleium adſerere elaborauit. Ego vero quamquam non ita arrogans ſum, vt inter tantos viros, quibuscum neque ingenii ſubtilitate ſum, neque iudicii acumine, neque doctrinae copia vllo modo comparandus, me arbitrum ſedere poſſe exiſtimem: modeſte tamen dicam, quod ſentio, neque Bentleium, nimia Timaei temeritate, ex diverſa de natalibus Zaleuci narratione fortaſſe orta, fretum, et disputandi calore metam transgreſſum, tot aliis probatae fidei ſcriptoribus conſentiente voce reclamantibus, iuſtam ſuſpicionis habuiſſe cauſſam, nullum vmquam fuiſſe Zaleucum, neque Warburtonum argumentationibus effeciſſe ſuis, vt fragmenta, quae apud Diodorum et Stobaeum exſtant, indubitatae fidei eſſe auctoritatisque cenſenda viderentur. Quibus tamen haud infitior veras Zaleuci leges ineſſe, praemiſſis ſine vlla veri ſpecie ſerioris philoſophiae locis communibus, quibusdam Charondae ſanctionibus perperam admixtis, loquendi formulis recentioris originis, aliaque, ac ſcriptae eſſent, dialecto ad poſteritatis memoriam propagatas. Poſt Warburtoni contra Bentleium disputationem, nondum tamen, vt ſuſpicari licet, lectam, quodam modo in huius partes conceſſit Weſſelingius ad *Diodor. Lib. XII. c. 21.* qui deinceps ad *Herodot. Lib. VI. c. 21.* ſententiam ſuam ex parte retractauit, legemque veſtibus ex lana Mileſia, quibus Sybaritae ad nimium aeſtum mitigandum vtebantur, honeſtis apud Locros maribus, ne molles fierent atque effeminati, interdicentem, motus Herodoti *d. l.* auctoritate, Zaleuco nominatim vindicauit, Warburtono inſuper de ceteris ad partes vocato. Contra ea Gottfr. Maſcouius ad *Pufendorf. Lib. I. de Iur. Nat. et Gent. c. 6. §. 4. not. 8.* de omnibus omnino, quae Zaleuco tribuuntur, legibus Bentleio ſuffragatur. Iam Heynius *Legg. Locris a Zaleuco ſcript. fragm. Disp. II. p. V. ſeq.* quidquid huius eſt litterariae contentionis, primum paucis complexus eſt, quae hic adponere iuuat, praeſertim cum in repetita editione fruſtra quaerantur. *Poteſt ab aliquo*, inquit, *qui paulio difficilior in his rebus ſit, recte in dubitationem vocari, num leges illae, quas ſupra e Diodoro et Ioanne Stobenſi attulimus, ab ipſo Zaleuco profectae, nec potius ſub eius nomine, vt grauior eſſet auctoritas, ſint venditatae. Et fuit ſane Bentleius, qui ſerioribus temporibus illud legum Zaleuco tributarum digeſtum concinnatum eſſe cenſeret. Recte vero, ſi de verbis quaeritur. Fuiſſe enim antiquum aliquem ſcriptorem probabile eſt, qui ſuis hiſtoriis leges eas ſuis verbis intexuerat, e quo et Stobenſis et Diodorus ſua repetiere, ille quidem paullo accuratius.* Deinceps autem, quinquennio interiecto, *de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg. Sect. III. p. III. ſeqq.* locum hunc difficilem et ſalebroſum vberius tractauit, et potiora Bentleii argumenta perſecutus, omnia enim excutere noluit, legum cum prooemio, quae a Diodoro et Stobaeo ſub Zaleuci nomine in medium ſunt prolatae, ne ipſarum auctoritas infracta iacere videretur, contra omnem ſubditi a recentiore ſophiſta foetus ſuſpicionem, ab Anglo motam, vindicias egit. Quibus quidem intento ſtudio acerrime perlectis, propoſitisque

gem de non danda pro foenebribus pecuniis ſyngrapha memorat Zenobius *V. Prouerb. 4.* Libello ſingulari leges Zaleuci latine collegit et vtcunque illuſtrauit Io. Wilh. Engelbrechtus *Lipſ. 1709. 4.* 9) Cui addes Ioannis Lodei Nannetenſis *dialogum de iuſtitia et pietate Zaleuci Locrorum*

poſitisque in vtramque partem rationibus rite ponderatis, ingenue fateor, et condonabit viri doctiſſimi humanitas candori animi mei, mihi fere accidiſſe, id quod de euoluendo diligenter diuini Platonis Phaedone ſub alterius perſona profitetur Cicero *Lib. I. Tuſc. Disp. c. 11. Feci mehercule, et quidem ſaepius, ſed neſcio quo modo, dum lego, adſentior: cum poſui librum, et mecum ipſe de immortalitate animorum coepi cogitare, adſenſio omnis illa elabitur.* Et quidni? Ipſe enim Heynius extrema disputatione in haec verba eſt locutus: *Non itaque improbabile eſt, prooemia illa legum, cum paucis legum fragmentis, ex Pythagoreo aliquo philoſopho eſſe exſcripta, a quo veſtigia nonnulla, ſatis obſcura quidem, Pythagoreae diſciplinae in iisdem impreſſa ſuperſunt.* Iam publici inſtrumenti fides quando quibusdam momentis vacillat, et vnum ſeſe alterumue fraudis indicium exſerit: tum illud, quantum quantum eſt, adulterinum eſſe ſpuriumque iure exiſtimatur. Nuperrime quidem Heynius, diuiſa de Zaleuco et Charonda disputatione, *Epimetr. II. de Zaleuco Opusc. Acad. Vol. II. p. 62. ſeqq.* controuerſiam de Zaleuci legibus ad plures enunciationes reuocauit, ac de ſingulis diſcrete pronunciando obductas toti huic argumento nebulas dispellere ſtuduit. Hanc extricandae rei viam ingreſſus adſerit, leges Locris olim a Zaleuco ſcriptas adhuc ſuperſtites fuiſſe ſerioribus temporibus, quibus a ſcriptoribus conſignari potuerint: conſignatas autem eſſe non ipſis legum verbis, ſed quemlibet ſcriptorem vim et argumentum earum ſuis verbis expreſſiſſe: vtrumque, et Ioannem Stobenſem, et Diodorum, aut in eumdem fontem, aut in eos incidiſſe, qui ex vno eodemque fonte hauſerint: prooemium denique, quale nunc habemus, ſiue ad orationis copiam et vbertatem, ſiue ad ſententiarum rationem et indolem ſpectes, a Zaleuco quidem non eſſe profectum, neque tamen prorſus commenticium, et a falſario ſuppoſitum. Quid hae repetitae vindiciae, quarum ſummam dedi, effecturae ſint apud alios, neſcio: me certe, argumentis aequa trutina penſatis, a ſententia, quam ſupra ſum profeſſus, needum dimouere potuerunt. Nonnullas quidem Zaleuci leges, a Ioanne Stobenſi et Diodoro traditas, ab aliorum ſcriptorum teſtimonio fidei firmamentum accipere largior: totum autem legum digeſtum, quale cum prooemio apud vtrumque exſtat, in quo verus quaeſtionis cardo vertitur, propter complura eaque haud obſcura fraudis veſtigia, nullam auctoritatem habere poſſe, mihi ſane eſt perſuaſiſſimum. RICHT.

9) Integra libelli inſcriptio haec eſt: *Leges Locrenſium, Zaleuco auctore promulgatae, ex Demoſthene, Polybio, Diodoro Siculo, Strabone, Valerio Maximo, Plutarcho, Aeliano, Stobaeo, et aliis excerptae, et ex Legibus Naturae, Romanis, ac doctrina maxime Peripateticorum illuſtratae.* Qui quidem, ab interioris doctrinae copiis plane deſtitutus, nugarum vero plenus, non poteſt non magnum legentibus taedium creare. Effugit vero Fabricii diligentiam, neque Engelbrechto cognita fuit Conr. Rittershuſii *Oratio de Charonda et Zaleuco, et nomotheſia vtriusque Altorf. 1591.* eiusdem *Commentario in IV libros Inſtitutionum Imperialium Diui Iuſtiniani Argent. 1618.* et *1649. 4.* praefixa, qua praecipuae leges Zaleuci commemoratae ſunt atque expolitae. Nec ſilentio praetermittendus eſt Vbbo Emmius *Vet. Graec. Tom. III. de republica Locrenſium in Italia*, in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. IV. p. 593. ſeqq.* vbi plerasque leges Zaleuco tributas breuiter fuit perſecutus. De Zaleuci legibus conſule etiam Lud. Malquytium Lib. II. *Ver. ICtor. Philoſ. c. 23.* in Gundlingii *Triga libell. rariſſ. Hal. Magd. 1727. 4. p. 106. ſeqq.* Sed ſuperiores omnes longe ſuperauit Heynius *Legum Locris a Zaleuco ſcriptarum fragm. Disp. II.* vbi omnes leges tum publicas tum priuatas Stobaei ac Diodori auctoritate adcurate recenſuit, adſperſisque animaduerſionibus philologicis, hiſtoricis, et e prudentia ciuili depromtis praeclare illuſtrauit. Iudicium Chriſt. Thomaſii de Zaleuci legislatione legitur in eius *Lect. de prudentia legislatoria, cum praef. Gottl. Stollii Francof. et Lipſ. 1743. 8. c. IX. §. 11.* Quae quidem dictata, quod in tranſitu notamus, in vſum auditorum a Thomaſio aliquanto negligentius, vt ipſe alibi fatetur, conſcripta, ſecundis curis emendata ſuo tempore praecipuum locum occupare debebant tractatus *de optima republica:* quem paraſſe quidem virum immortalem, ſed, aliis curis laboribusque diſtentum, in

Librorum Regis. Pariſ. 1513. 8. Mentio Zaleuci apud Origenem quoque *III. contra Celſum p. 155.* aliosque quam plurimos, in quibus interdum corrupte vocatur *Seleucus*, vt apud Petrum Bleſenſem *epiſt. XCV.* Dicitur ipſe ferro diſtricto incubuiſſe, atque ita ſe interfeciſſe, cum forte belli tempore armatus in concionem prodiiſſet, quod alioqui facere legibus ipſius capitali ſupplicio erat interdictum. Euſtathius ad *Iliad. α. p. 62.* Φέρεται δὲ καὶ περὶ Ζαλεύκου τοῦ Λοκροῦ ἱστορία, ὡς νομοθετήσοι μὲν ὁ ἀνὴρ, μηδένα φορεῖν ὅπλα ἐν βουλευτηρίῳ· ἐπεὶ δέ ποτε πολέμου ἐπικειμένου ἔνοπλος ὢν εἰσῆλθε κατ᾽ ἀνάγκην οὕτως ἔχων εἰς τὴν βουλὴν, ὑπέκρουσεν μέν τις ὡς ἤδη τὸν νόμον ὁ Ζάλευκος λέλυκεν. Ὁ δὲ οὐ λύσειν ἔφη, ἀλλὰ κυρώσειν. (Similis phraſis *Matth. V. 17.*) Καὶ ἅμα τῷ ξίφει δοὺς ἑαυτὸν ἀπέῤῥηξε τὸ ζῆν ὅπερ ἦν ποινὴ τῷ παραβάντι τὸν νόμον. Verum hoc alii referunt ad Charondam, vt Valerius Max. *Lib. VI. c. 5. extern. 4.* et Diodorus Siculus *Lib. XII. p. 84.* qui addit, a quibusdam iſtud tribui Diocli, legislatori Syracuſanorum. Sane res Zaleuci et Charondae frequenter confundi, pluribus iam exemplis patuit: quibus adde, quod Zaleucum Thuriis leges dediſſe affirmat Athenaeus *Lib. XI. p. 508.* cum quo conſentit Scymnus Chius, Sybaritis neglectum legum Zaleuci exprobrans, *v. 345. ſeq.* Sybaritas enim Thurios poſtea eſſe dictos, notum eſt ex Plutarcho in *Pericle p. 158.* Stephano, Suida, aliisque. [10]) Sed et Ephori verba apud Strabonem *Lib. VI. p. 260.* ita accipit clariſſ. Bentleius libro laudato, *p. 365.* vt Thurios legibus a Zaleuco latis ſubtiliora quaedam addidiſſe dixerit, quibus gloriam quidem nonnullam, ſed rempublicam deteriorem retulerint. Sane poſtquam ſimplicitatem legum Zaleuci celebraſſet, addit Ephorus: Θουρίους δὲ ὕστερον ἀκριβοῦν θέλοντας περὶ τῶν ἄκρων ἐνδοξοτέρους μὲν γενέσθαι, χείρονας δέ. *f*) E contrario Charondam Thuriorum legislatorem tradunt Diodorus et alii, vt mox, vbi de eo agam, ſum dicturus. [☙]

V. CHARONDAS Catanaeus *g*) Iamblichi iudicio vnus ex optimis legumlatoribus, Pythagorae itidem diſcipulus fuit, ſi credimus Senecae *epiſt. XC.* Laertio *Lib. VIII. ſect. 16.* Porphyrio

in lucem dare haud potuiſſe, valde dolemus. Pauca de Zaleuco eiusque legibus adtulit Euer. Otto *praef. Tom. III. Theſ. Iur. Rom. p. 10. ſeq.* RICHT.

10) Athenaeus, cum Zaleucum Thuriis leges dediſſe dicit, Sybaritas, Thurios poſtea adpellatos, videtur intellexiſſe. Zaleuci enim aetas a Thuriorum initiis longiſſime abeſt. Vide Bentleium *Reſp. qua diſſ. de epiſt. Phalar. vindicat, p. 204. edit. Groning.* De Sybaritis ex inſtituto commentatus eſt Blancardus, cuius *Diſſertatio de Sybaritis (Discours ſur les Sybarites)* exſtat in *Comment. Acad. Inſcript. Tom. IX. p. 163. ſeqq. edit. Pariſ.* et *Tom. XIII. p. 253. ſeqq. edit. Amſt.* et fortunam Sybaritarum pariter ac Thuriorum, ad temporum notationem reuocatam, ſubtilius diligentiusque, quam omnes ſuperiores, expoſuit Heynius *de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg. Sect. I.* De duplici Sybaritarum lege, luxuriae magiſtra, altera de vocandis ad conuiuia mulieribus, altera de praemio coquis propoſito, agit Iſ. Caſaubonus *Animadu. in Athenaeum Lib. XII. c. 4.* RICHT.

f) Poſſunt alioqui etiam haec verba ita accipi de legibus Thuriorum nimis circa ſubtilitates ingenioſorum, vt non Zaleuci legibus ſuperadditae, ſed tantum iisdem ſubtiliores fuiſſe dicantur: neque ἐνδοξοτέρους aut χείρονας neceſſe eſt ad Thurios referre magis quam ad νόμους. Et de Charonda Ariſtoteles *Lib. II. Politic. c. 10.* τῇ ἀκριβείᾳ τῶν νόμων ἐστὶ γλαφυρώτερος καὶ τῶν νῦν νομοθετῶν.

g) Patria Catanaeum fuiſſe, ex Ariſtotelis et aliorum certiſſimis teſtimoniis patet. Itaque qui Thurium appellant, Valerius Max. *Lib. VI. c. 5.* Themiſtius *Orat. II. p. 31.* et alii, leges, quas Thuriis tuliſſe fertur, reſpiciunt. Conf. Mongitorii *Bibl. Sic. Tom. I. p. 136. ſeq.* Pro *Thuriis* autem quidam male legerunt *Tyrios*, atque inde Carthaginenſium legislatorem dixere Charondam, vt Io. Rauiſius Textor in *Officina p. 622.* et Alexander Alexandrius *Lib. VI. Genial. Dierum c. 10.*

Porphyrio et eidem Iamblicho tribus in locis hoc diſerte tradenti. [11]) Verum haec ſententia non maiorem fortaſſis fidem meretur, quam eorum, quos Ariſtoteles *Lib. II. Politic. c. 12.* ait a temporum ratione refelli, cum affirmarunt Onomacritum primum exſtitiſſe ſcriptorem legum eximium, qui ſe exercuerit in eo ſtudio in Creta, cum Locrus eſſet, illuc autem ſe contuliſſet ob artem diuinandi: huiusque fuiſſe ſodalem Thaletem, (Cretenſem non Mileſium) Thaletis autem auditorem Lycurgum et Zaleucum, Zaleuci Charondam.

VI. Leges tulit Charondas, teſte eodem Ariſtotele, ſuis ciuibus Catanaeis et aliis Chalcidicis ciuitatibus Italiae atque Siciliae. Et apud Catanaeos quidem ciues ſuos diuinis honoribus propterea mactatum, perinde vt apud Locros Zaleucum et Timaratum, refert Iamblichus *de vita Pythagorae c. 30.* quod ex numo Catanenſi quoque demonſtrare voluit Raphael Trichetus du Freſne in *Epiſtola ad Petrum Seguinum Pariſ. 1658. 8.* et ad calcem Seguini *numiſmatum p. 180. ſeq. Pariſ. 1665. 4.* et *Tom. X. Antiquitatum Graecarum* Iac. Gronouii *p. 569. ſeq.* effigiem enim cornibus decoram in numo illo Charondam referre contendebat. Sed illuſtris Vir Ez. Spanhemius *de Vſu et Praeſtantia Numiſmatum Diſſ. V. p. 370.* potius Silenum illa exprimi ſentit, feliciore, ni fallor, coniectura. [12]) Chalcidicae vero ciuitates, quibus leges Charondam tuliſſe Ariſtoteles affirmat, a Scymno Chio *V. 283 ſeq.* in Sicilia nominantur praeter Catanam Callipolis, Euboea, Himera, Leontini, Mylae, Naxos, Zancle: in Italia Rhegium. Theodoritus quoque *Lib. IX. de Curat. Graec. Affect. p. 124.* Charondae meminit primi Italiae et Siciliae legislatoris. [13]) Ac Rheginenſes Charondae legibus vſos teſtatur Heraclides *de Politiis*, et Aelianus *Lib. III. c. 17. Var. Hiſt.* [14]) Porphyrius vero *p. 14.* et poſt eum Iamblichus *c. 7. de vita Pythagorae*, probaturus

Marſilius Ficinus *argumento in Minoem Platonis*, et Coelius Rhodiginus *XVIII. 19. Antiq. Lect.* notati a Voſſio *de Sectis Philoſophor. c. 6. §. 27.* et Io. Ionſio in *diſſ. I. de hiſtoria Peripatetica p. 33.* quo in loco obſeruat, Charontem Carthaginienſem hiſtoricum, Suidae et aliis memoratum, male aliquando confundi cum Charonda. Effigies Charondae apud Gronouium *Tom. III. Theſ. ccccc.*

11) Charondae aetas licet incerta, primis tamen Catanae conditae temporibus paullo propior ex eo ſatis tuto colligitur, quod is cum Zaleuco, Locrorum legum latore, a veteribus plerumque coniungitur, quem, vt ſupra dictum eſt, circa Olympiadem XXIX. floruiſſe, ad rerum fidem exploratum habemus. Catanam autem, Charondae patriam, poſt Olympiadis XIII. annum primum primordia habuiſſe, e Thucydide *Lib. VI. c. 3.* patet. Confer Heynium *de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg. Sect. III. Opuſc. Acad. Vol. II. p. 159. ſeq.* Charontem Carthaginienſem cum Charonda Catanaeo a nonnullis male confundi, obſeruauit Io. Ionſius *Lib. II. de Script. Hiſt. Phil. c. 7. §. 4.* RICHT.

12) Raph. Tricheti du Freſne *Epiſtola de Charondae effigie, in Catanenſi numo expreſſa*, qua de hoc legum latore diligenter agitur, in compendium redacta, notisque illuſtrata comparet in Petr. Zornii *Biblioth. Antiq. et Exeg. Tom. I. P. II. p. 105. ſeqq.* Charondam ad exemplum Moſis in vetuſtis numis cornutum conſpici, adſerit etiam Petr. Dan. Huetius *Demonſtr. Euang. Propoſ. IV. c. 2. §. 11.* in aetate illius cum aliis grauiter lapſus. Sed Ezech. Spanhemii *de Praeſt. et Vſu Numiſm. Ant. Diſſ. VII. Tom. I. p. 400.* coniecturam, effigiem illo numo expreſſam Silenum potius, quam Charondam, referre, quae magis placet Fabricio, probabiliorem cenſet etiam Perizonius ad *Aelian. Lib. III. V. H. c. 17.* quem tamen valde miror vulgari errore deceptum ſtatuere, Charondam nouae Thuriorum ciuitatis factum fuiſſe ciuem et legum latorem. RICHT.

13) Hoc Theodoreti teſtimonium nullius ponderis eſſe, recte contendit Heynius *de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg. Sect. III. Opuſc. Acad. Vol. II. p. 160.* RICHT.

14) Rheginam ciuitatem legibus firmaſſe Charondas, a Catanaeis in exſilium eiectus, falſo traditur.

probaturus ab hoc philoſopho libertatem vindicatam [†] ciuitatibus Crotoni, [15]) Sybari, Catanae, Rhegio, Himerae, Agrigento, Tauromenio, aliisque nonnullis, ſubiungit, leges iisdem latas eſſe a Pythagora, per diſcipulos videlicet ſuos, Charondam Catanaeum, et Zaleucum Locrum: quarum ope et ipſae fuerint εὐνομώτατοι, et per longum tempus ἀξιοζήλωτοι τοῖς περιοίκοις. Huc referendum eſt, quod Laertius *Lib. VIII. ſect. 3.* teſtatur, Crotone Pythagoram leges ſanxiſſe τοῖς Ἰταλιώταις, quibus verbis ad Numae Pompilii νομοθεσίαν reſpici, praeter rem ſuſpicabatur Thomas Aldobrandinus. Apud Stephanum in Κατάνῃ Charondas vocatur ὁ διάσημος τῶν Ἀθήνῃσι (niſi legendum ἐν Κατάναις) νομοθετῶν, [16]) non quod Athenis leges tulerit, ſed quod Thurii, quibus Charondas leges tuliſſe multorum teſtimonio ſcriptorum traditur, fuerint coloni Athenienſium, teſte Plutarcho in *vita Lyſiae* et *Periclis:* et quod leges Charondae apud Athenienſes celeberrimae fuerint, atque vt Hermippus libro ſexto de legumlatoribus apud Athenaeum *Lib. XIV. p. 619.* auctor eſt, inter pocula decantari ſolitae ſint Athenis. Quemadmodum et Mazaceni in Cappadocia legibus Charondae vſi, teſte Strabone *Lib. XII. p. 539.* adhibuerunt νομῳδὸν *legum decantatorem*, qui ipſis fuit legum interpres, perinde vt apud Romanos iurisconſulti.

VII. Vtrum vero hinc certo concludere liceat, verſibus ſcriptas [h]) ab ipſo Charonda leges fuiſſe, aliorum eſto iudicium. Potuerunt enim poſtea ab eiusmodi νομῳδῶν fuiſſe verſibus expreſſae, atque adeo memoriae cantantium commendatae. Et quemadmodum, literarum vſu nondum reperto, leges apud gentes quasdam decantari ſuaſit neceſſitas, quo minus illarum obliuiſcerentur: ita deinde ſine neceſſitate idem faciendi potuit obtinere conſuetudo, nec iniucundus vſus, vt de Agathyrſis tradit Ariſtoteles *Problem. XIX. 28.* Sane fragmenta legum Charondae, quae apud Diodorum Sic. *Lib. XII. p. 79. ſeq.*

ditur ab Aeliano *d. l.* cuius fidem ſequitur Perizonius. Vide Heynium *de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg. Sect. III. not. f Opusc. Acad. Vol. II. p. 159. et ſeq.* coll. *Proluſ. XIV. de reliquis rebusp. Magnae Graeciae et Siciliae, p. 272.* RICHT.

15) Croton, ciuitas Magnae Graeciae cum aliis ſtudiis, tum in primis ſapientiae nobiliſſima, Achaeorum colonia, imperio vſa populari, leges ad hanc reipublicae adminiſtrandae rationem, ſerioribus quoque temporibus cuſtoditam, adtemperauit. Legibus Charondae et Zaleuci inſtructos fuiſſe Crotoniatas, vt Iamblichus *de Vit. Pythag. c. VII.* refert, a veritate haud alienum eſt: eas vero auctoritate Pythagorae, vtriusque legum latoris praeceptoris, accepiſſe, tamquam inane Pythagoreorum commentum merito exploditur. Vide Bruckerum *Hiſt. Crit. Philoſ. Per. I. P. II. Lib. II. c. 10. ſect. 1. §. 10. Tom. I. p. 1013.* Tiedemannum *de vetuſtiſſ. Graec. Philoſoph. P. IV. ſect. 1. c. 8. p. 324. ſeqq.* et Meinerſium *Hiſt. de orig. progreſſ. et inter. litter. apud Graec. et Rom. Lib. III. c. 1. Vol. I. p. 252. 254.* et *285.* Euerſa Sybari, cum, vt narrat Iuſtinus *Lib. XX. c. 4.* et ipſi Crotoniatae in perditam luxuriam prolapſi eſſent, ſaluberrima Pythagorae diſciplina effecit, vt ad ſimplicitatem morum frugalitatemque reuocarentur. Vide Heynii *Proluſ. X. de Crotoniatarum republica et inſtitutis*, vbi omnia, quae ad informandam Crotoniatarum reipublicae inſtitutorumque notionem elici e locis veterum ſcriptorum cum fide aliqua potuerunt, commemorata reperiuntur. Adde *Epimetrum de Pythagora et Pythagoreis legumlatoribus, Opusc. Acad. Vol. II. p. 196. ſeqq.* RICHT.

16) Stephanus Byzantinus *d. l. p. 368. ſeq. edit. Amſt. 1678.* quodam opinionis errore deceptus, Charondam inter legum latores, qui Athenis hilariore nominis fama floruerunt, videtur retuliſſe. Qua culpa vt liberaretur, alia Bentleio, alia Fabricio noſtro ſubnata fuit ſuſpicio. De vtraque vide quae adtulit Weſſelingius *praef. Tom. III. Iurispr. Rom. et Attic. p. III.* RICHT.

h) Haec ſententia eſt clariſſimi Bentleii, libro laudato *p. 373.*

p. 79. ſeq. et Stobaeum *Serm. XLII.* atque inde Petr. Carreram *Lib. IV. Monum. Hiſt. Vrbis Catanae Tom. X. Theſ. Antiq. et Hiſt. Siciliae p. 337. ſeq.* exſtant, proſa ſunt concepta, non verſu. 17) Apud eosdem, vti apud alios quoque ſcriptores perquam multos, legislator fuiſſe Thuriorum perhibetur. Et Plutarcho *lib. de curioſitate p. 519.* ὁ τῶν Θουρίων νομοθέτης nullus alius intelligitur quam Charondas, a Xylandro in latina verſione recte nominatus.

VIII. Equidem vir iam plus ſimplici vice mihi laudatus Cl. Bentleius *Apologia pro diſſ. de Epiſtolis Phalaridis p. 358. ſeqq.* variis argumentis et chronologicis rationibus euincere conatur, nec Thuriis leges tuiiſſe Charondam, nec leges, quae a Diodoro, et Stobaeo afferuntur, genuinas Charondae, ſed illi perinde vt priores illas Zaleuco [*] ſuppoſitas eſſe. 18) Ceterum nec ipſe *p. 377.* tantum tribuit ſuis argumentis, vt ea plane

17) Verſibus aut numeris cantui aptis ſcriptas non tam ab alio, quam potius ab ipſo Charonda leges fuiſſe, non ſine veri ſpecie colligi poteſt ex Athenaeo *Lib. XIV. p. 619. edit. Lugd. 1612.* vbi auctore probatae fidei Hermippo refert, Charondae leges adeo celebratas fuiſſe Athenis, quae etiam inter pocula cantari ſolerent. *Ἤιδοντο Ἀθήνησι καὶ οἱ Χαρώνδα νόμοι παρ' οἶνον.* Quod neque de deorum hymnis, neque de magnorum virorum rebus geſtis, ſed de legibus ſenſu proprio commode videtur eſſe accipiendum. Quam coniecturam Strabonis quoque de vſu legum Charondae apud Mazacenos in Cappadocia teſtimonium, *Lib. XII. p. 813. edit. Almelou.* a Fabricio iam laudatum, mirifice iuuat. Nec fragmenta legum apud Diodorum Siculum et Stobaeum, ſoluta oratione concepta, ſubleſtae plane, vt Bentleius pluribus argumentis docuit, fidei, huic ſuſpicioni vllo modo aduerſantur. Vide Humphr. Prideauxium in *Marm. Oxon. I. p. 397. edit. Maittair. Lond. 1732.* Bentleium *Reſp. qua diſſ. de epiſt. Phalar. vindicat, p. 209. ſeqq. edit. Groning.* Goguetum *de Origine Legum Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 1. p. 58. ſeq.* et Chriſtoph. Lud. Crellii *Proluſ. de primitiis legum poeticis, antiquiſſimo genere carminum Witteb. 1725.* RICHT.

18) Subtilis illa Bentleii de legibus Charondae quaeſtio ac diſputatio in Latina verſione Lennepii ſupra laudata continetur *p. 200 — 212. edit. Groning.* et *p. 351 — 364. edit. Lipſ.* Quam quidem partem etſi doctiſſimus eius aduerſarius, Warburtonus loco ſaepius laudato, ſigillatim ne verbo quidem adtigit: vniuerſe tamen legum Charondae, a Diodoro et Stobaeo poſterorum memoriae traditarum, vindex extitit acerrimus. Non multo poſt Weſſelingius ad *Diodor. Lib. XII. c. 11.* hactenus Bentleii ſententiam ſuffragio ſuo iuuit, vt Charondam Thurinum ciuem fuiſſe pariter ac leges Thuriis ſcripſiſſe, contra Diodori teſtimonium infitiaretur: corpus autem illud legum vtrum genuinum ſit, nec ne, in medio relinquit. Poſt horum doctiſſimorum virorum ſtudia poſtremus ad diſceptandam hanc quaeſtionem acceſſit Heynius *de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg. Sect. II.* et *III.* In qua quidem duo eſſe diſcernenda ſtatuit, vt altera dubitatio ſit, fueritne Charondas legum Thuriis ſcriptarum auctor, altera, eae leges, quas Diodorus ac Stobaeus ſeruarunt, ſintne iſtarum legum fragmenta habenda: vtriusque confuſione turbata fuiſſe omnia. Quod ad priorem adtinet, cum Ariſtoteli et Heraclidi Pontico, qui Charondam Catana oriundum multo Thuriis conditis antiquiorem faciunt, quam ceteris ſcriptoribus, plus auctoritatis ſit fideique tribuendum, fieri potuiſſe negat, vt Charondas ille Catanaeus Thurinis ciuibus leges ſcriberet. Qua in re, vt hoc obiter notemus, humani quid paſſus eſt, ſicut in argumentis hiſtoricis haud raro alibi, Monteſquieus *de Cauſſis Legum (de l'eſprit des Loix) Lib. XII. c. 2.* Nihilo tamen minus contra Bentleium, cupiditate in Boylium paullo ferocius ſe iactantem, ita ſtatuendum eſſe cenſet, vt Thurios Charondae priſci leges ad ſuam ciuitatem admiſiſſe, atque hactenus Charondae legibus ſe vti profeſſos eſſe exiſtimemus. In quo equidem non valde diſſentio, licet quibusdam dubitationibus adhuc obnoxium ſit, germanae Catanaei legum latoris ſanctiones, tum aliis Chalcidicis ciuitatibus, tum ſuae olim ſcriptae ac promulgatae, quarum exemplo Ariſtoteles et Heraclides vſi ſunt, an poſtea a Thuriis receptae fuerint, cum ab eodem Heraclide, cuius in rerumpublicarum fata et inſtituta inquirendi diligentiae tantum tribuit ipſe Heynius, teſte Diogene Laertio *Lib. IX. c. 8.* ad Protagoram Thuriorum leges referuntur.

plane certa atque apodictica eſſe affirmet ad ſententiam hanc confirmandam; et quae apud Stobaeum referuntur ac Diodorum, Charondae leges, etiam ante illos lectae ſunt Ciceroni, qui *Lib. II. de Legibus c. 6.* refert, Zaleucum et Charondam in prooemio ſuae νομοθεσίας de legum laudibus dixiſſe: et alibi ad legem Charondae, quae adhuc exſtat apud Stobaeum, alludit, notante Petro Victorio *Lib. XVI. c. 21. Var. Lect.* Tum veteres Comici fabulis ſuis leges Charondae inſeruerunt, quorum verbis a Diodoro *Lib. XII. p. 80. ſeq.* laudatis reſpondent leges ipſae apud eundem Stobaeum occurrentes. Homines eiusdem familiae ὁμοσιπύους a Charonda dictos, vt ab Epimenide ὁμοκάπνους, teſtatur Ariſtoteles *Lib. I. c. 1. Politic.* Leges quasdam Charondae illuſtrauit ſingularibus diſſertationibus Samuel Skunk, Theologus Vpſalienſis. Vide et Ehregot Danielis Colbergii τοῦ μακαρίτου *diatribam de Legislatoribus Graecorum Moſaizantibus.* 19)

referantur. De poſteriore vero, quando ea legum fragmenta, quae cum prooemiis a Diodoro et Stobaeo ſub Charondae nomine in medium prolata ſunt, Catanaeo pariter ac Locro vindicare adlaborat, nolumus quidquam eorum hic loci repetere, quae ſupra de incorrupta inſtrumentorum fide ex dialecticorum atque iuriſconſultorum praeceptis monuimus. Profecto tam ſobria philoſophia, qualis illis legum prooemiis continetur, ſi quid hoc in genere video, in rudem iſthanc aetatem plane non cadit. Nec me meae ſententiae adhuc poenitet, disputatione illa, quam, parte eius priore ab altera ſectione *de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg.* auulſa, nunc ſectione tertia aliquanto auctiorem complexus eſt Heynius *Opusc. Acad. Vol. II. p. 155 — 171.* denuo cum cura perlecta, argumentisque diligenter perpenſis atque excuſſis. Illud quidem contendere nolim, omnes omnino Charondae leges, a Diodoro ac Stobaeo deſcriptas, eſſe commenticias. Sed tum demum vtrique conſtare fidem reor, ſi quid ab aliorum ſcriptorum auctoritate ſingulis legibus firmamenti acceſſerit. Integrum autem legum Charondae corpus, cui ſtatim exordium omnem fidem detrahit, quisquis iudicii mei acumen ſubtilitatemque deſideret, ob cauſſas in quaeſtione de Zaleuci legibus ſupra adlatas, adulteratum opus eſſe, certa perſuaſione inductus videor poſſe adſeuerare. Ceterum nihil impedio, quo minus de his legum, quae Zaleuci atque Charondae nomina praeferunt, Pandectis, a Diodoro et Stobaeo ſeruatis, ſuo quisque iudicio vtatur. RICHT.

19) Praecipuas leges Charondae fide veterum ſcriptorum recenſuit atque illuſtrauit Conr. Rittershuſius oratione ſupra iam laudata. Nonnulla de Charondae legibus adtulit etiam Lud. Malquytius, eodem loco excitatus. Superiori autem ſaeculo Mart. Brunnerus, primum Graecarum litterarum, poſt Theologiae in academia Vpſalienſi profeſſor, iuuenibus aliquot litterarum ſtudioſis auctor fuit ſuaſorque, vt in leges Charondae, apud Diodorum Siculum memoratas, diſſertationes conſcriberent, ad disputandumque publice proponerent. Cuius quidem conſilio obſecuti iuuenes quidam erectae indolis in hoc argumento illuſtrando elaborarunt, et diuerſo tempore variisque praeſidibus aliae poſt alias disputationes academicae prodierunt. Scripſit igitur ac publice defendit diſſertationum in leges Charondae I. *De nuptiis ſecundis*, praeſide Mart. Brunnero, Vno Terſerus *Vpſal. A. 1666. 8.* II. *De poena calumniae*, praeſide eodem Brunnero, Petr. Stiernman. III. *De conuerſatione cum malis*, Io. Barckhauſen. IV. *De litteraria inſtitutione et litteris*, praeſide Sam. Skunk, Rob. Kinnemondt *A. 1670. 8.* Eumdem Sam. Skunkium ſuſpicor et tertiae exercitationis praeſidem exſtitiſſe, et idcirco ignoſcendum eſt Fabricio, quod, haud dubie aliorum fide, tum leges quasdam Charondae ſingularibus diſſertationibus illuſtraſſe tradit. Vnde ſimul emendanda ſunt, quae habet Heynius *Legum Charondae fragm. Sect. I. not. a Opusc. Acad. Vol. II. p. 76.* V. *De tutela*, praeſide Andr. Norcopenſe, Sueno Haſſlebohm *A. 1678. Holm. 8.* Quem cum inopina peregrinandi occaſio impediret, quo minus diſſertationem iam prelo paratam ipſe proponeret, defendendae eius prouinciam in ſe ſuſcepit frater eius Gabr. Haſſlebohm. VI. *De militia adflicta reſtituenda*, praeſide eodem Norcopenſe, Io. Roedbeck *A. 1678. Holm. 8.* VII. *De ſeueritate legum*, praeſide Iul. Micandro, Dan. Lidius *A. 1686. 8.* Quarum priores quatuor, quoniam, in magna huiusmodi

IX. ZAMOLXIS ſiue SAMOLSES [20]) Thrax, itidem Pythagorae philoſophi diſcipulus, et ſeruus fuiſſe traditur a Laertio *Lib. VIII. ſect. 2.* Iamblicho *c. 23.* et [illegible]. et Porphyrio *p. [illegible]. in Pythagorae vita*, qui Dionyſiphanem auctorem laudat. Sed et Straboni *Lib. XVI. p. [illegible].* Pythagoreus dicitur, et *Lib. VII. p. 297.* fama de Zamolxi Pythagorae ſeruo confirmatur. [21]) Ne Origenem *III. contra Celſum p. 1[illegible].* Cyrillum *L. [illegible]. VI. contra Iulian. p. [illegible].* Etymologicum M. Suidam alioſque iuniores laudem. Nam diu ante hos omnes Herodotus *Lib. IV. c. 95.* idem ſe a Graecis accepiſſe tradit, mox vero *c. 96.* addit, ſe exiſtimare Zamolxin multis ante Pythagoram annis vixiſſe. Primus [i]) Thracum Getarumque legislator fuiſſe conſentitur, qui ei diuinos honores tribuerunt, teſte etiam Antonio Diogene apud Photium *Cod. CLXVI.* pro Saturno, ſiue, vt Porphyrius auctor eſt, pro Hercule eum colentes, atque quotannis praeſtantiſſimum ex ſenibus ei ſacrificantes, teſte Clemente Alex. *IV. Strom. p. 497.* et Aenaea Gazaeo *p. 43. Theophraſti.* Vide et Lucianum *Tom. I. p. 5[illegible]. edit. Amſtelod.* et *p. 5[illegible]4.* vbi Anacharſis iurat per Acinacem et Zamolxin, patrios Deos. De hoc Zamolxi eiusque philoſophia ac legibus, quas a communi Veſta accepiſſe [?] ſe iactabat, teſte Diodoro Siculo *Lib. I. p. 48.* videndus Carolus Lundius in libro edito *Vpſaliae A. 1687. 4.* et recenſito in Actis Eruditorum Lipſienſibus *Tom. II. ſupplementi p. 2[illegible]. ſeqq.* [22]) Zamolxidis ἐπῳδὰς memorat Iulianus *Epiſt. ad Salluſtium p. 244.* et in *Caeſaribus p. 309.* et Apuleius in *Apologia*, e Platonis *Charmide*, quem, ſi placet, vide.

X. THALES

ſcriptiuncularum, in Suecicis academiis editarum, in his Germaniae oris raritate, mihimet ipſi oculis vſurpare non licuit, cognitas tantum habeo partim ex Io. Schefferi *Succia Literata edit. Io. Molleri Hamb. 1698. 8. p. 214. ſeq.* et *p. 244* partim ex *Holmia Literata Holm. 1701. 4. P. I. p. 23.* tres poſteriores vero luſtrandi copia fuit. Plures poſtea prodierint, nec ne, non habeo dicere. Id vnum adfirmare poſſum, eas, quas vidi, laborum iuuenilium ſigna ita vbique impreſſa habere, ac tot rebus vulgaribus, et ab argumento plane alienis eſſe refertas, vt viris doctis ad fructus doctrinae vel exiguos inde colligendos commendari vix mereantur. Iam porro praeſenti ſaeculo de legibus Charondae egit Blancardus *Diſſ. de Sybaritis*, cuius ſupra mentio a nobis iam facta eſt, *d. l. p. 173. ſeqq. edit. Pariſ.* et *p. 268. ſeqq. edit. Amſt.* et paucis Euer. Otto *laud. praef. ibid.* Vnus autem inſtar omnium in legum, quae Charondae nomen praeferunt, fragmentis explanandis eſt Heynius quatuor proluſionibus ſupra a nobis memoratis. Diodorum Siculum in referendis et commendandis Charondae legibus oratorem magis agere, quam philoſophum, cenſet Thomaſius *de prudentia legislatoria cap. IX. ſ. 10.* vbi illas ſub examen vocauit. RICHT.

20) *Zalmoxis*, non *Zamolxis*, hic legum lator ſcribi debet. Porphyrius enim *Vit. Pythag. c. XIV.* ſic nuncupatum eſſe tradit ex pelle vrſina, quae recens nato fuerit iniecta, quam Thraces ζαλμὸν adpellent. Et in hac ſcriptura plerique codices Herodoti conſentiunt. Alii aliter et ſcribunt nomen, et illius originem deriuant. Vide interpretes Heſychii in Ζαλμόλξις *Tom. I. p. 1575. edit. Albert.* Weſſelingium ad *Herodot. Lib. IV. c. 94.* et Theoph. Sigfr. Bayeri *Comment. Orig. Sinic. ſ. VI. Muſ. Sinic. Tom. II. p. 284. ſeq.* RICHT.

21) De loco Strabonis *Lib. VII. p. 456. edit. Almelou.* conſulendus eſt Meinerſius *Hiſt. Litter. apud Graec. et Rom. Lib. III. c. 1. Vol. I. p. 299. ſeq.* RICHT.

i) Iornandes *cap. V. de rebus Geticis*, auctor eſt, ante Zamolxin Thracibus fuiſſe Zeutam quendam et Diceneum. *In Secunda* (Scythiae parte) [illegible] xen, (habuiſſe noſcuntur) *quem mirae philoſophicae eruditionis fuiſſe teſtantur plerique ſcriptores annalium. Nam et Zeutam prius habuerunt eruditum, poſt etiam Diceneum, tertium Zamolxen.* Poſt Zeutam et Diceneum tertius neſcio quis [illegible] memoratur ab Abbate Vrſpergenſi. Idem Di[illegible] aequalem facit Syllae, ſed eo longe antiquior fuit Zamolxis.

22) Poſt Car. Lundium, cuius Ζαμόλξις, primus *Getarum legislator, academica d[illegible] luci publicae reſtitutus*, a Fabricio laudatus, [illegible]

dum

X. THALES quoque a nonnullis nominatus fuit idem Zamolxis, vt ſcriptum eſt a Porphyrio. Sed et ab Ariſtotele *Lib. II. Politic. c. 10.* Thales inter celebres nomothetas commemoratur, [k]) quem audiuerit LYCVRGVS, legiſlator et ipſe Spartanorum nobiliſſimus. De vtroque dicere me memini libro ſuperiore *c. XXXV.* vbi oſtendi, Thaletem hunc Cretenſem diſtinguendum eſſe a philoſopho eius nominis Mileſio, ſectae Ionicae auctore. Lycurgus leges ſuas retulit ad Apollinem tanquam auctorem, teſte praeter alios quam plurimos Diodoro Siculo *Lib. I. p. 48.* Libanio *Tom. II. p. 479.* et Ariſtide *Orat. I. Platonica Tom. III. p. 19.* Polybio apud Suidam in Πέπλιες. Sed et Apollo ipſe apud Theodoritum *Lib. X. de Curat. Graec. Affect. p. 140.* [23])

> Ἥκεις εὐνομίην διζήμενος· αὐτὰρ ἐγώ τοι
> Δώσω.

Confer Herodotum *Lib. I. c. 65.* et Galenum *protreptico Tom. I. p. 4.* Nempe oraculum Delphicum pecunia a Lycurgo corruptum fuiſſe refert Polyaenus *Lib. I. Strategem. p. 16.* Cretenſium porro et Aegyptiorum leges in multis imitatus eſt hic nomotheta, vt oſtendit Nic. Cragius *Lib. III. de Rep. Lacedaemon. c. 1.* [24]) Quanta auctoritate fuerit Lacedaemone, antequam leges conderet, vide Plutarchum *Solone p. 87.* Tempus, quando leges ſanxerit Lacedaemoniis, praeter Scaligerum et alios Chronologos, inquirit Io. Meurſius *Lib. II. Miſcellan. Lacon. c. 5.* nec deſunt praeclari ſcriptores, hoc factum aientes annis circiter XXX. ante primam Olympiadem. [l]) Vide Dodwellum in *Annalibus Thucydideis p. 39.* [25]) De legibus eius ita ſenſerunt ſcriptores praeſtantiſſimi, Plato *Lib. I. de Legibus*, Ariſtoteles *Lib. II. Politic. c. 7.* Polybius *Lib. VI. Hiſt.* et Plutarchus in *Lycurgi vita*, ὡς ἱκανῶς μὲν ἔχουσι πρὸς ἀνδρείαν, ἐνδεῶς δὲ πρὸς δικαιοσύνην. Confer Dacerium ad *Plutarchum p. 302. ſeq.* Viros ſolum, non etiam feminas ſuis legibus ad virtutem et continentiam conſtrinxiſſe Lycurgum, notat

dum in manus noſtras venit, vide etiam Bruckerum *Hiſt. Crit. Philoſ. Per. I. P. I. Lib. II. c. 11. §. 7. Tom. I. p. 361. ſeq. P. II. Lib. II. c. 10. ſect. 1. §. 12. p. 1020. ſeq.* et *Append. Vol. VI. p. 197. ſeq.* cuius de vanitate Pythagoreorum ſententiam adſenſu probat ſuo Tiedemannus *de vetuſtiſſ. Graec. Philoſoph. P. IV. ſect. 1. c. 9. p. 333.* RICHT.

k) Apud Suidam in νομοθέται legas, Thaletem Athenienſibus leges tuliſſe μετὰ Σόλωνα. Sed μετὰ ibi, vt ſaepe alias, reddendum *praeter.*

23) Oraculum ab Apolline de Lycurgo editum bis retulit Theodoretus *Graec. Adfect. Curat. Disp. IX. p. 926. ſeq.* et *Disp. X. p. 960. ſeq. Tom. IV. Oper. edit. Schulz.* Vide quos laudat Dauiſius ad *Max. Tyr. Diſſ. XXIX. ſect. 2.* RICHT.

24) De Cretenſium legibus a Lycurgo Spartam adlatis confer Perizonium ad *Aelian. Lib. II. V. H. c. 39.* et Danzium *Diſſ. de origine talionis §. XI. not. p* Aegyptiacae autem ac Lycurgeae legislationis comparationem ex inſtituto ſuſcepit Henr. Gottfr. Scheidemantelius, cuius libellum, ſuper hoc argumento ſcriptum, aptior infra recenſendi erit locus. RICHT.

l) Homerum Lycurgo antiquiorem notaui *Lib. I. c. 35. Lib. II. c. 2. §. 11.*

25) Diuerſas veterum ſcriptorum de dubia Lycurgi aetate, et tempore legislationis ſententias, quas operoſe recenſuit Meurſius *Regno Lacon. cap. IX.* et *Lib. II. Miſcell. Lacon. c. 5.* conciliare, et regnante Lacedaemone Ageſilao leges ab eo fuiſſe promulgatas, teſtimonio Pauſaniae *Lib. III. c. 2.* probare ſtuduit Io. Marshamus *Can. Chron. p. 450. ſeqq. edit. Ien. 1676. 4.* quocum conferri merentur Io. Buherius *Diſſertatt. Herodot. (Recherches et Diſſertations ſur Herodote) Diuione 1746. 4. cap. XIII.* et Weſſelingius ad *Herodot. Lib. I. c. 65.* Auctoritas autem Lycurgi apud ciues ſuos poſtea valde imminuta fuit. Conditis enim legibus tantum in ſe multitudinis odium concitauit, vt quotidie

tat Ariſtoteles *Lib. II. Politic. c. 9.* Omitto alia, quae in illis praeter Ariſtotelem reprehendunt Theodoritus *Lib. IX. et X. de Curat. Graec. Affect.* [P] aliique Chriſtiani, et nuper Petrus Baelius Vir. Cl. in *Lexico Hiſtorico Critico.* 26) Compendium quoddam legum Lycurgi, (non adeo multae autem fuerunt, vt teſtatur Plutarchus in *Apophthegmatis p.* [illegible] dat Suidas in Λυκοῦργος, et ex Trogo Pompeio Iuſtinus *Lib. III. Hiſtor. c. 2. ſeq.* adiungens eundem nihil lege vlla in alios ſanxiſſe, cuius non ipſe primus in ſe documenta daret. Sane in prouerbium abiit nomen Lycurgi, pro viro honeſtatis et virtutis tenaciſſimo, quemadmodum apud Plautum in *Bacchidibus Act. I. Sc. 2. v. 3.* Et καταλυκουργίζειν pro *ſeuere ac rigide aduerſus aliquem agere*, apud Alciphronem *epiſt. 41.* Vnde et Ciceronis illud *Lib. I. epiſt. 13. ad Atticum, nosmet ipſi, qui Lycurgei a principio fuiſſemus*, ad Lycurgum hunc legislatorem potius, quam alterum (de quo infra *c. vlt.*) Atticum oratorem huius nominis reſpicere crediderim. 27) Fuit et alius Lacedaemone tyrannus Lycurgus iunior, cuius filium Pelopem interfecit Nabis tyrannus. Vide Diodorum Sic. in *Excerptis Peireſc. p. 255.*

XI. Non

quotidie fere conuiciis proſcinderetur, et in ſummo vitae periculo verſaretur. Plutarchus *Lycurg. c. XI.* Poſt obitum tamen Lacedaemonii eum diuinis honoribus coluerunt. Herodotus *Lib. I. c. 66.* et Nic. Damaſcenus *Excerpt. Peireſc. p. 449.* RICHT.

26) De praeſtantia legum inſtitutorumque Lycurgi, ab antiquis pariter ac recentioribus, praeſertim religionis Chriſtianae hoſtibus, tanto opere iactata, longe aliter iudicabit, qui, praeiudicatis opinionibus non impeditus, legerit elegantem ac diſertam diſputationem Io. Laur. Moshemii *Doctrina Scripturae Sacrae de moribus (Sittenlehre der heiligen Schrift) Tom. II. p. 313. ſeqq.* inſtitutam aduerſus impudentiſſimum Chriſtiani nominis hoſtem, qui, neſcio quo inſano furore percitus, eo amentiae temeritatisque progreſſus eſt, vt Ieſum Chriſtum, qui generi humano ſalutem dedit, cum legislatore Spartanorum ineptiſſime contendere conaretur. Fuit iſte Albert. Radicat. Comes Paſſeranius, cuius infauſtus liber, *Nazarenus et Lycurgus mis en parallèle par Lucius Sempronius Neophyte*, continetur in *Recueil des Pieces curieuſes ſur les Matières les plus intéreſſantes par Albert. Radicati Comte de Paſſerani, Amſt. 1736. 8. p. 291. ſeqq.* Multa in legibus Lycurgi etiam prudentiae ciuili, et verae reipublicae felicitati contraria detexit Thomaſius *de prudentia legislatoria cap. IX. §. 13. ſeqq.* Nihilo tamen minus in alia omnia diſceſſit, ac Lycurgeam legislationem, velut exemplum omnibus perfectionis numeris abſolutum, praedicandam exiſtimauit auctor *Meditationum ciuilium et moralium in leges a Spartiate Lycurgo latas (Politiſche und moraliſche Betrachtungen über die Spartaniſche Geſetzgebung des Lykurgus) Lindau. 1763. 8.* qui Iac. Wegelinus eſſe fertur. Decennio poſt easdem leges, paucis exceptis, nimiis laudibus extulit auctor *Diſſertationis de Lycurgo eiusque legibus, (von dem Lykurg und ſeinen Geſetzen)* quae exſtat in *Promtuario Hannouerano (Hannoveriſches Magazin) A. 1773. P. LXXIX — LXXXI. p. 1249 — 1294.* Cui oppoſitae ſunt *Admonitiones de Lycurgi legibus, (Erinnerungen über die Geſetze des Lykurgus) ibid. P. C — CII. p. 1585 — 1622.* quarum auctor leges Lycurgi procaci ſcribendi genere paullo petulantius exagitauit, et Spartiati laudem quidem viri honeſti ac boni ciuis conceſſit, ſapientis vero, et non tam praeſentia oculis luſtrantis, quam futura proſpicientis legumlatoris plane denegauit. Quibus lectis, rebusque, detracta ſcurrili dicacitate, ex vero ponderatis, neminem amplius tam magnifice, quam illi ſcriptores, de his legibus eſſe iudicaturum ſperamus. Sane veriſſime de Lycurgo, totaque eius legislatione iudicauit, quem nunc addimus, Pauius, (de Pauw) qui [illegible] ſcripſit, et publico rei litterariae bono edidit *Disquiſitiones Philoſophicas de Graecis (Recherches philoſophiques ſur les Grecs) Berol. 1787. 88. Tomis II. 8. P. IV. ſect. 9. §. 1. ſect. 10. §. 3.* et *ſect. 11. §. 1. Tom. II. p. 231. ſeqq. 346. ſeqq* et *379. ſeqq.* Legum Laconicarum cum Iudaicis conſenſionem oſtendit Georg. Lud. Oederus *de Programmatis Graecorum Ien. 1717. 8. cap. II. p. 6. ſeqq.* Lycurgum cum Moſe, quod ad [illegible] Spartani populi ab [illegible] attinet, comparat Warburtonus *Diu. Legat. Moſis Lib. IV. ſect. 6. Vol. IV. p. 118.* RICHT.

27) Omnia tamen illa, quae de Lycurgea ſeueritate a veteribus traduntur, vti et illud Ciceronis,

XI. Non praetereundum denique eſt, leges Lycurgi, quarum pleraſque perſequitur etiam Xenophon *libro de Rep. Lacedaemoniorum*, ſcripto [m]) vulgatas non fuiſſe, ſed modo tanquam *ῥήτρας* Apollinis, totidemque oracula Delphis allatas, vt memoriae tradendas, ac ſub regum cuſtodia ſeruandas, nec verſu concinnatas, ſed proſa, vt obſeruat Plutarchus *de Pythiae Orac. p. 403.* Idem Plutarchus in *vita Lycurgi p. 47.* *νόμους δὲ γεγραμμένους οὐκ ἔθηκεν — — τὰ μὲν τοιαῦτα νομοθετήματα ῥήτρας ὠνόμασεν, ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ νομιζόμενα καὶ χρησμοὺς ὄντα.* Confer Scholia Graeca ad Lucianum *Tom. I. p. 26.* Herodotus *Lib. VI. c. 57.* de regibus Lacedaemoniorum: *τὰς δὲ μαντηίας τὰς γενομένας τούτους φυλάσσειν, συνειδέναι δὲ τοὺς πυθίους.* Vide Antonium van Dale *de Origine idololatriae p. 310. ſeqq.* vbi *p. 314.* inter alia docet, a regibus interdum aliquid tanquam nouum oraculum ſiue nouam legem *ῥήτραις* Lycurgi adiectum, vt a Polydoro et Theopompo regibus factum refert Plutarchus in *Lycurgi vita p. 43.* Similiter ephori Epitadae nouam *ῥήτραν* commemorat Plutarchus in *Agide et Cleomene p. 797.* et ei oppoſitam regis Agidis *ῥήτραν* Lyſandro ephoro conſentiente latam *p. 798.* Mentio *ῥητρῶν* Lycurgi apud Suidam, Etymologici magni auctorem et alios. Plutarcho in *Ageſilao p. 610.* et *de eſu carnium diſſ. II. p. 997.* laudatur *ὁ θεῖος Λυκοῦργος ἐν ταῖς τρισὶ ῥήτραις.* Iuſtinianus Imp. *Lib. I. Inſtitutionum tit. 2. ſ. 10.* *In his ciuitatibus ita agi ſolitum erat, vt Lacedaemonii quidem magis ea, quae pro legibus obſeruarent, memoriae mandarent: Athenienſes vero ea, quae in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent.* [ſ] Videntur autem leges a Spartanis decantari ſolitae, modulos muſicos adaptantibus Thalete Cretenſi, Terpandro, Tyrtaeo aliisque. De Thalete iam ſuperiore libro dictum a me eſt, et de Tyrtaeo huius libri *c. XII.* De Terpandro ita Clemens Alex. *I. Strom. p. 308.* *Μέλος τε αὖ πρῶτος περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος,* vbi verbum *ἐμελοποίησε* interpres reddit: *numeroſis verſibus ſcripſit,* ſed Marcus Meibomius ad *Ariſtoxenum p. 76.* rectius ita intelligit, vt leges Lacedaemoniorum a ſe, vel iam ante ab alio, verſibus incluſas, modulandas atque decantandas populo exhibuerit Terpander Antiſſaeus. [28]) Quod autem Cicero in *orat. pro L. Flacco c. 26.* affirmauit, Lacedaemonios per ſeptingentos amplius annos

ad oratorem Atticum potius, quam ad Lacedaemonium legislatorem adplicanda eſſe arbitrantur Henr. Valeſius ad *Ammian. Lib. XXII. c. 9.* et Io. Taylorus *praef. ad Lycurg.* in Reiskii *Orat. Graec. Vol. IV. p. 108* Conf. Petr. Baylium *Dict. Hiſt. et Crit.* ſub *Lycurgo not. T.* RICHT.

m) Non deſunt quidem, qui Lycurgum dicunt *γράψαι νόμους*, vt Libanius *Tom. II. p. 476.* ſed notum eſt, Graecos hac phraſi vti pro eo, quod Latini dicunt *leges ferre.*

28) De Terpandro, Antiſſa vrbe Leſbi oriundo, in diuerſa diſcedunt diuerſarum Chronici Oxonienſis recenſionum auctores et interpretes. Humphr. quidem Prideauxius, vt ſuperiores breuitatis gratia omittamus, *lin. 49. ep. 35. p. 326. edit. Maittair.* verba marmoris, lacunis expletis, ita ſiſtit ac vertit: *Ἀφ' οὗ Τέρπανδρος ὁ Δερδένεος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους τοὺς λύρας καὶ αὐλῶν ἐδίδαξεν, οὓς καὶ αὐλήταις συνηύλησε, καὶ τὴν ἔμπροσθε δήμου δίκην μετέστησεν, ἔτη* HHHΓ̅Δ̅ΔΔΔI, *Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Δρωπίλου.* *A quo Terpander Derdenei filius Leſbius nomos lyricos et auleticos docuit, quos cum tibicinibus ſimul tibiis cecinit, et actionem coram populo depulit anni* CCCLXXXI, *Archonte Athenis Dropilo.* Ricardus autem Chandlerus, qui ſplendidiſſimam Marmorum Oxonienſium editionem *Oxonii 1763.* forma maxima adornauit, *lin. 49. 50. ep. 35. P. II. p. 25. ſeqq.* alio plane ſenſu hoc modo: *Ἀφ' οὗ Τέρπανδρος ὁ Δερδένεος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους τοὺς παλαιῶν καινοῦσθαι αὐλήτας ἐθέλησε, καὶ τὴν ἔμπροσθε μουσικὴν μετέστησεν, ἔτη* HHHΓ̅Δ̅ΔΔΔI, *Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Δρωπίλου.* *A quo Terpander Derdenei filius Leſbius nomos antiquos nouare auletas voluit, et vetuſtam muſicam mutauit, anni* CCCLXXXI, *Archonte Athenis Dropilo.* Dropilus vero anno primo Olympiadis XXXIV. magiſtratum

annos *vnis moribus et nunquam mutatis legibus* vixiſſe, hoc non de quacunque, ſed vniuerſali mutatione eſt accipiendum, quia Lycurgi legum quarundam adhuc vſus fuit Lacedaemone ſub Romanis Caeſaribus, vt ex Xiphilino in *vita Neronis*, et Philoſtrati *Lib. IV. de vita Apollonii Tyanenſis c. 16.* conſtat. Alioqui non tantum a victoribus Lacedaemoniorum, Philopoemene praeſertim, confer Plutarchum in huius vita *p. 365. ſ.* et Meurſium *de Regno Laconico c. 26.* et *Miſcell. Lacon. Lib. II. c. 5.* ſubinde complura in ipſorum inſtitutis alterata ſunt, ſed et neglectae Lycurgi leges a Lyſandro, apud Aelianum *Lib. XIV. c. 29. Var. Hiſt.* tum ab Ageſilao, de quo clariſſimus Perizonius ad eiusdem Aeliani *Lib. XIV. V. H. c. 27.* Ac ſuperſtite etiamnum Lycurgo Lacedaemonios quaedam ex eius inſtitutis immutare auſos tradit Tertullianus *Apologet. c. 4.* *Nonne et ipſius Lycurgi leges a Lacedaemoniis emendatae tantum auctori ſuo doloris incuſſerunt, vt in ſeceſſu inedia de ſemetipſo iudicarit?* Hoc idem Tertullianus *cap. 46.* vocat *apocarterеſin optaſſe.* Sed aliam inediae Lycurgi cauſam reddit ſcriptor vetus apud Suidam in ἀποκαρτερήσαντα et in Λυκοῦργος, atque ex Plutarcho conſtat, valde incerta eſſe, quae de obitu illius viri traduntur. Complura ſapienter et acute ab eo dicta refert idem Plutarchus in *Apophtegmatis Laconicis p. 225. ſeqq.* apud quem inter alia *p. 227.* interrogatus, cur leges ſcripto non ſanxiſſet, fertur reſpondiſſe: *ὅτι οἱ πεπαιδευμένοι καὶ ἀχθέντες τῇ προσηκούσῃ ἀγωγῇ τὸ τοῦ καιροῦ χρήσιμον δοκιμάζουσι, quia viri recte inſtituti atque educati probe perſpiciunt, quid tempus et occaſio requirat,* adeoque leges non ſcriptas pro re nata optime interpretabantur, cum ſcriptae magis ſint obnoxiae fraudibus et cauillationibus. Lycurgo legislatori ſuo, quem LXXXV. annos vixiſſe tradit Lucianus in *extremo libro de Macrobiis*, templum poſt fata dedicaſſe Spartanos tanquam Deo, praeter alios memorat Pauſanias in *Laconicis p. 245.* De legibus Lycurgi videndus Nic. Cragius *libris IV. de Republica Lacedaemoniorum,* (*Heſn. 1593. 4. Lugd. Bat. 1670. 8.* et *Antiq. Graecar. Theſauro* [? *Tom. V. p. 2497. ſeqq.*) praecipue libro III. vbi eas duodecim Tabulis complexus fuit. De ſeueris eius ac fortibus inſtitutis conſulendus etiam Benedictus Aueranius *Diſſ. XLIX — LIV. in Anthol. Tom. I. p. 127. ſeqq.* [29]) Platonem Lycurgi imitatorem inducit Plutarchus *VIII. 2. Sympoſ.*

XII. RHADA-

giſtratum geſſit. De Terpandro, et quales eius νόμοι fuerint, expoſuerunt commentatores, Io. Seldenus *p. 128. ſeq.* Iac. Palmerius *p. 213.* Thom. Lydiatus *p. 259.* diligentiſſime autem Prideauxius *p. 416.* quem ſecutus fuit Ed. Corſinus *Faſt. Attic. Tom. III. p. 55.* Quorum quidem omnium vel lectionis conſtituendae ratio, vel conſtitutae explicatio, cum recentiſſimo Oxonienſi exemplo collata, quatenus admittenda ſit, felicioribus ingeniis, meo qualicumque diffiſus, diiudicandum relinquo. Quaedam hac de re notauit etiam Petr. Burmannus ad *Valeſii Lib. IV. Emendat. c. 14.* RICHT.

29) Leges Lacedaemoniorum ex collectione Nic. Cragii *de Republ. Lacedaemon. Lib. III.* exhibet Hofmannus *Hiſt. Iur. Rom. Iuſt. Vol. II. P. I. p. 123. ſeqq.* Adde Vbbonem Emmium *Vet. Graec. Tom. III. de republica Laconum*, in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. IV. p. 465. ſeqq.* et *Append. p. 633 ſeqq.* et Io. Ioc Rambachium *Addend. Potteri Archaeol. Graec. Lib. I.* ſubiecta, *Tom. I. p. 402. ſeqq.* qui ſingularum legum rationes paucis indicauit. Quid protulerit Ant. de Gueuara, cuius *de Lycurgo et legibus ab eo latis diſſertatio*, in eius *Epiſt. Colon. Agrip. 1640. 8. Tom. I. p. 18 — 31.* a quibusdam laudatur, dicere non poſſum. De prudentia Lycurgi in legibus ferundis diſputat Montesquieus *de Cauſſis Legum Lib. IV. c. 6. Lib. XV. c. 17. Lib. XIX. c. 16.* et *Lib. XXIX. c. 13.* De republica legibusque a Lycurgo conſtitutis diſſerit Goguetus *de Origine Legum Tom. III. Lib. I. c. 5. art. 2.* Egregias quoque de republica Spartanorum legibusque Lycurgi animaduerſiones ſuppeditauit Car. Rollinus *de ratione bonas litteras docendi ac diſcendi (de la Maniere d' enſeigner et d' étudier les Belles-Lettres) Tom. III. p. 362. ſeqq. edit. Amſt. 1745. 8.* Nec ſilentio

XII. RHADAMANTHYS [n]) ſiue RHADAMANTHVS, Minois Sarpedonisque frater, Europae et Aſterii Cretenſium regis filius, notante Syncello *p. 153.* primus Cretenſibus leges tulit, [30]) ex quibus hunc verſiculum aſſert Ariſtoteles *Lib. IV. Ethic. ad Eudemum c. 5.*

Εἴκε πάθοι τὰ κ' ἔρεξε δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

Quae fecit ſi quisque ferat, ius fiet et aequum.

tio praetereundi ſunt quatuor alii Francogalli, quorum primus Barrius (de la Barre) dedit *Illuſtrationes hiſtoriae Lycurgi*, (*Eclairciſſemens ſur l' hiſtoire de Lycurgue*) quae exſtant in *Comment. Acad. Inſcript. Tom. VII. p. 262. ſeqq. edit. Pariſ.* et *Tom. X. p. 414. ſeqq. edit. Amſt.* magna tamen temporum confuſione laborant: alter Nauſius (de la Nauze) ſcripſit tum diſſertationem *de lege Lacedaemoniorum exteris incolatum vetante*, (*de la loi des Lacédémoniens, qui défendoit l' entrée de leur pays aux étrangers*) quae comparet *ibid. Tom. XII. p. 159 — 176. edit. Pariſ.* tum *Commentarium de ſtatu diſciplinarum apud Lacedaemonios*, (*Mémoire ſur l' état des ſciences chez les Lacédémoniens*) qui *ibid. Tom. XIX. p. 166 — 202.* continetur: tertius Mathonius (Mathon de la Cour) *Diſſertationem de diminuta legum Lycurgi auctoritate* (*Diſſertation ſur la décadence des lois de Lycurgue*) *Lugd. 1767. 8.* in lucem emiſit: denique quartus Gurcius (de Gourcy) *Hiſtoriam legum Lycurgi* (*Hiſtoire philoſophique et politique des lois de Lycurgue*) *Pariſ. 1768. 8.* cum litteratis hominibus communicauit, de qua tamen vide Pauium *d. l. p. 232. ſeq.* Quibus nunc ex eadem gente adiiciendus eſt Bartholomaeus, (Barthélemy) qui de rebus et antiquitatibus Graecorum fabulam Mileſiam, lectu iucundiſſimam, triginta annorum ſtudio conſcripſit, et nuper ſub titulo: *Voyage du jeune Anacharſis en Grèce, Pariſ. 1788.* quatuor voluminibus quaternis in publicum orbis litterati conſpectum produxit. Altera editio, qua nos vtimur, *ibid. 1789.* ſeptem voluminibus octonis, magna formularum ſtannearum chartarumque elegantia, prodiit, neque vlla mora interpoſita publici ſaporis opus extra Franciae fines a latrunculis librariis furtiuae impreſſionis beneficio dicam an maleficio fuit repetitum, et in linguam Germanicam translatum *Berol. et Libau.* edi coeptum. Bartholomaeus igitur, qui nunc doctorum pariter atque indoctorum manibus verſatur, *cap. XLIII — LI. Tom. IV. p. 110 — 291. edit. II. Pariſ.* de Lycurgo eiusque legibus, totaque Lacedaemoniorum diſciplina, tam publica quam priuata, copioſam diſputationem inſtituit, inter admiratores Lycurgeae legislationis nomen profeſſus. E noſtratibus Io. Gottfr. Hauptmannus *Diſſ. de Laconiſmo*, praeſide Io. Erh. Kappio defenſa *Lipſ. 1736. §. III. ſeqq.* leges Laconicas breuiter perſecutus, poſt interuallum vndetriginta annorum hoc argumentum fuſius tractandum ſuſcepit, editis tribus proluſionibus *de cauſſis et gradibus mutationis Laconicarum Lycurgi legum Ger. 1765.* Inſtituta Lycurgi de puerorum educandorum ratione, facta cum noſtris moribus comparatione, Xenophontem et Plutarchum ſecutus, breuiter deſcripſit Abrah. Krigelius *Diſſ. de Lycurgi legibus, quas Lacedaemone de puerorum educatione tulit Lipſ. 1726.* Ab eruditione commendari debet Iul. Car. Schlaegeri *Schediaſma de iure caelibatus apud Lacedaemonios Helmſt. 1734. 4.* Ieiuna autem neque vllius pretii eſt diſſertatiuncula Io. Henr. Wackeri *de Lycurgi ad matrimonium pertinentibus inſtitutis Lipſ. 1743.* RICHT.

n) Iocorum ſiue γελώτων vſum a Rhadamantho ac Palamede repetit Anaxandrides apud Athenaeum *Lib. XIV. p. 614.*

30) Rhadamanthus praepoſtero ordine ante Minoem collocatur. Minos enim primus filium habuit Lycaſtum, qui ex Ida, Corybantis filia, tres ſuſcepit filios, Minoem ſecundum, Sarpedonem et Rhadamanthum. Enimuero Apollodorus *Lib. III. c. 1.* Diodorus Sic. *Lib. IV. c. 60.* et *Lib. V. c. 84.* Strabo *Lib. X. p. 730. edit. Almelou.* et nonnulli alii ſcriptores veteres Minoem auum ac nepotem haud ſatis diſtinguunt, et vtriusque res promiſcue narrant. Qua confuſione etiam Fabricius deceptus Rhadamanthum Aſterii et Europae filium facit, primumque Cretenſium legislatorem, quem poſtea Minos fuerit imitatus, conſtituit. Cuius auctoritate motus deinceps eumdem errorem errauit Bruckerus *Hiſt. Crit. Philoſ. Tom. I. p. 437.* Vide Marshamum *Can. Chron. p. 252. ſeq. edit. Ien.* Prideauxium in *Marm. Oxon. I. p. 383. ſeq. edit. Lond.* Mablium (de Mably) *Obſeru. de Hiſt. Graec.* (*Obſervations ſur l' hiſtoire de la Grèce*) *Lib. I. p. 3. ſeq.* et, qui de duobus Minoibus, primo

De poena talionis, quam *Ius Rhadamantheum* nonnulli vocant, erudite egit Io. Andr. Danzius ſingulari diſſertatione, in qua etiam plura de Rhadamantho *ſſ. XII. ſeqq.* in Meuſchenii *Nou. Teſt. ex Talmude illuſtrato p. 560. ſeqq.* [31]) Aliam legem, *ne in iureiurando Deos nominare fas eſſet*, refert Suidas in Λάμπων. Confer Zenobium *V. Prouerb. 81.* et Heſychium Apoſtolium ac Suidam in Ῥαδαμάνθυος ὅρκος. Porphyrius *Lib. III. de abſtinentia a caede animal. p. 285.* Κρησὶ δὲ νόμος ἦν Ῥαδαμάνθυος, ὅρκον ἐπάγεσθαι πάντα τὰ ζῶα. [32]) Profeſſus autem eſt Rhadamanthus a Ioue ſe accepiſſe, quas promulgaret, leges, vt docet Ephorus apud Strabonem *Lib. X. p. 476.* Vide et Schol. Euripidis ad *Hippolytum v. 98.* et quae viri docti ad Virgil. *VI. Aeneid. 566. ſeqq.* Diodorum Sic. *Lib. V. p. 238.* Caeterum quod in Rhadamantho Aaronem, vt in Minoe Moyſen reperiſſe ſibi viſus eſt Chriſt. Wormius, vt parum credibile, omitto. Negat enim ille, Minoem et Rhadamanthum vsquam in rerum natura fuiſſe, in libro *de corruptis antiquitatum Hebraearum apud Tacitum et Martialem veſtigiis cap. III. p. 43 — 47.* vbi inquirit, vnde Tacitus Creta oriundos Iudaeos ſcripſerit.

XIII. Rha-

mo et ſecundo, diſtinguendis breuiter diſſeruit, Banierium (*Diſtinction de deux Minos*) in *Hiſt. Acad. Inſcript. Tom. III. p. 49. ſeqq. edit. Pariſ.* et *Tom. II. p. 68. ſeq. edit. Amſt.* Minos ſecundus omnium ſui temporis claſſe fuit potentiſſimus, teſte Thucydide *Lib. I. c. 4.* quam ob cauſſam Θαλασσοκράτωρ a veteribus identidem vocatur. Vide, praeter Meurſium in *Creta Lib. III. c. 3.* et Cumberlandum *Orig. Gent. Antiquiſſ. p. 299.* a Waſſio ad *Thucyd. d. l.* laudatos, Seldenum *Lib. I. Mar. Clauſ. c. 9.* Schefferum *Lib. II. de Milit. Nau. Vet. c. 1.* Marshamum *p. 293.* et in primis pereruditam Heynii *Comment. de Caſtoris epochis populorum, qui maris imperium tenuiſſe feruntur*, quae exſtat *Nou. Comment. Soc. Gotting. Tom. I. p. 80. ſeqq.* Quod quidem imperium maris ad Minoem primum cum aliis perperam retulit Io. Henr. Boeclerus *Diſſ. Minos maris dominus*, quae eſt *Diſſertatt. Acad. Tom. II. XXXVI. p. 1073. ſeqq.* et, nobiliſſima controuerſia de dominio maris, inter liberas gentes recentiore aetate agitata, ſimul immixta, multa contra germanas iuris gentium rationes temere dicta complectitur. RICHT.

31) De eodem argumento diſſeruit Io. Ortu. Weſtenbergius *Orat. de Iure Rhadamanthi*, *Lugd. B. 1726. 4.* typis deſcripta, quam a Io. Conr. Ruckero *Orat. IV. p. 328. edit. Lugd. B. 1749. 8.* et Io. Henr. Iungio *praef. Tom. I. Oper. Weſtenbergii Hanou. et Luneb. 1746. 4.* laudatam, omni data opera, oculis vſurpare mihi nondum licuit. Illam quidem cum aliis Weſtenbergii opuſculis *Tom. III.* exhibendam pollicitus eſt Iungius, qui vero, abiecta ab editore pariter ac librario omnia nanciſcendi ſpe, lucem numquam vidit. Nam qui poſtea ſub titulo *Tomi III. Hanou. et Brem. A. 1758.* editus eſt *Diuus Marcus*, non eſt repetitum typis Germanicis exemplum, ſed, adquiſito a prioribus redemtoribus iure, et, vt in tali re moris eſt, prima plagula mutata, ipſa apud Batauos ante facta impreſſio. Quare, niſi quis denuo Weſtenbergiani ingenii monimentis obſtetricia quaſi manu auxilium ferat, et hac *de Iure Rhadamanthi*, et ceteris exaſciatis ſcriptiunculis humanioris iurisprudentiae ſtudioſi, praeſertim inter Germanos, aegre carere debent. De Rhadamantho vide etiam Huetium *Demonſtr. Euang. Propoſ. IV. c. 8. ſ. 12.* nec non Heynium *Not. ad Apollod. P. I. p. 335. ſeqq.* RICHT.

32) Rhadamanthum, ad ambages litium praeſcindendas, introduxiſſe in ſingulis cauſſis iurisiurandi vſum, refert Plato *Lib. XII. de Legg. Tom. II. Oper. p. 948. edit. Serran.* Illis enim temporibus deos eſſe, resque humanas curare, adhuc omnes vno ore homines confitebantur. Quam ſimplicem iudiciorum formam, celeremque controuerſiarum terminandarum rationem, in communi omnium in deos pietate, Platonis auctoritate commotus, praedicat Montesquieus *de Cauſſis Legum Lib. XIX. c. 22.* Legem Rhadamanthi de iureiurando illuſtrarunt Iac. de Rhoer et Reiskius ad *Porphyr. Lib. III. ſ. 16. not. 4.* et *16.* Ceterum a Fabricio praeteritum eſſe miror inſignem locum Apollodori *Lib. II. Biblioth. c. 4. ſect. 9.* vbi hanc Rhadamanthi legem, qua Hercules, in iudicio de caede Lini cithara percuſſi exercito reus, fuit abſolutus, laudat: ὃς ἂν ἀμύνηται τὸν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντα, ἀθῷον εἶναι, quam haud memini me alibi legere. RICHT.

XIII. Rhadamanthum, teſte eodem Ephoro, imitatus eſt MINOS, ante bellum Troianum tertia γενεᾷ defunctus, Herodotus *Lib. VII. c. 171.* legifer et ipſe inclytus, Ioue [32]) itidem laudato auctore, fidem auctoritatemque legibus ſuis conciliare conatus. [33]) De hoc videndus Io. Meurſius in *Creta Lib. III. c. 3.* et *8. 14.* Iuſtitiae et honeſtatis ſtudioſiſſimum celebrat Diodorus Sic. *Lib. V. p. 237.* Minoem vero πρεσβύτατον vocat, Rhadamanthi fratrem ex Ioue et Europa genitum. Confer *p. 240.* et Clementem *I. Strom. p. 309.* Tabulis aeneis deſcriptas leges illius fuiſſe, teſtatur Plato in *Minoe*, vbi apologiam eius et laudes breuiter perſequitur, et (contra quam Ephorus) Rhadamanthum ſcribit inſtitutum a Minoe: Ῥαδάμανθυς δὲ ἀγαθὸς μὲν ἦν ἀνήρ, ἐπεπαίδευτο γὰρ ὑπὸ τῦ Μίνω· ἐπεπαίδευτο μέντοι ὀυχ ὅλην τὴν βασιλικὴν τέχνην, ἀλλ' ὑπηρεσίαν τῇ βασιλικῇ, ὅσον ἐπιςατεῖν ἐν τοῖς δικαςηρίοις. ὅθεν καὶ δικαςὴς ἀγαθὸς ἐλέχθη εἶναι, νομοφύλακι γὰρ αὐτῷ ἐχρῆτο ὁ Μίνως κατὰ τὸ ἄςυ. Ibidem Homeri et Heſiodi de Minoe loca, et Talum adminiſtrum Minois memorat, et inter alia hanc Minois legem refert, *ne compotent inter ſeſe vsque ad ebrietatem*, μὴ συμπίνειν ἀλλήλοις εἰς μέθην. Idem *Lib. I. de Legibus* teſtatur, Minoem prohibuiſſe, ne quisquam iuniorum in leges, recteue an ſecus latae eſſent, inquireret: ſenex vero ſi quid forte [⁋] animaduertiſſet

 emen-

32) Libanius *Tom. II. p. 479.* Dio Chryſoſtomus *Orat. I. de regno p. 20. edit. Caſelii* et *IV. p. 128.* ex Homero, qui Minoem vocat Iouis ὀαριςήν. Vide et Syncellum *p. 163.* In Gnoſſiorum numo Minos occurrit cum labyrintho Cretenſi. Vide Begerum *Tom. I. Theſaur. Brandenburg. p. 400.*

33) Minos eius nominis primus, Cretum rex, Aſterii et Europae filius, Pandionis I. regis Athenienſium aequalis, a Ioue leges, antrum vetuſta religione conſecratum frequentando, ſibi traditas eſſe, vt populus maiore cum reuerentia eas acciperet, ſanctiusque obſeruaret, pio mendacio praedicauit. Marm. Oxon. *I. lin. 21. 22. ep. 11. p. 64.* et *324. edit. Maittair.* ſiue *P. II. XXIII. p. 21. Chandler.* Homerus *Odyſſ. T v. 178. ſeq.* Plato in *Minoe Tom. II. Oper. p. 319. edit. Serran.* Stobaeus *Serm. XLII. p. 294.* Maximus Tyrius *Diſſ. XII. ſect. 7.* Heraclides *de Polit. p. 506. edit. Crag. Lugd. B. 1670. 8.* Dio Chryſoſtomus *orat. I. Vol. I. p. 56. edit. Reisk.* et *orat. IV. p. 154. ſeq.* Clemens Alex. *Lib. I. Strom. p. 422.* et *Lib. II. p. 439. edit. Potter.* Theodoretus *Graec. Adfect. Curat. Disp. IX. Oper. Tom. IV. p. 925. edit. Schulz.* Cicero *Lib. II. Tuſc. Disp. c. 13.* Valerius Max. *Lib. I. c. 2.* Lactantius *Lib. I. Diu. Inſtit. c. 22.* Caſaubonus ad *Strab. Lib. X. p. 730.* reprehendit eos, qui ἐννέωρον per *nouem annos* explicant, cum ſit ἐνάτῳ ἔτει, *nono quoque anno* denotet, vt Valerius tradit. Contra quem disputat Dauiſius ad *Cic. l. l.* Vide eumdem ad *Max. Tyr. Diſſ. XXXVIII. ſect. 2.* vbi nouem annos legibus emendandis Minoem impendiſſe opinatur, et Prideauxium in *Marm. Oxon. I. p. 383.* De aetate Minois vide Io. Seldeni *Can. Chron. ad Marm. Oxon. I. p. 134. edit. Maittair.* Henr. Dodwelli *Tabb. Chron. in Marm. I.* ex eius *Diſſertatt. de veteribus Graecorum Romanorumque cyclis, ibid. p. 551.* et, qui nuper antiquitates fabulasque Creticas eleganter illuſtrauit, Heynium *Not. ad Apollod. P. II. p. 531. ſeqq.* Marshamus vero *Can. Chron. p. 290. ſeqq.* omnia, quae de legibus Minois apud veteres leguntur, contra chronologicas rationes, de Minoe ſecundo male interpretatur. Eidem legislatoris partes tribuiſſe miror Rambachium *Adpend. Potteri Archaeol. Graec. Lib. I.* ſubiuncta *Tom. I. p. 427.* Meinerſium *Hiſt. de orig. progreſſ. et inter. litter. apud. Graec. et Rom. Lib. I. Vol. I. p. 7. ſeq.* et nuperrime Buhlium *ſuper Minois iunioris legislatione in Creta*, (*über Minos des jüngern Geſetzgebung in Kreta*) quae commentatio exſtat in *Promtuario humaniorum litterarum* (*Humaniſtiſches Magazin*) curante Frid. Aug. Wideburgio *Helmſt. 1787. P. II. p. 116 — 142.* Ceterum Io. Meurſii *Creta, ſiue de Cretae rebus et antiquitatibus Libri IV.* a Io. Georg. Graeuio primum vulgati *Amſt. 1675. 4.* eiusdem *Oper. ex recenſ. Lamii Tom. III. p. 333. ſeqq.* exhibentur. Adde Vbbonem Emmium *Vet. Graec. Tom. III. de republica et legibus Cretenſium*, apud Gronouium *Vol. IV. p. 513. ſeqq.* et Bartholomaeum *Deſcript. Itin. Anacharſ. Iun. cap. LXXIII. Tom. VI. p. 256. ſeqq.* RICHT.

emendandum, hoc aequalium alicui vel magiſtratui, nullo iuuenum praeſente, indicaret. Leges ipſius magni fecere, et ex parte in ſuis expreſſerunt Lycurgus, Solon ac Plato. [34]) Pythagoram quoque Minois imitatorem tradit Iamblichus in vita *c. 5.* antrum philoſophi memorans, quod extra vrbem Samiorum habuit exemplo antri Idaei in Creta Ioui ſacri, quod a Minoe pridem frequentatum Pythagoras in itinere adiit, teſte Porphyrio *p. 11.* Confer Meurſium *Lib. II. c. 5.* Sic σπηλαίῳ Moyſis, in quo commoratus ſit poſtea Elias propheta, ſub monte Sinai, meminit Syncellus *p. 159. ſeq.* De Minoe et eius legibus, quarum ἀνεθετο nouem annos impendit, teſte Heraclide *de Politiis*, plura conſtarent nobis, ſi aetatem tuliſſet liber Hippoſtrati de Minoe, quem laudat Phlegon *libro de longaeuis c. 30.* vel Charontis Lampſaceni Hiſtoria, quem Minois leges recenſuiſſe teſtatur Suidas in Χάρων. Antonius Verderius *Bibliotheca Gallica p. 132. Bonet Paucheville de Saint Bonnet en Foreſts a compoſé en rime Françoiſe la Vie de Minos, ſouls le nom du quel il depeint de ſes vives couleurs un certain juge pedancé.*

XIV. Primus Athenienſibus leges tulit TRIPTOLEMVS, ex quibus tres Eleuſine exſtantes memorauit Xenocrates apud Porphyrium *Lib. IV. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων p. 431.* et Hieronymum *Lib. II. aduerſus Iouinianum: Honorandos parentes, venerandos deos, et carnibus non veſcendum.* Γονεῖς τιμᾶν, Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, Ζῶα μὴ σίνεσθαι. [35])

XV. Poſt

34) Omnes leges Cretibus a Minoe ſcriptae e duabus maxime cauſſis ſunt repetendae, domi concordia, foris fortitudine bellica ciuium animis inſtillanda. Quarum hanc quamquam adſecutus fuit; quod ad illam tamen adtinet, euentus exſpectationi eius minime reſpondit. Vt enim ſumma conſenſio ad hoſtem communem propulſandum Cretenſes coniunxit: ſic contra mutuae ciuium diſcordiae et inteſtina bella rempublicam maxime labefactarunt. Vide Goguetum *de Origine Legum Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 9.* vbi de legibus Creticis egregie, vt ſolet, philoſophatur. Quocum conferri poteſt Pauius *Diſquiſ. de Graecis P. IV. ſect. 10. §. 3. Tom. II. p. 346. ſeqq.* RICHT.

35) Triptolemus, cuius verum nomen fuerit, an, vt Bacchus et Ceres, ſymbolicum, in tanta temporum illorum obſcuritate, multis fabulis inuoluta, non ſatis liquet, Triptolemus, igitur, ſub Erechtheo, ſexto Athenienſium rege, MCCCCIX. ante C. N. annis Athenienſes agriculturam docuiſſe, et multas, easque vtiles et neceſſarias leges tuliſſe dicitur. Quem quidem Meurſius *Lib. II. de Reg. Athen. c. 3.* et Io. Potterus *Lib. I. Archaeol. Graec. c. 2.* Euſebium ſecuti, minus recte ad Pandionem, quintum Athenienſium regem, referendum eſſe putant. Vide Marm. Oxon. *I. lin. 23. 24. 25. ep. 12. 13. p. 64.* et *324. edit. Maittair.* ſiue *P. II. XXIII. p. 20. ſeqq. Chandler.* Apollodorum *Lib. I. Biblioth. c. 5. ſect. 2.* Iuſtinum *Lib. II. c. 6.* Goguetum *de Origine Legum Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 1. p. 57. ſeq. art. 8. p. 132. ſeqq.* et *Lib. II. ſect. 2. c. 1. art. 1. p. 336, ſeqq.* Sainte-Croix *Quaeſt. de Myſter. Gentil. (Recherches ſur les Myſteres du Paganiſme) illuſtr. V. p. 530. ſeqq.* Heynium *Proluſ. II. Origines panificii frugumque inuentarum initia, Opuſc. Acad. Vol. I. p. 353.* et *Not. ad Apollod. P. I. p. 64. ſeq.* Meinerſium *Hiſt. Litter. Lib. VI. c. 1. Vol. II. p. 13. ſeq.* De etymologia nominis vide Clericum *Biblioth. Vniverſ. et Hiſt. Tom. VI. p. 54.* et *91.* et Goguetum *d. l. p. 351. ſeq.* Ceterum de trium harum Triptolemi legum, quas a Porphyrio *Lib. IV. de Abſtinentia ab eſu animalium §. 22.* accepit Hieronymus *Lib. II. aduerſus Iouin. c. 14.* genuino ſenſu, quem Fabricius, Hieronymi verſionem ſecutus, parum intellexit, earumque deinceps apud Athenienſes vſu vide Sam. Petitum ad *Legg. Attic. Lib. I. tit. 1. p. 67. ſeqq. Lib. II. tit. 4. p. 245.* et *Lib. V. tit. 2. p. 492.* ibique Weſſelingium, et Iac. de Rhoer ad *Porphyr. d. l.* Illas, praeter alias, in ſacris initiisque tradendis fuiſſe [illegible], animaduertit Warburtonus *Diu. Legat. Moſis Lib. II. ſect. 4. Vol. I. p. 195.* RICHT.

XV. Poſt Triptolemum leges ſiue θεσμὸς Athenienſibus tulit DRACO iam ſenex, circa Olympiade XXXIX. 1. (Clemens *I. Strom. p. 309.*) republica iam conſtituta, notante Ariſtotele *Lib. II. Politic. c. 10.* vbi addit, nihil proprium eius leges habuiſſe, quod dignum memoria ſit, praeter aſperitatem, propter poenae magnitudinem; vnde notum Herodici dictum apud eundem Ariſtotelem *Lib. II. Rhetor. c. 23. leges non hominis eſſe, ſed Draconis*: itemque aliud iudicium Demadis, relatum a Plutarcho in *Solone*, *quod ſanguine, non atramento, leges ſuas ſcripſiſſet.* Adde Gellium *Lib. XI. c. 18.* Suidam in Νίκων, et Tzetzen *Chiliad. V. hiſt. 5.* 36) De eius ſtatutis conſulendus Pardulphus Prateius in *Iurisprudentia veteri Draconis et Solonis cum Romano iure legum Regiarum ac Decemuiralium diligenter collata Lugd. 1550. 8.* Vide et Io. Meurſium in *Solone c. 13.* Marshamum *Can. Chron. p. 639. ſeq.* Dan. Frid. Iani *diſſ. de Dracone legislatore Athenienſium. Lipſ. 1707.* et Gundlingiana *P. XXXIX. 2.* De Deo et rebus diuinis, ac de virtute nihil praecepiſſe σεμνὸς Draconis νόμος, ac ne Solonis quidem. notauit Maximus Tyrius *diſſ. XXXIX.* 37) [?]

XVI. SOLON vtut pauper, verum vir ſapiens, et qui diu in Aſia et Aegypto peregrinatus erat, (Lucianus in *Scytha Tom. I. p. 595.* Diodorus Sic. in *Excerpt. Peireſc. p. 233. ſeq.*) ab

36) Draco primus popularem Athenienſium rempublicam, iam a Theſeo quondam inſtitutam, vt Ariſtoteles *Lib. II. de Republ. c. 10.* ſignificat, legibus temperauit. Abrogato enim archontum imperio, popularique reipublicae ſtatu conſtituto, cum primis temporibus fortaſſe nemo ita ſapientia excellere in ciuitate putaretur, vt leges inſtitutae reipublicae conſentaneas poſſet excogitare, et effrenata ciuium licentia in dies magis magisque inualeſceret: anno demum, poſtquam populus praeeſſe reipublicae coepit, ſexageſimo quarto, Olympiadis XXXIX. quarto, vt Tatianus *Orat. contra Graecos c. XLI.* in Iuſtini Mart. *Oper. p. 276. edit. Pariſ. 1742.* memoriae prodidit, quem Clemens Alex. *Lib. I. Strom. p. 309. edit. Potter.* et Euſebius ſecuti ſunt, Draconi, ciui Athenienſi, viro probitate conſpicuo, multa prudentia praedito, iurisque diuini et humani perito, vt narrat Gellius *Lib. XI. Noct. Attic. c. 18.* rempublicam legibus conſtringendam commiſerunt. Leges autem a Dracone latae ab ipſo earum exordio θεσμοὶ dicebantur, vt Meurſius *Solon. cap. XIII.* Kuhnius et Perizonius ad *Aelian. Lib. VIII. Var. Hiſt. c. 10.* docuerunt. Quibus Athenienſes per annos viginti ſeptem vſi ſunt vsque ad Olympiadis XLVI. annum tertium, quo Solon rempublicam nouis legibus inſtitutisque, Draconis tamen, vt deinceps videbimus, legislatione haud penitus abolita, inſtruxit. Qua in re grauiter lapſus eſt Tzetzes loco a Fabricio laudato, qui ſeptennium dumtaxat inter Draconis et Solonis leges interceſſiſſe ſcribit. Vide Car. Sigonium *Lib. I. de Republ. Athenienſ. c. 5. Tom. V. Oper. cura Phil. Argelati p. 29. ſeq.* et *de Tempor. Athenienſ. ibid. p. XXXV.* Corſinum *Faſt. Attic. Tom. III. p. 62.* et de cauſſis atque indole legum Draconis Goguetum *Tom. III. Lib. I. c. 5. art. 1.* Meinerſium *Hiſt. Litter. Lib. VI. c. 1. Vol. II. p. 16. ſeqq.* et Bartholomaeum *Deſcript. Itin. Anacharſ. Iun. Introd. P. II. ſect. 1. Tom. I. p. 94.* In Draconis inſtitutis praecipue ponenda eſt ſuprema ephetarum curia ab eo ordinata, qua auctoritas ſenatus Areopagitici maxime fuit labefactata, a Solone poſtea in integrum reſtituta. Quam inſignem rei iudiciariae mutationem, a Dracone ſuſceptam, memorat Pollux *Lib. VIII. c. 10. §. 124. ſeq.* de qua Sigonius *Lib. III. de Republ. Athenienſ. c. 3.* et Potterus *Lib. I. Archaeol. Graec. c. 20.* Ex inſtituto autem de hoc ſupremo Athenienſium, tempore Draconis, tribunali commentatus eſt praeceptor in illuſtri ſchola Grimmana quondam meus, a quo primam in litteris Graecis lucem mihi accenſam eſſe gratus profiteor, Io. Tob. Krebſius *Disp. de Ephetis, Athenienſium iudicibus Lipſ. 1740. Opusc. Lipſ. 1778. 8.* iunctim editorum *N. I.* RICHT.

37) Errorem a Maximo Tyrio *Diſſ. IX. ſect. 5. edit. Dauiſ.* quam repetendam curauit Reiskius *P. I. p. 158.* hac in re commiſſum detexit, et aliorum ſcriptorum auctoritate confutauit Warburtonus *Diu. Legat. Moſis Lib. II. ſect. 2. Vol. I. p. 162. ſeq.* et *ſect. 4. p. 246.* et poſt eum Iac. de Rhoer ad *Porphyr. Lib. IV. §. 22. not. 11.* RICHT.

ab Athenienſibus anno tertio Olympiadis XLVI. p) Archon electus 38), leges Draconis omnes ſuſtulit, exceptis iis, quae de nece allata cuiquam ſcriptae forent, vt poſt alios traditum Aeliano

p) Ita Soſicrates apud Laertium *Lib. I. ſect. 62.* licet Tatianus referat ad Olymp. XL. et Gellius *Lib. XVII. c. 21.* ad annum Tarquinii Priſci XXXIII. h. e. Olymp. XLIX. 3. Conferatur Meurſius in *Solone c. 10.* et *Lib. I. de Archontibus c. 12.* Porro Solonem leges ſcribendo obſcuriores, et multis cauillationibus obnoxias iudicum auctoritatem amplificaſſe, animaduerſum Plutarcho in *Solone p. 88.* et *92.* adeoque leges quaeſitiores licet et plures, vt ait Tacitus *Lib. III. c. 26. Annal.* tamen dediſſe non quas ipſe crederet iuſtiſſimas, ſed quibus Athenienſium conditio maxime indigeret, obſeruat Dio Chryſoſtomus *diſſ. LXXX. p. 666.* Iureiurando adſtrinxit ciues, vt per decennium ſaltem leges obſeruarent: deinde, ſi improbandae viderentur, eas iterum abrogarent. Nonnus *Hiſt. XX. ad Gregor. Naz.* Solonis ſculptoris nomen in gemmis male pro Solone legislatore acceptum, vt notauit Baudelotus *Journ. des Sav. 1718. p. 314.* Alius Solon Plataeenſis. Plutarchus in *Photione p. 757.* Eunoſtus Solon, Rex Cypri. Athenaeus *Lib. XIII. p. 576.*

38) Solon ciuibus ſuis primum innotuit carminis pangendi felicitate, elegorumque a ſe compoſitorum ſuauitate, qua ad ſummam, quam poſtea conſecutus eſt, nominis celebritatem, archontis dignitatem, ac legum latoris auctoritatem ſibi viam muniuit. Quare Solonem, tamquam poetam, veteres paſſim praedicarunt. Sic Aeſchines *orat. in Cteſiph. Vol. III. p. 499. ſeq. edit. Reisk.* vocat eum ἄνδρα καὶ νομοθετῆσαι δυνατὸν, καὶ περὶ ποίησιν καὶ φιλοσοφίαν διατετριφότα. Et Plato in *Timaeo Tom. III. Oper. p. 21. edit Serran.* Εἶπε τις τῶν φρατόρων, εἴτε δὴ δοκοῦν αὐτῷ τότε, εἴτε καὶ χάριν τινὰ τῷ Κριτίᾳ φέρων, δοκεῖν οἱ τά τε ἄλλα σοφώτατον γεγονέναι Σόλωνα, καὶ κατὰ τὴν ποίησιν αὖ τῶν ποιητῶν πάντων ἐλευθεριώτατον. Vide quos de poetica Solonis facultate, et verſuum, quos ſcripſit, apud complures veteres ſcriptores reliquiis laudauit Taylorus ad *Demoſth. orat. de falſ. legat.* in Reiskii *Appar. Crit. ad Demoſth. Vol. I. p. 453. ſeqq.* De archontis eponymi dignitate, dicto anno Soloni conceſſa, vide Corſini *Faſt. Attic. Tom. III. p. 76. ſeqq.* Res Solonis, poſt Meurſium, cuius *Solon, ſiue de eius vita, legibus, dictis atque ſcriptis liber ſingularis Haſn. 1632. 4.* auctor in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. V. p. 1993 — 2064.* et *Oper. ex recenſ. Io. Lamii Tom. II. p. 229 — 364.* ſiſtitur, ex veterum locis diligenter collegit Thom. Stanleius *Hiſt. Philoſ. P. I. p. 28. ſeqq.* breuiter enarrauit Bruckerus *Hiſt. Crit. Philoſ. Per. I. P. II. Lib. I. c. 2. §. 4. Tom. I. p. 442. ſeqq.* Confer etiam Danzium *Diſſ. de origine talionis §. XI.* De ſtatu Athenarum publico a Solone ordinato, omiſſis legibus ad ius priuatum ſpectantibus, eiusque tam laudibus quam morbis acute iudicauit Goguetus *de Origine Legum Tom. III. Lib. I. c. 5. art. 1.* nec minori iudicii acumine hanc partem legislationis Solonis deſcripſit Meinerſius *Hiſt. Litter. apud Graec. et Rom. Lib. VI. c. 1. Vol. II. p. 19. ſeqq.* quibus iungenda eſt *Diſſertatio de Solone eiusque legibus*, in *Promtuario Hannoverano A. 1774. P. IX — XII. p. 129 — 186.* Sane quantiuis pretii eſt commentatio, ab eodem auctore, qui *Admonitiones de Lycurgi legibus* dedit, profecta, qua ius publicum pariter ac priuatum, a Solone conſtitutum, cum cura et iudicii acrimonia enucleatur. Nuper denique quid de Solonis legislatione in medium protulerit Bartholomaeus *d. l. p. 99. ſeqq.* et *p. 141. ſeqq.* inter doctos pariter ac ſemidoctos noſtrae aetatis homines ſatis conſtat. De philoſophia ac legibus Solonis diſſeruit Lud. Malquytius *Lib. II. Ver. ICtor. Philoſ. c. 25 — 29.* ſed parum adcurate, multisque iuris Romani capitibus inepte adſutis. De legibus Solonis tam vniuerſe, quam ſingulis quibusdam paſſim praeclare iudicauit Montesquieus in praeſtantiſſimo opere *de l'eſprit des Loix Lib. V. c. 5. Lib. VI. c. 5. Lib. XIX. c. 21. Lib. XX. c. 15. Lib. XXVII. c. 1.* et *Lib. XXIX. c. 3.* et nuperrime Pauius *Disquiſ. de Graecis Tom. I. p. 69. ſeq. 193. ſeq. 372. ſeqq. Tom. II. p. 13. ſeqq.* Plurima vero in illis etti laude digniſſima, ſunt tamen aliqua, quae ad genuinas prudentiae legislatoriae regulas exacta iure reprehendi queant, vt oſtendit Thomaſius *Diſſ. de morum cum iure ſcripto contentione, Diſſertatt. Acad. Tom. II. LIV. §. 38. Diſſ. de origine ſucceſſionis teſtamentariae, ibid. LXVI. §. 38.* et *Spec. Iurispr. Iudic. ex Iur. Nat. et Gent. Hal. et Lipſ. 1706. 4. cap. IV.* vbi Solonis et Piſiſtrati comparationem inſtituit, qui et leges quasdam atque inſtituta Solonis obiter notauit *de prudentia legislatoria cap. IX. §. 23. ſeq.* RICHT.

liano *Lib. VIII. Var. Hiſt. c. 10.* [39]) ipſe conſilio Epimenidis vſus, teſte Plutarcho, noua iura dedit, quae partim ab Aegyptiis, vt Diodoro Sic. obſeruatum, ab Hebraeis, vt contendit Chriſt. Wormius *de corrupt. antiq. Hebr. apud Tacitum et Martialem veſtigiis cap. IV. p. 111. ſeqq.* partim a Cretenſibus dicitur eſſe mutuatus, alia ipſe addidiſſe. De legibus Solonis, qui obiit Archonte Hegeſtrato Olymp. LV. 1. [40]) inter veteres agunt Plutarchus et Laertius in *Solonis vita*, e recentioribus Io. Meurſius in *Solone c. 2. ſeq.* et in *Themide Attica ſiue libris duobus de legibus Atticis*, qui poſt auctoris fata lucem viderunt *Traiecti ad Rhen. 1685.* 4. nouiſſime recuſi in *Theſauro Antiquitatum Graecarum* Iacobi Gronouii, *Tom. V.* Videtur in hoc opere Meurſius interdum fictas a rhetoribus in declamationem leges pro veris Athenienſium ſtatutis admiſiſſe, quod recte ac diligenter cauit Samuel Petitus egregio ad leges Atticas commentario in octo libros diſtincto *Pariſ. 1635. fol.* ex quo leges ipſas integras Graece ac latine, additis auctorum, qui eas referunt, nominibus e Petito exhibet Ioannes Potterus, *Archaeolog. Graecae Lib. I. c. 12. Tom. XII. Theſauri Antiq. Graecar. Gronouiani p. 127—194.* Parduiphus quoque Prateius praeter *Iurisprudentiam veterem Draconis et Solonis cum legibus Regiis ac Decemuiralibus Romanis collatam Lugd. 1559. 8.* paralipomena legum XII. Solonis ſubiecit ad calcem librorum *de iurisprudentia media Lugd. 1561.* Sat notae praeterea ſunt eruditis obſeruationes Deſiderii Heraldi *ad ius Atticum et Romanum*, Claudiique Salmaſii, eius aduerſarii, *Lugd. Bat. 1645. 8.* qui in *Epiſtolis p. 272.* memorat collectionem legum Atticarum ineditam auctore Ioſepho Scaligero, quae manu exarata exſtat in Bibliotheca Academiae Batauorum Lugdunenſis. Praetereo Phil. Melanchthonis *collationem legum Atticarum et Romanarum Witteb. 1556. 8.* Conradi item Rittershuſii ad calcem *commentarii in Inſtitutiones, Argentor.*

39) Solon non omnes Draconis leges ſuſtuliſſe, ſed multas, dempta acerbitate, ad lenitatem inflexiſſe humanitatemque videtur. Multa enim a Dracone ſapienter et e republica inſtituta leguntur, a Solone, nimio poenarum rigore ſublato, retenta, axibusque inſerta. Quod etiam Weſſelingio *praef. ad Petit. init.* placuit, idemque legislationis de otioſo, quem Draco vltimo ſupplicio plectendum, Solon infamia dumtaxat coercendum putauit, exemplo probatum iuit Taylorus *Lect. Lyſiac. cap. X.* Qua quidem in ſententia de compluribus Draconis θεσμοῖς vna cum Solonis legibus apud Athenienſes vſu ſeruatis, ac poſteriore quoque aetate ſiue reſtitutis ſiue corroboratis in primis me confirmauit illuſtris ille locus apud Andocidem *orat. de Myſter.* quem, quoniam hac in re claſſicus eſt, vt a Reiskio *Orat. Graec. Vol. IV. p. 39.* exhibetur, adſcribere haud grauabor. Δόξαντα δὲ ὑμῖν ταῦτα, εἵλεσθε ἄνδρας εἴκοσι· τούτους δὲ ἐπιμελεῖσθαι τῆς πόλεως, ἕως ἂν οἱ νόμοι τεθεῖεν· τέως δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις, καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς. ἐπειδὴ δὲ βουλήν τε ἀπεκληρώσατε, νομοθέτας τε εἵλεσθε, εὑρίσκοντες τῶν νόμων τῶν τε Σόλωνος καὶ τοῦ Δράκοντος πολλοὺς ὄντας, οἷς πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἔνοχοι ἦσαν, τῶν πρότερον ἕνεκα γενομένων, ἐκκλησίαν ποιήσαντες ἐβουλεύσασθε περὶ αὐτῶν, καὶ ἐψηφίσασθε, δοκιμάσαντες πάντας τοὺς νόμους, εἶτ' ἀναγράψαι ἐν τῇ στοᾷ τούτους τῶν νόμων, οἳ ἂν δοκιμασθῶσι. Καί μοι ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα. ΨΗΦΙΣΜΑ. Ἔδοξε τῷ δήμῳ· Τισαμενὸς εἶπε πολιτεύεσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος, καὶ μέτροις καὶ σταθμοῖς· χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς, οἷσπερ ἐχρώμεθα ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. RICHT.

40) Solon, Piſiſtrato rerum potito, in Lydiam ad Croeſum regem profectus, ab eoque mox digreſſus in Ciliciam ſe recepit, vnde in Cyprum adpulit, ibique octogenarius obiit archonte Hegeſtrato, vt auctore Phania narrat Plutarchus *Solon. c. XXXII.* anno ſecundo Olympiadis LV. Primo enim huius Olympiadis anno Comias magiſtratum geſſit. Marmor Chronicon *lin. 56. ep. 41.* Errant igitur Meurſius *Solon. c. XXX.* aliique, qui Solonis mortem ad alium annum referendam eſſe putant. De itineribus et morte Solonis vide Corſinum *Faſt. Attic. Tom. III. p. 94. ſeqq.* Buherium *Diſſertatt. Herodot. cap. XVI.* et Weſſelingium ad *Herodot. Lib. I. c. 30.* RICHT.

Argentor. 1618. tum Solonis leges latine verſas vulgatasque cum additamentis Valentini Wilhelmi Foerſteri *Witteb. 1616. 8.* et Gotfridi Schmidii *de Solone legislatore diatribam* [P] in lucem editam *Lipſiae Anno 1688. 4.* Denique Auguſt. Milagii *Orationem de lege Solonis, qua ignominia notarat eos, qui in ſeditione alterutrius partis non fuiſſent, Helmſtad. 1655. 4.* [41]) Solonis effigies in numo apud Sponium *p. 141. Miſcell.* et apud Fuluium Vrſinum *p. 49. elog.* tum in Laertio Wetſteniano, et in Gronouii *Tomo II. Theſauri Antiq. Graecar. tabula 51.* Leges Solonis, quae res priuatas ſpectabant, ſcriptae erant in ἄξοσι q) ligneos roboreos quadratos, ſed quae agebant de ſacrificiis et publicis negotiis, in κύρβεις ſaxeos ſiue aeneos (Tzetz. *Chil. 12. hiſt. 4…*) triquetros. Aelianus *Lib. XV. c. 9. Hiſt. animal.* Confer Andream Schottum ad Zenobii *IV. Prouerb.* 77. Diogenianum *V.* 72. Meurſium in *Solone c. 24.* Salmaſium *de Modo Vſur. p. 98. ſeqq.* Heraldum *Animadu. in Salmaſ. p. 2.7.* Io. Philippi Pfeiferi *Antiquitates Graecas Lib. II. c. 34.* [42]) Scriptae autem erant βουστροφηδὸν, vide Harpocrationem et Suidam in ὁ κάτωθεν νόμος, de quo genere ſcribendi dixi *Lib. I. c. XXVII. n. 4.* ſeruabanturque in Prytaneo, vt teſtis praeter Plutarchum *Solone p. 92.* eſt Pauſanias in *Atticis p. 41.* Ex arce in curiam translatae ab Ephialte, vt tradit Harpocration et Suidas laudato loco. [43]) Adi et Apoſtolium *XII. 77. Prouerb.* Legum eius ἀναγραφεὺς Nicomachus

41) Recenſionem ſcriptorum iuris Attici, pro facultate mea, adcuratius ac diligentius a me inſtitutam, et quadripartita distributione concluſam, menſe Februario huius anni in cathedra iuridica, me praeſide, ad diſputandum propoſuit, et cum praecipua dexteritatis laude defendit Iuuenis eximiis ingenii animique dotibus Ornatiſſimus, Chriſt. Gottfr. Weberus, Lipſienſis. Quas quidem animaduerſiones, in vſum exterorum, integras retinere, et, velut paullo longiorem excurſum, ad calcem huius capitis, aliorum exemplo, reiicere placuit: quod aequos harum rerum arbitros prolixae noſtrae de iurisprudentia Attica bene merendi, eorumque, quibus huius litteraturae ambitus et adparatus curae eſt cordique, vtilitatibus conſulendi voluntati facile condonaturos eſſe ſperamus. RICHT.

q) Ab eodem vocabulo carmina Saliorum videntur dicta *axamenta.* Confer Tobiam Gutberlethum *de Saliis cap. XIX.* Et *axiculi* pro tabulis apud Ammianum Marcellin. *XXI. 2.* Etiam LXX. interpretes inde *Numeror. l. 18.* deduxere verbum ἐξαξονίω. Vide Barneſium ad *Hippolytum Euripidis v. 1252.* Tertiidecimi axonis legem octauam allegat Plutarchus in *Solone p. 88.* ſextumdecimum axonem et primum *p. 91.*

42) Adde Sigonium *Lib. I. de Republ. Athenienſ. c. 5. p. 36. edit. Argelat.* et ibi anonymum de ſocietate Ieſu *not. 98. 99. 100.* Menagium ad *Diog. Laert. Lib. I. ſect. 45.* Potterum *Lib. I. Archaeol. Graec. c. 26.* Iac. de Rhoer *Lib. II. Fer. Dauentr. c. 28.* et Blaſium *de Decret. Athenienſ. cap. XXVIII. ſ. 2. ſeq.* RICHT.

43) Didymus in ſcholiis deperditis ad Demoſthenem apud Harpocrationem et Suidam in ὁ κάτωθεν νόμος, Pollux *Lib. VIII. c. 10. ſ. 128.* hosque ſecutus Corſinus *Faſt. Attic. P. I. Diſſ. I. ſ. 20. Tom. I. p. 24.* tabulas, in quibus leges erant deſcriptae, ab acropoli in forum translatas fuiſſe tradunt. Id quidem non de ipſis legum tabulis, ſed potius de exemplo earum, Ephialte, Periclis ſocio, auctore facto, vt cuilibet de populo in promtu eſſent, debet intelligi. A quo quidem tempore Didymus et Pollux exiſtimant dici coepiſſe ὁ κάτωθεν νόμος, relatione ſcilicet habita ad exemplum in foro adſeruatum. Enimuero formula loquendi, ὁ κάτωθεν νόμος, apud Demoſthenem *orat. in Ariſtocr. Vol. I. p. 629. edit. Reisk.* ex vniuerſa orationis Demoſtheneae ſerie longe aliter eſt accipienda, vt, exploſis aliorum ſententiis, luculente oſtendit Taylorus ad *d. l.* in Reiskii *Appar. Crit. ad Demoſth. Vol. I. p. 705. ſeqq.* vbi etiam de forma legum ſcribendarum, quae βουστροφηδὸν erat, expoſuit. Scilicet vexatus ille tot interpretum hariolationibus locus ex mente Taylori ita eſt interpretandus, vt orator intelligat proximam inferiorem legem earum, quas, vt Ariſtocrateae rogationi opponeret, et cauſſae ſuae inſeruiret, e tabulis legum deſcribi curauerat, ſuperiori *p. 627.* iam recitatae et enarratae ſuppoſitam. Neque ideo de legum

chus multa inter deſcribendum interpolaſſe et corrupiſſe arguitur a Lyſia *orat. XXIX. p. 448. 450. ſeq.* Ex Draconis et Solonis legibus viuere Athenienſes etiamnum permiſit Hadrianus Imp. teſte Syncello *p. 349.* 44) Solonis alia ſcripta notaui ſupra *cap. XI. §. 7.*

XVII. Demetrius Phalereus *περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας* memoratur a Laertio *Lib. V. ſect. 80.* ſed illud opus, cuius liber tertius laudatur a Suida in *σκαφηφόροι*, iam pridem intercidit, non minus, quam ea, quae in Solonis Ἄξονας ſcripſerat Ariſtoteles, Seleucus et Didymus. (Conſule Menagium ad *Laertium p. 202.* et *p. 26.*) De his aliisque legumlatoribus multa nos docere poterant, ſi ad nos perueniſſent libri de legumlatoribus ſiue legiferis ſcripti a Theophraſto, r) et Apollodoro, qui ambo apud eundem Laertium *Lib. V. ſect. 45.* et *Lib. I. ſect. 58.* memorantur, vel a Callimacho, quem *ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων* allegat Athenaeus *Lib. XIII. p. 585.* vel ab Heraclide Pontico, cuius liber *περὶ νόμων* Laertio *Lib. V. ſect. 87.* memoratus videtur reſpici a Plutarcho in *Solone*, vbi Heraclidem in teſtimonium citat: vel ab Hermippo denique, cuius *primum περὶ νομοθετῶν* laudat Athenaeus *Lib. IV. p. 154.* et Origenes *I. contra Celſum, ſecundum* Porphyrius *Lib. IV. περὶ ἀποχῆς, ſextum* Athenaeus *Lib. XIV. p. 619.* 45) Huc refer, quod Hermippus *ἐν θεσμοφόροις* allegatur [P] a

 Polluce

legum tabulis, ſed de legum excerptarum faſciculo, ſcribae ad recitandum dato, Demoſthenes eſt audiendus. Quae interpretatio probata eſt etiam Reiskio *Annot. ad Demoſth. d. l. Appar. Crit. Vol. III. p. 1033. ſeq.* RICHT.

44) Hadrianus nondum Imperator ſupremo Athenienſium magiſtratu primum functus eſt Traiano VI. T. Sextio Africano coſſ. id eſt anno quarto Olympiadis CCXXII. V. C. 865. poſt C. N. 112. vt e perſpicuo teſtimonio Phlegontis *de Mirabil. c. XXV.* conſtat. Iterum iam Imperator anno tertio vel quarto Olympiadis CCXXVII. archon eponymus fuit, teſtibus Dione *Lib. LXIX. c. 16.* ac Spartiano *Hadr. c. XVIII.* Tempore vero intermedio, nempe anno ſecundo Olympiadis CCXXV. id eſt A. C. 123. Athenienſibus petentibus leges conceſſit. Sic totam hanc rerum ac temporum ſeriem, ab aliis valde perturbatam, omnibus difficultatibus remotis, optime ordinauit Corſinus *Faſt. Attic. P. I. Diſſ. X. §. 16. Tom. II. p. 105. ſeqq.* conſentiente nuper Blaſio *de Decret. Athenienſ. cap. VII. §. 8.* Illas autem leges, Athenienſibus ab Hadriano datas, Euſebius, Hieronymus, et Caſſiodorus e Draconis et Solonis legibus, tot annorum interuallo magnam partem deſuetudine iamiam oblitteratis, potiſſimum hauſtas fuiſſe compoſitasque commemorarunt. Quorum fidem e recentioribus ſecuti ſunt Conr. Rittershuſius *Dodecad. Proleg. cap. I.* Em. Merillius *Lib. II. Obſeru. c. 10.* Lud. Malquytius *Lib. II. Ver. ICtor. Philoſ. c. 30.* Ren. Botterauius *Hadr. Legisl.* apud Hofmannum *Hiſt. Iur. Rom. Iuſt. Vol. II. P. II. p. 159. ſeqq.* Ezech. Spanhemius *Orb. Rom. Exerc. II. c. 14.* et Petr. Weſſelingius *praef. Tom. III. Iuriſpr. Rom. et Attic. p. VI.* Illud vero, prolatis in medium rationibus, in dubium reuocauit Corſinus *Tom. IV. p. 167. ſeq.* Hadrianumque Draconis et Solonis inſtar tantum leges aliquas Athenienſium hortatu edidiſſe cenſuit. In cauſſa admodum ancipiti ac dubia ſedeant alii iudices me intelligentiores, certamque ſententiam pronuncient: mihi quidem in praeſenti non liquet. RICHT.

r) De hoc Theophraſti opere dixi paulo ante *num. 3.*

45) Demetrius Phalereus *περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας* memoratur etiam ab Harpocratione in *Ἑρκεῖος Ζεὺς* et *Παράστασις*, et ab eodem in *Σκαφηφόροι* illius operis liber tertius laudatur. Theophraſti de Legibus libri laudantur quoque ab Harpocratione in *Σκαφηφόροι* et in *Φαρμακὸς*, et aliquoties in Digeſtis. Vide Abrah. Wielingii *Iuriſpr. Reſtit. P. I. ſect. I. p. 400.* De Hermippo conſule Iac. de Rhoer ad *Porphyr. Lib. IV. §. 22. not. 1.* De Legibus ſcripſit Pittacus, teſte Laertio *Lib. I. c. 4. n. 5. edit. Longol.* et Suida. De Athenienſium legibus, moribus et dicaſteriis Telephus, vt ex eodem Suida liquet. Idem in *Ζαμόλξις* laudat Hellanicum *ἐν νομίμοις.* Phlethonem *ἐν τοῖς περὶ νομοθεσίας λόγοις* laudat Theod. Gaza *de Menſ. Attic. c. I.* ex interpretatione Io. Perrelli in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. IX. p. 983.* Confer Taylorum *Lect. Lyſiac. cap. X.* Weſſelingium *praef. ad*

Polluce *Lib. X. c. 24.* Neque enim hoc nomen fabulae Hermippi Comici eſſe duxerim cum Meurſio *Bibl. Att. p. 1512.* ſed opus de legumlatoribus, quod puto etiam reſpici a Plutarcho, cum in Solone ſubinde laudat Hermippum. De *νόμοις ἀγράφοις* Athenienſium vide Valeſium ad *Harpocrat. p. 97.*

XVIII. Caeterum in praeſenti ſuffecerit nobis praecipuos legumlatores, in veterum ſcriptis memoratos, ordine literarum digeſtos lectori exhibere.

AEACVS leges tulit Aeginenſibus. Confer Tzetzae *Chil. VII. hiſt. 133.* 46)

AESCHYLVS Athenienſibus. Suidas in *νομοθέται*, et Cedrenus. 47)

AGATHARCHIDES Lacedaemoniis.

AMASIS Aegyptiis, vt BOCCHORIS, HEPHAESTVS, MNEVIS, qui leges ſuas ad Mercurium referebat, SASYCHES, SESOSTRIS et TRISMEGISTVS. Vide Diodorum Sic. *Lib. I. p. 84. ſeq.* 48)

ANACHAR-

Petit. p. VII. et Heynium *Proluſ. XV. Obſeru. ad legg. et inſtit. rerump. Magn. Graec. et Sicil. complem. et ſpicileg. Opuſc. Acad. Vol. II. p. 280. ſeqq.* Inepte autem Theodorus quintus apud Laertium *Lib. II. c. 8. n. 19.* ὁ περὶ τῶν νομοποιῶν πεπραγματευμένος, ἀρξάμενος ἀπὸ Τερπάνδρου, de legum latoribus egiſſe dicitur a Io. Ionſio *Lib. IV. de Script. Hiſt. Phil. n. 48. cura Io. Chriſtoph. Dornii Ien. 1716. 4.* cum vel Terpandri adiectio eum docere potuiſſet, Theodorum illum expoſuiſſe de iis, qui modos muſicos legibus adcommodatos compoſuerunt. Vide in primis Prideauxium in *Marm. Oxon. p. 397. ſeqq. edit. Lond.* RICHT.

46) De Aeaco et Aeginae incolis vide copioſe diſputata ab Heynio *Not. ad Apollod. P. II. p. 767. ſeqq.* et Huetium *Demonſtr. Euang. Propoſ. IV. c. 8. §. 13.* RICHT.

47) Vtrumque et Suidam in *Νομοθέται*, et Cedrenum *Compend. Hiſt. p. 67. edit. Venet.* e ſpuriis fontibus eumdem de Aeſchylo Athenienſium legum latore, de quo nihil huiusmodi in veterum commentariis exſtat, errorem hauſiſſe patet. Locum quidem Suidae mendo laborare, exiſtimat Bentleius *Reſp. qua diſſ. de epiſt. Phalar. vindicat, p. 208. edit. Groning.* factaque poſt *Νομοθέται* maiore interpunctione, ac Zaleuco in locum Aeſchyli ſubſtituto, ſenſum verborum hunc eſſe ait, vt Thaletis et Zaleuci legislatio illa Draconis et Solonis fuerit recentior, non vero quaſi Thales atque Zaleucus in Athenienſium legislatoribus ſint numerandi. At enim licet Thales et Aeſchylus hac ratione in ordinem cogantur, tamen e conſenſu Cedreni, in eumdem errorem prolapſi, apud Suidam Aeſchylum non poſſe tolli, vnicuique manifeſtum eſt, vt recte cenſet Weſſelingius *praef. Tom. III. Iurispr. Rom. et Attic. p. II. ſeq.* vbi ſimul, Io. Malala *Chronogr. p. 87. edit. Oxon.* qui Cedreno ea in re paria facit, laudato, Aeſchylum, archontum perpetuorum penultimum, Alcmaeonis deceſſorem, de quo Meurſius *Lib. I. de Archont. Athen. c. 1.* deſignari, praeclare docet. Deprehenſo igitur Suidae et Cedreni errore, librariis culpa vacantibus, nomen Aeſchyli e catalogo legum latorum neceſſe eſt expungamus. RICHT.

48) Celebriores Graeciae legum latores, Lycurgus, Solon, aliique a Warburtono *Diu. Legat. Moſis Lib. III. ſect. 2. Vol. II. p. 107. ſeq.* nominati, cum certatim in Aegyptum, tamquam laudatiſſimam ſapientis legislationis ſcholam, commigraverint, vt inde ſaluberrimas leges mutuarentur, quas domum reuerſi in ciuium ſuorum vſum transferrent: leges Aegyptiacae praecipuum ſane fontem legum Laconicarum Atticarumque conſtituunt, quarum ideo adcuratiorem notitiam praecognitam habere iurisprudentiae Graecae ſtudioſi debent. Henr. quidem Stephani *Appendix ad Herodotum de Aegyptiacis legibus et inſtitutis, ex diuerſis hiſtoricis, et aliis ſcriptoribus*, in editione Weſſelingii *p. 779. ſeqq.* quo loco ſit cenſenda, exinde licet colligere, quod Weſſelingius, vt ſub finem praefationis ait, ſi per eum ſtetiſſet, illam totam detruncaſſet. Quare operae pretium fecit Io. Lud. Praſchius, quod iurisprudentiam Aegyptiacam, poſt Athanaſ. Kircherum *Oedip. Aegypt. Tom. I. p. 113. ſeqq.*

ſeqq. a nemine ſigillatim tractatam, illuſtrandam ſumſit ſingulari diſſertatione, inſcripta Νόμιμα τῶν Αἰγυπτίων, *ſiue Leges Aegyptiorum*, ac praeſide Io. Henr. Boeclero *Argent. 1657.* ad diſputandum propoſita, quae in Boecleri *Diſſertatt. Acad. Tom. II. N. XXIII. p. 665. ſeqq.* continetur. Qua quidem, praemiſſo, qui commode abeſſe poterat, loco communi de legibus, de Aegyptiacis ſigillatim tam ad publicum quam ad priuatum ius pertinentibus, ac poſtremo de illarum auctoribus, Diodoro teſte vbique citato, more Boecleriano, hoc eſt, ſuperuacaneis obſeruationibus, e prudentia ciuili petitis, ſaepenumero intermixtis, expoſuit. Multa tamen cautione opus eſſe in legenda Diodori de legibus Aegyptiorum narratione, egregie docet Iac. Cappellus *Hiſt. Sacr. et Exot. ad A. M. 1931. p. 47.* Exemplum de licita, exceptis ſacerdotibus, polygamia *Lib. I. c. 80.* Herodoto *Lib. II. c. 92.* eam negante, adtulit Goguetus *de Origine Legum Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 4. p. 107.* Poſt Praſchium, leuis armaturae militem, magnus proceſſit heros, et de Aegyptiorum legibus et moribus cum magno adcuratae doctrinae multaeque lectionis adparatu commentatus eſt, Io. Marshamus *Canone Chronico, Aegyptiaco, Ebraico, Graeco*, qui primum *Londini 1672. fol.* editus, ac poſtea *Lipſiae* ſeu potius *Ienae 1676.* et *Franequerae 1696. 4.* formulis typographicis eſt repetitus. Cum Marshamo tamen, qui Aegyptiis nimium tribuendo de diuinis in republica Hebraeorum inſtitutis cupide magis quam vere iudicauit, perpetuo coniungendus eſt Herm. Witſius, de Themide Aegyptiaca praeclare meritus, in *Aegyptiacis Amſt. 1683. 4.* cuius libri cenſuram egit Warburtonus *Lib. IV. ſect. 6. Vol. IV. p. 26. ſeqq.* et *p. 67. ſeqq.* Loci ad ius maxime ſpectantes ſunt *Lib. I. c. 5. Lib. II. c. 6.* et *Lib. III. c. 8.* Egregiam deinceps operam hoc in genere poſuit Io. Nicolai, cuius diligentiae debemus *Tract. de Synedrio Aegyptiorum, illorumque legibus inſignioribus Lugd. B. 1706. 8.* In legum, quarum ſeptendecim omnino enumerantur, ſenſum rationemque copioſe et adcurate, addita Iuris Ciuilis collatione, inquiſiuit *cap. VII.* Iam porro de his Aegyptiacarum legum latoribus, a Fabricio memoratis, vide quae, auctoritate veterum ſcriptorum, in medium protulit Goguetus de *Mneui, Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 4. p. 99. ſeq.* de *Seſoſtride*, copioſius *Tom. II. Lib. I. c. 3.* et de re militari ab eo ordinata *Lib. V. c. 1.* de *Saſyche, Tom. III. Lib. I. c. 4. p. 19.* de *Bocchoride, ibid. p. 20. ſeq.* et de *Amaſi, ibid. p. 25. ſeq.* De Seſoſtridis aetate aduerſus Marshamum aliosque adcurate disquirit Perizonius *Aegypt. Orig. cap. VIII. ſeq.* aduerſus Neutonum autem Warburtonus *Lib. IV. ſect. 5.* de Amaſidis annis idem Perizonius *cap. XXIV.* Bocchorin, quem Diodorus *Lib. I. c. 65.* ante Sabaconem Aegypto regem impoſuit, cum Herodotus, rerum Aegyptiacarum grauiſſimus auctor, ſilentio plane praetermiſerit, ſunt recentiores quidam temporum ſcriptores, qui vnum eumdemque eſſe cum Aſychi, Diodoro plane incognito, cuius ſingularem de pecunia mutua, cadauere patris pignori tradito, accipienda legem, a Diodoro *Lib. I. c. 93.* minus plene relatam, plenius Herodotus *Lib. II. c. 136.* memorauit, arbitrentur. Vide quae ad illuſtrationem huius conſtitutionis dicta ſunt a Warburtono *Lib. II. ſect. 4. Vol. I. p. 310. ſeq.* et Valckenario ad *Herodot. d. l.* De iure a Bocchoride conſtituto, quo debitor, ſi iuraret, nihil ſe accepiſſe, liberabatur, vide Claud. Salmaſium *de Mod. Vſur. cap. XI. p. 475. ſeq.* Memorabilis in primis eſt lex Amaſis, ab Herodoto *Lib. II. c. 177.* relata, qua Aegyptii tenebantur ſingulis annis apud magiſtratus demonſtrare, vnde viuerent: et qui aut hoc omitteret, aut honeſtam viuendi rationem non demonſtraret, is morte adficeretur. Quam ex Aegypto petitam Herodotus et Diodorus *Lib. I. c. 77.* Solonem ciuibus tuliſſe ſuis dicunt, Draconi tamen, vt ſupra *n. 39.* vidimus, rectius adtribuendam. Digna profecto, quae noſtris temporibus, quibus multi inerti turpique otio impune torpeſcunt, adhibita Solonis moderatione, in vſum reducatur. Cuius de ratione vſuque apud alios populos egerunt Nic. Abramius ad *Cic. orat. pro Sext. c. XLVIII.* Perizonius ad *Aelian. Lib. IV. Var. Hiſt. c. 1.* Taylorus *Lect. Lyſiac. cap. X.* et Valckenarius ad *Herodot. d. l.* Ceterum de indole legum Aegyptiacarum paucis iudicauit Thomaſius *de prud. legiſl. cap. IX. §. 9.* vberius autem et cum ſummo iudicii limati acumine Goguetus *Tom. I. d. l. p. 103. ſeqq.* et *Tom. III. d. l. p. 27. ſeqq.* laudanda non minus quam vituperanda in legibus Aegyptiorum inſtitutisque fuit perſecutus. Poſtremo haud contemnenda quidem eſt Henr. Gottfr. Scheidemantelii *Legum quarundam Aegyptiorum cum Atticis Spartanisque ſecundum regulas prudentiae ciuilis comparatio Ien. 1766. 8.* qua, quod inſcriptio pollicetur, Herodotum et Diodorum Siculum ſecutus, non ſine omni laude praeſtitit: cui vero, praeter antiquiores harum legum interpretes, quod mirere, plane incognitus fuit Goguetus, quo quantum in cenſendis ſit diiudicandisque legibus Aegyptiorum

ANACHARSIS Scythis. Suidas in Σκύθης ὁρᾶ. 49)

ANDRODAMAS Rheginus Chalcidenſibus. Ariſtoteles *II. c. vlt. Politic.*

APIS Argiuis. Theodoritus *Lib. IX. Curat. Graec. Aff.* Porphyrius *Lib. III.* περὶ ἀποχῆς. Ἄπις δὲ λέγεται πρῶτος νομοθετῆσαι παρ᾽ Ἕλλησιν. 50)

ARCHIAS Cnidiis. Idem Theodoritus.

ARCHYTAM legiſlatorem facit Hubertus Golzius, forte ex Aeliani *Lib. III. c. 17. Var. Hiſt.* 51)

ARISTOCRATES Rheginis. Iamblichus *c. 30. vit. Pythag.*

ARISTOTELES Stagiritis et Abderitanis. Plutarchus *contra Colotem p. 1126.* Stagiritarum lex, *quod non poſuiſti ne tollas*, apud Aelianum *Lib. III. c. 46. Var. Hiſt.*

ARRIBAS Epirotarum. Iuſtinus *Lib. XVII. c. 3.*

BACCHVS θεσμοφόρος apud Orpheum. 52) Sic *Ceres* θεσμοφόρος, quae Siculis leges dedit.

BOCCHO-

Scheidemantelius inferior, vel vna *§. XVII.* qua de lege, quae liberis artem, quam parentes profitebantur, ſequendi neceſſitatem impoſuit, egit, cum egregia Gogueti de hoc genere diſputatione collata, abunde docet. Inſigniores Aegyptiorum leges fide Diodori memoratae leguntur in *Hiſtoria Orbis Vniuerſa*, a Guthrio, Graio, aliisque viris doctis in Anglia conſcripta, *Lib. II. c. 2. Tom. I. p. 166. ſeqq. edit. Germ.* vbi tamen octo libris perſcriptae fuiſſe ſine auctoritate dicuntur. Procul dubio et Pauius leges Aegyptiacas animaduerſione dignas habuit: cuius vero *Diſſertationes de Aegyptiis* (*Recherches philoſophiques ſur les Egyptiens*) *Berol. 1773. Voll. II. 12.* mihi haec ſcribenti ad manus non fuere. RICHT.

49) Anacharſis Scytha anno primo Olympiadis XLVII. vt oſtendit Corſinus *Faſt. Attic. Tom. III. p. 79.* Athenas profectus a Solone ſapientia ciuili fuit imbutus. Plutarchus *Solon. c. V.* Lucianus *Anacharſ. c. XIV. Tom. II. Oper. p. 892. ſeq. edit. Reiz.* et Laertius *Lib. I. c. 8.* Vide de eo Stanleium *Hiſt. Philoſ. P. I. p. 88. ſeqq.* et Bruckerum *Hiſt. Crit. Philoſ. Per. I. P. I. Lib. II. c. 11. §. 5. Tom. I. p. 358. ſeqq.* RICHT.

50) Apis, inter varios variarum gentium legum latores a Theodoreto *Graec. Adfect. Curat. Disp. IX. Oper. Tom. IV. p. 927. edit. Schulz.* commemoratus, Phoronei filius, regnique ſucceſſor, legibus a patre iam latis haud dubie nouas adiecit. Vide Goguetum *Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 5. §. 2.* et Heynium *Not. ad Apollod. Biblioth. P. I. p. 242. ſeq.*

Hic loci, pro inſtituta a Fabricio ratione, memorandus eſt APOLLO, a quo Arcades ſe leges ferunt accepiſſe, Νόμιος propterea adpellatus. Cicero *Lib. III. de Nat. Deor. c. 23.* et ibi Erneſti. Strabo *Lib. IX. p. 646. edit. Almelou.* et Suidas in Νόμοι κιθαρῳδικοί. Vide Huetium *Demonſtr. Euang. Propoſ. IV. c. 8. §. 3.* et Goguetum *Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 1. p. 59.* RICHT.

51) Tarentini, Dorica ſtirpe oriundi Spartaque profecti, qua formula ciuitatis vſi fuerint, ex Ariſtotele *Lib. IV. de Republ. c. 3.* docuit Heynius *Proluſ. XII. Inſtituta et leges Tarentinorum, Opuſc. Acad. Vol. II. p. 221. ſeq.* Archytas, aequalis et amicus Platonis, qui ſummum apud eos magiſtratum, cui Strategi nomen fuit, ſaepius geſſit, ea de cauſſa ab Aeliano *Lib. III. V. H. c. 17.* vna cum Zaleuco, Charonda, aliisque inter philoſophos, reipublicae adminiſtrandae legumque ferendarum peritia celebritatem nominis conſecutos, relatus, paullo poſt Olympiadem CV. e vita diſceſſit. Vide Andr. Schmidii *Diſſ. de Archyta Ta-* [illegible] *P. VIII. p. 820. ſeqq.* et Bruckerum *Hiſt. Crit. Philoſ. Per. I. P. II. Lib. II. c. 10. ſect. 2. §. 12. Tom. I. p. 1128. ſeqq.* Inſigne fragmentum ex eius libro *de lege et iuſtitia* ſeruauit Stobaeus *Serm. XLI. p. 268.* Confer Warburtonum *Diu. Legat. Moſis Lib. II. ſect. 3. Vol. I. p. 165.* RICHT.

52) De Baccho, multisque fabulis in [illegible] cumulatis elegans diſputatio occurrit apud Heynium *Not. ad Apollod. P. II. p. 571. ſeq.* Apud Orpheum θεσμοφόρος dicitur *Hymn. XLI. v. 1.* RICHT.

BOCCHORIS Aegyptiorum. Syncellus *p. 184.*

BRACHMAN ſcripſit *νόμους Βραχμάνων καὶ πολιτείαν*, ſi credimus Suidae.

CECROPS Athenienſibus,[53]) vt CLISTHENES, CRITIAS, de quo Dio Chryſoſtomus *orat. XXI. p. 270.* DEMETRIVS [s]) PHALEREVS,[54]) HIPPARCHVS, ION, notante praeter alios Plutarcho *contra Colot. p. 1125.*[55]) LYCVRGVS Orator, PERICLES,[56]) PISISTRATVS, SOPHOCLES,[57]) THESEVS.[58]) Demoſthenes quoque apud Libanium *Tom. I. p. 449. μεστὸν γὰρ* [[illegible]] *τὸ μητρῷον τῶν ἐμῶν ψηφισμάτων καὶ νόμων.* Sed ita omnes magiſtratus et Archontes legiferis adſcribere fas eſſet.

CEPHALVS

53) De Cecrope, primo Athenienſium rege et legum latore, et inſtitutis eius, maxime Areopago, cum magno adcuratae doctrinae adparatu diſſeruit Goguetus *Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 1.* et *8.* Confer tamen Meinerſium *Hiſt. de orig. progreſſ. et inter. litter. apud Graec. et Rom. Lib. VI. c. 1. Vol. II. p. 13. ſeq.* De eodem pauca ſuo more adtulit Bartholomaeus *Deſcript. Itin. Anacharſ. Iun. Introd. P. I. Tom. I. p. 4. ſeqq.* RICHT.

s) Demetrium cum Athenas pro Caſſandro regeret, rempublicam optime digeſſiſſe, ait Cicero *pro Rabirio Poſt. c. 9.* Confer Plutarchum *Ariſtide p. 335.* Aelianum *III. 17. Var.* Syncellum *p. 273.* et *274.* vbi Demetrius ei audit *ὁ τρίτος νομοθέτης Ἀθηναῖος*, poſt Draconem ſcilicet ac Solonem. Duris apud Athenaeum *Lib. XII. p. 542.* de Demetrio: *ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος θεσμοὺς καὶ τοὺς βίους τούτων, ἀνομοθέτητον ἑαυτῷ τὸν βίον κατεσκεύαζεν.*

54) Demetrius Phalereus, anno tertio Olympiadis CXV. accepto a Macedonibus ſummo Athenarum imperio, anno quarto Olympiadis CXVII. eponymi archontis munere ſunctus, tum Solonis legibus robur reddidit, tum nouas easque praeſtantiſſimas conſtituit. Plutarchus *Ariſtid. c. XXVII.* Vide Potterum *Lib. I. Archaeol. Graec. c. 26.* Weſſelingium *praef. ad Petiti Comment. in Legg. Attic. p. V.* et Corſinum *Faſt. Attic. Tom. IV. p. 58.* et *63.* RICHT.

55) Ion, Xuthi filius, dux Athenienſium in bello aduerſus Eumolpum et Eleuſinios ſub Erechtheo geſto fortiſſimus, bello feliciter confecto, in magna apud Atticos exiſtimatione fuit, et, poſtquam Erechtheus in bello contra Immaradum, Eumolpi filium, occubuerat, totius regni adminiſtrationem conſecutus, ſacra conſtituit, primusque omnium populum Atticum in quatuor claſſes deſcripſit. Herodotus *Lib. VIII. c. 44.* Pauſanias *Lib. II. c. 14.* et *Lib. VII. c. 1.* Strabo *Lib. VIII. p. 588. edit. Almelou.* Plutarchus *aduerſus Colotem Vol. X. p. 626. edit. Reisk.* Confer Meurſium *Lib. II. de Reg. Athen. c. 10.* Prideauxium in *Marm. Oxon. I. p. 390. edit. Maittair.* Goguetum *de Origine Legum Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 1. p. 59.* et Heynium *Not. ad Apollod. P. II. p. 867.* RICHT.

56) De Periclis legibus vniuerſe iudicat Plutarchus *Pericl. c. III.* Lex de ciuitate ab illo lata, vt vtroque parente ciue Athenienſi nati ſoli ciues eſſent, quod iam ante eum lege Solonis cautum fuerat, memoratur ab Aeliano *Lib. VI. V. H. c. 10.* et *Lib. XIII. c. 24.* vbi vide quae ad priorem locum notauit Perizonius. Confer Petitum in *Legg. Attic. Lib. II. tit. 4. p. 213. ſeqq. edit. Weſſeling.* RICHT.

57) Sophocles, Amphiclidis filius, Sunienſis, anno tertio Olympiadis CXVIII. famoſam illam legem, a Laertio *Lib. V. c. 2. n. 5.* Polluce *Lib. IX. c. 5.* atque Athenaeo *Lib. XIII. p. 610. edit. Lugd. 1612.* memoratam, tulit, qua philoſophos, niſi licentia eius rei a ſenatu populoque impetrata, publicas ſcholas habere vetuit, qui ſecus faxit, capite damnaretur: cuius Athenienſes ſequenti ſtatim anno adeo puduit, vt eam non abrogarent modo, ſed Sophocli quoque multam quinque talentorum irrogarent. Vide Meurſium *Fortuna Attica cap. VIII.* Petitum ad *Legg. Attic. Lib. III. tit. 8. p. 390. ſeq.* et Corſinum *Faſt. Attic. Tom. IV. p. 67. ſeq.* RICHT.

58) Legem Theſei inſcriptam pilae lapidariae, ſua aetate adhuc ſuperſtiti, memorat Demoſthenes *orat. in Neaer. Vol. II. p. 1370. edit. Reisk.* Satis cognitus eſt Io. Meurſii *Theſeus, ſiue de eius vita rebusque praeclariſſime geſtis liber ſingularis*, liberalitate Sam. Pufendorfii in publicum productus a Io. Georg. Graeuio *Vltrai. 1684. 4.* repetitus *Theſ. Gronou. Vol. X. p. 481. ſeqq.* et *Oper. ex recenſ. Lamii Tom. I. p. 909. ſeqq.* Vide Meinerſium *Hiſt. Litter. apud Graec. et Rom. Lib. VI. c. 1. Vol. II. p. 13. ſeq.* et Bartholomaeum *d. l. p. 18. ſeqq.* RICHT.

CEPHALVS et DIONYSIVS Corintho miſſi Siculis. Plutarchus in *Timoleonte p. 243.* 59)

CERCIDAS Arcadibus. Stephanus in μεγάλη πόλις. Ptolemaeus Hephaeſtionis apud Photium. Apud Euſtathium ad *Iliad. β. p. 199. edit. Baſil.* pro Κερδίας legendum Κερκίδας. Plura Perizonius ad *Aelian. Lib. XIII. Var. Hiſt. c. 20.*

CERES θεσμοφόρος variis populis. Vide Diodorum Siculum *Lib. V. p. 231. 232.* Petr. Burmanni *Diſſ. de Cerere legifera. Trai. 1712. 4.* Mongitorius *Bibl. Sic. Tom. I. p. 155. ſeq.* 60)

CHARONDAS Catanaeis et aliis ciuitatibus Italiae ac Siciliae, Thuriis item et Mazacenis. Vide quae de hoc ſupra.

CLISTHENES Athenienſium legislator. Meminit praeter Plutarchum *Pericle p. 153.* Theodoritum et alios Themiſtius *Orat. XXIII. p. 287. edit. Harduini.* Apud Max. Tyrium *diſſ. IX.* male Κληδοσθένης. 61)

CREM

59) Timoleon Syracuſanis, Corinthiorum opem implorantibus, anno tertio Olympiadis CVIII. auxilio miſſus, adhibitis Cephalo et Dionyſio, viris prudentibus, popularem reipublicae formam ad exemplum legum Dioclis, de quo mox, reſtituit, vt Plutarchus *Timol. c. XXIV.* et Diodorus Siculus *Lib. XVI. c. 70.* et *82.* litteris conſignarunt. Nouis deinceps ſeditionibus ortis, oppreſſaque libertate, Syracuſarum ciuitas regem Agathoclem accepit. Vide Vbbonem Emmium *Vet. Graec. Tom. III. de republica Syracuſana,* in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. IV. p. 531. ſeqq.* Heynium *Proluſ. XIV. de rebuspublicis Magnae Graeciae et Siciliae ſtirpis Doricae, tum de Chalcidicis et reliquis, Opuſc. Acad. Vol. II. p. 256. ſeqq.* et Bartholomaeum *Deſcript. Itin. Anacharſ. Iun. cap. LXIII. Tom. V. p. 320. ſeqq.* RICHT.

60) Ceres, tamquam perſona ſymbolica, quo ſenſu variis populis leges dediſſe, et inde θεσμοφόρος apud Diodorum Siculum *Lib. I. c. 14. Lib. V. c. 5.* et *68.* aliosque veteres ſcriptores paſſim dicatur, in procliui eſt intelligere. *Hoc* enim, inquit Macrobius *Lib. III. Saturn. c. 12. ideo fingitur, quia ante inuentum frumentum a Cerere paſſim homines ſine lege vagabantur, quae feritas interrupta eſt inuento vſu frumentorum. itaque ex agrorum diuiſione inuenta ſunt iura.* Confer Villoiſonum *de triplici Theologia Myſteriisque Veterum p. 250. ſeqq.* De quo argumento ex inſtituto ſcripſerunt Io. Clericus, qui dedit *Explicationem hiſtoricam fabulae de Cerere,* (*Explication hiſtorique de la fable de Cérès*) quae reperitur in *Biblioth. Vniu. et Hiſt. Tom. VI. p. 47. ſeqq.* D. A. Kellerhuſius *Diſſ. de Cerere legifera Ien. 1700.* et nouiſſime Aug. Corn. Stockmannus *Proluſ. de Cerere legifera Lipſ. 1782.* Quibus iunge Goguetum *Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 2. Tom. II. Lib. I. c. 4. art. 8. p. 132. ſeq.* et *Lib. II. Sect. 2. c. 1. art. 1. p. 336. ſeqq.* nec non Sancruceum *de Myſter. Gentil. Sect. III. art. 3.* et *illuſtr. IV. p. 523. ſeqq.* RICHT.

61) Cliſthenes, Megaclis filius, Cliſthenis Sicyonii ex filia nepos, pulſis anno tertio Olympiadis LXVII. ex Attica Piſiſtratidis, anno ſequenti Athenis archon, reſtituta plebis auctoritate, non Solonis modo leges inſtaurauit, ſed etiam nouas tulit, vt Herodotus *Lib. V. c. 69.* Iſocrates *Areopag. p. 284. edit. Gul. Battie Cantabr. 1729. 8.* Plutarchus *Pericl. c. III.* et Scholiaſtes in *Ariſtoph. Nub. v. 37.* memoriae tradiderunt: quae vsque ad belli Peloponneſiaci tempora, reſpublica primum per quadringentos viros, deinde per triginta tyrannos labefactata, viguerunt. Quibus fluctibus ſedatis, priſtinae leges in ciuitatem reductae ſunt archonte Euclide anno ſecundo Olympiadis XCIV. cuius ideo frequens apud ſcriptores Graecos mentio occurrit. Poſtea vero aliae ſunt Diocle, Ariſtophonte, ceteriſque principibus ciuitatis ſuaſoribus latae. Vide Potterum *Lib. I. Archaeol. Graec. c. 26.* Corſinum *Faſt. Attic. Tom. III. p. 1.. ſeqq.* et *p. 275.* et Perizonium ad *Aelian. Lib. XII. Var. Hiſt. c. 24.* et *Lib. XIII. c. 24.* Apud Maximum Tyrium *Diſſ. XXI. ſect. 1. edit. Dauiſ.* vulgo quidem Κληδοσθένης ſcribitur. At veram ſcripturam diſerte referre Harleianum codicem, eamque Paccium in ſuo quoque reperiſſe, teſtatur Dauiſius,

laudatus

CREM ſiue CREMVS, Auarum. Suidas in *βϑλγαροι.* 62)

DEMONAX Cyrenaeis. Theodoritus *Lib. IX. curat. Graec. affect.*

DEVCALION Graecis. Plutarchus *contra Colotem p. 1125.* 63)

DIAGORAS Mantinenſibus. Vide infra, in *Nicodoro.*

DICENEVS Scythis, teſte Iornande, qui addit leges illius conſcriptas *Bellagines* appellari. Vide Loccenium *Antiquitatt. Sueo Gothic. p. 49. ſeq.* 64)

DIOCLES Syracuſiis Olymp. XCI. 4. Diodorus Sic. *Lib. XII. p. 84. Lib. XIII. p. 161. 163.* 65)

DORYMACHVS Aetolis. Polybius in *Excerpt. Peireſc. p. 58.*

DRACO Athenienſibus, de quo ſupra.

EVDOXVS Mileſiis, ſiue potius Cnidiis. Vide Menagium ad *Laertium p. 390.* 66)

GEYTHELOR legislator Scotorum, de quo Ioannes Fordun in *Scotichronico,* quod edidere Thom. Gale et Thom. Hearne.

HABIS Cunetibus in Hiſpania. Iuſtinus *Lib. XLIV. c. 4.*

HELIANAX, Steſichori frater, teſte Suida, legislator fuit, vnde ſuſpicio eſt, eum leges tuliſſe in aliqua ciuitate Siciliae. Conf. Mongitorium *Bibl. Sic. Tom. I. p. 268.*

HELICAON Rheginis. Iamblichus *c. 30. vit. Pythag.*

HERA-

laudatis ſimul aliis, qui Cliſthenis meminerunt. Confer Io. Frid. Fiſcherum ad *Aeſchinis Dial. III. ſect. 4.* RICHT.

62) Adponendus hic eſt DEIOCES, Medorum legislator, de quo Herodotus *Lib. I. c. 96 — 100.* De controuerſia, idemne fuerit atque Arphaxadus, cuius hiſtoria libello, qui *Iudithae* nomine inſignitur, *c. I.* narratur, an Phraortes potius, egerunt Schroeerus *Orig. Aſſyr. Sect. IV. §. 5. ſeqq.* et Leon. Offerhuſius *Spicil. Hiſt. Chronol. p. 145.* laudati a Weſſelingio ad *Herodot. Lib. I. c. 96.* De legislatione eius, ad dominatum abſolutum nulliſque limitibus circumſcriptum ſtabiliendum compoſita, nimiaque poenarum atrocitate corroborata, iudicium tulit Goguetus *Tom. III. Lib. I. c. 3.* RICHT.

63) Inſeri hic in numerumque legum latorum referri poteſt DIAGONDAS Thebanus, qui, teſte Cicerone *Lib. II. de Legg. c. 15.* omnia ſacra nocturna lege perpetua ſuſtulit. Quam quidem legem Warburtonus in luculenta illa ac praeclariſſimae eruditionis ex interioribus litteris adparatu referta de myſteriis veterum diſputatione, qua pervetera, ſed plerisque inaudita ſunt dicta, *Diu. Legat. Moſis Lib. II. ſect. 4. Vol. I. p. 248. ſeq.* egregie illuſtrauit. RICHT.

64) Diceneus, regnante Boroiſta, eo tempore, quo Romae Sulla rerum potitus eſt, ad Gothos traditur veniſſe. Iornandes *de Geticae gentis origine ac rebus geſtis,* in Frid. Lindenbrogii *Diuerſ. Gent. Hiſt. Ant. Script. Hamb. 1611. 4. p. 92. ſeq.* Conradus, coenobii Vrſpergenſis Abbas, *Chron. p. 72. edit. Argent. 1609. fol.* Confer Bruckerum *Hiſt. Crit. Philoſ. Per. I. P. I. Lib. II. c. 11. §. 8. Tom. I. p. 363.* RICHT.

65) Diocles, Syracuſanarum legum conditor, a Diodoro Siculo *Lib. XII. c. 19.* memoratur, hiſtoriam autem illius, et legum Syracuſis latarum anno primo Olympiadis XCII. expoſitam legimus *Lib. XIII. c. 33.* et *35.* Multa eum a Zaleuco et Locrenſium conſtitutionibus mutua ſumſiſſe, recte ſuſpicatur Weſſelingius ad *Diodor. Lib. XII. c. 21.* De varia legum Dioclis apud Syracuſanos fortuna vide Heynii *Proluſ. XIV. p. 257. ſeq.* RICHT.

66) Eudoxus Cnidius exeunte Olympiade LXXXIX. natus, annum tertium et quinquageſimum agens obiit Olympiade CIII. vt e Laertio, Euſebio et Suida probabiliter coniicit Corſinus *Faſt. Attic. Tom. III. p. 242. ſeq.* et *Tom. IV. p. 11.* Eudoxum Cnidiis leges dediſſe, refert Plutarchus *aduerſus Colotem Vol. X. p. 629. edit. Reisk.* Mileſiorum legislatorem eum fuiſſe, auctor eſt Theodo-

HERACLITVS Epheſiis ſuis leges ferre rogatus abnuit, teſte Laertio *Lib. IX. ſect. 2.* [67])

HIERO. De eius legibus vid. Mongitorium *Bibl. Sic. Tom. I. p. 272.*

HIPPODAMVS Mileſiis. [68])

LACRITVS, Iſocratis diſcipulus, Athenienſibus. Plutarchus in *Iſocratis vita.* Photius *cod. 260.*

LVCVLLVS Cyrenaeis. Plutarchus in eius vita *p. 492.*

LYCVRGVS Lacedaemoniis, de quo ſupra. Ageſilaus vero poſt pugnam Leuctricam a Lacedaemoniis creatus legislator non nouas leges condidit, ſed per vnam diem tantum iuſſit veteres dormire, ne, qui e pugna aufugerant, ignominia afficiendi eſſent. Plutarchus *Ageſilao p. 612. ſeq.* [?]

LYCVRGVS Rhetor Athenienſibus. Aelianus *Lib. XIII. c. 24. Var. Hiſt.* Plutarchus in *Vitis decem Rhetorum.* [69])

MACAREVS Lesbiis. Diodorus Sic. *Lib. V. p. 240.*

MERCVRIVS Aegyptiis. Vide Aelianum *Lib. XIV. Var. Hiſt. c. 34.* [70])

MINOS Cretenſibus, de quo ſupra.

MNESION

Theodoretus *Graec. Adfect. Curat. Disp. IX. p. 927. edit. Schulz.* Vide Io. Andr. Schmidii *Diſſ. de Eudoxo, mathematico, medico, et legislatore,* praeſide Io. Chriſtoph. Boehmero defenſa *Helmſt. 1715.* Stanleium *Hiſt. Philoſ. P. VIII. p. 825. ſeq.* et Bruckerum *Hiſt. Crit. Philoſ. Per. I. P. II. Lib. II. c. 10. ſect. 2. §. 17. Tom. I. p. 1140. ſeqq.* RICHT.

67) Heraclitus Epheſius, a ciuibus ſuis ad leges, quibus peſſimi ciuitatis mores corrigerentur, ferendas iterum [illegible] inuitatus, Olympiade LXIX. floruit, vt, praeter Laertium, Suidas in Ἡράκλειτος teſtatur. Vide Corſinum *Faſt. Attic. Tom. III. p. 132.* Stanleium *P. IX. p. 827. ſeqq.* et Bruckerum *Per. I. P. II. Lib. II. c. 12. §. 1. Tom. I. p. 1208. ſeqq.* RICHT.

68) Hippodamus Mileſius apud Ariſtotelem *Lib. II. de Republ. c. 8.* memoratus, primus inter eos, qui nullo reipublicae regendae vſu inſtructi eſſent, de optima reipublicae adminiſtrandae ratione dicere conatus fuit, ideoque perperam inter legum latores relatus. Vide Heynii *Obſeru. ad legg. et inſtit. rerump. Magn. Graec. et Sicil. complem. et ſpicileg. Opusc. Acad. Vol. II. p. 281.* et de Hippodami patria Marc. Ant. Muretum *Lib. I. Var. Lect. c. 14.* et *Lib. XV. c. 18.* Petr. Victorium *Lib. XXXVIII. Var. Lect. c. 2.* Henr. Valeſium ad *Harpocrat. p. 40. Lib. IV. Emendat. c. 10.* et ibi Petr. Burmannum. RICHT.

69) Lycurgus, Lycophronis filius, circiter Olympiade XCIII. nobiliſſima familia oriundus, non eloquentiae modo laude apud ciues ſuos floruit, ſed tanta quoque vitae integritate, ac moderationis fama, republica domi foriſque bene adminiſtranda, conſpicuus fuit, vt quaeſtor rei militaris, praeter receptum ciuitatis morem, ſolus conſtitueretur. Multis ſapienter ab eo ſancitis, dignus eſt qui in legum Atticarum latoribus referatur. Fuit autem tam rigida morum diſciplina, tamque triſti ſeueritate, vt in cuſtodia vrbis et cognitione de flagitioſis extra ordinem ei demandata, veluti alter Draco, non atramento, ſed ſanguine leges ſuas atque edicta ſcripſiſſe diceretur. Vide omnino Taylorum *praef. ad Lycurgum Cantabr. 1743. 8.* et in Reiskii *Orat. Graec. Vol. IV. p. 103. ſeqq.* qui vitam Lycurgi tam erudite eleganterque enarrauit, vt Dan. Ruhnkenio *Hiſt. Crit. Orat. Graec.* in Reiskii *Orat. Graec. Vol. VIII. p. 122. ſeqq.* nihil prorſus ſpicilegii relinqueretur. Confer ſis Io. Gottfr. Hauptmannum *Comment. I.* in fronte *Lycurgi orat. contra Leocr. Lipſ. 1753. 8.* RICHT.

70) Mercurius, quem, vt tradit Cicero *Lib. III. de Nat. Deor. c. 22.* et ex eo Lactantius *Lib. I. Diu. Inſtit. c. 6.* Aegyptii *Thoth* adpellant, Νόμιος, non, vt quidam putant, a pecudum paſtu, ſed, vt rectius Phurnutus ſiue Cornutus *de Nat. Deor. c. XVI.* in *Opusc. Mythol. Amſt. 1688. 8. p. 170.* a legum latione vocatur. Dicitur Seſoſtridem leges et iura edocuiſſe. Aelianus *Lib. XII. V. H. c. 4.*

MNESION Phocenſibus. Vide Lambecium *III. Commentar. p. 66.* 71)

NESTOR Pyliis. Theodoritus *Lib. IX. curat. Graecar. affect.*

NICODORVS Mantinenſibus leges dedit auctore Diagora Melio, vt refert Aelianus *Var. Lib. II. c. 23.* qui *c. 22.* εὐνομωτάτους fuiſſe teſtatur Mantinenſes, non minus quam Locrenſes, Cretenſes, Spartanos et Athenienſes. Confer Baelii Dictionarium in *Diagora, nota (H)* Noli tamen credere, Diagoram tanquam atheum feciſſe εὐνομωτάτους Mantinenſes. Neque enim probari poteſt tunc, cum leges ferret, iam in atheiſmum prolapſum fuiſſe. Certe illum in legibus ſuis diſſimulauit, atque, vt credibile eſt, reiecit, alioqui non laudandis ab Aeliano atheorum, ſi quisquam, hoſte et prouidentiae aſſertore ſtrenuo. 72)

NVMA POMPILIVS Romanis. Vide Dionem Chryſoſtomum *orat. XXV. p. 283.* et Plutarchum in *Numae vita*, qui inter alia teſtatur, illum leges ſuas Nymphae t) Aegeriae in acceptis retuliſſe, quod tradit etiam Liuius, itemque alii. Ennius *Annal. Olli reſpondet*

c. 4. Tantam autem inter fabuloſum illum Aegyptiorum Mercurium et Moſem, populi Iudaici ducem ac legislatorem, detectis fabularum inuolucris, ſimilitudinem reperiſſe quidam viri docti ſibi perſuaſum habuerunt, vt valde credibile eſſe dicerent, quod Artapanus, ſcriptor antiquus, cuius fragmenta quaedam ſeruauit Euſebius, *Lib. IX. Praepar. Euang. c. 27.* memoriae prodidit, Aegyptios Moſem, ob praeclara in ipſos merita, et ſacrarum litterarum interpretationem, inter deos relatum ſub Mercurii nomine coluiſſe. Quod quidem, veriſimilibus coniecturis ductus, ingenioſe et erudite pluribus exſecutus eſt Huetius *Demonſtr. Euang. Propoſ. IV. c. 4.* paucis vero Witſius *Lib. III. Aegyptiac. c. 2. §. 4. 5. 6.* et Chriſtoph. Aug. Heumannus *de philoſophia veterum Aegyptiorum §. XXIII. ſeqq.* in *Actis Philoſ. P. XI. ſect. I. Tom. II. p. 687 — 691.* Verum enim vero hanc ſententiam ingenioſius excogitatam eſſe, atque artificioſius expolitam, quam quae ad veritatem paullo propius accedere videretur, cenſuit praeſtantiſſimus theologus, et in antiquitate ſacra Aegyptiorum facile princeps, Paul. Ern. Iablonski *Lib. V. Panth. Aegypt. c. 5.* aliamque exornauit, qua nomen Mercurii myſticum eſſe dicitur, quo non homo aliquis, ſed vis diuina ſignificetur. Confer Warburtonum *Diu. Legat. Moſis Lib. IV. ſect. 4. Vol. III. p. 80.* et Bruckerum *Hiſt. Crit. Philoſ. Append. Vol. VI. p. 109. ſeqq.* Quidquid rei eſt, viris doctis, qui in hoc litterarum genere habitant, curioſius excutiendum relinquere modeſtia nos iubet. RICHT.

71) Phocaeenſium leges quales fuerint, quodam modo cognoſcere licet ex inſtitutis Maſſilienſium, qui Phocaeenſium fuerunt colonia, cum, vt oſtendit Warburtonus *Lib. IV. ſect. 6. Vol. IV. p. 119. ſeq.* itemque Heynius *Proluſ. II. de veterum coloniarum iure eiusque cauſſis, Opusc. Acad. Vol. I. p. 315.* coloniae, innato patriae amore, plerasque metropoleos leges ſancte cuſtodirent. Vide Petr. Hendreich *Maſſiliam*, quae in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. VI. p. 2939. ſeqq.* inuenitur, vbi *ſect. II.* de adminiſtratione reipublicae Maſſilienſis, eius legibus inſtitutisque egit. RICHT.

72) De Diagora Melio, turpiſſima atheiſmi macula apud veteres infamato, multa in vtramque partem a viris doctis disputata eſſe inter omnes conſtat. Cuius cauſſam aduerſus impietatis accuſatores in primis egerunt Iac. Frid. Reimmannus *Hiſt. Atheiſmi cap. XXXI.* et Zimmermannus *Epiſt. de atheiſmo Euemeri et Diagorae*, quae exſtat *Muſ. Brem. Vol. I. P. IV. art. 3. p. 714. ſeqq.* quibus iunge Bruckerum *Hiſt. Crit. Philoſ. Per. I. P. II. Lib. II. c. 11. §. 26. Tom. I. p. 1203. ſeqq.* qui Baylium, acutiſſimum atheiſmi atque diſertiſſimum defenſorem, nodos in ſcirpo quaerere ait, quod cum admiratio ſubeat, hominem deos tollentem potuiſſe tam egregias leges condere, in eamdemque ſententiam, quam Fabricius noſter veriſimillimam iudicauit, inclinat, illum, cum Mantineam legibus ordinaret, impietatem nondum publice fuiſſe profeſſum. Omnino autem aduerſus hanc Bayliani pro atheiſmo apologetici partem legi meretur Warburtonus *Diu. Legat. Moſis Lib. I. ſect. 5. Vol. I. p. 120. ſeqq.* RICHT.

t) Vide, ſi placet, eius antiquam iconem aere deſcriptam *Tom. II. Theſauri Antiquitatum Graecarum Gronouiani tabula 28.*

det ſuauis ſonus Egeriai. Quanquam hoc pro fabula habet Cicero *Lib. I. de Legibus ſub init.* Sed perinde Romulus ſuas ſe accepiſſe leges aiebat a Conſo. [v]) Et Lycaon Pelasgi filius Arcadibus perſuadebat, Iouem ſubinde ad ſe accedere viri peregrini ſpecie εἰς ἔποψιν δικαίων καὶ ἀδίκων, *vt inſpiceret iuſtos et iniuſtos*, teſte veteri ſcriptore apud Suidam in Λυκάων, quem vide etiam in νόμιμα. Leges duodecim tabularum, a Decemviris latae, in aes fuerunt inciſae, vt teſtatur Liuius *Lib. III. c. 57.* Ex libris Solonis translatas affirmat Aurelius Victor *cap. 21. de viris illuſtribus.* Numam in legibus ferendis perinde vt in aliis rebus imitatus eſt Hadrianus Imp. Vide H. Dodwelli *Praelect. Cambd. VII. 9.* De legibus Numae Georg. Chriſt. Gebauer in *Diſſ. de Numa, philoſophorum rege, legislatore. Lipſ. 1719.* [73])

ONOMACRITVS Locrus Cretenſibus. Ariſtoteles *Lib. II. Politic. c. vlt.*

PAGONDAS Achaeis. Theodoritus *Lib. IX. Curat. Graec. Affect.*

PARMENIDES Eleatis. Laertius *Lib. IX. ſect. 23.* Plutarchus *contra Colotem p. 1126.*

PHALEAS

v) Plura eiusmodi legislatorum leges ſuas ad Deos referentium exempla collegit Balthaſar Bonifacius *Hiſtoriae ludicrae XIX. 1.* E veteribus Diodorus Siculus *Lib. I. p. 48.* et Valerius Max. *Lib. I. c. 2.*

73) Effigies Numae Pompilii in numiſmate argenteo ex theſauro Chriſtinae Reginae, cum hac inſcriptione: *Numa Pompilius vrbem Romam, a Romulo vi et armis conditam, legibus et pietate muniuit*, eſt in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. III. yyyy.* Vitam eius nouiſſime deſcripſit Iac. Meyerus, cuius *Delineatio vitae geſtorumque Numae Pompilii* in lucem exiit *Baſil. 1765. 8.* De eiusdem libris vide Chriſt. Gottl. Ioecheri *Proluſ. de Numae Pompilii libris publica auctoritate Romae combuſtis Lipſ. 1755.* et Chriſtoph. Saxii *Epicriſin philologicam, ſiue Stricturas in nuperum Franci cuiusdam libellum de incerto hiſtoriae Romanorum antiquiſſimae ſect. II. Miſc. Lipſ. Nou. Vol. II. P. III. p. 487.* et *P. IV. p. 669.* Ceterum neque inſtituti mei eſt, neque huius loci de legibus regiis et XII tabularum pluribus dicere: de quibus conſulendi ſunt tum noſter *Biblioth. Lat. Lib. IV. c. 9. Vol. I. p. 805. ſeqq.* et *Vol. III. p. 786. ſeq. edit. V. Hamb. 1721.* et Io. Aug. Erneſti *Biblioth. Lat. Fabric. Lib. IV. c. 6. Tom. III. p. 477. ſeq.* tum qui de fatis iurisprudentiae Romanae ſcripſerunt, Chriſt. Gottfr. Hofmannus *Hiſt. Iur. Rom. Iuſt. Vol. I. Lib. I. c. 1. per. I.* et *III.* et *Vol. II.* vbi *p. 1 — 64.* collectio legum regiarum et fragmenta iuris Papiriani, et *p. 129 — 304.* fragmenta XII tabularum, praemiſſa notitia litteraria, exhibentur, Io. Sal. Brunquellus *Hiſt. Iur. Rom. Germ. P. I. c. 1.* et *3.* Io. Gottl. Heineccius *Hiſt. Iur. Ciu. Lib. I. c. 1. 2.* et ibi Io. Dan. Ritterus, denique Io. Aug. Bachius *Hiſt. Iurispr. Rom. Lib. I. c. 1. 2.* Illud adhuc obiter notandum eſt, Georg. Chriſt. Gebauerum, quem de legibus Numae tantum Fabricius laudauit, *Romulum, Numam Pompilium,* et *Tullum Hoſtilium, obſeruationibus varii generis illuſtratos*, olim Lipſiae tribus diſſertationibus propoſuiſſe, quae nunc eiusdem *Exercitationum Academicarum, Erf. 1776. 77. 4.* iunctim editarum, *Vol. I. p. 1 — 78.* continentur. Integrum commentarium ad XII Tabb. quem olim iuuenis promiſerat Saco Herm. Idſinga *praef. Var. Iur. Ciu.* et *cap. XVI. p. 139.* haud dubie ob forenſia, quibus poſtea implicatus fuit, negotia, lucem non vidiſſe, valde dolemus: quem paruae quidem molis, ſed bonae frugis librum, quo Idſinga, curriculum ſtudiorum academicorum nondum emenſus, egregia interpretationis legum decemuiralium ſpecimina edidit, plane incognitum fuiſſe Buchaldo, qui ceteroqui recentiores interpretes fere omnes laudauit, merito miramur. Contra obtrectatores Decemuirorum, poſt Iac. Voordam patrem, cuius *Orationes duae de prudentia Romanorum in condendis XII tabularum legibus, Electorum libro ſingulari Trai. ad Rhen. 1749. 8.* ſubiectae, ſatis cognitae ſunt, diſerte et eleganter dixit etiam Bauius Voorda filius *Orat. de arte legislatoria ex tabulis Romanorum decemuiralibus comparanda Franeq. 1763. 4.* RICHT.

PHALEAS Chalcedoniis, Ariſtoteles *Lib. II. c. 7. Politic.* non Carthaginienſibus, vt ſcribit [¶] Chriſtophorus Hendreich *de legibus et Rep. Carthaginienſium* differens *p. 166.* et *329.* [74])

PHIDO Corinthiis.

PHILOLAVS Corinthius Thebanis. Ariſtoteles *Lib. II. Politic. c. vlt.*

PHORONEVS Graecis primus leges iudiciaque conſtituit, teſte Iſidoro Hiſp. *Lib. V. Originum c. 1.* Argiuis leges tuliſſe innuit etiam Clemens Alex. in *protreptico p. 67.* Confer Syncellum *p. 67.* et *125.* [75])

PHYTIVS Rheginis. Iamblichus *c. 30. vit. Pythag.*

PISISTRATVS Athenienſibus, etſi plerasque Solonis leges ſeruauit. Plutarchus *Solone p. 96.* [76])

PITTACVS Mitylenaeis. Ariſtoteles *Lib. II. Politic. c. vlt.* Clemens *I. Strom. p. 300.* [77])

PLATO [x]) (de cuius opere de legibus infra dicturus ſum ſuo loco) Arcadibus, Cyrenaeis et Thebanis rogatus leges ferre noluit. Vide Menagium ad *Laertii Lib. III. ſect. 23. p. 148.* et de Cyrenaeis Plutarchum *Lucullo p. 492.* Sicilia et Thracia per eius dogmata tyrannis liberata. Idem *p. 155.* Profeſſus quidem eſt Plato, virum ſapientem leges patriae

 ſuae

74) Phaleas Chalcedonius minus recte inter legum latores refertur, notante Heynio laudato *Obſeru. Complem. et Spicileg. Opuſc. Acad. Vol. II. p. 281.* Inſtitutum eius de aequandis ciuium fortunis, ab Ariſtotele *d. l.* traditum, iure reprehendit Monteſquieus *Lib. V. de Cauſſis Legum c. 5.* RICHT.

75) Phoroneus regnum Argiuorum, ab Inacho patre acceptum, legibus ſtabiliuit, et iudicia ordinauit, vt tradit Euſebius *Chron. Lib. II. p. 65. edit. Amſt. 1658.* Qua via homines ab efferata nomadum vita ad liberaliorem cultum traduxit, vt ait Tatianus *Orat. aduerſus Graecos c. XXXIX.* in Iuſtini Mart. *Oper. p. 274.* Marshamus vero *Can. Chron. p. 15.* et *84. ſeq. edit. Ien.* ſeriem regum Argiuorum ab ipſo Phoroneo, omiſſo Inacho, non regis, ſed fluuii nomine, inchoandam eſſe putat. Sed vide Perizonium *Aegypt. Orig. cap. III.* Heynium *Not. ad Apollod. Biblioth. P. I. p. 238. ſeqq.* ac de inſtitutis Phoronei Goguetum *de Origine Legum Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 5. ʃ. 2. p. 143. ſeqq.* RICHT.

76) De initio ac progreſſu tyrannidis Piſiſtrati eiusque filiorum, annis duodeſeptuaginta vſurpatae, diligentiſſime quidem expoſuit Io. Meurſius, cuius *Piſiſtratus, ſiue de eius vita, et tyrannide liber ſingularis Lugd. B. 1623. 4.* ex ipſius auctoris chirographo auctus exhibetur in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. V. p. 1397. ſeqq.* et in Meurſii *Oper. ex recenſ. Lamii Tom. I. p. 1017. ſeqq.* vniuerſam autem illorum temporum ſeriem, rerumque viciſſitudines multo certius adcuratiusque digeſſit Corſinus *Faſt. Attic. Tom. III. p. 94. ſeqq.* Confer Buherium *Diſſertatt. Herodot. cap. XIV.* et Bartholomaeum *Deſcript. Itin. Anacharſ. Iun. Introd. P. II. ſect. 1. Tom. I. p. 130. ſeqq.* RICHT.

77) Pittacus quarto Olympiadis XLVII. anno patriae ſuae dominationem laetis populi ſuffragiis ſibi delatam ſuſcepit, eaque poſt decennium rurſus depoſita, quod reliquum aetatis fuit, priuatus vixit. Dio Chryſoſtomus *orat. XXXVII. Vol. II. p. 103. edit. Reisk.* Vide Perizonium ad *Aelian. Lib. III. Var. Hiſt. c. 17.* Corſinum *Faſt. Attic. Tom. III. p. 81.* Stanleium *Hiſt. Philoſ. P. I. p. 65. ſeqq.* Bruckerum *Hiſt. Crit. Philoſ. Per. I. P. II. Lib. I. c. 2. ʃ. 6. Tom. I. p. 446. ſeq.* et Bartholomaeum *d. l. cap. III. Tom. II. p. 59. ſeq.* Fuit et alius Pittacus, minor adpellatus, legum lator, cuius Phauorinus et Demetrius meminerunt, teſte Diogene Laertio *Lib. I. c. 4. n. 7.* RICHT.

x) Plato genus ſuum maternum referebat ad Solonem. Vide Laertium *Lib. III. ſect. 1.* Olympiodorum in *Platonis vita* et Proclum *I. in Timaeum p. 25.* Themiſtium *Orat. II. p. 32.* Sarisberienſem *VII. 5. Policratici* etc.

ſuae laturum eſſe, *niſi per ſummam plebis corruptionem iudicauit, operam ſuam reipublicae inutilem fore.* Laertius *Lib. III. ſect. 78.* [78])

POLYBIVS Achaeis. Pauſanias *Arcadicis p. 663.* et Excerpta Peireſciana *p. 195.*

POLYDORVS Syracuſanis, teſte Diodoro Sic. *Lib. XIII. p. 163.*

PROTAGORAS Thuriis. [79])

RHADAMANTHVS Cretenſibus, de quo ſupra.

SALAETHVS Crotoniatis, qui cum grauiſſimam in adulteros legem ſanciuiſſet, ipſe non diu poſt in adulterio fratriae ſuae deprehenſus fuit, teſte Luciano in *Apologia pro mercede conductis Tom. I. p. 486.*

SAON Samothracibus. Diodorus Sic. *Lib. V. p. 223.*

SCOPAS Aetolis. Polybius in *Excerptis Peireſc. p. 58.* et ex eo Suidas in Σκόπας.

SOLON Athenienſibus: a quibus per decemuiros deinde leges eius mutuati ſunt Romani. Vide Meurſium in *Solone c. 23.* Suidam in νομογράφοι. [80])

THALES cum Lycurgo Lacedaemoniis.

THEAETETVS Rheginis, et TIMARATVS Locrenſibus, quos e Pythagorae ſchola prodiiſſe auctor eſt Iamblichus in eius vita *c. 30.* [81])

TRIPTOLEMVS Athenienſibus.

TZINCIS,

78) De legislatoria Platonis prudentia confer Fabricium *Bibliogr. Antiq. cap. XV. §. 6. p. 738. edit. Paul. Schaffshauſ. Hamb. 1760. 4.* Stanleium *P. IV. c. 10.* Bruckerum *Per. I. P. II. Lib. II. c. 6. ſect. 1. §. 31. Tom. I. p. 726. ſeq.* et Warburtonum *Diu. Legat. Moſis Lib. III. ſect. 3. Vol. II. p. 155.* RICHT.

79) Protagoras Thuriorum legum lator, auctore Heraclide Pontico, memoratur a Laertio *Lib. IX. c. 8.* qui Olympiade LXXXIV. eum floruiſſe dicit, conſentiente Euſebio, vt notauit Corſinus *Faſt. Attic. Tom. III. p. 213.* quo tempore Athenienſium colonia Thurios fuit deducta. Certe Thurii, ſi Achaeorum fuerunt, vt tradunt Scymnus *Perieg. v. 325.* et Liuius *Lib. XXV. c. 15.* ex pluribus Graeciae ciuitatibus conſcripti, Athenienſium colonia videri voluerunt. Vide Heynium *de Sybarit. ac Thurior. Rep. et Legg. Sect. I. ſub fin.* Hinc Bentleius *Reſp. qua diſſ. de epiſt. Phalar. vindicat, p. 211. ſeq. edit. Groning.* grauiſſimum argumentum petit, Charondam Thuriorum legum latorem perperam haberi. De Protagora non eloquentiae tantum ſtudio, ſed philoſophiae quoque perito, cuius luculenta ſunt teſtimonia leges Thuriis ab eo latae, clariſſimo egit Bruckerus *Per. I. P. II. Lib. II. c. 11. §. 24. Tom. I. p. 1200. ſeqq.* paucis Bartholomaeus *d. l. c. XXIX. Tom. III. p. 160.* RICHT.

80) Inſerendus eſt hoc loco TENES, qui Tenediis leges tulit. Cicero *Lib. I. in Verr. c. 19.* Heraclides *de Polit. p. 514. edit. Crag. Lugd. B. 1670. 8.* De quo, et republica Tenediorum, legibus ab eo firmata, plura nobis conſtarent, ſi aetatem tuliſſent Ariſtotelis *de Tenediorum Republica* liber, cuius vnum modo fragmentum ſeruauit Stephanus Byzantinus *de Vrbibus voc. Τένεδος p. 648. edit. Amſt. 1678.* et Zoili rhetoris *Tenediorum Encomium*, cuius meminit Strabo *Lib. VI. p. 417. edit. Almelou.* Quidquid interim ex antiquitatum tenebris erutum in aliqua luce collocari potuit, erudite expoſuit, nummisque illuſtrauit Lud. de Hemmer *Republica Tenediorum Hafn. 1735. 8.* ... *cap. V.* de legibus Tenediorum diſſeruit. RICHT.

81) Timares vel Timaretus, Pythagoricae diſciplinae alumnus, et fortaſſe alii viri prudentes l[illegible] Zaleuci ſeriore aetate, qua adhuc Locrorum re[illegible]publica incolumis ſtetit, nouis curis en[illegible] et expoliuerunt, vt bene ſuſpicatur Heynius *[illegible] metr. I. de Locris, Opusc. Acad. Vol. II. p.* [illegible] RICHT.

TZINCIS Tocharis ad Caſpios portus habitantibus. Pachymeres Mich. Palaeolog. *V*. 4.

ZALEVCVS Locris Epizephyriis.

ZAMOLXIS Thracibus et Getis: de quo, vt de quatuor praecedentibus quoque, ſupra dictum. [☞]

ZARADES Perſis. Theodoritus *Lib. IX. Curat. Graec. Affect.* et Agathias. Incertum an idem cum *Zarata*, Pythagorae praeceptore, qui aliis *Zabratus* vel *Nazaratus*. Hunc eundem qui eſſe putant cum propheta Ieremia vel Ezechiele, eos non magis audiendos eſſe exiſtimo, quam Alexandrum Polyhiſtorem, qui apud Suidam in Ἀλέξανδρος tradidit, Hebraeam fuiſſe mulierem *Moſo* nomine, quae leges ſcripſerit Hebraeis. 82)

ZATHRAVSTES Arianis, vel, vt aliqui codices, Arimaſpis. Hic leges ſuas retulit ad ἀγαθὸν δαίμονα, teſte Diodoro Sic. *Lib. I. p. 84.* 83)

XIX. Obſignabo hanc de legislatoribus diatribam obſeruatione Ariſtotelis *Lib. IV. Politic. c. 11.* Τὲς βελτίςες νομοθέτας εἶναι τῶν μέσων πολιτῶν, *optimos legum ſcriptores exſtitiſſe* (non ipſos principes ſed) *e mediis ciuibus.* Σόλων τε γὰρ ἦν τέτων, δηλοῖ δ' ἐκ τῆς ποιήσεως, καὶ Λυκῦργος, ὁ γὰρ ἦν βασιλεὺς, καὶ Χαρώνδας, καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖςοι τῶν ἄλλων. *Solon enim vnus horum fuit, declarat hoc ipſe ſuis verſibus: et Lycurgus, non enim fuit rex, et Charondas, et ferme plurimi aliorum.* 84) Hoc Ariſtotelis ipſius, Zaleuci, Eudoxi, et Protagorae exemplis confirmat Bentleius in *Apologia pro diſſertatione de Epiſtolis Phalaridis, p. 496.*

82) De Zarade conſule Huetium *Demonſtr. Euang. Propoſ. IV. c. 5. §. 2. p. 152.* et *p. 458. ſeq.* RICHT.

83) Vtra ſcriptura apud Diodorum Siculum *Lib. I. c. 94.* verior ſit, de Zathrauſte omnia ſibi obſcura eſſe ingenue confeſſus, decernere dubitauit Weſſelingius, neque adſenſus eſt Huetio *d. l. p. 152.* qui eumdem eſſe ac Zoroaſtrem, Perſarum legislatorem, arbitratur. RICHT.

84) Ex hac obſeruatione, a Warburtono *Diu. Legat. Moſis Lib. III. ſect. 2. Vol. II. p. 108. ſeqq.* egregie illuſtrata, clariſſime adparet, legislatoris nomen in hoc recenſu, a Fabricio inſtituto, intellectu iuris publici pro eo, qui iure ſummi imperii legum ferendarum poteſtate gaudet, non vbique adhiberi. Quod, cum talia tironibus haud ſcribantur, vsquequaque operoſe adnotare, priuatosque a principibus ſegregare, putidae ſane diligentiae ac ſuperuacaneae operae fuiſſet. Lectu dignum eſt iudicium, quod de omnibus omnino legum latoribus tulit Dionyſius Halic. *Lib. II. Antiq. Rom. c. 24.* Laudari quoque hic meretur diſſertatiuncula Dionis Chryſoſtomi *orat. XXII. Vol. I. p. 509. ſeqq. edit. Reisk.* Quod reliquum eſt, ad recta de vetuſtiſſimorum legum latorum ſapientia informanda iudicia legiſſe iuuabit Heynium tribus locis, *Proluſ. de iudicio, quod defunctis Aegyptiorum regibus ſubeundum erat, Opusc. Acad. Vol. I. p. 139. ſeqq. Proluſ. qua delibantur nonnulla in vitae humanae initiis a primis Graeciae legumlatoribus ad morum manſuetudinem ſapienter inſtituta, ibid. p. 207. ſeqq.* et *Legum Locris a Zaleuco ſcriptarum fragm. Diſp. I. Vol. II. p. 14. ſeqq.* Nobis vero liceat obſignare noſtrum qualecumque de priſcis legum latoribus ſpicilegium egregia ac vera ſententia, quam, acri meditatione edoctus, acutiſſimus Goguetus *de Origine Legum Tom. I. Lib. I. c. 1. art. 2. p. 77.* elocutus eſt his verbis: *Quand on penſe à tous les moyens qu'il a fallu employer pour établir, régler et maintenir le corps politique, on ne peut s'empêcher de regarder les loix comme le chef d'oeuvre de l'eſprit humain.* Quae quidem cogitatione perpendenti, atque adſertione adprobanti mihi commode in mentem venit illud Ciceronis *orat. de haruſp. reſp. c. IX.* in cauſſa quidem conſtitutarum caerimoniarum religionumque de maioribus minori profecto iure ab eo pronunciatum, ſed antiquiſſimis legum conditoribus iure optimo maximo adcommodandum: *Quorum mihi tanta fuiſſe ſapientia videtur, vt ſatis ſuperque prudentes ſint, qui illorum prudentiam non dicam adſequi, ſed, quanta fuerit, perſpicere poſſint.* RICHT.

ANIMAD-

ANIMADVERSIONES

DE

SCRIPTORIBVS IVRIS ATTICI

AD

LIB. II. CAP. XIV. §. XVI.

Notitia ſcriptorum iuris Attici, a Fabricio hoc loco ſuppeditata, cum nimis manca ſit atque imperfecta, aliquanto emendatior ac plenior *Bibliogr. Antiq. cap. XV. §. 6. p. 737. ſeq. edit. Paul. Schaffshauſ. Hamb. 1760. 4.* nec tum Burc. Gotth. Struuii *Bibliotheca Iuris Selecta*, a Chriſt. Gottl. Budero emendata et locupletata, *cap. II. §. 4. p. 27. ſeq. edit. Ien. 1756.* tum Mart. Lipenii *Bibliotheca Realis Iuridica*, vbi *Tom. I. p. 560. ſeq. edit. nouiſſ.* 1757. ſcripta, quae ad iurisprudentiam Atticam ſpectant, enumerantur, hac parte perfectiores atque abſolutiores reperiantur, hasque Lipeniani operis lacunas neque Aug. Frid. Schottus, qui congeſſit *Supplementa ac Emendationes Lipſ. 1775. p. 209.* neque Renat. Car. Senkenbergius, qui *Supplementorum ac Emendationum volumen ſecundum* collegit ediditque *ibid. 1789. p. 186.* expleuerint: ſuſceptae a nobis prouinciae ratio poſtulat, vt, quidquid a renatis litteris ad hunc vsque diem viri docti ad interpretandum illuſtrandumue ius Atticum vel moliti ſunt, vel luci publicae expoſuerunt, diligenter accurateque indicemus, addito vel aliorum praecipuae auctoritatis virorum, vel noſtro qualicumque iudicio, et ſic quaſi bibliothecam criticam iuris Attici adornemus, vt, qui poſtea in hoc litterarum Graecarum genere ſtudium velint induſtriamque exercere ſuam, omnia iurisprudentiae Atticae ſubſidia cognita penitus habeant atque perſpecta. Noſtra autem recenſio vt iuſto ordine procedat, operae pretium exiſtimamus vniuerſum iuris Attici adparatum, in certas claſſes diſtributum, diſtincte deſcribere. Quare omnia, quae in hunc cenſum veniant, ad quatuor capita reuocare viſum fuit: quorum primo *de Legum Atticarum Collectionibus, ſiue tentatis, ſiue editis*, altero *de iuris Attici interpretibus vniuerſim*, tertio *de his, qui ſingularia iuris Attici argumenta ex inſtituto pertractarunt*, denique quarto *de Legum Atticarum atque Romanarum collationibus* exponemus.

CAPVT I

CAPVT I

DE LEGVM ATTICARVM COLLECTIONIBVS SIVE TENTATIS SIVE EDITIS

Primo diluculo reuiuiſcentis ſaeculo ſextodecimo iuriſprudentiae Atticae comparuit Pardulphi Pratcii *Iuriſprudentia vetus, ſiue Draconis et Solonis, nec non Romuli, Romanorum regis, ac XII Tabularum Leges collectae Lugd. 1559. 8.* inſerta Euer. Ottonis *Theſ. Iur. Rom. Tom. IV. p. 351 — 482.* Hoc libro proponuntur I. *Δράκοντος, Ἀθηναίου, αἱμάτωποι νόμοι. Draconis, Athenienſis, ſanguinariae leges,* numero vndecim. II. *Σόλωνος, Ἀθηναίων Ἄρχοντος, ἀξονικοὶ νόμοι, Solonis, Athenienſium Principis, tabulares leges,* numero quinque et octoginta. Succeſſerunt eiusdem *Iuriſprudentiae mediae Libri IV. Catapodiſmῶν Libri II.* et *Δικαιολογίας Liber ſingularis ibid. 1561. 8.* qui eiusdem *Theſ. Tom. III. p. 505 — 612.* reperiuntur, vbi in calce ſunt adiectae *Solonis leges reliquae,* numero duodecim, in *Iuriſprudentia veteri* praetermiſſae. At enim haec collectio, ſequenti ſaeculo repetita a Chriſt. Woldenbergio in *Principiis Iuris Romani,* libro rudi Minerua compilato, *Roſt. 1668. 4. p. 3—38.* non modo perpaucas leges, ſed ex impuris quoque fontibus interdum ductas complectitur, vt recte iudicauit Otto *praef. Tom. IV. p. 18. ſeq.* Confer *Obſeru. Sel. ad rem litter. ſpecl. Tom. I. obſ. 8.* Nihilo tamen ſecius exiiis Pratcii opera vel hoc nomine aliquam laudem meretur, quod excellentiora ingenia ad maius aliquid hoc in genere praeſtantiusque audendum excitauit, atque hinc laetior deinceps venerandae Legum Atticarum maieſtati lux adfulſit.

Igitur haud multo poſt primus in Atticarum Legum collectoribus nomen profeſſus eſt Henr. Stephanus, qui conſilii ſui rationem *dedicat. Orat. Vet. 1575. fol.* ad Petr. Boulliodum expoſuit his verbis: *Sperabam fore, vt omnes leges, non ſolum quae apud iſtos oratores, et quae apud Demoſthenem ſunt, ſed etiam quae in aliis omnibus Graecis ſcriptoribus extant, in vnum corpus collectae, et cum aliis recentioribus comparatae, in calce huius voluminis ponerentur: ſed quod hic praeſtari in praeſentia non potuit, alibi alioque tempore Deo fauente praeſtabitur.* Sed quo minus promiſſis ſtaret, temporum iniquitate, plurimisque viri indefeſſi occupationibus factum eſſe opinatur Weſſelingius *praef. ad Petit. p. VIII.* Quod Stephani inſtitutum memorat etiam Taylorus *Lect. Lyſiac. cap. XI.*

Intermiſſam a Stephano Legum Atticarum collectionem poſtea, nec tamen edendi conſilio, ſed in vſus ſuos, ſuſcepit Ioſ. Scaliger. Sic enim *Lib. IV. Epiſt. 343.* Carolo Labbaeo ſcribit: *Leges Atticas, de quibus agis mecum, numquam in animo habui edere, vt nec multa alia, quae in priuatos vſus meos collegi.* Qua re magnam ſane iuriſprudentia Attica iacturam fecit. Iacet nunc haec collectio, qua, praeter alios, et Hugo Grotius *Epiſt. CCCLVII.* ſe vſum eſſe teſtatur, tamquam theſaurus reconditus in bibliotheca academiae Lugduno Batauae, et, teſte Caſaubono *praef. ad Scaligeri Opuſc. Poſt. p. 19.* Scaliger teſtamenti ſui tabulis cauit, ne vmquam euulgaretur. Hunc Pandecten Scaligeranum oculis vſurpatum Weſſelingius *d. l. p. XI.* ita deſcripſit: *Complectitur excerptas ex Oratorum, Grammaticorum aliorumque ſcriptis leges pleras que omnes, ſed aliter aliosque in titulos* (ſcilicet ac Petiti collectio) *deſcriptas. Explicatio adiecta eſt rara aut nulla. Omnia denique ita ſunt*

 comparata,

comparata, vt facile adpareat, priuatos in vſus diuini virum ingenii ea adornaſſe, accuratius, vbi ſeſe occaſio dediſſet, retractanda atque expedienda.

Digeſtum igitur Scaligeranum, prohibente vltima auctoris voluntate, cum publicis vſibus inſeruire haud poſſet: ne homines eruditi plena Legum Atticarum collectione diutius carere cogerentur, hunc defectum ſe ſuppleturum recepit Io. Meurſius, in antiquitate Attica vir omnium longe verſatiſſimus. Vide Petr. Cunaei *Epiſt. CLXXIX. ſeq.* Quibus promiſſis etiam cumulate ſatisfecit. Nam praeter ea, quae in *Solone*, quem iam alibi laudauimus, *Areopago*, de quo ſuo loco dicturi ſumus, et *Atticarum Lectionum Libris VI. Lugd. B. 1617. 4.* in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. V. p. 1757 — 1928.* et in Meurſii *Oper. ex recenſ. Io. Lamii Tom. II. p. 1021 — 1296.* paſſim delibauit, pleriſque omnibus Draconis et Solonis legibus inueſtigatis, et vndique collectis, integrum iuris Attici corpus inſtruere adgreſſus eſt in *Themide Attica, ſiue de Legibus Atticis Libris II.* qui, quod in fatis eſſe Themidis Atticae videtur, Meurſio rebus humanis dudum exemto, in lucem demum producti ſunt a Io. Georg. Graeuio *Vltrai. 1685. 4.* recuſi poſtea tum a Gronouio *ibid. p. 1945 — 92.* tum a Lamio *ibid. p. 1 — 164.* Interdum autem Meurſium fictas a rhetoribus exercitationis cauſſa leges veris ſanctionibus admiſcuiſſe, praeter Fabricium noſtrum, in eo reprehendit etiam Weſſelingius, diſſentiente tamen Hauptmanno *de Legibus Atticis ſingulatim ab Andocide memoratis p. 4. not. δ* et in Reiskii *Orat. Graec. Vol. VIII. p. 587.* et nuper etiam Blaſio *de Decret. Athenienſ. cap. XXXI. §. 6.* quem tamen hunc Fabricii locum fugiſſe mirari ſubit.

Meurſio igitur viuo ac ſpirante cum Legum Atticarum ſylloge, ab eo promiſſa, in adſpectum haud prodiret, mirum non eſt, alios viros iuris Attici adprime peritos eodem ſtudio certatim flagraſſe perfectum iuris Attici corpus concinnandi. In his primo loco memorandus eſt Phil. Iac. Mauſſacus, qui in notis in Harpocrationis *Dictionarium in decem Rhetores Pariſ. 1614. 4.* frequenter, exempli cauſſa, in Ἀλῷα, in Περίπολος, in Παιδοτρίβης, et in Ὑποφόνια, meminit *Synagoges Legum Atticarum*, eiusque editionem pollicetur. Cuius perficiendae ac poſteritati prodendae conſilium cur deinceps repudiarit, et aliorum quoque ſcriptorum, quae, praeter *Synagogen Legum Atticarum*, a Paul. Colomeſio *Biblioth. Sel. (Bibliotheque Choiſie) Oper. curante Io. Alb. Fabricio Hamb. 1709. 4. p. 459.* commemorantur, publicandorum ſpem deſtituerit, ignoramus. Procul dubio, occupationibus forenſibus ac muneris publici curis diſtractus, tanto otio haud abundabat, quanto ad abſoluendum illud opus indigebat.

Prouinciam igitur adhuc vacuam eodem fere tempore occuparunt duumuiri egregii, Sam. Petitus, theologus, a Blaſio *d. l. cap. XVI. §. 5.* in iuriſconſultorum numerum male relatus, et Henr. Valeſius, iuriſconſultus, vterque praeſtanti eruditione, Valeſius tamen ingenii felicitate, et iudicii acumine ſuperior. Sed feſtinatiore induſtria et laboris adſiduitate Petitus Valeſium praeuertit, et poſtea a toto edendi propoſito plane abalienauit. Viſo enim Petiti opere, Valeſius a Legum Atticarum collectione, cuius modo ſpem fecerat in *Excerpt. ex Nic. Damaſceno p. 61.* (A. 1634.) prelo mandanda deſtitit, et quae magna diligentia collecta ac parata habebat, vt ipſe *not. in Harpocrat. p. 16. ſſ. in not. Mauſſac. p. 100. 109.* et *Lib. V. Emendat. c. 6.* indicat, ſummo Muſarum Graecarum detrimento, publicam lucem ſubtraxit. Vide *Vitam Henr. Valeſii* ab Hadr. Valeſio ſcriptam, et a Petr. Burmanno Valeſii *Emenda-*

tionum

num et de Critica libris Amſt. 1740. 4. praefixam. Hac tali modeſtia viri ſuperiori ſaeculo in litteris principes conſpicui erant, vt praeuerti ab aliis labores ſuos, luce digniſſimos, libenter ſupprimerent: qualem noſtra aetate ſemidocti chartarum conſcribillatores, et vani litterariae ſcientiae iactatores vix adhibere ſolent. Quantumuis autem, preſſo Valeſii, viri ab omnibus praeſidiis, ad eam rem neceſſariis, paratiſſimi, labore, ac multo magis, ſi is fortaſſe plane interciderit, magnam iacturam fecerit ciuitas litteraria, quam poſt Burmannum *praef. ad Valeſii Emendat.* cui tamen nonnihil ſpei ſupereſt, merito dolet etiam Weſſelingius: iure tamen inde colligere mihi videor, operam a Petito in Leges Atticas ſtudioſe collatam magni fuiſſe ab ipſo Valeſio aeſtimatam.

Prodiit Petiti opus, octo libris diſtinctum, et in certos titulos redactum, hoc titulo: *Leges Atticae. Samuel Petitus collegit, digeſſit, et libro commentario illuſtrauit Pariſ. 1635. fol.* De quo, poſt Taylorum *Lect. Lyſiac. cap. X.* Petiti induſtriam et eruditionem praedicantem, vere ita iudicauit Weſſelingius *p. XI. Legum Atticarum Commentarius ſcriptus eſt incredibili diligentia et cura, quae tanto eſt admirabilior, quod ab homine theologo ſit profecta.* et *p. XII. Petitum ob digeſtas leges et diligentiſſime explicitas nemo debita laude fraudauerit, tametſi fortaſſe optarit, vt aut parcius coniecturis indulſiſſet, aut ab interiore ſermonis Graeci notitia paratior ad eas acceſſiſſet.* Hinc variae maculae venuſtum corpus paſſim deformarunt, quibus eluendis viri doctiſſimi gnauiter operam dederunt. Ex inſtituto autem Ant. Maria Saluinius ſcripſit *Animaduerſiones in Sam. Petiti Leges Atticas*, quae cum notis D. C. hoc eſt Car. Andr. Dukeri publicatae ſunt *Miſcell. Obſeru. Vol. III. Tom. III. p. 419 — 444. Vol. IV. Tom. I. p. 149 — 152. Tom. II. p. 251 — 261. Vol. V. Tom. II. p. 173 — 191.* poſtea repetitae in praeſtantiſſima Petiti editione, cum animaduerſionibus Iac. Palmerii a Grentemeſnil, A. M. Saluinii, C. A. Dukeri, et P. Weſſelingii, quam *Iurispr. Rom. et Attic. Tomus III. Lugd. B. 1741. fol.* continet, cum doctiſſima Weſſelingii praefatione, qua de Legum Atticarum latoribus et collectoribus egregie fuit commentatus, ac nobismet ipſis in hoc recenſu vna cum Tayloro viam praeiuit. Palmerii animaduerſiones excerpſit Weſſelingius ex eius exemplari, quod ex Steph. Morini libris emtum Corn. Bynkershoekius illi transmiſerat. Ipſius Weſſelingii notae etſi paucae ſunt, neque enim illi, Diodori Siculi editione tunc occupato, conſilium et otium erat omnia excutere, omnes tamen exquiſita ſunt eruditione refertae, vt merito dolendum ſit, viro incomparabili non licuiſſe in hanc curam ſolam eſſe intento. Poſtea amicus Weſſelingii, nec minore Graecarum litterarum ſcientia ornatus, Lud. Caſp. Valckenarius in operoſa adnotatione ad Herodotum, quae in ſplendidiſſima Weſſelingii editione *Amſt. 1763. fol.* comparet, multa ſparſim contulit ad Leges Atticas egregie illuſtrandas, et Petiti hallucinationes cauendas et emendandas, qui loci facile colligi peruolutando poſſunt.

Manent interim Legum Atticarum Pandectae, a Petito digeſtae, et omni ſuſpicione Scaligeranae collectionis ab eodem in vſus ſuos conuerſae, quam Taylorus temere iniecit, a Weſſelingio iure liberatae, praecipuus hoc in genere liber, quem ideo, qui deinceps collectiones Legum Atticarum dederunt, plerique omnes fuerunt ſecuti. Itaque Io. Potterus, cuius *Archaeologia Graeca* primum *Oxon. 1697. 99.* iterum auctior *Lond. 1706. Voll. II. 8.* Anglice publicata, et ſaepius deinceps repetita, poſtremo, quod ſciam, *1776.* ex Latina verſione, cuius auctor tamen neque Latine, neque grammatice vbique ſcripſit, non ſolum The-

 ſauri

ſauri Gronouiani *Vol. XII.* ſubiuncta, ſed etiam ſeparatim edita *Lugd. B. 1702. fol.* ac *Venet. 1754. Tom. II. 4.* typis renouata eſt, quam nuper etiam in linguam vernaculam tranſtulit, animaduerſionibus et nouis commentationibus locupletauit Io. Iac. Rambachius *Hal. 1775. 76. 78. Voll. III. 8.* Potterus, igitur, *Lib. I. c. 26.* poſtquam de legibus Athenienſium vniverſe diſſeruit, leges ipſas, ſecutus Petitum, additis nonnullis, adiecit: quarum obſcuriores, cauſſis indagatis, Rambachius paſſim illuſtrauit. Porro *Collectio Legum Atticarum*, ex Petiti ac Potteri recenſione, omiſſis tamen Graecis, exſtat apud Chriſt. Gottfr. Hofmannum *Hiſt. Iur. Rom. Iuſt. Vol. II. P. I. p. 77. ſeqq.* Denique Lamius Meurſii *Themidi Atticae d. l.* e Petito *Syllogen Legum Atticarum* ſubiunxit.

Enimuero Claud. Salmaſius, illuſtri nominis fama, qua Petitus ſplendebat, haud deterritus, nouam et integram *Legum Atticarum collectionem* cum commentario animo fuit meditatus. Hoc tradit Taylorus, loco tamen, vbi propoſiti ſui mentionem fecerit Salmaſius, non adſcripto. Weſſelingius in hanc rem laudat *de Mod. Vſur. cap. XV.* et *XVII.* Sed in his capitibus, et omnino in toto illo libro talis commentationis, a Salmaſio promiſſae, nec volam nec veſtigium inuenio. Rectius autem huc videtur eſſe referendus locus *Miſc. Defenſ. cap. X. p. 304.* Ac fortaſſe hoc conſilio rogauit Io. Frid. Gronouium *Lib. I. Epiſt. 120. accurante Ant. Clementio Lugd. B. 1656. 4.* vt collectionem Legum Atticarum, a Scaligero olim compilatam, et in bibliotheca publica academiae Lugduno Batauae poſitam, ab Heinſio, illius praefecto, ad aliquot dies ſibi vtendam impetraret. Sed ab opere perficiendo graues illae cum Heraldo altercationes, ac fortaſſe ipſius Heraldi *Lib. III. Animadu. in Salmaſii Obſeru. ad Ius Att. et Rom. c. 16. §. 17.* amarae irriſiones eum poſtea videntur retraxiſſe, neque ideo inter libros adfectos et inchoatos, quorum indicem dedit Clementius *Proleg. de laudibus et vita Salmaſii p. LXVII. ſeqq.* illius mentionem reperimus. Idem in animo habuiſſe Petr. Lambecium, vt ex eius *Prodromo Hiſtoriae Literariae* liqueat, ait Taylorus, qui etiam G. Critonii, profeſſoris regii Pariſienſis, *Praefationem in Draconis et Solonis leges*, in *Cod. MS. CCCCXLIX. Biblioth. Caeſ.* laudat.

Surrexit tandem noſtra aetate nouus fugientis Themidis Atticae ſtator, Io. Taylorus, vir profundae eruditionis, et ab vſu ſermonis Attici et oratorum veterum inſtructiſſimus, quem, maximo eloquentiae et iurisprudentiae Atticae damno, acerba fata mortalibus eripuerunt. Qui quidem cum in notis ſuis ad Lyſiam, Demoſthenem et Aeſchinem permulta ad Themidem Atticam pertinentia, quibus Meurſius, Petitus aliique praecipui nominis interpretes vel ſupplerentur, vel corrigerentur, larga manu fudit, tum integram Legum Atticarum collectionem meditatus in eam curam totus incubuit. Quod ipſe variis locis declarauit. Sic *praef. ad Lyſiam p. XXVI ſeq. edit. Lond. p. 87. Reisk.* *Sis interea admonitus*, inquit, *neque enim a loco alienum eſſe duxi admonere, me in iurisprudentia Attica paene totum, et ibi quaſi glebae adſcriptitium. Demoſthenem totum quod ſupereſt, ad exactam ad fidem codd. MSS. recenſitum prelo iubet parare.* Et ad *orat. I. in Timocr. p. 171. edit. Lond. p. 34?. Reisk.* *Oratorem publ. operam*, inquit, *fumare videbor, quam fumo quondam, in Legibus Atticis recenſendis: quarum συλλογήν, ſi* [illegible] *et hoc* [illegible] *cum, in lucem mittere proferre.* Formam autem commentarii *de Republica Athenienſi* adumbrauit *Lect. Lyſiac. cap. X.* Eiusdem commentarii mentionem facit in *Demoſth. orat. in Neaer.* in Reiskii *Appar. Crit. ad Demoſth. Vol. II. p. 1013.* et in *Aeſchin. orat. contra Cteſiph.*

Cteſiph. Vol. III. p. 402. edit. Reisk. Ex his vt quisque erat Tayloriani nominis ſtudioſiſſimus, ita maxime augurabatur, eum ceteris omnibus palmam eſſe praerepturum. Sed proh dolor! commentarium omnium votis exoptatum non minus, quam abſolutionem Demoſthenis praematurus eius e vita exceſſus intercepit. Quare niſi iurisprudentiae Atticae nouus inſtaurator Tayloro ſimilis contingat, quod in hac ſaeculi noſtri ſocordia ac mollitie, tantoque Graecarum litterarum, maxime inter iurisconſultos, neglectu magis optandum eſſe quam ſperandum videtur, iacebit illa relicta planeque deſerta. Veriſſime Weſſelingius laudata *praef. ad Petit. p. XI.* in haec verba exclamat: *Quam rari illi ſunt, qui iuris diſciplinam profeſſi Solonis Draconisque leges aut examinare velint aut poſſint! Sed alii olim mores, cum ſeuera lege ſtudiis operarentur, et, vitatis compendiorum ſemitis, viam regiam inſiſterent. Nos facilitate quadam et πολυπραγμοσύνῃ partam a maioribus gloriam corrumpimus.*

Certe eorum fructum nondum cepimus, quae pluribus abhinc annis, cum magna omnium admiratione, e Francogallia adnunciata leguntur *Hiſt. Acad. Inſcript. Tom. VII. p. 348. edit. Pariſ.* et *Tom. IV. p. 545. edit. Amſt.* Furmontium, ſuſcepto regia auctoritate A. CIƆIƆCCXXIX. et CIƆIƆCCXXX. in Orientem itinere litterario, e ruderibus Athenarum eruiſſe, et in bibliothecam Franciae regis importaſſe, praeter alia vetuſtatis monimenta, *les tables originales de ces Loix d'Athènes ſi ſages, ſi vantées, ſi long-temps cherchées, que l'on avoit crû perdues pendant tant de ſiècles, de dont nous n'avions dans les plus anciens auteurs que des lambeaux, précieux à la vérité, mais qui nous laiſſoient ignorer la plus grande partie du Droit Civil des Athéniens.* Quae ſi vera ſunt, licet haec narratio, quod diſſimulare non poſſumus, nobis adhuc valde ſuſpecta videatur, nihil magis in votis habemus, niſi hoc, vt nouus aliquis vel Mauſſacus, vel Petitus, vel Valeſius, ex illa gente diuinitus excitatus, tabulis Legum Atticarum feliciſſime repertis tam editor quam interpres obtingat. Tum enim demum, vt verba Weſſelingii *d. l. p. VII.* mea faciam, multa, ad quae offenſum frequenter fuit, eluceſcent clariſſime, neque pauciora, quae optimo cuique latuerant, in apricum proferentur, redibitque legum axibus ordo priſtinus, in quo monimentorum inopia viri egregii operam ſunt fruſtrati.

CAPVT II
DE IVRIS ATTICI INTERPRETIBVS VNIVERSIM

Inter eos, qui ad ius Atticum commentati ſunt, iure ſuo primas partes tenent Meurſius atque Petitus. De vtriusque Legum Atticarum et collectoris et interpretis virtutibus ac vitiis paullo ante breuiter, pro inſtituti ratione, diximus. Poſt Petitum ius Athenienſium variae doctrinae copiis illuſtrare adgreſſi ſunt Claud. Salmaſius atque Deſid. Heraldus: quorum mutuis iisque acerbiſſimis contentionibus, non raro de ingenii magis atque eruditionis gloria, quam de veritate indigniſſime agitatis, complura iuris Attici capita adcuratius inueſtigata vberiusque explanata debemus. Prima infauſti diſſidii ſemina ſparſit Salmaſius duobus libris, altero *de Vſuris Lugd. B. 1638. 8.* praecipue *cap. III.* vbi de ἐράνῳ et ἐρανισταῖς ſodalitate diſputauit, altero *de Modo Vſurarum ibid. 1639. 8.* vbi non modo Leges Atticas de vſuris cum magno eruditionis adparatu explicauit, ſed etiam, vt omnia eius ſcripta copioſis digreſſionibus abundant, multa alia iuris Attici argumenta paullo plenius ſibi exponenda ſumſit. Sic, vt hoc vtar, de iure dotium Attico nonnulla ex inſtituto dixit *cap. IV. p. 135. ſeqq.* Ac

tametſi Petitum doctiſſimi legum Atticarum interpretis et commentatoris elogio paſſim ornat: nihilo tamen minus plurimas eius hariolationes grauiter reprehendit. Iuriſconſultis autem tantum non omnibus multarum rerum, quae ad interiorem Attici Romanique iuris cognitionem pertineant, ignorantiam exprobrare auſus fuit. Haec iniuria vniuerſo iuriſconſultorum ordini a litteratore illata, et diſquiſitio de mutuo, veluti pomum Eridis iuriſconſultis proiectum, plures aduerſarios ipſi concitauit, in his praecipue Heraldum. Dilatis enim inter homines harum rerum curioſos rumuſculis, non omnino quidem veris, neque tamen penitus falſis, iuris Attici collectionem, et cum iure Romano collationem ab eo ſuſceptam eſſe, ac paene confectam, etſi opus eiusmodi data opera nondum adgreſſus erat: voluit tamen ſuae hoc in genere facultatis aliquod ſpecimen exſtare. Itaque poſt diuturni ſilentii, quo erat hucusque vſus, interuallum elaborati ab eo ſunt *de Rerum Iudicatarum auctoritate libri duo*, itemque *Obſeruationum et Emendationum liber*, qui coniunctim lucem adſpexerunt *Pariſ. 1640. 8.* in Ottonis *Theſ. Iur. Rom. Tom. II. p. 1069 — 1392.* repetiti. Quibus in libris ſicut complures paſſim occurrunt ad ius Atticum commentationes: ita etiam quasdam Salmaſii obſeruationes et emendationes, modeſte tamen et cum honoris praefatione, ſibi excutiendas ſumſit. Salmaſius, qui nec ſuperiorem nec parem ferre poterat, ſimulato amici patrocinio, ſibi defenſionem parare, et aduerſarium, quem olim amicum habuerat, dura ratione refellere inſtituit. Hoc conſilio prodierunt, nigrae loliginis ſucco plenae, *Miſcellae Defenſiones pro Cl. Salmaſio, de variis obſeruationibus et emendationibus ad Ius Atticum et Romanum pertinentibus Lugd. B. 1645. 8.* Abſoluuntur illae triginta capitibus, quorum vndetriginta ſpectant ad *Obſeruationum et Emendationum librum*, poſtremum ad *libros duo de Rerum Iudicatarum auctoritate.* Iam Heraldus, qui antea, veteris amicitiae memor, magna animi moderatione Salmaſiano nomini pepercerat, contumeliis a Salmaſio hoc in libro vsquequaque cumulatis grauiter offenſus, ex inſtituto ſcripſit *Animaduerſionum in Salmaſii Defenſiones Miſcellas ſiue ad Ius Atticum et Romanum Obſeruationes Libros VI.* Harum Animaduerſionum primum ternionem, ſimul atque excuſus fuerat, librarius Pariſienſis Amſtelodamum ad amicum miſerat, vnde Leidam ad Salmaſium fuit tranſmiſſus. Quo perlecto, nulla mora interpoſita, Salmaſius impotenti animo in Heraldum debacchatus atram bilem euomuit, nec finem nec modum laceſſendi, lacerandique eius famam inuenit. Adſpexit enim, ſub alterius perſona, lucem virulentum illud, premendumque caligine et tenebris *Specimen confutationis Animaduerſionum Deſiderii Heraldi, ſiue tractatus de ſubſcribendis et ſignandis teſtamentis, item de antiquorum et hodiernorum ſigillorum differentia. Auctore Cl. S. Lugd. B. 1648. 8.* Quae inſcriptio, poſt mortem Salmaſii, primo plagula iterum impreſſa, praefixo et expreſſo eius nomine, mutata eſt ſic: *De ſubſcribendis et ſignandis teſtamentis, item de antiquorum et hodiernorum ſigillorum differentia tractatus, contra Deſid. Heraldum. Ibid. ex eadem officina Elſeuiriorum 1653.* Verum totum hoc ſpecimen, quo, abiecto omni pudore, et exuto humanitatis ſenſu, intolerandis contumeliarum et maledictorum acerbitatibus aduerſarium ſuum obruit, ad merum ius Romanum, tum antiquum, tum nouum, pertinet, neque illi quidquam ineſt, quo iuris Attici intelligentia iuuetur. Neque vero Salmaſius proteruitatem ſuam atque acerbitatem impune tulit. Heraldus enim, eo vehementer exacerbatus, denuo, licet inuitus, in arenam deſcendit, et, vt Salmaſio reſponderet, obiectionesque ſibi factas dilueret, *Animaduerſionum Librum VII.* primis adiunxit. Atque ſic, *Animaduerſionum in Salmaſii Obſeruationes ad*

Ius

Ius Atticum et Romanum Libris VII. abſolutis et excuſis, editione tamen nondum facta, A. CIↃIↃCXLIX. naturae debitum perſoluit. Igitur poſt eius demum obitum, cura et cum praefatione Iſaaci Heraldi filii, opus illud, iam dudum ab orbe erudito auidiſſime exſpectatum, publicam lucem vidit, praemiſſo, ad plures emtores adliciendos, tractatu vſui forenſi adcommodato. Inſcriptio haec eſt: Deſid. Heraldi *Quaeſtionum Quotidianarum tractatus. Eiusdem Obſeruationes ad Ius Atticum et Romanum, in quibus Claudii Salmaſii Miſcellae Defenſiones, eiusque Specimen expenduntur. Pariſ. 1650. fol.* Habes breuem huius litterariae contentionis hiſtoriam, et ſeriem ſcriptorum ſeruato temporis ordine digeſtam, quam neque ab hoc loco alienam, neque ſtudioſis iuris Attici, cuius ad copioſiorem interpretationem illa magnam partem pertinent, ingratam fore arbitramur. Confer Claud. Sarrauium *Epiſt. CLXXXII. CXCI.* et *CCIII.* et Ottonem *praef. Tom. II. Theſ. Iur. Rom. p. 27. ſeq.* Comparatis vtriusque ſcriptis, ac vehementibus in vtramque partem diſputationibus miti ingenio, et animo cupiditate vacuo examinatis, confiteamur neceſſe eſt, et veri inueſtigandi ſtudio, et iuris Attici peritia Salmaſio Heraldum antecellere, cui etiam Weſſelingius, aequiſſimus harum rerum atque intelligentiſſimus arbiter, in animaduerſionibus ad Petitum plerumque adſtipulatur. Vide *p. 423. 444. 450. 494. 500. 503. 573. 610. 617. 629. 651.*

Iam porro claris Attici iuris interpretibus adnumerandi ſunt Phil. Iac. Mauſſacus, cui Petitus multa debet, et Henr. Valeſius. Qui quidem etſi nouas Legum Atticarum collectiones, vt ſupra relatum eſt, ſiue haud perfecerunt, ſiue de manibus ſuis dimittere noluerunt: tamen ius Atticum luculente illuſtrarunt in eruditiſſimis ad Harpocrationem notis, quae coniunctim comprehenduntur in pleniſſima editione, quae inſcribitur: *Harpocrationis Lexicon Decem Oratorum. Nic. Blancardus emendauit, diſpoſuit, Latine vertit, ac elenchum veterum ſcriptorum adiecit. Subiiciuntur Phil. Iac. Mauſſaci notae, et diſſertatio critica. Acceſſerunt Henr. Valeſii notae et animaduerſiones in Harpocrationem, et Mauſſaci notas. Lugd. B. 1683. 4.*

Noſtro autem ſaeculo cum virorum doctorum languidiora hoc in genere ſtudia eſſent, duo iuri Attico facem praeferre ſtuduerunt, alter Anglus, alter Germanus, cum illo tamen nullo modo comparandus, licet vterque a Reiskio *praef. ad Aeſchinem §. II. p. XXIII.* praeter Petitum et Valeſium, ab inſigni iuris Attici peritia laudetur. Ac primum quidem Io. Taylorus *Lect. Lyſiac. cap. X. p. 705. ſeqq. edit. Lond.* et in Reiskii *Orat. Graec. Vol. VI. p. 290. ſeqq.* praemiſſa iuris Attici commendatione, nouique de Republica Athenienſi commentarii deſcriptione, nonnulla ad eam rem ſpectantia vniuerſe obſeruauit, poſt *cap. XI. p. 709. ſeqq. edit. Lond.* apud Reiskium *p. 300. ſeqq.* Leges Atticas, apud Lyſiam repertas, recenſuit et doctiſſime explicauit. Earum ſunt numero viginti ſeptem. Deinde vero in praefationibus et notis ad orationes Demoſthenicas et Aeſchineas, quae, nitidiſſimis typis impreſſae, in lucem exierunt *Cantabrigiae 1748.* (volumen tertium) et 1757. (volumen ſecundum) quaternis, non pauca in medium adtulit ad Leges Atticas, in vtroque oratore obuias, rectius intelligendas. De quibus Reiskii *praef. ad Demoſth. §. X.* iudicium adſcribere iuuat. *Tayloranae notae,* inquit, *ſunt bonae frugis plenae. Sed apparet, eum meliorem eſſe iuris Attici interpretem, in quo regnat, quam criticum, ſeu emendatorem, quo in genere parum valet, et paene contemnendus eſt.* Neque tamen ex delineatione operis Demoſthenici in praefatione tertio volumini praemiſſa, in Reiskii *Appar. Crit. Vol. II. p. 1192. ſeq.* patet, cum indicem legum Atticarum, quae apud Demoſthenem occurrunt, ſi illud ad exitum perducere per fata licuiſſet, fuiſſe adiecturum.

iectarum. Promiſit tantum *indicem Atticarum locutionum uberrimum atque accuratum*, quem nunc Reiskii diligentiae debemus. Vſus autem eſt in legibus exprimendis literis maiuſculis, eo conſilio, vt, ceu ipſe ait *d. l. p. 1191.* quemdam quaſi *Theſaurum*, ſiue *Repertorium Iuris Attici* lectori ob oculos repraeſentaret.

Hoc laudabili Taylori diligentia, in tribus illis maiorum gentium oratoribus, Lyſia, Demoſthene et Aeſchine, iurisprudentiae Atticae lumine colluſtrandis conſpicua, excitatus Io. Gottfr. Hauptmannus, gymnaſii Ruthenei, quod Gerae eſt, nuper Director, animum adpulit ad Andocidem, minorum gentium oratorem, eadem ratione, impari tamen ſucceſſu, iuris Attici fontibus irrigandum, variisque proluſionibus ſcholaſticis hoc argumentum per partes exegit. Vide Reiskium *Epilog. Vol. IV. Orat. Graec. p. 139. ſeq.* Atque illae Hauptmanni proluſiones Geranae de Andocide, in quibus tamen ſubtilitatem et elegantiam Atticam deſideres, antea parum obuiae, iam continentur Reiskii *Orat. Graec. Vol. VIII. p. 535 — 611.* ſub titulo: *Io. Gottfr. Hauptmanni Libellus de Andocide oratore Attico.* Huius loci ſunt *cap. V. Rempublicam Atticam Andocidae aetate deſignans 1758. cap. VII. de legibus Atticis ſingulatim ab Andocide memoratis 1760. cap. VIII. forum Atticum ab Andocide propoſitum eod. cap. IX. occupatos in foro Attico ſtrictim recenſens 1761.* Adde *Proluſ. de modo in foro Attico verſandi, ex oratoribus quibusdam, Andocide potiſſimum eod.*

Io. Iac. Reiskius, feliciſſimus ille veterum Graeciae oratorum ſoſpitator, nihil hoc in genere praeſtare voluit. Adnotationes enim ad Demoſthenem non eſſe labyrintheis inquiſitionibus in ius Atticum perplexas, ipſe profitetur *dedicat. Vol. I. Appar. Crit.* ad Athanaſ. Augerum, et inter *Indices Operum Demoſthenis*, qui peculiare volumen efficiunt, exhibetur quidem primum *index grammaticus*, isque locupletiſſimus, deinde *hiſtoricus*, ac tertio *geographicus*, ſed *index legum*, quarum a Demoſthene facta eſt mentio, quarto loco erat adiiciendus, quem etiam olim a ſe confectum iri pollicitus fuerat *praef. ad Demoſth. §. XXIII. Index legum et pſephiſmatum* in Aeſchinem *Orat. Graec. Vol. IV. p. 1219. ſeq.* eſt nuda legum et pſephiſmatum commemoratio, ſine vlla Reiskii interpretatione. Indicem legum, quem *praef. ad Lyſiam p. IX.* addere promiſerat, poſtea inter reliquos indices non exhibuit, propterea quod ea in re ſibi iam occupatum factum eſſe a Tayloro intellexit, vt fatetur *praef. ad ſuos in Lyſiam indices p. 752.* Atque ſic etiam inter indices ad ceteros oratores index legum deſideratur. Quare optandum eſſet, vt vir Graece doctus, et iuris Attici conſultus Taylori veſtigiis inſiſteret, et ad modum Io. Aug. Erneſti in *Claue Ciceroniana* Indicem Legum in omnes oratores, eosque Reiskianos comprehendens, accurate confectum, et idonea interpretatione inſtructum, ſupplementi loco, ſingulari volumine publicaret. Si quis enim, huic rei aptus, hunc ſibi modum ſtatueret, vt, quae ad Leges Atticas, quarum ab his oratoribus vel ipſa verba recitantur, vel vis tantum et ſententia exprimitur, explicandas atque illuſtrandas ab aliis iam dicta ſunt, et ſparſim diſſeminata, ea tantum ſtudioſe collecta, ac recte digeſta adferret, licet vel parum, vel nihil noui ex ſuopte ingenio depromtum adderet: vel ſic tamen, vt mihi quidem videtur, eorum, qui, propter rei familiaris anguſtias, non poſſint iurisprudentiae Atticae fontibus, quorum hic ſpeciatim notitiam ſuppeditamus, vti ac frui, eoque de cauſſa et carere plerumque melioris notae interpretibus cogantur, et ab iis legendis retineantur, rationibus optime conſuleretur.

Poſtremo

Poſtremo loco in hac claſſe cum eximia laude cenſendus eſt doctiſſimus Italus, Clem. Blaſius, qui in *Tractatu de Decretis Athenienſium*, quinquennio abhinc in lucem emiſſo, de quo mox dicemus adcuratius, praeter inſignem hanc iurisprudentiae Atticae partem, multas Athenienſium leges, quarum in ſententiam cauſſasque Petitus minus penetrauerat, neque omnibus, quibus adhuc premuntur, difficultatibus easdem liberauerat, eleganter fuit interpretatus.

CAPVT III

DE HIS QVI SINGVLARIA IVRIS ATTICI ARGVMENTA EX INSTITVTO PERTRACTARVNT

Poſtquam de illis, qui vel integros iuris Attici commentarios conſcripſerunt, vel plurimarum legum explicationem dederunt, vniuerſim locuti ſumus: rerum ordo poſtulat, vt eos iam commemoremus, qui in ſingulis iuris Attici argumentis ex inſtituto perſequendis illuſtrandisque fuerunt verſati. Quo quidem in genere iurisprudentia Attica non ea ſcriptorum vbertate abundat, qua in Romano iure vel feliciſſima memoria fatigatur. Quare in tanta eorum, qui ſingulis iuris publici priuatique Athenienſium capitibus operam impenderunt, paucitate nobis admodum breuem catalogum contexere licebit: quem ſub certis titulis, ordinem Pandectarum Iuris Attici, a Petito editarum, ſecuti, iurisprudentiae Atticae cultoribus nunc exhibemus.

LIB. I. TIT. I.

De Deorum cultu, ſacris aedibus, diebus feſtis, et ludis.

Praecipuam huius tituli partem efficiunt leges de Myſteriis. Quod argumentum abſtruſum, et ex vltimis antiquitatis tenebris eruendum, poſt Gul. Warburtonum et Io. Lelandum, noua ratione, et cum inſigni variae ac reconditae eruditionis adparatu excoluit Sancruceus, (de Sainte-Croix) cuius ingenio ſagaci respublica litteraria debet opus illud elegantiſſimum, magnoque litteratiſſimi cuiusque plauſu exceptum, hoc titulo: *Commentarii de hiſtoria religionis arcanae apud antiquos populos, ſiue Quaeſtiones hiſtoricae et criticae de Myſteriis Gentilium (Mémoires pour ſervir à l' hiſtoire de la religion ſecrete des anciens peuples, ou Recherches hiſtoriques et critiques ſur les Myſtères du Paganiſme) Pariſ. 1784. 8.* De quo quidem ſcriptore liceat nobis vſurpare elogium, ab Auguſtino *Lib. VI. de Ciuit. Dei c. 2.* doctiſſimo Romanorum, M. Terentio Varroni, propter Antiquitatum libros tributum, his verbis: *Quis curioſius iſta quaeſiuit? quis inuenit doctius? quis conſiderauit attentius? quis diſtinxit acutius? quis diligentius pleniusque conſcripſit?* De cultu religionis publicae, ſacrorum miniſtris, et criminibus contra religionem commiſſis ſuauiter, vt ſolet, diſſeruit Bartholomaeus *Deſcript. Itin. Anacharſ. Iun. cap. XXI. Tom. II. p. 381. ſeqq.*

LIB. I. TIT. II.

De Sacrorum Miniſtris.

Inſignis ad memoriam eſt lex de duobus Cerycibus Myſticis, ex Athenaeo in hunc titulum a Petito relata. Quod argumentum nobile, et magna ſimul difficultate implicatum adcurate et docte exceſſit Henr. Aug. Zeibichius *Diſſ. de Cerycibus Myſticis Witteb. 1752.* ad quam tamen ſymbolas videtur contuliſſe Io. Dan. Ritterus, quo praeſide pars prior publice ad disputandum fuit propoſita. Pars poſterior, qua hanc legem Atticam exponit, pro tuenda Caſauboni ſententia, etiam Weſſelingio probata, Petito atque Pottero eſt oppoſita.

LIB. II. TIT. I.

De Legibus.

Legum ferendarum et conſeruandarum apud Atticos modum paucis adtigit Io. Gottfr. Hauptmannus duabus ſcriptiunculis, *de priſcis Graecarum, nominatim Atticarum, legum latoribus Ger. 1759.* et *de latione et conſeruatione legum apud veteres Graecos, ſingulatim Atticos ibid. 1760.* De aequitate legum Atticarum ad Phaedrum *Lib. I. fab. 2.* exſtat Andr. Lud. Koenigsmanni diſquiſitio in *Bibliotheca varii argumenti Hamburgenſi (Hamburgiſche vermiſchte Bibliothek) A. 1743 — 45.* publicata, *Vol. II. p. 593. ſeqq.* Neque hic ſilendus eſt Io. Henr. Muckius *de Nomophylacibus apud Athenienſes Witteb. (1754)* qua quidem breui commentatiuncula olim iuuenis ſcholaſticae palaeſtrae quaſi coronidem impoſuit: dignum argumentum, quod vir doctiſſimus iam virili aetate plenius et adcuratius ſub incudem reuocaret.

LIB. II. TIT. II.

De Senatusconſultis et Plebiſcitis.

De ſenatus populique Athenienſium decretis primus praeclare commentatus eſt Io. Tob. Krebſius, qui eo tempore, quo ſcholae Grimmanae diſciplina continebar, animum meum ad Graecarum Latinarumque litterarum amorem concipiendum amantiſſime concitauit, concitatum liberaliſſima inſtitutione fideliſſime aluit atque formauit, in eo opuſculo, quod ita inſcriptum: *Decretum Athenienſium in honorem Hyrcani Pontificis M. Iudaeorum factum, commentario hiſtorico grammatico critico illuſtratum,* primum ſeparatim lucem viderat *Lipſ. 1751. 4.* deinde vero auctius et emendatius adiunctum eſt eiusdem libro, qui complectitur *Decreta Romanorum pro Iudaeis facta, e Ioſepho collecta, et commentario hiſtorico grammatico critico illuſtrata Lipſ. 1768. 8.* Krebſio viam praeeunte, et in multis eius ratione retenta, idem argumentum denuo, ac multo copioſius explicare adgreſſus eſt Clem. Blaſius, ſiue Biagi, vt Italice nomen eius exprimitur, conſcripto *Tractatu de Decretis Athenienſium*, cuius tantum CCL exemplaria, magna formularum ſtannearum elegantia, impreſſa ſunt *Romae 1785. 4.* Quo quidem in opere rebus obſcuriſſimis clariſſimam lucem adfudit, et, praeter ingenium adcuratа rerum Atticarum cognitione ſubactum atque exercitatum, etiam indefeſſam inueſtigandi ſollertiam adhibuit. Neque enim modo celeberrimum decretum Athenienſe ex muſeo Iacobi Nanii, equitis ac ſenatoris Veneti, egregiis obſeruationibus illuſtrauit, ſed etiam totum illum de decretis Athenienſium locum, praeter primas lineas a Krebſio ductas, a nemine hucusque rite pertractatum, plene excuſſit, ſimulque ad Corſini *Faſtos Atticos* pluribus locis emendandos atque locupletandos haud parum contulit, ac poſtremo ſyllogen Athenienſium decretorum, quae apud veteres ſcriptores adhuc ſuperſunt, additis duobus Deliis, vnoque Agrigentino, adiecit. Praecipue autem ad vim auctoritatemque decretorum ſenatus populique Athenienſium penitus cognoſcendam, legesque ſuper hac re latas melius intelligendas legiſſe iuuabit *cap. XXI.* Hoc vnum lectores mecum moleſte ferent, hoc in opere, ceteroqui eruditiſſimo, et antiquitatum Atticarum cultoribus vtiliſſimo, ſermonis Latini puritatem atque elegantiam, Italis quondam propriam, ab illius auctore fuiſſe neglectam.

LIB. II. TIT. IV.

De liberis legitimis, nothis, adoptiuis, et patria poteſtate.

De abdicatione liberorum, parentibus iure Attico conceſſa, exſtat Chriſt. Henr. Breuningii *D. J. περὶ ἀποκηρύξεως, ſeu de abdicatione Lipſ. 17*[illegible]. De eodem argumento, vete-

rum

rum ſcriptorum locis diligenter collectis, commentari inſtituit, ac nonnulla in chartas coniecit Georg. Aug. Marchius, ſenator Lipſienſis, paucis abhinc annis vita defunctus, vt aliquando inter familiares ſermones de rebus ad litteras antiquas, quarum erat peritiſſimus, ſpectantibus ex eo me audire memini. Cuius ſupellectile libraria auctionis lege diuendita, ſchedae illae in liberales an illiberales manus venerint, equidem neſcio.

LIB. III. TIT. I.

De Senatu Quingentorum et Concione.

Praeter ea, quae ad hunc titulum illuſtrandum a Petito ac Pottero copioſe adlata ſunt, vna, quod ſciam, ſingularis diſſertatio exſtat, ſcripta a Blancardo *de Prytanibus et Prytaneiis*, (*ſur l'origine et les fonctions des Prytanes, et ſur les Prytanées*) et inſerta *Hiſt. Acad. Inſcript. Tom. VII. p. 57 — 67. edit. Pariſ.* et *Tom. IV. p. 89 — 106. edit. Amſt.* Noua quidem non ſunt, ſed viris doctis iam ſatis cognita, legendo tamen voluptatem adferunt, quae Bartholomaeus *d. l. cap. XIV. p. 273. ſeqq.* in medium protulit.

LIB. III. TIT. II.

De Magiſtratibus.

De ſortitione magiſtratuum apud Athenienſes Io. Henr. Boeclerus *Diſſ.* Δοκιμασία Ἀττικὴ, *id eſt, probatio magiſtratuum Athenienſium, ad Lyſiae orat. XV. et XXX. Diſſertatt. Acad. Tom. II. N. XXX. p. 942. ſeqq.* vulgaria tantum prudentiae ciuilis praecepta more ſuo tradit. Meliora ex antiquitate Attica, et ipſis fontibus docet Iac. Henr. Bornius *Diſſ. de ſortitione magiſtratuum Atticorum contra Pythagoreos defenſa Lipſ. 1734.* Adde Bartholomaeum *cap. XV. p. 308. ſeqq.*

LIB. IV. TIT. I.

De Iudicibus.

De Areopago complures ex inſtituto egerunt. Ac primum nobiliſſimo huic argumento explicando magnam diligentiam impendit Io. Meurſius, cuius *Areopagus, ſiue de ſenatu Areopagitico liber ſingularis Lugd. B. 1624. 4.* exſtat apud Gronouium *Theſ. Vol. V. p. 2065 — 2132.* et in Lamiana Operum editione *Tom. II. p. 365 — 452.* Nec poſt Meurſium defuerunt, qui in eodem tribunali ſingularibus commentationibus deſcribendo operam occuparent. Quorſum pertinet Io. Schedii *Diſſ. Areopagus, vetuſtiſſimum Athenarum et Graeciae tribunal Witteb. 1677.* Quod opuſculum, propter raritatem ac praeſtantiam bis typis repetitum, tum in Conr. Ikenii *Theſ. Nou. Theol. Philolog. Tom. II. p. 661 — 691.* tum in Ger. Oelrichii *Collect. Diſſertatt. Iurid. Antiq. Hiſt. Brem. 1785. 4. N. IV.* comparet. Laur. Normanni *Senatus Areopagiticus Vpſal. 1689. 8.* et Petr. Eckermanni *Iudex Areopagita ibid. 1744.* nondum in manus meas venerunt. Hoc loco non poſſum mihi temperare, quin craſſum ac ridiculum errorem in Lipenii *Biblioth. Iurid. Tom. I. p. 560.* in neutro *Supplementorum ac Emendationum* volumine, quod mirere, correctum atque ſublatum, caſtigem, quo inter ſcripta iuris Attici relatae ſunt Mart. Delrio, ſocietatis Ieſu ſacerdotis, qui cum Marc. Ant. Delrio, iuriſconſulto, male confunditur, *Vindiciae Areopagiticae contra Ioſ. Scaligerum*, non *Lugduni*, vt perperam traditur, ſed *Antuerpiae 1607. 8.* editae: quae, vt inter omnes abunde conſtat, et ipſius libelli inſpectio docet, pertinent ad controuerſiam de Dionyſii Areopagitae ſcriptis, atque ideo a iure Attico longiſſime ſunt

 remotae.

remotae. Dignae autem ſunt, quae hic laudentur, Canaii (de Canaye) diſſertationes duae *de Areopago*, (*Recherches ſur l'Aréopage*) inſertae *Comment. Acad. Inſcript. Tom. VII. p. 174 — 200. edit. Pariſ.* et *Tom. X. p. 273 — 316. edit. Amſt.* De iudicio Ephetarum, poſt Sigonium Meurſiumque, adcuratius ac diligentius egit Krebſius *Diſp. de Ephetis, Athenienſium iudicibus Lipſ. 1740.* et *Opuſc.* quae iunctim edita ſunt *Lipſ. 1778. 8. N. I.* qua leges Atticas de homicidiis, formamque huius iudicii eleganter expoſuit. Luculenta porro exſtat Iac. Henr. Bornii *Diſſ. de Delphinio Athenienſium tribunali Lipſ. 1735.* qua vniuerſus locus de caede, legibus Atticis vel praecepta vel permiſſa, egregie explicatur. Conferenda tamen eſt laudata Krebſii diſputatio *§. IX.* Nec ſilentio praetermittendae ſunt Blancardi *Obſervationes de tribunalibus Athenienſium*, (*Obſervations générales ſur les Tribunaux établis à Athènes pour le maintien des Loix, et pour régler les différends qui s' élevoient entre les particuliers*) *Hiſt. Acad. Inſcript. ibid. p. 51 — 56. edit. Pariſ.* et *Tom. IV. p. 79 — 88. edit. Amſt.* itemque *Diſſ. de Heliaſtis*, (*ſur les Héliaſtes*) *ibid. p. 68 — 73.* et *p. 106 — 115.* Adde Pauium *Diſquiſ. de Graec. P. III. ſect. 6. §. 1. Tom. II. p. 3 — 13.* et *§. 5. 6. p. 32 — 48.* Nuper etiam Bartholomaeus *cap. XVI. p. 315. ſeqq.* de tribunalibus Athenienſium, et *cap. XVII. p. 324. ſeqq.* de Areopago quaedam narrauit.

LIB. IV. TIT. IV.
De Iudiciis.

Ad cognoſcendum ordinem iudiciarium apud Athenienſes, in cauſſis tam ciuilibus quam criminalibus, adprime vtilis eſt Ioach. Stephani *de Iurisdictione veterum Graecorum liber*, qui Atticis tantum iuribus occupatur, in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. VI. p. 2675 — 2754.* Eſt ſecundus liber ex eius quatuor *de Iurisdictione Francof. 1604. 8.* quod opus integrum typis iterare operae pretium foret. Scriptiunculas Hauptmanni de foro Attico ſupra iam laudauimus. De accuſationibus et forma iudiciorum criminalium breuiter fabulatus eſt Bartholomaeus *cap. XVIII. p. 334. ſeqq.* De vſu quaeſtionis in iudiciis Atticis legenda eſt Mich. Henr. Gribneri *Obſeruatio de vſu tormentorum apud Athenienſes*, in eius *Sel. Opuſc. Iur. Publ. et Priu. Hal. Magd. 1722. 4. Tom. V. ſect. VI. p. 156 — 162.* qua quidem ingenuos ciues, teſtimonii dicendi cauſſa, tormentis ſubiici potuiſſe negat, an vero criminis atrocioris ſuſpectos torqueri fas fuerit, in medio relinquit. Nuperrime in hoc argumento excutiendo induſtriam exercuit Io. Frid. Reitemeierus *Comment. de origine et ratione quaeſtionis per tormenta apud Graecos et Romanos Gotting. (1785) 8.* qua de quaeſtione apud Athenienſes *p. 15 — 32.* ita diſputationem inſtituit, vt ingenuorum et municipum corpora, quadam Scamandrii lege, a tormentorum cruciatibus tuta, exceptis cauſſis grauioribus ac rebus trepidis, ſeruos autem, ſine vllo ſexus vel aetatis diſcrimine, in omni et criminalium et ciuilium cauſſarum genere, publice priuatimque dirae quaeſtioni obnoxios fuiſſe contendat. Ceterum hanc commentationem, vt et ſequentium doctrinae ab eodem propoſita, lima Heynii, cuius diſciplina in academia Gottingenſi Reitemeierus, ſeminarii philologici ſodalitio adſcriptus, vſus fuit, videtur perpoliuiſſe.

LIB. IV. TIT. IX.
De Poenis.

Hic cum praecipua laude memoranda eſt Sigism. Frid. Dreſigii *Diſſ. de cicuta, Athenienſium poena publica Lipſ. 1734.* De ignominioſa capitalique poena Stelitarum, ſive eo-

rum,

rum, quorum nomina vna cum elogio pilae ita inſcribebantur, vt ipſi ab vnoquoque impune poſſent occidi, legenda eſt erudita Krebſii *de Stelitis Athenienſium commentatio Lipſ.* 1744. et *Opuſc. N. II. p.* 43. *ſeqq.* Omnino autem *de poenis Atticis* proluſionem manu exaratam reliquit Hauptmannus, vt teſtatur Henr. Aug. Zeibichius *Proluſ. qua ſcripta Io. Gottfr. Hauptmanni recenſet Ger.* 1783. *p.* 8. Adde nunc, ſi placet, etiam Pauium *d. l.* §. 7. *p.* 48. *ſeqq.* et Bartholomaeum *cap. XIX. p.* 345. *ſeqq.*

LIB. V. TIT. I.

Finium Regundorum.

Legem Solonis de finibus regundis, quam Caius *L.* 13. *D. fin. reg.* ex eius libro IV. ad Legem XII Tabularum deſumta, vna ſerie exhibuit, Petitus autem ſine ratione, vt recte monuit Weſſelingius *p.* 450. in plures diſſecuit, poſt Petitum atque Heraldum *Obſeru. et Emend. cap. XLI.* ex inſtituto explicauit et illuſtrauit Zach. Huberus *Diſſertationum*, quae editione iterata, nouisque acceſſionibus aucta prodierunt *Amſt.* 1721. 4. *Lib. III. diſſ. I. c.* 1. ſed ineptiſſime et futiliſſime, vt ſolet. Nuper vero eamdem legem docte et eleganter interpretatus eſt Buchaldus *Diſſ. praelim. de Lege XII Tabularum P. I. ſect.* 3. *p.* 55 — 60.

LIB. V. TIT. IV.

De Vſuris.

De conditione ac fortuna debitorum obaeratorum apud Athenienſes, tam ante Solonis aetatem, quam lege ab eo promulgata, poſt Salmaſii et Heraldi ſuper hoc argumento disputationes, docte atque eleganter egit Iul. Car. Schlaegerus *Diſſ. de debitore obaerato ſecundum ius Hebraicum et Atticum creditori in ſeruitutem adiudicando Helmſt.* 1741. typis iterata in Dan. Fellenbergii *Iurispr. Ant. Tom. I. p.* 1 — 72. De priori legis, qua Solon nexum corporis ſuſtulit, capite, quod σεισάχθεια dicitur, et ſemel tantum auctoritatem habuit, exſtat peculiaris I. M. Gaſſeri *Diſſ. de σεισαχθεία Solonis Hal.* 1748. cui quale pretium ſit ſtatuendum, cum in conſpectum meum nondum venerit, dicere nequeo.

LIB. V. TIT. VII.

De Collegiis et Pollicitationibus.

Adnotatio ad legem Solonis de ſodalitiis, Caio memoratam in *L.* 4. *D. de colleg. et corpor.* eſt apud Corn. Bynkershoekium *Lib. I. Obſeru. Iur. Rom. c.* 16. Eamdem legem erudite explicauit Buchaldus paullo ante laudata *Diſſ. praelim. de Lege XII Tabb. P. I. ſect.* 3. *p.* 60. *ſeqq.* De ἐράνοις, ἐρανισταῖς et ἐράνου πληρωταῖς, quae Salmaſio et Heraldo tantas rixas mouerunt, breuem commentatiunculam ſcripſit Hauptmannus *de ἐράνοις Athenienſium Ger.* 1759.

LIB. VI. TIT. VI.

De Teſtamentis et hereditario iure.

Legem Solonis de teſtamentis illuſtrarunt Alb. Gentilis *Lib. IV. Lect. et Epiſt. c.* 6. et Bern. Henr. Reinoldus *Var. cap. VIII.* De contractibus mulierum Atticarum expoſuit, legemque Solonis, a Petito de vltimis voluntatibus male acceptam, recte interpretatus eſt Em. Merillius *Lib. V. Obſeru. c.* 1. De ſucceſſione ab inteſtato ex ephemeridibus litterariis mihi

 cognita

cognita eſt Frid. Nathan. Volkmari *Diſſ. I. de inteſtatorum Athenienſium hereditatibus Trai. ad Viadr. 1778.*

LIB. VI. TIT. VII.

De Tutelis.

Legem de liberorum cura illuſtrauit Hauptmannus *Comment. de iuuentutis apud antiquos Graecos inſpectoribus et curatoribus Ger. 1755.* Cui iunge Ern. Chriſtoph. Walchii *Comment. de tutela impuberum Attica Gotting. 1767.* de qua mihi, neſcio vnde cognita, et in aduerſariis notata, iudicium ferre non licet.

LIB. VII. TIT. V.

De Furtis.

Multa inter viros doctos de furto per lancem et licium concepto olim diſputata eſſe ſatis conſtat. De quo argumento ex inſtituto egerunt Marc. Tatius Alpinus *Epiſtola* edita *Baſil. 1545. 4.* et Iuſtiniani Inſtit. curante Io. vande Water *p. 641 — 656. edit. Io. Conr. Ruckeri Lugd. B. 1744. 4.* adiecta, Vitus Amerbachius *Epiſtola* typis impreſſa *Baſil. 1584. 8.* et Abrah. Wielingius *Diatribe Marb. Catt. 1719. 8.* publicata, Fellenbergii *Iuriſpr. Ant. Tom. II. p. 113 — 210.* inſerta, et a variis ſub examen vocata. Vide Wielingium ipſum ad *Alex. Chaſſanaei Paratit. Inſt. Iur. Ciu. Lib. IV. tit. I. p. 224. ſeq.* Nouiſſime ea de re expoſuit Georg. Chriſt. Maternus de Cilano *Proluſ. de modo furtum quaerendi apud Athenienſes et Romanos Alton. 1769.*

LIB. VIII. TIT. IV.

Miſcella.

Famoſiſſimam illam Solonis legem de media via in ſeditione atque diſceſſione populi prohibita, quam auctoritate Ariſtotelis Gellius *Lib. II. Noct. Attic. c. 12.* refert, aliquot viri docti peculiari opera illuſtrare ſtuduerunt. Primum Fabricius noſter laudat Aeg. M[illegible] *Orat. de lege Solonis, qua ignominia notarat eos, qui in ſeditione alterutrius partis non fuiſſent Helmſt. 1655.* cuius inſpiciendae mihi nondum fuit copia. Deinde commemoranda eſt Georg. Richteri *Orat. de lege Solonis, qua ſanctum erat, ne quis in bello ciuili medius eſſet, aut partis neutrius,* in eius *Orat. Decad. Norib. 1658. 8. orat. V. p. 12[illegible]. ſeqq.* Denique idem argumentum tractauit, multis, ſed vulgo notis, de Solone et legibus eius generatim praemiſſis, Io. Frid. Menzius *Diſp. Cogitationes in Gellii Lib. II. c. 12. de Solonis Legibus, et vna ſpeciatim Lipſ. 1701.*

In fine huius capitis et, exemplo Petiti, hoc *Miſcellaneorum* titulo adhuc trium ſcriptorum, quorum neque participes fieri, neque idcirco in alium locum illa commode referre potuimus, breuis mentio eſt facienda, ne, plenam librorum iuris Attici perfectamque, quoad eius fieri poſſit, notitiam daturi, incuria et oſcitantia ea omiſiſſe videamur. Primum Valent. Gul. Forſteri *Additamenta ad Solonis leges in Latinam linguam verſas Witteb. 16[illegible]. 8.* a Fabricio aliisque laudata, quas Solonis leges contineant, et numquid interpretationis illuſtrationisue loco a Forſtero fuerit allatum, iuxta cum ignariſſimis ſcio. Deinde Gottfr. Schmidii *Diſſ. de Solone legislatore Lipſ. 1688.* non ſolum a Fabricio, ſed etiam ab aliis cum laude memorata, et a noſtratibus ſaepius, ſed tamen ſemper [illegible] precibus, a me expetita, quid ſiue in hiſtoria ſiue in diſciplina iuris Attici illuſtranda praeſtet, mihi non liquet. (Hanc quidem paullo ante, quam hac

hae animaduerſiones operis denuo deſcribendae traderentur, viri cuiusdam docti, qui domicilium ſedemque fortunarum in Miſniae oppidulo, vbi vix quisquam eiusmodi ſcripta quaerat, conſtituit, humanitate ac liberalitate me nactum eſſe gratus profiteor. Abſoluitur haec *diſſertatio prima* duabus partibus: quarum altera agit de Solone, altera de eius legibus, facta diuiſione in ſacras et ciuiles, atque has quidem vel ad morum doctrinam, vel ad prudentiam ciuilem pertinentes. Quarum illas ad quatuor virtutes, temperantiam, liberalitatem, magnificentiam, et iuſtitiam, reuocatas auctor breuiter recenſuit, et quid de ſingulis iudicandum ſibi videretur, cuilibet ſtatim ſubiunxit: has vero alteri diſſertationi, quae, quod ego quidem ſciam, numquam edita fuit, reſeruauit.) Denique Ger. Tiaard Suringeri *Obſeruationes ſelectae ad Leges quasdam Solonis Franeq. 1781.* diſſertatione inaugurali propoſitae, et ex annalibus litterariis mihi tantum cognitae, ſintne quantiuis pretii, an vero, vt plurimae huius generis ſcriptiunculae, in academiis Belgicis recentiore aetate in lucem emiſſae, et a nonnullis inter populares noſtros, iisque elegantioribus, ſi diis placet, iurisconſultis, qui ineptas ſingulis annis chartas in publicum protrudunt, atque inanem diffuſae lectionis gloriam ſingulis fere paginis adfectant, vsque ad faſtidium laudatae, trita tantum ac decantata complectantur, aliis diiudicandum relinquo.

CAPVT IV

DE LEGVM ATTICARVM ATQVE ROMANARVM COLLATIONIBVS

Accedo ad huius recenſionis partem vltimam, in qua de Legum Atticarum Romanarumque comparationibus, deque earum auctoribus nos quaedam dicturos polliciti ſumus. Ac primus quidem, qui hoc in genere aliquid tentaret, fuit Phil. Melanchthon, a Fabricio iam laudatus, cuius breuis quidem, ſed non contemnenda *Collatio Legum Atticarum et Romanarum Witteb. 1546. 8.* formulis chalcographicis repetita exſtat in Woldenbergii *Princ. Iur. Rom.* Melanchthonem excipit Pard. Prateius, qui in *Iurispr. Vet.* cuius cenſuram ſupra egimus, leges Draconis Solonisque cum priſcis Romanorum legibus contendere inſtituit. Confer Hambergerum *Obſeru. ad Grauinae Orig. Iur. Ciu. Opusc. p. 348. ſeq.* Atque hoc loco omnino omnes commode laudari poſſunt, qui leges regias et XII Tabularum ita ſunt interpretati, vt ad ius Atticum, tamquam praecipuum earum fontem, recurrerent, et inde genuinas harum ſanctionum cauſſas deriuarent. Rectiſſime enim Greg. Maianſius *Lib. V. Epiſt. 5.* cui catalogum librorum bibliothecae ſuae inſeruit, *p. 247. edit. Ienich.* vbi *Leges Atticas cum Sam. Petiti commentario* memorantur, haec adſcripſit: *Hic fons, hoc principium eſt Romani iuris.* In quibus XII Tabularum interpretibus, mea quidem ſententia, principatum tenet Conr. Rittershuſius in eo commentario, qui *Dodecadeltos* inſcribitur, *Argent. 1616.* et *1659. 4.* vbi in ſingulis capitibus iuris Romani cum Attico conſenſionem oſtendit: quem recentiſſimus earum interpres, Buchaldus, (Bouchaud) iurisconſultus et anteceſſor Pariſienſis, *Commentario ad Legem XII Tabularum, (Commentaire ſur la Loi des Douze Tables)* nitidiſſimis chartis et typis impreſſo editoque *Pariſ. 1787. 4.* hac in re feliciter fuit imitatus. Eiusdem Rittershuſii exſtat *Collatio actionum forenſium Atticarum et Romanarum praecipuarum*, ad calcem *Comment. in Inſtit. Iuſtin. p. 788. ſeqq.* Sed ex hoc feſtinato opusculo aut parum aut nihil vtilitatis in lectores redundabit. Secutus eſt in actionum recitatione ordinem Decalogi: quibus cauſſis inductus, his verbis declarat: *Sic legantur Atticae et Romanae actiones tamquam doctrina de*

virtute,

virtute, ſumta ex lege naturae, ſeu a primorum patrum doctrina. Et ſtatim poſt addit: *Haec de actionibus praemonere volui, vt ſciant ſtudioſi, eas non tantum eſſe formulas litigantium, ſed virtutis doctrinam, a Deo traditam, et philoſophiam.* Haec vero quis non ſua ſponte intelligit eſſe valde nugatoria, et Rittershuſio, viro ceteroqui erudititiſſimo, plane indigna. Deſid. Heraldi *Commentarius iuris Attici cum Romano collati*, cuius aliquando edendi ſpem fecit *Obſeru. et Emend. cap. XLVII.* numquam lucem vidit. Ant. Thyſii *Collatio Legum Athenienſium et Romanarum*, quae eiusdem *de Republica Athenienſium diſcurſui politico* acceſſit, in Gronouii *Theſ. Graec. Antiq. Vol. V. p. 1373. ſeqq.* iudice Weſſelingio *praef. ad Petit. p. IX.* opera eſt leuidenſis, craſſo filo, et ex Petito magnam partem deſcripta. Sic et Balth. Frid. Rummelii *Commentationes de comparatione legum Romanarum cum Graecorum inſtitutis*, quarum prima *1784.* altera *1785. Lipſiae* ad diſputandum fuit propoſita, e Pottero, Cragio, Rolino aliisque, plerumque non laudatis, maxima ex parte ad verbum ſunt exſcriptae: quod quisque, cui tanti eſſe videatur, facile deprehendere comparando poteſt, vt nos in vtroque libello deprehendimus.

Magnam quoque eſſe legum Moſaicarum atque Atticarum ſimilitudinem, praeclare et ex inſtituto demonſtrauit Io. Franc. Buddeus, cuius exſtat *Diſſ. ſiſtens legum Solonis et Moſaicarum collationem Hal. 1699.* Eamdem rem vno alteroue exemplo paucis illuſtrauit Io. Gottl. Heineccius *praef. de vtilitate litterarum orientalium in iurisprudentia*, praemiſſa Io. Seldeni operi *de Synedriis et Praefecturis iuridicis veterum Hebraeorum Berol. 1734. 4.* et recuſa inter *Opuſcula minora Amſt. 1738. 8. N. VI. p. 2[illegible]. ſeqq.* Poſtremo eximiam laudem meretur, quae in ſingulari argumento iuris Moſaici, Attici Romanique conſenſu concentuque illuſtrando verſatur, Krebſii *Commentatio Philologica de amico conſenſu Ebraeorum, Graecorum, Romanorum in poena homicidae non voluntario conſtituenda Lipſ. 1781. 4.* Continet illa egregias obſeruationes, tum e ſacris litteris tum ex aliis antiquitatis monimentis collectas, quibus locus de caede fortuita et praeter voluntatem commiſſa, diſputatione *de Ephetis* olim ab eo tractatus, amplificatur ac luculentius illuſtratur.

Haec habui, quae de ſcriptoribus, qui diuerſo quisque conſilio ac modo iuri Attico explanando illuſtrandoque operam nauarunt, et mihi adhuc innotuerunt, [illegible] iurisprudentiae Atticae ſtudium iuuandi animo animaduertenda iudicarem. Praeſtiti, quae potui, et, quae per tempus licuit indagare, ſedulo attuli. Ceterum facile praeuidere poſſum, fore aliquos, qui negent, me omnia, quae ad hunc recenſum pertinerent, ſcripta attigiſſe. Quos, qualescumque ſint, humaniſſime rogatos cupio, vt ſecum cogitent, quam facile quaedam praetermittamus, quae eruditiſſimos aliorum oculos non fugiſſent, et quam verum ſit in hoc commentariorum litterariorum genere, quod Symmacho ſcripſit Auſonius *p. 4[illegible]. edit. Toll. Alius alio plura inuenire poteſt: nemo omnia.*

CAPVT XV

CAPVT XV

DE PINDARO ALIISQVE LYRICIS.

I. *Pindari Thebani aetas et vita.* II. *Scripta edita, et obiter de Graecorum Olympiis, Pythiis, Nemeis, Iſthmiisque.* III. *Laudata et reprehenſa in Pindaro.* IV. *Scholia graeca in Pindarum edita et ſcholiaſtae deperditi.* V. *Editiones Pindari, Verſiones, et in Pindarum commentaria.* VI. *Varia ſcripta recentiorum illuſtrantia Pindarum.* VII. *Deperdita Pindari ſcripta.* VIII. *Catalogus ſcriptorum in ſcholiis ad Pindarum excitatorum.* IX. *De praecipuis Lyricis aliis, quorum vel nihil vel pauca admodum fragmenta hodie habemus, Alcaeo,* X. *Alcmane,* XI. *Alpheo,* XII. *Anacreonte,* XIII. *atque ita de reliquis ſecundum ordinem litterarum.* [*]

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

PINDARVS, Daiphanti tibicinis a) Myrtus F. natus Olymp. LXV. b) 1. ante Chriſtum A. DXX. in ipſo Pythiorum feſto, futurus πολλῶν καὶ καλῶν ὕμνων τῷ Θεῷ Χορηγός, vt ait

a) Alii patrem vocant *Scopelinum*, alii *Pagonidam*, vt mater aliis dicitur *Clidice*, aliis *Myrtis*; [quae confuſa videtur; nam Myrtis eum docuit poeſin:] frater *Erotion*. Vxor *Timoxena*, filius *Daiphantus*, filiae binae, *Eumetis* ſiue *Polymetis* et *Protomache*. Verum de his aliisque, quae de induſtria praetermiſi, vide Suidam, Thomam Magiſtrum et e recentioribus Eraſmum Schmidium, Ioh. Benedictum, et Oxonienſis editionis curatores in Pindari vita. [item vol. III. Aus den Papieren einer Leſegeſellſchaft, n. 5. 1789. 8. Claſſicam biographiam germanice verſam a Murſinna vol. I. p. 79 ſqq. *Baſil. Kennet's* Lives of the Anc. Grecian Poets. p. 65 ſeqq.] *Ioſua* quoque *Barneſius* in vita Euripidis ſect. 4. Pindari vitam ſcripſiſſe ſe teſtatur, quae adhuc inedita deliteſcit. Fuere et alii Pindari. Nam 1) *Pindarus* e noſtri maioribus, Scopelini filius, Lyricus Poeta, *Suid.* [*Eudoc.* in Violar. p. 358.] 2) *Pindarus*, Melanis Filius, Epheſiorum Tyrannus, de quo *Polyaenus* VI. 50. et *Aelian.* III. 26. Var. 3) *Pindarus*, libertus Caſſii et in propricidio adiutor, apud *Plutarch.* in Bruto, p. 1004. et in *Antonio* p. 925. *Dionem* lib. XLVII. p. 354. *Valer. Maxim.* VI. 8. 4. et *Appianum* lib. IV. de bello ciuili. 4) *Pindarus* Grammaticus, qui laudatur in ſcholiis ineditis ad Dionyſium Thracem, [apud *Villoiſ.* in Anecd. gr. tom. II. p. 187. ſupra p. 519. nr. 87.] et Sexto Empirico p. 41. contra Grammaticos eſt *Pindarion.* 5) *Pindarus* presbyter ad quem S. Nili epiſtola. 6) *Pindarus*, ſub cuius nomine latinum carmen exſtat de bello Troiano, de quo dixi in Bibl. latina. [Confer ſupra, lib. II. cap. 3. p. 429. cl. *Wernsdorf.* in Poet. lat. minor. vol. IV. p. 562 ſqq. 596 ſqq. *Ioann. van der Duſſen* in Prodromo nouae Pindari Thebani Editionis, ſ. Specimine animaduerſionum criticarum, Campis, 1769. 8. – 7) *Pindarus*, Epheſius, qui, Croeſo Epheſum oppugnante, imperium in vrbe tenebat, Epheſiis conſilium dedit, vt per funes portas moeniaque Dianae templi columnis connecterent, atque ipſam vrbem Deae conſecrarent. *Polyaen.* VI. cap. 50.] Eſt et *Pindarus* fluuii nomen in Plutarchi Alexandro p. 675. ſed *Pinarum* vocat Polybius, tom. II. p. 922. ex Calliſthene. H. Stephanus vero in indice ſcriptorum a Pindari ſcholiaſtis laudatorum, Pindarum male facit *Orictiti filium.* Nam in loco ſcholiorum ad Pyth. 2. nihil aliud legitur quam quod Pindarus dixit ὀρικτῖτα υἱὸν pro filio hominis in montibus enutriti. [*Pindarus* hiſtrio legitur in vulgatis edd. Ariſtotelis de A. P. cap. 26. p. 212. meae edit. ſed ſuſpecta eſt lectio, et Τινδάρα maluit Sylburg. et dedit Batteux.] Effigies *Pindari* occurrit ante editionem Oxonienſem 1697. et in *Iac. Gronouii* tom. II. Antiquitt. Graecar. tabula 60. In Fuluii vero Vrſini elogiis p. 36. antiqua Pindari ſtatua capite trunca.

b) Male LXVII. excuſum in Scaligeri notis ad Euſebium p. 100. b. editionis ſecundae. *Fabric.* *Pindarum* natum eſſe Olymp. LXV. tradunt *Suidas* in voc. Πίνδαρος et *Eudocia* l. m. Atque in anno nati illius conſentiunt *Thomas Magiſter*, et recentiores, iique annum primum illius Olymp. ponunt, niſi quod *Larcher* in Chronol. Herodot. p. 571.

ait *Plutarchus* VIII. 1. ſympoſ. Patriam *Thebas* Boeotiae c) habuit, cuius opprobrium facile effugit ingenii elegantia, et carminum ſuauitate. Vide [*Themiſtium* Or. 27. p. 334. edit. Harduini, *Strabon.* VII. p. 495.] *Erasmum* Chil. I. cent. 10. in adagio *Boeotica ſus*, *Galenum* protreptico ad artes tom. I. p. 3. et ſcholia *Pindari* Olymp. Od. VI. ad verba vers. 153.

Γνῶναί τ' ἔπατ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-
θέσι λόγοις εἰ φεύγομεν Βοιωτίαν
Ὗν — — — —

Expoſitum infantem nutritum fuiſſe ab apibus, multi tradiderunt: *Antipater* in Epigrammate 4. Antholog. cap. 26. *Philoſtratus* 2. Icon. cap. 12. *Pauſanias* Boeoticis, [cap. 23. vbi alia quaedam de Pindaro narrat.] et *Aelianus* XII. 45. Var. [vbi vid. Scheffer. et Perizon.] Inſtituerunt Pindarum praeter parentes, *Laſus* Hermioneuſis et *Simonides*. [Item *Myrtis*, (auctore Suida in voc. Πίνδαρος) quae cum Pindaro certamen iniit poeticum, (vid. infra §. de *Corinna* et huius fragmentum in *Wolfii* Fragm. Poetr. p. 56. ex Apollonii libro de Pronomin. in *Salmaſii* Epiſtolar. lib. I. ep. 14. ad Voſſium, p. 32 ſq. et de Helleniſtica p. 77. vide notas ad Wolfii edit. *Olearius* de poetr. p. 23 ſq. dubius eſt, quomodo id intelligat:) et *Corinna*, (ſecundum auctorem vitae Pindaricae metricum.) *Harl.*] Quinquies victus eſt a *Corinna*, de qua vide ad eundem *Aelianum* XIII. 25. Var. [Num *quinquies* a Corinna victus fuerit, fides ſit penes *Aelianum*, teſtem non ſemper locupletem. Aliquis enim ex eo, quod Corinna l. paullo ante cit. Myrtidem culpat, quia mulier deſcenderit in certamen cum Pindaro, in primis ex loco *Suidae* in voc. Κόρινα, vbi hiſtoriola illa repetitur, addito, ὥς λέγεται, de veritate victoriae quintuplicis dubitare poteſt. Conf. ad loca Aeliani et Suidae interpretes et quae congeſſit Wolfius in Fragmentis poetriar. p. 50. ſeqq. At *Pauſanias* in Boeoticis lib. IX. cap. 22. p. 753. memorat monumentum

p. 571. annum alterum, a. Chr. 519. V. C. 235. conſtituat: *Corſini* autem in Faſtis Attic. tom. III. p. 122. quod *Plutarch.* ſympoſ. VIII. quaeſt. 1. Pindarum tradit Pythiis natum eſſe, Pythia vero tertio cuiusque Olympiadis anno celebrari conſueuiſſe, ſtatuit, poetae natiuitatem exeunti fere anno *tertio* Olymp. LXV. adſcribi debere: tom. tamen II. p. 64. Pythia ſcribit celebrata fuiſſe anno ſecundo cuiusque Olymp. ideoque Pindari natiuitatem ad annum *ſecundum* exeuntem Olymp. LXV. debere referri, et illum Salaminiae pugnae tempore, quae viceſima Boedromionis die a. 1. Olymp. LXXV. contigit, quadrageſimum aetatis annum adtigiſſe: et ponit tom. III. p. 122. an. nati Pindari ¾ Olymp. LXV. Ad hanc Olymp. diem Pindari natalem refert quoque *Burette* in Comm. acad. Pariſ. tom. XV. ad Plutarchi librum de Muſica, p. 355. vbi copioſus eſt de noſtro lyricorum principe. *Harl.*

c) Pindarum fuiſſe *Thebanum*, non addita vrbis locive mentione, tradit Suidas. Contra Thomas Magiſter ait, eum natum fuiſſe Cynoſcephalis, inter Theſpias et Thebas ſitis. *Palmerius* vero in Exercitationibus in optimos fere autores graecos, p. 816. Hylam ſiue Hylas, vrbeculam Boeoticam non longe a Thebis, (*Homer.* Iliad. ή. vers. 708. vbi v. Schol.) ſ. ſecundum Plinium inter Megaram et Thebas, patriam adſerit Pindaro, motus loco *Moſchi* Idyll. III. 89.

Πίνδαρον ὦ ποθέοντι τόσον Βοιωτίδες ὝΛΑΙ,

vbi ὕλαι nolit cum interprete more vulgari vertere *ſiluae*, ſed *Hylae*, quia, quum hoc loco Moſchus vniuscuiusque poetae celebris patriam nominatim ponat, Heſiodi Aſcram, Alcaei Lesbon, Simonidis Ceium vrbem, Archilochi Parum, Sapphus Mitylenam, intelligi non poſſit, cur Pindaro det ſiluas tantum: Βοιωτίδες autem addidiſſe poetam ad diſcernendam aliarum vrbium eius nominis, quarum vna in Locride, altera in Ionia, altera in Caria fuit. Plura et meliora forſan ſciremus de Pindaro, ſi ſupereſſet *Plutarchi* liber a *Lampriade* in Catalogo ſcriptorum Plutarcheorum et *Photio* in Bibl. p. 342. memoratus περὶ τὰ Κράτητος βίο, καὶ Δαιφάντα καὶ Πινδάρο. *Harl.*

numentum apud Tanagraeos in celebri vrbis loco, in gymnaſio pictum, Corinnam taenia redimitam, τῆς νίκης ἕνεκα, ᾗ Πίνδαρον ᾄσματι ἐνίκησεν ἐν Θήβαις, *victoriae cauſa, qua Thebis carmine vicit Pindarum.* Ergo vnius tantum victoriae facit mentionem: addit vero videri ſibi viciſſe illam τῆς διαλέκτου τε ἕνεκα, et linguae cauſſa, (neque enim *Dorica*, vti Pindarus, cecinit, ſed ea, quam eſſent facile *Aeolenſes* percepturi.) καὶ ὅτι ἦν γυναικῶν τῶν τότε ἤδη καλλίστη τὸ εἶδος, *et quod illa mulieres ſui temporis pulcritudine formae ſuperabat.* Atqui ſi Pindarus victus erat a Corinna, id accidiſſe videtur, quum ille eſſet admodum iuuenis, iudicio nondum ſatis obſirmato, aut luxurie dictionis nimis abundans. Nam illum ὄντα νέον ἔτι καὶ τῇ λογιότητι σοβαρῶς χρώμενον *iuuenem adhuc et audacius eloquentia vtentem* acriter redarguit Corinna: cuius rei teſtimonia videbis apud *Plutarchum* de gloria Athenienſium, tom. II. Opp. p. 347 ſqq. et *Lucianum* in Demoſthenis Encomio, tom. III. p. 505. edit. Reitzii. Adde *Wolfii* fragm. laud. p. 50. *Olearii* diſput. de poetriis graecis §. 20. et *Io. Gottl. Schneider* Verſuch über Pindars Leben und Schriften, Argentor. 1774. 8. p. 5 ſqq. vbi quoque ſect. II. de Pindari vita, ſect. III. de eius morte, et in reliquis de illius philoſophia, odarum argumentis atque dictione copioſius diſſeritur. *Harl.*] Cum vero Xerxes pugna Salaminia profligatus eſt ab Athenienſibus Olymp. LXXV. 1. (ante Chriſtum CCCCLXXX.) quadraginta annos natus fuit Pindarus, teſte Suida, [item Eudocia.] *Diodorus Siculus* ad eumdem annum Lib. XI. p. 22. [ſ. p. 425. tom. I. edit. Weſſeling. qui id probat.] τῶν δὲ μελοποιῶν Πίνδαρος ἦν ἀκμάζων κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. Itaque non tantum ad LV. vel LXVI. vel LXXX. annorum aetatem peruenerit Pindarus; ſed [?] nonagenario maior obierit, eſt neceſſe. Nam Olympionic. 6. canit laudes Ageſiae Syracuſani, qui vicit Olymp. LXXXV. Praeterea Pythionic. 7. laudat Megaclem Athenienſem, qui vicit Pythiade XL. quae incidit in Olympiadis LXXXVII. vel LXXXVIII. annum 3. Tum Iſthmionic. 7. v. 34. celebrat mortem Strepſiadis, qui bello occubuit Peloponneſiaco, quod coepit Olymp. LXXXVII. 1. d) Secta

Pythago-

d) De aetate et annorum, quos vixerit Pindarus, numero chronologi mire diſſentiunt. Suidas in: Πίνδαρος, hunc, ſcribit, mortuum eſſe annos quinquaginta quinque natum. Locus autem claſſicus, in quo corrigendo interpretandoque valde laborant Meurſius, Dodwellus atque Corſinus, eſt apud Thomam Magiſtrum in vita poetae, τέθνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος ἓξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονώς, ἤ, ὥς τινες, ὀγδοήκοντα, ἐπὶ ΑΒΙΩΝΟΣ Ἄρχοντος, κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν ὀλυμπιάδα, *obiit vero Pindarus quum ſexaginta ſex annos vixiſſet*, ſiue, vt *alii volunt*, octoginta, *ſub ABIONE Archonte, Olympiade octogeſima ſexta.* — *Abion* hic turbat rationes. Quare *Meurſius* de Archont. Athen. lib. II. cap. 16. (in Gronouii Theſauro antiqq. graec. vol. IV. col. 1196. edit. Venet.) locum ita corrigit: Τέθνηκε δὲ ὁ Π. ἓξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονώς, ἐπὶ Ἀρίστωνος ἄρχοντος· ἤ, ὥς τινες, ὀγδοήκοντα· κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Dodwellus* in Annal. Thucyd. p. 87. mutat aut perturbat Archontum ſeriem a Diodoro Siculo traditam, loco *Abionis* in Thoma Magiſtro nomen *Bionis* ſubſtituit, et hunc ex Olympiade LXXX. ad Olymp. LXXXVI. a. 1. transfert, Pindarique mortem in hanc coniicit. Pariter *Saxius* in Onom. I. p. 33. Pindarum ſcribit natum eſſe Olymp. LXV. 1. denatum Olymp. LXXXVI. 2. At *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* libr. XI. cap. 79. p. 464. vbi *Bion* Archon Athenienſis Olymp. LXXX. 3. nominatur, iam refutat Dodwellum, monens, poſtrema apud Thomam Magiſtrum verba ἐπὶ Ἀβίωνος ſeu potius Βίωνος commodius poſſe referri ad priora verba ἓξ καὶ ἑξήκ. ἐτῶν γεγονώς, quam ad ὀγδοήκοντα. tum opinatur, Thomam, vti in aliis, ita etiam hic in numero Olymp. labi potuiſſe; denique Bioni Archonti ſedem Olymp. LXXXVI. anno primo nullam relinqui, quam Lyſimachus Archon tueatur egregie. Copioſius tamen doctiusque Thomae Mag. auctoritatem imminuit, maxime argumenta et Meurſii et Dodwelli examinat reiicitque *Corſini* in Faſtis Attic. tom. II. p. 56 ſqq. quae omnia repetere, foret nimis longum atque moleſtum. Ex

ſententia

Pythagoreum fuiſſe Pindarum tradit *Clemens Alex.* V. Strom. p. 598. vid. ſupra in Catal. Pythagoreorum. Fertur inopinato animam exhalaſſe in Gymnaſio, (vt *Valerius Maximus* IX. 12. extern. 7.) ſiue (vt *Suidas*,) in theatro, quum ſuper gremium pueri *Theoxeni*, quo valde delectabatur, capite poſito, quieti ſe dediſſet. Epitaphium illius memorat Suidas in *χαλκευτής*. [monumentum vero apud Thebanos, *Pauſan.* IX. cap. 23. p. 754.] Pindarum defuncti generi et aedibus pepercit rex Alexander, captis Thebis, vt praeter alios narrat *Libanius* tom. II. p. 218. *Plutarchus* Alexand. p. 670. *Tzetzes* VII. hiſtor. 139. et *Dio Chryſoſt.* 2. de regno p. 25. [Dio addit, Alexandrum pepercíſſe Pindari aedibus et propter ingenii illius ſplendorem, et quod aliquem e maioribus eiusdem nominis, Alexandrum *φιλέλληνα* dictum, poeta quondam laudaſſet; ideoque aedibus poetae inſcribi iuſſiſſe: *Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν στέγην μὴ καίετε.* Pindaro adhuc viuo ſtatuam poſuerunt Athenienſes, vid. *Mureti* V. L. lib. IV. cap. 1. et eum propter laudes illis tributas honorarunt. vid. *Schneideri* Fragmenta carminum Pindaric. p. 50. nr. IX. *Harl.*] Ac *Plutarchi* etiamnum aetate in Theoxeniis maior portio addicebatur per praeconem poſteris Pindari, vt ipſe teſtatur p. 157. de ſera Numinis vindicta. [pag. 54. edit. Wyttenbach. cuius not. v. p. 68.]

II. Exſtant

ſententia Thomae Magiſtri Pindarus vita deceſſit ſiue anno aetatis LXXX. (quo facto referretur illius mors ad Olymp. LXXXVI.) ſiue an. aet. LXVI. quum natus eſſet an. ¾. Olymp. LXV. incidet illius obitus in an. ½. Olymp. LXXXII. quod *Corſini* tom. III p. 206. ad faſtos atticos huius Olymp. verum eſſe putat, non modo quia, (quod contra Dodwellum noſtrumque Fabricium oſtendit,) nulla prorſus victoria Olymp. LXXXII. poſterior a Pindaro celebrata reperiatur; verum etiam, quod ipſe ineunte ſolum, non deuexa, ſenectute obiiſſe videatur; nam *Pauſan.* Boeot. cap. 23. *λέγεται*, ait, *καὶ ὀνείρατος ὄψιν αὐτῷ γενέσθαι προήκοντι ἐς γῆρας*, *viſum in ſomnis illi* in ſenectutem vergenti, [adeoque non decrepito et ad vltimam fere aetatis metam venienti,] *contigiſſe fertur*; decimoque poſt die fato iam functum fuiſſe teſtatur. Idem tamen tom. II. p. 58. et tom III. p. 201. ſcribit, Pindari mortem et Abionis ſ. Bionis Archontis annum debere in Olymp. LXXX. a. 3. relinqui: ſed tamen docet, tom. II. p. 59 ſeq. certis characteribus oſtendi poſſe, praecipue ex Olymp. V. Pindarum ad Olymp. LXXXII. perueniſſe. Priores tamen rationes idem ſequitur in diſſ. agoniſt. III. §. 2. p. 70. Argumenta, quibus Fabricius vtitur ad ſenectutem longiorem et vltimam Pindaro adſerendam, *Corſinus* tom. II. p. 60 ſeqq. diluit. Docet igitur Megaclis victoriam non poſſe reuocari ad LXXXVIII. Olympiadem; Megaclem enim omnium eiusdem nominis poſtremum fuiſſe auunculum Periclis, denati, octogenario maioris, a. 4. Olymp. LXXXVII. illum igitur Megaclem Ol. LXXXVIII. a. 2. ſuperſtitem eſſe, Pythiisque ludis certare non potuiſſe: tum, quum Pindarus, Megaclem ipſum adloquens, Pyth. VII. 17. dixiſſet, *Νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ* etc. *nupero autem ſucceſſu felici gaudeo aliquantum*, ſcholiaſten adnotaſſe, a Pindaro indicari mortem Hippocratis, qui a. 1. Olymp. LXVII. Athenas a Piſiſtratidarum tyrannide liberauit; hinc ſequi, vt et mors Hippocratis, et Pindari oda veriſimilius reducatur ad Olymp. LXXVI. a. 3. ſiue *viceſimam octauam Pythiadem*, et in deprauato ſcholiaſtae ad eum loco ſit reſcribendum *εἰκοστὴν ὀγδόην*. Poſtea p. 62. argumentum, Pindarum Olymp. VI. canere laudes Ageſiae, victoris Olymp. LXXXV. eo refellit, quod teſte *Pauſania* Eliac. I. cap. 9. *ἀπήνη* iam Olymp. LXXXIIII. ſublata fuerit. Conf. ſchol. et Schmid. ad Olymp. Od. V. Denique Strepſiadis auunculum ipſi cognominis *Peloponneſiaco* bello periiſſe, ex ſcholiaſte ad locum Pindari cit. ante Fabricium *Scaliger* in Euſeb. Chron. ad an. 1531. colle[illegible] At *Corſin.* ex ipſo ſcholiaſte et Pindari carm[illegible] docet, in ſcholiaſtis textu loco *ὁ* [illegible] reſcribi debere *ὁ* [illegible] adeoque Streſpſiadis mortem ad pugnam referri Salaminiam. — Nec *Burette* l. c. p. 367. Fabricii prob[illegible] tiam, firmioribus argumentis corroborandam. Secundum *Ed. Simſon* in Chron. ad a. m. [illegible] Pindarus hoc anno, ante C. N. 435. V. C. 319. [illegible] aetatis 86. obiit. Idem apud Suidam loco [illegible] legendum putat [illegible]. Sic quoque corrigendum cenſet *Vallarſ.* ad Euſebio-Hieronymi Chronic[illegible] 495. not. f. *Harl.*

II. Exſtant Pindari, quem *μεγαλοφωνότατον* vocat *Athenaeus* XIII. p. 564. [e] carmina XLV. epinicia Lyrica, quae Strophis [f], Antiſtrophis et Epodis conſtant, dialecto Dorica [g] ſcripta

In ΟΛΥΜΠΙΟΝΙ΄ΚΑΣ *XIV.*
ΠΥΘΙΟΝΙ΄ΚΑΣ *XII.*
ΝΕΜΕΟΝΙ΄ΚΑΣ *XI.* [h]
Et Ἰ΄ΣΘΜΙΟΝΙ΄ΚΑΣ *VIII.*

De quatuor illis Graeciae celeberrimis agonibus praeſenti loco agere ſuperuacuum eſſe exiſtimo, [i] tantum noto *Olympia* [k] graeca celebrata eſſe apud Eleos in honorem Iouis, peracto quouis quadriennio, et primam Olympiadem numerandam ab anno ante Chriſtum 776. conf. *Euſeb.* Scalig. p. 139.

H 3 *Pythia*

e) *Regnatorem lyricae cohortis* vocat eum Stat. IV. ſilu. 7.

f) Schol. Euripidis ad Hecub. v. 647. τὴν μὲν στροφὴν κινούμενοι πρὸς τὰ δεξιὰ οἱ χορευταὶ ᾖδον, τὴν δ' ἀντιστροφὴν πρὸς τὰ ἀριστερά, τὴν δ' ἐπῳδὸν ἱστάμενοι ᾖδον. Ἐδήλου δέ, ὥς φασιν, ἡ μὲν στροφὴ τὴν οὐρανοῦ ἐκ τῶν ἑῴων πρὸς τὰ δυτικὰ μέρη κίνησιν, ἡ δ' ἀντιστροφὴ τὴν τῶν πλανητῶν, ὡς ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἕω γενομένην, ἡ δ' ἐπῳδὸς τὴν τῆς γῆς στάσιν, ἱσταμένων τῶν ᾀδομένων. Confer *Galenum* XVII. vlt. de vſu partium. *Victorinum* 1. Grammaticae p. 2501. *Atilium Fortunatum* p. 2699. *Fabric.* Adde Schol. ad *Eurip.* Phoen. v. 210. Schol. *Hermogen.* p. 373. 400. *Dodwell.* de aetate Phalar. p. 63. infra ad Steſichorum §. LVII. *Harl.*

g) Dialecto κοινῇ vſum eſſe Pindarum, ſcribunt *Gregorius Corinth.* de dialectis p. 5. Koen. et alius grammat. in eiusdem Koenii edit. p. 301. 314. et p. 170. (vbi v. Koen.) Pindari dialectus παντελῶς ἀγνοεῖται. conf. Salmaſ. de L. Helleniſt. p. 5. et 28 ſq. *Harl.*

h) Licet tres poſtremae proprie ad Nemeorum victores non ſpectent, ſed ſeparatim olim ferrentur teſte Schol. v. Er. Schmid ad Nem. p. 195. *Harl.*

i) De his ludis paſſim et copioſe agit *Petr. Faber* in libr. Agoniſticon, (in Theſ. Antiqq. graec. Gronouiano, vol. VIII.) e. g. libr. III. cap. 23. quando Olympia, Pythica etc. fuerint celebrata reliq. item libr. II. capp. 20 ſqq. multa de illis, et paſſim Pindarus illuſtratur. In eodem volumine eſt *I. Caeſ. Scaligeri* lib. de Comoedia et Tragoedia, vbi cap. 19 — 22. de quatuor illis ludis agitur. Ita in aliis Theſauri iſtius voluminibus multa occurrunt, quae ad hiſtoriam atque intelligentiam ludorum pertineant: de quibus hic copioſius agere nec licet nec lubet. Adde *Benedict. Auerranum* Florentinum, in diſſ. VI. primoribus, quibus illuſtrat epigramma primum Anthol. tom. I. Oper. *Eraſmi Schmidii* Prolegomena in illius edit. Pindari, et qui nominantur libri maioris minorisque molis pretiique in *Fabricii* Bibliogr. antiquar. p. 986 ſeq. In primis vero commendari debent *Eduardi Corſini* Diſſertationes agoniſticae, quibus Olympiorum, Pythiorum, Nemeorum atque Iſthmiorum tempus inquiritur ac demonſtratur. Florentiae 1747. 4. rec. Lipſiae 1752. 8. adde eiusdem Faſtos Attic. diſſ. XIII. tom. II. p. 295 ſq. *Harl.*

k) Olympia erant agon, feſtum, ludi, atque, vt *Iuſtinus* XIII. 5. notauit, mercatus totius Graeciae, quo durante erat ἐκεχειρία atque a bello ceſſatio, teſte Plutarcho in Lycurgo. Quinquageſimo menſe celebrata Olympia ſcribit Tzetzes Chil. 1. verſu 580. quod ſi verum eſt, ſequitur, non ſemper aeſtiuo tempore celebrata eſſe, vt contendit *Petauius* IX. 48. doctrinae temporum, [item *Scaliger* de emendat. temp. libr. IV. p. 242. *Dodwell.* Diſſ. IV. ſect. 14. *Corſinus* l. m. p. 4. edit. Lipſ.] nec autumno ſemper, vt alii malunt. Celebrabantur in campo iuxta Alpheum flumen. *Diodor.* Sic. IV. p. 222. Praemium corona ex oleaſtro; conf. *Ez. Spanhem.* ad Ariſtoph. Plut. v. 586. *Schmeizel* de Coronis p. 104 ſqq. alia apud Vitruuium, praef. libr. IX. — De Olympiis v. Theodori Antonidis Olympia, 1732. 4. belgice cum praef. D. Alberti Voget. Primus Olympiaca certamina celebrauit Coroebus Eleus, teſte *Athenaeo*, IX. p. 382. De aliis minoribus Olympiis per diuerſas Graeciae vrbes celebratis vide *Iac. Palmerii* notam ad Luciani Harmonidem tom. I. pag. 590. [*Corſinum* pag. 27. ſqq.]

Pythia apud Delphos celebrata ſimiliter poſt ſingula quadriennia in honorem Apollinis Pythii, non quouis anno tertio, (vt *Scaliger*, [Emend. temp. lib. I. p. 53. *Meurſius* Archont. Athen. lib. II. cap. 9.] ſed, [2] vt *Petau.* Doctr. temp. I. cap. 33. *Sam. Petitus* p. 63. ad leges Atticas, *Dodwellus* p. 239. de Cyclis, et Annal. Thucyd. ad an. 2. Olymp. LXXXIX. ſecundo Olympiadis exeunte. [*Corſin.* tamen in Diſſ. Agon. II. §. VII. ſqq. p. 53 ſqq. docet Pauſaniae, Diodori, Euſebii, Oxonienſis marmoris teſtimoniis, Pythicos ludos *tertus*, iisque exeuntibus, Olympicis annis, prima vel ſeptima Munychionis attici menſis die eſſe celebratos, et *Thucydid.* lib. IV. cap. 117. et 118. libr. V. cap. 1. contra Petauium et Dodwellum pro ſuis rationibus explicat.] Prima Pythias *numerata* incidit in Olympiadem XLIX. [vid. *Dodwell.* diſſ. V. ſect. 1. et *Corſin.* diſſ. Agon. p. 50 ſq.] Pythia ſuo tempore celebrata memorat *Plutarchus* de Oraculorum defectu p. 410. et an ſeni gerenda Reſp. p. 792. v. Triſtan. II. p. 276 ſqq. Praemiorum corona e lauro fuit. Adde auctorem diſſ. inſertae hiſtor. criticae reipub. litter. tom. I. p. 15 ſqq.

Nemea celebrata apud Argiuos in honorem Herculis, (aut vero Achemori Lycurgi F. vide *Lud. Nonnium* ad Graeciam Hub. Goltzii p. 66.) ſingulis bienniis, [vid. ſchol. ad Pindar. Nem. III. et V. argum. *Iuliani* Ep. 35. p. 408. c. ibique Petau. p. 417.] anno cuiusque Olympiadis primo et tertio, vt *Scaliger*, *Petauius* et *Dodwellus* de Cyclis diſſ. VII. p. 300. vel vt *Samuel Petitus*, anno ſecundo et quarto. Sane Olymp. CXVI. 2. Nemea celebrata eſſe teſtatur *Diodorus Siculus* lib. XIX. [cap. 64.] p. 705. Prima Nemea incidunt in Olympiadem LIII. *Fabric.* [Nemea ab Arato Cleonis celebrata memorat *Plutarch.* in Arato. p. 10[illegible]. — Praemium corona e ex apio. *Plutarch.* Timol. p. 2[illegible]. Nemeaeos ludos, qui Solonis aetate intercidiſſe videntur, Olymp. LIII. a. 1. eſſe reſtitutos, probat *Corſin.* in diſſ. Agon. III. §. 2. et §. 3. primae Nemeadis *numeratae* tempus refert ad Olymp. LXXII. 4. De hibernis Nemeis vid. *Pauſan.* Corinth. cap. 15. et in Eliac. cap. 16. In ſequentibus copioſe demonſtrat Corſin. Nemeades non *primis* ac *tertiis*, ſed *ſecundis* potius et *quartis* Olympiadum annis peragi conſueuiſſe, ita, vt in eis nobus *quartis* aeſtiuae (duce *Polybio* lib. V. p. 43[illegible]. quem is locum diſerte lateque explicat p. 76 ſq. et Caſauboni rationes euertit: item p. 79 ſqq. *Polyb.* II. p. 151. et 152.) Nemeades [illegible]tur; hibernae vero in *ſecundis* fere exeuntes Ol. inciderent. [illegible] Scaligeri, Petauii, praeterque Dodwelli argumenta examinat et ſingula Nemeadum exempla perſequitur, ac rationes colligit. *Diodori Sic.* (lib. XVIIII. cap. 64. p. 367.) teſtimonium pro Nemeadibus hibernis prolatum corroborat, fidemque hiſtorici contra Scaligerum aliosque defendit. Ad eundem Diodori Siculi locum *Iac. Palmerius*, qui pariter Ioſ. Scaligeri iudicium atque ſententiam impugnat, ac *Petr. Weſſeling.* docte diſſeruit de hac controuerſia. [illegible] et quidem Weſſelingio et commodiſſima eſſe videtur ſententia *Sam. Petiti*, (in Comm. L. L. Att. lib. I. tit. I. p. 135.) Nemea anno quarto Olympiadis fuiſſe cliua, et, quoniam tertio quoque anno inſtaurabantur, ſecundo eodem anno acta: id quod etiam in mentem venerat Seth Caluiſio et Eraſmo Schmidio in Prolegom. ad Pindari Nemeonic. At propter exempla Nemeorum a Dodwello et Petauio producta, (a Corſino autem aliter explicita, comparata et iudicata,) quae partim in Olympiadis annum primum, partim in eiusdem Olymp. tertium inciderant, mallit accedere Scaligero, Petauio et Dodwello, putatque, Diodor. in annum tertium ſe ſecundum Olymp. CXVI. partem rerum Caſſandri, quae ſequente tertio erant abſolutae, [illegible] plerasque ante Archontem Nicodorum euenilliſſe: neque id eſſe inſolens Diodoro. Sed haec [illegible]. *Flori* (lib. II. cap. 7. §. 14.) et *Aeſſon.* (in fine Peloponn.) errorem, *Nemeae* in theatro *quinquennalibus ludis* libertatem Graeciae fuiſſe pronunciatam. *Duker.* ad locum Flori iam notauit. *Harl.*]

Iſthmia

Iſthmia l) apud Corinthios in honorem Neptuni ſingulis m) itidem bienniis; [primis ac tertiis Olympiadum annis. conf. *Corſini* diſſ. agon. IIII. p. 109 ſqq.] Prima [quidem. Cypſelidarum quoque temporibus ſunt celebrata, ſed ſplendidius peracta, ideoque veluti inſtaurata] incidunt in Olymp. XLIX. Ita ſingulis quadrienniis vniuerſi quatuor agones, et Olympia quidem ac Pythia ſemel, Nemea vero et Iſthmia bis acta ſunt, vt notat *Iulianus* Epiſt. 35. [de quo loco vid. *Corſin.* diſſ. agon. III. p. 104 ſqq.] Mentio Iſthmiorum illo tempore adhuc celebratorum etiam apud *Libanium* tom. II. p. 211. Seriem Chronologicam Olympiadum, Pythiadum, Iſthmiadum et Nemeadum et quotquot potuere reperire victorum adcuratiorem edidit *Guilelmus Lloyd* n), Reu. Epiſcopi Vigornenſis F. Oxon. 1700. fol. cui addendae doctiſſimi *Dodwelli* obſeruationes in praeclaro opere de Cyclis Graecorum, [et *Corſini* Catalogus Hieronicarum alphabeticus, ſub finem diſſertatt. Agoniſtic.] Olympionicas ſcripſerant olim *Agriopas* Plin. VIII. 22. (vbi codices quidam *Acopas* vel *Copas.*) tum *Ariſtarchus*, *Ariſtoteles*, *Eratoſthenes*, *Hippias*, *Hippoſtratus*, *Iulius Africanus*, *Philochorus*, *Steſiclides* et *Timaeus Siculus*, de quibus adi *Ionſium* lib. IV. p. 344. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſophicae, et Marſhamum Canonis Chronici pag. 486. edit. Lipſienſis. [inprimis *Corſin.* l. cit. p. 152 ſqq.] *Syncello* p. 195. Chronographiae citantur de Olympiorum ludorum origine et Olympionicis *Ariſtodemus*, *Polybius*, *Callimachus*. A Suida in Κυψελιδῶν laudatur *Agaclytus* ἐν τῇ π΄ Ὀλυμπιάδι. Phlegontis Tralliani Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν συναγωγὴν recenſet Photius cod. XCVII. ex quo ſcripto ſupereſt fragmentum περὶ τῶν Ὀλυμπίων. Ceterum Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴν, quam Scaliger poſt Chronicon Euſebii p. 313 ſqq. Graece edidit, et p. 343 ſqq. indice Ὀλυμπιονικῶν Alphabetico ornauit, vir incomparabilis ipſe ex veteribus ſcriptoribus editis atque ineditis videtur ſingulari ſtudio ita collegiſſe ac digeſſiſſe, licet a Meurſio o), G. Ioanne Voſſio [Caſaub. ad Sueton. Claud. cap. 2.] et aliis viris doctis non paucis pro veteri paſſim laudatur, et Reineſio p) viro ſummo p. 585. Epiſtolar. ad Hofmannum habita eſt pro Epitome Phlegontis concinnata ante Euſebium. [conf. *Salmaſii* iudicium ad Solin. p. 247. C. edit. Vltraiect. *Corſini* diſſ. agon. p. 156. *Ruperti* Epiſt. ad Reineſ. XLVIII. p. 417. (Lipſiae, 1660. 4.) qui exemplis probat, Scaligerum paene omnes Coſſ. vel ex Caſſiodoro vel ex Onufrio in graecum transtuliſſe.]

III. Vt ad Pindarum reuertar, ex plurimis, quae in eius ingenium [ſ] et μεγαλοφυΐαν apud veteres effunduntur, elogiis q) tantum adſcribam verba Quintiliani X. 1. *Nouem vero Lyricorum longe Pindarus princeps, ſpiritu, magnificentia, ſententiis, figuris: beatiſſimus rerum verborumque copia et velut quodam eloquentiae flumine, propter quae Horatius*

l) Conf. *Maſſieu* comm. in Hiſtor. ſoc. Par. I. et B. L. tom. V. p. 440.

m) διὰ δυοῖν ἐτοῖν, *Ariſtid.* orat. Iſthm. tom. I. p. 41. 45. Praemium corona ex apio primum, dein maluerunt e pinu. Plutarch. Symp. VIII. 4.

n) Eraſm. quoque Schmidius Pindaro ſuo chronologicam ſeriem Olympiorum et Pythiorum praemiſit, primam Olympiadem incipiens anno ante Chr. 774. Pythiadem primam anno tertio Olympiadis XLVIII. Eraſmi Schmidii ſententiam dictatoriae ſententiae Lloydianae praetulit *Henr. Leonh. Schurzfleiſch* in Epiſtola ad Barthol. Chriſtian. Richard, Wittebergae, 1705. 4. Nou. litt. Hamburg. p. 93.

o) Meurſium eo nomine reprehendit Petauius doctrin. temp. lib. XIII. ad A. Per. Iul. 4029. conf. *Labbeum* tom. I. de ſcriptorib. eccleſ. p. 504.

p) Vid. eiusdem Epiſt. ad Rupert. p. 489. *Harl.*

q) Ἡ Βοιώτιος λύρα, i. e. *Pindari* apud Theophylact. Epiſt. 8. laudat eum, culpat tamen quoque eius inſolentiam atque effrenatam audaciam *Himerius* in orat. gratulatoria, in Vffenbachiana Bibl.

Horatius [IV. 2. Od.] *nemini credit eum imitabilem.* Epitaphium eius apud Plutarch. Ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε καὶ φίλος ἀστοῖς. Neque tamen reprehenſoribus caruit, cui praeter *Corinnam*, de quo paullo ante, fuit aemulus et aduerſarius *Amphimenes* Cous, memoratus a *Laertio* in vita Socratis lib. II. ſect. 46. Arguitur etiam auarus fuiſſe et Muſam mercenariam habuiſſe, quod a Magiſtro ſuo *Simonide* hauſit, nec magis hoc erubuit fateri, quam Simonides, qui, vt eſt apud *Tzetzam* VIII. hiſt. 228. dicebat binas ſibi eſſe arcas r) domi, vnam gratiarum, in quam referret bona verba hominum elegantium, ſed donantium nihil, alteram praemiorum, ac donorum, quae pro labore ſuo acciperet. Si qua re opus ſit, ex hac poſſe ſe quaeuis neceſſaria depromere, alteram vacuam opisque inualidam inueniri. Similiter *Pindarus* Oda 2. Iſthmionic. ex Metaphraſi Sudorii:

Muſa nam nondum radiantis auri
Capta nitore
Ditibus ſuaues operas locabat
Aere venales neque cantiones
Ore fucato populum mouebat
Laudis emacem.
Sed modo Argiuus nimis ille verax
Qui ſibi elapſis opibus fugaces
Intuens vna comites abiſſe
Foedere rupto.
Dixit ingenti gemitu, quid o Dii
Eſt vir aut virtus, niſi magna nummûm
Copia, haec doctae tibi non operta
Canto Thalia.

conſ.

Bibl. MSS. part. II. pag. 631. adde *Pope - Blount* Cenſuras celebriorum author. p. 9 ſq. nec non *Tanaq. Fabri* vitas poetarum graecor. (in Theſ. antiqq. graecar. Gronou. vol. X. p. 768. et p. 69 ſqq. edit. Relandi, Baſil. 1766.) qui quidem in hac poetae vita et in Epiſtol. crit. lib. I. ep. 19. p. 62. in Pindaro culpat abundantiam ſententiarum, et amplas nimisque liberales digreſſiones; at enim in his ſplenduit illius ingenium, eaeque ad honorem victoris huiusue patriam ipſorumque carminum gratiam atque commendationem, argumento odae alias ſaepe ſterili nec ſatis fructuoſo, ſpectarunt; ſed nolo repetere ea, quae ad excuſandum vindicandumque Lyricorum principem iam ſcripſi in Introductione in hiſt. L. Gr. §. 28. p. 101 ſq. Philoſophiae, cum primis Pythagoricae, pietatis aduerſus deos non minus quam nouitatis, audaciae in ſententiis, tropis atque conuerſionibus, nec non laudis fuit ſtudioſus. Quapropter vim ingenii ſui probe ſentiens, ſe profeſſus eſt canere ſublimius, quam Bacchylides aliique ſoleant, quos ſpreuit acriusque, et cum laude ſuarum ipſius virtutum poeticarum ingeniique liberaliore quam in odis, in laudem victorum compoſitis atque in ſplendido conſeſſu cantatis, decebat, hinc inde notauit. Diſcedit interdum ab aliorum mythis maiore philoſophiae luce. Sic apud *Plutarch.* de Fort. tom. p. 318. Fortunae tribuit duplex gubernaculum. Sed de his, eius ingenio, philoſophia, atque imitatione Homeri, aliisque, quae praedicanda aut vituperanda in odis Pindaricis videantur, abunde diſputarunt *Lowth.* de ſacra poeſi Hebraeorum, praelect. XXVI. et *Schneider* Ueber Pindars Leben und Schriften, ſect. IV — VI. Dialecto eum fuiſſe vſum κοινῇ Gregor. Corinth. quidem adfirmat; et idem §. XC ſqq. §. XVI ſqq. *Dorismos* Pindari [illegible] laudat. [illegible] Pindarum [illegible] re Anacharſ. iunior. in Graeciam, tom. III. [illegible] probat cenſor in Noua Bibl. AA. Eleg. Lipſ. vol. 40. p. 1. p. 126 ſqq. *Harl.*

r) Plutarch. de ſera Numinis vindicta p. [illegible] et lib. de curioſitate p. 520. A. Stobaeus ſerm. [illegible] X. p. [illegible]

conſ. Menagiana, tom. III. p. 410. Pindarus aſſiduus praedicator ſui ὁ πάντας μεγαληγορῶν περὶ αὑτοῦ Πίνδαρος notante *Plutarcho* de laude ſui p. 539. qui alibi teſtatur, Pindarum etiam profeſſum, quod Panem ipſum auſcultauerit aliquod e ſuis [Pindari] carminibus modulantem. Πίνδαρος ἀκούειν ᾄδεσθαί τι μέλος ὧν αὐτὸς ἐποίησε. p. 1103. quod non ſuauiter poſſit viui ſecundum Epicurum [tom. X. p. 538. Reisk. edit.]

IV. Scholia Graeca in Pindarum collecta ſunt a *Thoma Magiſtro* et [?] *Demetrio Triclinio* ex commentariis deperditis variorum, *Ammonii*, *Ariſtarchi* et eius diſcipuli *Ariſtodemi* Alexandrini s), cuius meminit Athenaeus XI. pag 495. tum [*Artemonis*, (ſchol. ad Olymp. V. 1. et ſaepius,) *Herodori*, (ibid. v. 10) *Chryſippi*, qui in Nemea et Iſthmia commentatus videtur, cuius nomen frequenter occurrit in ſcholiis,] *Calliſtrati*, *Chaeridis* t), *Didymi* u) et *Dionyſii Phaſelitae*, qui paſſim in ſcholiis illis citantur. *Chriſtianus Wagnerus* in libro erudito, quem *Senarium* inſcripſit p. 3. *Pindari ſcholiaſtes ſiue is, quem nos nec triclinium ſuſpicamur, fuerit* v) Heliodorus *ſiue alius*. *Palamedis* quoque electa ὑπομνήματα in Pindarum et *Seleuci* Emiſeni commentarium in Lyricos memorant Suidas [et Eudocia p. 359.] *Gorgonem* Pindari ſcholiaſten laudat *Michael Neander* in praefat. ad Catechiſmum Lutheri Graece a ſe redditum p. 67. ſed ex male intellecto initio ſcholiorum ad 7. Olympionic. [*Gorgon* ille ſcripſerat de rebus Rhodiis: ſaltem *Heſych.* ſcribit v. Ἐπιπολιαῖος. Ἑρμῆς ἐν Ῥόδῳ, ὡς Γόργων ἱστορεῖ· item περὶ θυσιῶν. vid. *Heſych.* voc. Καταιβάτης. — conſ. de illo *Allatius* ſub initium diatr. de Georgiis. *Euſtathius*, epiſcopus Theſſalonicenſis, ſcripſerat in Pindarum commentarios, qui quidem in Bibliotheca Baſileenſi manuſcripti quondam fuiſſe dicuntur. vid. *Giſberti Cuperi* Epiſt. 25. et 27. in *I. G. Schelhornii* Amoenitat. hiſtor. eccleſ. et litter. tom. 2. p. 628. adde *la Croze*, qui laudat eorum praefationem ſatis longam et eruditam in Epiſt. ad Io. Chriſto. Wolfium in Theſauro epiſtol. tom. III. p. 256. — *Draco*, Stratonicenſis, grammaticus, ſcripſit *de Pindari carminibus*, de Sapphonis verſibus, et Alcaei carminibus, teſtibus *Heſychio Mileſio* et *Suida* v. Δράκων et *Eudocia* in Ἰωνιᾷ, p. 133. Draconem vero, qui in ſcholiis ad Pyth. Δ. p. 241. edit. Oxon. nominatur, perperam inter ſcriptores retulit H. Stephanus. Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ Πινδάρου citatur ab *Athenaeo* libro XIII. p. 573. *Tryphonis* librum περὶ τῶν παρ᾽ Ὁμήρῳ διαλέκτων καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Πινδάρῳ καὶ Ἀλκμᾶνι καὶ τοῖς ἄλλοις λυρικοῖς laudat *Suidas* h. v. In Scholio MSto in Euripidis Medeam apud *Bandinum* Catal. Bibl. Laurent. Med. tom. III. pag. 422. nominatur incerti ſcriptoris commentarius in Pindarum. *Trichae* comm. ineditus περὶ τῶν Πινδαρικῶν μέτρων memoratur in Catal. MSS. bibl. regiae Pariſ. tom. II. p. 565. nr. 2881. qui a vulgaris in Pindarum ſcholiis parum differre dicitur. *Harl.*] Neſcio autem, quid mouerit Valentinum Rotmarum, vt in notis ad Apollonium Rhodium p. 63. Scholiaſtes Pindari ipſi diceretur

p. 130. περὶ ἀδικίας, Suid. in Σιμωνίδης. Schol. Ariſtophanis ad pacem, Theocriti ad χάριτας etc. Vid. *Fulvii Vrſini* fragmenta Lyricorum pag. 188. [et *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 58 ſq.]

s) Eleum fuiſſe, adparet ex ſchol. Pind. Olymp. X. et Harpocrat. v. Ἑλλανοδίκαι. *Harl.*

t) Vid. *Villoiſ.* Proleg. ad Apollon. Lex. Hom. p. 20. *Harl.*

u) Vid. Schol. Olymp. V. 20 ſq. *Lactant.* de falſa relig. I. cap. 55. §. 13. ex *Didymi libris ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς* enarrat hiſtoriam de Meliſſa, quae Iouem puerum melle nutriuiſſe dicitur. *Harl.*

v) Rectius *Herodorus*. vid. vol. VII. pag. 62. *Harl.*

diceretur *Tarrus*. Nec probo iudicium auctoris Bibliographiae curioſae, Ioh. Henrico Boeclero a plerisque tribui ſolitae, cui Scholiaſtes Pindari eſt viliſſimus omnium, et in quo pauca maturis memoratu reperiantur. [Quod ad intelligentiam atque interpretationem ſenſus poetici et eius, quid ſit in poeta pulcrum, magnificum, aut ſublime, quid ſit laudandum aut vituperandum, attinet, verum eſt quodammodo id iudicium; at hoc de plurimis, quae habemus, ſcholiis [illegible] valet. Enimuero in metris definiendis, in obſeruationibus grammaticis, hiſtoricis et mythicis, grammaticorum opera fuit laudabilis et praeclara. Inprimis in ſcholiis, quae vocantur vetera, multa ſunt ſeruata egregia veterum grammaticorum fragmenta, [illegible] multa in Pindaro nunc ignoraremus. Praebent inſuper notitiam [illegible] veterum auctorum, vt ex indice ſcriptorum in ſcholiis memoratorum adparet: quamquam haud negandum eſt, compilatorem horum ſcholiorum ſaepe incidiſſe in vitioſos codices [illegible] imperitiae ſuae dediſſe documenta. vid. *Valckenar.* diatr. ad Euripidis Hippolytum, p. 151. et 153. Quae autem nos habemus ſcholia in Pindarum, ea ſunt nihil aliud, niſi fragmenta ex veteribus commentariis excerpta, marginibus codicum paſſim [illegible] inſcripta [illegible], modo amplificata nouis aliorum expoſitionibus et commentis, variaque [illegible] leuiter modo diligentius in noua exemplaria tranſſcripta a librariis. Illa autem, typis exſcripta, ſcholia ex vno codice fluxiſſe videntur. Nam in codice Matritenſi (in *Iriarti* catal. p. 446. nr. 10.) diuerſa quaedam, eaque multo vberiora reperiuntur. Quae vero in edit. Romana iam promulgata ſunt, ea repetita habebis in Brubach. Geneu. atque Oxonienſi: in hac tamen variis lectionibus ad Olympia interſperſa ſunt breuia ſcholia et gloſſae interlineares e codd. Bodlei. et [illegible], ſaltem exigui momenti. Digna tamen ſunt ſcholia ad Pindari odas, quae curatius expendantur atque face critica illuſtrentur. Atque *Corſin* in Faſtis atticis haud pauca emendare adgreſſus eſt. Scholiorum graecorum verſionem latinam mſt. in Biblioth. Ambroſiana, auctore Anton. Salmatio latere, memorat *Phil. Picinellus* pag. [illegible] Athenaei de ſcriptoribus Mediolanenſ. In edit. Rom. aliisque [illegible] Olympiis ſcholia *recentiorum*, ad vim verborum ſingulorum et ſententiarum cognoſcendam [illegible] vtilia; at nunc ſeriorum grammaticorum repleta [illegible] quaeſtiunculis. In fronte tamen ad Olymp. I. p. 15. iam notatur, vulgo illa ſcholia recentiorum adſcribi Demetrio Triclinio; verum in quodam exemplari hanc exſtitiſſe adnotationem: [illegible] θῃ παρ' αὐτῷ, πολλῶν τινῶν τῶν καθ' ἡμᾶς σοφῶν εἰς τοῦτο αὐτὸν προτρεψάντων. Demetrium igitur collectorem fuiſſe volunt, aut recenſuiſſe farraginem illam. [illegible] quaedam. Certe ex laudato codice Matrit. (p. 446. nr. 4.) duo Demetrii Triclinii fragmenta [illegible], quae abſunt editione Romana; ſed [illegible] videntur eſſe pars eius [illegible], qui, Demetrii Triclinii Enchiridion de metris inſcriptus, exſtat inter graecos codices MSS. regiae Pariſienſ. bibl. cod. MCCLX. Num igitur ſchol. ad Olymp. XIII. v. 69. pag. 156. edit. Oxon. vol. I. [illegible] auctor ſe de Iaſonis narrationem copioſius ad Lycophronem expoſuiſſe ait, id autem in vulgatis ſub Tzetzae nomine ad Lycophronem commentariis ad v. 174. 175. factum eſt, ab librario quodam ſit inſertum; an, quod veriſimile eſſe videtur cl. *Heyne*, Praef. ad Pindar. vol. I. p. XIV. vtrique ſcholiis idem fuerit auctor, mihi quidem non liquet. Lubrica tamen et ſiue librariorum culpa, ſiue alienis grammaticorum commentis interpolata eſſe

eſſe interdum illa de metri ratione praecepta, idem cel. Heyne monet. Atque auctor libri graeci de artium et diſciplinarum inuentoribus in Montfaucon Bibl. Coiſlin. p. 597. Pindarus, ait, ſcripſit ξένα μέτρα, καὶ τοῖς νῦν ἀγνοούμενα. *Harl.*] *Thom. Magiſtri* et *Emanuelis Moſchopuli* ſcholia MSS. in Pindarum exſtant in Bibl. Auguſtae Vindel. vt teſtatur Reiſerus ὁ μακαρίτης in Catalogo MSS. p. 78. Vtraque illa ſcholia, et alia interlinearia in Pindarum occurrunt in Bibliotheca Auguſtiſſimi Imperatoris, notante Neſſelio. [*] *Fabric.* In memor. cod. Matrit. CXII. (nr. 12. p. 447. in Iriarti Catalogo.) ſunt explanationes in Pindari Olympia, quarum, (vti adnotatum eſt,) quae rubram caput, id eſt, capitalem litteram habent, ſunt *Thomae Magiſtri*; quae vero nigram, *Manuelis Moſchopuli.* — Scholia cum Pindari carminibus latine vertit *Laurentius Morinerius Valentinus;* quod quidem opus mstum in bibliotheca Matritenſi regia ſeruari, tradit *Iriarte* l. c. p. 509 ſq. *Harl.*

V. CODICES MSS. ET EDITIONES PINDARI.

[De codicibus mst. diligenter et copioſe diſputauit cl. *Heyne* in praef. ad Pindar. part. I. pag. 9 ſqq. inprimis ad part. II. pag. 120 ſqq. quare paucis expedire me licebit, additis quibusdam.

In Bibliotheca regia *Matritenſi* eſt teſte Iriarte (p. 273.) cod. chartac. LXXV. in 4. qui continet Pindari *Olympia* cum ſcholiis ignoti commentatoris, at difficillimis lectu, et partim madore deletis, partim iniuria temporis truncatis: et, (p. 445 ſqq.) cod. CXII. chartac. in 4. complectens Thomae Magiſtri et Manuelis Moſchopuli explanationes in Pindari Olympiorum odas X. priores; praemiſſis ex Hephaeſtione, Demetrio Triclinio, aliisque anonymis ſcholiaſtis de multiplici poetarum lyricorum metro annotationibus, tum eiusdem Pindari duplici vita, altera Thomae Magiſtri proſa oratione, incerti auctoris altera, carmine conſcripta. — In bibliotheca *Eſcorial.* ſunt, (indice *Plüero* in: Reiſen durch Spanien p. 189.) Pindari Olympia cum ſcholiis.

In *Italia* habet bibl. *Vaticana Pindari* Olympia cum ſcholiis, tum eadem ſine ſcholiis; porro integrum Pindarum, eumdem cum vetere ſcholiaſte e bibl. reginae Sueciae, tum fragmentum ex biblioth. Alex. Petauii, nec non tres, quondam Heidelbergenſes, a Schmidio iam collatos, et alium a Sylburgio nr. 99. memoratum. *Florentiae* ſunt in *Medicea* nouem codd. ſcripti, a *Bandinio* in Catal. codd. Bibl. Medic. tom. II. pagg. 81. 128. 178. 195. 196. 197. 202. 203. 209. enumerati. Ibidem in Biblioth. Monaſterii Ord. Bened. B. Mariae eſt Pindarus cum ſcholiis ſaec. XIII. ſcriptus. — Porro ſecundum *Montfaucon* in Diario Ital. et Bibliotheca MSSt. ſeruant Bibl. Ambroſiana *Mediolan. Pindarum*, cod. bomb. recent. et duo tresue alios. — *Neapoli* Bibl. S. Ioannis de Carbonaria, quaedam Pindari. — *Venetiis* Bibl. SS. Ioannis et Paulli Dominicanorum *Pindarum* Strategi manu, (quem ex numero Graecorum fuiſſe credit Montfaucon in Diar. Ital. p. 48. qui a Laurentio Medicco Florentiam euocati ſunt, vt codices conſcriberent: adde eiusdem Palaeogr. gr. pag. 82.) — Ibidem Bibl. D. Marci Pindari Olympia et Pythiorum partem cum ſcholiis Thomae Magiſtri et Manuelis Moſchopuli; duo alios chartac. recentes ſaec. XIV. quorum alter Olympia cum ſcholiis in margine, alter Olympia et Pythia complectitur; tum membran. ſaec. XV. Olympia, Pythia et Nemea cum ſcholiis in margine, et chartac. ſaec. XIV. Olymp. cum ſcholiis recentioribus.

In *Anglia* apud *Oxonienſes* ſunt quinque codd. Bodleiani, ab editoribus Oxon. excuſſi, et duo alii. *Cantabrigiae* bibl. collegii S. Emmanuelis habet Pindari librum ſcriptum, qui a Pythiis incipit, et eccleſia Weſtmonaſterienſis alium, qui Olympia, Pythia et Nemea comprehendit. Particulam Pindari cum ſcholiis poſſedit olim Thom. Gale.

Pariſienſis bibl. regia ſeruat codices ad tredecim, omnes recentes: in his tres tantum exhibent totum Pindarum, et tertius eorum bombycinus ad ſaeculum XIII. ſpectare perhibetur cum ſcholiis in margine et gloſſis inter lineas.

Leidenſis biblioth. tres nacta eſt codd. inter Iſ. Voſſii libros: unum bombycinum, Olympia cum ſcholiis, duo reliquos chartaceos, alterum Olympia, alterum Pythia cum iisdem complexos.

In *Germania* praebet *Vindobonenſis* biblioth. quatuor: Olympiorum binos, alterum cum ſcholiis, et duo alios, qui omnia Pindari carmina exhibere narrantur in Neſſelii bibl. Vindob. In Lambecii commentariis unus tantum cod. qui Olympia continet, obiter memoratur. — *Auguſtae Vindelicorum*, teſte Reiſero, in Catal. MSS. pagg. 78. 81. et 83. tres ſunt codd. Pindari, et p. 70. cod. qui habet ſcholia in Pindari Nemea. — De cod. bibl. Gottingenſis copioſus eſt *Heyne* V. C. praef. p. 124 ſqq. Ex illo codice ſunt variae lectiones in Pindari Olympiis et Pythiis excerptae et cum aliis libris comparatae in Bibliotheca philolog. vol. I. p. 5 ſqq. et vol. II. p. 45 ſqq. Lipſiae, 1779. et 1780. In biblioth. Rehdigeriana *Wratiſlauienſi*, teſte Kranzio in Memorab. illius bibl. p. 88. eſt cod. Pindari. — In biblioth. regia *Hafnienſi* eſt cod. MS. ſecundum Iohan Erichſen Udſigt over den gamle MSpt-Samling i det ſtore Kongelige Bibliothek. Kopenhag. 1786. med. 8. ſect. V. [p. 64 Pindari Carmina, cum Schol. interlinearibus aliisque prolixioribus ad calcem ſubiunctis, cod. papyr. in 4.]

De editionibus haec ſcimus, duo praeſertim exempla fuiſſe baſes editionum n. Aldinum et Callergianum, atque ex hoc poſteriore plurimas et vero reliquas fluxiſſe, manu emendatrice hinc inde ab editoribus adhibita: teſtatur id *Heyne*, praef. p. 107. Princeps editio eſt:

Πινδάρε Ὀλύμπια, Πύθια, Νέμεα, Ἴσθμια — ſubiecti ſunt Callimachi Hymni, qui inueniuntur; Dionyſius de ſitu orbis, Lycophronis Alexandra, (omnia graece.) Venet. in aedibus Aldi et Andreae Aſulani ſoceri, menſe Ianuar. 1513. 8.

Praefatio Aldi Manutii ad Andr. Naugerium repetita eſt typis in *Maittairii* A. T. tom. II. p. 145. Aldus uſus eſt in Pythiis et Nemeis codice multo meliore, quam in Olympiis: veterem, ſed corruptum in Iſthmiis habuiſſe videtur.

Πινδάρε Ὀλύμπια — — *μετὰ ἐξηγήσεως παλαιᾶς πάνυ ὠφελίμε καὶ σχολίων ὁμοίως.* Impreſſi per *Zachariam Calergi* (ita pro *Callergi*) Cretenſem. — in aedibus Auguſtini Chiſii (τῷ Κισίῳ) eundem ſumtibus, hortatu Cornelii Benigni Viterbienſis, opera et induſtria Zachariae Callergi. m. Auguſto a. XIII. Leonis X. Romae, 1515. 4. graece.

Scholia primum acceſſerunt, at, iudice Paullo Stephano, minus accurata: illorum tamen comparatione et ope codicum, qui in Olympiis, Nemeis et Iſthmiis meliores fuerunt Aldinis, in Pythiis autem deteriores, lectio Pindarica multo emendatior prodiit.

Florentina edit. a Conr. Geſnero in Bibl. vniuerſali p. 563. memorata, nuſquam inueniri poteſt.

Praefatio

Praefatio in Pindarum exſtat in Stephani Nigri e gr. translatt. p. 79. Mediolani. Io. de Caſtellione. 1521. 4. in qua non editio, ſed interpretatio Pindari in Gymnaſio Mediolanenſi indicitur.

Πινδάρου Ὀλύμπια — *Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia.* gr. Baſileae per Andr. Cratander. 1526. 8. — repet. ibid. per heredes Andr. Cratandri. 1556. 8.

Ceporinus hanc edit. curauit, et praefatus eſt Huldrichus Zwinglius, qui in praefat. de Pindari vita ingenioque diſputat. Is quoque calci adiecit epiſtolam, in qua praematurum Ceporini, (menſe Decembri 1525. denati,) obitum luget, de eius ingenio moribusque quaedam diſſerit. et loca aliquot V. ac N. T. praecipue ex Pindaro acute explicat. Editio eſt emendatiſſima, e romano exemplo ducta, comparata quoque Aldina editione.

Pindari Olymp. hymnus primus et ſecundus latinitate donati Menrado Molthero interprete ſimul et paraphraſte, apud Henr. Gran. Hagen. 1527. 8.

Vid. Maittair. A. T. II. p. 690.

Pindari — e verſione I. Loniceri latina (proſaica) Baſil. 1528. 8. Correctior vero eſt altera editio et auctior enarrationibus decerptis ex graecis ſcholiis et aliis auctoribus:

Pindari — Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia per Ioan. Lonicerum latinitate donata: adhibitis enarrationibus, e graecis ſcholiis, et doctiſſimis vtriusque linguae autoribus deſumptis: quarum ſuffragio poëta, a paucis hactenus intellectus, nunc planior et illuſtrior redditur. Baſil. apud Andr. Cratandrum. MDXXXV. mai. 8. — rec. Tiguri, 1543. et 1560. mai. 8.

Prima haec eſt latina Pindari verſio: In expoſitione de verborum ſaepius, quam ſententiarum vi atque ſenſu ſollicitus fuit. Praemiſit haud ignobile Pindari encomium.

Πινδάρου Ὀλύμπια, Πύθια, Νέμεα, Ἴσθμια μετὰ ἐξηγήσεως παλαιᾶς πάνυ ὠφελίμου καὶ σχολίων ὁμοίων. *Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia.* Francofort. graece, opera et impenſa Petri Brubachii. 1542. 4.

Ducta eſt ex edit. Romana; hinc inde a viro quodam docto correcta et deprauata: in margine nonnullae lectiones edit. Aldinae variae ſunt adſcriptae.

Pindari — Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia, per Philippum Melanchthonem latinitate donata, nunc primum in lucem edita. (ſine textu graeco) Baſil. per Ioan. Oporinum. an. 1558. 8. — rec. Vittebergae, per Io. Cratonem, 1563. 8. cum epiſtola dedicatoria Caſpari Peuceri, Budiſſini, ad Chriſtophorum a Carlowitz, in qua commentatur veluti in Angeli Politiani ſermonem de Pindaro et Dauide, cuius quidem Pſalmos Politianus magni fecit; ſed in Pindaro, aiebat, res eaedem dulcius narrantur et exemplis ſplendidius illuſtrantur.

Splendida eſt editio, ad Brubachianum exemplum a viro erudito, (ipſo probabiliter Morello,) curata, quae graece ſine ſcholiis formulis typographicis deſcripta eſt *Pariſiis* apud *Guilielmum Morellum*, in Graecis typographum regium. 1558. 4. — Num ibidem eodem anno curante Morello *cum ſcholiis graecis* edita ſint Pindari carmina, vt Fabricius memorat, equidem neſcio.

Ex officinis Stephanorum aliquoties prodierunt Pindari carmina. conf. Stephanor. Hiſtor. p. 246. et *Freytagii* Adpar. litt. III. p. 566 ſqq.

Pindari Olympia — caeterorum octo lyricorum carmina Alcaei, Sapphus, Steſichori, Ibyci, Anacreontis, Bacchylidis, Simonidis, Alcmanis, nonnulla etiam aliorum. Omnia graece et latine. Pindari interpretatio noua eſt, eaque ad verbum. Excud. Henr. Stephanus, Hulrichi Fuggeri typographus, (Pariſiis) 1560. octonis minoris formae, ſeu 16.

Morellianum exemplar operis tradidiſſe videtur Stephanus, ſed comparauerat ſcholia et edit. Cratandrianam, quam ſequutus eſt. Quae in altero tomo poſt Alcmanis fragmenta ſequuntur Παιδικὰ μέλη, ea nulla alia ſunt, quam fragmenta. Voſſius ac Scaliger horumque fide Paulus Colomeſius in Recueil de particularitez p. 109. Vltraiect. 1699. in 12. et Theodor. Ianſſon ab Almeloueen in ſyllabo plagiariorum p. 39. retulerunt, verſionem H. Stephani latinam eodem modo, quo vſus eſt Anacreon, expreſſam, *Io. Aurato*, (Iean Dorat.) eſſe tribuendam: at iniuriam fieri ingenio Stephani, adfirmat *Bernardus de la Monnoie* in Epiſtola ad P. Baile, inſerta huius Dictionaire hiſtor. et critiq. tom. I. p. 204. vid. *Freytag.* l. c. p. 568. — Illam editionem exceperunt Stephanianae:

Editio II. *graeco-latina H. Stephani, recognitione quorundam interpretationis locorum et acceſſione lyricorum carminum locupletata.* (Pariſ.) 1566. eadem forma. Ea, quae tom. II. p. 433 — 468. (male exaratum eſt 568.) ſubiecta ſunt, in hac, quae nouum nacta eſt correctorem, qui nonnulla menda ſuſtulit, alia etiam deprauauit, primum acceſſerunt. Differt igitur a prima, et in reliquis omnibus Stephanianis eſt repetita.

Edit. III. cum *H. Coſtraloni notis* (quae in ſqq. editionibus non ſunt repetitae.) 1586. conf. Theſaur. bibliothecal. vol. III. Norib. 1739. 4. nr. 30. p. 233 ſqq. — Ex illa tertia omiſſa ad calcem Epiſtola Sapphus Ouidiana, ad verbum expreſſa eſt edit. *Lugdunum apud Io. Pillehotte ſub ſigno nominis Ieſu*, 1598. eadem forma et ſub fin. *Lugduni ex typographia Io. Honorati, alias lamet.* an. 1589. (adnotante Heyne.) — *Edit.* IV. — excudebat Paul. Stephanus, 1600. — repetita. (edit. V.) *Oliua Paulli Stephani.* 1612. 1626. — et edit. VI. Ebreduni, ex ſocietatis Helueт. Caldor. 1624. 12. omiſſa epiſtola Sapphus Ouidiana.

Ex Stephan. prima ad verbum reddita eſt editio illorum lyricorum *gr. lat. Antuerpiae* ex officina Chriſtoph. Plantini. 1567. 8. min. (al. 12.) conf. *Freytagii* Adparat. liter. III. p. 568.

Pindari Opera omnia latino carmine reddita per Nic. Sudorium (le Sueur) et eiusdem commentarius in Nemea. Pariſ. apud Fed. Morellum 1575. 8. (in Catal. Bolongaro - Creuennae, tom. III. p. 95. nr. 3529.) 1582. min. 8. [w])

Venetam hoc anno laudatam et aliam *Venetam*, Pindar. cum verſ. latina et commentariis Sudorii, 1593. 8. extare, dubitat cel. Heyne. Num annus recte ſit indicatus idemque valeat de edit. Pariſ. 1592. 12. apud Fabric. equidem neſcio.

Olympia

w) Sudorius Pindarum varii generis carminibus latinis reddidit Horatianis et Henrico III. Galliae ac Poloniae regi inſcripſit. Conſulas de illo elogia Scaeuolae Sammarthani lib. IV. pag. 230 ſq. Alius fuit *Ioannes Sudorius*, Theologus Pariſ. circa an. Chr. 1520. de quo Ioannes Launoius part. II. hiſt. ſcholae Nauarreae, pag. 642. — Sudorii verſionem laudat *Morhof.* Polyhiſtor. libr. VII. cap. 2. §. 10. *N. Sudorii* commentarium in *Nemeam* (ſic) ſeorſim prodiiſſe Venetiis, 1582. 12. narrat auctor Theſauri bibliothecalis etc. vol. III. pag. 236.

Olympia graece apud Stephan. Preuoſteau. Pariſ. 1586. 8. Maittaire A. T. part. II. Ind. p. 146. Titulus, ait, praefert etiam Pythia, Nemea et Iſthmia: editio tamen, quam conſului, Olympia tantum complectitur.

Pindari — graece, Lugduni Batau. ex Officina Plantiniana, apud Franc. Raphelengium. 1590. 8. Ex Stephaniana prima eſt expreſſa.

Quarta Pythiorum Ode cum Neandri notis ingenio pubis ſcholaſticae adcommodatis et ſat copioſis, atque expoſitione formarum doricarum ac poeticarum grammatica margini adpoſita, addita eſt Theocriti editioni, inſcriptae:

Theocriti Eidyllia — Pindari Lyricorum principis Argonautica. Cum expoſitione grammatica de ore Mich. Neandri excepta. Impenſis Iac. Apelii. 1596. 8. graece et latine.

Pind. — gr. et lat. Latinam interpretationem M. Aemilius, P. Fr. Porti C. F. linguae graecae Profeſſor (Heidelbergenſis,) *Nouiſſime recognouit, accurate repurgauit et paſſim illuſtrauit.* Apud Hieron. Commelinum. 1598. 8.

Eſt mera repetitio primae Stephanianae. Altera parte Lyricorum fragmenta ſubiiciuntur cum Henr. Stephani diſſ. in Anacreontem, atque a p. 171 — 191. *M. Aemilii Porti breues,* (eaeque admodum ieiunae) *in Euripidem,* (voluit Pindarum ſcribere) *et aliquot Lyricorum poetarum fragmenta* etc.

Pind. — cum ſcholiis graecis et interpretatione latina ad verbum. Geneuae, oliua Paulli Stephani. 1599. 4.

Brubachianam habuit ante oculos eamque ad Stephanianam recenſionem alteram, vnde etiam repetiit verſionem, correxit. Haec editio bona eſt intelligenda, quoties Schmidius et Oxonienſes ad Stephanum prouocant. In praefatione ait Stephanus, Iſaacum Caſaubonum ſibi ſpem feciſſe ſuarum in Pindarum obſeruationum. Huic editioni etiam ſubiectus index ſcriptorum in ſcholiis memoratorum, ſed perquam mancus. — Edit. Lugdun. 1598. 12. nominat Harwood.

Ex Pindaro Ecloga, (n. Olymp. IV. V. Pyth. VII. VIII. Nem. II. Iſthm. III. V.) *graece,* e typogr. Steph. Preuoſtaei. Pariſ. 1600. 4.

Conf. *Maittaire* A. T. tom. III. part. I. p. 837.

Pind. gr. et lat. in Corpore poet. gr. Iac. Lectii. tom. II. Geneuae 1614. fol.

Πινδάρου περίοδος *h. e. Pindari lyricorum principis, plus quam ſexcentis in locis emaculati, vt iam legi atque intelligi poſſit,* Ὀλυμπιονῖκαι, Πυθιονῖκαι, Νεμεονῖκαι, Ἰσθμιονῖκαι, *illuſtrati verſione noua fideli, rationis metricae indicatione certa, diſpoſitione textus genuina, commentario ſufficiente. Cum fragmentis aliquot diligenter collectis, indice locuplete, victorum, autorum, rerum et verborum, diſcurſu duplici, vno de Dithyrambis, altero de inſula atlantica vltra columnas Herculis, quae America hodie dicitur. Opera Eraſmi Schmidii, Delitiani, graec. et mathem. Prof. publ.* (Wittebergae,) Sumptibus Zachar. Schureri. a. 1616. 4.

Schmidius diu multumque verſatus in curanda ornandaque hac editione, quippe qui iam a. 1611. vulgaſſet *Pindari plus quam ſexcentis in locis emendati ſpecimen,* exemplar Cratandrinum ſuis curis expolitum non minus, quam ſuis emendationibus interpolatum repetiit, contextum Olympiorum et Pythiorum e tribus MSS. Palatinis et paruam quoque Pythiorum particulam

ticulam e fragmento bibliothecae Auguſtanae a Dan. Hoeſchelio collato, non admodum frequenter meliorus conſtituit: ex editt. antiquis aliisque ſubſidiis plura adtulit. In primis recenſionem ſui poetae fere totam ad rationes metricas, quamuis lubricas, ſaepe parum tutas, interdum manifeſte commenticias, quas ſibi ex antiquo metrico, et aliquoties metro ad arbitrium conſtituto finxerat, acute quidem ac docte et infinitis locis feliciter, ſaepe tamen perperam et continuo exegit atque formauit: ideoque diu poſt a Pawio iuſto acerbius atque inhumane exagitatus eſt. Quod vero ſingulorum diſpoſitionem ſiue analyſin logicam praemiſit, eo omnem vim lyrici poetae diuiniorem infregit, nec ſenſum poeticae virtutis, ſublimitatis atque audaciae Pindaricae adhibuit nec excitauit acuitque. Hinc in commentario, docto quidem, in quo multa ex ſcholiaſtis hauſit, ea, quae ad poetam lyricum, in primis Pindarum, recte intelligendum atque ſentiendum et ad vim formamque lyrici carminis penitus cognoſcendam, inprimis faciant, omnino deſiderabis. Sed de virtutibus atque, non dicam vitiis, ſed infirmitatibus huius editionis, quae rareſcere incipit, haud contemnendae, atque ſaeculi illius, quo ſcripſit Schmidius, ratione atque conſuetudine ſobrie acuteque iudicauit cl. Heyne in vtraque praefatione. Adde *Goetzii* Memor. bibl. Dresdenſ. vol. II. p. 467. Acta erudit. Lipſ. 1698. pag. 118.

In interpretatione ſententiarum et lyricae orationis Schmidio, cuius tamen exemplar in contextu reddidit, multum praeſtat *Io. Benedictus*, (Benoit,) M. D. et in Salmurienſi acad. R. linguae gr. Prof. a quo editus eſt *Pindarus: Πινδάρου περίοδος* — cum verſione latina recognita, paraphraſi, et commentariis, Salmurii. 1620. 4.

Pindari Ol. P. N. I. ſumtibus C. Morelli. typographi regii. Pariſ. 1623. 8.

Pind. Olympia, latino carmine reddita per Nic. Sudorium, ſumtibus eiusdem Morelli. Pariſ. 1623. 8.

vid. *Maittarii* A. T. III. part. II. p. 882.

Ex Pindari odis excerptae genealogiae principum veteris Graeciae, quorum illuſtres etc. ſtudio Dauidis Chytraei. Roſtoch. 1695. 8. (hic annus indicatur a Fabricio et ab Heynio: at vel repetita editio eſſe videtur, vel error anni: ſaltem in *Iöcheri* Lex. eruditorum voc. *Chytraeus* ille liber inter eos, quos exeunte ſaeculo decimo ſexto ſcripſerat Chytraeus, memoratur.)

Πινδάρου — *Pindari Olympia, Nemea, Pythia, Iſthmia, vna cum latina omnium verſione carmine lyrico per Nicolaum Sudorium.* Oxoniae e theatro Sheldoniano 1697. fol.

Curantibus *Ric. Weſt* et *Rob. Welſted*, cum verſione *Eraſmi Schmidii* et *Io. Benedicti* argumentis ac paraphraſi, variis lectionibus et notationibus criticis ex codd. quinque Bodleianis, parum fructuoſis ad contextum emendandum ac reſtituendum, et prioribus editionibus, vel potius e Schmidio ſubiectis. Baſis eſt Schmidiana recenſio, quam tamen modo deſeruerunt, vbi Profeſſor Wittebergenſis acute recteque veram reſtituerat lectionem, modo retinuerunt, vbi deſerenda eſſet, vt praeclare monuit Heyne qui in vtraque praefatione de peruerſa ratione edit. Oxon. grauiter conqueſtus eſt, atque *R. Dawes* in Miſcell. crit. ſect. II. p. 37 — 68. dedit *Obſeruationum Pindari Editionem Oxonienſem ἀκρίβειαν ſpecimen*: coll. Burgeſſii adpendice, p. 393 ſqq. — Inſuper in illa editione praemittitur vita Pindari recens confecta, Phlegontis Tralliani de Olympiis fragmentum. Addita eſt collectio fragmentorum, quae excipiunt indices

dices et omnium ſere Pindari vocum atque loquutionum, et auctorum in ſcholiis laudatorum longe plenior, quam Stephanus dederat, tum *Nicolai Suderii* poetica metaphraſis. Adhaeret denique *Series chronologica Olympiadum, Pythiadum, Iſthmiadum, Nemeadum, quibus veteres Graeci tempora ſua metiebantur, cum nominibus, quotquot inueniri potuerunt, Olympionicarum et aliorum victorum in ludis, quibus hosce ſingulos inſignierunt; ad aeras vrbis conditae, et Nabonaſſari, annis regum ex Ptolemaei Canone adiectis, atque etiam ad aeram chriſtianam vulgarem accommodata, per Gulielmum Lloyd, A. M. Epiſcopi Wigornienſis filium. Oxon.* 1700. [x])

Ex hac editione repetitus eſt contextus poetae, cum latina verſione Glasguae, Foulis. 1744. tom. II. in 4. gr. 1754. 24. IIII. vol. et minus correcte gr. ac lat. 1770. II. vol. 8. — tum gr. et lat. Londini, apud Bowyer. 1755. 8.

Pindari carmina cum lectionis varietate curauit Chriſtian. Gottlob Heyne, graece, Gottingae apud Io. Chriſtian. Dieterich. 1773. min. 4. vol. I. — vol. II. continet Interpretationem latinam emendatiorem, (cura et diligentia Io. Beniam. Koppii, in praeſenti praeſulis coetus ſacri Hannouerani.) Gotting. 1774.

Baſis quidem eſt recenſio Oxonienſis: at non ſolum ope melioris interpunctionis ac diſtinctionis ſententiarum ſenſum multis locis reddidit cl. Heyne, ſed etiam comparatis veteribus libris, praecipue Aldina et Romana editione, varietatem lectionis melius ordinauit ac diſpoſuit. In Nemeis, Pythiis ac Iſthmiis Aldinae et Romanae editt. multo diligentiorem addixit operam; de veritate lectionum memorabilium, item de emendationibus Schmidianis et Pawianis, interdum de ſenſu verborum ac ſententiarum iudicauit. In praefatione ad priorem tomum de conſilio et ratione ſuae editionis et de Scholiaſtis potiſſimum diſſeruit, atque lectionis Pindaricae fontes et riuulos aperuit. Alteri tomo ſubiecit hiſtoriam editionum codicumque MSSt. criticam, quam ego inprimis ſequutus ſum.

Carminum Pindaricorum fragmenta. Curauit I. Gottlob Schneider, (in praeſenti Prof. Francof. ad Viadrum,) Argentorati, apud Io. Frider. Stein. 1776. 4.

Fragmenta, quotquot reperire potuit, ſiue in claſſes quasdam, carminis genere memorato, redegit, ſiue, ignoto poematis nomine, a p. 54. vsque ad finem ſubtitulo, ἀποσπασμάτια ἄδηλα collecta dedit docteque illuſtrauit. In Noua philolog. bibliotheca, vol. III. Lipſiae 1777. p. 73 ſqq. eſt liber in epitomen redactus; Fragmentorum tamen magnam partem latuiſſe eum, adfirmat cenſor libri in Bibliotheca critica, tom. III. Amſtelod. 1778. p. 93. In ſcholiis Homer. Marcianis ad Iliad. λ'. v. 227. memoratur fragmentum quod aliquantum differt ab iis quae Schneider p. 26. ex Stobaeo atque Euſtathio adpoſuit. In Prooemio promiſit vir doctus latinam verſionem Periculi ſui de vita et ſcriptis Pindari, atque commentarios in Pindarum. Atqui ſi quis veterum poetarum, certe Pindarus, dignus eſt, qui nouis curis cum criticis, tum inprimis exegeticis, in quibus et ſenſus verborum ac ſententiarum ex hiſtoria, mythologia, antiquitate praeceptisque grammaticis, quamquam breuibus, at tamen dilucide atque curatius declaretur, et poetae ingenium, virtutes aeque ac peccata, carminisque natura et conſtitutio nec non argumenti numerorumque et modorum ratio demonſtrentur atque explicentur, perpolitus,

x) Conf. Acta Eruditor. Lipſ. 1698. pag. 118. pag. 461 ſqq. *Freytag* Adpar. litter. tom. III. Nachricht von einer Halliſch. Bibliothek tom. III. pag. 570.

politus, aut commentariis ad ſentiendam lyricam vim ac maieſtatem carminis Pindarici, et meliorem faciliorem que locorum, qui multi ſunt, difficilium intelligentiam luculentioribus inſtructus prodeat. Scholia quoque, quae multis adhuc ſcatent vitiis, nouam hominis critici omnique antiquitate imbuti exigunt operam atque diligentiam. — Duo alia fragmenta habet *Herodianus* in Opuſculo *περὶ σχημάτων* a cl. *Villoiſonio* edito in Anecdot. graec. tom. II. p. 95. adde p. 19. et 20. (vbi de *Choricio*, Pindari imitatore agit Villoiſon.) in notis, nec non p. 75. de excerptis ex Pindaro apud Macarium in Ῥοδωνιᾷ, ex codice MSto Veneto D. Marci.

Pindari Carmina ſelecta. Olymp. I. II. IV. V. IX. XI. XII. XIV. Pyth. I. VI. VII. IX. XI. Nem. I. XI. Iſthm. III. VII. cum ſcholiis ſelectis ſuisque notis, (eruditis et ad poetam intelligendum perquam vtilibus,) *in vſum academiarum et ſcholarum edidit Fridericus Gedike, ſupremi Senatus eccleſiaſtici conſiliarius, et Gymnaſii Fridericiani Berolin. Director.* Berolini typis et ſumtibus I. F. Vngeri. 1786. 8.

Pindari carmen IIII. Olympicum, perpetua adnotatione illuſtrauit Henr. Lud. Pfaff, Herslebia-Gothanus. Ienae 1787. 8. — In *Petuſae* Encyclopaed. philol. vol. IIII. pag. 413 ſqq. eſt Olympion. carm. I. Idem dedi et explicui in Anthol. graeca poet. etc.

Fabricii adnotationem hic ſubiungam: „Antonius Clementius in vita Salmaſii p. 19. *Pindarum anno aetatis decimo exacte admodum interpretatum eſſe, ma[illegible] a fidei eſt.* Quae verba ſic intelligo, quod illa aetate iam tantos in Graecis fecerit progreſſus, vt Pindarum interpretari potuerit; non, quod totius poetae verſionem compoſuerit, vt exiſtimauit *Baillетus* p. 257. libro de pueris eruditis. Certe Pindari verſio Salmaſio auctore nunquam vidit lucem; neque *Benedicti Lampridii*, Cremonenſis, (de quo Laſcaris diſcipulo vide *Iouium* p. 182. Elog.) quantum ſciam, a quo Pindarum feliciſſimis latinis verſibus redditum ſcribit *Gaddius* tom. I. de ſcriptoribus non eccleſiaſticis p. 26?. Sed Pindarum feliciter latinis verſibus imitatus dicitur Benedictus Lamprid. et laudatur a *Franciſco Ariſio* in Cremona literata tom. II. p. 95 ſq. et a *Io. Matthaeo Toſcano* in Peplo Italiae cap. 91. p. 56."

De verſionibus latinis et quibusdam recentiorum idiomatum interpretationibus differit Heyne tom. II. p. 117 ſq. (conf. Blankenburg. ad Sulzer. Theor. Art. tom. III. p. 57? ſq.) Ode tertia in Hieronem, a *Fr. Laureo* heroico carmine donata, exſtat cum Aeliano, edit. Iollii. 1550.

Italicas recenſent *Philippus Argelati* in Bibliotheca degli Volgarizzatori tom III. p. 209 ſq. et *Paitoni* in Biblioteca degli Autori antichi Greci e Latini volgarizzati, tom. III. p. 1?5 ſqq.

Ode di Pindaro — tradotte da *Aleſſandro Adimari*, e dichiarate dal medeſimo. Con oſſervazioni e confronti di alcuni luoghi imitati, e tocchi da Orazio Flacco, etc. In Piſa, nella Stamperia di Franceſco Tanagli, 1631. in fine: 1632 fol. Liber dicatus Franciſco Barberino, Vrbani VIII. Pontificis max. nepoti. — Adimari imagini in Elogiis Academiae incognitorum p. 14. hoc diſtichon adſcriptum legitur: *Plurima ſcripſiſti, vir docte, volumina, verum Cunctorum pondus Pindarus vnus habet.*

La Parafraſi di alcune Ode di Pindaro, di *Camillo Lenzoni*. In Firenze, per Zanobio Pignoni. 1631. 4. conf. *Io. Cinelli* Biblioth. volante, V. p. 16.

Oda prima Iſtmia di Pindaro — e la ode di Pindaro III. nella Nemea. etc. vid. Capponi Anacr. tom. I. p. 52.

Ὀλυμπιονῖκαι,

Ὀλυμπιονῖκαι. *I Vincitori Olimpici di Pindaro, tradotti in Italiane Canzoni ed illuſtrati con poſtille da Giambatiſta Gautier.* In Roma 1762. et Πυθιονῖκαι, 1765 mai. 8. graecis ex aduerſo adpoſitis. Ab Italis laudatur libellus, at, iudice Heynio, „graecae lectionis interdum ne veſtigia quidem in Italo interprete videas, qui omnino ex latina verſione et ex Adimaro ſapere videtur." — De *Ioſephi Mazari*, Prof. quondam gr. ling. Mantuan. verſione: Ode ſcelte di Pindaro, Saſſari. 1776. vid. Gedicke. Pindaricae laudis aemulum apud Hetruſcos *Gabrielem Chiabreram* laudat *Erythraeus* Pinacoth. I. 36. p. 63. Biblioth. Italiq. tom. I. p. 275 ſq. — *Antonius Tantillus* celebris fuit a Pindarica poeſi et odas octo varii argumenti fudit atque nominare coepit *Della Cetra Pindarica* etc. vid. Mongitor. Biblioth. Sicul. tom. I. p. 52.

Hiſpanice vertit primam oden *P. Luis de Leon*, in eius operibus p. 170. edit. Maianſii, et laudatur a Diezio in nota ad *Velazquez* Hiſtoriam poeſeos hiſpanicae, in ſermonem teutonicum conuerſam p. 458.

De *Gallicis*, etiam ſingularum odarum, interpretationibus atque earum, quae in Commentariis acad. I. et B. L. occurrunt, vide Abb. *Goujetum* in Bibl. Françoiſe, tom. IV. p. 249. Atque omnino mirum videbitur, ſtudium plurium Gallorum, quam aliorum alius nationis, certatim quaſi addictum fuiſſe Pindaro vertendo, quum conſtet, quam valde abhorreat natura atque ingenium linguae francicae ab ingenio, vi, audacia atque compoſitione vinculisque orationis Pindaricae, et a verborum ordine, quem lyricus ſaepe audaciusque turbaſſe videtur, quum vel lingua latina non vbiuis adſequi poſſit illas graeci lyrici virtutes atque proprietates. Huc igitur pertinent *Fraguieri* recitat. de charactere Pindari (de animo poetae vehementer commoto et diuiniore, indeque enatis digreſſionibus,) in Commentar. ſociet. Pariſ. mem. vol. II. p. 33 ſqq. et in comm. iisdem a Gottſchedia germanice verſis, tom. II. p. 44 ſqq. — tom. IV. Abb. *Maſſieu* francice vertit atque illuſtrauit Odam XII. Olymp. (p. 486 ſqq.) Od. XIV. Olymp. (p. 502 ſqq.) idem tom. VI. Od. I. et II. Ol. atque Od. I. et II. Iſthm. (p. 283 ſqq.) — vol. X. p. 347 ſqq. *Sallier* IIII. atque V. Od. Olymp. — vol. XXXII. p. 464 ſqq. Olymp. VII. et p. 474 ſqq. et vol. XXXVII. p. 87 ſqq. *Chabanon* vertit francice atque explicuit Odas Pyth. VI — VIII. Idem *Chabanon* Pythic. Odas coniunctim edidit: *Les Odes Pythiques de Pindare. Traduites avec des Remarques, par M. Chabanon.* à Paris. 1772. 8. Seuera doctaque cenſura huius libelli eſt in Philologica Bibliotheca, vol. II. part. I. Gottingae 1772. 8. *Sozzy* verſio Olymp. Od. Pariſ. 1754. 12. eſt fida quidem, at tenuis, iudice Gedicke: adde Heyne Praef. II. p. 118. In Hiſtor. illius ſocietat. Pariſ. (Hiſtoire de l' Academie Royale des I. et B. L.) ſunt tom. V. p. 95. (in verſione Gottſchediae germanica tom. III. p. 136 ſqq.) breues leuesque animaduerſiones Abb. *Maſſieu* de verbis ſententiisque Pindari, et p. 111 ſqq. (in verſ. Gottſchediana, tom. III. p. 190 ſqq.) Abb. *Fraguier* comm. de loco quodam Pindari a Platone in lib. IV. Legg. p. 714. D. in primis in Gorgia p. 484. B. citato. — Od. XII. Olymp. verſa eſt a *Batteux* in: Cours des B. L. tom. II. — Liberius conuerſae ſunt in linguam francicam atque illuſtratae quaedam odae in libro: *Eſſai ſur Pindare. Contenant vne traduction de quelques Odes — avec vne Analyſe raiſonnée et des Notes hiſtoriques, poetiques et grammaticales. Le tout precédé d' vn Diſcours ſur Pindare et ſur la vraye maniére de le traduire. Par Mr. Vauvilliers, Lecteur et Prof. R. pour la langue Grecque.* Pariſ. 1772. 8. Sunt tamen viri docti, qui multa culpent, et conquerantur, odas Pindari ab iſto mutilatas eſſe et transformatas. conf. *Gedicke* iudicium de gallicis verſionibus in eius praef. ad verſionem Pindari german. — Antiquiores gallicae verſiones ſunt *F. Marini*, (*Marin*, Champenois) cum

notis Pariſ. 1607. 1617. [q] 1677. 8. atque *P. de la Gauſie* proſa partim, partim verſu ſcriptae, additis iconibus, *ibid.* 1626. 8. (vid. Biblioth. Hohendorſ. III. p. 128) — Specimen nouae editionis vel potius Paraphraſeos gallicae Pindari editum eſt in memoriis Dombenſibus ſiue Treuoltianis, (de Trevoux) a. 1702. part. I. p. 75 ſqq.

Ex Anglicis huc pertinent: *The ſecond Olympique and firſt Nemaean Ode paraphraſed by Mr. Cowley.* London. 1656. — aliam quarumdam Pindar. odarum verſionem eiusdem *Cowlei* cum carminibus ad exemplum Pindari lingua anglica compoſitis, Londini 1681. 8. adtulit Fabricius. — *Part of Pindar's firſt Pythian Ode paraphraſed by W. Harte*, London. 1727. 8. — The merchant, a naval lyrik on Trade Navigation, and Peace: deſign'd to give *a new but juſt idea of the Pindaric ode*, and to ſhew the Scripture ſtyle of the prophets highly proper for it, by the Author of the vniuerſal paſſion. London. 17.. — VI. priores Od. Olymp. anglice vertit *H. I. Pye* in: Poems on various ſubiects, vol. II. 8. vid. Critical Review, menſe Mart. 1787. n. 7. — *Od. of Pindar* (Ol. I. II. III. V. VII. XI. XII. XIV. Pyth. I. Nem. I. XI. Iſth. II.) with ſeveral other Pieces in Proſe and Verſe transladed from the Greek to which is prefixed a Diſſertation on the Olympik etc. by *Gilbert Weſt.* Eſq L. L. D. Lond. 1749. 4. Laudatur haec verſio. — Sex odae Olymp. quas omiſerat Weſt, anglice et metrice verſae cum notis apud White prodierunt Londini 1775. Reliqua Pindarica carmina vertit et notis illuſtrauit *Burnaby Green* Lond. 1779. 4.

Nonnulli quoque *Germani* varia fortuna verterunt odas *Pindaricas*: quasdam proſa oratione *Steinbrüchel* adiecit tragoediis quibusdam Sophoclis. Tres (Ol. I. IV. XI.) typis repetitae ſunt in: Litteratur-briefen, vol. II. ep. 31. et laudatae. Primam Olympic. Od. metrice vertit *Schoenborn*, (non, *Sturz*, vti Schummel in: Ueberſetzer Bibliothek, p. 24. ſcripſerat, v. Hamburg. nou. acta diurna, a. 1774. ſcid. 110.) in Briefen über die Merkwürdigkeiten der Litteratur. Schleswic. 1769. 8. — Olymp. III. *Anton*, et VI Olymp. *H. W.* l. c. Olymp. XIV. alius, in Lyriſchen, Elegiſchen und epiſchen Poeſien. — *Damm Verſuch einer proſaiſchen Ueberſetzung der griechiſchen Lieder des Pindarus*, (cum notis.) IV. Vol. Berolini 1770. 1771. 8. Ad intelligentiam carminum eſt quidem vtilis illa verſio, at ieiuna, tenuis et omnem vim atque ſublimitatem lyrici poetae miſere fregit atque perdidit. — Multo melior eſt *Gedikii* V. C. verſio, quae quantum fieri potuit, vim, maieſtatem ac grauitatem poetae exprimit. Is vero primum operam ſuam indicauit, addito ſpecimine, in: *Teutſchen Muſeum*, m. April. 1777. — Paullo poſt lucem adſpexerunt: *Pindars Olympiſche Siegshymnen, verdeutſcht von Friedrich Gedike*, Berolini et Lipſ. 1777. 8. cum animaduerſionibus eruditis, (in praefatione de verſionibus Pindari ſubtile fertur iudicium.) — et *Pindars pythiſche Siegshymnen mit erklärenden und kritiſchen Anmerkungen*, ibid. 1779. 8. *I. H. Voſs* ſpecimen verſionis germ. Pyth. I. cum notis dedit in: *Deutſchen Muſeum*, a. 1777. vol. I. coll. epiſtola *Heynii* ad eundem ibid. 1779. — *Gurlitt* verſio Od. VIII. Nem. eſt ibid. m. Mart. 1786. tum Od. V. Iſthmicae, in: Wielandi deutſchen Mercur, m. Iul. 1785. n. 2. Od. V. Nem. ib. m. Aug. e. anni. Eiusdem verſio I. odae Iſthm. cum notis, in: Humaniſtiſchen Magazin, Helmſtadt, 1788. p. 39. et IV. Od. Iſthm. ibid. p. 165 ſqq. item Od. VIII. Iſth. ibid. p. 199 ſqq. — Eiusd. verſ.

q) In Bibl. Bodleiana p. 224. et in: Diſcours ſur Pindare, praemiſſ. vers. gallicae Olymp. cum hiſtor. animaduerſſ. Pariſ. 1754. p. 8. vbi haec et ſequens vers. de la Gauſie vocantur *déteſtables pour le tems même ou elles ont paru.*

verſ. Od. III. Iſthm. ibid. a. 1787. p. 280 ſqq. Od. VII. Iſthm. ibid. p. 345 ſeqq. — Praeterea variorum etiam carminum Pindaricorum verſiones occurrunt in: *Car. Phil. Conzens* Beyträgen für Philoſophie, Geſchmack und Litteratur. Part. I. n. 10. (Reutling. 1786. 8) et *G. W. C. Starkii*, Rectoris ſcholae Bernburg. Progr. Einige Gedanken über die Ueberſetzung griechiſcher und römiſcher Dichter, nebſt einzelnen Gedichten des Ovid, Mimnermus, Theognis, *Pindar*, Bacchylides und Simonides, überſetzt. Hal. 1790. 8. *Harl.*]

VI. VARIA SCRIPTA PINDARVM ILLVSTRANTIA.

1] *Franciſci Porti* commentarii in Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia. Geneu. apud Io. Syluium 1583. 4. In Bibliotheca Petri Francii fuere haec commentaria, manu Aemilii Porti variis locis aucta et ad editionem parata.

2] *Benedicti Aretii* Bernenſis commentarii in Pindarum. Geneu. 1587. 4. [?] [De raritate huius libri vid. Freytagii Anal. litter. p. 46.]

3] *Mich. Neandri* Ariſtologia Pindarica graeco-latina, ſiue ſententiae et loca ſelecta [v. g. Pythionic. 4. de Argonautarum expeditione] cum notis et vberioribus excerptis ex aliis graecis auctoribus ad ſenſum locorum Pindaricorum hiſtoricum facientibus, Baſil. 1556. 8. Argumenta etiam ſingularum odarum Pindari Neander adiunxit, et aliorum Lyricorum ſententias.

4] Comparaiſon de Pindare et d' Horace, par Mr. *Franc. Blondel*, Maitre des Mathematiques de Monſeigneur le Dauphin, Pariſ. 1673. et Amſt. 1686. 12. [et dans les Oeuvres du René *Rapin*, edit. Hag. 1725. 12. tom. I. p. 433.] et latine, Iano Berkelio interprete, vna cum Iacobi Palmerii Apologia pro Lucano. Lugd. Bat. 1704. 8. Rem paucis complexus perſonatus ſcriptor Vignolius Maruillius in Miſcellaneis ſuis tom. II. p. 127. *Pindare a plus d' elevation qu' Horace: Horace a plus de delicateſſe, d' agrement et d' egalité, que Pindare. L' un donnoit plus à l' entouſiaſme, et l' autre au bon ſens.* Confer *Boilaeum* ad Longinum [reflex. VIII.] vbi Pindarum aduerſus Perraulti obelos tuetur. [et quae ſcripſi in Introd. in Hiſt. L. Gr. p. 102 ſq.]

Aemilii Porti Lexicon Pindaricum, Hanou. 1606. 8. *Erasmi* quidem *Schmidii* Πινδαροταμεῖον, ſiue *Concordantiae Pindaricae*, quarum ſpecimen dat in ſua praefatione ad Lectorem, diuerſa a prolegomenis, lucem nunquam viderunt: nec lucem verſio Pontii Virunii memorata in: Giornale d' Italia tom. 24. p. 277.

Dan. Heinſii Oratio XXVII. Pindari Pythiis praemiſſa, et Poetae maieſtatem atque ſapientiam praedicans.

Franciſci Montani lucubrationes in Pindarum ab auctore ad Iac. Gronou. miſſae commemorantur in tom. III. Ephemer. litter. Italiae, p. 130.

[*Io. Cornelii de Pauw* notae in Pindari Ol. Pyth. Nem. Iſthmia. Traiecti ad Rhen. 1747. 8. Vir quidem graece doctiſſimus metricaeque callens rationis; at importunus et agreſtis Schmidii cum primis cauillator, nec raro captioſorum commentorum, nouarumque earumque minus certarum opinionum venator. conf. *Reiske* Lebensbeſchreibung p. 241.

Gotthilf. Frideman. Loeberi Exercit. critica in Pindari Olympionicarum Oden XI. Ienae. 1743. 4.

Introduction à la lecture des Odes de Pindare par M. I. L. Bridel, à Lauſanne. 8. conf. Journal encycloped. m. Febr. 1788. p. 48 ſqq.

Guil. Barford diſſ. in Pindari primum Pythium habita Cantabrigiae in ſcholis publicis. Cantabr. 1751. 4. conf. Noua acta Eruditor. 1754. Iun. part. I. p. 321 ſqq. vbi illa diſp. parum commendatur.

In *A. F. Ruckerſfelderi* Sylloge commentationum et obſeruationum philologico-exegeticarum et criticarum, faſciculo priore, primum locum occupat commentatio quaedam cantica ſacra ex genio Pindaricorum illuſtrans, Dauentriae 1762. 8. conf. *Klotzii* Acta litterar. vol. I. part. II. p. 117 ſqq.

Nouum Lexicon graecum Etymologicum et reale, cui pro baſi ſubſtratae ſunt concordantiae et Elucidationes Homericae et *Pindaricae.* — collegit et digeſſit *Chriſtian. Tobias Damm,* Rector Gymnaſii Colonienſis Berol. Berolini. 1765. mai. 4.

M. *Io. Chriſtoph. Frid. Gottſchel* diſp. me praeſide habita: Mythologiae Pindaricae Specimen I. Erlangae. 1790. 4.

Martin Gottfried Hermann Handbuch der Mythologie, enthaltend die Mythen aus den lyriſchen Dichtern der Griechen, — vol. II. Berolini. 1790. paſſim.

D. Io. Aloyſii Mingarelli, Abbatis S. Mariae ad Rhen. et gr. litterar. in Archigymnaſio Bonon. lectoris *Coniecturae de Pindari odis,* Bononiae 1772. 4. non ſatisfaciunt eruditorum exſpectationi. In epitomen redactae ſunt illae coniecturae in Bibliotheca philologica, vol. II. part. VIII. Gottingae 1774. p. 645 — 673.

Lepida eſt opinio *Giamb. Paſſeri* in: Nuoua Raccolta d'Opuſcoli ſcientifici e filologici, vol. 27. Pindarum ex poetis iudaicis artem ſaltuum, nobilium ſententiarum et ſtili hauſiſſe.

Richardi Dawes Emendationes in Pindarum, in illius Miſcellaneis criticis. ſect. II. p. 37 — 70. et *Thomae Burgeſſ* additamenta p. 353 — 366. Oxon. 1781. 8.

M. Guil. Gottl. Hermann comm. de conuerſione Pindarica. Goerlic. ſ. a. 4.

F. Iacobs Emendationes in quaedam Pindari fragmenta. In: Biblioth. der alten Litteratur und Kunſt. part. II. Gottingae 1782. 8. p. 40 ſqq.

Aug. Matthiae Emendationes variorum eius locorum vid. in Eius Obſeruatt. critic. in Tragicos, Homerum, Apollonium, Pindarum, etc. Gotting. 1789. 8.

Clodius de pindarica poeſi in: Verſuche aus der Literatur und Moral, part. I. Lipſiae, 1767. p. 49 ſqq. *Harl.*]

VII. PINDARI SCRIPTA DEPERDITA APVD VETERES MEMORATA.

[Quaedam tamen ſub diuerſis nominibus citata ad vnam eandemque claſſem pertinuiſſe videntur.]

Ἀσίγμος ᾠδή. Euſtathius ad Iliad. [illegible] ſub init. λέγεται γοῦν καὶ Πίνδαρος ποιῆσαι ἄσιγμον [illegible] Ἑρμιονεὺς ἐν [illegible] ἄσιγμος [illegible]. Confer Athenaeum lib. X. p. 455.

Βακχικά. Suidas in Πίνδαρος.

Δαφνηφορικά.

Δαφνοφορικά. Suid.

Διθύραμβοι. Suid. Scholiaſtes Pindari, [Ariſtidis II. p. 295. fragment. in Ariſtid. or. Platon. II. p. 52.] et Anonymus Graecus in Rhetorica Ariſtotelis lib. III. p. 55. b. Strabo lib. IX. p. 404. Dionyſius Halic. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, (confer locum inſignem Pindari, quem Dionyſius ibi citat, reſtitutum et verſione donatum a Ioſua Barneſio tom. II. p. 350. editionis Dionyſii praeclarae Hudſonianae,) et Harpocratio. Plures libros fuiſſe, conſtat ex Etymologico in Θόραξ, vbi laudatur Pindarus ἐν διθυράμβων πρώτῳ. ſed inde non ſequitur: ſed idem eſt ac in primo dithyrambo; alioquin citatur ſaepius ἐν διθυράμβοις. conf. *Schneideri* Fragm. Pind. p. 35. 46 ſqq.]

Δράματα τραγικὰ ιζ. Suid.

[Ἐγκώμια. *Schneider* Fragm. Pind. p. 44. v. etiam σκόλια. De encomiis *Menander* ſcripſit comment. ab *Heeren* denuo editum.]

Ἐνθρονισμοί. Suid.

Ἐπιγράμματα ἐπικά. Suid. *Epigrammata in Panem* memorat *Euſtathius* in Iliad. χ'. p. 771. *In Heſiodum* Suid. in τὸ Ἡσιόδειον γῆρας et appendix Vaticana IV. 3. ex Ariſtotelis Rep. Orchomeniorum.-[?]

[Ἐπινίκια carmina. v. ſchol. ad Pyth. II. 1. p. 181. ad Nem. 11. p. 421. *Schneideri* Fragm. Pindar. p. 2 ſqq. qui p. 3. docet, Pindarum praeter Od. VII. Olymp. aliud carmen ἐπινίκιον ſcripſiſſe in Diagoram. *Frider. Suedorf* de Hymnis Veterum Graecorum, p. 8.]

Pindarum ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους laudat *Zenobius* VI. 49. prouerb. [ſed apud Zenodotum legendum eſſe Πείσανδρος docuit *Ruhnken.* in Epiſt. ad Heynium, inſerta Virg. tom. IV. p. 237. edit. I. adde Schneider l. c. p. 63.] Idem V. 20. citat Pindarum in Εὐμενικοῖς, ſed legendum Νεμεονίκαις, reſpicitur enim Odae 3. Nem. v. 56 ſq.

Θρῆνοι. Suid. et Scholiaſtes Pindari ad Pyth. VII. 17. etc. *Plutarchus* in Romulo et conſolat. ad Apollon. p. 120. *Georgius Galeſiotha* apud Allatium p. 210. de Simeonum ſcriptis. [vid. *Schneideri* Fragm. p. 20 ſqq.]

vertit, anonymum illum, ex quo carmen hoc protulerant H. Stephanus et Andreas Schottus, Obſervatt. hum. II. 61. eſſe *Theodorum Prodromum* in Amaranto p. 465. ac *Bentleius* ad Horat. pag. 82. pronuntiat multa eorum, quae ſub Anacreontis nomine hodie feruntur, eſſe ſpuria.] At *omnia* carmina dulciſſima, quae adhuc nomen Anacreontis gerunt, cum *Robortello* neſcio cui? homini inepto Graeco temere adſcribere, hominem tantum poſſe putem ſenſu antiquae venuſtatis pulcritudinisque parum ſubacto praeditum. Neque vero is ego ſum, cui omnia Anacreonteae collectionis odaria a Teio ipſo compoſita editaque eſſe ſit perſuaſum, quippe qui faciendum arbitrer cum iis, quibus reliquiae ſuauiſſimae videntur florilegium, quod varia variorum tam antiquiorum, quam recentiorum poetarum carmina eiusdem argumenti metrique contineat, et in quo etiam multa odaria ab Anacreonte profecta inueniantur. Modum enim in dubitando eos excedere, qui nulla omnino carmina, niſi quae a *Gellio, Athenaeo* atque *Hephaeſtione* laudantur, Anacreonti tribuenda ſtatuant, quis non intelligit? De lite, quae poſt *Robortellum* inter Criticos fuit de Anacreonticarum reliquiarum antiquitate, copioſe et diligentur agit cel. *Fiſcher.* in praef. ſupra laudata, quam hac de re contuliſſe viros doctos non poenitebit.

Summa in his reliquiis, aliquot ſi exceperis, ineſt ſuauitas, gratiſſima quaedam ſimplicitas et naturalis pulcritudo, quam nec feliciſſima imitatio adſequi poſſit et ex multis imitatoribus tantum *Gleimio* et *Goetzio*, viris elegantiſſimis, expreſſiſſe contigerit. Spirant illae quidem fere omnes laetitiam et amorem; ſed et ſummam vrbanitatem vitaeque philoſophiam gratiſſimam vbiuis paene prae ſe ferunt. Locutio eſt molliſſima et a Gratiis quaſi dictata ac inſtillata. Oblectat argumentorum ſuauitas et varietas non longe et faſtidioſe decantatorum, ſed apta breuitate magnaque dulcedine expreſſorum, vnde factum eſſe videmus, vt illae omni tempore ab omnibus, qui iudicio pulcri ſe imbutos ſentirent, magni haberentur atque legerentur ſtudioſe. Copioſius de venuſtate et elegantia ingenii Anacreontis eiusque carminum egi in commentatione ſupra excitata: *über Anakreons Leben* etc. conf. et *Sonntag.* hiſtoria poeſeos graecae breuioris ab Anacreonte vsque ad Meleagrum ex Anthologia graeca adumbrata. Lipſ. 1785. 8. *Degen.*

ccc) Iulian. Miſopogone in ipſo exord.: Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη σεμνὰ καὶ χαρίεντα. Τρυφᾶν γὰρ ἔλαχεν ἐκ Μουσῶν. Elegias eius laudat *Hephaeſtio* p. 4. Δεύτερον τῶν μελῶν Athenaeus XV. p. 671. quo in loco *Ariſtarchum* in Anacreontis carmina commentarium ſcripſiſſe innuit, et alios eorum ἐξηγητὰς olim exſtitiſſe docet. *Hephaeſtionis* liber περὶ τοῦ παρ' Ἀνακρέοντι λυγίνου ſτεφάνου memoratur eidem p. 673. [*Chamaeleon* Ponticus ſcripſit commentarium in Anacreontem. vid. Caſaubon. com. in Athen. VII. 6. p. 502.] Anacreontis icon laureata exſtat in tabula 41. Tomi ſecundi theſaur. Antiquitat. Graecarum Gronouiani et in fronte Barneſianae editionis.

ddd) Ἤτοι παροίνια μέλη, legitur apud Eudociam p. 60. alias cum Suida conſentientem. Μέλη autem ſpeciatim aliquando notant *carmen lyricum* v. *Periz.* ad Aeliani H. V. IV. 26. hinc Anacreon dicitur μελοποιὸς *Lyricus* a Luciano in Macrobiis, ſect. X. adde *Maium* ad eumdem Luciani libr. ſect. 26. p. 227. edit. Reitz. tom. III. *Harl.*

eee) Sunt et alia genera carminum quae ab Anacreonte *Anacreontia* vocantur. Vide *Marium Plotium* p. 2638. et 2655. *Fabric.* Adde Schol. ad Ariſtoph. Plut. v. 253. pag. 74. edit. Hemſterhus. *Harl.*

fff) Cleticos hymnos ab *Anacreonte* et Sapphone ſcriptos eſſe, teſtatur *Menander* de encomiis, p. 30. edit. Heeren. ὁποῖοί εἰσιν οἱ πολλοὶ τῶν τε παρὰ τῇ Σαπφοῖ ἢ Ἀνακρέοντι, ἢ τοῖς ἄλλοις μετρικοῖς, κλῆσιν ἔχοντες πολλῶν θεῶν. *Reiske* ad Cephalae Anthol. carm. 428. p. 26. Notarum, Anacreontem quemdam recentiorem putarat fuiſſe epigrammatarium;

tis *Odas*, quarum vndecimam in antiqui libri tegmine reperit (teſte P. Victorio XX. 17. Var. Lect.) reliquas e duobus MSS. Codicibus [ggg]) quorum vnum a Ioh. Clemente. Anglo, Tho. Mori contubernali, acceperat, collegit, primus in lucem protulit, edidit que Graece typis nitidiſſimis et latine *H. Stephanus*, addita ſua ipſius verſione latina, carmine Anacreontico Pariſ. 1554. 4. Verſionem ſub H. Stephani editam nomine, Ioſephus Scaliger in codice ſuo notauerat auctorem agnoſcere *Iohannem Auratum*, vt ex If. Voſſii fide refert *Colomeſius* pag. 109. Opuſc. [hhh])

[De Codicum tamen Anacreontis ratione et notitia, quorum perpaucos adhuc e tenebris in lucem protatos eſſe conſtat, parum definiri poteſt, et ne de iis quidem, quos vel in edendis vel recenſendis et emendandis odariis ſe adhibuiſſe viri quidam docti adfirmant. Prius igitur quam editiones recenſeamus, de codicibus quaedam ſumus praemiſſuri. At enim de *quatuor* tantum libris manu deſcriptis aliquid conſtat.

I. *Henr. Stephani tegmen antiqui cuiusdam libri odarium vndecimum exhibens.* H. Steph. adhuc valde iuuenis illud tegmen forte detexiſſe fertur, quod vero quo poſtea delatum ſit, ignotum eſt.

II. *Codex vterque Henr. Stephani.* Hen. Steph. qui primus quinquaginta et quinque carmina Anacreontica edidit, vſum ſe eſſe ait duobus codicibus in cortice et charta ſcriptis, quorum alterum a *Ioh. Clemente* Anglo eum accepiſſe, alterum ex Italia tuliſſe *Bayle* teſtatur. At quum de ratione, aetate, pretio, patria hiſtoriaque horum librorum nihil omnino expoſuerit, et praeterea ſatis conſtet, eum ſaepius gloriatum eſſe, ſe in edendis et recenſendis veterum libris adhibuiſſe codices, quos tantum abeſt, vt contulerit, vt ne eas quidem viderit, iure meritoque multi eruditorum adducti ſunt, vt de fide Stephani omnino dubitarent. Attamen cel. *Fiſcher* (in praef. ad edit. Anacr. II.) non dubitandum eſſe cenſet, quin Codices *Stephani* boni fuerint et antiqui, praeſertim quum eadem odaria, quae inde typis deſcribenda curauerit editor, fere omnia in optimo et peruetuſto Vaticano exemplo in multi doctorum virorum teſtimoniis firmetur. Vtrumque Codicem, ſi fides habenda ſit *Baylio*, *Stephanus* cum multis aliis libris manu exaratis paulo ante obitum ſuum, cum paene mentis expers factus eſſet, deleuiſſe dicitur.

III. *Codex Leidenſis chartaceus in 4to.* Laudatur hic liber in Catal. Biblioth. Acad. Leidenſis p. 396. continens Anacreontis et Sapphus Odas cum aliis ſcriptis graecis. Eundem eſſe eum codicem, quo H. Stephanus in edendis Anacreonticis vſus ſit, ibidem traditur. Conf. *Fiſcher* praef. laud. p. 19.

IIII. *Codex*

rium; ſed in Notitia poetar. antholog. p. 183. mutauit ſententiam ob auctoritatem Meleagri, verſ. 35. 36. praefationis, et docte agit de epigrammatibus noſtri poetae, quem ſuſpicatur nonageſimum aetatis annum prope adtigiſſe, et bellum Perſicum viuendo vel adtigiſſe vel ſuperaſſe. Adde Fragmenta a Pawio et Fiſchero in horum editionibus adducta illuſtrataque, ac fragmenta in ſcholiis ad Homerum Marcianis, et *Villoiſ.* Prolegom. ad Homer. p. XXXIII. *Harl.*

ggg) Vide Baelii Lex. voc. Anacreon. L. p. 204.

hhh) At Ioſeph. Scaligerum falſa accepiſſe, atque Voſſium et Colomeſium fuiſſe deceptos, monet *Bernard. de la Monnoie* in Epiſtola ad Petr. Baelium, huius Diction. inſerta tom. I. voc. Anacr. p. 206. *Harl.*

IIII. *Codex Vaticanus.* Liber hic omnium praeſtantiſſimus in illo litteris calamitoſiſſimo Heidelbergae excidio cum permultis aliis libris manu deſcriptis Romam ablatus et ex ſententia Abbatis *Spaletti* Saec. X. ſcriptus, continet *Cephalae* Anthologiam carminaque Anacreontica, et adhuc iure pro vnico fonte habetur, ex quo ſanior et tolerabilis lectio ducenda videatur. Hinc egregie meritus eſt de litteris bonis atque apud omnes homines eruditos et elegantioris antiquitatis amantes maximam iniit gratiam Abbas *Spaletti*, qui, vt tandem, quam nec *Barneſ.* nec *Brunck.* habuiſſe nunc conſtat, adcurata egregii huius libri collatio inſtitui poſſet, ſeptem abhinc annis duplicem eamque fidelem eius curauit editionem; alteram aeri ſplendidiſſime inciſam, alteram typis litteras codicis referentibus deſcriptam, cuius inſcriptio eſt: Ανακρεοντος Τηιυ Συμποσιακα Ἡμιαμβια. *Anacreontis Conuiualia Semiambia.* Romae 1783. 18 plagg. fol. max. Sed vtraque editio ab eo, qui iuſte et adcurate de pretio Codicis ſtatuere cupiat, adhibeatur neceſſe eſt, propterea quod illa aeri inciſa minus fideliter exhibet textum exempli ſcripti, ſed omnes eius tam marginales quam interlineares reddit lectiones, in hac vero typis expreſſa liber ſcriptus, praeter perpauca aliquot loca, integre, ſincere et certa fide conſpicitur. Copioſam et doctam de hac editione relationem videbis in Ephemeridd. litt. Argentoratenſ. a. 1784. p. 208 ſqq. [et Periergi Deltophili Bibl. Graec. et Lat. p. 14 ſq.] Sed pergamus ad recenſionem editionum. In conſtituenda vero illarum ſerie et recenſendis *Verſionibus* ac *Commentariis* diligenter iam verſati ſunt *Harleſ.* in Introduct. in Hiſt. G. L. p. 74. *Fiſcher.* et *Brun.* VV. DD. in praefationibus ad editiones ab illis paratas, quos in componendo noſtro indice adhibuimus. Princeps itaque *Anacreontis* editio prodiit:

1554. opera *Henr. Stephani* Lutetiae Pariſ. 4. continens praeter LV. odaria alia quoque Anacreontis et Alcaei carmina, nec non duo Sapphus odaria, obſeruationes editoris in Anacreontem et latinam interpretationem 31. odarum ab eodem Stephano concinnatam. [de hac edit. v. *Dau. Clement* Biblioth. curieuſe hiſtorique et critiq. des livres difficiles à trouver, tom. I. p. 287. — *Anacreontis Odae* latine factae ab *Helia Andrea Putſchio*, Pariſ. apud Richardum. 1555. 4. vid. *Widekind* Verzeichnis von raren Büchern. p. 106. Bibliothecam Roloffianam. tom. I. p. 41. vbi et in Bibl. Bunau. I. p. 82. ſignatur a. 1556.]

1556. ibid. 8. cura *Guil. Morelli* et *Roberti Stephani*, cum obſeruatt. H. Stephani adiecta verſione latina omnium carminum ab *Elia Andrea* (Putſchio) confecta. Non eſt noua recenſio, ſed tantum repetitio principis editionis. In aliquot tantum locis *Morelius* textum mutauit.

[1566. Lutet. Pariſ. in 16. in Henr. Stephani Collect. Pindari et reliquorum Lyricorum. Addidit Stephanus aliquot odas ex Eliae Andreae interpretatione, atque coniecturas p. 430. vid. *Clement.* l. c. p. 287. et *Freytag.* Adpar. litter. III. p. 566 ſqq.]

1567. Antwerp. 8. ex officina Plantiniana, in corpore Lyricorum. conf. die neue philol. Biblioth. tom. I. p. 71. [ad Stephanianam expreſſa eſt. Vid. *Freytag.* Adparat. litterar. III. pag. 568. ſq.]

[In *Vrſini Carminibus nouem illuſtrium feminarum et Lyricorum*, (de quo libro vide ad *Alcaeum* notata.) p. 123 — 139. praemittuntur veterum in Anacr. epigrammata, et p. 130 — 151. eius odae et fragmenta, (quae genuina habuit,) denique p. 320 — 328. adnotationes in Anacr. fragmenta.]

1586. Lu-

1586. Lutetiae Pariſ. 12. in H. Steph. Sylloge carminum poetarum lyricorum, vbi editor notas ſuas caſtigauit et fragmentorum numerum auxit. [Sed de Stephanianis ſupra ad Pindarum vberius diſſeruimus.]

1597. Roſtochii 4. opera *Elhardi Lubini* cum interpretatione noua latina. [vid. *Freytag.* l. c. p. 556.]

1598. Heidelbergae ex officina Commelini cura *Aem. Porti* 8. inter carmina nouem Lyricorum Graecorum. Portus lectionem duobus tribusve locis mutauit, H. Stephani interpretationem latinam notasque cum El. Andreae verſione addidit. Porti exemplum repetitum eſt

1611. Andegau. gr. 4. apud Harwood. edit. Pinelli. p. 10.

1614. Geneuae fol. in corpore poetarum Graecorum veterum.

1622. Tubingae 12. cura et cum notis *Frid. Herm. Flayderi* Profeſſ. olim Tubingenſis; adiectae ſunt *Stephani* et *El. Andreae* interpretationes.

1624. gr. Pariſ. apud Libert. 8. editio rariſſima dicitur ab Harwood. l. c.

1639. Pariſ. 8. graece cum ſcholiis graecis cura *Arm. Io. Bouthillerii Rancei*, (poſtea ſub nomine Abbatis de la Trappe notiſſimi) qui adhuc puer XIII. annorum hanc editionem parauit. [vid. *Bayle* l. c. not. L. Galleria di Minerua tom. III. p. 131.]

1647. repetitio praecedentis exempli.

1657. Edit. II. Morelli. Londini. 8.

1660. *Tan. Fabr.* edit. I. Salmurii 12. cum *H. Stephani* et *Andreae* verſionibus. Praeterea Faber homo, vt conſtat, doctrinae copia inprimisque iudicii elegantia non mediocriter inſtructus notas addidit eruditas, in quibus primus nonnullorum carminum antiquitatem oppugnat, poetam vero ipſum non tantum feliciter emendat et egregie explicat, ſed etiam multis aliis aliorum veterum ſcriptorum locis bene conſulit lucemque adfert.

[1680. *Tanaq. Fabri* edit. II. gr. et lat. Salmurii. 12. vid. *Paulli* Catal. n. 4039. *Clement.* l. c. I. p. 288. Biblioth. Roloffian. p. 63.]

1680. *Longepetraei* (de Longepierre de Reicquelaire, Nobilis Burgundi,) I. Pariſiis 8. Editor verſionem gallicam metricam et notas adiunxit, in quibus venuſtates carminum explicare, antiquitatem et hiſtoriam illuſtrare atque poetam cum aliis tam veteris quam recentioris temporis vatibus comparare ſtudet.

1682. *Daceriae* I. Pariſiis 8. Elegans et docta femina textui a Stephano conſtituto adiunxit interpretationem gallicam proſaicam, nimis quidem liberam, nec raro leuem et nimis negligentem, (v. gr. [illegible] vertit [illegible] Daceria: *aux chevaux, les pieds infatigables* [illegible]) ſed notas aptas et eruditas, vbi ſaepius a patre diſcedit, cuius animaduerſiones latinae ſub finem adiectae ſunt.

1684. *Longepetraei* II. Pariſiis 12.

1684. *Cantabrigienſis* 12. eſt ſola repetitio exempli H. Stephani cum eiuſdem notis.

1690. *Tan. Fabri* III. Salmurii 12. mendoſum exemplum, maxime in notis.

1692. *Longe-*

1692. *Longepetraei* III. Pariſiis, 8. (Amſtel. 12.)

1693. *Dacieriae* II. Amſtel. 12.

1695. *Baxteriana* I. Londini, 8. Vsque ad Baxterum, quocum noua quaſi lectionis Anacreonteae incipit aetas, omnes editores textum H. Stephani ex editione eius prima retinuerunt. Ipſe vero Baxter ex conſenſu optimorum interpretum minus bene verſatus eſt in conſtituenda noua lectione, ſiquidem ingenium ſequutus plerumque nimis temere et audacter textum mutauit, vt nihil dicam de conuiciis in Barneſium fuſis, quibus editionis ſecundae animaduerſiones tument. Praeter ea verſio latina et notae, quibus poeta illuſtretur, obſcuriorem eum redditurae videntur.

1698. iii) *Nordhuſae*, duodenis oblongis cura *Caſp. Ernſt Triller*, Rectoris quondam Ilefeldenſis. Exhibet haec editio textum Stephani ita, vt editor vel aliquot Stephani ſuſpiciones receperit, cum quatuor verſionibus latinis metricis Stephani, Andreae, Lubini et editoris, qui ipſe quoque adiecit interpretationem theodiſcam metricam ſimili exitu, cuius, quia iam rarior facta eſt haec editio, non poſſum non ſpecimen ex ode VII. adponere:

Cupido winkte mir, ich ſollte mit ſpatzieren,
Wohin er ſeinen Lauf in Eile wollte führen.
Als ich nun noch verzog, als ein gar fauler Tropf,
Nahm er ein Hyacinth und ſchlug mich auf den Kopf etc.

Vid. die neue philol. Biblioth. vol. I. p. 72. [Illud in eo reprehendo, (ait *Heumann.* in not. msst.) quod in vſum ſtudioſae iuuentutis publicauit, quae legi, niſi cum ſanae mentis iactura non poſſunt a ſtudioſa iuuentute.]

1699. *Dacieriae* III. Amſtelod. 12.

1700. *Neapoli* 12. Inſcribitur haec editio: Τα τȣ Ἀνακρεοντος και Σαπφȣς Μελη. *Anacreontis et Sapphonis Carmina Latine Italiceque conuerſa.* Notas et animaduerſiones addidit ex edit. Tanaq. Fabri; in quibus multa veterum loca emendantur. *Recens emendata, vti numquam prius.* Cum Italica Traductione *Bartholomaei Corſini* in calce appoſita. De hac editione refert *Paitoni* in Bibliotheca degli autori antichi — in Venezia, 1774. 4. ſub Artic. *Anacreonte.*

1705. *Barneſiana* I. Cantabrig. 8. Nouam habet haec editio textus recenſionem, quam Barneſius adhibitis Scaligeri, Salmaſii et Dan. Heinſii coniecturis ad fidem Codicis Vaticani ex collatione Iſ. Voſſii parum quidem adcurata inſtituit. Adiecit porro verſionem latinam ac notas, in quibus plurima bene docteque explicat, de metri ratione, quod etiam in prolegomenis fecit, diligenter acuteque diſſerit et omnino graecarum litterarum ſtudioſos multa vtilia docet. Auxit quoque fragmenta et in praemiſſa diſputatione de vita et aetate Anacreontis copioſe et docte expoſuit. Fabricius de hac editione haec

iii) Vel potius 1722. Scripſerat enim anni numerum MDCXCII. vide Hamburgiſche Berichte an. 1743. p. 448. *Clement* Bibl. curieuſe etc. tom. I. p. 288. *Harl.*

haec habet: Barneſius MS. Vaticani kkk) lectionibus vſus notisque *Io. Cottoni* lll) Baronetti et *Tho. Stanleii* mmm) hunc poëtam ingenio ac doctrina ſua mire expoliuit caſtigauitque, et numeris ſuis (qua in re aliquid indulgere ſibi videtur vir doctiſſ.) reſtituit, praeterea verſione proſaria notisque perpetuis et fragmentis plurimis vndique conquiſitis a v. 903. ad 1595.) et iuſtis aliquot poëmatis auxit, praemiſſa Anacreontis vita et diſſertatione de Lyrica Poëſi, ſubiectoque, quem ipſe clariſſimus editor felici vena Poëtam imitatus compoſuit ac ſeparatim quoque edidit, Anacreonte Chriſtiano. conſ. Act. Erudit. Lipſ. 1706. p. 457. *Clerici* Bibl. ſelect. tom. XI. p. 335.

1710. *Baxteriana* II. Londini, 8.

1716. *Daceriae* IIII. Amſtelod. 8. Aucta eſt Foſſaci notis, quae primum prodierant Pariſiis, 1704. 12. [conf. Memor. Treuolt. 1705. p. 304.]

1720. *Neapoli* 12. cum verſione latina et italica. Editor eſt *Argelatti*. Conſ. *Paitoni* l. l.

1721. *Barneſiana* II. Cantabrig. 8. Multis locis priore auctior et emendatior.

1725. *Maittarii* I. Londini, 4. mai. Editio haec ſplendida et rariſſima, (*centum* enim tantum exempla typis deſcripta eſſe dicuntur.) quam vidiſſe paucis fortaſſe Germaniae viris doctis contigerit, quae vero ex ſententia Obſſ. Miſcell. vol. II. p. 5. magis externo habitu, quam veritate commendatur, continet editoris verſionem latinam metricam cum omnium editorum, Buthilletium ſi exceperis, notis et indice copioſiſſimo. [conſ. New Memoir. tom. II. p. 253.]

1732. *Pauwiana*. Traiecti ad Rhenum, 4. Notae, quibus *Io. Corn. de Pauw*, vir alias graece doctiſſimus editionem ſuam ornauit, produnt quidem ingenium acutum, (plurima enim quaedam loca corrupta feliciſſime correxiſſe, quis neſcit?) et praeclaram linguae graecae ſcientiam; ſed praeterea etiam Criticum temerarium atque proteruum, qui vbique corrigere geſtit, multa bene concinnata crudeliter diſcindit, nec pauca eaque venuſtiſſima carmina vel ineptis recentioris aetatis auctoribus tribuit. Sed caſtigauit eius audaciam *D'Orville* in *Vanno Critica*, Amſtelod. 1737. 8. [Nonnulla quoque caſtigantur in Actis Erud. german. part. CLXXII. nr. 1. p. 229. et in: Beytrag zu Gelehrt. Zeit. tom. II. p. 735 ſq. Titulum nouum cum nota anni 1753. accepit haec editio.]

1733. *Londinenſis*, 4. gr. et lat. Editio a *W. Trappio* curata ſed plurimis editoribus incognita. *D'Orville* de ea refert in Vann. Crit. p. 69. et 557.

[1734. ex edit. Barneſii, *Londini*, gr. et lat. 8.

1735. The works of *Anacreon*, translated into Engliſh Verſe; with Notes explanatory and poetical. To which are added the Odes, Fragments, and Epigrams of *Sappho*. With the Original *Greek* plac'd oppoſite to the Translation. By Mr. *Addiſon*. London. 8. quae editio laudari ſolet.]

1736. *Venetiis*,

kkk) Barneſius p. 40. Hoc MS. Vaticanum toties laudatum peruetuſtum eſt, et ab Iſaaco Voſſio in D. Ioannis Cotton Baronetti gratiam olim delibatum, a Scaligero, Salmaſio aliisque magnis viris viſum, vt ex eorumdem nominibus, propria ſingulorum manu ad eumdem MS. codicem adſcriptis conſtat. Voſſii exemplar mihi communicauit Baronettus praedictus.

lll) Id. p. 26. 40. etc.

mmm) Id. p. 6. 54. etc.

1736. *Venetiis*, 4. graece, latine et italice. conſ. Paitoni l. l. et Catal. Banau. I. p. 83.

1740. *Maittarii* II. Londini, 4. mai. Aucta eſt verſionibus latinis Stephani et Andreae ac Scholiis graecis Buthillerianis. [conſ. Supplem. Act. Erud. Lipſ. tom. I. p. 193 ſqq.]

1742. Londin. *Trappii*, gr. et lat. 12. — eodem anno ab *Aug. Mar. Bandinio*, gr. lat. et ital. Florentiae, 8. — eod. anno *Barneſiana* III. cum notis, gr. et lat. 12.

1743. *Lamiana*, Florentiae, recenſionem Barneſianam exhibens. [vid. Beyträge zur Hiſtor. der Gelahrtheit. I. p. 43.]

1744. *Glasguenſis* I. gr. et lat. 12.

1751. *Glasguenſis* II. forma minima. Editio nitidiſſima ad recenſionem Stephani expreſſa, adiectis Sapphus et Alcaei fragmentis. rec. 1757. 12. correctius.

1754. *Fiſcheriana* I. Lipſiae, 8. habet lectionem et notas Baxteri cum Stephani et Fabri animaduerſionibus. Sed auctior et praeſtantior prodiit

1776. *Fiſcheriana* II. ibid. 8. mai. ex recenſione Baxteri cum eiusdem, Stephani, Fabri et doctiſſimi editoris animaduerſionibus, omnibus editionibus praecedentibus merito praeferenda. In primis praefatio doctrinae varietate et iudicii acumine commendatur, in qua editor de fide et antiquitate carminum Anacreonticorum ſubtiliter diſputat ac de editionum praeſtantiorum pretio egregie diſſerit. Adiecit idem praeterea pleniſſimam fragmentorum collectionem et poetarum quorundam graecorum in Anacreontem epigrammata.

1776. *Brunckiana* I. in Analectis vett. poetarum Graecorum vol. I. Argentorati, 8. *Brunckii* opera et ſtudio lectioni Anacreonteae obſcuriori, quoad per librorum manu ſcriptorum penuriam fieri potuerit, lux quaedam quaſi noua adfulſit et praecedentes recenſiones veluti noua creatione feliciter mutatae ſunt.

1777. *Glasguenſis* III. gr. in 8.

1777. *Magdeburgenſis*, 8 in vſum ſcholarum habet textum Baxterianum. Hanc excepit claſſica et palmaria editio

1778. *Brunckiana* II. Argentorati, duodenis minimis, vti iam habitu externo commendabilis, ita et adcuratiſſime expreſſa. Nouam, a lectione Analectorum diuerſam et ad omnes criticas opes conſtitutam recenſionem exhibet. Animaduerſiones licet breues ex interiore graecae linguae ſcientia et venuſtatis poeticae ſenſu profectae laudem habent adcuratae diligentiae, quam quilibet agnoſcet, qui eas cum iis, quae in Analectis ſunt, comparauerit. Lectionis enim mutatae ratio redditur, criticorum correctiones in variis libris proditae adcurate memorantur, lectiones Cod. Vat. et ſuſpiciones Salmaſii diligenter et vberius adferuntur. Vid. Bibl. Crit. Amſtelod. tom. I. vol. 4. p. 115. et copioſas relationes in Ephemeridd. Litt. Norimbergenſ. 1779. p. 443 ſqq. et in Ephemeridd. litt. Francof. 1779. p 538 ſqq. Sequuta eſt

1781. *Spalettiana* I. aeri inciſa Romae, fol. max. Pauca tantum exempla expreſſa non vendendo, ſed largiendo diuulgata ſunt. (conſ. ephem. litter. Lipſ. 1784. plag. CII.)

1781. *Degeniana* I. Erlangae, 8. exhibens textum Brunckianae ſecundae, et, quia maxime in iuuenum vſum parabatur, lectionis varietatem tantum ſelectam, cum indice pleniſſimo, ex quo intelligentia poetae hauriretur.

1782. *Holſtiana*, Lipſiae, 8. mai. *Ioh. Ludw. Holſt* Hamburg. tum adhuc iuuenis litterarum cauſſa Lipſiae degens, Baxterum maxime ſequutus, huic editioni notas adiunxit, quae poetam potius obſcurant, quam illuſtrant, ſermone horrido et maxime barbaro, cuius vel epiſtolas illas obſcurorum virorum puderet. Praemiſſa eſt praefatio, in qua in me, qui itidem adhuc iuuenis editionem paraſſem, conuicia fundit turpiſſima ſermone vitiis grammaticis tumente.

1783. *Spalettiana* II. typis expreſſa, Romae, fol. max.

1783. *Franc. Xauer. de Rogati.* Collae, (oppido Toſcanae,) 8. mai.

1784. *Bodoniana*, Parmae, fol. min. Editio ſplendidiſſima, expreſſa typis maioribus in charta laeuigata, ſed vtilitate parum commendabilis. (conf. ephem. litterar. Lipſ. an. 1786. plag. CXI.)

1786. *Brunckiana* III. Argentorati, duodenis, nitidiſſima et omnium praeſtantiſſima editio, nouam et optimam ad collationem adcuratam exempli Spalettiani aeri inciſi inſtitutam recenſionem exhibens. Eodem anno bis repetita eſt. Copioſiorem recenſum leges in *Degens* neuen kritiſchen Nachrichten. Schwab. 1787. p. 46 ſqq.

1786. *Degeniana* II. Erlangae, 8. Fundus quidem eſt textus Brunckianae ſecundae, ſed multis locis lectio antiquior reducta et interpunctio mutata eſt, ita, vt pro noua, quod etiam in fronte libri ſignificaui, recenſione haberi queat. Porro tam in notis, quae varietatis lectionis ſubiectae rationem reddunt, poetam cum aliis et antiquis et recentioribus comparant, nec non ex antiquitate illuſtrant, quam in indice multa ſuperflua ac vana reſecui, nonnulla addidi et denique curaui, ne exemplum poſterius, vt prius, vitiis typographicis tam foede inquinaretur; ſed omnino ſic prodiret, vt inter commodas editiones poſſet numerari.

1787. *Degeniana* III. Altenburgi, 8. graece et theotiſce, adiectis quibusdam ex Anthologia carminibus et ſcoliis. Textus eſt Brunckianae tertiae, locis aliquot exceptis, vbi lectio antiqua mihi praeferenda viſa eſt. In animaduerſionibus ſub finem adiunctis de virtutibus et vitiis poetae exponitur, ac de oratione et lectione iudicatur.

1787. *Briegeriana*, Lipſiae, 8. cum argumentis, animaduerſionibus et indice theotiſce ſcriptis. Editio in primis tironum vſui adcommodata.

1789. *Borniana*, Lipſ. 8. Anacreontis et Sapphus Carmina graece, recenſuit notisque illuſtrauit perpetuis ex optimis interpretibus, quibus et ſuas adiecit *Fr. Gottlob Born.* Quamuis parum de ſuo adiecerit editor, fereque omnia hauſerit ex aliis, laudanda tamen eius eſt opera, quam in deligendis aliorum obſeruationibus adhibuit.

1789. *Anonymi*, Berolini, 8. Anakreons Lieder. Griechiſch mit einem vollſtändigen griechiſch-teutſchen Wortregiſter für Schulen. — [illegible], qui auctor eſſe [illegible], in parandа hac editione [illegible] maxime [illegible] ſe ſpectaſſe in praefat. dicit. In indice vocabula ex verſionibus Degenianis interpretatus videtur.

1789. [illegible]

1789. alius Anonymi, ibid. 8. graece cum obſeruatiunculis latine ſcriptis.

[In Anthologiam graecam poeticam quaedam Anacreontis carmina recepi atque illuſtraui. *Harl.*]

Editio *Capperonierii*, cuius mentionem fieri in: *Björnſtåhls* Reiſen vol. I. p. 12. vidimus, vt plures editiones ibi laudatae, potius ad fictas quam ad veras referenda videtur. Nobis quidem eam plane ignotam eſſe, ingenue fatemur. *Degen.*]

Prodierat etiam Anacreon apud Andr. Wechelium, an. 1556. 1574. (quae laudatur a Croix du Maine Bibl. Gall. p. 429.) et 1585. 12. apud Pattiſonium e Gallica Metaphraſi *Remi Belleau* ſiue *Remigii Bellaquae*, quam e latina verſione H. Stephani compoſuit, et *Richardus* quidam *Renuoiſius* circa an. 1557. modulis animauit Muſicis, licet ab hoc Richardo et ipſo Anacreontem Gallice redditum tradat Antonius Verderius. Vide *Baelii* Lexicon l. c. Sed et *Henricus Stephanus* in praefatione ad editionem ſuam Graecolatinam an. 1554. teſtatur, ſe odas Anacreontis prius iam tum Gallicas feciſſe: et *Petrus Ronſardus* nobilis poeta Gallus pleraſque illarum patrio carmine induit. De verſione Gallica (proſa, an verſu, edita, an inedita?) *Armandi Iohannis Bouthillerii Rancei*, poſtea notiſſimi ſub nomine *Abbatis de la Trappe* nnn), mentio exſtat apud Adr. Bailletum libro de infantibus doctrina claris p. 359. et Malpeolum (Mr. *de Maupeou*) in Rancei vita, vbi teſtatur, ab eodem Armando vix tredecim annos nato illuſtratum praeterea Anacreontem *ſcholiis Graecis*, vulgatumque Pariſiis, 1639. 8. et recuſum [?] an. 1647. Exſtat et Metaphraſis Anacr. et Sapphus Gallica *Gaconi* elegans et venuſta. Rotterod. 1712. 12. (vid. Mem. of Litterature tom. II. p. 65. vbi Bentleii eſt epiſtola p. 68. it. p. 105. Journ. des Scav. 1712. p. 436.) et altera Poetae inſignis *Fofſe*, Pariſ. 1704. 12. Gallico carmine cum notis. vid. Nouv. Rep. de lett. 1704. II. p. 686. *Clerici* Bibl. anc. et mod. tom. V. pag. 4393. *Fabric.* Varias odas Anacr. gallice vertit *Maturin*, Abbé *Regnier Desmarais*, in eius oper. gallic. Hagae Com. 1716. 12. tom. II. p. 377 ſqq. — item *Poinſinet de Sivry* in: Les Muſes Grecques, Bipont. et Pariſ. 1771. 8. p. 125 ſqq. et quartum in Anacreon, Sappho, Moschus, Bion et autres poetes grecs etc. Pariſ. 1778. 12. *Harl.*

[Plurimas Anacreontis interpretationes haud dubie tulit Italia, quas diligenter recenſet Paitoni libro ſupra laudato ooo).

1) Liriche Parafraſi di *D. Fr. An. Cappone* Academico Ozioſo ſopra tutte le Ode d'Anacreonte etc. Venet. 1670. 12.

2) Anacreonte Poeta Greco tradotte in verſo Toſcano, da *Bartol. Corſini.* In Parigi, 1672. 12.

3) Anacreonte

nnn) Obiit die 26. Sept. 1700. natus 9. Ian. 1626. De Vita eius conſule Ephemerides Pariſ. 1702. menſe Nou. pag. 87. et Memorias litterarias Treuultinas an. 1704. menſe Martio pag. 174.

ooo) Fabricius in notis Mſptis haec praeter ea ſupplevit: Mich. Angel. Tereghianti, Lucenſis, vertit. vid. Galleria di Minerua tom. III. p. 131. Elogia academiae incognitorum pag. 339. Io. Canalis, Neapolitanus an. 1660. et inter eius poemata gallica, italica, hiſpanica et latina, Pariſ. 1707. 12. tom. 2. [edit. Venet. 1667. 12. memorat *Toppius* in Biblioth. Neapol. p. 116. et tertiam partem, p. 325.] De Mariani Valguarnerae, Panormitani verſione lat. cum notis et diatribis, vid. *Mongitor.* Bibl. Sic. tom. II. p. 45.

3) Anacreonte tradotte etc. Roma, Creſcimbeni vol. V. p. 151.

4) Anacreonte etc. Firenze per *Carlieri.*

5) In: Echo Corteſe Parte ſeconda - terza con l'Iride Poſthuma o vero Reſidui di diuerſi Componimenti di Michel' Angelo Torcigliani publicati da Salveſtro Torcigliani ſuo fratello. In Lucca, 1681 — 1683. 12.

6) Le Poeſie d'Anacreonte tradotte in verſo toſcano, e d'Annotazioni illuſtrate. In Parigi, 1693. 8. Auctor eſt Abbas *Regnier Deſmarais.* Bis repetita haec interpretatio, primum cum nomine auctoris, Florentiae, 1695. 12. deinde cum quibusdam aliis eiusdem opuſculis poeticis. Pariſiis, 1708. [vid. Menagiana tom. III. p. 307.]

7) Anacreonte tradotto dall' Originale Greco in rima toſcana. Da *Anton Maria Salvini* etc. In Firenze, 1695. 12.

8) Anacreonte tradotto dal teſto greco in rime toſcane da *Aleſſandro Marchetti* — in Lucca, 1707. 8. [vid. Giornale d'Italia tom. XXI. p. 239. tom. VI. p. 237. prohibita verſio a ſacra inquiſitione, licet dicata Ferdinando Hetruriae magno Duci. *Iul. Negri* p. 18. hiſt. ſcriptor. Florent.]

9) Anacreonte tradotto dall' Originale Greco in verſo Toſcano da vari Uomini illuſtri. In Firenze, 1723. 12.

10) Le Ode di Anacreonte nuouamente da vari illuſtre Poeti nella Italiana favella tradotte — In Milano, 1731. 4. Auctor eſt *Argellati.*

11) Anacreonte tradotto in verſi Italiani da Vari — In Venezia, 1736. 4.

12) Delle Ode d'Anacreonte Teio, traduzione, di *Paolo Rolli.* Londra, 1739. 8. Repetita cum aliis auctoris operibus, Venetiis, 1742. et 1753. 12.

13) Anacreonte Poeta Greco tradotto in rime toſcane da *Cidalmo Orio* Paſtore Arcade. In Venezia, 1753. 8.

[14) Anacreontis quaedam et Sapphus odas libere transtulit in ſermonem italicum *Dominicus da Gattinare* — in Scherzi poetici etc. Brunſuic. 1784. 8.]

15) Le Ode di Anacreonte et di Saffo recate in verſi Italiani da *Fr. Sav. de Rogati.* 1783. 8. mai. vid. ſupr. ind. edd. ſub anno 1783. Numeroſa eſt haec verſio et in primis ad canendum maxime apta.

[Non tam e graeca lingua, quam potius ex gallica quadam verſione translata videntur carmina Anacreontis in linguam *Polonicam: Anakreon, Poeta Grecki,* Warſou. 1774. in 4. et 8.]

Sed prae aliis Germani dulcis Anacreontis reliquias ſua lingua exprimere certatim adgreſſi ſunt, ex quibus alii totam carminum collectionem interpretati ſunt, aliis ſelectam tantum partem libare placuit. [conf. *Schriften* der Altdorf. Deutſchen Geſellſchaft. p. 119 — 122.]

Primam, quod nos quidem ſciamus, verſionem vernaculam patria debet ſtudio *Treueri*, qui eam cum graeco ſimul textu publicauit Nordhuſae, 1698. Sed de ea [illegible]. [Specimen verſionis germanicae verſibus [illegible] in: V. Leyſer [illegible] der deutſchen Sprache, p. 160.] Poſt multorum interuallum annorum ſequuta eſt praeſtantior illa *Io. Nic. Goetzii*, poetarum, quos vnquam Germania tulit, ſuauiſſimi elegantiſſimique, qui

qui eam abſque quidem nomine edidit hoc titulo: *Die Oden des Anakreons in reimloſen Verſen.* Frankf. und Leipz. 1746. 8. vbi aliquot carmina, nempe 7. 12. 14. 28. 29. 30. 42. 43. 44. 51. Goetzii amicus ſummusque Germaniae vates, *Vzius* noſter, in vernaculam linguam converterat. Auctior et emendatior ea lucem adſpexit, Carolsruhae, 1760. 8. Excepit illam Lipſienſis: *Anakreons Gedichte nebſt zwey andern Anakreontiſchen Gedichten und den Oden der Sappho.* Leipz. 1776. 8. (auct. cl. *Meinecke,* Rect. Quedlinburg. Omnino laude digna interpretatio, cuius ſpecimina *Meinecke* antea iam dederat in *Taſchenbuch für Dichter und Dichterfreunde.*) Laudem plauſumque haud denegarunt viri docti iique rei peritiſſimi meae interpretationi hoc titulo diuulgatae: *Anakreons Lieder aus dem Griechiſchen* von *Ioh. Fr. Degen.* Ansb. 1782. 8. in qua cenſor eruditus in Ephemeridd. litt. Gothanis an. 1783. cum referret de *Wahliana*, Germanis adquieſcendum eſſe pronuntiauit. Atque, quod vix credideris, annus ſequens binas ſimul tulit interpretationes vernaculas, alteram auct. *I. H. Bremlen* in eius Lyriſchen Gedichten a. d. Gr. Deſſau, 1783. 8. vol. I. alteram *S. F. G. Wahlii* nunc Profeſſ. Halenſis, in: *Liedern der Liebe von Sappho und Anakreon.* Erfurt, 1783. 8. cum obſeruationibus eruditis. Sed haec poſterior nimis artificioſa gratamque exempli graeci ſimplicitatem cum dignitate coniunctam deſerere videtur. Nimis libere ac minus feliciter anonymus quidam Anacreontem interpretando expreſſit vna cum Bione, Moſcho et Sapphone: *Bion, Moſchus, Anakreon und Sappho. Aus dem Gr. Neue Ueberſ. in Verſen.* Berlin und Liebau, 1787. 12. Eodem denique anno *Degeniana* Altenburgi emendatior et caſtigatior prodiit, de qua ſupra actum eſt.

Singularum odarum interpretationes theodiſcae occurrunt e. gr. in *der lyriſchen Blumenleſe*, vbi cel. *Ramler* verſionem Carolsruhenſem a ſe limatam atque politam reddidit; in carminibus fratrum *de Stolberg;* in Chriſti. Comitis *de Stolberg* carminibus ex Graeco expreſſis. Hamburgi, 1782. 8. mai. in *Degens* Verſuch über die Philoſophie des Anacreon, Erlang. 1776. in *Borheck's* Kloſterbergiſchen Vorleſungen, et in eius Magazin. Nürnb. 1784. 8. in *Schneiders* Anmerkungen über den Anak., nec inuenturus eſſem finem, ſi omnes ſingulorum odariorum verſiones, quas Germania noſtra excluſerit, enumerare ac recenſere animus foret.

Ex imitationibus memoria dignae ſunt ſolae *Gleimianae*, *Leſſingianae*, *Götzianaeque. Degen.* Conſ. Blankenburg. ad Sulzeri Theor. Art. I. 86 ſq. C. H. Schmid Anweiſung der vornehmſten Bücher in der Dichtkunſt p. 345 ſq.]

Carmine *Anglico* Anacreontem maximam partem expreſſit *Abrahamus Cowleius*, et cum Bione, Moſcho aliisque *Thomas Stanleius*, Lond. 1651. *Fabric.* [cum Sapphone, *Addiſon.* vid. ſupra in Catal. edition. an. 1735. item Greeniana verſio: The Works of Anacreon and Sappho, with pieces from ancient authors and occaſional Eſſays. London. 1719. 12. *Harl.*]

Nobiliſſimum virum *Lucam Langermannum* Anacreontis editionem molitum, conſtat ex *Reineſii* ad Daumium Epiſtolis p. 148. Specimen nouarum emendationum, neſcio cuius, auctoris in Anacreontem (audacium nimis, ſi quid iudico,) occurrit in memoriis Treuoltianis anni 1702. menſe Ianuar. p. 96 ſq. Fragmenta quaedam Anacreontis ab H. Stephano omiſſa perſequitur *A. Schottus* II. 61. Obſ. human. Alius *Anacreon* fuit, quem ἐν τῷ περὶ ῥιζοτομικῆς laudat Scholiaſtes Nicandri ad Theriaca.

[Haud defuerunt praeter editores et interpretes poetae, qui multa eius loca emendare et explicare tentarent, et quidem

a) Obiter

a) Obiter in obſeruationibus ad alios ſcriptores, vt factum a *Salmaſio* ad Solinum et Achillem Tatium; a *Tollio* ad Auſonium; a *Dauiſio* ad Ciceronem de N. D.; ab *Heskino* ad Bionem et Moſchum; a *Lennepio* ad Coluthum et Phalaridis Epiſtolas; a *D'Orville* ad Charitonem; a *Trillero* in den poetiſchen Betrachtungen, multisque aliis, qui vel ſemel, vel bis, vel ſaepius lectionis cuiusdam nouae in poeta recipiendae mentionem faciunt. Deinde

b) Alii in collectionibus obſeruationum, quas in varios vtriusque linguae auctores ſcripſerunt, Anacreontem ſeparatim tractarunt, quo referantur *Canteri* Lectiones nouae, Antwerp. 1571. *Lamb. Bos* animaduerſſ. in Scriptores quosdam graecos. Franeq. 1715. *D'Arnaud* Spec. animaduerſſ. critt. ad aliquos Scriptores graecos. Haringae. 1728. 8. *Weſſeling.* obſeruatt. variae, Amſtelod. 1727. 8. *D'Orville* Vannus critica. Amſtel. 1737. 8. *Clericus* in Bibliotheca Selecta; *Obſeruationes Miſcellaneae*, Amſtelod. 1732. vol. II. *Pierſon* Veriſimilia critt. Lugd. Bat. 1752. *Klotz.* Miſcell. critt. Trai. ad Rhen. 1763. *de Medenbach Wakker* Amoen. litterariae, Trai. ad Rhen. 1770. *Berhecks* Magazin für die Erklärung der Griechen und Römer. Nürnb. 1784. vol. I.

c) Alii denique peculiares in Anacreontem obſeruationes ediderunt, quo referri debent *Schneiders* Anmerkungen über den Anakreon, Leipz. 1770. *Zeune* animaduerſſ. Lipſ. 1775. *Degen* über die Philoſophie des Anakreon. Erlang. 1776. *Barth* Stricturae aliquot animaduerſſ. ad Anacreont. Neoburgi, 1777. *Borhecks* Kloſterbergiſche Vorleſungen, Magdeb. 1778 — 1779. *Gramm* Anmerkungen über einige Oden des Anakr. Duisb. 1778. *Schwabe* Erläuterungen über den Anakreon. Weimar, 1781. 1782. *Schmieder* Commentt. II. in 28. priores odas Anacreontis. Halae, 1782. 1783. *Degen.* *Sevin* loca quaedam Anacr. corrigit in Hiſt. acad. reg. Pariſ. Inſcr. vol. III. p. 122 ſqq. *Schneider* in Periculo critico in Antholog. Conſtantini Cephalae, p. 18 ſqq. quaedam Anacreontea explicat emendatue: item p. 98. *Seedorf* de Hymnis vett. Graecor. p. 36 ſqq. de hymnis Anacreontis. Adde haud inuenuſtas Anacreonteorum carminum parodias graece ſcriptas: *D. Ioh. Balthaſ. Bernholdi*, Profeſſoris theologi et graeci (Altorfini) Ἀνακρέοντος μίλη. *Hoc eſt Anacreon graeſ redditus m[illegible]* — *E[illegible] cur[illegible] Georg. Christoph. Munzius*, Gymnaſii Norimb. Rect. Norimbergae, in 8. ſ. a. [illegible]; ſubiecta eſt verſio latina pariter poetica. — Aliquot odarum Anacreontis latinam verſionem exhibet *Chriſtius* in Noct. acad. obſeru. XI. Denique [illegible] in notis [illegible] haec notauit: *G[illegible]* S. I. Anacreon Chriſtianus graecis numeris cum latina metrica verſione, eiusdem Anthologia chriſtiana, [illegible] Lugd. 1634. 1637. 12. *Ioſep. Parrigiani*, S. I. Anacreonte chriſtiano, di [illegible] di Chriſto, Florent. 1712. 12. — *Io. Bouhier (Oliuerius)* Μέλη τοῦ Ἀνακρέοντος. Pariſ. 1722. 12. Mem. de Trevoux, p. 1634. *Harl.*]

XIII. α. ANANIAS ſiue *Ananius* Iambographus antiquiſſimus, aequalis Hipponactis, memoratur *Athenaeo* lib. VII. p. 282. lib. III. p. 78. et lib. IX. p. 370. *Tzetzae* prolegom. ad Lycophronem et Hephaeſtioni p. 10. E[illegible] carminis [illegible], quo [illegible] et Voſſius 2. Inſtitut. poetic. cap. 10. §. [illegible] Hipponacti, ab aliis Ananiae tribui. Vide et Scholiaſten Ariſtophanis ad Ranas v. 671.

XIII. β. ANTIMACHVS *Teius* circa Olymp. VI. clarus ab interprete Plutarchi Cruſerio Lyricus vocatur, ſed in Graeco, in vita Romuli p. 24. eſt ἐποποιός. *Dacerius* hunc confundit cum Antimacho Colophonio, qui Platonis tempore vixit, notis ad Plutarchi Romulum

mulum gallice a ſe redditum p. 178. Verſum *Teii Antimachi* Hexametrum, quem imitatus ſit Augias, producit *Clemens* VI. Strom. p. 622. *Antimachum* vero *Colophonium Diodorus Sic.* XIII (108 tom. I. p. 603. edit. Weſſeling. quem conf.) p. 390. ex Apollodoro docet floruiſſe Olymp. XCIII. 4. [aut ſecundum Larcher. Olymp. XCIIII. 4. A. C. 404.] Hic eſt, quem Homero praeferebat Hadrianus Imp. de quo multa viri docti ad *Spartian.* Hadriano cap. 16. Eius poema Elegiacum Λύδη, pluribus conſtans libris, laudatur a *Stephano*, [Byz. v. Λυδία et Δύτιον, vbi ſecundus liber citatur etc.] Plutarcho, [*Hermeſianacte* in Eleg. apud Athen. XIII. p. 597. reddita atque illuſtrata a Ruhnken. Epiſtol. crit. edit. II. ſubiecta, v. 41 ſqq. vbi Ruhnken. p. 292. ex Aſclepiade in Anal. Brunckii tom. I. p. 219. docet, Lyden, Chryſes filiam, fuiſſe Antimachi ſiue vxorem, ſ. amicam, et nomine et gente Lydam. Addi vero debet *Lennepii* animaduerſio in illum Hermeſianactis locum, in illius Animaduerſ. ad Coluthum p. 168 ſq.] a Scholiaſte Apollonii, [I. 1289. II. 297. III. 409. IV. 259. et 1153.] Euripidis, [in Phoen. v. 43. ad quem loc. conf. Valcken. p. 606 ſq.] aliisque. [*] [Lyden Antimachi in epitomen redegiſſe *Agatharchidem* Cnidium, adnotauit *Photius* cod. CCXIII. p. 541. Confer *Reineſii* var. lection. lib. I. cap. XI. pag. 37. *Lucian.* verae hiſtor. lib. II. cap. 42. ibique M. du Soul. p. 135. tom. II. edit. Reitz. Quod Lyſander carmen Antimachi in illius honorem non praetulit carmini *Nicerati*, Antimachus, ea re offenſus, aboleuit carmen, indignante Platone, teſte *Plutarcho* in vita Lyſandri p. 38. tom. III. edit. Reiske.] Conf. *Neocorum* ad Suid. et *Meurſium* in Bibl. Graeca, vbi etiam de huius Antimachi *Thebaide*, quod carmen fuit heroicum, e quo ſunt, quae profert *Strabo* IX. p. 409. de Teumeſſo: [liber quintus citatur ab *Athenaeo* XI. 468. p. 475. p. 482. F.] tum de poemate tertio, cui titulus Ἄρτεμις, et quarto Ἐπιγόνοις. Eiusdem quoque videntur eſſe δέλτοι laudati *Athenaeo* VII. p. 300. [Antimacho Teio, at minus recte, id adſerit *Meurſius* in Bibl. gr. ſed vid. Schellenb. p. 31 ſq.] Tamquam obſcurum ac tumidum poetam perſtrinxere multi. Confer, quae viri docti ad Horatium, et Iſ. Voſſii notas ad illud Catulli carm. 92. p. 323. *At populus tumido gaudeat Antimacho.* *Ciceronem* item in Bruto cap. 51. Plura de Antimacho *Langbaen.* ad Longini vitam. Homerus prae Antimacho βραχυλογώτατος iudice *Nazianzeno* Epiſt. 3. Antimachi huius Poemata emendauit olim *Zothicus* Plotini familiaris teſte Porphyrio in Plotini vita c. 7. [Λέξεις Ἀντίμ. *Longinus* ſcripſit teſte Suid. v. Λογγῖνος.] De *Antimachi* Poeſi ſcripſerat *Dionyſius Phaſelites*, vti legas in vetere vita Nicandri. [Quaedam Antimachi fragm. ſunt in collect. poetarum, Theognidis, Phocylidis, Pythagorae etc. edit. Frid. Sylburg. gr. et lat. Heidelberg. 1596. 8. et alibi. Optime tamen et pleniſſime de Antimacho eiusque ſcriptis diſſeruit ac fragmenta collegit explicuitque cl. *Car. Adol. Gottl. Schellenberg* in Antimachi Colophonii Reliquiis cum Epiſtola Frid. Aug. Wolfii, Prof. Halenſ. Halae Sax. 1786. 8. vbi p. 15 ſqq. agit de Antimacho Teio, aliisque Antimachis. (Num Antimachus grammaticus, Homeri editor atque criticus, diuerſus ſit ab Antimacho noſtro poeta, nec ne? ſupra vol. I. ad Homerum, p. 358 ſq. fuſius a me diſputatum eſt: atque de eius Thebaide, atque num inter cyclicos poetas ſit numerandus, ibidem p. 378 ſq. et alibi. adde eundem *Schellenb.* l. c. p. 21 ſqq. et p. 78 ſq. *Valcken.* ad Eurip. Phoen. p. 25.) Num Antimachus epos, Ἐπίγονοι inſcriptum, confecerit, dubium eſſe videtur Schellenb. p. 20 ſq. conf. ad lib. II. cap. 2. §. 24. 7. Obſcuriore vero partim, partim etiam dubia fama innotuerunt Antimachi poema, *Lyſandri encomium*, (*Plutarch.* in vita Lyſandri p. 443. C.) et Carmen Ἄρτεμις ex falſa lectione Steph. Byzant. v. Κοτύλαιον ortum fictumque; nam pro Ἀρτέμιδος legendum eſſe

Θηβαΐδος, iam viderunt Salmaſius, Berkelius et Schellenberg. quem vide p. 31. et 91. Tum auctor Etymol. M. p. 4. lin. 6. laudat quidem Antimachi Ἰακχὴν, ſed et auctoritas et lectio leuis prauaque iure videtur Schellenb. p. 32. Ad vanam denique infinitae lectionis iactantiam *Natalis Comitis*, qui magnum numerum ſcriptorum deperditorum tamquam a ſe lectorum ex Grammaticis excitauit, pertinet, quando ille Mytholog. VII. 4. hiſtoriolam adfert ex *Antimachi Centauromachia*. — Antimacho epigramma cod. Vatic. auctoritate tribuit *Brunck* in Anal. tom. I. p. 167. et III. p. 29. ſed caute ſub ſubitat *Schellenb*. p. 53. qui poſt haec de ingenio, auctoritate, virtutibus vitiisque illius poetae et fatis carminum apte ſcienterque diſſerit. Amiſimus vero Antimachea pleraque cum aliorum librorum ruina; nam „ſic *Sopater* Sophiſta, vt idem Schell. notat p. 5?. Conſtantini M. aetate, nonnulla noſtri in Collectanea ſua intulerat, opus eruditum, e multis ſcriptoribus conſutum, quod recenſet *Phot.* cod. CLXI. p. 339. Fecerat idem *Ioann. Stobaeus*, etſi nunc in eius Eclogis Antimachi nomen non occurrit. vid. Phot. p. 374.“ Adde *Burmann*. II. ad Propert. II. 25. 37. in primis ad v. 45. *Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero*. Is vero quando p. 472. probat ſuſpicionem *Pierſoni* ad Herodian. Philetaer. poſt Moeridis Atticiſtam p. 440. apud *Lucian*. quomodo Hiſtoria conſcribenda ſit, tom. II. p. 65. pro ἢ Καλλίμαχος reponendum eſſe, ἢ Ἀντίμαχος, acute declarat diſſenſum *Schellenberg*. p. 46. not. b. *Harl.*] Fuit et *Antimachus* Lyricus cognomento ψεκὰς ppp), quod minutim ſubinde exſpuendo ſoleret adſiantes veluti compluere. *Suidas* in ψεκὰς et Ἀντίμαχ. ac *Diogenianus* VIII. prou. 71. De *Antimacho*, Heliopolita, qui Κοσμογραφίαν ſcripſit Heroico carmine, et de aliis *Antimachis* meminit idem Suidas. [adde *Eudociae* Ἰωνιὰν, p. 61.]

XIII. γ'. ANTILOCHVS. vid. nr. XVI. *Archilochus*, ſin. *Harl.*

XIV. ANYTE, non Epidauria, vt e Pauſaniae Phocicis colligebat *Fuluius Vrſinus*, ſed Tegeatis, vt ex ipſius inedito antea Epigrammate qqq) docet *Holſtenius* ad Steph. Byz. in Τέγεα, apud quem ſcriptorem pro Ἀνύτη μελέτοις Τεγεάτις legendum eſſe Ἀνύτη, primus obſeruauit perſpicaciſſimus in hisce litteris *Leopardus* II. 10. emendat. Licet et apud *Leopardum* in Gruteri editione [tom. III. Lampadis artium p. 37.] et in notis Berkelii ad Stephanum, pro Ἀνύτη perperam excuſum Ἀνύτη. Praeter XIV. huius Anytes Epigrammata ex Anthologia Planudis petita, quae in fragmentis feminarum deſcripſit *Fuluius Vrſinus* p. 56 ſq. et Epigramma, quod ab Holſtenio primum in lucem editum dixi, vide aliud apud *Pauſaniam* V. 5. ſeptim. 48. quod incipit: ἄνερ δειπνεε etc. [vbi diſerte dicitur Ἡ Τεγεάτις Ἀνύτη. In epigr. quodam apud *Wolf*. p. 112. nr. 23. memorat *Anyte Myrtidem*, quam diuerſam a Tegeatide et iuniorem illa, acute docet *Reiske* in Notit. poetarum Anthol. pag. 191.] Celebratur Ἀνύτης ςόμα in celebri *Antipatri* Epigrammate lib. I. Antholog. cap. εἰς ποιητάς. De

ppp) Ob eandem cauſam ψεκάδος cognomen adhaeſit [illegible] Olympio olim, [illegible] ria Andreae Alciato et Francisco Malherbio.

qqq) Ex illo quidem epigrammate hoc doceri non poſſe, quod Anyte Tegeatis fuerit, ſed quod Cleobulus [illegible], huius ſtatuae ſtatuam, quam illa [illegible] tem dedicauit, fuerit Tegeates, pulcre obſeruat G. *Olearius* de poetriis graecis pag. 8. Lipſiae, 17[illegible] [illegible] Τεγεάτις pro Τεγεάτα, [illegible] Ἐράσιππος, vt ſit Genitiuus Doricus. Idem Olearius p. 9 ſq. alia quatuor inedita publicauit ex Agathiae Scholaſtici collectione Epigrammatum. [illegible] in D[illegible] produxit quoque [illegible] ad Suidam in παιζίλα.

De aetate huius poetriae non abunde conſtat, quam quod *Tatianus* p. 114. edit. Worth. narrat, eius ſtatuam factam ab *Euthycrate* et *Cephiſodoto*, quos CXX. Olympiade floruiſſe teſtatur *Plinius* XXXIV. 8. *Fabric.* Reliquias et fragmenta horumque ſedes diligentius poſt Vlſinum inquiſiuit, collegit illuſtrauitque *Io. Chriſtian. Wolf* in Poetriarum octo — Fragmentis et Elogiis, Hamburgi. 1734. 4. p. 92 — 114. *Brunck* XXIII. Anytes dedit epigrammata in Analectis poet. gr. tom. I. p. 197 ſqq. et tom. III. p. 37 ſq. criticas quasdam adſperſit obſeruationes. — Vitam poetriae paucis expoſuit *Olearius* in diſſ. de poetriis gr. nr. VI. ſubiuncta *Wolfii* Poetriarum — fragmentis p. 129 ſq. qui in not. 7. memorat quoque

Anyten Pythagoricam, quae Βακχικὰ metrice et varia epigrammata ſcripſit: de qua ſupra in Catalogo Pythagoricorum, vol. I. lib. II. cap. 13. II. et *Wolf* in Catalogo foeminarum gr. olim illuſtrium h. v. p. 287 ſq. ſubiuncto Mulierum gr. quae oratione proſa vſae ſunt, fragmentis etc. *Harl.*

XV. ARCHEBVLVS, Thebanus, circa idem tempus floruit, vt colligitur e Suida in Εὐφορίων. Ab eo genus carminis Ἀρχεβούλειον [*] dictum refert Hephaeſtio in Enchiridio p. 27. Exempli inſtar eſt hoc apud Terentianum Maurum:

Generi datur auctor huic vetus Archebulus.

Et apud Attilium Fortunatianum:

Tibi naſcitur omne pecus, tibi creſcit herba.

XVI. *α.* ARCHILOCHVS Parius rrr) Gygis temporibus vixit, vt auctor eſt *Herodotus* lib. I. cap. 12. ſiue regnante Romulo, vt *Cic.* I. Tuſc. 1. hoc eſt circa sss) Olymp. XV. quo tempore a Pariis colonia deducta eſt, cui deductioni praefuiſſe, certe interfuiſſe Archilochum conſtat. Conf. Kühn. et Perizon. ad *Aeliani* Var. X. 13. Thalete Cretenſi fuit antiquior, teſte Glauco apud *Plutarch.* de Muſica p. 1134. [ad quem locum *Burette* in Comm. Acad. Pariſ. Inſcr. tom. X. p. 239 ſqq. copioſus eſt de noſtro poeta eiusque aetate, carminibus et arte muſica.] Terpandro iunior, idem Plutarch. p. 1132. Apud eumdem p. 1133. f. pro Ἀντιλόχῳ crediderim legendum Ἀρχιλόχῳ. Vide et quae de Archilochi inuentis tradit idem p. 1140 ſq. conf. et *Nicephorum* p. 427. ad Syneſium. *Heraclidis Pontici* περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου libros duos memorat *Laertius* V. 87. *Ariſtarchi* Grammatici ὑπομνήματα Ἀρχιλόχεια

rrr) Parius Poeta pro Archilocho apud Dionem Chryſ. Orat. 2. de regno p. 18. et alios. Oraculum parenti Archilochi Teleſicli datum refert Steph. in Θάσσος.

sss) Thaſum conditam Olymp. XV. e Dionyſio tradit Clemens Alex. I. Strom. p. 333. et ex Phaniae fide *Terpandrum* aequalem Midae, cuius mors ab Euſebio refertur ad Olymp. XX. 3. iuniorem exiſtimatum Archilocho. Hinc malo aſſentiri Herodoto et Ciceroni, quam aliis ſcriptoribus, qui Archilochum referunt ad Olymp. XXVII. vel [quae eſt Baelii ſententia,] XXIX. vel ad ſeriora etiam tempora, et amaſium faciunt Sapphonis, vt Diphilus apud Athenaeum. *Fabric.* [Diuerſas variorum ſententias de aetate *Archilochi* enumerat, addito iudicio, *Baelius* l. c. p. 296. B. *Saxius* in Onom. I. p. 14. iis accedit, qui, argum. Cic. I. Tuſc. quaeſt. 1. (*Archilochus regnante Romulo*), ducti, poetae vitam ad Olymp. XXIII. duraſſe putant. Ducibus eodem Cicerone, Tatiano, Clemente Alexandr. *Corſinus* in Faſtis Attic. tom. III. p. 31. aetatem Archilochi collocat intra Olymp. XV — XXIII. De Archilochi amoribus, quos ipſe confeſſus eſt, impudicis, vid. Critiam apud *Aelian.* V. H. X. 13. *Maximum Tyrium* diſſ. XXIV. ſect. 9'. p. 226. et *Dauiſii* notam, p. 591. edit. II. *Harl.*]

Ἀρχιλόχεια ſiue commentarios in Archilochum *Clemens Alex.* I. Strom. p. 326. Inter recentiores de Archilochi rebus non indilligenter egit *Ed. Simſon* in Chron. ad. an. 3305. *Gerard. Gualtherus* ad Inſcript. Syracuſ. tom. VI. Theſ. antiq. Sicil. p. 392. *Petrus Baelius* in Lexico. [adde Halliſche Accuram philologie. IV. p. 189 ſq. inprimis *Seuin* de vita et operibus Archilochi, in Comm. Acad. Pariſ. Inſcr. tom. X. 1736. p. 36 ſqq.] Scripta eius quaedam recenſet in Bibliotheca Graeca p. 1242. *Ioh. Meurſius.* Iambicum genus carminis ttt) reperiſſe eum, multi tradiderunt; ſed et ſummam in eo tuliſſe laudem, innuit *Quinctilianus* X. 1. 59. et *Velleius* lib. I. cap. 5. *neque enim quenquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectiſſimum, praeter Homerum et Archilochum reperiemus.* [adde *Theocrit.* Epigramma XIX.] Confer *Voſſium* Inſt. Poetic. III. 18. Vtrumque porro carminis iambici genus Archilocho vſurpatum conſtat, et illud, quod vulgo iambicum vocamus, et alterum ſcazonticum, ſiue extremum, quod pedem trahit, vt loquitur *Ouidius* I. remed. amor. v. 378. In *carmine* [P] *Iambico* virulentiſſimo aliis ſubinde verſuum lyricorum generibus permixto, quo Lycamben, qui filiam ei deſponderat, poſtea alii dederat diuiti, eiusque filias uuu) perſtrinxerat et ad reſtin adegerat, fabula vſum Archilochum teſtatur *Philoſtratus* lib. I. imaginum cap. 7. fabula nimirum de vulpe vvv), vt ex Hermogene conſtat et Apoſtolio prooem. prouerbior. vbi verba ipſa Archilochi habes. [Hinc propter illius dicacitatem ortum eſt prouerbium, Ἀρχίλοχον πατεῖς, h. e. irritas aliquem ad vindictam et conuicia, verbaque virulenta. add. *Ouid.* in Ibin, v. 53. Maledicentiam et miſeram fortunam illius perſtringit *Pindar.* II. Pyth. v. 96 ſqq. *Harl.*] Adde quae ſupra cap. VIII. §. 18. Iulianus Orat. 7. Ἀρχίλοχος ὥσπερ ἥδυσμά τι περιτιθεὶς τῇ ποιήσει μύθοις ἐλεγχόμενος ἐχρήσατο etc. Validas breuesque ac vibrantes ſententias in illo celebrat Quinctilianus, quarum nonnullae ſeruatae apud Stobaeum. Obſcoenitatem iamborum Archilochi perſtringit praeter Suidam Origenes III. contra Celſ. p. 125. Archilochi Ἐπῳδὰς memorat *Zenobius* V. 08. prou. *Hephaeſt.* p. 22. et *Stephanus Byz.* in Πάρος. Ex his Semielegi quidam fuerunt, ita vt Hexametris ſingulis dimidius verſus pentameter ſiue dactylica tome ſubiiceretur, quod ab Archilocho repertum tradunt *Diomedes* lib. III. p. 512. *Terentianus* p. 2422. (2430) et *Victorinus* p. 2551. [vid. *Seuin* l. c. p. 40 ſqq. et *Burette* l. c. p. 243 ſqq.]

ttt) In Scholiis ad Nicandri Alexipharmaca pag. 64. *Iambe* quaedam inuentrix carminis Iambici traditur. Ἰάμβην δούλην Μετανείρας τῆς Ἱπποθόωντος γυναικὸς ἥτις τὴν Δήμητρα λυπουμένην ἰδοῦσα ἐπὶ τῇ ἁρπαγῇ τῆς Περσεφόνης διά τινα ἔμμετρα γελοιάσαι ἐπὶ τῷ παραμυθήσασθαι. Ἐξ ἐκείνης ἂν τὸ μέτρον ἰαμβεῖον. Pag. 71. additur, hanc *Iamben* fuiſſe filiam Panos et Echus, gente Threiſſam; quod legas etiam in ſcholiaſte ad Euripidis Oreſten, cuius verba lib. I. cap. 14. §. 4. produxi. *Fabric.* Homerum in Margarita iambis vſum eſſe, adfirmat *Ariſtotel.* Poet. cap. 4. Archilochus igitur, quod in eo genere inprimis excelluit, atque perfeciſſe illud, et ad mordaces ſatiras primum adhibuiſſe viſus eſt, ipſe quaſi repertor iſtius generis habitus fuerit. *Cicero* ad Attic. XVI. 11. *cui*, inquit, *vt Ariſtophani Archilochi iambus, ſic epiſtola longiſſima quaeque optima videtur.* His quidam, (Alcyon. II. de exſil. p. 187.) Ariſtophanem poetam intelligunt. Sed auctor acerrae philol. intelligit Ariſtoph. grammaticum. Inuentorem iambici generis *Baelius* putat fuiſſe Archilochum in Lexic. tom. I. voc. Archilochus, K. Secus ſentit *Ern. Ludw. Dan. Huch* in: Verſuch uber die Verdienſte des Archilochus um die Satyre. Zerbſt. 1767. 8. pag. 17 ſq. conf. *Caſaubon.* de Satyr. poeſi lib. I. cap. 1. p. 14. cum nota Rambachi et Crenii. *Harl.*

uuu) Vide quae viri docti ad Horatium lib. I Epiſt. 19. [et Kuhn. ac Periz. ad Ael. V. H. X. 13.] Defendit filias Lycambis aduerſus Archilochum Epigramma *Dioſcoridis* lib. III. Antholog. cap. 12.

vvv) Vid. I. H. Maii not. ad Baſil. M. de legendis ethnicis, p. 78 ſq. *Heum.*

p. 243 ſq.] De aliis Epodon Archilocheorum generibus vide eumdem p. 2564 ſq. et 2589. Ἐλεγεῖα Archilochi laudantur ab *Athenaeo* lib. XI. [an potius lib. XIV. 6. p. 627. C.?] et videtur ex illis petitum, quod profert *Suidas* in Ξενίας, *Stobaeus* ſerm. 123. tum verſus de abiiciendo ſcuto, [apud *Ariſtophan.* Pac. 1298. *Sext. Empir.* Pyrrh. Hyp. III. 24. *Strab.* X. p. 702. et XII. p. 827. Almel. cum lectionis varietate.] propter quos a Lacedaemoniis expulſum wwww) narrat *Plutarchus* in Laconicis inſtitut. [ſect. 12. p. 12 ſq. edit. Gierig. cuius vid. notam. Ad elegos quoque pertinuit poema Ναυάγιον, in obitum mariti ſororis ipſius, in mari deperditi, compoſitum, cuius meminit *Longin.* ſect. X. 7. al. 11. et ex quo petiti fuerint verſus a *Plutarcho* de audiendis poetis, cap. V. p. 36. edit. H. Krebſii, cuius notam p. 127. conferes, et interprr. ad Longini locum p. 86. edit. Tollii.] Archilochi *melos Olympionicis adcantari ſolitum* memorat *Pindarus* Olymp. Od. IX. Ἰοβάκχους *Stephanus Byz.* in Βέχειρ, et *Hephaeſtio* in Enchirid. p. 55. cui addubitare videtur de auctore; ait enim: οἷον ἐςι ἐν τοῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἀρχίλοχον Ἰοβάκχοις xxx). Exemplum carminis hoc profert:

Δήμητρος ἁγνῆς καὶ κόρης τὴν πανήγυριν σέβων.

Τήλεφος Archilochi citatur ab *Athenaeo* lib. III. p. 111. yyy) Citat Poetam iſtum *Heraclides* politia Cretenſium, *Dio Chryſoſt.* XXXIII. p. 399. etiam hinc inde Longinus, Etymologici M. auctor, et Euſtathius, ſed hic ex aliorum fide ferme, vt illius aetate iam interiiſſe ſcripta Archilochi videantur. Ὁ κάλλιςος τῶν ποιητῶν dicitur *Syneſio* in laude caluitiei p. 75. et *Dione Chryſoſtomo* iudice XXXIII. p. 397. Homerus et Archilochus par Poetarum, quibus poſt hominum memoriam nullus alius mereatur comparari. [Homeri aemulus dicitur a *Longino* de ſubl. XIII. 3. edit. Mori, ſiue §. 7. edit. Tollii. Idem tamen *Longin.* XXXIII. 5. [al. 7.] notat, Archilochum multa aliena rapere ſecum, profecta ab impetu diuini ſpiritus.] Itaque et Archilochi interfector cum oraculum accederet, ab eo [?] repulſus eſt his verbis: Μουσάων θεράποντα κατέκτανες. ἔξιθι νηοῦ, vt refert *Galenus* protreptico ad artes tom. IV. p. 1. [A *Plutarcho* de S. V. N. tom. X. p. 220. Reisk. aut p. 69. edit. Wyttenbach. qui p. 81. plura veterum loca excitat, interfector Archilochi vocatur Calondas cognomento Corax; ab Oenomao autem ap. d *Euſebium* Praep. euang. lib. V. p. 228. C. dicitur Archias. adde *Seuin.* l. m. p. 43. *Harl.*] Archilochi quaedam fragmenta collegit *H. Stephanus* in Lyricis ſuis p. 376. 426. 459. [item in collect. ſententiarum Frobeniana: in Corpore poetarum graec. Tragicorum etc. Geneu. 1614. F. *Brunck.* in Anal. vett. poet. gr. tom. I. p. 40. et tom. III. p. 6. et 236. Lection.

 Idem

wwww) Non Archilochum ipſum, ſed eius libros Lacedaemone exportari iuſſos tradit *Valerius Max.* VI. 3. [Ext. 1. vbi v. Coler. et Vorſt.] quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrarentur. Archilochi et Hipponactis ſcripta a ſacerdote legi vetat *Iulianus* Imp. in fragmento p. 300. edit. Lipſienſis.

xxx) Iobacchi, genus hymnorum in Bacchum (vid. *Menandri* comm. de Encomiis, cap. 1.) ob frequentem exclamationem *Io Bacche!* ſic adpellatum. conf. *Spanhem.* ad Ariſtoph. Ranas, v. 318. *Harl.*

yyy) Quod tamen titulus poematis indicat carmen dramaticum, tempore Archilochi nondum ſatis cognitum et vſurpatum, *Seuin* l. m. p. 52. ſuſpicatur, vel Athenaeum ipſum fuiſſe deceptum atque erraſſe, vel locum illius eſſe corruptum et legendum *Archippum*, comicum. *Ruhnken.* quoque ad Vell. Pater. I. 5. p. 20. negat, *Telephum* ſcripſiſſe Archilochum et vocem *panis* πιττάκιον noſſe potuiſſe. Commode autem ex Grammat. MS. in Biblioth. Sangerm. Πιττάκιον ἀπὸ Δανόλοχος Τηλέφῳ corrigit Athenaeum reſtituitque priſtinam lectionem Δανόλοχος ἐν Τηλέφῳ. *Harl.*

Idem tertiae Anacreontis editioni ſuae adiecit fragmentum Archilochi, *ὁ φιλεῖν μέγαν στρατηγόν.* — Addendum eſt fragment. apud Scholiaſt. Hermog. p. 377. teſte quidem Io. Scheliuta comm. MS. in Hermogen. vid. *Ruhnken.* ad Xenoph. Mem. Socr. II. 1. 20. p. 93 ſq. edit. Zeunii. Atque digna ſunt poetae fragmenta, quae diligentius colligantur. Enimuero prudens conſilium *Ruhnkenii* ad Vell. Pat. I. 5. p. 20. ne quae ſunt aliorum, temere pro Archilochus arripiantur, probe obſeruandum erit. Docet enim vir doct. *Archilochi* nomen creberrime permutari cum nominibus *Dinolochi*, *Ariſtophanis*, *Ariſtarchi*, *Antiochi*, *Amphilochi* et aliorum. Adde *Valcken.* adnotatt. ad Euripid. Hippolyt. v. 1169. et Dan. ad illum p. 253. not. *Harl.* Fabulae Archilochiae initium exhibet *Camerarius* in edit. Aphthonii, p. 56. et 241. *Haum.*] Rhetor ille, a quo prouerbium *κακῶ κόρακος κακὸν ὠόν*, *Alciphar.* [illegible] p. 44. dicitur Archilochus Siculus. [Sed Reiske ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 220. monet, Coracem, Archilochi percuſſorem, cum Corace Protagorae magiſtro permiſcuiſſe [illegible]. *Harl.*] De Pſeudo-Archilocho Annii Viterbienſis dixi in Bibl. latina. Nec ſane videtur fuiſſe vllus Archilochus Hiſtoricus, neque alius Archilochus poeta iunior Lacedaemonius qui veteribus memoretur. Licet ſunt qui cum Antilocho etiam confundant, aut cum Amphilocho, cuius celebre quondam oraculum exſtitit. Plato Philoſophus a Gorgia dictus *νέος Ἀρχίλοχος*, quod probe noſſet *ἰαμβίζειν* ſiue criminari, teſte *Athenaeo* XI. p. 505. *Fabric.* Pro *Antilocho*, poeta aequali Lyſandro (*Plutarch.* in vita Lyſandri, tom. III. edit. Reiskii p. 38) apud *Plutarch.* de Muſ. X. p. 657. et *Athen.* XII. 3. eſt ſcribendum *Archilochus.* Vid. Burette l. c. p. 286. *Harl.*

XVI. *β'*. ARION Methymnaeus Lyricus zzz) Cyclei F. diſcipulus Alcmanis, clarus circa Olympiadem XXXVIII. 3. ſcripſit *ᾄσματα* ſiue carmina Lyrica, tum *προοίμια* ſiue hymnos verſibus heroicis bis mille. Vide de hoc Arione *Suidam*, [*Eudociam* p. 68] *Voſſium* Inſtit. Poetic. III. 16, 3. et quae viri docti ad *Gellium* XVI. 19. *Raderum* ad Martial. p. 582. et *Rhodomann.* Carmen graecum de Arione editum a Neandro Lipſ. 1588. 8. [Vixit ſecundum *Larcher.* in Chronol. Herodot. p. 562. ante C. N. 626. V. C. 128. A. M. 4088. Locus de eo claſſicus exſtat apud *Herodot.* I. cap. 23. narrantem, eum vixiſſe cum Periandro, Corinthi tyranno, citharoedorum ſui ſaeculi facile nulli ſecundum, primumque et feciſſe et nominaſſe et docuiſſe Corinthi dithyrambum. Conf. doctam *Larcheri* animaduerſionem ad Herodot. Epiſt. p. 209 ſq. qui in primis ea, quae *Dodwell.* de aetate Phalar. p. 62 ſq. de *χορῷ κυκλίῳ* eiusque auctore diſputat, ſcite examinat corrigitque. Adde ſupra vol. I. lib. I. cap. 26. p. 214. Ad illum autem Herodoti locum *Wyttenbach* p. [illegible] [illegible]. *Dionem Chryſoſtomum* Or. 37. p. 455 (vel. [illegible] p. 101 edit. Reiskii, vol. II.) haec Herodoti plane ſine expreſſiſſe, nec de Dithyrambo, quod Galli [illegible] adſpiſſimum, [illegible] ſentire Graecos veteres ad *Pindari* Olymp. Od. XIII. 25. Adde *Lunaem*, [illegible] dial. [illegible]. VIII. [illegible] Hemſterh. pag. 308. tom. I. edit. Reitzii. Hymnus in Neptunum ſeruatus eſt ab *Aeliano* H. A. XII. 45. vnde emendatum fecit recudi *Brunck.* in Analect. gr. poet. tom. III. p. 327. adde cl. [illegible] de Hymnis

zzz) Alius *Arion*, Pythagoreus, de quo ſupra cap. 13. Alius quoque Rhetor hoc nomine, cuius *θλίψεις* citantur a *Theone* in progymnaſmatis pag. 85. Praeterea equum *Arionem*, de quo [*Propert.* II. 25. 37. ibique Brouckh. in primis Burman. II. alios quoque laudans;] Mythologi et *Lotichius* lib. II. cap. 6. Epiphyllid. [*Heyne* ad Apollodori bibliotn. p. 634 ſq.]

Hymnis vett. Graec. p. 35 ſqq. Satyros quoque, verſibus loquentes, Arionem introduxiſſe, aiunt *Suidas* (cuius locus, Küſtero difficilis, ex Herodoto mihi ſanandus videtur.) et *Eudocia*, e Suida ſupplenda. Quando vero iidem tradunt, eum fuiſſe tragici modi inuentorem, et primum inſtituiſſe chorum, habent quidem conſentientes Hellanicum et Dicaearchum: contra Antipater et Euphronius in Commentariis auctorem illius inſtituti, (τοὺς Κυκλίους χοροὺς στῆσαι,) perhibent fuiſſe *Laſum*; teſtibus Scholiaſte ad *Ariſtoph.* Aues, v. 1403. *Proclo* apud Photium p. 985. *Phauorino* in voc. Κυκλιοδιδάσκαλον. Conf. Dodwell. et Lennepii obſſ. paullo ante memoratas; infra ad Steſichorum, et *Hellanici Lesbii Fragmenta* — collecta et edita a *Fr. Guil. Sturz.* Lipſ. 1787. 8. p. 80 ſqq. vbi doctiſſ. editor praeterea commemorat *Herm. von der Hardt* lib. in Aenigmatis priſci orbis, (Helmſtad. 1723. fol.) p. 527 — 535. p. 542 — 545. p. 577 — 581. etc. de Arione. Adde infra, in Notitia Tragicor. voc. *Arion. Harl.*]

XVII. α. ARIPHRONIS Sicyonii nihil reliquum eſt praeter *Paeanem in ſanitatem*, quem ſeruauit *Athenaeus* in calce lib. XV. p. 702. Admodum vetuſtum ſcriptorem fuiſſe. obſeruo e *Maximo Tyrio* diſſ. 41. [diſſ. XIII. p. 15?. edit. II. Dauiſ.] qui eius meminit his verbis: ᾄδεταί τι ἐξ ἀρχαίου ᾆσμα ἐν εὐχῆς μέρει.

> Ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων
> Μετὰ σεῦ ναίοιμι
> Τὸ λειπόμενον βιοτᾶς.
> *Diuarum Dea ſanitas,*
> *Tecum ſit mihi viuere*
> *Vitae quod ſupereſt meae.*

Reſpicit hoc σκολιὸν Suidas in Ἀρχίας, laudat et *Lucianus* in Apologia pro lapſu inter ſalutandum tom. I. p. 4[illegible]9. *Fabric.* [Ex vol. XIII. lib. VI. cap. X. p. 462. Fabricii ſpicilegium huc referam: „In *Mattaire* Miſcellan. Graecorum aliquot ſcriptorum Carminibus etc. Londini 1722. mai. 4. nr. 3. *Ariphronis* Paean ſiue σκολιὸν in Sanitatem cum anapaeſtica metaphraſi Fed. Morelli aaaa) ex editione Pariſ. 1615. 8. Idem ex *Athenaeo* in extremo libri XV. Graece exhibent *Dan. Heinſius* notis ad Maximum Tyrium p. 145. et *Io. Caſelius* ad calcem Demetrii Phalerei, p. 46. Latina metaphraſi iambica donauit *Caelius Calcagninus*, quae tom. I. delic. poetarum Italorum p. 5?6. et in Calcagnini Operibus p. 425. legitur. *Martini Opitii* metaphraſis germanica occurrit lib. I. eius Odarum, oda decima." *Harl.* Habet hoc ſcolion Brunck. in Rel. Lyr. ad calcem Anacr. p. 107. et Cludius von den Skolien der Gr. in der Bibl. der alt. Litt. III. p. 50. ſq. cum not. et verſ. germ. *Beck.*]

XVII. β. ARISTOMACHE Poetria, de qua *Plutarchus* lib. V. cap. 2. ſympoſiacon. tom. II. Opp. p. 675. B.

XVIII. ARISTOTELIS Stagiritae ſcolium bbbb) ſiue vt alii Paeanem, [*] vel potius hymnum in Hermiam Atarnenſium Tyrannum, ex *Athenaei* lib. XV. cap. 16. exhibet *H. Stephanus*

aaaa) Orphei hymnos duos in Hygieam et Aeſculapium, quos *Ariphronis* paeani Morellus iunxerat, quemadmodum et Virgilii Pollionem eclogam, graeca metaphraſi a Dan. Holsworthio donatam Mattairius exhibet in notis. In iisdem p. 150 ſq. illuſtrat veterem inſcriptionem Sigeam, de qua infra. Paſſim quoque notat vocabula graeca rariora in vulgatis Lexicis haud obuia.

bbbb) Etymolog. M. σκολιά. τὰ συμποτικὰ ᾄσματα. Videntur autem dicta σκολιὰ carmina, quae ex

plurimis in Lyricis p. 398. occurrit et apud *Laertium* V. 7. *Stobaeum* ſermone I. p. 6. edit. Grotii, et apud Caeſarem Scaligerum p. 109. Poetic. qui tantopere ſe probant, vt ex hoc maxime perpendere cupiat lectores, quantus vir Ariſtoteles fuerit in Poeſi, neque ipſo Pindaro minor. Vide *Meurſium* ad Heſych. p. 123. et *Andreae Schotti* vitam Ariſtotelis p. 137. [Eſt quoque ille Hymnus in Corpore poetar. graec. Tragic. Comic. Lyricorum etc. Geneu. 1614. fol. pag. 135. gr. et lat. vbi tom. II. Pindari et reliquorum Lyricorum ſunt carmina et reliquiae: in *Maittaire* Miſcell. graecor. aliquot ſcriptorum carminibus nr. 5. In: *Horazens Epiſteln an die Piſonen und den Auguſtus, mit Kommentar und Anmerkungen von Hurd, aus dem Engliſchen überſetzt — von I. Ioach. Eſchenburg*, vol. I. Lipſiae 1772. mai. 8. p. 166 ſqq. vbi non ſolum viri cuiusdam docti commoda acutaque verſſ. 6. et 7. emendatio, a Koeppen. poſtea in contextum admiſſa, in notis proponitur eruditeque explanatur; ſed etiam interpretatio *Thomae Nevile* anglica, et *Eberti* germanica, ex commentatione de la Nauze de Scoliis, germanice verſa, atque Hagendornii operibus poeticis ſubiuncta, eſt repetita. *Brunck.* vero inſeruit illum Analectis veterum poetarum graecorum, tom. I. p. 177. et tom. III. p. 32. ex emendatione, metro apta, viri docti ad Hurdii librum mem. repoſuit. [tum Lyricorum Reliquiis ad calcem edit. 3. Anacreontis p. 94 ſq. conf. p. 142. add. Cludius l. l. p. 22. ſq.] *Caeſar. Kitterthuſii* et alius correctiones editionis Stobaei margini adſcriptas, publici iuris feci in Opuſculis meis varii argumenti, p. 181 ſq. Paeana ipſum graece cum verſione germanica dedit ſeneque expoſuit cl. *Degen* ad nouiſſimam ſuam Anacreontis edit. Altenb. 1787. p. 194 ſq. et p. 253. — Separatim denique edidit, germanice vertit docteque explicuit *Koeppen: Ariſtoteles Skolion auf Hermias: erläutert von Io. Henr. Iuſt. Koeppen.* Hildeſiae 1784. 8. In introductione V. D. ſcite agit, ſecundum *Strabonem* XIII. p. 610. C. et *Diodorum Sic.* XVI. 33. de *Hermia*, (quem, p. 24. docet, Olymp. CVIII. 1. tyrannidem in Atarnenſes et Aſſios ſuſcepiſſe et Ol. CVIII. 4. captum interfectumque fuiſſe,) de eius ingenio vſuque cum Ariſtotele et de argumento carminis. *Harl.*] De aliis Ariſtotelis poematis, vt: Peplo ei tributo, [illegible] ſiue hymnis, atque encomiis, dixi infra, vbi de Ariſtotele, Libro III. Scaliger affirmat, Ariſtotelem ſcripſiſſe etiam paeana in Lyſandrum Lacedaemonium, qui ob dignitatem in Samo olim publice canebatur. Sed *Plutarchus*, qui de hoc paeane meminit in Lyſandri vita p. 437. ab Ariſtotele compoſitum non docet. Neque *Athenaeus* lib. XV. p. 696. qui praeterea Paeanem in Craterum Macedonem laudat ſcriptum non ab Ariſtotele, ſed ab Alexino Dialectico.

XIX. ARTEMO [illegible] memoratur Suidae in [illegible], et Scholiaſtae Comici in Acharnenſ. v. 830. Fuere autem plures Artemones. 2) *Artemo* Lacedaemonius, (Seruio ad IX. Aeneid. p. 57[illegible]. Clazomenius) machinarum bellicarum inuentor, *Diodor. Sic.* XII. 28. *Plutarch.* in Pericle p. 167. et *Athenaeus* L. XII. p. 531. 3) *Artemo* pro Antiocho Syriae Rege ab vxore huius Laodice poſt interfectum maritum ſuum venditatus. *Plin.* VII. 12. *Valer.* Max.

ex inaequalibus et diuerſi generis verſibus conſtabant, vt ſonuli quidam ſiue *ſonetti* et *Madrigalia* hodie. Confer Scholiaſten *Luciani* tom. I. p. 27. Alias notationes nominis profert *Caeſar Scaliger* I. Poetic. cap. 44. e *Plutarchi* ſympoſ. lib. I. cap. 1. p. 615. Pindari quoque [illegible] quae habemus, Athenaeus ſubinde vocat ſcolia. Specimen [illegible] Ἀττικῶν vide, ſi placet, apud *Dionem Chryſoſt.* [illegible] de regno p. 32. *Plutarch.* lib. V. ſympoſ. cap. 3. p. 676. et *Lucianum* de lapſu inter ſalutandum tom. I. pag. 498 ſq. Vide ſupra ad Pindari ſcripta deperdita.

Max. XII. 14. *Solin.* etc. 4) *Artemo* Mileſius, qui ſcripſit Onirocritica libris XXII. (non XXIV. vt *Hadr. Iunius* I. 13. animaduerſ.) teſte Artemidoro lib. II. cap. 49. Memoratur et ab Euſtathio ad Iliad. π'. p. 1119. [ſchol. Marcianis ad Hom. Iliad. XVI. 854.] et inter alios ſomniorum ſcriptores a Tertull. de anima cap. 46. et Fulgentio I. Mythol. cap. 13. 5) *Artemo* Pergamenus, qui de rebus Siculis et de Pindaro ſcripſit, vt e variis Scholiorum in Pindarum locis colligit *Voſſius* de Hiſt. Gr. p. 335. [adde *Ionſium* IV. 10. p. 251.] 6) *Artemo* Medicus apud Plin. XXVIII. 1. cuius collyrium memorat Galenus. 7) *Artemo* Laodicenſis, pater Andronis, quo familiariter vſum ſe ſcribit Cicero XIII. 67. ad famil. 8) *Artemo* Caſſandreus, cuius ſcripta quaedam laudantur ab Athenaeo libr. XII. 3. vt περὶ συναγωγῆς βιβλίων, et lib. XV. 14. liber II. περὶ βιβλίων χρήσεως, vt *Ionſius* lib. IV. 9. p. 250. legit, ſiue, vt *Meurſius*, περὶ χρήσεως τῶν περὶ τὰς συνεσίας ᾀδομένων. Hic ipſe forte eſt *Artemo*, quem Ariſtotelis Epiſtolas recenſuiſſe notat Demetrius Rhetor lib. II. περὶ ἑρμηνείας, et quem περὶ ζωγράφων ſcripſiſſe tradit *Harpocratio* in Πολύγνωτος. 9) *Artemo* Clazomenius, cuius ὅρους Κλαζομενίους citat *Aelianus* XII. 38. Hiſt. Animal. Librum de Homero Suidas in Ἀρκτῖνος [vid. plura apud *Ionſium* IV. 9. p. 251.] Neſcio, idemne ſit auctor operis περὶ Διονυσιακοῦ ἐπισήματος cuius librum primum laudat Athenaeus lib. XIV. p. 636. *Meurſius* quidem in Bibl. Gr. p. 1266. ſed ſine cauſa tribuit Artemoni [?] Caſſandreo, male vero titulus libri eo in loco latine redditur *de Dionyſiaca columna ſepulchrali*, nec melius Dalechampius; *de Bacchica intelligentia*: nam ἐπίσημα hic, vt ex contextu patet, eſt vocabulum Muſicum idem fere notans quod σύστημα, vt adeo Artemo in illo libro perſecutus eſſe videatur hiſtoriam inſtrumentorum Muſicorum in Dionyſiis vſurpatorum. 10) *Artemo* Magneſius, ex cuius opere de virtute mulierum ἐκ τῶν Ἀρτέμωνος τοῦ Μάγνητος περὶ τῶν κατ᾽ ἀρετὴν γυναιξὶ πεπραγματευμένων διηγημάτων profecit Sopater apud *Photium* cod. CLXI. p. 170. [adde *Ionſium* III. 11. 4.] Denique 11) fuit *Artemo* haereticus, quem confutauit Caius presbyter, teſte *Photio* cod. XLVIII. Meminit illius operis, Caii nomine omiſſo, *Euſebius* V. 28. Hiſt. Eccleſ. De *Artemonis* vero haereſi, quam a Paulo Samoſateno iterum reſuſcitatam ait *Epiphan.* LXV. 1. ſtrictim agit *Theodoritus* II. 4. haeret. fab. vbi *Artemonem* hunc a nonnullis Arteman appellari ait, quemadmodum factum obſeruo Methodio in conuiuio decem virginum p. 113. et a Felice III. Papa in Epiſt. ad Petrum Fullonem p. 543. Eſt et appellatiuum *artemo*, quod in gloſſario Iſidori *Inſtrumentum arietis* exponitur, et ita dictum poſſit videri ab Artemone Lacedaemonio, quem machinam belluam, cui arieti nomen, reperiſſe tradit Seruius loco ſupra laudato. [De *Artemone* Mechanico *Ionſius* I. 17. 1. p. 105.] Malunt tamen viri docti apud Iſidorum reſcribere *inſtrumentum ratis*, quorum rationibus adſentior. Eſt enim artemo velum, quod ad artemonem expanditur, atque ita Papias Iſidori exſcriptor; ita alibi ipſe Iſidorus.

XV. Ab ASCLEPIADE Lyrico nomen accepit metrum carminis *Aſclepiadeum*, non differens a Choriambico, vt ex Hephaeſtione p. 34. apparet. Attilius Fortunatianus p. 2701. *Aſclepiadion metrum vocatur, non quod repertor eius Aſclepiades fuerit, ſed quod eo familiarius et frequentius ſit vſus. Ante illum enim vſi Alcaeus, et Sappho hoc integro vſa eſt in libro quinto.* Male Gyraldus p. 495. ait, Sapphonem libros quinque illo genere compoſuiſſe. Iunior fuit *Aſclepiades* Aegyptius, cuius hymnos in Deos patrios et alia ſcripta laudat Suidas in Ἡραΐσκος. De *Aſclepiade* poeta ἐπιγραμματογράφῳ Samio, Theocriti Magiſtro, cuius non pauca Epigrammata occurrunt in Anthologia Maximi Planudae, conſulenda Scholia ad Idyllion VII. v. 21. et 40. [*Reiske* in Notitia poetar. Anthologic. p. 199. qui p. 197

ſq. de *Aſclepiade Adramytteno*, antiquiore, et in Muſa Stratonis ſic nominato, aliisque agit et tria epigrammata Aſclepiadis, num antiquiſſimi, et auctoris illius carminis, quo Lyde pellex carmen Antimachi, qui circa Olymp. XCIII. claruit, celebratur, an recentioris? non liquet, e Muſa Stratonis adponit. Adde infra lib. III. cap. 28. in Catalogo Epigrammat. h. v. Schneideri Periculum crit. in Antholog. Cephalae p. 14 ſq. 100. — *Aſclepiadis* poetae nomen effictum ex verſibus aſclepliadeis choriambicis Scaligerum aliosque abduxit ad errorem. vid. *Burm.* II. ad Anthol. veter. latin. poet. tom. I. p. 556. — De *Aſclepiade Bithyno*, Walchii Antiqq. medic. ſelectas n. 5. p. 119 ſqq. Gotting. biblioth. philol. II. part. II. p. 200 ſqq. Infra libr. VI. cap. 9. tom. XIII. p. 87 ſq. et alibi. Vid. indic. ex quo maior Aſclepiadum numerus colligi poteſt.] Qui vero in aliis ad Theocritum ſcholiorum locis citatur *Aſclepiades*, fuit Bithynus Myrleanus Grammaticus iunior, qui in Theocritum ſcripſit. [vid. *Groddek* über die Argonautica etc. in: Gott. Bibl. der alten Litter. II. p. 70.] De vtroque Myrleano Aſclepiade [infra lib. V. cap. 7. tom. VII. p. 54.] item et de aliis huius nominis vide *Ionſium* p. 167. et 275 ſq. *Voſſium* Hiſt. Gr. *Tiraquellum* de nobilitate p. 343. *Meurſium* Bibl. Graeca p. 1195. et 1267. et ad Chalcidium p. 24 ſq. *Hendreichii* Pandectas Brandenburg. p. 305 ſq. [?] De *Aſclepiade* Tragilenſi Tragoedumenon ſcriptore ago infra in notitia Tragicorum. *Aſclepiades*, Genethlii Sophiſtae amicus, tempore Gallieni, Imperatoris, Suidas in Γενέθλιος. De *Aſclepiade* Medico ac philoſopho Pruſienſi, aliisque vide Giornali d' Italia tom. XI. p. 235. 242 ſq. 246. [*Aſclepiadem*, medicum, amicum Craſſi, hominem eloquentem laudat *Cicero* de Orat. I. 14. quo loco motus *Cocchius*, medicus Florentinus, in notis ad ſcriptores Chirurgicos, p. 154. negat, verum eſſe, quod vulgo, auctore Plinio H. N. XVII. 3. ſtatuunt, eum fuiſſe aequalem Cn. Pompeio. ſed v. *Erneſti* clau. hiſtor. Cicer. h. v. p. 108.]

XXI. BACCHYLIDES e Iulide cccc) ciuitate Ceus, Simonidis ciuis et fratris vel ſororis filius (ἀδελφιδοῦς), Pindari vero aemulus dddd), a quo hinc inde perſtringitur in ſuis ad Hieronem Regem odis, ſiquidem apud illum in gratia fuiſſe Bacchylidis Muſa dicitur. Vide Schol. Pindari 2. [Olymp. ad v. 155. p. 31.] 2. Pyth. p. 211. et *Aelian.* IV. 15. Var. In Peloponneſo ſcripſiſſe notat *Plutarchus* de exilio p. 605. Vſus eſt dialecto Dorica perinde, vt Pindarus

cccc) Stephanus Byz. in Ἰουλίς. *Fabric.* Ἀδελφιδοῦς Simonidis vocatur a *Strabone* lib. X. p. 745. et Stephano Byzant. v. Ἰουλις πολις. A *Suida* in Βακχυλίδης et *Eudocia* p. 93. adpellatur Simonidis συγγενής. *Van Goens* in diſp. de Simonide, Traiecti ad Rhen. 1768. 4. docet p. 42 ſqq. Bacchylidem noſtrum fuiſſe Simonidis conſobrinum ex ſorore, filium Medontis, vel (vti legitur in Epigram. in nouem Lyricos apud *Vrſin.* Fragm. ſept. ill. foem. p. 62. et alibi,) Milonis, Bacchylidis athletae nepotem. Vocabulum autem ἀδελφιδοῦς vſurpari quoque de ſororis filio, oſtendit *Munker.* ad *Heſychium* h. v. ex Moſchopulo: Ἀδελφιδ. ὁ ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς υἱός. In Lyricis (ἐν μέλεσι) inferior Pindaro cenſetur Bacchylides a *Longino* de ſublim. ſect. 33. §. 8. Floruit is ſecundum *Saxium* in Onomaſt. I. p. 36. A. M. 3554. Olymp. LXXXII. 2. ante C. N. 449. a. V. C. 303. Adde *Voſſium* de poetis graec. cap. V. p. 31. *Burettium* (a Goenſio citatum) in Mem. Acad. Inſcript. tom. XIII. p. 259. it. Mem. earumdem tom. XXXII. p. 487. *Harl.*

dddd) Etiam ciuem Pindari, Boeotum, ex neſcio, qua, Alcmena vel Alalcomenio Boeotiae ciuitate facit Lutatius ſiue Lactantius ad Statium, vt verba illius lecta ſunt a *Gyraldo* dialog. IX. p. 474. et *Fuluio Vrſino* in Lyricis p. 341. qui fragm. Bacchyl. apud Athen. XI. probari putat lectionem Lactantii. Sed nihil tale in emendatioribus Luctatii libris. Vide editionem Frid. Tilebrogae ſiue Lindenbrogii p. 254. Sane Ceum Bacchylidem fuiſſe, conſentiunt Strabo, Plutarchus, Aelianus, Stephanus Byz. Suidas et alii. *Fabric.* De eius aetate vid. *Küſter.* ad Suidam voc. Διαγόρας, tom. I. pag. 550. n. 5. *Harl.*

Pindarus et Simonides, licet non eſſent Δωριεῖς φύσει, vt ait *Corinthus* de dialect. [p. 170. ed. Koen. cuius notam conſules. Plura in hanc rem vide a *Salmaſio* de Ling. Helleniſt. p. 8. et 28. diſputata. Adde Grammatic. gr. Corintho additum a Koenio, p. 308.] Scripta eius a Meurſio in Bibl. Graeca p. 1273. recenſentur. Sunt autem haec: 1) Ἐρωτικά. *Athen.* lib. XV. p. 667. 2) Ἐπινίκια quae praeter Stobaeum, Meurſio notatum, memorat Theophyl. ep. 8. et *Ammonius* in Νηρεΐδες, laudans *Didymum* ἐν ὑπομνήματι Βακχυλίδου ἐπινικίων. eee) 3) Προσῴδια Stob. ſerm. 96. 4) Διθύραμβοι Schol. *Pindari* 1. Pyth. p. 172. et *Seruius* ad IV. Aeneid. 5) Ὕμνοι, quorum praeter Stobaeum et Schol. Ariſtophanis, meminit *Menander Rhetor* capite περὶ τῶν ὕμνων τῶν εἰς τοὺς Θεούς. [ſect. 1. cap. II. p. 30. etc. edit. Heeren.] Verba eius [p. 38.] haec ſunt: Κλητικοὶ μὲν οὖν ὁπόσοι εἰσὶν οἱ πολλοὶ τῶν τε παρὰ τῇ Σαπφοῖ ἢ Ἀνακρέοντι ἢ τοῖς ἄλλοις μετρικοῖς (forte leg. μελικοῖς) κλῆσιν ἔχοντες πολλῶν Θεῶν. Ἀποπεμπτικοὶ δὲ, ὁποῖοι καὶ παρὰ Βακχυλίδῃ ἔνιοι εὕρηνται ἀποπομπὴν ὡς ἀποδημίας τινὸς γενομένης ἔχοντες. Diſertius idem Menand. ibid. cap. IV. p. 38 ſq. vbi v. Heeren notam; adde *Gesneri* diſput. de Hymnis. p. 21.] 6) Παιᾶνες. *Clemens* V. Strom. *Zenobius* II. 36. prou. et *Stobaeus* ſerm. 53. His adde 7) *Bacchylidis* Ὑπορχήματα, Meurſio praeterita, quae laudat *Stobaeus* ſerm. XI. teſte Fuluio Vrſino: nam in editis Stobaei codicibus ſolum Bacchylidae nomen eſt adſcriptum. Ex iisdem videtur petitus Bacchylidis locus, qui legitur apud *Dionyſium Halic.* περὶ συνθέσεως Ὀνομάτων. [ſect. 25. p. 238 ſq. edit. Vptoni, cuius notam vide. Item 8) Παρθένια, teſte *Plutarcho* de Muſica p. 1137 ſiue p. 667. tom. X. edit. Reiskii. Vide nott. ad Pindari ſcripta deperdita et *Burett.* in Comm. Ac. Pariſ. Inſcr. tom. XIII. p. 259 ſqq. de hymnis et de Partheniis.] *Fragmenta* huius Poetae poſt Neandrum p. 416 et H. Stephanum p. 250. 424. collegit laudatus *Vrſinus* p. 199. et 340. [nec non *Brunck.* in Analect. vett. poet. graec. tom. I. p. 139 — 152. Duas *Bacchylidis* odas recudi fecit, germanice vertit atque bene explicuit cl. *Degen* in ſua Anacreontis edit. Altenburg. 1787. p. 184 ſqq et 276 ſqq. Dithyr. in *K...* Griechiſche Blumenleſe part. III. et germanice verſus in: *G. W. C. Starcke*, Gedanken über die Ueberſetzung gr. und röm. Dichter. Halae 1790. p. 39. Fragmentum Bacchylidis ſeruatum eſt in Scholiis Marcianis ad Homeri Iliad. ε 449. p. 142.] Lectione Bacchylidae delectatum *Iouianum* Imp. narrat *Ammianus Marcellinus* XXV. 4. *Recolebat ſaepe dictum Lyrici Bacchylidis, quem legebat iucunde, id adſerentem, quod, vt egregius pictor vultum ſpecioſum effingit, ita pudicitia celſius conſurgentem vitam exornat.* Fuit et *Bacchylides* quidam *Opuntius*. Suidas in Σοφιστής. Πλάτων γοῦν ὁ Κωμῳδοποιὸς ἐν δράματι σοφισταῖς καὶ τὸν Ὀπούντιον ποιητὴν Βακχυλίδην εἰς τὸ σμα κατέταξε τῶν σοφιστῶν. Incertum, an huius ſit Epigramma, quod ſub Bacchylidae nomine exſtat in Anthologia lib. VI. cap. 7. et aliud, quod Melanchthon expediit lib. VI. ep. 512. Ceterum Gyraldus qui ab Aeliano duos praeterea Bacchylides commemorari adfirmat, [*] Athenienſem alterum, tertiumque Arcadem, falſus haud dubie memoria eſt, nam Bacides tres (non Bacchylides) atque in his Athenienſem alterum, tertium Arcadem commemorat Aelianus XII. 35. Var.

eee) Vid. ad Ammonii locum Valcken. p. 97. vbi *Euſtathius* ad Odyſſ. ά. p. 524. ſiue Ammonium, ſiue communes fontes in deſcribenda obſeruationis grammaticae parte potius ſequutus videtur, quam, quae Valckenarii erat opinio, Eudociam: vtpote quae aut compilator opuſculi Ionici tantum exſcripſiſſet — ἐν ὑπομνήματι Βακχυλίδου, omiſſo voc. ἐπινικίων. *Harl.*

[XXI. β'. BASILIVS, lyricus. Tres illius odas anacreonticas repeti curarunt *Brunck.* in nouiſſima Anacreontis edit. et *Degen* in edit. Anacr. Altenb. 1787. p. 164. etc.

XXI. γ'. BATALVS, laſciuorum et inter pocula cantatorum carminum auctor. Secundum *Plutarch.* in vita Demoſthen. tom. IV. p. 697. fuit Epheſius et tibicen effoeminatus, quem in comoedia Antiphanes riſui expoſuit, isque primus, qui cum muliebri calceatu in ſcenam proceſſerit; *Liban.* vit. Demoſth. *Phot.* Bibl. pag. 807. a quo haud iure diſtinguendum putat *Hemſterhuſ.* ad *Ariſtoph.* Plut. 1012. p. 365. poetam, *Batalum*, quem *Plutarchus* l. c. tradit ex aliorum narratione, molliter et proterue ſcripſiſſe. A muliebri veſtitu Demoſthenem vocitatum fuiſſe Battalum, fama fuit atque nonnullorum opinio, auctore *Plutarcho*, l. c. et in Orator. vitis, p. 369 ſq. *Harl.*

XXI. δ'. BION, Lyricus poeta, cuius meminit *Laertius* IV. 58. [et ex hoc *Eudocia* pag. 94.]

[XXI. ε'. BOTHRYS. Secundum *Alcimum* in Siculorum rebus, apud *Athenaeum* VII. 20. p. 322. A. quem ſequitur *Henr. Valeſius* in notis ad *Polybium* libr. 12. ex excerptis de virtutibus et vitiis p. 9. fuit Meſſana, in Sicilia, ortus, poeta antiquiſſimus et argutus, inuentor ſalium et dicteriorum, quae a Graecis vocantur *Paegnia Salpe*, ita dicta a quodam vario Piſcis genere: argumentum habebant illa varium et redolebant libidinem, vid. Timaeum apud *Polybium* lib. 12. ex excerptis p. 52. (p. 43. tom. III. edit. Erneſti, tom. III. p. 406. edit. Schweighäuſer,) quem locum deſcribit *Suidas* in Ἀναισχάρης. Adde eundem *Suidam* in Βοτρυοσταγῆ ἔργα. Secundum *Placidum Reinam* in nat. hiſt. Meſſanae part. I. p. 175. floruit A. M. 3647. ante C. N. 406. Plura dabit de eo, (quem alii marem, alii foeminam fuiſſe tradunt,) *Mongitor* in Biblioth. Sicul. I. p. 216. qui praeter ea ex Gyraldo et *Coelio Rhodigino* lect. antiqq. lib. XXII. cap. 23. animaduertit, Mnaſeam Colophonium, qui de piſce et poemate ludicro, Salpe, integrum edidiſſet librum, *Salpam* fuiſſe cognominatum. Adde Fabricii notam ad nr. LX. huius capitis, et lib. V. cap. 6. §. XIV. — De *Calliſtrati* ſcolio in Harmodium vid. infra lib. IV. cap. 24. XIV. 4. et *Degen* in nouiſſima edit. Anacr. Altenb. p. 190 et 279 ſqq. *Lowth.* de ſacra poeſi Hebraeorum, part. I. p. 17. *Harl.*]

XXII. α'. De CHARIXENA inter Lyricas Poetrias mentionem facit *Euſtathius* ad Iliad. β'. p. 247. Ἦν δὲ ποιήτρια κρουμάτων καὶ Χαριξένη, ὅθεν παροιμία παρὰ τῷ Κωμικῷ ἐν Ἐκκλησιαζούσαις (v. 938.) ἐπ' ἀρχαίας τὰ ἐπὶ Χαριξένης ταῦτ' ἐστι. Ad quem locum Scholiaſtes atque inde Suidas in Χαριξένη· αὐλητρὶς καὶ μωρὰ ἡ Χαριξένη. [Adde *Olearii* diſſ. de poetriis graecis nr. XVI.]

XXII. β' CECIDES. Κηκείδης enim, non, Κηκείδας apud *Suidam* h. v. tom. II. p. 307. ſcribendum eſſe, iam monuit Küſter. ad illum. Fuit poeta Dithyrambicus, valde antiquus. *Ariſtophanes* in Nubib. v. 981. adnumerat eum rebus obſoletis et temporibus vltimis; atque ſcholiaſtes ad h. l. addit, eius meminiſſe *Cratinum* in Panoptis. Atqui, ſi Bentleii ſuſpicio ad Ariſtophanis locum non eſt vana, fragmentum Cecidae latet in illa Comici ſcena. *Harl.*]

XXII. γ'. CERCIDAE Megapolitani Μελιάμβοις *Laert.* IV. 76. *Fabric.* Vid. *Aelian.* H. V. lib. XIII. cap. 20. ibique Perizon. *Harl.*

XXIII. α'. CINESIAS Euagorae F. Athenienſis, *Plutarcho* lib. de ſuperſtitione μιαρὸς

[illegible]

ποιὸς dicitur, et dithyrambos [ffff]) ſcripſit, vnde κυκλιοδιδάσκαλος ſiue κυκλίων ᾀσμάτων ποιητὴς dicitur ab Ariſtophane. Vide Scholia ad Nub. v. 332. ad Aues v. 1379. 1403. et ad Ranas v. 153. *Aelian.* X. 6. Var. Suidam in Κινησίας. E recentioribus Gyraldum p. 483. Eraſmum prouerbio *Camelus pyrrichiam ſaltauerit*, et Ioach. Kühnii ſpecimen notarum ad Pollucem p. 132 ſq. Duos fuiſſe *Cineſias*, notauerat Ariſtoteles in διδασκαλίαις teſte Scholiaſte Comici ad Aues v. 1379. vnde forte *Cineſias* a quibusdam vocatur Thebanus. Citat Cineſiam quemdam Erotianus in Ἱεμβρεσθὲα τρόπον. *Fabric.* [Aetas eius poteſt ex eo definiri, quod Lyſias duas contra illum ſcripſit orationes, in quibus, vt ait *Harpocration* voc. Κινησίας p. 215. cum illius extremae impietatis ac παρανομίας ſubinde meminit, tum quod ſcriptis comicorum quotannis laceretur. Atque teſte eodem Harpocratione, *Strattis*, comicus, totam in eum fabulam fecit, in qua illius impietatem falſe irriſit. In Ariſtophanis fragmento, ex comoedia Γηρυτάδης apud *Athenaeum* p. 551. dicitur *Cineſias* miſſus ἀπὸ τῶν κυκλικῶν. Adde *Bentlei* Reſponſ. ad Boyl. p. 167 ſqq. ex interpret. Lennepii, et *Sturzii* Fragmenta Hellanici p. 87. *Harl.*]

[XXIII. β'. CLEOMENES. Ad Κυκλίων χορῶν ᾀσματοκάμπτας, ἄνδρας μετεωροφένακας, vna cum *Cineſia* et *Philoxeno* refertur ab *Ariſtoph.* Nub. v. 332. teſte quidem Scholiaſte ad illum locum, qui praeter ea ait, τούτους εἶναι τῶν σοφιστῶν βέλτιστα, διθυραμβοποιοὺς χρηματίσαντας· τῶν γὰρ κυκλίων χορῶν εἰσιν οὗτοι διδάσκαλοι. Adde Suidam ex illo in Κυκλίων χορῶν. Is quoque fuiſſe videtur Lamynthius, et cuius verſus amatorios, Ἐρωτικὰ, *Epicrates* (mediae comoediae poeta,) in Antilaide ſe prorſus memoria tenere ait apud *Athenaeum* XIII. p. 604. *Harl.*]

XXIII. γ'. CLEON ἐν δευτέρῳ μελῶν citatur a *Polluce* lib. X. ſect. 113. *Fabric.* [Idemne eſt, qui Argonautica ſcripſit? (vid. infra lib. III. cap. 21. III.) et in ſchol. in Apollon. Rhod. Argonaut. ter citatur? *Harl.*]

XXIII. δ'. CLEOBVLVM ᾄσματα ſcripſiſſe, h. e. Lyrica carmina, teſtatur *Laertius* lib. I. ſect. 89. Ibidem tribuit ei quoque γρίφους, ſed verſibus ſcriptos Hexametris, vti filia ipſius *Cleobuline*, (alio nomine *Eumetis*,) ſimiliter aenigmata Hexametris verſibus [vid. *Athenaeum* X. p. 448. B.] ſcripſerat. *Fabric.* Cleobulus, viribus corporis et animi praeſtans, Euagorae filius, Lindius, vnus fuit ſeptem ſapientum et obiit ſenex anno aetatis LXX. teſte *Suida* II. p. 323. Filia igitur eius, quam idem Suidas, Lindiam, fuiſſe adfirmat, vixit Thaletis aetate. Hic enim apud *Plutarch.* VII. ſapient. conuiu. vol. VI. p. 562. edit. Reiskii laudat eam a ſapientia, animi altitudine ingenioque ciuili atque humano; Niloxenus autem ab aenigmatum peritia. Corinthum illi fuiſſe patriam, prodit idem *Plutarchus* de Pythiae oraculis, p. 401. (ſ. tom. VII. p. 578. edit. Reiskii.) qui praeterea tradit, *Eumetin* illi fuiſſe nomen, ſed plerumque eam a patre Cleobulo eſſe vocatam *Cleobulinam*. Adde paullo infra in *Erinna*, plura autem apud *Menagium* de mulier. philoſ. §. 4. et *Olearium* in diſſ. de poetriis graecis §. XVII. cum notis Wolfii p. 142 ſqq. poſt poetriarum gr. fragmenta etc. Adde infra lib. II. cap. 23. XV. *Harl.*

[XXIII. ε'. CLITAGORA, poetria Laconica, ſecundum *Suidam*, II. p. 327. et *Eudociam* p. 270. aut ſecundum ſchol. ad *Ariſtoph.* Veſpas v. 1231. et 1238. Theſſala: meminit eius

 Ariſtophan.

ffff) At, ſi fides habenda eſt Pherecratae apud *Plutarchum* de Muſica p. 613 ſq. vol. X. edit. Reiskii, miſerrimos et corruptos, conf. *Buretti* Comm. Acad. Par. Inſcr. tom. XV. p. 340 ſqq. *Harl.*

Ariſtophan. in Veſpis v. 1238. et in deperdita fabula, *Danaides*, auctore Schol. in Ariſtoph. Lyſiſtr. v. 1239. Adde *Olearii* diſſ. memor. nr. 18. *Harl.*]

[XXIII. ζ'. CLONOS compoſuit nomos, Apothetum et Schoenionem, *Plutarch.* de Muſica p. 655. tom. X. edit. Reiskii, et προσῳδία. Vixit paullo poſt Terpandrum et patria fuit Tegeates, vt Arcades adfirmant, ſ. Thebanus, vt Thebani aiunt. *Plutarch.* l. c. ad quem locum vid. *Burette* in Comment. Acad. Par. Inſcr. tom. X. (vbi Burette de poetis Lyricis aliisque multus eſt) p. 224 ſqq. *Harl.*]

XXIV. α'. CORINNA Thebana vel Tanagraea, Poetria, Pindari temporibus floruit, quem quinquies ſuperauit teſte *Aeliano* XIII. 25. Var. vid. *Mattius* III. 29. Opinionum p. 517 ſq. tom. IV. Miſcell. Gaudentii Roberti, et confer *Pauſaniam* Boeoticis p. 753. et Suidam. Euſtathius ad Iliad. β'. p. 247. ἡ δὲ γυνὴ ἐποποιὸς τὴν Πινδάρου λυρικὴν ἀπήλεγξεν ἡττηθέντος, ἱστόρηται καὶ αὐτό, Βοιωτία δὲ ἦν ἐκείνη τὸ ἔθνος. Pindari iuuenis adhuc a Corinna reprehenſi meminit *Plutarchus* libro de gloria Athenienſium p. 347 ſq. [vid. ſupra ad Pindarum et *Schneideri* Verſuch über Pindars Leben p. 5 ſq. et p. 9 ſq.] At enim apud Apollonium libro de pronominibus Corinna reprehendit Myrtidem, quod mulier cum eſſet non dubitauit cum Pindaro contendere. Μέμφομαι Ἰώγα τὰν λιγουρὰν, Μυρτίδα μέμφομαι, ὅτι βάνα φῦσα ἔβα Πινδάροιο ποτ' ἔριν. (*Quantivis pretii,* inquit *Salmaſius* gggg) Epiſt. XIV. ad Voſſ.) *hoc fragmentum, etiam ad Hiſtoriam. Vides hoc carmine argui Myrtidem poetriam a Corinna, quod mulier nata deſcenderit in certamen cum Pindaro. Atqui Aelianus et ceteri antiquorum de Corinna hoc ipſum tradunt. Notat et Heſychius* βάννα *vel* [?] βανὰ *ex Aeolica,* (ita leg. non *Aetolica,*) *lingua eſſe mulierem.* In eodem libro, qui MS exſtat Codice MMMCCXLIII. Bibl. Regiae Parſ. Apollonius laudat Corinnam ἐν Ἰολάῳ et ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, vt me docuit Neocorus. Scripſit Corinna teſte Suida *libros quinque* (ἐπῶν), vt ex Hephaeſtionis Enchiridio colligo p. 9. ἔστι μέντοι καὶ ἐν ἔπει, ὡς παρὰ Κορίννῃ ἐν τῷ πέμπτῳ.

Ἠ διανεκῶς εὕδεις ἀ μὰν πάρος ἦσθα Κόριννα.)

Praeterea νόμους λυρικοὺς ab illa ſcriptos ex eodem Suida diſcimus, quae ἄσματα, ni fallor, vocat *Pauſanias* p. 753. In his fuit vnum *in Tanagram* Poetriae [illegible] vxorem, memoratum eidem *Pauſaniae* p. 748. ex quo verſiculos quosdam nobis videtur repetere *Hephaeſtio* pag. 60. Enchirid. Sed et Θήβαις Ἀθηναίων ἐπιτάδα μελψαμένη Corinna dicitur ab Antipatro in vetere Epigrammate, atque *Epigrammatum* etiam complurium ipſa a Suida traditur, licet in Anthologia edita nullum illius occurrat. Corinnae vel potius Pindari *librum primum* παρθενείων laudat Scholiaſtes Ariſtophanis ad Acharn. v. 719. Neſcio quod poematium aliud Corinnae ſuppoſitum innuit *Athenaeus* lib. VII. Κόριννα τε ἢ ὁ πεποιηκὼς τὰ εἰς αὐτὴν ἀναφερόμενα ποιήματα. Denique *Antoninus Liberalis* cap. 25. citat Corinnae librum primum ἑτεροίων, ſiue Metamorphoſeon [v. I. G. L. Mellmann, Comm. de cauſſis et auctoribus narrat. de mutat. formis pag. 74 ſq. qui recte monet, probabiliter tribui hoc opus Thebanae Corinnae. *Harl.*] Fragmenta quaedam huius poetriae collegit *Fuluius Vrſinus* pag. 40. et 295 ſq. [Plura in Poetriarum octo fragmentis et elogiis, gr. et lat. edit. a *I. Chriſtiano Wolfio* pag. 42 ſqq. cum notis conlecta, ibique ex Hephaeſtione quaedam repetuntur cum notis Pauw.] Suidae

gggg) Adde eumdem Salm. de lingua Helleniſtica, pag. 77.

Suidae binas praeterea Corinnas videas memorari, Theſpiam vnam, quae Corinthia aliis, νόμων λυρικῶν auctorem. Altera iunior Thebana, itidem Lyrica, ἡ καὶ μυῖα κληθεῖσα. Sed et primae illi Thebanae νόμους λυρικοὺς paullo ante Suidas tribuerat et adfirmauerat, dictam μυῖαν λυρικὴν *Muſcam Lyricam*, (ita enim legendum apud Voſſium de Poetis Graecis p. 29. non *Muſam*) fortaſſis propter ſtili tenuitatem. *Statius* V. 3. ſilu. v. 158. *tenuisque arcana Corinnae.* *Ouidius* quoque amicam ſuam Corinnae nomine celebrat, ſed vt ipſe teſtatur IV. 10. Triſt. v. 60. *nomine non vero dicta.* Confer *Ioh. Sauaronem* ad Sidonii lib. II. epiſt. 10. p. 155. et carm. 23. p. 186. Alteram Theſpiacam Corinnam a Pauſania itidem celebrari, praeter rem, vt exiſtimo, tradit *Tiraquellus* in catalogo foeminarum eruditarum, Comment. ad leges connubiales p. 297. *Fabric.* adde Olearii diſſ. de poetriis graecis §. 20. *Harl.*

[XXIV. β'. CREXVS, Poeta muſicus, aequalis Philoxeni et Timothei. Plutarch. de Muſica. vid. *Burettium* in Mem. de l'Acad. Parif. des Inſcript. vol. XIII. p. 199 ſqq. *Harl.*]

XXV. CRITONIS μελοποιοῦ mentio apud Suidam in Μελανιππίδης. De aliis eiusdem nominis adeundus Suidas in Κρίτων et *Meurſius* in Bibl. Graeca.

XXVI. CTESIPHON ποιητὴς τῶν καλουμένων κολάβρων, ſiue auctor carminum, quae inter κολαβρισμὸν, laſciuae ſaltationis genus, decantabantur. [*] *Athenaeus* lib. XV. cap. 16. et ibi Caſaubonus. Alius Cteſiphon fuit, pro cuius decreto celebris exſtat Demoſthenis Oratio. Alius item *Cteſiphon* Athenienſis alter, de quo Suidas. Alius *Cteſiphon* ſiue *Cteſiphon* Cnoſſius, Architectus, Metagenis pater, condita aede Dianae Epheſiae, et ſcripto de hoc volumine clarus, de quo *Vitruuius* praef. lib. VII. Salmaſ. ad Solin. et Franciſcus Iunius in Catalogo Artificum. Alius *Cteſiphon*, cuius Perſica et Boeotica laudat Plutarchus in parallelis, et libro de flumin. Alius forte, cuius περὶ δένδρων et φυτῶν idem Plutarchus libro de flumin. citat. *Cteſiphon* Rhetor, Tzetz. Chil. V. hiſt. 35. *Cteſiphon* medicus, Corn. Celſus V. cap. 18. vid. Elench. medicor. veter. infra lib. VI. cap. 9. Alius denique *Cteſiphon*, ad quem litteras exarauit Hieronymus. Fuit et vicus ſiue oppidum Parthiae, hoc nomine ad Tigrim ſitum, ad quod occiſus Gordianus et Carus Imperator ictu fulminis interiit. De illa ciuitate praeter Geographos conſules *Valeſium* ad Ammiani XXIII. 6. p. 371. et *Ritterſhuſ.* ad Oppianum p. 8.

[XXVII. α'. DAMOPHILA, Pamphilia, de qua infra in Sapphone.

XXVII. β'. DIAGORAS Melius, ſecundum *Suidam* h. v. idem eſt, ac philoſophus, qui atheiſmi incuſatus, ᾀσμάτων ποιητὴς dicitur; de quo vid. infra lib. IX. cap. 33. §. XVI. et in cuius aetatem inquirit *Kuſter.* ad Suidae locum tom. I. p. 550. adde *Fabricium* noſtrum ad *Sextum Empir.* aduerſ. Mathem. lib. IX. ſect. 53. et *Bruckeri* Hiſt. critic. philoſ. vol. I. p. 1204. At enim *Eudocia* in Ἰωνιᾷ p. 127. vbi Schol. ad Ariſtoph. Aues v. 1073. exſcripſit, addit in fine pauca, ex ſchol. ad *Ariſt. ph.* Ranas v. 323. minus plene et ſincere compilata: in quibus diſcernit *Diagoram* philoſophum a *Diagora* poeta, ἔστι δὲ καὶ, ait, ἕτερος Διαγόρας ἄθεος, ποιητὴς μελῶν· ὃς καὶ κακῶς δαιμόνια ἐξηγεῖτο. Καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος λέγει, Ἀριστοφάνην αὐτοῦ μνημονεύειν ὡς ἐν ... ποιμένος καὶ χλευαζόμενος. Locus eſſe videtur *Ariſtoph.* in Ran. v. 323. Ἄιδουσι ... τὸν Ἴακχον, ὅνπερ Διαγόρας. Ibi ſcholiaſtae minime diſcernunt hunc a philoſopho, ſed vtrumque pro eodem homine habuiſſe videntur. Alter enim et praemium, quod Athenienſes iis, qui Diagoram atheum ſiue viuum traderent ſiue

interfi-

interſicerent, propoſuerunt, de poeta narrat, et eum quoque fuiſſe ait Teleclytae filium, Melium genere. Alter vtrumque diſcernere quidem videtur, at enim non diſerte: nam tantum, *Διθυραμβοποιὸς*, ait, *ὁ Διαγόρας ποιητὴς, συνεχῶς Ἴακχε. Ἴακχε ᾄδων*, ἢ ΚΩΜΙΚΟΣ *Διθυραμβικὰ, τουτέστι Διονυσιακὰ δράματα ποιῶν*. *Harl.*]

XXVII. *γ'*. DIONYSIVS Thebanus, Epaminondae in Muſicis Magiſter, teſte Nepote XV. 2. ab Ariſtoxeno apud *Plutarchum* lib. de Muſica p. 1142. accenſetur claris poetis Lyricis, ſiue *λυρικῶν κρουμάτων ποιηταῖς ἀγαθοῖς*, Lampro, Pindaro, Pratino. Huius nullam mentionem fieri miror a Meurſio in libro ſingulari, quo claros Dionyſios recenſet, tom. X. Antiquitatt. Graecarum. *Fabric.* adde infra lib. III. cap. 32. §. 20. *Reiskii* Notit. poet. Anthol. p. 206 ſq. An is eſt, cuius II. hymnos repetiit *Degen* in nouiſſ. Anacr. edit. p. 189. et 289 ſq.? *Harl.* Adiecit eosdem Snedorf. Commentationi de Hymnis Graecorum p. 65 ſq. *Beck.*

XXVIII. *α'*. ERINNA Lesbia hhhh) aequalis, vt aiunt, Sapphonis, innupta diſceſſit admodum iuuenis, vix nata annos vndeuiginti, et heroico carmine dialecto aeolica ſcripſerat *Ἠλακάτην* ſiue *colum* verſibus trecentis, qui elegantia nec Homericis cedere viderentur iiii): praeterea epigrammata, e quibus vnum itemque alterum exſtat in Anthologia: Quibus adde duo antea medita in Baucidem Erinnae *συνεταιρίδα* ſ. ſodalem, quae ex Agathiae Scholaſtici collectione profert *G. Olearius* p. 29 ſq. de poetriis graecis. [repetita cum Olearii et Io. Chriſti. Wolfii notis, in Poetriarum octo-fragmentis et elogiis, p. 20 ſqq.] In prioribus illis mentio monumenti, quod cicadae fecerat, non Myro ſtatuarius, vt *Varro* apud Plin. XXXIV. 8, 3. vbi vide Harduin. ſed Myro Poetria kkkk), *Μυρὼ παρθένιον σάξατο κῆρα δάκρυ*. Apud *Stobaeum* ſerm. VII. habes oden ſapphicam ſub Erinnae nomine *in laudem fortitudinis*, vt recte *Grotius* in Metaphraſi ſua p. 48. non, *in laudem vrbis Romae*, vt *Gesnerus* Stobaei interpres, *H. Stephanus* in Lyricis p. 403. et *Lipſius* lib. I. cap. 2. de magnitudine Romana llll). Ceterum a *Fuluio Vrſino*, Erinnae reliquias colligente p. 39. et 245. Ode illa praetermiſſa

hhhh) Alii aliam eius patriam nominant. Vide *Stephanum* in Τῆνος, *Suidam* in Ἤριννα, *Euſtathium* ad Iliad. *β'*. p. 247. et Scholia Graeca, (recentis licet Scriptoris,) ad Anthologiam Epigrammatum Graecorum p. 135. edit. Wechel. De tempore quoque non conueniunt ſcriptores: nam ab *Euſebio* refertur ad tempora Alexandri M. circa Olymp. CVI. et a *Syncello* p. 260. quod eodem recidit, aequalis fuiſſe Demoſthenis traditur. *Fabric.* *Lipſius* de magnitudine Romae lib. I. cap. II. *Thom. Sitzmann* ad Rutilii itinerarium, lib. I. v. 47. et alii putant, Erinnam vixiſſe ſub Pompeii aeuum aut circiter illud. *Olearius* in diſſ. de poetriis gr. §. 31. cum Suida malit Erinnae aetatem referre ad tempora Sapphus, circa Olymp. XLII. Wolf tamen in nota ſubiecta p. 154. malit ſubſcribere rationibus Euſebii ac Syncelli, vt antiquiorum: hac quoque, putat, ratione vindicari poſſe Erinnae auctori oden *εἰς Ῥώμην*. Varia de noſtra profert *Tho. Crenius* in Animadu. hiſtorico-philolog. part. X. p. 267 — 270. *Harl.*

iiii) In *Anthol.* gr. lib. I. tit. 67. epigr. 14. Erinna laudatur Homerum aequaſſe hexametris iisque ſuperaſſe Sapphum, ſed ab Sapphone victa eſſe *μελέεσι*, carminis lyrici arte. adde *Euſtath.* ad Iliad. *β'*. v. 726. p. 247, 25. edit. Baſil. *Harl.*

kkkk) Vide infra §. XLVIII. not. et *Schwarzfleiſch* in Notitia Bibl. Vinar. p. 263 ſq. *Harl.*

llll) Item *Caſp. Barth* in Animaduerſſ. ad Claudiani Panegyr. in Conſulatum Probini etc. v. 78. p. 27. id Erinnae odarion, quod graece cum verſione ſua poetica repetiit, non de Robore ſ. vi aut violentia, ſed de vrbe Roma, romanis paene dictis compoſitum eſſe ſuſpicatur. In eadem ſententia verſabatur quoque *Reiske* in Notitia poetarum anthologic. p. 213. eamque, ſentit, odam non poſſe ſaltem ante Olymp. CLVIII. i. e. ante ſubactam a Romanis Graeciam fuiſſe conditam. Si tamen, inquit, reuera Erinnes eſt illud carmen, quod Wolf ſub eius nomine edidit, et quod in Anth. St. p. 265. *Anytae*, aut ſecundum alios *Leonidae* tribuitur, et ſi illa Myro eadem eſt cum My-

praetermiſſa eſt, neſcio, an? quod illam Erinnae non eſſe exiſtimaret. [In *Io. Stolaei* Ecl. Eth. ſerm. VII. de fortitudine, p. 87. In corpore poetarum gr. tragicorum, comic. lyricorum, gnomicorum, epigrammatar. gr. et lat. Geneuae, 1614. fol. p. 135. *Erinnae Lesbiae ode in laudem Romae.* In Lyricis *H. Stephani* p. 402. *Commelini*, p. 137. Plenior eſt collectio et reliquiarum Erinnae, et epigrammatum aliorum in illam, et eorum, quae veteres de ea commemorarunt, in *Io. Christiani Wolfii* Poetriarum gr. octo fragm. et elogiis, p. 2 — 25. cum notis Wolfii aliorumque: vbi p. 14 ſqq. de oda in laudem Romae aut Fortitudinis diuerſa variorum iudicia et verſiones Stephani, Grotii, Lipſii Barthiique proponuntur. Ibidem p. 16. *Stum. l* carmen illud Erinnae falſo tribui exiſtimat, quum Roma eius aetate, quam alii ad Olymp. XLIV. alii ad CVI. reiiciunt, illud potentiae et auctoritatis faſtigium nondum adſequuta fuerit. Denique IV. *Erinnes* reliquiae in *Brunckii* Analectis veterum poetarum graecorum, tom. I. p. 58 ſq. cum notis criticis in tom. III. p. 9. De odae vero εἰς τὴν Ῥώμην argumento nihil addit iudicii. *Harl.*] Agit de *Erinna* etiam Tiraquellus in catalogo mulierum eruditarum; ſed nonnulla tradit parum accurate; vt, cum ait Myrus Epigramma in Erinnae ſtatuam legi lib. VI. [P] Anthologiae cap. 1. quod eſt in Cleoninum; ſcribit etiam, Laertio in vita Cleobuli Erinnam adpellari Hexametrorum aenigmatum vatem. Sed *Cleobulinam* ſiue Cleobuli filiam, *Eumetin* ſeu *Eumetidem* Laertius vocat ἐξαμέτρων αἰνιγμάτων ποιήτριαν, quae illius aenigmata ſiue γρίφοι Plutarcho, Athenaeo et Suidae celebrantur. Sed et aenigma de cucurbitae applicatione in balneo, quod tangit *Ariſtoteles* III. 2. Rhetor. *Demetrius* de elocut. §. 102. *Cleobulinae* eſſe, ex Plutarchi Conuiuio obſeruat *Menagius* ad Laert. p. 52. et in Hiſtoria Mulierum Philoſopharum p. 4.

XXVIII. *β'.*

rone poetria, Byzantia, matre Homeri iunioris, qui circa Olymp. CXL. floruit, aliqualem ſpeciem accipit Euſebii traditio, Erinnam floruiſſe circa Olymp. CVII. Sed forte pro ρζ' legendum eſt apud Euſebium ρξ', h. e. CLX. Id certum eſt, a Meleagro eam in Catalogo poetarum ſuorum laudari." Idem cenſet, nomen *Herinna* debuiſſe potius efferri: vt enim a *Philon*, *Philinnam;* ſic ab *Heron* maſculino fieri femininum *Herinna.* Idem praeter ea opinatur, potuiſſe plures eſſe Erinnas, ideoque circa patriam Erinnae auctores diſcrepare: potuiſſe tamen ex vitioſa lectione natam opinionem, Erinnam Sapphus aequalem et familiarem fuiſſe: a Maximo quidem Tyrio Sapphus familiarem adpellari *Γυρίννην*, ab Ouidio autem *Pyrinonen*, facili litterarum confuſione. Enimuero apud *Ouidium* (Heroid. XV. 15.) pro antiqua lectione: *Nec mihi PYRINO ſubeunt Methymnisue puellae* ex edit. Aldina Heinſius ac Burmannus repoſuerunt, *Nec me* Pyrrhiades, *Methymnidesue puellae.* Ibidem ad v. 17. Nic. Heinſius in loco *Maximi Tyrii*, (Diſſ. XXIV. ſegm. 9. p. 297. edit. II. Dauiſ.) loco *Γυρίννα*, (quod ſeruauit Dauiſius ſine vlla offenſione notaue,) ſcribendum docet *Ἠρίννα*, idemque a ſuſpicione haud alienus eſt, duas fuiſſe *Erinnas*, alteram Sapphus familiarem, alteram, quam Olymp. CVI. claruiſſe, Euſebius in Chronicis contendit. Nomen vero illius frequentius obnoxium fuit confuſioni et ſtupori librariorum. Sic apud *Propert.* II. 2. 32. pag. 226. Burmannus II. cum Volſcio aliisque reſtituit, *Carminaque ERINNES non putat aequa ſuis*, vbi permultae in libris ſcriptis miraeque aberrationes atque virorum doctorum hariolationes in ſcribendo illo nomine a Burmanno proferuntur. A Scaligero autem in multas venit editiones lectio: *Carminaque aequaeuis* etc. quam *Frid. Gottl. Barth* in ſua edit. retinuit atque explicare ſuſtinuit. Ibidem Burmannus multus eſt de *Erinna*, quam comitem et amicam Sapphus laudat, et ex Anthologia Antipatri aliorumque in Erinnam epigrammata partim adfert, partim citat. Ibidem adnotat, *Iac. Wallium* in notis ad poemata ſua, (Antwerp. 1657. 12.) p. 269. (p. 291.) promiſiſſe, ſe integram Erinnes oden et ſelecta Graecorum poetarum carmina a ſe verſa editurum. adde infra lib. III. 28. de Meleagri Corona, p. 684. vol. II. edit. prior. et *Burette* in Comment. Soc. Pariſ. Inſcr. tom. XIII. p. 223 ſqq. *Harl.*

XXVIII. β'. ERIPHANES *μελοποιὸς* memoratus *Athenaeo* XIV. p. 619.

XXVIII. γ'. EVTYCHIDES *μελογράφος* ineptus, in quem Lucilii Epigramma p. 237. Anthologiae, edit. Wechel.

[XXVIII. δ'. GLAVCVS, Athenienſis, incertae, ſed ſatis antiquae aetatis. vid. *Reiskii* Notit. poet. anthol. p. 202 ſq. vbi Glauci carmen, quod in Muſa Stratonis nr. 49. exſtat, ſane elegans typis exſcribi fecit, et haeſitanter diſcedit a ſententia Fabricii, infra libr. III. cap. 28. in Catalogo poetarum epigramm. lata. Alius *Glaucus* Epicydis, rex Spartanus, de quo *Plutarchus* de S. N. V. vol. VIII. p. 202. Opp. edit. Reiskii, cuius notam conferes, ſ. p. 47. edit. Wyttenbachii, cuius notam p. 62. videbis. Alius *Glaucus*, Italus, auctor libri de veteribus poetis ac muſicis, teſte *Plutarcho* de Muſica, p. 654. tom. X. Reiskii. Denique *Glauci* quatuor medici, de quibus *Fabric.* VI. 9, 4. vol. XIII. p. 171. *Harl.*]

XXIX. De GLYCONE, qui Glyconium carmen reperit, nihil fere reſtat praeter exiguum fragmentum apud *Hephaeſtionem* in Enchiridio, p. 33. Fuere et alii hoc nomine, vt *Glyco* Athenienſis ſtatuarius. *Glyco* medicus dati Panſae veneni ſuſpectus, (*Sueton.* Auguſt. cap. XI.) *Glyco* vocis abſonae tragoedus, de quo Caſaub. ad Perſium V. 9. *Glyco* denique ſiue Lyco Philoſophus, de quo *Laertius* V. 65. idemque, (vt Heinſio viſum,) athleta, de quo Horatius lib. I. epiſt. 1.

— — *inuicti membra Glyconis.*

XXX. α'. HERACLIDES Ponticus iunior praeter poemata heroica ſcripſerat libros tres carmine Sapphico et Phalaecio, *λέσχας* inſcriptos, pro Didymo Alexandrino praeceptore ſuo aduerſus aemulum ipſius Aprum Grammaticum Ariſtarchi diſcipulum, de variis difficilibus quaeſtionibus et controuerſiis. Vide Suidam in Ἡρακλείδ. et Λέσχαι, *Artemidor.* IV. 65. Onirocrit. *Fabric.* adde lib. II. cap. 5. vol. I. p. 513. nr. LXI. et ſequentius. *Harl.*

XXX. β'. HERMACRATES, Rhodius, *ποιητὴς μελῶν*, Ariſtidis aequalis, qui meminit eius Orat. 4. ſacr. tom. I. p. 578.

[XXX. γ'. HIERONYMVS, poeta dithyrambicus, Xenophantis filius, quem *Ariſtophan.* in Nubib. v. 347. perſtrinxit, notante Scholiaſte, a *Suida* in voc. Κλεῖτος, tom. II. p. 328. exſcripto. *Harl.*]

XXXI. HIPPODROMVS Lariſſaeus, Sophiſta, Philoſtrati Lemnii familiaris, Athenis ac Smyrnae docuit, et praeter declamationes ſiue *μελέτας* fere XXX. etiam Lyrica poemata compoſuit; *ᾔδοντο δὲ αὐτοῦ καὶ* [illegible] *καὶ γὰρ δὴ καὶ τῆς* [illegible] Philoſtr. 2. de Sophiſt. p. 615 — 620. vbi vid. Olearii notas. [vixit circa A. C. 194. vid. *Philoſtr.* p. 616. ibique Olearium.]

XXXII. HIPPONAX, Epheſius, circa Olymp. LX. claruit, vt praeter *Plinium* XXXVI. 5. confirmat Chronicon Marmoreum Arundelianum, [ad quod vid. Prideaux ad marm. Oxon. an. 1676. p. 2[illegible]. 251.] quod poſt Cyrum eum ponit, et *Proclus* in Chreſtomathia p. 7. edit. Wechel. qui ait floruiſſe ſub Dario [illegible]. Eius de [illegible] aethia [illegible] refert

nomine. In aetate Hipponactis differunt veteres. In Chronico Euſebio-Hieron. col. 4[illegible]. Opp. Hieron. tom. VIII. edit. Vallarſii adſcribitur Olymp. XXIII. et dicitur *philoſophus* [illegible]: quod

ſert *Strabo* lib. XIV. p. 636. et *Laertius* I. 84. Clazomenas conceſſiſſe, cum a tyrannis Athenagora et Coma pulſus Epheſo eſſet, teſtatur Suidas; vnde *Clazomenium* adpellatum in *Sulpitiae* Satira v. 6. viri docti obſeruarunt. [¶] Vide *Adr. Iunii* animaduerſ. lib. I. cap. 16. *Hipponacti notabilis foeditas vultus erat*, vt ait *Plinius*, (adde *Aelian.* X. 6. Var.) *quamobrem imaginem eius laſciuia iocorum Anthermus* (Athenis, Suidae [nnnn]) *et Bupalus propoſuere ridentium oculis, quod Hipponax indignatus amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, vt credatur aliquibus ad laqueum* [oooo]) *eos compuliſſe, quod tamen eſt falſum, complura enim in finitimis inſulis ſimulacra poſtea fecere.* [ὁ πικρὸς χωλιαμβοποιῶν paſſim nominatur ab Euſtathio ad Homerum. vid. vol. I. p. 481. in indice ſcriptorum ab illo ad Homerum citatorum. adde longam notam Micylli, inprimis *Saluagn.* ad *Ouidii Ibin* 449. ac 425.] Licet vero *ἰαμβογράφος* paſſim adpelletur, tamen non vulgari iambico verſu vſus eſt, ſed ſcazonte ſiue choliambo: *λοιδορῆσαι γὰρ βουλόμενος τοὺς ἐχθροὺς, ἔθραυσε τὸ μέτρον καὶ ἐποίησε χωλὸν ἀντὶ εὐθέος καὶ ἄρυθμον, τουτέστι δεινότητι πρέπον καὶ λοιδορίᾳ. Τὸ γὰρ ἔρρυθμον καὶ εὐήκοον ἐγκωμίοις ἂν πρέποι μᾶλλον ἢ ψόγοις.* *Demetrius* de elocut. §. 325. Tetrametri ſiue octonarii ſcazontis Hipponactei exemplum exſtat apud *Hephaeſtionem* p. 16. [vid. paullo ante nr. XIII. α. in: *Ananias.*] Iambos ſenarios et choliambos confuſe protuliſſe obſeruat *Priſcianus* de metris p. 1328 ſq. Iambicum ſyllabarum quindecim in penultima claudicans Hipponacti tribuit *Terentianus* p. 2436. Leges iambici carminis praeterea ſubinde transgreſſum ex Heliodoro metrico obſeruat idem *Priſcianus* pag. 1327. vbi librum primum eius Ἰάμβων citat, quemadmodum *Pollux* primum ac ſecundum. [Iambicum Hipponacteum verſum eſſe, prioribus ſyllabis breuibus ſi poſteriores longae ſunt, ait *Athen.* XV. cap. 19. p. 701.] Parodiam ipſius ad primos verſus libri primi Iliados verſibus Heroicis ſcriptam ex eius Hexametris profert *Athenaeus* lib. XV. et primum Parodias conſcripſiſſe adfirmat. [vid. ſupra lib. II. 2. 2. vol. I. p. 55-.] Perpauca alioqui *Hipponactis* fragmenta [pppp]) exſtant, quem non tantum

quod quidem repugnat aliorum teſtimoniis. Hinc *Schurzfleiſch* in Notitia Bibl. Vinarienſis, p. 238. coniicit, quod libri ſcripti habeant *phs*, in autographis exaratum fuiſſe *ephus*, vel *εφς*, h. e. *Epheſius*. Multo autem iuniorem ſuſpicatur ille fuiſſe Hipponactem, et vixiſſe poſt Olymp. XLIX. quod ex fragmento apud Suidam in Βίαντος Πριηνέως fiat manifeſtum, cum fuiſſe Biante, vno de VII. ſapientibus Olymp. XLIX. 2. recentiorem. Quidam putarunt, Hipponactem fuiſſe Terpandri aetate, quod vero iam negauit *Plutarch.* de Muſica p. 656. tom. X. edit. Reiskii eumque iuniorem fecit. Diphilus Comicus, teſte *Athenaeo* XIII. cap. 8. p. 599. quando illum in fabula, Sappho, (ἐν Σαπφοῖ,) inter amatores poetriae enumerat, vel committit ἀναχρονισμὸν, vel Sapphum, quam nonnulli opinantur fuiſſe, alteram eamque iuniorem intelligit. Plura vide apud *Burette* ad Plutarch. de Muſica, in Comment. Acad. Pariſ. Inſcript. vol. X. nr. XVII. p. 274 ſqq. Quando vero *Schurzfleiſchius* l. c. p. 257. in Chronico Euſeb. Hieron. nr. 1477. Ol. LX. 2. (vbi vid. Vallarſ. col. 479.) loco *Hybicus carminum ſcriptor* ſubſtituere iubet *Hipponactis* nomen, eius coniecturam reiicit *Burmann.* II. in Addendis ad Valeſii Emendatt. libr. p. 232. probatque Salmaſii aliorumque emendationem *Ibycus*. vid. etiam ad nr. ſq. XXXIV. α. *Harl.*

nnnn) *Eudocia* in Viol. p. 248. de noſtro, γράφα πρὸς Βούπαλον καὶ Ἄθηνιν, ἀγαλματοποιοὺς, ὅτι αὐτοῦ εἰκόνας πρὸς ὕβριν εἰργάσαντο. adde *Lucian.* Pſeudolog. cap. 2. tom. III. Reitz. p. 163. ibique M. du Soul. *Harl.*

oooo) Exempla eorum, qui dictis vel ſcriptis acerbis alios ad mortem compulerunt, collegit *Baelius* in Lexico, vbi de Hipponacte agit, nota F. confer eundem in *Cераſi* et in *Hochſtrato*, *Pighioque* itidem nota f.

pppp) Apud Ariſtotelem, Strabonem, Laertium, Plutarchum, Stobaeum, Athenaeum, Euſtathium ad Homer., interpretes Heſiodi, Sophoclis, Ariſtoph. Apollonii, Lycophronis, Heſychium, Etymolog. M. Harpocrat. Tzetzem Chiliadibus, Suidam

petulanter atque acerbe, ſed etiam αἰσχρῶς ſcripſiſſe, perinde vt Archilochum, ait *Crinitus* initio primi ſtromat. *Hipponacteum praeconium* pro carmine probroſo dixit *Cicero* VII. 24. ad familiar. Scripta Hipponactis ideo a ſacerdote legi noluit Iulianus Imp. vti ſupra in Archilocho dixi. *Hipponactem* ἐν πρώτῳ Ἰάμβῳ κατὰ Βουπάλου laudat *Tzetzes* in Chil. X. v. 380. et ad Lycophronem v. 219. qqqq) et ex eius χωλοῖς Ἰάμβοις adducit *Mimnum*, ſiue *Mimnestum* ſex verſus producit ad v. 424. Iuniorem *Hipponactem* Grammaticum intelligo, cuius συνώνυμα laudat *Athenaeus* lib. XIII.

XXXIII. HYBRIAE Cretenſis ſcolium ex *Athenaei* lib. XV. refert H. Stephanus in Lyricis p. [illegible] [[illegible] adde Brunck. Anal. I. 15. 3. ad calcem Anacr. p. 106. Köppen griech. Blumenleſe II. 107. Cludius in Bibl. d. alt. Litt. III. 54 ſq. *Beck.*]

XXXIV. α. IBYCVS Rheginus rrrr) Simonide ssss) antiquior, aequalis Anacreontis, in Samo verſatus eſt temporibus Polycratis, et, teſte Suida, Dorice ſcripſit libros ſeptem carminum

dam in Βούπαλος. [*Pollucem* X. 75. quem locum emendat *Toup.* in Epiſt. critica, tom. II. pag. 100. edit. Lipſ. etc. Sententiae quaedam Hipponactis ſunt in Collectione Gnomicorum Frobeniana, Baſil. 1532. 4. Fragmentum habet Grammaticus a *Valkenario* poſt Ammonii libr. de differentiis vocc. editus, p. 193. et 204. adde *Iſ. Voſſium* ad Catull. p. 226. *D'Orville* in Vanno critica cap. XII. pag. 570. et *Valck.* ad loc. Grammatici, p. 193. quem *Herodianum Aelium* docet eſſe, et ex codd. Marcian. varias fragmenti lectiones adfert *Villoiſon.* in Anecdot. gr. tom. II. p. 177. *Harl.*]

qqqq) Item apud Schol. Lycophr. 1165. quem locum corrigit *Toup.* in Epiſt. crit. tom. II. pag. 87. edit. Lipſ. adde *D'Orville* in Vanno critica, cap. X. p. 438. et 457. et de loco ad Lycophr. v. 424. *Salmaſ.* ad Sol. p. 65. F. ab eoque diſſentientem *Hemſterhuſ.* ad *Ariſtoph.* Plut. ſchol. v. 913. pag. 312 ſq. *Harl.*

rrrr) De patria Ibyci multum diſputatum eſt. *Cicero* in Tuſcul. diſput. lib. IV. cap. 33. Rhegium, Calabriae vrbem, patriam illius fuiſſe teſtatur, dum, *maxume*, ait, *omnium flagraſſe amore* Rheginum Ibycum, *adparet ex ſcriptis.* Ita quoque ſentiunt de patria et inſano amore Ibyci *Athenaeus* XIII. cap. 8. p. 601. B. et *Neanthes* Cyzicenus in libro primo de Horis *Ibycum RHEGINVM* inuentorem inſtrumenti muſici, *Sambucae Lyrophoenices*, (de quo inſtrumento copioſus eſt *Mongitor.* B. Sic. I. pag. 308.) fuiſſe, prodit apud *Athenaeum* IV. cap. 23. p. 175. E. item *Aelian.* H. An. lib. VI. cap. 51. aliique multi recentiores, quorum loca indicat *Mongitor.* in Biblioth. Sicula tom. I. p. 306. in vita *Ibyci.* Idem tamen Mongitor. haud leuem teſtium nubem excitat, qui, Ibycum fuiſſe Meſſanenſem, ſcribunt, quorum ſententiae ipſe Mongitor. multis, at parum firmis vſus argumentis, ſubſcribit. *Suidas* in Ἴβυκος, hunc fuiſſe, tradit, Phytii, (quem vnice refert *Eudocia* in Ἰωνιᾷ p. 247.) vel, vt alii tradunt, Polyzeli *Meſſenii* hiſtoriographi, vel, vt alii, Cerdantis filium, *genere* (γένει) *Rheginum.* E quibus verbis equidem cum *Voſſio* de Hiſtor. graecis lib. IIII. cap. 1. et de poetis graecis p. 91. lubentius efficerem, patrem fuiſſe Meſſanenſem, Ibycum vero Rheginum, quam, quae erat Laſcaris interpretatio, patrem fuiſſe Rheginum, et Ibycum *genere*, h. e. origine, non patria, itidem fuiſſe Rheginum. Quod vero plures illius patres nominantur, ſuſpicio poteſt facile oriri, annon plures fuerint Ibyci, inter quos poeta lyricus maximam nominis gloriam adeptus reliquorum memoriam obſcurauerit. Atque vidi, iam *Morerium* in Diction. tom. II. p. 216. duo extitiſſe Ibycos, eſſe opinatum. De patre eius, (ex nonnullorum quidem narratione,) *Polyzelo*, hiſtorico Meſſanenſi, et auctore rerum hiſtoricarum, vid. *Voſſium* locis memm. ſecundum quem is vixit circa Olymp. L. ante Ch. N. [illegible] 576. ac *Mongitor.* B. Sic. tom. I. p. 307. et tom. II. pag. 190. — *Ibycus* autem floruit ſecundum Simſon. in Chronico ad A. M. 3451. et *Saxium* in Onom. I. p. 23. A. M. 3451. Olymp. LVI. 3. ante Ch. N. 552. V. C. 200. Nec multum differt *Suidas* in Ἴβυκος, quem Samum, is tradit, migr[illegible] quum Polycrates, tyranni pater, imperaret, [illegible] que contigiſſe Olymp. LIV. temporibus [illegible] Aut Olymp. LX. 1. ex Euſebio et ante Ch. N. [illegible] ſecundum *Ricciolium* in Chronol. reform. tom. IV. ind. I. p. 176. adde *Mongitor.* l. c. p. [illegible] *Harl.*

ssss) Schol. Apollonii lib. IV. [illegible] ἐς τὸ Ἠλύσιον πεδίον παραγενόμενον, [illegible] πρῶτος Ἴβυκος εἴρηκε, μεθ' ὃν Σιμωνίδης.

minum ſiue μελῶν, ex quibus liber primus laudatur in ſcholiis ad Apollon. lib. IV. 57. 814. liber quintus ab *Athenaeo* lib. II. dipnoſ. [cap. 16. pag. 57. et *Euſtath.* pag. 1321. 1686.] In iisdem ſcholiis ad lib. III. 158. Apollonii laudatur Ibycus ἐν τῇ εἰς Γοργίαν ᾠδῇ, qui Gorgias diuerſus ſit oportet a Gorgia Rhetore. [Secundum *Patritium* Poetic. decad. hiſtor. I. p. 67 ſq. ex quo *Craſſus* de poetis gr. p. 292. ac *Mongitor.* pag. 308. repetunt, ſcripſit Ibycus quoque *Raptum Ganymedis* et *Pithonem.*] Steſichorum potius auctorem eſſe ἄθλων, Ibyco tributorum, docet *Athenaeus* lib. IV. [cap. 21. pag. 172.] Inuenit praeterea Ibycus inſtrumentum Muſicum σαμβύκην teſte *Athenaeo* lib. IV. p. 175. E. et Suida in σαμβύκας, perinde vt Anacreon inuenit barbitum. [Ab eo praeter ea inuentum fuiſſe quoddam carminum genus, quo amores ſuos cecinisſet, ab eoque dictum *Ibycium*, contendunt *Franc. Patritius* in Poet. lib. I. p. 67. *Arn. Pontacus*, not. ad Euſeb. p. 587. *Craſſus* in Poet. gr. p. 292. *Io. Berard. Taſurus* de inuentis poeticis Neapolitanis, vid. Raccolta d'opuſcoli ſcientifici e filologici, tom. V. p. 233. At σχῆμα illud Ἰβύκειον ſit, vt ait *Herodian.* in libello περὶ σχημάτων τῆς λέξεως, a *Villoiſonio* in Anecd. gr. tom. II. p. 85 ſqq. primum edito ex cod. Veneto, p. 95. ἐν τοῖς ὑποτακτικοῖς τρίτοις προσώποις τῶν ῥημάτων κατὰ πρόσθεσιν τῆς σι συλλαβῆς, tum adfert exempla duo ex Homero, et fragmentum quoddam Ibyci; denique addit, vocari illud Ἰβύκειον, non, quod Ibycus primus illius, quo iam vſus ſit Homerus, fuerit auctor, ſed quod ab eo ſaepius ſit vſurpatum, (ἀλλ' ἐπεὶ πολὺ καὶ κατακορὲς παρ' αὐτῷ.) Ab eodem quoddam inſtrumentum muſicum eſſe repertum, et ab inuentore Ἰβύκινον dictum, tradit *Suidas* in Ἰβύκινον, eoque feliciter vſos eſſe in bello Gallos ac Romanos. Enimuero *Küſterus* ad locum Suidae tom. II. p. 93. copioſe docteque oſtendit, Suidam incidiſſe in corruptum codicem *Polybii*, vbi hodie lib. II. cap. 29. p. 289. tom. I. edit. cl. Schweighaeuſeri rectius legitur βυκανιστῶν. — In mythologicis interdum a narrationibus ſuperiorum diſceſſiſſe, et ſiue alios ſequutus eſſe, ſiue finxiſſe videtur. Certe apud *Eudociam* in Viol. p. 85. in Achillis Genealogia Aeetae filios aliter, ac reliqui, *primi* dicuntur recenſuiſſe *Ibycus* atque *Simonides*. *Harl.*] *Maxime omnium flagraſſe amore*, ſiue, vt ait Suidas, ἐρωτομανέστατον fuiſſe, ex ſcriptis eius pridem obſeruauit *Cicero* IV. Tuſc. quaeſt. 33. [Plura dabit *Mongitor.* l. c. p. 307.] Apud *Euſebium* in Chron. nr. MCCCCLXXVII. pro *Hippico* legendum *Ibycus, carminum* tttt) *ſcriptor agnoſcitur*, vt pulcre notauit *Salmaſius* ad Solin. p. 52. et ante Salmaſium *Arnoldus Pontacus*, Euſebii editor Scaligero etiam iudice praeſtantiſſimus, [vid. ad nr. XXXII.] quemadmodum *Gul. Canteri* uuuu) emendationem, qui apud *Statium* V. 3. ſiluar. v. 153. pro *Olyſſeus* legit *Ibycus*, recte aduerſus Barthium tuetur *Reineſius* Epiſt. ad Hofmannum pag. 504. [probatque *Burmann.* II. in Addendis ad Valeſii Emend. pag. 132. et in nota pag. 117.] Praeterea, quae de Ibyci rebus et fato [Suidas II. pag. 93. *Eudocia* pag. 247.] *Gyraldus*, tum *Eraſmus* in Adagio *Ibyci grues*, et *Boniſacius* hiſtoriae ludicrae lib. I. cap. VI. Fragmenta huius Poetae collegit *H. Stephanus* p. 90. et 425. etc. *Fuluius Urſinus* p. 115. et 318. Citatur Ibycus etiam a *Galeno* I. in ſextum epidem. tom. V. pag. 255. *Marino* in vita Procli cap. 1. *Fabric.* [paſſim in ſcholiis Marcianis ad Homerum, a *Strabone* I. pag. 59. (pag. 102. Almel.)

 vbi

tttt) Ita Hieronymus ſolet reddere vocabulum lyrici, vt carmina ponat κατ' ἐξοχὴν pro Lyricis carminibus.

uuuu) In Nou. Lection. lib. I. cap. 12. vbi ex Antipatri Epigrammate exponit Ibyci fata et mortem eamque per indicium gruum ſequutam vltionem. *Harl.*

vbi vid. Caſaubon. et libr. VI. p. 271. (p. 417. Almel.) etc. — In fragmento incerti ſcriptoris, quod Cenſorino ad calcem ſolet adiungi, cap. IX. p. 140. edit Hauercampi, leguntur haec: *mox Archilochus et Simonides, trimetrum iambicum, chorium catalecticum,* (ſ. ex emendatione Nunn. *choriicon catalecticonque*) *tetrametron compoſuerunt. Archilochus etiam commata verſibus adiiciendo variauit. Eupolis per plurimas ſpecies ſeuit, Alcman numeros etiam miſcuit in carmen, hinc poetriae melicae; ac Teleſilla etiam Argiua minutiores edidit numeros.* In hoc loco, quem integrum ob notitiam aliorum poetarum lyricorum adpoſui, loco *Eupolis*, pro quo in cod. Carrionis exſtat *ea potius*, huius ſcripturae veſtigiis ductus *Valeſius* in Emendatt. libr. IV. p. 118. corrigit, Burmanno II. in nota comprobante, *Ibycus*. — adde ſupra catalogum editt. *Pindari;* et de prouerbio, *Ibyci grues*, *Aldrouandum* lib. XX. Ornitholog. tom. III. pag. 145. *Io. Iac. Schudt* tom. II. Iüdiſche Merkwürdigkeiten. pag. 329. — Num Comicis accenſeri debeat? vide infra lib. II. cap. 22. in notitia Comicorum. Vtrum quoque et quomodo hiſtoricis, ex mente quorumdam apud Mongitor. adnumerari debeat, definire non poſſum. *Harl.*]

[XXXIV. β'. ION CHIVS. In Dithyrambicis fuit celeberrimus; ſcripſit quoque Odas, paeanas, hymnos et ſcolia, item tragoedias, (vid. plura de eo infra lib. II. cap. 19. in Notitia Tragicorum deperditorum, p. 681. tom. II. prioris editionis,) et alia. vid. *Richard. Bentleii* Epiſtolam ad Millium pag. 50 ſqq. Verſus nonnullos ex *Ionis* Dithyrambis laudat *Athenaeus* lib. II. p. 35. *Suidas* in Διθυραμβοδιδάσκαλοι. II. p. 583. initium carminis Ἀοῖον ἠεροφοίταν ἀστέρα etc. affert, vel potius exſcripſit verba Scholiaſtis ad *Ariſtoph.* Pac. v. 835 ſq. vbi dicitur Ἴων ὁ Χῖος διθυράμβων, καὶ τραγῳδίας καὶ μελῶν ποιητὴς etc. cuius locum emendat *Toup.* in Epiſtola critica, tom. II. Opuſculorum critic. edit. Lipſienſ. p. 85. et vsque ad p. 96. de aliis *Ionis* carminibus critice diſſeruit. adde *Eudociam* p. 248. Ἴων Χῖος, τραγικὸς καὶ λυρικὸς καὶ φιλόσοφος, etc. Reliquias ex eius Elegiis recudi fecit *Brunck* in Analectis vet. poet. graecorum, tom. I. p. 161 ſq. *Harl.*]

XXXIV. γ'. ITHYPHALLICVM Carmen, Demetrio Poliorcetae, cum Athenas ingrederetur, decantatum, caſtigatius exhibet et illuſtrat Caſaubonus VI. 15. ad Athenaeum. [Sed inprimis de eo videndus *Toupius* Ep. crit. ad Epiſc. Glocelli. p. 175 ſq. ſ. Opuſc. ed. Lipſ. II. p. 143 ſq. *Beck.*]

XXXV. α'. IVLIANI Aegyptii carmen Anacreonticum, quod incipit: πλέξας πόθ' εὗρον ἔρωτα, ex libro VII. Anthologiae exhibet H. Stephanus in Lyricis p. 408. [*Brunck* in editt. Anacreontis, *Degen* in nou. Anacreontis edit. Altenb. p. 172.] Eiusdem *Iuliani* vvvv), praefecti

vvvv) *Reiskius* inter Carmina Ienſiana, in Anthol. gr. Cephalae p. 152. repoſuit *Iuliani* epigramma in Hypatium, et in notis p. 238. ex illo carmine aetatem auctoris illius expiſcari ſtuduit, arbitratus, quod vix videantur de ſummi principis voluntate erga rebellem, quem ſupremo ſupplicio necare iuſſit, ea poſſe dici, quae poeta dixit, illumque Hypatium ſexti ſaeculi in carcere periiſſe, non naufragio. Hinc exiſtimat, Hypatium aeui Theodoſiani ſignificari, adeoque Iulianum Aegyptium ad idem illud pertinere aeuum. Alias praeter ea de Hypatii et Iuliani aetate opiniones affert. Enimuero *Brunck* in nota ad vltima Iuliani Aegyptii epigrammata, (quorum LXX. inſcriptum eſt εἰς Ὑπάτιον ἀδελφιδοῦν τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου.) tom. III. Analect. pag. 232. non eſſe vnum aſſis, edicit, quae de hoc carmine diſputaſſet Reiskius, et intelligit *Hypatium* Magnae, Anaſtaſii Imper. ſororis, filium, (de quo vid. *Du Cange* Fam. Byſant. pag. 87.) qui Iuſtiniani iuſſu capite multatus eſt, cadauere in mare proiecto: cuius crudelitatis poenituiſſe poſtea imperatorem, cenſet Brunckius ex hoc carmine, et, poſtquam ſublato riuali, deferbuiſſet ira, cenotaphii honorem manibus conceſſiſſe: hoc ſe-

cus

praefecti Aegypti, alia Epigrammata quamplura occurrunt in eadem Anthologia, [in *Brunckii* Anal. poet. gr. tom. II. p. 493—505. adde tom. III. pag. 231.] quemadmodum et *Iuliani* cuiusdam Anteceſſoris wwww) et *Iuliani* Dioclis. Fuit et *Iulianus* Aegyptius Medicus Olympiani diſcipulus, cuius libros XLVIII. contra Aphoriſmos Hippocratis, et Philonium ſiue librum de methodo, et alium περὶ ψυχικῶν καὶ σωματικῶν παθῶν idem Galenus memorat, qui cum Alexandriae audiuerat et poſtea Hippocratem aduerſus illum ſcriptis defendit. [†] [vid. lib. II. 24. 2. vol. I. edit. prior. pag. 847. et VI. 9. 4. vol. XIII. pag. 305.] De *Iuliano* Theurgo patre et filio dixi ſupra lib. I. cap. XXXVI. §. 11. *Iulianum* Apſilarum dynaſtam, qui ab Adriano Imp. regnum accepit, memorari videas ab Arriano, periplo ponti Euxini. *Antonium Iulianum* hiſtoricum, qui de Iudaeis ſcripſit, a Minucio Felice p. 37. De *Iuliano* Cappadoce Sophiſta, adeundi Eunapius, Suidas, et, qui Lexicon eius Rhetoricum memorat, *Photius* Cod. CL. *Iulianus* ICtus (νομικῆς φῶς) in quem eſt Epigramma *Theaeteti* IV. 1. Antholog. [in *Brunckii* Anal. gr. tom. II. p. 516. nr. VI.] non eſt *Saluius Iulianus* xxxx), qui iuſſu Adriani Imp. edictum perpetuum condidit, ſed alter iunior, qui ſub Iuſtiniano vixit et conſcripſit Epitomen Nouellarum, idem, cui opus ſuum Grammaticum dicauit Priſcianus. *Iulianum* ἐν Ἀθήναις κληπατὸν ἄρχοντα ſaeculo poſt Chriſtum natum tertio clarum memorat antiquum ſcholion Chriſtiani ſcriptoris ad Vitam Procli ſcriptam a Marino, ſed apud Marinum cap. 36. potius reſpicitur Iulianus Imperator, a quo Epocham, quod repetat Philoſophus paganus natione Syrus, tanto minus mirari licet, ſi quidem Ioh. Harduinus in Chronologia V. T. e numis illuſtrata pag. 62. obſeruat, in more poſitum fuiſſe Orientalibus, vt aeram inchoarent ab exortu Principis alicuius, qui de ipſis eſſet optime meritus, eamque producerent, quam diutiſſime liceret, donec alius maiore beneficio prioris recordationem deleuiſſet. [*Iuliani*, Imperatoris, Epigr. in Brunckii Anal. II. p. 403. et III. p. 332. De *Iuliano* mathematico, vid. lib. III. cap. 20. §. 9. vol. II. p. 505. et tom. XIII. p. 305. de aliis Iulianis medicis *Conſtantin. Iulianus* apud *Procopium* de eruditis gr. Fabric. vol. XI. pag. 785. et de *Demetrio Iuliano* p. 797. De *Iuliano* Laodic. lib. III. cap. 20. vol. II. p. 510. Vltra LX. *Iulianos* recenſuit Fabricius lib. V. cap. 8. vol. VII. p. 90 ſq. et in praefat. ad illud vol. *Harl.*]

[XXXV. β'. LAMPROCLES, poeta dithyrambicus. *Athen.* XI. cap. 12. p. 491. C. Schol. ad Ariſtoph. Nub. v. 964. qui memorat carmen eius in laudem Palladis et verſus quosdam ex illo, quos *Tzetzes* Chil. I. hiſt. 25. v. 683. adtribuit *Steſichoro*. vid. infra Steſichor. et *Burett.* in Comm. Acad. Pariſ. Inſcr. tom. XIII. p. 238 ſq. *Harl.*]

XXXVI. α'.

...tum putida adulatione celebraſſe Iulianum. adde ...ibr. III. cap. 28. vol. II. pag. 719. De *Iuliano*, ...rbi praefecto, qui Zenoni Auguſto auratam ſta...am ante domus ſ. bibliothecae veſtibulum, et ...rſan Anaſtaſio poſuit, vid. *Anſ. Banduri* comm. ...n Antiqq. Conſtantinop. lib. VII. ſ. Imperii Orien...dis vol. II. p. 843. edit. Pariſ. ſiue p. 598. edit. Ve...tae; et de alio *Iuliano* Praef. vrbi Conſt. et Prae...rio ſub Iuſtiniano et *Iuliano*, Iuſtiniano a ſecre...s legatoque ad diuerſos principes, ib. p. 841. edit. ...riſ. et p. 597. edit. Venetae. *Harl.*

wwww) De Iuliano Anteceſſore, qui Iuſtiniani Imp. temporibus claruit, vid. *Menagii* Amoenitates iuris p. 141 ſq. [et *Bachii* Hiſtor. iurispr. rom. lib. IV. cap. 1. §. 18. et 19. p. 633 ſq. ibique laudatos viros doctos. infra VI. 6. 6. vol. XII. pagg. 345. 398. et 474.]

xxxx) Ita viſum Alciato II. 27. diſpunction. *Fabric.* De hoc vide *Bachii* Hiſtoriam iurispr. rom. lib. III. cap. 2. §. 4. p. 469. et qui ibi citantur. infra vol. XII. pag. 331. *Harl.*

XXXVI. α'. LAMPRVS inter Lyricos poetas celebratur ab Ariſtoxeno apud Plutarchum, [de Muſica tom. X. Reisk. p. 655.] Vide ſupra n. XXII. Idem ni fallor *Lampros*, a quo Muſicam edoctum ſe profitetur Socrates apud Platonem Menexeno, [p. 22. edit. Gottleber. cuius not. conſer.] et a quo Sophoclem Muſicam et ſaltandi artem didiciſſe teſtatur *Athenaeus* lib. I. p. 20. male Λάμπης in vita Sophoclis. Hunc ipſum magna in Muſicis gloria fuiſſe teſtatur *Cornelius Nepos* in vita Epaminondae cap. 2. [vbi vid. Magium.] Alius fuit et iunior longe *Lamprus*, Erythraeus, cuius auditorem fuiſſe *Ariſtoxenum* tradit Suidas voc. Ἀριστόξ. Alius quoque, ni fallor, *Lamprus* Grammaticus, cuius meminit *Ariſtoteles* II. 7. Magnorum Moralium. *Fabric.* Conf. *Muret.* Var. lect. IX. cap. 5. *Burette* l. c. tom. XV. p. 370. *Harl.*

[XXXVI. β'. LASVS, Hermionenſis, poeta Dithyramb. ſcripſit quoque hymnos et odas; vid. *Athenaeum* X. p. 455. et XIV. p. 624. floruit ſub Dario Hyſtaſpide. vid. ſupra lib. I. cap. XVI. 4. vol. I. p. 100. not. *e.* Secundum *Suidam* tom. II. p. 417. (vbi vid. Kuſter.) natus Olymp. LVIII. conf. *van Goens* diſſ. de Simonide cap. III. §. 7. p. 52. qui Tzetzen corrigit in Prolegom. ad *Lycophr. Burette* in Comm. Acad. Par. Inſcr. tom. XV. p. 324 ſqq. Secundum *Larcherum* vero, qui poſt *Leopardum* lib. II. Emendatt. cap. 23 corrigit Suidam, in Chronol. Herodot. p. 572. vol. VI. verſionis gallicae Herod., floruit Olymp. LXVIII. 1. ante C. N. 508. A. V. C. 246. vid. ſupra ad *Arionem* n. XVI. Apud *Plutarch.* de Muſica p. 1141. (ſ. tom. X. Reiſk. p. 682.) *Laſus* fertur rhythmos in dithyrambicam rationem tranſtuliſſe, et antiquae muſicae mutauiſſe moderamen. Adde Schol. ad Ariſtoph. Aues v. 1403. et Veſp. v. 1401. et 1391 *Harl.* Conf. *Forkelium* in Allg. Geſch. der Muſik. tom. I. p. 358 ſq. *Beck.*]

[XXXVI γ'. LEOTHROPHIDES, poeta Dithyrambicus. Vid. *Suidam* (ex Scholiaſte ad *Ariſtoph.* Aues v. 1406.) voc. Λεωτροφίδης. ibique Kuſter. tom. II. p. 429. Adde *Burette* in Comment. Acad. Par. Inſcr. tom. XV. p. 341. *Harl.*]

XXXVI. δ'. LICYMNIVS Chius μελοποιὸς, Simonide antiquior, laudatur a *Parthenio* cap. 22. Ex eius paeane in ſanitatem, vide, ſi lubet, quae profert *Sextus* decimo aduerſus Mathematicos p. 447. *Fabric.* [Sub *Licymnii* nomine producuntur quaedam (v. *Columnam* ad Ennii fragm. p. 243 et *Th. Galeum* diſſ. de Scriptor. Mythol. p. 25. ſed vide *Valcken.* in Diatribe, ſubiuncta Euripidis Hippolyto, p. 17 ſqq. qui in *Stobaei* Eclogis edit. Canter. p. 10. ſuſpicatur in *Fragm.* [illegible] latere nomen *Licymnii* tragoediae Euripidis. Fragmenta ſunt inter *Apollodori* fragmenta p. 1048. edit. Heyn. *Harl.*]

XXXVII. α'. LYSIMACHVS quidam μελοποιὸς ἐντελὴς ſiue Lyricus mediocris fuit, cuius mentionem fecit *Lycurgus* Rhetor in oratione περὶ διοικήσεως teſte Harpocratione ac Suida. Fuere praeterea *Lyſimachus* Ariſtidis iuſti Pater, teſte Platone, ſed et filius teſte Demoſth. in orat. περὶ τῶν ἀτελειῶν yyyy), *Lyſimachus* Macedo leoni zzzz) obiectus tempore ab Alexandro, [?] inter eius duces ac ſucceſſores poſtea fuit, et Lyſimachiam in Aetolia condidit;

yyyy) *Eudocia* p. 282 in Viol. Demoſthenem, dicit, eius meminiſſe ἐν τῷ περὶ ἀδελφῶν, et ſic quoque in Suidae textu legitur; ſed Kuſter. ad locum tom. II. p. 476. ex Harpocratione (p. 235. coll. nota *H. Valeſii* p. 49 ſq.) ſcribere iubet ἐν τῷ περὶ ἀτελειῶν, h. e. ἐν τῷ κατὰ Λεπτίνου, (edit. Reiſk. Demoſth. p. 491. vol. I. aut edit. huius orat. a cl. *Wolfio* ſeparatim curatae p. 101. vbi v. ſchol. et p. 335. notam Wolfii.) *Harl.*

zzzz) Fabula videtur Curtio VIII. 1. 17.

dit. Iuſtin. XV. 3. Seneca, Plin. etc. *Lyſimachus* Acarnan, eiusdem Alexandri praeceptor. Plutarch. Alexandro. Praeceptor Regis Attali, *Athen.* VI. 13. [*Lyſimachus* (male Simachus,) philoſophus Peripateticus v. *Athen.* VI. p. 252. alius philoſophus Stoicus.] *Lyſimachus* Alexandrinus, qui libros περὶ νόστων ſcripſit, teſte Athenaeo, Schol. Apollonii, Pindarique et Apollodoro, (corrupte Tzetzae ad Lycophronem, *Simmachus*,) vide *Ionſium* p. 12. et *Voſſium* de Hiſt. Graecis p. 384. [ſupra vol. I. lib. II. 2. 9. 18.] Idem, vt videtur, *Lyſimachus*. cuius Αἰγυπτιακὰ citat *Ioſephus* I. contra Apion. Θηβαϊκὰ παράδοξα Scholiaſtes Apollonii, Euripidis et Sophoclis [Oed. Col. 632. vid. *Valcken.* ad Euripid. Phoeniſſ. p. 603. a Schol. Soph. ad Oed. Col. 91. edit. Brunck. citatur XIII. lib. τῶν Θηβαϊκῶν.] Confer *Gisb. Cuperi* Varias obſeruationes lib. I. cap. 4. Opus de *agricultura*, quod memorant Varro, Plinius, Columella, forte fuerit *Lyſimachi* Hippocratii, cuius mentio in ſcholiis ad Alexipharmaca Nicandri. Praetereo *Lyſimachum* Ptolemaei F. Hieroſolymitanum, in additamentis ad librum Eſtherae memoratum, et *Lyſimachum* Menelai fratrem atque eius in Pontificatu maximo ſucceſſorem, 2. Maccab. IV. 29. Tum *Lyſimachum* fratrem Apollodoti Ioſeph. XIII. 21. *Lyſimachum* Cyrenaeum Tzetz. VI. Chil. v. 921. [*Lyſimachum*, Lyſippi, Aegilienſem, in orat. Demoſth. contra Neaer. edit. Reisk. vol. II. p. 1387. etc.]

[XXXVII. β'. LYSINVS, poeta Siculus, tempore Phalaridis, Olymp. LII. ſcripſit Carmina et *tragoedias* contra Phalaridem: vti *Laurentius Craſſus* in Hiſtor. poet. graec. p. 315. et *Mongitor.* in Bibl. Sicula, tom. II. p. 27. epiſtola Phalarid. ad Lyſinum. (XCIII. p. 260. edit. Lennepii) mori exiſtimant: ſed epiſtola eſt ſpuria, et de tragoediis tempore Phalaridos iam inventis res incerta falſaue. v. *Lennepii* not. et *Bentlei* in diſſ. de Epiſt. Phal. §. II. p. 27. inprimis Reſponſ. ad Boyle, §. XI. p. 122 ſqq. verſ. Lat. *Harl.*]

[XXVII. γ'. LYSIS, alius philoſophus pythagoricus, de quo ſupra, inter Pythagor. philoſ. alius poeta laſciuus, de quo *Athen.* XIV. p. 620. et *Strabo* XIV. 648. *Burett.* Com. Pariſ. Acad. Inſcr. tom. XIII. p. 236 ſq.]

XXXVIII. MEGALOSTRATA amica Alcmanis Poetae, poetria et ipſa, vt paulo ante in Alcmane obſeruabam. [vid. *Olearii* diſp. de poetriis gr. nr. 44. cum nota Wolfii.]

XXXIX. α'. MELANIPPIDAE duo fuerunt Lyrici. vnus Melius, (male apud *Athenaeum* lib. II. ſub init. et XIV. p. 651. [aaaa]) Μιλήσιος,) circa Olymp. LXV. cui διθυράμβων βιβλία πλεῖστα, poemata Epica. Epigrammata, elegias et alia multa Suidas [vbi vid. Küſter. tom. II. p. 522. et *Eudocia* in viol. p. 302.] tribuit. Alter prioris e filia nepos, circa Olymp. LXXX. cum Perdicca Rege verſatus, et qui multa in dithyramborum modulatione innouauit, auctor et ipſe plurium ᾀσμάτων et διθυράμβων. [Alterum vtrum Ariſtodemus apud *Xenoph.* M. S. IV. 2. 3. reliquis praefert Dithyramborum confectoribus. Adde infra in Catal. Tragicorum deperditor. II. cap. 19. h. v.] Ex alterutrius horum poemate *Marſya* quaedam profert *Athenaeus* lib. XIV. p. 616. et *Danaides* eiusdem citat p. 651. *Clemens Alex.* V. Strom. p. 602.

aaaa) De quo loco vid. *Io. Bourdelotii* not. ad Heliodori Aethiop. cap. VIII. p. 106. edit. I. P. Schmidii, Lipſ. 1772. 8. de vtroque Melanipp. conf. *Burette* in Comment. Soc. Paris. Inſcr. tom. XIII. p. 225 ſq. et tom. XV. p. 335 ſqq. ad Plutarchi libr. de Muſica. *Harl.*

p. 6?2. Ὁ μελοποιὸς δὲ Μελανιππίδης ᾄδει· Κλῦθί μοι ὦ πάτερ, θαῦμα βροτῶν τᾶς ἀειζώε ψυχᾶς μεδέων. Vide H. Stephani Lyricos p. 390 ſq. Gyraldum p. 476. [corpus poet. gr. tragic. tom. II. p. 137.] Democriti Chii Muſici (qui cognominis Philoſophi aequalis fuit) ſcomma in Melanippidem refert *Ariſtoteles* III. 9. Rhetor. ἡ δὲ μακρὰ ἀναβολὴ τῷ ποιήσαντι κακίστη. Parodia ad Heſiodi Ἔργ. 266. Melanippides enim pro antiſtrophis longiores anabolas fecerat, vt notat *Petrus Victorius* ad Ariſtotelis Rhetor. p. 532. Meminit *Melanippidae* etiam *Plutarch.* p. 1095. de inſuaui vita ſec. Epicurum, atque in amatorio p. 758. tum libro de Muſica p. 1136. [tom. X. p. 665. Reiskii vbi Melanippides ab quibusdam cantilenae cuiusdam dicitur,] et 1141. [p. 682. edit. Reisk. vbi alter dicitur ollarum ſcriptor, alter dithyramborum poeta.]

[XXXIX. β'. MELETVS, ſ. MELITVS, poeta tragicus, (vid. plura infra in Catal. tragicor. deperditorum.) ſcripſit quoque *Scolia*. *Ariſtoph.* Ran. v. 1337. meminit Σκολιῶν Μελίτε, ſiue vt *Bentlei* in Reſpons. ad C. Boyle, p. 167. ex interpr. Lennepii ſcribendum eſſe docet, Μελήτε, contra *Caſaubon.* ad Athenaeum p. 857. *Harl.*]

XL. α'. MESOMEDES Cretenſis, Lyricus, libertus Adriani Imp. non exigua apud illum gratia valuit, et delicias eius, *Antinoum*, carmine celebrauit. Suidas [tom. II. p. 536. vbi vid. Küſteri notas,] Μεσομήδης Λυρικός, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων. [ἦν] ἀπελεύθερος αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις· γράφει δὲ εἰς Ἀντίνοον ἔπαινον, (ὃς ἦν Ἀδριανοῦ παιδικά,) καὶ ἄλλα διάφορα μέλη. Ab Antonino Pio ſalarium ei imminutum refert *Iulius Capitolinus* cap. 7. ab altero Antonino (Caracalla vt notat Scaliger ad Euſeb. p. 216.) poſitum ei, (iam ante aliquot annos, vt videtur,) defuncto honorarium monumentum, teſtatur vetus ſcriptor apud Suidam. Carmen huius *Meſomedis* Anacreonticum de vitro. (in Anthologia Epigrammatum lib. IV. cap. 32. male in trochaicos numeros redactum.) emendauit et rectius diſpoſuit *Salmaſius* tom. I. ad Hiſt. Auguſt. p. [illegible]. vbi praeterea exhibet medicum ante eiusdem *Meſomedis* aenigma quod incipit: Ἔστι τις τετμημένα [illegible]. [*Meſomedis* hymnus egregius in Nemeſin editus eſt in Actis Pariſ. Acad. Inſcr. cum notis eruditis tom. V. pag. 185. (tom. VII. p. 289. edit. Amſtel.) a *Brunckio* in Analect. poet. gr. tom. II. p. 292. (a [illegible] in Comm. de Hymn. vett. Graec. p. 63. 71 ſq. cum modis [illegible] ſignis a *Forkelio* Allg. Geſch. d. Muſik tom. I. p. 4?? ſq. Primus vero particulam Hymni edidit ad calcem Arati, Oxon. 1672. *Harl.*) ab *Herdero* germanice verſu pulcre [illegible] explicatus, in: *Zerſtreute* Blätter faſc. II. Gothae 1786. 8. p. 234 ſq. (Vbi autem Hymnus legitur *Meſomedis*.) graece et germanice a *Degenio* ad Anacreontem, edit. Altenburg. 1787. p. 2?5. et 291. vbi etiam ſcriptum ac *Meſomedem* repetitus eſt. *Brunck.* l. c. duo alia Meſomedis poemata, a Fabricio iam commemorata, recenſuit, et aenigma de Sphinge ex alia editione, quae habetur in fratrum Gualtheriorum vita, vno verſu, qui eſt octauus, ſuppleuit. Adde infra tom. II. lib. III. cap. 28. in Catalogo poet. epigrammatariorum. In *Eudociae* violario p. 302. nomen eius exaratum legitur Μεσομήδης. *Harl.*] Quamquam vero ποιητὴς νόμων κιθαρῳδικῶν vocatur ab Euſebio in Chron. [hhhh] et apud Suidam ὁ τῶν κιθαρῳδικῶν νόμων συγγραφεύς, hoc eſt, vt interpretatur Scaliger, qui melodias

[hhhh]) In Chronico Euſebii Hieronym. ad an. MMCLX. a. Ch. 146. Olymp. CCXXX. *Meſomedes Cretenſis Citharoedorum carminum muſicus poeta agnoſcitur.* vbi Vallarſ. col. 715. in not. quoque reprehendit Scaligerum huncque *Salmaſium*, (a Fabricio iam excitatum,) et *Seldenum* in Comment. ad Marmor. I. Arundelianum, vim et poteſtatem vocc. νόμοι et μέλη rectius explicantes. *Harl.*

modulos muſicos fecit, ſiue cantica muſicis notis expediuit: tamen poetam quoque fuiſſe certiſſimum eſt, et in altera editione Euſebii ſui agnouit ipſe Scaliger: multis vero docet Salmaſius, *νόμους* et *μέλη* tam de modulis Muſicis, quam de ipſis carminibus dici, ſicut iampridem Muſicos eosdem quoque fuiſſe poetas, tradidit Cicero 3. de Oratore. *Diomedes* in Scholiis ineditis ad Dionyſium Thracem: ccccc) *Ἔστι γὰρ ποιήματα, ἃ οὐ μόνον ἐμμέτρως γέγραπται, ἀλλὰ καὶ μετὰ μέλους ἐγράπτοντο, ἃ καὶ διπλασίονα κάματον παρέχει τοῖς σκεπτομένοις τὸ μέτρον σκέψασθαι, ἀκριβῶσαι καὶ τῶν μελῶν ἐπιτυχεῖν τὴν ὕφεσιν. Ταῦτ' οὖν τὰ ποιήματα καλεῖται λυρικὰ ὡς ἀπὸ λύρας ἐσκεμμένα καὶ μετὰ λύρας ἐπιδεικνύμενα.*

[XL. β'. MNASEAS Locrus vel Colophonius, ſcripſit Παίγνια. vid. *Athenaeus* VII. 20. p. 321 v. ſupra n. XXI. δ'. *Boeus*. Diſtinguendus eſt a *Mnaſea*, *Patrenſi*, auctore carminum Περιηγητικῶν ſ. περὶ Εὐρώπης, περὶ Ἀσίας (*Eudoc.* in Viol. p. 103.) et peripli v. Schol. ad Apollon. Rhod. IV. 262. ad Nubes Ariſtoph. v. 397. vbi vid. not. *Harpocrat.* v. Ἱππία Ἀθηνᾶ ibique not. p. 169. edit. Blancard. *Voſſ.* de poet. gr. I. cap. 21. p. 134. *Burmann.* II. ad Valeſii Emend. p. 134. *Heyne* Opuſcul. II. p. 340. *Harl.*]

XL. γ'. MOSCHINE Athenienſis, Iamborum Poetria, memorata *Athenaeo* VII. p. 297. [vid. *Olearii* diſſ. de poetriis graecis, §. 36. in *Hedyla*, Moſchinae filia.]

XLI. MVSAEVM Thebanum Thamyrae et Philammonis filium *μελῶν* et *ᾀσμάτων* poetam antiquiſſimum memorat Suidas [et Eudocia, p. 303.]

XLII. De MYIA vtraque Lyrica Poetria, Spartiatide altera, altera Theſpiaca, dixi ſupra cap. XIII. 2. [vol. I. p. 882.] cum Pythagoricas recenſerem. Nunc tantum addo, Theſpiacam non diuerſam videri a Corinna, de qua paulo ante nr. XXIV. [Adde *Olearii* diſſ. de poetriis gr. §. 48. *Eudociam* p. 303.]

XLIII. MYRO ſiue MOERO ddddd) Byzantia Homeri Tragici, qui temporibus Ptolemaei Philadelphi eeeee) claruit, filia, vel potius vt in *Σωσίθεος* et [?] *Ὅμηρος Ἀνδρομάχου* a Suida [et ab *Eudocia* p. 304.] traditum eſt, mater, coniux Andronici philologi, poetria

ccccc) Editis a cl. *Villoiſonio* in Anecdotis graecis, tom. II. p. 179. vbi particula ſic incipit: *Τὰ λυρικὰ ποιήματα οὐ μόνον ἐμμέτρως γέγραπται* etc. *Harl.*

ddddd) *Salmaſius* de modo vſurarum pag. 42. ſcripturam *Μυρὼ* mendoſam, et ex recentiore graeca litteratura ortam cenſet, littera *ὕψιλον* et *οι* diphthongo paſſim confuſis. *Harl.*

eeeee) Antiquior videtur *Myro* Byzantia, cuius ſimulacrum aeneum Tatianus [in orat. ad Graecos, §. 52. p. 114. edit. Worthi,] factum tradit a Cephiſodoto Statuario, [vid. *Pauſan.* Arcad. cap. 30. etc.] quem Olymp. CII. floruiſſe conſtat e Plinio. [*Olearius* tamen in Diſſ. de poetriis gr. nr. XLIX. vbi de noſtra multus eſt, diſſentit a Fabricio. Primum *Homeri* iſtius aetatem confert ad Ptolemaei Philadelphi aeuum, adeoque poſt Olymp. CXXV. ex quo colligit, omnino Myronem noſtram eſſe, cuius ſtatuam, teſte Tatiano, fecit Cephiſſodotus, (de quo vide *Franc. Iunii* Catalogum artificum, p. 49. qui rectius ſcribi putat *Cephiſodotum*, more Graecorum, quam *Cephiſodorum.*) Tum obſeruat, duos exſtitiſſe Cephiſodotos, ſecundum eumdem *Plinium* Hiſt. Nat. XXXIV. 19. horum poſteriorem Olymp. CXX. floruiſſe, eiusque aetati praeclare conuenire cum ſuppeditatis temporum Myronis argumentis. Idem *Olearius* non ſolum Suidae locum adfert, ſed etiam *Chriſtodori* Epigr. in Anthol. lib. V. ep. 73. vbi Myro mater Homeri Tragici vocatur, et *Tzetzae* Hiſt. Chil. XII. 211. ac *Scholiaſtis Hephaeſtionis* p. 32, 24. cuius verba laudata ſunt ab *Allatio* de patria Homeri cap. 17. qui alibi docet, inde emendandum eſſe Suidam in *Μυρώ*, et pro *Ὁμήρου τραγικοῦ θυγάτηρ* ſubſtituendum *μήτηρ*.] Epigramma etiam *Erinnae*, quo Myronis virginis cicadam celebrari dixi ſupra,

ἐπῶν καὶ ἐλεγείων καὶ μελῶν. Heroicis verſibus ſcripſerat poema, cui titulus Μνημοσύνη, ex quo pauca profert *Athenaeus* lib. XI. p. 491. E. Forte eodem carminis genere etiam compoſuerat [illegible] ſiue ἀρὰς quae laudantur a *Parthenio* cap. 27. erotic. [in *Galei* ſcriptorib. hiſtor. poeticae, p. 391. Reiskius tamen l. c. id carmen mallit Myroni, viro Byzantio tribuere.] *Hymnum* eius in Neptunum memorat *Euſtathius* ad Iliad. Β'. p. 247. [37. conf. *Kuſter.* ad Suid. voc. Μυρὼ, tom. II. p. 589 ſq.] *Antipater* in Epigrammate:

Τάσδε Θεογλώσσους Ἑλικὼν ἔθρεψε γυναῖκας
Ὕμνοις καὶ Μακεδὼν Πιερίας σκόπελος,
Πρήξιλλαν, Μυρὼ, Ἀνύτης στόμα etc.

Epigramma *Myrus* occurrit in Anthologia IV. 1. Fragmenta quaedam collecta a *Fuluio Vrſino* p. 42. et 295. [*Olearius* l. m. aliud carmen addidit ex Collectione *Agathiae* Holſteniana et Steinheil ex cod. Vffenbach. nr. 414. Reliquias *Myrus* et quae veteres de illa prodiderunt, collegit atque copioſe interpretatus eſt *Io. Chriſtian Wolf.* in Poetriarum octo — fragmentis et elogiis. p. 26 — 37. Tria fragmenta recepit *Brunck.* in Anal. veterum poet. graecor. tom. I. p. 202 ſq. *Myrus* tria carmina vna cum poetica verſione et notis *Waldi*, in: Magazin für alte, beſonders morgenländiſche und bibliſche Litteratur. Caſſellis 1787. part. I. nr. 1. *Harl.*] At *Pauſaniam* quidem mihi n. ffff) cui non foeminae, ſed viri nomen eſt. Μύρων δὲ Βυζάντιος ποιήσας ἔπη καὶ ἐλεγεῖα. p. 721. Poeotiae vero quaedam ex eo refert de Amphione [vbi vero *Tanaquillus* in XI. legeri Commb. in Catalogo feminar. erudit. tom. II. Opp. p. 192. Byzantiam reperit, et *Olear.* l. c. Pauſaniam corrigit.] *Myro* filia Ariſtotimi Eleorum tyranni memoratur a *Plutarcho* de virtute mulierum p. 253. De *Myrone* ſtatuario celeberrimo Eleuthereo fuſe agit *Franciſcus Iunius* in Artificum catalogo, praeter quem fuit et *Myron* alter ggggg) Lycius itidem ſtatuarius, diſcipulus Polycleti. Apud eundem *Pauſaniam* in Atticis p. 55. legendum videtur Λυκίου τοῦ Μύρωνος χαλκοῦν παῖδα, non Λυκίου. Idem in Eliacis poſterioribus p. 454. et alibi ſtatuas Myronis celebrans eum vocat Athenienſem. De *Myrone* Prienenſi ſcriptore Μεσσηνιακῶν, vide, quae ex Athenaeo et Pauſania *Voſſius* p. 101. de Hiſt. Graecis. *Myronis* Sicyoniorum Tyranni meminit apud Ariſtotelem V, 12. Polit. [*Myro* rhetor, apud Suidam, et Rom. Rufum de ſchem. tom. lib. I. cap. 20. p. 66. edit. Ruhnken. et lib. II. cap. 1. p. 73.] Sed et in commentariis Prochori de S. Iohanne narratione inducitur *Myron* quidam, pater

ſupra, cum de Erinna agerem, alium antiquiorem huius nominis reſpicit; ſiquidem auctor epigrammatis ſit Erinna, Sapphonis ἑταίρα, et, vt volunt, aequalis. Verum ab Euſebio *Erinna* refertur ad Olymp. CVI. et ἑταῖρος non ſemper indicat aequalem, vt infra in Iſocrate obſeruabo. [*Suidas* in Ἤριννα, hanc quidem Sapphus ἰσόχρονον eſſe ſcribit. At *Henr. Leonh. Schurzfleiſch* in Notitia Bibliothecae Vinar. p. 263 ſq. animaduertit, Sapphum iuniorem potius, non Ereſiam, videri illum intellexiſſe, cuiusque opus eſſe collectanea, aut codicem eum habuiſſe deprauatum. Adde ſupra ad §. de Erinna, et *Reiskium* in Notit. poet. anthologicorum, p. 247. et infra in *Sappho*, num duae fuerint necne?] Fuerunt et plures foeminae, *Myronis* nomine celebres, vt *Myro Rhodia* Philoſopha, quam Suidas ait ſcripſiſſe χρείας γυναικῶν βασιλίδων καὶ μύθους. [vid. *Menagii* Hiſtor. mulier. philoſ. ſegm. 27. et *Wolf.* in Catal. foemin. olim illuſtrium p. 453. ſupra ad lib. II. cap. 9. §. VI. fin.] Tum *Myro*, de qua Epigramma vetus, quod explicat Salmaſius ad Solinum. p. 1221.

ffff) *Reiskius* l. m. miratur, viros doctos ad Pauſaniae loc. offendere, et pro poeta Myrone Byzantio, poetriam hanc ſubſtitutum iri, nullo ſane certo argumento. *Harl.*

ggggg) Fuit et Eleuthera vrbs Lyciae, vide Steph.

pater trium filiorum Rhetorum. Omitto, quod *Myrto* a Socrate in domum recepta, (vide *Plutarchum* in Ariſtide p. 335. et *Athenaeum* lib. XIII. p. 555 ſq.) alicubi per librariorum negligentiam vocatur Myro, vt apud Hieron. in Iouinian. tom. III. (II.) p. 23. (37. E.) *Socrates Xantippen et Myro neptem Ariſtidis duas habebat vxores* etc.

XLIX. MYRTIS Anthedonia ποιήτρια μελῶν laudatur a *Plutarcho* in quaeſtionibus graecis tom. II. p. 300. vbi ex illa refert, quare Eunoſti herois lucum intrare nefas fuerit foeminis Tanagraeenſibus. De aetate eius inde conſtat, quod Pindarum et Corinnam, teſte Suida, inſtituit. Vide *Fuluium Vrſinum* p. 44. Ex fragmento Corinnae, quod ſupra nr. XXIV. retuli, adparet, Myrtidem cum Pindaro ingenii certamen iniiſſe et propterea a Corinna fuiſſe reprehenſam. [☞ [conf. *Olearii* diſſ. de poetriis gr. §. L. (qui §. LI. *Myſtidem* quamdam ex *Tatiani* Or. ad Graecos, ſegm. 52. p. 114. edit. Worthii addidit,) item *Io. Chriſt. Wolf.* in poetriarum octo graec. — fragmentis etc. p. 38 ſq.]

L. α. NOSSIS Locrenſis, aequalis fuit Rhinthonis Tarentini vel Syracuſani, qui claruit circa Olymp. CXVI. Vnicum eius Epigramma ex Anthologiae lib. III. refert *Fuluius Vrſinus* p. 55. quod in illum, quem dixi, Rhinthonem eſt compoſitum. Aliud legitur apud *Holſtenium* et *Berkelium* in notis ad Stephanum Byz. in *Λοκροί.* Hoc ipſum emendatius exhibuit et alia inſuper tria antea inedita vulgauit illuſtrauitque Bentleius in Apologia pro diſſ. de Epiſtolis Phalaridis Anglice edita p. 355 ſq. [Sine ex interpretatione latina Lennepii, p. 198 ſq. vbi eius aetatem poſt Olymp. CVI. adhuc Olymp. CXIV. eius matrem Theuphilein, (Theophilam,) et filiam, Melinnam, ex epigrammatibus adlatis eruit. Quartum publicauit *Küſter.* ad Suidam in voc. Δαιδάλεον. Haec omnia reperiuntur quoque in Agathiae collectione, e qua praeterea *Olearius* in diſſ. de poetriis gr. quinque alia promulgauit. Acceſſit aliud, quod hucuſque in Anthol. lib. IV. cap. 5. epigr. 6. ἄδηλον habebatur, ſed, indice Doruillio, Noſſidis eſt partus. XII. epigrammata illius dedit atque fuſe explicita exhibuit *Io. Chriſt. Wolf.* in octo poetr. gr. fragmentis etc. p. 82 — 91. Eadem, ſed alio ordine, *Brunck.* in Analect. vett. poet. gr. tom. I. p. 194 — 196. coll. tom. III. p. 36 ſq. Duas Noſſides, alteram *Locrenſem*, alteram, vt inſcriptio in epigrammate 148. carminum Ienſianorum, (p. 174. edit. Reiskii in Anthol. gr. Cephalae,) innuit, *Lesbiam*, Rhinthonis forte praedicatricem, fuiſſe coniicit, ſpecioſe probat, et quaedam contra Bentleianas temporis rationes profert, nec vero ſibi conſtat *Reiskius* in Notitia poetarum anthologicorum p. 250 ſq.] Meminit huius Noſſidis Antipater in Epigrammate de nouem Poetriis:

Νοσσίδα θηλύγλωσσον ἰδὲ γλυκυαυχέα Μύρτιν.

[L. β'. PANCRATIVS ſ. PANCRATES lyricus, Pindari ac Simonidis imitator, et epigrammatum confector, floruit diu ante Meleagrum. conf. *Plutarch.* de Muſica, tom. X. Reisk. p. 670. Alius *Pancrates*, poeta, tempore Hadriani imperat. *Athen.* XV. cap. 6. p. 677. E. Tertius, ex Arcadia, auctor fuiſſe dicitur poematis Ἔργα θαλάσσια. *Athen.* VII. cap. 7. p. 283. et cap. 15. p. 305. vid. *Burett.* in Comm. Soc. reg. Pariſ. tom. XIII. p. 279 ſqq. *Harl.*]

L. γ'. PARMENONIS Byzantii Ἰάμβων librum primum laudat Stephanus in Βεσβὴ et Φρίκιον.

[L. δ'. PERICLITVS, Lesbius, Hipponacte forſan antiquior, indice Plutarcho, loco mox citando. *Gyraldus* in Hiſt. poet. dial. 9. col. 449. A. edit. Lugd. Bat. eum auctorem poeſeos

poëſeos dithyrambicae, at nullo dato ſponſore, fuiſſe ait. Secundum *Plutarchum* de Muſica p. 656. tom. X. edit. Reisk. fuit citharoedus, qui ad extremum [illegible] Lacedaemone [illegible] Carnia. Athenaeum teſtari, a Pericleto etiam Hymnum in Cererem ſcriptum eſſe, aſſeuerat *Suevo[illegible]* de Hymnis veterum graecorum, p. 11. Sed locum Athenaei neque ille indicauit, neque ego potui inuenire. *Harl.*]

LI. α. PHALAECVM, a quo genus carminis Phalaecium nomen accepit, Gyraldus et Laur. Craſſus confundunt cum Phaliſco ſiue Philico, qui fuit ex Pleiade Tragicorum. Mentio huius Phalaeci apud Auſonium Epiſt. 4. aliosque complures grammaticos, praecipue metricos. At ſcripta eius qui commemoraret neminem reperi, niſi quod Hymnum in Cererem ab eo compoſitum teſtatur *Terentianus* p. 2424. et Epigrammata *Athenaeus* X. Dipnoſophiſt. p. 440.

LI. β. PETRONIA *Muſa*, cuius epitaphium in Iac. Manilli deſcriptione villae Borgheſiae, p. 47. tom. VIII. Theſauri Ital. part. IV.

[LI. γ. PHILOXENVS, Cytherius, luxurioſiſſimus ille poeta dithyrambicus, de quo *Suidas* in Κύκλωψ χς ĩ. A *Plutarcho* in libello, an recte dictum ſit, latenter eſſe viuendum. tom. X. p. 635. carpitur ille, qui, vt Gnatho, Siculus, obſonorum nimia cupiditate impulſus, narium ſordes emungere in patinas ſolitus fuerit, vt, aliis ab edendo deterritis, ipſe ſolus impleretur propoſitis cibis. Adde Sympoſ. lib. IIII. vol. VIII. p. 655. infra in Catalogo deperditorum tragicorum lib. II. cap. 19. Scripſit quoque poema, Δεῖπνον, cuius particulam ſeruauit *Athenaeus* XIV. cap. 12. p. 642 et 643. cumque ab *Antiphane* commendatum eſſe, ex carminis particula docet. Adde eundem *Athen.* IV. p. 146. et *Burettum* ad Plutarch. de Muſica in Comm. Acad. Par. Inſcr. vol. XIII. p. 200 ſqq. qui duce Marm. Pario ponit eius diem natalem in Olymp. LXXXV. 2. a. C. N. 439. mortem vero Olymp. C. 1. a. C. N. 380. anno aetatis 60. et tom. XV. p. 354 ſqq. vbi cumprimis de loco *Ariſtophan.* Acharn. v. 553. et de voc. πήλαγος diſputat. Alius ὁ μελιτοπώλης, luxuriae mancipium, de quo *Plutarchus* in lib. de vitando aere alieno, p. 325. tom. IX. Reisk. Idem *Plutarch.* de Muſica tom. X. p. 682. 685. vbi *Ariſtophanes* comicus (Nub. v. 332. vbi vide Schol.) dicitur mentionem feciſſe *Philoxeni*, qui cantilenas in cyclios choros intulerit. Hic prior eſſe videtur: Lyricum autem rurſus memorat *Plutarch.* de Muſica p. 685. eumque tradit in libro I. de Fort. vel virt. Alexandri p. 320. tom. VII. iuſſu Dionyſii in lapicidinas fuiſſe miſſum, quod ſcriptam a tyranno tragoediam corrigere iuſſus, ab initio totam vsque ad coronidem deleuiſſet, aliis aliam cauſſam indicantibus: niſi etiam hoc Plutarchi loco Dithyrambicum intelligere malis. Saepius etiam *Philoxenum*, cum helluones tum poetae, confundunt etiam ab ipſis veteribus, vt docte copioſeque oſtendit *Perizonius* ad *Aelian.* V. H. lib. X. cap. 9. et quatuor *Philoxenos*, Cytherium Dithyrambicum, tum Melicum, dein duo helluones, poetarum alterum, forſan Leucadii et alterum Eryxidis filium Anaxagorae diſcipulum, ex Ariſtotele, Diodoro Siculo, Athenaeo aliisque producit diſcernitque probabiliter. *Harl.*]

[LI. δ. PHRYNIS, Citharoedus, ad cuius tempora citharoedica muſica, Terpandri aetate vitiata, plane ſimplex perdurauit, auctore *Plutarcho* de Muſica tom. X. Opp. p. 655. fuit Mitylenaeus, aut *Iſtro* auctore ἐν τοῖς [illegible] Μελοποιῶν apud Suidam, Lesbius, Canopi filius, Ariſtoclidis, tempore Xerxis regis Perſarum clari muſici, diſcipulus. Ab illo maſculam

maſculam Graecorum muſicam mollibus, nimis artificioſis et difficillimis vocis inflexionibus eſſe corruptam et effeminatam, *Ariſtophanes* iam notauit in Nubibus v. 967. (vbi vid. quae animaduerti, et quos laudaui.) Conſule Scholiaſten ad locum Ariſtophanis et ex eo Suidam in Φρῦνις. tom. III. p. 636. Plura dabit *Burette* ad Plutarchi lib. de Muſica in Comment. Acad. Pariſ. Inſcr. tom. X. p. 268 ſqq. et tom. XV. p. 346 ſqq. *Harl.*]

[LI. ε. POLYIDES, dithyrambicus et Tragicus. *Ariſtot.* de Poet. cap. 16. et 17. Haud diuerſus eſſe videtur a *Polyido* pictore et Muſico Olymp. XCV. 3. apud *Diodor. Sicul.* XIV. 46. p. 679. Weſſeling. quem vide et infra II. cap. 19. inter tragic. deperdit. *Harl.*]

[LI. ζ. POLYMNESTVS carmina compoſuit, quae *orthia* dicebantur, teſte *Plutarcho* de Muſica tom. X. Opp. p. 659. item *nomos*. p. 660. aliaque, quae Polymneſtia nominabantur, ibid. p. 653. vbi Colophonius patria, et aetate Terpandro Clonaque, itidem elegiaco epicoque poeta, poſterior dicitur, et apud *Suidam* voc. Πολύμνηστος ex Schol. ad Ariſtoph. Equit. conf. *Burette* l. m. p. 227. (vbi p. 229. locum *Pauſaniae* lib. I. cap. 14. p. 35. de poemate Polymneſti in honorem Thaletis indicat, Voſſiumque refutat,) p. 266. 285 ſq. de nomis et orthiis, et *Küſter.* ad Suidae locum, tom. III. p. 146. *Harl.*]

LII. α. PRATINAE Phliaſii quaedam ex *Athenaeo* [XIV. p. 617. et 624. et V. p. 624. F.] retulit H. Stephanus in Lyricis p. 394 ſq. [in Corpore poet. gr. tragicorum etc. Geneuae 1614. fol. tom. II. p. 134.] De hoc dixi infra cap. XIX. in notitia Tragicorum. *Fabric.* [*Plutarch.* de Muſica p. 659. prodit, Pratinam confeciſſe hyporchemata, et p. 685. tom. X. Reisk. illum iis adnumerat, qui lyrico carmine praeſtiterunt. conf. *Burette* l. m. p. 281. vbi refutat *Fabricium*, qui infra, cap. XIX. in Notitia tragicorum, Euſebium in Chron. meminiſſe Pratinae, ſcripſit, quem potius nominare debuiſſet auctorem, (h. e. Scaligerum,) Αναγρ. Olymp. p. 318. edit. Euſebii Amſtelod. qui adſerit aetatem Pratinae Olymp. LXXI. reiicit quoque *Gyraldum*, qui, deceptus gallica *Pauſaniae* lib. II. p. 141. (vbi dicitur Pratinas filius *Ariſtiae*, poetae ſatyrici,) verſione, narrat in Hiſtor. poet. dial. VI. col. 350. B. edit. Lugd. Bat. Pratinam in omnibus ſuis dramatibus ſatiricis victorem fuiſſe declaratum: aut Gyraldum incidiſſe in exemplar *Suidae*, vbi in Πρατίνας. in vltimis verbis καὶ δράματα μὲν ἐπεδείξατο ν΄. ὧν Σατυρικὰ λβ΄, ἐνίκησε δὲ ἅπαξ. verba duo extrema δὲ ἅπαξ omiſſa aut eraſa fuiſſent. Adde *Burette* ibidem p. 3[?]2 ſq. vbi quoque de hyporchematibus agit, et *Toup.* ad Suidam Epiſt. crit. p. 52 ſq. edit. Lipſ. *Harl.*]

[LII. β΄. PRAXIGORIS poetria a *Tatiano* in orat. contra Graecos §. 52. p. 114. memoratur. vid. *Olearii* diſſ. de poetriis gr. §. LXII. *Harl.*]

LIII. α. PRAXILLA Sicyonia ſcripſit διθυράμβους, ex quibus Odam, cui titulus *Achilles*, laudat *Hephaeſtion* in Enchiridio p. 9. Antiquiſſima fuiſſe videtur, ſiquidem Praxillam trimetris vſam ante Sapphonem notat idem *Hephaeſtio* p. 36. Potuerunt tamen Praxillea metra dici, quibus poſt Sapphonem Praxilla frequentius vteretur; nam et ab *Euſebio* in Chron. diu poſt Sapphonem Praxilla ponitur Olymp. LXXXII. Admirationi fuiſſe Praxillam ἐπὶ τῇ τῶν σκολιῶν ποιήσει ait *Athenaeus* lib. XV. p. 694. A. At σκολιὸν illud de Admeto, ab aliis Alcaeo vel Sapphoni tributum teſtatur *Pauſanias* in Lexico apud Euſtath. ad Iliad. β΄. p. 2[?]7. [et *Eudocia* p. 2[?] ſq. vbi initium affertur.] Ex *Praxillae* παροινίοις petitum ait Scholiaſtes *Ariſtoph.* ad Σφῆκας v. 1232. [Praxillam verſibus prodidiſſe, Europae filium fuiſſe Carneum, ſcribit

ſcribit *Pauſan.* III. cap. 13. p. 236. nec non Schol. *Theocr.* ad Idyll. V. 83.] *Sed et huius Praxillae,* inquit Gyraldus, *nunc etiam carmen legitur ad Calain puerum de amoris mutatione.* E Gyraldo [dial. III. de poetar. hiſtor. tom. II. Opp. p. 108. E.] *Tiraquellus* ad leg. connubial. p. 3[illegible]3. [ſ. Opp. tom. II. p. 191. E.] *Praxilla — cuius etiamnum exſtat carmen ad Calain puerum de amoris mutatione.* *Laur. Craſſus* de Poetis Graecis p. 432. *Dei ſuoi Dithirambi è ſtà celebrato quello a Calai Fanciullo della Mutazion d' Amore.* Voſſius de poet. gr. cap. V. fin. *Superest eius carmen ad puerum Calain.* Lud. Morery [****]) in Lexico: *nous avons encore des vers, qu'elle envoya à un jeune homme nommé Calais.* Hoc non occurrit apud *Fulvium Vrſinum,* qui pauca quaedam Praxillae colligit p. 53. [[illegible]] et 296. Neque alibi hoc potui reperire, non magis, quam quod Tan. Faber eam adfirmat compoſuiſſe hymnos, et a Graecis recentioribus adpellari *Baſilicam.* Μελοποιὸς dicitur a *Polemone* [***]) apud *Zenobium* IV. 21. perperam pro [illegible] male in explicatione prouerbii Vaticana apud A. Schottum γελοποιός. Male etiam in prouerbio e Suida VII. 47. Ἠλιθιώτερος τοῦ Πραξίλλης Ἀδώνιδος idem praeſtantiſſimus Schottus vertit: *Stupidior Praxillis Adonidis,* pro *Praxillae Adonide.* [Adde Schol. ad Ariſtoph. [illegible] v. 1121. et *Kuſter.* ad Suidam voc. Πραξίλλη, tom. III. p. 1[illegible]8.] Neque Apoſtolii interpretes probandi IX. 81. prou. qui hoc habet *Praxilles;* magis vero peccauit ipſe Apoſtolius, cui Ἄδωνις Πραξίλλης eſt Praxillae filius, cum intelligatur poema eius de Adonide. *Fabric.* [Fragmenta Praxillae ſunt collecta in: *Wahl* Magazin für alte, beſonders morgenländiſche und bibliſche Litteratur. Caſſellis. 1789. 8. part. II. n. 4. b. *Harl.*]

[LIII. β'. PRONOMVS Thebanus, primus pro varietate tibiarum modos diſtinxit. *Athenaeus* XIV. 7. p. 631. E. *Ariſtoph.* in Eccleſ. v. 102. eius prolixam barbam ridet, vbi vid. Scholiaſt. quem exſcripſit *Suidas* in: Πρόνομος. Μέλη tamen eius in certaminibus muſicis Meſſeniis fuiſſe cantata, narrat *Pauſan.* Meſſen. ſ. lib. IV. cap. 27. p. 345. fin. *Harl.*]

LIII. γ'. PYTHERMON Auctor Σκολιοῦ carminis, cuius initium habes in adpendice prouerbiorum Vaticana Centur. 3. prouerbio 14.

LIII. δ'. SACADAS Argiuus, ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων. Vide *Plutarchum* de Muſica p. 1134. [ſ. tom. X. Opp. 658. 659. Reisk.] *Fabric.* [Adde ſupra II. cap. XV. inter ſcripta Pindari deperdita, in voc. Ὕμνοι. Sacadam primum Delphis Pythicum tibiis ceciniſſe cantum, tradit locumque monumenti, in honorem illius poſiti, indicat *Pauſan.* in Corinthiac. ſiue lib. II. p. 1[illegible]2. Adde lib. VI. cap. 14. p. 487. et lib. X. cap. 7. p. 813. et 814. de victoria praemiisque in certaminibus muſicis, reportatis: ex loc. cit. p. 813 adparet, Sacadam floruiſſe et vic[illegible] tibiarum cantu Olymp. XXXXVIII. 3. Idem lib. IV. pag. 345. fin. prodit, *Sacadae* et *Pronomi* μέλη in muſicis certaminibus Meſſen. fuiſſe vſurpata.

Adde

[***]) [illegible] Compara *Wolf.* ad Olenum diſſ. de poetr. graecis, §. LXIII. vbi de Praxilla diſſerit, p. 150. ad Octo poetriarum gr. fragmenta in quibus pag. 76 – 81. Praxillae reliquiae et veterum de illa teſtimonia repetita ſunt fuſeque illuſtrata. *Harl.*

[****]) [illegible] CLXXVII. in *Montfaucon* Biblioth. Coiſlin. part. III. p. 609. in quo fragmento verſus illi et [illegible] Praxillae adducuntur, propter quos prouerbium *ſtupidior Praxillae Adoniae* ortum eſt. Adonis enim [illegible]tur, interrogatus ab inferis, quod pulcerrimum reliquerit in terris, reſpondiſſe, ſe reliquiſſe primum pulcerrimum ſolis lumen, ſecundo ſplendi[illegible] [illegible] cucumeres et poma piraque. *Harl.*

Adde *Burette* in Comment. Soc. Reg. Pariſ. Inſcript. tom. X. p. 217. *Corſini* Faſt. Attic. tom. III. p. 3. vbi Meurſius, qui in Athenaeo lib. XIII. *Sacadam* pro Acato emendaturus erat, refutatur. *Harl.*]

LIV. α. SAPPHO kkkkk) Scamandronymi filia, Lesbia Mytilenenſis, aequalis Alcaei fuit, vt patet vel ex *Ariſtotelis* 1. Rhetor. cap. IX. [*Strabone* lib. XIII. p. 617 ſ. p. 917. Almelou. *Polluce*, Onomaſt. lib. IX. p. 954. edit. Hemſterh.] et ex Sapphonis loco apud *Demetrium* lllll) de elocutione §. 145. vbi Alcaeum celebrat. mmmmmm) Foeminas illi familiares has refert

kkkkk) Alia nomina mulierum in *O.* deſinentia vide in *Reineſii* Epiſt. ad Hoffmannum pag. 592. Addantur Pampho, Cotytto, Gello, Pyrino, Gorgo, Lichno, in Reineſii Inſcription. *Fabric.* Quod de Sapphus aetate, patria, cum primis num duae fuerint, nec ne? controuerſia orta eſt, quosdam maioris minorisue molis libros, in quibus vita poetriae vberius expoſita, aut res controuerſae examini ſunt ſubiectae, in limine ſtatim excitabo, quod et auctores illorum librorum otium fecerunt mihi, nec opus erit, vt integros librorum titulos crebrius repetam. *Ger. Io. Voſſius* de poet. graec. cap. 3. *Annae Daceriae* et *Longepetraei* vita Sapphus, gallice, fragmentis eius praefixa. *Tanaquil Faber* in vita poetarum Graecorum tom. X. pag. 755. Gronouii Antiqq. gr. *Bayle* in Diction. vol. IV. pag. 139 ſqq. edit. 1740. et germanice verſ. in: *Pet. Bayle* Hiſtoriſch-Kritiſches Wörterbuch für Dichterfreunde, (Lubeck. 1780. 8.) pag. 406 ſqq. *Olearius* in diſſ. de poetriis gr. §. LXV. *Io. Chriſt. Wolf* Sapphus vita praefixa illius editioni. Eiusdem vita, auctore *Samuele Frider. Gunthero Wahl*, praemiſſa verſioni germanicae carminum Anacreontis Sapphusque. Erfurt 1783. 8. In Biographia claſſica, ex lingua Anglica in germanicam a Samuele Murſinna translata, part. I. Halae Saxon. 1767. 8. pag. 51 ſqq. *Io. Chriſtoph. Cramer* de patria Sapphus, commentat. Ienae ſine anni nota. 4. qui, poſtquam variorum tam veterum quam recentiorum narrationes de patria Sapphus atque opiniones recenſuerat, Olearii ſubſcribit iudicio, vnam, cum Mitylenaeam, tum Ereſiam fuiſſe Sapphonem, vnam *perſonam*; ſed Ereſi forte natam, Mitylenis adultam, ideoque a poſteris modo Ereſiam, modo Mitylenenſem dictam eſſe ſuſpicatur p. XI. *Eiusdem* diatribe chronologico-critica de συγχρονισμῷ Sapphus et Anacreontis. Ienae 1755. 4. vt mittam *Ioſephum Barberium* de miſeria poetarum graec. tom. X. p. 847. Theſ. Antiqq. gr. Gronouian. et in tom. IV. *Vbbonis Emmii* de Graecia vet. lib. VII. p. 167. ac *Io. Laurenberg.* in Graecia antiqua p. 61. *De Larrey* in Hiſtoria ſeptem ſapientum, gallice edita, tom. I. p. 159. *Adr. Baillet* in Iudiciis de praecipuis operibus auctorum tom. III. p. 104. edit. Amſterd. 1725. 4. etc. Adde Wolf. in vita Sapphus p. 32. *Harl.* Etiam *Io. Ge. Iacobi* ſcripſit vitam Sapph. vernacula lingua, Iridis vol. II. part. II. p. 81 ſq. conf. Karſchiae Epp. ad Iacobium, Iridis vol. IV. part. I. p. 55 ſq. Quo loco etiam Heinſii germ. verſio od. Sapph. habetur. *Beck.*

lllll) *Cramer* vero in Synchroniſmo Sapphus etc. p. 4. et p. 5. oſtendere conatur, ex locis Ariſtotelis ac Demetrii, a Fabricio laudatis, non ſequi, fuiſſe Sapphus aequalem. *Harl.*

mmmmmm) Sapphum Alcaei fuiſſe aequalem, plures conſentiunt cum Fabricio. Suidas in Σαπφώ vindicat illam, vti Alcaeum, Steſichorum et Pittacum, Olympiadi XLII. At rectius *Corſinus* in Faſt. Attic. tom. III. p. 67. aetatem illius adſignat Olymp. XLIV. 1. Period. Iul. 4110. V. C. 150. pariter *Saxius* in Onomaſt. I. p. 17. qui praeter ea componit cum Simſone in Chron. A. M. 3401. ante Ch. N. 602. V. C. 150. Secundum *Hamburgerum* in: Zuverläſſigen Nachricht. tom. I. p. 93. Koeleri rationes ſequutum, floruit Sappho A. M. 3385. ante Ch. N. 599. Fugam Sapphus Mitylena in Siciliam collocat *Corſinus* l. m. p. 70. in Olymp. XLVI. $\frac{4}{1}$. Period. Iul. 4118. V. C. 158. fide marmoris Oxon. Epoch. 37. lin. 51. vbi Prideaux oblitteratos annorum characteres ita reſtituit, vt a. 330. in marmore reſcribi deberet, quia Euſebius Sapphonem *duodecimo* Alyattis anno floruiſſe dixerit: ſed Corſinus iudicat, in marmore non 330. ſed 332. ſcribendum eſſe. In Chron. *Euſebiano Hieron.* (vbi vid. Vallarſii notam h. col. 461.) refertur eius et Alcaei aetas ad Olymp. XLV. conf. *Schurzfleiſch.* Notitiam Bibl. Vinar. p. 249 ſq. qui duas Sapphus Ereſiam et Mitylenaeam diſcernendas eſſe putat: vti plures, v. c. *Heinſius* ad Ouid. Her. XV. 17. tom. I. p. 198. edit. Burm. et nuper *Wahl* in vita Sapphus pag. 2 ſqq. Annae Daceriae ſententiam argumentaque ſequutus, iam opinati ſunt. Vide *Kühn.* et *Perizon.* ad *Ael.* V. H. libr. XII. cap. 19. ſed diſſentiunt Bayle in Dict. noſter Fabricius paullo poſt, et Wolf.

refert *Maximus Tyrius* diſſ. VIII. [diſſ. XXIV. p. 297. edit. II. Dauiſii, cuius notam p. 592. conferes,] *Gyrinnam*, *Atthidem*, *Anactoriam* nnnnn), *Gongylam*, *Andromedam*. Ibidem amores Sapphonis cum Socraticis amoribus contendit, eosque non minus atque Anacreontis honeſtos fuiſſe ac pudicos diſputat, vt Archilochum contra ὑβριστήν. Suidas praeter Atthidem amicas Sapphus nominat Teleſillam, Megaramque, (quibus ex Ouidio addi poſſunt *Cydno*, *Mnais*, et *Pyrino*.) diſcipulas *Anagoram* Mileſiam, *Gongylam* Colophoniam et *Eunicam* Salaminiam. *Damophilam* praeterea, *Pamphyliam*, quae cum Sapphone verſata ſit, et ἐραστρια, tum hymnos in Dianam Pergaeam alia que poemata eius exemplo compoſuerit, et virgines diſcipulas habuerit perinde, vt Sappho, celebrat *Philoſtratus* I. 30. de vita Apollonii, [p. 37. edit. Olearii, quem ad h. l. et in diſſ. de poetr. gr. §. 22. conſules.] *Gellonis* quoque Lesbiae virginis meminit Sappho apud *Zenobium* III. 3. prou. In *Doricham* vero, quae *Charaxi* ooooo), (fratris Sapphonis,) amore capta non optima fide cum eo egerat, inuecta eſt teſte *Athenaeo* lib. XIII. p. 556. Meminit illius Dorichae etiam *Strabo* lib. XVII. [p. 808 ſ. p. 1161 ſq. edit. Almel.] et Suidas in Ῥοδώπιδος ἀνάθημα, *Herodoto* enim II. 135. eadem Doricha vocatur Ῥοδῶπις, licet *Athenaeo* obſeruante Rhodopis ſiue Rhodope illa, de qua Herodotus, longe diuerſa fuerit a Doricha Sapphonis. [Weſſeling. vero ad loc. Herodoti p. 168. contra Athenaeum animaduertit, illum ex Strabone noſſe debuiſſe, non Doriches tantum, ſed et Rhodopidis cognomine mere-

Wolf. in vita Sapph. p. 2. qui p. 3. ſqq. rationes annorum colligit, et ex marmore Oxon. efficit, Alcaeum annis multum praeſtitiſſe Sapphoni, ſi huius verſus duo apud *Stobaeum* ſerm. LXIX. p. 429. 19. et in *Neandri* Ariſtol. Pindar. p. 429. n. XXX. p. 60. in edit. Wolfii ad illum, quem ſe repudiat ſeniorem, pertineant. Contra *Cramer*. in Synchron. p. XVIII. illos Sapphus verſus in Anacreontem melius cadere, adfirmat, tribus argumentis fultus. At inquiſitio, num Sappho Anacreontem habuerit aequalem atque amatorem, magis exercuit diligentiam ingeniumque virorum doctorum. Iam Hermeſianax apud *Athenaeum* XIII. p. 598. C. (et ad calcem Epiſt. II. criticae Ruhnkenii, v. 57 ſqq. p. 293.) Sapphum Anacreontis aequalem et ab hoc amatam eſſe canit. Idem p. 599. C. D. quosdam verſus adfert, quos *Chamaeleon* in *libro de Sapphone* ſecundum quosdam tradit, ab Anacreonte in illam compoſitos eſſe, ſubiecta Sapphus reſponſione. Enimuero Athenaeus indicat, Hermeſianactem in iis falli, et per luſum de Anacreontis amore id ſcripſiſſe, et *Diphilum* in *fabula Sapphus* amatores eius Archilochum et Hipponactem Anacreontis aequales finxiſſe. Athenaei ſententiae ſubſcribunt Baulius, et Wolfius, qui tamen in vita Sapphus p. III. et poſtea *Cramer* in Synchronismo p. X. multorum veterum teſtimonia excitant, quibus Sapphum et Anacreontem coniunctos fuiſſe narratur: praecipue Cramer *Horatium* IIII. Odar. IX. v. 9. 10. 11. teſtem adhibet ſenſumque verſuum vberius explanat. Coniunctam igitur vtriusque amorum narrationem ſtudioſe defendit *Barneſius* in vita Anacreontis p. XXVIII. et vberius id fecit *Cramer*. in Synchronismo etc. pag. X ſqq. argumentis Bailii ac Wolfii atque Athenaei examinatis et debilitatis fideque Hermeſianactis ſtabilita et corroborata: qui denique has rationes acute demonſtratas ſubducit, et in tabula quadam ſic comparat: *Anacreon* nat. Olymp. circ. XXXVI. ¾. A. M. 3331. ſ. 3332. *Sappho* nata Olymp. XXXX. 1. A. M. 3349. cum *Alcaeo* clara habetur Olymp. XXXXIIII. ¼. *Anacreon* Olymp. XXXXV. aut ſequenti Sapphus amorem ambit verſibusque celebrat: *Sappho* vero Olymp. XXXXVIII. 2. aut ſq. A. M. 3378. Phaonem deperit, cumeoque rem turpem habet, et Olymp. L. 3. A. M. 3387. digreſſum ab ipſa Phaonem in Siciliam perſequitur et Olymp. LI. 4. A. M. 3392. ab hoc illuſa vitam ſaltu terminat. Olymp. LIII. 2. Aeſopus floret. Olymp. LIIII. 4. Croeſus Lydorum rex vltimus. Anacreon Olymp. LV. et LVI. inſignem gloriam ſuis carminibus et Polycratem ſibi conciliat, atque Olymp. LVII. 4. A. M. 3416. moritur. Hipponax vero circ. Olymp. LX. 1. A. M. 3425. clarus eſt. His rationibus ſubductis Sapphum Anacreontis aequalem fuiſſe demonſtrauit fidemque Hermeſianactis ab Athenaei aliorumque ſuſpicione vindicat. *Harl.*

nnnnn) Conf. *Ouid.* Her. XV. 17. ibique Heinſ. *Harl.*

ooooo) Vid. Suidam in Ἰάδμων. *Harl.*

meretriculam fuiſſe celebrem.] Reliqui duo fratres huius Poetriae, *Larichus* fuere et *Eurygius*; *Cercolas* autem maritus, et Κλεῒς ſiue *Cleis* pppp) filia. Ille vero, [℣] cuius amore exarſit, fuit *Pamphus* qqqq), ex cuius ἔπεσι nonnulla didiciſſe Sapphonem teſtatur *Pauſanias* Boeotic. lib. IX. cap. 29. p. 767. Falluntur enim meo iudicio, qui Sapphonem poetriam, a Lesbia Phaonis amaſia, diuerſam faciunt, vt *Apoſtolius* XX. 14. prouerb. et ante eum *Aelianus* XII. 19. Var. [aliique, in primis Anna Fabri et Wahl, ad depellendam a nomine poetriae amorum, flagitiorum ac libidinis nefandae ignominiam.] Menandri verſus de Sapphone ob Phaonis amores in Leucadem ſe praecipitante ſeruauit *Strabo* X. p. 452. [de quo loco vide Wolf. in vita Sapphus p. 23 ſqq.] Ipſa quidem Sappho κατ᾽ ἐξοχὴν dicta eſt *Poetria* teſte *Galeno* in lib. quod animi mores temperamentum corporis ſequantur. [Ab *Auſonio* Epigr. 32. p. 27. edit. Tollii, vbi vid. interpretes, vocatur:

Lesbia Pieriis Sappho ſoror addita Muſis,
Εἴμ᾽ ἐνάτη Λυρικῶν, Ἀονίδων δεκάτη.

ſed plurium veterum honores laudesque Sapphus collegit atque enumerauit *Wolfius* in vita illius p. 25 ſqq. ibi quoque et paſſim in elogiis commemorantur Comici, qui in fabulis integris, ſub Sapphus nomine editis, eius memoriam et carmina celebrarunt, e. g. Antiphanes Rhodius, Diphilus Sinopenſis, Ephippus Athenienſis, et Timocles Athenienſis: ibidem p. 18 ſq. agitur de eius inuentis et carminibus.] *Plutarchus* de Muſica p. 1136. Ἀριστόξενος δέ φησι Σαπφὼ πρώτην εὕρασθαι τὴν μιξολυδιστὶ ἁρμονίαν, παρ᾽ ἧς τοὺς τραγῳδοποιοὺς μαθεῖν. Scripta Sapphonis haec apud veteres memorantur:

1) Μελῶν Λυρικῶν libri IX. Suid. Maximam partem de amoribus fuere, vnde ἐρωτικὰ μέλη vocant Plutarchus, Athenaeus, Dio Chryſoſt. Orat. 2. de regno. [Librum I. citat *Apollonius* Dyſcolus. vid. Wolf. edit. Sapphus p. 164. nr. 213.] Librum ſecundum et tertium laudat Hephaeſt. in Enchirid. p. 23, 24. et 34. quintum Pollux, VII. 16. ſegm. 73. Athenaeus IV. p. 410. et Atilius Fortunatus p. 2674. inter Putſchii Grammat. ſeptimum idem Hephaeſtion. p. 34. 20. [Octauum, Photius in Bibl. cod. CLXI. pag. 176. Hoeſchelii.] Odarum Sapphonis quarundam argumenta refert et ad legendum, quam ad decantandum, aptiores fuiſſe notat *Demetrius* libro de elocutione §. 167. [vid. Wolf. edit. p. 90. ibique not.] Inter illas fuere etiam ᾠδαὶ ἐπιθαλάμιοι, vt ex Demetrio Rhetore, Dionyſio Halicarnaſſ. Hephaeſtione conſtat et Seruio [in I. Georg. v. 31. vide Wolf. vitam pag. 18.] Sed et Catulli Epithalamium de Heſpero, et alterum Thetidis et Pelei ex Sapphone expreſſum ſuſpicatur *Iſ. Voſſius* p. 18[illegible]. ad Catull. Alia duo illuſtria *Sapphonis* carmina recenſita et emendata videre licet

S 2 in

pppp) Sappho ipſa apud Hephaeſtion. pag. 55. Enchirid.

Ἔστι μοι καλὰ πάϊς χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν
Ἐμφερῆ ἔχοισα μορφὴν ΚΛΕΪΣ ἀγαπητά.

Fabric. adde *Wolfii* vitam Sapph. pagg. 7. et 8. *Harl.*

qqqq) Fabricius memoriae errorem admiſiſſe videtur et ſcribere debuit *Phaon*, cuius amore exarſerat Sapphus. *Pamphus* enim fuit poeta antiquiſſimus. vid. ſupra lib. I. cap. 24. 1. p. 2[illegible]6. Atqui *Pauſanias*, ad quem prouocat Fabric. ipſe ſcripſerat, *Pamphum* Athenienſibus hymnos feciſſe antiquiſſimos, et, increbreſcente ob *Lini* mortem luctu, dixiſſe *Oetolinum*: *Sapphum* autem Lesbiam, ſumto e Pamphi verſibus Oetolini nomine, (τοῦ Οἰτολίνου τὸ ὄνομα ἐκ τῶν ἐπῶν τῶν Πάμφω μαθοῦσα,) Adonin ſimul et Oetolinum decantaſſe: ideo poſtea correxi ſtatim Fabricii errorem, bis repetitum. *Harl.*

in notis eiusdem *Voſſii* ad Catull. p. 113 ſq. rrrrr) *Iacobi Tollii* ad Longin. p. 7 ſq. *Zachar. Pearce* pag. 103. Emendatt. ad Longinum et n. p. 39. [*Toup.* ad Longin. p. 300 ſqq.] et in *Dionyſio Halicarnaſſeo* editionis praeſtantiſſimae Hudſonianae tom. II. p. 47. et 350. 351. Sunt et nonnulla Sapphonis ab Horatio in Odis pulcre tranſcripta et imitatione expreſſa, vt ab Vrſino et eruditis Poetae Venuſini interpretibus animaduerſum.

2) Ἐλεγεῖα. Suid. Ex his forte eſt, quam latino carmine ad Phaonem expreſſit Ouidius in Epiſtolis Heroidum. Eam recenſitam habes in Fului Vrſini Lyricis p. 29. Conſulendus et *Bachetus Meziriacus* in erudito ad Epiſtolas Ouidii Commentario, Gallice edito, tom. I. p. 327. vbi illuſtrat aenigma Sapphus de epiſtola, apud *Athen.* X. p. 450. et *Vrſinus* libri laudati pag. 289. [Palaephatus quidem de Incred. cap. 49. teſtatur, in Phaonis amorem Sapphum ſaepe ceciniſſe.]

3) Ὕμνοι. Menander Rhetor [de Encomiis ſect. I. cap. 2. p. 30. edit. Heeren.] et Iulianus Epiſt. 30. ad Alypium. conf. Bourdelot. ad Heliodor. p. 106. [Quos quidem, vti quoque Hymnum in Dionyſium in *Himerii* Allocutione ad Iulianum, (vid. ſupra inter Pindari ſcripta deperdita, voc. Ὕμνοι) ad libros IX. lyricorum carminum pertinuiſſe credo.] Hymnus in Venerem apud Dionyſium Halicarnaſſ. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. [P]

4) Μονῳδίαι. Suid. *Fabric.* [in quibus, ait *Wolf.* in vita Sapph. pag. 21. noſtra forte Adonim ſimul et Oetolinum decantauit. *Harl.*]

5) Ἐπιγράμματα. Suid. Ex his bina ſuperſunt in Anthologia, et vnum quidem in Timadem, quae innupta deceſſerat. *Fabric.* Alterum eſt in Pelagonis piſcatoris nr. 65. et 66. cum notis variorum in edit. Wolfii, qui in vita Sapphus p. 20. addidit tertium (cum not. Pauw. in fragm. Anacreontis, nr. XCVI. pag. 300.) quod Sapphoni ambigue adſcriptum ex Anthologia inedita Bentleius vulgauit et emendauit in fragm. *Callimachi* nr. 417. pag. 417. et poſt illum *D'Orvill.* (cuius emendationes optimas ſequutus eſt *Brunck* in Analectis etc. reiectis Bentleianis Reiskianisque.) in Vanno critica pag. 193. et *Reiske* in Anthol. gr. Cephalae nr. 515. p. 52. et p. 87 ſqq. notar. qui p. 91. nr. 609. dedit et p. 146 ſq. not. explicuit *Dioſcoridis* epigramma in Sapphum. *Harl.*

6) Ἰαμβοι. Suid. *Fabric.* [*Eudocia* eorum non meminit in Violar. p. 383. atque neſcio, an pars tantum fuerint hymnorum. *Iulianus* quidem ep. 30. ad Alypium p. 403. edit. Lipſ. et in Wolfii editione Sapphus p. 106. nr. III. laudat Alypii *iambos*, quos tales eſſe ait, quales pulcra Sappho ſolet *hymnis ſuis intexere.*

7) Σκόλιον de Admeto, quod alii *Alcaeo*, alii *Sapphoni*, alios *Praxillae* adſcribere teſtatur *Pauſanias* in Lexico Attico apud *Euſtathium* ad Iliad. *B'.* p. 247. 20. qui illius initium ſeruauit; et ex eo *Eudocia* p. 22 ſq. vid. ſupra, *Praxilla.* Fragmentum Sapphoni tributum a Wolfio, et quod legitur apud *Plutarch.* Oper. Moral. p. 456. E. Pindaro adſcribit *Schneider* in

rrrrr Conf. tum praeterea notas Hudſoni, Schurtzfleiſchii, Mori et] eruditiſſimi Boiuinii ad Longinum p. 263 ſq. qui e MS. antiquiſſimo Longini quod exſtat in bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi quaedam Sapphonis loca non infeliciter reſtituit. [Omnium notas ad plura Sapphus carmina, quae variis Anacreontis editionibus adhaerent, collegit *Wolfius* in editione ſua; et confer de aliorum conaminibus et periculis criticis notam Wolfii pag. 4. et pag. 27 ſqq.] Reſpicit et locum Sapphus *Lucianus* in amoribus tom. I. p. 905. cui p. 3 ... celebratur τὸ μελιχρὸν ... Σαπφοῦς.

in Fragm. carm. Pindar. p. 67. Aliud fragmentum Schol. *Pindari* ad Pyth. 4, 408. refert ad Sapphonem, quod *Plutarchus* apud *Proclum* ad Heſiodum pag. 105. a. adſignat Pindaro, cuius auctoritatem praefert Scholiaſtis fidei *Schneider* cod. loco p. 93 ſq. nr. CXVII. *Brunck* id ad mentem *Toupii* ad Suidam II. 161. emendatum repoſuit inter fragmenta Sapphus vltimo loco: contra *Valckenarius* Animadu. ad Ammon. p. 102. mutationem Scaligeri probarat, et pro Sapphico habuerat. *Harl.*]

8) Verſus ad Anacreontem, quos ex Chamaeleonte ἐν τῷ περὶ Σαπφοῦς refert Athenaeus lib. XIII. p. 599. non dubitat, Sapphoni eſſe ſuppoſitos ab Hermeſianacte.

Exiguae quaedam carminum Sapphonis reliquiae, aliquoties lucem viderunt cum Anacreonte, vt ſupra, cum de hoc agerem, notare me memini. Diligentius Fragmenta eius collegit *Fulvius Vrſinus* p. 7 — 56. et 281 — 295. quamquam video eius induſtriae tum in hac tum in reliquis Lyricis nonnulla accedere poſſe. [Repetiit et auxit tum variis nouis atque veterum teſtimoniis, tum omnium, quotquot reperiri potuerunt, interpretationibus crebro laudatus *Io. Chriſt. Wolf* in pleniſſima editione:

Sapphus poetriae Lesbiae fragmenta et elogia, quotquot in auctoribus antiquis graecis et latinis reperiuntur, cum virorum doctorum notis integris, cura et ſtudio Io. Chriſtiani Wolfii, in Gymnaſii Hamburgenſi prof. publici, qui vitam Sapphonis et indices adiecit. Hamburg. apud Abraham. Vandenhoeck. 1733. 4.

In fine praefationis memorat praeter ornamenta, quae a Steinheilio, D'Orvillio, Vffenbachio, et la Croze acceperat, *Io. Gothofr. Cyrilli* ſiue *Henrici* imitationem gr., *Sapphicam Chriſtianam*, quae in illius poematibus graecis et latinis pag. 78. legitur et argumentum pericoparum euangelicarum carmine Sapphico exhibet; tum *Sapphus* Lesbiae ad Phaonem Siculum, dilectum ſuum, Epiſtolam metam, carmine latino haud ineleganti, in tom. III. Catalogi Vffenbachiani cod. LXXV. nr. 14. pag. 547. excitatam, quamquam codicem videre non potuerit, Ouidii Epiſtol. XV. Heroidum eſſe exiſtimat; denique diſſertatiunculam, quae eodem anno 1733. Londini prodiit, inſcriptam: *Advice to Sappho*, occaſioned by her verſes on the imitator of the firſt Satyre of the ſecond book of Horace, by a Gentlewoman, quae praeter Sapphus nomen nihil ad eius res pertinens continere videatur. — Tum *Brunck* in Analectis poet. graec. tom. I. p. 54 ſqq. dedit correcta XII. carmina et fragmenta Sapphus, paucisque notis expliauit criticis tom. III. p. 8 ſq. — Duas odas recepi in Anthologiam gr. poeticam et explicui, atque de ſuauitate, vi, naturali pulcritudine, nec non venuſtate ac gratia, quae ex contextu vinculisque orationis atque compoſitionis leuitate, quae noſtra aetate vix ſentiri poteſt, ex Dionyſio Halicarn. ac Longino iam diſſerui in Introd. in Hiſt. L. Gr. pag. 56 — In alias linguas odae praecipue longiores II. vna cum Anacreonte, (quem vide) crebro ſunt translatae. De germanicis vide *Schummels* Ueberſetzer-Biblioth. pag. 19 ſq. et 342. quibus addatur verſio carminis Φαίνεταί μοι etc. eodem metro et pari ſyllabarum numero a Comite *Chriſtiano de Stolberg* confecta in: Deutſchen Muſeum m. Ianuar. an. 1780. alia in Ephem. noui Lipſienſ. an. 1780. ſcida 97. p. 792. adde Wolfii notas ad Sapphus carmina, not. 45. p. 37. — *Latinas* et *gallicam* Boilauii recudi fecit Wolfius in ſua editione. — Inter anglicas notanda eſt: *Sapphus* odae, fragmenta (VI), Epigrammata duo, gr. cum verſione anglicana et notis et vita Sapphonis; to the works of Anacreon, by Mr. *Addiſon.* Londin. 1735. 8. — Apud *Paitonum* in Biblioteca degli Autori ant. gr. e lat. volgarizzati,

tom. IV. p. 6. memoratur *Diſcorſo di Franceſco Angvilla, ſopra quell' Oda di Saffo, che comincia, Parmi quell' huomo* etc. Ven. 1572. 4. *Harl.*] *Callias* Lesbius olim vt Alcaei, ita Sapphonis quoque poemata commentario illuſtrauerat, teſte Strabone, [lib. XIII. pag. 618. *Dracon*, Stratonicenſis, grammaticus, de Sapphus verſibus librum ſcripſit. vid. *Suidas* in Δράκων, et *Eudoc.* p. 133.] Varii quoque Comici Sapphonis nomine dramata ediderunt, vt *Antiphanes*, [de cuius dramate et gripho ex illo vid. *Caſaub.* ad Athen. X. cap. 19. p. 760. et *Euſtath.* ad Iliad. ἑ. p. 459. 29.] *Diphilus*, *Ephippus*, [*Timocles* ἐν Σαπφοῖ. vid. Athen. VIII. p. 339.] de quibus infra in notitia Comicorum. Non in flore aetatis deceſſiſſe, ſed ſenium attigiſſe, ipſa teſtis eſt apud *Stobaeum* ſerm. LXIX. ὁ γὰρ πλάσσομ' ἐγὼ συνοικεῖν ἔσσα γεραιτέρα. Mitylenaeis tanti poſt mortem viſa eſt Sappho, vt eius vultu numos ſuos ſignarent teſte *Polluce* IX. 6. 437. qualem numum exhibet *Vrſinus* pag. 2. fragmentor. et in elogiis Virorum illuſtrium p. 38. alium *Sponius* p. 130. Miſc. eruditae antiquitatis: alios praeterea binos *Hemſterhuſius* p. 1064. ad Pollucem. Idem factum ab aliis Lesbi ciuitatibus, vt ab Antiſſenſibus. vid. *Chriſt. Sigism. Liebe* Gotham numariam, pag. 162. [*Wolf.* ad Olearii Diſſ. de poetr. gr. p. 184. numum aeneum commemorat, in cuius auerſa *Sappho ſedens* cum epigraphe ΛΕΣΒΙΩΝ ΣΑΠΦΩ. Statuas, gemmam et ſex nummos aeri inciſos repetiit *Wolf.* in fronte edit. Sapphus et illuſtrauit in vita illius p. 26 ſqq.] Sed et *Alcaeum* in numo Mitylenaeorum obſeruat *Holſtenius* ad Steph. p. 216. Confer Harduinum in numis vrbium illuſtratis. De *Sapphonis* ſtatua ****) aerea a Silanione artifice fabricata meminit praeter Tatianum *Cicero* IV. 57. in Verrem. Sunt, vt dixi, qui etiam alteram volunt fuiſſe Sapphonem Lesbiam, meretricem, non poetriam, vt ait *Aelianus* XII. 19. Var. Sed et huic poemata Lyrica a quibusdam tribui. Suidas, non accuratiſſimus in diſtinguendis ſcriptoribus auctor, retulit. Confer, ſi placet, quae in hanc rem elegans et eruditus ſcriptor *Baelius* in Lexico, vbi de Sapphone. De Sapphus Poetriae et Phaonis amoribus conſulendae mihi hiſtoriae e *Humfredi Prideaux* ad Chronicon Marmoreum Arundelian. p. 200. 201. Sapphus icon in tomo II. Theſauri Antiqu. Graecar. Gronouiani tabula 34. e ſchedis Fuluii Vrſini, vbi, quod mireris, Ereſia adpellatur. Sappho vetere icone expreſſa in Journ. des Sçav. II. p. 695. an. 1716.

LIV. *β'*. SCYTHINVS Teius, Iamborum Poeta, cuius mentio eſt apud Stephanum Byz. in Τέως.

LV. SIMONIDIS Iuliter Cei, Ceo, inſula Aegaei maris, Cycladum vna, et quidem eius vrbe Iulide, (Strabo X. p. 745 ſq.) orti, magnum encomium legitur apud *Platon.* I. de Rep. Σιμωνίδῃ γε οὐ ῥᾴδιον ἀπιστεῖν, σοφὸς γὰρ καὶ θεῖος ὁ ἀνήρ. Natus Olymp. LV. 4. *****)

Verſatus

****) Sapphus ſtatua quoque inter Herculanenſes nuper edita eſt, ait *Klotzius* Lection. Venuſin. p. 64. *Harl.*

*****) In aetate Simonidis definienda non omnes conſentiunt. *Suidas* in voc. Σιμωνίδης, ex Scholiaſte ad *Ariſtophanis* Veſpas, v. 1402. natum eum eſſe, ſcribit, Olymp. LVI. (ſic in contextu graeco; Portus vero bene correxit in verſione latina LV.) aut ſecundum alios, Olymp. LXII. et extendiſſe vitam ad Olymp. LXXVIII. annumque aetatis LXXXIX. Quo loco doctiſs. *Schwarzius* in Notitia Bibl. Vinar. p. 241. poetam ad Olymp. circiter LVI. vel LXII. reponendum putauit. Olymp. LIII *Simonides lyricus agnoſcebatur*, legitur in Chronico Paſchali, p. 143. edit. du Freſne, Pariſ. 1655. fol. qui in notis p. 504. prouocat tantum ad Scaligerum ad Euſeb. p. 93. nec errorem Chronographi odoratus eſt, quum eo tempore nondum natus eſſet Simonides. — In marmore Arundel. etiam fit mentio Simonidis, Olymp. LXXII. 4. S...

des, auus Simonidis poetae, ipſe poeta; Olymp. LXXV. 3. Simonides, filius Leoprepis, Ceus, qui artem memoriae inuenit, vicit Athenis, quum doceret carmina, Adimanto magiſtratu: Olymp. LXXVII. 4. Simonides poeta mortuus eſt, nonagenarius, Theagenide magiſtratu, in quibus omnibus eſt vnus idemque Simonides noſter, et auus dicitur iunioris, nepotis, qui genealogus vocatur. At *Lydiatus* ad marmor, pag. 57. edit. Pridauii, *Bentleius* in Reſponſ. ad Boyle, de aetate Phalaridis p. 20 — 22. (vbi multus eſt de poeta noſtro et marmoris loco,) *Corſinus* in Faſtis Atticis tom. III. (vbi p. 102. ad LV. $\frac{2}{3}$. natales Simonidis ponit, et de loco *Cyrilli* contra Iulian. I. pag. 13. tom. VI. Oper. edit. Pariſ. qui per errorem ſiue memoriae ſiue alius, a quo deceptus eſt, Simonidem, infantem tum adhuc, iam Olymp. LVI. clarum et praeter omnem hiſtoriae fidem, Chilonis, vnius ex VII. ſapientibus, aequalem fuiſſe ſcribit, minus recte diſputat, minusque ſcite cum Lydiato lectionem ἐγνωρίζετο in ἐγένετο mutauit,) p. 171. *Burettius* ad Plutarchum de Muſica, tom. XIII. Comment. Soc. Reg. Pariſ. Inſcr. p. 250. (vbi de noſtro agit vberius,) in locis marmoris Parii duo inueniſſe ſibi viſi ſunt Simonides. (Multis oſtendit Boiſſy l. mox laud. p. 28 ſq. errorem ex Seldeni verſione fluxiſſe ſed idem pag. 3. ἐγένετο legi vult.) Enimuero otium fecit nobis, omnium paene tam veterum quam recentiorum narrationes atque opiniones de aetate Simonidis compoſuit atque diligenter examinauit, ſuas rationes et argumenta ſollerter explicuit et firmiter ſtabiliuit, de noſtroque poeta intelligenter et copioſe diſſeruit *Petrus Gerardus Duker* in diſſertatione ſub praeſidio *Rykl. Mich. van Goens*, (tum temporis hiſtoriae, eloquent. AA. et L. Gr. Prof. Extraord.) habita *de Simonide Ceo, poeta et philoſopho*, Traiecti ad Rhen. 1768. 4. cap. II. pag. 13 — 37. vbi ad p. 17. in tabula quadam chronologica has ſubduxit rationes: *Simonides* naſcitur Olymp. LV. 2. V. C. 195. a. Chr. 557. A. M. 3446. Per. Iul. 4156. Hipparchi vtitur fauore Olymp. LXII. 4. V. C. 225. a. Chr. 527. Cambyſis hiſtoriam ſcripſit Olymp. LXIII. 4. V. C. 229. a. Chr. 523. Aeſchylum vincit in ludis carmine elegiaco in memoriam eorum, qui in pugna Marathonia occubuerant, Olymp. LXXIII. 1. V. C. 266. ante Chr. 486. Spartam videtur abiiſſe: lyrico carmine Leonidam laudat cum 300. Spartanis, qui ad Thermopylas erant caeſi, Olymp. LXXV. 1. V. C. 274. ante Chr. 478. et anno ſequenti innoteſcit Pauſaniae. Tum octogenarius victoriam iterum reportat, ſcriptis epitaphiis, in laudem eorum, qui praelio Plataeenſi occubuerant, e Spartanis et Atheníenſibus Olymp. LXXV. 3. V. C. 276. ante Chr. 476. Anno ſequenti, relicta Sparta, confert ſe in Theſſaliam ad Aleuadas, et Olymp. LXXVI. 1. artem μνημονικὴν inuenit: quo facto ab Hierone inuitatus confert ſe in Siciliam Olymp. LXXVI. $\frac{3}{4}$. V. C. 280. 1. ante Chr. 472. 3. et eodem anno, quo Socrates naſcitur, fato defungitur an. aet. 89. in Sicilia (vid. *Goens* p. 63 ſq.) Olymp. LXXVII. initio anni 4. V. C. 285. ante Chr. 467. A. M. 3536. Per. Iul. 4246. Sepulcrum, quod ad tempora vsque belli inter Syracuſanos et Agrigentinos geſti ſubſtitit, ipſi, probabiliter iuſſu Hieronis, poſitum eſt. Genealogia poetae haec eſt, eodem auctore, ad fidem ſenſumque marmoris Arundeliani declarandum: Simonidis auus fuit *Hyllichus*; (vid. fragm. *Callimachi* a Scholiaſte Pindari ad Iſthmion. od. 2. ſeruatum,) pater, *Leoprepes*, (vid. *Simonidis* epigr. apud Ariſtid. tom. III. p. 645. Canteri. alterum apud Plutarch. num ſeni ſit gerenda respubl. tom. II. Opp. p. 785. et ſchol. Hermog. p. 410. adde *Aelian.* V. H. lib. IV. cap. 24.) et noſtri filia incerti nominis, e qua vidit nepotem *Simonidem*, iuniorem, (cum noſtro ſaepe confuſum,) itidem Ceum, poetam et *Genealogum*; quo nomine citatur a Schol. Apollonii Rhod. ad lib. II. v. 868. et Etym. M. v. Ἴτανις, ſcripſit enim libros Genealogiarum, vt paullo inferius videbimus. Denique p. 32 ſqq. docte refutat *Reiskium*, qui, ſententia Fabricii relicta, in Notitia poetarum Antholog. p. 260 ſq. ſtatuit, Simonidem noſtrum demum poſt Olymp. LXXXII. eſſe defunctum. vide infra ad Simonidis carmina nr. 6. adnotata. Secundum *Larcher* in Chronol. Herodotea p. 568. *Simonides* natus eſt Olymp. LV. 3. V. C. 197. Per. Iulian. 4157. obiit Olymp. LXXVIII. 1. V. C. 286. ante Chr. N. 468. Per. Iulian. 4246. anno aetatis completo 89. init. 90. duce marmore Oxon. epoch. 58. (73.) adde *Voſſium* lib. I. de poetis graecis, pagg. 201. 203. et 206. qui Simonidem ab *Euſebio* Olymp. XXIX. memoratum, non de Muſico, vt *Goens* in diſſ. p. 18 ſq. docuit eſſe intelligendum, ſed de Amorgino illo, iambico, quem Proclus laudat in Excerptis Photii p. 342. minus recte explicat, atque noſtrum poetam, ſtatuit, natum eſſe Olymp. LV. mortuum vero Olymp. LXXVIII. recteque diſtinguit a nepote Genealogo, circa Olymp. LXXVII. claro. adde *Bayle* Diction. voc. Simonide, vbi Bailius multa ſuper ſententiis quibusdam atque effatis Simonidis acute dixit, ſuoque more atque ingenio dubitante de deo rebusque diuinis philoſophatus eſt: *Burettum* in Comment. Soc. Reg.

Verſatus eſt cum *Pittaco* Mitylenaeo uuuuu), *Hipparcho* tyranno Athen. [Plat. tom. II. pag. 228. C. Steph.] *Pauſania* Rege Lacedaemoniorum, [vid. *Aelian.* V. H. libr. IX. cap. 41. et M. *Hagendorn.* diſp. ad illum locum. Altdorf. 1680.] et *Hierone* Syracuſ. Tyranno, vt ex [P] Schol. *Pindar.* Olymp. od. II. v. 29. et ex eodem *Platone* tom. III. Opp. 311. conſtat. Sed et cum *Themiſtocle*, vt docet *Plutarchus* in Themiſtoclis vita, [pag. 449 ſq. tom. I. Opp. edit. Reiskii. conf. *Goens* diſſ. m. p. 54.] et cum *Aleuadis* Theſſaliae regibus, teſte *Sozomeno* praef. ad Hiſt. Eccleſ. [vid. ad Theocrit. XVI. 34. *Goens* l. c. p. 59. ac p. 60 ſq. de amicitia cum Hierone.] Annos vixit Simonides circiter nonaginta, et cum aetate prouectus Pindarum inſtituiſſet, diem obiit ſupremum Olympiade LXXVIII. Aemulus eius fuit *Laſus* vvvvv) Hermionenſis, teſte *Ariſtophane* in Veſpis, [v. 1402. vbi vid. ſchol. et *Goens* diſſ. de Simonide p. 52.] tum *Timocreon*, Rhodius, Poeta Lyricus et ipſe, de quo infra ſuo loco [Naufragium Simonidis illiusque hiſtoriam apud Phaedr. IIII. fab. 21. fabellis adſcribit *Goens* p. 68 ſqq. et *de Boiſſy* praef. ed. 2. p. X—XXI.] De dictis et factis Simonidis operae pretium eſt videre Xenophontem, in Hierone teſtantem wwwww) inter alia, cum in acie quoque aduerſus hoſtes ſtetiſſe, et quae collegerunt Gyraldus, atque in Lexico h. v. Baelius, ſcuius errorem in nota E. de Suidae loco et ſepulcro Simonidis deſtructo, culpat emendatque *Goens* p. 65 ſq.] Nam meo quidem inſtituto ſatis fuerit ſcriptorum Simonidis catalogum hic exhibere, quae ad vnum omnia interciderunt exceptis fragmentis collectis a Camerario et Hertelio inter Gnomologos, de quibus ſupra cap. XI. tum in Anthologia Pindarica *Mich. Neandri* p. 395. et in Lyricis *H. Stephani* p. 272. 424. et 451. longeque diligentius a *Fulu. Vrſino* p. 153 — 198. et 325 — 34[illegible]. quibus nonnulla addidit *Theodorus Canterus* lib. II Var. Lect. cap. 7. [tum in *Winterton* poetis minoribus graecis, p. 443 ſqq. plenius et curatius in *Brunckii* Analect. vett. poet. gr. vol. I. p. 120 — 147. Is dedit CXII. epigrammata et fragmenta variorum poematum, quibus vnum e *Tzetzae* Chil. I. 310. et duo alia, ab *Ariſtotele* in Hiſt. Animal. p. 122. edit. Sylburgii et in libro de rhetor. p. 92.

Reg. Pariſ. Inſcript. tom. XIII. p. 250 ſqq. *Winkelmann.* Hiſtoriam artis antiquitat. part. II. edit. Dresdenſ. p. 322. et Hiſtoire de Simonide et du Siecle, ou il a vécu, avec des Eclairciſſemens chronologiques par M. *de Boiſſy*, Fils. Paris, 1755. 8. — nouvelle edit. entiérement refondue et augmentée. ibid. 1788. 8. in qua auctor multa retractauit, correxit auxitque: in eius parte I. hiſtoria Simonidis enarratur vsque ad eius iter in Siciliam; in parte II. ab illius aduentu Syracuſis vsque ad reliquum vitae: quem tamen librum oculis vſurpare non licuit; cl. *Car. Gottl. Sonntag* Hiſtoriam poeſeos graecae breuioris ab Anacreonte vsque ad Meleagrum ex Anthologia gr. adumbrata. Lipſiae, 1785. 8. p. 12 ſq. *Harl.* Boiſſyus, cuius libri ſecunda vtor editione, multo copioſior eſt in rebus tum in Graecia Siciliaque geſtis et earum chronologia explicanda, quam in hiſtoria Simonidis. Conſentit cum Goenſio in annis nat. et mort. Sim. niſi quod a. 558. a. Chr. natum et 469. a. C. mortuum dicat. *Beck.*

uuuuu) *Plato* tom. I. Opp. p. 343. edit. Steph. diſputantem tantummodo inducit Socratem cum Prodico et aliis de ſententia Pittaci, quam Simonides alicubi in carminibus minus ſubtiliter propoſitam fuiſſe dixerat: is igitur non verſatus eſt cum Pittaco, Olymp. XLIII. Mitylenaeos regente, et Olymp. LII. 3. octogenario maiore defuncto; locum igitur Platonis male intellexerunt *Burette* tom. XIII. vbi ad Plutarchum de Muſica agit de noſtro, aliique. v. *Goens* diſſ. de Simonide p. 23. 24. *Harl.* et Boiſſy p. 60 ſq. *Beck.*

vvvvv) De hoc *Laſo* conſules vbi lubebit, ſcriptores a me laudatos ſupra lib. I. cap. XVI. §. 4. [et paullo ante nr. XXXVI. β'. De eius lite cum Pindaro vid. *Schol.* ad *Pindari* Olymp. II. v. 1[illegible]. fin. De *Timocreone* vid. *Diogen. Laert.* lib. II ſect. 46. pag. 10[illegible]. edit. Amſtel. ac Simonidis acerbum in Timocreonem, ſatis defunctum, epigramma, in Anthol. lib. III. cap. 6. Epigr. 38. p. [illegible] edit. Brod. *Harl.*]

wwwww) Id quidem ex ſerie orationis non patet, p. 911. C. *Harl.*

p. 92. edit. Cantabr. ſeruata adiecit in notis, tom. III. p. 18. et 25. in quibus praeter ea retractauit quaedam; epigr. LXVI. cui praua interpunctione *Pauſaniae* p. 222. deceptus locum inter reliqua dederat, propter temporis rationem ei p. 21. abnegauit: carmen iambicum de mulierum vitiis profectum eſſe ſuſpicatur p. 23. a Simonide Amorgino aliaque ab epigrammate LXXVII. non eiusdem Simonidis, ſed alius eiusdem nominis, intertexuit. In Anthol. gr. Cephalae, edit. Reiskii epigr. 453. 465. 466. 467. (quod dederant *Allatius* in Diatriba de Simeonibus p. 214. *Weſſeling.* ad Diodor. Sicul. tom. I. p. 425. aliique, vide *Reiskium* in Notis ad Anthol.) 468. 469. (quod idem p. 53. alii tribuit Simonidi, vti quoque carm. 470.) 591. 703. 705. et ſq. 715. 746. Neque enim omnia vni Simonidi noſtro tribuenda recte cenſet *Reiskius* in Notitia ſubiecta p. 260 ſq. qua de ſententia poſtea locus erit diſſerendi. In ſcholiis ad Homerum Marcianis et Euſtathii ſaepius occurrunt nomen et fragmenta Simonidis, e. g. ad Iliad. β'. 1. 2. 219. κ'. 252. ν'. 103. bis. δ'. 79. etc. in *Apollonii* Lex. Hom. p. 582. *Etym. M.* coll. *Schneidero* in Fragm. Pindar. p. 75. nr. LX. et *Montfaucon* in Bibl. Coisl. p. 462. — Separatim editum eſt:

Simonidis carmen, inſcriptum περὶ γυναικῶν de mulieribus; recenſuit atque animaduerſionibus illuſtrauit Georg David Koeler. Gotting. 1781. 8. Pag. 1. incipit de auctore carminis diſputare, quem cum *Boiſſy* in Hiſtoire de Simonide p. 272 ſq. (p. 179. ſq. ed. nou.) et *Brunckio,* (vti quoque Fabricius in vet. notis ſenſerat, et antea *Allatius* de Simeonum ſcriptis, p. 206.) *Simonidem Amorginum*, quem veteres ἰαμβογράφον frequenter adpellarunt, fuiſſe exiſtimat; cl. Heynius in praef. cenſet, magnam poematis partem intercidiſſe, neque id ab inuenti felicitate atque orationis arte multum merere laudis, quamquam ſimplicitatem et orationis elegantiam ac grauitatem haud negat, et emendationes ſubiicit. Id carmen graeca proſa expreſſit Theodoſius Melitenſis de nuptiis Theophili et Theodorae a. C. 830. latinis verſibus *Taubmannus, Grotius* in Stobaeo ſuo p. 312. et *Buchananus,* qui pleraſque Simonidis reliquias eleganti metaphraſi latina donauit: gr. et lat. leguntur in edit. Baſileenſi poematum Buchanani, A. Turnebi, Mich. Hoſpitalii, Io. Aurati, et Caroli Vtenhouii, in 8. apud Guarin. Neruium pag. 308 — 319. — Carmen, *Danae* Monolog. in *Koeppen* Anthol. gr. part. III. p. 163. et germanice verſum cum animaduerſionibus, in: *G. W. C. Starke* Gedanken über die Ueberſetzung griechiſcher und römiſcher Dichter, nebſt einzelnen Gedichten des Ovid, Mimnermus, Theognis, Pindar, Bacchylides und Simonides überſetzt. Halae Saxon. 1790. 8. pag. 40 ſqq. — *Sententiae* et fragmenta Simon. ſunt quoque in Collectione Sententiarum *Frobeniana*, in Sylburgii Collectione de mulieribus et alia apud Stobaeum cum interpr. latina Grotii in *Brunckii* Gnomicis poet. gr. p. 94 ſqq. et not. p. 311 ſqq. in Corpore poet. gr. tragic. etc. tom. II. p. 121. et 125.

Tum adhuc notandum eſt, eum inueniſſe litteras graecas, η, ω, ζ, ξ, al. ψ, qua de re indeque orta controuerſia grammatica multus eſt *Goens* diſſ. mem. per integram ſectionem primam capitis quarti p. 72 ſqq. cum primis p. 79 ſqq. (Cf. de Boiſſy p. 190 ſq.) adde ſupra ad vol. I. lib. I. cap. 23. p. 201. a me adnotata; *Salmaſ.* ad Inſcript. antiqq. Herod. Attic. et Regill. p. 221 ſqq. nec non grammaticum, ad Dionyſ. Thracem in cod. Veneto CCCCLXXXIX. ap. *Villoiſon.* in Anecd. gr. part. II. 186. qui Simonidem inuentorem prodit vocalium η et ω. Epicharmum vero, Syracuſium, conſonantium ζ, ξ. cf. *Lucian.* in iudicio vocalium cap. 5. tom. I. ibique longam eruditamque notam Hemſterhuſii, et cel. *Villoiſon.* in Prolegom. Homericis

p. V ſq. not. — Alterum Simonidis inuentum eſt *ars memoriae*, τὸ μνημονικὸν vocatur in marmore Pario. Illud vero, prout celebratur a *Cicerone* II. de oratore cap. 86. *Plinio* H. N. lib. VII. cap. 24. aliisque, maiorem laudem a religione et occaſione, quam ab ipſa arte reique magnitudine obtinuiſſe et meruiſſe videtur. Namque ſedes commodum animo ſignare et tenere memoria, quomodo ad artis ingeniique gloriam multum valeat, equidem non perſpicio. Cautius igitur ſcripſit *Quinctil.* Inſt. Orat. lib. XI. cap. 2. §. 11 — 17. *Artem memoriae primus oſtendiſſe dicitur Simonides: cuius vulgata fabula eſt*; enarrata illa, atque magna inter auctores diſſenſione, cui ſcriptum ſuerit Simonidis carmen, memorata, ita concludit: *quamquam mihi totum de Tyndaridis* fabuloſum *videtur: neque omnino huius rei meminit usquam poeta ipſe, profecto non taciturus de tanta ſua gloria*: cuius ſententiae prior pars vera mihi eſſe videtur, altera vero, temere ſumta, ita poteſt remoueri, ſaltem excuſari, vt reſpondeatur, Quinctiliani aetate plurima aut multa Simonidis carmina iam intercidiſſe. Sed vid. *Gerus* l. c. ſect. II. cap. IV. p. 94 ſqq. vbi praeter ea de Scopa, ſ. Scopade, Scopadumque gente, et contra *Perizon.* ad Aelian. V. H. lib. XII. 1. de Scopa, Pario, ſculptore egregio, Olymp. XCVI. aliisque cognominibus, de errore *Lydiati* ad marmor Parium, *Burette* in Memoir. de l'Acad. des Inſcript. tom. XIII p. 257 ſq. et aliorum, qui inuentum artis memoriae referunt ad iuniorem Simonidem Genealogum, docte agit. adde *Burmannum* II. ad *Henr. Valeſii* Emendatt. lib. III. cap. V. p. 84 ſq. *Harl.* et de Boiſſy p. 21 ſq. *Beck.*] Scripſerat itaque Simonides Dorica dialecto:

1) Καμβύσου καὶ Δαρείου βασιλείαν. Suid. [et *Eudocia* p. 383.] in Σιμωνίδης et Schol. Ariſtophanis ad Veſpas. [v. 1402. qui eſt locus claſſicus de ſcriptis noſtri.]

2) Ναυμαχίαν Ξέρξου ſiue τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, μελικῶς. Suid. et Schol. Ariſtophanis, Schol. Apollonii lib. I. v. 211. Ex hoc opere videtur *Diodorus Sic.* lib. XI. pag. 248. xxxxx) referre encomium Lacedaemoniorum, qui ad Thermopylas fortiſſime pugnantes cecidere cum duce ſuo Leonida.

3) Τὴν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίαν, δι' ἐλεγείας. Suidas, Schol. Ariſtoph. Pauſanias de meius Comm. [p. 1328. Putſch. e quo recte colligit *Gerus* l. c. p. 51 ſq. ſcriptum fuiſſe genere iambico.]

4) Θρῆνοι. [in his regnabat. conf. *Schneider.* fragm. Pindari, p. [illegible]] Suid. Scholiaſtes Ariſtoph. et Theocriti. Ex his threnis videtur petita *Danaë*, miſeriam ſuam ὀδυρομένη apud Dionyſium Halicarnaſſ. in calce libri περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. *Threnum* Simonidis in Lyſimachum Eretrienſem memorat Harpocratio in Ταμίαι. Confer *Meurſium* Attic. Lect. IV. 7. *Threnos ſiue Planctus optime ſcripſit Simonides*, inquit *Porphyrio* ad Horat. [vid. *Dacier.* ad Horat. lib. II. od. 1. *Ceae retractes munera Naeniae*, pag. 41 ſq.] Meminit et Georgius Goleſtina apud *Leonem Allatium* lib. de Simeonum ſcriptis p. 210. *Quinctiliano* autem X. 1. 64. Inſt. iudice, praecipua Simonidis in commouenda miſeratione virtus fuit, quod praeter Catullum, Dionyſium Halicarnaſſ. et Horatium confirmat [illegible] ad Marmontium. *Anthol.* tom. I. p. 114.

xxxxx) Pag. 412. edit. Weſſeling. quem vide, qui vero, dum ſcribit, Fabricium nullam illius feciſſe mentionem, primam tantummodo editionem Bibl. Gr. habuit. *Harl.*

p. 134. Ποῖος, ait, ταῦτα Σιμωνίδης θρηνεῖ; [adde *Ciceron.* de N. D. I. 22. Alia de noſtri poetae ingenio iudicia collegerunt *Baylius* in Diction. voc. Simon. *Craſſius* in Hiſt. poet. gr. p. 462. *Faber* in vita poetarum graecorum, aliique. De eius alto ſtilo vid. *Uffenbach.* Bibl. MSS. p. 632. Eius εὐτραπέλους λόγους imitatus Stratonicus Citharoedus, teſte *Athenaeo* VIII. p. 352. Quinquagies ſexies Simonidem viciſſe dithyrambis ſuis cum cycliis choris, ex duobus epigrammatibus docet *Bentlei.* in Reſponſ. ad Boyle p. 169 ſq. ex interpr. lat. Lennepii, eaque emendat; idem edidit et corrigit duo alia Simon. epigrammata, p. 258 ſq. Apud *Athenaeum* lib. VIII. cap. 17. p. 364. in parodia quadam τῶν μεγάλων Ἠοίων excitatur Simonides.] Nihilominus idem *Simonides* propter ſingularem ſuauitatem meruit, vt diceretur *Melicertes*, teſte Suida et Schol. Ariſtoph. [▪] [ad Aues. 1402.]

5) Ὕμνοι et Παιᾶνες. *Menander* Rhetor [de encomiis, ſect. I. cap. 2. p. 31. edit. Heeren.] Suidas, et Schol. Ariſtoph. Hymnum Simonidis *in Neptunum* memorat Schol. Euripidis ad Medeam v. 4. At Hymnus *in memoriam*, de quo *Philoſtratus* lib. I. cap. XI. de vita Apollonii, et inde *Suidas* in Σιμωνίδ. non Simonidis fuit, ſed Apollonii. [H. in Bacchum et Venerem meminit *Himerius* in λαλιᾷ ad Iulian. imper. vid. Catalog. MSS. Vffenbach. p. 632.] Falſum interim adparet, quod plane nullos in Deum hymnos ſcripſerit Simonides, vt tradit *Ioh. Tzetzes* Chil. VIII. hiſt. 228. yyyyy)

Οὐδ' ὕμνους ἔγραφε Θεοῖς αὐτὸς ὁ Σιμωνίδης,
Ἐκκλίνων τὸ ἀνάργυρον, ἔγραφε δ' αἴνους παίδων,
Ἀφ' ὧν ἐλάμβανε πολὺ καὶ διαρκὲς χρυσίον.
Ἐρωτηθεὶς δὲ πρός τινων, τί πρὸς Θεοὺς οὐ γράφεις;
Πρὸς παῖδας αἴνους γράφεις δέ; ὁ Σιμωνίδης εἶπεν,
Ὅτι οἱ παῖδές μοι Θεοὶ, ὡς ἐξ αὐτῶν λαμβάνων.

6) Μέλη varii generis, praecipue ἐπινίκια, Theophyl. ep. 8. atque ἐγκώμια. *Theocritus* zzzzz) Idyll. 16. v. 44. Suidas, Schol. Ariſtophanis, Theocriti et Pindari. Περὶ Βα-τύλου. *Apoſtolius* centur. XV. prouerb. 97. Carmen Simonidis *in Eualcidem* Eretriorum ducem, (ſcriptum ante Olymp. LXIX.) memorat *Herodotus* V. 102. *In Anaxilam* Meſſenium, qui mulis Olympia vicerat, *Ariſtot.* 3. Rhetor. et *Heraclides* in Politia Rheginenſ. *In Leophronem*, Athenaeus. *In Megarenſes*, Scholiaſtes Theocriti: in *Scopam* aaaaaa) Theſſalum, (quod laudibus Caſtoris et Pollucis maiorem partem repleverat)

yyyyy) At non *Simonidi*, ſed *Anacreonti* id dictum tribuit Schol. ad Pindari Iſthm. II. 1. Pariter Epigr. quoddam apud Suidam, v. Ἀγόσω, alii Anacreonti, alii Simonidi tribuunt, vid. *Toup.* in Epiſt. critica, tom. II. edit. Lipſ. p. 10. et 11. qui id emendat. *Harl.*

zzzzz) Apud Allatium p. 211. pro *Theoctiſto in Eratiis* legendum *Theocriti in Gratiis. Fabric.* Schol. ad loc. Theocr. tradit, Simonidem in honorem Theſſalorum ſcripſiſſe ἐπινίκια καὶ θρήνους. *Harl.*

aaaaaa) Alii in *Glaucum Caryſtium*, in *Leocratem* alii, alii denique in *Agatharchum* fuiſſe adfirmarunt, teſte Quinctiliano XI. 2. Nullum nomen adſcripſit Phaedrus IV. 24. idem carmen memorans. Ἆσμα Simonidis ad Scopam Creontis Theſſali F. memorat Plato Protagora pag. 294. [ſ. tom. I. p. 339. edit. Steph.] Vide et Rich. Bentleium

verat) Cic. II. de Oratore 86. Valerius Max. I. cap. 8. et Suidas [tttttt]). *In Xenocratem*, Schol. Pindari. Hisce epiniciis Carminibus etiam adſcripſerim, quod Simonidem ἐν πεντάθλοις laudant Lucillus Tarrhaeus ab Aldo editus, Suidas, Apoſtolius in ἀλκυονίδες, et quod a Scholiaſte Comici ad Equites v. 404. citatur aliquid ἐκ τῶν Σιμωνίδου τεθρίππων. At enim *in Alcibiadem* ἐπινίκιον ab aliis rectius tribuitur Euripidi. Vide *Valeſium* ad Ammiani XIV. 6. In Scholiis vero ad Comici Nubes, τοῦτο τὸ μέλος Σιμωνίδου καὶ ἐπινίκου v. 1359. pro Ἐπινίκου legendum ἐπινίκιον. De *Epinicio* etiam potiſſimum intelligendum ſuſpicor, quod, Palaephatum Aegyptium, Suidas refert, ſcripſiſſe argumenta, ſiue ὑποθέσεις εἰς Σιμωνίδην. [Huic ſententiae ſubſcribit *Goens* diſſ. m. p. 12.] Primum mercede ἐπινίκια ſcripſiſſe, legas in Scholiis *Pindari* ad Iſthm. 2. et apud *Tzetzam* VIII. hiſt. 228 et X. hiſt. 354. ne hoc loco repetam, quae de mercenaria Simonidis [?] Muſa ad Phaedrum notant viri docti [uuuuuu]): et quae de ἐρμαίοις ab eodem laudatis, Anonymus Graecus Scholiaſtes ad Ariſtotelis Rhetorica lib. III. p. 55. Satis tamen acutum eſt, quod apud *Stobaeum* ſerm. X. p. 130. rogatus, cur ſenex etiam nummos corradere non ceſſaret, ὅτι βουλοίμην ἄν, inquit, ἀποθανὼν τοῖς ἐχθροῖς μᾶλλον ἀπολιπεῖν, ἢ ζῶν δεῖσθαι τῶν φίλων. Aliam eius reſponſionem notauit *Plutarchus* p. 786. an ſeni gerenda ſit Reſp. *quod per ſenium reliquis ſpoliatus voluptatibus, ſola lucrandi oblectatione grauem recrearet aetatem.*

7) Τραγῳδίας. Suid. et Schol. Ariſtoph. [Eudocia, pag. 383. id vero valde dubiae fidei videtur, vid. *Goens* l. m. p. 51.]

8) Ἐπιγράμ-

ſcium ad fragmentum Callimachi LXXI. [et *Goens.* l. c. p. 96 ſq.]

bbbbbb) Vide et *Ariſtidem* orat. IV. ſacr. tom. I. p. 584. [*Reiskius* in Notitia poet. anthol. p. 260. ſat multa epigrammata ex H. Stephani Anthol. laudat, quibus aetas Simonidis definiri poteſt. Ad iuniorem tamen Simonidem refert epigr. in Steph. Anthol. p. 276. in Anacreontem, p. 274. in Sophoclem, p. 296. in Scopam ſculptorem, p. 302. in Iphionem Corinthium, p. 331. in Praxitelem et Phrynem meretricem, et p. 373. in Xenoclem architectum. Quod vero e duobus Simonidis carminibus, quorum alterum exſtat in illius collectione nr. 581. (quod Diod. Sic. lib. XI. p. 451. et Ariſtides tom. III. p. 260. ediderunt, Vrſinus vero inter fragm. Simon. p. 158. e Scholiaſte Ariſtidis; tum emendatum a D'Orville ad Charit. p. 628. ad fidem cod. Vaticani,) alterum in Anthol. Steph. p. 201. et quibus celebrat felicem Athenienſium duce Cimone contra Perſas ad Cyprum et in Cilicia pugnam, quae accidit Olymp. LXXXII. 3. colligit, Simonidem lyricum illa Olymp. adhuc in viuis fuiſſe, tum quod illa carmina, negat, poſſe iuniori Simonidae tribui, quippe quem poſt Olymp. CXXV. vixiſſe conſtet e carm. 460. quo ſacra Gallorum, quae demum poſt illud tempus in Graeciam cum barbaris illis immigrarunt, memorat: in eo diſſentientem recte habet *Goenſium* in diſſ. mem. p. 32 ſqq. Hic enim duo prima vindicat Simonidi iuniori, nepoti, florenti circa Olymp. LXXXVII. poſtremum igitur, alii *Simonidi*, *Magneſio*, Sipyli filio, tempore Antiochi M. cuius etiam res geſtas conſcripſit, adeoque poſt Olymp. CXXXIX. 2. ex ipſo carminis argumento docet probabiliter eſſe adſcribendum. Quo fit, vt Reiskii rationes facile conuellantur. *Harl.*]

cccccc) Conf. *Aelian.* H. V. lib. VIII. cap. 2. Chamaeleon. apud *Athenaeum* lib. XIV. pag. 656. *Tzetzam* Chil. VIII. 816. Xenophanem Colophonium apud Schol. *Ariſtoph.* in Pacem, v. 696. et *Vrſinum* in Carmin. poetr. et lyricorum p. 128. et 188. qui plura loca, Schol. Ariſtoph. ſchol. Theocr. in χάριτας, Stobaei περὶ ἀδικίας et aliorum collegit. adde *Suidam* in Simonid. ibique Kuſter. tom. III. pag. 316. in primis *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 58 ſq. Quaedam attigit *Hemſterhuſ.* ad Ariſtoph. Plutum p. 193. *Harl.*

8) Ἐπιγράμματα ſiue Ἐλεγεῖα. Merito enim haec duo coniungo, quoniam Epigrammata Simonidis vno diſticho conſtantia a Pauſania et aliis ἐλεγεῖα vocari, contra a Scholiaſte Ariſtophanis ac Suida, qui Epigrammata Simonidis memorant, nullam Ἐλεγείων mentionem fieri video. Horum Epigrammatum non pauca adhuc ſuperſunt tum in Anthologia, [libr. III. p. 200. p. 511.] tum apud *Herodotum* VII. 228. [p. 612. vbi vid. Valcken. coll. *Cicerone* I. Tuſcul. cap. 41.] *Thucydidem*, *Ariſtotelem*, [Diodor. Sic. XI. p. 412.] *Pauſaniam*, *Hephaeſtionem*, *Stobaeum*, *Pollucem*, *Laertium*, *Athenaeum* e. g. X. p. 456. et *Ariſtidem*, quae collegit et deſcripſit *Allatius* de Simeonum ſcriptis p. 214 ſq. longe plura atque emendatiora *Fulvius Vrſinus* p. 157 ſq. (quem ab Allatio non conſultum miror,) [et *Brunck.* l. c.] Ἐλεγεῖα in Athenienſes, qui praelio [dddddd]) Marathonio aduerſus Perſas occubuerant, tumulis ipſorum inſcripta memorat *Pauſanias* Boeoticis p. 715. in quibus componendis ſuperatum a Simonide Aeſchylum legitur in Tragici huius vita. Videntur adhuc ſupereſſe lib. III. Anthologiae cap. εἰς ἀνδρείους. Similia exſtant apud *Strabonem* IX. p. 425. 429. Epigramma in mortuum, quem repertum humauerat, et a quo per ſomnium monitus naufragium euaſerat, [quod exſtat in Anthol. gr. p. 301. Wechel. apud Reiskium p. 72. Vrſin. p. 157. alio auctum a *Goenſio*, p. 67 ſq.] praeter *Cicer.* de Diuin. I. cap. 27. *Valerium Max.* lib. I. cap. 7. Ext. 2. et *Ioh. Tzetzem* in Chiliad. I. hiſt. 24. memorat Scholiaſtes Ariſtidis apud Vrſinum p. 330. [adde *Voſſium* de poetis gr. III. cap. 33. p. 331. *Goens* l. c. p. 66 ſq.] Fuerunt et in Simonidis Epigrammatis *Griphi* quidam, vt vno alteroque exemplo conſtat, quod producit Athenaeus. Mentio Simonidis tamquam Ἐπιγραμματογράφου etiam in prolegomenis Tzetzae ad Lycophronem, et in Scholiaſte Pindari.

Locus, quem ex *Luciani* Scytha tom. I. p. 599. producit *Fuluius Vrſinus* p. 181. non Simonidis eſt, ſed alterius Cei, Bacchylidis: vt obſeruat *Colomeſius* p. 463. ad Gyraldum. Idem *Vrſinus* p. 185. ex Lucillo Tarrhaeo in Σαρδώνιος γέλως et *Theocriti* Scholiaſte in Idyll. I. 65. producit loca, in quibus citatur Simonides *libro ſecundo de Sicilia*, et *libro II. de Syracuſis*, [P] ſed is alius *Simonides*, [eeeeee]) Platone iunior fuit, vt probe notatum *Voſſio* I. 8. de

dddddd) Geſtum eſt Olymp. LXXII. 3. [praelium vero contra Mardonium, diuerſum a Marathonio Olymp. LXXV. 3. 4. conf. van *Goens* diſſ. mem. p. 26. et p. 58.]

eeeeee) Enimuero ego lubentius adoptarem emendationem *D' Oruillii* in Siculis cap. XIIII. p. 246 ſq. Is quidem in Theocriti Scholiaſte, pro *Simonides* ſubſtituendum putat Σιληνός. Nam is, ait, apud *Suidam*, (vnde igitur Lucillus quoque Tarrhaeus mihi corrigendus videtur,) in Σαρδάνιος γέλως, (ex emendatione Kuſteri fide codd. Pariſ. et Photii in Lexico MSto,) ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν περὶ Συρακούσας et in Photii Lexico ἐν τῷ Δ τῶν περὶ Συρακούσας, et ἐν τῷ τρίτῳ Σικελικῶν apud *Athenaeum* lib. XII. cap. XI. p. 542. laudatur *Silenus Calactinus*: et apud *Stephanum* in Παλική Σιληνὸς ἐν τῷ δευτέρῳ. Vocabulum *Silenus* apud *Suidam* quoque in Σιμωνίδης abiit. Hactenus *Doruillius*, in cuius ſententiam tranſiit *Burmannus* II. in Commentario ad Numiſm. Sicula p. 473. *Silenus* vero, quem Fabricius omiſit, fuit ex vrbe Sicula, Calacta, progenitus, ideoque ab *Hier. Raguſa* in Siciliae bibl. veter. p. 247. aliisque apud *Mongitor.* in Bibl. Sicula, tom. II. p. 225 ſq. (vbi de hoc agitur) inter Siculos recenſetur. Fuit Hiſtoricus, at incertae aetatis, vid. *Ger. Io. Voſſium* de hiſtoricis graecis, lib. III. p. 413. qui libros eius enumerat. Scripſit igitur *Silenus*, 1) *Res romanas.* (*Dionyſ. Halicarn.* antiqq. rom. I. cap. 6. p. 17. tom. I. Reiskii, vbi vid. not. *Liuius* libr. XXVI. cap. 49. An is liber idem eſt, quem *Cicero* de Diuinat. I. 24. *Graecam* citat *hiſtoriam*, cuius auctorem, Silenum, adfirmat, diligentiſſime res Hannibalis perſequutum eſſe? aut liber fuit ſeorſum editus, aut potius pars ſequentis

de Historicis Graecis. *Strabonis* vero locum lib. XV. p. 728. edit. Morelli, in vitio ponit sedes, licet aliud videatur *Allatio* p. 211. nam pro verbis ὡς ἄρχει Σιμωνίδης ὁ Μάγνης ἐν διθυράμβῳ τῷ Χαλκιδικῷ, Casaubonus e Suida legit Σῖμος ὁ Ἠλεῖος, sive ὁ Δήλιος. Sic etiam, quod sub *Simonidis* nomine laudat Franciscus Blondelus in comparatione Pindari cum Horatio pag. 32. Simmiae esse constat, de quo infra suo loco Libro tertio cap. 17. Vicissim pro Simmia, Simonidis nomen male positum a Suida in Σιμμίας. Vide Ionsium p. 23. Quod porro Scholiastes Apollonii lib. I p. 56. τὴν γὰρ Ἰωλκὸν Μαγνησίαν ἔχειν, ὥς φησι Σιμωνίδης ἐν συμμίκτοις, aut subintelligendum fuerit *μέλεσι*, aut alius fuerit *Simonides* illorum *συμμίκτων* scriptor, si quidem eiusmodi exstiterunt, qualia *σύμμικτα* Philemonis, Callistrati etc. de quibus Woweranus cap. 13. Polymath.

Fuit et alius *Simonides Iambographus*, ffffff) Amorginus, qui et elegiarum libros duos Suida teste ſcripſit, cuius meminere Strabo, Clemens Alex. Athenaeus, et alii: gggggg) confer *Voſſium* III. Inſtit. poet. p. 97. *Allatium* p. 200. Huic forte *σύμμικτα* rectius tribueris, et Epigramma in Sophoclis mortem. Fuit praeterea, qui Amorginum videtur aetate anteceſſiſſe, *Simonides Ceus iunior*, circa Olymp. LXXXII. clarus, quem Suidas ait ſcripſiſſe libros III. Περὶ hhhhhh) *εὑρημάτων*, et libros tres de genealogiis. iiiiii) *Simonidis*, qui Hiſtorias ſuas Speuſippo

ſequentis libri?) 2) *de Rebus Siculis*, cuius tertium librum citat *Athenaeus* lib. XII. cap. 11. p. 542. *Diogenes Laertius* in vita Anaxagorae lib. II. cap. 12. laudat *Silenum in primo hiſtoriarum*. Partes huius operis fuiſſe quoque videntur, 3) opus *de Aetna*, cuius *ſecundum librum* commemorat *Stephanus Byzantin.* de Vrbibus in Παλική, et 4) de *Aphrodiſiade inſula*, ex *Plinio* H. N. lib. IV. cap. 22. - Num vero *Gloſſae*, quas citat *Athenaeus* lib. XI. et XIV. et Scholiaſtes Apollonii in lib. I. (item apud Euſtath. ad Odyſſ. 1571. 5. occurrit *Silenus Gloſſographus*;) atque *Hiſtoriae fabuloſae* ex Tzetze in Lycophron. p. 111. noſtrum *Silenum* habuerint auctorem, dubitat Voſſius, idque optimo, reor, iure. Apud Tzetzam quidem ad Lycophron. verſ. 786. et *Eudociam* p. 394. laudatur Σιληνὸς Ὁ ΧΙΟΣ ἐν δευτέρῳ τῶν μυθικῶν, vbi de ortu Vlyſſis actum eſſe dicitur; (ad poetas igitur Cyclicos pertinuiſſe videtur:) atque p. 43. cum exigua aut falſa ſcripturae varietate Σιληνὸς Ὁ ΧΙΟΣ, de matre Vlyſſis, adeoque ex eodem libro. Idem eiusdemque liber citatur ab *Euſtathio* ad Hom. Od. p. 1871. Apud *Strabon.* III. 172. (p. 261. Alm.) Σιληνῷ pro vulgato Σιλανῷ corrigendum videtur. *Harl.*

ffffff) *Tzetzes* Chil. XII. v. 52. notat, Simonidem fuiſſe inuentorem litterarum η et ω, dubitat vero, vtrum τὸν Ἀμόργου, (Amorgi filium vocat etiam Chil. I. v. 619.) τὸν Σάμιον ἐκεῖνον, an Ceum. Sed Amorginum a patria, non a Parente adpellandum eſſe, *Stephanus Byz.* et alii perſpicue teſtantur. De literarum inuentoribus conſule, ſi lubet, ſcriptores ſupra a me laudatos lib. I. cap. XXIII. §. 2. *Fabric.* Inprimis *Goens* diſſ. de Simonide cap. IV. ſect. I. p. 72 ſqq. et paullo ante notata. *Harl.*

gggggg) *Strabo* libr. X. pag. 486. (pag. 745. Alm.) *Simonidem* lyricum Ceum Iulide natum, diſerte ibid. p. 487. (p. 747. Alm.) diſtinguit a *Simonide* iamborum ſcriptore, τῶν ἰάμβων ποιητῆ, Amorgo, vna de Sporadibus, orto. Secundum Suidam tom. III. p. 317. et Eudoc. p. 383. vixit 490. an. poſt bellum Troianum. Simonides in Ἰάμβοις laudatur ab *Harpocratione* in voc. Μύσων λείαν. etc. In codice quodam, a *Montfauconio* in Bibl. Coislin. p. 597. exſtat obſeruatio grammatic. quaedam lepida; Lyricum ſcribi Σιμωνίδης διὰ τοῦ η (per η): Iambicum vero poetam Σιμωνίδης· ὁ Ἰαμβοποιὸς διὰ τοῦ ι, (per ι), καὶ ἴσως, pergit ὁ μὲν παρὰ τὸ σῆμα, ὁ δὲ παρὰ τὸ σιμός. Plures *Simonides* carmines recenſent *Suidas* tom. III. p. 315 ſqq. vbi conf. Kuſteri notas, *Eudocia* p. 383. *Allatius* de Simeonibus, p. 217 ſq. et ex eo *Fabricius* infra lib. V. cap. 42. §. 13. vol. X. p. 299. *Craſſus* in Hiſtoria poet. graec. p. 462 ſqq. *Voſſius* de poetis gr. Oper. III. p. 201. et de hiſtoricis graecis lib. IV. cap. 13. p. 470. Adde *Villoiſon.* prolegg. ad Apollonii Lexic. Homer. p. 28. not. *Harl.*

hhhhhh) Praeter Simonidem hunc ſcripſere περὶ εὑρημάτων Antiphanes, Ariſtodemus, Ariſtoteles, Cydippus, Dinias, Ephorus, Philoſtephanus, Stra-

Speuſippo Philoſopho inſcripſit, in quibus egerat de rebus Dionis ac Bionis, meminit Laertius IV. 5. Longe iunioris *Simonidis* Philoſophi circ. a. Ch. 370. ſub Valente Imp. combuſti meminit praeter Zoſimum IV. 15. et Suidam Ammianus XXIX. 1. p. 555. *Chamaeleontem* Heracleotam ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδε laudat *Athenaeus* XIV. p. 656. D. nimirum de pluribus Poetis egerat ille ſcriptor, vt adcurate notauit *Ionſius* p. 93. [Curatius de eo diſſerit *Goens* diſſ. m. p. 3 — 9.] De dialectis Simonidis et aliorum poetarum Lyricorum, Homerique, ſcripſerat *Tryphon* Alex. teſte Suida. [conf. *Goens* p. 9 — 11. *Palaephatus*, grammaticus incertae aetatis, ſcripſit ὑποθέσεις εἰς Σιμωνίδην. vid. ſupra ad n. 6.] *Protagoram* vero [Democriti diſcipulum, aequalem Socratis, circa Olymp. LXXXIV.] poemata Simonidis mercede accepta interpretatum eſſe refert *Themiſtius* Orat. XXIII. p. 289. edit. Harduini. [¶]

LVI. SIMON Magneſius, de quo *Strabo* lib. XIV. p. 648. Muſicus fuiſſe videtur et ſimul Poeta. Καὶ Σίμων ὁ μελοποιὸς καὶ αὐτὸς παραφθείρας τὴν τῶν προτέρων μελοποιῶν ἀγωγὴν, καὶ τὴν Σιμῳδίαν εἰσαγαγὼν, καθάπερ ἔτι μᾶλλον Λυσιῳδοὶ καὶ Μαγῳδοί. Mentio huius Simonis ſiue Simi Magneſii etiam apud Athenaeum. Videndum quoque, ſitne diuerſus ab hoc Σῖμος Ἁρμονικὸς, cuius meminit Porphyrius in vita Pythagorae p. 3. *Fabric.* [conf. *Athenaeus* XIV. cap. 4. p. 620. E. F. *Suidas* in voc. *Sotades*, *Salmaſ.* Exercitt. Plin. p. 76. G. edit. Traiect. *Scaliger.* Poet. I. cap. 52.]

LVII. STESICHORVS kkkkkk) Heſiodi filius a quibusdam habitus, ex Himera

mon Mytilenaeus, Strato Peripateticus et Theophraſtus. Confer Clementem Alex. I. Strom. pag. 308. Athenaeum et Plinium VII. 56.

iiiiii) Schol. ad Apoll. Rhod. II. 868. vbi de Aſtypalaea Ancaei matre agit, καὶ Σιμωνίδης ὁ γενεαλόγος ὁμοίως τῷ Ἀπολλωνίῳ γενεαλογεῖ, et de eo quoque ſchol. ad eumdem, III. 26. et IV. 177. ex quibus locis cl. *Groddek* coniicit, in: Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, part. II. p. 100 ſq. a Simonide in ſuis Genealogiis quoque decantatam fuiſſe Argonautarum expeditionem. Ex eodem Simonidis opere Apollonium mutuam ſumſiſſe fabulam de connubio Achillis cum Medea in Elyſio, ait Schol. ad Apollon. IV. 814. Scholiaſt. ad Lycoph. v. 355. tres verſus tamquam Simonideos laudat, ex quo loco *Goens* in diſſ. mem. p. 109 ſq. probaturus eſt, Simonidem lib. περὶ γενεαλογίας ligata ſcripſiſſe oratione, nec, quae ſententia eſt vulgaris, proſaica: atque illos verſus, exinde pateret, ſi Tzetzes recte prodidit, ab *Apollonio Rhod.* I. 550 — 52. fuiſſe exſcriptos: at *Brunck.* ad Apoll. Rhod. I. 551. p. 26. ex Etym. M. voc. Ἴτωνις Tzetzen eſſe corrigendum, neque illos verſus habere auctorem Simonidem animaduertit, notante iam eodem *Groddeckio.* Eosdem tamen tres verſus *Eudocia* in Viol. p. 322. in hiſtor. de Pallade diſerte quoque tribuit *Simonidi Genealogo.* Enimvero Eudocia, aut quisquis fuerit compilator ſiue interpolator illius libri haud raro, nullo adhibito iudicio delectuue, aliorum narrationes et ἔργας non ex limpidis fontibus ſed ex turbidis riuulis hauſtas immiſcuit.

Addi debent ex Suida et Eudocia *Simonides* Magneſius, poeta epicus, qui vixit tempore Antiochi M. cuius res geſtas, et pugnam cum Galatis decantauit: *Simonides* Caryſtius, ſ. Eretrienſis, poeta epicus, qui ſcripſit Graecorum conuentum in Aulidem, Trimetrorum libros II. de Iphigenia vnum: *Simonides Muſicus*, quem aequalem fuiſſe Archilochi, et Ariſtoxeni, (id ſi verum eſt, hic Ariſtoxenus poeta, a Muſico, Ariſtotelis diſcipulo, diuerſus eſt intelligendus,) Olymp. XXIX. tradunt *Euſebius* in Chronol. et *Cyrillus Alexandrinus* lib. I. contra Iulian. p. 12. C. Illi Simonidi tribuit *Plinius* H. N. libr. VII. cap. 56. inuentionem heptachordi. vide *Goenſii* diſſ. p. 18 ſq. *Harl.*

kkkkkk) Heſiodi filium tradidere Philochorus, Ariſtoteles etc. vt Suidam ac Tzetzen praeteream. Sed alia aliorum ſententia. Prius dicebatur *Tiſias*, Steſichori vero nomen accepit ὅτι πρῶτος κιθαρῳδίᾳ χορὸν ἔστησεν, vt eſt apud Suidam. Confer de illa στάσει χορῷ differentem Dodwellum lib. de aetate Phalaridis p. 59 ſq. Κύκλιος χορὸς ſine vlla στάσει erat διθυραμβικῶν, vt ſupra dixi in Cineſia. Vide et ſi placet, quae de Choro Lyrico habet *Tzetzes* Chil. XI. hiſt. 377.

ra [llll]) Siciliae ciuitate fuit. Natus Olympiade XXXVII. antiquior Simonide, qui eius meminit apud *Athenaeum* lib. IV. p. 172. Phalaridis Tyrannidi in Patria ſua reſtitit, narrata fabula de equo, qui, vt ceruū leuem iniuriam vlciſceretur, frena inuiti ſibi paſſus eſſet. Vide *Ariſtotelem* II. 20. Rhetor. Quae praeterea in tributis Phalaridi Epiſtolis et inde apud *Tzetzen* Chil. I. Hiſt. 25. et Chil. V. Hiſt. 31. leguntur, tamquam virorum doctorum diſputationibus controuerſa, praetereo, licet illa non praeter hiſtoriae fidem ſcripta mihi videantur. [at dubiae fidei eſſe, et vero falſa, Bentleius, Lennepius aliique viri docti oſtenderunt.] Obiit apud Catanenſes, Olymp. LVI. vt tradit Suidas, vel ſerius etiam, ſi aetatis annum attigit LXXXV. vt Lucianus habet in Macrobiis.

EPIMETRON.

[De aetate et parentibus Steſichori non conuenit inter hiſtoricos et chronologos: atqui plures forſan fuerunt eiusdem nominis: lyricus autem, quoniam fama reliquis praeſtiterit obſcuris, per ignorantiam hominum et vetuſtatem temporis, modo hoc modo illo patre ac tempore editus ferebatur. Atque Steſichorus *Himeraeus* Heſiodi *E [illegible]* filius fuiſſe non videtur. Neque ex Phalaridis Epiſtolis *ſpuriis* aliquid roboris accedere poteſt vlli ſententiae atque vllius rationibus aetatis. Suidae auctoritatem in aetate Lyrici definienda plerique ſequuntur: Suidam quoque exſcripſerat *Eudocia* in Violar. p. 385 ſed ita, vt tantummodo repeteret, Steſichorum fuiſſe filium Euphorbi vel Euphemi, reliquorum a Suida dictorum et patriae mentione omiſſa. Apud Suidam tamen de poeta noſtro verba ὅτι πρῶτος κιθαρῳδίᾳ χορὸν ἔστησεν, non opus eſt cum *Longepetrio* ad Longin. ſect. XIII. p. 99. mutare in [illegible]: idem *Longb.* ibidem chorum, quem Steſichorus inſtituiſſe dicitur, intelligit [illegible], quem Philoxenum aut *Arionem*, (de quo vide ſupra.) aut alium [illegible] tradunt veteres, nec tragicum aut comicum, quos, putat, Phrynichum (de quo in vol. I. pag. 214. egimus,) agnoſcere auctorem. [illegible] idem eſt, qui [illegible], vt Bentleius iam obſeruauit. Sed haec obiter. Atque ego nimis longus forem, ſi omnia ea, quae Dodwellus, Bentleius, Corſinus aliique ad inquirendam [illegible] rationem in vtramque partem diſputarunt, copioſius repeterem. *Dodwellus* de Cyclis veterum Graec. et Rom. diſſ. V. ſect. X. p. 257 ſqq. primum offert *Ariſtotelis* teſtimonium de aetate Heſiodi atque Steſichori a Io. Tzetze ad Heſiodum p. 3. ſeruatum, lyricum fuiſſe filium Heſiodi, ſed aequalem Pythagorae philoſophi ac Phalaridis aſſerit, et ex epiſtolis Phalaridis colligit Tzetzes: tum de [illegible] Euſebii et marmoris Oxonienſis, (etiam auctor Epiſt. 51. meminit Steſichori, dum in Graeciam veniſſet, et quin auctorem lyricum [illegible] ſuſpicatur Dodwellus: at epiſtola 74. auctor iſte nominat [illegible] Steſichorum Himeraeum. alter cenſente Dodwello: vide ad vtramque ep. [illegible] et [illegible] notas,) et plura alia diſſerit; at quoniam fide Epiſtolarum Phalaridis [illegible], et, vt cum Phalaridis aetate compararet, Steſichori [illegible] collocat, diſſ. V. de Cycl. p. 261. in Olymp. LXXII. 3. illa mittamus. Idem, poſtea [illegible] a Bentleio,

llll) Silius XIV. 233. *Littora Thermarum priſca dotata Camoena.* Cicero 2. in Verrem cap. 35. *Erat etiam Steſichori poetae ſtatua ſenilis, incurua, cum libro, ſummo vt putant artificio facta, qui fuit Himerae: ſed et eſt et fuit tota in Graecia ſummo propter ingenium honore et nomine.* Iconem Steſichori iuuenili facie exhibet Iac. Gronouius tom. II. Antiquitat. Graecar. tabula 38.

a Bentleio, (de quo paullo poſt videbimus,) retractat ſuam ſententiam in Exercit. I. de aetate Phalaridis §. 21 — 25. p. 50 — 72. plus Simonidis teſtimonio innixus, neglecta marmoris Oxonienſis auctoritate, et, Suidae fides ſi habenda ſit, natalem Steſichori diem adſignat Ol. XXXVII. mortis autem tempus Olymp. LVIII. vel LIX. adſerit, praeeunte Luciano in Macrobiis; at p. 86 ſq. in tabula quadam omnia complectitur et comparat aet. Steſichori, Phalaridis et Simonidis aliorumque. Tum ex Euſebio illi videtur natalis Olymp. XLII. ½. Per Iul. 4103. V. C. Varr. 142. et mors illius Olymp. LXIII. ¼. Per Iul. 4188. Varr. 228. an. aet. LXXXV. P. 62 ſqq. de chori στάσει eiusque auctore Steſichoro, et de Steſichoris in marmore Oxonienſi memoratis, docte ſaneque, at nimis ſubtiliter, diſputat ex iisque colligit, de primo Steſichoro, Pindaro, qui στάσεις epodicas metrumque Steſichoreum vſurpauit, antiquiore, ante illum Steſichorum, cuius in Graeciam aduentum Olymp. LXXIII ¾. tribuit auctor marmoris Oxon. eſſe intelligendum, nec Steſichorum Himeraeum filium fuiſſe Heſiodi; στάσιν ab Himeraeo inventam ante Olymp. LXX¾, poſt aetatem tamen Arionis, repertoris χορȣ κυκλίȣ etc. vid. ſupra, ad *Arionem* §. XVI. ß'. notata. Enimuero *Lennepius* ad Phalar. epiſtol. p. 269 ſq. de formula, χορȣ στάσις, στῆσαι χορὸν ſ. χορὸς etc. *chorum* ſ. *choros inſtituere* et aliis rebus erudite diſſerit et contra Dodwellum efficit, Steſichorum non inueniſſe χορȣ͂ στάσιν, ſed talem chorum κιθαρῳδία. ſecundum Suidam, inſtituiſſe, qualem circa Delphicum templum primum inſtituit Philammon, (*Pherecydes* in ſchol. Hom. ad Odyſſ. τ'. 432.) et ita rem exiſtimari poſſe, Steſichorum *primum* Himerae, aut *in Sicilia* chorum Κιθαρῳδίας inſtituiſſe, aut ſaltem eius rationes, antea, ſicut ipſam Κιθαρῳδίαν, (de qua lege *Plutarch.* de Muſica p. 1133. B.) rudiores ſimpliciores que multis modis correxiſſe et mutaſſe, atque adeo, tamquam chori artificioſius inſtructi auctorem adpellatum Steſichorum, quum antea Tiſias nominaretur: eo etiam poſſe referri ἐπῳδῆ inuentionem, quum antea tantum ᾄδεσι, i. e. στροφῆ καὶ ἀντιστροφῆ, aut etiam ſimpliciore choro vterentur homines. — De *Bentleii* ſententia, in Reſponſione ad C. Boyle etc. ex Lennepii interpretat. lat. p. 17 ſq. lata, quaedam addere iubet. Contra Dodwellum diſputans, fabulam *equi* et *cerui*, quam *Ariſtoteles* Rhetor. II. 20. Steſichoro tribuit, *Dodwellus* tamquam arcem rei ſuae tuetur, ipſeque noſter Fabricius veram eſſe iudicat, ſuſpectam habere malit, quia *Conon*, qui tempore Iulii Caeſaris ſcripſit, Narrat. 42. eamdem habeat narrationem, ſed pro Phalaride ponat *Gelonem*, de quo ſit loquutus Steſichorus, nec illam, ſi ponimus cum marm. Arundel. vixiſſe Steſichorum Olymp. LXXXIII. 3. ab Gelonis aetate diſcrepare. Tum agit de rationibus *Suidae*, *Euſebii*, (qui Steſich. floruiſſe ſcribit Olymp. XLII. 1. mortuum Olymp. LV. 1. pariter *Hieronymus* in Chron. p. 458. et 478. edit. Vallarſii, cuius notas conſules.) *marmoris Arundel.* (in quo Steſichori aduentus in Graeciam Olymp. LXXIII. 3. demum notatur, a quo tamen diſſentit, comparata, examinata et conſtituta Simonidis aetate, de qua ſupra iam egimus:) ex quo concludit, aetatem Steſichori multum anteceſſiſſe tempus, in marmore notatum. Denique ſi Steſichori aetas recte definita eſt in marmore, epiſtolae Phalaridis huiusque aetas repugnant reliquis rationibus, et illarum νοθείαν manifeſtant; ſed qui omnem controuerſiam curatius noſcere et ſecundum alterum vtrum dirimere cupiat, eum ablegemus neceſſe eſt ad Dodwelli et Bentleii libros. — *Corſinus*, auctoritate Phalaridis Epiſt. motus, annum natalem Steſichori in Olymp. XXXVII. mortis autem annum in Olymp. LVII. in faſtis attic. tom. III. p. 60. pag. autem 101. ad Olymp. LV. ½ adfert Euſebii et Hieronymi narrationem, qui Steſich. mortem in illum annum conferunt. Scaliger tamen accedit Suidae teſtimonio, poetam obiiſſe Olymp. LVI. *Hamberger* in Z. N. tom. I.

p. 92. natum illum eſſe ſcribit, A. M. 3352. a. Ch. 652. floruiſſe A. M. 3372. a. Ch. 612. e vita exceſſiſſe, A. M. 3432. a. Ch. 526. De noſtro ſcripſerat quondam *Chamaeleon*, teſte Athenaeo XIV. cap. 3. p. 620. Adde *Mongitor.* B. Sic. tom. II. p. 241 ſqq. qui de patria, et aetate, ingenio, ſcriptis atque auctoritate poetae multa diſputat, in nonnullis nimium tribuit Phalaridis Epiſtolis. Cragii Hiſtor. poet. graecor. p. 487 ſqq. *Burette* in Comm. Acad. Pariſ. Inſcr. tom. X. p. 209 ſqq. et 286. Sed ſatis. *Harl.*]

Dorica dialecto poemata compoſuerat libris XXVI. vt ab eodem Suida adnotatum. Poeſis eius Epodica e Strophe, Antiſtrophe et epodo conſtans, vnde prouerbium: οὐδὲ τρία Στησιχόρου, de quo Suidas. In ſepulchro Steſichori apud Himerenſes πάντα ὀκτώ, vnde in aſtragalorum ludo Steſichori octonarium denotabat. Vide, quae Viri docti ad *Pollucem* lib. IX. cap. 7. ſect. 100. mmmmmmm) Tituli vero poematum ipſius apud veteres ſcriptores mihi obſeruati hi ſunt:

Ἆθλα, quae Ibyco ab aliis, ſed male, tributa, ex Simonide obſeruat *Athenaeus* lib. IV. pag. 172. [in illo opere lyrico fuerunt expoſita vett. certamina.]

Βουκολικὰ μέλη. Aelian. X. 18. Var.

Γηρυονίς. *Athenaeus*, lib. XI. p. 499. et 469. cum Caſaub. comment. p. 781. 1. etc. *Pauſanias* Arcad. ſ. VIII. 3. p. 602. vbi male in Kühnii quoque editione Γηρυόνῃ pro Γηρυονίδι. Euſtath. ad Odyſſ. I. p. 1632. l. 21. et Schol. Apollonii I. 211. Reſpicit [?] et Schol. Heſiodi ad Theogon. et Strabo lib. III. p. 148. C. Vide Fulu. Vrſinum pag. 309. *Fabric.* Poema fuit, in quo de rebus, ad Geryonem pertinentibus, agebatur: ex fragmentis autem illius adparet, Steſichorum deſcripſiſſe Herculis expeditionem aduerſus Geryona. conf. *Adr. Heringae* Obſeruat. crit. Leouard. 1749. 8. p. 20. vbi, Fabricianae emendationis aeque ac aliorum h. carminis fragmentorum ſ. nominis ignarus, in Pauſaniae loco cit. et in Schol. Apoll. Rhodii mem. corrigit Γηρυονίδι. *Harl.*

Ἑλένη

mmmmmmm) Splendidum eius ſepulcrum apud *Io. Baptiſtam de Grossis* in decachordo Catanenſi p. 194. tom. X. theſ. Sic. Lugd. Bat. 1723. fol. *Fabric.* Sed, vtrum Steſichorus in patria, Himerae ſiue Thermis, an Catanae ſepultus ſit, inter veteres auctores agitatae ſunt controuerſiae. Mortuum eum fuiſſe Catanae et ante portam, quae ab ipſo Steſichorea, (veroſimiliter ab illius monumento) vocatur, ſepultum, Suidas et praecipue *Antipater* in Epigr. Anthol. gr. lib. III. cap. 25. Ep. 52. p. 403. edit. Opſop. diſerte teſtantur: ad litteras enim Phalaridis fictitias nolo prouocare. Famam tantum ſequuntur *Pollux* loco, a Fabricio citato, et qui eum ſecutus eſt, *Euſtath.* ad Iliad. ψ'. p. 1289. At id monumentum, aeque ac eius ſtatua, ſummo artificio facta, et Himerae quondam poſita, (vid. *Ciceron.* Orat. Verrin. II. cap. 35.) hodie non exſtant. Catinenſes quidem oſtendunt murum quemdam, tanquam Steſichorei ſepulcri reliquias: ſed vide *Io. Phil. D'Oruilii* Sicula p. 25. et 216 ſq. atque *Burmann.* II. in Commentario ad Numiſm. Sicula, qui tab. IX. Nr. 10. exemplar nummi aerei curauit aeri incidendum, in cuius altera parte eſt caput galeatum, forte Palladis, in altera autem Steſichorus ſtans et dextra coronam lauream, ſiniſtra ſyrinx tenens, cum epigraphe: ΙΜΙΗΡΑΙΩΝ, quem nummum p. 262 ſq. vberius explicat et de poetae noſtrae apud Himeraeos auctoritate agit; idem laudat *Fazellum* Dec. 1. de reb. Sicul. lib. III. p. 55. et lib. IX. p. 107. de noſtro eiusque inſigni apud Siculos veneratione copioſum. Steſichorus templo quoque fuit honoratus. vid. *Bentleii* diſſ. de Epiſt. Phalar. §. XV. Epitaphium Catanae in *Ferretii* Muſis lapidariis, V. 30. p. 354.

Ops (h. e. terra) *ego Steſichori*
Aetneis hinc oſſibus oſſa
Clauſa tego vatis. Cetera mundus habet.

Harl.

Ἑλένης κατηγορία ſiue ψόγος, in cuius ſcripti poenam excoecatus, ſed poſt compoſitum oraculi monitu Παλινῳδίαν ſiue *Palinodiam*, viſum recepiſſe traditur. Meminit Plato Phaedro, [Operr. tom. III. p. 243. de republ. IX. p. 586. tom. II.] *Iſocrates* Helenae encomio p. 218. D. edit. Canteri, *Dio* 2. de regno p. 21. et diſſ. XI. p. 162. *Lucianus* ſecundo de vera Hiſt. tom. I. p. 671. [l. II. 15. tom. II. edit. Reitzii. *Pauſan.* III. 19. pag. 260. ibique Kuhn. *Conon* in Narr. 18. apud Photium p. 432. *Philoſtr.* VI. p. 246.] *Hieronymus* I. contra Rufin. [Schol. Eurip. Oreſt. v. 249.] multique alii, quos laudat *Fuluius Vrſinus* p. 305 ſq. et *Allatius* cap. VIII. de patria Homeri. Steſichori Ἑλένην citat *Athenaeus* lib. III. [p. 81. D. idem p. 451. D. X, 457.] *Ptolemaeus Hephaeſt.* lib. IV. Ex primo Helenae epithalamio a Steſichoro ſcripto Theocritum in Idyll. XVIII. quaedam mutuatum notat eius Scholiaſtes. *Fabric.* Apud *Plutarchum* de S. N. V. tom. II. p. 555. A. [p. 58. edit. Wyttenbach.] occurrit fragmentum, quod *Suchfort* loco mox memorando e Steſichori vituperio Helenae ſumtum putat expilatque, contra Wyttenbach. fere mallit dicere ad Plut. locum p. 54. locum ſumtum eſſe ex Steſichori Ὀρεστείᾳ, niſi metri genus obſtaret: itaque nil definit, at egregias Valckenarii emendationes huius fragmenti affert. Adde *Firmum Caeſarienſem* Epiſcop. ep. 37. earum, quas Muratorius edidit inter Anecd. graeca. *Harl.*

Ἐριφύλη. Sext. I. contra Mathem. ſect. 261. [contra grammat. I. cap. 12. p. 271. ibique Fabr. et *Heyne* ad Apollodor. p. 701 ſqq.]

Εὐρωπεία. Schol. Eurip. Phoeniſſis, 674.

Ἰλίου πέρσις. *Dio Chryſoſt.* Orat. 2. de regno, p. 25. ait, Alexandrum Regem Steſichori aeſtimatorem fuiſſe, ὅτι μιμητὴς Ὁμήρου γενέσθαι δοκεῖ καὶ τὴν ἅλωσιν ἐκ ἀναξίως ἐποίησε τῆς Τροίας. Mentio in veteri tabula Iliaca apud Fabrettum p. 342. Meminit et *Pauſanias* Phocicis ſ. X. cap. 26. p. 862. et 864. 27. p. 865. *Harpocrat.* in καθελών. *Tzetzes* ineditus apud Clariſſ. Dodwellum opere elaboratiſſimo de Cyclis, p. 802. [conf. cl. *Tychſen* in: Bibl. der alten Litterat. und Kunſt part. IV. p. 12. inedit.] Hoc poema videtur reſpicere *Quinctilianus*, cum Epici carminis onera, lyra ſuſtinentem Steſichorum celebrat X. Inſt. Or. cap. 1. 62.

Καλύκη. Athen. lib. XIV. p. 619. E. Euſtath. Iliad. φ'. 1236. 61. [forſan pars fuit παιδικῶν.]

Κύκνος. Schol. Pindari Olymp. X. 19.

Ὀρεστεία. Schol. Ariſtoph. ad Pacem, [v. 797. Schol. Euripid. ad Oreſt. v. 41. et 268.] Athen. lib. XII. p. 513. qui Xanthi Lyrici hoc in poemate imitatorem fuiſſe Steſichorum obſeruat.

Παιδιὰ ſiue παιδικά. nnnnnn) *Athen.* lib. XIII. p. 601. Καὶ Στησίχορος δ' ἐ μετρίως ἐρωτικὸς γενόμενος συνέστησε καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ᾀσμάτων. ἃ δὴ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδιὰ καὶ παιδικά. Eiusmodi ἄσματος Steſichorei initium mihi videtur adferre *Strabo* lib. VIII. p. 347. D.

nnnnnn) H. e. *pueriles luſus* et *deliciae, in laudem puerorum carmina.* Vid. *Warton* ad argument. *Theocr.* Idyll. 29. p. 307. *Harl.*

ʹΑγε Μῶσα λίγεια ἄρξον ἀοιδᾶς
Ἐρατῶν ὕμνους Σαμίων περὶ παίδων
Ἐρατᾶς φθεγγομένα λύρας.

Παλλάδος ἐγκώμιον, quod aliis tribuitur in *Lamprocli*. Initium eius adfert *Tzetzes* Chil. I. v. 683. et Schol. Ariſtidis [in Miſcell. tom. II. p. 269.], tum *Ariſtoph.* ad Nubes, v. 964. qui Lamprocli tribuit. [Schol. Apollon. IV. 1310. *Harl.*]

Συοθῆραι. *Athen.* lib. III. pag. 95. D.

[Ἐν τῇ Σκύλλῃ. Hanc fuiſſe filiam Lamiae, prodidiſſe Steſichorum, teſtatur Schol. ad *Apollon.* IV. 828. An pars fuit carminis Ἰλίου πέρσις, et illius quoque pars, ex qua Schol. cod. Homerici Veneti Marciani B. et *Euſtath.* ad Iliad. Φ´. 575. citat ἀπειρέσιον κυνυλαγμόν? In memoratis ſcholiis ad Homerum Venetis quater fit mentio Steſichori, aut ex eius carminibus quaedam narrantur. Vid. indicem, ſupra, in vol. I. pag. 450. Olympum dicitur imitatus eſſe apud *Plutarch.* de Muſica p. 654. et 656. tom. X. Opp. edit. Reisk. — *Gregorius Bar-Hebraeus* ſ. *Abulfaragius* in Chronico Syriaco e codd. Bodleianis a Brunſio deſcripto, quod coniunctim ediderunt *Paul. Iac. Bruns*, Prof. Helmſtadienſis, et *Georg. Guil. Kirſch*, Gymnaſii, quod Hofae eſt in principatu Baruthino, Rector, Lipſiae, 1789. 4. p. 13. ſcribit, Steſichorum inueniſſe [illegible] quia inter feminas eſſet educatus: id Bruns vertit *inſtrumentorum muſicorum genus*; ſed cenſor editionis illius in ephem. litter. Gotting. an. 1789. plag. 174. p. 1746. [illegible] *Iſa bar Ali* malit interpretari *ſiſtrum*, et ſuſpicatur, vel eo reſpici ad Steſichori κατηγορίας Ἑλένης, vel hunc confuſum eſſe cum Simonide, auctore carminis in mulieres, idque eum feciſſe, quod inter feminas fuerit educatus. *Harl.*]

Angelicum metrum, celeritate nuncii aptum repperit Steſichorus, [P] cuius hoc exemplum profertur a Diomede lib. III. p. 512. *Optima Calliope miranda poematibus.*

Fragmenta nonnulla Steſichori collecta ſunt a Neandro p. 421. H. Stephano p. 76. et 443. maiorique induſtria a Fuluio Vrſino p. 79 — 97. et 304 — 309. [inter Poetas vett. graecos tragicos, lyricos etc. Colon. Allobr. 1614. fol. nouiſſime: *Fragmenta Steſichori* lyrici in vnum collecta, certo ordine digeſta et interpretatione illuſtrata, auctore *Io. Andr. Suchfort.* Gottingae, 1771. 4. coll. cenſuris in Ephem. literar. Erfurtanis plag. 24. an. 1772. vbi cl. *Herelius* notas quasdam criticas in fragmenta ſuggeſſit, *Klotzii* in Actis litter. vol. VII. part. I. nr. 7. p. 82 — 88. et in bibl. philolog. tom. I. part. VI. nr. 6. p. 382 ſqq. *Suchfort* in fine comm. laudat *Merti* comment. de Steſichoro, poeta graeco lyrico, quam adhibere mihi non licuit — Steſichori ingenium, dulcedinem et ſuauitatem, iam veteres critici laudarunt. *Dionyſ. Longinus* de ſublim. ſect. XIII. 7. et [illegible] eum Homeri imitatoribus atque aemulis adnumerant. Adde *Dionyſ. Halicarnaſſ.* de ſtructura orat. ſect. 19. p. 159. edit. Vpton. cum notis [illegible], et ſect. 24. p. 22[illegible] vbi Steſichorum ἀξιόλογον iudicatur. Steſichorum in rebus mythologicis interdum diſceſſiſſe ab antiquiorum fabulis, pro illius temporis et diuerſarum narrationum [illegible] ratione haud mirum videbitur. [illegible] Schol. ad *Apollon. Rhod.* IV. 1310 ſq. obſeruat, ab Steſichoro *primum* traditum fuiſſe, [illegible] proſiluiſſe ex Iouis cerebro Athenen. Id ſi verum eſt, hymnus Homericus, nr. XXVI. in Athen. n eſt Steſichoro recentior. Vid. cl. *Heyne* ad Apollodori Bibl. p. 40. In rhythmis idem quaedam nouauit. Vid.

Vid. *Plutarch.* de Muſica, p. 663. edit. Reisk. *Harl.*] Socrati in carcere conſtituto quendam ſcite lyrici carmen Steſichori admodulatum refert *Ammianus* XXVIII. 4. p. 529. Citatur Steſichorus a *Vibio Sequeſtro*, chriſtiano ſcriptore, vbi de Himera fluuio agit, [p. 12. edit. cl. Oberlin. cuius notam vide p. 130.] ſed Cteſichorum perperam ibi exhibent quaedam editiones.

[Procreauit quoque filias laude poeſeos claras: de quibus vid. *Mongitor.* Bibl. Sicul. tom. I. p. 197. *Olearii* diſſ. de poetriis gr. §. 67. Claros idem habuit tres fratres, *Mamertinum*, ſiue *Marinum*, qui poſt Thaletem diſciplinam geometricam adtuliſſe in Graeciam, et rerum geometricarum inuentor fuiſſe ac de rebus geometricis ſcripſiſſe dicitur. (vid. *Mongitor.* l. c. tom. II. p. 28.) atque *Helianactem*, poetam et legumlatorem egregium: ſcripſit is, auctore Suida, leges ſaluberrimas: et alium. conſ. *Mongitor.* tom. I. p. 268. *Harl.*]

LVIII. TELESILLA Argiua Lyrica poetria claruit temporibus Cleomenis Spartanorum oooooo) Regis circa Olymp. CXXXIX. vt conſtat e *Plutarcho* Lib. de virtutibus mulierum tom. II. p. 245. C. Itaque longe fuit iunior Laide meretrice, licet *Theophylactus Simocata* Epiſtolam Teleſillae ad Laidem confinxerit. Eius ᾄσματα ſiue μέλη memorant *Pauſanias*, [libr. II. cap. 20. p. 156 ſq. *Suidas* h. v. *Clemens Alex.* Strom. IV. 19. p. 522 ibique Potter.] *Max. Tyrius*, [diſſ. 37. p. 439. edit. II. Dauiſ. cuius not. vide,] et alii. Auctor fragmenti Cenſorino ſubiecti cap. 9. *Alcman numeros etiam namuit in carmen, hinc poetrice melicae; at Teleſilla etiam Argiua minutiores edidit numeros.* *Athenaeus* lib. XIV. p. 619. ἡ δὲ εἰς Ἀπόλλωνα ᾠδὴ Φιληλιάς, ὡς ἡ Τελεσίλλα παρίστησιν. Verſum eius producit *Hephaeſtio* Enchirid. p. 36. Confer *Vrſini* Lyricas p. 49 ſq. et 296. *Fabric.* [vid. *Olearii* diſſ. de poetriis gr. §. 69. *Wolf.* in Poetriarum graecarum octo fragm. et elogiis p. 62 ſqq. et in Catal. foeminarum olim illuſtrium p. 446. qui praeter ea laudat *Ottonis Frid. Menkenii* obſeruationem in Bibliotheca virorum militia ac ſcriptis illuſtrium, nr. 238. p. 451. *Teleſillae* aetatem non circa Olymp. CXXXIX. ſed LXVIII. collocandam eſſe; primum, quia *Cleomenes*, rex Spartanorum, contra quem pugnauit *Teleſilla*, non fuerit vltimus, ſed primus iſtius nominis, Anaxandridae filius, qui circa LXVIII. Olymp. imperauit, vid. *Pauſan.* in Laconicis, lib. III. cap. 4. p. 212. deinde, quod alias Herodotus, qui longe ante Olymp. CXXXIX. hiſtoriam ſuam conſignauit, impletionem oraculi de mulieribus Argiuis nullo plane modo commemorare potuiſſet. *Harl.*]

LIX. TELESTAE Selinuntii quaedam ex Athenaeo deſcribit H. Stephanus in Lyricis p. 392. Si idem eſt Teleſtus poeta, cuius monumentum memorat Plinius XXXV, 10. vixerit circa tempora Philippi Macedonis. Sed cuius Ἀργὼ et Ἀσκληπιὸς ab Athenaeo laudantur, Comicus fuit teſte Suida in Τελέστης. Teleſtae Dithyrambos memorat *Plutarchus* in Alexandro. *Diodorus Sic.* XIV. 47. et *Athenaeus* lib. XIV. 2. pag. 616. et cap. 5. pag. 626. laudat Τελέστην ἐν Ὑμεναίῳ διθυράμβῳ. Ariſtoxenum de hoc Teleſte agentem citat *Apollonius Dyſcolus* hiſt. mirab. cap. 40. Alius fuit *Teleſtes* Aeſchyli ὀρχηστὴς, quem Tragici illius Septem Thebanam egregie ſaltaſſe, tradit idem *Athenaeus* lib. I. p. 22. [*Teleſten* Selinuntium, dithyramborum artificem, retulit *Diodorus Sic.* loco mem. ad Olymp. XCV. 3. a cuius rationibus auctor marmoris Oxon. qui cum Archonte Athenis Micione floruiſſe adnotat,

oooooo) Vide Luciani amores tom. I. p. 895.

proœmium [illegible] repat. Suidas vero, quod eum ex Athenaeo comicum facit, iuſto liberalior mihi eſſe videtur; nam Athenaeus p. 615. carmina eius haud vocat comoedias aut fabulas ſed citat tantum verſus, dithyrambicorum potius quam comicorum more ſcriptos, ex eius *Argo* et *Aeſculapio*: nec diſtinguit eum p. 525 ſq. Hinc *Teleſtes* Dithyrambicus a Comico Suidae, (ſi unquam fabulas ille ſcripſerit,) haud diverſus, ſed unus idemque eſſe mihi quidem videtur. Sed diverſos illos fuiſſe cenſent, ſaltem dubitant, *Patricius* in poet. dec. hiſtor. lib. I. p. 77. *Gyraldus* de poet. hiſt. dial. 9. *Crugius* in hiſtoria poet. graecorum p. 497. *Mongitor.* in bibl. Sic. tom. II. p. 245. qui prave ſcripſit nomen eius *Theleſter*, atque haeſitat quoque *Weſſeling.* ad locum Diodori Siculi tom. II. pag. 673 ſq. adde cl. *Heeren* in Bibl. der alten Literat. und Kunſt, part. IV. p. 54 ſq. *Mongitor.* inſuper haud diſtinguit ab illo dithyramborum artifice *Teleſten* Aeſchyli ἐχθρὸν, quod tamen temporis ratio non admittit. Scripſit igitur *Argum*, *Aſclepium*, *Dithyrambos*, (quos Harpalus legendos miſit Alexandro M. teſte *Plutarcho* in vita Alexandri M. ſect. 8. pag. 2[illegible]. Opp. edit. Reiſk. tom. IV.) tum *Hymenaeum*, et *Palladem Marſyamque*, ex ſententia quidem Patrum. adde *Prideaux* ad Marmora Oxon. p. 325 ſq. *Harl.*] Alius quoque *Teleſtes* Corinthi Rex apud Euſebium Chron. ad nr. MCCXXV.

LX. α'. TELLEN tibicen peſſimus ppppppp), nec multo forte melior poeta lyricus, etſi propter dicacitatem nonnullis probatus. Si idem, qui ΤΗΛΛΙΣ Plutarcho in Apophthegmatis [p. 732. tom VI. Opp. edit. Reiske,] Epaminondae temporibus vixit. Zenobius proverbio ἄειδε τὰ Τέλληνος· ἐπὶ τῶν σκωπτικῶν τίθεται ἡ παροιμία. Τέλλην γὰρ αὐλητὴς ἐγένετο καὶ μελῶν ποιητὴς, παίγνιά τε qqqqqqq) κατέλιπεν [P] εὐρυθμότατα καὶ χάριν ἔχοντα [illegible]. Idem alibi: οὗτος ὁ Τέλλην ἐγένετο αὐλητὴς καὶ μελῶν ἀποφθεγματικῶν [ſententioſorum et liberae dicacitatis carminum] ποιητής· μέμνηται αὐτοῦ Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος. Meminit et Diogenianus, Apoſtolius etc.

[LX. β'. THALES. Vid. *Plutarch.* de Muſica p. 659. ubi dicitur ὁ Γορτύνιος, et diſcernitur a *Thalete* τῷ Κρητὶ p. 662. (Plures enim fuerunt. vid. *Crusii* Hiſtor. poetar. graec. pag. 405 ſqq.) *Burette* in: Memoir. de l'Acad. Pariſ. des Inſcr. tom. X. p. 257 ſqq. 298. etc. ſupra lib. I. cap. 35. §. 2. pag. 296. vol. I.]

[LX. γ'. TERPANDER. Vid. ſupra lib. III. cap. 34. §. 4. p. 292 ſqq. et hoc capite §. 10. 16 ſq. *Burette* lib. cit. tom XV. p. 311 ſqq. de *Terpandro*, quem Plutarchus prodit fuiſſe inventorem ſcoliorum, ac de ſcoliis ipſis, in primis pag. 313 ſqq. tom. X. ubi de *Terpandri* aetate eiusque lyra, p. 218 ſqq. de νόμοις et p. 222 ſqq. de cithara illius agit, et quaedam contra noſtrum Fabricium diſputat: de TIMOTHEO, poeta muſico, lyrico ac dithyrambico, Mileſio, de eius aetate, nat. Olymp. LXXXIV. 3. ante Chr. nat. 446. mort. anno aetatis 92. ſecundum auctorem marmoris Oxon. eius poematibus et nomis idem *Bur.* l. c. tom. X. p. 235 ſqq.

ppppppp) Plutarch. ἦν δὲ αὐλητὴς ὁ μὲν Τέλλις κάκιστος, ὁ δὲ Ἀντιγενίδας κάλλιστος.

qqqqqqq) Παίγνια composuit [illegible], *Mnaſyas* Locrus, et *Salpe* Leſbia. Vide *Io. Brodaeum* ad Anthologiam pag. 562. edit. Wechel. *Fabric.* vid. ſupra, hoc capite, nr. XXI. γ. et Mongitor. ibi citatum; item nr. XXXX. β'. De [illegible] vid. *Athen.* VII p. 321 ſq. *Wolf* Catalog. foeminar. olim illuſtrium. p. 442. *Harl.*

X. p. 225 ſqq. copioſe diſſerit ad illuſtrandum *Plutarch.* de Muſica, qui *Timothei* facit mentionem p. 654. 682. 686. etc. tom. X. Opp. edit. Reisk. adde eundem *Burett.* ibid. tom. XV. p. 336 ſq et p. 349 ſqq. *Plinium* H. N. lib. VII. cap. 56. qui ſcribit, Timotheum addidiſſe chordis citharae *nonam*; contra *Nicomachus* lib. II. p. 35. Muſic. edit. Meibom. *vndecimam* dicit: *Stephan. Byzant.* voc. Μίλητος, *Salmaſ.* ad *Capitolini* Antonin. Pium, cap. 7. tom. I. Scriptor. hiſtoriae aug. p. 264. infra in Catalogo tragicorum deperditorum, h. v. et ſupra *Meſomede*, *Craſſi* hiſtor. poet. graec. p. 519 ſq. et de *Terpandro* p. 509 ſq. De loco in marmore Oxon. vbi de *Terpandro* agitur, eſt docta diſputatio in Miſcell. Obſeru. Belg. vol. II. tom. III. p. 341 ſqq. *Harl.*]

LXI. THEANO Lyrica Poetria commemorata mihi fuit ſupra cap. XIII. cum de foeminis Pythagoricis agerem.

LXII. TIMOCREON Rhodius, pugil ac Poeta, Simonidis aduerſarius fuit, vt notatum *Laertio* II. 46. Comicus veteris Comoediae, ſed qui praeter Drama in Themiſtoclem ac Simonidem ſcripſit praeterea, Suida teſte, ψόγον ſiue *vituperationem Themiſtoclis* carmine lyrico: [Verſus omnino mordaces ſeruauit *Plutarchus* in vita Themiſtoclis, cap. 21. tom. I. Opp edit. Reiskii.] Verſus huius *Timocreontis* ante ineditos profert *Allatius* de Simeonum ſcriptis p. 213. e quibus colligas eum a Simonide prius laeſum fuiſſe:

Κηΐα μὲ προσῆλθε φλυαρία ἐκ ἐθέλοντα
Οὐκ ἐθέλοντά με προσῆλθε Κηΐα φλυαρία.

Scolium Timocreontis *in Plutum* memorat, et eius initium refert *Ariſtophanis* Scholiaſtes ad Acharnenſes v. 531. et ad Ranas v. 1335. Suidas in σκολιόν. ex quo transſcriptum exhibet *H. Stephanus* in Lyricis ſuis pag. 396. [et *Brunck.* in Analect. poet. gr. I. pag. 148.] Reſpicit et, Küſtero ad Suidam obſeruante, *Iſidorus Peluſiota* lib. II. epiſt. 146. Mortuum hoc Epigrammate Simonides perſtringit, quod exſtat in Anthologia lib. III. cap. 6. et apud *Athenaeum* X. pag. 415.

Πολλὰ φαγὼν καὶ πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ κάκ' εἰπὼν
Ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

Confer *Io. Meurſium* in Rhodo lib. II. cap 13. p. 108 ſq. De voracitate huius Timocreontis mentio apud *Aelianum* I. Var Hiſt. cap. 27. et *Euſtathium* ad Iliad. ψ'. pag. 1447. At Simonides, notante *H. Stephano* in diſſ. de Parodiis p. 68. alluſit ad hunc epitaphii Sardanapali verſiculum: πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ φαγὼν καὶ πολλὰ τρυφήσας. *Fabric.* adde *Craſſi* hiſtor. poet. graec. pag. 517. *Harl.*

LXII. XANTHVS Poetis Lyricis antiquiſſimis adnumerandus, Steſichoro antiquior eſt, qui Oreſtiam ſuam et alia ex illius carminibus compoſuit, vt teſtatur *Athenaeus* lib. XII. p. 513. Meminit et *Aelianus* IV. 26. Var. vbi conſulendae Perizonii notae. De *Xantho* Hiſtorico [Lydo natione, quem priſcae, inprimis patriae hiſtoriae peritiſſimum iudicat *Dionyſ. Halicarnaſſ.* Antiq. rom. lib. I. cap. 28. p. 73. edit. Reisk. tom. I. et *Strabo* I. p. 49. (p. 85. Almel.) laudat, et qui ſecundum Heſychium Mileſium ac Suidam h. v. *Lydiacorum* libros IV. ſcripſit.] *Meurſius* ad Heſych. p. 173 ſq et *Voſſius* de Hiſt. Graecis. De aliis *Xanthis* Illuſtris Ez. Spanhemius ad Callimachi H. in Delum, v. 41.

LXIII.

LVIII. XENOCRITVS Locrenſis, per omnem vitam oculis captus teſte Heraclide in Rep. Locr. [p. 53. edit. Cragii Lugd. Bat.] poëta fuit, ac vel paeanas vel dithyrambos ſcripſit, et a *Plutarcho* Lib. de Muſica rrrrrr) antiquiſſimis paeanum ſcriptoribus [?] Thaleti ac Xenodamanti atque auctoribus ſecundae conſtitutionis muſicae accenſetur. Incertum, idemne ſit XENOCRATES ἄσματα γεγραφὼς, quem ex *Ariſtoxeno* memorat Laertius IV. 15.

[LXIIII. XENODAMVS. *Plutarch.* de Muſica p. 1134. f. p. 659. tom. X. Opp. edit. Reisk. eum, patria Cytherium, adnumerat *Thaleti* Gortynio, *Xenocrito* Locrenſi, *Polymneſto* Colophonio, et *Sacadae* Argiuo, auctoribus ſecundae conſtitutionis muſicae; tum eum refert inter Paeanum ſcriptores, tamen fatetur, alios contendere, illum non Paeanas ſcripſiſſe ſed hyporchemata, ipſiusque adeo Xenodami cantilenam eſſe memoriae proditam, quae non obſcure hyporchema ſit, a paeane diuerſum. *Athenaeus* I. cap. 13. pag. 15. D. E. *Xenodemum*, (apud illum enim ſcribitur Ξενόδημος) et Pindari aetate, tradit, illorumque ὑπορχηματικὸν τρόπον, quae ſaltatio erat imitatio earum rerum, quas dictio cantionis enunciat. adde *Burette* l. m. tom. X. p. 659 ſq. *Harl.*]

CAPVT XVI

DE THESPIDE ET AESCHYLO TRAGICIS.

I. *Theſpis primus Tragicus Athenis. Dramata ei ab Heraclide ſuppoſita. Plures Theſpides ibid.* II. *Aeſchyli aetas.* III. *Quantum ab eo Graecae acceſſerit Tragoediae.* IV. *Aeſchyli ἀριστεία, dramata ipſius etiam defuncto illo a ſe publice propoſito praemio. Alia in eius laudem, et quod in bello moriendo gloriam tantum ibid.* V. *Secta Pythagoreus; ... ac ... Mors.* VI. *De ſeptem Aeſchyli Tragoediis quae exſtant.* VII. *Catalogus deperditorum dramatum Aeſchyli, cum variis obſeruationibus.* VIII. *Alia ſcripta Aeſchyli deperdita, atque obiter de Tynnicho Chalcidenſi.* IX. *De editionibus, Scholiaſtis et interpretibus Aeſchyli.* X. *Catalogus Scriptorum in ſcholiis Graecis ad Aeſchylum citatorum.*

I.

Quamquam *Plato* in Minoe, [pag. 140. vol. VI. edit. Bipont.] Tragoediam Theſpide et Phrynicho longe antiquiorem facile contendit, quod etiam innuit *Laertius* III. 56. et Suidas nominat Tragicos Theſpide antiquiores *Arionem* Methymnaeum et *Epigenem* a) Sicyonium, *Nicephorus* quoque *Gregoras* (lib. X. p. 289. edit. Boluini.) τὴν Ὀρφέως ἐν τραγῳδίαις ἐμπειρίαν celebrat: communis tamen ſententia tamquidem obtinet, quod primus Tragoedias docuit THESPIS Icarienſis: (vide *Sponium* de pagis Atticae et *Reineſ.* Var. Lect. p. 364.) vt praeter Horatium, Plutarchum in Solone, [vol. I. p. 377. edit. Reiskii,] aliosque teſtatur marmor Arundelianum 44. Θέσπις ὁ ποιητὴς - - - πρῶτος b) ὃς ἐδίδαξεν - - - καὶ

rrrrrr) Pag. 1134. f. edit. Reiskii vel. X. pag. 659 ſq. conf. *Burette* ad Plutarchi locum in Comment. Acad. Pariſ. Inſcript. tom. X. pag. 298. et de paeanibus pag. 301 ſq. *Harl.*

a) De *Arione*, *Epigene* et *Phrynicho* vide infra cap. XIX.

b) Hoc vocabulum πρῶτος diſerte legitur in edit. Prideauxii p. 168. itaque Seldeni ἐδίδαξεν inſeruit.

τέθη ὁ τράγος ἆθλον ... Ἄρχοντος Ἀθήνησι Ἀλκαίου τοῦ προτέρου, hoc eſt Olymp. LX. 4. ſiue LXI. 1. Confer [*Stanleium* in vita Solonis cap. X. pag. 50 ſq.] *Meurſium* in Solone

lum illud legi in editis negat. *Bentleius* in Apologia pro diſſ. de Epiſtolis Phalaridis p. 231. *Fabric.* ſecundum interpretationem *Lennepii* latinam, Phalaridis Epiſtol. adiunctam, p. 130—174. Bentleii argumenta examinauit et tragoediae arte exculae maiorem diu ante Theſpidem aetatem adſerere uſtinuit cl. M. *Io. Iac. Meno Valett*, Hamburgenſis, in II. diſputatt. num Theſpis Tragoediae auctor haberi poſſit. Erlangae, 1788. 4. Hic non vacat, omnem hiſtoriam et controuerſiam de ortu tragoediae perſequi et argumenta ab vtraque parte prolata repetere atque expendere. Mihi ſufficiat, de initiis illius pauca, eaque quae meliora certioraque videntur, colligere ac referre. Omnis dramatica poeſis, quae a dithyrambis, ſiue hymnis illis in Bacchi honorem vindemiae tempore cantare ſolitis, originem duxit, pedetentim cepit incrementa et ad perfectionem deinceps venit. Chorus, qui laudes Bacchi praecipue cecinit, valde antiquus, iam Theſei probabiliter aetate extitit, ſed admodum rudis, et incompoſitus, ab Arione autem aliisque, (vt ſupra, quum de lyricis egimus praeſertim de Arione et Steſichoro, iam cognouimus,) melius conſtituebatur. *Turneminus*, (in nou. edit. libri Brumoiani, Theatre des Grecs, p. 45.) putat, mortem Bacchi ſeu Oſiridis per Typhonem occiſi interdum fuiſſe celebratam, quod poſtea tragico dramatis argumento praebuerit occaſionem. Qui choros Bacchicos efficiebant, ii minio ſe inficiebant, vel faecibus rubri vini, (vid. *Horat.* de A. P. v. 275 ſqq. de Theſpide, *Tibull.* II. 1. 55. ibique Broukhuſ. et Heyne, *Iſ. Caſaubon.* de Satyrica Poeſi, lib. I. cap. 11. p. 11 ſqq. ibique Crenium et Rambach.) vnde nomen τρυγῳδίας enatum eſt. Drama igitur quoddam fuit, ſed rude. *Theſpis* inuenit et adiecit ἐπεισόδιον, h. e. hiſtrionem ſ. actorem, qui, dum chorus aliquot vicibus quieſceret, per interualla fabulam de Baccho, vel alio deo, aut heroe recitaret; quae, quum plerumque nihil cum Bacchi laudibus haberet commune, id nomen, ἐπεισόδιον, obtinuit. Theſpis vero quod, quum ludum ageret ſ. fabulam ſuam *doceret*, primus hircum accepit praemii inſtar, dedit occaſionem nominis *tragoediae.* Hinc *Diogenes Laert.* III. 56. ſcribit, tragoediam, ſiue potius fabulam, τὸ παλαιὸν, a ſolo choro fuiſſe actam, poſtmodum, ὕστερον, autem Theſpin inueniſſe vnum hiſtrionem, vt chorus interdum requieſceret. Ille vero interlocutor, quod ea dicebat, quae nulla arte compoſita, ſed extemporanea erant, αὐτοσχεδιάσματα protuliſſe et tragoedia ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικὴ fertur ab *Ariſtotele* A. P. IV. 6. Neque tamen illa μονῳδία, illae fabulae, ab hiſtrione recitatae, grauis ſemper ſeriique argumenti, ſed frequentius ioculares aut dicteriis inſulſisque figmentis refertae videntur. Nam *Solon*, qui tum ciuitati erat praefectus, hominem prohibuit fabulas docere et vocauit illas inutilem falſiloquentiam ὡς ἀνωφελῆ τὴν ψευδολογίαν, teſte *Diogene Laertio* in Solone, ſ. lib. I. ſect. 60. Diſertius id enarrauit *Plutarchus* in Solone vol. I. pag. 377. Reisk. Solonem, quum Theſpis iam *mouere coepiſſet tragoediam*, (ἀρχομένων τῶν περὶ Θέσπιν ἤδη τὴν τραγῳδίαν κινεῖν,) et retineret rei nouitas multitudinem, *ipſum agentem* (vt mos erat veterum) *ſpectauiſſe Theſpin* et ſub ludis conueniſſe Theſpin ac quaeſiuiſſe, numne ipſum puderet in tanta corona tanta proferre mendacia etc. Hinc fuerunt, qui Theſpin inter Iambicos referrent. Quod igitur Theſpis fuit Athenienſis et Solonis aequalis, inde et illius aetatem ac patriam et natales ortumque poeſeos tragicae cognoſcimus. Satyri et alii πρόσπολοι Bacchi immixti primum erant choro: neque vero inde conſequitur, drama ſatiricum arte compoſitum ante Theſpidos aeuum fuiſſe, vti Bentleius adſeuerarat. (conf. *Hurd* Com. ad Horatii Epiſtolas ad Piſones et Horat. tom. I. pag. 173. interpret. german. cl. Eſchenburgii.) Pratinas vero, qui circa Olymp. LXX. fabulas docebat ſatiricas, (vid. *Toup.* ad Suid. pag. 53. et *Caſaub.* de P. Sat. pag. 120. edit. Rambach.) id in cantibus quoque auſus eſt, vt, relicta Bacchi memoria, chorus aliud quoduis caneret argumentum. Phrynichus itidem Athenienſis, non multum diſceſſit a more praeceptoris ſui, Theſpidos, praeterquam quod primus in ſcenam introduxit mulieres, et epiſodia adcommodauit animi motibus. Succeſſit demum Aeſchylus, qui pro vno interlocutore duo ſubſtituit, dialogum et actionem dramaticam, praecipuas tragoediae partes, inuenit, cantus chori reddidit breuiores, tragoediam a comoedia vel potius ſatyrica diſtinxit, a laudibus Bacchi ad laudes aliorum deorum aut heroum fabulam et chori cantum conuertit, (vid. ſequentes §§. 3. et 4.) atque adeo primus tragoediae

Jone cap. XXVII. *Plutarchum* in Solon. pag. 207. *Dioſcoridis* Epigramma editum a praeſtantiſſimo *Bentleio:* [item in Anthol. gr. a Conſtant. Cephala condita, edit. *Reiskii* p. 91. nr. 610.

diae veram formam atque indolem dedit. vid. *Ariſtotel.* de A. P. cap. IV. (qui eſt locus claſſicus,) et quae ibi adnotaui. Quae quum ita ſint, chori quidem vetuſtiores ſunt Homero, neque vero illius tempore fuerunt tragoediae et comoediae, arte confectae, quamquam ſemina illarum in illius carminibus erant ſparſa, e quibus poſtea tragici et comici argumenta colligerent. In Homeri enim carminibus fuit narratio dramatica, (διήγησις διὰ μιμήσεως,) non, actio dramatica. Porro a dithyrambis orta eſt tragoedia; hinc ſequentibus quoque temporibus chorus ſermone vſus eſt dithyrambico adeoque valde lyrico; vti a iambicis, (ἰαμβείοις) iocoſis et luſoriis carminibus et phallicis enata eſt poeſis ſatirica, comica et mimica. Attamen primis temporibus nullum vel ſaltem exiguum intereeſſit diſcrimen inter tragoediam et comoediam. Theſpis vero, vti iam dixi, non inuenit tragoediam, (quae demum ſucceſſu temporis cepit incrementa,) ſed tantum epiſodium ſiue interlocutorem. Si igitur Epigenes Sicyonius, Thomis, (qui a Scholiaſte apud *Stanleium* in Obſeru. ſuper Aeſchylum dicitur inueniſſe τραγῳδικὰς μελῳδίας,) Pratinas Phliaſius, ipſeque Theſpis a Suida aliiſque vocantur tragici; id cognomentum non eo ſenſu accipiendum eſt, qui proprie adhaeret notioni tragicorum, ſed admodum lato aut potius perverſo, quum illi iambici potius vel ſatirici ſint numerandi. Hinc, num *Io. Chriſtoph. Cramer,* qui in comment. de *Theſpide primo* haud dubie *cultioris tragoediae* auctore, Ienae, 1754. haud indocte de eo egit, prope afuerit a vero, vel ex inſcriptione poterit colligi. Κορυφαῖοι, qui choros duxerunt cantusque praeiuerunt, et, qui, quando quieſceret chorus, prodierunt, ſunt apud Ariſtotelem οἱ ἐξάρχοντες τὸν διθύραμβον. Denique in omni hac controuerſia definienda, omnino ſunt diſcernenda tempora et ipſa materies; nempe drama tragicum rude et iners ab eo, quod arte poſtea eſt compoſitum; nec non chorus antiquior eiusque natura atque indoles, a munere chori, orta tragoedia vera; dialogus eiusque ratio tragica; denique argumentum chori, quum vnicus eſſet, et illius, aliud argumentum tractantis, quum fabulae ſubiiceretur. Sed video me nimis a ſcopo deuertiſſe: in viam igitur redeo, eosque, qui plura de ortu et conſtitutione tragoediae ac reliquorum dramatum ſcire cupiant, (ita tamen, vt caueant ſibi,) ablego ad aliquot libros maioris minorisque momenti. Praeter *Ariſtotelis* A. P. eiusque commentatores, Heinſium, Batteſium, Curtium, aliosque viros doctos, quorum ſcripta meritaque iam laudaui in notis ad Ariſtotelis editionem, Lipſ. 1780. et praeter *Ger. Ioan. Voſſium* de artis poeticae natura ac conſtitutione et in eiusdem poeticarum inſtitutionum libris III. atque *Caſaubon.* de ſatyrica Graecorum poeſi etc. cum adnotationibus Crenii et Rambachii, Halae Saxon. 1774. mai. 8. denique praeter innumeros paene illos variarum gentium et linguarum auctores, quos excitauit *de Blankenburg* V. C. ad *Sulzeri* Allgemeine Theorie der ſchönen Künſte, voce. *Comoedie, Drama, Satire,* et *Tragoedie,* conſuli poſſunt *Bulenger* de Theatro, in tom. IX. Theſ. Graeu. Antiqq. rom. *Le Beau* iunior de tragicis graecis in Comment. Societ. regiae Pariſ. Inſcr. vol. XXXV. an. 1770. p. 432 ſqq. *Brumoy* Theatre de Grecs. Pariſ. 1730. in 4. et 12. Nouvelle edition, enrichie de très belles Gravures et augmentée de la Traduction entière des pieces grecques et de Comparaiſons, d'Obſervations et de Remarques nouvelles etc. Pariſ. 1785. ſqq. (XIII. voll.) m. 8. (vbi tom. I. pagg. 41 — 134. eſt Brumoei diſſ. de origine Tragoediae.) — *Io. Adam. Emmrich* de quibusdam apud Graecos veteres tragoediarum auctoribus, Ienae, 1759. 4. vbi in notis multi, qui de ortu et initiis tragoediae, de Theſpide et reliquis, qui vel putabantur tragici poetae, vel reuera id nomen merent, diuerſa ratione diſſeruerunt, viri docti et antiqui et recentioris aeui excitantur. — *Petr. Signorelli* in Storia critica de' Teatri [illegible] chi e moderni etc. Neapoli, 1777. 8. II. vo[illegible] manice verſi, Bernae, 1783. 8. II. voll. — [illegible] italice, Neapoli, 1787. 8. III. voll. 8. de [illegible] Graecorum nec plene nec ſatis recte agit: [illegible] perſequitur trium ſuperſtitum tragicorum [illegible] rum reliquias, et earum analyſin atque a[illegible] refert: at criticorum exſpectationi non [illegible] Addendi ſunt *Brumoy,* qui rem melius tractat, et *du Bos,* qui de externa theatri forma melius di[illegible] rit in Reflexions critiques ſur la Poeſie [illegible] la Peinture, edit. V. Pariſ. 1746. mai. 12. ge[illegible] ce verſ. Hauniae, 1760. et 1761. III. p[illegible] et particulam de rebus ad theatrum vett. [illegible] bus, praecipue de muſica, declamatione, [illegible] ſaltatione etc. exceptam atque in ſermonem [illegible]

[illegible]

nr. 610. cum varietate quadam lectionis, not. pag. 147 ſq. adde *Heinſ.* in notis ad Horat. pag. 194.]

Θέσπις ὅδε Τραγικὴν ὃς ἀνέπλασε πρῶτος ἀοιδὴν
  Κωμήταις νεαρὰς καινοτομῶν χάριτας. [P]
Βάκχος ὅτε τριττὸν c) κατάγοι χορὸν, ᾧ τράγος ἆθλον
  Χ' ὡττικὸς ἦν σύκων ἄῤῥιχος ἆθλον ἔτι.
Οἱ δέ με νῦν πλάσσουσι νέοι, τὰ δὲ μύριος αἰὼν
  Πολλὰ πρόσθεν, φήσει, χἄτερα· τἄλλα δ' ἐμά.

Ceterum Tragoedia huius Theſpidis non hodie tantum nulla ſupereſt: ſed nec Platoni nec Ariſtoteli lecta vlla videtur, et quae a iunioribus ſcriptoribus citantur, ſuppoſitae fortaſſis ſunt, vt idem *Bentleius* coniicit: ſane *Heraclidem* Ponticum ſub Theſpidis nomine Tragoedias vulgaſſe teſtatur *Ariſtoxenus* apud Laertium V. 92. Citatur autem a *Polluce* VII. 12. Theſpidis Πενθεύς, praeter quod drama Suidae memorantur ἆθλα Πελίε ἢ Φορβὰς, ἱερεῖς, ἠΐθεοι. Theſpidis *Alceſtin* d), ſed ex ſola et parum veriſimili coniectura, in marmore Arundeliano exhibuit Seldenus, quum, Suida teſte, primus Phrynichus foeminae perſonam in tragoedia introduxerit. Profert praeterea Theſpidis ſub nomine verſiculos tres *Plutarchus* Lib. de audiendis poetis [cap. 12. p. 88. edit. II. Krebſii] p. 72. edit. Grotii, et alios ſex *Clemens Alex.* V. Strom. pag. 570. in quibus omnes litterae Alphabeti, quarum nonnullae poſt Theſpidis demum creduntur repertae eſſe aetatem e). Vide, ſi placet, quae illuſtrandis hisce verſibus ſcripta ſunt a *Salmaſio* ad Solinum p. 896. edit. Pariſ. a *Tho. Galeo* in diſſ. Apollodoro praefixa p. 16 ſq. et a laudato *Bentleio* Epiſtola ad Millium p. 48. Neſcio, alius ne ſit

Theſpis

nicum translatam dedit *Leſſingius* in Theatraliſche Bibliothek. part. III. Berolini, 1755. 8. De Epiſodiis et choris veterum, atque adeo de Theſpide quaedam diſſerit *Franc. Hedelin Abb. d' Aubignac*, la Pratique du théatre, Pariſ. 1657. 4. germanice verſa a *Wolfg. Balthaſare Adolpho de Steinwehr*, Hamburgi, 1737. 8. libro III. cap. 2—4. In primis commendandi ſunt libelli: *Arnoldi Hermanni Ludouici Heeren* diſp. de chori Graecorum tragici natura et indole, ratione argumenti habita, Gottingae, 1784. 4. — *M. Caroli Dauidis Ilgen* comment. Chorus Graecorum tragicus, qualis fuerit, et quare vſus eius hodie reuocari nequeat, Lipſiae, 1788. 4. — et *Io. Iacobi Henrici Naſt* diſp. Obſeruationes in rem tragicam Graecorum, Stuttgardiae, 1788. 4. Sed hactenus. Nam de theatro veterum eiusque forma externa atque conſtitutione aeque ac viciſſitudinibus, vitiis virtutibusque poeſeos tragicae vberius agere, a conſilio et inſtituto noſtro eſt quam maxime alienum. *Harl.*

c) [illegible] pag. 232. [pag. 177. edit. Lennep.] haec verba exponit de Dionyſiis, quae ter quotannis Athenis celebrabantur, Διονύσια τὰ ἐν Λίμναις et Διονύσια τὰ κατ' ἄςυ et Διονύσια τὰ κατ' ἀγρὸς, tempore quod reſpondet noſtro Martio, Aprili et Ianuario. In his Dionyſiis Comoediae agebantur et Tragoediae. [In verſſ. 3. 5. et 6. plura immutarunt *Heinſ.* in notis ad Horat. p. 194. et *Reisk.* in Anthol. Cephalae p. 92. in notisque p. 147 ſq.]

d) Theſpin fabulam Alceſtin docuiſſe an. Per. Iulian. 4178., Olymp. LXI. 1. ante Chr. N. 536. putat *Larcher* in Chronol. Herodotea pag. 570. *Harl.*

e) Reſponderi quidem poteſt, litteras in illis fragmentis, poſt Theſpidos aetatem demum repertas, ab hominibus aliis et librariis multo ſerioribus eſſe profectas et, vti ſupra in cap. de Homero, de huius carminum mutationibus ſuſpicati ſumus, immutatas. Verum enim vero aliae eaeque grauiores ſunt rationes, quibus νοθεία illorum fragmentorum poſſit demonſtrari. Illa enim produnt ipſo ſermone et vocabulorum vſu, et arte, quae rudi ſimplicique Theſpidos aetati non conuenit, ordine, formaque dialogi aetatem poſteriorem atque impoſtoris fraudem. *Harl.*

Theſpis ſiue *Theſpidis*, cuius Apophthegma, ἀδαπάνητός ἐστι τῆς εὐποιίας ὁ πλοῦτος, laudat *Apoſtolius* I. prouerb. 53. adſcripto nomine Θεσπίδου. Alius certe *Theſpis*, Thebanus, citharoedus, cuius meminit *Lucianus* aduerſus indoctum. [cap. 4. tom. II. p. 30. edit. Reitz. vbi Ptolemaeus Lagi F. hominem quemdam *Theſpidi* cuidam αὐλητῇ dono dedit.] Alius denique *Theſpis* Erechthei F. vnde Theſpiadae, de quibus *Diodorus Sic.* lib. IV. pag. 234. [*Theſpin*, quem *Ariſtoph.* in Veſp. verſ. 1470. memorarat, fuiſſe τὸν κιθαρῳδὸν, οὐ δὴ τὸν Τραγικὸν, ait ſcholiaſtes, ex eoque Suidas: at vnum eumdemque, nec diuerſum fuiſſe, contendit docetque *Bentlei.* in Reſp. ad Boyleum p. 146 ſq. vbi praeter ea locum Comici pertractat emendatque.] De *Theſpide* Tragico egerat, qui de aliis etiam poetis ſcripſit *Chamaeleon* Heracleotes [f]), teſte Suida et Apoſtolio in οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον.

II. AESCHYLVS Euphorionis F. [g]) Athenienſis ex ciuitate Atticae [?] Eleuſine [h]) natus anno 525. ante Chriſtum, poſtremo Olympiadis LXIII. [i]) vt teſtantur Epochae marmoreae

f) Ille liber Chamaeleontis de Theſpide pars fuiſſe videtur Operis maioris *de antiqua comoedia.* *Athenaeus* quidem lib. IX. p. 406. E. Χαμαιλέων ὁ Ποντικὸς ἐν ἕκτῳ περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας etc. conf. *Goens* diſp. de Simonide p. 8. *Harl.*

g) *Macrobio* lib. V. Saturnal. cap. 19. *vir Siculus* dicitur, quia in Sicilia diu extrema aetate eſt verſatus, vnde Siculis vocibus multis vſum, notat *Athenaeus* lib. IX. p. 402. [Nec defuerunt, qui putarent, Aeſchylum fuiſſe Siculum: atque *Hieron. Raguſa* in Elogiis Siculorum p. 10. et in Bibl. Veterum p. 10. duos tragicos poetas Aeſchylos floruiſſe innuit; Siculum alterum, alterum Athenienſem, et vtriusque geſta ſcriptaque confuſa opinionum diuerſitatem induxiſſe putat. At haec ſuſpicio mihi quidem aeque incerta vanaque videtur, ac *Mongitor.* opinio, (in Bibl. Sic. p. 4. tom. I. vbi de Aeſchylo copioſius is eſt,) apud *Aelian.* H. Anim. VII. 16. cauſſam mortis Aeſchyli narrantem, pro Αἴσχυλον τὸν Ἐλευσίνιον legendum eſſe Ἀλεσίνιον, et *Aleſam*, vrbem Siciliae nunc dirutam, eſſe intelligendam. *Harl.*] Alius fuit *Aeſchylus* Mathematicus, diſcipulus Hippocratis Chii (Ariſtot. I. 6. Meteorolog.) Huius, vt putabat in Bibl. Gr. Meurſius, ποικίλα χρώματα laudat *Suidas* in Κάλλαις. Sed illa mihi potius tribuenda videntur *Aeſchylo Alexandrino*, cuius Amphitruo et Μεσσηνιακὰ ἔπη ab Athenaeo citantur. Neſcio, cuius *Aeſchyli* περὶ παροιμιῶν laudat *Zenobius* in prouerbio Σαρδάνιος γέλως. *Aeſchyli Cnidii* Rhetoris *Cicero* vt tempore ſuo florentis meminit in Bruto 91. quemadmodum eidem Meurſio obſeruatum. [Idem *Cicero* in Verr. IV. 22. meminit *Aeſchyli Tyndaritani.*] Fuit et *Aeſchylus* quidam Menedemi Eretrienſis inimicus, de quo *Laertius* lib. II. ſect. 141. ne dicam de *Aeſchylo* Agameſtoris F. qui Athenienſibus imperauit circa initium Olympiadum: vel de *Aeſchylo* Corinthio apud Plutarch. in Timoleonte pag. 237. [et Tyrium Max. diſſ. 24. init. pag. 283. edit. II. Dauiſ.] aut *Aeſchylo* Argiuo, Plutarch. in vita Arati p. 1038.

h) At *Corſin.* in F. Att. tom. III. p. 120. contra Fabricium diſputans contendit, Aeſchylum ortum eſſe *Decelia*, Atticae populo, quoniam *Plutarchus*, (Themiſt. cap. 14. pag. 468. tom. I. Reisk.) *Aminiam* vocat *Decelenſem*, qui in bello Salaminio interfecerat Xerxis nauarchum; Aminias autem ille frater fuit Aeſchyli, qui in illo praelio praecipuam meruit laudem, teſte *Diodoro Sic.* XI. cap. 27. tom. I. p. 426. Weſſeling. adde *Aelian.* H. V. lib. V. cap. 19. ibique Kuhn et Perizon. *Herodot.* VIII. 93. etc. *Harl.*

i) Hanc ſententiam vt veriſimillimam ſecutus ſum, [et ſequutus eſt *Larcher* in Chronol. Herodotea p. 571. item *Corſin.* in Faſt. Attic. tom. III p. 119 ſq.] licet in diuerſa abeant veteres pariter et recentiores. Vide *Caſaub.* de Satyrica Poeſi lib. I. 5. [pag. 125. edit. Rambachii,] *Sam. Petitum* lib. III. Miſc. cap. 14. et qui diligentiſſime doctiſſimeque de Aeſchylo egit; *Thomam Stanleium* in notis ad vitam huius Poetae ab Anonymo ſcriptam et Scholiis Graecis praefixam. Cui addes praeſtantis ingenii virum *Petrum Baelium* in Lexico Hiſtorico Critico Gallice vulgato p. 1162 ſq. editionis ſecundae. [ſ. edit. nouiſſimae tom. II. pag. 396 ſq. vbi variorum opiniones ac rationes iam a[illegible]tur, et, quae ſcitu memorabilia de vita, fatis ingenioque Aeſchyli viderentur, iam congeſta atque

[illegible]

reae Arundelianae. Clarus fuit virtute bellica, quam tribus celebribus pugnis Marathonia k), et nauali ad Salaminem l) et Plataeenſi m) demonſtrauit, ſed ingenio clarior. Puer admodum in ſomnio monitus eſt a Baccho, vt tragoedias ſcriberet, factoque periculo comperit feliciter hanc rem ſibi procedere, vt ipſe refert apud *Pauſaniam* in Atticis cap. 21. p. 49. [Haec eſt fabula aetati illi apta: ſed bene potus, quum largius biberet, tragoedias ſcripſiſſe dicitur, vid. *Mongitor* lib. cit. p. 4 ſq.] Sane Theſpin, Phrynichum et alios, qui ante ipſum hoc in genere Athenis verſati ſunt, non minus ſuperaſſe viſus eſt n), quam ipſe aetate iam prouectior ceſſit iuueni Sophocli. Primum tragoedia vicit, vt in iisdem marmoribus Arundelianis adnotatum eſt, Archonte Philocrate Olymp. LXXIII. $\frac{3}{4}$.

III. Quantum ab Aeſchylo acceſſerit Graecae Tragoediae, docet hoc Epigramma *Dioſcoridis* ab Eruditiſſimo Stanleio editum:

Θέσπιδος εὕρεμα τοῦτο, τὰ δ' ἀγροιῶτιν ἀν' ὕλαν
Παίγνια καὶ κώμους τοὺς δὲ τελειοτέρους
Αἰσχύλος ἐξύψωσε o) νεοσμίλευτα χαράξας
Γράμματα, χειμάῤῥῳ δ' οἷα καταρδόμενα
Καὶ τὰ κατὰ σκηνὴν μετεκαίνισεν· ὦ στόμα πάντων
Δεξιὸν ἀρχαίων, ἦσθά τις ἡμιθέων.

 His

interdum examinata reperiuntur: germanice illa ſunt verſa in: *Pet. Bayle* hiſt. kritiſch. Wörterbuch. P. II. für Dichterfreunde, Lübec. 1780. 8. p. 1 ſqq. Secundum *Saxium* in Onomaſt. I. p. 31. nat. eſt Olymp. LXIII. 3. Annum vero poſtremum eiusdem Olympiados *Larcher.* l. m. agnoſcit eumque conſpirare ſcribit cum anno Per. Iul. 4189. a. Ch. 525. V. C. 229. Florem poetae ponit *Saxius* in A. M. 3509. Olymp. LXXI. 1. ante C. N. 394. V. C. 258. Vitae Aeſchyli tempora digeſſit quoque *Is. Caſaubon.* de Satyr. poeſi lib. I. cap. 5. p. 130 ſq. edit. Rambach. Praeter excitatos V. D. vide de Aeſchylo *Edw. Simſon.* in Chron. ad A. M. 3467. 3514. et 3549. *Voſſium* de Poet. Graecis cap. 4. pag. 25. et cap. 5. p. 29 ſq. *Tanaq. Fabrum* de vitis poetar. graec. gallice, Saumur. 1664. 12. cum adnotatt. Relandi, Amſtel. 1700. 12. latine verſis tom. X. Theſ. antiqq. graec. Gronou. *Olaum Borrichium* diſſ. de poetis II. p. 29. *Io. Burchardi et Frid. Ottonis Menckeniorum* bibliothecam virorum militia aeque ac ſcriptis illuſtrium, Lipſiae 1734. 8. p. 19 ſqq. *Franciſc. Dionyſ. Camuſatum* in Obſſ. ad Ciacconii Bibliothecam, artic. *Aeſchylus* p. 815 ſqq. *Adr. Baillet* Iugemens des Savans tom. III. p. 1110. p. 124 ſqq. edit. Amſtel. 1725. 4. *Emmrich* de quibusdam apud graecos veteres tragoediarum auctoribus, Ienae 1759. 4. p. XI ſqq. vbi in notis plures multi auctores proferuntur. *Sulzer* in: Theorie der ſchönen Künſte, voc. *Aeſchylus*, ibique cl. de Blankenburg. tom. I. p. 28 ſqq. Alios poſtea nominabimus, ex quibus ſitientes ſat poſſunt haurire. Reliqua igitur, quae de eius vita, fatis virtuteque bellica dici poſſint, conſulto omittimus. *Harl.* Add. *Rochefort* Vie d'Eſchyle tom. I. ed. nou. Brumoei p. 274 ſq. et *Dan. Ieniſch* qui in praef. ad verſ. germ. Agamemnonis Aeſch. (1786.) de ingenio poetae diſputat. *Beck.*] Abulpharaius vero pag. 55. male Aeſchylum comicum adpellat.

k) Olymp. LXXII. anno 3. [vid. *Corſini* F. A. tom. III. p. 148.]

l) Olymp. $\frac{74}{75}$ anno $\frac{4}{1}$.

m) Olymp. LXXV. anno $\frac{1}{2}$.

n) Immo vero melior atque vera tragoediae forma et conſtitutio ab illo traxit originem cepitque incrementa, vt ad §. I. iam animaduertimus. *Harl.*

o) Ita legit *Bentleius* diſſ. de Epiſtolis Phalaridis p. 232. [p. 126. verſ. Lennep.] pro eo, quod Stanleius ediderat, ἐψύχωσε νοήσιμα * ετα, verteratque: *gratum ſpectanti modulatus et utile carmen*, quaſi legiſſet ὀνήσιμα. Sed Bentleius in MS. reperit ἐξύψωσε νοήσμια ευτα, vnde haec ipſi lectio ſubnata. *Fabric.* *Reiske* in Anthol. gr. Cephalae, p. 92. amplexus emendationem *Salmaſii*, in Exercitt. Plin. p. 735. prolatam, edidit ἐξύψωσεν, ὁ μὴ σμιλευτά, atque in notis p. 150. coniecturis Heinſii et Cunaei Bentleiique examinatis, vberius ſenſum epigrammatis declarat. *Harl.*

His addas licet, quae viri docti p) obſeruant ad iſta *Horatii* art. poet. v. 279.

> *Poſt hunc* (Theſpin) *perſonae pallaeque repertor honeſtae*
> *Aeſchylus, et modicis inſtrauit pulpita ſignis,*
> *Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.* [☞]

Vitruuius praefatione libri VII. *Primum Agatharchus Athenis, Aeſchylo docente tragoediam, ſcenam fecit, et de ea commentarium reliquit. Ariſt.* cap. 4. ſect. 6. poet. [vbi p. 30. quaedam adnotaui] καὶ τό τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασεν. *Mox hiſtrionum numerum auxit Aeſchylus, pro vno enim vti duobus coepit, chorica contraxit, ac primarum partium ſiue praecipui hiſtrionis actionem introduxit* q). Idem tradit *Laertius* lib. III. ſect. 56. ad quem locum Menagius adfert luculentam explicationem Ludouicī Caſteluetrii ex eius commentario ad Ariſtotelis verba iam adducta, cui addes, vbi lubebit, *Stanleium* p. 708. *Athenaeus* lib. I. p. 121. Καὶ Αἰσχύλος δὲ οὐ μόνον ἐξεῦρε τὴν τῆς στολῆς εὐπρέπειαν καὶ σεμνότητα, ἣν ζηλώσαντες οἱ ἱεροφάνται καὶ δᾳδοῦχοι ἀμφιέννυνται, ἀλλὰ καὶ πολλὰ σχήματα ὀρχηστικὰ αὐτὸς ἐξευρίσκων ἀνεδίδου τοῖς χορευταῖς. Χαμαιλέων γοῦν πρῶτον αὐτόν φησι σχηματίσαι τοὺς χορούς, ὀρχηστοδιδασκάλοις οὐ χρησάμενον. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τοῖς χοροῖς τὰ σχήματα ποιεῖν τὰ τῶν ὀρχήσεων καὶ ὅλως πᾶσαν τὴν τῆς τραγῳδίας οἰκονομίαν εἰς ἑαυτὸν περιιστᾶν. Ὑπεκρίνετο γοῦν μετὰ τοῦ εἰκότος τὰ δράματα. *Aeſchylus non tantum pallarum et stolarum decorem et grauem habitum excogitauit, quam aemulati ſacerdotes, et qui faces in ſacris geſtant [illegible] induuntur; ſed etiam multos ſaltatorios geſtus a ſe inuentos chori perſonis tradidit. Chamaeleon* r) *igitur ſcribit ab eo fuiſſe primum formatos choros absque ſaltationum doctoribus, eumque geſtus chori praeſcripſiſſe, vt etiam prorſus diſpoſitionem tragoediae atque actionem in ſe tranſtulerit. Agebat enim [illegible] in ſcena perſonas et fabulas, vt decebat agere.* Eamdem rem deinde confirmat *Athenaeus* prolatis Ariſtophanis teſtimoniis, quae hic praetereunda duxi. *Philoſtratus* lib. I. Sophiſtar. vbi de Gorgia. p. 481. [I. p. 492. edit. Olear. cuius not. videbis.] Εἰ γὰρ τὸν Αἰσχύλον ἐνθυμηθείημεν, ὡς πολλὰ τῇ τραγῳδίᾳ ξυνεβάλετο, ἐσθῆτί τε αὐτὴν κατασκευάσας, καὶ ὀκρίβαντι ὑψηλῷ, καὶ ἡρώων εἴδεσιν, [illegible]

ἀγγέλοις

p) In his *Hurd* in Comment. ad Horatii Epiſt. ad Piſon. et Aug. tom. I. ſecundum germanicam cel. Eſchenburgii interpretationem p. 211 ſqq. *Harl.*

q) Duos igitur *hiſtriones* introduxit Aeſchylus, qui plures perſonas, πρόσωπα, in fabulis ſuſtinerent. At enim ſunt ſcenae, in quibus non duo, ſed tres colloquuntur, e. g. in prima ſcena actus tertii in Choephoris, vbi colloquio Oreſtis cum Clytemneſtra interuenit etiam Electra. Cl. *Nast* in diſp. mem. vero coniicit, poſt eius obitum filios ipſius, Euphorionem ac Bionem, iuſſos, fabulas patris nonniſi caſtigatas de integro in ſcenam referre, eas aliquantum immutaſſe, et in quibusdam perſonas adeoque etiam actores multiplicaſſe. *Harl.*

r) Chamaeleon Heracleotes, qui de Poetis egit, et ἐν τῷ περὶ Αἰσχύλου laudatur ab eodem *Athenaeo* IV. p. 184. lib. IX. p. 375. et X. p. 428. [vid. ad finem §. I. adnotata] *Glaucum* ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων memorat Anonymus Scholiaſtes graecus in argumento Perſarum Aeſchyli. *Heraclides* quoque Ponticus teſte Laertio V. 88. ſcripſerat περὶ τῶν τριῶν τραγῳδοποιῶν *de Aeſchylo, Sophocle et Euripide.* Caeterum de *Glauco* Rhegino conſules *Voſſium,* [libr. I. cap. 4. ſect. 4.] vti de Chamaeleonte quoque [II. 17, 29 ſq.] de quo praeterea agunt Voſſius in Hiſtoricis et Meurſius in Bibl. Graeca *Fabric.* Adde *Burette* in Comment. acad. Paris. Inſcr. vol. I. p. 238. ad locum *Plutarch.* de Muſica, vbi *Glaucus* ὁ ἐξ Ἰταλίας ἐν συγγράμματι τῷ περὶ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν καὶ μουσικῶν laudatur. *Harl.*

ἀγγέλοις τε καὶ ἐξαγγέλοις, [s]) καὶ τοῖς ἐπὶ σκηνῆς τε καὶ ὑπὸ σκηνῆς χρὴ πράττειν. *Si Aeſchylum conſideremus, quam multa is Tragoediae contulerit, nam et ſyrmate ornauit, et ſublenauit cothurnis, et pulpito excelſo grandiorem fecit, et Heroum* [P] *formis, nunciis, et iis omnibus quae in ſcena aut ſub ſcena agenda ſunt.* Alter *Philoſtratus* lib. VI. vitae Apollonii cap. 11. p. 258. [p. 244. Olearii qui interdum alias dedit lectiones,] Aeſchylus τὴν τέχνην δὲ ὁρῶν ἀκατάσκευόν τε καὶ μήπω κεκοσμημένην, ἡ μὲν ξυνέστειλε τοὺς χοροὺς [ὁ Αἰσχύλος] ἀποτάδην ὄντας, καὶ τὰς τῶν ὑποκριτῶν ἀντιλέξεις εὗρε, παραιτησάμενος τὸ τῶν μονῳδιῶν μῆκος, καὶ τὸ ὑπὸ σκηνῆς ἀποθνήσκειν ἐπενόησεν, ὡς μὴ ἐν φανερῷ σφάττοιεν. — Ὀκρίβαντος δὲ τοὺς ὑποκριτὰς ἀνεβίβασεν ὡς ἴσα ἥρωσι βαίνοιεν, ἐσθήμασί τε πρῶτος ἐκόσμησε, ἃ πρόσφορα ἥρωσι, etc. *Cum Aeſchylus artem tragicam confuſam nimis et rudem inornatamque videret, eam aliquantum moderatus eſt. Itaque contraxit choros nimium productos, reperitque, vt hiſtriones* [t]) *inter ſe colloquerentur, refugiens monodias illas prolixas, excogitata etiam caede ſub ſcena,* [rectius poſt ſcenam,] *ne in omnium oculis homines interficerentur.* [u]) *Cothurnos praeterea hiſtrionibus induit, vt gradientes Heroas repraeſentarent, et veſtes idoneas Heroibus adtribuit. Themiſtius* Orat. 26. p. 316. Ἀλλὰ καὶ ἡ σεμνὴ τραγῳδία etc. *Immo et grauis ipſa ac ſeuera tragoedia num cum omni ſimul adparatu, cum choro et actoribus in theatrum peruenit? Nec Ariſtoteli credimus, cum ait, initio chorum ingredientem in Deorum aliquod praeconium cecinisſe; Theſpin vero prologum ac ῥῆσιν, ſermocinationem, inuenisſe, Aeſchylum vero τρίτον ὑποκριτὴν καὶ ὀκρίβαντας tertium actorem et pulpitum: caetera nos a Sophocle et Euripide accepisſe?* Primus etiam praeter arbylas cothurnosque in ſcena induxit vſum perſonarum ſiue larnarum, cum antea ore et vultu faecibus inuncto tragoedias egisſent. *Suidas* in Αἰσχύλος. Οὗτος πρῶτος εὗρε προσωπεῖα δεινὰ κεχρισμένα ἔχειν τοὺς τραγικοὺς, καὶ ταῖς ἀρβύλαις ταῖς καλουμέναις ἐμβάταις κεχρῆσθαι. *Hic primus inuenit, vt tragici vterentur perſonis terribilibus et vnctis, arbylisque, calceamenti genere ita appellato.* Idem tradit Porphyrion ad Horatium, et Horatius ipſe in loco ante adducto [v]). De reliqua ſcenae διαθέσει ſiue adparatu, quem ab Aeſchylo repertum ait anonymus auctor vitae eius graecus, ſuffecerit adſcripſiſſe, quae notat praeſtantisſimus Stanleius p. 702. *Scenae antiquitus, cum adhuc tragoedia in lacte quaſi et faſciis eſſet, e ramis et frondibus confectae erant cum racemis et corymbis, quaſi vmbracula quaedam, quae parietes non haberent, ait Seruius, Ouidium ſequutus:*

> *Illic quas tulerant nemoroſa palatia frondes*
> *Simpliciter poſitae Scena ſine arte fuit.*

Poſtea

s) Schol. ad Euripidis Hippolytum verſ. 775. ἐξάγγελος· ὁ τὰ πεπραγμένα ἔνδον τῆς σκηνῆς τῷ χορῷ ἀπαγγέλλων. Mentio ἀγγέλου τραγικοῦ apud *Lucianum* Nigrino tom. I. p. 25. Hinc linguam *Nemeſius* p. 10. edit. Oxon. eleganter vocat ἐξάγγελον ὢν κατὰ νοῦν κινημάτων.

t) Conf. *Paul. Benium* ad *Ariſtotel.* A. P. pag. 10.

u) Huc refer illud Horatii v. 185. poetic.

> *Nec pueros coram populo Medea trucidet.*

Fabric. Hinc *cothurno incedere* eſt, more Tragicorum, magnifice, audacter et ſublimiter ſcribere. *Propert.* II. 25. 41. ex emendatione Burm. II. quem vide,

> *Deſine et Aeſchyleo componere verba cothurno.*

Miror, ait Fabric. in notis MStis, Benio aliter videri, qui caedes ſpectatorum oculis committendas eſſe diſputat p. 313 ſqq. *Harl.*

v) Conf. Lettres ſerieuſes et badines, tom. VI. p. 249 ſqq.

Puluis caſae cum celis effectas: poſtremo magnifice exornatae ſunt. Hanc demum perfectionem contulit Aeſchylus — — et primus ſcenam ornauit picturis, machinis, aris, ſepulchris, tubis, ſpectris et Diuis, quae omnia in altera vita Aeſchyli, MS. Oxonienſi et editioni Robortelli praefixa, enumerantur: Τὴν δὲ σκηνὴν ἐκόσμησε, καὶ τὴν ὄψιν τῶν θεωμένων κατέπληξε τῇ λαμπρότητι, γραφαῖς καὶ μηχαναῖς, βωμοῖς [?] τε καὶ τάφοις, σάλπιγξιν, εἰδώλοις, ἐριννύσι. Mactacis vſum fuiſſe tradit et Euſtathius in Iliad. σ΄. vbi clypeorum inſignia ait in ἕπτα ἐπὶ Θήβαις deſcripſiſſe, quaſi eſſent animata, quod et fecerat antea Homerus in Achillis clypeo. *Tumulos etiam adhibuiſſe, ex principio* Χοηφόρων *diſcimus: Vmbras, ex Prometheo vincto et Perſis, Diras, ex Eumenidibus.*

IV. Quum priores Tragici ludicro fere ſermone ac γελοίᾳ λέξει fuiſſent vſi, Aeſchylus primus ſectatus eſt μεγαλοφωνίαν, [vnde μεγαλοφωνότατος adpellabatur, vid. *Photii* Biblioth. cod. CLVIII. p. 328.] et genus dicendi ἁδρὸν, de quo cum idem *Stanleius* p. 725. agat, adſcribam tantum verba Quinctiliani lib. X. Inſtitut. cap. 1. [66. vbi vid. Geſneri not.] *Tragoedias primus in lucem Aeſchylus protulit, ſublimis et grauis et grandiloquus ſaepe vſque ad vitium;* (confer Suidam in Ψόφου πλέως, in Γομφοπαγῆ ῥήματα, et in Λῆμα Θέσπιν.) *Sed rudis in plerisque et incompoſitus, propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre poſterioribus poetis Athenienſes permiſere, ſuntque eo modo multi coronati:* Hoc eſt, ni fallor, quod apud *Philoſtratum* lib. VI. de vita Apollonii cap. 6. p. 258. [p. 245. edit. Olear. cuius not. conſulas,] legas: Ὅθεν Ἀθηναῖοι πατέρα μὲν τῆς Τραγῳδίας αὐτὸν (Αἰσχύλον) ἡγοῦντο, ἐκάλουν δὲ καὶ τεθνεῶτα εἰς Διονύσια. Τὰ γὰρ τοῦ Αἰσχύλου ψηφισαμένων ἀνεδιδάσκετο καὶ ἐνίκα ἐκ καινῆς. *Athenienſes inde eum Tragoediae parentem habuerunt, et iam defunctum vocarunt ad Dionyſia:* (ſiue iam defuncti tragoedias in Dionyſiis agi tulerunt.) *Aeſchyli enim dramata ex decreto iterum docebantur, quo ratione de nouo ille vicit.* Adde Scholiaſten Ariſtophanis ad Acharnenſes v. 10. et ad Ranas v. 8[?]6. vbi a Comico vocatus eſt ἐριβρεμέτης, quod Suidas h. v. tom. I. p. 854. interpretatus eſt, ὁ μεγάλους κτύπους ἀποτελῶν.] Anonymus auctor vitae Aeſchyli addit praemium propoſitum iis, qui illius tragoedias docerent. Confer *Plutarchum* in vita Lycurgi Rhetoris. Sam. *Petitum* ad leges Atticas p. 68. et *Stanleium* p. 718. Etiam in conuiuiis ramum myrti geſtantes [illegible], poemata Aeſchyli recitabant, vt [illegible] Suidas in Μυρρίνη. [vid. quoque Ariſtoph. Nubes, v. 1307. ibique Schol.] Tanti quoque vitae ſunt Ptolemaeo Euergeti tragoediae Aeſchyli, Sophoclis et Euripidis, vt pignore XV. talentorum interpoſito eas deſcribendas ſibi petere ab Athenienſibus, et antiquos codices ſibi ſeruatis pulcherrime deſcriptos reſtitueret, et quindecim inſuper talenta eis relinqueret, teſte *Galeno* comment. 2. in 3. Epidem. tom. V. p. 412. [Dionyſius vero ſenior, tyrannus, pugillares Aeſchyli, in quibus ille ſcribere ſolitus erat, ſibi [illegible], [illegible], vt [illegible] ad poeticen [illegible] inde animaretur, teſte *Luciano* adu. indoctum, cap. 15. tom. III. Opp. edit. Reitz. pag. 112.] Primum valuiſſe Aeſchylum in [illegible] et rebus [illegible] commemorandis, notauit *Baſilius* M. Epiſt. 379. ad Maximum. [tom. II. Opp. p. 1174. edit. Pariſ. 1618. fol.] Σιμωνίδης [illegible] ἢ ἄλλος τις μελοποιὸς [illegible], ἐναργῶς αὐτοῖς ἐπιτραγῳδεῖ τοῖς πάθεσι. Καίτοι τί λέγω Σιμωνίδην; δέον Αἰσχύλον εἰπεῖν, ἢ εἰ δή τις ἕτερος παραπλησίως [illegible] συμφορᾶς μέγεθος ἐναργῶς διαθέμενος μεγαλοφώνως ὠδύρατο. *Fabric.* Adde *Thom. Pope Blount* Cenſuram celebr. auctorum p. 7. edit. Genev. 1710. 4. Bibliothecam claſſicam ex verſione german. Murſinnae, vol. I. p. 91 ſqq. *C. A. Clodium* in: Verſuchen aus der Litteratur und Moral. part. I. p. 61. *Heeren* in diſp. de chori Graecorum tragici natura etc. [illegible] p. 7 [illegible]

p. 7 ſqq. vbi et ſingularum, quae ſuperſunt, tragoediarum argumenta perſequitur atque explicat, et qui in ſingulis ſint hymni, Threni, philoſophemata intermediaque chori cantica enumerat; inprimis cl. *Naſt.* Obſſ. in rem tragicam Graecorum, p. 15 — 34. vbi virtutes ingenii Aeſchylei, poeſeosque nec non noua, quae ad ornandam tragoediam inuenit atque addidit, percenſet, argumentum tragoediae Χοηφόροι late perſequitur; *Humii* iudicium in: Grundſätzen der Kunſt, part. III. cap. 22. p. 307 ſqq. examinat, et alia bene eruditeque diſputat, poſt haec Aeſchylum cum Sophocle atque Euripide commode comparat. *Longinus* de ſublim. ſect. XV. 11. 12. laudat in Aeſchylo φαντασίας ἡρωικωτάτας, ac nobiles et elatas; ſed notat quoque, eas nonnumquam rudibus et impexis ac nondum ſubactis ſententiis fuiſſe veſtitas, cumque comparat cum Sophocle atque Euripide. conf. Tollii notas pag. 111 ſqq. Apud *Ariſtoph.* Nub. 1369 ſq. Strepſiadis filius a patre iuſſus, accepta myrto ex Aeſchylo aliquid recitare, incipit:

Ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς,
Ψόφου πλέων, ἀσύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν.
At enim ego Aeſchylo principem locum tribuo inter poetas,
Strepitus pleno, incompoſito, duro, confragoſo.

Primas Aeſchylo concedit Menedemus: vide infra in Catal. tragoed. deperdit. voc. Λαϊ. Numquam finem non inuenirem, ſi omnia de vitiis virtutibusque Aeſchyli poeticis iudicia et hinc inde ſparſa de eo loca colligerem. Is vero, quod primus in lucem protulit tragoedias, dithyramborum vinique erat amator, ingenio ſplendido multorumque phantasmatum capaci, et turbulentiſſimis patriae tempeſtatibus, caedibus et furori militum proeliorumque atrocitati, non dicam, intererat, ſed praeerat: quamquam et in conſtituenda et ornanda fabula permulta praeſtitit; tamen omnia perficere non potuit, ac rudis adhuc in multis et incompoſitus ac grandiloquus vsque ad vitium interdum manſit: adſuetus militiae moribus et choris antiquiſſimis, in quibus deorum ac magnorum virorum laudes ex rebus eorum geſtis petitae, celebrabantur, per quamuis occaſionem bella, pugnas, proeliaque chorum canere fecit: ſuo naturali feruore ad audaciam, interdum infrenatam neque adeo felicem, quae parumper abeſſet a tumore frigidoque dicendi genere, indeque ortam obſcuritatem aliaque vitia abreptus eſt: nec vnitatem loci temporisque vbique ſeruauit. Id praeter ea tenendum eſt, atque res eſt, quae maiore inueſtigatione atque expoſitione digna eſt, in nullius tragici graeci quam in Aeſchyli fabulis plures reperiri hebraismos, vel potius linguae orientalis reliquias, ex quibus tamen colligi non poteſt, ab eo lectos eſſe ſacros Iudaeorum libros. Cauſſae potius plures eſſe poſſunt: primo ſtudium Homeri, (de cuius hebraismis ſiue potius, ſi dicere fas eſt, orientalismis, qui habentur, eorumque fontibus, ſupra me agere memini,) atque, ſi noſter fuit pythagoricus, ſtudium philoſophiae pythagoricae, in qua plura rem anſerint Orientis veſtigia; tum, quod in choris et canticis antiquioribus eadem occurrerint; denique, quod antiquam eamque vulgarem loquendi formam, quae non tam cito amittit vltimam antiquitatem atque ſimplicitatem et originis colorem, ſiue propter conſuetudinem, ſiue eo conſilio, vt plebis, illi dicendi generi magis adſuetae, auram captaret, frequenter maluit retinere. Sed haec in coniecturis poſita ſunto, aliorumque acuere diligentiam curamque poſſunt. De mythologia eius, de qua Fabricius §. V. quaedam adnotat, plura quoque dicenda eſſent, ſi ratio inſtituti noſtri id permitteret. Paucis igitur abſoluam. Haud mirum videbitur, Aeſchylum et reliquos tragicos aliquo-

ties diſceſſiſſe ab Homerica mythologia. In variis enim ciuitatibus variae ortae aut primis per poetas magis cognitae et diuulgatae ſunt diuerſae de diis atque heroibus, eorumque ortu ac natura, nominibus, actionibus, virtutibus vitiisque, de mundi ſeu potius vniuerſi origine, forma, auctore, eiusque adminiſtratione, de animi humani natura, aliisque rebus et diſciplinis narrationes fabulaeque. Praeter ea homines de rebus humanis diuinisque acrius et ſubtilius philoſophari coeperunt. In primis factum eſt per lyricos poetas, quos feruidum audaxque ingenium et proprium genus ipſaque rei, quam carmine celebrabant, natura ad noua rapuit audenda et carminis lyrici conſtitutio formaque, nouaque libido, nec non argumentorum delectum in honorem, hominumque patriam, maiores, moresque, et quorum opiniones de rebus humanis diuinisque patriam ac domeſticam, receperunt aut carminum laudibusque immiſcuerunt ad fabulas ſiue mythos hinc inde mutandos, et argumentis carminum ſuorum accommodandos inuitarunt atque impulerunt, vt multi mythi nimis acciperent immutationes non magis, quam acceſſiones. Quo euenit, vt mythologia conduceret ad poematum ornamentum et quaſi illecebras, et ab opinionibus popularibus ac poetarum aliorumque tragicorum ingenio auctoritate varietas mutataſque adſumeret formas. Quapropter mythologiae vſus apud tragicos non ſemper adhibebatur ad religionis doctrinam. *Harl.*

V. Pythagorae dogmata ſequutum, teſtatur *Cicero* lib. II. Tuſc. quaeſt. cap. 10. *Veniat Aeſchylus, non Poeta ſolum, ſed etiam Pythagoreus; ſic enim accepimus.* Ni Cicero forte Aeſchylum Tragicum confudit cum altero Aeſchylo, Hippocratis Chii diſcipulo, de quo ſupra cap. XIII. [Aeſchylum, carmina ſua traditorum poteſtati, eximium fuiſſe philoſophum, hiſce teſtatur *Athenaeus* lib. VIII. cap. 18. p. 347. E. F. ex verſione latina: „Nos vero ſemper animo voluimus *elegantis* et *illuſtris* Aeſchyli dictum, (τὰ τοῦ καλοῦ καὶ λαμπροῦ Αἰσχύλου.) qui ſuas tragoedias eſſe iactitabat magnificarum Homeri coenarum fruſta, (τεμάχη εἶναι τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων.) Eximius ſane philoſophus Aeſchylus fuit, qui in agendis fabulis aliquando iniuſtis ſuffragiis ab aduerſariis ſuperatus, vt auctor eſt Theophraſtus ſiue Chamaeleon, libro de voluptate, tempori ſe ſuas tragoedias conſecrare, (χρόνῳ τὰς τραγῳδίας ἀνατιθέναι) dixit, non ignarus, eum meritum honorem adepturum." Fabulae apud Homerum eiuſdem ab Aeſchylo totam tragoediam, Ψυχοστασίαν inſcriptam, fuiſſe adcommodatam, narrat *Plutarchus* de audiendis poetis, p. 59. vol. VI. edit. Reisk. *Harl.*] Porro e *Platonis* lib. II. de Republ. ſub extremum, adparet, ab eo referri inter poetas, quorum lectionem, quod de diis parum reuerenter loquantur, interdicendam iuuentuti exiſtimat, et quorum dramata nolit publice doceri aut ſpectari. Etiam apud Athenienſes impietatis accuſatum, vix poenam capitis euaſiſſe interceſſione fratris Amyniae [w]), narrat *Aelianus* lib. V. Variar. cap. 19. ſiue quod Eumenidum crinibus primis angues inſeruit, ſiue quod choro quinquaginta Eumenidum ita exterruit ſpectatores, vt infantes deliquium, grauidae abortum paterentur: ſiue, quod primus poetarum Aegyptiam potius, quam Graecam ſequutus theogoniam, Dianam auſus ſit vocare filiam non Latonae, ſed Cereris; [x]) ſiue potius, cui ſententiae eruditus Aeliani interpres Iacobus Perizonius merito adſtipulatur, quod myſteria Eleuſinia in theatro prodidit, cauſatus deinde, ſe haud initiatum, ἀπόῤῥητα illa quod eſſent, ignoraſſe, vt docent Cl. Ale-

w) Vide ſupra ad §. II.

x) Teſte *Herodoto* lib. II. cap. 56. pag. 180. vbi vide Valckenar. ac Weſſeling. Ex Herodoto repetiit id *Pauſanias* VIII. p. 676. *Harl.*

lib. II. Stromatum p. 387. et *Ariſtoteles* lib. III. Nicomach. cap. 1. ad quem locum Euſtratius: *Videtur Aeſchylus in ſagittariis, in ſacerdotibus, in Siſypho ſaxum voluente, in Iphigenia, item et Oedipode, de Cereris ſacris curioſius quaedam euulgaſſe, de quo Heraclides Ponticus in primo de Homero libro ſcribit parum abfuiſſe, quin in ſcena ea de cauſa fuerit interemtus, quaſi nonnulla de myſteriis prodere videretur. Praeſenſiſſe enim populi tumultum, atque ad aram Bacchi confugiſſe, cumque Areopagitae interceſſiſſent, dicerentque, nihil prius de eo temere conſtituendum, quam iudicio ſuo fuiſſet decretum: Ita fuiſſe in iudicium adductum, atque abſolutum, clementia iudicum maxime veniam conſecutum, quod ſtrenue apud Marathonem pro patria pugnauerat. Nam et fratri Cynaegyro manus obtruncatae fuerant, ipſe grauiter ſaucius ex eo praelio fuerat exportatus.* Δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα ἔν τε ταῖς Τοξότισι καὶ Ἱερείαις καὶ ἐν Σισύφῳ πετροκυλιστῇ καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ ἐν Οἰδίποδι. Ἐν γὰρ τούτοις πᾶσι περὶ Δήμητρος λέγων τῶν μυστικωτέρων περιεργότερον ἅπτεσθαι ἔοικε. Λέγει δὲ καὶ περὶ Αἰσχύλου καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ὁμήρου ὡς κινδυνεύοντος ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεθῆναι, ἐπὶ τῷ τῶν μυστικῶν περιφέρειν τινὰ δοκεῖν, εἰ μὴ προαισθόμενος κατέφυγεν ἐπὶ τὸν τοῦ Διονύσου βωμὸν καὶ Ἀρεοπαγιτῶν αὐτὸν παραιτησαμένων ὡς ὀφείλοντα κριθῆναι πρῶτον, ἔδοξεν ὑπαχθῆναι εἰς δικαστήριον καὶ ἀποφυγεῖν, αὐτῶν δικαστῶν ἀφέντων, μάλιστα, διὰ τὰ πραχθέντα αὐτῷ ἐν τῇ ἐπὶ Μαραθῶνι μάχῃ. Ὁ μὲν γὰρ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κυναίγειρος ἀπεκόπη τὰς χεῖρας, αὐτὸς δὲ πολλὰ τρωθεὶς ἀνηνέχθη φοράδην. Quum vino incaluiſſet, tragoedias ſcribere ſolitum Aeſchylum, tradit *Plutarchus* lib. I. Sympoſiac. qu. 5. et lib. VII. qu. 10. [p. 856. vol. VIII. edit. Reiskii.] *Lucianus* in Demoſthenis encomio [cap. 15. tom. III. Reitzii p. 502. Lucianus ibi *Calliſthenem* prodit auctorem. Ex *Chamaeleonte* autem narrat id *Athenaeus* lib. X. cap. 7. p. 428. E. F. qui vitio vertit Aeſchylo, quod primus, non, vt alii cenſent, Euripides, in tragoediam ebriorum perſonas induxerit. Tum pergit: „Nam in Cabiris (Καβείροις) Iaſonem ebrium induxit, quo vitio laborabat ipſe poeta tragicus. eo tempore mentitus heroas, (ἃ δ' αὐτὸς ὁ τραγῳδοποιὸς ἐποίει, ταῦτα τοῖς ἥρωσι περιέθηκε.) Ebrius ſane tragoedias ille ſcriptitabat: quamobrem Sophocles, eum accuſans, dicebat, quamvis, Aeſchyle, facias, quae decet, inſcius tamen et imprudens facis, vt narrat Chamaeleon libro de Aeſchylo." *Harl.*] Victus Athenis, Archonte Apſephione, Olymp. LXXVII. 4. a iuuene Sophocle [*] indignabundus ſeceſſit in Siciliam. Hinc, diu verſatus in Sicilia, Siculis vtitur dictionibus teſte *Athenaeo* IX. p. 402. Ibi defunctus et circa Gelam humatus eſt teſte eodem *Plutarcho* in Cimone p. 483. Obiit Olympiad. LXXVIII. anno 2. ante Chriſtum 467. (aetatis vndeſexageſimo g)) cum aquila in illius, temere confidentis, caluum caput teſtudinem deieciſſet, vt praeter alios refert Suidas in Χελώνη μυῶν. Epitaphium eius hoc refert Plutarchus libro de exſilio, p. 604. [vol. VIII. p. 385. edit. Reisk.]

g) Petauius, Scholiaſten Graecum ſecutus, ponit, Aeſchylum anno aetatis LXV. obiiſſe Olymp. LXXVI. 1. vt adeo natus fuerit LX. 1. Auctor vitae Sophoclis natum teſtatur Olymp. LXVII. 1. Verum malui ſequi rationes marmoris Arundeliani. *Fabric.* Cum Fabricio conſentit *Corſin.* in Faſtis attic. tom. III. p. 193. Aeſchylum ſexaginta tres annos vixiſſe, adfirmat auctor graecus vitae Aeſchyli: is tamen in eadem pagina ſcribit, tragicum obiiſſe diem, ſexaginta quinque natum. *Saxius* in Onom. I. p. 31. Aeſchylum, ſcribit, denatum eſſe Olymp. LXXXI. 1. *Larcher.* vero in Chronol. Herodotea p. 571. annum mortis ponit ſecundum Marmor Oxon. Epoch. LX. in a. Periodi Iulian. 4258. ante Ch. N. 456. Olymp. LXXXI. 1. V. C. 298. aet. 69. Ita quoque Ariſtophanicus ſcholiaſtes ad Acharn. verſ. 10. mortuum Aeſchylum tradit Callia archonte, n. Ol. LXXXI. 1. vid. *Corſin.* l. m. p. 203. *Harl.*

Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει
Μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροιο Γέλας. z)

VI. Exſtant Aeſchyli Tragoediae ſeptem.

1) ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ *Prometheus vinctus* ſiue *religatus*. *Cicero* lib. II. Quaeſt. Tuſc. [cap. 10. vbi vid. Dauiſ.] profert verſus duodetriginta Aeſchyli latine a ſe redditos, in quibus loquitur Prometheus adfixus ad Caucaſum. Sed in hac Aeſchyli tragoedia verſus illi haud leguntur, quae Prometheum inducit vinctum non ad Caucaſum, ſed πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις μέρεσι τοῦ Ὠκεανοῦ, *ad Europaeas partes Oceani*, vt obſeruat graecus Scholiaſtes. Videntur itaque petiti e Tragoedia deperdita, quae inſcribebatur Prometheus λυόμενος. [*Accius* quoque ſcripſit *Prometheum*. vid. *Nonium* in *adulatio*, vbi verſus quosdam Ciceronianae verſioni in quaeſt. tuſc. l. m. *Accii* Prometheo refert: Ad ſe eundem in *Gelius* et *Priſcianum* lib. VI. col. 695. quare Ciceronem diſſimulati ſcriptoris incuſat *Petr. Scriuerius* fragm. trag. p. 142. Enimuero Ciceronis honorem vindicat *Dauiſ.* ad locum Ciceronis p. m. 145. et adnotat, Aeſchylum ſcripſiſſe Προμηθέα δεσμώτην, λυόμενον et πυρκαέα ſiue πυρφόρον, quorum δραμάτων primum, opinatur Dauiſius, Accium in linguam latinam tranſtuliſſe, Ciceronem vero ſecundi particulam in quaeſt. tuſcul. l. m. prolatam. — *Prometheus*, graece, cum praefatione *Io. Aurati* epiſtola. Paris. apud Chriſtian. Wechelum 1548. 8. vid. Maittaire A. T. ind. p. 10.] Prometheum vinctum, in quo ſenſus principis noui, ſapientum conſilio regnum conſequuti, et mala, quae deinde ab ipſo referuntur, grata, viuis depingitur coloribus, latina proſa vertit *Matthias Garbitius*, Illyricus, profeſſor Tubingenſis, graeceque et latine additis notis edidit Baſil. 1559. 8. apud Io. Oporin. Cum eadem verſione recuſus Argentor. 1559. 8. et in tragoediis ſelectis H. Stephani inſcriptis: *Aeſchyli Prometheus*, gr. cum interpretatione *Matth. Garbitii. Sophoclis* Aiax, Electra et Antigone cum verſione duplici, proſaica in Aiace, Ioach. Camerarii, in ceteris vulgata per Franciſcum Portum raptim recognita, et metrica Georgii Rotalleri. *Euripidis* Hecuba, Iphigenia in Aulide, Medea et Alceſtis cum verſione proſaria ex Melanchthonis praelectionibus et Dorotheo Camillo, ſed recognita multis locis, et Hecuba ab Eraſmo et Medea a Buchanano carmine reddita. exc. Henr. Stephan. 1567. 12. — Αἰσχύλου Προμηθεὺς Δεσμώτης cum Stanleiana verſione, ſcholiis α, β, et γ ineditis, ampliſſimisque variorum notis, quibus

ſuas

z) Aliam inſcriptionem monumento ſuo inſcribi iuſſiſſe Aeſchylum:

Ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραθώνιον ἄλσος ἂν εἴποι,
Καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

Praeclaram animi fortis conſtantiam praedicabit
Marathonium nemus,
Expertusque Medus ipſe, coma denſa
capillatus

prodidit *Athenaeus* lib. XIV. cap. 6. p. 627. At illud diſtichon pars fuit epigrammatis, cuius prius diſtichon Fabricius e Plutarcho adtulit, quod vero non ipſe Aeſchylus ſibi confecit, vti *Kuhn.* ad Pauſan. in Atticis p. 35. Baylusque in Diction. putarunt; ſed Geloi, cum ſumtuoſe inter publica monumenta ſepelientes mortuumque magnifice honorantes, id epitaphium inſcripſerunt, teſte auctore graeco vitae Aeſchyli. *Pauſanias* vero l. m. non de illo epitaphio, ſed de alio carmine, quod Aeſchylus, quum vitae ſibi finem propius adeſſe ſentiret, in ſui ipſius memoriam compoſuiſſet, loquens eſt intelligendus, vti fuſius demonſtrauit [illegible] in Bibl. virorum militia aeque ac ſcriptis illuſtrium, p. 20 ſqq. *Harl.*

ſuas adiecit, nec non ſcholia de metro ac anglicanam interpretationem, *Thomas Morell.* Londini. 1773. 4. conf. Ephem. Götting. litter. 1774. p. 630. — Critica et ex codicibus boniſque libris aut ingenii fertilitate caſtigata eſt editio: *Aeſchyli* tragoediae, Prometheus, Perſae, et ſeptem ad Thebas, *Sophoclis* Antigone, *Euripidis* Medea ex optimis exemplaribus emendatae, (per *Rich. Fr. Phil. Brunck.*) Argentorati ex officina I. H. Heitz. 1779. 8. gr. cum notis criticis, de qua recenſione vid. cenſorem in Bibl. vniuerſali, Berolin. vol. XXXVII. part. I. p. 251. qui in quibusdam diſcedit a docto editore, locaque aliquot explicat. — — Prometheus primum locum occupat in *Chreſtomathia tragica* auctoritate *I. M. Gesneri* edita a *Ier. Nic. Eyringio*, Gottingae, 1762. 8. — Eſt quoque in *Io. Patuſae* Encyclopaedia paedagog. Venet. 1710. 8. vol. IV. p. 154 ſqq. — *Aeſchyli* Prometheus vinctus, cum ſcholiis graecis, et lectionis varietate — edidit *Chriſtoph. Godofr. Schütz*, Eloq. et poeſ. P. P. O. Ienenſ. Halae 1781. 8. — Germanice verſa eſt haec tragoedia: *Prometheus in Feſſeln*, aus dem Griechiſchen des Aeſchylus, überſetzt von *I. G. Schloſſer*, Baſil. 1784. 8. — italice verſa in vol. II. I Capi d' opera del teatro antico e moderno, italiano e ſtraniero. Venet. 1789. — In *Patoni* Bibiioteca degli autori antichi gr. e lat. volgarizzati, tom. II. p. 26 ſq. citantur:

Αισχύλε τραγῳδία Προμηθεὺς δεσμώτης. *Prometeo Legato, Tragedia d' Eſchilo*, volgarizzata, e con annotazioni ſul Teſto greco illuſtrata da Monſignor *Mich. Angelo Giacomelli*, in Roma 1754. mai. 4.

Prometeo legato, trag. di Eſchilo traſportata in Verſi Italiani. In Padoua, per il Conzatti. 1754. 8. — *Antonii Cinutii* (Cinuzzi,) verſio italica adhuc in Bibl. Vaticana latere dicitur. *Harl.*] Ex Prometheo Aeſchyli multa tranſlata in parabaſeim I. Aug. Thuani, notat Grotius Epiſt. ad Gallos 139. *Matthiam* quoque *Flacium* in hac Tragoedia latine transferenda verſatum memorant Pandectae Brandenburgicae, Flacium fortaſſe pro Garbitio per auctoris memoriae lapſum adpellantes. Bernardini Laurentani Patritii Veneti argumentum in Aeſchyli Prometheum latinis ſenariis exſtat ante graeca ſcholia in editione Robortelli. [Huc quoque referenda ſunt *Patrobaſilii*, (h. e. *Frid. Ludou. Abreſchii*) Obſeruata ad Aeſchyli Prometheum vinctum et ſcholiaſten, eiusdemque Praetermiſſa in Obſeruatis ad Aeſchyli Prometheum vinctum, in Miſcell. Obſeruu. belgicis vol. VII. tom. III. p. 405 — 416. et vol. VIII. tom. III. p. 341 — 346. item *Io. Aug. Sterckii* libellus de Aeſchylo et in primis eius tragoedia, quae Prometheus vinctus inſcripta eſt. Gottingae 1765. 4. Quatuor loca in Prometheo et vnum in trag. ſeptem adverſus Thebas acute emendat illuſtratque doct. *Caſp. r. Iac. Beſenbeck*, Erlangenſis in diſputatione, me praeſide, m. Octobr. 1784. ventilata: *Aeſchyli locorum quorumdam interpretatio.* — Hoc quoque in hac tragoedia ſingulare eſt, quod Κράτος et Βία, *perſonae allegoricae*, in ſcenam productae, prologum agunt, et Κράτος ſuo atque Βίας nomine cum reliquis colloquitur perſonis. Neque vero ideo culpandus eſt poeta: nam cautionem adhibuit in ea re vſurpanda. Tum, quod vniuerſa veterum religio nixa fuit allegoriis, atque *Robur* et *Vis* iam ab Heſiodo Theogon. v. 385. Stygis liberi, a Pallante editi, qui ſemper ſedem habeant apud Iouem, memorantur, nihil fecit inuſitati. *Harl.*] Prometheum docuit Aeſchylus victor anno aetatis 53. Olymp. LXXVI. 4. archonte Menone. Reliqua tria tetralogiae dramata fuere *Phineus*, *Perſae* et *Glaucus Potnienſis.*

2) ΕΠΤΑ ἘΠΙ ΘΗΒΑΙΣ aa) *Septem Duces aduerſus Thebas*, actae poſt Olymp. LXXVI. Teleſten Aeſchyli ὀρχηστὴν, qui hoc drama ſaltauit, admiratione ſumma tradit *Athenaeus* lib. I. p. 22. et teſtimoniis Ariſtophanis ac Plutarchi docet *Zachar. Pearce* ad Longin. p. 69. Stilo veteri tragico expreſſa ſeptem Thebana a *Quinto Septimio Florente Chriſtiano*, Pariſ. 1585. 4. [In Maittaire Ann. typogr. tom. III. part. II. p. 792. ita indicatur editio:

Aeſchyli Tragoedia Septem Thebana, graece, et verſibus latine, ſtylo ad veteres tragicos latinos accedente, quam proxime fieri potuit, a *Q. Septim. Florente Chriſtiano*, Lutet. apud Fed. Morel. 1584. 4.

In excerpta particula epiſtolae nuncupatoriae a Maittario ſubiecta, Florens Chriſtianus, vt typis, ait, mandes, quaſi munus trado, quod nollem nudum prodire illud ſed pro more gentis, ſed cum ſcholiis et notatis, quae in *ſchedis meis* ſunt adſequuntur in *commentarium ad Prometheum Deſmoten*; tum addit, Scaligero non diſpliciuiſſe priora ipſius Aeſchylea.] Idem Prometheum quoque ſimilli Metaphraſi illuſtrauerat, ſed quod [illegible] ſciam adhuc inedita. Latina proſaica verſio *Ioannis Caſelii* prodiit Roſtoch. 1582. 8. Et idem drama Graece ac latine, *Caſelio* edente ibid. 1581. 4. [cum animaduerſionibus. — *Aeſchyli* Septem aduerſus Thebas inſunt tomo II operis: Πενταλογία ſiue tragoediarum graecarum delectus cum adnotatione *Io. Burton*. edit. altera. Cum obſeruationibus indiceque graeco longe auctiorem et emendatiorem edidit *Thomas Burgeſs*. tom. II. Oxon. 1779. 8. — De Symbolis etc. Aeſchyli in Septem ante Thebas et Euripidis Phoeniſſis agit *Fraguier* in Mem. de l'Acad. Pariſ. des Inſcr. tom. II. pag. 409 ſqq.]

3) ΠΕΡΣΑΙ, ita dictum drama, quod e Perſis chorus conſtat, ante ſeptem Thebanas actum, vt teſtatur Schol. Ariſtoph. ad Ranas, v. 1058. et 1060. Archonte Menone Olymp. LXXVI. anno 4. Hanc Tragoediam e Phoeniſſis *Phrynichi* concinnatam notauit *Glaucus Rheginus* in libro de fabulis Aeſchyli, et innuit in Ranis Ariſtophanes. Quae de ſucceſſione Regum Perſarum leguntur v. 765 ſq. non temere alibi leguntur. Confer Chronologorum Principes Scaligerum, Petauium, Marſhamum: ac ſi placet Barnabam Briſſonium opere de regno Perſarum. *Fabric.* [Explicationem illorum verſuum 761 — 788. dedit quoque *Campeg. Vitringa* in Obſeruu. lib. VI. §. IX. p. 294. imprimis *I. G. Walther* in Animadu. hiſtoricis et criticis, Weiſſenfelſae, 1778. 8. p. 10 — 65. vbi multis quoque refutat Stanleii, Schurzfleiſchii, Scaligeri, maxime Marſhami, etiam Vitringae interpretationes. Ibidem p. 278 ſqq. de καταβασμῷ, in Pers. [illegible]

aa) Plutarch. VII. 10. ſympoſ. ὥσπερ καὶ τὸν Αἰσχύλον ἱστοροῦσι τὰς τραγῳδίας ἐμπίνοντα ποιεῖν, καὶ, ὡς ἔλεγεν ὁ Γοργίας, ἓν τῶν δραμάτων αὐτοῦ μεστὸν Ἄρεως εἶναι, τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, ἀλλὰ πάντα Διονύσου. In Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 520. pro Aeſchyli Eteocle legendum eſt ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. *Fabric.* Sic quoque in cod. Taurinenſi CCLIII. (teſte Catal. MSSt. gr. Bibl. Taurin. p. 369.) ſunt Aeſchyli Trag. Prometheus et *Eteocles* cum ſcholiis, in margine et gloſſis interlin. et in indic. pag. 486. ſcribitur *Tiocles*. Sed ſunt ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, vbi primus loquitur Eteocles. Interdum a veteribus inſcribitur haec tragoedia, ἑπτὰ ἐπὶ [illegible] vid. Ariſtoph. Ran. v. 1053. ibique Schol. et [illegible] Burtono et Schutzio, (in huius comment. ad hanc fabulam pag. 206.) congeſta. *Harl.*

meth. 806 ſqq. fuſius diſſerit contra Iſ. Voſſium, et p. 224. ac 229. locum in Prometheo vincto verſ. 728. de Aulone explicat; — verſ. 12. et 13. corrigit vberiusque explicat *Valcken.* ad Eurip. Phoen. v. 1489. p. 500 ſq. — Hanc tragoediam germanice vertit *I. T. L. Danz*, Lipſiae, 1789. 8. add. Reflexions ſur la Tragédie d'Eſchyle, intitulée les Perſes, par Mſ. de *Burigny*, in Hiſt. Acad. Reg. Pariſ. Inſcr. tom. XXIX. pag. 58 — 63. *Harl.*]

4) ἈΓΑΜΈΜΝΩΝ acta Archonte Philocle Olymp. LXX. (non XXVIII. vt in argumento graeco perperam legitur) anno 2. De hac ita Salmaſius praef. ad librum de Lingua Helleniſtica p. 37. *Quis Aeſchylum poſſit affirmare, Graece nunc ſcienti magis patere explicabilem, quam Evangelia aut Epiſtolas Apoſtolicas? Vnus eius Agamemnon obſcuritate ſuperat, quantum eſt librorum ſacrorum cum ſuis Hebraiſmis et Syriaſmis, et tota Helleniſticae ſuppellectile vel farragine.* Agamemnonem Aeſchyli in prima editione mancam et cum Choephoris confuſam diſtinxerunt et integritati ſuae ex MStis codd. reſtituerunt *Franciſcus Robortellus*, *Bartholomaeus Barbadorus*, *Hieronymus Maeus* (tt), et *Petrus Victorius*. *Fabric.* [In Tetralogia dramatum graecorum, a cl. *Wolfio*, Profeſſore Halenſi, Halae Saxon. 1787. mai. 8. in vſum lectionum graece, ſine vllis notis edita, *Aeſchyli* Agamemnon primum locum occupat. — Germanica verſio eſt ſic inſcripta: *Agamemnon*, ein Trauerſpiel des Aeſchylus, aus dem Griechiſchen rhythmiſch überſetzt und mit erläuternden Anmerkungen begleitet, nebſt einer Vorrede über das Genie des Dichters und Beobachtungen über die Menſchendarſtellung der Alten, von *Daniel Jeniſch*. Berlin und Liebau, 1786. 8. Interpres, vt plurimum quidem ſequitur Stanleium et Schützium, interdum tamen diſcedit ab illis; Aeſchylum praefert maximum Homero, quem putat non idoneum paremque fuiſſe tragoediae aeque excellenti ac Epopoeae ſcribendae, aliaque de Homero iniqua falſaque fert iudicia. Ceterum haud male illuſtrat illam tragoediam; acrem tamen cenſorem nactus eſt in biblioth. vniverſ. Berolinenſi, vol. 83. part. II. p. 548. — Docte perſequitur hiſtoriam textus, nec non argumentum et vitia virtutesque tragoediae, emendat denique aut interpretatur multa loca difficiliora cl. *Schütz* in binis diſputationibus: Commentationum in Aeſchyli tragoediam, quae inſcripta eſt Agamemnon, libellus primus, Ienae. 1779. 4. — libelli primi pars altera, ibid. 1780. 4. adde *Sallier* comm. in Agam. in Comment. Acad. Pariſ. Inſcr. vol. VIII. p. 224. *Harl.*]

5) ΧΟΗΦΌΡΟΙ *Inferiae*. Tragoedia itidem acta Olymp. LXX. 2. cum Agamemnone atque Eumenidibus. Hanc primus edidit *Franciſcus Robortellus* an. 1552. ſed initio mutilam, quod ex Ariſtophanis Ranis, nec integrum tamen, repoſuit *Stanleius*. Confer *Scaliger.* ad Propert. p. 278. Apud *Mongitor.* in Bibl. Sic. p. 6. perperam excuſum eſt *Coephororum* pro *Choephori*. *Fabric.* Haec tragoedia, multis laborans vulneribus, exſpectat adhuc ſuum Aeſculapium. Separatim edita eſt gr. et lat. Glasguae, excud. Foulis. 1777. 4. *Harl.*

6) ΕΥ'ΜΕ'-

(tt) De hoc Hieronymo Maeo, Florentino, qui ſtudium poſuit in Ariſtotelis Politica et Poetica emendanda, vid. Iul. Nigri Hiſtoriam Scriptorum Florent. p. 303. et de Barbadoro p. 78.

6) ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ *Furiae* ſiue *Deae*. quae cum Agamemnone, Choëphoris, et dramate Satyrico deperdito, cui titulus erat Proteus, conſtituerunt tetralogiam, quam *Oreſtiam* vocat Ariſtophanes, vt ex veteribus διδασκαλίαις obſeruat Scholiaſtes Comici ad Ranas. Itaque et Eumenides Aeſchylus docuit Olymp. LXX. 2. Has ſtilo veteri Pacuuiano vertiſſe ſe teſtatur *Ioſephus Scaliger* p. 111. ad Varronem, vbi Eumenides Aeſchyli ab *Ennio* olim translatas obſeruat. Eiusdem verſionis ſuae meminit Epiſtola 97. ad Florentem Chriſtianum. In illis Poeta chorum quinquaginta Eumenidum in theatrum induxerat: quo ipſo [illegible] ita perterriti ſpectatores, ὥστε τὰ νήπια ἐκψῦξαι, τὰ δὲ ἔμβρυα ἐξαμβλωθῆναι, vt narrat anonymus vitae Aeſchyli auctor. Ab eo tempore numerus chori Tragici ad quindecim reductus eſt, teſte *Iulio Polluce* lib. IV. cap. 15. Confer *Samuelem Petitum* ad leges Atticas pag. 66. [*] *Meziriac*. ad Ouid. Herold. tom. II. pag. 206.

7) ἹΚΕΤΙΔΕΣ *Supplices*.

VII. Anonymus ſcriptor Graecus vitae Aeſchyli, ait, eum feciſſe dramata *ſeptuaginta*, et quinque Satyrica. Suidas ipſi tragoedias *nonaginta* tribuit. Sed vtrumque numerum excedunt nomina fabularum iam a me recenſenda, ſiue quod vna tragoedia ſub duplici nomine laudatur ab antiquis, ſiue, quod nomina corrupta numerum auxere, ſiue quod falſo quaedam huius Aeſchyli nomine ferebantur, ſiue, quod Suidas et alter anonymus pariter in numero dramatum falſi fuerunt. [Confer *Caſaubon*. de Satyr. poeſi lib. I. cap. 5. pag. 125 ſqq. edit. Rambach.] Ceterum nomina deperditarum Aeſchyli tragoediarum haec ſunt, partim memorata in Catalogo, qui graecis in Aeſchylum ſcholiis praefigitur, partim obſeruata a *Ioh. Meurſio* in diatriba de Aeſchylo, Sophocle et Euripide Tragicis, (quae poſt editionem Lugd. Bat. 1619. 4. ex auctoris Chirographo auctior edita eſt tom. X. Antiquitatum Graecarum Clariſſimi Gronouii), ab eodem Meurſio in Bibliotheca Graeca pag. 1197 ſq. a *Thoma Stanleio* [et *Cornelio de Pauw*] in Aeſchyli fragmentis, ab *Hugone Grotio* in excerptis Tragicorum, [atque *Heathio* in notis ſ. lectionibus ad Tragicos p. 158 ſqq.] et a *Thoma Gatakero* in Aduerſariis poſtumis cap. 10. quibus plures obſeruationes noſtrae accedunt. *Fabric*. Atque hic catalogus augeri poteſt. Sic in dramate Aeſchyli deperdito [illegible], quam Aeſchylus vnus omnium, qui ei praeceſſerunt, ex narratione Aegyptiaca adſumſit, Dianam fuiſſe Cereris filiam, apud *Herodot*. II. 156. pag. 180 ſq. [illegible] *Valckenario* ad locum Herodoti. Poſt Stanleium *Cornelius de Pauw*, (qui in fragmentis multa bene, multa quoque perperam immutauit,) et *Heath* in Notis ſ. Lectionibus ad Tragicos pag. [illegible] fragmentum praecipue incertorum collegerunt atque interpretati ſunt. Atque el Schutzius, qui [illegible] fragmenta collegit, quae quarto editionis ſuae tomo ſubiiciturus eſt, hunc quoque catalogum forſitan locupletabit, aut, eiectis quibusdam ex numero citatorum, imminuet. Locum incertae tragoediae, ſeruauit Scholiaſtes, a Villoiſonio editus, ad Homer. [illegible] 342. [illegible] Inter incerta locus eſt ab Ariſtotele in Hiſtoria animal. de *epopa* ex quadam Aeſchyli tragoedia, ad quam reſpicit quoque *Plin*. Hiſtor. Nat. lib. X. cap. 44. Illos verſus, latine redditos, offert *Perottus* in Cornu copiae pag. 513. Alios emendatos dedit *Salmaſ*. in Exerc. Plin. pag. 296. A. edit. Vltraiect. et alibi. *Harl*.

Ἀθάμας. Athen. VII. 19. Heſych.

Ἄθλα Ἀθηνᾶς. Athen. VI. 14. vnum et idem alter μακρογεφύρας, ſi credimus Gatakerum hoc e quodam Scholiaſtae Sophoclis loco colligentem.

Αἰγύπτιοι. Catalog.

Αἰτναῖ, Αἰτναι, Αἰτναῖαι. Αἰτναῖαι γνήσιαι et Αἰτναῖαι νόθαι. Vide Holſten. ad Stephanum in παλική. et Meurſ. Miſcell. um V. 19. Pro Αἰτναίαις male Ἀιτναίας legi apud Heſychium in Ἀναξίαν, poſt Meurſium notauit Salmaſius.

Aeſchylum in Alcibiade laudari videas in Suida latino Hieron. Wolfii, voce Σκύρος. Sed in graeco textum eſt: Αἰσχύλος λέγει περὶ Ἀλκιβιάδε. Sic Plutarch. de audiendis Poetis p. 32. Αἰσχύλος περὶ τε̃ Ἀμφιαράε γράφων. Et in Ariſtide p. 320.

Ἀλκμήνη. Heſych.

Ἀμυμώνη. Athen. XV. 12. Heſych. Ammonius in γῆμαι. [ad quem locum vid. Valcken. in Animaduu. pag. 59.]

Ἀμφιτρύων et Μεσσηνιακὰ ἔπη, perperam in Meurſii Bibl. Graeca [ac Geſneri Biblioth. p. 14.] referuntur inter tragoedias Aeſchyli Athenienſis: Alexandrini enim eſſe, probe ex Athenaeo [lib. XIII. cap. 8.] obſeruauerat idem vir doctus alibi.

Ἀργεῖαι. Catalog. et Etymol. M. Pro quo male Ἀργεῖα apud Heſychium in Ἀπέσκημμα. et in Ἐμμέλεια non minus corrupte ἀργύριοι.

Ἀργῶαι. Vide Iac. Gronou. praefat. ad Harpocrat. **** 4.

Ἀργὼ ſiue κωπευστής. Catalog. [?]

Ἀταλάντη id.

Βάκχαι id.

Βάσσαραι ſiue Βασσαρίδες Heſych. Scholiaſtes Nicandri ad Theriac. Simplicius in lib. II. de Coelo p. 125. b. Αἴσχυλος ἐν Βαττάρεις.

Γλαῦκος Πόντιος. Strabo lib. X. p. 447. Pauſan. Boeoticis, p. 575. et Athenaeus, III. 10.

Γλαῦκος Ποτνιεὺς *). Strabo lib. IX. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Ranas. Euripidis ad Phoeniſſ. [v. 1201. ad quem vid. Valcken. p. 411. et 752.] Aeſchyli in argumento Perſar. vnde hauſit Scaliger in deſcriptione Olympiadum. Graece edita ad Olymp. LXXVI. 4. Ceterum duo diuerſa Aeſchyli dramata fuiſſe Glaucum Pontium et Glaucum Potnienſem, adeoque diſtinguenda, contra Caſaubonum Meurſius docet. [Stanlei. quoque diſtinxit; at Pauw dubitat propter ſcripturae ſimilitudinem, Caſaub. vero ad lib. III. Athenaei errare putat.] Glaucus Aeſchylii, vter, incertum, memoratur a Schol. Theocriti Idyll. 4. 62. Pindari Pythionic. Od. 1.

Δανάη

*) Glaucus Potnienſis fuit piſcator, qui, cum, herba quadam guſtata, inter maris deos relatus eſſet, quotannis futura praedicere exiſtimabatur nauiculatoribus, vnde Aeſchylus totius fabulae argumentum ſumſit, teſte Pauſan. IX. 22. pag. 754. Harl.

Δαναοὶ ſiue Δαναΐδες Heſych. Schol. *Pindari* Od. 3. v. 31. *Athen.* lib. XIII. p. [illegible]. [Eadem fabula videtur Stanleio: diuerſae autem Caſaub. ac Pauw, qui dum Strabonis V. pag. 221. cum Stanleio Δαναΐδας et Ἱκετίδας pro eadem fabula habet: ſecus ſentit Heath. [illegible]]

Δικτυουλκοί. Heſych. Aelian. VII. 47. de animal.

Δικτυουργοὶ ſiue potius Δικτυουργικοί. (quae forte a ſuperiore haud diuerſa fuit) Catalog. Pollux. VII. ſect. 35.

Διονύσου τροφοί. Schol. Euripidis argumento Medeae.

Ἕκτορος λύτρα, ἢ Φρύγες. Auctor vitae Aeſchyli, idemque (vt puto) catalogi tragoediarum. Etiam Aeſchylum ἐν Ἕκτορος laudat Stobaeus et ἐν Φρυξὶν ἢ λύτροις Pollux et Scholiaſtes Comici ad Ranas: ἐν Φρυξὶ Athenaeus et Heſych. eandem tragoediam innuens. Aeſchyli imitatione *Lutra* quoque Ennius ſcripſit.

Ἐλευσίνιαι ſiue Ἐλευσίνιοι. Plutarchus Theſeo. Heſych.

Ἑλλάδες [Aeſchylo abiudicat hanc tragoediam Stanleius.] vide infra in Ἡλιάδες.

Ἐπίγονοι. Schol. Pindari Iſthm. Od. 6.

Εὐρώπη ſiue Κᾶρες Stob. ſerm. 49. (51.) Steph. in μύλασα.

Ἠδωνοί. [ἐν Ἠδωνοῖς Schol. Ven. ab Villoiſonio edita ad Iliad. λ'. 575. et ψ'. 34.] Strabo lib. X. Schol. Ariſtophanis ad Aues. Athenaeus, XI. 8. Erotianus in ἰκτας, Suid. in ἀλύζειν et Μυσομαντις, Heſych. [Euſtath. Parecbol. p. 1282. lin. 60]

Ἡλιάδες. Hoc drama Athenaeo X. 11. XI. 5. et in anonymo Catalogo memoratur. Verum Schol. Sophoclis Oed. Col. laudat Aeſchylum ἐν Ἰλιάσι. Forte, inquit Meurſius, *ſcriptae fuerunt et Aeſchylo* Ἰλιάδες, *vt Euripidi* Τρῳάδες. Sed magis eo propendeo, vt legam ἐν Ἡλιάσι. Similiter etiam apud Harpocrationem in [illegible] legit Gatakerus, pro ἐν Ἑλλάσι, ſed ibi verior videtur lectio Viri Clariſſ. Iacobi Gronouii, qui ad Harpocrationem p. 91 ἐν λαί[illegible] reponendum eſſe ſuſpicatur. [Pauw ſuſpicatur [illegible] *conſtringit*, *occludit diuino* et indefeſſo pede tremiſcens; at perperam.]

Ἡρακλεῖδαι. Heſych. Stob. ſerm. 121.

Θαλαμοποιοί. Pollux, [lib. VII. cap. 27. ibique interpr.]

Θεωροὶ ἢ ἰσθμιασταί. Aeſchylum in Θεωροῖς laudat Athenaeus XIV. cap. 7. Sed male apud Heſych. in Ἀποστὰς citatur Aeſchylus ἐν Ἰσθάσθαις. Perperam [?] et in anonymi Catalogo Aeſchyli tragoediarum: Θεόδωροι ἢ ἰσθμιασταί.

Θρῇσσαι Heſych. Scholiaſtes Sophocl. ad Aiacem. [134. 815.] Comici ad Ranas.

Ἱέρειαι *ſacerdotes.* Macrob. V. 22. Heſych. Euſtratius ad Ethic. Ariſtotelis III. 1. Schol. Sophoclis ad Oedip. Colon. [v. 791.]

Ἰλιάδες. Vide ſupra in Ἡλιάδες.

Ἰξίων. Heſych.

[Ἰφι[illegible] male citat Meurſius ex *Polluce* X. cap. 14. ſegm. 157. ibi enim legitur Ἀχαιῶν ἐν Ἰφιγ[illegible] *Harl.*]

Ἰσθμιασταί. Vide ſupra in Θεωροί.

Ἰσοστάσιον. Vide infra, ψυχοστασία.

Ἰξίονεια Euſtratius, vbi ſupra §. V. Schol. Ariſtoph. ad Ranas. Suid. in κυδάζεται. [Schol. ad Sophocl. Aiac. v. 722]

Κάβειροι. Athenaeus IX. cap. 4. X. p. 428. et Plutarch. lib. II. quaeſt. 1. ſympoſ. p. 632. Sed male apud Schol. Pindari Pythionic. Od. 4. laudatur Aeſchylus in Κιβήροις. Aeſchylum Καείροις vet. Lex. Bibl. Coislinian. p. 484. lege Καβήροις.

Καλλιστώ. Heſych.

Καμικοὶ tam recte in libro de Aeſchyli tragoediis a Meurſio omittuntur, quam in Bibliotheca eiusdem Graeca perperam accenſentur Aeſchyli fabulis, ex corrupto loco *Athenaei* lib. II. p. 51. nam pro καμικοῖς legendum ibi eſt κατὰ τῆς βάτȣ, vt ex MSS. codicibus docuit Caſaubonus lib. II. cap. 11.

Κᾶρες. Vide ſupra Εὐρώπη.

Κερκυών. Corrupta vox pro Κερκύων in prioribus Harpocrationis editionibus in ὄρον.

Κερκύων Σατυρικός. Heſych. Pollux X. ſect. 175. Harpocrat. in ὄρον ex Salmaſii emendat. [compara *Pauſan.* Attic. I. 39. p. 94. *Caſaub.* de Poeſi Sat. I. 5. p. 128 ſq.]

Κήρυκες. *Pollux* lib. IX. ſect. 136.

Κήρυκες Σάτυροι dd). *Pollux* lib. X. ſect. 186. [vbi vide interpr. p. 1377. et cap. 19. ſect. 68. ibique interpr. p. 1230. edit. Hemſterhuſ.] et *Photii* Lexicon MS. in πυρσοκόμε λέοντος

Z 2 laudante

dd) Satyrica dramata, in quibus Satyri ſ. minii ſaltabant. vid. *Salmaſ.* pag. 10. de Helleniſmo. *Fabric.* adde *Iſ. Caſaubon.* de Satyrica Poeſi, lib. I. cap. 1. p. 19 ſqq. ibique not. Crenii ac Rambachii, et pluribus locis. Κήρυκες vero h. l. non ſunt *praecones*, ſed *ſacrorum adminiſtri.* vid. *Caſaubon.* ad Athen. Dipnoſ. XV. p. 939. adde *Knox* on ſatire and ſatiriſts, in Eſſays moral and literary, vol. II. pag. 147. cl. *Io. Gottlieb Buhle* proluſ. de Fabula Satyrica Graecorum. Gottingae, 1787. 4. qui plures excitat ſcriptores. Idem vir doctiſſ. p. 8. negat, Aeſchylum fuiſſe vel cultioris primum auctorem, ea de cauſſa, quod eius aetate mos faciendarum quotannis τετραλογιῶν iam eſſet vſurpatus; omnia porro nomina fabularum, quarum Theſpin auctorem ferunt, credere vetent, pertinuiſſe eas ad ſatyricarum genus; denique non Aeſchylo ſoli, ſed etiam Phrynicho, Pratinae et Choerilo Athenienſi, Aeſchyli fere aequalibus, praeter ſatyros, tragoediae quoque tribuantur; quod denique *Plato* in Minoe tom. VI. pag. 140. edit. Bipont. adfirmet, tragoediam neque a Theſpide, neque a Phrynicho duxiſſe originem; ſed videri potius priſcum Atticorum inuentum, de quo parum conſtet. Omnis vero controuerſiae cardo verſatur in notione verae tragoediae, et num Theſpis auctor fuerit dramatum, quae nomini illius adſcribuntur: qua de re ſupra in paragrapho de Theſpide iam diſputauimus. Idem vir doctiſſ. p. 10. „patet, inquit, fabulis ſatyricis *Aeſchyli* plerumque hiſtoriam aetatis mythicae Graecorum argumenta ſuppeditaſſe. — — Minime vero probabile eſt, argumenta fabularum ſatyricarum ab Aeſchylo ita tractata fuiſſe, vt ille nihil aliud, niſi auditorum riſum ciere, ſtuderet, aut falſa dicteria in populares ſuos coniicere; miſcuit potius in fabulis ſatyricis ſeria cum ludo, easque medium tenere voluit inter tragoediae ſeueritatem et comoediae priſcae dicacitatem ſuo tempore nimis adhuc amarulentam; quo magis Sileni laſciuia aut γελοῖα λέξει et Satyrorum proteruitate reuocarentur ad hilaritatem ſpectatorum animi acta aliqua tragoedia Eumenidum ſimili paullo vehementius adfecti. Ceterum minus bene ſtatuit Caſaubonus, argumentum fabulae ſatyricae, trilogiae tragoediarum adnexae, fuiſſe *ſemper* adfine illis, quae in tragoediis

laudante Clariſſimo Bentleio. [in Epiſtol. ad Millium p. 15. adde p. 57. et *Caſaubon.* de Satyr. Poeſi lib. I. cap. 5. p. 127.]

Κίρκη Σατυρική. Heſych. Corrupte in anonymo Catalogo *Κήρυκες Σατυρικοί.* [vid. *Caſaubon.* de Satyr. Poeſi, lib. I. cap. 5. pag. 126.]

Κρῆσσαι. Athen. II. cap. 11. Heſych.

Κωπευστής. Supra in *Ἀργώ.*

Λαΐος. Vide ſupra in *Ἡλιάδες.* Memoratur in Catalog. et apud Heſych.

Λέων Σατυρικός. ita enim apud Stephanum in [illegible] legunt Salmaſius et Gataker[illegible]. Sic [illegible] quinque Satyricorum Aeſchyli dramatum nomina tenemus. Quae ſunt *Κερκύων*, *Κήρυκες*, *Κίρκη*, *Λέων* et *Πρωτεύς.* Ex his ne vnam quidem ad nos perueniſſe, [illegible] literarum harum amatores, [illegible] genere primas Aeſchylo tribuerit *Menedemus* Eretrienſis teſte *Laertio* lib. II. ſect. 133. et Heſychio Illuſtri, vbi de Menedemo agit; tum Pauſanias in Corinthiacis. [[illegible]]

Λήμνιοι tum in Catalogo memorantur tum apud Heſychium in *Ἀγκυρίβολα*: vbi Iohannes Vitus Pergerus legit: *ὡς καὶ ἐν Λημνίοις Αἰσχύλος.*

Λυκοῦργος. [illegible] Aeſchyli Lycurgum memoratur in Scholiis Graecis ad [illegible] citant vel ad eam reſpiciunt Ariſtophanes Theſmophoriaz. Longinus *περὶ ὕψους*, Athen. X. cap. 14. Heſych. et Schol. Sophoclis ad Oedipum Colon. [v. 668.] Schol. Ariſtoph. ad Equites.

Λύτρα Ἕκτορος ſiue *Φρύγες.* Vide ſupra *Ἕκτορος λύτρα.*

Μέμνων. Catalog.

Μήδεια, neſcio, ſatisne certo colligatur ex Ariſtotelis Poetices cap. 17.

Μυρμιδόνες [illegible], ſi credimus [illegible] in Scholiis gr. ad Ariſtoph. Lyſiſtratam; quem tamen falli putat Langbaenius ad Longinum.

Μυρμιδόνες. Strabo lib. XIII. Harpocrat. Heſych. Athen. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Ranas, Pacem, Aues, et Eccleſiaz. [illegible] Ex eadem fabula Aeſchyli [illegible] Clem. [illegible] p. 27. [illegible] et *Philo* de mundo incorruptibili pag. 737.

Μυσοί. Suid. in *Ὀργεῶνες.* Steph. in *Οἶος.* Ariſtoteles cap. 24. Poetic. *ἐν Μυσοῖς ὁ ἄφωνος ἐκ Τεγέας εἰς Μυσίαν ἥκων.*

Μύσται memorantur Harpocrationi in *Ὀργεῶνας*; ſed *Μυσοὺς* reponi iubent Meurſius et [illegible]ſacus, quod confirmat Suidas eadem voce.

Νεα

diis exhibuerat poeta; nam ipſum Aeſchyli exemplum id redarguit. [vid. locum Scholiaſt. ad *Ὀργεῶνας* infra a Fabricio noſtro laudatum.] Nihil adſine ſibi habuere v. c. argumenta tragoediarum, Phinei, Perſidis, Promethei *(πυρφόρου ſ. πυρκαέως)* et fabulae ſatyricae, Glauci Potnienſis; quae tamen omnes conſtituebant tetralogiam doctam ab Aeſchylo, Olymp. LXXVI. 4. Moneo praeterea [illegible] quod ſaepius fabulae ſatyricae ſeparatim [illegible]re, nec trilogiis adiectae. — Hactenus [illegible] *Harl.*

Νεανίσκοι. Athen. XI. cap. 15. Heſych.

Νέμεα. Catalog.

Νηρεύς. Heſych.

Νηρηΐδες. Schol. Euripidis ad Phoeniſſ. [v. 219. ibique Valcken. p. 635.] Pindari Nemeonic. Od. 6. Heſych.

Νιόβη. Strabo lib. XII. Hephaeſtio Enchirid. Ariſtot. cap. 17. Poetic. Heſych. Anonymus auctor vitae Aeſchyli et Scholiaſtes Ariſtoph. ad Aues et Ranas: Euripidis ad Phoeniſſ. v. 162. Aeſchyli ad Prometh. [Euſtath. in Parecbol. pag. 744. lin. 3. Priſcian. grammat. lib. I.]

Ξάντριαι. Schol. Aeſchyli ad Eumenid. Suid. in Ὀκτάπουν. *Fabric.* *Pollux* Onom. X. ſect. 117. vbi vide interpret. p. 1295. edit. Hemſterh. et *Bentlei.* Epiſt. ad Millium p. 58. *Harl.*

Οἰδίπους. Euſtratius III. ad Ethic. Nicomach. *Fabric.* Ex Oedipo Aeſchyli praebet fragmentum, a Stanleio omiſſum, Schol. ad *Sophoclis* Oed. Tyr. v. 723. quod reſtituit *Valcken.* ad *Euripid.* Phoeniſſ. 38. p. 17. *Harl.*

Ὅπλων κρίσις. Reſpicit Ariſtot. cap. 23. Poetic. laudat Stob. et Scholiaſtes Sophoclis ad Aiacem [190.] Ariſtophanis ad Acharnenſes, 883. Latina tragoedia Attius expreſſit *Armorum iudicio.* *Fabric.* Conſ. *Valcken.* Animadu. ad Ammonium lib. III. cap. 1. p. 164. *Harl.*

Ὀρεστεία. Tetralogia tragoediarum Aeſchyli acta Olymp. LXX. 2. Schol. Ariſtophanis ad Ranas v. 1153. Τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστείαν αἱ διδασκαλίαι, Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν. Ἄριχος (lege Ἀρίσαρχος) καὶ Ἀπολλώνιος τριλογίαν λέγουσι χωρὶς τῶν σατυρικῶν. [conf. *Caſaubon.* de Satyr. Poeſi, lib. I. cap. 5. pag. 124. edit. Rambach.]

Ὀστολόγοι. Athen. XV. cap. 2.

Παλαμήδην quoque vel Ναύπλιον inter Aeſchyli δράματα fuiſſe ſuſpicatur Gatackerus, ex loco quodam Athenaei, [?] [In Scholiis Venetis a Villoiſonio editis ad Hom. Iliad. δ. 319. p. 120. citatur Αἰσχύλος Παλαμήδη, et fragmentum ex eo datur. Ex hoc dramate fortan locus ille *Athenaei* I. p. 11. quem emendauit et illuſtrauit *Valcken.* ad *Euripidis* Phoeniſſas p. 204.]

Πενθεύς. Catalog. et Galenus 1. in 6. Epidem. tom. V. p. 455.

Περραιβοὶ, Περραιβίδες. Heſych. Athen. XI. cap. 7. et 14.

Πηνελόπη. Etymol. M.

Ποικίλα χρώματα. Suid. in Κάλαις, niſi locus eſt corruptus, perinde ut alter in κάλχη, vbi Aeſchylus in ποικίλοις κάλχαις citatur. *Fabric.* Kuſter. ad vtrumque locum verba ἐν ποικίλοις χρώμασι inducenda putat. Secus ſentit *Lamb. Bos* in Animadu. ad Suidam, et *Aeſchylum* mathematicum libri, Ποικίλα χρώματα, auctorem cenſet. vid. ſupra §. II. not. *a.* *Harl.*

Πολυδέκτης. Catalog.

Προμηθεὺς πυρκαεὺς Polluci lib. IX. ſegm. 156. memoratur. Ab eo non diuerſus eſt πυρφόρος laudatus *Gellio* lib. XIII. cap. 18. et in Catalogo Anonymi recenſitus. Vide *Gul. Canterum* lib. VII. cap. 21. nouar. lect. [et *Hemſterhuſ.* ad loc. Pollucis pag. 1140. *Caſaubon.* de Poeſi Sat. p. 128. ibique Rambach.]

Προμηθεὺς λυόμενος. Strabo lib. I. [p. 58. vbi vide Caſaubon. et hunc de Poeſi Satyr. p. 127.] Dionyſ. Halicarn. lib. I. Antiquitt. Stephanus in ἄβιοι. Hyginus Poetic. Aſtronom. lib. II. cap. 6. Heſych. Athen. Scholiaſtes Apollon. ad lib. IV. *Arrianus* in periplo Ponti Euxini. *Procop.* IV. 4. de Bello Gothico p. 579. Ex hoc dramate H. Stephanus depromtos eſſe coniicit Aeſchyli verſus, quos de Prometheo laudat Strabo lib. IV. et alios item quos adducit Galenus comment. 1. in ſextum ἐπιδημιῶν Hippocratis, §. 29. quamquam ibi, (memoriae, vt videtur, vitio,) citat Prometheum Aeſchyli δεσμώτην. Vide et quae de Ciceronis loco notaui ſupra, vbi de edito Aeſchyli Prometheo. [*Salmaſ.* Exercit. Plin. pag. 42. ſupra ad §. VI.]

Προπομποί. Heſych.

Πρωτεὺς Σατυρικός. Heſych. Athen. [IX. cap. 11. pag. 394. ad quem locum vide Dalecamp. et Caſaubon. comm. p. 428.] Scholiaſtes Aeſchyli in argumento Agamemn. atque inde Scaliger in deſcriptione graeca Olympiadum ad Olymp. LXXX. ee) 2. Vide, quae ſupra inter editas Aeſchyli tragoedias in Eumenidibus. [*Caſaubon.* de Poeſi Sat. I. 5. p. 129.]

Σαλαμίνιαι ſiue Σαλαμίνιοι. Perperam apud Heſychium duobus in locis Σαλαμῖνι.

Σατυρικὰ δράματα quinque Aeſchylum docuiſſe auctor eſt anonymus Graecus, qui vitam eius ſcripſit. Horum nomina habes ſupra in Νόμ. Verum vero tanquam ſingulares Tragoediae et ab aliis diuerſae memorandae ſunt Σάτυροι ex Heſychio, et Σάτυροι ex Pauſaniae Corinthiacis, cum doctiſſimo Gatakero tute dubites, imo non eſſe, ne dubites quidem.

Σεμέλη ἢ Ὑδροφόροι. Catalog. Heſych. [fragm. ex ea tragoedia: ἐν Σεμέλῃ ἢ Ὑδροφόροις, in Scholiis Hom. Marcianis ad Hom. Iliad. γ'. 319. p. 120.]

Σίσυφος δραπέτης. Catalog. Laudant etiam Siſyphum Aeſchyli *Athenaeus* XII. 5. animal. Erotianus in διεπῶ et Pollux, [lib. X. cap. 3. ſect. 20. ibique Hemſterhuſ. etc. 22. In Etymologico Gudiano, in Specimine Emendat. in Etymol. M. a Kulenkampio edito [illegible] quod fragmentum Aeſchyli ibi ſeruatum corrigit *Schneider.* in Fragmentis Pindari Carminum p. 106. nr. CLIX. *Harl.*

Σίσυφος πετροκυλιστής, quod nomen dramatis corrupte legitur apud Heſychium [?] in Θάψαι. Integrum in Catalogo Anonymi, et apud Euſtratium III. 1. ad Ethic. Nicomach.

Σφίγξ. Athen. XV. cap. 5. Heſych. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Ranas.

Τήλεφος

ee) Olympiade LXXX. iam obierat Aeſchylus, itaque ad illam non magis quadrat tempus acti huius dramatis, quam ad Olympiadem XXVIII. quae in graeco Agamemnonis argumento defignatur, illa enim Aeſchylus natus nondum erat.

Τήλεφος. Heſych. Clemens Alex. IV. Strom. Scholiaſtes Comici ad Ranas.

Τοξότιδες ſ. Τοξόται. Antigonus Caryſtius hiſtor. paradox. f) cap. 127. Euſtratius vbi ſupra, Heſych. Plutarch. in amatorio p. 676. et Lib. de profectus indiciis, p. 81.

Τροφοί. Heſych.

Ὑδροφόροι ſiue Σεμέλη, quam vide.

Ὑψιπύλη. Heſych. Scholiaſtes *Apollonii* ad lib. I. [620 ſq. 773. conf. *Groddek* in Bibl. der alten Litterat. und Kunſt. part. II. pag. 108 ſq.]

Φιλοκτήτης. *Ariſtot.* cap. 22. Poetic. Athen. IX. cap. 11. Schol. Ariſtophanis ad Ranas. Plutarchus Lib. de tranquillitate. Dio Chryſoſt. diſſ. 52. Scholiaſtes Sophoclis in Philoctetae argumento. Suid. in ἔνθ' ἔτε μίμνειν ἀνέμοις ἔτ' ἐκπλεῖν ἐᾷ. quo prouerbio vtitur etiam Ariſtaenetus Epiſt. 27. [Maxim. Tyrius diſſ. 13. p. 147. edit. II. Dauiſ.]

Φινεύς. *Athen.* X. cap. 5. Scholiaſtes Aeſchyli in argumento Perſarum et inde Scaliger deſcript. Olympiadum ad Olymp. LXXVI. 4.

Φοινίσσαι. Pollux.

Φορκίδες. *Eratoſthenes* cap. 22. Cataſteriſm. *Hyginus* II. 12. poetic. Aſtronom. Athenaeus. Videtur reſpicere Ariſtoteles cap. 18. Poetices.

Φρύγες ἢ Ἕκτορος λύτρα. Pollux VII. ſect. 131. Corrupte apud *Heſychium* in Ἀγαστά, [vbi vide Alberti notam,] legas Αἰσχύλος φράζει, pro Αἰσχύλος Φρυξί. De hac Aeſchyli fabula conſulendus Caſaubonus ad Athenaeum lib. I. cap. 19. pag. 56. et quae ſupra in Ἕκτορος λύτρα. [*Stobaeus* ſerm. 32. et Schol. Homer. a Villoiſonio edita.]

Φρύγιοι, tamquam diuerſum a ſuperiore drama ab Anonymo recenſetur in Catalogo.

Ψυχαγωγοί. [*Athen.* X. cap. 1.] *Pollux*, X. ſegm. 10. Heſych. Suid. in Σταθερόν. Schol. Apollonii ad lib. III. et Homeri ad Odyſſ. λ'. v. 133. Ariſtophanis ad Ranas. Ceterum pro Ψυχαγωγοῖς, ψυχαγωγίαν habet idem Anonymus in Catalogo. *Fabric.* Aeſchylo huius dramatis argumentum Homeri praebuit Νεκυία. Vid. *Valckenar.* diatriben Euripidis Hippolyto ſubiectam, pag. 286. C. qui fragmentum poſt Heathii curas corrigit. *Harl.*

Ψυχοστασία, Ponderatio animarum Hectoris ac Pollucis. (argumento petito ex Iliad. XXII.) pro qua ἱεροστάσιον infelici coniectura reponit Reineſius p. 124. Variar. lect. Neque enim *Plutarchus* tantum Lib. de audiendis Poetis, [p. 151. ſ. pag. 54. vol. VI. edit. Reisk.] et Pollux IV. ſect. 130. ſed Anonymus quoque in Catalogo et Heſychius drama hoc commemorat, etſi apud iſtum duobus in locis legitur ψυχοστασίαι in voce αἰγηκίδεσι et ἀνέριβάτας.

Ὠρείθυια. quod Aeſchyli drama vnus *Io. Siceliota* in comment. msto. (qui cuſtoditur in Bibl. Pariſ. Camilli Falconeti) in Hermogenem περὶ ἰδεῶν commemorat. Fragmentum ex

f) Locum Aeſchyli ab Antigono Caryſt. cap. 127. citatum emendat Salmaſius p. 669 ſq. ad Solinum, edit. Pariſ. [ſed vid. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniſſ. pag. 249. b. et *Heath.* in Lectionibus pag. 161. atque Corn. de Paw.]

ex eo ſeruauit *Longinus* de Sublimitate ſect. III. init. vti docuit et locum [illegible] ex [illegible] cl. *Ruhnken.* in diſſ. de vita et ſcriptis Longini §. X pag. 20. et ad Longini locum pag. 242 ſq. edit. Toupii, Oxon. 1778. 8.

Ceterum animaduertendum eſt, de metro Aeſchyli, Sophoclis atque Euripidis, ſcripſiſſe, (κανόνας [illegible] τῶν μελικῶν Αἰσχύλου etc. [illegible]) Eugenium, Trophimi filium, Auguſtopolitanum, Phrygem, teſte *Suida* in Εὐγένιος, et ex illo *Eudocia* in Violar. p. 168. *Harl.*]

VIII. Praeterea Aeſchyli Ἐλεγεῖαι laudantur a *Theophraſto* lib. IX. Hiſt. plantar. cap. 15. et *Plutarcho* lib. I. Sympoſ. qu. 10. vt *Pierium* XXV. 2. et Suidam omittam. Ex his Elegiis *Stanleius* p. 707. ad vitam Aeſchyli, ſuſpicatur, petitum eſſe tetraſtichon, quod ſub eius nomine legitur [P] in Anthologia lib. III. cap. 5 in eos, qui ad Marathonem occubuere. In eadem, quam dixi, vita auctor Anonymus refert Aeſchylum a Simonide, cuius in eodem Anthologiae loco verſus quidam huius argumenti leguntur, ſuperatum. Elegiaco carmine εἰς τοὺς ἐν Μαραθῶνι τεθνεῶτας, quod Aeſchyli dictio longius abeſſet a tenuitate illa et λεπτότητι, quam Elegia requirit. *Paeana in Apollinem* rogatus componere a Delphis, id facere renuit, quod iam exſtaret alius Paean vetuſtior auctore *Tynnicho* gg) celebris, quocum ſuo ſi conferretur, veluti antiquae imagines nouis recentibus, fore, vt minus forte artis atque elegantiae, verum plus ſanctimoniae et dignitatis habere viderentur. Porphyrius de abſtinendo ab animatis lib. II. ſect. 18. Τὸν Αἰσχύλον, φασὶ, τῶν Δελφῶν ἀξιούντων εἰς τὸν Θεὸν γράψαι παιᾶνα, εἰπεῖν ὅτι βέλτιστα Τυννίχῳ πεποίηται· παραβαλλόμενον δὲ τὸν αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐκείνου, ταὐτὸ πείσεσθαι τοῖς ἀγάλμασι καινοῖς πρὸς τὰ ἀρχαῖα. Ταῦτα γὰρ καίπερ ἁπλῶς πεποιημένα, θεῖα νομίζεσθαι· τὰ δὲ καινὰ περιέργως εἰργασμένα θαυμάζεσθαι μὲν, θεοῦ δὲ δόξαν ἧττον ἔχειν. Si *Romulum Amaſeum* Pauſaniae interpretem audimus, Aeſchylus in [illegible] carmine *de pugna Marathonia* ſuum et Patriae nomen commemorauit. Sed verborum Pauſaniae lib. I. Attic. pag. 49. longe alius eſt ſenſus, vt animaduerſum Ioachimo Kühnio in notis ad Pauſaniam, et [illegible] Baelio pag. [illegible] Dictionarii, edit. ſecundae. Nempe Aeſchylum ſibi ipſi [illegible] compoſuiſſe Epitaphium, et in eo nihil commemoraſſe, quam nomen ſuum Patriamque, et quod ad Marathonem ſtrenue pugnauit [P] *Fabric.* Sed vide ad ſupra §. V adnotata; Kühnius potius errauit: adde *Heath.* Lectiones in Addendis ad Aeſchylum, fin. *Harl.*

[IX. De codicibus atque editionibus tragoediarum ita agam, vt ea, quae Fabricius non bene adnotarat, rectius digeram, vberius exponam et aliis acceſſionibus, quantum fieri poſſit, diligenter locupletem. — Inter codicc. gr. Eſcurial. (apud *Plüer.* in itinerario etc. pag. 159) Supplices cum Scholiis, et ſecundum Antonii Auguſtini indicem, tres tragoediae cum ſcholiis, fol. — In bibliotheca reg. Matrit. apud *Iriartum*, eſt cod. XLVII. nr. 135. p. 162. qui continet [illegible] tragici poemata, [illegible] ſecus expreſſum eſſe [illegible] ea, quae in edit. H. Stephani reperimus; tum comparet Prometheus vinctus cum gloſſis, inter lineas ſcriptis.

gg) Tynnichi Chalcidenſis paeanem vſquequaque [illegible] *Plato* in Ione pag. 362. [pag. 62. edit. Mulleri, cuius notam conferes: adde ibidem pag. 68.] Apud Porphyrium male quidam codices habent Phrynichum pro Tynnicho.

ſcriptis, ſcholiisque: poſt ſequuntur Septem ad Thebas, cuius argumentum mſtum differt ab editis, et quae, vt alibi, ita quoque hic, vocatur Ἐτεοκλῆς: porro argumentum Perſarum ipſaque tragoedia, cum gloſſis interlinearibus et argumentis in margine. De huius dramatis ratione auctor excerptum Laſcaris breue affert, quod incipit: Γλαῦκος ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων ἐκ τῶν Φοινισσῶν Φρυνίχου φησί. ita quoque in cod. LXXV. p. 271. qui continet Prometheum vinctum, Septem ad Thebas et Perſas, cum gloſſis inter lineas ſcriptis et ſcholiis, a vulgatis interdum diuerſis et ex aliis commentariis conflatis. — cod. LXXII. p. 256. praebet ſententias ex Aeſchylo aliisque a Laſcare collectas. — Ibidem p. 276 ſq. memoratur cod. ex Mendozae bibliotheca in Eſcurialenſem translatus, qui habet ſcholia in Aeſchyli Prometheum et Perſas. Epigramma Antipatri in eum, ibid. p. 97. fol. codicis CXII. it. p 162. et exſtat in Anthol. lib. III. cap. 25. — Codices in Bibl. Taurinenſi iam paullo ante adtulimus. In bibl. *Barberina* Romae cod. CCCCLII. saec. XIV. habet Aeſchyli Prometh. et VII. contra Thebas cum ſcholiis editis et partim ineditis. Praeter ea in *Italia* frequentes ſunt codd. Aeſchyli; vide Montfaucon. Biblioth. In Bibl. Medic. Florentina teſte *Bandin.* tom. II. pag. 44. ſunt Aeſchyli Prometheus, Septem duces adu. Thebas, et Perſae cum vita Aeſchyli, ab edita aliquantum diſcrepante: eaedem plut. 31. cod. I. p. 74. it. p. 76. ibidem cod. XXXVIII. p. 119. tum p. 124. — Prometheus et Septem contra Thebas, cum ſcholiis, plut. 31. cod. III. p. 79. et plut. 91. cod. V. tom. III. pag. 421. — Prometheus, Septem adu. Thebas, Perſae, Agamemnon, Eumenides, cum gloſſis et ſcholiis tom. II. pag. 83. 11. — Tragoediae VII. cum ſcholiis antiquis marginal. gloſſis inter lineas ſcriptis atque argumentis, vitaque, tom. II. p. 133. II. — Prometheus, ib. p. 173. — Perſae cum ſcholiis, tom. III. pag. 290. Citatur quoque in florilegio ſententiarum, tom. I. p. 253. et in violar. compoſit. pag. 549. In collectione diuerſorum ſcriptorum gr. ſententiarum de adſcenſu Nili, ibid. p 583. II. et 611. VI. — In Bibl. *Veneta* D. Marci, Prometheus, Septem adu. Thebas, Perſae, Agamemnon, Furiae, cod. DCXVI. p. 316. Catalogi. — ibid. cod. CCCCLXVIII. pag. 248. Prometheus, Septem adu. Thebas, Perſae cum ſcholiis vulgatis. — Eaedem trag. cum ſcholiis, cod. CCCCLXX. p. 249. — In *Vaticana* tres trag. cum ſchol. p. 7. et bibl. reginae Sueciae Aeſchylus cum Scholiaſte. in *Montfaucon* Bibl. bibliothecarum MSS. tom I. p 28. nr. 662. ibid. p. 34. nr. 963. — in bibl *Bonauiſ.*, ibid. p. 434. A. — in bibl. *Petau.* ibid. p. 488. E. — in bibl. *Medic.* ibid. p. 530. C. — in bibl. quadam rom. Aeſch. cum gloſſis, ibid. p. 200. D. vt mittam indicem eorum codd. quos ex aliis vrbium terrarumque catalogis laudari. — Secundum *Montfaucon* in Diario italico: in bibl. Ambroſ. *Mediol.* Aeſchyli quaedam, pag. 27. codd. eiusdem B. bibl. MSS. I. pag. 506. — *Neapoli*, in bibl. S. Ioannis, Aeſchylus et commentarius in eum, p. 311. — *Florentiae* in coenobio S. Mariae, tragoediae cum ſcholiis, et in duobus aliis codd. quaedam Aeſchyli tragoediae, p. 369. 370. et in Montfaucon. Palaeogr. graeca, p. 70. — Secundum *Iac. Phil. Tomaſinum* in Bibl. Venetis mstis, (Vtini, 1650. 4.) in bibl. S. *Antonii*, plut. 18. Aeſchylus cum ſcholiis, pag. 17. — in bibl. S. Ioann. et Paulli, plut. II. Duae tragoediae, pag. 21. — in bibl. Iac. Barocii, Aeſchylus, pag. 81.

Lugduni Batau. in bibl. publ. teſte Catalogo: Prometheus vinctus et VII. ad Thebas cum Scholiis interlin. nr. 51. p. 326. — eaedem trag. cum Perſis cum ſcholiis et interpretationibus. nr. 23. p. 392. — Eaedem tres trag. bis, nr. 4. et 6. p. 395. — ibid. p. 332. nr. 180. ſunt *Franc. Porti* comment. msst. in Aeſchyli trag. nr. 180. pag. 332.

In *Germania* ſunt *Wittebergae* cod. qui tres priores tragoed. continet, ex quo varias lectiones excerpſit et recenſuit *I. Chr. Zeun* in ſingulari proluſione. Witteb. 1781. 4. — *Guelferbyti* in bibl. ducali, cod. omnium tragoediarum cum ſcholiis, in Agamemnone mutilus. — In bibl. *Vindobonenſi*, teſte *Neſſelio*, in Catalog. part. IV. p. 111. cod. CXVII. tres priores trag. — ibid. p. 129. cod. CCXXXV. duae tragoed. cum ſcholiis. — ibid. part. V. p. 172. nr. 5. Prometh. et VII. ad Thebas cum annotatt. — part. IV. p. 141. cod. CCLXXIX. Aeſchyli fragmenta cum gloſſis ſcholiisque. — ibid. p. 145. cod. CCXCVIII. et p. 159. cod. CCCXXXIV. ſcholia in Aeſchylum. — In Bibl. *Norimberg.* cod. exeunte ſaec. XVI. ſcriptus, complectens quoque Prometheum. — Bibl. Bauar. *Monaci* habet cod. CXLIII. CXC. CXCIII et CCXLVIII. in quibus ſunt ſcholia in tragoed. Aeſchyli. — In bibl. *Laurentiana* Plut. mſ. VII. 12. Prometheus, et Plut. VIII. 9. Eumenides: ſubſell. VIII. 10. Septem ad Thebas. — In bibl. *Hamburgenſi*, trag. III. cum ſchol. interlin. et margin. — In *Heidelbergenſi* bibl. plures quondam fuere codd. in quibus modo plures, modo pauciores continebantur Aeſchyli trag. teſte Sylburgio.

In *Pariſienſi* bibl. regia cuſtodiuntur ſecundum Catalog. decem codd. quorum nonnulli carent trag. *Agamemnone*, quae ſeparatim exſtat in cod. MMDCCXCI. *Eumenides et Supplices* ſunt tantum cum reliquis in cod. MMDCCLXXXVI. In omnibus reperitur Prometheus; in octo, Septem ad Thebas; in ſeptem vero Perſae. Duo illorum codd. conſuluit Brunck. Sex autem Askew. in Comm. praecipue ad Septem adu. Thebas. — In Bibl. San-Germanenſi, (teſte Montfaucon in Bibl. Bibliothecarum MSS. pag. 1068. B. ſive in *Montfauc.* Bibl. Coiſlin. p. 520. cod. CCCLIII.) Aeſchyli vita, Prometheus et VII. adu. Thebas.

In *Angliae* bibliothecis N. Hei occurrunt, qui vel manu exarati ſunt codices et Aeſchyli comprehendunt tragoedias, vel exempla typis excuſa, variis lectionibus aut notis mſtis ornata. et quater in bibl. Bodleiana et Seldeniana, teſte Catalogo librorum mſtorum Angliae et Hiberniae. Codicem Oxonienſem, continentem Prometh. et VII. adu. Thebas, atque cod. Arundelianum, comprehendentem tres priores trag. contendit Stanleius. Askew habuerat cod. chart. 500. annos circiter habentem.

Moſquenſium duorum codd. varias lectiones cl. Matthaei ſuppeditauit cl. Schützio.

Pleniorem et criticam codd. mstorum notitiam exſpectare iubet promiſſio et diligentia cl. Schützii.

Ad editionum indicem eſt veniendum.

Princeps eſt *Aldina: Aeſchyli tragoediae ſex*, Venetiis in aedibus Aldi et Andr. ſoceri Menſe Februar. 1518. 8. gr. — Parum emendata eſt, quam, Aldo biennium iam ante mortuo, curauit Andreas Aſulanus ſocer. Praeter ea Agamemnonis poſtrema pars cum Choëphoris capite mutilis confuſa, pro vna fabula exhibita eſt Agamemnone. Cauſſam huius confuſionis, quod in vetuſto codice, in quo Agamemnon praecederet, et conſequerentur Choëphorae, nonnullae paginae deerant, in quibus reliqua et magna quidem illa pars Agamemnonis continebantur, bene reperit et indicauit Victorius in praefatione ad ſuam editionem. — In Hibernia in Biblioth. Mori, Epiſc. Noruic. fuerunt, teſte *Montfaucon* in Bibl. bibliothecarum MSStorum, tom. I. p. 688. edit. Aldina cum emendationibus mst. viri docti, atque edit. Stephan. emendationibus et notis Caſauboni referta.

Eaedem gr. Pariſ. ex officina Adr. Turnebi, 1552. 8. Turnebus quidem Aldinam ſequutus editionem, tamen multa, cum primis in tribus prioribus tragoediis ex cod. msto *Aimarii Ranconeti* caſtigauit, et adiunxit variarum lectionum libellum. conf. Biblioth. ancienne et nouvelle, chez P. Goſſe, part. III. pag. 112.

Aeſchyli tragoediae ſeptem: a *Franc. Robortello*, Vtinenſi, nunc primum ex mstis libris ab infinitis erratis expurgatae ac ſuis metris reſtitutae. Venet. 1552. 8. apud Gualter. Scottum.

Robortelli, nouam editionum claſſem ducentis, merita in Aeſchylum ſunt egregia. Is enim non tantum Aeſchylum vulgauit emendatius, adiectis ſuis et *Mich. Sophiani* caſtigationibus, verſus ac perſonas diſtinxit, Agamemnonis, quam ſolam habebat partem poſtremam, et Choëphoras diſtincte e MSto recenſuit; ſed etiam primus adiecit veteres commentarios:

Scholia in Aeſchyli tragoedias omnes, ſeorſim excuſa, ex vetuſtiſſimis libris mstis collecta, atque in hoc corpus redacta a *Franciſco Robortello.* Venet. 1552. 8. ex officina Erasmiana Vincentii Valgriſii.

Epiſtola ad Marianum Sauellum, a quo ille antiquiſſimum accepit librum, in quo tres poſteriores trag., ſuo ordine collocatae, manu vetuſti cuiusdam ac docti hominis adcurate deſcriptae fuerunt, data eſt Venetiis idibus Nou. 1551. vid. *Maittaire* Annal. typogr. tom. III. p. 615 et *Schütz.* comment. I. in Aeſchyli Agamemnona, p. 5 ſqq. — Qualis ſit, et num exſtiterit edit. *Aeſch. trag.* VII. gr. cum ſcholiis *P. Victorini*, Pariſ. 1552. 8. a *Bauero* in Biblioth. librorum rariorum vniuerſali, part. I. p. 6. indicata, equidem neſcio, et metuo, ne deceptus fuerit collector. In bibl. Sarrazian. poet. in 8. p. 92. nr. 1332. occurrunt *Aeſch. trag.* Pariſ. nulla alia editoris aut notarum mentione facta.

Noua lux exorta eſt Aeſchylo opera *P. Victorii* et *H. Stephani* in nitida adcuratque, eademque hodie rara editione, ſic inſcripta:

Αἰσχύλου Τραγῳδίαι Ζ. — — σχόλια εἰς τὰς αὐτὰς τραγῳδίας. Aeſchyli Tragoediae VII. quae cum omnes multo, quam ante, caſtigatiores eduntur, tum vero vna, quae mutila et decurtata prius erat, integra nunc profertur. Scholia in eaſdem, plurimis in locis locupletata et paene infinitis emendata, Petri Victorii cura et diligentia. Ex officina H. Stephani. 1557. 4.

Petrus Victorius, ille tot veterum ſcriptorum graecorum latinorumque Aeſculapius feliciſſimus, Agamemnonem primus exhibuit duobus e codd. mstis, ex iisdem aliisque totum Aeſchylum caſtigauit, ſcholiaque graeca in plurimis locis locupletata et emendata exhibuit. Plurimum tribuit his ſcholiis *Victorius* [hh]), quorum iam apud Euſtathium, Homeri interpretem,

hh) En eius verba praef. in Aeſchylum: *Vt libere loquar, quod ſentio de ſcholiis iis, quae in tres nobiliſſimos Tragicos circumferuntur, puto, haec, quae in Aeſchylum leguntur in vetuſtiſſimo praeſertim noſtro exemplari, meliora ceteris et eruditiora eſſe, primasque ipſis libenter dederim: ſecundas vero Sophocleis, et illis maxime, quae Romae* (1518. 8.) *primum ſeparatim excuſa fuerunt: nam ipſa poſtea creuere opera cuiusdam, qui magis numerum augere voluit, quam intelligentiam eius poetae adiuuare ſtuduit: immiſcuit enim cum ipſis nonnulla, doctrina et acumine priorum illorum indigniſſima. Quae in ſeptem Euripidis tragoedias declarationes editae ſunt, minores multo, inferioresque doctrina eſſe exiſtimo.*

tem, magna fuit auctoritas. Neque dubium videtur, pleraſque illorum particulas eſſe noſtrorum commentatorum, quibus veteres grammatici Aeſchylum olim explanarant. Vſus eſt Victorius eximio noſtro codice, in quo praeter Aeſchylum Sophocles et Apollonii Argonautica cum ſcholiis graecis continebantur. In hac Victorii editione per ſingulas paginas ſcholia verbis ſubiecta et luculentis typis exſcripta proſtant. Sed et ipſe Stephanus eruditas ſuas in Aeſchylum caſtigationes fulcerit p. 359. teſtatus, ſe quindecim poetae exemplaria manu exarata inſpexiſſe partim Venetiis, partim Florentiae, partim Romae et Neapoli: ſed in quorum bona parte tantum primae tres tragoediae haberentur. Victorii praefationem excipit Aeſchyli vita, pr. ſcripta et *Κατάλογος τῶν Αἰσχύλου δραμάτων, κατὰ στοιχεῖον.* In fine tragoediarum p. 343 ſqq reperimus diſp. *περὶ μέτρων, οἷς ἐχρήσατο ὁ Αἰσχύλος*, cuius praeſtantiam in eo etiam cenſere, animaduertit *Pauw*, (ſcholiorum gr. in Aeſchylum contemtor,) in praef. ad ſuam editionem, quod omnes verſus, pauciſſimis exceptis, ita exhibeat, vt ad metrorum genera, ab Hephaeſtione enarrata, non difficulter reduci poſſint. conf. *Freytagium* expoſitum de hac aliiſque Tragici editionibus et de Petro Victorio, in Apparatu litter. tom. II. pag. 771 ſqq.

Praecipuam laudem a critica ratione atque diligentia dexteritateque in curandis vulneribus meret editio:

Aeſchyli Tr. VII. in quibus praeter infinita menda ſublata, carminum omnium ratio hactenus ignorata, nunc primum proditur, — opera *Guil. Canteri*, Vltraiectini, Antuerp. ex officina Chſtoph. Plantin. 1580. 12.

In hac editione admodum rara et adcurata nôn tantum plura longe menda ſunt ſublata, ſed etiam carminum et metrorum, quorum partes a Choro clarius diſtinguebantur, ratio primum perſpicue explicata habetur.

Latina proſa reddere Aeſchylum auſus eſt impar plane huic conatui *Ioannes Saurmannus* ii), Vratiſlauia Sileſius, cuius interpretatio ex officina Oporini prodiit 1555. 8. *Si modo interpretatio dicenda eſt*, (verba ſunt Stanleii,) *in qua vix vllibi reperitur ſenſus; immo, qui legerit, dicet ſicus.* Barthius etiam lib. XI. Aduerſariorum cap. I. queritur, *tam ſtupide latine* redditum eſſe, *vt neſciat, an ſummo ſtudio quis laborans poſſit peiori modo quod non capit, interpretari.* Adiunctam tamen hanc translationem Aeſchylo videre eſt in Corpore graecorum poetarum tragicorum, comicorum, lyricorum et epigrammatariorum, quod graece et latine editum eſt Geneuae, 1614. fol. Ceterum egregios *Guil. Canteri* et *Iſaaci Caſauboni* conatus, quorum ille in prolegomenis ad Aeſchylum, latinam verſionem; hic in notis ad lib. I. et V. Strabonis, nouam editionem Aeſchyli cum notis pollicitus eſt, fata interceperunt.

Canteri editio facta eſt baſis ſequentis ἐκδόσεως, quae et dotes ſuperiorum habet auctas, et vero noua ornamenta:

Aeſchyli Tr. VII. cum ſcholiis graecis omnibus, deperditorum dramatum fragmentis, verſione et commentario *Thomae Stanleii.* Londini, typis Iac. Fleſher. 1663. apud Cornel. Bee, fol. et ibid. 1664. fol. apud Io. Hart.

Edita

ii) *Sauranius* vocatur in Catalogo librorum ab Oporino excuſorum. Sed *Saurmannus* nomen eius fuit. Obiit Vratiſlauiae, vbi Canonicum egit, an. 1570. d. XXVII. Nou. vid. Martini Hankii librum de Sileſiis indigenis eruditis, cap. 5.

Eadem eſt editio: in prioris tamen editionis exemplari, quod fuit in Bibl. Pinelliana, (tom. II. pag. 253.) paginae duae deſunt, in quibus eſt diploma regium cum epiſtola dedicatoria. conf. Bibl. choiſie de Mſ. *le Clerc.* tom. XXIII. p. 224. *Heumanni* Acta philoſ. tom. I. p. 530. Journ. des Savans 1665. p. 1.2. *Goetze* Mem. bibl. Dresd. vol. II. p. 458. *Denis* Memorabilia biblioth. Garellianae, p. 322. *Bure* Bibliogr. inſtructiue B. L. tom. I. nr. 2538. In hac editione, ait Fabricius, contextus poëtae emendate ex Canteri editione, et typis nitidis ac maioribus deſcriptus exſtat: ſubiuncta ſunt ad imum cuiusque paginae graeca ſcholia deſcripta ex editione Victorii et ad tres primas tragoedias ex MS. Barocciano locupletata, nouis etiam ſcholiis graecis adiectis ex codice MS. quem Seldenus ipſi vtendum dederat, Arundeliano. Singulis paginis ex aduerſo reſpondet recens latina proſaria Stanlei verſio, elegans ac perſpicua: tum ad calcem voluminis leguntur eiusdem Stanlei in vitam Aeſchyli et ſeptem Tragoedias notae eruditae, et ex deperditis Aeſchyli tragoediis kk) fragmenta, notis illuſtrata. Neque in hac editione deſiderantur priorum editionum praefationes, Turnebi, Robortelli, Victorii, Canteri: nec variae lectiones ab iisdem collectae, nouisque ex codice Barocciano et Arundeliano auctae, neque Henrici Stephani in Aeſchylum caſtigationes: ſed et ſententias ex Aeſchylo collectas, et a *Cantero* in ſua Tragici editione, atque ab *Hugone Grotio* in Sententiis Tragicorum et Comicorum graecorum latinis verſibus redditas Stanleius exhibuit. Idem dicitur praeterea ab eo tempore paraſſe ampliſſimos in Aeſchylum commentarios ll) octo volumina in folio complentes, qui vna cum aliis viri docti ineditis ſcriptis manu exarati exſtant apud Iohannem Morum Epiſcopum Noruicenſem.

Contextum a Stanleio conſtitutum et totam illius editionem repetiit *Pauw*, et animaduerſionibus inſtruxit bene multis, maximam partem criticis, in quibus metri rationem potiſſimum explicuit. Stanleium ſaepius more ſuo refutatum iuit, et tamen ipſe propter audaciam atque inſolentiam nugasque crebro in aliorum incurrit reprehenſionem, rarius ſenſum verborum, multo minus virtutes vitiaue Tragici expoſuit, neque curauit, vt commentarios a Stanleio relictos nanciſceretur in vſumque conuerteret: e contrario Grotii coniecturas, nomine eius ſuppreſſo, ad ſe rapuiſſe, et hinc latrociniis ferox, aliis interpretationibus contumelioſe inſultaſſe incuſatur a cenſore Speciminis Askeuiani in Nouis Act. Lipſ. Eruditor. an. 1749. menſ. Aug. pag. 490.

Aeſchyli Tragoediae ſuperſtites, graeca in eas ſcholia et deperditarum fragmenta, cum verſione latina et commentario Thomae Stanleii, et notis Fr. Robortelli, A. Turnebi, H. Stephani et G. Canteri, in quas Io. Cornelius de Pauw, cuius notae accedunt. Hagae Comitum, apud Petrum Goſſe, filium et ſocios. 1745. 4.

kk) Iniquiſſima eſt ſuſpicio viri docti, qui in praefatione ad tomum decimum theſauri Antiquitatum Graecarum, Stanleium de fragmentis hisce plagii in Meurſium commiſſi arguit.

ll) Vide Stanlei vitam nouae editioni Hiſtoriae eius Philoſophicae praemiſſam. Act. Erudítor. Anni 1702. p. 46. et Catalogum MS. Bibliothecarum Angliae et Hiberniae tom. II. p. 578. *Fabric.* nec non Stanleii elogium ſcriptore *Guil. Wottono*, quod ad calcem elogiorum Sammarthani vulgauit Chriſtoph. Aug. Heumann. Ienaei, 1722. 8. Octo illi inediti commentarii cuſtodiri dicuntur in Bibl. Cambridg. vid. *Ioecheri* Lexicon virorum doctor. v. Stanley. adde Catal. MSS. Britann. et Hiberniae, bibl. Cambridg. *Harl.*

Aeſchyli trag. quae exſtant, ſeptem, cum verſione latina et lectionibus variantibus, tom. I. II. Glasguae in aedib. academ. exc. Rob. Foulis. 1746. in 8. et 4. Textus eſt is, quem Stanleius concinnarat.

Nouam editionem atque recenſionem curare ſuſtinuit, et non ſolum criticis, ſed etiam grammaticis atque exegeticis, in quibus et ſenſus tragoediarum non magis quam verborum ac ſententiarum dilucide declaratur et de rebus ſingulis atque ipſis earumque ratione, antiquitate vſuque copioſe diſſeritur, animaduerſionibus atque excurſibus inſtruere coepit *Chr. Schütz*:

Aeſchyli Tragoediae, quae ſuperſunt, ac deperditarum fragmenta, (graece tantummodo.) *recenſuit, varietate lectionis et commentario perpetuo illuſtrauit, ſcholia graeca, argumentum hiſtoricum et Lexicon Aeſchyleum adiecit* Chriſtianus Godofr. Schütz, eloq. et poeſ. P. P. O. in Acad. Ienenſi. Halae Saxon. vol. I. continens Prometheum vinctum et Septem adu. Thebas, cum commentario ſeparatim edito 1782. mai. 8. — tom. II. — Perſae et Agamemnon. ibid. 1784. reliqui duo treſue tomi adhuc exſpectantur. *Harl.*]

Iohannis Aurati ἀναγνώσεις in Aeſchylum gloſſas memorat, et apud If. Voſſium euoluiſſe ſe teſtatur vir illuſtris doctrinae *Ezechiel Spanhemius* ad Callimachum p. 535. [p. 227. ad Callimach. (ad H. in Apoll. 51. affert Aurati emendationem prouocatque ad notas ſuas ad Aeſchylum, ad *Ariſtoph.* Plut. v. 266. 486.)] Adnotat. ſua in Aeſchylum pridem in ſcriniis latere, teſtatur idem ad orat. I. Iuliani p. 175. vbi dat ſpecimen. *Chriſtophorus Hendreichius* fallitur, cum in pandectis Brandenburgicis tradit, a Iohanne Meurſio Lugd. Bat. 1619. et a Ioh. Fichtelio Lubecae, Aeſchylum emendatiorem vulgatum fuiſſe. *Barthius* tom. III. ad Statium p. 869. teſtatur, ſe habuiſſe Aeſchyli Prometheum, ſeptem ad Thebas et Perſas MSS. cum ſcholiis, quorum, inquit, *collatione ad Stephani et Canteri exemplaria, multa loca illuſtrari facile poterant.* [P] *Gilbertus Gaulminus* in notis ad Eumathium p. 14. affert aliquot verſus graecos ex Iphigenia, quam Aeſchyleo charactere ſcripſiſſe ſe teſtatur. In catalogo codd. MSS. bibl. Uffenbach. p. 685 ſq. ſpecimen exhibetur codicis mſti trium Aeſchyli tragoediarum, Promethei vincti, ſeptem ad Thebas et Perſarum cum ſcholiis multis interlinearibus ac marginalibus. — Aeſchylum *Needhami* promittunt. (in Mem. de Trevoux 1717. pag. 167. 1715. pag. 732. et an. 1716. p. 181.) vſi mſtis Stanleii obſeruationibus. *Fabric.*

Aeſchyli ſententiae ſunt in Frobeniana Gnomicorum collectione, ſupra, vol. I. p. 725. et in Grotii Excerptis, ibid. pag. 747.

Nouam editionem *Askew* parauerat, non ſolum multa litterarum graecarum ſcientia, ingeniique ſollertia, ſed etiam ſubſidiis praeclaris inſtructus. Habuit enim notas ineditas Aurati, Iani, Ioſ. Scaligeri, Grotii, Falkenburgii, If. Caſauboni, Bentleii, Pearſoni, If. Voſſii, Stanleii, Spanhemii, Fungeri et aliorum, variasque lectiones e codd. triginta quinque mſtis, quibus deinde in itinere litterario, quo plures Europae partes peragrauit plures acceſſerunt. Sed nil praeter ſpecimen lucem vidit:

Nouae editionis tragoediarum Aeſchyli ſpecimen, curante Antonio Askew, M. B. Colleg. Eman. apud Cantabr. nuper ſocio commenſali. Lugd. Bat. 1746. mai. 4.

Animaduerſiones pertinent ad Eumenides. conf. Noua Acta Eruditorum. menſ. Aug. 1749. p. 488 — 490. vbi cenſor et ſpecimen notarum Askew ſuarumque dedit, et graue tulit iudicium de Cornelii de Pauw imperitia metricarum legum, ſuperbia ac furtis.

De

De verſionibus quibusdam iam ſupra vidimus. Hic addere lubet alias. — Aeſchyli tragoediae *gallice* verſae ſunt Pariſ. 1770. 8. addita comment. in qua itinera ſ. errores Iûs, nec vero vbique feliciter, explanantur, atque ab obiectis vitiis vindicantur geographicis: — tum a *du Theil*, in noua editione: Theatre des Grecs par le P. Brumoy etc. Paris, 1785. 8. vbi in parte I. p. 315 ſqq. eſt *Rochefort* comm. de Graecorum tragoedia; idem vitam Aeſchyli, huiusque ſingularum tragoediarum examen conſcripſit, et tom. II. p. 235. nonnullas inſeruit obſeruationes de difficultate verſionis Tragicorum graecorum. Idem *du Theil* Aeſchylum gallice vertiſſe, additis notis textuque gr. Pariſ. 1789. in 8. III. voll. dicitur: ego vero librum nondum vidi: nec plura de eo dicere poſſum. Addatur Allgemeine Litterat. Zeit. an. 1789. nr. 165. pag. 505 ſqq.

Italica verſio eſt: Tragedie di Eſchilo, Sofocle ed Euripide — in verſo ſciolto Italiano dell' Ab. Mich. Mallio, tom. I. Romae, 1788. 8. praemiſſa eſt longa comment. de origine, progreſſu, et perfectione graeci theatri. Comparatio poetarum optime inſtituta, verſio autem languida, certe minus poetica, eſſe dicitur.

Potterus anglice Aeſchyli trag. Londin. 1779. 4. interpretatus eſt, easque illum melius, quam Sophocleas vertiſſe, memoratur in Monthly Review. an. 1789.

Germanice a Toblero: tum verſa eſt trag. VII. adu. Theb. in Goldhagen Anthologie etc. part. III. et magnam partem Prometheus ibid. part. II. In libello menſtruo, Deutſches Muſeum, menſ. Aug. 1785. eſt metrica *Agamemnonis* verſio teutonica, auctore *G. A. ab Halem.*

Pauca alia, quae ad illuſtrationem dramatum Aeſch. ſcripta ſunt, hic adferam. *Hemſterhuſ.* ad Luciani IV. dial. marin. Neptuni et Nereidum, tom. I. p. 313. monet, (quod ſupra adnotare oblitus ſum.) fabulam, probabiliter ſatyricam, Τροφοὶ et Διονύσου Τροφοί. vnam eandemque eſſe, atque *Io. Meurſium* ac *Stanleium*, (eundem Fabricium,) male duas inde concinnaſſe tragoedias. — *Vauvilliers* in Notices et Extraits des MSts de la Bibliotheque du Roi, lû au Comité établi par ſa Majeſté dans l' Academie royale des I. et B. L. tom. I. Pariſ. 1787. mai. 4. p. 281 — 340. in quinque ſectionibus deſcribit V. codd. MSS. Aeſchyli, nr. 2789. Prometheum, VII. ante Thebas, et Perſas; nr. 2790. Prometheum; nr. 2782. eundem, et VII. ante Thebas. (tres codd. ſaec. XVI.) nr. 2788. Prom. VII. ante Thebas et Perſas, ſaec. XVI. et nr. 2791 copiam Agamemnonis cum notis Caſauboni et Pithoei. Potiores, quas ille affert et diiudicat, lectt. ſunt iam in Brunckii Tetralogia et Schützii edd. Idem critica in illas dat ſpecimina.

In commentariis acad. Pariſ. reg. Inſcr. plures ſunt recitationes, quae ad tragicos pertinent. Miſſis iis, quas iam memoraui, notari poſſunt in vol. II. p. 409 ſqq. *Fragvier* de ſymbolis etc. in Aeſchyli VII. ante Thebas et Euripidis Phoeniſſis; (l'ancienneté des ſymboles et des Deviſes etablie ſur l'autorité d'Eſchyle et d'Euripide, avec quelques remarques ſur les paſſages de ces deux poetes.) — in vol. VIII. *Vatry* Diſſert. où l'on examine, s' il eſt neceſſaire, qu'une Tragedie ſoit en cinq Actes, (p. 188 ſqq.) — eiusdem Diſſert. où l'on traite des avantages, que la Tragédie ancienne retiroit de ſes choeurs, (p. 199 ſqq.) eiusdem Diſſ. ſur la récitation des Tragédies anciennes. (p. 211 ſqq.) — In Eumenidas et Prometheum obſeruatt. *le Beau* iunioris, in tom. XXXV. pag. 433 ſqq. et p. 450 ſqq. — *Patrobaſchii* h. e. *Frid. Ludou. Abreſch.* Obſeruata ad Prometheum vinctum et ſcholiaſtem; eiusdem Praetermiſſa

miſſa in obſeruatis ad A. Prometheum vinctum in Miſcell. Obſ. vol. VII. et VIII. tom. III. — *Eiusdem* animaduerſionum ad Aeſchylum libri duo; accedunt adnotationes ad quaedam loca N. T. Medioburgi. 1743. 8. (vbi p. 12. an maluerit, dum olim dramatis Prom. [illegible] ab ipſo auctore prodiiſſe; hinc criticos veteres in ſuo apographo [illegible] reperiſſe diuerſam ab ea, quae hodie vulgatur? p. 67. inquirit, num Aeſchylus fabulam ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, an Θήβας inſcripſerit; Sophoclea et Euripidea loca bene multa tentantur, et [illegible] vocum, quae ſe offerunt apud Aeſchylum, et maximam partem praetermittuntur in H. Stephani theſauro L. Gr.) — *Eiusdem* Animaduerſionum ad Aeſchylum liber tertius: accedit Diſſ. [illegible] Thucydidearum auctarium. *Zwollae*, 1763. 8. [illegible] Ioſ. Scaligeri coniecturas, editioni Stephan. adſcriptas, e bibl. Leidenſi, et ad Eumenides [illegible] Caſauboni coniecturas, alii Stephani exemplo adſcriptas e bibliotheca Cantabrig. [illegible] et attulit. — *Beniamin Heath* Notae ſ. Lectiones ad tragicorum veterum, Aeſchyli, Sophoclis, Euripidis, quae ſuperſunt, dramata deperditorumque [illegible], Oxon. 1762. 4. praemiſſa eſt diſſ. de tragicorum graecorum metris. — Anonymi [illegible] in Aeſchylum eiusque Scholia in Miſcell. Obſ. vol. II. tom. II. — *Hauptmann* progr. de Aeſchylo et eius tragoediis, Gerae, 1741. 4. — *Georg. d'Arnaud* in Specimine animaduerſ. criticarum ad aliquos ſcriptores graecos, Harlingae, 1728. 8. p. 178 — 260. pertractat critice et grammatice fabulas Aeſchyleas et criticos illarum antiquos. — *Aug. Matthiae* in Obſeruatt. crit. in Tragicos, Homerum, etc. Gotting. 1789. 8. Capite 1. aliquot loca Aeſchyli tentat. — De tribus graecis Tragicis A. S. et Eur. vid. Eſſai ſur l'Hiſtoire de poetes tragiques grecs par *C. T. [illegible]*, à Nurenberg. 1760. 8. — de iisdem pulcre agit *[illegible]* in: Verſuch aus der Litteratur und Moral, part. I. p. 61 ſqq. et de dramate ſatirico pag. 119 ſqq. *Harl.*

X. Reliquum eſt vt hoc loco ſubiiciam Catalogum Scriptorum in Scholiis Graecis ad Aeſchylum [mmm]) citatorum, ex editione Londinenſi:

Aeſchylus ἐν Ξαντρίαις. Eum. 26.
Alcaeus. Theb. 404. Perſ. 349.
Anacreon. Perſ. 41.
Andron Halicarnaſſenſis. Perſ. 185.
Antimachus. Theb. 169. 553.
Apollonius. Prom. 836.
Archilochus. Prom. 617.
Callimachus. Prom. 367. Cho. 436. Eum. 21. 30.
Calliſthenes ἐν [illegible] περὶ Ἡρακλείας. Perſ. 941.
Dionyſius ὁ περιηγητής. Prom. 788.
Draco. Theb. 303.
Epaphroditus ἐν ὑπομνήματι Καλλιμάχου αἰτίων, β'. Eum. 2.
Epicharmus. Eum. 629.
Epicurus. Prom. 625.
Euphorion. Perſ. 649.
Eupolis Comicus ἐν Μαρικᾷ. Perſ. 65.
Euripides. Theb. 103. 275. 781. Perſ. 181. 71[illegible] Cho. 149. Eum. 47. 276. Supp. 322.
Hellanicus. Perſ. 778.
H[illegible]. Eum. [illegible].
Herodotus. Perſ. 150.
Heſiodus. Prom. 792. Agam. 185.
Homerus, ſaepius.

Lycoph[illegible]

mmm) Non eſt horum ſcholiorum auctor *Demetrius Triclinius*, quamquam et hunc in Aeſchyli τὰς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις ſcripſiſſe conſtat ex eius ſcholiis ad Sophoclem, Oedip. Tyr. v. 21. et [illegible] nen. v. 1[illegible].

Lycophron. Theb. 170.
Mnaſeas. Perſ. 747.
Pindarus. Prom. 367. 783. 889. Cho. 323. Eum. 2. 11. Sup. 1078.
Pittacus. Prom. 886.
Plato. Theb. 599.
Pſalmi [nn]) locus, ἐμνήσθην τῦ Θεῦ καὶ εὐφρανθην. Agam. 171.
Rhianus. Theb. 169.
Simonides. Cho. 323.
Sophocles. Perſ. 181.
ἐν Ξοανηφόροις. Theb. 310.
Τηρεῖ. Prom. 128.
Sophron. Cho. 294.
Timoxenus ἐν τῷ περὶ Λιμνῶν. Perſ. 302. Lege Τιμοσθένης περὶ Λιμένων, iubente Caſaubono ad Strabonis IX. pag. 181. [P]

CAPVT XVII

DE SOPHOCLE TRAGICO.

I. *Sophoclis aetas, vita et inſtitutum non Trilogiis neque Tetralogiis: ſed ſingulis Tragoediis certandi.* II. *De ſeptem eius Tragoediis, quae exſtant.* III. *Catalogus Tragoediarum Sophoclis deperditarum, cum variis obſeruationibus.* IV. *Alia eius ſcripta deperdita.* V. *De Scholiaſtis, verſionibus et editionibus huius Tragici.* VI. *Catalogus ſcriptorum in Scholiis graecis ad Sophoclem citatorum.*

I.

SOPHOCLES Sophili [a]) F. Coloneus, Athenienſis, ex nobili, vt videtur familia, natus eſt Olymp. LXXI. 2. [b]) Archonte Philippo, anno [c]) poſt Aeſchylum XXXI. ante Euripidem XV. cum quorum vtroque deinceps tragoediis certauit, perinde vt cum Ariſtea, Choerilo,

nn) Addit Scholiaſtes: ταῦτα δ' ἄγαν ἐστὶν εὐσεβῆ, *ſed haec ſanctiora ſunt*, quam vt huic nempe congruant loco.

a) Fuit et circa idem fere tempus *Sophilus* Rhamnuſius, pater Antiphontis Rhetoris, de quo infra. Sophoclis Pater ab aliis vocatur *Theophilus* vel *Diphilus*, quae nomina cum Sophilo idem ſonant. [In codd. vbi vita Sophoclis reperitur, ille vocatur Σοφίλȣ υἱός. Locum claſſicum *Diodori Siculi* XIII. cap. 103. p. 625. tom. I. edit. Weſſelingii Fabricius ipſe paullo poſt in contextu adduxerat; vbi Sophocles *Theophili*, Θεοφίλȣ, filius nominatur; at Palmerius, et ante eum Meurſius correxerant ὁ Σοφίλȣ, atque Weſſeling. in nota, Fabricianam opinionem commemorans, primum de Diphilo dubitat: (Sic pro Sophilo apud *Diogen. Laert.* II. ſegm. 120. Caſaubon. et Menagius reponunt Σοφίλȣ ſiue potius Σωφίλȣ.) tum Weſſeling. accedere malit Palmerio Meurſioque: „nam, ait, Σόφιλον et Θεόφιλον idem eſſe nomen haud videtur, et qui Θεόφιλον Sophoclis patrem, ſi Diodorum ſecutus, adpellauerit, nemo alius eſt.“ *Harl.*] Vide ſupra lib. I. cap. XXIX. nr. 8. Alius *Sophocles* Agrigentinus, quem laudat *Cicero* lib. III. in Verrem cap. 88.

b) Vide ad hanc Olymp. *Corſinum* in Faſtis att. tom. III. pag. 140. Annus, qui in vita Sophoclis graeca deſignatur, incidit in a. Per. Iul. 4219. ante Chr. nat. 495. Olymp. LXXI. 2. V. C. 259. ſubducente rationes *Larcher.* in Chronol. Herodot. pag. 574. ex cuius tamen mente natus eſt Sophocles ſecundum Epoch. 57. marmoris Arundeliani, a. Per. Iul. 4216. ante C. N. 498. Olymp. LXX. 3. V. C. 256. Secundum *Saxium* in Onomaſt. I. pag. 41. vixit ille ab Olymp. LXX. 3. — XCIII. 3. Adde *Simſon.* in Chron. ad A. M. 3410. 3567. et 3606. cum nota Weſſelingii. Secundum *Hambergerum*, in: Zuverl. Nachrichten tom. I. pag. 159. natus eſt Sophocles A. M. 3494. a. Chr. 490. obiit A. M. 3584. a. Chr. 400. Vita Sophoclis eſt in *Martini Cruſii* oration. p. 42 ſqq. adde Naſt, Heeren aliosque ad Theſpidem et Aeſchylum ſupra laudatos. *Harl.*

c) Auctor Vitae Sophoclis ait, Sophoclem Aeſchylo

Choerilo, Iophonte filio, aliisque. A *Lampro* [illegible]) Muſicam et ſaltandi artem teſte *Athenaeo* lib. I. p. 20 ab *Aeſchylo* Poeticam edoctus, ingenio ſuo non parum decoris addidit tragoediae. Iuuenis adhuc vix ſedecim annorum et formae pulcherrimae, poſt victoriam Salaminiam [illegible] ἐπινικίων ἐξῆρχε,] nudus et vnguentis delibutus, vt graeco vitae ſcriptori traditum eſt: ſiue, vt alii apud Athenaeum I. 18. p. 20. veſtitus. [at in theatro numquam nudus ſaltauit Soph. vti *Winckelmann.* de imitatione graec. monum. artiſ. p. 8. putabat; ſed poſt nauale ad Salaminem praelium circa tropaeum cum lyra cum ſaltaſſe, tradit *Athen.* l. m. conſ. Leſſing. Laocoon. p. 297.] Ne vero in praeſenti alia ab illo inuenta atque in vſum verſa iam memorem, (de quibus auctor vitae, quae ſcholiis praemittitur, et *Plutarchus* de defectu in virtute p. 79 et [illegible] primus [illegible] ſemper [illegible] (quorum [illegible]) [illegible] Poetae. [illegible] in [illegible] Olymp. LXXVII. 2. Aeſchylum [illegible] Confer *Plutarchum* in Cimone p. 483. et *Sam. Petitum* III. 18. Miſcell. Raro ipſe docuit ſua dramata, quod voce tenui et parum firma eſſet. Victorias retuliſſe *duodeuiginti*, tradit *Diodorus Sic.* lib. XIII. cap. 103. p. 222. auctor vitae e Caryſtio, *viginti*, Suidas *viginti quatuor*. Additque vitae ſcriptor δευτερεῖα ſiue ſecunda aliquando tuliſſe, τριτεῖα autem ſiue tertias numquam. Sed et ducem exercitus geſſit cum Pericle, ab Athenienſibus delectus aduerſus Anaeum.

ſchylo iuniorem annis XVIII, ſeniorem Euripide annis XXIV. Pro quibus rationibus Aeſchylus natus fuerit Olymp. LXVII. 1. Euripides Olymp. LXXVIII. quod vtrumque aliorum ſcriptorum teſtimoniis refellitur. Suidas ait, Sophoclem natum Olymp. LXXIII. ſeptendecim ante Socratem annis. [Hunc ſequi videtur *Corſin.* in F. A. tom. III. pag. 217. ideoque contendit, Sophoclem, an. aet. 55. Oedipum edidiſſe Olymp. LXXXV. $\frac{4}{4}$.] Effigiem eius duplicem habes apud *Fuluium Vrſinum* in elogiis Viror. doctor. pag. 25. et in tomo ſecundo theſauri Antiquitatum graecar. Gronouiani tabula 62. e Fuluii Vrſini Imag. p. 25.

d) Eodem qui Socratem docuit. Vide ſupra cap. XV. nr. 36.

e) Vide Suidam in Τετραλογία, et *Laertium* III. 56. ibique Menag. *Ionſium* lib. I. cap. 16. tum Notas viror. doctorum ad *Aelian.* II. 8. et 30. Var. et *Caſaubonum* de Satirica Poeſi lib. I. cap. V. vbi etiam de quatuor feſtis, in quibus dramata agebantur, 1) Panathenaeis, menſe Auguſto, 2) Dionyſiis in vrbe, menſe Aprili, 3) Chytris atque Dionyſiis veteribus, quae etiam τὰ ἐν Λίμναις, vel Ἀνθεστήρια, menſe Martio, et 4) Dionyſiis κατ᾽ ἀγρὸς ſiue Ληναίοις, menſe Ianuario ſiue potius, (vt Dacerio viſum tom. II. ad Platon. p. 480.) ſub extremum autumni. De his videri praeterea poteſt *Meurſius* in Graecia feriata et libro de Panathenaeis, (nam de Dionyſiis quidem intercidit,) et Scaliger I. de emendat. temporum p. 29. [et *Dale* diſſ. ad antiqq. et marmora, p. 613. Potter aliosque compendiorum auctores vt mittam.] De quinque iudicibus poetarum, qui in certaminibus hiſce annuis Poetas coronabant, conſules *V* [illegible] II. Inſt. Poetic. p. 55. et prouerb. [illegible], Scholiaſtes Horatii ad haec lib. I. [illegible] 10. 38. *certantia iudice Tarpa.* In aliis quoque vrbibus certamina huiusmodi poetarum in vſu fuiſſe, vt Mitylenae, docet *Plutarchus* Pompeio p. 641. qui in Pythiis quinque Tragicos [illegible] lib. V. cap. 2. Sympoſ. De Satyricis Graecorum dramatibus conſules Caſaubonum libro de Satyrica Poeſi, et *Spanhemii* prolegomena ad Iulianı Caeſares Gallice a ſe redditos et eruditiſſimo commentario illuſtrates.

f) Vid. *Corſini* F. A. tom. III. pag. [illegible] *Harl.*

Anaeum, Samiorum claſſem. annum natus LXV. Archonte Timocle Olymp. LXXXIV. 3. [ſ. a. M. 3567. ante Chr. 435. V. C. 316.] anno undecimo ante bellum Peloponneſiacum, vt notat Ariſtophanes Grammaticus argumento in Antigonen. Vide et *Plutarchum* in Nicia pag. 533. [et *Brunck.* in nota ad vitam poetae pag. XII.] Vita diſceſſit nonaginta g) annos natus Olymp. XCIII. 3. Archonte Callia, eodem, quo obiit Euripides, ſed qui ſeptuageſimum vix annum attigit, et Sophocle [illegible] prior eſt defunctus. Confer [illegible] i), et notas ad Chronicon Marmoreum Arundelianum p. 225. [illegible] Dictum eius, pro aetate prouectus [illegible], ſe gaudere, quod non libidinis [illegible] rabioſum quendam effugiſſet [?] dominum ac crudelem, e Platonis I. de Rep. repetunt *Ammianus* XXV. 4. *Cicero* Catone Maiore, *Stobaeus*, itemque alii, *Cyprianus* de morte contemnenda p. 8 ſq. [at tamen reprehendit eum praetorem collega Pericles, quod oculis non abſtinuit a puero formoſo praetereunte; vide *Cicer.* de Offic. I. cap. 40. *Plutarchum* in Pericle p. 156. *Valer. Max.* IIII. 2. ext.] De genere mortis [vid. *Valer. Max.* lib. IX. cap. 12. 5. ext. ibique interpret.] et aliis ad vitam moresque Sophoclis ſpectantibus, ſepultura eius, (de qua *Plinius* VII. 29 Hiſt. *Pauſanias* Atticis, et auctor vitae Sophoclis) multa Gyraldus dialogo VII. de Poetis. Quemadmodum laudes eius itemque cenſurae legi poſſunt apud *Baillletum* in iudiciis eruditorum de Poetis cap. CXIII. k) Filii Sophoclis fuere Iophon, Leoſthenes, Ariſton, Stephanus, et

Meneclides.

g) Annos XCV. habet *Lucianus* in Macrobiis tom. II. p. 475. *Fabric.* ſ. tom. III. p. 226. edit. Reitz. vbi vid. Moyſ. du Soul. Faber quoque in vit. poet. firmat hunc annorum numerum: *Scaliger.* ad Euſebii Chron. 108. b. Diodorum ſequutus tribuit ei ſolum XC. annos. *Du Soul* vero in Marm. Oxon. 150. nr. 78. legit quidem XCI. ſed pro I. legendum ſuſpicatur π. cuius latere vno oblitterato, facile ex quinario vnitas facta ſit, citatque Plutarch. 14 [illegible] 2. ſ. [illegible] XCI. in marmore legit Corſin. F. A. tom. III. p. 2[illegible]. *Harl.*

h) Thomas Magiſter in Euripidis vita: φασὶ δὲ ἐπὶ τῷ ἀγγέλματι τῆς Εὐριπίδου τελευτῆς τοὺς μὲν Ἀθηναίους πένθος τε ἄγειν. Σοφοκλέα δὲ αὐτὸν μὲν καὶ φαιὸν ἐνδεδύσθαι χιτῶνα, τοὺς δ' ὑποκριτὰς αὐτοῦ ἀστεφανώτους τῷ τότε ἀγωνιζομένῳ πρὸς τὸν ἀγῶνα. *Sophoclem vero aiunt ipſum audita Euripidis morte, pullo amictum tunica, et Hiſtriones ſuos ſine coronis in certamen tunc temporis celebratum introduxiſſe.* Apud *Athenaeum* vero XI. pag. 508. Ἀντιχάρης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ ὑπὲρ Σοφοκλέους πρὸς Φιλωνα male redditur: *in libro de Sophocle ad Philonem*, intelligitur enim oratio pro Sophocle contra Philonem ſcripta.

i) Cum notis Weſſelingii p. 626. nr. 39. et 40. Archonte Callia, quum Ranae docerentur Ariſtophanis, inter viuos non egiſſe Sophoclem, e verſu 76. illius fabulae docet idem Weſſeling. *Harl.*

k) Conf. Dioſcoridis epigr. in Sophoclem illiusque expoſitionem, a *Salmaſio* in notis in Hiſtoriam Auguſt. p. 499. propoſitam. — Noſter vero ingenio par erat Aeſchylo, audacia paene haud minor, at feliciore vt plurimum, neque adeo effrenata; correctione vero curaque multo ſuperior. Vt igitur ordine, diligentia, ſubtilitate curaque vicit Aeſchylum; ita Euripidem ingenio, ſublimitate et orationis maieſtate. Hinc Euripidi a plerisque praelatus eſt. vid. *de la Cerda* ad Virg. VIII. 10. conf. Ariſtotel. A. P. cap. 18. p. 134. 136. In dialogo, orationis dignitate, agendis ſignandisque perſonis totiusque fabulae conſtitutione artifex eſt atque regula quaſi. Philoſophiam vitae probe conſectatus vſuque in omni vitae genere doctus, in expiſcandis exprimendisque animi ſenſis ac motibus ſubtilis erat acutusque philoſophus optimusque morum decorique cuſtos. vid. *Ariſtotel.* A. P. cap. 25, 4. et quae ibi p. 196. adnotaui. Atqui, quae reſtant Sophoclis tragoediae, illae ſatis oſtendunt, quidquid alii occinant, veritatem iudicii a Shafteſbury in Characteriſtiks, tom. I. p. 244. lati, eas ſummum in arte dramatica perfectionis gradum oſtendere. Theatri formam mutauit. Tres enim hiſtriones fecit in ſcena colloquentes et σκηνογραφίαν, ſcenae ornamentum picturasque adiecit, teſte *Ariſtotele* A. P. cap. 4, 6. pag. 32. m. edit. qui ſaepius laudat Sophoclem. Apud *Xenophont.* M. S. lib. I. cap. 4. §. 3. Sophocles primas inter Tragicos partes tenens laudatur. *Cicero* quoque in Orat. cap. 1. Sophoclem facit Tragicorum principem. *Quinctil.* I. O. X. 1. 66 ſqq., vbi vide Geſnerum, inſtituit

Menesclides. Ex quibus *septem* l) Tragoediis quoque ſcriptis nomen ſibi comparauit, perinde vt aui veſtigiis inſtitit: eius cognominis, *Sophocles* Ariſtonis F. [illegible] fuit: *Polemo* Philoſophus, qui eum Ὅμηρον τραγικὸν, perinde vt Homerum [illegible] Σοφοκλέα dicere ſolebat teſte *Laertio* IV. 20. [vid. quoque auctor vitae gr. H. Stephanum de Sophoclea imitatione Homeri, in eius adnott. in Eurip. et Sophoclem, tom. 3. vtrumque inſtituit comparationem.]

II. *Ex Tragoediis Sophoclis exſtant hae ſeptem:*

1) ΑἼΑΣ ΜΑΣΤΙΓΟΦΌΡΟΣ m). *Aiax flagellifer* ſiue furens, de quo Tzetz. Chil. III. hiſt. 76. Haec fabula, cuius titulus apud Dicaearchum n) teſte Sexto Empirico fuit Αἴαντος θάνατος: ſeorſim edita eſt — graece, apud [illegible] Sorbonae. ſed apud Gerardum Morrhium, Pariſ. 1530. 8. (vid. *Maittaire* A. T. tom. II. p. 741.) — graece ſ. loco et a. in 8. In biblioth. Dresdenſi.

Aiax gr. et lat. *Io. Lonicero* interprete; *Callimachi* Hymni in Iouem et Apollinem lat. I. Lonicero interprete, Baſil. ex offic. Heruagiana. 1533. 4.

Aiax

inſtituit comparationem trium principum Tragicorum, et fuiſſe ſcribit, quibus grauitas et cothurnus et ſonus Sophoclis videretur eſſe ſublimior, quam Euripidis. A *Plinio* lib. VII. cap. 29. dicitur *tragici cothurni princeps*. *Seruius* ad illud VIII. Ecl. *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno* noſtrum vocat *Tragoediographum altiſonum*. Adde de ſtilo Sophoclis *Plutarch.* lib. de profectu in virtute, p. 79. Atque ſic plura de praeſtantia atque eminentia Sophoclis colligi poſſint teſtimonia. Ille autem non Homerum tantum delegit ſibi ducem; ſed ex parua quoque Iliade, teſte *Ariſtotele* in A. P. cap. 23. fin. ſumſit argumenta Philoctetis, atque, (interprete latino iudice,) Lacaenas atque Sinonem. Vniuerſe vti Aeſchylus et Euripides, ita quoque Sophocles Cyclicos poetas aliosque veteres, ab Homero tradentes diuerſiſſima, ſequutus eſt, et ex Cyclicis poetis multa petiit fabularum argumenta. v. *Athenaeum* p. 277. E. atque *Porphyrius* apud *Euſebium* Praepar. Euang. lib. X. cap. 3. prodit, Philoſtratum Alexandrinum ſcripſiſſe περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς. Neque tamen adeo ſeruiliter preſſit illorum veſtigia, quin multa pro fabulae conditione mutaret. conf. *Valckenar.* in diatribe ad Euripidis Hippolytum, cap. 24. p. 262. Idem ibid. p. 92. animaduertit, Sophoclem et apta fabulae diſpoſitione et prologis dramatum multum valere prae Euripide, atque p. 98. laudat artificium orationum heroibus tributarum. adde *Sulzer.* Allgemeine Theorie der ſchönen Künſte, tom. IV. art. *Sophocles*, ibique de *Blankenburg*, *Caſaubon.* ad Athenaei locum libr. VII. 4. p. 481. *Schwarz* de poetis cyclicis, §. XIII. p. 45. in illius Diſſertationibus ſelectis a me Erlangae, 1778. 4. iunctim editis. *Harl.*

l) Ab hoc filio Sophocles ſub finem vitae [illegible] ſatus dementiae, recitauit iudicibus Oedipum in Colono, oſtenditque illa fabula, quam ſibi mente conſtaret, adeo vt iudices ipſum quidem vehementer admirarentur, filii autem furorem damnarent, teſte *Luciano* in Macrobiis cap. 24. p. 226. tom. III. edit. Reitzii, vbi vid. interpr. Conſentit Scholiaſtes ad *Ariſtophanis* Ranas v. 73. qui praeter [illegible] e *Satyro* hanc adfert Sophoclis reſponſionem εἰ μέν εἰμι Σοφοκλῆς, οὐ παραφρονῶ· εἰ δὲ παραφρονῶ, Σοφοκλῆς οὐκ εἰμι. Καὶ τότε τὸν Οἰδίποδα [illegible]. Sic quoque auctor gr. vitae Sophoclis. *Cicero* de Senect. cap. 7. eandem narrans hiſtoriam a *filiis* ſcribit patrem, quod propter ſtudium tragoediarum rem familiarem negligere videretur, in iudicium eſſe vocatum, vt illum, quaſi deſipientem, a re familiari remouerent iudices. adde [illegible] lo poſt ad indicem tragoediarum ſuperſtitum nr. 5. et in Notitia Tragicorum deperditorum voc. [illegible]phon. *Harl.*

m) Additum adiectiuum μαστιγοφόρος [illegible] inuenti eſt. *Harl.*

n) Dicaearchus teſte Sexto Empirico lib. [illegible] contra Mathem. cap. 1. ſcripſerat ὑποθέσεις [illegible] ριπίδου καὶ Σοφοκλέους μύθων ſiue *tragoediarum* [illegible] *phoclis et Euripidis argumenta.*

Aiax et Philoctetes, carmine latino verſae a *Thoma Naogeorgo*. Adiectae ſunt eiusdem Naogeorgi Tragoediae inſcriptae, *Iudas Iſcariotes* ſ. a. et l. 8.

Primae Sophoclis tragoediae duae Aiax et Electra, gr. cum praef. *Cl. Theraei.* Argentin. apud Wendelin. Rihelium. 1540. 8.

Aiax, graece, cum verſ. msta latina, Pariſ. 1545. 8. in Bibl. Bernenſi, tom. I. pag. 364.

Aiax Lorarius gr. et lat. ſtilo tragico per *Ioſ. Scaligerum.* Lutetiae apud Io. Benenatum. 1573. 4.

Scaligeri verſio metrica comparuit quoque cum Iulii Caeſaris Scaligeri poematibus, 1574. 8. (ſuſpicante *Maittario* in A. T. III. p. 762.) Pariſ. apud Stephan. tum ad calcem eiusdem poematum apud Commelin. 1600. 8. et inter Ioſ. Scaligeri poſtuma ab If. Caſaubono edita. Pariſiis edita 1610. 4. ſeparatim Argentor. 1609. 8. tum inter poemata eiusdem iunctum vulgata a P. Scriuerio, Lugd. Bat. 1615. 12. — *Aiax Lorarius*, ein heydniſche Tragedie von Ioſ. Scaliger in lat. Sprach vertirt und verteutſcht von M. V. S. M. Strasburg. 1608. 8. *Harl.*]

Graece cum *Ioachimi Camerarii* proſaria verſione et *Georgii Ratalleri* *) poetica Metaphraſi occurrit in H. Stephani tragoediis ſelectis. [1567. 12.]

[*Aiax Lorarius.* gr. 4. Pariſ. Morell. 1615.

Soph. Aiax Flagellifer, (gr.) latinus factus per *Io. Lonicerum.* Acceſſerunt Obſeruationes publice propoſitae a *Balthaſare Stolbergio*, (Prof. Gr. L. Wittebergenſi.) Witteberg. 1668. 8.

Collegit crebrius ſimiles ſententias, et formulas Sophocleas ex ipſo tragico aliisque ſcriptoribus aequalibus, maxime Herodoto, illuſtrauit, aut puritatem verborum in N. T. ſoloeciſmi etc. incuſatorum vindicare ſtuduit. — ex *Stolbergii* edit. Francoſ. ad Viadr. 1702. 8.

Aiax et Electra, noua verſione donatae, ſcholiisque veteribus, tam ante hac, quam nunc primum, editis, illuſtratae. Accedunt notae perpetuae et variae lectiones, opera *Thomae Iohnſon.* Oxoniae, e theatro Sheldoniano. 1705. 8. mai.

Sophoclis Aiax cum ſcholiis tam antiquis, quam nouis et translatione ſoluta metris ac reuincta (n. Scaligeri.) atque indicibus rerum verborumque editus ab *Io. Gottfrid Hauptio*, Wittebergae. 1746. 8. et, (vt nouos adliceret emtores, mutato titulo) Lipſiae, 1765. 8. Melior editio adhuc poterit curari, ſiue artem criticam ſpectes, ſiue interpretationem.

Aiax, gr. in *Ier. Nic. Eyringii* Chreſtomathia tragica, pag. 63 ſqq. — in *Io. P. Miller* Encyclopaed. philolog. vol. IV. pag. 101 ſq. *Harl.*] — — *Anglice* verſ. cum notis 1714. 8. cum italica metaphraſi Hier. Iuſtiniani, Venet. 1603. 8. [*Ajax*, tragédie par M. *Poinſinet de Sivry* — repréſentée ſur le theatre françois en 1762. troiſième edit.

*) Conf. *Dominic. Baudius* in Heroicorum libro, epiſt. V. ad Io. Spondanum, quum ab eo rogatus eſſet, Sophoclis Aiacem latine vertere, deſperauit vero, ſe parem fore Scaligero. *Harl.*

edit. Pariſ. 1789. — germanice a *Goldhagen.* Mitau. 1777. 8. — item *germanice* cum annotationiſ. ab *Augusto Christiano Borheck.* Gothae, 1781. 8. et in versione Sophoclis a *Georgio Christoph. Tobler* confecta, Basileae, 1781. mai. 8. Comparatio vtriusque verſionis inſtituitur, additis [illegible], examine [illegible] verſione [illegible] in *Berg[illegible]* Muſeum der neueſten teutſchen Uebersetzungen etc. part. II. Francof. ad Moen. 1781. pag. 537 ſqq.]

Vniuerſarum tragoediarum, non Sophoclis modo, ſed omnium, quotquot exſtant, haec princeps eſt, iudice *Francisco Hedelino* [illegible], in examine Aiacis Sophoclei ad regulas theatri, edito ad calcem operis [illegible], cui titulus: *Pratique du Theatre,* Pariſ. 1669. 4. Amſterd. 1715. 8. etc.

2) ἨΛΕΚΤΡΑ, *Electra,* [graece. Romae, 1593. in Catal. bibl. Barberinae, II. p. 369.] habetur in Tragoediis ſelectis H. Stephani cum verſione proſaica *Viti Winshemii*, a *Francisco Porto* locis quibusdam recognita, et metaphraſi poetica *Georgii Rataller.* an. 1567. 12. Idem Stephanus [illegible] Sophoclis editioni [illegible] ſubiecit *Ioach. Camerarii* in Sophoclem notas, atque in his p. 51. [?] Aiacem [illegible], et p. 93. Electram ex eiusdem Camerarii proſaria verſione. De *Thomae Johnſoni* Angli noua verſione et notis iam dixi in Aiace.

[*Soph. Electra* et *Euripidis Andromache* ex optimis exemplaribus emendatae, (a *Brunckio*) Argent. 1779. 8.

Multa acute ingenioſeque emendauit vir [illegible] graecique ſermonis et metri callentiſſimus, aut transpoſuit, aut in notis correxit, interdum tamen audacius. conſ. Ephem. litter. Gotting. Supplem. pl. 36. an. 1779.

Elettra di Sofocle gr. et lat. con l' eſpoſizione. Romae, 1704. 4.

Electra, gr. lat. et italice, Romae, 1754. 4. [Laudatam etiam inueni edit. Electrae, gr. et lat. editore Proſpero Petronio, Neap. 1737. 8. *Beck.*]

Elettra, Tragedia di Sofocle fatta volgare dal [illegible]. Venet. 15[illegible]. 8. — Diſſertation ſur l' *Electre* de Sophocle par M. *du Molard.* London. 175[illegible]. 8. — De germanicis verſſ. infra agemus.]

Initium *Electrae* antiquo ſermone latino iambicis verſibus expreſſum dat *Dan. Heinſius* de Tragoediae conſtitutione cap. 17. p. 223 ſqq. — *Electram* verſu gallico *Lazarus Bayſius* dedit, Pariſ. 1537. in 8. et *Petrus Clericus*, S. I. Toloſae.

Vetus *Attilii*, ferrei ſcriptoris, translatio, qui Sophoclis Electram optime ſcriptam male vertiſſe dicitur apud Ciceronem I. de finibus, pridem intercidit. Mentio eius apud Sueton. in Iulio cap. 84. Electram et Oedipum Tyrannum proſa Gallica luculenter expreſſit additis notis Criticis et examine ſecundum leges theatri, *Andreas Dacerius*, Pariſ. et Amſt. 1693. 12.

3) ΟἸΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ, *Oedipus Tyrannus*, Aristoteli p) [illegible], [illegible] a Rapino in obſeruationibus Poeticis [item a Vauterio, Valincurtio et Voltario.] [illegible]

p) *Ariſtoteles* in A. P. cap. 11. pag. 78. et cap. 16. pag. 120. m. edit. in primis laudat [illegible] cum peripetia faciam. *Harl.*

cunt in locis reprehenſus. Cenſura Oedipi Sophoclei ſcripta ab Arouet de Voltaire, Gallo, qui et ipſe poſt Petrum Cornelium tragoediam Oedipus, gallice, plaudentibus theatris, docuit, Journ. des Sçav. 1719. p. 648 ſqq. Europe Savante eod. an. Iul. pag. 3 ſqq. vbi apologia Sophoclei Oedipi et cum eo comparatio, nouis cenſuris, ac pag. 62 ſq. notitia ſcriptorum ſuper illa tragoedia editorum. [In tomo primo Operum Voltarii, ſept lettres III. ſur l'Oed. de Soph. praemiſſa ipſius Oed. in Opp. tom. I. p. 19 ſq. edit. Gothanae, haud pauca in hac Soph. tragoedia vituperanda cenſuit.] huius Oedipus cum cenſura triplici trium Oedipodum, Sophoclis, Cornelii, Voltariique 1728. 12. oppoſita eſt Comitis Calepii Apologia del Edippo di Soph. in Sammlung der Zürcheriſchen Streitſchriften, part. III. p. 37 ſqq. item a Feinlinio aliisque refutatus eſt Voltarius.] — *Catrounieri* Apologia Sophoclis aduerſus Vautierium. Obſervations critiques de Mr. de Valincour. Bibl. Françoiſe tom. XVI. pag. 27 ſqq. [*Dryden*, qui anglice, et aliorum iudicio multo peiorem fabulam, Oedipum, ſcripſit, atque *Nathanael Lee*, Sophoclis Oedipum tyrannum, quae tamen tragoedia ab eruditis lex et norma veluti artis tragicae iure cenſetur, valde vituperarunt; conf. Biblioth. der ſchönen Wiſſenſchaften und der freyen Künſte, part. V. p. 142. Poſtea plures laudabimus, qui de hac tragoedia ſcripſerunt. Separatim edita eſt tragoedia haec:

Oedipus tyrannus, gr. Louan. ex offic. Seruatii Saſſeni. 1550. 4.

Oedipus tyrannus, gr. Argentorati. 1567. 12. ab Harwoodio laudatur tamquam correcta editio.

— graece. Glasguae, 1777. 4.

Oedipus et *Euripidis Oreſtes* ex optimis exemplaribus emendati, (a *Brunckio*) Argentor. 1779. conf. Supplem. ad Ephem. litter. Gotting. plag. 38. an. 1779. pag. 600 ſqq.

Oedipus Rex, gr. in Wolfii Tetralogia Dramatum Graecorum, Halae Sax. 1787. 8. nr. II. [et in Io. Burtoni Pentalogia, ſ. Tragoediarum Gr. delectu — edit. 2. Oxon. 1779. II. 8. *Beck.*]

Oedipus tyrannus e recenſione et cum notis ſelectis Brunckii, quibus ſubinde et ſuas addidit, cum indice graeco latino, curauit in vſum lectionum *Alb. Christian Meinecke*, Rector archigymnaſii ill. Suſati, (Soeſt.) Gottingae, 1790. 8. conf. nou. Ephem. Lipſienſ. an. eiusdem nr. 65. p. 520.

Sophoclis Oedipus Rex, graece et latine, e recenſ. Brunckii, annotatione perpetua illuſtrauit M. *C. Theoph. Kuinoel.* Lipſ. 1790. 8.

Oedipe Tragedie de *Sophocle* et les *Oiſeaux*, Comédie d'*Ariſtophane*, traduites par feu Mr. *Boivin*. Pariſ. 1729. 8. Choros carmine, reliquos proſa loquentes fecit, et praefationem praemiſit apologeticam. conf. Bibl. Françoiſe tom. XVI. pag. 1.

Nouam editionem *Oedipi* vna cum hiſtoria litteraria Sophoclis omniumque eius aut amicorum aut hoſtium, omnisque in eo illuſtrando, mutando, edendoque nauatae operae, pluribus abhinc annis promiſit cel. *de Schirach*, et, munus profitendi extra ordinem philoſophiam in vniuerſitate litterarum Helmſtadienſi auſpicaturus, ſcite praeluſit quaſi in programmate, *ſuper Oedipo Sophoclis cum aliis nonnullis de veterum tragoediis obſerua-*

obſeruationibus, Helmſtad. 1769. 4. in quo quosdam quinque excitauit viros doctos, in laudando, culpando aut illuſtrando Tragico noſtro verſatos. *Harl.*] Hoc drama decem Sophoclis praelatus fuit Philocles, vt teſtatur Scholiaſtes in argumento. [add. *Ariſtides* orat. tom. II. p. 256.] Latino carmine reddidit *Branduinus Gualfreducius*, et ſeparatim edidit Romae, 1622. 12. *Aiax*, *Electra* et *Oedipus Tyrannus* cum gloſſis graecis interlinearibus perpetuis ineditus fuit in Bibliotheca Renati Moreau, teſte *Labbeo* bibl. nou. MSS. p. 213. Hunc Sophoclis Oedipum in ſuo Oedipo ſequutus eſt Seneca Tragicus. Gallica proſa vertit et notis illuſtrauit *Andreas* q) *Dacerius*, vt iam in Electra dixi. Italice tranſtulit *Orſatus Iuſtinianus*, Patricius Venetus, Vicentiae an. 1558. [Germanice *I. C. F. Manſo* additis commentatione et notis, Gothae, 1785. 8. *Beck.*] Ab Academia Olympicorum publice actum refert Gualdus in vita Vincentii Pinelli p. 363. editionis Bateſianae. Ad quaedam praeſentis dramatis loca conſulere, ſi libebit, *Sam. Petitum* lib. I. Obſ. cap. 10. *Fabric.* Clearchus apud *Athen.* lib. VII. cap. 1. p. 275 ſq. memorat, *Calliam*, Athenienſem, edidiſſe tragoediam, e qua Euripides in Medea et *Sophocles* in Oedipode (*ποιῆσαι τὰ μέλη καὶ τὴν διάθεσιν*) ſuarum fabularum diſpoſitionem ac verſuum exemplum ſumſiſſent. — In Hiſtoria et Commentariis Acad. reg. Inſcript. Pariſ. ſunt plures recitationes, in quibus de noſtra diſputatur tragoedia. Num chorus in illa fuerit turba communis ſacrificantium, an populus ipſe Thebanus, per principes ciuium repraeſentatus, (*ſi dans l'Oedipe de Sophocle le choeur eſt la troupe des ſacrificateurs, ou ſi c'eſt le peuple repréſenté par les principaux citoyens,*) diſſenſerunt. Andr. Dacier prius cenſet fuiſſe in comment. ad Ariſtotelis A. P. et in Memoires etc. Poſterius autem cum vetere Scholiaſte *Boiuin* in Hiſt. tom. II. nr. 23. pag. 131. verſionis germ. Gottſchedianae, (vol. III. p. 131 edit. Pariſ.) et ad interpretationem tragoediae illius gallicam. — In eadem verſione vol. III. p. 275 ſqq. *Gedoyn* ad locum Pauſaniae de Iocaſta et de loco, vbi Oedipus mortuus dicitur, (Attic. cap. 28.) de fabulae hiſtorica a Sophocle neglecta diſputat. — In eodem vol. p. 103 ſqq. a Valleſio locus quidam trag. critice pertractatur. — Boiuini iun. recit. de Oedipo tyr. eſt in vol. VI. Memoires etc. p. 372 ſqq. — idem *Sallier* in Mem. de eadem agit tragoedia, et eandem perſequitur *Dupuy* in Mem. de Litter. tom. XXVII. p. 123 — 172. — In Oedip. tyr. commentatus eſt *Vicesimus Knox* in Eſſays moral and literary. vol. I. Lond. 1779. 8. edit. ſec. nr. 26. p. 181 ſqq. — In primis commendari debet erudita cl. *Henrici Blumneri*, doctoris Lipſienſis, diſput. de *Sophoclis Oedipo*, Lipſ. 1788. 4. in qua §. II. Graecos, Romanos ac recentiores enumerat, qui in eodem verſati ſunt argumento, §. III. inquirit, vnde tragici poetae, in his Sophocles, ſumſerint carminum materiem; tum §. IV ſqq. explicat Oedipi hiſtoriam, fabulae iudicium et ſingulas trag. noſtrae partes; tum §. XI. de fine trag. morali, §. XII. de perſonarum moribus eleganter diſſerit, Voltarii nugas et criminationes hinc inde refellit, et multa ad hiſtoriam huius tragoediae atque vniuerſae rei dramaticae litterariam affert. *Harl.*

4) ἈΝΤΙΓΌΝΗ, *Antigone* ſeorſim edita et illuſtrata eſt a *Matthaeo Dreſſero*, Lipſ. 1607. 8. Habetur etiam in Tragoediis ſelectis H. Stephani cum verſione *Viti Winſemii*, [illegible]

In

q) Nonnulla verſionis Dacerianae (vt vt perelegantis) loca non abſurde reprehendit *Godfridus Olearius* in programmate edito Lipſiae an. 1699.

ta per *Franciſcum Portum*, et poetica *Georgii Ratalleri* Metaphraſi, quae ſeparatim quoque prodiit Argentorat. 1594. 8. [ſeorſum prodiit *Soph. Antigone*, graece, apud Io. Lodoic. Tiletanum, Pariſ. 1540. 4.

Antigone et Trachiniae, noua verſione donatae, ſcholiisque veteribus illuſtratae, cum notis op. *Thom. Iohnſon.* Oxon. 1708. mai. 8.

Antigone. Ex recenſione Brunckii cum eiusdem et Camerarii notis ſelectis. Curauit in vſum ſcholarum et indice graeco-latino inſtruxit *A. C. M* (eincke tum temporis Conrector ſcholae Oſterodenſis.) Gottingae, 1788. 8.]

Hoc drama auctori ſuo fatale fuiſſe fertur, ſiue (vt e Satyro Peripatetico narrat auctor vitae Sophoclis.) quod inter recitandum eam extinctus eſt, cum longiorem periodum ſpiritu continente abſoluere inſtituiſſet, ſiue quod ex illa coronatus victor, gaudium ferre non potuit. [vid. *Diodor. Sic.* XIII. cap. 103. pag. 626. ibique Weſſeling. *Valer. Max.* IX. 12.] Alii tamen admiratione huius dramatis Athenienſes Sophoclem ſtrategum creaſſe referunt anno poſt actam Antigonem Olymp. LXXXIV. 4. Confer Sam. Petitum III. 18. Miſc. Alii denique vua paſſa guſtata praefocatum narrant, vt Simonides [r] in Epigrammate, Sotades et alii. [‖] *Fabric.* *Winkelmann* in Hiſtoria artis, tom. II. p. 328. putabat, Antigonem fuiſſe primam Sophoclis tragoediam, actam Olymp. LXXVII. 3. at erraſſe illum et Petitum, (a Fabricio adductum) vanam inutilemque nauaſſe operam, docet *Leſſing.* in Laocoon. p. 296 ſqq. atque e *Plinio* VIII. H. N. ſect. 12. pag. 107. ingenioſe monſtrat, primam Sophoclis fabulam fuiſſe *Triptolemum*, Olymp. LXXVII. 4. Tan. Faber reliquerat in Soph. notas exemplo ſuo adſcriptas. Ex Antigone verſ. 1 — 4. 16. 140. 152. *Sallier* in Hiſtoria Soc. reg. Pariſ. Inſcript. tom. II. nr. 5. pag. 65 ſqq. (ex interpr. german. Gottſched.) delegit, eosque contulit cum cod. mſto. Fabri expoſitiones comparauit examinauitque ſuasque adiecit coniecturas atque interpretationes. *Harl.*

5) ΟἸΔΊΠΟΥΣ ἘΠῚ ΚΟΛΩΝΩ͂Ι. *Oedipus Coloneus*, quam ſenex [s] admodum et patriae gratificaturus, (erat enim et ipſe, vt dixi, e populo Atticae Coloneo.) docuit. Hic Oedipus δεύτερος adpellatur ab *Euſtathio* ad Iliad. ϑ'. *Fabric.* Ad Oed. Colon. verſ. 1. reſpicit *Cicero* de Finibus V. 1. additque: *quem*, ſcil. Sophoclem, *ſcis*, *quam admirer*, *quamque eo delecter.* Citatur quoque locus ex eo a criticis veter. a Villoiſonio editis ad Hom. Iliad. ε. 533. *Longinus* de Sublim. ſegm. XV. 14. celebrat locum quemdam in Oedipo hoc, et poetae phantaſma, quo morientem Oedipum, ſeque cum prodigioſa quadam tempeſtate ſepelientem etc. deſcribit. adde ſegm. XXXIII. 8. *Plutarchus* in lib. an ſeni ſit gerenda respubl. p. 785. ſiue p. 138. tom. IX. Opp. edit. Reisk. repetit hiſtoriam, Sophoclem,

r) Epigramma Simonidis (non priſci illius, qui Olymp. LXXVIII. atque adeo ante Sophoclem obiit, ſed iunioris cuiusdam) occurrit in Anthologia lib. III. cap. 25.

Ἐσβέσθης γηραιὲ Σοφόκλεες, ἄνθος ἀοιδῶν,
Οἰνωπὸν βάκχου βότρυν ἐρεπτόμενος.

s) Vide *Cicer.* in Catone maiore cap. 7. *Valerium Max.* VIII. 7. *Lucianum* Macrobiis p. 475 [cap. 24. tom. III. edit. Reitz. p. 226. ibique Maii et L. Bos. not.] *Plutarch.* libro num ſeni gerenda Reſp. pag. 785. *Apuleium* Apolog. et Pricaeum in not. p. 100. *Hieron.* Epiſt. 2. ad Nepotian. Schol. Comici ad Ranas v. 73. *P. Victorium* XXXVI. 14. Var. Lect. De Colono, Atticae pago, Stephan. Bergler. pag. 104. ad Alciphron.

Sophoclem, poſtquam, a filiis in iudicium vocatus, recitaſſet carmen de Oedipo Coloneo chori in ſcenam progredientis, (n. πάρεδος. verſ. 700 ſqq.) eſſe abſolutum: additque: carmen hoc Herodoto compoſuit Sophocles annos natus LV. πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα, vbi interpretes nihil vitii odorati ſunt, quamquam [illegible] Fabricius in nota [illegible] que laudauit vltimam vitae humanae metam attigiſſe poetam, diu [illegible]: ſed *Omeius* in Noctibus Hagenis lib. II. cap. 2. p. 174. recte corrigit ἐπ' [illegible]. Verſionem Bernardi Segni, Florentini, MS. memoratam a Iulio Nigro pag. [illegible] de ſcriptorib. Florent. et [illegible] metaphraſin Hieronymi Iuſtiniani, Venet. [illegible] 12 [illegible] margini adſcripſerat Fabricius. De Oedipo ἐπὶ Κολωνῷ diſputat *Sallier* in Comment. Soc. reg. Pariſ. inſcript. (Memoires etc.) vol. VI. pag. 372 ſqq. [illegible] verſſ. [illegible] pertractat in Hiſtoria illius Societ. vol. V. p. 81 ſeq. — In Muſeo germanico [illegible] menſ. Mart. p. 275 eſt critica *Voſſii* comment. Oed. Col. v. [illegible] — [illegible] in Brunck. edit. v. 1550 — 1578.) et menſ. Iun. e. anni, p. 547. reſponſio Heynii, qui Voſſii emendationes modo probat, modo diſſentit ab illo. Brunck. in ſua [illegible] comm. ignoraſſe videtur; ſaltem nullam illarum habuit rationem. *Harl.*

6) ΤΡΑΧΙ´ΝΙΑΙ. *Trachiniae*, e quibus expreſſus *Senecae* Tragicus Hercules Oetaeus. Gallico carmine donauit Io. Antonius Bayſius. *Io. Poſſelii* argumentum Trachiniarum, Roſae et Epigrammata, Roſtoch. 1580. 8. ad vir. illuſtrem Henr. Rantzouium.

[Sophoclis Trachiniae, graece, ex receuſ. Brunckii. Edidit et perpetua adnotatione illuſtrauit I. G. C. Höpfner. Lipſ. 1791. 8.]

7) ΦΙΛΟΚΤΗ´ΤΗΣ. *Philoctetes*, (diuinum drama iudice Ioſ. Scaligero.) ſeparatim excuſus eſt cum gloſſis Graecis, et perelegantis Metaphraſi *Q. Septimii Florentis Chriſtiani.* Pariſ. 1586. 4. [Huius editionis exemplar eſt cum notis [illegible] in Bibl. [illegible]. — Edit. eruditis notis illuſtratam debemus cl. *Frid. Gedike*, Berol. 1781. 8. — [illegible] eſt collectio: *Sophoclis Philoctetes, Euripidis Hecuba, Medea, Iphigenia in Aulide*, in vſum lectionum acad. recudi curauit, indicem graeco-latinum et mantiſſam variarum lectionum adiecit *Aug. Herm. Niemeyer*, Theol. P. P. Halae Magdeb. 1781. 8. — Philoctetem *de la Harpe* gallice vertit; at linguam moresque auctoris valde deturpauit, vimque eneruauit poeticam, iudice *Clement* in Eſſais de Critique ſur la Litterature ancienne et moderne, Amſterd. et Pariſ. tom. II. cap. XII. an. 1785. vbi Harpii verſionem vberius examinat. Id vero primum fuit graecum drama, quod in theatro gallico agebatur, ſed praeter exſpectationem parum accepiſſe plauſus narratur. vid. Journal de Litterature et Choix du Muſique — aux Deux Ponts. 1783. med. 4. nr. III. — Dio Chryſoſtomus orat. LII. Philoctetem *Sophoclis*, *Aeſchyli* atque *Euripidis* commiſit. conf. *Valcken.* diatrib. adiectam Euripidi Hippolyto. cap. XI. pag. 114 ſqq. *Harl.*] Integer titulus huius fabulae Φιλοκτήτης ὁ ἐν Λήμνῳ. De illa videndus Dio Chryſoſtomus Diſſ. LII.

III. Sophoclis [f] tragoediae deperditae hae ſunt, obſeruatae ab *Iſaaco Caſaubono* ad Athenaeum lib. VII. cap. 4. *Iohanne Meurſio* in opuſculo de Aeſchyli, Sophoclis et Euripidis

f) Περὶ τῶν Σοφοκλέους μύθων quinque libros olim ſcripſerat Philochorus Athenienſis, teſte Suida in Φιλόχορος. Ceterum recte notat Samuel Petitus ad leges Atticas p. 71 ſq. Sophoclis iunioris et [illegible] fabulas,

dis Tragoediis, Lugd. Bat. 1619. 4. et tom. X. Antiquitatt. Graecar. Gronouii: et ab *Hugone Grotio* in excerptis Tragicorum, quibus noſtrae quaedam, et *Thomae Gatakeri* obſeruationes accedunt, ex Aduerſariorum poſthumorum capite 10. *Fabric.* At in hunc catalogum, vt in multorum ceterorum veterum ſcriptis, quae deperdita enumerabantur, nominibusque factum eſſe ſcimus, haud pauca ſunt perperam recepta. Interdum enim tamquam duarum diverſarum editionum, quae vna eademque fuit, nomina ponebantur; interdum minus certae adhibebantur auctoritates, nec tuta incorruptaque pro fide cuiusdam dramatis teſtimonia. In definiendis tamen ac recenſendis Sophoclis tragoediis deperditis nemo felicius ſollertiusque verſatus eſt, quam cel. *Brunck.* in indice illarum, editioni illius ſubiecto, quem ſequi haud dubito, qui fontes curioſe adiit, ſedes diligenter indagauit atque indicauit, multa loca emendauit, omniaque vberius doctque probauit atque expoſuit: ad illum igitur equidem breuitatis ſtudioſus ablego, qui plura de iis ſcire cupiat. Dubia aut falſa vncis ſeparabo. *Harl.*

(Ἀγύρτης Sophoclis, perſona in dramate eſt, non dramatis titulus apud *Plutarchum* p. 417. de Oraculor. defectu aliosque.) [P]

Ἀθάμας α΄. Heſych. Forte etiam apud *Harpocrationem* u) in ἐπίπλεον pro ἀνάμαντι legendum ἀθάμαντι. Et laudatur Sophoclis Ἀθάμας etiam Scholiaſtae Pindari ad Pythionic. Od. 4. Vide et Apoſtolium XIII. 46. prouerb.

Ἀθάμας β΄. Heſych. et Schol. Ariſtophanis ad Nubes. [v. 256. ſed hic et ab Apoſtolio ad ſuperiorem a Fabr. laudato, vna eademque res narratur.]

In bibliotheca regia *Pariſ.* teſte Catalogo eſt hiſtoria *Herodoti* in codd. MCCCCV librum I. exhibente MDCXXXIII. qui longe praeſtantiſſimus habetur, ſaec. XII. et a Weſſelingio laudatur in praefatione, MDCXXXIV. MDCXXXV. MMDCCCCXXXIII. cui acced. lexicon vocabulorum, Herodoto peculiarium, et *Homeri* vita in codd. MDCCXXXII MMDCCCCLV. MMMXX. — tom. IIII. cod. MMMMMDCCXI. eſt *Laur. Vallae* verſio latina, cod. MMMMMMCCLII. lib. I. ex interpretatione et cum commentariis *Iſ. Caſauboni*, in cod. MMMMMDCCCXXXI. nr. 14. vita Homeri, quae *Herodoto* tribuitur, interprete *Peregrino Allio.* — *Weſſeling.* in praefat. memorat cod. recenter in biblioth. regiam illatum, in quo haud pauca ſunt fragmenta ex IX. Herodoti Muſis; aliumque cod. ſaec. XI duo priores libros et III. magnam partem complexum in monaſterio *S. Remigii* congregationis S. Mauri in Francia.

Matriti in biblioth. regia teſte *Iriarte* pag. 131 cod. manu Laſcaris 1487. ſcriptus, Herodoti hiſt. et vita Homeri, et in cod. LXXIX. fol. 102. p. 293. ex Herodoti lib. VII. excerptum de Siciliae tyranno Gelone.

In biblioth. *Vindobonenſi*, teſte *Neſſelio*, part. V. p. 143. cod. LXXXV. antiquus chart. et bonae notae, cuius varias lectiones habuit Weſſeling.

De codd. *M. Britanniae* ex *Montfaucon.* ſupra iam retulimus. Weſſeling. accepit varias lectiones ex cod. *Guil. Somerſet*, Cantabrigiae aſſeruato, et a Galeo iam celebrato et ex chart. cod. annorum fere quingentorum per *Ant. Asker*. — In biblioth. Bodlei. Oxonii ſunt III. codd. Herodoti. — *Auguſtae* Vindelic. eſt lexicon Herodoteum mſtum. In *Montfaucon.* biblioth. Coislin. pag. 484 ſq. eſt Lexicon Herod. libri I. In aliquot codd. eiusdem biblioth. Herodotus citatur aut fragmenta ex eius libris reperiuntur, p. 445. 446. Pag. 609. ex lexico quodam explicatur prouerbium εἰς τὴν Ἡροδότου σκιάν, *in Herodoti umbram*, de iis, qui non perficiunt ea, quae propoſuerant.

VII. VIII. Venio ad *EDITIONES*

Herodoti Hiſtoriae, antea quam graece comparuerunt, a *Laurentio Valla* in linguam [lati]nam conuerſae lucem viderunt, 1474. fol.

Herodoti hiſtoriarum libri IX. latine: In fine: *Herodoti Halic. patris hiſtoriae tradu[ctio] e graeco in latinum per virum eruditiſſimum Laur. Vallenſem — — Venetiis impreſſum h[o]c opus per Iac. Rubeum, natione Gallicum. a. Dn. M.CCCC.LXXIIII. Nicolao Mar[cell]o, duce Veneto.* fol.

Vid. Catalog. biblioth. Bunau. tom. I. p. 96. et conf. *Io. Iouiani Pontani* epiſtola ad [f]r. Saluatorem Vallam, qua Laurentii Vallae verſionem poſtumam in regis Alfonſi gratiam [co]mpoſitam commendat, tom. III. Opp. p. 2597. edit. Baſil. 1566. 8.

Herodoti hiſtoriarum libri IX. latine ex interpretatione L. Vallae. In calce: *Impreſſus* [o]pis (Arn. Pannartzii) *Romae, in domo nobilis viri Petri de Maximis. Anno ſalutis* [M]*CCCC.LXXV. die XX. menſis Aprilis* etc.

Conf. *Audiffredi* Catalog. editt. rom. ſaec. XV. p. 182 ſq. In epigrammate ſinali a[d]... dicitur *Andreas Alerienſis* epiſcopus extremam impoſuiſſe limam. Ille autem epiſco[pus], num *Io. Antonius*, quod quidam ex epitaphio illius apud Vghellum in Italia ſacra, tom. ... col. 504. minus accurate deſcripto fuerant demonſtraturi, an *Io. Andreas*, quod *Quirinus*, purpuratus, contendit et euicit, ſit nominatus, fuſius diſputatur in *Freytagii* Adparatu [litt]erario, tom. III. p. 620 ſqq. adde *Drackenb.* in elencho editionum Liuii, tom. VII. pag. ... qui docet, perperam illum nominari *Io. Antonium*, ſed rectius *Io. Andream:* atque [pri]oris nominis opinionem ortam eſſe ex compendio ſcripturae *Io. An.* quemadmodum no[me]n illius in multis ipſius litteris exaratum legitur. At de ipſa *Vallae* interpretatione ex co[di]ce mutilo facta, varia diuerſaque virorum doctorum iudicia fuerunt. In primis Poggius [Flo]rentinus maledixit Vallae adhuc viuo: atque *Dan. Huetius* de claris interpretibus ſect. I. pag. 266. eum, ſcribit, *oſcitantem ſaepius et alias res agentem fidem apud eruditos de[cep]iſſe.* Nec pepercit ei Iac. Gronouius. Multa quidem peccauit, multa corrupit, quae [a]nimaduertit et ſanauit Paullus Leopardus, maxime H. Stephanus, multa tamen in Laurentia[na] abſcondita latent, vnde ſanitas et verus color Herodoto redire queat: id quod *Weſſeling.* ... Herodotea cap. VIII. vbi de Vallae interpretatione haud prorſus inelegante agit, mul[tis] exemplis comprobauit. De codd. mstis illius interpretationis ſupra iam diſſeruimus. Eſt [au]tem illa crebrius repetita typis. — *Venetiis* per Ioannem et Gregorium de Gregoriis fratres, ... Mart. 1494. fol. — emendata ab *Antonio Mancinello*, praecedit *Iſocratis* oratio de [lau]dibus Helenae, a *Io. Petro Lucenſi* latine reddita, ſaec. XV. fol. conf. de hac et reliquis [edition]ibus tum verſionis lat. tum textus graeci editionibus *Clement.* biblioth. hiſtor. et crit. vol. IX. [pa]g. 436 ſqq.

Herod. nouem Muſae, a Laur. Valla tranſlatae etc. Veneunt Pariſ. *a Ioanne Paruo.* [15]10.) 4. cura *Petri Phoenicis*, qui de verſionis Laurentianae defectu conqueſtus eſt. At pri[mu]s tot capita, in interpretatione Laurent. ipſisque codicibus, tum eo, quo vſus eſt Valla, [tum] Vindobonenſi et Sancroftiano, exſulantia, priſtinam in ſedem reuocauit vertitque *Heres[bac]hius* in editione inſcripta:

Herod. libri novem, Musarum nominibus inscripti, latine, interprete Laur. Valla. *Accesserunt huic editioni plus minus novem folia quae in primo libro a Laurentio, exemplaris [illegible] vitio, praetermissa, iam primum a* Conr. Heresbachio *e Graeco suis locis sunt addita, cum alia in ceteris libris accessione, castigationeque ad graecum exemplar facta. Item de genere vitaque Homeri libellus, iam primum a* Conr. Heresbachio *e graeco in latinum conversus.* Coloniae apud Eucharium Cervicornum, aere et impensa M. Godefridi Hittorpi, civis [illegible]sis. 1526. fol.

Vid. Catalog. biblioth. Bunau. I. pag. 96. — repet. Parif. per *Baden;* Io. Parvi impensis. 1528. fol. (vid. *Maittaire* A. T. tom. II. p. 705) et Colon. 1526. 1537. fol. — Vallaeque translationem emendauit *Sebast. Castalio.* Basileae ex officina Hieron. Curionis. 1559. [illegible] — ibid. ex offic. H. Petrina. 1573. 8. — *libellus de genere vitaque Homeri, a Conr. Heresbachio latinitate donatus,* prodiit Parif. ex offic. Sim. Colinaei 1528. 8. Colon. 1524. 8. — *Libri* autem *IX. Herodoti per Laur. Vallam interpretati* etc. cum eiusdem lib. de genere vitaque Hom. interpr. Heresbachio, etc. Lugd. apud Seb. Gryphium. 1542. 8. (iam a Fabricio memorata edit. est quoque in biblioth. cl. Schwarzii, Professoris Altorfini,) et ibid. teste Fabricio, 1551. 12. apud heredes Seb. Gryphii. 1558. 12. (vid. *Maittaire* A. T. indicem p. 491) — Colon. apud Maternum Cholinum. 1562. fol. ex Seb. Castalionis correctione (vid. *Goetz.* Memor. biblioth. Dresd. tom. I. p. 196 ſq. et *Baumgartens* Nachrichten von einer Hallischen Bibliothek, part. VIII. p. 167 ſq.) — Verſio Vallae correctior facta eſt cura *H. Stephani:*

Herod. historiae libri IX. et de vita Homeri libellus, latine; illi ex interpretatione Laur. Vallae descripta, hic ex interpretat. Conr. Heresbachii, utraque ab Henr. Stephano *recognita; ex Ctesia excerptae historiae. Icones quarundam memorabilium structurarum. Apologia Henr. Stephani pro Herodoto.* Anno M. D. LXVI. (1566.) Excudebat Henric. Stephanus. fol. (de qua editione copioſus eſt *Goetz.* in Memorabil. biblioth. Dresdenſ. I. pag. 197. imprimis *Freytag* in Adparatu litterario, tom. II. pag. 1275 ſqq.) — Francof. apud Andreae Wecheli hered. Claud. Marnium et Ioh. Aubrium. 1594. 12. antea, teſte Fabricio, Francof. 1584 cum Sylburgii Spicilegio, item 1595. 8. 1620. 8. Henr. Stephanus praecipue ſuam demonſtravit induſtriam in reddendis latine verſibus, quos graecus longe plurimos in vita Homeri adfert Herodotus, nec translator Heresbachius reliquerat. *Iac. Gronov.* in ſua editione paſſim [illegible]gellat bonum Vallam; at inclementius agit cum H. Stephano, eumque vocat [illegible], inſani violentia [illegible], et quae ſunt ſimilia convicia improba, quae collecta reperies in Actis Erudit. Lipſ. an. 1716. menſ. Maio pag. 198 ſq. Stephanum tamen a Gronovio [illegible] verberatum eſſe, indicat *Stephan. Berglerus* ibid. p. 378.

Graece autem Herodotus primum comparuit opera *Aldi:*

Herodoti libri IX. quibus Muſarum indita ſunt nomina, gr. Venetiis in domo Aldi, menſe Septembr. 1502. fol.

Aldus multis exemplaribus collatis [illegible] edidit Herodotum, raro [illegible] neglexit, atque [illegible] complura, [illegible] temeritate aut incuria, aut [illegible] praetermiſſa, [illegible] Weſſelingio, qui in praefatione ſua accurate diligenterque recenſuit editiones. Illam melioribus Aldinis editionibus adnumerat, ac meliorem et fideliorem codice Mediceo eſſe ducit *Bergler.* in Act. Erud. 1716. p. 378. Proxime ſecutus eſt [illegible] *Camerarius:*

Her

Herodoti libri IX. quibus Muſarum indita ſunt nomina; *Georgii Gemiſti*, qui et *Pletho* itur, de iis, quae poſt pugnam ad Mantineam geſta ſunt, libri II. graece, vna cum ... *Camerarii* praefatione, annotationibus, *Herodoti* vita, deque ſiguris, et, qua vſus , dialecto. Baſil. in offic. Heruagiana. 1541. fol. — repet. ibid. 1557. fol.

Camerarius in praefatione profeſſus, ſe facultatem, quam conſequutus ſit, graecae lin... ae magna ex parte Herodoti lectioni debere acceptam referre, cauſſas expoſuit cum laude defenſione aut excuſatione auctoris, cur tanti fecerit illum. Quae de Herodoti vita, de ... lecto ionica et de ſiguris atque vocabulis quibusdam adnotauit, ea pauca ſunt. Fabricius, ...is, ait, editionibus graecis liber de vita Homeri deſideratur, vulgatus Graece cum Ho... ro edit. Florent. in fol. Aldinae et Argentorat. in 8. et ab H. Stephano cum Homeri et He... di certamine an. 1573. 8. adiunctis p. 177. nonnullis Ioſ. Scaligeri in Heſiodi libellum caſti... tionibus. Viciſſim in hac Baſileenſi editione Herodoto additi graece ſunt libri duo Georgii ... miſti Plethonis ex Diodoro et Plutarcho de iis, quae poſt pugnam ad Mantineam geſta ...t. Hos Aldus non cum Herodoto; ſed cum Xenophonte et Herodiano vulgauerat. an. ...3. fol. Prodierunt quoque cum Xenophonte Florent. apud Iuntas. 1527. fol.

Clio ſ. liber I. ſeparatim, graece prodiit apud Chriſtian Wechel. Pariſ. 1538. et 1553. 4. - *Clio et Euterpe*, gr. ibid. 1544. 4. apud eumdem,

Hinc inde e libris partim, partim de coniectura immutatum dedit contextum *Henr. Ste...anus* a Iac. Gronouio l. c. inhumaniter inficeteque ideo habitus, a *Weſſelingio* autem in ...aefatione verecundius reprehenſus, excuſatus et laudatus:

Herod. Hiſtoria ſ. hiſtoriarum libri IX. qui inſcribuntur Muſae. Ex vetuſtis exempla...ous recogniti. *Cteſiae quaedam.* graece. *Henr. Stephani.* 1570. fol.

Paginam huius editionis reſpicit Aem. Portus in Lexico ſuo ionico ſ. Herodoteo. Eo...m anno in forma maxima Stephanus edidit *Conciones ſiue orationes* ex graecis latinisque hi...ricis excerptas, graecis quidem *Herodoto*, Thucydide, Xenophonte, Polybio etc. cum ...ſione latina. Quibusdam editionis graecae Herodoti exemplaribus adhaeret verſio Stepha... latina: Huic latinae verſioni, ſeparatim editae, non editioni graecae, vt Fabricius ſcripſerat, ...datur *Apologia Henr. Stephani* *) *pro Herodoto*. Omiſſa quoque eſt de induſtria illa apo...gia, in altera Stephani editione:

Ἡρόδοτος — *Herodoti Halicarn. hiſtoriarum libri IX.* IX. Muſarum nominibus inſcri...i. Eiusdem *narratio de vita Homeri*, cum *Vallae* interpretatione latina hiſtoriarum Hero...ti ab *Henr. Stephano* recognita. Item cum iconibus ſtructurarum ab Herodoto deſcripta...m. *Cteſiae* quaedam de rebus perſicis et indicis. *Editio ſecunda.* Excudebat *Henr. Ste...anus.* Anno M.D.XCII. (1592.) fol.

 Haec

*) Toto coelo differt haec Apologia a libro Cal... H. Stephani, qui inſcribitur: L'introduction ... traité de la conformité des merveilles anciennes ... les modernes, ou traité preparatif à l' Apo...gie pour Herodote an. 1565. 8. et ſaepius poſtea editus, acerbam ſatiram continens in mores perditos et alios abuſus Cleri Romani, non minus incredibiles futuros poſteris, quam ſint multa, quae de antiquis aetatibus ab Herodoto tradita ſunt. *Fabric.*

Haec edit. diligenter deſcripta eſt in *Baumgartenii* Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth. part. VIII. pag. 163 ſqq. vtraque vero Stephaniana in *Freytagii* Adparatu litterar. tom. II. p. 1278 ſqq. vbi quoque de aliis editionibus, ipſoque Herodoto, eiusque fide hiſtorica hiſtorice et critice agitur. — De hac Stephaniana editione Fabricius praeter ea haec ſcripſit: „In hac Herodoti graeca iterum a Stephano recenſita, caſtigata verſio, vocabulaque ionica et genera loquendi Herodotea poſt Camerarii induſtriam diligentius adnotata, et Ioniſmi Gallici ſiue Ionici Galliciſmi obſeruati, teſtimonia veterum et varia in Herodotum epigrammata, tum adpendix ex variis collecta ſcriptoribus veteribus, de legibus et inſtitutis tam perſicis, quam aegyptiacis, et fragmenta Cteſiae atque excerpta cum H. Stephani verſione et de Cteſia diſquiſitione. Notae vero in Herodotum, quas idem Stephanus editurum ſe promiſit, numquam lucem adſpexerunt.“ Stephanianam alteram, priore non poſthabita, ſequutus eſt *Iungermannus* in editione adcurata:

Herodoti — hiſtoriarum libri IX — Eiusdem narratio de vita Homeri. Cum *Vallae* interpretatione lat. — ab *H. Stephano* recognita, et Spicilegio *Frid. Sylburgii*. Item cum iconibus ſtructurarum babylonicarum ab Herodoto deſcriptarum. Excerpta ex *Cteſiae* libris de rebus perſicis et indicis, et ex iisdem fragmenta auctiora. Cum indice aucto et locupletato. Editio adornata opera et ſtudio *Gothofredi Iungermanni*. Francof. apud Claudium Marnium et hered. Io. Aubrii. 1608. fol.

In biblioth. Leidenſi eſt exemplar, cui *Franciſcus Iunius* et *Iſaac. Voſſius* aliqua adſcripſerunt. *Iungermannus* contextum graecum in capita ſ. tmemata ſecuit et diſtinxit, atque indicem ad ea vtiliter adcommodauit: διττογραφίας ex ſchedis palatinis *Narrationi de vita* Homeri adſcripſit, et Λεξικὸν τῶν Ἡροδοτείων λέξεων ex mstis *Melchioris Heimsfeldii Goldaſti*, Cteſiaeque fragmenta dedit auctiora, aliaque, quae enumerauit *Goetzius* in Mem. bib. Dresd. I. p. 195 ſq. et quae omnia repetita ſunt in ſequenti editione:

Herodoti Halic. hiſtoriarum libri IX. etc. graece et lat. Geneuae, Oliua Paulli Stephani. 1618. fol.

Editor aut corrector, non vtique indoctus, (cenſente Weſſelingio,) varias *Aem. Por*ti ſuſpiciones orationi inculcauit; alia, neque imprudenter, ex *Vallae* latinis correxit: hoc tamen Weſſelingio videtur vituperatione dignus, quod illud conſilium habuerit occultum. In reliquis reddidit exemplar Jungermannianum. De meritis autem doctiſſimi aeque ac modeſti Iungermanni Fabricius ea, quae ſequuntur, notauit. „Adiecit librum de vita Homeri, quem ad codicem inſignem MS. emendauit; *Friderici Sylburgii* caſtigationes in non pauca Herod loca, gloſſarium breue Graecum in Herodotum z) ex MS. codice Goldaſti, fragmenta C ſiae poſt H. Stephani et A. Schotti aa) diligentiam locupletiora, et nouam adpendicem, e v riis ſcriptoribus collectam, de incremento Nili bb), adiunxit. Voluit etiam addere notas D. Heinſii, ſi eas nanciſci in tempore potuiſſet, de quibus *Horſchelius* in litteris ad Iungerm-

z) Λέξεων Ἰάδων συλλογή. Multa huius αὐτολεξεὶ occurrunt apud Corinthium de dialectis, vbi agit de Dialecto Ionica. Etiam inter libros, quos Reg. Galliae dedit Antonius Eparchus, fuere Ἡροδότου λέξεις ἱστορικαί.

aa) *A. Schottus* ad verſionem Photii cod. LXX fragmenta Cteſiae colligit.

bb) Ab iſtis paſſim refutantur ea, quae de Nilo diſputat *Herodotus* lib. II. cap. 7 ſq.

num 7. Cal. Sept. 1608. (poſt epiſtolas Hottomannianas p. 473.) Dan. Heinſii notae ad tuum Herodotum vel ſeorſim edi mererentur, ſi alia ſe ratio cum quocunque alio libro coniungendarum non offeret. Sed et illae tenebris hactenus damnatae nondum in lucem prodiere."

Herodoti Halic. — liber primus, qui inſcribitur Clio, graece et lat. in vſum ſtudioſae iuuentutis, ſeorſim editus. Latinam interpretationem diligenter recognouit, notasque rerum nouas, cum praefatione, appoſuit *Io. Fridericus Fr.* Vtriusque linguae et hiſtoriarum in acad. Lipſ. P. P. Lipſiae, Mich. Lantzenberger excudeb. ſumtibus Iac. Apelii. 1609. 8. Idem 1622. 8. edidit partem *Thaliae* ſiue lib. III. cap. 61 ſqq. de *μαγαφονία* conſultatione ſeptem Perſiae principum de optimo regiminis ſtatu et Dario per *σόφισμα* in regem cooptato, cum recognita verſione et notis. Praelectiones msstae non vltra libr. I. fuere Lipſiae apud Laurent. Antonium Güntherum Heshuſium.

Hunc Gronouius aliquoties ſequitur, et tamen carpit more ſuo. Inſultat quoque *Thomam Gale*, cuius editio inſcripta eſt:

Herodoti hiſtoriarum libri IX. — Eiusdem narratio de vita Homeri: Excerpta e *Cteſiae* libris de rebus perſicis et indicis, gr. et lat. *H. Stephani* Apologia pro Herodoto. Acceſſerunt huic editioni chronologia hiſtoriae et tabula geographiae herodoteae: nec non variantes lectiones et notae ex pluribus msstis codd. et antiquis ſcriptoribus collectae, vna cum indice graeco et latino, (opera et ſtudio *Th. Gale*, rectoris ſcholae D. Paulli.) Londini typis E. Horton. et I. Grover. 1679. fol.

Conf. *Baumgartenii* Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth. part. VIII. pag. 170 ſqq. Iungermannianam, ſcripſit Fabric. editionem integram recudendam dedit cc), ſed ita, vt et gloſſarium graecum in Herodotum duplo auctius ex MSto codice vulgauerit, et indicem dictionum ionicarum, notatu digniorum, a *Nathanaele Nicols* confectum, et chronologiam herodoteam, et ſuas denique eruditas notas et caſtigationes in Herodotum adiecerit, vſus MSto codice Archiepiſcopi Cantuar. *Guil. Sancroft*, et variis lectionibus ex alio Herodoti codice manu exarato, [collegii Etonenſis; ex vtroque dedit varias lectiones.] „Illud vere, inquit, dicturus videor, me venam ſaltim aperuiſſe ad Herodotum ſanandum. Id certe volui, vt conſequerer, ex Galeno, Heſychio, Georgio Pardo ionicarum dictionum lexicon dd) auxi et locupletaui, tum etiam Herodotum non indiligenter contuli cum Athenaeo, Euſtathio, Suida aliisque ſcriptoribus, qui ab eo quicquam fuerunt mutuati. Linguae ionicae canon ee) fuit olim Herodotus. Enimuero in vulgatis libris tot occurrunt gloſſemata, tot ab dialecto ad alias aberrationes, vt vix trientem ionici idiomatis nunc ſupereſſe crediderim. Infinita ſunt, quae ex codice Archiepiſcopi hoc in genere reſtitui poterant; ſed nunc non

erat

cc) Thom. Galeus Londini 1702. denatus, filius fuit Theophili Galei, qui ſcripſit philoſophiam generalem et aulam gentilium. Fallitur igitur *Morhof.* qui lib. I. polyhiſt. philoſ. editionem Herodoti tribuit Theophilo. [conf. vol. XIII. pag. 6?.]

dd) In hac palaeſtra ſtudium prae ceteris ſuum conſtrauit *Aemilius Portus*, cuius Lexicon Ionicum lucem vidit Hanouiae an. 1603. 8. Ἐξήγησιν γλωσσῶν Herodoti ſcripſerat olim [illegible] *Grammaticus*, laudatam Etymolog. M. in Κωφὸς et Σοφιστής.

ee) *Photius* cod. LX. de Herodoto: Ἰωνικῆς δὲ διαλέκτου κανὼν ἔστιν ἂν εἴη, ὡς Ἀττικῆς Θουκυδίδης. Eadem habet codice LXXII. extremo.

erat his locus. Exoriatur aliquis ita voueo, cui otium ſit vberius et ingenium ad perpurgandum Herodotum." Praetereo loca quaedam Herodoti illuſtrata a *Palmerio* in exercitationibus ad optimos auctores Graecos, a Tan. Fabro in Epiſtolis: et a *Cordemoeo* in variis Opuſculis editis gallice. Pariſ. 1704. 4. Orationes ac ſermocinationes ex Herodoto excerptas et ſeparatim editas Lipſiae, 1675 8. a Reu. D. *Ioh. Olario*, tum loca, quae Pomponius Mela latine expreſſit cum Graecis Herodoti παραλλήλως poſita ab *Andrea Schotto* in ſua Melae editione, Antwerp. 1582. 4. Verſionem latinam *Vallae* poſt H. Stephanum et alios viros doctos locis quibusdam emendauit *Lambertus Bos* in Obſeruationibus Miſcellaneis cap. 2. 7. et 11. [*] *Fabric.*

Thomas Gale quae voueiat, ea praeſtare ſtuduit, et multa egregie praeſtitit *Iac. Gronouius* in nitida et valde celebri editione, quae noua eſt recenſio; at multas excitauit tragoedias:

Herod. hiſtoriarum libri IX — gr. et lat. cum interpretatione Laur. Vallae. Ex MS membrana medicea poſt Aldi Manutii, Ioach. Camerarii, Henr. Steph. Gothofr. Iungermanni, Th. Gale in edendo operas non tantum adiutis locis, vbi a viris doctis ſentiebatur corruptela; ſed etiam graeciſmo per ſingulas fere paginas remollito, induſtria *Iac. Gronouii* cuius accedunt notae; eiusdem narratio de vita Homeri, gr. et lat. interprete *Conr. Heresbachio.* Accedunt Excerpta ex Xenophonte, Strabone, Dinone, Heraclide, Cymaeo Clearcho, Agathocle, Cherete, Plutarcho, Nymphodoro de Perſicis, Aegyptiis et Indicis; item de incremento Nili ex Plutarcho, Theophylacto Simocata, Athenaeo, Diodoro Siculo, Ariſtide, Dione, Heliodoro et praeſertim Cteſia etc. Lugduni Batau. apud Samuel Luchtmans 1715. fol.

Satis longa et acerba eſt cenſura in Actis Erudit. Lipſ. an. 1716. menſ. Maio, p. 193 ſq eiusque incredibilis erga cod. mediceum religionis atque ſuperſtitionis exempla ac teſtimonia excerpuntur. Modeſte atque verecunde indicat Weſſelingius, nec reticet multa, quae in illa reperiuntur, bona. Quod vero haud paucos viros, ingenii literarumque laude florentiſſimos, lacerauit immoderateque faſtu conculcauit, (atque p. 925 [illegible] [illegible] profitetur, humanitati bellum indixiſſe: et humanis rebus ereptus eſt 1716. d. 19. Oct. aet. 71.) [illegible] potuit non incurrere in multorum inuidiam atque reprehenſionem. *Stephanus Berglerus*, [illegible] vam eodem tempore paraturus Herodoti editionem, (vid. Acta Erudit. 1712. 1716. p. 201.) [illegible] Gronouiana retentus, in iisdem Act. erudit. eiusdem anni, menſe Aug. p. 377. atque menſe Septembr. p. 417 ſqq. primus fere calamum ſtrinxit in eum et *animaduerſionem in nouam Herodoti editionem* ſcripſit. *Ludolfus Kuſter*, in quem Gronouius vehementer inuectus eſt et [illegible] ſcripſerat *Recenſionem breuem* [illegible], *quae petitur Suidae in editione nupera Cantabrigiae a. 1705. vbi varia eius auctoris loca perperam intellecta illuſtrantur, emendantur et ſupplentur*, 1713. par fere pari retulit in *examine critico editionis nuperae Herodoti Gronouianae* inſerto a Clerico tomo V. de la bibliotheque ancienne et moderne p. 385 ſqq. adde [illegible] tom. IX. pag. [illegible] ſqq. Mem. de Trevoux 1716. p. 770 ſqq. vt aliorum [illegible] hinc inde ſparſas taceam. Conferri tamen debet [illegible] ad intelligendum emendandumque [illegible] [illegible], quam [illegible] linguae graecae [illegible] [illegible]. *Henr.* G. F. [illegible] Weir. [illegible], *[illegible] critica in ſcriptores quosdam graecos* [illegible] *Herodotum praecipue; Thucydidem item; vt et Xenophontem ac* [illegible]. Leonard.

Har.

arlingae 1737. 8. in quo libro a capite 1. vsque ad cap. 45. codicis medicei lectiones examiantur atque docetur, Gronouium multa in Herodoto male partim correxiſſe, partim interretatum eſſe. Neque tamen omnes Horrei emendationes probauit Weſſelingius. — *P. Abresch* in Specimine animadu. critic. cap. 29 ſqq. Harlingae, 1728. 8. plura Herodoti ronouiani loca vindicat et illuſtrat.

Gronouiana editio, deſectis notis, recuſa eſt gr. et lat. Glasguae, Foulis. 1761. tom. I. 12.

Liber I. in vſum ſcholarum nitide emendateque excuſus prodiit Cantabrig. 1716. 8.

Cultiſſima optimaque editio eſt:

'Ηροδότȣ — *Herodoti Halicarnaſſei hiſtoriarum libri IX. Muſarum nominibus inſcripti. r. et lat. ex Laur. Vallae interpretatione, cum adnotationibus* Thom. Galei et Iac. Gronouii. *Editionem curauit et ſuas itemque* Lud. Caſp. Valckenarii *notas adiecit* Petrus Weſſelingius. *Accedunt praeter vitam Homeri varia ex priſcis ſcriptoribus de Perſis, Aegyptiis, Nilo, Indiaque excerpta et praeſertim ex Cteſia.* Amſtelod. Sumtibus Petri Schoutenii. 1763. fol.

Quae habuit ſubſidia ad emendandum Herodoteum contextum critica, late enumerat in iſta praefatione, et nos partim indicauimus. Animaduerſiones autem eruditae et a verendia arteque critica et ab interpretatione hiſtorica non minus grammatica eaque prudenti et oderata omnem merent laudem. Iuſto tamen timidior ſaepe fuit Weſſeling. in extermidis ſpuriis, et reſtituendis genuinis lectionibus. Atque Valckenar. quem alicubi de critico eſſelingii ingenio non adeo bene iudicantem deprehendi, in notis ad Eurip. Hipp. v. 952. tena vulgatis meliora ſe redditurum fuiſſe Herodoto, profitetur. Valckenarianae autem notationes, cum hiſtoricae, tum in primis criticae, illi editioni inſignem parant commendationem atque ornamentum. conf. *Klotzii* Acta litteraria, tom. I. p. 268 ſqq. et Noua Acta uditor. 1763. menſe Iun. part. II. pag. 289 — 307.

Idem Weſſelingius diu antea molitus nouam editionem, at, rationibus inchoati operis na nouae editionis alienae conturbatis, a conſilio exſequendo tunc deterritus edidit egreum operae. in Herodoto collocatae, ſpecimen, ad quod iam ſaepius prouocauimus, *Diſſertationem Herodoteam ad Tib. Hemſterhuſium*, Traiecti ad Rhenum, 1758. 8. in quo docto iſculo non ſolum Herodotus, ſed alii quoque ſcriptores emendantur aut explicantur: vide gam doctamque Klotzii cenſuram in Nouis Actis Eruditor. menſe Iun. 1760. part. II. pag. — 371. Illud opuſculum in XII. capita deſcriptum eſt. Inter alia docet cap. V. grammaticos, praecipue Suidam, Herodoto multa tribuiſſe, quae illius non ſint; cap. VI. Libain ſaepiſſime imitatum eſſe Herodotum, atque ex hoc illius opere multa vitia tolli poſſe: ſum e variis auctorum locis poſſe Herodotum emendari, cap. VII. oſtenditur; cap. IX. de s et erroribus cod. Medicei agitur; cap. XI. probatur, Solonem, Athenienſem legislaum, vere cum Croeſo eſſe colloquutum, neque rationem temporum repugnare huic hiſto-, ſubiunctis variorum coniecturis de anni forma in oratione Solonis ad Croeſum.

Multa tamen variaque in editione Weſſelingii peccata recenſet nimiamque illius in tolis apertis vitiis timiditatem culpat et loca a ſe correcta, addita mutationis cauſſa, indicat *...us* in praefatione ad primam nouae, eiusque criticae, editionis partem:

'Ηροδότȣ etc.

Ἡροδότου etc. *Herodoti Halic. hiſtoriarum libri IX. Muſarum nominibus inſcripti.* Textus Weſſelingianus paſſim refictus, argumentorum ac temporum notatio tabulaeque chronologicae et geographicae additae. Accedunt volumine altero noua interpretatio latina et index rerum: volumine tertio animaduerſiones et lexicon herodoteum. Opera *Friderici Volfgangi Reizii.* Lipſiae ſumtu Suickerti. 1778. 8.

[Inter ſchedas b. Reizii non fuit librorum quinque ſeqq. noua recenſio, nec latina editionis verſio, ſed animaduerſiones quaedam, hiſtoricae et chronologicae maxime, repertae ſunt, et Porti Lexicon inſigniter auctum. *Beck.*] Nouam vero recenſionem [quatuor librorum priorum, qui ſoli prodierunt Parte I. Vol. I.] ex adparatu Weſſelingiano et de coniectura tam ſua quam aliena facere inſtituit. Neque mirum eſt, nondum omnia Herodotei contextus vlcera eſſe ſanata, quum iam *Philemon* in Symmictis apud *Porphyrium,* quaeſt. homeric. VIII. pr. ſuo tempore conquereretur, πολλὰ φέρεσθαι μέχρι νῦν ἁμαρτήματα κατὰ τὴν Ἡροδότου συγγραφήν.

Reizianae recenſionis partem retinuit *Borheck* in nouiſſima editione:

Herodoti Halicarn. et Ctesiae Cnidii quae extant opera et fragmenta. graece. ex recenſione Petri Weſſelingii. Curauit A. C. Borheck. Lemgou. 1781. mai. 8.

Latine idem vertit addiditque *Gatteri* Comm. de ordine et conſilio Herodoti, germanice ſcriptam publicatamque in catholica hiſtorica bibliotheca, (*Allgemein. hiſtor. Biblioth.*) tom. II.

Frid. Andr. Stroth in Aegyptiacis ſeu veterum ſcriptorum de rebus Aegypti commentariis et fragmentis, part. I. Gothae, 1782. 8. dedit ex recenſ. Weſſeling. Herodoti lib. II. cum parte libri III. et reliquorum librorum fragmentis. *Harl.*

IX. *Verſiones Herodoti vernaculae.*

Gallice libros hiſtoriarum transtulit [*Pet. Saliat.* Pariſ. 1556. fol. vid. biblioth. Bünau. I. p. 96.] Tres primi libri gallice a *Saliato,* Pariſ. 1552. fol. tum a Franc. Cruceman. *P. du Ryer.* edit. ſec. Pariſ. 1658. fol. 1660. 8. II. voll. et Gratianopoli, 1665. 12. teſte Vitae *Fabric.* denuo, interdum mutata et tabulis geographicis inſtructa prodiit Pariſ. 1713. III tom. 12. al. 8. vid. *Goetz.* Mem. biblioth. Dreſd. I. p. 198. et Catalog. biblioth. Bünau. tom p. 96. — Optima tamen, notisque hiſtoricis et criticis, atque indicibus ornata eſt ea, quam *Larcher* confecit ediditque Pariſ. 1786. VII. voll. mai. 8. de qua pluribus egit cl. Dege. Tres codices mstos, e quibus Weſſelingius habuerat varias lectiones, Pariſinos, et de dubiis vexatisque locis egregios criticos, Valckenarium, Toupium, Brunckium aliosque conſuluit. — Herodoti quaedam gallice vertit *Auger* in: Harangue tirée d'Hérodote de Thucydide, des Hiſtoires grecques du Xenophon, de ſa retraite des dix mille et de Cyropédie — traduites etc. Pariſ. 1788. 8. II. tom. *Harl.*

Belgice libri IX. Hiſtoriarum cum vita Homeri ab *Olferto Dapper* e graeco conuerſi. Amſt. 1665. 4.

Ex latino *germanice* ſed paſſim decurtata, ita vt libr. 2. et 3. in vnum contraxerit, ſ[illegible] *Hieron. Boner* Auguſtae Vindel. 1535. fol. [vid. *Goetzii* Mem. biblioth. Dreſd. I. p. 198. et *Baumgartens* Nachr. etc. tom. VII. p. 176 ſq.] Alia verſio melior *Georgii Schwartzii*, Baſil. 1593. fol. Francof. 1612. fol. *Fabric.* E graeco ſermone in germanicum tranſtulit [illegible]

Iuſt.

Euſebi. Goldhagen, Lemgou. 1756. mai. 8. de qua libere ſobrieque iudicauit *Heilmannus* in: Prüfung der Goldhagenſchen Ueberſetzung des Herodotus mit einigen Gedanken vom Ueberſetzen. Osnabrug. 1757. 4. rec. in eius Opuſculis, Ienae, 1778. 8. vol. II. pag. 3 — 86. adde Noua Acta Eruditor. Lipſ. 1760. menſ. April. pag. 216 ſqq. et cenſorem in Einigen Schriften der Altdorf. deutſchen Geſellſchaft, pag. 133 ſq. — Pars quaedam conuerſa eſt notisque illuſtrata in: *Io. Salom Semlers* Erleuterung der egyptiſchen Alterthümer durch Ueberſetzung der Schrift Plutarchs von der Iſis und dem Oſiris und der Nachricht von Egypten aus Herodots zweytem Buch, mit beygefügten Anmerkungen. Breslau und Leipzig. 1748. mai. 8. Nouiſſime, additis animaduerſionibus, cl. *Io. Frieder. Degen*, Francof. ad Moen. 1783. 8. In vol. III. 1788. vertit ex opere Larcheriano canonem chronologicum, addita epicriſi, vol. V. 1789. doctam Larcheri chronologiam Herodoteam, additis notis, atque in vol. VI. 1790. priorem partem indicis geographici, inſertis multis additamentis: poſterior pars comparebit 1791. *Harl.*

Anglicam verſionem cum notis promiſit *D. Drake.* vid. Mem. Trev. 1705. pag. 903. tum *Iſ. Littlebury.* Lond. 1709. 8. II. vol. edit. III. 1723. 8. Richard Burridgeus promiſit verſ. anglicam. Vid. Act. Erud. 1716. menſ. Febr. pag. 64. *Fabric.*

Italicas verſiones enumerat et vberius deſcribit *Paitoni* in Biblioteca degli autori antichi gr. e lat. volgarizzati, tom. II. p. 22 ſqq. — auctore Comite *Matthaeo Maria Boiardo*, Venet. 1533. 1538. 1539. 1553. 1565. 8. (ſolet plerumque Vallam ſequi. vid. Iac. Gronou. in not. ad edit. p. 811. et Giornale d'Italia tom. XIII. pag. 292.) — tum auctore *Iul. Ceſare Becello*, nobili Veronenſi, cum vita Herodoti a Th. Porcaccio ſcripta, et cum tabula geographica et indicibus, Veronae, 1733. II. part. 4. (in Catalog. biblioth. Brühlianae, tom. I. pag. 136. eadem verſio ibidem 1723. edita perhibetur.) — Nouiſſimae verſionis italicae tom. I. cum notis et tabulis geographicis prodiit Romae, 1789. 4.

Subiungam libros maioris minorisque molis, (omiſſis iis, qui iam paſſim memorati ſunt,) in quibus Herodotus varia ratione explicatur aut illuſtratur.

In *Saxii* Onom. litter. tom. I. p. 538 ſq. ex Hiſtoriis et Commentariis Societ. regiae Pariſ. Inſcript. iam vberius indicatae ſunt *Geinozii* Obſeruatt. criticae in Herodotum, in hiſtoria ſociet. reg. tom. XVI. p. 55 — 69. XVIII. p. 115 — 133. XXIII. 109 — 118. XXV. p. 11 — 28. (in Gottſchediae verſ. german. tom. VIII. pag. 82 ſqq. et IX. pag. 162 ſqq.) *Eiusdem* defenſio Herodoti ſupra memorata, in Comment. eiusdem ſocietatis tom. XIX. et XXI. et XXIII. — *Bougainville* de Monarchia Medorum ad conciliandum Herodotum cum Cteſia, in Commentar. tom. XXIII. pag. 1 — 32. — *De la Nauze* in Hiſtor. tom. XXIX. pag. 64 — 75. — *Du Puy* in Hiſt. tom. XXIX. pag. 76 — 118. XXXI. pag. 7. — *Comte de Caylus* de monumentis etc. in Hiſt. XXXI. p. 23 — 47. — *de Guignes* de terris Scythicis, in Comment. tom. XXV. p. 539 — 572. Quibus addes commentatt. de geographia Herodotea, praeſertim ratione Maſſagetarum, de ſtadio tom. XXXVI. et XXXVII. et *Rochefort* de philoſophia Herodoti morali, Comment. vol. XXXIX. pag. 1 ſqq.

Geographiam Herodoteam illuſtrarunt M. *Conr. Mannert* in: Geographie der Griechen und Römer, Noribergae, 1788. 8. pag. 10 ſqq. — *Theoph. Siegfried Bayer*, in tomo I. Comment. academ. Petropolitan. conf. Acta Erud. 1729. p. 438. — *I. F. Hennicke* in com-

 mentatione

mentatione de geographia Africae Herodotea. Gotting. 1788. 4. — *Schlichthorst* de eodem argumento, ibid. eodemque anno. 8. — *Io. Georg. Walther* in comm. histor. qua Herodoti et Ctesiae sententiae de antiquitate imperii aſſyriaci et medici coniunguntur. Weiſſenfelsae, 1744 rec. in eiusdem animaduerſion. hiſtoricis et criticis. ibid. 1748. p. 60 ſqq — ibid. de regionum diuiſionibus publicis et priuatis, de Aſiae varia notione, maxime Herodotea et de Aſia ſuperiore et inferiore, p. 143 ſqq. — *Iſaaci Touſſaint* diſp. praeſide T. H. Hemſterhuſio, de vrbe Cadyti Herodotea et diuinis hominum nominibus. Franequerae, 1737. 4. — *Lud. Caſp. Valckenarii* ſchediaſma de Herodotea vrbe Cadyti, Specimin[illegible] nr. II Franequerae. 1737. 4. — De eadem vrbe etc. *Conr. Ikenii* epiſt. in Vita [illegible] p. 594 et *Chr. Hen. Zeibichii* in Miſcell. Lipſ. nou. vol. V. part. I. p. 98 — 111. — *Gatteri* recitatio de geographia Thraciae Herodotea et Thucydidea in Comment. ſoc. doctiſſimorum Gottingenſ. vol IV. V. et VI. 1782 ſqq. — *de la Barre* remarques ſur la route de Sardes à Suſes décrite d'Homere in Comment. acad. Pariſ. Inſcr. tom. VIII. p. 341 etc.

Critice pertractantur loca Herodotea (a *Frid. Lud. Abreschio*) in Miſcell. obſſ. belg vol. III. tom. I. p. 141 — 146. tom. II. p. 302. tom. III. p. 426. — a *I. I. c. Reiskio* in nouis miſcellan. Lipſienſ. vol. VII. et VIII. et in animaduerſionibus ad graecos auctores, vol. tertio, Lipſiae, 1761. 8. pag. 79 ſqq. — In Hiſtor. acad. Pariſ. Inſcript. tom. VI. verſ. G[illegible] ſchedianae pag. 38 ſqq. *Montfaucon.* contra Gronou. de loco Herodoti IV. cap. 191. — [illegible] pag. 65 ſqq. *de la Barre* emendat loca quaedam, lib. I. cap. 131. lib. II. cap. 19. lib. V. cap. 27. — *Koen.* in notis ad Gregorium de dialectis, *Lennep.* in animadu. ad Phalar. epiſtolas *Adrian. Heringa* in obſeruatt. criticarum libro, (Leowardiae, 1749. 8.) *Frid. Ludou. A[illegible]* in dilucidationibus Thucydideis, (Campis, 1755. 8.) *D'Orville* ad Chariton. aliique paſſ. emendarunt aut explicuerunt multa Herodoti loca. — Huc quoque pertinet *I. Frid. Dig[illegible]* proluſ. Obſeruationum miſcellarum in Herodotum, particula I. Onold., 1790. 4.

Ex *Herodoto* loca S. S. illuſtrantur in: Freywilligen Hebopfer, part XXX. pag. 792 - 815. — *Petri Adolphi Boyſen* progr. de Herodoto S. S. interprete, Halberſtadii, 17[illegible]. 4 quo iuſtum huius argumenti opus promittit. — *Raphelii* Annotation. in S. S. ex Herodoto etc. Luneburg. 1731. 8. etc.

Varia ratione illuſtratur *Herodotus* in aliis libris: e. g. *De Cerémay* Obſeruations [illegible] Herodote, in eius Opp. Pariſ. 1704. 4. — *Georg. Nic. Kriegk* diſſ. de menſa Solis ap[illegible] Aethiopes ad locum Herodoti in Thalia, cap. 18. Ienae, 1705. 4. — *Io. Frid. Gr[illegible]* diſp. praeſ. Io. Matthia Gesnero, Herodotum ab interpretibus non ſatis caute tractatum. G[illegible]tingae, 1755. 8. — *Henr. Aug. Zeibichii* Meditat. in locum Herodoti, lib. II. cap. 47. [illegible] ritus, in profanarum gentium ſacrificiis receptus, breuiter illuſtratur explicatur. In Miſc. Lipſienſ. nouis. vol. VII. part. III. p. 479 — 513. — In Comment. ſociet. doctiſſimorum Gottingenſ. reperitur vol. V. *Meiſteri* commentatio [illegible] de pyramidum aegyptiarum fabrica et fine, germanice verſa ab *Oſtertag*, Francof. ad Moen. 1781. 8. — [illegible] quoddam ad Herodot. I. 105. — *Gatterer* de Metempſychoſi, immortalitatis [illegible]rum ſymbolo aegyptio ad *Herodoti* lib. II. cap. 122. 123. conſ. Ephem. litter. Gotting. 1787. pag. 193. — [illegible] Verſuch über die hiſtoriſche Compoſition aus dem Engliſchen [illegible] von *Ier. Nic. Eyring*, (comparat Herodotum cum Homero,) in *Gatterers* Bibl[illegible] hiſtorica, tom. III. — Motus veſtigia legiſſe videtur *Rochefort* in Comment. acad. [illegible]

Inſcr.

[illegible] vol. XXXVIII. Pariſ. 1777. — Herodotum cum Iuſtino comparat cel. *Gatterer* in [illegible] hiſtor. tom. II. p. 25. — In *Annales du monde*, depuis le deluge jusqu' au Gouvernement d' Othoniel, premier Juge des Iſraelites etc. Strasburg. 1788. 8. hiſtoria profana cum ſacra, adeoque narrationes Herodoti et Cteſiae conciliantur: ſaltem id tentauit auctor, neque vero ſatisfecit criticis. conf. Journal encyclop. Octobr. 1789. tom. VII. part. I. nr. 3. — In quaeſtionem, num Phoenices ſecundum Herodoti narrationem circumnauigauerint Africam, inquirit, eamque affirmat *Fr. Mich. Vierthaler* in: Philoſophiſche Geſchichte der Menſchen und Völker, Salisburgi, 1790. vol. IV. p. 41 ſqq. — *Du Fresnoy* in: la Methode pour étudier l'Hiſtoire, tom. VII. pag. 393 ſq. *Harl.*

X. Concludam praeſentem de Herodoto tractationem Epigrammate Chriſtodori Coptitae, quod exſtat libro V. Anthologiae, atque ita latine expreſſit Salmaſius:

> *Nec te Alicarnaſſo Vates diuine ſilebo*
> *Herodote, o ſapiens, quo fortia facta virorum*
> *Quicquid in Europa atque Aſia labentibus annis*
> *Tempora priſca tulere, nouem ſacrante Camoenis*
> *Iuncta Iadi certat florens facundia lingua.*

Aliud Callimachi in Herodotum Epigramma profert Scholiaſtes Comici ad Nubes pag. 79 [v. 331.] et Suidas in Λέσχαι. Ceterum in veterum ſcriptis plures memorantur *Herodoti* nomine, vt docuit *Ionſius* libro II. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. cap. 1. cuius obſeruatis nonnulla adiungam. Sunt igitur 2) *Herodotus*, Democriti frater, *Aelian.* IV. 20. Var. 3) *Herodotus* logomimus, qui apud Regem Antiochum in honore fuit teſte *Athenaeo* lib. I. 4) *Herodotus*, Epicuri familiaris, cuius librum de pubertate illius Philoſophi memorat *Laertius* lib. X. ſect. IV. qui etiam de Democrito mihi laudari videtur apud eumdem lib. IX. ſect. 34. 5) *Herodotus* Tarſenſis ſiue Philadelphaeus Ariei F. Medicus Empiricus, Sexti praeceptor. Suid. in Σέξτος et Laert. IX. 116. Huius *Herodoti* librum Ἰατρὸν laudat Galenus II. in 6 Epidem. tom. V. p. 472. 6) *Herodotus* Muſicus, de quo Aeneas Gazaeus epiſt. 7. [*Her.* Megarenſis vicit cantu in periodo, Ol. inc. *Athen.* X. 3. *Pollux* IV. ſegm. 89. 90. circa Olymp. XX. Demetrii Poliorcetae aetate.] 7) *Herodotus* praefectus in numo Dyrrachено apud Laur. Begerum tom. I. theſauri Brandenburg. p. 457. 8) *Herodotus* Agathini diſcipulus Medicus pneumaticus. *Galen.* I. de facult. ſimplic. et IV. de differentiis pulſuum [f]). 9) *Herodotus* Baſilidis F. cuius meminit Herodotus Halicarnaſſeus lib. VIII. cap. 132. 10) *Herodotus*, Menandri Protectoris, qui ſub Imp. Mauritio hiſtoriam ſcripſit, frater. Suid. in Μένανδρος. 11) [illegible], qui in Malalae Chronico tom. I. pag. 200. Ἡρόδοτος ὁ ἱστοριογράφος appellatur [g]). [illegible] *Herodotus* Olophyxius, qui de Nymphis et ſacrificiis ſcripſit, de quo Suidas in Ὀλόφυξος. [?] [vid. ſupra ad lib. II. cap. 1. §. 2.] 12) *Herodotus* Thebanus celebratus Pindaro Iſthmionic. I. 11. 13) *Herodotus*, Bryſonis Sophiſtae pater, quem citat *Ariſtoteles* VI. 5.

 IX. 11.

f) De hoc et aliis Herodotis, medicis, vid. infra elencho medicorum vol. XIII. p. 184 ſq. *Harl.*

g) Conf. *Weſſeling.* differt. herodoteam, cap. [illegible] 5. et 6. qui etiam ex *Codino* de originibus conſtantinopolitanis, tom. XX. Corporis byzantini, pag. 26. 27. Herodotum citat, qui regiae eius vrbis res antiquas ſcriptione exſequutus fuerit. *Harl.*

IX. 11. Hiſt. Animal. et III. 5. 6. generat. Animal. et Antigonu[illegible] cap 48. hiſt. mirabil. licet in quibusdam codicibus non Ἡρόδοτος eſt ſed Ἡρόδωρος. 14) [*Herod[illegible]tus* Clazomenius, vicit ſtadio puer, Olymp. incert. *Pauſan.* VI. 17.] Incertum, cuinam *Herodoto* Sophocles tragicus carmen ſcripſerit anno aetatis 53. vt refert *Plutarch.* pag. 785. an ſeni gerenda ſit respublica. — Occurrit et *Herodotus* Sophiſta, diſcipulus Secundi Sophiſtae Athenienſis apud Suidam in Σεκοῦνδος. ſed pro Ἡροδότου ibi legendum Ἡρώδου, vt e Philoſtrato notauit *Meurſius* VI. 9. Attic. Lect. [et Kuſter.] Etiam in indice librorum, quos Antonius Eparchus dono obtulit Regi Chriſtianiſſimo, male editum eſt Φιλοστράτου ἐκ τοῦ κατὰ Ἡρόδοτον Σοφιστὴν, pro Ἡρώδην, apud Stephanum le Moyne tom. I. Var. Sacr. p. 520. Similiter pro *Herodoto* Lycio, cuius librum de [illegible] citat *Athenaeus* libro III. legendum *Herodorus*. *Herodorus* quoque eſt, qui in *Athenaei* codicibus VI. p. 231. vocatur *Herodotus* Heracleotes. Confer XI. p. 474. et 504. Simile vitium in ſcholiis graecis ad *Heſiodum* p. 20. b. O et D. 41. Sic in Stephani Byz. codicibus in Ἐρεσίχη, *Herodoti* Technici nomen irrepſerat pro *Herodiani*: [de quo lib. et vid. *Heringam* in Obſ. miſcell. nouis, tom. VIII. p. 431. et *Weſſeling.* l. c. p. [illegible]] Forte etiam apud *Plutarchum* in vitis decem Rhetorum ſimilis error, cum in vita Antiphontis ait, inter eius orationes praecipue laudari τὴν περὶ Ἡροδότου. Sane περὶ τοῦ Ἡρώδου λόγος etiamnum extat et laudatur ab Harpocratione in Φορεῖον. *Fabric.* Herodotum cum aliis per compendiariam ſcribendi rationem confuſum ſaepe fuiſſe, vberius commonſtrat *Weſſeling.* in diſſertat. herodotea, cap. 3. et 4. *Heraclitum* pro *Herodoto* poſitum eſſe putat apud *Polybium* XII. 15. Frequentiſſima tamen eſt *Herodoti* et *Herodori* confuſio, multis exemplis a Weſſelingio declarata. *Herodorus* Megarenſis vicit ſeptemdecim cantu in periodo, vid. *Athen.* X. cap. 3. *Pollux.* IV. cap. 11. ſegm. 89. — vid. quoque ſupra vol. I. in catalogo commentar. deperditorum de Homero etc. nr. LXIIII. p. 515. *Brunck.* in indice ſcriptorum in ſcholiis ad Sophoclem citatorum. De eius ſcriptis *Argonautica* et τὰ καθ' Ἡρακλέα, ſ. οἱ καθ' Ἡρακλέα λόγοι, et aetate, ante Lyſaniam, Eratoſthenis magiſtrum, copioſus eſt *Grädisch* in Bibliothek der alten Litterat. und Kunſt, Gottingae, 1787. part. II. p. 72 — 78. Sic quoque docet Weſſeling. *Herodoti* et *Herodiani* nomina frequentiſſime commutata fuiſſe.

E P I M E T R O N.

Fuerunt vero ante Herodotum hiſtorici, ex quibus ille quaedam hauſiſſe dicitur. vid. Weſſeling. in praefatione. De his aliisque antiquioribus hiſtoricis hic quaedam ſubiungam.

HECATAEVS *Mileſius*, de quo vide lib. I. cap. 23. §. 2. not. vol. I. p. 201. et lib. II. cap. 8. §. 15. pag. 585. not. kk. adde loca de eius geographia infra lib. IV. cap. 2. §. Secundum Suidam in Ἑκαταῖος, floruit Olymp. LX. at *Herodotus* V. 36. vbi vocatur *Hecataeus* λογοποιός, h. e. hiſtoricus, (vid. not. Weſſeling. pag. 389.) et cap. 135. mouit cl. Sturz. [illegible] de Hellanico Lesbio pag. 4. vt aetatem Hecataei referret ad Olymp. LXIX. et LX. Secundum *Larcher.* in Chronol. Herodot. p. 573. floruit Olymp. LXIX. 1. ante C. N. [illegible] V. C. 250. Scripſiſſe fertur Περιήγησιν τῆς Ἀσίας, ex qua Herodotus ea, quae Aegyptum, [illegible] [illegible] Phoenicis, hippopotami et crocodillorum venationes ſpectant, [illegible] fuiſſe. *Porphyrius* in *Euſebii* Praepar. euangel. X. 3. p. 466. tradit: at Weſſeling. dubitat, num eius περιηγήσεως auctor fuerit Hecataeus, maxime, quum *Athenaeus* II. p. 70. B. cam [illegible] [illegible] Hecataeo tribuens [illegible], nec aliquid huiuscemodi ab aliis, ut [illegible] [illegible]

quidem, exprobatum ſit Herodoto. Multum tamen ei debere Herodotum, prodit Suidas in voc. Ἑκαταῖος tom. I. p. 686 ſq. et *Strabo* XII. 550. D. laudat *Hecataei Mileſii* γῆς περίοδον. Vixiſſe eum tempore belli perſici et paullo ante, tradit *Suidas* voc. Ἑλλάνικος, tom. I. pag. 768. Küſter.

XANTHVS Lydus, ſcripſit Λυδιακά, quae dederant Herodoto occaſionem rerum Lydorum exponendarum, teſte *Ephoro* apud *Athenaeum* XI. 3. p. 515. Vixit circa Olymp. LXX ed. Weſſeling. in praefat. ad Herodotum. *De Bougainville* in: Vues generales ſur les antiq. grecques. etc. in: Memoires de l'Acad. Pariſ. des Inſcript. vol. XXIX. p. 69 ſq. adde ſupra animaduerſ. II. 15. 62. vol. I. p. 159. *Voſſium* de hiſtor. gr. lib. I. 2. p. 11. ac 12. et libr. IV. p. 451. etc.

HELLANICVS *Mileſius*, hiſtoricus, ſcripſit περίοδον γῆς et ἱστορίας, teſte Suida, I. p. 768. at *Sturz.* de Hellanico Lesbio p. 28. ſuſpicatur, Suidam erraſſe, et Hellanicum confudiſſe cum Hecataeo Mileſio. Atque omnino plures fuerunt *Hellanici*, quos nominat cl. *Sturz.* in docta commentatione:

Hellanici Lesbii fragmenta, e variis ſcriptoribus collegit, emendauit et illuſtrauit, et praemiſſa commentatione de Hellanici aetate et ſcriptis in vniuerſum, edidit Frider. Guil. Sturz, (in praeſenti profeſſor Gymnaſii Gerani) Lipſ. 1787. 8. mai.

Sunt igitur Hellanici *Syracuſanus*, aetate Dionis, *(Plutarch.* in vita Dionis p. 976. D.E. edit. Wechel.) *Eleus*, vnus ex illis, qui Ariſtotimum, Eleorum per ſex menſes tyrannum eiecerunt, *Pauſan.* V. 5. vicit Olymp. LXXXIX. *Phot.* cod. XCVII. et duo *Epheſii*, alter pater Amyntae cuiusdam, pancratiaſtae, Pauſan. VI. 4. alter, qui etiam Lepreates dicitur, Olymp. LXXXIX. victor renuntiatus fuit ἐπὶ πυγμῇ παίδων, *Pauſan.* VI. 7. *Hellanicus* grammaticus e ſchola Zenodotea, aequalis Ariſtarcho, circa Olymp. CLVI. de quo vide *Sturz.* p. 32 ſq. infra tom. VII p. 62 laudatur in Schol. Marc. Ven. Homer. Iliad. ό. 651. In primis celebres fuerunt *Hellanicus Mileſius* et *Mitylenaeus* ſiue *Lesbius*, ἱστορικὸς, ἱστοριογράφος et συγγραφεὺς a veteribus dictus, qui ſaepe confuſi ſunt, et de quibus late docteque diſſeruit *Sturz.* qui locum Suidae in Ἑλλάνικος Μιτυληναῖος tamquam baſin cepit in eumque eſt commentatus, nec non illum emendauit. Suidas ſcripſit, eum commoratum eſſe cum Herodoto apud Amyntam, Macedonum regem, Euripidis et Sophoclis temporibus: quod quidem per temporum rationes conſtare non poſſe docet *Sturz.* pag. 3 ſq. et in illorum aetatem inquirit. Id certe, *Hellan. Mitylenaeum* circa Herodoti tempora vixiſſe. Secundum *Gellium* N. A. XV. 23. *Hellanicus* initio belli Peloponneſiaci fuiſſe quinque et ſexaginta annos natus videtur, *Herodotus* tres et quinquaginta. *Thucydides* quadraginta. Natus igitur eſt Hellanicus ille XII. annis ante Herodotum, *Voſſii* quidem, Euſebium in chronico ſequuti, ratione (de hiſtoric. gr. I. 1 p. 8.) Olymp. LXX. 1. aut ſecundum *Simſonum* (in chron. cathol. p. 702. edit. Weſſeling. quem ſequitur Sturz. reiicitque Suidae computationem,) Olymp. LXXI. 1. Atque ad hunc primum annum Olymp. LXXI. ſ. ante Ch. N. 496. V. C. 258. confert eius aetatem *Larcher* in chronol. Herodot. p. 574. Multa ſcripſerat, ab aliis laudatus, ab aliis reprehenſus. (vid. *Sturz.* pag. 7 ſq.) Compilaſſe arguitur ſcripta *Meleſagorae*, (qui ab aliis dicitur *Melyſagoras*,) Chalcedonii, ante Hellanicum Lesbium viuentis, (vid. *Voſſium* de hiſtor. gr. cap. 2. p. 10 ſq. *Heyne* ad Apollodor. p. 987 ſq.) ipſiusque Herodoti et Damaſi vel potius

Damaſte: (vid. paullo poſt ſub hoc nomine:) atque *Sturz.* p. 14. opinatur, Herodotum non videri ſua debere Hellanico, ſed hunc illi potius: pag. 11 ſqq. idem perſequitur et interdum diluit eum crimina, quorum Hellanicus a ſcriptoribus nonnullis adcuſatur, tum laudes, quibus iure mactatus eſt ab antiquioribus. At iam antiquis temporibus Herodoti et Thucydidis libri praelati fuerunt libris Hellanici et reliquorum, hosque obſcurarunt et e memoria manibusque hominum eripuerunt, ita vt Euſtathius illos oculis manibusque haud vſurpaſſe videatur. At enim maturus ſcriptorum Hellanici interitus effecit, vt difficile fieret, vtrumque Hellanicum eorumque ſcripta recte dignoſcere. De dialecto, qua vterque vſus fuerit, aeolica et ionica diſſerit Sturz. p. 23 ſqq. atque refutat *Weſſeling.* in praefat. ad Herodotum atque *Valckenarium* ad Her. IV. 102. Mileſium tantum Hellanicum ea vſum dialecto [illegible], atque *Valckenarium*, (ad Theocrit Adoniaz. pag. 204 C.) ionicam et dialectum tribuentem. Idem p. 27 ſq. arbitratur et probatum it, ſine vllo erroris periculo omnes veterum ſcriptorum locos, in quibus Hellanicus laudatur libri nomine addito, intelligi poſſe de Hellanico antiquo et Lesbio, et facile fieri potuiſſe, ſcribit pag. 29. vt vnus Hellanicus et Mitylenaeus ſ. Lesbius adpellaretur et Mileſius, isque, quod vel in Lesbo vel Mileti natus vel diu verſatus eſſet, potuerit recte vtroque nomine inſigniri. Pro Hellanico aliquoties perperam poſitum fuiſſe in ſcriptis libris *Helladium*, *Seleucum* et *Helenum*, idem docet p. 35 ſqq. laudatque *de Bougainville* in: Vues générales ſur les antiquités grecques du premier âge, et ſur les premiers Hiſtoriens de la nation Grecque, conſiderés par rapport à la Chronologie, vol. XXVIIII. des Mem. de l'acad. des I. et des B. L. pag. 70 — 74.

Multa ab illo ſcripta eſſe, iam monuimus. vid. *Voſſium* de hiſtor. graec. lib. I. cap. 1. p. 7 ſqq. et lib. IV. cap. 5. p. 448 edit. II. Lugd. Bat. 1651. 4. et *Kuſter.* ad Suidam voc. Ἑλλάνικος, vbi ſupplet Voſſianum catalogum. In primis autem librorum Hellanici excitat, fragmenta laudat atque interpretatur cl. *Sturz.* l. c. p. 38 ſqq. addita tamen prudenti praeceptione, tantam diuerſorum librorum multitudinem valde minuendam eſſe, ita, vt non pauci eorum habeantur pro operum quorundam partibus, quas peculiaribus quamque nominibus inſcribere vel ipſi Hellanico placuerit, quem poſtea Pauſanias imitatus eſt, vel, (quae ſententia mihi quidem magis adridet,) ſcriptoribus, a quibus laudantur. Quidquid eſt, [illegible] titulos ſingulorum librorum aut partium adponam. Loca ſingula atque teſtimoniorum [illegible] poſitionem aut emendationem [illegible], cui volupe erit, in doctiſſimo Sturzii libro [illegible]. A Scholiaſte Homeri ſaepius citatur Hellanicus vid. ſupra indicem auctorum ab illis citatorum in vol. I. ad Homerum, et ab *Euſebio* in Praepar. euangel. vid. indicem infra lib. V. cap. 4 vol. VI. pag. 45.

Αἰγυπτιακά, *Arrian.* in diſſ. Epict. 2, 19. et inde apud *Gellium* N. A. I. 2. *Athen.* XI pag. 470. D. XV. pag. 679. F. pag. 680. B.

Αἰολικά, *Tzetzes* ad Lycophr. 1374.

Ἡ εἰς Ἄμμωνος ἀνάβασις, *Athenaeus* XIV. pag. 652. A. qui vero ipſe dubitat, num liber fuerit genuinus.

Ἀργολικά, *Schol. Homer.* Iliad. γ'. 75. in Schol. Venet. Marc. ad Homeri [illegible], vt

Περὶ Ἀρκαδίας, *Schol. Apollonii* Rhodii I. 162.

Ἀσωπίς, (quae pars fuiſſe videtur [illegible]) *Marcellinus* in vita Thucydidis.

Ἀτ-

Ἀτθὶς et Ἀτθίδες. Librum ſecundum, adnotante Küſtero, laudat Suidas voc. Μενεχία voc. Στεφάνη, alii apud Sturz. Quatuor minimum fuiſſe, patet ex *Harpocrat.* et ex eo ... voc. Πηγαί. *Atthis* fuit forſan vna τῶν κτίσεων Hellanici. vid. *Heyne* ad Apollod. pag. 809.

Ἀτλαντὶς, pars fuerit τῶν Τρωϊκῶν. *Schol. Homer.* σ'. 486. *Schol. Eurip.* ad Phoen. 62. etc.

Βαρβαρικὰ νόμιμα, ex Herodoti et Damaſtis ſcriptis compilatum opus. *Porphyrius* apud *Euſebium* de Praepar. euang. lib. X. cap. 3. *Suid.* et *Etymol. M.* in Ζάμολξις.

Βοιωτιακά, quod opus fuiſſe videtur pars *Phoronidis*. vid. Schol. *Homer.* Iliad. β'. 494. et Schol. Venetum Marc. ad *Homeri* Iliad. φ'. 242.

Δευκαλιωνία, (*Caſaubon.* anim. ad *Athen.* X. 4. pag. 710, 45.) ſ. Δευκαλιωνία. Permiſiſſe videtur ad Phoronida. Schol. *Apollonii* Rhod. III. 1084. *Athen.* X. p. 416. A. ſaepius apud *Stephan. Byzant.* in Ἀγάθεια, Ἄλπωνος. etc. Ab *Eudocia* in Viol. pag. 108. citatur Ἑλλάνικος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Δευκαλιωνίας.

Διὸς πολυτυχία, *Fulgentius* Mythol. I. 2. p. 630. edit. Staueren. Voſſius malit πολυσκία vel πολυτεκνία, haud ſuffragante Sturzio.

Περὶ ἐθνῶν, Schol. *Apoll.* Rhod. IV. 322.

Ἐθνῶν ὀνομασίαι, *Athen.* XI. p. 462. B. Parum diuerſum eſſe videtur ab antecedenti.

Θετταλικὰ, *Harpocr.* in voc. Τετραρχία. Pars fuiſſe videtur vel Deucalioniae, vel περὶ ἐθνῶν.

Ἱερεῖαι τῆς Ἥρας, vulgo dicitur opuſculum Ἱερεῖα, et ſaepius ab Stephano Byzantino citatur.

Ἱστορίαι, *Athen.* IX. pag. 410. F.

Καρνεονῖκαι, *Athen.* XIV. p. 635. F. Carmen fuit, quo Hellan. recenſuit et laudauit eos, qui in Carneis viciſſent.

Κρανιακὰ, pars fuerit τῆς Ἀτθίδος. Schol. *Ariſtoph.* Au. 1403.

Κτίσεις, ſiue de origine gentium et vrbium, tum graecarum tum exterarum. Idemne ſit cum opere περὶ ἐθνῶν et cum ἐθνῶν ὀνομασίαις? *Athenaeus* X. pag. 447. C. Ad idem opus, putat Sturz. pertinuiſſe omnia, quae ſequuntur, praeter Phoronidem.

Κυπριακὰ, Stephan. Byz. voc. Καρπάσια.

Λεσβιακὰ, idem in Τραγάσαι etc. Pars τῶν Αἰολικῶν fuiſſe videtur.

Τὰ περὶ Λυδίαν, *Steph. Byzantin.* in Ἀζειῶται.

Περσικὰ. Schol. *Ariſtoph.* ad Aues 1022. et aliquoties apud Steph. Byzantin.

Σκυθικὰ, idem in Ἀμαδόκοι, etc.

Τρωϊκὰ. *Parthen.* erot. cap. 34. *Dionyſ. Halic.* Archaeol. I. p. 37, 34. Schol. *Apollon. Rhod.* I. 916. *Steph. Byzant.* Βατίεια etc. In Schol. Venet. Marc. ad Hom. φ'. 242. 471. δευτέρῳ Τρωϊκῶν.

Φοινικικά,

Φοινικικὰ, *Ge. Cedren.* ſynopſ. hiſtoriarum, tom. I. pag. 11. C. edit. Pariſ.

Φορωνὶς, de Argiuorum originibus rebusque geſtis, complexa eſt libros decem, *Proclus* ad Heſiod. p. 141. b. *Dionyſ. Halicarn.* Archaeolog. I. p. 22, 27. qui Phoronidis opus diſerte tribuit Hellanico Lesbio, hiſtorico. In *Eudociae* Viol. p. 248. de Cadmo Hellanicus ἐν πρώτῃ Φορωνίδος citatur. Schol. *Apollon.* III. 1178. — Fuit etiam carmen epicum antiquiſſimum, Φορωνὶς inſcriptum, cuius auctor ignotus eſt, ex quo verſiculi aliquot laudantur a Schol. *Apollon.* I. 1129. et a *Clemente Alexandr.* Strom. lib. I. p. 321. A.

Poſthaec doct. *Sturz.* perſequitur illos locos, a veteribus laudatos, qui multi ſunt, ſed carent operis nomine, quos tamen, quantum fieri potuit, ſuis ſedibus adſignauit: de quibus quidem hic agere non vacat.

Adiungam praeter ea veteres aliquot hiſtoricos, quorum vel nullam, vel paucis verbis et veluti ἐν παρέδῳ fecit mentionem Fabricius: de quibusdam vide iam ſupra vol. I. pag. 3.

AMELESAGORAS ſ. *Meleſagoras*, de quo iam ſupra ad Hellanicum quaedam adtulimus.

ANDREAS, Panormitanus, hiſtoricus, philoſophus et medicus in aula Ptolemaei Philopatoris, Aegyptiorum regis. Fertur ſcripſiſſe graece, (vid. *Athenaeum* lib. XIV. cap. 8. pag. 634.)

de rebus in quibusdam oppidis Siciliae memorabilibus, cuius operis librum XXX. citat Athenaeus:

de medica origine:

de iis, quae falſo creduntur, apud *Athenaeum* VII. cap. 18. pag. 312.

de iis, quae morſu venenata ſunt, ſiue de ſerpentibus.

gloſſemata ad Nicandrum.

Plura vid. infra in catalogo medicorum vol. XIII. p. 57. inprimis in *Mongitoris* biblioth. Sicula I. pag. 23 ſqq.

ANTANDER vel *Antandrus*, Syracuſanus, Agathoclis Syracuſarum tyranni frater, ſcripſit hiſtorias, teſte *Diodoro Sic.* lib. XXI. ecl. cap. 12. tom. II. pag. 492. edit. Weſſel. — Plura dabit *Mongitor.* l. c. pag. 40 ſq.

ANTIOCHVS Syracuſanus, Xenophanis filius, ſcriptor valde antiquus dicitur *Dionyſio Halicarnaſſeo* I. Antiqq. rom. cap. 12. tom. I. pag. 34. edit. Reisk. Floruit circa Olymp. XC. *Diodorus* quidem *Siculus* XII. cap. 71. fin. p. 523. tom. I. edit. *Weſſeling.* eum notam videtur, *cum hoc*, ait, *anno*, (n. Olymp. XXCIIX. 1. in margine edit. Weſſeling. ſecundum Voſſii rationes de hiſtor. gr. lib. IV. cap. 7. p. 456 ſqq. vid. de noſtro agit. Olymp. LXXXIX. 1.) vbi Xerxi II. Sogdianus, et mox Darius Nothus ſucceſſiſſet, *addit Siciliae rerum ſcriptor Antiochus Syracuſanus hiſtoriae ſuae finem impoſuit, quam libris nouem a Cocalo inde rege deduxit.* Antiquior *Timaeo* Siculo hiſtorico. Scripſit

Hiſtoriam Siciliae lib. IX. comprehenſam a Diodoro Sic. memoratam, quam *Paus.* Phoc. ſ. lib. X. cap. 11. p. 824. vocat Σικελιωτίδα συγγραφήν. Nonus hiſtoriarum liber citatur etiam a *Clemente Alexandr.* Protrept. p. 22. et *Theodoreto* in curat. graec. affect. p. 115.

Hiſto-

Hiſtoriam Italiae, quam citat *Dionyſ. Halicarn.* l. c. Ἰταλίας ἀρχαίας, et ex eo duo rua ſeruata ſunt fragmenta. A *Strabone* VI. p. 254. ſ. p. 391. edit. Almel. generaliore nomine ... Antiochus ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰταλίας συγγράμματι. vid. ibi Caſaubon. ... unum cum Dionyſ. Antiochus ex veterum monumentis ea excerpſit, quae maxime probabilia et certiſſima eſſent. adde *Stephan. Byzantin.* voc. Βρέττος.

Diuerſus eſt ab *Antiocho* hiſtorico, qui *de viris illuſtribus* ſcripſit, (de quo vid. *Voſſium* hiſt. gr. lib. III. p. 3?? ſq.) et ab aliis *Antiochis*, de quibus vid. *Voſſium* l. c. et *Fabricium* ... ſtrum, infra lib. V. cap. 34. vol. IX. pag. 265 ſqq. In *Meurſii* biblioth. graeca *Antiochus* ... male diſtinguitur a Syracuſano, et apud *Eudam* in voc. *Romam*, male legitur ... (*certe Antiochus*) *italicae hiſtoriae ſcriptor*. adde *Mongiter.* biblioth. Sicul. I. p. 40.

ARCHETIMVS, Syracuſanus, philoſophus et hiſtoricus, floruit ſecundum *Bonannum* in Syrac. illuſt. lib. II. p. 2??. circa Olymp. LXX. ſed ſecundum *Voſſium* de hiſtor. gr. ... cap. 1. pag. 4?3. Olymp. XLVII. *Diogenes Laert.* lib. I. ſegm. 40. refert, eum ſcripſiſſe ... *ſapientum cum Cypſelo Corinthiorum tyranno congreſſum, cui ipſe Archetimus inter*...*t*, vnde eius aetas coniici poteſt, ſi narratio ipſaque verſio vera eſt. Voſſius quidem il... eſſe diuerſum ab *Archetimo*, Arcadicorum ſcriptore; *Ionſius* vero de ſcriptor. hiſtor. philoſ. I. 3. 2. eumdem eſſe putat; tamen refutatus ab *Heumanno* in Actis philoſ. tom. I. pag. ... ſq. Hic enim verba Laertii interpretatur cum *Marco Meibomio*: *Archetimus illorum ... congreſſum ſcripſit, in quod ſcriptum et ipſe* (Dicaearchus, cuius mentio proxime praecedit,) *inciderit*. Quare reiicit eum inter ſcriptores incognitae aetatis, negat, eum fuiſſe ... mum hiſtoriae philoſophicae ſcriptorem, et vero opinatur, nomen *Archetimi* eſſe corruptum, et legendum Ἀρχέδημος, qui fuit philoſophus Stoicus.

CALLIAS, Syracuſanus, antiquiſſimus rerum Sicularum hiſtoricus, vixit multo poſt ...ſtum, ſed ante Timaeum, circa Olymp. CXVI. ante C. N. 312. apud *Voſſium* de hiſtor. ... I. cap. 2. pag. 68. Contra *Bonannus* Syrac. illuſt. lib. II. p. 304. eum fere aequalem Timaeo fuiſſe, Olymp. CXX. ante C. N. 296. contendit. *Diodorus Sic.* Ecl. XXI. 12. pag. 493. ... Weſſeling. prodit, eum exaraſſe libros XXII. Scripſit nempe *Hiſtoriam de rebus Siculis*, ſ. *Hiſtoriam de Agathocle*, (nam duplici iſto modo laudatur a veteribus,) in qua vero fidem hiſtoricam haud ſeruauit, Agathoclem nimis adulatus, notante *Diodoro Siculo* in Excerptis etc. ... pag. 561. edit. Weſſeling. cuius et Valeſii notas conſules. Καλλίας ἐν δεκάτῃ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα citatur a Schol. ad *Apoll. Rhod.* III. Argon. initio, et ἐν ὀγδόῃ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα ab *Athenaeo* lib. XII. cap. 11. p. 542. adde *Mongiter.* Biblioth. Sic. I. p. 121. Diuerſus eſt a *Callia* Lesbio, Sapphus et Alcaei interprete.

CEPHISODORVS, incertae aetatis hiſtoricus, cuius duodecimum librum περὶ τοῦ ... πολέμου, ſeu de Phocico bello *Euſtratius* in Ariſtot. Ethic. lib. III. cap. 8. citat. Diuerſus eſt a *Cephiſodoro* comico, alioque, Iſocratis diſcipulo.

CHARON, Lampſacenus, Pythoclis filius: vixit ante Herodotum, teſte *Dionyſio Halicarn.* ep. ad Cn. Pompeium, tom. VI. pag. 769. Opp. edit. Reisk. adde *Tertullian.* de anima cap. 46. Laudatur a *Strabone* XIII. 583. (p. 873. Almel.) et p. 589. (p. 882. Almelou.) floruit ſecundum *Suidam* III. p. 658. tempore Darii primi Olymp. LXXIX. aut potius tempo-

ribus

ribus belli perſici, Olymp. LXXV. Multa ſcripſit, quae enumerant *Suidas* (qui alios eiuſdem nominis itidem nominat.) ex eoque *Eudocia* in Violar. p. 435. et ſaepius citatur ab Athenaeo et Plutarcho. conf. *Voſſii* lib. I. de hiſtor. gr. cap. 1. fin. cap. 16. p. 102. et lib. IV. cap. 5. p. 442. — Diuerſus eſt a *Charone*, qui tempore Ptolemaei Euergetae vixit, ac familiaris fuit Apollonii Rhodii Argonautica, et ea quidem, quae ab hiſtoria penderent, explicuit, (*Voſſius* IV. cap. 12. p. 46[illegible].) Differt quoque a *Charone*, Naucratite, (vt dicitur,) hiſtorico, (qui de Naucrate, vrbe Aegypti, aliisque rebus aegyptiacis ſcripſit.) et a *Charone*, Carthaginienſi hiſtorico, qui vitas illuſtrium virorum lib. IV. vitas illuſtrium feminarum lib. IV. et tyrannos in Europa atque Aſia deſcripſit, vid. *Suid.* l. c. et *Voſſium* l. c. III. p. 342. infra lib. III. cap. 8. pag. 213.

DAMASTES, Sigeenſis, e Sigeo, vrbe Troadis, Hellanici aequalis et diſcipulus. ſcripſit de rebus in Graecia geſtis, de parentibus et maioribus eorum, qui expeditionem Troianam ſuſceperunt, libros II. gentium et vrbium catalogum, de poetis et ſophiſtis et multa alia, teſte *Suida*, h. v. tom. I. p. 527. et *Eudocia* in Violar. p. 127. A Porphyrio apud *Euſebium* praep. eu. IX. 39. p. 466. B. dicuntur τὰ βαρβαρικὰ νόμιμα Ἑλλανίκῳ ἐκ τῶν Ἡροδότου καὶ ΔΑΜΑΣΟΥ συνῆκται, vbi conicit Fabricius pro incognito *Damaſo* infra vol. VI p. 45. Δαμασίππου, (qui pater fuit Democriti, vid. *Diogen. Laert.* IX. 34) at melius corrigunt *Meurſius* in biblioth. gr. lib. III. in Gronouii Theſ. antiqq. tom. X. p. 1339. C. et *Valckenar.* ad *Herodot.* IV. cap. 180. p. 365. Δαμάστου, quam emendationem probat et confirmat cl. *Sturz.* in Hellanici Leſbii fragmentis p. 13 ſqq. vbi de *Damaſte* agit: confer paullo ante de Hellanico animaduerſa. *Agathemerus* lib. I. p. 2. edit. Hudſon. tradit, eum ſcripſiſſe περίπλουν, et plurima compilaſſe ex Hecataei operibus. Citatur a *Dionyſio Halicarn.* I. cap. 72. p. 181. tom. I. Reisk. a *Plin.* H. N. VII. 48. *Plutarcho* in Camillo, *Strabone* I. p. 82. Alm. vbi Eratoſthenes culpatur crebram facere hominum memoria indignorum mentionem, quod reprehendens, modo certum vtens teſtimoniis, vt *Damaſtae* et aliis ſimilibus. vbi vid. Caſaubon. *Damaſtes* igitur hoc loco cenſetur hominibus fide indignis, atque *Penzelius* in verſ. germanica tom. I. p. 399. putat, quod Strabo aliis locis laudet *Damaſten*, hic aliud nomen eſſe ſubſtituendum; at enim *Strabo* XIII. p. 873. B. et XIV. p. 1003. A. citat quidem Damaſten, at ita, vt non laudet; ſed potius negligere et loco poſtremo vituperare videatur. ad *Voſſium* de hiſt. gr. lib. IV. cap. 5. pag. 451.

DEMETRIVS, Calatianus, ex vrbe antiqua Calacta, hiſtoricus vetuſtiſſimus, incertae aetatis. Scripſiſſe eum *de Aſia et Europa libros viginti*, teſtatur *Diogenes Laertius* in vita Demetrii Phalerei V. ſegm. 83. (vbi viginti nominis eius Demetrii nominantur) citat a Dionyſio Halicarn. aliisque. vid. *Mongitor.* B. Sic. I. p. 150. *Voſſium* de hiſtor. gr. III. p. [illegible] *Menagium* ad Diogenis Laert. locum p. 223. Ab eodem *Diogene Laertio* et *Voſſio* l. c. commemoratur.

DEMETRIVS, Byzantius, qui tredecim libris Gallorum ex Europa in Aſiam tranſitum et octo aliis Antiochi atque Ptolemaei geſta Libyamque ſub iis adminiſtratam conſcripſit.

De DIONYSIO Mileſio vide ſupra ad lib. II. cap. 2. vol. I. p. 378. not. gg. Herodoti aequalis fuit, teſte Suida in Ἑλλανίκῳ.

DIYLLVS

DIYLLVS, Athenienſis, incepit hiſtoriam, vbi Ephorus, de quo ſtatim videbimus, ſiit. et Graecorum ac Barbarorum geſta ad Philippi vsque obitum contexuit, auctore *Dio-doro Siculo* lib. XVI. cap. 76. fin. pag. 140. tom. II. Weſſeling.

EPHORVS, *Cumaeus*, hiſtoricus, Iſocratis diſcipulus. vid. *Cicer.* de Orat. II. 22. dem in Bruto cap. 56. traditum eſt, ait, Iſocratem in acerrimo ingenio Theopompi et leniſ-ſimo Ephori dixiſſe, alteri ſe calcaria adhibere, alteri frenos; quod etiam prodit *Quinctil.* O. lib. II. cap. 9. et *Suidas* in: Ἔφορος. Hic vero ſcripſit hiſtoriam annorum ferme 750. bris 30. et ab Heraclidarum reditu exordium ſcribendi fecit. teſte *Diodoro Sic.* IV. 1. p. 240. Weſſeling. et concludit opus cum Perinthi obſidione, eodem teſte lib. XVI. cap. 76. pag. 141. dem lib. V. 1. p. 330. laudat eius ſtilum ordinisque obſeruationem; alii vero ſecus iudicant. id. Weſſelingii notam. Alibi tamen mendacem eum eſſe ſcriptorem ait. Plura vid. apud *Voſſium* de hiſt. gr. I. cap. 7. p. 35 ſqq. apud *Bougainville* in Mem. de l'acad. Pariſ. des Inſcr. ol. XXIX. p. 76 ſq. [*Heynium* Commentatt. Soc. Gött. vol. VII. cl. phil. p. 107 ſq.] et paullo nte ad Herodotum §. III. adde *Euagrium* hiſt. eccl. lib. V. cap. vlt. — Multo iunior fuit oſt Galeni et Antonini Pii imperatoris tempora, alius *Ephorus*, itidem Cumanus, qui ſcri-ſit Galeni hiſtorias libris XXVII. obſeruante eodem *Voſſio*.

HIPPYS ſ. *Hippus*, temporibus Darii et Xerxis, Rheginus, poeta, (vid. ſupra lib. . 7. §. II. vol. I. p. 550. infra ad libr. II. 23. §. 20.) et hiſtoricus, auctor librorum V. rerum iculárum, quos *Myes* poſtea in compendium redegit, Chronicorum libr. V. et Originum aliae, notante *Voſſio* de hiſtor. graecis IV. 3. pag. 441 ſq.

De PHERECYDE Athenienſi, hiſtorico, infra ad lib. II. cap. 24. nr. 27. agetur. vid. noque *Bougainville* l. m. pag. 67 ſq.

Sed hic pedem figamus. De aliis, (ſerioris enim aetatis hiſtorici, de quibus copioſus ſe Fabricius fuit, huc non pertinent.) agemus commodis locis. Permultos incertae aetatis t obſcurae memoriae recenſet *Voſſius* de hiſtor. gr. libro III. et alibi. *Harl.*

 CAPVT XXI

CAPVT XXI

DE ARISTOPHANE COMICO.

I. *Aristophanis Comici aetas, cenſura et laudes. Aristophanes alii quoque ab ipſo diſtincti.* II. *De vndecim Aristophanis Comoediis quae exſtant.* III. *Deperditorum dramatum Catalogus cum variis Obſeruationibus.* IV. *Scholia Graeca in Ariſtophanem.* V. *Editiones.* VI. *Index ſcriptorum in Scholiis ad Ariſtophanem laudatorum.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

ARISTOPHANES Philippi ſiue Philippidae a) F. patria incerta, (fuere enim, qui Naucratitem adfirmarent, teſte Athenaeo VI. p. 229. alii Aeginetam, alii Aegyptium, denique alii Lindium ex inſula Rhodo b),) ciuitate Athenienſis. Comicus: non conſtat, quamdiu aetatem produxerit vltra Olympiadem XCVII. cuius poſtremo anno Plutum agendum permiſit filio Araroti. [Quando natus ſit, non conſtat. Secundum *Euſebii chronicon*, interprete Hieronymo Olymp. LXXXV. 4. *Ariſtophanes clarus habetur, et Sophocles poeta tragicus.* *Saxius* in Onomaſtico I. p. 46 ſq. refert eum ad Olymp. LXXXIX. 1. A. M. 3581. ante Chr. Nat. 422. A. V. 332. quo anno Νεφέλας edidit. *Hambergerus* in: Zuverläſſigen Nachrichten von den fürnehmſten Schriftſtellern, tom. I. pag. 223. floruiſſe illum ſcribit A. M. 3546 — 3596. a. Chr. N. 436 — 386. tempore, quo Plato, Euripides et Socrates vixerunt. adde *Ionſium* de ſcriptor. hiſtor. philoſ. I. 5. 4. Reliqua eius vita parum conſtat: fata tamen eius exponit Friſchlinus in vita Comici.] Mortuum hunc Epigrammate proſequutus eſſe dicitur *Plato* Philoſophus, teſte Thoma Magiſtro: [P]

> Αἱ χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται,
> Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

Quod Franciſcus Vauaſſor ita tranſtulit:

> *Nunquam caſurum cupidae ſibi ſumere templum*
> *Inuenere animam Gratiae Ariſtophanis.*

Vel etiam felicius ſic:

> *Trina ſibi aeternum quaerebat Gratia templum,*
> *Vnius inuenit pectus Ariſtophanis.*

[Eundem Platonis verſum e cod. Matr. XXIV. qui inter alia praebet epigrammatum collectanea, reddidit *Iriarte* in Catalog. p. 93. eosdemque] referens *Olympiodorus* in vita Platonis excerpta ex eius commentariis in Alcibiadem Platonis, et a Merico Caſaubono ad calcem Laertii edita addit, Platonem Ariſtophane et Sophrone pariter delectatum, ita vt horum ſcripta in ſuis delineandis dialogis expreſſa fuerint. Ἔχαιρε δὲ πάνυ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ Σώφρονι, παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. Λέγεται δὲ οὕτως αὐτοῖς χαίρειν, ὥστε καὶ, ἡνίκα ἐτελεύτησε, εὑρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνη.

a) Vide *Fulu. Vrſini* elogia Viror. illuſtrium pag. 29. *Fabric.* In vita Ariſtophanis graeca dicitur πατρὸς μὲν ἦν Φιλίππου, τὸ δὲ γένος Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Κυδαθηναιεύς, Πανδιονίδος φυλῆς.

b) Eam fuiſſe Naucratem, teſtatur Heliodorus apud *Athenaeum* lib. VI. pag. 229. *[illegible]*

... κᾶὶ ᶜ) Σώφρονα. Vitam Comici expoſuit ſcriptor graecus, qui ſcholiis praemittitur, ... deberc non indiſerte *Gyraldus* dialog. VII. [Vitam *Ariſtophanis* expoſuerunt *Nicodemus* *Friſchlinus*, (quae praefixa eſt edit. huius et Londinenſi Pluti ac Nebular. nec non Küſteri.) — *alius*, incertus, ante editionem 1624. (quae diuerſa eſt ab ſuperiore; nam Friſchlini nomen quoque citatur, item aliud eſt ſcribendi genus; quamquam multa ex Friſchlini vita hauſta fuerint:) tum auctor Biographiae claſſicae, tom. I. p. 141 ſqq. ex interpretatione Murſinnae germanica. (vbi iudicia quaedam de Ariſtophane adferuntur, et partim examinantur.) — *I. G. de Chauſepié* in Nouv. diction. hiſtor. et critique, tom. I. p. 464 ſqq. — *Brumoi* ...: Theatre des Grecs part. III. [T. X. pag. 276 ſq. edit. nou. et XIII. pag. 429 ſq.] — *Io. Gottfried Hauptmann* in progr. de Ariſtophane, atque illius comoediis, Gerae, ...43. 4. — *Sulzer* Allgemeine Theorie der ſchönen Künſte cum notitia litteraria ... de Blankenburg, tom. I. pag. 149 ſqq. — *Clodius* in: Verſuche aus der Literatur und Moral, part. II. Lipſ. 1767. 8. pag. 181 ſqq. eleganter fuſeque percenſet comoedias Ariſtophanis. De aliis libris qui huc pertinent, aut ad expoſitionem comoediarum faciunt, ſuo loco differemus.] Effigiem Ariſtophanis, quam poſt alios exhibuit Gronouius ...m. II. Antiqu. Gr. tabula LXVIII. commentitiam eſſe non dubito, et veteri trunco aliunde ...perimpoſitam. [ſub forma perſonae, edera coronatae, cuius ori apis irrepere videtur, conſpicitur in *Winckelm.* monument. antiq. ineditis, tab. CXCI.] Acerbam Ariſtophanis cenſuram ſcripſit Plutarchus ᵈ) libro, cuius epitomen duntaxat habemus, quo Menandrum longe ...ſi praetulit, luſusque ſaleſque Menandri, ſed natos pelago, quo Venus orta ſales neutiquam conferendos eſſe contendit cum Ariſtophanis amara et aſpera, (adde et ſaepius obſcoe...) ſcurrilitate. Haud dubie tamen Comoediae veteris ᵉ) princeps fuit, Eupolidi et Cratino ...ui longe praelatus, ſuae pariter et poſterae aetatis iudicio ᶠ). Mediae quoque Comoediae ...ecimen dedit in *Aeoloſicone* et *Cocalo* dramate, vt infra inter deperditas Ariſtophanis fabulas ...notaui. Vario carminis genere vtitur, vnde de eo Terentianus Maurus: [?]

c) De ſolo Sophrone hoc memorant *Laertius* ... 18. Heſychius Illuſtris, Quinctilianus, Vale...s Max. et alii. *Fabric.* conf. *Brunck.* ad Ari...ph. Nubes p. 65. notar. vbi et Raymundi Cuni...i verſionem epigrammatis metricam adfert, et ...ſeruat, Platonem in Sympoſio Comicum noſtrum ...m Socrate eidem menſae accumbentem repraeſentaſſe: at Ariſtophanem alioquin Plato in conui...o non pulcris coloribus pingit et deſcribit p. 217. ...cans hominem, ᾧ περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην ...σα διατριβή. *Harl.*

d) Contra Plutarchi criminationes defenſionem ...mici Friſchlinus ſcripſit, praemiſſam illius et ...ſteri editionibus. *Harl.*

e) De differentia comoediae *veteris*, *mediae* et ...*nae* vide Anonymum περὶ Κωμῳδίας Ariſtophani ...emiſſum, et quae viri docti ad *Horatium* lib. I. ... IV. Idem exponunt e recentioribus *Ioh. Ionſius* de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. lib. I. cap. 5. *...muel Petitus* ad leges Atticas p. 79. *Gerh. Voſſius* Inſtit. Poetic. lib. II. cap. 27. *Franciſcus Vavaſſor* Lib. de ludicra dictione p. 72 ſq. vbi etiam de Ariſtophane multa, nec contemnenda. Mediae comoediae plus quam octingenta dramata euoluiſſe ſe, teſtatur *Athenaeus* VIII. pag. 336. Μεγαρικὴ Κωμῳδία deriſa ab Athenienſibus. Vide Appendicem Vaticanam prouerb. 46. *Fabric.* De comoedia Graecorum agit *Signorelli* de theatro Graecorum, (ſupra iam memoratus ad Theſpin, pag. 162.) De origine comoediae gr. quae tragoedia antiquior habetur, fuſe docteque differunt *Bentlei.* in Reſponſ. adu. Boyle p. 107 — 115. et *Car. Frid. Flögel* in: Geſchichte der komiſchen Litteratur, vol. IV. Lignit. et Lipſiae, 1787. 8. p. 28 ſqq. Per XXXX. annos Ariſtophanem fabulas docuiſſe Athenis, animaduertit *Sam. Petitus* lib. I. 16. Miſcellan. *Harl.*

f) Vid. ἐκ τοῦ Πλατωνίου περὶ διαφορᾶς χαρακτήρων inter prolegom. ante Küſteri editionem p. XI. *Harl.*

Ariſtophanis ingens emicat ſollertia,
Qui ſaepe metris multiformibus nouus
Archilochon arcte eſt aemulatus Muſica.

Quae videntur ipſius nugae, non raro ſeria docebantur et ſpectabantur ad emendanda vitia aut inconſulta conſilia Athenienſium. Saltem ſtatus reipublicae, qualis fuerit illis temporibus, ex comoediis Ariſtophanis pulcre datur intelligi. [De ſtilo Ariſtophanis vide *Vauaſſorem* p. 14 ſqq. *Hermann.*] Propter atticum dicendi genus a multis tamquam graecae linguae Magiſter vulgo commendari ſolet: *Ferunt etiam* g) *Iohannem Chryſoſtomum Ariſtophanis Comoedias duodetriginta, cum ſuperſint nobis undecim duntaxat, lectitaſſe ſtudioſe, atque etiam puluillo, cum dormiturus erat, ſubieciſſe, perinde quaſi et deponeret tantum ſtrophorum e manibus quam tardiſſime, et primo quoque tempore repeteret interruptam lectionem. Ex quo dupliciter imitatione et exemplo profecerit, primum ut acer plerumque ac vehemens eſſet in notandis ac perſtringendis moribus, mulierum praeſertim: deinde, ut purius Graece loqueretur, faciliusque ac ſolutius, quam ceteri, verbis explicaret ſententias.* Achilles quoque Tatius lib. VIII. de Amoribus Clitophontis et Leucippes inducit ſacerdotem in perditos Therſandri mores declamantem, quem p. 493. ita deſcribit: παρελθὼν δὲ ὁ ἱερεύς· ἦν δὲ εἰπεῖν οὐκ ἀδύνατος, μάλιστα δὲ τὴν Ἀριστοφάνους ἐζηλωκὼς κωμῳδίαν. [De Ariſtophanis ingenio, indole, illiusque comoediarum virtutibus vitiisque varii varie omni tempore iudicarunt. Id quidem nemo negabit, Ariſtophanem, quod argumenta fabularum duxit a rebus ciuilibus, quotidianis et memorabilibus hominibus, quae illi ſpectatorum expoſita erant; quod perpetuo notauit partimque infamauit corruptos ſui aeui mores, peruerſam reipublicae ſuae conditionem, malam liberorum educationem et ciuitatis adminiſtrationem, atque calamitates, impudentiam, arrogantiam, diſſidia prauamque indolem vitamque multorum, qui ſiue ad rempublicam acceſſerunt, ſiue illam turbarunt, fraudes ac iniuriam iudicum, ſophiſtarum, demagogorum aliorumque hominum; tum quod ſermone vſus puro, venuſtiſſimo, lepidiſſimo atque eleganti, et regula eſt attici dicendi generis; inter principes auctores graecos haud vltimum occupare locum, fontem eſſe praecipuae partis hiſtoriae atticae earumque fabularum lectionem permultum conducere ad hiſtoriam ingenii humani et rituum tam ſacrorum publicorum, quam ciuilium et domeſticorum, ad accuratam illius temporis, atticaeque ciuitatis diſciplinae morum, et multorum hominum, nec non diſſidiarum tam publicarum quam priuatarum indeque malorum ortorum cognitionem. Cuilibet patebit, illarum lectionem

g) *Vauaſſor* libro laudato p. 79. *Nic. Borbonius* p. 225. praefationum Reuchlin. in Augenſpiegel, p. 28. edit. Herm. von der Hardt. Nec temere antiquiorem teſtem huius de Chryſoſtomo narrationis reperiri, quam Aldum Manutium in praefat. ad Dan. Clarium Ariſtophani ſuo praemiſſa, obſeruat *Menagius* praefat. ad part. II. Obſervatt. de Lingua Gallica, et tom. II. Anti-Bailleti, p. 48. Annam Dacieriam ducenties lectitaſſe Ariſtophanem, credat, qui volet, rem parum veriſimilem narrantibus apud *Gratianum Aſtupanum* de ſuperſtitione erudita pag. 61. et Frainium de Tremblay, quem, vitio id vertentem Daceriae h. epigrammate perſtrinxit *Bernardus Moneta:* Docte épouſe d'un docte Epoux, Vous avez, nous le ſavons tous, lû deux cent fois Ariſtophane: Mais faut-il d'une rude voix que Frain là deſſus vous chicane? J'ai bien lû ſon livre une fois. *Fabric.* De lectione toties integri repetiti Ariſtophanis, omnino fabula eſſe videtur. Alias vero fabula, *Nubes*, toties a Daceria perlecta fuerit, id quod, quamquam nimium fuerit, probabile erit. *Harl.*

n philoſophico hiſtoricoque non minus, quam humanitatis, antiquitatis elegantiarumque ſtudio eſſe par videm. Vt vero ille virtutibus, ita vitiis animi orationisque excelluit. Splendidum ac foecundiſſimum in eo micat ingenium, ad ſatyram quaſi non fictum, ſed natum; ima et grataſſima orationis copia, vrbanitas ac feſtiuitas; ſales aculeique acerrimi, ita, vt ellum ciuium ſuorum, praecipue potentiorum, fuiſſe videretur. Aperte inſectatus eſt vitia cataque et iniurias improborum eorumque ipſorum, qui in magiſtratu male rem geſſe-r. Omnes non ſolum ſuae patriae comicos, vi comica, gratia, popularitate ac leporibus minus, quam acerbitate ſermonis ſuperaſſe videtur; ſaltem nomina illorum obſcurauit; etiam neſcio, an omnes recentiores vicerit. *Brunck.* igitur in notis ad Ariſtoph. Nub. init. 63 ſq. Ariſtophanem ab iniuria inſcitiaque *Voltarii* in Lexico philoſophico, voc. *Athéisme* abunde declarata, vbi Voltarius Comico noſtro principi nomen et honorem comici, mo vero poetae inepte ſtolideque abnegare audet, vindicans, recte: „*Niſi,* ait, *Ariſtophanes poeta eſt*, nobis dicant, quem comoediarum ſcriptorem poetae nomine dignari oportet: *ſi poeta eſt*, nobis rurſus dicant, vbinam gentium vberior ſalium, iocorum, facetiarumque ſcena reperiri queat. Quam facile iſta in Voltarium retorqueri poſſint, ſciunt, antiqua et noua pariter intelligunt eoque pollent ſenſu, qui ad eorum comparationem inſtituendam requiritur." Auctor graecus περὶ τῆς διαφορᾶς χαρακτήρων, in Prolegomenis ad Kusteri editionem p. XI. de Cratino, Eupolide atque Ariſtophane iudicans, ὁ δὲ Ἀριστοφάνης, ait, τὸ μέσον εἴληφε τῶν ἀνδρῶν χαρακτῆρα· οὔτε γὰρ πικρός λίαν ἐστὶν ὥσπερ ὁ Κρατῖνος, οὔτε χαρίεις, ὥσπερ ὁ Εὔπολις· ἀλλ᾽ ἔχει καὶ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας τὸ σφοδρὸν τοῦ Κρατίνου, καὶ τὸ τῆς ἐπιτρεχούσης χάριτος Εὐπόλιδος. Nec minora tamen runt vitia animi et fabularum. Nil dicam de vitiis comoediarum graecarum internis quae n reliquis graecis comicis habuit communia, de neglecto actionis ordine, nec ſatis curate teque explicitis characteribus, de immoderata ſingulorum hominum carpendorum libidi-, quae comoediae vitia recentior aetas emendauit. Ariſtophani, vti reliquis antiquae et diae comoediae poetis, ſufficiebat, riſu diducere rictum auditoris. Atqui *Barneſius* in vita ripidis §. V. excuſat Comicum, quod crebro ſugillauit illum tragicum. Sed de hiſce vitiis conſulendi ſunt *Sulzerus* l. m. voc. *Comoedie*, aliique artis poeticae ſcriptores. In Ariſtophaneis equidem fabulis haud frenatam linguam, nimiam laſciuiam, proteruitatem et perpetuum ſtudium riſus, cum damno quoque honeſtorum bonorumque ciuium, commouendi, dare nequeo. Neque diis neque hominibus, etiam ſummis, et auctoritate, gratia digni-eque in republica valentibus, pepercit: et tamen ciuibus placuerunt eius fabulae, ac, quamam ipſe calumnias atque reprehenſionem effugere non poterat, vt plurimum tulerunt plaun. Verum enim vero plures fuerunt cauſſae, cur Ariſtophanes, licet deos quaſi homines laceſſeret, tantam conſequeretur auctoritatem veniamque omnia impune dicendi. De ortu m et natura deorum meliora edocti multi Athenienſes liberius diſſerere ſolebant: neque rum conditio, infirmitates facinoraque illis erant incognita. Praeter ea in mythis varia que ea, quae deos decent, de his erant recepta et ab antiquioribus poetis promulgata variiscoloribus et narrationibus ornata, vel deturpata potius. Ea vel plebem eo minus offendet, quoniam antea vel in ſcenam deorum mythi et ridicula ad riſum ciendum fuerunt prola. Tum publica religio magis cernebatur et celebrabatur caerimoniis quibusdam atque ficiis, quam pietate veraque deorum obſeruantia. Quare cautum tantum fuit, ne quis gimos deos nouamque religionem inferret in ciuitatem, priſtinamque ita omnino tolleret religionem.

religionem. Si quis igitur feſtas ſeruabat caerimonias ſacraque ſacrificia, alioquin de deo, quaecunque libuit, ſentiret, atque diceret, tutus eſſe potuit ſecurusque a vi [illegible], legum ſeueritate metuque immunis. Tum illis temporibus perpetua fuit altercatio et contentio inter optimates et reliquos ciues, quae a diuerſarum partium cupiditate mota, fecunda fuit mater turbarum nec raro ciuitatis formam mutauit. Qui inferioris erant ſortis et conditionis, illi inuidebant opibus atque auctoritati potentiorum, eosque, quoniam ſe pares eſſe parique iure in adminiſtranda ciuitate ſe gaudere arbitrabantur, frequenter laceſſebant atque inſectabantur. Athenienſes igitur in theatro, cuius infimo amore capti fuerant, libenter audiebant iurgia et cauillationes opprobriaque facta hominibus, qui prae aliis eminere ſtuduerunt aut opibus, auctoritate aliisque virtutibus valuerunt. Accedit, quod in rebuspublicis, vt in pluribus hodie etiamnunc fieri ſolet, liberrima, nec raro immoderata de publicis [illegible] hominibusque, vel ſummis et ornatiſſimis, dicendi poteſtas maxima et praecipua pars libertatis habetur. Quae quidem opinio non omnino eſt culpanda, quod et potentiores eorumque miniſtrorum cupiditas coercentur, et infimiores, ea libertate plerumque contenti, ſe non intromittunt rebus publicis grauioribus iisque, quae ad arcana reipublicae referuntur, nec, niſi ipſi a potentiore quodam incitati et ducti, turbare rempublicam audent. Athenienſes imprimis amabant illam dicendi conuitiandique libertatem, vel potius libidinem, quam hodie quidam licet barbare, *publicitatem* vocant, et, cuius moris exempla plura hodie praebent Galli, acriter defendunt. At vt haec et alia, quae proferri et amplius probari poſſunt, paucis comprehendam, inuidia et contentio potentiorum, libido et libertas conuitiandi, et vel hominum, qui ſua ſapientia, vita aliisque erga rempublicam meritis famam atque dignitatem ſibi obtinuerunt, infamandorum atque obtrectandorum, grata maledictorum audientia, ſtudium reprimendae et depellendae tyrannidis, feſtorum et iudiciorum, in quibus cum maxima comitia ſummi aliique viri lacerabantur eorumque vita, mores et actiones cum acerbitate et ſaepius vehementia exagitabantur, frequentia, praua ſophiſtarum aliorumque antiquiorum comicorum inſectandi turpiterque atque illepide carpendi conſuetudo, ab origine comoediarum et ſatyra ducta et formata, leuitas animorum et peruerſa atque [illegible] de diis et religione publica ſentiendi ratio, corrupti ciuium mores fecerunt, vt Ariſtophanes Athenienſium deorum hominumque irriſor ſine vllo periculo eſſe poſſet. Quod praeter ea [illegible] fabulas condidit, amoenas, [illegible], et in compoſitione, teſte iam *Longino* ſect. [illegible], 4. [illegible] fuit ſublimis, res publicas, quae ad omnes ciues pertinere viſae ſunt, in ſcenam produxit, ingenio plenas et [illegible], animum prae ſe tulit popularem ſtudiumque libertatis publicae defendendae, vitiorumque [illegible], nulla hominum et conditionum [illegible] ratione habita, carpendorum, mentemque ad priſtinam ſeueritatem formandorum, [illegible] bus denique auram captauit popularem, factum eſt, vt omne paene ferret punctum, a moderatis ciuibus ipſisque ciuitatis principibus magni aeſtimaretur, et ſummum plauſum ac fauorem multitudinis, quae eum a vi iniuriaque aliorum praeſtitit tutum, conſequeretur. [illegible] vero, quod orationis veneribus atque illecebris et crebra, quam plebs, praeſertim [illegible] infimaque amare ſolet, neque vero ſemper ex lectis vulgaribus explicanda, ſed [illegible] et [illegible], illa aetate ſubiectis metuenda *), verborum obſcuritate, [illegible]

*) Paucis, at ſobrie intelligenterque de obſcoenitate Ariſtophanea iudicat cel. *Beck.* in praefat. ad ſuam Auium editionem. Atque ſi verum eſt [illegible] relatum legimus apud *Athenaeum* X. cap. [illegible]

[ta]s omnino damnanda, tenebantur, nec illi ignorabant, omnia eſſe compoſita ad delectan[du]m et riſum commouendum, non adeo, nec ſemper, illius iniuriis et contumeliis incitabantur [h]omines, quos ille in ſcena male depectos habuit, odio capitali aut iudiciis perſequendos. [Hu]ius rei exemplum, vt mox videbimus, luculentum Socrates nobis eſt. Ingenium igitur [tem]pusque illius aeui, reipublicae atticae forma et fluctus quaſi ciuitatis, ſermonis leporisque [Ari]ſtophanei ſuauitas aliaque ſimul conſiderari et comparari debent ab eo, qui hac de re recte [iu]dicare velit. Quaedam adiigerunt alii, alii ſcite pleniusque expoſuerunt. vid. *Sulzer.* l. c. [Bl]*ergel.* lib. mem. vol. IV. p. 48 ſqq. *Hurd.* in commentario ad Horatii epiſtolas ad Piſo[ne]s etc. ex interpretatione Eſchenburgii germanica, vol. I. p. 204 ſqq. Auctor commentatio[ni]s: *Worauf gründet ſich der Beyfall, den Athen den Schauſpielen des Ariſtophanes ſchenkte?* [in] noua bibliotheca artium elegantiorum, theotiſce ſcripta, vol. XXXVII. part. I pag. 1 ſqq. [Li]pſiae, 1788. 8. et *Carol. Auguſt. Böttiger*, tum Rector ſcholae Guben. in proluſione, Ari[ſto]phanes impunitus deorum gentilium irriſor, Lipſiae, 1790. 8. *Muretus* V. L. lib. X. 17. [in]dicat, illum fuiſſe atheum: enimuero, qua ratione et quo ſenſu id ſumatur, curatius erit [in]quirendum. — De vitiis, quae quidem videntur, fabularum Ariſtoph. egerunt *Claudius* [V]*erderius*, in Cenſion. in auctor. pag. 48. *Rapin* ſur la poetique reflex. 26. part. II. Vario[ru]m varia iudicia collegit *Baillet* in: Jugemens des Savans, tom. III. pag. 129 ſqq. edit. in 4. [H]*arl.*

Ariſtophanis filii fuerunt *Araros*, *Philippus*, (pro quo *Philetaerus* memoratur Suidae,) [et] *Nicoſtratus*, de quibus infra in Notitia Comicorum deperditorum, vbi etiam de *Calliſtra[to]* et *Philonide*, quibus hiſtrionibus in fabulis ſuis agendis vſus fuit. Fuere et alii *Ariſtopha[ne]s*, vt, 1) qui Archon fuit Athenis Olymp. CXII. 2. Diodor. Sic. lib. XVII. 2) *Ariſtopha[ne]s* Byzantinus grammaticus, de quo dicam lib. III. 3) *Ariſtophanes* Mileſius, Plinio; Var[ro]ni Mallotes, qui de agricultura ſcripſit, 4) *Ariſtophanes* Boeotus *Plutarcho* de malignitate [H]erodoti pag. 874. laudatus, cuius ſecundum Θηβαϊκῶν citat *Suid.* in Ὁμολώιος, Θηβαίας [...]ες Steph. in Ἀντικύρα ὁδλεις, librum II. Βοιωτικῶν idem in Χαιρώνεια. 5) *Ariſtophanes*, [Al]exandri Magni ſatelles, *Plutarch.* Alexandro p. 694. 6) *Ariſtophanes* Corinthius, Libanii [a]micus, qui eum ſingulari tuetur oratione tom. II. Opp. p. 210. ¹) Ceterum Ariſtophanes [B]abylonius, quem ex Stephano refert Hendreichius Pandectarum Brandenburgenſium ſcri[pt]or, nullus eſt: nam Stephanus in Λακεδαίμων citat Ariſtophanem Ἐν Βαβυλωνίοις, Comi-

ci

[Alca]eum lyricum et *Ariſtophanem comicum ebrios* [co]nſcripſiſſe poemata, eo minus mirae videbuntur [no]bis comoediae, cauillationibus, iniuriis atque [ob]ſcoenitate refertae: adde locum Platonis a Fabri[ci]o nr. 2. de Nubibus prolatum.

¹) In epiſtolis *Libanii*, a *I. Chriſtoph. Wolfio* [in] fol. editis, aliquoties litterae ad eum ſcriptae [oc]currunt frequentiorque illius ſit mentio. In epi[ſto]la 1186. p. 564. e msto Ambroſiano Wolf. reſti[tui]t, *Ariſtophani Corinthio*, quum in latina ver[ſio]ne Zambicarii lib. III. ep. 310. vbi maxima ſui parte truncata eſt, inſcribatur in editis *Ariſtophani Corſucchio*. In epiſt. 76. pag. 320 ſq. Libanius illum commendat, et Wolf. in nota obſeruat, eum fuiſſe Menandri filium, et Aegypto praefectum, propter conſultos aſtrologos male mulcatum, et reſponſionem Iuliani ſubiecit pleniorem, quam Fabricius in ſalutari luce euangelii p. 323. eam exhibuerat. Ad eumdem refert Wolfius epiſtolam Libanii 1228. pag. 583. ad *Ariſtophanem* exaratam. Addidit Fabric. in notis mstis *Ariſtophanem*, ad quem S. Nili epiſtolae. adde *Ionſium* de ſcriptor. hiſtor. philoſ. I. 10, 2. p. 198. *Harl.*

et noſtri drama deperditum reſpiciens. *Ariſtophanes* quoque Camiraeus Comicus ab Athenienſi noſtro perperam diſtinguitur, vt in Notitia Comicorum deperditorum adnotaui.

II. Ex Comoediis Ariſtophanis aetatem tulerunt hae vndecim, quas ſolas etiam euoluiſſe ſe teſtatur Suidas in Ἀριστοφάνης. [P]

1) ΠΛΟΥΤΟΣ. *Plutus* poſterior k) e duabus Comoediis, quas hoc nomine Poeta fecerat. Acta Archonte Antipatro Olymp. XCVII. 4. poſtrema earum, quas Ariſtophanes ipſe docuit, ſiue prima potius, quam filio ſuo Araroti agendam permiſit. [vid. Küſter. in argum. Pluti.] Hanc *Ioh. Reuchlinus* Ingolſtadii ſe interpretatum adfirmat auditoribus plus quam trecentis. Haec comoedia ἐγκώμιον πενίας dicitur a *Tzetza* Chiliad. XI. verſ. 755 et laudatur a *Photio* epiſt. 150. Ex illis, quae exſtant, vnica haec eſt, quae ad mediam comoediam pertinet; ceterae ad antiquam. Scaligerana p. 100. Chronologiam, argumenta et oeconomiam ſingularum exhibet *Brumoius*, S. I. tomi III. operis: Le theatre des Grecs. Pariſ. 1730. 4. [Tom. X. XI. XII. XIII. edit. nou. Pariſ. 1787. ſq.] *Fabric.* — [De tempore, quando ſingulae comoediae actae ſint, praeter interpretes ac Petitum, diſputauit *Palmerius* in Exercitatt. ad optimos fere gr. auctores, part. II. pag. 717 ſqq. Noſtram fabulam, Plutum, actam eſſe Olymp. XCVII. 4. ex ſcholiaſte in argumento illius, ducit quidem pag. 785. at, num Plutus bis prodierit in theatrum, et vltimum quidem XX. annis poſt primam didaſcaliam, teſte Schol. ad Plut. 173. ambigit. Enimuero duplicem fuiſſe Plutum et Scholia ad vtramque fabulae editionem diuerſa, docent *Küſter.* ad noſtram fabulam, initio, et *Hemſterhuſ.* paſſim in notis ad Plutum, inprimis poſteriore ad v. 505. p. 145 ſq. v. 550. p. 167. p. 242. et pluribus locis, vbi docet, qui verſus vel ex priore vel ex poſteriore Pluto fuerint. adde *Dacier.* ad v. 1147. pag. 199. Schol. et *Hemſterhuſ.* ad v. 973. *Brunck.* ad Plut. p. 239. *Chaufepié* in Supplem. Lexici Bayliani p. 408. (G.) Atque *Küſterus* oſtendit e clariſſ exemplis, quae hodie exſtat fabula, Plutum, eam ex priore et poſteriore eſſe mixtam. *Athen.* IX. p. 368. citat e Pluto poſteriore v. 1125. Inde autem duplices interdum exſtitere lectiones, vid. *Hemſterhuſ.* ad v. 772. 1147. 1192. ad Schol. v. 550. *Plutum* vero in hac fabula non eſſe regem late patentis inferorum regni, et Iouis fratrem, ſed minorem gentium aliquem deum, ceterorum miniſtrum, idem monendum videtur quod, de hac fabula vbi ſermo eſt, ſaepius citatum legi *Plutonem*. adde *Hellmann* progr. de Pace diuinis quondam honoribus culta, p. 23. init. De plurium antiquiorum Scholiis eorumque diuerſitate et ſaepius ex duobus exemplaribus confuſe deſcriptis vid. *Hemſterhuſ.* ad Plutum noſtrum p. 13. 17. 70. 101. 133. 137. 383. et alibi ſaepius. Idem p. 197. 258. 326. et alibi bene monet, Scholia, quae ad Plutum exſtant, eſſe locupletiora, quam quae Suidas habuit. Hunc vero Scholiis antiquioribus atque emendatioribus vſum eſſe, indicat *Toup.* Emendatt. in Suidam, part. III. p. 231. edit. London. De ſingularum fabularum editionibus ac verſionibus paullo inferius agam. *Harl.*] Plutum

e

k) *Sam. Petitus* lib. I. Miſc. cap. 16. contendit, in Pluto dramate, quale hodie exſtat, multa e poſteriore, multa etiam e priore Pluto inſerta legi. Confer ibid. cap. 11. vbi Plutum priorem ab Ariſtophane editum docet in Panathenaeis Olymp. XCII. 4. [vid. Schol. ad Plutum 115. 119. 173. 1147. ad Ran. 1125. ex priore Pluto locus citatur qui in hac fabula hodie non reperitur.]

et Nubes Ariſtophanis cum Scholiis ineditis fuiſſe in Biblioth. Renati Moreau teſtatur *Labbeus* Biblioth. nou. MSS. pag. 213.

ΝΕΦΕΛΑΙ. *Nubes* l), quibus Socratem, comicorum contemtorem, perſtrinxit Comicus, ab Anyto m) et Melito ad hoc inſtigatus. Socrates quidem ſciens, ſe petendum ſalibus et ſcommatibus, non modo interfuit, ſed et, quo ab omnibus videretur, ſurrexit. Confer, ſi lubet, quae viri docti ad *Aelian.* II. 13. Var. Plato hoc drama miſit ad Dionyſium Siciliae tyrannum, et ex hoc [p] aliisque Ariſtophanis comoediis iuſſit Remp. Athenienſium diſcere, vt refert auctor graecus vitae. Mirifice populo Nubes

l) Vnde comoediam hanc *nebulonicam* vocat ...es ad *Auguſtini* lib. II. de C. D. cap. 9. not. c. 67. *Heumann.* Multus eſt de hac comoedia *...uſcpié* in Supplem. ad Bailii Lex. crit. tom. I. . 465 ſqq. *Harl.*

m) Negat hoc *Laur. Ingewaldus Elingius*, Prof. ...alienſis in Hiſt. graecae linguae p. 123 ſq. et ſo...ibus Philoſophorum et Comicorum diſſidiis ...c vnice, putat, eſſe tribuenda, quaecumque ...erſus Socratem Ariſtophanes effutiit. *Fabric.* ...ricius in notis msstis ipſe narrationem illam de ...yto et Melito fabulis adnumeraſſe videtur. Scri... enim: „Socratis ſimias et indignos ſectatores, ...a Socratem petitum ab Ariſtophane, ſunt, qui ...tendant: ſed in contrarium vide, quae diſputan... ab auctore epiſtolarum ſeriarum iocoſarum ...n. IIII. p. 251. Ibidem docetur, Ariſtophani, ...liti inimico, non poſſe imputari necem Socra... poſt XV. demum annos iuſſi mori. Certe fa...a illa annis circiter XX. [immo vero pluribus,] ...euertit Socratis damnationem: confer *Palmerii* ...ercitatt. p. 485. et 729 ſq. *Sam. Petit.* lib. I. ...ſcell. cap. 6." — *Palmerii* animaduerſionem ...etiit meritoque comprobauit *Küſter.* in notis ad ... fabulam pag. 50. adde *Brunck.* notarum ad ...iſtophanis Nubes initium p. 65 ſqq. (qui hanc ...rum Ariſtoph. comoediarum nobiliſſimam eſſe ...ue artificioſiſſimam, poetamque in inueniendo ...us argumento et diſponendis partibus vim comi...a exſeruiſſe admirabilem, iure cenſet,) et cl. ...*kſen* in II. commentatt. *über den Proceſs des ...rates*, in: Bibliothek der alten Litteratur und ...nſt, part. I. et II. Gottingae, 1786. Atque ego ...or programmatibus an. 1787 ſq. illius tem...s hiſtoriam expoſui multisque argumentis hi... atque exegeticis euiciſſe arbitror, Ariſto... per hanc fabulam ne remotiſſimam qui... fuiſſe cauſſam ſupplicii de Socrate, multis poſt ..., alias ob calumnias, ſumti, nec precibus pretioque fuiſſe ab Anyto et Melito, (quem praeter ea Socrates multo poſt actam hanc fabulam apud *Platonem* in Euthyphrone p. 4. edit. Bipont. nominat νέον ὄντα,) adductum, ad philoſophum in ſcena ſugillandum reumque maieſtatis faciendum; e contrario aliud fuiſſe Ariſtophanis conſilium. Nimirum perpetua erat tum temporis philoſophorum et tragicorum cum comicis contentio mutuaque obtrectatio. Sophiſtae, quorum diſciplina artibusque Socrates adoleſcens fuerat imbutus, quamquam adultior illorum hoſtis euaſit acerrimus, mores popularium et ciuitatem corruperant; ipſe Socrates erat Euripidi, ab Ariſtophane ſaepius in ſcena exagitato, amicus et comicorum oſor. Vt igitur cum Socratem, tum in primis Sophiſtas, quorum is perſonam ad vnitatem, quam vocant, perſonae obtinendam, commode ſuſtinere potuit, riſui ludibrioque ſpectatorum exponeret in theatro, et per hanc occaſionem multa aliorum hominum ipſiusque aeui ſui et ciuitatis peccata malaque culparet, Socratem fecit in illa fabula principem perſonam, in eumque omnia contulit, quae in Sophiſtis, ad quos multa quoque ſpectant, quae vnice de illorum artibus et diſciplina, minime de Socratis doctrina atque opinionibus dici poſſint, ridicula improbandaque viderentur. Multum colorem ad animi delectationem riſumque ciendum fuiſſe adſutum, nemo negabit. Haec et multa alia, quae ad hiſtoriam Socratis, Sophiſtarum illiusque aeui et ad legitimum de hac fabula eiusque argumento, et cur Ariſtophanis priores Nubes iudicum ſententia alienis fuerint poſtpoſitae, iudicium ferendum conducerent, in illis proluſionibus academicis fuſius explicui. Neque igitur inimicitiae odiique cauſſa Ariſtophanes hanc fecit comoediam, (vid. Schol. ad Nub. 96.) neque illa Socrates in periculum iudicii vitaeque venit. adde *Goldhagen* in prolegom. ad verſionem huius comoediae german. vol. III. p. 77 ſqq. in illius: Griechiſche und römiſche Anthologie. Brandenburg. 1768. 8. *Harl.*

Comici placuiſſe, teſtatur eodem in loco *Aelianus*, qui Ariſtophani, nec vlli alii victoriam a iudicibus tribuendam eſſe clamauerunt. [vid. ipſum *Ariſtoph.* [illegible] 522. et Veſp. 1010.] *Synesius* quoque in Dione p. 40. μήτε Κωμῳδίας, inquit, τῶν νεφελῶν μᾶλλον εὐδοκιμεῖ, οὐδὲ γάρ ἐστιν ἥν τινα μετὰ τῆς ἴσης δυνάμεως Ἀριστοφάνης ἀπήγγελκε. Scholiaſtes Ariſtoph. in προθεωρίᾳ νεφελῶν· τὸ δὲ δρᾶμα τοῦτο τῆς ὅλης ποιήσεως κάλλιστον εἶναί φασι καὶ τεχνικώτατον. Iudicum tamen ſententia [de primis Nubibus, Olymp. LXXXIX. 1. Archonte Iſarcho actis, conf. Schol. ad Veſp. 1007.] non Ariſtophanes, ſed Cratinus pronunciatus eſt victor et Amipſias [n]). Docuit Comicus Nubes poſteriores, (quae ſolae exſtant, prioribus deperditis, vt ex duobus [illegible] Athenaei et [illegible] ad hanc Comoediam obſeruauit *Meurſius* in Biblioth. Attica pag. 1445.) [illegible] poſt priores, Archonte Aminia Olymp. LXXXIX. 2 [o]) [ante C. N. 422 menſe Febr. V. C. 332. vid. Koſter. de verisque.] in Dionyſiis ἐν ἄστει, vnde Maximus Tyrius ait, Ariſtophanem τὰ Σωκράτους κωμῳδῆσαι ἐν Διονυσίοις. [vid. [illegible] pag. 272.] Ariſtophanes viciſſim a Platone, Socratem, magiſtrum ſuum, [illegible], in Sympoſio inducitur tanquam homo, cui περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα ἡ διατριβή. Vehementer quoque in Ariſtophanem Socratis nomine inuehitur [illegible] in [illegible] pag. 35. *Thomae Magiſtri* Scholia inedita in Ariſtophanis νεφέλας ex [illegible] Moreau citat *Ion. Pricaeus* ad Apulei Apologiam, *Cangius* in gloſſario [illegible] et alibi, quamquam certum eſt, ſcholiorum Thomae partem inter edita in nubes ſcholia legi. Excerpta ſcholiorum in Ariſtophanem cod. Vatic. MCCXCIV. qui fuit Fului Vrſini, praeferunt et ipſa nomen Thom. Magiſtri.

3) ΒΑΤΡΑΧΟΙ. *Ranae*; in quibus Aeſchylus Euripidi praefertur. Actum eſt hoc drama in Lenaeis (quae in honorem Bacchi ſub extremum autumni Athenis celebrabantur) Archonte Callia Olymp. XCIII. 3. Confer *Sam. Petitum* lib. I [illegible] cap. 1. et *Palmer.* in Exercitt. pag. 770. Latina proſa vertit *Andreas Diuus*, carmine *Nicodemus Friſchlinus*. Quae ex Ariſtoph. βατράχοις profert [illegible] in [illegible] frustra quaeres. *Fabric.* Grammaticus vetus narrat, fabulam hanc non ipſius auctoris, ſed Philonidis nomine editam fuiſſe. vid. Brunck. not. *Harl.*

4) ἹΠΠΕΙΣ [p]). *Equites.* Acta eſt Comoedia itidem in Lenaeis, Archonte Stratocle [illegible] Olymp. LXXXVIII. 4. [ante C. N. 424. V. C. [illegible] qui erat [illegible] belli [illegible]

n) Cratinus nimirum *Pytinam* et Amipſias *Connum* egerant, „quam, ait cel. Brunck. Menagius admodum probabiliter eam eſſe autumat fabulam, in qua Socratem traducebat, ita, vt bis vno die a duobus poetis comico ſale defricatus fuerit Socrates. Quo circa miror, egregium illum ſcriptorem, e quo ſua hauſit Aelianus, non potius de Amipſia victore cogitaſſe, quam de Ariſtophane victo, vt in eum crimen conferret praeparatae Socratis condemnationis." — *Corſinus* in Faſt. atticis, tom. III. p. 2[illegible]. putat, fabulam noſtram etiam tertium fuiſſe editam, quamuis id a nullo interprete memoretur. Brunck. vero exiſtimat, poetam Nubes emendatas iterum tantum docuiſſe, euentu quidem haud feliciore, nec amplius eas produxiſſe, [illegible] ſubinde eas expoliuiſſe videatur. *Harl.*

o) Error operarum eſſe videtur Olymp. LXXX[illegible] in notis *Spanhemii*, qui de commiſſione [illegible] fabulae diſputat. adde Schol. ad Nub. v. [illegible] quae ibi notaui: de iteratis et retractatis [illegible] dramatum editionibus vid. *Caſaubon.* Animaduerſ. [illegible] Athen. lib. III. cap. [illegible]. *Burm.* in praefat. ad Ariſtoph. pag. 22 ſq. *Harl.*

p) Vel potius attico more ſcribi debuit [illegible] vid. *Hemſterhuſ.* ad Plutum verſ. 805. [illegible] *Harl.*

pontuſia.] et grauiſſime perſtringit Cleonem Demagogum, quinque talentis q) pridem multatum.

ἈΧΑΡΝΕΙ͂Σ. [vel rectius Ἀχαρνῆς. vide ad nr. 4.] *Acharnenſes.* Acta per Calliſtratum Olymp. LXXXVIII. 3. a. Ch. N. 425. a. ſexto belli peloponneſiaci, vid. verſ. Ach. 266. Archonte *Euthymene*, [vel potius, *Euthydemo.* vid. *Corſini* F. attic. III. p. 235 ſq. *Palmer.* Exercitt. p. 718.] in Lenaeis. Haec qua Euripidem ridet, antiquiſſima eſt earum, quae extant, et vltima quinque Ariſtophanis Comoediarum. quae cum metaphraſi poetica *Nicodemi Friſchlini* excuſae ſunt Francof. 1586. et 1597. 8. praemiſſa vita Ariſtophanis et eiusdem aduerſus Plutarchum defenſione. Vide centuriam Epiſtolarum Philologicarum e Goldaſti Biblioth. editarum pag. 276.

ΣΦΗ͂ΚΕΣ. *Veſpae.* Acta Archonte Aminia, itidem in Lenaeis Olymp. LXXXIX. 2. actore Philonide, menſe Martio, anno nono belli peloponneſiaci. conf. *Palmer.* Exercitt. pag. 734 ſq. et *Sam. Petitum* lib. I. cap. 7. Miſcell. [Subinde iudices comparat cum veſpis. conf. *Aelian.* H. V. lib. XIII. 17. ibique interpr. in ex. Abr. Gronou. pag. 879.]

HEGEMON Thaſius cognomento Φακῆ ſiue *lenticula* inter veteris Comoediae Poetas non nullis habitus eſt teſte *Athenaeo* lib. I. p. 5. [et XV. p. 698. D.] Epicharmi aequalis fuit, vt idem *Athenaeus* auctor eſt lib. XV. cap. 16. *Fabric.* Scripſit Φιλίνναν comoediam, *Athen.* I. p. 5. B. Φιλίννην, id. III. p. 108. D. XV. p. 699. A. vbi haec comoedia ſcripta dicitur εἰς τὸν ἀρχαῖον τρόπον, *priſco ritu.* Ibidem fertur primus Athenis in theatri ſcena de *parodiis* certaſſe atque vieiſſe tum aliis parodiis, tum *Gigantomachia. Har*

HEGESIPPVS mediae Comoediae poeta, patria Tarentinus et a capillis retortis Κρωβύλος cognomentum, teſte Suida, nactus. Eius Ἀδελφοὶ et Φιλέταιροι ab Athenaeo pag. 405. D. et pag. 279. D. citantur. Vide *Voſſium* de Hiſtoricis Graecis p. 372. vbi et de aliis Hegeſippis. [conf. *Caſaubon.* ad Athen. VII. 11. pag. 516.] Laudat praeterea Athenaeus Crobyli Comici, neſcio an eiusdem, Ἀπαγχόμενον, Ἀπολειπούσαν, Ἀπολιποῦσαν et Ψευδυποβολιμαῖον. Laudatur et Crobylus a Suida in Ὀψοφαγία et Harpocratione in Ὅτι χιλίας.

HENIOCHVS Athenienſis, itidem mediae poeta Comoediae, laudatur a *Stobaeo* ſer. 39. [fragm. apud Stobaeum emendat *Valcken.* in Diatr. Euripid. pag. 277 ſq.] et a Suidas haec eius dramata recenſet, quorum nonnulla etiam ab Athenaeo citantur:

Γοργόνες, *Athen.* pag. 483. E. Suid. [tom. II. pag. 63. vbi vid. Kuſter.]

Δὶς ἐξαπατώμενος, Suid.

Ἐπικλη-

Ἐπίκληρος, Suid.

Θωρύκιον, Suid.

Πολύευκτος, *Athen.* IX. pag. 396. D. Suid. *Fabric.* conſ. *Caſaubon.* ad Athen. IX. 12. pag. 678. *Harl.*

Πολυπράγμων, *Athen.* pag. 271. A. Suid.

Τροχίλος, *Athen.* pag. 408. A. Suid.

Φιλέταιρος, Suid.

Apud eumdem Suidam in Πολύευκτος [et Eudociam p. 359.] male legitur Ἡνίοχον eſſe drama *Polyeucti* Comici, quum certiſſimum ſit, Πολύευκτον eſſe drama Comici Heniochi. [*Küſter.* ad Suid. III. pag. 144. Suidae locum ita corrigit: Πολύευκτος· τοῦτο δρᾶμά ἐστιν Ἡνιόχου τοῦ κωμικοῦ, ὡς Ἀθήναιος etc.] Fuit ſane Polyeuctus Sycophanta quidam, contra quem dixit Dinarchus, laudatus Suidae in Παλιναίρετος, tum alius hoc nomine homo itidem peſſimus, de quo idem Suidas ſuo loco.

HEPHAESTIONIS Grammatici Alexandrini Λύσεις Κωμικῶν καὶ Τραγικῶν ἀπορημάτων Suidas memorat.

HERACLIDES Κωμῳδιῶν ποιητής, cuius verſus quosdam laudat *Athenaeus* lib. XII. pag. 534. Meminit et *Zenobius* VI. 34. et *Euſtathius* ad Odyſſ. δ'. p. 144. *Fabric.* *Valcken.* in Epiſtola ad Roeuerum, praemiſſa *Vrſini* Virgilio — illuſtrato, p. XXI. putat, ne Athenaeum quidem legiſſe Heraclidae comoediam, et Ῥῆσιν ibi depoſitam repetiiſſe e Theopompo hiſtorico. *Harl.*

HERACLITVS, quem ἐν τῷ ξενίζοντι Ἑλένην laudat *Athenaeus* lib. X. p. 414. Comicis recte a me adnumerabitur, niſi nomen ſit corruptum, quod in antiquioribus Athenaei editionibus legitur Ἡράγκειτος.

HERMIPPVS veteris Comoediae poeta [kkk]), Athenienſis, Myrtili, de quo infra, frater altero oculo mancus, auctor dramatum quadraginta, vt Suidas [ex eoque Eudocia pag. 167.] notauit. Ex his citantur in veterum ſcriptis: [P]

Ἀθηνᾶς γοναί, Etymol. M. in Ἀρναῖος, Suid. in Ἀνθέων et Ἦ δ' ὅς. *Fabric.* [Schol. inedit. ad Platonis Gorgiam, in cod. Veneto et biblioth. Angelicae, Romae, adnotante cl. Siebenkeeſ. τὸ ἀκκίζεσθαι ἐκ γυναικὸς εἰρῆσθαί φασιν Ἀκκοῦς καλουμένης, ἣν οὕτως εὐήθη λέγουσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἴσου θοιμάτιον καθελκομένην ἡμίεργον ἀμφιέσθαι· εἴς τε τὸ κάτοπτρον βλέπουσαν πρὸς τὴν παρ' αὐτῆς ἔμφασιν εἰς αὐτὸ γιγνομένην, ὡς ἑτέρᾳ προσλαλεῖν γυναικί· μέμνηται ταύτης ἙΡΜΙΠΠΟΣ ἐν Ἀθηνᾶς γοναῖς καὶ ἈΜΦΙΏΝ ἐν τῷ δράματι αὐτῆς ὁμωνύμῳ. Locum Hermippi apud Suidam v. Ἀνθέων, tom. I. p. 211. corrigit *Toup.* in Epiſt. critica p. 54. edit. Lipſienſ. *Harl.*]

Ἀρτοπώλιδες, *Heſych.* v. Δοκικῷ, *Pollux* VIII. 198. 202. Athen. III. p. 119. C. Suid. in Ἀγῆλαι, Schol. Euripidis ad Medeam et Ariſtophanis ad Nubes, *Fabric.* v. 557. ibique not.

kkk) Aſpaſia impegit dicam violatae religionis teſte *Plutarcho*, in Pericle pag. 169.

not. Schol. corrigit *Hemſterhuſ.* ad Ariſtoph. Plutum p. 379. Schol. ad Ariſtoph. Aues v. 1555. *Harl.*

Δημόται, *Athen.* pag. 285. E. *Heſych.* in Οὐ φροντίς. Pollux [VII. 89. IX. 71. X. 165.] Suid. in Λεπτολογία et Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

Δίμετροι. Vide infra in Ἴαμβοι.

Εὐρώπη, Suid. in Ῥάζειν.

Θεοὶ, *Pollux* IX. 126. *Heſych.* v. Μίλαξ. *Stephanus Byz.* in Τάναγρος, *Athen.* p. 426. F. 478. C. et F. 636. E. Scholiaſtes Comici ad Veſpas 672. et Aues 1550.

Θεσμοφόροι, *Pollux* lib. X. cap. 26. [ſect. 122. vbi vid. interpr.] Sed haec inter fabulas Hermippi Comici male a Meurſio refertur; reſpicit enim *Pollux* opus Hermippi Smyrnaei in plures libros diſtributum de legislatoribus. [*Caſaubon.* ad Athen XV. 22. p. 995. apud Pollucem ſcribere iubet Φορμοφόροις. num recte fecerit, dubito.]

Ἴαμβοι, (Athenaeus lib. III. p. 76. C. et XV. p. 667. D. et p. 700. D.) Δίμετροι, (Schol. Ariſtophanis ad Veſp. 1164.) Τρίμετροι. *Fabric.* Schol. ad Ariſtoph. Plut. 701. Ἕρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ ἰάμβων τῶν τριμέτρων· ad quem locum *Hemſterhuſ.* p. 238. bene adnotat, Ἴαμβοι non fuiſſe comoediae titulum, ſed operis, ex pluribus diuerſaeque materiae carminibus iambicis conflati: idem Schol. ad Ariſtophanis Aues 1150. et Τετραμέτροις *Hermippus* laudatur a Scholiaſte ad *Ariſtoph.* Aues 304. *Harl.*

Κέρκωπες, *Athen.* pag. 123. F. 105. B. 551. A. *Heſych.* v Κολακοφορεκλείδης. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Aues 1406.

Κόθορνοι, Pollux VII. 33. ſect. 202.

Μοῖραι, Athen. lib. [VIII. p. 344. C. X. p. 418. D. XI p. 488. A. XV. p. 698. A.] *Pollux* VII. 200. X. 136. *Suid.* in Ἴακχος. [Hermippi fragmentum apud Suidam v. Ἴακχος accuratius diſtinguit, emendat, explicatque *Toup.* Emendatt. in Suidam part. II. p. 17[illegible] edit. Lipſ. alia in App. ad Toup. T. IV. p. 445. [illegible] tentantes.] Etiam Hermippus in Μοίραις laudatur apud *Athen.* lib. XI. 476. D. [et *Koen.* ad Gregor. Cor. de Dialectis pag. 7. etiam h. Athenaei loco ἐν Μοίραις reſtingendum cenſet. *Harl.*]

Στρατιῶται, *Pollux* X. 182. Heſych. *Athen.* pag. 77. A. etc. Schol. Comici ad Pacem [1241. et ad Aues 1150.] *Zenobius* 2. 23. Prouerb.

Τρίμετροι. Vide ſupra in Ἴαμβοι.

Φορμοφόροι, *Pollux* [VII. 89. vbi in edit. baſil. male olim legebatur Μοιροφόρ. ad IX. 7[illegible] vbi vide interprett. et *Caſaubon.* ad Athen. XV. 22. p. 994 ſq. *Harl.*] *Athen.* XV. p. 700. D. *Heſych.* [in Αἶς βαλανοι, ex reſtitutione Caſaubon.] Scholiaſtes Ariſtoph. ad Aues 750. Suid. in Ἀποδεδημηκότες.

Vide Meurſium in Biblioth. Attica, et Hertelium atque Grotium in Comicorum fragmentis, Io. Spencerum in Notis ad Origenem aduerſus Celſum. *Fabric.* Verſus *Hermippi* acerbiſſimos in Periclem apud Plutarch. pag. 170. E. corrigit *Valcken.* in Diatriba Euripid. pag. 222. not. Idem in not. ad Eurip. Hippol. v. 1339. pag. 310. ex *Phrynichi* Adparatu Sophiſt. v. Ἀνήδομαι adfert verſum Hermippi. *Harl.*

HERODICV

HERODICVS Cratetius grammaticus, non Comoedias quidem, ſed Κωμῳδούμενα [*Athen.* pag. 591. C. 586. A.] ſcripſit, de quibus dixi in Notitia Tragicorum, vbi de *Aſclepiade*.

HIPPARCHVS, veteris comoediae poeta, cuius Ἀνασωζόμενοι et Θαΐδα citat Athenaeus [p. 477. F. et 485. D. ac XV. p. 691. C. ἐν Παννυχίδι, *in pernoctatione.*] Ζωγράφον, Stobaeus: neſcio, an idem fuerit, cuius Αἰγυπτία Ἰλιὰς laudatur ab eodem *Athenaeo* lib. III. p. 101. A. 393. E. Suidas ait, dramata eius fuiſſe περὶ γάμων. *Fabric.* Ἵππαρχος ἐν Παννυχίσιν citatur quoque a *Polluce* X. 163. vbi olim vitioſe legebatur Πολιτοίχοισιν, atque *Meurſius* ad Chalcidii Timaeum p. 9. inter ceteras Hipparchi fabulas enumerat Πολιτοίχους· ſed e codd. Iungermannus atque Kühn. veriorem melioremque Polluci reſtituerunt lectionem: quin illi etiam apud *Athenaeum* l. c. malint ἐν Παννυχίσι pro vulgato Παννυχίδι. *Harl.*

[HIPPOCRATES: ἐν Παρακαταθήκῃ citatur olim fuit apud *Pollucem* IX. ſect. 58. et *Scaliger*. de Re Numm. p. 18. retinuit falſam illam lectionem, adpellauitque eum Comicum: at Salmaſius *Cratetem* ibi reſtituendum putabat; e contrario Kühnium ſequutus *Hemſterhuſius* e cod. repoſuit Σωσικράτους· intelligit vero neque comicum poetam neque comicum argumentum: ſed Παρακαταθήκην illam opinatur fuiſſe orationem proſam, argumentique ſ. philoſophici ſeu ethici. *Bentlei.* in Epiſt. ad Hemſterhuſ. p. 82 ſq. lect. Ἱπποκράτους etiam iure cenſet eſſe ſuſpectam falſamque: corrigit vero vel duce ipſo Polluce aliis locis, Κράτους, vel ex cod. Voſſiano Σωσικράτους vel denique ſuſpicatur Ἐπικράτους, ab Athenaeo aliisque paſſim laudati; quod quidem propius ad vulgatam hic accedit lectionem. *Harl.*]

HIPPOSTHENES in Hippothoonte citatur a *Stobaeo* ſerm. 22.

HIPPOTHOON Comicus aliquoties laudatur a Stobaeo. Alius *Hippothoon*, qui in Attica regnauit, vnde Eleuſinam ἄστυρον Ἱπποθόωντος vocauit Nicander. Vide *Scaligerum* ad Chronica Euſebii pag. 21. editionis ſecundae.

HOMERVS cognomento Sellus, grammaticus, ſcripſit Suida [P] teſte περὶ τῶν Κωμικῶν προσώπων ſiue de perſonis Comicis, et periochas ſeu argumenta Comoediarum Menandri. Apud eumdem Suidam in Σέλλιος legendum περιοχὰς Μενάνδρου non πρὸ Μενάνδρου.

IBYCVS Rheginus Comicis videtur accenſeri ab Aeliano VI. 51. de Animal. Καὶ Ἴβυκος ὁ Ῥηγῖνος, καὶ Ἀριστέας καὶ Ἀπολλοφάνης ποιηταὶ Κωμῳδίας ᾄδουσιν αὐτόν. Poteſt tamen et debet illud ποιηταὶ Κωμῳδίας tantum referri ad binos proxime praecedentes Ariſteam et Apollophanem, non ad Ibycum, de quo vide ſis quae in Lyricis dixi.

ION Chius. Vide ſupra in Notitia Tragicorum.

IOPHONTIS nomen inter Comicos refertur a *Grotio* in Excerptis pag. 876. non, quod pro Comico illum haberet vir ſummus, ſed quod vidiſſet in quibusdam Stobaei codicibus comoediam Iophonti tribui, et a *Clemente* I. Strom. pag. 280. vbi eius αὐλῳδοὶ σάτυροι

τυρει adlegantur, Comicum adpellari [lll]). Ceterum Tragicus fuit, vt dixi ſupra, et in codice MS. Stobaei non Comoediam, ſed *Bacchas* tragoediae nomen Iophonti adſcriptum Grotius reperit. Fuit et *Iophon* Cnoſſius, qui oracula verſibus Hexametris reddidit, teſte *Pauſania* in Atticis pag. 84.

LAONIS Comici Διαθήκην citat *Stobaeus* p. 505. Florileg. edit. Grotii. Verſus binos eiusdem Laonis in laudem Boeotiae et Boeotorum profert *Dicaearchus* in vita Graeciae pag. 174. edit. Hoeſchelii.

LEVCON Agnuſius veteris comoediae poeta clarus temporibus belli Peloponneſiaci. Eius dramata Suidae memorata:

Ὄνος ἀσκοφόρος [mmm]), et Φράτορες, qui etiam ab *Athenaeo* et *Heſychio* citantur.

[LEXIPHANES, comoediarum poeta, de quo egit *Alciphron* lib. III. epiſt. 71. pag. 448. edit. Bergleri. *Harl.*]

LYCIS veteris Comoediae poeta ſubfrigidus ab *Ariſtophane* et aliis exagitatus, notante Suida in Φρύνιχος et Λύκις, Scholiaſte Comici ad Ranas v. 14.

LYCON Scarphenſis. Vide *Plutarchum* Alexandro p. 681. et de Alexandri Fortuna p. 334.

LYCOPHRON Chalcidenſis tragicus, praeter alia, ſuo loco a me recenſita, ſcripſerat etiam περὶ Κωμῳδίας, teſte *Athenaeo* lib. VII. pag. 278. et XI. pag. 487. E. vbi nonum librum operis illius citat. Meminit eiusdem operis ſub initium libri XIII. pag. 555. B.

LYNCEVS Samius, grammaticus, diſcipulus Theophraſti ac Menandri aequalis, comoedias edidiſſe et viciſſe apud Suidam traditur.

LYSIADES, Comicus an Tragicus, fabulas docuit Athenis Olymp. CXI. 2. Archonte Euaeneto, vt e veteri ſaxo docet *Fuluius Vrſinus* p. 26. Elog. Virorum illuſtrium. add. *Andreas Schottus* in vitis comparatis Ariſtotelis et Demoſth. pag. 112.

LYSIPPVS. Vide ſupra in Notitia Tragicorum. [P] *Fabric.* Locum ex *Lyſippi* Bacchis adfert *Pollux* X. ſect. 154. in quo reſtituendo interpretes deſudarunt. Melius ad metri leges conſtituit eum *Bentlei.* in Epiſt. ad Hemſterh. p. 107. *Harl.* Add. Toup. ad Poll. T. IV. p. 395 *Beck.*

MACHON Sicyonius, vel Corinthius, Ariſtophanis Byzantii Grammatici aequalis, Alexandriae vixit, ſub Ptolemaeo Euergete et poſt: vide *Athenaeum* [II. pag. 44. D. VI p. 242. A

lll) *Caſaubon.* tamen de Poeſi Satyrica lib. I. cap. 5. p. 148. edit. Rambachii, ſuſpicatur, Clementem l. m. vel ſcripſiſſe ὁ τραγικὸς, vel aliud agentem eſſe hallucinatum; nec praeter Sophoclis filium, quem paternae ſcriptionis aemulum fuiſſe conſtat, alium eo nomine dramaticum poëtam novit vllum. Plura de eo ſcripſi ſupra in notitia tragicorum deperditorum pag. 308 ſq. *Harl.*

mmm) Apud *Suidam* voc. Λεύκων, tom. II. pag. 434. edit. Küſteri, quem videbis, et ex eo apud *Eudociam*, p. 282. tres fabulae diſtinctae numerantur, Ὄνος, Ἀσκοφόρος, Φράτορες. Vltimam fabulam commemorat *Athen.* VIII. pag. 343. C. ſed ... editum eſt ἐν Φρατέρσιν· atque *Caſaub.* Animaduers. in *Athen.* VIII. 6. pag. 596 ſq. apud Suidam l. c. ſcribendum cenſet Φράτερες· Φράτηρ enim Graecis antiquioribus idem fuit ac poſterioribus Φράτωρ, atque *Heſychius*, (non, vt Caſaubonus ſcripſerat, Suidas,) in Παίκτεις habet Λεύκων Φρατέρσιν. vid. *Alberti* ad Heſych. tom. II. p. 834. not. 21. et 2. *Harl.*

p. 242. A. p. 243. E. p. 244. B. 245. D. VIII. p. 337. C. VIII. p. 341. bis de Philoxeno, quae *Valcken.* in Koppierſii Obſeruu. phil. p. 10. emendat, docetque, ab Euſtathio ad Homeri Iliad. ψ'. pag. 1148, 19. inde eſſe ſumta.] et *Ionſium* de Scriptoribus Hiſt. Philoſ. p. 167. Ex eius dramatibus fuere:

Ἄγνοια, [*Athen.* XIV. p. 654. qui locus eſt claſſicus de eius aetate atque ingenio.]

Ἐπιστολή, [id. VIII. pag. 345. F.]

Χρεῖαι, quae ab eodem *Athenaeo* [XIII. pag. 577. D. 578 — 583. coll. *Toup.* Emend. in Suid. I. p. 69 ſq. et II. p. 230 ſq. edit. Lipſ.] citantur. Fragmenta Machonis leguntur in collectionibus Hertelii et Grotii. [conf. *Caſaubon.* ad Athen. VI. 11. pag. 428 ſq.]

MAGNES Athenienſis, Comoediae veteris poeta memoratus *Ariſtoteli* cap. 3. Poetic. et *Ariſtophani* in Equitibus 519. Anonymo περὶ Κωμῳδίας, qui Ariſtophani praefigitur, et Suidae [atque Eudociae; vterque] nouem Comoedias eum docuiſſe ac bis viciſſe teſtatur. Nomina dramatum *Magnetis:*

Βαρβιτίδες ſiue rectius Βαρβιτισταί, [Schol. ad Ariſtoph. Equit. 519. conf. Küſter. not. ad h. l.]

Βάτραχοι, *Ariſtoph.* [Equit. 517 ſqq. ibique Schol. *Eudoc.* l. c. quae ſcribit: ποικίλας δ' ἐμιμεῖτο φωνὰς ὄντος.]

[Διόνυσος πρῶτος, *Athenaeus* quidem lib. IX. cap. 1. p. 367. F. καὶ ὁ τὰ εἰς Μάγνητα ἀναφερόμενα ποιήσας ἐν Διονύσῳ πρώτῳ. atqui Athenaei tempore iam incertum fuit, num Magnes verus illius dramatis fuerit auctor. Pariter excitat *Athenaeus* XIV. p. 646. E. ex *altero Baccho* locum: Μάγνης ἢ ὁ ποιήσας τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας Κωμῳδίας ἐν Διονύσῳ δευτέρῳ. conf. *Caſaubon.* ad Athen. IX. 2. p. 638 ſq. *Eudocia* l. m. adſcribit illi quoque Γαλεομυομαχίαν. *Harl.*]

Λυδοί, *Ariſtoph.* [l. c. Eudoc. l. c.] *Heſych.* [voc. Λυδίζων· vbi vide interpretes. *Suid.* voc. Λυδοὶ Μάγνητος.] et Photii Lex. MS. in Λυδίζων.

Ὄρνιθες, [*Ariſtoph.* l. c.]

Πιτακὶς, Suid. in Νῦν.

Ψῆνες, Heſych. in Ψηνίζων. *Ariſtoph.* l. c. [Eudoc. l. mem.]

Magnetis Νόμος laudari a Suida in Νῦν exiſtimauit Meurſius in Biblioth. Attica. Sed locum conſideranti adparebit, reſpici locum Platonis ex octauo de legibus paullo ante a Suida productum.

Inter antiquiſſimos Comicos refertur *Magnes* a Diomede. Suidas ait, Magnetem adtigiſſe adoleſcentem tempora Epicharmi ſenis. Vide infra in *Mullo*, et Bentleii Epiſtolam Malelae ſubiectam p. 32. Alius *Magnis* ſiue *Magnes* Smyrnaeus poeta epicus libidinoſiſſimus Gygis tempore claruit, cuius Ἔπη, in quibus Lydorum virtutem in pugna equeſtri aduerſus Amazonas praedicauerat, memorantur apud Suidam in Μάγνης e Nicolao Damaſceno. Vide Excerpta Peireſciana pag. 450 ſq.

MATRIS. Rectius inter lyricos eum recenſere debueram; at ne plane illius obliuiſcar, eius memoriam hic refricabo. Fuit autem *Thebanus*, et ſcripſit *Encomium in Herculem; Athen.* lib. XI. p. 412. vbi vid. Caſaubon. p. 703. Id num vincta, an ſoluta oratio-

ne conſcriptum fuerit incertum eſt; poſterius placuit *Langbaenio* ad Longin. de Sublim. ſect. III. 8. pag. 21. edit. Tollii, prius equidem adfirmare malim. Compoſuit *Hymnos* quoque: certe *Ptolemaeus Hephaeſtio* apud Photium Μάτρις, ait, ὁ Θηβαῖος ὑμνογράφος μυρσίνας παρ' ὅλον τὸν βίον ἐσιτεῖτο. Illum quoque *Athenaeus* II. p. 44. D. prodit per omnem vitam a vino et aliis deliciis abſtinentem nihil praeter paucas myrti baccas ediſſe. Athenaeus autem, quando l. c. vocat eum *Athenienſem*, ex Photio corrigendus, Μάτρις ὁ Θηβαῖος, videtur *Tollio* ad Longini locum p. 279. atque ille ibidem apud *Diodorum Sic.* I. 24. Matridis fragmentum deprehendit poeticum ac redegit in ordinem. Tumorem et pueriles luſus carpit *Longinus* in eo, quum iſte et Amphicrates atque Hegeſias ſibi deo pleni viſi loquerentur. *Harl.*]

MEGARICAM Comoediam per aliquod tempus in pretio fuiſſe narrat Diogenianus in proverbio γελῶς Μεγαρικός.

MELITVS Socratis accuſator, Comoedias quoque, teſte Suida, compoſuit. *Fabric.* Vnde hauſerit haec Fabricius, equidem neſcio, neque curo. Enimuero a *Suida* in Μέλιτος tom. II. p. 526. dicitur is clare, Τραγῳδίας ποιητὴς ὑπόψυχρος atque *Eudocia* pag. 301. πεποίηται, ait, δ' αὐτῷ καὶ τραγῳδίαι — ἔγραψε περὶ τοῦ ἔτους· ἣν ἐπὶ Ζήνωνος καὶ Περικλέους καὶ Σοφοκλέους. adde Schol. ad Ariſtoph. Ran. 1337. *Aelian.* H. V. lib. II. cap. 13. pag. 103 ſq. ibique Perizon. edit. Abr. Gronouii, inprimis lib. X. cap. 6. vbi dicitur Μέλιτος ὁ τραγῳδίας ποιητὴς, et *Bentlei.* Reſponſ. ad C. Boyle p. 167 ſqq. e verſione lat. Lennepii. Vid. ſupra in Notitia tum Lyricorum, tum Tragicorum h. v. *Harl.*

MENANDER Athenienſis, obſcurus poeta priſcae Comoediae, de quo idem Suidas mentionem iniicit.

MENANDER nnn) Athenienſis alter, nouae Comoediae poeta celeberrimus [?] CIX. vel CVIII. vel vt Apollodorus in Chronicis, CV. dramatum auctor, octiesque victor, Philemone

nnn) Praeter Menandros binos Comicos, fuere et alii, vt 3) *Menander* Smyrnaeus victor Olympici certaminis apud *Artemidorum* IV. 84. neſcio idemne IV. 51. 4) *Menander* ab Alexandro M. interfectus. *Plutarch.* Alex. pag. 697. et *alius* ex Alexandri ducibus, qui, defuncto rege, Lydiam tenuit, *Phot.* cod. LXXXIII. ex Dexippo. 5) *Menander* dux ab Athenienſibus in Siciliam miſſus Olympiade XCII. 2. Plutarch. Nicia p. 536. Idem fortaſſe cuius meminit in Alcibiade p. 211. 6) *Menander* e ducibus Mithridatis. *Plutarch.* in Lucullo p. 502. 7) *Menander* δρυμὸς, Diogenis Cynici diſcipulus, *Laert.* VI. 84. 8) *Menander* Heracleotes, qui de Re Ruſtica ſcripſit teſte Varrone et Plinio. 9) *Menander* Prienaeus, qui itidem de Re Ruſtica commentatus eſt. Varro, Plin. Columella. 10) *Menander* Medicus, neſcio, an ab alterutro duorum praecedentium diuerſus. Suid. in Μοσχίων. Scripſit βιόχρηστα, Plinio laudata. Vide *Reineſ.* p. 127. Var. Lect. 11) *Menander*, Byzantius poeta, cuius memini e Scholiis Graecis ad Hermogenem p. 38. Idem forte, qui Eratoſthenis diſcipulus fuit. 12) *Menander* Epheſius, de quo Voſſius in Hiſt. Graecis p. 386. 13) *Menander* Pergamenus, de quo idem Voſſius e Tatiano et Clemente: [quem quidem a Menandro Epheſio a Ioſepho aliquoties laudato haud differre, probabiliter docet *Bachet Meziriac* ad Ouidii Heroid. part. II. p. 147 — 149.] 14) *Arrius Menander*, ICtus ſub Alex. Seuero, de quo dixi in Biblioth. Latina. 15) *Cn. Fabricius Menander*, de quo Cic. pro Balbo cap. 11. 16) *Menander* Strategus Nyſaeorum in nummo Valeriani apud Seguinum p. 94. 17) *Menander* Corinthius, de quo *Liban.* tom. II. p. 211. 18) *Menander* Rhetor, de quo infra lib. IV. 19) *Menander* Protector, de quo infra lib. V. inter Hiſt. Byzantinae Scriptores. 20) *Menander* Medicus in Veteri inſcript. apud Gruteru

lemone et aliis deterioribus poetis illi ſaepius praelatis. Vide Suidam et *Gellium* lib. XVII. cap. 4. Natus eſt Olympiade CIX. anno 3, mortuus, ſiue in Piraeeo portu ſubmerſus, ſiue alio fato exſtinctus, (vide Voſſium cap. IX. artis Hiſtor. p. 52.) Olympiade CXXII. $\frac{3}{4}$. aetatis LII. Confer prolegomena graeca ad Ariſtoph. et inſcriptionem veterem apud *Gruterum* p. 1027. nr. 2. Meurſium de Archont. Athen. IV. 18. A. *Schottum* vitae Ariſtot. et Demoſth. comparatae, p. 92. et *Oiſelium* ad Gellii XVII. 21. [conf. *Corſini* Faſtos Attic. tom. IV. p. 35. p. 53 ſq. vbi ex Schol. Ariſtophanico adnotatur, Menandrum ſub Archonte Diocle, quem alii rectius vocant Philoclen, quum anno aetatis duodeuiceſimo iam exceſſerit, primum docuiſſe fabulam; denique pag. 76. e marmore Gruteriano, quod Fabricius iam indicauit, (quae inſcriptio, deprauato tamen Archontis nomine, apud eumdem Gruterum p. 918. nr. 12. etiam occurrit,) annum mortis in Olymp. CXXII. $\frac{2}{3}$. collocat.] Theophraſti optimi Magiſtri et virtutum vitiorumque notatoris acutiſſimi diſertiſſimique diſcipulus, teſte Pamphila apud *Laertium* V. 36. Ingenio comico et deſcribendis hominum moribus excelluit, ita vt Ariſtophani a Plutarcho et toti priſcae comoediae a *Dione Chryſoſt.* XVIII. p. 255. praeferretur [ooo]. Et Ariſtophanes grammaticus apud Scholiaſten Hermogenis p. 38. dubium eſſe, ait, vtrum vita Menandrum, an Menander vitam expreſſerit ac depinxerit. Ὦ Μένανδρε καὶ βίε, πότερος ἄρ' ὑμῶν πρότερον ἐμιμήσατο; Apud *Abulpharagium* quoque p. 22. Menandri nomen reponendum, vbi Mayander Comoediae inuentor celebratur. Praetereo elogia Menandri apud *Ouidium* I. Amor. XV. 17. *Phaedrum* [ppp] V. 1. *Manilium* V. 469 ſq.

Gruterum p. 634. 7. 21) *Menander*, Menandri ilius, Athenienſis, in vet. inſcript. apud Gruterum p. 405. quae emendatior legitur apud Bernrd. de Montfaucon, in Diario Ital. p. 43. [22) *Menander* Laodicenſis, *Eudocia* in Violar. p. 301. ſcripſit Commentar. in Hermogenis τέχνην et Miuciani προγυμνάσματα, aliaque. *Harl.*]

ooo) Dionis locum emendat explicatque *Henr. Valeſius* in Emendatt. lib. II. cap. 6. pag. 54 ſq. ocet, Menandri comoedias olim in ſcholis declaari et actitari ſolitas eſſe, propterea quod mirice compoſita eſſet oratio ad geſtum et actionem, pote quae ſoluta eſſet absque particulis et connectionibus, vt notat *Dionyſius Halicarnaſſeus* libro περὶ ἑρμηνείας, in capite περὶ ἰσχνῦ, ex quo co lucem Valeſius adfundit Dioni, et, (quod ait oque *Demetrius* de Eloquutione §. 197.) adnotat, enandri, λελυμένυς ἐν τοῖς πλείστοις, fabulas actitas fuiſſe, Philemonis autem comoedias totas in ſe connexas et coniunctionibus frequentioribus pulatas firmatasque, lectioni ſeu recitationi fuiſcommodiores. Hinc veteres rhetores atque eloentiae magiſtri pueris et virginibus in primis ditandum et ediſcendum dabant, in ſcholisque elegebant Menandrum. *Ouid.* II. Triſt. 370. bi vid. Burmann. I.)

Fabula iucundi nulla eſt ſine amore Menandri,
Et ſolet hic pueris virginibusque legi.

Comparatio inſtituebatur inter Menandrum, Philemonem ſimilesque. vid. paullo infra ad *Philiſtionem*, et Burmann. ad Valeſii locum. *Plutarchus* in epitome comparationis Ariſtophanis et Menandri, (tom. II. p. 852. ſ. tom. IX. Opp. edit. Reiske, p. 387 ſqq.) totus eſt in ornando praeferendoque Menandro; in his pag. 390 ſq. eum, ſcribit, cum venuſtate quadam vbique ſe gratum aptumque exhibuiſſe, in theatris, colloquiis, conuiuiis; ſuamque poeſin ita compoſuiſſe, vt eſſet communiſſimus omnium; quae Graecia tulit, bonorum commentarium, qui legeretur, diſceretur, et ageretur certatim. — — Menandri comoedias plurimos habere ſacrosque ſales, tamquam eo natos mari, quod venerem protulit etc. — Atque honor illi contigit, vt Athenis in theatro ſtatua illius poneretur, teſte *Pauſania* lib. I. cap. 21. pag. 48. vbi vid. Kühn. *Harl.*

ppp) Menandri luxum in veſtibus praeter Phaedrum perſtrinxit etiam Tertullianus cap. 4. de Pallio: *prorſus ſi quis Menandrico fluxu delicatam veſtem humi protrahat.* Hanc enim lectionem codicis MSti et antiquarum Tertulliani editionum e Phaedro adſerit Salmaſius, quum Cerda et alii,

rectius

469 ſq. *Propertium* lib. III. XX. 28. [vbi vid. Burmanni II. not.] *Alciphronem* Epiſt. vlt. alioſque quam plurimos: [collegit illa et praemiſit nouae ſuae editioni Clericus.] e recentioribus *Sam. Petitum* ad Leges Atticas p. 313. *Iac. Gronouium* tom. II. Antiqu. Gr. tabula XCVIII. (vbi Menandri Icon vetus e Fuluii Vrſini Elogiis p. 33. et ſex in Menandrum diſticha qqq), quae creduntur eſſe Aeliani.) et *Vauaſſorem* p. 88 ſq. de Ludicra Dictione, qui cum Ioſepho Scaligero praeterea contendit Menandrum a [?] Phrynicho et Thoma Magiſtro temere poſtulatum fuiſſe neglecti Atticiſmi. Nihil vero notius, quam Terentium, principem latinae Comoediae, Menandri imitatione ita fuiſſe delectatum, vt *dimidiatus Menander* a Iulio Caeſare diceretur, teſte Donato in Terentii vita. Sic Menander quoque ſtrenue vſus fuit poetarum, qui ante ipſum ſcripſerant, laboribus, vt oſtendit olim Ariſtophanes Grammaticus in Παραλλήλοις Menandri eorumque, quos imitatus eſt, Ἐκλογαῖς, et Latinus in ſex libris περὶ τῶν οὐκ ἰδίων Μενάνδρου, tum Caecilius, quos laudat Porphyrius apud Euſebium X. 3. Praeparat rrr).

Pro

rectius fortaſſis, malint *Maeandrico.* vid. *Salmaſii* comment. p. 303 ſq. *Fabric. Burmann.* II. ad *Propertii* IV. el. 5. 43 ſq.

Sed potius mundi Thais pretioſa Menandri,
Quum ferit aſtutos comica moecha Getas,

etiam de ſenſu et lectione loci Tertulliani diſputat, reiicit Fr. Iunii in notis ſuis pag. 59. opinionem, *Menandri confluxu,* non aperte quidem damnat lectionem Salmaſii, neque tamen alteram *Maeandrico* omnino reſpuere videtur: nam ſuſpicatur, Tertullianum ante oculos habuiſſe *Virgil.* V. Aen. 250.

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Maeandro duplici Meliboea cucurrit.

In verbis autem Propertii *mundum* Menandrum non exponit cum Brouckhuſio, vnguentis delibutum; ſed cum patruo ſuo ad *Phaedrum* V. fab. 1. 12. refert potius id epitheton ad ſermonis elegantiam. *Harl.*

qqq) Epigrammata tria graeca in Menandri laudem e fragmento antiqui marmoris deſcripta publicauit *Gerhard. Falckenburgius* notis ad Nonnum p. 878. Plura Menandri verſa fuiſſe ab Afranio, teſtis eſt *Cicero* de Finib. I. cap. 3.

rrr) Euripidem ſaepe imitatus eſt Menander. *Valcken.* quidem ad *Euripidis* Hippolytum v. 106. p. 177. D. v. 386. p. 206. B. C. v. 956. p. 267. E. luculentis id oſtendit exemplis. Idem in Diatriba Euripidea pag. 284. B. apud *Plutarch.* tom. II. p. 1102. B. Menandri fragmentum reperit et reſtituit, corrigendo λέγων τὸ Μενανδρεῖον pro vulgato λέγων· τὸ μὲν ἀνδρεῖον. Contra in vltima Socraticorum Epiſtola, ab Allatio vulgata p. 75. reponi τυχόντα μὲν ἀνδρὸς pro edito: τυχόντα Μενάνδρου. *Toup.* in Emendatt. in Suidam part. III. pag. 57[illegible] edit. Lipſ. imitationem Euripidis Menandream obſeruat. Hinc vero factum eſſe arbitror, vt Euripidi interdum tribuerentur ſententiae et verſus qui eſſent Menandri: et contra. In fragmentis quidem *Euripideis* a Musgranio et Beckio V. C. collectis atque illuſtratis tom. II. plura eiusmodi confuſionis reperiuntur exempla. Sic pag. 4[illegible] nr. XXVI. e *Stobaeo* tit. 22. edit. Gesneri [illegible] fragmentum Euripidis, quod in edit. Grotii ma[illegible] tribuitur Menandro, in Comparatione autem Menandri et Philiſtionis, (Philemonis,) apud *Rutge[illegible]* V. L. 4, 12. adſcribitur Philiſtioni: ibid. nr. XXX[illegible] e *Stobaeo* tit. 23. edit. Gesneri laudatur Euripideum, quod alii Menandro in Aſpide adſcribun[illegible] pag. 484. nr. LVII. duo verſus *Stobaeus* tit. [illegible] Menandro adſignat: contra Euripidi *Euſtathius* Odyſſ. pag. 49. edit. Baſil. — pag. 488. nr. C[illegible] fragmentum Euripideum eſſe pronuntiat *Plutarchus* Opp. moral. p. 35. et p. 765. edit. Steph[illegible] in *Stobaeo* Grot. tom. III. Menandro id vindicat[illegible] pag. 496. nr. XX. apud *Stobaeum* Grot. tit. 4[illegible] pag. 4[illegible]7. nr. XXXIX. apud Stobaeum tit. 2[illegible] libri Menandri, alii Euripidis nomen pr[illegible] habent fragmentis. Atque ſic plura eiusmodi [illegible] mixtorum nominum exempla, quae ſiue ex ſimi[illegible]tudine ſententiarum, ſiue ex imitatione vel [illegible] olim, vel animo praecepta, oriebantur, [illegible] dubio congeri poſſint. Contra e Menandro *Lu[illegible]ni* dialogi meretricii videntur efficti *Ber[illegible]*

A[illegible]

Pro Latino Cratinum, neſcio an ex meliori codice, legit Gyraldus. De collatione ſententiarum Philiſtionis ac Menandri dixi infra in Philiſtione. Neque tamen, vt fieri ſolet, defuit inuidia. *Octauius Horatianus* lib. IV. p. 80. apud ciues ſuos, quum Menander ſtudiorum annis magnae ſcientiae laboraret inuidia, produxiſſe in theatrum fertur ſuem, partu plenam, exſpectantibus auditoribus, ibique eius exſectum vterum in Euripo fuiſſe proiectum: quumque interfecti paene, (porcelli,) ductu tamen naturae agerentur; Athenienſes, inquit, viri, ſi in paruis annis ſcientiam meam miramini, iſtos natura quis docuit? — Idem *Octauius Horatianus* ſ. *Priſcianus* p. 81. adſert hoc Satirici, (Martialis V. 10.) *Parua* (vulgo, *rara) coronato plauſere theatra* Menandro. *Fabric.* [De Menandro, eius vita, herma in honorem Menandri poſito cum inſcript. graeca, iisque, quae in vtramque partem de illius comoediis diſputata ſunt, multus eſt auctor libri: *Marmora Taurinenſia diſſertationibus et notis illuſtrata*, part. I. Auguſtae Taurinor. 1743. 4. nr. XIII. p. 169 ſqq. *Harl.*] Fragmenta Menandri et ſententias collegerunt Henricus Stephanus, Guil. Morellus, Hertelius praecipue et Hugo Grotius. [Excerptis e com. gr. p. 708 — 763. tum in *Rad. Wintertoni* poet. gr. min. p. 486 — 493. nec non in libro: Sententiae inſignes graecorum quinquaginta Comicorum, quorum opera integra non extant, latino idiomate collectae, *Ignatii Albani* Opera. Brixiae per Bartholom. Fontanam, 1612. 12. — Nouae, eiusque plenioris editionis ſpem fecerat *Io. Clericus* in tom. IX. biblioth. ſelectae p. 185. et nomen expunxit, noua collectione inſcripta:

Menandri et Philemonis reliquiae quotquot reperiri potuerunt; graece et latine cum notis Hugonis Grotii et Ioannis Clerici, qui etiam nouam omnium verſionem adornauit, indicesque adiecit. Amſtel. apud Thom. Lombrail, 1709. 8.

Haec editio, cuius mitem cenſuram leges in Actis Eruditorum Lipſ. an. 1710. menſ. Martio p. 111 ſqq. magnas excitauit turbas, immo vero tragoedias. *Clericus* enim, vir alias excelſi ingenii, multarumque litterarum et in doctrinis philoſophicis potiſſimum verſatus, hic in alienam meſſem inieccerat falcem, nec ſatis praeparatus acceſſerat ad opus, cui legitime perficiendo impar erat, ſuſcipiendum ac profligandum. Praeter ea liberioribus cenſuris in ſua bibliotheca multorum odium atque inuidiam ſibi conflarat. Hinc plures in Clericum tela acuerunt virulenta: quorum anteſignani exſliterunt Bentleius ac Burmannus, perpetuus ille et acerbus Clerici obtrectator. Prior vero, quod ipſe, acutiſſimo ingenio ornatus et ad artem criticam exercendam fere natus, fragmenta omnium poetarum graecorum cum emendationibus notisque, grande futurum opus, edere in animum induxerat, (quod quidem conſilium poſtea, mutato vitae inſtituto, abiecit,) ad reliquias Menandri ac Philemonis emendandas intelligendasque inprimis aptus erat. Conſcripſit igitur grauem atque eruditum, nomineque auctoris dignum libellum, in quo ſingula fere fragmenta perſequutus, Clerici manifeſtat peccata, et varia ratione, maxime critica, pertractat vtriusque poetae reliquias: miſit illum, tecto falſoque adſumto nomine ad typographum Waterum, nulla adiecta epiſtola, nulla

Alciphr. pag. 313. atque ipſe *Alciphron* e Menandro multa tranſſumſiſſe videtur. vid. illum libr. I. epiſt. 28. collatis Menandri verſibus apud *Athen.* VI. pag. 248. et Bergler. ad Alciphron. pag. 115. pag. 123. et alibi. *Harl.*

nulla nominis veri locique mentione facta, niſi vt primae paginae haec adſcripta legerentur: „Haec edantur a cl. Petro Burmanno, qui praefationem, et ſi velit, dedicationem praemittat: ſcriptae hae emendationes opera extemporali, et finitae idibus Decembribus anno MDCCIX.“ adiecerat idem „Clericum omnia Menandri loca ex Alberti Fabricii bibliotheca graeca ſumſiſſe, dramata ſcilicet ex Menandri, qui ibi legitur, catalogo, loca ſine dramatis nomine ex indicibus Scholiaſtarum et aliorum ſcriptorum ibidem; nec tamen vnquam Fabricium laudare.“ Burmannus igitur, arrepta hac occaſione Clerici infamandi, praelo ſubiiciendum curauit libellum a Bentleio ipſo ita inſcriptum:

Emendationes in Menandri et Philemonis reliquias ex nupera editione Ioannis Clerici, vbi multa Grotii et aliorum, plurima vero Clerici errata caſtigantur, auctore Phileleuthero Lipſienſi. Traiecti ad Rhenum, ex officina Gulielmi van de Water. 1710. m. 8. — recuſ. Cantabrig. 1714. 8.

Conf. de hoc et reliquis libris eriſticis *Io. Chriſtph. Wolf* in Epiſt. ad *La Croze*, in Theſauro Epiſtolico Lacroziano, tom. II. p. 23. 24. 63. et tom. III. p. 109. Mitiſſime et leniſſime egit Bentleius cum Clerico, ſi comparas eius iudicia cum longa P. Burmanni praefatione. Quidquid enim durum, graue et virulentum dea Critica, aliorum malignitate, contuitique aut ignorantia et tumore maxime incitata irataque ſuggerere aut efflare poteſt, hic propemodum omne in Clericum congeſtum et enuntiatum deprehendes; compara tamen *Dan. Guil. Trilleri* iudicium in carminibus illius theotiſcis ethico-phyſicis, part. III. pag. 144 ſq. At Burmannus a Clerico antea fuerat irritatus et quaſi prouocatus. Totam vero illam Comicorum farraginem ex Grotii collectaneis, Meurſii et Fabricii bibliothecis ſine vllo iudicio et labore compilatam eſſe adfirmat; multa aperit Clerici peccata, nec pauca vtriusque comici loca poſt diligentiam Bentleii emendat aut interpretatur. Multae tamen Bentleianae opiniones ſub examen vocantur et reiiciuntur, vel Clerico defenſo, vel nouis emendationibus propoſitis, in Actis Erudit. Lipſ. menſe Ian. 1711. p. 30 ſqq. Bentleius autem quod ad fragm. 28. p. 14 ſeq. quasdam modeſte culpauit mutationes in Stephani de Dodone fragmento a *Iac. Gronouio* factas, hic aegre tulit diſſenſum. Scripſit igitur acrem libellum, omiſſa nominis ſui mentione:

Infamia emendationum in Menandri reliquias nuper editarum Traiecti ad Rhenum, auctore Phileleuthero Lipſienſi: accedit reſponſio M. Lucilii Profuturi ad epiſtolam C. Vereitii Philellenis, quae exſtat in bibliotheca Choiſiae parte IX. Lugd. Batau. apud Io. Arnold Langerack 1710. 12.

Multa acerbe dixit contra Bentleium, nec pepercit Clerico, quem e. gr. p. 35. vocat ferum et inſulſum contrectatorem vulnerum Menandri. Quae vero Bentleius in fragmento Dodonaeo mutauit et de Gronouio ſcripſit, ad ea labefactanda et repellenda a p. 34 — 87 omnes intendit neruos telaque. conf. quoque Acta Eruditor. Lipſ. menſe Ian. 1711. pag. 38 vsque ad 40.

Partes tamen Clerici ſuſcepit, atque, quamquam viribus, ingenio, ſagacitate litterarumque copia impar, Bentleium turpiter et inverecunde inſultauit et conuitiis lacerauit *Ioannes Cornelius de Pauw*, falſo nomine adſumto:

Philargyrii Cantabrigienſis emendationes in Menandri et Philemonis reliquias ex nupera editione Ioannis Clerici, vbi quaedam Grotii et aliorum, plurima vero Phileleutheri Lipſienſis

ſic errata caſtigantur. Cum praefatione Ioannis Clerici. Accedunt Antonii Mariae Saluinii, publici gr. litt. Florentiae Profeſſoris annotata in Menandri et Philemonis Reliquias. Amſtelodami, *apud Henric. Schelte. 1711.* mai. 8.

Docta longaque eſt huius libelli cenſura in Actis Eruditorum Lipſ. menſis Iulii 1711. pag. 295 — 302. et menſis Auguſti pag. 365 — 373. cuius auctor (Berglerus, ni fallor,) dicteria acerba, conuitia atque maledicta aperta, quae in hac controuerſia a litigantibus iactitata ſunt, merito improbat, et modo Clerici, modo Bentleii, modo Paw emendationes probat aut reiicit, modo ab omnibus facit diſceſſionem, nouamque lucem locis obſcuris accendit. At multo acerbius inſectatus eſt Pauonem, plura eius conuitia in Bentleium effuſa congeſſit, Anglum ſaepe defendit, eo autem frequentius Pauonem culpat atque explodit, et multa Menandri ac Philemonis loca tentat, corrigit aut interpretatur *D' Orville* in Critica vanno in inanes Io. Cornelii Pauonis paleas etc. (Amſtelod. 1737. mai. 8.) cap. V. p. 79 — 81. in primis cap. VIII. ſect. II. pag. 233 — 251. adde cel. *Saxium* in Onomaſt. literar. vol. VI. pag. 194 ſq. Sed ſatis de his criticis controuerſiis, quarum tamen notitia omnino eſt in primis neceſſaria futuro Menandri ac Philemonis fragmentorum editori. — Pauca Menandri fragmenta recepit *Fuluius Vrſinus* in Carmin. IX. illuſtrium foeminarum, Antwerp. 1568. 8. pag. 279. — Eiusdem Sententiae, graece et latine, ſunt inter Georgica, Bucolica et Gnomica poemata veterum, Geneuae apud Criſpinum, 1569. et apud hered. E. Vignon, 1600. 12. tum in collectionibus ſententiarum Frobeniana reliquisque, de quibus ſupra lib. II. cap. XI. diſputatum eſt. Quas Comicorum, adeoque Menandri et Philemonis, ſententias Wintertonii editio exhibet decurtatas, eas ex auctoribus, qui eas ſeruarunt, integras atque emendatas dedit cel. Brunck. in *Gnomicis poetis graecis*, Argentorati, 1784. 8. p. 189 ſqq. et p. 334 ſqq criticis notis illuſtrauit. Id denique adhuc adnotandum eſt, ſcriptores eccleſiaſticos per piam fraudem Menandro aut Philemoni verſus adfinxiſſe atque ſuppoſuiſſe, quibus oſtenderent, veterum ſapientum placita non abhorrere a chriſtiana diſciplina. vid. *Brunck.* ad Menandri fragmentum III. p. 336. adde *Ricard.* in verſione Plut. gallica etc. et Ienenſ. Ephemerides litt. Allgemeine Litteratur-Zeitung.) menſ. Octobr. 1789. p. 77. *Lamb. Bos* Animaduerſiones in Menandri Fragmenta, in eius Animaduerſſ. in Scriptores graecos, Franeck. 1715. 8. p. 12 — 9. et *Io. Gottfr. Hauptmann* de Menandro atque illius comoediis, Gerae, 1743. 4. Duo incertarum fabb. loca emendauit *Valcken.* ad Euripid. Phoeniſſ. p. 59. et 712. Multo plura Menand. loca exponit corrigitue *D' Orville* in Comment. ad Charitona. Ex incertis fabulis quaedam corrigit paſſim *Toup.* ad Suidam (et ad Heſych. atque Pollue. Tomo IV. ed. Oxon. 790. item G. Wakefield in Silua Crit. faſc. I. c. 25. 47.): quae de certis idem iudicauit, ea ſuo quaeuis loco indicabimus. Apud Strabonem reperiuntur aliquot Menandri Fragm. e. g. lib. II. p. 297. (p. 455. edit. Almel.) quod correxerunt *Salmaſ.* in Exercitt. Plin. p. 112. edit. Vltrai. *Toup.* in Epiſt. crit. pag. 34. edit. Lipſ. *Harl.*]

Adriani Barlandi Scholia in Menandri Carmina ſiue dicta memorat *Valerius Andreas* Biblioth. Belg. p. 105. Pleraque etiam Monoſticha, quae apud Grotium ſine nomine leguntur, ad Menandrum referenda eſſe, intellexi ex collectione ſententiarum Menandri alphabetica, quam manu exaratam euolui in bibliotheca Gudiana. [conf. ſupra lib. II. cap. 11. p. 743. cenſorem edit. Clerici in Act. Erudit. 1710. p. 113. qui ad eumdem cod. Gudianum prouocat et eadem paene ſcribit. An Fabricius quoque fuit cenſor? num vero monoſticha illa, quae valde mutata reddidit *Brunck.* in Gnomicis poet. gr. p. 221 ſqq. et p. 344 ſqq. illuſtrauit,

cuncta ſint referenda ad Menandrum, equidem haeſito. Ex ſententiis illis nonnulla contra feminas occurrunt in Ant. Eparchi codice. vide infra lib. V. cap. 45. vol. X. p. 487.] *Menandri* Comoediae XXIV. explicatae a *Mich. Pſello*, memorantur in Antonii Verderii Supplemento Biblioth. Geſnerianae e Bibliothecis CPolitanis. *O theſauros*, exclamat *Allatius* hoc referens p. 69. libri de Pſellis 355). Sed nemo hactenus theſauros illos protulit in lucem. Ac Menandri aliorumque poetarum graecorum poemata bene multa a graecis Imperatoribus ob amores et nequitias combuſta interiiſſe ſcribit. Verba *Alcyonii* haec ſunt p. 69. editionis Lipſienſis, quam curauit D. Io. Burchardus Menckenius: *Audiebam etiam puer ex Demetrio Chalcondyla Graecarum rerum peritiſſimo, ſacerdotes Graecos tanta floruiſſe auctoritate apud Caeſares Byzantinos, vt integra (illorum gratia) complura de veteribus graecis poemata combuſſerint, inprimisque ea, vbi amores, turpes luſus et nequitiae amantium continebantur, atque ita* Menandri, *Diphili, Apollodori, Philemonis, Alexis fabellas et Sapphus, Erinnae, Anacreontis, Mimnermi, Bionis, Alcmanis, Alcaei carmina intercidiſſe, tum pro his ſubſtituta Nazianzeni poemata* etc. *Petrus Alcyonius* lib. I. de Exſilio. Reliquum eſt, vt nomina dramatum Menandri, quae in veterum libris reſtant, et magnam partem ab Hertelio Grotioque, tum a Koenigio in Biblioth. et praecipue a Meurſio in Bibliotheca Attica ſunt obſeruata, [et a nobis aucta,] ſubiungam.

Ἄγροικος ἢ ὑποβολιμαῖος, Suid. in Πέμπειν. [de h. l. vide *Küſter.* ad Suidam III. pag. 73. *Benthium* Emendatt. ad Menandrum p. 67 ſq. (vbi ſe ipſe laudat.) et *Toup.* Emendatt. in Suid. pag. 335 ſq.]

Ἀδελφοὶ, quam fabulam in *Adelphis* ſuis expreſſit Terentius, notante Donato. Citant praeter Donatum *Athenaeus* [X. p. 431.] *Stobaeus*, [multis locis, a Clerico iam laudatis, quae omnia rurſus hic memorare, ſuperuacaneum mihi quidem eſſe videtur. Fragm. e Stobaeo pag. 98 edit. Franc. emendat *Toup.* ad Longin. de Sublim. pag. 261. edit. II.] Suid. in Κενὰ τὰ τῶν φίλων. [P] Ammon. in Διέφθαρται. Iuſtinus Martyr de Monarchia pag. 109.

[Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες, fabulam hanc fide atque auctoritate *Stephani Byzant.* in Ἁλαὶ Ἀραφ. p. 87. adnumerat Menandreis *Toup.* in Epiſtola critica p. 30. Illa vero nomen accepit ab eo, quod Halis Araphenidibus, qui locus Atticae eſt, res, de quibus agit poeta, geſtae fuerint. *Harl.*]

Ἁλιεὺς ſiue Ἁλιεῖς, *Athen.* [XI. p. 486. E. p. 50[illegible]. E. XII. p. 549. E. VII. p. 303. C.] *Pollux* [X. ſect. 52. ſect. 132. vbi ἐν Ἁλιεῖ. vid. interpr. et 145. *Caſaubon.* ad Athen. XI. 10. de ſenſu loci Menandr. apud *Stobaeum* c. LXXV. p. 452. vid. *D'Orville* ad Chariton. p. 269. *Suidas* in Ἀναπετῶ I. p. 175. ſi ſequamur Küſteri emendationem.] Stob. Suid. Iuſtinus Martyr. pag. 108.

Ἀνατιθεμένη ἢ Μεσσηνία, Harpocr. Poll. Suid. in Ἀράβιος ἄγγελος. Apoſtolius in Ἀν[illegible] θεξέρα τῶν ἐπὶ Σάγγα et Ἀράβιος ἄγγελος.

Ἀνδρία

355) Adde catalogum librorum mſtorum graecor. qui Conſtantinopoli apud Chriſtianos olim adſeruabantur, in noua librorum rariorum collectione, faſc. III. Halae Magdeburg. 1710. 8. p. 44[illegible]. *Harl.*

Ἀνδρία, Stob. Terentius *Andria;* ea forte Afranius. *Cic.* de optimo genere Orat. et de Fin. I. cap. 2. Suid. et Photius in MS. in Νεοττόν.

Ἀνδρόγυνος ἢ Κρής, [Ἀνδρόγυνα in Schol. ined. ad Platon. Theaetet. in cod. Angel.] *Athen.* VI. pag. 243. B. Stob. Suid. in Φίλοις. Apoſtol. XI. 75. Prouerb. Phot. MS. in Λαμία.

Ἀνεψιοί, *Athen.* [XV. p. 700. B. et E. coll. *Caſaubon.* ad eum XX. cap. 18.] Stob. Inde Afranii latina fab. *Conſobrini*, laudata a Gellio, Chariſio et Feſto.

Ἀντιόπη, Stob.

Ἀξιόγραθος, Menandri apud Athenaeum, incertum, ſitne dramatis an perſonae in dramate nomen. Vide Caſaubonum lib. VI. cap. 11.

Ἀπαγγελλόμενος. Vide infra Ἐπαγγελλόμενος.

[Ἄπιστος, *Suidas* in Ἄβρα, vbi vid. *Küſter.* tom. I. pag. 10. *Harl.*]

Ἀῤῥηφόρος ἢ Αὐλητρίς, *Athen.* [X. pag. 442. C. et pag. 446. XIII. p. 559. E. *Caſaubon.* ad Athen. X. cap. 12. p. 737. *Aelian.* V. H. lib. III. cap. 14.] *Pollux* [X. ſect. 176. vbi vid. interpretes. Menandri verſum digerit *Bentlei.* Epiſt. ad Hemſterhuſ. pag. 109. Locum quemdam huius fabulae explicat *D'Orville* ad Charit. p. 88.] Poll. Stob. Suid. Zenobius VI. 5. Prouerb.

Ἀσπίς. *Poll.* X. ſect. 137. *Stob. Harpocration* in Χαλκώματα. Erotianus in Ἔμυξεν. Schol. Ariſtoph. in Acharnenſes v. 283. Stephanus in Ἰβηρία. *Conſtantinus Porphyrog.* cap. 23. de Adminiſtr. Imperii.

Αὐλητρίς. Vide in Ἀῤῥηφόρος. *Stephanus Byz.* Fragmento de Dodone. Suid. in Δωδωναῖον *Iuſtinus Martyr* de Monarchia p. 109. laudat Menandrum Ἐν αὐλητρίσι.

Αὑτὸν πενθῶν, *Harpocr.* in Στεφανῶν, vbi vid. Mauſſac. Stob.

Ἀφροδίσιον ſ. Ἀφροδίσια, Stob. ac Suid. in Ἀλήθεια, et Ἀναθέσθαι.

Βοιωτία, Stob. Erotianus in Ἡμιεκτέα. *Phot.* MS. in Περίνησα.

Γεωργός, alii, Γεωργίας v. Clericum, Stob Etymol. M. in Βουβών. Scholiaſt. Ariſtophanis in Plut 652. *Stob.* [Fragmentum apud *Stobaeum* Floril. tit. LVII. emendatius reddidit *Toup.* in Epiſt. crit. p. 35 ſq edit. Lipſ. Idem ibid. Menandri fragm. ex hac fabula reperit apud *Plutarchum* in lib. περὶ πολυπραγμοσύνης, vol. VIII. p. 60. aliud ex hac fabula fragmentum latet apud Schol. *Hermogenis* p. 404. *Harl.*]

Γλυκέρα, *Priſcianus* lib. XVIII. p. 1192. infra in Πολέμων. *Martial.* XIV. 187.

Δαιταλεῖς, Suid. in Ἀπέδραν.

Δακτύλιος, *Athen.* [VI. 247. F.] Harpocrat. Suid. Ammonius in Παιδίσκη. Hanc Menandri fabulam *Caſaubono* iudice ad Athen. VI 12. p. 434. videtur tranſtuliſſe *Plautus*, cuius *Condalium* laudant veteres, Varro et alii.

Δάρδανος. Erotianus in Ἡδύσμασι. Schol. Ariſtoph. in Aues 1562. *Priſcianus* lib. VI. pag. 702. Theon progymnaſm. pag. 48. (pag. 63. edit. Lugd.)

Δεισιδαίμων [ttt]), (ex Antiphanis Οἰωνιστῇ teſte Porphyrio apud Euſeb. Praepar. X. 2.) Clemens Alex. VII. Strom. pag. 712. Theodorit. VI. Therapeut. pag. 88. Stob. Phot. MS. in Ὄλολοι. [*Porphyrius* de abſtin. libr. IV. 15. v. Clericum.]

Δημιουργὸς, *Athen.* IV. p. 172. D. *Poll.* [X. ſect. 102. *Suid.* h. v. Vetus Lexic. in biblioth. Coislin. pag. 481.]

Διδύμαι, *Athen.* [IX. p. 373. D.] Harpocr. Laertius VI. 95. in Cratete.

Δὶς ἐξαπατῶν, Suid. in Ζάκορος et Ἀπέτα, [*Plutarch.* conſol. ad Apollon. pag. 119. vid. Cleric. p. 46.] Δὶς ἐξάπατηθείς, Turneb. IX. 24. Fulgentius III. Mytholog. cap. 1. *Martial.* XIV. 14.

Δίφιλος, *Iuſtinus Martyr* de Monarchia p. 108. niſi locus corruptus [uuu]); nam eosdem verſus Comico Diphilo tribuere videtur *Clemens Alex.* V. Strom. p. 611. et ex Clemente *Euſebius* Praepar. Euang. XIII. cap. 13. apud quos amb[...] eſſet legendum [?] ὁ Κωμικὸς Δίφιλος, quod mihi durum videtur, licet fatear, dramata, quae apud Iuſtinum ſequuntur, Menandri eſſe, non Diphili. [conf. *Bergler.* ad Alciphr. p. 123.]

Δύσκολος, *Athen.* [IV. p. 146. E. IX. p. 383. F. *Caſaubon.* ad Athen. IV. 11. pag. 272 ſq.] *Stob. Harpocr.* voc. Φυλή. *Iulianus* in Miſopogone p. 63. edit. Petau. ſ. p. 342. Suid. in Πανικῷ δείματι. Ammonius in Εὐρεῖν et Εὐθύς. Porphyrius II. περὶ ἀποχῆς. Scholiaſtes Ariſtoph. in Acharnenſes [verſ. 1022. Schol. ad Ariſtoph. Lyſiſtr. 2. et ex eo Suidas in Πανικῷ δείματι· Menandri autem verba digerit et tentat corrigere *Toup.* Emend. in Suid. part. III. pag. 318. edit. Lipſ. Plautus videtur hanc fabulam vertiſſe in ſua, indem *Dyſcolus* dicta, cuius pauca ſuperſunt fragmenta. Huc pertinet Agathiae in poetam epigr. de quo vide *Toup.* Epiſt. crit. p. 28. edit. Lipſ. *Harl.*]

Ἑαυτὸν τιμωρούμενος, Galen. tom. V. Baſil. p. 592. Athen. [VI. p. 231. A. XIV. p. 651. A.] Stob. Et Terentii Heautontimorumenos e Menandro expreſſus eſt, mutante Eugraphio. Terentius ipſe reddidit *ſe ipſum cruciantem:* Cicero Tuſcul. III. 27. *ipſe ſe puniens. Fabric.* citatur in Schol. inedito cod. Angel. ad Platonis Phaedonem. *Harl.*

Ἐγχειρίδιον, *Athen.* X. pag. 446. F. Stob. Scholiaſtes Ariſtoph. in Veſpas 191. *Suid.* in Καχεκτῶν. *Zenobius* VI. 28. et IV. 75. Prouerb. [apud Schol. cit. ineditum ad Plat. Theaet.]

Ἔλεγχος, *Aphthonius* Progymnaſm. περὶ Ἠθοποιίας cap. 21. *Lucian.* in Pſeudologiſta 888 edit. Pariſ. *Theon* in Progymnaſm. p. 19. Prologum ſub perſona Ἐλέγχου introduxit Menander. Incertum igitur eſt, num totum ipſi drama ſit tribuendum hoc nomine.

Ἐμπιμπραμένη, *Athen.* VIII. pag. 365. et XIII. pag. 559. F. Stob.

[Ἐπιτρ-

ttt) Δεισιδαίμων apud Schol. inedit. ad Platon. Theaetet. in cod. biblioth. angelicae Romae et Venet. [illegible] Ab eodem Schol. ad Phaedrum Platonis citatur incognita Menandri fabula Δίδυμαι δευτέραι. *Harl.*

uuu) *Iuſtinum* erraſſe, putat *Hemſterhuſius* [illegible] ſeruati [illegible] (apud [illegible] Menandri [illegible] quin emendandis conſeratur,) pag. 244. *Harl.*

[Ἑορταί, *Philoſtratus* epiſt. 42. ex emendatione *Weſſelingii* in diſſ. Herodotea pag. 159. τὰς γὰρ Παννυχίδας καὶ τὰς Ἑορτὰς, τὰ Μενάνδρου δράματα. Nam καὶ, quod vulgo ſequitur voc. Ἑορτὰς, delet Weſſeling. *Harl.*]

Ἐπαγγελλόμενος, Stob ſerm. 35. et 49. Suid. in Εἰς τὸ δέον, vbi ſcribitur Ἀπαγγελλόμενος.

Ἐπίκληρος α΄, β΄, *Athen.* IX. p. 373. C. Stob. Harpocrat. et forte apud Suid. et Zenob. in Θρᾷκες ὅρκια ἐκ ἐπίςανται. [*Euſtath.* in Hom. p. 1440, 50. ed. rom.] Quinctilian. lib. X. cap. 1. Χρήςης ἐπίκληρος Menandri citatur a *Theone* in Progymnaſm. p. 49. nec ſatis bene, vt exiſtimo, Vir ſummus Ioach. Camerarius legit ἐν Χρηςῷ et transfert *in praeclara*, pro ἐν Χρήςῃ *in foeneratore.*

Ἐπιτρέποντες, male alii Ἐπιτρέπων ſ. Ἐπιτρεπεὶς ſ. Ἐπιτρέπουσα, *Quinctilian.* lib. X. cap. 1. [Schol. ad *Eurip.* Phoen. v. 1161.] *Alciphron.* Epiſt. vlt. *Athenaeus* III. pag. 119. XIV. pag. 659. B. Stob. Harpocrat. Schol. Ariſtoph. in Acharnenſes 1114. Erotianus in Ἐχῖνον. Suid. in Ματρυλλεῖον. *Priſcianus* lib. XVIII. p. 1168. *Sidonius Apollinar.* IV. 12. adde Caſaubonum III. 33. ad Athenaeum, [et Clerici not. *Sirmond.* ad Sidon. tom. I. Opp. ſ. 947. Eiusdem argumenti eſt Terentii Hecyra.]

[Ἑταῖραι. Suidas in Ἀναπετῶ. Reſpicere videtur *Plutarch.* de Sanitate tuenda tom. II. pag. 132. vt a Clerico notatur. *Harl.*]

Εὔνουχος ſ. Εὐνοῦχοι, Stob. *Poll.* IX. ſect. 45. Terentius Eunucho. Zenobius et Lucillus Tarrhaeus in Συςομώτερος σκάφης.

Ἐφέσιος ſ. Ἐφέσιοι, *Athen.* VII. p. 309. E. IX. p. 385. F. *Harpocrat.* in Κύκλοι. *Suid.* in Ἔνδυο. *Zenob.* VI. 9.

Ἡνίοχος, Stob. Harpocrat. *Ammonius* in Ἁρπαγὴ [coll. emendatione *Heringae* in Obſſ. crit. cap. 28. p. 286.] et Χειμάζει. *Iuſtinus Martyr* de Monarchia p. 107. [Locus a Iuſtino citatus occurrit quoque apud *Clement. Alexandr.* in Admonit. ad gentes pag. 49. vbi citatur Men. — ἐν Ἡνιόχῳ. ἐν Ὑποβολιμαίῳ τῷ δράματι· ſed Cleric. mallt deleri ἐν Ὑποβολιμαίῳ. Locum quemdam in hac fabula transſumſit Menander ex *Euripidis* Hippolyto v. 106. notante *Valcken.* ad illum, pag. 176. D. E. *Harl.*]

Ἥρως ſ. Ἥρωες, *Athen.* X. p. 426. E. Stob. Ammonius in Ἴσθι. Suid. in Ἀναλυθῆναι.

ed. n. [illegible]] Inimicum Stratoclis fuiſſe notat idem *Plutarchus* in Demetrio pag. 894. et [illegible] ſq. [illegible] eius aliquot afferens: e quibus locis patet, Philippidem adhuc vixiſſe Olympiade CXVIII. extrema. Obiit prae gaudio, aetate iam prouectus, cum in certamine praeter ſpem viciſſet, vt refert *Gellius* lib. III. cap. 15. Fragmenta eius vide ſis apud Hertelium, Grotiumque.

PHILIPPVS Comicus, quem Suidas ex Athenaeo notat ſcripſiſſe Κωδωνιαστὰς ffff), licet in Athenaei codicibus hodie legatur *Ephippus*, non *Philippus*, vt notatum *Caſaubono* VIII. 15. ad Athenaeum. Laudantur praeterea ab *Athenaeo* p. 359. A. Philippi comici Ὀβελιαφόροι et p. 358. F. Φιλύρα gggg). Idem, ni fallor, eſt Philippus γελωτοποιὸς apud *Maximum Tyrium* diſſ. V. p. 4.. et quem memorat *Themiſtius* ad Ariſtotelem l. de Anima cap. 3. pag. 68. vbi Philippi Κωμῳδιδασκάλε mentio. Notum eſt Ariſtophanis patrem, et vnum ex filiis veniſſe nomine Philippi.

PHILISCI Comici dramata apud Suidam ſunt:

Ἄδωνις, [etiam apud *Eudociam* pag. 427.]

Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος γοναὶ,

Διὸς γοναὶ, [*Eudoc.* l. m.]

Ἑρμῦ καὶ Ἀφροδίτης γοναὶ,

Θεμιστοκλῆς,

Ὄλυμπος, [*Eudoc.* l. c.]

Πανὸς γοναὶ, [*Eudoc.* ibid. De *Philiſco* tragico vid. ſupra pag. 313 ſq.]

[PHILISTIDES, ἐν συγγενικοῖς *Euſtath.* ad Homer. pag. 84. C.]

PHILISTION Nicaeus, (fuere etiam hhhh), qui Pruſaenſem, alii, qui Sardianum fuiſſe affirmarent,) a *Suida* iiii) dicitur diem obiiſſe ſupremum temporibus Socratis vel [vt eſt apud *Eudociam* l. c.] Iſocratis; ſed ab Euſebio Magneſianus vocatur et refertur ad tempora extrema Auguſti Imp. prae nimio et ipſe riſu extinctus [?] eſt kkkk), riſus etiam in ſcriptis ſuis captator: [atque potius mimorum fuit et poeta et actor.] Sane eius ri[di-]cu-

ffff) Κωνιαταὶ ſcripſit *Eudocia* p. 427. ſi lectio vera eſt. *Harl.*

gggg) Item Ὀλυνθιακὸς, ſi Grotii Florilegio fides eſt danda, in quo fragmentum, quod *Brunck.* in Poet. Gnom. Gr. pag. 119. reddidit, et pag. 339. emendauit, non Philippo, ſed Philippidi tribuitur. *Harl.*

hhhh) Quos ſequuta eſt Eudocia p. 427. at tamen poſt accedit iis, qui eum Nicaeum habent. *Harl.*

iiii) Vol. III. pag. 603. vbi vid. Küſterum, qui quaedam in contextu emendauit, quaedam in notis monuit illuſtrauitque: laudat idem *Scaliger.* ad Euſeb. num. MMXXII. adde *Voſſium* de Poetis Gr. cap. VI. pag. 40. *Saxium* in Onom. lit. I. pag. 54. qui aetatem eius adligat A. M. [illegible] Olymp. XCII. 3. ante C. N. 408. V. C. 344. *Har[l.]*

kkkk) Interdum enim, partibus exigentibus, antea in ſcena videbatur mortuus; tandem vero prae nimio riſu reuera exſtinctus eſt, teſte epigrammate in *Brunckii* Analect. Vett. Poet. Graec. vol. II pag. 263.

> Ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον
> γέλωτι κεράσας Νικαεὺς Φιλιστίων,
> ἐνταῦθα κεῖμαι λείψανον παντὸς βίου,
> Πολλάκις ἀποθανὼν, ὧδε δ᾽ οὐδεπώποτε.

Harl.

cula Μιμολογία in prouerbium abiit, quo vtuntur Iulius Africanus, Hieronymus II. in Ruffin. Epiphanius XXX. III. 8. et plerique alii. Vide *Meurſium* ad Heſychium illuſtrem pag. 214 ſq. et *Ioh. Rudolphum Wetſtenium* ad Epiſtolam Africani ad Origenem p. 162 ſq. *Sirmond.* ad Sidon. tom. I. Opp. p. 880. *Valeſium* ad Ammian. XXX. 4. vbi Philiſtionis aut Aeſopi cauillationes memorat. Suidas ait, Philiſtionem ſcripſiſſe Φιλογέλων ἤγουν τὸ βιβλίον τὸ φερόμενον εἰς τὸν Κουρέα, quod vertunt in *tonſorem;* ſed legendum εἰς Ἑρμείαν τὸν Κουρέα, vt notauit *Reineſius* in Var. Lect. p. 15. Idem Suidas [atque Eudocia] Philiſtioni tribuit Κωμῳδίας βαιολογικάς, e quibus memorat μισοψηφιστάς. Pro βαιολογικὰς legendum βιολογικὰς, ſiue mimicas, vt pridem animaduerſum *Scaligero* p. 179. ad Euſeb. *Cangio* in Adpendice ad Gloſſar. Graec. p. 39. *Voſſio* libro de Poetis Graecis p. 40. et lib. II. Inſtit. Poetic. p. 162. vbi plura de Philiſtione erudite obſeruata: [et in textum Suidae recepit Küſter.] Idem Philiſtion memoratur a Marco Antonino lib. VI. §. 47. vbi eum coniungit cum neſcio quo Phoebo et Origanione llll), vt Hieronymus II. aduerſus Ruffinum cum Lentulo ac Marillo. Σύγκρισιν *ſententiarum Philiſtionis* mmmmm) *et Menandri* e duobus MSS. Biblioth. Reg. edidit *Nicolaus Rigaltius,* Pariſ. apud Rob. Steph. nepotem, an. 1613. 8. Exſtat et auctior et emendatior lib. IV. cap. 12. Variarum Lectionum *Iani Rutgerſii* ſubiecta metaphraſi latina, quam carmine vir idem doct. compoſuit, notisque tum illius, tum Dan. Heinſii, Lugd. Bat. 1618. 4. Amſt. 1654. 4. Senariis Latinis Iambicis vertit *Nic. Morellus*, Federici F. Pariſ. 1614. 8. Alius fuit Philiſtion Locrus Medicus, Eudoxi Cnidii magiſter, laudatus Gellio XVII. 11. Plutarcho VII. 1. Sympoſ. Plinio, Galeno aliisque. Vide Gatackerum ad Antoninum, Harduini elenchum ſcriptorum Plinio laudatorum et Menagium ad Laert. pag. 390.

PHILOCHORVS de Comicis ſcripſiſſe videtur, vt colligo e *Plutarcho* an ſeni gerenda Reſp. p. 785. *Fabric.* Floruit ſub Ptolemaeo Philopatore et Epiphane, ac fuit hiſtoricus atque grammaticus, qui pluribus libris omnem hiſtoriam atticam illuſtrauit, hinc egit de comicis, vti de ludis graecis, (*Plin.* VIII. 22.) de fabulis Sophoclis etc. ſaepius memoratur in Scholiis ad Ariſtophanem, in quibus etiam ad libros eius Ἀτθίδος prouocatur, ἐν β´ Ἀτθίδος ad Equit. 414. Eccleſ. 18. ἐν τῇ τετάρτῃ ad Au. 557. ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἀτθίδων ad Ran. 220. libris ſaltem XVII. conſtitiſſe videtur ille liber: laudatur ſaepius ab Harpocratione aliisque. Ad illud opus quoque reſpicere videntur, quae de ſortitione iudicum narrat ex Philochoro Scholiaſt. ad *Ariſtoph.* Plutum 973. vbi vid. *Hemſterhuſ.*

llll) *Alciphron* lib. III. epiſt. 55. fin. καί τοιγε Φοιβιάδης ὁ κιθαρῳδὸς καὶ μῖμοι γελοίων οἱ περὶ Σαννυρίωνα καὶ Φιλιστιάδην οὐκ ἀπελείποντο, *quamuis Phoebiades citharoedus et hiſtriones ridicularii Sannyrio et Philiſtiades non deeſſent.* Ex hoc loco Berglerus in nota p. 415. bene putat, apud *Marc. Antoninum* loco a Fabricio iam laudato pro καὶ Φοίβου καὶ Ὀριγανίωνος legendum eſſe καὶ Φοιβιάδου καὶ Σαννυρίωνος· contra e M. Antonino Alciphrona emendandum Φιλιστίωνα pro Φιλιστιάδην. *Harl.*

mmmmm) Rigaltio nec Menandri videntur eſſe illi verſus, nec Philiſtionis. Apud Stobaeum quidam illorum tribuuntur Philemoni. [atque legendum eſt Συγκρ. ſententiarum *Philemonis* etc. nil enim pertinet ad Philiſtionem: et illam correctionem probauit *Burmann.* II. not. ad Valeſ. Emendatt. II. 6. pag. 54.] Philiſtionis quaedam exſtant quoque apud Anton. ſerm. 45. Metaphraſin Rutgerſii *Heinſius* prolegg. ad Ariſtarchum ſacrum pag. 643. vocat venuſtiſſimam.

ſterhuſ. p. 341. Idem ſcripſit librum de diebus, qui quibus diis eſſent ſacri. *Proclus* enim ad Heſiodum Ἡμ. v. 770. *Φιλόχορος δὲ ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν Ἡλίου καὶ Ἀπόλλωνος λέγει αὐτήν·* etc. ex quo libro plures hauſerunt. vid. *Hemſterhuſ.* ad Ariſtophanis Plutum v. 1127. p. 425. Ad eumdem librum pertinuiſſe videntur, quae ex ſententia Philochori de diebus *ἀλκυονίδων* *Eudocia* in Violario p. 35. prodidit. Idem de Homero egit. vid. locum *Tatiani* claſſicum ſupra, lib. II. cap. 1. §. 3. p. 321. Hinc apud Scholiaſtes Homeri nomen eius haud infrequens eſt. Collegit *ἐπιγράμματα ἀττικά*, ſcripſitque de ſomniis, cuius operis teſtes Tertullianum et Fulgentium laudat Fabric. lib. IV. cap. 13. extr. Plura eius opera recenſent *Suidas*, voc. *Φιλόχορος* et *Meurſius* in Biblioth. Attica. adde *Voſſium* de Hiſtor. Graecis lib. I. cap. 18. pag. m. 115. et cap. 24. pag. 294. *Harl.*

PHILOCLES *Κωμῳδοποιός*, cuius deformitatem ridet Ariſtophanes. Vide Scholiaſtem ad Theſmophoriazuſas p. 776. et Suid. in *Φιλοκλῆς*. [et Eudociam pag. 427.] De aliis duobus Tragicis hoc nomine dixi ſupra ſuo loco. *Fabric.* At enim *Kuſter.* ad Suidam v. *Φιλοκλ.* tom. III. p. 604. hunc Philoclem, quem Suidas comicum facit duce Scholiaſte ad Ariſtoph. Aues 282. docet, non diſtinguendum eſſe a Philocle tragico, atque apud Scholiaſten ad Ariſtophanis locum cit. *τραγῳδίας ποιητὴν* pro *κωμῳδίας ποιητὴν* eſſe reſcribendum. Plus roboris accipit ſententia illa a narratione, (quae ſi vera eſt) Eudociae, Philoclem et tragicum et comicum fuiſſe Aeſchyli ex ſorore nepotem. Nam ſi idem eſt, diuerſus a ſemet ipſe eſſe non potuit: atque diſcrimen illud [illegible], vel ex praua lectione ortum eſt, vel quod idem et tragoedias et comoedias confecerit. Plura ſcripſi ſupra in Notitia Tragicorum Deperditorum voc. *Philocles.* adde *Beck.* ad Ariſtoph. Aues pag. 29 ſq. *Harl.*

PHILOCRATEM Athenienſem Comicum, *Κωμῳδοποιὸν*, memorat Scholiaſtes Luciani ad *Ἔρωτας* pag. 44.

PHILONIDES Athenienſis ex fullone Comicus, comoediae veteris poeta, Nicocharis Comici pater. Eius dramata apud Suidam:

Ἀπήνη,

Κόθορνοι, *Athenaeo* [pag. 228. F. 274. E. XV. pag. 700. F. Caſaubon. ad Athen. VI. 2. p. 403.] etiam laudati ac Polluci [VII. 201. vbi vid. interpr. IX. ſect. 29. X. 115. et ad vtrumque locum interprr.]

Φιλέταιρος.

Koenigius in Biblioth. male *Κόρινθος* inter Philonidis dramata refert ex male intellecto loco Suidae in *Ἀπαίδευτοι*. Citat Philonidem etiam *Stobaeus* in Florileg. p. 59. 129. 140. edit. Geſn. [adde Schol. ad Ariſtoph. Plut. 179. vbi vid. [illegible]] Fragmenta quaedam [P] collegit Hertelius. Fuit et *Philonides* Ariſtophanis Comici hiſtrio, teſte vitae illius ſcriptore, qui ſcholiis graecis praefigitur.

PHILOSTRATVS Lemnius. Vide ſupra in Notitia Tragicorum.

PHILYLLIVS antiquae Comoediae poeta, idem forte *Phyllidius*. [vbi vid. additament.] Supra in *Diocle.* Eius dramata:

Αἶγες, Suid. in Ἀνάλφιτον, Stephan. Byz. in Γαλεῶται. [*Caſaubon.* ad Athen. XI. 10. pag. 805.]

Ἄντεια, (meretricis hoc nomen,) *Suid. Athen.* XIII. p. 567. vbi docet hanc Comoediam ab aliis tributam Eunico.

Ἀταλάντη, Suid.

Αὐγή, Suid. Athen. [pag. 110. F. pag. 408. E. XI. p. 487. C. *Caſaubon.* ad Athen. III. 27. pag. 214.]

Δωδεκάτη, Suid. [*Pollux* X. ſect. 70. vbi vid. Iungermann.]

Ἑλένη, Suid.

Ἡρακλῆς, Suid. Athen. [IV. p. 165. (rect. 175.) E.]

Πλύντρια ἢ Ναυσικάα, Suid. Πλύντρια, Scholiaſtes Ariſtoph. ad Aues [1568. vbi male legitur Φιλύριος. vid. *Iungermann.* ad *Polluc.* VII. ſect. 192. 6. vbi malit Πλύντριαι legere.]

Πόλις ſ. Πόλεις, Suid. *Athenaeus* [p. 104. F. p. 381. A.] *Pollux*, *Fabric.* [lib. VII. 108. 110. X. ſect. 58. (ibique interprett. et *Bentlei.* Epiſt. ad Hemſterhuſ. p. 95. item Toup. IV. 387 ſq.) et ſect. 126. *Caſaubon.* ad Athen. III. 9. Male relata eſt inter Ariſtophaneas. conf. *Burmanni* praef. ad Ariſtoph. Bergleri pag. 24 ſq. *Harl.*]

Φρεώρυχος, Suid. *Poll.* [VII. ſect. 192.] Athen. [XIV. p. 640. F. ibique Caſaubon.]

PHOENICIDES nnnn) Comicus citatur a *Stobaeo* in Florileg. p. 43. edit. Grotii. Eius Μισούμενον et Φύλαρχον laudat *Athenaeus* [p. 652. D. et p. 404. A.] quae duo nomina apud Suidam in vnum male coaluerunt φύλαρχος μισούμενος, vt pridem monuit *Caſaubonus* XIV. 18. ad Athenaeum. *Fabric.* Sic quoque *Eudocia* in MS. habuiſſe videtur: in edit. enim p. 428. tantum commate diſtinguuntur φύλαρχος, μισούμενος etc. *Harl.*

PHORMVS ſiue PHORMIS. De hoc dixi in Notitia Tragicorum.

PHRYNICHVS oooo) τῶν ἐπιδευτέρων veteris Comoediae poeta clarus circa Olymp. LXXVI. decem dramata compoſuiſſe traditur a ſcriptore anonymo περὶ Κωμῳδίας, qui Ariſtophani praefigi ſolet. Subfrigidus fuit, notante Suida in Λύκις, quem vide ſis etiam in Παλαίσμασιν. Ab eodem haec dramata memorantur:

Ἐφιάλτης, *Athen.* [IV. p. 165. B. et 184. F. *Caſaubon.* ad Athen. IV. 18. p. 297.] *Pollux* [VII. ſect. 103.] Schol. Comici ad Aues [v. 1297. vbi editur ἐν Ἐπιάλτῃ.]

nnnn) Ab hoc diſtinguendus eſt *Phoenix*, Colophonius, Iamborum ſcriptor, laudatus ab *Athenaeo* XI. p. 495. coll. *Toup.* Emendatt. in Suid. p. 34. *Paw* ad Horapollin. pag. 283. *Harl.*

oooo) Conf. ſupra in Notitia Tragicorum deperditorum p. 316 ſq. Exagitatur comicus Phryn. ab *Ariſtophane* Nub. 556. vbi Schol. ad incertam prouocat fabulam; pariter Schol. Marc. ad *Homeri* Iliad. γ'. 219. ex fabula incerta. *Athen.* II. pag. 52. C. vbi fragmentum fabulae cuiusdam, quod emendat *Toup.* Emendatt. in Suidam part. I. pag. 26 ſq. edit. Lipſ. *Harl.*

Κόννος, Heſych. in Ἀεί. [vbi *Kuſterus* malit ἐν Κρόνῳ. alii cum Suida in Φρύνιχος, Κόννῳ· vir autem doctus in Obſſ. miſcell. Belg. vol. III. pag. 326. vet. Heſychii lect. Κοννᾷ ſeruat.]

Κρόνος. *Pollux* [VII. 136.] *Athen.* [VIIII. p. 371. F. vbi additur, Didymum interpretatum eſſe illam fabulam, et *Caſaubon.* vide in Animaduu. p. 643 ſq. *Schol.* ad Ariſtophanis Aues 989.] Heſych.

Κωμασταί. Heſych. *Pollux* [IV. ſect. 55. *Athen.* XI. pag. 474. B. Caſaubon. Animaduu. ad eum loc. pag. 794.]

Μονότροπος, *Athen.* [VI. pag. 248. C. collato *Caſaubono* ad illum locum in Animaduerſſ. p. 435. nec non *Ioſ. Scaligero* lib. de Emendat. temporum p. 53. perperam alii legunt Μονόσιτος. Bis enim apud *Pollucem* VII. ſect. 21. et 178. alioſque legitur Μονότροπος.] Schol. Comici ad Aues [11. it. 1297. et argum. 2.] Suid. in Ὑπερακοντίζεις. [et Μέτων ex Schol. ad Ariſtoph. Aues 998. fragmentum corrigit *Toup.* Emendatt in Suid. II. p. 265 ſq. edit. Lipſ. et III. p. 515. corrigit locum in voc. Ὑπερακ. citatum.]

Μοῦσαι, Harpocr. et Suid. in Καδίσκος. Athen. pag. 319. A. *Pollux* [VII. ſect. 203. X. 86. coll. *Bentlei.* ad Hemſterhuſ. p. 99.] Schol. Comici in argumento Ranarum.

Μύστης ſiue Μύσται, Suid. in Τευτάζειν. [?]

Ποάστριαι, Harpocr. *Pollux* [VII. 23. X. 159.] *Athen.* [III. pag. 110. F. IV. p. 424. C. vbi quidem legitur in textu Παστρίαις· ſed Caſaubon. bene conicit Ποαστρίαις.] Priſcian. [Caſaubon. ad Athen. III. 27. pag. 213.]

Σάτυροι, *Phrynichus* Sophiſta in Εὐαγγελίζομαι. *Athen.* [III. p. 87. B.] Schol. Comici ad Nubes 1153. et Veſpas [82. Aues 1463. Küſter. in ind. ad Ariſtoph. hoc drama, nec non Ἐπιάλτην et Κρόνον adſignat Phrynicho tragico; idque iure factum videtur.]

Τραγῳδοὶ ἢ ἀπελεύθεροι, *Pollux* [VII. ſect. 195. vbi vid. interpr. et Toup. IV. 775 ſq. *Athen.* [VI. 3. p. 229. A. (ad quem locum vid. *Caſaubon.* Animaduu. p. 473) VII. 9. pag. 287. C. XIIII. 19. pag. 654. B. *Harpocrat.* in Διάθεσις.]

[*Leſſing* in: Leben des Sophocles pag. 44. nouum fabulae, hucusque incognitae, titulum, Λάρες, in loco *Athenaei* II. p. 44. D animaduertiſſe ſibi viſus eſt. Verba enim Athenaei: ὑδροπότης δ' ἦν καὶ Λάμπρος ὁ μουσικὸς, περὶ οὗ Φρύνιχός φησι ΛΑΡΟΤΣ ΘΡΗΝΕΙΝ, ἘΝ ΟΙΣΙ Λάμπρος ἐναπέθνησκεν ἄνθρωπος ὑδατοπότης etc. ita intelligit, vt primum putet, a Phrynicho Lampron in fabula, Λάρες (*die Kibitze*) dicta, eſſe ſic perſtrictum, tum, vt ἐν οἷσι referat ad Λάρους, et verba, quae ſequuntur, verſus anapaeſticos vinculis ſuis ſolutos, et threnos ſiue partem illorum, quos poeta gauias ſ. Λάρους ſuper morte muſici in quadam parte chori, quem Λάροι conſtituiſſent, fecerit canentes, fuiſſe exiſtimat. *Harl.*]

Fragmenta quaedam pauca Phrynichi Comici collegerunt Hertelius et Grotius. De duobus Tragicis hoc nomine dixi ſupra in Notitia Tragicorum.

PHYLLIDIVS. Vide Grotii Excerpta e Comicis p. 899. Neſcio, ſitne idem cum eo, quae poeta Comoediae, qui *Phyllius* dicitur in Suidae codicibus voce Δικάζω. Fab.

Φιλαδελ

Φιλύλλιον pro Φύλλιον apud Scholiaſt. (qui fragmentum dat,) ad *Ariſtoph.* Plut. 179. correxerunt *Iungermann.* ad *Pollucem* X. 93. nr. 76. p. 1265. et *Hemſterhuſ.* tum ad loc. citat. Ariſtoph. p. 57. tum ad Schol. ad eamdem Comici fabulam v. 1195. p. 472. *Harl.*

PISANDER Comicus, quem perſtrinxere ſingularibus dramatis Plato Comicus et Anaxandrides.

PLATO veteris Comoediae poeta circa Olymp. XCIII. clarus, qui XXVIII. dramata compoſuit, teſte Anonymo περὶ Κωμῳδίας, qui Ariſtophani praemittitur. Vide et *Laertium* III. 109. Alius Iunior mediae comoediae princeps laudatus tum ab aliis, tum a Scholiaſte inedito ad Dionyſium Thracem, floruit circa Olymp. CXX. Incertum, vtrius horum ſint dramata ſub *Platonis* nomine veteribus laudata rrrr):

Ἄδωνις, *Pollux* [X. 104.] *Athen.* [X. p. 456. A. *Caſaubon.* ad Athen. p. 769.] Scholiaſtes Ariſtoph. ad Veſpas 1301. Suid. in Πλάτων et Ἀφροδεῦσαι, vbi male Ἀδώνισι pro Ἀδώνιδι.

Ἀμφιάρεως, Schol. Ariſtophanis ad Plutum [174. et Hemſterhuſ. pag. 56. nr. 6.]

Ἀνδροφόνος, *Athen.* [VII. p. 279. C.] Suid.

Ἀτλαντικὸς, male inter Platonis Comici fabulas refertur, quum ſit dialogus Platonis Philoſophi, de quo ſuo loco.

Αἱ ἀφ' ἱερῶν (foeminae ſacris operantes [vel potius, feminae a ſacris redeuntes. vid. *Reineſ.* V. L. III. 7 p. 470.]) *Heſych.* [in Ἀσπαλιεὺς, vbi vid. not. Alberti.] *Pollux* [X. 190. vbi vid. not. et Toup. IV. 401. VII. 57. ibi Iungermann.] Athen. [X. p. 446. E.] et Suid. vbi [et apud Eudoc.] male Ἀφιερῶν. [vid. *Caſaubon.* Animaduu. in Athen. X. 13. p. 742.]

Γρῦπες, Harpocration, Athen. [IX. 2. p. 368. E. et *Caſaubon.* ad locum pag. 640.] Suid.

 Δαίδαλος,

pppp) *Plato* comicus citatur a *Plutarcho* in Pericle pag. 159. a Sexto contra rhetoras ſect. 34. *Fabr.* *Aelius Dionyſius* apud Philemonem (in edit. Villoiſonii ad Apollonii Soph. Lexicon Homericum pag. 816. laudatum,) profert comparationem, ab Anacharſi mutuam factam, ex quadam Platonis comoedia: frequenter quoque citatur, nulla fabulae mentione facta, ab Euſtathio in comment. ad Homerum, Scholiaſt. ad Ariſtophanem, aliosque, a Polluce, Heſychio et aliis. *Eudocia* p. 358. (ex Suida v. Πλάτων,) eum facit aequalem Phrynichi, Ariſtophanis, Eupolidis ac Pherecratis, eumque, ſcribit, duce Athenaeo, eſſe λαμπρὸν τὸν χαρακτῆρα, h. e. dicendi genere vſum eſſe perſpicuo et claro. *Saxius* V. C. eius aetatem refert ad aetatem Cratetis, h. e. An. M. 3550. Olymp. LXXXI. 2. ante C. N. 453. a. V. C. 299. *Hamberger*us vero in Zuverläſſ. Nachrichten etc. T. I. pag. 222. ad A. M. 3580. ante C. N. 404. Olymp. XCIII. Scripſit quoque *epigrammata;* exſtat quoddam apud *Athenaeum* XIII. p. 232. et *Laert.* lib. III. nr. 23. quod quidem alii Platoni adſcribunt, alii Aſclepiadae, et quod corruptum tentarunt ſanare *Salmaſius* ad Achillem Tatium I. 37. et *D'Orville* ad Charit. p. 206. Neuter autem ſatisfecit *Toupio*, qui illud correxit et interpretatus eſt in Emendatt. in Suid. part. III. p. 529. edit. Lipſ. Apud *Xenophont.* Mem. Socr. lib. II. cap. 1, 20. fragmentum exſtat, quod Epicharmo tribuitur: ſed cl. *Ruhnken.* in not. obſeruat, illum verſum a Scholiaſte Hermogenis p. 377. adſignari Platoni comico, latiusque illuſtrat eius ſenſum vſumque. Euripidea Tzetzes male tribuit comico Platoni, oſtendente *Valckenaerio* in Diatr. Euripidea, poſt Hippolytum, p. 171. C. qui *Platonis* fragmentum apud Schol. ad *Euripidis* Hecubam v. 838. ibidem ordinat. *Harl.*

Δαίδαλος, *Clemens* VI. Strom. p. 628. vbi, Platonem et Ariſtophanem teſtatur, vnum ex altero ſurripuiſſe. Schol. Ariſtophanis ad Nub. 663.

Ἑλλὰς ἢ Νῆσοι, Suid. Pollux [X. 11. 142. 167.] Etymol. M. [Schol. ad Homer. α΄. 135. edit. Waſſenb.]

Ἑορταί, *Clemens Alex.* VII. Strom. pag. 718. *Pollux* [VII. 121. 186. X. 34. 54. 175.] Suid. Scholiaſtes Ariſtoph. ad [Acharn. 351] ad Aues 799. et Euripidis ad Medeam [475. *Athen.* IX. pag. 367. C.]

Εὐμενίδες, *Etymol. M.* in Ἀναζυγῆν. *Fabric.* Eundem locum excitat *Hemſterhuſ.* ad Pollucem X. ſect. 26. nr. 54. At iſta verba non ſunt Comici Platonis ex Eumenidibus, atque *Valcken.* in Adnotatt. ad Theocriti Adoniaz. p. 335. obſeruat in cod. MS Etymologici M. D'Orvilliano ſcriptum legi: Πλατ. Εὐμ ex quo itidem fecit *Ruhnkenius* Πλέταρχος Εὐμένει et locum eſſe, animaduertit, in Eumene pag. 595. A. *Harl.*

Εὐρώπη, *Athen.* [p. 328. F. IX. 367. C.] et Suid.

Ζεὺς κακούμενος, *Athen.* [III. pag. 119. B. ibique *Caſaubon.* pag. 228. XI. 478] Suid. Scholiaſtes *Ariſtoph.* ad Pacem 1243. et *Pollux* VII. 29. ſect. 132. vbi male κολεμίνα pro κακεμένα olim legebatur: [id. X. ſect. 17. ex cod. et emendatione Iungermann. atque Hemſterhuſ. quos vide, et Toup. T. IV. p. 384.]

Ἰώ, *Athen.* [p. 506. E. 657. B.] Suid.

Κέρκωπες. Vide infra Ξάνται. [¶]

Κλεοφῶν, *Athen.* [pag. 66. F. pag. 315. C.] Suid. *Pollux* [X. ſect. 56. vbi vid. interpretes.] Schol. *Ariſtoph.* ad Ranas [arg. 7. et v. 305. 690. 693.]

Κρύφιοι, *Zenobius* II. 31. Prouerb.

Λάιος, Suid. et *Athen.* *Fabric.* lib. II. 27. p. 68. C. coll. *Caſaubono* in Athen. ad illum locum pag. 142. Schol. ad *Ariſtophanis* Plutum v. 179. vbi olim edebatur ἐν Λαΐ. ſed correctum ab Caſaubono l. c. et a Küſtero probatum Λαΐῳ repoſuit *Hemſterhuſ.* et emendauit Platonis fragmentum, pag. 57 ſq. *Harl.*

Λάκωνες, *Athen.* [IX. p. 380. E. ibique Caſaubon. p. 658.] Scholiaſtes Ariſtoph. ad Aues v. 471. et *Harpocration* in Σθένελος, qui dubitare videtur, an fuerit Platonis. Apud Suidam [et Eudociam p. 358.] in Πλάτων, eſt Λάκωνες ἢ ποιηταί, et deinde ſeparatim alia eiusdem Platonis fabula, Ποιηταί.

Μαμμάκυθος, Suid. *Heſych.* [h. v. vbi vide Alberti.] et Schol. Ariſtophanis ad Ran. [1221. ibique Küſter.] qui etiam de hac videtur addubitare. [*Caſaubon.* ad Athen. VII 14. pag. 621.]

Μενέλαος, Suid. in Πλάτων et Τί ὤν, et *Athen.* [III. pag. 110. E. IV. p. 170. 171. XIV pag. 637. A.] *Zenobius* VI. 17.

Μέτοικοι, Suid. [*Pollux* X. ſect. 24.]

Μύρμηκες, Suid.

Μ[illegible]: *Heſych.* in Παλινδορία. *Fabric.* Apud Heſychium legitur: Πλάτων [illegible]

φακι καὶ Μαμοθήρα. Hinc *Caſaubon.* Anim. in Athen. VIII. 7. p. 599. opinatur, binominem fuiſſe illam fabulam, Σύρφακα et Μαμοθήραι· at, quia Heſychius ſcripſit καὶ, non ἢ, diuerſas illas etiam fuiſſe arbitratur. Quod vero Caſaubon. opinatus eſt, id firmius adfirmauit *Iungermann.* ad *Pollac.* VI. 164. not. 27. ratus, apud Heſychium pro καὶ ſcribendum eſſe ἢ, vt duplici titulo inſignitum iſtud drama intelligamus a comico fuiſſe. Num vero παλινδορία, accentu in penultima ſyllaba poſito, an παλινδόρια cum accentu in antepenultima, diſputatur ab interpretibus ad Pollucis et Heſychii loca. *Harl.*

Νῆσοι. Vide ſupra in Ἑλλάς.

Νίκαι, Suid. Scholiaſtes Comici ad Aues 1297.

Νὺξ μακρὰ, Suid. *Athen.* [III. pag. 110. D. coll. Caſaubon. ad Athen. III. 27. pag. 213. it. Athen. pag. 700. F.] *Pollux* [VI. ſect. 142.]

Ξάνται ἢ Κέρκωπες, Suid. in Πλάτων et Τευτάζειν. Eadem Comoedia videtur, quae Hephaeſtioni in Enchirid. [pag. 51. fin. edit. Paw.] Ξάντρια.

Παιδίον ſiue Παῖς, (Παιδάριον, Schol. Ariſtophanis ad Ranas v. 310. et Pacem 733. 948. et Suid. in Παράβασις) Suid. [et Eudocia] in Πλάτων et *Athen.* [pag. 316. E. atque apud Schol. ad *Ariſtoph.* Plut. 179. pro Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ Hemſterhuſ. in nota pag. 56. legere malit ἐν τῷ Παιδαρίῳ. *Harl.*]

Πανηγυρισαὶ, Suid.

Περίαλγες ſiue Περιαλγὴς, *Athen.* p. 387. A. Suid. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Nubes v. 109.

Πείσανδρος, Plutarch. in Antiphonte, Suid. in Ἀρεοπαγίτης [et Ἀρκάδας.] Scholiaſtes Ariſtoph. ad Veſpas [1555. Nub. 248. Veſp. 590.] *Athen.* pag. 385. D. *Apoſtolius* IV. 25. Prouerb. *Photius* cod. CCLIX. [*Caſaubon.* Animaduu. in Athen. IX. 8. pag. 664.]

Ποιητὴς, ἢ ποιηταὶ, *Athen.* [IX. p. 375. B. XIV. p. 644. A. et p. 657. A. quem poſtremum locum emendat illuſtratque *Toup.* in Curis Nouiſſ. in Suidam p. 179. Opuſc. critic. edit. Lipſ. Vetus Lexic. in biblioth. Coislin. Montfaucon. p. 484. *Pollux* X. ſect 190. citat ἐν τῷ Ποιητῇ, vbi Salmaſius maluit Ποιηταῖς legere, ſed refragrante Hemſterhuſio; nam apud Suidam non coniungenda ſunt vocc. ποιητὴς Πείσανδρος· maleque vertit Aemilius *poeta Piſander;* ſed *Poeta* et *Piſander* ſunt diuerſarum fabularum tituli, ideoque diſtinctione ſeparandi apud Suidam. Apud *Eudociam* male quoque editum eſt, cuius errore? neſcio, Περίαλγες ποιητὴς, Πείσανδρος· et antea, Λάκωνες, ἢ ποιηταί. Apud Schol. ad *Ariſtoph.* Ranas 1190. citatur Πλάτων ποιητὴς, ſed corrigendum eſſe Πλάτων Ποιητῇ, et fabulam noſtram intelligendam, quum comicus, etiam vbi comoedia non indicatur, dicatur Πλάτων ὁ κωμικὸς, non, Πλάτων ποιητὴς, bene animaduertit *Valckenaer.* ad Theocriti Adoniazuſ. pag. 326 ſq. *Harl.*] Suid. Vide et ſupra in Λάκωνες.

Πρέσβεις, *Athen.* [pag. 287. E. 229. F. X. 424. A.] Suid. *Maximus* ad Dionyſ. Areopagit. 2. 3. de Eccleſiaſtica Hierarchia. [*Harpocrat.* in Ἀποκηρύττοντες et Ζητητής. *Caſaubon.* ad Athen. VI. 2. pag. 403.]

Σκευαὶ, Suid. [et Eudocia] niſi legendum Σκύθαι.

Σκύθαι,

Σκύθαι, Schol. Ariſtophanis ad Aues 151.

Σοφιςὴς ἢ Σοφιςαὶ, [*Athen.* pag. 432. F. 279. A. 312. B. 678. F.] *Caſaubon.* VII. 17. ad Athen. Scholiaſtes Ariſtoph. ad Nubes 330. Veſpas 157. Aues 30?. et Pacem 792. *Pollux* [VII. ſect. 100. vbi *Iungermann.* apud Harpocrat. Ἀπέληξις, εἷς τῶν νῦν συγγραφέων, ὃν Πλάτων κωμῳδεῖ ἐν Σοφιςῇ, idem drama intelligi credit, et ſcribit ἐν Σοφιςαῖς. Idem tamen ad *Pollucem* X. ſect. 167. vbi laudatur Πλάτων ἐν τοῖς Σοφιςαῖς ſcribit, id ſingulari aeque ac plurali numero inueniri.] Suid. et *Syncellus* pag. 149.

Συμμαχία, *Pollux* [II. ſect. 83. VI. 17. VII. 202.] Suid.

Συνεξαπατῶν, Suid. *Athen.* [pag. 279. A. III. pag. 103. C.]

Σύρφαξ, Suid. *Heſych.* [1111] *Athen.* [pag. 344. D. X. pag. 446. F.] Scholiaſtes Ariſtoph. ad Aues 168.

Ὑπέρβολος, *Plutarch.* in Alcibiade et Nicia. Suid. *Athen.* [libr. II. p. 56. F. Hyperbolus vero ſaepius erat exagitatus, a comicis riſui atque obtrectationi aliorum expoſitus et fabula veluti. vid. *Ariſtoph.* Nub. 549. 551 ſqq. ibique Spanhem. *Hemſterhuſ.* ad eiusdem Plutum pag. 375 ſq. *Lucian.* Timon. cap. 30. pag. 143. tom. I. vbi a Schol. p. 142. citatur Πλάτων ὁ Κωμικὸς ἐν Ὑπερβόλῳ, et ab interpretibus, praecipue ab Hemſterhuſio pag. 142. et 143 ſq. de homine iſto improbo copioſius agitur. *Harl.*]

Φάων, *Harpocration* in Ἀναίνεσθαι. *Suid.* in Ἀτηρότατον. *Athen.* [IIII. pag. 146. F. ibique *Caſaubon.* Animaduu. pag. 273. VII. p. 325. A. IX. p. 367. D. X. pag. 424. A. pag. 441. E. in cuius fragmenti verſu quodam enucleando verſatur *Toup.* Emendatt. in Suidam, part. II. p. 231. et alios verſus eiusdem fragmenti emendat diſtinguitque idem ibidem pag. 37. edit. Lipſ. adde *Hemſterhuſ.* ad *Luciani* Dialogos mortuorum, IX. cap. p. 361. tom. I. edit. Reitz. *Harl.*] *Apoſtolius* VI. 33. Prouerb. Confer, ſi placet Iaco Hertelii et Grotii e Comicis Graecis excerpta, atque Ioh. Meurſii Biblioth. Atticam. [

POLYEVCTVS. Vide ſupra in *Heniocho.*

POLYZELVS Comicus, Suidae memoratus, a quo haec eius dramata nominantu Ἀφροδίτης γοναὶ, Δημοτυνδάρεως, [quam fabulam citat quoque Schol. ad *Luciani* Timona cap. 30. p. 142. tom. I. edit. Reitz. ac *Pollux* X. 76. vbi vid. interpretes, et *Be lli.* Epiſt. ad Hemſterhuſ. pag. 97 ſq.] Διονύσου γοναί· Μουσῶν γοναί, Νίπτρα. [*Eudocia* p. 359. additur fabula Ἄρεως γοναί. Fab. Δημοτυνδάρ. citatur quoque ab E tmol. M. in Ἐννεάκρουνος, cuius locum poſt Hemſterhuſ. ad Polluc. X. 76. emen *Toup.* in Curis Nouiſſ. in Suid. pag. 193. — Μουσῶν γοναὶ laudantur ab *Athenaeo* VI p. 370. F. vbi vid. *Caſaubon.* Animaduu. p. 642. a *Polluce* VI. ſect. 168. ab Etymol. in Ἐπάνειος. *Harl.*] Alius *Polyzelus* Rhodius, hiſtoricus et philoſophus, de c ſcriptis conſules *Meurſium* in Rhodo lib. II. cap. XI. *Fabric.* *Hemſterhuſ.* ad P cem X. ſect. 76. p. 1244. dicit quidem, Polyzelum *comicum* alium eſſe ab *hiſtorico:* que tamen id pro certo adfirmare audet, quum extitiſſe quosdam conſtet, qui ſcri

1111) Vid. quae paullo ante ad fab. Μεμνοθύραξ notata ſunt. *Harl.*

dis ſimul comoediis et hiſtoriis animum adpulerint. Hiſtoriam autem qui conſcripſerint, *Polyzelos* binos reperit; alterum *Meſſenium*, qui Ibyci pater a quibusdam fuerat habitus, tradente *Suida* in Ἴβυκος, vbi ἱστοριογράφον illum adpellat; *Rhodium* vero alterum, qui res patrias integro volumine luculente complexus eſt: opus id inſcriptum Ῥοδιακά, quorum eſt in *Athenaeo* mentio libro VIII. p. 361. C. indidemque petita, quae ex *Polyzelo* Rhodio commemorat *Hyginus* Aſtronom. cap. 14. An et alia protulerit in lucem, non perſpicue cognouit Hemſterhuſ., certe Plutarch. in vita Solonis illum aduocat teſtem in re longe diuerſa a Rhodiis Rhodiorumque republica. Si quis itaque hiſtoricorum comoedias etiam compoſuerit; illum eſſe *Polyzelum Rhodium* exiſtimat Hemſterhuſ. quamuis hac in re nihil ſedulo nec negare velit, nec adfirmare: id autem veterum lectione facile ſibi quem obſeruare potuiſſe, monet, patriam ſignificari saepiſſime, ſi citent hiſtoricos; rariſſime vero eam nominibus Comicorum adponi, vt mirum non ſit, Polyzelum, qui fabulas ſcripſit, *Rhodium*, aut cuiuscumque tandem gentis fuerit, non dici. Haec plura ex nota Hemſterhuſ. adnotaſſe, haud erit, ſpero, ingratum lectoribus. adde *Voſſium* de Hiſtor. Graec. cap. III. p. 406. et de Pol. Meſſ. lib. IV. cap. 1. p. 432. et de Poet. Graecis pag. 91. atque de *Polyzelo* Meſſanenſi hiſtorico *Mongitor.* Biblioth. Sicul. tom. II. p. 190. Cynicis philoſophis quidam *Polyzelus* adnumeratur. vid. lib. III. infra, in Catalogo Cynicorum. *Harl.*

POSIDIPPVS [rrrr]) Caſſandreus, ex Caſſandra ciuitate Macedoniae, vel ſaltem, (vt Stephan. Byz. in Κασσάνδρεια) Cyniſci, Caſſandrei, filius, nouae Comoediae poeta, qui triennio poſt Menandri mortem, teſte Suida [et Eudocia pag. 359.] docuit. Eius dramata fuerunt vsque ad XXX, e quibus memorantur a veteribus:

Ἀναβλέπων, *Athen.* pag. 661. F.

Ἀποκλειομένη, *Athen.* [VII. p. 301. C.] *Pollux* [X. ſect. 98. vbi vid. interprr. *Caſaubon.* ad Athen. VII. 14. pag. 529.]

Γαλάτη, *Poll.* [IV. ſect. 175. VII. ſect. 111. X. 22.]

Δημόται, (Suid. in Νεανισκεύεται.) [Photii Lex. in Νεανισκεύεται. vid. *Hemſterhuſ.* ad Poll. X. 98.]

Ἐπίσταθμος, *Pollux* [X. ſect. 139. coll. *Bentlei.* Epiſt. ad Hemſterhuſ. p. 104. et Toup. T. IV. ed. nouiſſ. p. 235.]

Ἐφεσία, *Athen.* pag. 591. E.

Κώδων, *Pollux* [IX. ſect. 28.]

Λοκροὶ, *Athen.* pag. 87. F.

Μεταφερόμενος, *Athen.* pag. 118. B. Μεταφερόμενοι apud *Laert.* VII. 27.

Μύρμηξ,

rrrr) Imago *Poſidippi* praeſidentis in theatro et volumen manu tenentis apud Gronouium Virum Ill. tom. II. Antiq. Graecar. tabula 100. Confer nummum Poſidippi Caſſandrei huius an Poſidoniatae apud Laur. Begerum tom. I. Theſauri Brandenburgici p. 273. *Fabric.* adde *Kliſter.* ad Suidam h. v. tom. III. p. 159 ſq. vbi ex *Dicaearchi* vita Graeciae inſigne fragmentum adfert laudatque *Salmaſ.* ad Solin. p. 100. edit. Vltraiect. *Harl.*

Μύρμηξ,

Πεδίον, *Athen.* pag. 94. C.

Πορνοβοσκὸς, *Athen.* pag. 154. F.

Σύντροφοι, Athen. p. 659. E. [Phot. in Lex. vid. *Hemſterhuſ.* ad Poll. X. 98.]

Φιλόσοφοι, (quod drama alii tribuerunt Philemoni) *Laert.* VII. 27.

Χορεύουσαι, Athen. [IX. pag. 376. E.]

Quaſdam *Poſidippi* comoedias a latinis etiam Comicis expreſſas fuiſſe, conſtat e *Gellio* lib. II. cap. 23. [Quaſdam *Poſidippi* ſententias e *Stob.* tit. XIV. et XCIX. recepit *Brunck.* in Gnomicis Poet. Gr. p. 201. emendauit et locum quemdam pag. 341. in notis expoſuit.] In bibliothecae Mediceae pluteo LXXXVII. exſtat volumen, teſte Gronouio, continens fragmenta ex Poſidippo Comico de vitae neceſſariis carmine iambico, qualia nulla exſtant inter fragmenta Poſidippi ab H. Stephano, Hertelio vel Grotio collecta. Alius videtur *Poſidippus* ſcriptor Epigrammatum, de quo alibi. *Fabric.* Hic forſan ſcripſit *Aethiopiam*, teſte *Athen.* XIII. pag. 596. C. vbi quoque eius epigramma adponitur. In Catal. codd. gr. Medic. edit. Bandini tom. II. p. 392. XX. tom. III. p. 111. XLVI. et p. 402. XXVIII. ſunt epigramm. quae ab aliis Poſidippo tribuuntur, ab aliis, poetis aliis. De *Poſidippo*, hiſtorico, qui ſcripſit librum de Cnido, vid. *Voſſium* de Hiſtor. Graecis, lib. III. p. 407. Lugd. Bat. 1651. 4. *Harl.*

[De PRATINA Satyrographo v. ſupra in Notit. Tragicorum.]

PRONOMVS Thebanus, tragicus, an comicus? fabulas docuit Athenis Olymp. CXXVII. 2. Archonte Pytharato. Vide *Fuluii Vrſini* Elogia viror. illuſtr. pag. 28. *Fabric.* Scripſit προσόδιον εἰς Δῆλον, teſte *Pauſania* lib. IX. cap. 12. fin. (vbi ſtatua in illius honorem poſita, eius merita inuentaque muſica laudantur,) pag. 735. et lib. IV. cap. 27. p. 345 ſq. (vbi conſules Kühn.) de illius cantiunculis, (μέλεσι,) agitur. adde ſupra, in Notitia Lyricorum, cap. 15. pag. 136. *Harl.*

PYTHON Catanenſis. Vide ſupra in Alexandro, et in Notitia Tragicorum.

RHINTHON de quo ſupra in Notitia Tragicorum.

Pro RVLLO Comico apud Bulengerum lib. I. de Theatro cap. 2. legendum MVLLVS, de quo ſupra.

SANNYRION Athenienſis, poeta Comicus veteris comoediae. [P] Dioclis et Philyllii aequalis fuit, teſte *Suida* in Διοκλῆς, ob corporis λεπτότητα ſiue tenuitatem ac macilentiam a Comicis deriſus. [*Pollux* X. ſect. 189.] *Aelian.* X. 6. Var. ssss) adde lib. XIII. V. H.

ssss) Conf. *Athenaeus* lib. XII. cap. 13. p. 551. et interpretes ad *Aeliani* locum; vbi pro Σαννυρίων ὁ κωμῳδίας Scheffer legere iuſſit ὁ τραγῳδίας, ſed iam refutatus a Perizonio, qui quidem in Ariſtophane — pro Σαννυρίων Ἀπὸ τῶν τραγῳδῶν — reponendum cenſuit ἀπὸ τῶν κωμῳδῶν· ſed Abr. Gronou. probat emendationem *Bentleii* in diſſ. de Phalar. Epiſt. p. 299. ἀπὸ τῶν τρυγῳδῶν. Bentleius nimirum in Reſponſ. ad Boyle ex interpret. lat. Lennepii pag. 114 ſq. multus eſt de hoc comico, et p. 167 ſq. profert ornatque ſuam coniecturam in fragmento Ariſtoph. ex Gerytade apud Athenaeum p. 551. τρυγῳδῶν pro τραγῳδῶν. Quod *Sannyrion* in fabula, cui nomen *Danae*, illudit verſum Euripidis in Oreſte, haec autem acta eſt Olymp. XCII. 4. et Ranae Ariſtophanis, vbi idem ver[illegible]

XIII. V. H. cap. 15. vbi vid. interprr. Sannyrionis *Danae* laudatur a Scholiaſte *Euripidis* ad Oreſtem v. 279. et *Ariſtophanis* ad Ranas v. 305. adductis eius verbis, in quibus exagitat Hegelochum ὑποκριτὴν, qui Euripidis Oreſten egit Olymp. XCII. 4. vnde poſt illud tempus fabulas docuiſſe intelligitur. Eius γέλωτα laudant Harpocration [in Ναύκληρος et Πέλαιος.] *Pollux* [IX. ſect. 26. X. 185.] et *Athenaeus* [VII. 9. p. 286. C.] Confer *Meurſium* in Biblioth. Attica et *Pearſonium* parte II. Vindic. Ignatii cap. 1. vbi caſtigat ea, quae ſcripſerat *Caſaubonus* ad Athenaei lib. VII. cap. 9. [pag. 510 ſq. vbi de fabulis, quae Sannyrioni tribuuntur, agit,] et in auctore περὶ Κωμῳδίας, qui Scholiis Ariſtophanis praefigitur, pro Σαννυρίωνα docet, legendum eſſe Σουσαρίωνα, de quo infra ſuo loco. Fuit praeterea Sannyrionis fabula Ἰὼ, et altera Ψυχασταὶ, vt Suidas notauit. *Fabric.* At *Caſaubon.* ad Athen. pag. 511. contra Suidam monet, ab Athenaeo *Ionem* Platoni comico, *Pſychaſtas* vero Strattidi, neutram harum fabularum Sannyrioni adſignari, niſi mendum ſit in codicibus. Cum Suida conſentit *Eudocia* pag. 382. ſed aliam adhuc fabulam, Σαρδανάπαλος, inter Sannyrionis fabulas recepit: quo auctore et quo iure id fecerit, equidem ignoro. *Harl.*

SATYRVS Κωμικὸς ὑποκριτὴς, memoratus *Plutarcho* de laude ſui pag. 545.

SCIRAS Tarentinus, comoediae italicae poeta, cuius Meleagrum laudat *Athenaeus* lib. IX. p. 402. B. Καὶ Σκίρας εἷς δέ ἐστιν οὗτος τῆς Ἰταλικῆς καλουμένης Κωμῳδίας ποιητὴς, γένος Ταραντῖνος, ἐν Μελεάγρῳ φησίν. Sed pro *Scira*, Colomeſio iudice, legendum *Sclerias*, de quo mox dicam. [adde *Craſſi* Hiſtor. Poet. Gr. pag. 453.]

SCLERIAS, male Σκληρίος vocatur apud *Photium* cod. CLXVII. p. 194. vt *Sciras* apud *Athenaeum* lib. IX. pag. 402. B. Sed et *Caſaubonum* fugit ratio, cum lib. III. ad Athenaeum cap. 4. putaret, nomen *Sclerias* apud Stobaeum, a quo ter laudatur, Comoediae eſſe, non poetae Comici. Laudatur *Sclerias* etiam apud *Antonium* Meliſſae lib. II. cap. 79. et *Maximum* in Collectaneis cap. 63. Vide *Colomeſium* ad Gyraldum de Poetis p. 406. *Fabric.* Quae vero ſub *Scleriae* nomine habet *Stobaeus* Serm. 150. pag. 552, 12. ea *Simonidi* tribuit *Clemens Alexandrinus* Strom. lib. III. p. 573. (*Solan.* ad Lucian. tom. I. p. 733, 25.) Scholiaſtes autem MS. ad Platonis Gorgiam animaduertit, id Scolion ab aliis *Simonidi*, ab aliis *Epicharmo* vindicari; vti praeclare haec obſeruauit *Koen.* ad Gregorium de Dialectis pag. 155. *Harl.*

SERAPION Comicus citatur in *Stobaei* Florilegio p. 67. edit. Grotii. Alius *Serapion* poeta, quem Athenis aduenisſe ait et loquentem inducit Plutarchus libro de Pythiae Oraculis. Hunc, ni fallor, Serapionem ἐν ἔπεσι ſiue carmine heroico nonnulla tradidiſſe de Sibyllae vi μαντικῇ, etiam poſt fata durante, notat *Clemens Alex.* I. Strom. pag. 304.

SIMYLVM Comicum laudat *Stobaeus* in Florileg. pag. 229. edit. Grotii. Alius *Simylus* Chalcidenſis Nauclerus, quem memorat *Lucianus* in Toxari tom. II. pag. 45.

videtur, actae fuerunt Olymp. CXIII. 3. tempus actae *Danaes* Sannyrionis tuto collocandum cenſet *Bentlei.* p. 115. inter Olymp. XCII. 4. et XCV. *Harl.*

SOPATER Paphius ſub Alexandro M. et poſt claruit vsque ad tempora Ptolemaei ſecundi, vt ex Sopatro ipſo obſeruat *Athenaeus* lib. II. p. 71. B. Idem lib. IV. laudat locum ex incerto Paphii Sopatri dramate, quem dat Grotius in Excerptis p. 871. Φλύαξ ſiue φλυακογράφος ****) fuit *Sopater*, qualis Rhinthon et Sotades, de quibus ſuo loco. Apud eumdem *Athenaeum* citatur Sopatri huius:

Βακχὶς, [*Athen.* pag. 176. A. 213. C.] licet Suidas eum tribuat Sopatro Parodo.

Βακχίδος γάμος. [*Athen.* XIV. p. 656. F.]

Βακχίδος μνηστῆρες, [?] [id. IV. p. 160. B. XIV. pag. 644. C.]

[Γαλάται, *Athen.* IV. pag. 160. E.]

Εὐβουλοθεόμβροτος, [*Athen.* III. p. 86. A. vocatur drama; an fuit mimicum?]

Ἱππόλυτος, Suid.

Ἡ Κνιδία, Suid.

Μυστάκου Θητεῖον, [*Athen.* III. p. 119. A. IV. pag. 175. C. ad Sopatr. Parodum refert. conf. *Caſaub.* ad Athen. III. 32. p. 228.]

Νεκυία, Suid. [*Athen.* IV. p. 160. B. et *Caſaubon.* pag. 29. B.]

Πύλαι, Suid. [*Athen.* IV. p. 175. C. Sopatro Parodo adſignat; idque vocat δρᾶμα.]

Σίλφαι, (Suid. Σιλφία.]

Φακῆ, Suid.

Φυσιόλογος, Suid.

Alius *Sopater Phacius*, Parodus, cuius ab eodem Athenaeo laudantur:

Βακίδας, *Fabric.* *Athen.* IV. cap. 15. pag. 158. E. vbi — Φακίνων· ὧν καὶ Σώπατρος ὁ Φάκιος παρῳδὸς μέμνηται ἐν δράματι Βακίδη. Primum vero ὁ Φάκιος non eſt nomen gentile, ſed Sopater pro: Πάφιος, iocoſe vocatur Φάκιος, et adluditur ad Φακῆν, legumen *lentem*, hominesque, vt videtur, Φακῖνες, homines abiectos nihilique, a cibi illius vilitate forſan ſic dictos. vid. *Caſaubon.* ad Athen. IV. 15. pag. 288 ſq. qui, quod mihi quoque in mentem venerat, fabulae indicem, cenſet, eſſe ſuſpectum, et pro Βακίδι legendum Βακχίδι. *Harl.*

Μύσαι, [*Athen.* V. p. 183. C.] et Ὀρέστης, ac Φακῆ *****), quae duo poſtrema dramata Sopatro Paphio male Suidas tribuit. *Fabric.* Enimuero Sopater Parodus idem eſt ac Paphius. Nam primum ex iis, quae antea iam notaui, patet, *Phacium* iocoſe tantum poſitum eſſe pro Paphio: tum ab Athenaeo diſerte ei adtribuitur Μυστάκου Θητεῖον et Πύλαι, quas Fabricius Sop. Paphio adſignat. His, credo, argumentis motus iam *Caſaubon.* ad Athen. p. 228. Sopatrum Paphium et Φλυακογράφον, putauit, non alium eſſe ab illo, qui *parodus* paſſim nominatur. In eadem ſunt ſententia *Stanleius* ad Aeſchyli Choeph. v. 294 pag. 822. et *Kuſter.* ad Suidam III. pag. 354. *Harl.*

SOPHILVS Sicyonius vel Thebanus, mediae poeta Comoediae, cuius dramata haec apud veteres memorantur:

Ἀνδροκλῆς, *Athen.* [p. 123. C. 228. C.]

Γάμοι, *Laert.* II. 120. [ſed vid. ibi Caſaubon. et Menag.]

Δηλία, Suid.

Ἐγχειρίδιον, Athen. [X. p. 431. A. conf. *Caſaubon.* ad Athen. X. 8. pag. 726.]

[illegible]

****) Φλύακες ſ. φλύακες in magna Graecia dicebantur hiſtriones et mimi: φλυακογράφοι mimorum poetae. vid. *Caſaubon.* ad Athen. III. 9. pag. 167. *Harl.*

*****) Ex hac forſan verſus contra Philosophos ſumti ſunt ab *Athen.* VIII. p. 341 E. vbi vocatur *Parodus. Harl.*

Κιθαρῳδός, Suid.
Λήδα. Vide paullo poſt Τυνδάρεως.
Παρακαταθήκη, *Athen.* p. 640. D. Suid.
Συντρέχοντες, *Athen.* p. 125. E.
Τυνδάρεως ἢ Λήδα, Suid.
Φίλαρχος, *Athen.* [lib. III. p. 100. A. *Caſaubon.* ad locum pag. 197.] Suid.
Χειρίδιον, Suid. [et Eudocia]; ſed legendum ex Athenaeo Ἐγχειρίδιον.

SOPHRONEM Comicum, a Sophrone Syracuſano Mimographo, qui Euripidi aequalis erat, male diuerſum facit Suidas rrrr). Scripſit Dorica [eaque vetere et aſperiore,] dialecto, et obſcurius paullo, vnde *implicitum* vocat *Statius* 5. Siluar. III. 157. μίμους ἀνδρείους καὶ γυναικείους, *Mimos in viros et foeminas*, [conf. *Caſaubon.* ad Athen. III. 10. p. 170. et XI. 8. p. 799.] quorum lectione delectatus fuit Plato Philoſophus, [adeo, vt, teſtibus *Suida*, inprimis *Diogene Laertio* III. 18. (vbi interpretes, praecipue *Menagius* p. 140. edit. Meibomii plurium veterum teſtimonia congeſſerunt de hoc Platonis ſtudio,) interdum etiam iis indormiret. *Quinctil.* autem Inſt. Or. I. cap. 10. vbi vid. Pareum et Almel. edit. Burm. *Sophron* —, ait, *mimorum quidem ſcriptor; ſed quem Plato adeo probauit, vt ſuppoſitos capiti libros eius, cuum moreretur, habuiſſe credatur.* adde *Athen.* XI. 15. p. 504. B. ibique *Caſaubon.* Animaduu. p. 821. Plato igitur praeter Ariſtophanis comoedias, ſtudioſiſſime lectitabat Sophronis mimos, ſic, vt illos in dialogis, conuenientia cuique perſonae tribuendo, velut exemplar optimum, exprimeret imitando, vt ait *Valcken.* loco mox mem. p. 194. isque laudat *Olympiodorum* in vita Platonis, quam ex ſchedis *Iſaaci* patris euulgauit *Mericus Caſaubonus*, editam ad calcem *Diogenis Laertii*, Wetſten. tom. II. p. 584. Ἔχαιρε καὶ πάνυ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ καὶ Σώφρονι, παρ᾽ ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. *Sophronis* mimos, a Dione Syracuſano emtos Platonem habuiſſe, prodidit *Tzetzes* Chil. X. verſ. 1001 ſqq. Mimi vero Graecorum, adeoque Sophronis erant imitatio atque repraeſentatio characterum morumque, etiam ſoloeciſmorum iis, qui colloquentes inducti ſunt, ſollemnium, adeoque diuerſi a mimis Romanorum. vid. Neue Bibliothek der ſchön. Wiſſenſchaften. Lipſiae, vol. 40. part. II. p. 279 ſqq. cenſorem in Allgem. Litteratur-Zeitung, 1789. menſ. Nou. nr. 351. pag. 372 ſq. Mimi Sophronis ſcripti fuerunt καταλογάδην, h. e. oratione ſoluta, vt ait Suidas, nec adeo ἔμμετροι, metrici, teſte *Ariſtotele* apud *Athen.* XI. p. 505. C. ſed tamen numeroſi, ſiue numeris ſuis, rhythmis quibusdam et colis poetarum illigati. Vide, quae ſcripſi ad *Ariſtotelis* A. P. cap. 1. p. 8 ſq. et quae in nota infer. ex Nazianz. notauit Fabric. Neque tamen defuerunt viri docti, qui ſecus ſentirent, rati, Sophronem ſcripſiſſe verſibus. Atque *Mongitor.* in Biblioth. Sicula tom. II. p. 233 — 235. de Sophrone copioſus, ab opinione, illum et verſu et proſa ſcripſiſſe mimos, haud multum abeſt, excitatque plures, qui in vtramque partem diſputarunt. Alii Sophronis mimi fuerunt σπουδαῖοι, alii γελοίων,

rrrr) Id, quod *Stanlei.* quoque ad Aeſchyl. Coeph. v. 254. pag. 822. notauit. *Eudocia*, Suidam ſequuta, pariter duo facit Sophronas; alterum p. 385. comicum, cuius, inquit, δράματα καὶ [illegible], ὡς Ἀθηναῖος ἐν Δειπνοσοφισταῖς· [illegible] rum adnumerat philoſophis p. 389. et verba exſcripſit Suidae, tom. III. p. 358. vbi conſules Küſteri notas. Fabr. in not. msst. male, ait, μιμογράφος in prioribus Suidae editionibus, quod Küſter. recte emendauit voc. Ῥηγῖνος, vbi Xerarchi comici, qui Sophronis filius fuit, mentio fit. *Harl.*

γολων, ſecundum *Vlpianum* ad Demoſth. Olynth. pag. 36. aut, ſecundum *Plutarch.* Sympoſ. VII. probl 8. alii ὑποθέσεις, *argumenta*, tractabant, erantque honeſtiores, propius ad comoediae naturam accedentes; (hinc potuit comicis a nonnullis accenſeri, quod iam *Bonannus* in Syracuſ. illuſtr. lib. II. p. 274. cenſuit.) alii παίγνια, i. e. mimi laſciui, molles, ſermonisque ineptiis abundantes. vid. *Caſaubon.* de P. Sat. lib. I. 3. p. 89 ſq. edit. Rambach. De Mimis ipſis vberius agere, hic non vacat; atque poſt Voſſium aliosque erudite de illis diſputarunt *Frid. Lebrecht Becher* in Comm. *Des. Laberii Mimi prologus;* praecedit hiſtoria poeſeos mimicae apud Romanos, Lipſiae, 1787. 8. p. 7 ſqq. et *Werner Car. Ludou. Ziegler* in Comm. *de Mimis Romanorum*, Gottingae, 1788. 8. p. 6 ſqq. et bene multos alios, qui in eodem argumento modo latius, modo breuius verſati ſunt, enumerant. *Harl.*]

De hoc Sophrone conſules *Voſſium* lib. II. [cap. 29 — 31. cap. 33] Inſtitutt. Poetic. p. 161. Vide *Athenaeum* XI. p. 504. *Salmaſium* ad Solinum p. 76. *Henr. Valeſium* ad Ammianum Marcellinum XXIII. 5. *Meurſium* ad Heſych. Illuſtrem p. 199 ſq. [*Laur. Craſſum* in Iſtoria de' poeti greci, pag. 472 ſqq. qui multorum de Sophrone iudicia recenſet, duoque diſtinguit Sophronas, mimicum et comicum: *Mongitorem* l. c. qui et multos alios excitat, de illo differentes, et animaduertit, nomen eius varie fuiſſe diſtortum aut cum aliis confuſum, in primis *Valken.* ad Theocriti Adoniaz. p. 193. vsque ad p. 209. erudite copioſeque de Sophrone eiusque mimis diſputat. Docet, Theocritum quaedam ex Sophronis mimis expreſſiſſe: agit de Platone, illius cultore, quid ſit παρὰ Σώφρονι θεώμενοι an? θεώμεναι τὰ Ἴσθμια, de oratione ſcribendique genere, quo vſus eſt Sophron, de eius ſoloeciſmis, quum mulieres ſuo faceret more colloquentes, (praeter plura Etymol. M. loca. vid. *Demetrium* de Elocutione §. 128.) et pluſcula vocabula, quae veteres grammatici e Sophronis mimis adnotarunt, congeſſit docteque expoſuit atque illuſtrauit. Quibus addi poteſt locus a Schol. Veneto ad Homeri Iliad. λ'. 385. ſeruatus. *Harl.*]

Ex Ἀνδρείοις, quos Athen. ſaepe citat, videntur:

Ἄγγελος, Schol. Germanici, in Arati Phaenom.

Ἀγριώτης, *Athen.* [VII. pag. 309. C.]

Ἁλιεύς, *Athen.* [III. pag. 80. A. vbi dicitur Ἀλιευτικὸς ſiue Ἀγριώτας. VII. uuuuu) pag. 288. A.]

Νυμφόπονος, *Pollux* [VI. ſect. 92. ex emendat. Iungerm. X. 107. vbi vid. Hemſterhuſ.] *Athen.* [VIII. pag. 362. C. ibique Caſaubon. pag. 630.]

Πα-

uuuuu) *Toup.* apud Athen. VII. p. 288. aliter ac Caſaubon. explicat locum in Cur. nouiſſ. in Suid. p. 206. edit. Lipſ. ibid. corrigit exponitque locum Demetrii de interpr. ſect. 147. de Sophrone noſtro [ſed cf. Adpend. ed. recentiſſ. T. IV. pag. 428.] et alium Sophronis locum pag. 267. In Emendatt. part. II. p. 235. locum Sophronis apud Schol. ad Ariſtoph. Lyſiſtr. verſ. 17. alium locum apud Schol. ad Ariſtoph. Aues verſ. 1223. in part. III. Emendatt. p. 554. correctione et interpretatione iuuat. Fabr. in not. miſſ. „Naz[illegible] hymno veſpertino, et in carmine de v[illegible] imitatus Sophronem Syracuſ. ὅτε, ait, γὰρ [illegible] ποιητῶν ῥυθμοῖς τισὶ καὶ κάλλει ἐχρήσατο, [illegible] ἀναλογίαις καταφρονήσαι. Biblioth. Coislin. pag. [illegible] — quot verſus Sophronis, tot adagia, [illegible] metrio Phalereo." *Harl.*

Π... *Athen* [libr. VII. p. 324. F. vbi *Caſaubon.* VII. 21. p. 562. legit ex ingenio: ἐν τῷ ... Παιδικὰ etc. *Sophron in mimo inſcripto Deiciae vel Amaſius.*]

E. Mimus ...: (quos praeter Pollucem IV. ſect. 174. etc. laudat frequenter thenaeus, perinde vt Ἀνδρεῖοις,) Ἀκέστριαι, Suid. in Κάπηλος.

Θυννοθήρας ſiue Θυννοθῆραι, Etymol. M. *Fabric.* Huius et alterius mimi ἁλιεὺς argumentum adfine fuiſſe iudicat *Valcken.* ad Theocrit. Adoniaz. pag. 325 ſq. et apud *Athen.* VII. 309. C. (vbi Sophron ἐν τῷ Ἀγροιωτικῷ laudatur,) καὶ τὸν θυννοθήρα ...ν, non intelli... *thynnorum piſcatoris filium*, (vid. *Caſaubon.* ad Athen. VII. 17. p. 541.) de nomine piſcis ...θ...ν dictum, ſed piſcatorem, et alia quaedam Sophronea illuſtrat comparatue cum Theocrito. An etiam ἁλιεὺς et ἀγριώτας (ſic enim dorice ſcribendum puto,) fuerunt vel ... mimi. quod putarat iam Bonannius apud Mongitorem diſſentientem, vel eiusdem rgumenti? *Harl.*

Πενθερά, Suid. *Athen.* [III. pag. 110. D.]

Idem *Athenaeus* VII. pag. 281. citat Apollodorum Athenienſem ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Σώφρονος, vbi interpres male, *de temperante*, mox enim mentio μίμων ἀνδρείων. Confer *Caſaubonum* VII. 6. [et *Valcken.* ad Eurip. Phoen. Schol. pag. 593.]

OSICRATES Comicus citatur a *Stobaeo* pag. 117. Florileg. edit. Grotii, et Suida in Ἀμβλάς, *Polluce* quoque, [IV. 173. in not. emendato, IX. ſect. 57. conf. *Bentlei.* Epiſt. ad Hemſterhuſ. pag. 83.] qui laudat eius Παρακαταθήκην, etſi nomen Soſicratis corruptum iam in *Crates*, iam in *Hippocrates*, vt praeclaris editoribus, praecipue Hemſterhuſio, adnotatum. [*] [vid. ſupra in hac nota *Hippocratem*]

OSIPATER Comicus, ex cuius καταψευδομένῳ longiorem locum profert *Athenaeus* lib. IX. pag. 377. quem cum metaphraſi ſua dedit *Grotius* in Excerptis p. 886. Neſcio tamen, an pro Σωσιπάτρῳ apud Athenaeum legi debeat Σωπάτρῳ.

OSITHEVS Comicis accenſetur in Excerptis *Grotii* pag. 900. quem idem vir ſummus pag. 456. recte inter tragicos retulerat. Vide, quae in Notitia Tragicorum. Videntur tamen, fateor, Comicum ſapere, quae de Soſitheo refert *Laertius* VII. 173.

OTADES Athenienſis, mediae Comoediae poeta, Suidae laudatus, cuius Παραλυτρούμενον et Ἐγκλειομένας memorat *Athenaeus* p. 368. A. et 293. A. neutiquam confundi debet cum altero Maronita [xxxx]), auctore Ἰωνικῶν ᾀσμάτων molliumque et obſcoenorum carminum, quae ab eo dicta ſunt *Sotadea* [yyyy]). Vide *Athenaeum* VII. pag. 293. [*Voſſii* Inſtit. Poet. II. cap. 21. §. 2.] De huius poematibus ſcripſerat filius *Apollonius*, teſte *Athenaeo* lib. XIV. p. 620 ſq. vbi *Caryſtii* quoque Pergameni librum *de Sotade* commemorat, et refert, hunc poetam Ptolemaei Philadelphi iuſſu incluſum ciſtae plumbeae et in mari demerſum, quod ipſius cum Arſinoe ſorore nuptias paullo liberius perſtrinxiſſet. [conf. *Valckenaer.* ad Theocriti Adon. pag. 281. A. *Euſtath.* ad Homer. Iliad. π′. v. 432.

xxxx) Conf. *Thom. Malvendam* de Antichriſto p. 43. *Fabric.* *Suidam* h. v. tom. III. p. 356. vid. Kuſter. ſupra, lib. II. 9. §. 6. vol. I. pag. . *Harl.*

yyyy) Vid. *Meibom.* ad Muſices pag. 255. De metro Sotadeo vid. Schol. ad Hephaeſt. ſ. ipſum Heph. p. 37. et Schol. p. 28. 22. edit. Pauw. ... *Koppiers* Obſeruata philolog. cap. 2. p. 15. *Harl.*

v. 432. p. 1069. *Plut.* de puer. educat. cap. 14. ibique Schneider. p. 45.] Apud *Athenaeum* II. 1. pro *Sotade* cinaedis male *Sotades* repoſuit vir doctiſſimus *Langerius* XIII. 10. qui de Sotade et aliis Ἰωνικῶν λόγων auctoribus ſiue κιναιδολόγοις verba Strabonis, Athenaei ac Suidae eodem loco adſcripſit. Mirum eſt, Strabonem videri adfirmare, quod Sotades et Alexander Aetolus ſcripſerint non verſu zzzz), ſed proſa, quum alii veteres contrarium innuant, et *Demetrius* de Elocutione §. 193. Sotadi ἄτρυτον quidem et κεκλασμένον, ſed tamen tribuat μέτρον. Gyraldus vero pag. 490. verba Strabonis κατὰ μέλος ita intellexit, quod cantum addiderint Simus et Lyſis, at Sotades et Alexander tantum recitauerint cinaedica ſua poemata. *Hephaestion* pag. 12. [p. 7. 14. edit. Pauw.] laudat huius, vt opinor, Sotadis Ἀδωνιν, et p. 8. [21. p. 10, 14 ...] Dindorf. Suidas [et Eudocia p. 384.] memorant εἰς ᾅδου κατάβασιν, Πρίηπος, εἰς Βελεστίχην, Ἀμαζών. Ex Sotadae αἰνίγμασιν quaedam profert *Gaulminus* ad Theodor. Prodromum, p. 556. E Latinis Sotadica ſcripſere Ennius, L. Accius, aliique: vſus eſt Sotadico quoque genere Terentianus Maurus et e recentioribus Iul. Caeſ. Scaliger, Caſpar Barthius etc. aaaaa) Arium haereticum in Thalia ſua diceṇdi genere vſum fuiſſe molli ad Σωτάδεια ἄσματα proxime accedente, poſt *Athanaſium* Orat. 2. contra Arianos, notat *Socrates* lib. I. Hiſt. Eccleſ. cap. 9. Non ſatis certum eſt, quod *Tillemontius* tom. VI. part. II. Mem. eccleſ. p. 30. ſcribit, Arium vel titulum libri a Sotade mutuum ſumſiſſe. Fuit et *Sotades* victor Olymp. XCIX. Creteṇſis, de quo *Pauſanias* Eliac. poſterior pag. 497. Alius Athenienſis philoſophus, qui, teſte Suida, librum de myſteriis compoſuit, et alter Philoſophus Byzantinus.

SOTERIDES Epidaurius Grammaticus ſcripſit περὶ Κωμῳδιῶν et hiſtoriae muſicae libros III vt Suidas in Σωτηρίδης, [et] item orthographiam, quaeſtiones homericas, commentarium in Homerum et Menandrum Euripidemque et de metris, teſte *Eudocia*, p. 387.

STEPHANVS mediae comoediae poeta, filius Alexidis Comici, Suidae [et Eudociae p. 60.] in Ἄλεξις memoratur. Sed et alium [vide Eudociam pag. 61.] in Ἀντιφάνης auctor eſt, Antiphanis filium, Comicum et ipſum, Stephanum nomine venuſſe. *Fabric.* *Athenaeus* lib. XI. p. 469. B. citat *Stephanum* comicum in Φιλολάκωνι, ſeruauitque fragmentum. *Harl.*

STRATO, ſiquidem Suidae credimus, mediae comoediae poeta, cuius apud *Athenaeum* p. 473 C. et 382. B. laudatur Λημνομέδα et Φοινικίδης, ſiue vt apud Suidam [et Eudociam p. 385]

zzzz) Ἦρξε δὲ Σωτάδης μὲν πρῶτος τῷ κιναιδολογεῖν, ἔπειτα Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός, ἀλλ᾽ οὗτοι μὲν ἐν ψιλῷ λόγῳ, κατὰ μέλος δὲ Λύσις, καὶ ἔτι πρότερος τούτου ὁ Σῖμος. Strabo XIV. p. 684. Alii Cinaedologi fuere *Pyrrhus* ſiue *Pyres Mileſius*, *Theodoras*, *Xenarchus*, *Alexus* etc. *Fabric.* [vid. Suid. et Eudociam. Pyrrhus, ἢ Ἐρυθραῖος ἢ Μιλήσιος, μελῶν ποιητὴς dicitur a Schol. ad Theocritum, (qui ipſum Pyrrhum laudauit,) v. 31. ſed ad v. 20. ...., ait Schol. καὶ Πύῤῥος ποιητὴς Ἐρυθραῖος, ὥς φησι Λυγγεύς. *Harl.*]

aaaaa) Apud *Eudociam* in Violar. p. ... Diogene Cynico occurrit *Sotades Alexandrinus philoſophus*, qui ſimilis illius Diogenis, ... apricans, inuitantem Ptolemaeum noluit ſequi, ... in dolium ſe recepit, ideo ab aliis irriſus, ... maeo autem iambico verſu notatus eſt. Eandem hiſtoriam, paruṃper contractam, ex ... *Tzetza* ad *Gregorii Nazianz.* Orat. ... pag. 136. repetiit cl. *Schneider* ad Plutarchi ... citatum et animaduertit, ea omnia de Diogene ... rari ab auctore incerto apud *Stobaeum* p. ...

p. 385.] legitur Φοῖνιξ. In Scholiis Ariſtophanis ad Aues [1568. vbi vid. Kuſter.] citatur eundem Κυνηγίας. Sed veriſimile eſt, [vt iam *Caſaubon.* ad Athen. VII. 23. p. 567. et 50.. et *Valeſius* ad Harpocrat. v. Ἐπίσκοπος obſeruarunt,] Suidam deceptum vitioſis Athenaei codicibus, et apud Athenaeum, Suidam et Scholiaſten Ariſtophanis pro Στράτων legendum Στράττις, de quo mox. *Stratonis* Comici, qui Athenis magnam laudem retulerit, tamquam aequalis ſui meminit *Plutarchus* lib. V. cap. 1. Sympoſ. *Fabric.* adde *Villoiſoni* V. C. proleg. ad Apollonii Sophiſtae Lexic. Homer. pag. 22. Fabulam Φοίνικας Strattidi mauit tribuere *Koppiers* in Obſeruatis philolog. p. 24. et 35. *Harl.*

STRATTIS [bbbbb]), Athenienſis, Comoediae veteris poeta, de quo dixi nonnulla ſuperius in Notitia Tragicorum. Praeſenti loco ſubiicio nomina dramatum eius, obſeruata ab *Iſaaco Caſaubono*, copioſo de eius fabulis ipſoque auctore, lib. VII. ad *Athenaeum* cap. 23. et *Iohanne Meurſio* in Biblioth. Attica, lib. VI. pag. 615.

Ἀγαθοὶ ἢ ἀργυρίου ἀφανισμὸς, Suid. et Athen. qui Pherecrati a quibusdam tributum auctor eſt.

Ἀνθρωπορέστης, *Athen.* [III. pag. 127. D.] Suid. Scholiaſtes Euripidis ad Oreſtem v. 278. quam tragoediam riſerat illa fabula ſua Strattis.

Ἀταλάντη, Suid. in Σκῶρ et *Athenaeus* [VII. p. 302. E. 399. C.] Ἀταλάνται, Heſych. [in Δικτυοσκελεσπεράνην, auctore non laudato.] Scholiaſtes Ariſtoph. ad Aues et Suidas in Διφροφόρει. Sed Ἀτάλαντος in Scholiis ad Ariſtoph. Ranas 146.

Ζώπυρος περικαιόμενος, Heſych. in Οὐ μάλα κικκᾶς, vt ex Lucillo Tarrhaeo, Diogeniano et Apoſtolio recte legunt Eraſmus et Meurſius, licet Caſaubono magis placeat οὐ μάλα κικκὰς, quod putat reſpondere Plautino illi, *ciccum non interduim.* [vid. interpret. ad Heſych. tom. II. pag. 814. nr. 21.]

Ἰφιγέρων, Suid.

Καλλιππίδης, Athen. Suid.

Κινησίας, *Pollux* [IV. ſect. 169. vbi olim male edebatur ἐν τῷ Κυνηγεσίῳ, ſed iam a Sebero et Iungermanno, qui etiam *Capelli* correctionem loci in lib. II. de Menſur. cap. 43. prolatam non adprobat, bene correctum: id. X. ſect. 189. vbi interpres latinus male vertit *in venatione*, ac ſi pariter legiſſet Κυνηγεσίῳ. Nam Strattis compoſuerat illam fabulam ad

bbbbb) Alias ſcribitur *Stratis*, cum ſimplici *t*, rectius, hac littera duplicata, nomen, *Strattis*, exaratur. vid. *Iungermann.* et *Hemſterhuſ.* ad *Polluc.* IX. 78. nr. 24. atque *Hemſterhuſ.* ad Ariſtoph. Plut. v. 550. p. 165. et v. 1195. p. 470. ex eodem Scholiaſte l. c. patet, illum fuiſſe aequalem Ariſtophani, atque fabulam ſuam, τὰς Ποταμίους, ...ſe, vt Hemſterhuſ. contra *Iungermann.* ad ...l. IX. 78, 24. monuit, ante fabulas Ariſtoph. ...tum et Eccleſiazuſas actas. Exſtat fragmentum ...d *Athen.* IX. cap. 7. p. 382 ſq. quo poeta bo... ciuem atticum facit narrantem, ſe, coqui ...nifice loquentis verbis, ante ſibi inauditis, fatigatum, Lexico *Philetae* in manus ſumto, perquiſiuiſſe, quid ſingula vocabula (Μέροπες· Δαιτύμων etc.) ſignificarent. Ex eo *Valckenaer.* illud Strattidi potius, quam Stratoni vindicaturus, apud *Koppiers* in Obſſ. philolog. p. 36. monet, conſtare, *Strattidis* aeuo, atque adeo vigente lingua, gloſſaria iam Athenis reperta; Lexicon certe Homericum *Philetae*, in quo voces antiquatae redderentur atticis: idem Valcken. ibidem adfirmat, apud neminem *Strattide* antiquiorem quidpiam ſe huius ſimile obſeruaſſe. *Harl.* Aliquot Strattidis fragmenta emendat Toup. Em. in Poll. T. IV. ed. recentiſſ. *Beck.*

ad *Cineſiae* impietatem et ſceleſtiſſimos mores viuide depingendos, eiusque corporis tenuitatem et macilentiam ſugillauit. vid. *Hemſterhuſ.* not. 85. pag. 152. *Caſaubon.* ad Athen. p. 568. *Harpocrat.* v. Κινησίας, vbi in not. p. 213. edit. Blancardi. apud *Erotianum* in Καμμάρῳ corrigitur Στράττιν ἐν Κινησίᾳ pro vitiato ἐν Κινησίαις. Contra illum Lyſias duas orationes ſcripſit. vid. plura de illo ſupra in Catal. poetarum lyricorum p. 116 ſq. *Harl.*] *Athen.* [lib. IX. p. 396. A. vbi legitur Στράττις ἐν Μακεδόσιν ἢ Κινησίᾳ ſed locum eſſe corruptum putat *Caſaubon.* l. c. p. 568.] Scholiaſtes *Ariſtoph.* ad Plutum [v. 550. vbi vid. Hemſterhuſ. p. 165. vbi animaduertit, ea, quae Kühnius ad *Polluc.* X. 189. obſeruat, omnia praecepiſſe *Thom. Reineſium* ad Daum. epiſt. XC. p. 22..] et ad Aues [v. 1568.] vbi male Στράτων pro Στράττις.

Κινησίαι, Erotianus in Καμμάρῳ. *Fabric.* At apud *Erotianum* legendum eſſe ἐν Κινησίᾳ, paullo ante eſt adnotatum. *Harl.*

Λιμνομέδα ſiue Λημνομέδα ſiue denique [vt apud Eudociam v. Στράττις, p. 3..] Λημνομέδων, *Harpocrat.* in Ἀπλᾶς, Suid. et *Athen.* lib. VII. pag. 327. E. et XI. vbi iterum male Στράτων ὁ Κωμικὸς pro Στράττις.

Μακεδόνες, Harpocration et Etymol. M. in Τέπωον. Suid. Athen. [VII. p. 323. E. IX. p. 396. A.] XIII. p. 589. Στράττις ἐν Μακεδόσιν ἢ παυσανίᾳ.

Μήδεια, *Athen.* p. 467. E. 690. F. Harpocrat. in Μυσῶν λεία. Suid.

Μυρμιδόνες, *Pollux* IX. 6. [78. ibique interpr. inprimis Hemſterhuſ. cui nomen fabulae eſt ſuſpectum.]

Παυσανίας, *Athen.* p. 589. Suid. Supra in Μακεδόνες.

Πίτισος ſiue, vt in Ariſtophanis Scholiis ad Veſpas 1337. ſcribitur, Πύτισος. Caſaubonus legit Πίτυλος, et videtur, inquit, Strattis nauticae turbae ἀταξίαν exagitaſſe. Vel fuit ſimilis argumenti Monotropo Anaxilae: nam Πίτυλον interpretantur veteres etiam Φαντασιοκόπον. [P]

Πολιτεία, Suid. in Οὐ λίνον λίνῳ συνάπτεις. *Fabric.* At *Hemſterhuſ.* ad Ariſtoph. Plut. p. 471 arbitratur, quum nullibi alia fuerit adhuc reperta Strattidis Πολιτεία, per errorem id nomen ſcriptum fuiſſe pro Ποταμίοις. vid. ſequentem fabulae titulum. *Harl.*

[Ποτάμιοι, titulus eſt ab Atticae demo petitus. Suidas in Λίνον λίνῳ συνάπτεις, vnde ſuſpicio Hemſterhuſii paullo ante memorata robur accepit. Ibi quidem, vt apud Photium et Scholiaſten ad Ariſtoph. Plutum 1195. legitur Ποτάμιοι; (atque ſub hoc nomine *Iungermannus* ad Pollucem X. 79. nr. 24. pag. 1254. hanc fabulam reliquis Strattidis adgregauit;) ſed *Hemſterhuſ.* ad locum Schol. Ariſtoph. p. 470 ſq. (vid. de hac fabula eiusque nomine eſt copioſus,) legendum eſſe Ποταμίοις oſtendit: quam emendationem comprobat *Burmann.* II. praefat. ad Ariſtophanem Bergleranum pag. 1.. *Harl.*]

Τρωίλος, *Athen.* [III. p. 76. E.] Scholiaſtes Ariſtoph. ad Veſpas v. 1337. Suid.

Φιλοκτήτης, *Pollux* [VII. ſect. 134.] Athen. p. 327. E. Suid.

Φοίνισσαι, Erotianus in Ἀμβρακία, et *Pollux* [IX. ſect. 123. Strattis in illa fabula et inprimis in fragmento, ibi ſeruato, traduxit acerbiſſimo ioco Euripidem, in Phoeniſſ. v. ...

vti animaduertit *Valcken.* ad illum verſum, et pag. 204 ſqq fragmentum, a *Leopardo* Emendatt. VII. cap. 4 iam conuerſum, copioſe explicat illuſtratque: idem *Pollux* X. ſegm. 183. Ab *Eudocia* quoque p. 385. inſcribitur illa fabula Φοίνισσαι, et adtribuitur Strattidi. *Harl.*] *Athenaeo* vocatur lib. VIIII. pag. 382. B. Φοινικίδης, Suidae Φοῖνιξ, et vtrinque pro Strattide adpellatur Strato. Sed et lib. IV. [p. 160. B. et XIV. p. 621. F.] *Athenaeus* citat *Strattidis Phoeniſſas*, docens, ex illis depromtum verſum, quo Euripidem deriſum a Strattide refert *Ariſtoteles*, de Senſu et ſenſili cap. 5. ὅταν φακῆν ἕψηται, μὴ ἐπιχέῃ μύρον. [adde *Burmann.* in praefat. ad Ariſtoph. edit. Bergleri p. 30 ſq. num cum *Cratete* in Schol. ad Ariſtoph. Veſp. 879. ſit confuſus nec ne?]

Φορτικὸς, Heſych. in Κολεκάνοι.

Χρύσιππος. *Athen.* p. 169. B. Suid. *Pollux* [X. ſect. 55. vbi vid. interpret. at Kühnii rationem verſuum illorum in ordinem redigendorum, *Bentlei.* in Epiſt. ad Hemſterhuſ. p. 94. vocat abſurdiſſimam, et aliter conſtituit, emendauit explicuitque verſus. Nomen illius fabulae et fragmentum *Hemſterhuſ.* ad Ariſtoph. Plutum 1195. pag. 469 ſqq. reperit emendatque apud Etymol. p. 531. v. 53. et pro vulgata Χρύσιππος, (quem ſcripſiſſe comoedias nemo prodidit.) legere iubet ὡς Στράττις Χρυσίππῳ. *Harl.*]

Ψυχασταὶ, *Athen.* p. 124. D. 373. F. 502. F. Suid. *Pollux* [X. ſect. 101. vbi vid. interprr. fragmenti verſiculos aliter locat et corrigit *Bentlei.* Epiſt. ad Hemſterhuſ. pag. 101 ſq. qui vero per errorem fragmentum ſub *Pherecratis* nomine citat. *Pollux* X. ſegm. 127. Adde: φορτικὸν δρᾶμα apud *Heſych.* voc. Κολεκάνοι non fuiſſe, (vt in Fricaei ſubiuncto indice memoratur.) quoddam peculiare Strattidos drama, ſed ridiculum aliquod drama indicari, quod alio fuerit olim nomine inſignitum, hic non expreſſo. Alberti iam obſeruauit. Locum quemdam Strattidos apud Etymologum: Φάζειν corrigit *Toup.* in Curis Nouiſſimis in Suidam p. 295 ſq. edit. Lipſ. *Harl.*]

SVSARION Megarenſis Tripodiſcius, (apud Clementem I. Strom. pag. 308. Σισαρίων ὁ Ἰκαριεὺς,) primus comoediam verſibus docuit Athenis Olymp. LIV. 2. anno 562. ante natum Chriſtum. [adde *Weſſeling.* ad Simſon. Chron. a. 3441. adnot. †.] Comoediae eius et ipſae et nomina earum perierunt, praeter quatuor verſus, quos ſeruarunt Suidas, Stobaeus et Diomedes Commentar. MS. in Dionyſium Thracem. De *Suſarione* videndi *Ioh. Pearſonius* in Vindiciis Ignatii part. II. cap. 1. p. 345 ſq. et *Rich. Bentleius* in Apolog. diſſ. de Epiſt. Phalaridis p. 202 ſq. [ſ. ex verſ. lat. Lennep. p. 109 ſqq.] Vide et ſupra in *Sannyrion. Fabric.* item ſupra lib. I. cap 6. 1. vol. I. pag. 30. *Corſinus* in Faſt. Attic. tom. III. p. 88. e veſtigiis marmor. Oxon. Epoch. 40. lin. 54. perſpicuum eſſe, opinatur, inuentionem comoediarum illam, auctoribus Suſarione et Dolone Icarenſibus, inter Damaſiae et Comiae Archontis annos, h. e. 3. Olymp. XXXXVIIII. et 1. Olymp. LV. incidiſſe, adeoque facile ad Olymp. L. poſſe reuocari. *Harl.*

TELECLIDES Athenienſis, veteris Comoediae poeta, quem VI. dramata compoſuiſſe teſtatur Anonymus ſcriptor περὶ Κωμῳδίας, qui Ariſtophani praemitti ſolet. Sunt autem haec obſeruata a *Meurſio* in Bibliotheca Attica:

Ἀμφικτύονες, Suid. *Pollux* [X. 164. vbi vid. Hemſterhuſ.] *Athen.* [III. pag. 75. C. 82. B. 619. A.] Scholiaſtes Ariſtoph. ad Aues 989.

Ἡσίοδοι, *Athen.* [III. p. 87. A. VIII. p. 344. D. X. p. 436. F.] ſiue vt Suid. et *Schol. Ariſtophanis* ad Aues 1126. Ἡσίοδος.

Πρυτάνεις, Heſych. [in Δεξιφόνον. *Phot.* in Lex. MS. voc. Ῥαγδαῖον.] *Athen.* [IV. pag. 170. C. VIIII. p. 370. B. XIII. p. 553. E. et *Caſaubon.* ad Athen. IX. 2. p. 641.] *Pollux* [VII. ſect. 135. vbi conſules Iungermann.] Suidas in Ῥαγδαῖος. *Scholiaſtes* Comici ad Veſpas 832.

Στερροί, Suid. *Athen.* [IX. p. 399. C. XIV. p. 639. A. et p. 648. F. lib. XIV. p. 656. E. in textu quidem citatur *Telecli*des ἐν Ἑταίροις, *in ſociis*, vnde quidam nouam illius fabulam finxerunt: at Caſaubon. iam in margine et in Animaduerſ. IX. 14. p. 686. ſcribere iuſſit ἐν Στερροῖς· nam lib. IX. p. 399. C. idem proſtat fragmentum, et ex *Teleclidis* Στερροῖς ſumtum dicitur.] *Scholiaſtes Ariſtoph.* ad Pacem 1040.

Ψευδῆς. *Pollux. Fabric.* [libr. X. ſect. 68. vbi vero interpretes ex MS. titulum fabulae repoſuerunt Ἀψευδεῖς· pariter apud *Pollucem* X. ſect. 98. interpr. Kuhn. Iungermann. et Hemſterhuſ. e codd. ἐν Τηλεκλείδου Ἀψευδέσι pro lectione olim vulgata Ψευδέσι reſcripſerunt. Hemſterhuſ. multus eſt de lectione verſus; quem vero [illegible] corrigit et explicat *Bentlei.* in Epiſt. ad Hemſterhuſ. p. 101. contra p. 10[illegible]. locum Teleclidae ex Amphictyonibus apud Poll. X. 164. a criſi illius defendit. *Harl.*

Laudatur *Teleclides* a *Plutarcho* in Nicia pag. 525. et in Pericle pag. 153. 161. etc. [In *Plutarchi* Pericle pag. 161. E. latent anap. tetrametri catalectici, obſeruante *Valcken.* in Diatr. Euripidea poſt Eur. Hippolytum pag. 222. C.]

[TELESTES comicus et lyricus poeta. vide ſupra Notitiam Lyricorum pag. 157 ſq. *Caſaubon.* Animaduu. in Athen. XII. 14. p. 819. et cl. *Heeren* ſupra citatum in Comment. ſuper marmore quodam, in cuius inſcriptione epicus quidam, alias incognitus, poeta *Teleſis* occurrit, p. 19. edit. rom. et in Bibl. etc. pag. 54 ſqq. *Harl.*]

THEO Grammaticus ſingulari opere Κωμικὰς λέξεις complexus laudatur Heſych. Alexandrino in prooemio Lexici, [vbi vid. notam; et in [illegible], et emendat. Fabri. vid. not. 10. p. 1213. tom. II. edit. Alberti.] Forte idem auctor [illegible] λέξεως [illegible], quam citat Scholiaſtes Apollonii lib. IV. p. 280. et Κωμικὴν λέξιν vocat p. 5[illegible]5. Niſi potius intelligendus *Palamedes* Eleates, de quo dixi ſupra.

THEOGNETVS Theſſalus, Comicus, cuius Κένταυρος, Φάσμα ἢ Φιλάργυρος et Συν[illegible] laudat *Athenaeus* p. 104. B. 671. B. [illegible] A. et ex hoc Suidas. *Fabric.* atque ex Suida, *Eudocia* p. 232. quae p. 318. aeque ac Suidas, de Orpheo, tradit, ἱεροὺς λόγους, qui a quibusdam tributi ſunt Orpheo, ab aliis adſeribi *Theogneto*, Theſſalo. conf. ſupra, lib. I. cap. 19. §. 2. vol. I. p. 161 ſq. *Harl.*

THEOPHILVS ****) veteris Comoediae poeta, Polluci, Athenaeo et Suidae [atque Eudociae pag. 232.] memoratus. Eius haec ſuperſunt fabularum octo nomina:

[illegible]

****) Si Kuenſtium audimus, *Epidaurius* et *Medicus*. Sed Suidas nec Epidaurium vocat, nec medicum: verum inter eius dramata Ἐπίδαυρος et Ἰατρὸς numerantur. *Harl.*

Βοιωτία, *Athen.* [XI. pag. 472. D.]

Ἐπίδαυρος, *Athen.* [X. pag. 417. A.] Suid.

Ἰατρὸς, *Athen.* [VIII. pag. 340. D.] Suid.

Κιθαρῳδὸς, Athen.

Νεοπτόλεμος, *Athen.* [XIII. pag. 560. A. XIV. pag. 635. A. conf. *Valcken.* Diatr. Eurip. pag. 273. A.] Suid. [?]

Παγκρατιαστὴς ſiue Παγκρατιάστρια, *Pollux* [lib. IX. ſect. 15.] *Athen.* [III. pag. 95. A. X. pag. 417. B. *Caſaubon.* Animaduu. in Athen. III. 15. pag. 181.] Suid.

Πρωτίδες, *Athen.* [XI. pag. 472. E.] Suid.

Φίλαυλος, *Athen.* [XII. pag. 563. A. XIII. pag. 587. F.]

Fragmenta eius nonnulla collegit Hertelius pag. 878 ſq. et Grotius in Excerptis p. 708. Dicitur et Euripidis Epitaphium compoſuiſſe.

THEOPHRASTVS Ariſtotelis diſcipulus, inter alia ſcripſit librum de Comoedia, teſte *Laertio* lib. V. ſect. 47. et *Athenaeo* VI. pag. 261. *Fabric.* *Athenaeus* XII. p. 562. citat *Theophraſtum* ἐν τῷ Ἐρωτικῷ. *Harl.*

THEOPOMPVS Athenienſis, veteris Comoediae poeta, filius Theodectis vel Theodori tragici. Eius dramata XVII. fuiſſe tradit Anonymus περὶ Κωμῳδίας Ariſtophani praemiſſus, ſed Suidas [et Eudocia] XXIV. Nec pauciora fabularum Theopompi nomina in veterum libris obſeruantur. Haec nempe:

Ἄδμητος, *Athen.* [XV. p. 690. A. vbi citatur ἐν Ἀδμήτῳ καὶ Ἡδυχάρει.]

Ἀλθαι, niſi apud *Athenaeum* [XI. p. 501. F.] ex Polluce legendum Ἀλφαία. [vti *Caſaubon.* ad Athen. XI. 14. pag. 819. ſuſpicatus eſt.]

Ἀλφαία, *Pollux* X. 46. *Fabric.* [ſect. 180. Enimuero ibi ex cod. ἐν Ἀλθαίᾳ, (nomen matris Meleagri,) correxerunt Iungermann. et Kühn. et in textum admiſit Hemſterhuſius: atque Iungermann. etiam ſic in loco Athenaei paullo ante laudato ſcribendum putauit, adprobante Kühnio. Praeter ea Hemſterhuſ. iudicat, Caſaubonum ac Meurſium loco Pollucis olim corrupto fuiſſe deceptos. Fabula igitur Ἀλφαία eſt e numero reliquarum eximenda, et nomen Ἀλθαία reſtituendum. *Harl.*]

Ἀσκληπιὸς, Suid. [Si Porto. Suidae interpreti, credimus; ſed locum illum aliter eſſe accipiendum, *Kühnius* ad Aeliani V. H. p. 805. et Küſter. ad Suidam docuerunt. Hiſtoria enim ſ. fabula narratur, ab Aeſculapio Theopompum eſſe ſanatum, et monumentum ideo poſitum memoratur ac ſymbola atque inſignia in illo expreſſa explicantur.]

Ἀτύχαρις. Legendum Ἡδύχαρις apud *Laert.* III. 26. vbi Theopompus pro Theopempto.

Ἀφροδίσιοι, Schol. Ariſtophanis ad Plutum 179.

Ἀφροδίτη, *Athen.* [VII. pag. 324. B.]

Βατύλη, Schol. Ariſtoph. [1012. vbi vid. Hemſterhuſ. qui pag. 362. Βατάλη coniicit.]

Εἰρήνη, *Pollux* [III. 27. X. ſegm. 118. et 124. coll. *Bentlei* Epiſt. ad Hemſterhuſ. p. 103.] et *Athen.* [IX. p. 368. C. p. 374. B. XIV. p. 652. F. et *Caſaubon.* ad Athen. IX. 2. p. 636.]

Ἐποπτεισί, Schol. Apollonii lib. IV.

Ἡδύχαρις, *Laertius* III. 26. *Athen.* [XV. p. 690. A.] Harpocration in Καταχύσματα. Schol. Ariſtoph. [768. vbi vid. Hemſterhuſ. pag. 259.]

Θησεὺς, *Plutarch.* in vita Iſaei Rhetoris, *Athen.* [III. pag. 82. C.] Suid. in Ἀβυρτάκη.

Κάλλαισχρος, *Pollux* IX. 6. [ſect. 59. vbi vid. Iungermann.] *Athen.* [VII. p. 302. F. coll. *Caſaubon.* ad loc. pag. 530. IX. pag. 399. C. X. pag. 423. A.]

Κάπηλοι, (Suid. in Μέτρησον.) *Fabric.* At legendum eſt apud Suidam Θεόπομπος Καπηλίσιν· quemadmodum recte exhibet Schol. ad Ariſtoph. Acharn. 1020. vnde ſcilicet ipſit Suidas, bene adnotante *Toup* Emendatt. in Suid. part. II. pag. 266 edit. L. [illegible] *Harl.*

Καπηλίδες, *Plutarch.* Lyſandro, *Pollux* VII. 32. [ſect. 158. vbi vid. interpret.] [illegible] IV. 44. Prouerb. Suid. in Ἄττις Schol. *Ariſtoph.* [Acharn. 1020. Aues 1406.] Vide et infra in Πόλεις.

Μῆδες, *Athen* [XI. pag. 482. E. et pag. 487. C.] Scholiaſtes Pindari Pythionic. 2.

Νεμέα, *Athen.* [XI. pag. 470. F.]

Ὀδυσσεὺς ſiue Ὀδυσσεῖς, Schol. Ariſtophanis ad Veſpas 1137. *Athen.* [IV. p. 165. B.] *Pollux* [VII. ſect. 74.] Theopompum ἐν Ὀδυσσεῖ ά laudat Erotianus in Λάσιον.

Παῖδες, *Pollux* [VII. ſect. 66. X. ſect. 181. cuius fragm. corrigit *Bentlei.* Epiſt. ad Hemſterhuſ. pag. 110. add. Toup. IV. 399.] *Hephaeſtion* in Enchirid. et Schol. Comici ad Aues 1568. vbi male Παιᾶσι pro Παισί.

Παμφίλη, *Athen.* [XI. pag. 487. C. *Pollux* X. ſegm. 49. vbi vid. interprr.] Etymol. M. in Ἐπιτηδή dddd).

Πανταλέων, *Pollux* IX. 1. [ſect. 16.] qui teſtatur X. 8. [ſect. 41.] dubitatum eſſe, num vere eſſet Theopompi.

Πηνελόπη, *Athen.* [?] [V. pag. 183. F. XIV. pag. 657. B. quem locum corrigit *Toup.* [illegible] Cur. Nouiſſ. pag. 179.]

Πόλεις, (niſi apud Poll. X. 31. [ſect. 145.] pro Πόλεσιν legendum Καπηλίσιν.) *Fabric.* apud Pollucem quidem VII. ſect. 158. idem verſus, qui lib. X. 145. citatur, occurrit, ſed ex fab. Καπηλίδες laudatur, ita vt, quod ad titulum comoediae adtinet, alteruter [illegible] falſus eſſe videatur Iungermanno. *Harl.*

Σειρῆνες, *Athen.* [IX. pag. 399. D. ibique Caſaubon. pag. 685.] Etymol. M.

Στρατιώτης ſiue Στρατιώτιδες. Priſcianus lib. XVIII. *Pollux* [IX. ſect. 64. cum emend. Toup. IV. p. 380.] *Athen.* pag. 483. E.

Τισαμ...

dddd) Adde Suidam in [illegible] et *Toup.* in Emendatt. in Suidam part. III. pag. [illegible] edit. L. *Harl.*

Τισάμενος, *Harpocration*, [et ex Harpocratione quaedam Suidas in Καταπλήξ. Locum vero interpretatur emendatque *Toup.* Emendatt. in Suid. part. II. pag. 210. edit. Lipſ.] Ariſtophanis Schol.

Τρικάρανος, *Syncell.* pag. 65.

Φινεύς, *Athen.* [XIV. pag. 649. B.]

De hoc Theopompo praeter Hertelium p. 384. adeundus *Meurſius* ad Heſych. illuſtrem p. 185 ſq. ad Apollonium Dyſcolum p. 98 ſq. et in Biblioth. Attica. [*Ionſius* de ſcript. hiſt. phil. I. cap. 9.] Pauca quaedam illius fragmenta ſelecta habes apud *Grotium* in Excerptis p. 752. *Fabric.* *Caſaubon.* ad Athen. IV. 25. pag. 315. quaedam habet de *Theopompi*, Colophonii, poemate Ἁρμάτιον, vt in libris publicis inſcriptum eſt, quod vero in membranis dicitur αἱμάτιον et αἱμάτια. De *Theopompo*, Chio, hiſtorico, infra commodior erit diſſerendi occaſio, et de corrupto loco Lex. in Biblioth. Coislin. p. 482. ex quo quaſi nouam fabulam Theopompi comici, Φίλιππος aliquis expiſcari poſſit, quum hiſtorici Philippica ſint intelligenda, vid. *Adriani Heringae* Obſſ. criticar. cap. 32. pag. 296. *Harl.*

THRASONIDIS Comici meminere praeter Clementem Alex. et Laertium, Suidas in Ἔρως.

TIMOCLES Athenienſis vnus, an duo *****) hoc nomine, vt Suidas docet, Comoediis ſcriptis inclaruerunt. Earum nomina haec obſeruata ſunt ab *Hertelio* in ſententiis Comicorum pag. 641. et *Meurſio* in Biblioth. Attica:

Αἰγύπτιοι, Suid. Athen. [VII. pag. 300. A.]

Βαλανεῖον, *Pollux* [X. ſect. 154.]

Δάκτυλος, *Athen.* [VII. pag. 295. B. IX. pag. 385. A.] Suid.

Δῆλος, *Athen.* [VIII. pag. 341. F.] Suid.

Δεξαμενός. Vide infra in Κένταυρος.

Δημοσάτυροι, *Athen.* [IV. pag. 165. F.] Suid.

Διόνυσος, *Athen.* [IX. pag. 707. E.] Suid.

Διονυσιάζουσαι, *Athen.* [VI. pag. 223. B.] Stob.

Δωριεὺς ταυτοκλείδης, (an Δωριεὺς ἢ Αὐτοκλείδης?) *Athen.* [XIII. pag. 567. F.] *Harpocrat.* in Παράβυστον, vbi viri docti legunt Ὀρεσταυτοκλείδῃ.

Δρακόντιον, *Athen.* pag. 237. D. Suid.

Ἐπιστολαί, *Athen.* [VI. pag. 240. F. pag. 243. B.] Suid.

Ἐπιχαιρέκακος, *Athen.* [VI. p. 241. A. Fragmentum cum alio ex Stobaeo tit. 125. recepit *Brunck.* in edit. Gnomicorum Poetarum Graecor. pag. 201 ſq.] Suid.

Ἥρωες,

*****) Alterum tragicum fuiſſe, contendit *Caſaubonus* ad Athenaeum IX. 18. *Fabric.* [p. 696. Vide eiusdem notam margin. ad lib. IX. p. 407. D. et *Rambach.* ad Caſaubon. de Satyrica Poeſi lib. I. cap. 5. p. 150. atque ſatyrica dramata ad tragicum, quam comicum poetam potius pertinuerunt. conſ. ſupra in Notitia Tragic. deperdit. voc. *Timocles.* *Harl.*

Ἥρωες, *Athen.* pag. 224. A. 455. F. Suid.

Ἰκάριοι σάτυροι, Suid. *Athen.* [VIII. p. 342. A. lib. VIII. 5. p. 327. (rect. p. 339.) D. in textu legitur Νικοχάρης ἐν Ἀκαρίοις· at *Caſaubon.* in margine et in Animaduu. VIII. 5. p. 591. correxit Τιμοκλῆς ἐν Ἰκαρίοις. Pariter *Athen.* IX. pag. 407. F. in textu ἐν Ἰκα-ρίοις Σατύροις *Caſaubon.* in margine, et in Animaduu. IX. 18. pag. 696. legi iuſſit ἐν δ' Ἰκαρίοις Σατύροις. *Harl.*]

Καύνιοι, *Athen.* [VI. pag. 240. E.] Suid.

Κένταυρος ἢ Δεξαμενός, *Athen.* [VI. 9. pag. 240. D.] Suid.

Κονίσαλος, *Athen.* [IX. pag. 430. F.] Suid.

Λήθη, *Athen.* [IX. pag. 407. D.] Suid.

Μαραθώνιαι, *Athen.* pag. 570. F. ſiue vt Suidas, Μαραθώνιοι.

Νέαιρα, Suid. *Athen.* [XIII. p. 567. F. et p. 591. D. et apud Suidam voc. Ἀνάριστος pro Τιμοκλῆς νεαρᾷ reſcribi iubet *Toup.* Emendatt. in Suidam part. I. pag. 34. edit. Lipſienſ. Τιμοκλῆς Νεαίρᾳ. *Harl.*]

Ὀρέστης, Suid. [?]

Ὀρεσταυτοκλείδης. Vide ſupra in Δωρεύς.

Πολυπράγμων, *Athen.* [VIII. pag. 327. F.] Suid.

Πορφύρα, Suid. quae Xenarcho tribuitur ab Athenaeo [IX. p. 431. A. quem locum *Toup.* in Curis Nouiſſ. in Suid. pag. 299. edit. Lipſienſ. vt ipſe ait, eleganter emendat; idem Athen. XIII. pag. 559. A. *Harl.*]

Πύκτης, *Athen.* pag. 246. E. Suid.

Σαπφώ, Athen. [VIII. pag. 327. C.] Suid.

Φιλοδικαστής, *Athen.* pag. 109. C. Suid.

Ψευδολησταί, *Athen.* [III. p. 109. C. locum corrigit *Toup.* in Emendatt. in Suid. II. p. 180.]

Fragmenta quaedam *Timoclis* ſelecta habes apud Grotium in Excerptis p. 698 ſq. (Add. Brunck. in Gnom. poet. p. 201 ſq.) Citatur etiam a *Clemente Alex.* IV. Strom. p. 470. *Theophilo Antiocheno* lib. II. Stobaeo. Alius *Timocles* τερατολόγος, de quo *Photius* epiſt. 55. alius denique, quem inter melodos graecae eccleſiae laudat Allatius. *Fabric.* *Timocles*, Siculus, vid. *Ionſium* de Scriptor. Hiſtor. Phil. II. cap. 16, 1. pag. 252. edit. Dornii. *Harl.*

TIMOCREON Rhodius, Comoediae veteris poeta, Themiſtoclem (ffff) et Simonidem dramatis ſuis perſtrinxit, teſte Suida in Τιμοκρ. qui etiam Σκολιὸν meminerat eiusdem, vt ſuſpicor, *Timocreontis*, (licet ἀνωνύμως illo in loco vocet,) carmen inuectiuum in diuitias, cuius initium: Ὤφελές σ' ὦ τυφλὲ Πλοῦτε μήτε ἐν γῇ μήτε ἐν θαλάττῃ μήτε ἐν ἠπείρῳ φανῆμεναι, quod etiam habet Schol. Ariſtoph. [Ran. 1337. Acharn. 531 memoratur quoque in Schol. ad Veſp. 1058.]

TIMON

(ffff) Non Timonidem, vt excuſum eſt in Meurſi. Rhodo lib. II. cap. 13.

TIMON Phliaſius, Scepticus Philoſophus, praeter Sillos aliaque ſcripſit Comoedias triginta, Antigono Caryſtio teſte, apud *Laertium* IX. 110.

TIMOTHEVS Comicus, cuius Κυνάριον [VI. p. 243. D. et Κύκλωψ lib. XI. p. 465. C.] dramata memorantur Athenaeo ac Suidae. Vide *Caſaubonum* ad Athen. VI. 10.

XENARCHVS Sophronis mimographi F. Comicus, Zenobio V. 83. Apoſtolio XVII. 13. Prouerb. Athenaeo et Suidae laudatus, apud quos haec illius dramatum nomina occurrunt:

Βυταλίων,

Δίδυμοι [*Athen.* XV. p. 693. *Harl.* At l. X. p. 426. B. Xenochartus ἐν Διδύμοις laudatur. *Beck.*]

Πένταθλοι, [*Athen.* pag. 440. C. 441. E. 569. A.]

Πορφύρα, quae ab aliis *Timocli* tributa eſt. Vid. paullo ante ad *Timoclem* h. v.

Πρίαπος, [*Athen.* pag. 473. F.]

Σκύθαι, [idem pag. 367. B. 418. E.]

Στρατιώτης,

Ὕπνος, [*Athen.* XIII. pag. 559. A.]

Fragmenta vide apud Hertelium p. 698 ſq. et Grotium p. 697 ſq. *Xenarchi* mimos memorat *Ariſtoteles* cap. 1. Poetic. adde Suidam in Σωτάδης. Incertum eſt, idemne ſit *Xenarchus* Rhodius, compotator, quem ob bibacitatem dictum eſſe μετρητὴν, refert *Athenaeus* libro t capite X. niſi pro Xenarcho ibi legendum Xenagoras ex *Aeliani* lib. XII. cap. 26. Variar. [P] *Fabric.* Atqui Scheffer iam *Xenagoram* ſuaſit et *Perizonius* e codicibus et Athenaeo admiſit n Aeliani textum Ξεναγόρας.

Subiiciam notam Fabricii mſt. „Apud *Plutarchum* in Nicia ſub initio pro verbis ὑπορ-ῥεῖν εἰς τὸν Ξέναρχον *Moſes du Soul* tom III. edit. Londin. p. 559. (ſiue vol. III. p. 334. Oper. lutarchi, edit. Reisk.) legit εἰς τὸ ξεναγεῖν, nimium audaci emendatione. Timaeum autem rae Xenarcho notauit Plutarchus, quia hiſtoricum vel maxime dedecebat ineptiarum vſus, uae in mimographo ita poterant ferri, vt minus moroſos etiam oblectarent. Reprehenditur iure in Timaeo Plutarchus, quod inſidiſſet in Mimographi veſtigia et characterem, naxime alienum ab hiſtoriae grauitate.“ Hactenus Fabricius. *Harl.*

ENONIS binos verſus profert *Dicaearchus* in vita Graeciae pag. 170.

Πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες.
Κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις.

Hunc Xenonem comicum vocat *Grotius* in Excerptis et ad Lucae III. 13. et *Henr. Stephanus* lib. VI. Schediaſm. cap. 17. Alius *Xenon* ſiue *Xenion* hiſtoricus, cuius *Italica* laudat *Macrobius* lib. I. Saturn. cap. 9. *Cretica* ſiue τὰ περὶ Κρήτης, Stephanus Byzantius.

ENOPHON, antiquae comoediae poeta, memoratus *Laertio* II. 59. *Fabric.* At *Burmannus* in Epiſtola ad La Croze, in Theſauro Epiſtolico Lacroziano, vol. I. p. 73. id negat. „Etenim, quod, ait, de aetate Xenophontis (Epheſii,) ex *Laertio* ſuſpicionem

iniicis, ego, cum in ſcriptorum referri cenſeam poſſe, vix puto. Non enim aliquid prodidiſſe memoriae *Laertius* dicit, ſed fuiſſe θαυματοποιὸν et πεπραγματευμένον [illegible]. et credo, Menagium recte notaſſe, eundem eſſe, qui *Athen.* I. 17. memoratur. Fabricius vero, [loco noſtro,] properanter nimis, eum antiquae comoediae poetam facit. An ex voce [illegible] id exſculpſerit, neſcio. Fateor vero, nihil mihi adhuc de eo conſtare." Hactenus Burmannus. *Harl.*

CAPVT XXIII

DE HIPPOCRATE, MEDICORVM PRINCIPE, ET POLYBO EIVS DISCIPVLO a).

I. *Scriptores de vita Hippocratis.* II. *Hippocratis vita.* III. *Hippocratis merita.* IV. *Hippocratis libri medicinales genuini atque ſpurii.* V. VI. VII. VIII. *Origines librorum ſpuriorum Hippocratis.* IX. *Notae genuinorum librorum Hippocratis internae.* X. *Teſtimonia antiquiſſima. Erotiani.* XI. *Artemidori, Capitonis et Dioſcoridis.* XII. *Galeni.* XIII. *Palladii, Suidae.* XIV. *Hieronymi Mercurialis, Ludouici Lemoſii.* XV. *Foeſii, M. Zuccari, Sponii, Halleri.* XVI. *Trilleri, Gruneri.* XVII. *Vix certum iudicium de permultis libris Hippocrates ferri poſſe creditur.* XVIII. *Opera genuina Hippocratis. De morbis popularibus liber I. et III.* XIX. *Prognoſticon.* XX. *Praeſagiorum liber I et II.* XXI. *Aphoriſmi.* XXII. *De diaeta acutorum.* XXIII. *De aere, aquis et locis.* XXIV. *De capitis vulneribus.* XXV. *Libri ſpurii* I. *Epidemion lib. II. IV. V. VI. VII.* II. *Coaca praeſagia.* III. *De humoribus.* IV. *De iudicationibus.* V. *De diebus iudicatoriis.* VI. *De officina medici.* VII. *De fracturis.* VIII. *De articulis.* IX. *Mochlicus.* X. *De ulceribus.* XI. *De fiſtulis.* XII. *De haemorrhoidibus.* XIII. *De exſectione foetus.* XIV. *De anatome.* XV. *De affectionibus.* XVI. *De internis affectionibus.* XVII. *De viſu.* XVIII. *De morbis I — IV.* XIX. *De mulierum affectibus I. et II.* XX. *De virginum morbis.* XXI. *De natura muliebri.* XXII. *De ſterilibus.* XXIII. *De ſuperfoetatione.* XXIV. *De morbo ſacro.* XXV. *De inſania.* XXVI. *De purgantibus.* XXVII. *De veratri uſu.* XXVIII. *De humidorum uſu.* XXIX. *De flatibus.* XXX. *De glandulis.* XXXI. *De dentitione.* XXXII. *De diaeta I. II. III.* XXXIII. *De inſomniis.* XXXIV. *De natura hominis.* XXXV. *De alimento.* XXXVI. *De ſalubri diaeta.* XXXVII. *De locis in homine.* XXXVIII. *De oſſium natura.* XXXIX. *De venis.* XL. *De carnibus* XLI. *De corde.* XLII. *De aetate* XLIII. *De genitura.* XLIV. *De natura pueri.* XLV. *De ſeptimeſtri partu.* XLVI. *De octimeſtri partu.* XLVII. *Iusiurandum.* XLVIII. *Lex.* XLIX. *De medico.* L. *De decenti ornatu.* LI. *Praeceptiones.* LII. *De veteri medicina.* LIII. *De arte.* LIV. *Epiſtolae.* XXVI. *Opera manifeſte ſpuria.* XXVII. *Opera Hippocratis omnia.* XXVIII. *Editiones graecae.* XXIX. *Editiones latinae.* XXX. *Editiones Graeco-latinae.* XXXI. *Editiones promiſſae et Specimina editionum promiſſarum.* XXXII. *Hippocratis opera in alias linguas translata.* XXXIII. *Gloſſaria, lexica in Hippocratem. Indices.* XXXIV. *De Polybo, Hippocratis genero et diſcipulo.* XXXV. *Alii illius aetatis medici ſtrictim indicati* b).

[Studio *Io. Chr. Gottl. Ackermanni*, M. D. et Prof. Altorfini.]

I.

De vita *Hippocratis*, Coi, quae nobis reſtant, antiquae narrationes, fere omnes, incertae permultae falſae ſunt. Qui enim aut ipſius Hippocratis aetate, aut proxime poſt illum temp[illegible]

a) Praemiſi hoc caput illi, in quo de philoſophis graecis diſputatur, quod plures in eo occurrunt, quos Hippocrates aetate ſuperauit, et vt antiqui [illegible] vtrique, pro eo, ac par fuit, coniungerentur. *Harl.*

b) Quibus libris additum eſt ſignum [illegible] (*), eo indicare volui, me librum ipſum oculis manibusque vſurpaſſe. Additum vero ſignum duplex (‡) deſignat Halleri teſtimonium [illegible].

temporibus ſcripſerunt, virum quidem medicinae peritia praecellentem laudant, de vita vero eius nihil memorant. Neque ipſe Hippocrates in operibus, quae ab illo ipſo profecta eſſe credibile eſt, multa habet, ex quibus, quando vixerit, et quid egerit, certe dici poſſit. Ipſe adeo Galenus, qui Hippocratem maximi habebat, de vita illius vix multa enarrat, neque in his fabuloſa a veris accurate diſtinguit.

Vita Hippocratis extat κατὰ Σωρανὸν, a *Sorano*, neſcio quo, (ſaltim non ab Epheſio, quem Tzetzes vult) ſiue potius ab ignoto auctore quodam ex *Sorani* c) Coi Βίοις ἰατρῶν, ex *Hiſtomachi* in primo libris περὶ τῆς Ἱπποκράτους αἱρέσεως et *Andreae* medici περὶ τῆς ἰατρικῆς γενεαλογίας opere, qui libri in ipſa hac Hippocratis vita memorantur d), excerpta. Auctorem verum, vt iam dixi, non ſcimus, Sorano Epheſio, qui Traiani et Hadriani temporibus floruit, ſuo loco in hoc opere enarrando, quem verum auctorem eſſe, *Ioannes Tzetzes*, ſeculi XII. ſcriptor e), perhibet, longe recentiorem. Suidas f) quaedam de vita Hippocratis habet, et quidem fabuloſa non pauca, partim ex Hippocratis vita κατὰ Σωρανὸν, partim ex epiſtolis, quae in operum Hippocratis collectione proſtant, partim etiam ex antiquis libris illis hauſta, quae operum Hippocratis enarrationem continent. Eadem vita Hippocratis κατὰ Σωρανὸν vſus eſt in Hippocratis vita enarranda Ioannes Tzetzes g), aliis tamen ſimul fontibus, quos non enarrat, in Hippocratis praeſertim genere ab Aeſculapio deducendo vſus, in quo eum ſequuti ſunt Hieronymus Henninges h), Rein. Reineccius i), Io. Henricus Meibomius k) et ex plurima ſaltim parte Daniel Clericus l). Recentiores vitae Hippocratis ſcriptores auctorem vitae Hippocratis κατὰ Σωρανὸν fere ex omni parte ſequuti ſunt. Scripſerunt vero hanc vitam, vt quoſdam tantum memorem, *Matth. Garbitius* Illyricus, in oratione de vita, moribus, doctrina et profeſſione Hippocratis, Tubingae, 1564 8. [D. Io. Hermanni orat. de Hippocrate, habita Wittebergae 1560. inter Melanchthoniana, tom. V. p. 335.] Vitam quoque Hippocratis dedit, ſed fabularum pleniſſimam, congeſtis ſcilicet omnibus, quae de Hippocrate ab antiquis narrantur, *Andreas Dacier* in operum Hippocratis verſione Gallica, infra memoranda, et quidem tom. II. Purgatam a fabulis Hippocratis vitam egregie enarrauit *Grimmius*, V. Cl. titulo fragmentorum de vita Hippocratis, in operum Hippocratis verſione germanica, et quidem tom. I. Altenburgi, 1781. 8. Orientalium de Hippocratis vita, itineribus cet. narrationes, fabularum pleniſſimas, refert *Gregorius Bar-Hebraeus* in parte V. Chron. Arab. [in Chron. Syr. Dyn. VI. pag. 33 ſq. ed. Kirſch. verſ. lat. pag. 31 ſq.] et ex eo *Aſſemanus* in Biblioth. Laurent. et Mediceae Cod. MS. orientalium catalogo Florent. 1742. fol. pag. 354 ſq m) [*Caſiri* in Biblioth. Arabico-Hiſpana Eſcurialenſi, tom. I. p. 235 ſqq. ex arabica philoſophorum bibliotheca dat longiora excerpta

Sss 2 de

c) De *Sorano* vid. Thomaſii Hiſtor. ſapientiae et ſtultitiae, tom. III. pag. 47 ſq. *Heum.*

d) Hippocratis Oper. tom. II. pag. 951. 952. ed. van der Linden.

e) Hiſtor. VII. chiliad. CLV. 945 ſq. vid. Oper. Hippocr. ed. van der Linden tom. II. pag. 960.

f) Lexic. tom. II. p. 144. ed. Kuſter. Quaedam de genere Hippocratis habet Stephanus Byzantinus de Vrbibus p. 500. 501. edit. Berkel.

g) Hiſtor. VII. chiliad. CLV. in Oper. Hippocr. ed. citat. tom. II. pag. 958.

h) Theatr. geneal. tom. I. Hipp. Oper. ed. Linden. tom. II. pag. 956.

i) Hiſtor. Iul. tom. I. Hipp. Oper. ed. Linden. tom. II. pag. 957.

k) Com. in Iusiurand. Hipp. §. 9. cap I.

l) Hiſtoire de la medec. p. 1. l. 4. c. 7. pag. 287. edit. Hagae Comit. 1729. in 4.

m) Effigiem Hippocratis exhibet praeter Fulu. Vrſinum, quam repetiit Gohlius in Act. Medicor. Berolinenſ. dec. I. vol. I. Dan. Clericum, alioſque Iacobus Gronouius tom. II. Antiq. Graec. tab. 58.

de Hippocratis vita et ſcriptis eorumque commentatoribus, et ipſe *Caſtri* agit de Operibus eorumque editionibus aliisque rebus, ad Hippocratem pertinentibus. *Harl.*] Duplici hinc in vita Hippocratis ſcribenda opus eſt opera: vt ſcilicet fabuloſa fictaque ab iis, quae pro veriſimilibus habenda ſunt, ſeparentur; deinde vt ea, quae egiſſe atque feciſſe Hippocratem credibile omni modo eſt, ſtudioſe enarrentur. Vitam itaque dabo Hippocratis non quidem abſolutam numeris omnibus, tamen ab errorum atque mendaciorum ſordibus, quantum quidem fieri potuit, repurgatam.

II. Et primum quidem incerta narrare hos certum eſt, qui Hippocratem decimum nonum ab Aeſculapio ⁿ), aut decimum ſeptimum ᵒ) fuiſſe perhibent, genusque, maioribus eius omnibus, vsque ad Aeſculapium ipſum, ſua ſerie enarratis, deducunt. Ex Aſclepiadarum vero familia, qui ante eum fere ſoli medicinam profitebantur, fuiſſe certum eſt. Ex Aſclepiadis ſane Hippocratem Plato, primus inter omnes auctor, qui eum nominat, fuiſſe manifeſte, et non vno tantum in loco ᵖ) dicit: licet inde minus iuſte concludatur, Hippocratem ex ipſa Aeſculapii ſtirpe eſſe progenitum; non omnes enim, qui in Aſclepiadarum collegium recipi ſolebant, progeniem ab Aeſculapio repetebant ᵠ).

Natum fuiſſe Hippocratem in inſula Co, omnes auctores, et inter eos antiquiſſimus, *Plato* ʳ), perhibent. Patrem habuit Heraclidem, medicum ex Aſclepiadarum ea ſtirpe, quae origines ſuas a Nebro, Aſclepiadarum nobiliſſimo, deducebat ˢ); matrem, vitae eius auctore κατὰ Σωρανὸν perhibente, Phaenareten, quae ab Hercule primas ſuas origines repetebat. Vt ab aliis viris, qui idem nomen habebant, diſtingueretur, Plato eum τὸν Κῷον, et ſimul τὸν τῶν Ἀσκληπιαδῶν nominat: Coi cognomen eamdem ob cauſam ab omnibus accepit ᵗ). Magnus a Galeno et a recentioribus medicis, ob doctrinae celebritatem, ſaepiſſime dictus eſt. Socrati et Platoni coaeuus fuit; illo aetate paulo

tab. 58. Aliam praefixam videre licet editioni Lindenianae, aliam Charterianae. Alia occurrit in notis Io. Boiuinii ad Nicephorum Gregoram pag. 777. Aliam dedit Stephanus Mackius, aliam Io. Rudolph. Zwingerus, in Hipp. opuſc. aphoriſticis, aliam Grimmius, in Hipp. Operum in germanicam linguam translator. vol. I. [In Catalogue d'une Collection des Medailles antiq. faite par la Comt. Douair. de Bentink etc. Amſterd. 1787. 4. part. I. p. 78 ſq. in nummo. add. Raſche Lex. num. T. II. P. II. p. 323.]

n) Vita Hippocrat. ſecundum Soranum p. 951. tom. II. edit. cit.

o) *Io. Tzetzes* in Hiſtor. VII. chiliad. CLV. p. 958. tom. II. Oper. Hipp. edit. Linden.

p) Socrates Hippocratem, Apollodori filium, Phaſonis fratrem, ita alloquitur. ὥσπερ ἂν εἰ ἐπενόεις παρὰ τὸν σαυτοῦ ὁμώνυμον ἐλθὼν Ἱπποκράτη τὸν Κῷον, τὸν τῶν Ἀσκληπιαδῶν, κ. τ. λ. *Plato* in Protagora vol. III p. 88. Oper. edit. Bipont. εἰ μὲν Ἱπποκράτει τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεῖ τι πείθεσθαι, κ. τ. λ. *Plato* in Phaedro p. 371. vol. X. Oper. edit. Bipont.

q) Vid. *Io. Henr. Schulzii* Hiſtor. Medic. part. I. ſect. II. cap. 4. §. 28.

r) Vid. loca in Protagora et Phaedro modo citata.

s) *Stephanus Byzantinus* de Vrbibus ſ. v. Κῶς pag. 501. edit. Berkel.

t) Stirpem *Hippocratis* (cuius tertia producta apud Sidon. hymn. X.) poſt Ioh. Tzetzen Chil. VII. hiſt. 155. Reinerum Reineccium in Hiſtor. Iulia et Hieron. Henningeſium in tabulis genealogicis (adde van der Linden Hippocr. lib. II. p. 956.) plenius et accuratius expoſuit, (quamuis et in his quaedam haud ſine ratione caſtigat *Daniel C*... parte I. Hiſt. Medicinae lib. IV. cap. 1.) *Ioh. Henricus Meibomius* Comment. in Iusiurandum Hippocr. cap. 1. De patria Hippocratis et ..., Turcis hodie Stancou, vid. Bellonis ad ... p. 232. Turco-Graeciae, p. 27... adde Vo... Gemelli tom. I. p. 2.4 ſq. Voyage de M. ... Bruyn tom. I. edit. Pariſ. p. 544 Journ. des ... a. 1726. p. 84 ſq. *Meibomius* plures Hipp... eodem loco recenſet, quos hic, additis ...

[illegible]

lo inferior, hoc ſuperior: hinc bello Peloponneſiaco durante vixit, vitamque vsque ad Philippi, Macedonum regis, tempora perduxiſſe videtur. Ex Hiſtomacho, librorum de ſecta Hippocratis auctore, vitae Hippocratis κατὰ Σωρανὸν, quem ſaepius iam memoraui, auctor, refert eum Olympiadis LXXX anno 1. natum eſſe, et quidem eodem auctore ex Sorano Coo referente, Cois imperante Abriada, ſeptima et viceſima menſis Agriani die [u]).

Patrem Heraclidem in medicinali arte praeceptorem habuiſſe omnes referunt, ipſeque Hippocrates ſe ſeniores memoret, a quibus notas de vini bonitate ac detrimento, quas ipſe enarrabat, non didicerit, (καλὰ δὲ ταῦτα τεκμήρια ἐςὶ τῆς περὶ οἴνε ὠφελίης καὶ βλάβης ἐκεῖνα ἀκαταμάθητα ἦν τοῖσιν ἐμεῦ γεραιτέροισι [v]). Coos videlicet medicos ex Aſclepiada-

 rum

obſeruationibus paullo plenius ac diſtinctius repetam. 1) *Hippocrates*, Gnoſidici F. noſtri auus, Medicus, qui ex quorumdam ſententia nihil ſcripſit, ex aliorum vero duos compoſuit libros, qui inter noſtri ſcripta hodie leguntur, τὸ περὶ ἀγμῶν καὶ τὸ περὶ ἄρθρων vnum de fracturis et alterum de articulis. *Galen.* I. in Hippocr. de Victu in morbis acutis tom. V. pag. 43. et in libro de Fracturis p. 525. Palladius in eumdem lib. 2) *Hippocratis* Theſſali F. Hippocratis noſtri nepos, a quo et ipſo ἰατρικὰ ſcripta fuiſſe, Suidas auctor eſt. Idem, ut exiſtimo, contra quem *Antiphon rhetor* ſcripſit, teſte Plutarcho et Photio, vbi male ἰατροῦ nomen ab imperito librario acceſſit. Confer *Ionſium* pag. 24. 3) Draconis F. Cous et ipſe et noſtri gentilis, qui ſub Caſſandro, Antipatri F. e vita diſceſſit. Etiam hunc ἰατρικὰ ſcripſiſſe, Suidas refert. 4 et 5) Vterque Thymbraei filius, Cous, ex eadem familia, qui et ipſi ambo de re medica ſcripſerunt, Suida teſte. 6) Praxianactis filius, Cous Medicus itidem ex noſtri poſteris, et ſcriptor. 7) *Hippocrates* Chius, mathematicus, de quo dixi in Notitia Pythagoreorum. 8) *Hippocrates*, Piſiſtrati pater, Atheenienſium tyranni. Herodot. I. 59. Demoſth. orat. in Midiam et Plutarch. Solone. 9) *Hippocrates*, Megaclis eiectoris Piſiſtrati F. auus Periclis, pater Megaclis, Agariſtae et Xantippi. id. VI. 131. conf. *Corſini* F. Att. tom. II. pag. 61 ſq. *Harl.*] 10) *Hippocrates* Athenienſis, cuius filios Teleſippum, Demophontem et Periclem, tamquam fatuos perſtringunt *Eupolis* apud Suidam in τοῖς Ἱπποκράτους et Ariſtophanes in Νεφέλ. Meminit et Galenus libro, quod animi mores temperamentum corporis ſequantur. Adde *Gatackerum* p. 133. Aduerſ. et *Voſſium* Inſt. Orator. lib. II. cap. 14. ſect. 8. de Philoſophia cap. 11. §. 22. 11) *Hippocrates*, Athenienſium in bello Peloponneſiaco dux, Thucydidi lib. IV. Diodoro Sic. lib. XII. Plutarcho in Nicia p. 526. et Pauſaniae in Laconicis ac Boeoticis memoratus, et cui Dioſcorides, teſte Galeno I. in 6. Epidem. tom. V. pag. 456. tribuit librum de morbis. Vide et eumdem Commentar. 2. in lib. de Natura Humana ſub init. 12) *Hippocrates*, Smyndiritis Sybaritae pater. *Herodot.* lib. VI. 12. *Athenaeus* lib. XII. 13) Lacedaemoniorum in Chalcedone praefectus. *Plutarch.* in Alcibiade p. 207 ſq. 14) *Hippocrates*, Xenodici filius, Capyos frater, ex thebanorum regum familia, Theronis conſobrinus. Schol. Pindari Olymp. Od. 2. extrem. 15) *Hippocrates*, Patareus, Cleandri frater, pater Euclidis et Cleandri, tyrannus Geleorum. *Herodot.* VI. 154 ſq. *Diodorus Sic.* in Excerptis Peireſc. p. 254. 16) *Hippocrates*, Apollodori F. Phaſonis frater. Plato Protagora. 17) *Hippocrates*, Aramiteus, cuius filius Atyanas in Olympiis periodo vicit. Phlegon Trall. apud Phot. cod. XCVII. 18) *Hippocrates*, Mindaro, Lacedaemoniorum duci ab epiſtolis. Xenoph. I. Rerum Graecar. 19) *Hippocrates*, praetor ſyracuſanus, de quo *Liuius* lib. XXIV. et *Plutarchus* Marcello p. 305. 308. 20) *Hippocrates*, curator teſtamenti Stratonis Lampſaceni, apud Laertium V. 62. 21) *Hippocrates*, Georgianorum rex, a Tamerlane captus. Act. Erudit. tom. IX. p. 83. Supplem. Ceterum Ἱπποκράτης Ἴων apud Erotianum in Τριταιοφυὴς non diuerſus eſt a magno noſtro Hippocrate, qui ionice ſcripſit et vocabulo Τριταιοφυὴς vtitur VI. Epidem. & alibi. In Hippocratis noſtri laudem epigramma lib. IV. Anthol. pag. 485 ſq. et lib. I. pag. 85. *Fabric.*

u) Nomen menſis apud Coos, ſolum forte cuius memoria ad nos peruenit, itaque cuinam parti anni reſpondeat, incertum, nec tanti. Fuit et feſtum apud Graecos, dictum Agrania ſiue Agriania et Agrionia, de quo Caſtellanus et Meurſius. *Fabr.*

v) Hippocrates de Diaet. acutor. §. 25. p. 289. tom. II. Linden.

rum collegio, quod in ipſa hac inſula florebat: ſcholam enim Aſclepiadarum Cnidiam, Coae vicinam, Hippocratem non adiiſſe, neque artem in ea didiciſſe, vel ex eo credibile eſt, quod Cnidiam ſcholam huius que γνώμας reprehendat, ſaltim permagnis laudibus non extollat [w]. Habuiſſe praeceptorem in medicinali ſcientia Herodicum Selybrianum, Thracem, medicinae gymnaſticae auctorem, auctor libelli de vita Hippocratis ſecundum Soranum [x]) ex eoque Suidas [y]) atque Ioannes Tzetzes [z]) et ex iis recentiores omnes referunt. Sed haec minus certa ſunt, etſi aetas Herodici, quem Plato [aa]) memorat, non repugnet. Suidas, Herodicum atque Prodicum Hippocratis praeceptores fuiſſe, notat, illumque inter eos, qui medicinam Hippocratem docuerunt, hunc, qui philoſophiam, referre videtur [bb]). Quodſi hunc voluit, Prodicum Ceum ſine dubio intellexit, Protagorae auditorem, qui Olympiade LXXXVI. claruit. Rem vero ipſe Suidas dubitanter propoſuit facileque ob faciem literarum H et Π permutationem fieri potuit, vt diuerſis his duobus nominibus vnum tantum, eumque Herodicum, vitae Hippocratis ſcriptores, quibus Suidas vſus eſt, voluerint. Sane quae auctor ſexti de Morbis popularibus libri de Herodico memorat [cc]), hunc praeceptorem fuiſſe Hippocratis non probant: hic liber enim ipſo Hippocrate recentior eſt.

Scientem philoſophiae fuiſſe Hippocratem, non quidem libri, qui adhuc exiſtunt, medicinales, quos ſcripſiſſe eum omnino credibile eſt, probant: hi enim omnes aut praeſagia ſalutis mortisue imminentis, aut morborum hiſtorias, aut doctrinam de curandis acutis morbis, aut res ad chirurgiam pertinentes continent, adeoque quae vſu et experientia diſcuntur pariuntque, aut nihil eorum, quae ſolo ratiocinio eruuntur: docet vero Plato [dd]), qui naturam corporis non ſine totius naturae cognitione poſſe comprehendi ſtatuiſſe Hippocratem, adeoque verſatum eſſe in cognitione τῆς τοῦ ὅλου φύσεως ſtatuit. Praeceptores autem, quos habuerit in hac ſcientia, incertum eſt. *Gorgiam Leontinum*, rhetorem, Herodici fratrem audiuiſſe ab eoque artem rhetorum didiciſſe, vitae Hippocratis auctor [ee]) ex eoque *Suidas* [ff]) et *Ioannes Tzetzes* [gg]) referunt. Democritum Abderitanum praeceptorem in philoſophia habuiſſe iidem auctores, (Suidas tamen non ſine dubitatione quadam.) et praeter hos Cornelius Celſus [hh]) referunt: ſed hunc non praeceptorem habuiſſe Hippocratem, amicitiam vero cum eo coluiſſe, ſi, quae in epiſtolis, Hippocrati adſcriptis, proponuntur, vera ſunt, maxime credibile eſt. [Ab Hippocrate non Democritum ipſum, ſed diſcipulum eius Metrodorum fuiſſe auditum, putat *Ionſius* p. 24. *Heum.*]

Pato

w) Hippocrates de Diaet. acutor. §. 1. p. 268. 269. tom. II. Linden.

x) Hippocratis Oper. tom. II. p. 951.

y) Lexic. tom. II. p. 144. edit. citat.

z) Hiſt. VII. chiliad. CLV.

Ὃν ὁ πατὴρ Ἡρακλείδας τὰ ἰατρῶν διδάσκει,
Ὁ ἐκ τῆς Σηλυβρίας τε Ἡρόδικος σὺν τούτῳ.

aa) Libr. III. de Republica pag. 301. Vol. VI. Oper. edit. Bipont. [Quem Platonis locum repetiit *Plutarchus* de S. N. V. p. 35. edit. Wyttenbachii, cuius notam p. 50. conferes. *Hart.*]

bb) In Lexic. ſ. v. Ἱπποκράτης. tom. II. p. 14. edit. cit.

cc) Sect. III. nr. 54. p. 805. Oper. tom. I. ed. Linden.

dd) In Phaedro p. 371. Vol. X. Oper. edit. Bipont.

ee) In Oper. Hippocratis edit. Linden. tom. II. pag. 951.

ff) In Lexic. ſ. v. Ἱπποκράτης. tom. II. p. [illegible]

gg) Hiſtor. VII. chiliad. CLV. p. 958. [illegible] edit. Linden. Oper. Hippocr.

hh) Praefat. in libr. de Re Medic. pag. [illegible] Leon. Targae. Lugd. Batauor. 1785. in 4.

Patria relicta Thaſum petiit ibique per aliquot annos medicinam fecit, et quidem on tantum in hac vrbe, ſed etiam Abderis, Lariſſae, Meliboeae atque Cyzici, Theſ aliae vrbibus non longe a Thaſo remotis. Has enim vrbes omnes in libris maxime ge uinis ἐπιδημιῶν I. et III. memorat. Et in his itineribus Democrito innotuiſſe eum co ue amicitiam contraxiſſe videtur. Permulta eum feciſſe itinera alia accuratae deſcriptio es terrarum et locorum probant, quae in libris, ab ipſo profectis, leguntur. Sic magnam ſiae partem, in primis Aſiae minoris prouincias ſeptentrionales peragraſſe eum, non ſine lurima veritatis ſpecie ex his concluditur, quae ipſe de his terris dixit et vix, niſi ab eo, qui ſe harum regionum naturam obſeruauerit, dici poſſent ii). De certitudine ſignorum in Li ya, Delo et Scythia hoc fere modo loquitur kk), quaſi ipſe vitae ſuae partem in his terris anſegiſſet. Patriam deinde repetiit ibique et alios, mercede ipſi data, quod ex iureiurando, hoc genuinum eſt, et ex Platone ll) adparet, medicinam docuit et libros praeſertim hos onſcripſit, qui non ſine multifario vſu et copioſa obſeruatione elaborari poſſunt, praeſertim x Grimmii, V. Ill. mente mm), praenotionum librum, nec non de diaeta acutorum et de ere, aquis et locis libros. Vſus vero ad hos libros, praeſertim ad eos, qui ſemioticen ex licant, eſſe videtur hiſtoriis morborum, quos ipſe obſeruauerat, aliisque, quas aut a Cnidiis edicis, aut ab Aſclepiadarum collegio Coo communicatas acceperat, quasue in Aeſculapii ano in patria inſula depoſitas inuenerat. Quae enim in his libris tam ſcite, et paene ſemper ere, propoſuit, vix vnius hominis, vel ſtudioſiſſimi, obſeruationibus diſcuntur. Eaque orſan anſam dedere fabulae, quam ex Varrone *Plinius* nn) refert, aliique deinde repetie unt, Hippocratem, poſtquam ſcriptis, quae in Aeſculapii Coo templo ſeruabantur, vſus erat, bibliothecam cum ipſo templo concremaſſe, mox, perpetrato hoc facinore, ad Grae os transfugam. Quod iam ex eo falſum eſſe perſpicitur, quod alii γραμματοφυλακεῖον oum, alii Cnidium oo) cremaſſe dicant, neque Plato, neque *Ariſtoteles* pp), qui Hippocra em non ſine laude praeclari medici eſſe ſinunt, hoc memorent.

Si

ii) Vid. de Aere, aquis, locis §. 31 ſq. p. 345 ſq. Oper. tom. I.

kk) Hippocr. Prognoſtic. §. VI. p. 471. in Oper. m. I.

ll) In Protagora p. 88. vol. III. edit. Bipont.

mm) In vita Hippocratis, verſioni operum Hip cratis Germanicae praemiſſa pag. 11.

nn) Libr. XXIX. cap. 2.

oo) Cnidium concremaſſe auctor vitae κατὰ Σω ἰν tom. II. p. 952. Oper. Hipp. Coum Io. Tze s Chil. p. 139. memorat:

Ἐν Κῷ βιβλιοφύλαξ δὲ ἐαχθεὶς ὁ Ἱπποκράτης
Τὰ παλαιὰ τῶν ἰατρῶν ἐνέπρησε βιβλία
Καὶ τὸ βιβλιοφυλάκιον. Δι' ὃ φυγὼν ἐκεῖθεν
Ἐν Ἠδωνοῖς διέτριβεν Ἑλλάδι Θετταλίᾳ.

rperam a Tzetza *exuſtam bibliothecam*, cui ſet praefectus, tradit *I. Chriſti. Koch* von Wap der Gelehrten, p. 12. *Fabric.* in nota mst.]

pp) Libr. VII. Politicor. cap. 7. Huic impie tati recentiores aliam addiderunt, Hippocratem Atheiſmi accuſantes et probationem accuſationis ex permultis locis, in ipſis ſcriptis eius proſtantibus, deſumentes. Controuerſia in primis de Hippocrate ἀθέῳ poſt *Gundlingium* mota eſt, qui in *Otiis* germanice editis Halae Sax. 1707. 8. part. II. cap. 3. plura ad probandam hanc impietatem congeſſerat. Sed acriter Hippocratem defendit, quod iam ante eum fecerat *Stephanus* Bellunenſis in libr. de Hipp. Theologia, Venet. 1638. 4. et *Car. Drelincour tius* in Orat. de Diuinis apud Hippocratem dogma tis. Lugd. Batau. 1689. 8. *D. W. Trillerus* in li bello de Hippocrate, atheiſmi falſo accuſato. Ru dolſtad. 1719. 8. iterum edito cum additamentis in Opuſc. vol. II. p. 84 ſq. vbi et aliorum libros, ad hanc controuerſiam pertinentes, reperire licet. Vid. in primis *Io. Andr. Schmidii* Theologia Hippocra tis quae altera eſt in diſſ. acad. Ienae in 4. ſ. ann.

El.

Si antiquo vitae Hippocrateae κατὰ Σωρανὸν auctori fides habenda eſt, ſenex Graeciam repetiit et apud Lariſſam LXXXV. annorum ſenex, Olympiade CII. fato functus et inter Gyrtonem et Lariſſam ſepultus eſt qq). Monumentum eius ſuis adhuc temporibus extitiſſe, idem auctor refert. [Duo filios habuit, Theſſalum et Draconem; quos ſtupidos fuiſſe, nonnulli adfirmarunt. vid. *Athenaeum* III. pag. 96. *Voſſium*, in Inſtitt. orator. lib. II. pag. 303. Hanc vero traditionem eſſe falſam et fabuloſam, contendit *Marſil. Cagnatus* Varr. Obſeruatt. lib. IV. cap. 1. vide etiam *Gatackeri* Aduerſ. poſtuma cap. 13. p. 549. *Heumann*.]

Permulta alia, quae de vita eius memorantur, fabuloſa ſunt. Sic vitae Hippocratis auctore narrante rr), Perdiccam, Alexandri Magni non patrem, ſed fratrem, Phil..., pellicem patris, perdite amantem et ex amore aegrum, Euryphonte Cnidio in curationis ſocietatem adſcito, ſanaſſe dicitur, quae fabula ex celebri illa Eraſiſtrati curatione nata eſſe videtur. Neque multam fidem merentur, quae de Hippocrate, in Illyricum plurimasque terras barbaras, peſtis auertendae cauſa vocato, ab eodem auctore narrantur. Peſtem in Attica eum praedixiſſe atque praeuidiſſe, curaſſeque, ne diſcipuli atque ciuitates ea corriperentur, pariter fabuloſum eſt. Ipſe enim, morborum alias obſeruator tam ſedulus, hanc luem, quae Olympiade LXXXVII. adeoque eo tempore graſſabatur in Attica, quo Hippocrates annum aetatis trigeſimum vix attigerat, ſine dubio memoraſſet, neque, quod tamen vitae ſuae auctor narrat, ciuitates a peſte praeſeruatas eſſe, Thucydides memorat, qui potius medicos morbo curando idoneos neque fuiſſe, neque ſuffeciſſe perhibet. Hinc quam fidem mereantur narrationes de honoribus, Hippocrati Athenis habitis, de eo, Eleuſiniis ſacris ab Athenienſibus ..tiato, de alimentis, ipſi poſterisque ſuis in Prytaneo datis, quoque perſpicitur: ipſe enim Hippocrates in libris, quos ipſe ſcripſit, nec morborum, quos in Attica obſeruauerit, nec Athenarum adeo mentionem facit. Antiquos tamen quosdam Hippocratis interpretes ante Galenum putaſſe, hiſtorias morborum, Athenis obſeruatorum, ab Hippocrate referri, ex Galeno patet, qui mulierem, quae ἐπὶ ψευδέων ἀγορῇ aegrotaſſe ab Hippocrate Epid. III. p. 726. l. I. Lind. dicitur, ſecundum interpretum quorundam opinionem, quos vero non nominat, ἐν τῇ τῶν Κερκώπων ἀγορᾷ Athenienſi aegrotaſſe perhibet ss).

Haec omnia poſt obitum Hippocratis demum excogitata ſunt a medicis, qui rationalem ſectam, cuius auctorem Hippocratem eſſe putabant, profitebantur, quique eo maiorem g...

nam

El. Frid. Heiſler apologiam pro medicis, qua eorum depellitur cauillatio, qui medicinam in atheiſmum aliosque in theologia errores abducere perhibent, et qua ſimul praeſtantiſſimi quidam medici, nominatim Hippocrates, Galenus, Cardanus, cet. defenduntur. Amſt. 1736. 8. * [Gundlingius opinionem ſuam hauſiſſe videtur ex *Bayle* Contin. de Cometis §. 51. p. 233 ſqq. et §. 67. p. 340. vbi agit de Deo Hippocratis. Tamen iam olim *Lipſius* Hippocratem atheiſmi accuſauit, Phyſiol. Stoic. lib. I. diſſ. 5. vid. Neue Bibl. tom. III. pag. 802. *Buddei* lib. de Atheiſmo §. 20. *Clerici* B. A. M. tom. XV. p. 428. contra Trillerum et huius reſponſionem in Nouis litterariis Lipſienſ. 1721. p. 150 ſqq. Hippocratem fuiſſe philoſophum inſignem in doctrina de [illegible], contendit [illegible] mo in Actis Erudit. ſupplem. tom. V. p. 527. [illegible] que dubium eſt, maiorne philoſophus, an medicus fuerit Hippocrates, inquit *Hornius* in Hiſtor. Philoſophiae lib. III. cap. 12. pag. 183. *Heumann*. adde *Iac. Frid. Reimmanni* Hiſtor. Vniverſal. Atheiſmi etc. Hildeſiae, 1725. 8. cap. 35. p. [illegible] *Harl.*

qq) Oper. Hipp. tom. II. pag. 954.

rr) Ibid. pag. 952.

ss) Galen. Comm. II. in III. Epid. Hipp. [illegible] pag. 253. tom. IX. Oper. edit. Chart.

uam ſuae ſectae conciliari arbitrabantur, quo maiore gloria Hippocratem floruiſſe, dum viueret, aliis perſuadere poſſent. Hanc ob cauſam epiſtolae, quae Hippocrati adſcribuntur, n primis conſcriptae eſſe videntur, in quibus quoque de Democriti famoſa curatione, ab Abderitis petita, nec non de Hippocrate, ad Artaxerxen, Perſarum regem, per Hyſtanidem, Helleſponti praefectum, vocato, ſed barbaris operam pertinaciter negante, hiſtoriae et complura alia huius generis narrantur.

Fama Hippocrates, dum viuebat, vix tanta, quam poſt mortem, floruiſſe videtur. Medicinam, quod hiſtoriae in libris ἐπιδημιῶν traditae teſtantur, minus feliciter exercuit. Maxime tamen in honore habitus eſt, poſtquam in patriam inſulam redux ſcholam medicinaem inſtituit, quod Platonis atque Ariſtotelis loca iam citata manifeſte teſtantur, in quibus medici praeclari et ad docendos alios in primis apti nomen vbique habet tt). Cnidiae ſcholae, temporibus ante eum et ſuis celeberrimae, gloriae pars haud exigua, ipſo in primis auctore, ad Coam tranſiit, neque temporibus poſt Hippocratem priſtinam famam recuperauit. Poſt mortem vero ſuam cum dogmaticorum medicorum, (rationales dicunt alii,) ſecta inualeſceret Hippocratemque pro principe ſuo haberet, fama eius tantopere creuit, vt *Magnus* diceretur eſſataque eius fere his aequipararentur, quae Deus dixiſſet. [Atque Hippocratis ſcriptis Ariſtotelem debere multum, ſcribit *Caſaubon.* lib. de Enthuſiaſmo, cap. IV. pag. 111. De Hippocrate et Galeno iudicium fert *Campanella* ſynt. de libris propriis et ratione ſtudendi, cap. IV. art. 7. pag. 78 ſq. *Heumann.*]

III. Et hanc ſane famam promeruit. Etſi enim, quum libri eius omnium primi ſint, qui de rebus medicinalibus ſcripti ad noſtra vsque tempora peruenerunt, multosque medicorum libros ſuo iam tempore exſtitiſſe, ex ipſo Hippocrate, in primis vero ex Socratis eſſato: *multa medicorum ſcripta exſtare* uu), intelligatur, quae Hippocrates inuenerit, quaeque ab aliis hauſta poſteris tradiderit, vix ſatis certe diſtingui poſſint; tamen eum primum medicinalis ſcientiae practicae ſyſtema quoddam condidiſſe, neque ante eum exſtitiſſe medicum, qui vniuerſam artem ſcribendo illuſtrauerit, credibile eſt. Medicinam a ſapientiae ſtudio, quod *Corn. Celſus* vv) refert, quidem non ſeparauit; neque enim ante eum ea pars medicinae, quae in morbis cognoſcendis et curandis verſatur, cum ſapientiae ſtudio iuncta erat, neque poſt eum contemplatiua medicinae pars a medicis ſolis tractata eſt, vt adeo pateat, Corn. Celſum hoc ideo Hippocrati tribuiſſe, quoniam partem illam medicinae, quae cognoſcendis et curandis morbis operam dat, maximopere excoluit; contemplatiuas vero doctrinas omnes philoſophis tractandas reliquit. Indeque vix eſt, quod mireris, Galenum ww) ſcripſiſſe, rectam iam in philoſophia (ſcilicet quatenus medicina per eam illuſtratur.) Hippocratem aperuiſſe, Ariſtotelem et Theophraſtum perfeciſſe. Et hanc quidem viam aperuit, rudiorem ἐμπειρίαν, qua duce Cnidia praeſertim ſchola cum reliquis medicinam docebat atque exercebat, eiiciendo, eiusque loco rationis in medicina vſum introducendo. Ante eum enim medici, quae

tt) Vid. loca iam citata Platonis in Protagora 88. vol. III. et in Phaedro p. 370. vol. X. Oper. it. cit. Ariſtot. libr. VII. Politicor. cap. 7.

uu) Xenophon in Memorabilib. Socratis.

vv) Libr. I. de Re Medic. in praef. p. 2. 3. edit. Leon. Targae.

ww) Libr. II. de Method. Medendi.

quae patiuntur in ſingulis morbis aegri, et quomodo aegris quaedam euenire ſolebant, probe quidem perſpexerant cognitasque habuerant τὰς πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃσι τῶν νόσων, καὶ τὴν πολυχρονίην αὐτέων non ignorauerant [xx]), neglexerant vero ἃ χρὴ προκαταμανθάνειν δεῖ τὸν ἰητρὸν, μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα ἐς τέκμαρσιν [yy]), adeoque ad ipſam morborum curationem in primis vtilia. Haec ipſe omnia in morbis diligenter obſeruauit, vt ſcilicet, quae mutata eſſent in aegris, adeoque etiam, quae mutanda in reſtituenda bona valetudine, melius intelligeret iuſtumque de exitu morborum iudicium ferre poſſet. Hinc caſtum atque iuſtum morborum obſeruandorum ſtudium Hippocrate auctore inprimis natum eſt, cuius praeclara exempla in primo et tertio morborum popularium libro, nec non in libris de diaeta acutorum et de aere, aquis et locis ipſe dedit. Doctrinam de praeſagiis vitae et mortis in morbis, praeſertim acutis, formandis primus excoluiſſe videtur, tantumque in hac medicinae parte profecit, vt, quae ipſe bona, quae mala ſigna dixerit in morbis, fere omnia talia exiſtant ipſeque omni poſt eum tempore princeps et fide digniſſimus in ſemiotica auctor habitus ſit atque habeatur. Practicam medicinam ampliauit, medicamentorum numerum augendo [zz]), curationemque, acutorum praeſertim morborum, ſic enarrando, vt, quae addere poſſent, noſtri etiam aeui medici vix multa habuerint. Scripta illius chirurgica *Hallero* [aaa]) ordine, perſpicuitate, artis peritia, puritate ab omni hypotheſi excellere viſa, ipſum hanc artem calluiſſe et exercuiſſe probant. [Et tamen Hippocratis ſcientia medica valde contemnitur in Bibl. Angl. tom. XIV. p. 200 ſq. *Heumann.*]

IV. Summam vero Hippocrati doctrinae atque experientiae famam libri medicinales conciliarunt, qui eius nomen gerunt et ſatis copioſi ſunt: LXXII. enim libri ad medicinam pertinentes ſub *Hippocratis* nomine adhuc proſtant. Verum permultos ex his non ab Hippocrate Coo, ſed ab aliis eſſe profectos, multa probant, dicendi generis et materiarum pertractatarum ſumma diuerſitas, placitaque, quae in permultis proponuntur, non Hippocratis temporibus, ſed longe poſt eum a medicis partim inuenta, partim in medicinalem ſcientiam translata. Quod quoque iam veteres monuerunt. Hinc quinam proprii Hippocratis libri putandi ſint, quinam ſpurii, nunc enarrandum eſt. Quod vero vt commode fieri poſſit, quaedam de modo, quo veris Hippocratis libris falſi potuerint immiſceri, de ſcribendi modo, dialecto, cet. quibus Hippocrates vſus eſt, nec non de argumentis, quae pertractaſſe eum, atque non pertractaſſe credibile eſt, praemonenda ſunt.

V. Vt vero diſtinguantur libri, vere ab Hippocrate ſcripti, ab iis, quos aut non conſcripſit, aut ſaltim non edidit, regulam quandam, quod iam *Galenus* [bbb]) monuit et *Ludouicus Lemoſius* [ccc]), vere germani libri dare debent, ex quorum dicendi genere modoque, quo argumenta pertractata ſunt, intelligatur, quinam ex reliquis libris pro germanis ac vere genuinis, quinam vero pro ſpuriis habendi ſint. Hi vero libri partim ex teſtimoniis antiquiſſimorum

xx) Hippocr. de Diaet. Acutor. §. II. p. 269. in Oper. tom. II.

yy) Hippocr. de Diaet. Acutor. §. I. p. 268.

zz) Hippocr. de Diaeta Acutor. §. I. pag. 263. tom. II. Linden.

aaa) Bibliothec. Chirurgic. tom. I. pag. 7.

bbb) In prooem. Commentar. in libr. Hipp. de Humorib. p. 505. tom. VIII. edit. Charter.

ccc) Iudicium Operum Magni Hippocratis Salamant. 1585. in 8. pag. 5.

rum virorum, qui Hippocratem interpretati ſunt, Erotiani atque Galeni, partim vero ex ipſo, quod in iis pertractatur, argumento, intelliguntur. Minus genuini libri, vel ab aliis ſcripti, vel ſcripti quidem ab Hippocrate, ſed non ideo, vt publici iuris fierent, immiſceri operibus Hippocratis facile potuerunt. Hippocratem ipſum in aduerſariis ſuis plurima condidiſſe ad morborum hiſtoriam, cognitionem atque curationem, in primis ad praeſagia in morbis pertinentia, vel ex ipſis eius libris liquet, in quibus non facili atque fugitiua obſeruatione adſequenda, ſed repetita atque poſt diligentem comparationem demum pro veris ſtatuenda proponuntur. Ex his, quae Hippocrates collegerat, poſteri non pauca edidiſſe videntur, in primis, quae ad hiſtorias morborum et ad praeſagia pertinent. Et hoc quidem modo morborum popularium libri ſpurii, ſi non omnes, quartus ſaltim atque ſextus, nati eſſe videntur.

VI. Exſtitiſſe iam ante *Hippocratis* tempora libros medicinales, ſupra probauimus, et eorum quidam voluminibus operum Hippocratis inſerti eſſe videntur, quod ſaltim de primo libro *praeſagiorum* et de *Coacis praenotionibus* Grimmius, Vir. Ill. ddd) putat. Ipſius quoque Hippocratis nomen multi medici ante Coum noſtrum et poſt eum, habuerunt, quorum ſcripta vere Hippocrateis poſteri facile adnumerarunt. Medici ex Coa medicinali ſchola aliisque, quae doctrinam Hippocratis ſeruare perhibebant, a praeceptoris ſui placitis ſenſim deficiſcentes, et dogmaticorum ſectae addicti etiam, quod infra probabimus, in ſingulorum librorum enarratione, libros conſcripſerunt, qui ſub Hippocratis nomine proſtant. Non pauci quoque libri, qui Hippocrati adſcribuntur, a filiis Hippocratis, in primis a genero illius *Polybo* Coo, conſcripti feruntur, qui, ſi Galeno vlla fides eſt, permultos libros, ex iisque quosdam ex domeſticis Hippocratis commentariis edidit. Liber Hippocrateus *de ſalubri diaeta* Polybo adſcribitur. *Theſſalo* atque *Draconi*, Hippocratis filiis, nec non *Hippocrati*, nepoti Hippocratis Magni, quidam libri Hippocratei adſcripti ſunt. Quidam etiam Hippocratis libri medicis ex ſchola Cnidia adſcribuntur. Verum quum, quaenam placita habuerit et quibusnam a Coa Hippocratis ſchola diſceſſerit, minime ſciatur, (quae enim ipſe Hippocrates de Cnidiorum placitis in libro de diaeta acutorum profert, haud multa ſunt,) facile patet, vix certum eſſe poſſe iudicium de libris, Hippocrati adſcriptis, a medicis vero ex Cnidia ſchola medica conſcriptis.

VII. Et haec quidem de antiquioribus libris ſuppoſititiis, Hippocrati adſcriptis, generatim dicta ſunto. Quae de ſingulis libris dicenda ſunt, commode infra pertractabuntur a nobis, ſingulos libros Hippocrateos recenſentibus. Quasdam alias cauſas, quae effecere, vt libri medicinales, ab aliis conſcripti, ſub Hippocratis titulo venirent, ii adducunt, qui iudicia de Hippocratis operibus ediderunt, in iisque fere principem hanc, quam *Galeni* ipſius verbis, adſcentis, Hippocrateum de ſalubri diaeta et de natura humana librum hoc modo in vnum eſſe conflatos, hic enarrabo: *ἐν τῷ κατὰ τοὺς Ἀτταλικούς τε καὶ Πτολεμαϊκοὺς βασιλέας χρόνῳ, πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως βιβλίων, ἡ περὶ τὰς ἐπιγραφάς τε καὶ διασκευὰς αὐτῶν, ἤρξατο γίνεσθαι ῥᾳδιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀργύριον ἀναφέρουσιν ὡς τοὺς βασιλεῖς, ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα* eee). Quinam vero libri Hippocratei temporibus

ddd) In Adnotat. ad Hippocratis Opera in germanicam linguam verſa tom. II. pag. 566. 568.

eee) In praefat. ad Comm. II. in Hippocratis librum de Natura Hominis. tom. III. p. 128. Charter

poribus regum Attalicorum et Ptolemaicorum confecti fuerint, praeter hunc, quem *Galenus* memorauit, incertum eſt. Librum etiam de humoribus his ipſis temporibus, vt maior euaderet, variis a librariis additamentis eſſe auctum, Galenus probat in Comm. I. in libr. de Humorib. p. 509. tom. VIII. Chart. Facile etiam fieri potuiſſe, vt Bibliotheca Alexandrina cum a Iulii Caeſaris militibus incenſa conflagraſſet, maliuolorum hominum ſtudio integris Hippocratis libris ſurrogarentur alieni, Grunerus, V. Cl. fff) putat. Tandem etiam quaedam manifeſte ſpuria in Hippocratis operibus leguntur, v. g. Hippocratis ad Demetrium Regem de ſanitate tuenda epiſtola, nec non epiſtola eiusdem argumenti ad Antiochum Regem libellusque ad Maecenatem de ſanitate tuenda, vt reliquos huius generis, quos infra enarrabo, omittam. Exempla adeo exiſtunt libellorum, Hippocratis nomen gerentium, pluribus elapſis poſt Chriſtum natum ſaeculis conſcriptorum.

VIII. Frequentius tandem in ſcriptis Hippocratis, quam fere aliorum, accidit, vt textus temere mutaretur, quod Dioſcoridem et Artemidorum Capitonem in primis feciſſe, *Galenus* teſtatur ggg), variaque, quae Hippocratis non ſunt, textui interponerentur. Quod aphoriſmis prae aliis accidit, aliisque quibusdam libris, ad σημειωτικὴν pertinentibus.

IX. Quum itaque et copioſa occaſio fuerit librorum ſpuriorum veris atque genuinis libris Hippocratis inſerendorum, et ipſum ſpuriorum librorum Hippocrateorum numerum exiguum eſſe non debere, iam ex dictis intelligatur, quod et Auguſtinus iam probauit libr. XXII. cap. 6 contra Fauſtum, dicens: *Nonne ſub Hippocratis, nobiliſſimi medici, nomine quidam libri prolati, in auctoritatem a medicis recepti non ſunt, nec eos adiuuit nonnulla ſimilitudo rerum atque verborum, quando comparati eis, quos vere Hippocratis eſſe conſtaret, impares iudicati ſunt*, plurimum intereſt, vt notas, quibus veri Hippocratei libri diſtinguantur, enarremus. Eaeque notae partim ex ipſis libris, quos Hippocratem vere ſcripſiſſe conſtat, deſumuntur, partim ex antiquiſſimorum auctorum teſtimoniis. Ad priores quod attinet, libri, ab Hippocrate conſcripti, continent morborum deſcriptiones atque hiſtorias, plane ſecundum naturam expreſſas, cauſas eorundem manifeſtas, (vt adeo, vbi abditas, quas dogmatici poſt Hippocratem introducebant, enarratas legeris in libro Hippocrateo, aut alia, quae in aegris manifeſta non ſunt, ad θεωρίαν ſpectantia, certe credere poſſis, eum non eſſe Hippocratis) et ex iisdem hiſtoriis atque deſcriptionibus deductas propoſitiones, vtplurimum generales, non facile ſibi ipſis contradicentes, et quas vniuerſaliter veras Hippocrates dixit, raro in quibusdam tantum morbis aegrisue, ſed in omnibus veras. (vid. *Ant. Pujati Comitis Inghelfreit* Orat. Hippocrates ſyſtemata, neque conflauit, neque admiſit, ſed ſolas obſeruationes eſt conſectatus. Patau. 1764. 4.) Et haec Hippocrates tradidit oratione perbreui, vnde Galeno non raro βραχυλόγος dictus hhh), neruoſa, talique, vt paucis verbis plurima ſubinde comprehendat.

fff) Cenſur. libror. Hippocrateor. ſect. I. §. 2. pag. 5.

ggg) Comment. I. in libr. de Natura Hominis p. 4. tom. V. Comm. II. in ſextum libr. de Morbis Vulgaribus p. 459. tom. V. et pluribus locis, quae collegit cel. *Villoiſon*. in prolegom. ad Homeri Il. cum Scholiis cod. Ven. p. 36 ſq. multusque eſt de mendis in antiquiſſimis Hippocratis exemplaribus, de interpolatoribus ac corruptoribus textus Hippocrat. cauſisque corruptelae. *Harl.*

hhh) De Venaeſect. aduerſ. Eraſiſtrateos. cap. 4 p. 415. tom. X. Chart. Libr. II. de Difficult. Reſpirat. cap. 8. p. 256. tom. VII.

comprehendat. Quam ob cauſam Galenus etiam veriſſime monuit: *εἰ μὲν τὰ σαφῶς ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένα μὴ νοήσαις κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ πλεονάκις ἀναγνώτω, προσέχων τὸν νοῦν· εἰ γὰρ τοῦτο ποιήσῃ, πάντας ταῦτ' ἐννοήσει σαφῶς ἑρμηνευόμενον* [iii]). Dialecto Hippocrates, Doricus vtut patria, vſus eſt Ionica, vel Attica veteri et quidem, *Aeliano* narrante [kkk]), Democriti gratia, vel potius, quod hanc dialectum, tanquam ſuauiorem, pluribus probari ſciret. Quidam tamen eius libri dialecto Ionica puriore, quidam minus pura, ſcripti ſunt, omnesque libri Doricas voces Atticasque continent non paucas [lll]).

X. Sed haec non ſufficiunt ad Hippocratis ſcripta genuina a ſpuriis cum certitudine quadam ſeparanda. Multum vero in hoc de genuinis Hippocratis atque ſpuriis libris iudicio formando iuuamur teſtimoniis antiquiſſimorum virorum, qui ſcriptis Hippocratis enarrandis ſingularem operam dederunt, *Erotiani*, quem Neronis temporibus vixiſſe inde patet, quod *Andromacho* iuniori, archiatro, ſuam *τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγὴν* inſcripſit, quemque ſuo loco dicemus, atque Galeni. *Erotianus* [mmm]) Hippocratis ſcripta genuina, quorum dictiones obſcuras ipſe explicuit, ſequenti modo diuidit atque enarrat, generali ſcriptorum diuiſione in ſemiotica, phyſica et aetiologica, ad artis praecepta pertinentia, therapeutica, diaetetica, chirurgica atque mixta praemiſſa. *Σημειωτικὰ ἐστὶ ταῦτα. Προγνωστικὸν, προῤῥητικὸν α' καὶ β', ὡς οὐκ ἔστιν Ἱπποκράτους, ἐν ἄλλοις δείξομεν. Περὶ χυμῶν· Αἰτιολογικὰ δὲ καὶ Φυσικά· Περὶ φυσῶν, περὶ φύσιος ἀνθρώπου, περὶ ἱερῆς νόσου, περὶ φύσιος παιδίου, περὶ τόπων καὶ ὡρῶν. Θεραπευτικὰ δὲ τῶν μὲν ἐν χρονίοις ἀνηκόντων. Περὶ ἀγμῶν, περὶ ἄρθρων, περὶ ἑλκῶν, περὶ τραυμάτων καὶ βελῶν, περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων. κατὰ ἰητρεῖον, μοχλικὸν, περὶ αἱμοῤῥοΐδων καὶ συρίγγων. Εἰς δίαιταν· Περὶ νόσων α', β' περὶ πτισσάνης, περὶ τόπων τῶν κατὰ ἄνθρωπον, γυναικείων α', β', περὶ τροφῆς. περὶ ἀφόρων, περὶ ὑδάτων. Ἐπίμικτα δὲ ἐστι ταῦτα, ἀφορισμοὶ, ἐπιδημίαι ζ'. Τῶν δὲ εἰς τὸν περὶ τέχνης τεινόντων λόγον, ὅρκος, νόμος, περὶ τέχνης, περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς. Πρεσβυτικὸς γὰρ καὶ ἐπιβώμιος φιλόπατριν μᾶλλον, ἢ ἰατρὸν ἐμφαίνουσι τὸν ἄνδρα.* Praeter hos libros, quos in praefatione diſerte memorat *Erotianus*, aliis quoque libris Hippocrateis ad gloſſarium ſuum conficiendum vſus eſt. Ex libro de oſſium natura, qui Hippocrati adſcribitur, multas voces explicuit, quod etiam Foeſius [nnn]) teſtatur.

XI. Adriani temporibus vixere *Artemidorus*, *Capito* vocatus, atque *Dioſcorides*. Horum vterque libros Hippocratis collegit atque edidit. Laudem vero vix multam ob hanc operam promeruerunt. Probaſſe quidem Artemidori Capitonis editionem Adrianum et vtramque Artemidori ſcilicet atque Dioſcoridis ab omnibus ſummo ſtudio conquiſitam eſſe *Galenus* [ooo]) refert;

iii) Comm. III. in libr. de Artic. nr. 49.

kkk) *Λέγουσι δὲ Δωριέα ὄντα Ἱπποκράτην, ἀλλ' οὖν τοῦ Δημοκρίτου χάριν τῇ Ἰάδι φωνῇ συγγράψαι τὰ συγγράμματα.* *Aelian.* libr. IV. Var. Hiſt. cap. 20.

lll) Vid. *Io. Freind* praefat. ad Epid. lib. I. et III. pag. 174. in Oper. Lutet. Pariſ. 1734. in 4. et *Trilleri* epiſt. ad Freindium ſuper I. et III. Hipp. Epid. p. 188. in Opuſc. vol. II.

mmm) Erotiani, Galeni et Herodoti gloſſaria in Hippocratem ex edit. *Io. G. Fr. Franzii.* Lipſ. 1780. 8. pag. 20 — 24.

nnn) In not. ad Hippocr. libr. de Oſſium Natura, in Oper. ſect. III. p. 128.

ooo) Comm. I. in libr. Hippocr. de Natura Humana nr. 1. p. 97. tom. III. Charter.

fert; ſed vitiaſſe hos viros textum Hippocratis audaciſſimosque fuiſſe in peruertendis atque turbandis Hippocratis verbis, antiquas in primis voces ſtudio eiecisse ex textu, *Galenus* ppp) variis in locis per exempla probat. Sed ipſae hae editiones, omnium eorum, in quibus criticen limam qualemcunque adhibitam eſſe conſtat, antiquiſſimae, interierunt, ita, vt ordo quoque, quem in conſtituendis libris Hippocrateis ſequuti ſunt editores, plane ignoretur.

XII. *Galenus* vero non ſolum ipſe promiſit, ſe commentarium elaboraturum, in quo, qui veri quique ſpurii libri Hippocratis ſint, exponeret qqq), hic vero liber, ſi ſcriptus ab eo eſt, ſaltim ad nos non peruenit; verum etiam permultis, imo infinitis in locis Hippocratis ſcripta et memorauit, et permulta commentariis ampliſſimis illuſtrata edidit, in quibus non raro iudicium ſuum de ipſorum horum librorum aut veris aut ſuſpectis originibus tulit. Quae iudicia infra, ſingulos libros enarrantes, diligenter notabimus. In libro vero de libris propriis, in quo commentarios in Hippocratis libros a ſe ſcriptos enarrat, ſimul plurimam eorum enarrat partem, quos pro genuinis ipſe habuerit. Iique ſunt rrr) libri *ἀφορισμῶν*, liber *περὶ ἀγμῶν*, *περὶ ἄρθρων*, *προγνωστικὸν*, *περὶ διαίτης ὀξέων*, *περὶ ἑλκῶν*, *περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων*, *τῶν ἐπιδημιῶν* I, II, III, VI, *περὶ χυμῶν*, *περὶ τροφῆς*, *προῤῥητικὸν*, in quo tamen, vt in Coacis praeſagiis, multa falſa et nimis generaliter dicta contineri, alio loco sss) adſerit, *περὶ φύσεως ἀνθρώπου*, *τὸ κατ᾽ ἰητρεῖον*, *περὶ τόπων καὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων*. De reliquis etiam omnibus Hippocratis libris, quos commentariis non inſtruxit, iudicium ſuum tulit, alia eaque commodiore occaſione enarrandum.

XIII. Incertis temporibus, attamen poſt Galenum, ab eo quippe non memoratus, et quidem ſatis longo poſt eum tempore, *Palladius* vixit, enarrationum in aliquot libros Hippocratis auctor ttt). Scholia eius *εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν Ἱπποκράτους* adhuc ſuperſunt, a Foeſio primum edita. In his, vbi ad ordinem deuenit, quo Hippocratis libri legendi ſunt, eos ſimul recenſet, quos genuinos eſſe putat. Iique ſunt: 1) aphoriſmi, 2) liber de natura pueri, 3) liber de natura hominis, 4) liber de humoribus, 5) liber de alimento, 6) prognoſticon, 7) liber de victu ratione acutorum, 8) liber de fracturis, 9) liber de articulis, 10) liber de aere,

ppp) Princeps locus eſt in Comm. I. in libr. Hippocr. de Natura Humana, quem modo citaui. Aliud exemplum textus per hos viros corrupti adducit in Comm. II. in III. libr. Hipp. de Morbis Vulgaribus p. 256. tom. IX. Charter. et in permultis locis aliis. conf. praefat. Galeni ad Comm. in VI. Hippocr. librum de Morbis Vulgarib. p. 354. tom. IX. Charter. et praefat. ad Comm. Galeni in libr. Hippocr. de Officina Medici pag. 2. tom. XII. Chart. vid. et *Hieronym. Mercurialis* in cenſur. Oper. Hippocrat. pag. 7. edit. Francofurt. in 8. [et *Villoiſon*. in Anecdot. Gr. tom. II. p. 136 ſq. not.]

qqq) In prooem. Commentarii in libr. Hippocratis de Humorib. pag. 509. tom. VIII. edit. Chart. Eadem promiſit in libri VI. de Hippocratis et Platonis decretis cap. 5.

rrr) *Galenus* de Libris propriis pag. 44. tom. I. edit. Chart. conf. praefat. ad Comment. II. in Hippocr. Epidem. libr. III. p. 230. tom. IX. edit. Chart. Loca *Galeni* quam plurima, in quibus iudicium de libris Hippocratis tulit, collegit *Ludou. Lemoſius* in Iudicio Operum Hippocratis mox memorando.

sss) In praefat. ad Comm. II. in Hippocr. de Morb. Vulgarib. libr. III. p. 230. tom. IX. Oper. edit. Charter.

ttt) *Iac. Santablinus* in praefat. ad Palladii Scholia in libr. Hippocratis *περὶ ἀγμῶν*, ſect. VI. p. 196. in Oper. Hippocratis edit. Foeſii, Francofurt. 1595. in fol.

aere, aquis et locis, 11) libri de morbis popularibus [uuu]). *Suidas*, valde recens auctor, [atque ex illo *Eudocia* in Ἰωνιᾷ p. 240.] quosdam tantummodo libros Hippocratis recenſet, τὸν ὅρκον, τὰς προγνώσεις, τὴν τῶν ἀφορισμῶν, et tandem librum celeberrimum et ſumme admirabilem ἑξηκοντάβιβλον, quem omnem medicam ſcientiam et ſapientiam continere dicit [vvv]). Qui vero libri in hac tam laudata collectione fuerint comprehenſi, non liquet, quum a nullo alio probato auctore aliquid de ea proditum habeamus. Plures etiam alii veteres Hippocratis libros ſubinde memorant, quorum teſtimonia, ſi aliquid ad veras origines Hippocrateorum librorum intelligendas conferunt, in enarratione ſingulorum librorum Hippocratis adducam.

XIV. Recentiori tempore operum Hippocrateorum cenſurae inprimis operam dederunt *Hieronymus Mercurialis* et Ludouicus Lemoſius. Hi in enarrationibus librorum Hippocratis Galenum preſſe ſequuti ſunt. *Hieronymus Mercurialis* cenſuram operum Hippocratis edidit Venetiis, anno 1583. in 4. *, et quidem nomine veri auctoris ſuppreſſo, deinde Baſileae, inuito auctore, cum eius praelectionibus de puerorum morbis et de venenis, ſub eius nomine editam, poſtea retractatam atque repurgatam ab ipſo auctore Francofurti, anno 1585 in 8. in lucem emiſſam, tandemque Venet. 1588. fol. cum Hippocratis operibus graece et latine editam, ipſosque Hippocratis libros in operum Hippocratis editione Graeco-latina, quam curauit, ſecundum hanc cenſuram diſpoſuit, non tamen ſine *Io. Coſtaei* contradictione, qui in diſſ. I. poſthumae miſcellanearum diſſertationum decadis Patau. 1658. 12. contra Mercurialem hanc cenſuram et diſpoſitionem multa ſcripſit. Libros vero, qui Hippocrati adſcribi conſuerunt, in quatuor claſſes partitus eſt. *Prima* claſſis ipſi eorum eſt, qui vere placita et dogmata Hippocratis continent, quorumque alios Hippocrates certe edidit; alios autem ab eo eſſe editos non ita conſtat. *Altera* claſſis hos libros comprehendit, qui ab ipſo quidem Hippocrate ſunt ſcripti, a diſcipulis vero, inprimis a Theſſalo et Polybo, ex membranis, in quibus Hippocrates ſua notauerat, ſunt editi. *Tertia* claſſe continentur libri non ab Hippocrate, ſed aut a filiis aut a diſcipulis eius, ſecundum praeceptoris doctrinam mentemque, aut ex ſcholae Hippocraticae doctrina compoſiti. *Quarta* claſſis libros, ab Hippocratis placitis plane alienos, continet. Ad primam claſſem ſex priores aphoriſmorum libri, libri prognoſticorum, (ſiue potius liber, qui in Hippocratis operibus inſcribitur προγνωςικὸν,) prima pars libri de natura humana, liber de aere, aquis et locis, libri de victus ratione in acutis tres priores ſectiones, primus et tertius liber de morbis popularibus, libri de articulis, de fracturis, de luxationibus, de vlceribus et de capitis vulneribus referuntur [www]). Libros, quos reliquis tribus claſſibus ſubdidit, non hic memoro: *quartae* tamen eum claſſi iusiurandum, librum Hippocratis, quem genuinum eſſe plurimi argumentis ſatis idoneis adſeruerunt, ſubdidiſſe, adeoque pro plane alieno ab Hippocrate atque ſuppoſititio habuiſſe, notandum eſt.

Ludouicus Lemoſius iisdem temporibus, (illius enim de operibus magni Hippocratis iudicium Salamanticae, anno 1585. primum prodiit [xxx]) ignarus plane eorum, quae Hieronymus

[uuu]) Hippocr. edit. Foeſ. citat. pag. 197.

[vvv]) In Lexic. ſ. voc. Ἱπποκράτης. p. 145. tom. II. edit. Kuſter.

[www]) Cenſur. Operum Hippocrat. p. 15. edit. Francofurt.

[xxx]) De optima praedicendi ratione libri ſex, item iudicii operum magni Hippocratis liber vnus Ludouico Lemoſio, phyſico et medico authore. — Salamanticae, ex officina Ildefonſi a Terra-noua et Neyla, 1585. in 8. min. Quae omnium prima editio

mus Mercurialis aut fecerat, aut agebat, cenſuram operum Hippocratis conſcripſit, in quo neque copioſam librorum antiquorum lectionem, neque diligens ſtudium ad vera certaque eruenda deſideres. Galenus, vt reliqui harum rerum ſcriptores fere omnes, in primis duce vſus eſt, ita tamen, vt viam ſibi propriam non raro pararet, vbi Galenus deficere videbatur. Opera Hippocratis in haec diuidit, quae ſine dubio ab Hippocrate ipſo, et quidem vt ederentur, ſcripta putanda ſunt, et in alia, aut a viris ex familia Hippocratis edita, aut manifeſte notha. Genuina ex eius ſententia ſunt 1) primus et tertius liber de morbis popularibus, quos ante reliquos ab Hippocrate ſcriptos eſſe praeclare adfirmat, 2) aphoriſmi, 3) praenotionum liber (προῤῥητικῶν), 4) liber de diaeta acutorum, 5) liber de aere, aquis et locis, 6) liber de natura humana, 7) iusiurandum, 8) epiſtolae, 9) liber de alimento, 10) liber de humoribus, 11) liber de capitis vulneribus, 12) de vlceribus, 13) de fracturis, 14) de articulis, 15) de iis, quae medicatrina fiunt, κατ' ἰητρεῖον, 16) de natura pueri, 17) lex, 18) de ſeptimeſtri partu, 19) de ſuperfoetatione [yyy]). Polybo librum ſecundum de natura humana librumque de oſſium natura et de ſalubri diaeta, Draconi, Hippocratis filio, librum quintum morborum popularium et de morbo ſacro librum, Hippocrati, Theſſali filio, Hippocratis Magni nepoti vero libros de morbis, de genitura atque de medicamentis purgantibus tribuit. Quibus reliqui libri Hippocratei ab eo tribuantur, infra notabitur.

XV. Editores non pauci operum Hippocratis libros, ſecundum argumenti ſimilitudinem ordinatos, ediderunt, genuinis a ſpuriis nullo modo ſeparatis. Idque etiam *Foeſius* fecit, vir omnium interpretum atque editorum Hippocratis de auctore ſuo longe meritiſſimus, qui adeo de genuinis ſpuriisue librorum Hippocrateorum originibus raro ipſe iudicat, iudiciis Erotiani atque Galeni plane ad genuinas operum Hippocratis origines demonſtrandas contentus, neque adeo permultos Hippocratis libros pro ſpuriis habens, quos Erotianus atque Galenus non memorauerunt. Librum tamen de natura humana [zzz]), de ſeptimeſtri partu [aaaa]), et de octimeſtri partu [bbbb]) plane pro genuinis habet. *Marcus Zuccari*, medicinae in Neapolitano gymnaſio profeſſor, librum primum Hippocratis de natura humana, aphoriſmorum ſectiones VII. libros IV. de ratione victus, prognoſtici libros III. (quo nomine ſcriptoribus libri II. prorrhet. et prognoſt. veniunt) libros de his, quae in medica officina fiunt, libros epidemiales, libros de articulis, de fracturis, librum de aere, aquis et locis pro vere germanis habet. Hisque, ex multorum placito, librum de alimentis et de humoribus adiungit. Eſſe autem hos libros Hippocratis ex ſola methodo, et quidem dogmatica, qua conſcripti ſint, demonſtrat. (*Hippocratis epidemialium obſeruationum pars I. quatuor contexta languentibus. Venet. 1621. in 4. pag. 2. cap. 4.*) *Hallerus* primus in opere, quod Hippocratis opera in latinam linguam a Iano Cornario verſa typis iterum excuſſa continet [cccc]) hos libros ita edidit, vt pe-

ne

tio ſine dubio eadem cum hac eſt, quam Salamanticae, anno 1585. in folio prodiiſſe Grunerus cenſur. libr. Hippocr. pag. 31. memorat. Alia editio prodiit Venetiis 1592. 8.

yyy) Lemoſius cap. V. fol. 18. Iudic. Operum Hippocrat.

zzz) Foeſ. in not. in libr. Hippocr. de Natura Humana Oper. ſect. III. pag. 95.

aaaa) Idem in not. in Hippocr. libr. de Septimeſtri partu. Sect. Oper. III. pag. 110.

bbbb) Idem in not. ad Hippocr. libr. de Octimeſtri partu. Sect. III. pag. 112.

cccc) Hallerus in praefat. ad tom. IV. Artis Medicae Princip.

mae claſſi eos ſubderet, quos vere ab Hippocrate ſcriptos eſſe putabat, ſecundae vero eos, qui non videantur ipſius eſſe Hippocratis, quod vel aliena varia ab ipſius diuini ſenis placita tradant, vel nuperiora inuenta, vel eiusmodi demum vitia contineant, quae Hippocrates ipſe damnauerit, neque ideo videatur commiſiſſe. In tertiam claſſem manifeſte ſpurios coniecit. Libri vero, quos Hallerus genuinos putat, quique in primo artis medicae principum tomo proſtant, hi ſunt: 1) de aere, aquis et locis, 2) de natura hominis, 3) de locis in homine, 4) de humoribus, 5) de alimento, 6) de morbis popularibus I. et III. 7) prognoſticon, 8) praedictorum II. 9) de victu acutorum, 10) de fracturis, 11) de articulis, 13) de vulneribus capitis, 14) de officina medici, 15) aphoriſmi.

XVI. Poſt Hieronymum Mercurialem et Ludouicum Lemoſium et *Iacobum Sponium*, qui in aphoriſmis nouis, ex Hippocratis operibus collectis, Lugd. 1689. 12. et quidem in doctiſſima praefatione, de operibus Hippocratis iudicium ſuum tulit *Grunerus*, clariſſimus in ſtudiorum vniuerſitate Ienenſi medicinae profeſſor, anno 1772. dddd) cenſuram operum Hippocrateorum, et talem quidem edidit, vt plurima, quae antiquiores, Lemoſio excepto, cuius legendi facultatem non habuit, de originibus Hippocrateorum operum dixerunt, comprehendat. Putat vero veterum omnium, inprimis Galeni, teſtimonia cum internis et quaſi innatis libris ipſis notis, breuitate ſcilicet, grauitati argumentorum et ratiociniorum paucitati adiuncta in hos praeſertim libros cadere: 1) in iusiurandum, 2) aphoriſmos, 3) in librum de aere, aquis et locis, 4) praenotiones, 5) in praedictionum librum II. 6) in librum de officina medici. 7) in primum et tertium librum morborum popularium, 8) in librum de victu acutorum, 9) de capitis vulneribus, 10) de fracturis eeee). [Grunerum ſequitur *Ioannes Henr. Fiſcher* in diſſ. de Hippocrate eius ſcriptis, eorumque editionibus. Coburgi, 1777. 4.] Nouam tandem eamque praeclaram cenſuram atque diſpoſitionem operum Hippocratis dedit Vir Cl. *Ioannes Fridericus Carolus Grimmius*, Sereniſſimi Ducis Saxo-Gothani medicus. Probe notat Cl. hic Vir, diſcerni atque cognoſci quidem poſſe quaedam Hippocratis ſcripta, verum non omnia: neque de his, quae alios ſcripſiſſe omnino credibile eſt, dici certo poſſe, quisnam ea ſcripſerit, aut quo tempore confecta fuerint. Hinc optima Hippocratis ſcripta in genuina atque ſpuria diuidi, ſpuriorum vero familias et claſſes quasdam, (niſi eorum, quae temporibus longe poſt Hippocratem confecta eſſe ſuadent omnia,) confici vix poſſe. Hippocratis opera ea, quae genuina eſſe putat, et quidem eo ordine, quo ſcripta eſſe ea credibile eſt, in primo tomo verſionis ſuae Germanicae operum Hippocratis ffff) collocauit, eaque ſequentia ſunt: 1) liber de morbis popularibus primus, 2) liber de morbis popularibus tertius, 3) praenotionum liber (προγνωστικὸν), 4) prorrheticorum liber ſecundus, 5) aphoriſmi, 6) liber de diaeta in morbis acutis, 7) liber de aere, aquis et locis.

XVII. Ex hactenus dictis facile intelligitur, quinam libri, qui Hippocrati adſcribuntur, genuini ſint, quinam ſpurii, certo demonſtrari vix poſſe, imo ex diſſenſu antiquorum virorum

dddd) Cenſura librorum Hippocrateorum, qua veri a falſis, integri a ſuppoſitis ſegregantur. Collegit ex optimis quibusque auctoribus — *D. Chr. Gottfr. Gruner.* Vratislau. 1772. in 8.

eeee) Cenſur. libror. Hippocrat. cap. II. §. 2.

ffff) Hippokrates Werke. Aus dem Griechiſchen überſetzt und mit Erläuterungen von D. *Ioh. Friedr. Karl Grimm.* Erſter Band. Altenburg, 1781. in 8. qui primus tomus opera Hippocratis genuina continet.

rum doctorum, qui libros Hippocratis enarrarunt, Erotiani praeſertim et Galeni, et ex teſtimoniis aliorum, qui libros, manifeſte ſpurios, ſub Hippocratis titulo citant, (quod e. g. Corn. Celſus fecit, qui V. morborum popularium librum, manifeſte non ab auctore primi atque tertii morborum popularium libri conſcriptum, ad Hippocratem Coum refert [gggg]) perſpici, veteres, quorum libri ad nos peruenerunt, (omnes enim antiquae librorum Hippocratis editiones et interpretum in eas enarrationes, quas Galenus enarrat, interierunt. Galeno excepto, et, aliquo ſaltim modo, Erotiano, qui fugiente calamo iudicium de libris Hippocratis tulit, de operum Hippocratis verorum et ſuppoſititiorum iudicio vix valde fuiſſe ſollicitos. Hinc quum ad certitudinem quandam circa auctores librorum Hippocrateorum et tempora, quibus conſcripti fuerint, peruenire non liceat, in librorum Hippocrateorum enarratione hoc a nobis tenendum eſt, vt primum locum iis demus, quos conſcriptos eſſe ab Hippocrate Coo teſtantur omnes, quibusque neque interni librorum Hippocratis verorum characteres, neque antiquorum teſtimonia deſunt, poſt hos vero eos ponamus, qui Hippocrate forſan antiquiores ſunt, deinde vero temporibus poſt eum confecti.

I. LIBRI GENVINI.

XVIII. Ἐπιδημιῶν liber primus et tertius ab omnibus antiquis, qui de Hippocrate quaedam tradiderunt, et plane nullo reluctante, pro genuinis habiti, et quidem a Mnemone Sidete, medico de Cleophantii ſecta, qui librum ἐπιδημιῶν tertium Ptolemaeo Euergetae quaeſitis caussa dedisse fertur, (vid. *Galenus* in Comment. II. in Hippocr. Epid. III. text 4. p. 239. tom. IX. Chart.) adeoque Graecorum, quos enarraſſe hos libros popularium morborum ſcimus, fere antiquiſſimo, aliisque, qui commentarios in hos libros ſcripſerunt, *Zeuxide* (vid. *Galen.* Comment. II. in III. Epid. Hippocr. text. 4. p. 239. tom. IX. Chart.), *Sabino* eiusque diſcipulo, *Metrodoro* (vid. *Galen.* Comment. I. in III. Epid. Hippocr. text 4. p. 203. tom. IX. Chart.), *Zenone* Herophileo (vid. *Galen.* Comment. II. in III. Epid. Hippocr. text. 4. p. 238. tom. IX. Chart.), *Apollonio Empirico* (vid. *Galen.* II. Comment. in III. Epid. Hippocr. p. 244. tom. IX. Chart.), *Heraclide Tarentino* et *Erythraeo* (vid. *Galen.* Comment. in III. Epid. Hippocr. text. 4. p. 240. tom. IX. Chart.), *Bacchio* (vid. *Galen.* Comment. in III. Epid. Hippocr. p. 244. tom IX. Chart.), *Erotiano*, (Erotiani, Galeni et Herodoti gloſſar. in Hippocr. edit. Franzii. Lipſ. 1780. p. 22.), *Quinto*, (vid. *Galen.* Comment. I. in I. Epid. Hippocr. in praefat. p. 3. tom. IX. Chart.) *Lyco Macedone* (vid. *Galen.* Comment. I. in III. Epid. Hippocr. text. 4. p. 203.), *Satyro* et *Phiciano* (vid. *Galen.* Comment. I. in III. Epid. Hippocr. text. 29. p. 228. tom. IX. Chart.) atque *Galeno*, qui vtrumque hunc librum ἐπιδημιῶν πρὸς ἔκδοσιν conſcriptum eſſe diſerte dicit, (vid. Comment. II. in I. Epid. Hippocr. text. 1. p. 124. tom. IX. Chart.) et tertium ἐπιδημιῶν librum τὸ βιβλίον τοῦ Ἱπποκράτους γνήσιον appellat (vid. *Galen.* argum. libri III. Epid. Hippocr. p. 193. tom. IX. Chart.); atque primum et tertium τῷ τῆς διανοίας ἀκριβεστάτῳ συγγεγράφθαι (de reſp. difficult. lib. III. cap. 1. p. 268. tom. VII. Chart.) putat, vt adeo vtrumque hunc librum ex omnibus popularium morborum libris ſolum πρὸς ἔκδοσιν conſcriptum eſſe ex omnium fere opinione dicat in Comm. I. in VI. Epid. praef. p. 354. tom. IX. Chart. Neque notae, his duobus libris additae, repugnant, quo minus

[gggg]) *Celſus* libr. VIII. de Re Medic. cap. 4. p. 432. edit. Targae. Lugd. Bat. 1785. in 4.

eos pro vere genuinis habeamus. Thaſus, Lariſſa, Abderae, Cyzicum, Meliboea, vrbes ab eo in his libris ipſis memorantur, in quibus morbos, quos enarrat, obſeruauerit. Et haec quidem morborum obſeruationes hoc modo traditae ſunt, vt et conſtitutiones epidemicae generatim deſcribantur, in quibus primus Hippocrates docuit, quid anni tempora aeriſque ſtatus ad morbos populares inducendos conferant, et aegrotantium hiſtoriae enarrentur, quae vero, quod Galenus iam monuit (vid. Comment. III. in III. Epid. Hippocr. text. 71 p. 290. tom. IX. Chart.) non omnes ad conſtitutiones epidemicas, quas generatim deſcripſit, ſed aut ad alias conſtitutiones epidemicas, aut etiam ad ſporadicos morbos pertinent.

Hos libros popularium morborum primum ſcilicet atque tertium, ante reliquos Hippocratis libros conſcriptos eſſe cum *Grimmio*, V. Cl. (Hippokrates Werke I. Band. pag. 449.) puto, hac inprimis ductus ratione, quod ad praeſagia generalia eaque iuſta in morbis formanda, in quibus cum plurima laude Hippocratem verſatum eſſe ſcimus, morborum obſeruatio diuturna ſit neceſſaria ipſeque Hippocrates exemplum obſeruationum ſuarum in his libris ἐπιδημιῶν dederit. Docuit adeo per exempla non pauca, quae in his libris leguntur, qua ratione medicus praeſagia ex morborum decurſibus deducere debeat, vt adeo et inde pateat, hos Hippocratis libros, forte cum aliis pluribus morborum hiſtoriis, quae temporis iniuria interierunt, reliquis eius libris, qui ad ſemioticen pertinent, quaſi pro fundamento fuiſſe. Contrarium tamen Galenus aſſeruiſſe videtur, quae Hippocrates in ἐπιδημιῶν libris conſcripſit, ex dictis in prognoſtico conſequi exiſtimans (vid. praefat. ad Comm. I. in I. Epid. Hipp. p. 3. tom. IX. Chart.) vt adeo tempus, quo hi libri conſcripti ſint, aliquo ſaltim modo hoc loco a Galeno dictis dubium reddatur.

Continentur vero in I. ἐπιδημιῶν libro conſtitutiones epidemicae tres, quarum ſingulae initium ſumſere autumno ineunte, et aeſtate ineunte deſierunt. Poſt conſtitutiones enarratas ſequuntur propoſitiones de morborum decurſu generales, quae tertia ſectione in libris editis (p. 670. tom. I. Lind.) comprehenduntur. An hae tres conſtitutiones ſe inuicem, nulla alia intercurrente, exceperint, quod Grimmius ſuſpicatur (Hippokrates Werke I. Band. p. 449.), dubium, et ob aeſtiuas conſtitutiones omiſſas vix credibile eſt. Has ſequuntur morborum hiſtoriae XIV, quae ad conſtitutionem epidemicam tertiam pertinere videntur.

Tertio libro XII. aegrotantium hiſtoriae enarrantur. Has excipit conſtitutio epidemica peſtilens, in Thaſo, vt videtur (vid. Grimm. p. 486.) obſeruata. Sequuntur deinde aegrotantium hiſtoriae, ad praecedentem conſtitutionem, quod iam Galenus monuit (Comm. III. in III. Epid. Hippocr. p. 290. tom. IX. Chart.), vix referendae, XVI.

In vtroque hoc libro inſcriptiones ſectionum, *Galeno* iam monente, non ab Hippocrate profectae ſunt. Eodem *Galeno* monente, (Comment. II in III Epid. Hippocr. pag. 239. tom. IX. Chart.) etiam litterarum characteres, duodecim hiſtoriis morborum, quae in III. ἐπιδημιῶν primum proponuntur, non ab Hippocrate, ſed a Mnemone Pamphylo additi ſunt, et quidem ideo, vt eorum interpretatione ſe librumque ipſum Ptolemaeo Euergetae commendaret. Tertius hic ceterum liber naui aduectus et a Mnemone Pamphylo in ordinem digeſtus dicitur in bibliotheca Ptolemaei Euergetae fertur: τὸ ἐκ πλοίων κατὰ διορθωτὴν Μνήμονα Σιδίτην. vid. Gal. loco cit.

Vvv 2 Isque

Isque Mnemon eorum, quos his popularium morborum libris, in primis tertio, operam dediſſe conſtat, primus eſt. Ἀνεξάκτην libri ἐπιδημιῶν III. dictum fuiſſe, expreſſe memorat Galenus loco modo citato, atque, quod iam dixi, libellis XII. aegrotorum primis, quae in III. ἐπιδημιῶν leguntur, characteres addidiſſe. conf. de his characteribus et eorum interpretatione *Galenus* Comment. I. in III. Epid. Hippocr. p. 208. 221 et Comment. II. in III. Epid. p. 239. tom. IX. Chart. De iisdem characteribus *Zeno* librum peculiarem ſcripſit, contra quem *Apollonius* Empiricus ſcripſit. Zenone vero mox contradicente, *Apollonius* ὁ βιβλᾶς hhhh) reſcripſit (vid. *Galen.* II. Comm. in III. Epid. Hippocr. p. 244. tom. IX. Chart.). Eosdem characteres explicuere *Heraclius* Tarentinus et *Erythraeus*, notante eodem *Galeno* in II. Comment. in III. Epid. Hippocr. p. 240. tom. IX. Chart. [*Villoiſon.* prol. ad Homer. Iliad. p. XX ſq. qui multus eſt de his characteribus adpoſitis. *Harl.*]

Praeter dictos libros, qui ad nos non peruenerunt, ſequentes adhuc laudantur antiqui interpretes libri ἐπιδημιῶν I. et III. Hippocratis, qui vero omnes interierunt:

Zeuxidis Comment. I. in III. Epid. Hippocratis librum citat *Galenus* in Comment. II. in III. Epid. Hippocr. p. 239. tom. IX. Chart. hunc que interpretem, quem minus cautum in interpretando fuiſſe dicit, in III. Comment. in III. Epid. Hippocr. text. 70. p. 300. tom. IX. Chart. cuiusque commentarii ſuo iam tempore non amplius aeſtimati rareſcerent, ſaepiſſime nominat.

Sabinus commentariorum in I. et III. libr. Epid. auctor cum *Metrodoro*, diſcipulo, fuit, quem Galenus aliis locis taxat, (Comment. I. in III. Epid. Hippocr. text. 14. p. 222. et text. 4. p. 223. tom. IX. Chart.) aliis vero laudat, Zeuxidi ſaltem praefert (III. Comment. in III. Epid. Hippocr. text 76. p. 300. tom. IX. Chart.) et accuratiorem ſententiis Hippocratis fuiſſe perhibet. vid. Comment. III. in III. Epid. text. 4. p. 223. Locum ſatis prolixum ex his commentariis de urina oleoſa excerpſit *Galenus* in III. Comment. in III. Epid. p. 293. tom. IX. Chart.

Zeno Herophilius interpres librorum de morbis popularibus citatur a *Galeno* in Comm. II. in III. Epid. p. 238. 243.

Τὸ γεγραμμένον κατὰ τὸ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν a Philiſto memorat *Galenus* in Comm. I in Hippocr. I. prorrhet. text. 10. p. 707. tom. VIII. Chart. [adde *Villoiſon.* loco cit.]

Quinti Comment. in I. Epid. librum citantur a Galeno in I. Comment. in I. Epid. Hippocr. praefat. pag. 3. tom. IX. Chart.

Lycus Macedo, quem νόθον τῆς Ἱπποκράτους αἱρέσεως vocat Galenus, commentarios in III. epid. Hippocratis librum ſcripſit, quos *Galenus* in Comment. I in III. Epid. text. 4. p. 201. conf. III. Comment. in III. Epid. p. 287. tom. IX. Chart. expreſſe memorat.

Satyri et Phaeciani explicationes libri III. Epid. memorat *Galen.* in Comment. I. in III. Epid. Hippocr. pag. 228. tom. IX. Chart. et ſaepius.

Antiquae

hhhh) De hoc vid. *Reineſium* in Var. Lect. lib. III. cap. 4. pag. 412. *Harl.*

Antiquae editiones horum de morbis popularibus librorum, quae apud antiquos memo-
rantur, et omnes interierunt, hae ſunt:

Mnemonis Pamphyli librum III. epidem. Hippocratis, quem vendidiſſe Ptolemaeo fertur,
iam memorauimus.

Bacchii editionem libri III. epid. citat *Galenus* in Comment. II. in III. Epid. pag. 244.
tom. IX. Chart.

Artemidori Capitonis textum aliquoties memorat idem Galenus, eumque valde quidem
ulpat, attamen Dioſcoridis textui praefert. Exemplum corrupti per Capitonem textus libri
pid. III. dedit in Comment. II. in III. Epid. Hippocr. pag. 236. tom. IX. Chart.

Dioſcoridis textum Epidem. III. et neque hunc cum laude, memorat *Galenus* in III.
Comment. in III. Epid. Hippocr. p. 255. tom. IX. Chart.

Et noſtris quoque temporibus neque multi horum librorum codices ſcripti extant, ne-
que permultae editiones typis deſcriptae.

Codex MS. libri I. exſtat in biblioth. Medicea, quem Bandini (III, p. 46.) memorat,
libri III. ſcriptum exemplar exſtat in Biblioth. Diui Marci Veneta. Codicem epidemiorum
manuſcriptum in Anglia vnicum Baroccianum vir doctiſſimus, Ioannes Freindius in ſua epi-
demiorum editione adhibuit variasque ex eo lectiones notauit. Licet antiquus ſit, et cum
libris quibuscunque chartaceis vetuſtate contendat, in pluribus tamen locis mutilus eſt et vitio-
ſus, easdemque fere lectiones, quas in MS. a Foeſio memoratis aut in vulgatis editionibus,
repraeſentat. vid. Praefat. *Freindii* ad libr. Epid. I. et III. in oper. omn. edit. Pariſiis 1735. in 4.
p. 173. Cum commentariis Galeni libri I. et III. ἐπιδημιῶν ſcripti graece exſtant in Biblioth.
Reg. Pariſin. nr. 2174. Pars eiusdem commentarii cum textus parte exſtat in eadem Bibliothe-
ca, et quidem graece. nr. 2165. Aliud exemplar Graecum exſtat in Biblioth. Diui Marci Ve-
neta. Montfauc. I. p. 472. Arabicus codex exſtat et quidem textus atque commentariorum
Galeni in vtrumque librum trium in Scorialenſi Bibliotheca iiii) Arabice: Ketab alemraadh
aluakedat le Bocrath. Herbelot. p. 48. Alio titulo: abidima Arab. Herbelot. p. 10. Hip-
pocratis epidemiorum libri VII. interprete Leontio ad Leonem X. exſtant in Biblioth. Laurent.
Medicea plut. 73. *Montfauc.* I. p. 381.

De verſionibus librorum Hippocratis et aliorum medicorum veterum in Arabicam et re-
liquas orientales linguas tenendum generatim eſt, eas vix multum ad textum aut integriorem
reſtituendum, aut adeo ad ipſum Hippocratem melius intelligendum facere. Antiquiſſimae
a Syris, idiomate ſyriaco compoſitae, verſiones penitus interciderunt, titulis earum ſolum
ſuperſtitibus. Verſiones arabicae graecorum philoſophorum, aſtronomorum, mathemati-
corum et medicorum longe plurimae ſaeculo IX. *Almamone* kkkk) in primis auctore confectae
ſunt, et quidem non omnes e graeca lingua in hanc translatae, ſed vt plurimum e ſyriaca.
De verſione operum Hippocratis iuſſu *Abu Jafar Almanſoris* exeunte ſaeculo VIII. a Georgio,
filio

iiii) Caſiri catal. cod. MS. biblioth. Scorialenſ.
p. 250. Haller biblioth. med. pract. tom. I. p. 23.
qui horum codicum omnium mentionem fecit.

kkkk) Vid. *Salmaſii* praefat. ad arabicam tabu-
lae Cebetis verſionem et *Simon Ockley* praefat.
ad librum: The Conqveſt of Syria, Perſia and
Aegypt, by the Saracens. Londini, 1728. 8. *Fabr.*
not. insta. *Harl.*

ſilio Boctiechuae, Chriſtiano Neſtoriano e ſecta non certi ſumus, num e ſyriaca verſione, aut e graeco textu fuerit confecta. Poſtea *Honaini* [llll]), filii Iſaaci verſiones maximo opere aeſtimatae ſunt, quarum auctor ſub Califa Elmotewakelio (ab anno poſt Chriſtum 847 — 861.) floruit. Graeco textu vſus eſſe videtur *Honain* [mmmmm]), non ſyriaca verſione; Graeca enim apud Graecos, et arabicam linguam apud Arabes ipſos didicerat colueratque, hinc eius verſiones reliquis merito praeferuntur, etſi, quas ex his verſionibus, et generatim ex Arabicis et Hebraicis latinos fecerunt libri Hippocratis textui Graeco minus reſpondent. Haec omnia copioſe expoſuit *Renaudotus* in epiſtola ad Dacierium, quae in parte altera operum Hippocratis, gallice a Dacierio editorum, legitur. [*Caſiri* in bibliotheca arabico-hiſpana Eſcurialenſi tom. I. Matriti, 1760. fol. p. 238 ſqq. Renaudotum grauiter culpat et inſcitiae adcuſat, qui plura de rebus, ſiue ad linguae, ſiue ad hiſtoriae arabicae peritiam ſpectantibus vel inſcite confundat, vel audacter pronunciet contra communem eruditorum perſuaſionem, qui graecis et arabicis litteris non leuem operam impenderint; praecipue laudat *Caſiri* Honaini ſcientiam. Idem *Caſiri* p. 249 — 253. duo codices litteris cuphicis exaratos, ſiſe deſcribit, qui continent verſionem *Honaini Iſaaci filii* arabicam Epidemiorum cum Galeni commentariis pluribus, quam graece et latine hodie exſtant. *Prior* codex nr. DCCC. punctis diacriticis paſſim omiſſis, ſine anni nota ſcriptos continet *Galeni* commentarios I. II. et III. in primum librum Hippocratis Epidemiorum, tum eiusdem comment. I. II. III. IV. in ſecundum librum. Quintus Galeni Comm. in ſecundum librum arabice tantum exſtat. Hinc *Honainus* in prooemio commentarii quarti: „Galeni, ait, commentarium quintum in ſecundum Hippocratis librum in graeco textu non reperimus, etſi duo illius (arabica) exemplaria apud nos exſtiterunt." — Tum ſequuntur Comment. VI. in Hippocr. librum II. atque Comm. I. II. et III. in tertium libr. Hippocrat. — Codex poſterior nr. DCCCI. exaratus anno Egirae 707. an. Chr. 1210. ſine punctis diacriticis comprehendit *Galeni* Commentarios I — VIII. in ſextum librum Epidemiorum. Ad calcem huius codicis accedit *Honaini*, horum librorum interpretis animaduerſio, quam, quia *Caſiri* liber in paucorum erit manibus, hic repetam ex illius verſione: „Galenus ergo tres edidit commentarios in primum *Epidemicorum* librum, quos ſyriace *Iob*, Arabice *Abi Giaphar Mohamed Ben Muſa* tranſtulit: ſex vero illius commentarios in ſecundum Epidemiorum librum, quorum graecum exemplar penes me fuit, valde tamen mendoſum, interpolatum et confuſum, ad examen reuocatos, graece primum exſcripſi, deinde *ſyriace* verti: quos et arabice, poſtea *Abi Giaphar Mohamed Ben Muſa* conuertit. Praeter ea in eo exemplari ex Galeni commentariis vnus (i. e. quintus,) omnino deſiderabatur. Ceterum *Abi Giaphar* quam inchoauerat verſionem arabicam, ob caſum quemdam, qui illi librorum meorum cauſſa contigit, abſoluere non potuit. At in ſextum *Epidemiorum* librum octo ſcripſit Galenus commentarios, ab *Iob* ſyriace redditos, qui omnes in noſtris codicibus continentur. Iam vero Galenus praeter quatuor hosce libros non alios expoſuit, reiectis ceteris, videlicet libr. IV. V. et VII. quos nunquam commentatus eſt, et [illegible]

quam

llll) Vid. *Aſſemann.* tom. II. bibliotb. oriental. pag. 271 ſq. *Harl.*

mmmmm) Quod *Caſiri* loco mox citando p. 239 ſq. confidentius adfirmat, atque ex illius prologo, quem ſeptem Aphoriſmorum libris etc. praefixit, meminerit eius profeſſionem, ſe ea rel[illegible] in vertendis Graecorum ſcriptis ſe geſſiſſe, ut nihil [illegible] in textu mutare, nihil addere auſus ſit: ſe in [illegible] [illegible] exemplaria et viros doctos conſuluiſſe. *Harl.*

quam ſpurios ac ficto Hippocratis nomine editos habuit. Denique Galeni commentariis in ſecundum Epidemiorum librum in meis ſyriacis et arabicis verſionibus adieci quasdam in *Hippocratem* notas, quae ad oras codicis *de Miſſione* occurrunt. Has praeter me nemo, quod ſciam, tranſtulit. Alias edidit *Galenus* diſſertationes in laudatos Epidemiorum libros, quorum non niſi admodum pauca vidi folia, vbi Hippocratis ſententia et propoſitum demonſtratur." Hactenus *Honainus*. De *hebraicis* ſcriptorum quorundam Hippocratis verſionibus vid. *I. C. Wolfii* Biblioth. hebraic. p. 137 ſq. add. *I. Elichmanni* epiſtola de vſu arabicae linguae in medicina. Ienae, 1636. *Harl.*]

Editiones et Commentarii.

Ἱπποκράτους ἐπιδημιῶν τὸ πρῶτον καὶ τὸ τρίτον. *Hippocratis de morbis popularibus liber primus et tertius.* His accommodauit nouem de febribus commentarios *Iohannes Freind*, M. D. coll. Med. Londin. et Soc. Reg. Socius. Londini, 1717. in 4.* quae prima editio eſt. Repetita eſt Amſtelodami 1717. in 8. et ſaepius, vti in operib. omnib. quae curante Io. Wigan adiecta vita Freindii prodierunt Lond. 1733. in fol. Pariſ. 1735. in 4. Venet. 1733. in 4. Neap. 1730. in 4.

Codice MS. quem iam dixi, vſus eſt Barocciano. Textum correctiorem edidit, nimis tamen, monente *Trillero*, in epiſt. critic. timidus. Characteres, de quibus ſupra diximus, non recepit, hiſtoriarum quoque indicaturas reiecit. In commentariis notatur, Hippocratem methodorum, quibus febribus medemur, plurimum in epid. libris mentionem non feciſſe.

Dan. Wilh. Trilleri epiſtola medico-critica ad Io. Freind ſuper primo et tertio Hippocratis epidemicor. nuper ab ipſo editis. Rudolſtad. 1720. in 8.* et in opuſc. med. et med. philolog. vol. II. pag. 178.

Agitur de Hipp. edit. Cod. MS. ſtilo, dialecto cet. copioſe. Multa epid. loca emendantur, docetur que, Hippocratem pulſus notitiam habuiſſe, venam inſecuiſſe, ſudores mouiſſe, cet. ad febrium medelam.

Io. King epiſtola ad Io. Freind, in qua D. W. Triller epiſtolam crit. ſuper I. et III. epid. a viro ornatiſſ. editis, ad examen reuocauit. Cantabrig. 1722. 8.* Freindium tuetur contra Trillerum, non raro minus iuſte.

Henr. Cope demonſtratio medico-practica prognoſticorum Hippocratis, ea conferendo cum aegrotorum hiſtoriis in libro I. et III. epid. conſcriptis. Dublini, 1736. in 8. et Ienae, editore Baldingero, 1772. 8.*

Lindenium in textu Graeco ſequutus eſt. Conſtitutiones epidemicas praemiſit. Aegrotantium hiſtorias, demonſtrationum titulo, explicuit, ſingulisque hiſtoriis prognoſtica ex ſemioticis Hipp. ſcriptis attexuit, quae ad hiſtorias faciunt.

Verſiones ſine commentariis fere non prodierunt. Galeni commentarii *latine* editi ſunt, et quidem

Verſi ab *Hermanno Cruſerio*, cum lib. VI. et Galeni commentar. Pariſ. 1534. Maitt. Venet. 1538. 16.* Baſil. 1570. 8. cum Galeni comment. in VI. libr.

Libri

Lib. i Epid. Hippocr. I. III. et VI. cum Galeni in eos comment. Io Vaſſaeo interprete. Lugd. 1550. 12.* Pariſ. 1557. 12. Principium commentarii I. in libr. I Hipp. Epid. interprete Nic. Machello prodiit cum Galeni opuſc. aliquot et aliis Lugd. 1550. 8.*

Hier. Cardani comm. in Hipp. epid. aegrot. XXII. Rom. 1574. fol. Baſil. 1582. fol. in Oper. tom. X. p. 193. XII aegrorum Hippocratis examen H. Cardani. Rom. 1575. 8.

Io. Bapt. Montani in III. primi Epid. ſectionem explanationes a Val. Lublino collectae. Venet. 1554. 8.*

Franc. Valleſii comment. in Hipp. VII. libr. de morb. popularib. Madrit. 1577. fol. Florent. 1586 fol. Colon. 1588 fol.* Turin. 1589 8. Neap. 1621. fol. 1625. fol. 1631. fol. 1652. fol. Aureliani, 1654. fol. cum textu Hipp. ad Graecum exemplar recognito et repurgato et Scholiis S. Gaudei. Pariſ. 1663. fol. Catal. biblioth Bunau. tom. I. pag. 93. Pariſ. 1664. fol. Mere practici ſunt, et in omnes libr. epid. Optimum hos commentarios Valleſii librum dicit Guido Patinus, in epiſt. vol. I. epiſt. 46.

Hier. Mercurialis praelect. Piſanae in epidemicas Hippocratis hiſtorias. Venet. 1597. fol.* et cum comm. in progn. et prorrhet. et de victus ratione acut. per Marc. Cornacchinum. Fiſt. 1602. fol.* Mere practicus eſt commentarius in hiſtorias aegrotantium in epid. lib. I. et III.

Hippocr. de morb. popularib. Lutet. 1594. 4. Venet. 1621. 4.

Hippocr. epidemialium obſervationum pars prima quatuor contenta languentibus — Marci Zuccari. — Venet. 1621. 4.* De methodo et operibus genuinis Hipp. multa praefatus conſtituit epidemicas breuiter, quatuor vero aegros priores Epid. I. ſect. III. fuſiſſime enarrat.

Petr. Fr. Phrygii comm. in hiſt. epid. Hipp. in III. part. digeſt. Lugd. 1644. in 4. Hiſtoriae morborum in I. et III. epidem. libro quae graece et lat. leguntur, copioſiſſime illuſtrantur, et quidem practice.

Petr. Mich. de Heredia comm. in Hipp. de morb. popular. Lugd. 1655. fol. 1688. fol. et in Oper. tom. II. Lugd. 1665. fol.* Practici ſunt.

Steph. Roderici expoſitio in aliquot Hippocr. aegrotos. Venet. 1656. 8.*

G. F. Laurentii de notis Hippocratis in hiſtor. epidemiis repertis. Lubecae, 1666. 4.* De his, quae in Hipp. medendi methodo laudari poſſunt, fuſiſſime agit.

A comment on forty two hiſtories deſcribed by Hippocrates in the firſt and third book of his epidemics, cum aliis ad Danielem prophetam ſpectantibus, prodiit, auctore *Io. Freind.* Lond. 1726. 8.* [conf. Biblioth. angl. tom. XIV. pag. 246.]

Andr. Piquer in L. Hipp. epid. I. comm. exit. in altero tomo libri Las Obras de Hippocrate mas ſelectas con las obſervaciones practicas de los antiguos y modernos. Madrit. 1761. 4.* Eſt alter tomus. Primus 1757. editus, prognoſticon continet. Commentarii videntur mi ad practicam medicinam pertinent.

Lizzari in loca quaedam epidem. Hippocrat. Venet. 1763. 8.

Gallice. Les epidemiques d'Hippocrate traduits du Grec, avec des reflexions ſur les conſtitutions epidemiques, ſuivies de 42. hiſtoires, rapportées par cet ancien medecin, avec

commentaire de Galien, par Mr. Deſmars. Pariſ. 1768. 12. Quatuor conſtitutionum, quas Hippocr. in I. et III. epid. detexit, quamuis quatuor ad minimum annorum eſſe. Hiſtorias aegrotorum ad conſtitutiones non referri debere.

Les oracles de Cos, par Mr. *Aubry*. Pariſ. 1776. 8.* Pariſ. 1781.* germ. Lipſ. 1787. * Vere ad Coaci modum aegrotantium ſymptomata exitusque morborum ex aliis ſemioticis Hippocr. operibus demonſtrat. Galenum ſaepe taxat. De therapia Hippocr. multa addit, quae huc non pertinent. Vid. quoque diarium Gallicum: Journal de médecine par Mr. *Roux* tom. XLVI. pag. 99.

Obſervations ſur les maladies epidemiques, ouvrage redigé d'apres le tableau des epidemiques d'Hippocrate, par Mr. Lepecq de la Cloture. Pariſ. 1776. 8.* germ. Lipſ. 1785. 8.* Exemplo libror. epid. Hippocr. oſtenditur, quomodo morbi obſeruandi ſint.

Petri a Castro Imber aureus ex libris epidem. Hippocratis. Veron. 1652. 12.* Vlm. 1661. 12.* Epitome librorum, et quidem omnium epidemicorum eſt.

Georg. Baglivi Nucleus libror. Hippocr. epid. per aph. digeſtus. Frft. et Lipſ. 1708. 12. *Kunz.*

XIX. *Prognoſticon.*

Hunc principem ex ſemioticis Hippocratis librum, omnes pro genuino habuerunt, neque ulli characterum, quibus genuini libri Hippocratis cognoſcuntur, vllus deeſt. Quod etiam *Thomas Tiraqueus* iam notauit in praef in Hippocr. prognoſt. graeca. Baſil. 1536. 8. Praeter Erotianum atque Galenum (vid. praeter loca iam enarrata Comment. III. in III. Epid. Hipp. text. [illegible] tom. IX. pag. [illegible] 8. Chart.) memorarunt hunc librum *Caelius Aurelianus* (chronicor. morbor. lib. IV. cap. 8. pag. 536. edit. Almeloveen. Amſt. 1722. 4.), *Aetius* (tetr. II. ſerm. I. cap. 1. pag. 100. Col.. Steph.), *Macrobius* (I. Saturnal. [illegible]) aliique, quos *Grunerus* citauit, (cenſ. oper. Hipp. pag. 5[illegible].) Satis bono ordine, et quidem a conſummato medico, adeoque tum poſt libros ἐπιδημιῶν conſcriptus, praeſagia in morbis aphoriſtica dictione continet, quae in omni regione vera ab ipſo Hippocrate (§. 27. prognoſt. p. 471. tom. I. Lind.) pronuntur.

Inſcriptio in membranis ſcriptis aliquantulum variat. Quaedam Ἱπποκράτους προγνωστικά, quaedam προγνωστικὸν habent. (Foeſ. not. in Hipp. praenot. p. 28. ſect. II.) Textus integer et parum corruptus, quem Galenus iam habebat, ad nos peruenit. Mutatum eſſe in nonnullis locis ab Artemidoro et Dioſcoride, Galenus narrat et per exempla quaedam (Comm. I. in Hipp. prognoſt. text. 11. pag 559. tom. VIII. Chart. text. 17. pag. 603. text. 26. 610. et ſaepius) probat. Sed hi textus non ad nos peruenere.

Codices MSS. *Hallerus* (biblioth. med. pract. vol. I. p. 34. 35.) probe enumerauit. Liber ſaepiſſime, et raro ſolus, vtplurimum cum prorrhet. lib. I. et II. et aphoriſm. ſcriptus vtrinsque inuenitur.

Fallax ſcriptus in biblioth. Laurent. Medicea plut. 74. nr. XI. Montfauc. I. p. 385. plut. [illegible] nr. III. p. 3[illegible]7. nr. X. p. 388. in biblioth. Reg. Angliae, Cat. MS. Reg. Angl. Lond. 1734. [illegible] pag. 252. in biblioth. Vindobonenſ. Lamber. et de Neſſel cat. MS. graec. bibliotb. Vindob. [illegible] III. nr. XIX. p. 32. cum aphoriſmis in bibl. Laudiana cod. Brit. nr. MXIII. MCCLVII.

MCCCLV.

MCCCLV. in eccleſ. Wigorn̄ienſi nr. DCCLX. in coll. Mertonienſi nr. DCLXXXVII. DCLXXXVIII. DCLXXXIX et hic quidem cum *Galeni* commentar. Cum iisdem in bibl. Cantabrig. nr. MMCCCXXIX. in bibl. Cai Gonvil. cum eod. nr. DCCCCLIV. cum aphoriſm. et Gal. comment. lat. nr. MCXXXIV. cum iisdem in aula Pembrokiana nr. MMLV. Sine iis in Bodleiana nr. MMDCCLIII. in bibl. colleg. Trinit. Dublinenſ. nr. DII. in domo S. Petri Cantabrigiae nr. MDCCCLXVI. in bibl. Aſhmolean. MMMMMMMDCCLI. in bibl. cathed. Metenſ. cum antiqua translatione et commento. nr. CCXXVI. Montfauc. II. p. 1380. in bibl. Reg. Pariſin. nr. MDCCCLXXXIV. MMCXL. duodecimo ſaeculo exaratus, atque, teſte *Boſquillon*, optimus. MMCXLI. cum gloſſis interlinearibus *Boſquillon*. MMCXLII. cum var. lectionibus, noua manu additis. MMCXLIII. MMCXLIV. MMDXLV. gr. cum comm. Galeni. Sic nr. MMCLXVIII. MMCXLVI. MMCCXIX. MMCCXXIX. MMCCLIV. a *Boſquillono* pro valde bono habitus, immo inter optimos relatus (in praef. ad Aph. Hipp. et progn. p. 22.) manu Demetrii Pepagomeni. MMCCLXIX. MMCCLXVI. MMDCCCXXVIII. quo vſus eſt *Boſquillon* (in praefat. ad Hippocr. Aph. et prognoſt. pag. 18.) cum Galeni commentariis. MMMCLXX.

Latini Codices exſtant in Biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMDCCCXLVIII. nr. MMMMMMMDCCCLXXI. nr. MMMMMMMMDCCCLXX. nr. MMMMMMMDCCCLX. nr. MMMMMMMDCCCLIX. nr. MMMMMMMDCCCLXVIII. nr. MMMMMMMMXXIX. MMMMMMMMXXX. MMMMMMMMCII. MMMMMMMMXCIX. MMMMMMMMCXXIV. MMMMMMMDCCCXLVI. MMMMMMMDCCCLX. In biblioth. Scorialenſi (Büſching. Magazin tom. V.) — In biblioth. S. Ebrulphi Vticenſ. nr. CXXXI. Montfauc. II. pag. 1272. Benigniana, Montfaucon. In biblioth. Regin. Sueciae Vatic. nr. CCCXCVII. Montfaucon. I. pag. 23. In biblioth. Laurent. Medic. plut. 73. Montfauc. I. pag. 383. cum comm. Galeni in biblioth. Reg. Suec. Vatic. Montfauc. I. pag. 23. In biblioth. monaſter. Caſinenſ. nr. XCVII. Montfauc. I. p. 222. Gr. et lat. in biblioth. Reg. Angl. *Caſtley*. Hipp. prognoſticon de valetudine humana exſtat lat. in bibl. Caeſ. Vindob. Montfauc. I. p. 555. Hipp. praeſagia vitae et mortis exſt. lat. in bibl. Bodleian. Montfauc. I. p. 646. Latine quoque exſtabant prognoſtica Hippocratis in bibl. Gunziana p. 470.

Arabice in Scorialenſi bibliotheca Caſiri, nr. DCCCLII. pag. 290. tom. II. vertente *Honain* fil. Iſaaci, de quo poſtea, et in bibl. Reg. Pariſin. nr. MXL. Sect. I. in bibl. Cai Gonvil. nr. DCCCCXLVIII. et in bibl. Merton. nr. DCCXII. Aliqua ex Hipp. prognoſt. in bibl. Taurin. I. p. 219. Scholia in praenotiones Hippocratis excerpta ab ore Stephani philoſophi exſtant in biblioth. Laurent. Medic. plut. 59. Montfauc. I. pag. 356.

Galeni comm. in prognoſt. exſtat graece, in bibl. Vindobonenſ. de Neſſel. catal. MS graec. bibl. Vindob. nr. XLIV. part. III. pag. 50. Arab. in bibl. Bodleian. nr. CCCCXXXIX. Montfauc. I. p. 649. Anonymi, vt puto, commentarius in praenotiones Hippocratis exſtat in bibl. Lugd. Bat. arabice. Vid. catal. libror. bibl. Lugd. Bat. pag. 298.

Editiones graecae.

Ἱπποκράτους κώου προγνωστικῶν βιβλία γ. τοῦ αὐτοῦ περὶ φύσεως ἀνθρώπου. τοῦ αὐτοῦ ὅρκος. Acceſſit his *Albani Torini* in Hippocratis prognoſtica praefatio. Baſil. per Henr. Petr. 1536. 8.*

Pariſ. 1575. 12.

Grae

Graeco - latinae.

Hippocratis aphoriſmi digeſti in ordinem ſecundum locos congruentium ſermonum materiarum. cum breui expoſit. ex *Galeni* Comment. Eiusd. Hipp. praenotionum libri III. cum explanat. ex eodem fonte. Lugd. 1555. 12.* *Io. Butinus* interpres eſt, praefatione docente. Altera editio Lugd. 1580. 12.* Butini nomen in titulo gerit et textum ſimul graecum exhibet. Aureliopoli, 1625. 4.*

Interprete *Laurentio Laurentiano.* Pariſ. 1543. 8. — Pariſ. 1557 8. — Pariſ. 1631. 12.

Ἱπποκράτους ἀφορισμῶν βιβλ. ζ. προγνωστικά. κωακαὶ προγνώσεις. προρρητικῶν βιβλ. β. περὶ ἐνυπνίων. ὅρκος. *Hippocratis* aphoriſmorum libri VII, prognoſtica, Coacae praenotiones, prorrheticorum libri II. de inſomniis, iusiurandum. Pariſ. apud Morelium, 1557. 12.* cum excerpto ex libr. Iac. Syluii de ordine et ordinis ratione in legendis Hipp. et Galen. libris. — (An haec interprete Laur. Laurent. edit.?)

Ἱπποκράτους κῴου ἰατροῦ παλαιοτάτου προγνωστικά. Diui Hippocratis prognoſticων latina ecphraſis ex mente Galeni. Auctore *P. Blondello Calexio*, medico Regio. Lutet. apud Rob. Stephan. 1575. 4.*

Hippocratis Coi iusiurandum, aphoriſmor. ſect. VIII. prognoſtica, prorrheticor. libr. II. Coaca praeſagia. Graecus et lat. contextus accurate renouatus — cura *Ioannis Opſopoei.* Francof. 1587. 12.*

Optimam fere inter omnes prognoſtico aliisque in titulo dictis libris Hipp. operam dedit Opſopoeus. Textum integriorem, non raro cum temeritate quadam, edidit Cod. adiutus MS. a Mauricio Cordaeo ipſi ſuppeditato, Galeni commentariis et Baſileenſi operum editione Graeca. Notas addidit a p. 527. ad 751. fuſiſſimas doctiſſimasque, in quibus textus permultis locis corrigitur atque illuſtratur.

Hippocratis Coi prolegomena et prognoſticor. libri III. cum paraphraſtica verſione et comm. *Io. Heurnii.* Lugd. Batau. 1597. 4. 1603. 4.* Et in operib. omnib. Lugd. Bat. 1609. 4.* Prognoſticon in tres libros diuiſum.

Hippocratis Coi aphoriſmi gr. et lat. vna cum prognoſticis, prorrheticis, Coacis et aliis decem eiusd. opuſculis. Pleraque ex interpretat. *Io. Heurnii.* Lugd. Bat. 1607. 12.*

Vates medicus Hippocraticus, ſ. Hippocratis Coi prognoſticorum liber comment. et notis illuſtratus. In lucem emiſſus a *Barthol. Horn.* Stralelundi, 1645. 8.* Textus graecus eſt c. verſ. lat. et comm. practico.

Magni Hippocratis Coi opuſcula aphoriſtica ſemiotico-therapeutica VIII. vna cum iure iurando gr. et lat. Baſil. 1748. 8.* N. 2. prognoſticon continet, in ſectiones diuiſum, ſecundum Foeſii textum.

Graece, Lat. et Hiſpanice, auctore Andr. Picquer. Madrit. 1757. 4. in libro: Las Obras de Hippocrate mas ſelectas con las obſervaciones practicas de los antiquos y modernos. * Tomo I. Notae ſimul additae ſunt fuſiſſimae, argumenti medico-practici.

Ἱπποκράτους ἀφορισμοὶ καὶ προγνωστικόν. Hippocratis aphoriſmi et praenotionum liber. Recenſuit notasque addidit Franciſc. Maria Boſquillon. Pariſ. 1787. 12. * Vol. I. et II. quorum alterum aphoriſmorum verſionem antiquam et notas in aphoriſm. et librum praenotionum

tionum

tionum continet. Aphoriſmos ſuo loco dicemus. Prognoſticon fere ſecundum Foeſii textum editum eſt, quaedam tamen lectionum varietates ex probatiſſimis codd. Reg. Pariſin. in textum receptae ſunt. Alias lectionum varietates in notis addidit, in quibus quoque loci quidam ex pathologia graeca manuſcripta, ſed non ab editore deſcripta, occurrunt. Timidus fuit Boſquillon in textu corrigendo, et quidem, ne arrideret minus doctis editio, a vulgatis multum diſcrepans. (praefat. pag. 18.)

Latinae.

In notiſſima collectione, *articella*, ſiue *artiſſella*, ſaepius edita, fere primum, ex Arabico, vt videtur, verſus, prodiit. — Aphoriſmi Io. Damaſceni et Raſis cum prognoſticis Hippocratis. Bonon. cura *Platonis de Benedictis*. ſ. a. in 4. Verſio eſt ex Arabico.

Hippocratis Coi praeſagiorum libri tres. Eiusdem de ratione victus in morbis acutis libri IV. Interprete *Gulielmo Copo*, Baſileienſi. in 4. ſine loco et anno.* Praefationem dedit *Copus* Lutetiae. X. Cal. April. 1511. Repetita eſt haec editio, ſed prognoſticorum tantum, Baſil. 1543. 8.* Lugd. 1525. 12. 1552. 12.* Additae ſunt huic editioni annotationes in quosdam locos commentariorum ſuper prognoſtica Hippocratis ex Cod. MS. quae in primis editionibus deſiderantur. — Cum praefat. *Fr. Lenii*, Vicent. 1611. 16. — Cum aphoriſmis *Nic. Leoniceno* interpr. prognoſtica prodierunt lat. *Guil. Copo* interprete. Pariſ. ex offic. Colinaei. 1524. 12.* Reliquas editt. vide ſub aphoriſmis.

Latine apud Henr. Stephanum. 1512. Cum praefat. *Io. Iac. de Sabiis*. Bonon. 1526. 4.

Hippocratis et Galeni libri aliquot ex recognit. *Franciſc. Rabelaeſi*. — Lugd. 1532. 12.* 1543. 12.* 1545. 8. — Aphoriſmos continet, prognoſticon, in tres libros diuiſum, et quidem *Guil. Copo* interprete, libr. de diaet. acut. et de natura humana. Galeni art. medicinalem, et aph. Hipp. graece, ex cod. fide, de quibus infra. — Venet. 1547. 12. — 1620. 12. — *Cph. a Vega verſio*. Salamant. 1552. 8. — cura *Obſopoei*. Francof. 1587. 16. — Studio *Thomae Mouffet*. Francof. 1588. 8.

Aphoriſmorum Hipp. ſectiones VII. — *P. Franc. Oglerio* authore. Venet. 1620. 12.* hic Ogglerius auctor audit, et prognoſticon peculiarem titulum habet. — Iterum cum aphoriſmis, *Guil. Copo* interprete, Venet. 1674. 12.* Iterum Vienn. 1726. 12.* Prognoſticon ex *Copi* interpretat. legitur a pag. 99.

Hippocratis aphoriſmor. ſectiones VII. *Nic. Leoniceno* interprete. Acc. octaua ex *Ant. Muſae Braſſauoli* commentariis, item prognoſticorum libri III. Patauii, 1638. 12.* Prognoſticis, qui titulum peculiarem habent, annus 1637. ſubſcriptus eſt. — Venet. 1647. 12.*

Hippocratis aphoriſmi et prognoſtica cum recognit. et notis *Andr. Paſtae*. Bergomi, 1750. 4. 1762. 12. — Prognoſtica etiam prodierunt lat. Amſt. 1755. 12.

Gallicae.

Le livre des preſaiges traduit par *Pierre Verney*, à Lyon, 1542. 8. 1552. 8. Haller bibl. med. pract. I. pag. 36. 39.

Du prognoſtic dans les maladies aigues par *Ch. le Roy*. Montpellier, 1776. 8. 1784. 8.* Prodiit et germ. Lipſ. Excerpta ex prognoſtico continet, et ex aliis ſcriptoribus Hipp. ...

Germanicae.

Germanicae.

In *Io. Iac. Beccheri* Parnaſſus medicus illuſtratus, Ein neues Thier- Kräuter- und Berg-buch, ſampt der Salerniſchen Schul- und den praeſagiis vitae et mortis Hippocratis Coi. Vim. 1663. fol.* Parte quarta, poſt Salernitanae ſcholae praecepta, prognoſticum legitur ex latina Copi verſione in vernaculam translatum.

Anglicae.

The booke of the preſages of deuyne Hippocrates deuyded into three partes. Alſo the proteſtation which Hippocrates cauſed his ſchollers to make. The whole newly collected and translated by Peter Low, Arrelian Doctor in the faculty of Chirurgerie in Paris at London, 1597. 8.* Prodiit cum eiusdem The whole courſe of Chirurgerie. Lond. 1597. 8.*

The prognoſtics and prorrhetics of Hippocrates translated from the original Greek with large annotations critical and explanatory, to which is prefixed a ſhort account of the Life of Hippocrates, by *Iohn Moffat.* Lond. 1788. 8.* Vita eſt ex Sorano. Notae Foeſii ſunt.

Commentarii.

Herophili librum, quem ad Hippocratis prognoſticum ſcripſit, citat *Caelius Aurelianus* IV. chron. cap. 8. p. 536. ed. cit. — Excerpta ex Galeni commentariis in prognoſt. proſtant gr. in bibl. Laurent. Medicea plut. 74. nr. XXXI. Montfauc. I. p. 387.

Galeni commentarii III. in prognoſt. Hippocratis exſtant graece ſcripti in bibl. Reg. Pariſin. nr. MMCLXVIII. MMCCLXVI. MMCCLVII. tum in bibl. D. Marci et in bibl. Medicea plut. 74. cum aphoriſm. Montfauc. I. p. 385. et apud Bandinum III. p. 94. Latine in bibl. Regin. Sueciae Vaticana nr. CCCXCVI. Montfauc. I. pag. 23. et nr. DCCCCLXXIV. p. 34. in biblioth. Cai. Gonuil. nr. DCCCCLIV. in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMDCCCLX. — Commentum Galeni ſuper prognoſtica Hippocratis et eiusdem aphoriſmos, translatum a *Gerardo* Cremonenſi exſtat in bibl. cathed. Metenſ. nr. CCXXIX. Montfauc. II. p. 1386.

Prodierunt Pariſ. 1526. fol. 1527. fol. interprete *Vaſſaeo*, 1535. fol. — Cum comm. *Galeni* et adnotat. *Cph. de Vega.* Lugd. 1551. 8. Gunz. Ad prognoſticon *latina* paraphraſis ad mentem *Galeni. P. Blondelli*, Calexii Iuliodorenſis. Lutet. 1575. 4.* *Claudii Galeni* in Hippocratis Coi prognoſticum commentarius in tres libros diuiſus, interprete Io. Gorraeo. Lugd. 1552. 12.* — Ex verſ. Henr. Blacvodei. Pariſ. 1625.

Commentarios *Arabicos* ſcripſit *Mohadeb Eddini Abdelrehim.* Eſt in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMCII.

Gloſſae ſuper prognoſt. Caſhley. pag. 206. in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMCII. Gloſſulae Gerardi Carmonenſ. in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMDCCCLIX. Anonymi comment. exſtat in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMDCCCLXX. alius in bibl. Bern. alius in bibl. Cathedr. Met. *Montfauc.* Marſilius (de Sancta Sophia) in Hipp. prognoſtica exſtat in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMMMDCCCLX. Montfauc. II. pag. 456.

Thaddaei expoſit. in diuinum librum prognoſticorum. Venet. 1527. fol.* cum Galeni commentar.

Henr. a Cuellar Comm. in Hipp. prognoſticon. Coimbr. 1543. 1582.

Bened. Victorii comm. in prognoſtica. Florent. 1551. fol.* Interpretatio eſt medici practici vſui inſeruiens, laudata a *Boſquillon* in not. ad III. ſect. praenot. pag. 183.

Io. Brauo commentarii. Salamantic. 1553. 8.

Hier. Cardani commentarii. Baſil. 1562. fol. Et in Oper. tom. VIII. pag. 581.

Io. Molpoei tabulae, quae libros III. de prognoſticis complectuntur. Pariſ. 1567. 4.

Petr. Blondel latina ecphraſis praenot. Pariſ. 1575. 4.

Andr. Eglinger poetica paraphraſis. Francof. 1579. 8.

Franc. Valleſii in I. praenot. comm. III. Colon. 1589. fol. *Gunz.* Pariſ. 1664. fol.

Antonii Lopi breues adnotationes in praenot. librum. Madrit. 1596. 4.

Hieronymi Mercurialis in Piſanis praelect. ſupra citatis, et in comm. in prognoſt. Francof. 1602. fol.* — *Rod. a Fonſeca* comment. Patau. 1597. 4.* — *Iac. Lauellii* comm. in lib. I. prognoſt. Hipp. Venet. 1602. 4.* Cum *Lauellii* libro de pulſibus. ibid. eod.* Cum eodem. Venetiis, 1609. 8.* — *Iac. Ant. Phrygii* commentarii. Ticini, 1608. 8.

Eph. Hedeneccii μνημονευτικὸν VII. Hipp. aph. ſectionum prognoſticorum libri Hipp. ſynopſis breuiſſima. Baſil. 1585. 4.*

Car. Valleſii de Bourgdieu aphoriſmi prognoſtici in febrib. acutis, commentariis illuſtrati. Rom. 1659. fol. *Gunz.*

Honorati Bicaiſſe ſynaxis praenotionum. Aquis Sextiis, 1635. 12.* Edit. vid. ſub aphoriſmis.

Car. Sponii Sibylla medica, Hipp. libellum prognoſticon heroico carmine latine exprimens. Ad illuſtr. virum Guidonem Patinum. Lugd. 1661. 4.* 1666. 4.

Scripta, praenotionum loca quaedam illuſtrantia:

Melch. Sebitz diſſ. de Θείῳ ſiue diuino Hippocratis. Arg. 1643.

Io. Vorſt περὶ τῦ Θείȣ, ſ. de diuino in morbis, quod obſeruare in prognoſticis Hippocrates medicum iuſſit. Leid. 1654. 4.

Car. Phil. Geſner diſſ. de diuino Hippocratis. Gott. 1739. 4.* et in G. G. Richteri opuſc. medic. vol. I. p. 42.* In locum praenot. §. 1. pag. 448. tom. I. Lind.

Chr. Lange de facie Hippocratica. Lipſ. 1651. 4. Ienae, edente *Grunero*, 1784. 8.* et in Schlegelii theſaur. ſemiot. patholog. Stendal. 1786. 8. vol. I.*

Ad praenotiones quoque pertinent *Io. Iacobi de Sauiis* in praeſagiorum diuini Hippocratis libros deque ordine librorum eiusdem Hipp. praefatio. Bonon. 1520. 4.*

XX. Προῤῥητικόν. *Liber II. et I.*

Ordinis gratia vtrumque hunc librum hic enarro. Vtrumque enim, quem Galenus etiam (in gloſſar. Hipp. ſ. v. ἀμβλυτμὸν) maiorem praedictiuum, et ſ. v. βδάλλω ſecundum dixit, ante *Hallerum*, qui primus alterum praeſagiorum librum operibus Hippocratis genui-

nis

nis accenſuit (art. medic. princip. tom. I. pag. 193.) quemque ſequuti ſunt *Grunerus* (cenſur. libr. Hippocr. p. 57.) et *Grimmius* (Hippokrates Werke Band I. p. 168. et in annot. ad hunc libr. Band II. p. 496.) nemo eorum, qui Hippocratis libros diiudicarunt, genuinis accenſuit. *Erotianus* (expoſ. voc. Hipp. p. 22. edit. Franz.) vtrumque non Hippocratis eſſe expreſſe dicit. Poſſunt tamen et verba eius: προῤῥητικὸν α΄ καὶ β΄ ὡς οὐκ ἔςιν Ἱπποκράτους, ἐν ἄλλοις δείξομεν, ita quoque intelligi, vt poſteriorem duntaxat Hippocratis eſſe neget. Eosdem hos libros genuinos non eſſe, ſed a quibusdam Draconi, Hippocratis filio, a quibusdam Theſſalo adſcribi, Galenus, et non vno quidem loco (Comm. in I. praedict. II. text. 52. pag. 736. tom. VIII. et Comm. in I. praedict. I. text. 4. p. 699. text. 15 p. 711. tom. VIII. Chart.) adſerit. Et quidem hos libros conflatos eſſe putat, multis tamen falſis interſperſis, ex prognoſtico, aphoriſmis et epidemiorum libris. (Comm. I. in III. Hippocr. epid. text. 29. p. 227. 228. tom. IX. Chart.) Hunc tamen librum (ſeu potius hos libros) praedictiuum, quem προῤῥητικὸν adpellauit Hippocrates, *Caelius Aurelianus* (acutor. morbor. libr. I. cap. 12. pag. 39. et libr. III. acutor. cap. 15. p. 227.) ceu vere Hippocraticum citat.

Libros hos habet aut pro talibus, in quibus aut germanis ſpuria intermiſta ſint plurima, aut pro libris a poſteris Hippocratis diſcipulisue editis et tempore Ptolemaeorum ſub Hippocratis titulo venditis, *Hieronymus Mercurialis*, (cenſur. oper. Hippocr. pag. 27. edit. cit.) quorum tamen auctores plurima vera ab aphoriſmis, prognoſtico et epidemicis mutua[illegible] *Lemoſius* in iudicio ſuo de his libris plane Galenum ſequitur. (iudic. oper. magni H[illegible] cap. IX. fol. 34.) *Foeſius* primum alterumque librum ad Hippocratem refert, [illegible] Hippocratis maieſtatem, verbis, ſententiis, ſtilo, breuitate, teſtetur, hunc, quod *Celſus* [illegible] plurimas ex eo ſententias latinas fecerit. (praefat. ad praedict. lib. I. Oper. ſect. II. p. 43. 44.) Auctorem tamen vtriusque libri eumdem eſſe non poſſe, expreſſe dicit.

Primum librum etſi Foeſius cum Galeno etiam Draconi, vel Theſſalo adſcribi poſſe, non tamen alienum ab Hippocrate eſſe putat; pro vere Hippocrateo habere multa vetant. Multa in eo obſcura eſſe, minus firma omnia, diſſimilis generis ſymptomata coaceruata, librumque adeo ipſum compoſitum eſſe quidem a medico, verum arte et ſcientia Hippocrate longe inferiore, iam Galenus notauit, qui tamen hunc librum peculiari commentario inſtruxit. (II. Comm. in I. prorrhet. Hippocr. text. 36. pag. 724. tom. VIII. et II. Comm. in eumd. libr. text. 52. p. 736. tom. VIII. Chart.) Et quidem varia, quae in ipſo libro leguntur, probant, eum aut compoſitum eſſe ab Hippocrate, verum plurimum exercitationis in obſeruationum arte nondum habente, aut ab alio medico. Ipſe adeo Grimmius (Hippokr. Werke II. Band p. 568.) putat, hunc librum ad hos pertinuiſſe, quibus in Aeſculapii Coi templo aſſeruatis Hippocrates vſus fuerat. Etenim generaliter in plerisque aut in omnibus aegrotantibus vera praeſagia, quae in aliis libris Hippocrates propoſuit, quorumque initia, vt ſupra iam diximus, in ipſis I. et III. ἐπιδημιῶν libris dedit, in hoc libro non leguntur, ſed particulariter vera, et in quibusdam tantum aegris euenientia. Quod ipſe auctor ſenſiſſe videtur, qui nomina aegrorum, in quibus, quae ſcripſit, eueniſſe vidit, Thraſynontis, Archecratis, Dyſodis, Hermippi, Didymarchi Coi, Aſpaſii filii, Thraſynontis conſobrinae, Dorcadis, quae nomina non libro conueniunt ſemiotico, in aliorum vſum ſcripto, ſed potius ὑπομνήματι, quo ſe ipſum auctor monere voluit, quod et Galenus notauit Comm. I. in I. prorrhet. text. 8. p. 706. tom. VIII. Chart., adpoſuit, et non raro ex particulariter veris phae-

nomenis

nomenis concludens generalia propoſuit. Eaque saepiſſime, quod Hippocrates, ſi vnquam, rariſſime ſolebat, dubitanter et per quaeſtiones propoſuit, ita, vt facile legenti hunc librum pateat, eum ex aduerſariis, in quibus morborum obſeruationes atque mutationes coniectae (forſan ab ipſo Hippocrate) erant, a medico, qui plurimos morbos nondum obſeruauerat, eſſe compoſitum.

Prorrheticorum librum II. genuinis adſcribere magis licet, etſi antiquorum, quorum auctoritas in his rebus ſumma eſt, Celſo, qui tamen librum ipſum non memorauit, ſed loca tantum non pauca ex eo latina fecit, et Caelio Aureliano exceptis, teſtimonia de germana eius origine deſunt, ipſeque auctor in hoc libro etiam de praedictionibus ab aliis acceptis (§. 10. pag. 405. tom. I. Lind.) dicit, quod Hippocrates vix feciſſet. Sed ſtilus breuiſſimum et purum Hippocratis dictionem, notante quoque Io. Obſopoeo in praefat. ad Hippocr. iusiurand. aphoriſm. prognoſt. prorrhet. et Coac. Francof. 1587. 12. pag. 28. redolet: ordo, quo liber conſcriptus eſt, bonus eſt, ita, vt primum praeſagiorum verorum ſumendorum ratio tradatur, deinde vtilia praeſagia ſecundum morborum ordines enarrentur. Plurima, quae in ipſo libro enarrantur, vera, praeclara atque Hippocrate non indigna ſunt, quae etiam Corn. Celſus magna ex parte latina facta libro ſuo de re medica inſeruit, vſu tamen etiam quaedam falſa eſſe, comprobante, ita, vt hic ſecundus liber inter eos referri debeat, qui Hippocratem quidem non dedeceant, quos vero ab eo ipſo eſſe conſcriptos ſaltim non extra omnem dubitationem poſitum ſit.

In Codicibus MSS. coniunctos eſſe libros *praedictionum* cum libro *prognoſticorum*, quoties plurali numero praenotiones dicuntur, *Hallerus* (biblioth. med. pract. tom. I. pag. 38.) autumat. Indeque codices non pauci, quos prognoſtici titulo enarrauimus, forſan et τὸ προῤῥητικὸν continent.

Sub *praedictionum* hoc titulo exſtant Codices MSS. in biblioth. Reg. Pariſin. nr. MMCXL. qui praedictionum lib. IV. inſcribitur, MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIII. MMCCLIV. MMCCLXIX. MMDXLV. cum gloſſis. MMXXX. MMCCLXVI. et in bibl. Medic. plut. XXV. pag. 45. 142. Liber III. et IV. prognoſticorum exſtat in bibl. Sorial. teſte Büſching Magaz. tom. V. Libri III. prognoſticorum poſteriores in biblioth. D. Marci.

Arabice Caſiri nr. DCCCLII. bibl. Reg. tom. II. p. 290. Pariſ. nr. MMCCLXIX.

Commentarios nonnullos, et quidem non valde bonos, in libr. prorrhet. exſtitiſſe, quorum auctores librum vtplurimum ipſum non intellexerint, *Galenus* memorat in Comm. I in Hippocr. I. prorrhet. text. 15. pag. 710. tom. VIII. Chart. Hos vero non citat. *Zeuxidis*, (qui omnes libros Hippocratis interpretatus eſt.) tantum in prorrheticorum librum commentarios, et *Rufi Epheſii* in eundem librum enarrationes citat in comment. II. in I. prorrhet. text. 18. pag. 7... tom. VIII. Chart. Ipſe *Galenus* primum prorrheticorum librum amplis ſuis commentariis explicuit, cum *Galeni* operibus, et ſeorſum editis, quas e ſilentio nos enarrabimus. Exſtat codex latinus *Galeni* comm. in praedict. in bibl. Regin. Suec. Vatican. nr. DCCCCXLVII. Montfaucon. I. pag. 34.

Editionum huius libri iiſdem premitur difficultatibus, quibus codicum, et bibliographi frequentiſſime errarunt in his libris enarrandis. Permultae enim, quod ex ſupra citatis patet,

prognoſtici editiones proſtant titulo: *Prognoſticorum libri III.* doctique viri, qui has editiones non viderunt. facile in errorem inducti ſunt, quo crederent, librum I. ſignificare prognoſticon, librum vero II. et III. prorrheticorum libros I. et II. Sed prognoſtici ſectiones, in quibus a Galeno diuiſum eſt, III. totidem libros dixerunt editores indeque errorum ſcopuli nati ſunt, quos *Hallerus* (bibl. med. pract. vol. I. p. 34 — 39.) non ſatis accurate vitauit; fere omnia enim, quae p. 38. et 39. de prorrheticorum editionibus protulit, falſa ſunt. Quum plurimas editiones coram habeam, diligenter indicabo, quid in ſingulis contineatur.

Graece et lat. Prorrhet. prodierunt Pariſ. apud Morelium. 1557. 12.* cum aphoriſm. prognoſt. caet. Titulum in prognoſticis accurate dedi.

Gr. et lat. cura Io. Opſopoei. Francof. 1587. 12.* cum prognoſt. ſub quibus vide titulum.

Gr. et lat. in Magni Hippocratis Coi opuſc. aphoriſticis. Baſil. 1748. 8. quae vid. ſub prognoſtico.

Latine ex verſione *Laurentii Laurentiani*, cum comm. Galeni. Pariſ. 1520. 8. 1543. 8.† — Interprete Caluo. 1527. 12. *Haller.*

Gallice, ſi Hallero credendum: *les II. livres des preſages d'Hippocrate* etc. a Lyon. 1552.

Hier. Perlini praelect. vrbanae ſuper variis prorrhet. Hipp. locis. Hanou. 1613. 4.*

Langguth Progr. ad loc. Hipp. praedict. II. 27. Viteb. 1766. 4.

XXI. Ἀφορισμοί.

Hos ab omni fere antiquitate ſumme laudatos, quibus ἐν ὀλίγῃ λέξει δύναμίς ἐστι μεγάλη, (*Galen.* in comm. IV. in Hipp. libr. de morb. acut. text. 17. p. 127. tom. XI. Chart.) quique, Suida (Lexic. ſ. v. Ἱπποκράτης tom. II. p. 145.) teſte, ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνετι σύνεσιν, pro genuinis et ab Hippocrate ipſo profectis habuere antiqui, *Erotianus* (expoſit. vocum Hipp. p. 22. edit. Franzii), *Galenus*, et qui ad nos peruenerunt antiqui in eos commentatores, *Oribaſius*, ſi commentarii, qui eius nomen gerunt, ab eo ſcripti ſunt, (comm. in aphor. Hipp. *Io. Guinterii* induſtria, Baſil. 1535. pag. 7.) *Philotheus*, (commentaria in aphoriſmos Hippocratis, *Lud. Corado* interpr. Spirae, 1581. 8.) *Palladius* (comment. in libr. Hippocr. de fractur. in Foeſ. Oper. Hipp. ſect. VI. pag. 147.) Caeteros Hippocratis libros omnes germanitate ſuperare aphoriſmos, *Hier. Mercurialis* adſerit. (cenſur. oper. Hippocr. pag. 15.) Idem fere de iis ſentit *Ludouicus Lemoſius*. (vid. iudicium operum magni Hipp. fol. 22.) Genuinis operibus accenſent aphoriſmos *Foeſius* (in not. ad aph. Hipp. ſect. VII. p. 1262.) *Hallerus*, (artis medicae principes. tom. I.) *Grunerus* (cenſur. libror. Hipp. p. 43) atque *Grimmius* (in Hipp. operibus germanic. vol. II. p. 507.) ita, vt veterum nullus ſit et recentiorum exiſtant valde pauci, qui germanas eorum origines in dubium vocauerint.

Compendia eſſe aphoriſmos eorum, quae ab Hippocrate ipſo in aliis libris ſcripta ſunt, iam *Galenus* (lib. I. de criſib. cap. 6. p. 149. tom. VIII. Chart.) monuit, qui ſcriptos eos eſſe ab Hippocrate iam ſene et plurimum obſeruationis habente, et poſt libros ἐπιδημιῶν, non obſcure innuit. Et continent ſane propoſitiones de morborum natura, ſignis, exitu, periculo

 culo

culo, cet. generaliter, quas vix, niſi a medico, qui plurimos aegrotantes ipſe viderit, profectas eſſe credibile eſt. Eorumque morborum partem, ex quibus aphoriſmi [illegible] collectionum [illegible], deduxit, in libris ἐπιδημιῶν I. et III. ipſe Hippocrates deſcripſit. Multos etiam ex libro de aere, aquis et locis deduxit, nec non ex libro de [illegible] diaeta et ex chirurgicis libris, ita, vt aphoriſmos ex aliis Hippocratis laboribus lectos patet. [illegible] *Gerardum Voſſium* (lib. de philoſophia, p. 83.) mouit, vt alium quendam hominem [illegible] hos aphoriſmos ex Hippocratis libris excerpſiſſe crederet. Eiusque ſententiae acceſſit *Io. Conrad. Dietericus* in praefat. ad Iatreum Hippocr. p. 11. edit. Gieſſ. 1655. 4. qui aphoriſmorum conditorem et architectum Hippocratem quidem fuiſſe putat, non vero collectorem, quem diſcipulum Hippocratis fuiſſe autumat.

In ſectiones VII. aphoriſmi in omnibus libris editis diuiduntur. Octaua ἀφορισμοὺς παρεμβαλλομένους continet, quos Galenus nullo commentario, quem in reliquos [illegible] dedit, illuſtrauit, adeoque aut ignorauit, aut pro minus bonis atque ſpuriis habuit. In optimis quoque Codd. MSS. hi octauae ſectionis aphoriſmi non leguntur: exſtant vero in quibusdam, et quidem in aliis plures, in aliis pauciores, omnes tamen illos XVIII. aphoriſmos interiectos Cl. Boſquillon in Cod. MS. graeco bibl. Reg. Pariſ. nr. MMCCLIV. quem inter optimos refert, reperit. Vid. not. in aph. Hipp. ſect. VIII. pag. 131. Et hinc apparet, erraſſe ipſum Antonium Muſam Braſſauolum, hos octauae ſectionis aphoriſmos a ſe collectos primum eſſe dicentem (comm. in aph. Hipp. p. 1138. 1139. edit. Baſil. 1541. fol.) atque appendicis loco Hippocratis aphoriſmorum VII. ſectionibus additos, quod etiam, quod miror, dixit Io. Opſopoeus, vir doctiſſimus in not. ad VIII. ſect. aphor. p. 580. quem deinde plures ſecuti ſunt. Prima ſectio aphoriſmos 25. altera 54. tertia 31. quarta 83. quinta 72. ſexta 60. ſeptima 79. aphoriſmos continet, numero interiectorum 18. exiſtente, ita, vt in vniuerſum 422. aphoriſmi numerentur. Hanc diuiſionem a Galeno eſſe profectam, quidam ſtatuunt, eamque eſſe Galeni licet negari non queat, dubitare tamen licet, num Galenus illius primus auctor extiterit. Ipſe enim, a ſe factorum in operibus non raro laudator, huius diuiſionis non meminit, imo antiquiores aphoriſmorum textus cum citat, eos ita memorat, vt longe antiquiore tempore in has ſectiones diſtributos fuiſſe perſpiciamus. Aliae tamen etiam antiquae diuiſiones aphoriſmorum exſtiterunt. Auctor commentariorum in aphoriſmos, qui *Oribaſio* adſcribuntur, *Soranum* eos in tres partes, *Rufum* in quatuor diuiſiſſe memorat. Alius etiam ordo aphoriſmorum in antiqua verſione eorum eſt, quae aphoriſmis ab Oribaſio editis, proxime accedit, quamque nuper edidit *Boſquillon*, V. Cl. in not. et emendat. in Hippocratis aphoriſmos et praenotionum librum. Pariſ. 1784. 12.

Sed in ipſis aphoriſmis ſuſpecti non pauci, quidam manifeſte, (repetuntur enim in ipſo aphoriſmorum libro) [illegible] et poſt Hippocratem adiecti ſunt. [illegible] tam [illegible] ſua tempora [illegible] aphoriſmos *Galenus* refert. Sic v. g. IV. aph. [illegible] pro ſuſpecto hab[illegible] quod ipſe monet in commentario ad hunc locum, p. 171. tom. IX. et IV. aph. [illegible] extra ordinem interiectum eſſe putauit, p. 175. VI. aph. 38. non integrum dediſſe Artemidorum Ca[illegible]nem atque Dioſcoridem refert, ſed textum vsque ad verba: *μὴ θεραπεύειν βέλτιον* (com[illegible] ad hunc aph. p. 273. tom. IX. Chart.) In ſeptima vero ſectione aphoriſmos complures rep[illegible]titos legi ex prioribus ſectionibus, praeſertim ex quarta, ipſe Galenus monet in commentar[illegible] ad complures huius ſectionis aphoriſmos. In ſeptima ſectione aphoriſmi 46. 49. [illegible] 57. [illegible]

64. 6

61. 64. 65. 66. 67. 69. 70. 71 72 73. 76. et quidem vtplurimum ex quarta ſectione repetitos occurrere, Galenus in commentariis ad hos aphoriſmos expreſſe notat. Idem etiam de quibusdam aliis aphoriſmis notat *Boſquillon*, in libro mox citato. Octauae ſectionis aphoriſmos Galenus ipſe non enarrat, neque, quantum ego quidem ſcio, de illis quicquam memorat, niſi, quod nonnullos adiectos eſſe, eosque ſpurios, partibus libri vltimis expreſſe dicat in commentar. IV. in Hippocr. de diaet. acut. prooem. p. 116. tom. XI. Chart. et titulum ipſis adiectorum dederit, eoque modo, et quoniam hanc ſectionem commentario non inſtruxit, quem poſtea Chartierius, et quidem graece ab eo ſcriptum, ſuppleuit, ſatis probauerit, ſe genuinas eorum origines non agnoſcere. Aphoriſmorum vero octo ſectiones, quae ad nos peruenere, ex hac recenſione ſunt, quae cum reliquis Galeni operibus ad nos peruenit. Neque hae ſectiones ſine ordine, ſaltim quodam, ſunt, quod probe notauit *Grimmius* in operib. Hippocrat. germanice editis vol. II. pag. 507. 508. Alium textum Oribaſium habuiſſe, certum eſt; certum quoque eſt, textum antiquae verſionis, quam Cl. *Boſquillon* edidit, a vulgato textu, qui Galeni eſt, admodum recedere. Alius quoque textus aphoriſmorum fuiſſe videtur, quos *Rufus Epheſius* edidit, qui vero temporis iniuria interierunt. Oribaſii textus eo, quem Galenus edidit, *melior* non eſt, imo deterior, et temporibus, vt mihi quidem cum *Grunero* (cenſur. libror. Hippocrat. pag. 47) videtur, Oribaſii, adeoque Iuliani imperatoris, longe recentior, contrarium licet credat Cl. *Boſquillon*, (in praefat. ad ſuam edit. aphoriſm. pag. 9.) cuius argumenta infra enarrabimus. Aphoriſmos etiam eadem ſerie, qua Galenus illos emiſerat, edidit cum commentariis ſuis *Philotheus*, ſiue potius *Theophilus*, praetermiſſa tamen tota octaua aphoriſmorum interiectorum enarratione atque aphoriſmis ſectionis VII. qui poſt aphoriſmum LI. leguntur. [In bibliotheca Naniana, teſte catalogo codd. graecorum MSS. apud Nanios, inter codd. medicos pag. 437. cod. CCXLVI. eſt, qui ab initio exhibet commentarium in aphoriſmos Hippocratis, ſed valde mutilum: atque editor, videndum, ait, an auctor ſit Theophilus? Atque in eodem codice nr. III. IV. et VI ſunt quaedam Theophili opuſcula medica. cod. CCXLVIII. continet alia quaedam opuſcula *Hippocratis. Harl.*]

Codicum MSS. *editionum*, *verſionum* in omnes fere linguas, paraphraſium, commentatorum immenſa vis eſt, vt adeo *Hallerus* iure dixerit, non eſſe alium librum inter medicos, qui frequentius ſit recuſus numeroſioresque nactus ſit commentatores.

Codices primum enarrabo. Qui in bibliotheca Regia adſeruantur, a *Boſquillon* (praef. ad aph. Hippocr. p. 21) enarrati, hi ſunt: MMCXL. ſaeculo XII. ſcriptus atque omnium in hac bibliotheca fere optimus. MMCXLI. ſaeculo XIII. ſcriptus, cum gloſſis interlinearibus et variis lectionibus. MMCXLII. cum multis lectionibus, noua manu additis. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCXXVIII. MMCCLIV. et hic quidem inter optimos referendus. Hi codices, notante Boſquillonio, melioris notae omnes ſunt et ab hoc Cl. viro ad aphoriſmorum textum emendandum adhibiti. Praeter hos vero adhuc in eadem bibliotheca Regia Pariſina adſeruantur codices MDCCCXLVIII. MDCCCLXXVIII. MMCXLV. MMCXLIX. MMCCXIX. MMCCL. MMCCLVI. MMCCLVII. MMCCLIX. MMCCLX. MMCCLXVIII. MMDXLV. MMMCXL. A. et B. cum Scholiis et aliis. Montfauc. II. p. 729. Graeci quoque Codices exſtant in bibl. C. de Montchal, in Reg. Pariſ. nr. CXI. Montfauc. II. p. 932. in bibl. Vaticana, Montfaucon. in bibl. D. Marci Veneta et in bibl. S. Antonii. in

 bibliotheca

bibliotheca Vindobonenſi, Lambecio notante lib. VI. p. 85. 86. 89. 94. 122. 129. 144. conf. de Neſſel in catal. MSS. graecor. bibl. Vindobonenſ. part. III. nr. XIX. p. 30. nr. XXVIII. p. 39. nr. XLVIII. p. 53. nr. XLIX. p. 54. qui cum anonymi auctoris praefatione eſt. In bibliotheca Scorialenſi, et bis quidem, notante Büſchingio in Magazin für die Hiſt. und Geograph. tom. V. in bibl. Bodleian. c. prognoſt. nr. MCCLII. Montfauc. I. p. 653. in bibl. praeſidis de Meſme, Montfauc. II. p. 1328. in muſeo Io. Phil. Thomaſini. in bibl. monaſter. Caſinenſis nr. XCVII. Montfauc. I. p. 222. et S. Ioannis in viridario Patauino. Montfauc. I. p. 485. in bibliotheca Vffenbachiana. in bibl. Laurent. Medicea, plut. 74. nr. XIII. cum gloſſis interlinearibus et commentariis. Montfauc. I. pag. 385. Erant quoque in libris Io. Rhodii Patauii aphoriſmi. Montfauc. I. p. 489. in bibl. Paulina Lipſ. Feller. orat. de hac bibl.

Latini codices exſtant in bibliotheca Reg. Pariſin. nr. MMMMMMMDCCCXLV. nr. MMMMMMMDCCCXLVI. nr. MMMMMMMDCCCLX. nr. MMMMMMMDCCCLXVIII. nr. MMMMMMMDCCCLXIX. nr. MMMMMMMDCCCLXX. nr. MMMMMMMDCCCLXXI. nr. MMMMMMMDCCCCXCV. nr. MMMMMMMMXXI. nr. MMMMMMMMXXVII. nr. MMMMMMMMXXIX. nr. MMMMMMMMXXX. nr. MMMMMMMMXXX. A. MMMMMMMMXXXVIII. MMMMMMMMXCIX. MMMMMMMMCII. MMMMMMMMCXXIV. In biblioth. Regin. Suec. Vatic. nr. CCCXCVII. Montfauc. I. pag. 23.

In biblioth. Laurentiana Medicea plut. 73. nr. VII. VIII. XXII. Montfauc. I. pag. 382. Aphoriſmorum et prognoſticorum libri IV. in biblioth. Scorialenſ. Büſching. Magaz. tom. V. pag. 132.

G. W. Wedel aphoriſmi aphoriſmorum, ſ. aphoriſmi, in poriſmata reſoluti. Ienae, 1695. 12.*

Les aphoriſmes d'Hippocrate rangés ſelon l'ordre des parties du corps humain. Pariſ. 1703. 12. *Burm.*

Marcenai arrangement des principaux aphoriſmes d'Hippocrate pour gouverner les malades. Pariſ. 1719. 8. *Falc.*

M. Guyot manuel des médecins, ou recueil d'aphoriſmes choiſis tirés des ouvrages d'Hippocrate et de Celſe. à Paris, 1754. 8.*

Contra aphoriſmos ſcripſere *Theſſalus*, *Trallianus*, *Lycus*, *Iulianus*, quos iam dixi: — *Corn. Agrippa* de Nettesheim de vanit. et incertit. ſcientiar. — *Leonardus a Capua*, in Ragionamento 4. Neap. 1681. 8. — *Aloyſius* [illegible] de vanitate, falſitate et incertitudine aphoriſmor. Hipp. Geneu. 1697. 8. et in paradoxor. medic. part. III.

Almeloveen in inventis nov-antiquis Amſt. 1684. 8. oſtendit Hippocrati plura nota fuiſſe, quae pro nouis inuentis hodie iactantur.

XXII. Περὶ διαίτης ὀξέων.

Hunc librum omnes antiqui pro genuino habuere, *Erotianus* (expoſ. voc. Hipp. p. 22.), *Galenus* (comm. in hunc lib. paſſim, inpr. in prooem. Comm. IV. p. 116. tom. XI. Chart. et lib. III. de reſpirat. diffic. p. 208. tom. VII. comm. I. in prognoſt. text. 4. p. 586. tom. VIII. Chart.), *Palladius* (Comm. in Hipp. de fractur. Foeſ. ſect VI pag. 147.) Meminit autem illum *Pa*[illegible] (lib. XVIII. cap. 7.), *Athenaeus* (deipnoſoph. II, 7. p. 45. edit Caſaub.) qui multa ſuſpecta in eo et dimidium libri nothum et illegitimum eſſe ſcribit. Multa ex eo excerpſit *Caelius Aurelianus* (acutor. lib. I. cap. 12. p. 30. et lib. II. cap. 19. p. 123.) quo vltimo loco vniuerſam pleuriticorum curam, quam Hippocrates praeceperat, recenſuit. Pro genuino etiam habuere hunc librum, vltima parte excepta, de qua mox dicam, *Hier. Mercurialis* (cenſ. oper. Hipp. p. 16 17), *Ludou. Lemoſius* (iudic. oper. Hipp. cap. 5. fol. 24.), *Foeſius* (in not. ad hunc libr. Oper. ſect. IV.), *Hallerus* (art med. princip. tom. I. p. 258.), *Gruner* (cenſur. p. 65.) et *Grimmius* (Hippokr. Werke II. Band p. 518.)

Inſcriptio libri apud veteres non vna fuit. Πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας titulus libro fuit quoniam in ipſis libri initio Hippocrates contra Cnidias ſententias ſcripſit, quo nomine liber hic ab ipſo *Galeno* multis locis citatur, v. g. in libro de ratione victus in morbis acutis ex Hippocr.

Hippocratis ſententia cap. 4. p. 188. cap. 8. p. 194. tom. XI. Chart. et a *Caelio Aureliano* III. acut. cap. 4. p. 189. III. acut. cap. 8. p. 212. III. chron. cap. 8. p. 485. et IV. cap. 3. p. 521. Idem nomen huic libro dedit *Pollux* in Onomaſt. ſ. v. Ὀξύβαφον [X. ſect. 87. vbi vid. interpretes,] et *Rufus Epheſius* in libro de partibus corporis humani. Περὶ πτισσάνης titulum ei dederunt *Erotianus*, l. cit. *Plinius*, l. c. *Galenus* in libr. de Hipp. et Platonis decret. IX. 6. p. 261. tom. V. Chart. libr. III. de difficult. reſpirat. cap. 6. vt alios locos omittam, quos ſtudioſe collegit *Lindenius*. Haec nomina libro data eſſe ob ipſum libri argumentum nomenque datum eſſe illi περὶ πτισσάνης ob priſanam, (a §. IV. edit. Lind. tom. II. p. 271.) in eo deſcriptam, iam Galenus notauit in comm. I. in libr. Hipp. de diaet. in acut. text. 17. p. 14. tom. XI. Chart. Alia nomina minus vulgaria, περὶ διαίτης, περὶ ὀξέων νοσημάτων, *Foeſius*, l. c. et *Grunerus* l. c. afferunt. Vulgata iam antiquis inſcriptio fuit περὶ διαίτης ὀξέων, quam et *Galenus* in commentariis ſuis retinuit.

Nullum fere veterum fuiſſe, qui de genuinis huius libri originibus dubitauerit, iam monui: ſunt tamen et Galeni de iis variae ſententiae. Aliis enim permultis in locis, quorum partem iam citaui, priorem huius libri partem, quam tribus commentariis inſtruxit, pro maxime germana habet, alio vero loco, eoque ſatis notabili, quum quaedam abſque plurimo ordine in libro dicta inueniret, librum Hippocratis quidem, ſed non ab eo editum eſſe dixit. πολλάκις ἐνενόησα, inquit in comment. II. text. 55. in lib. de diaet. acut. p. 76. tom. XI. Chart. τοῦτο τὸ βιβλίον (περὶ διαίτης ὀξέων) ἐν τόποις εὑρεθὲν, ἐκδεδόσθαι μετὰ τὸν Ἱπποκράτους θάνατον. ἡ γὰρ ἀταξία τῶν λόγων οὐκ ἄλλως ἔοικεν ἢ οὕτως γεγονέναι προγεγραμμένων μὲν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν [illegible] εἰς τὴν τοῦ καθόλου πίστιν ἐνίων μὲν ἐπὶ τοῦ μετώπου, ἐνίων κατὰ τοῦ νώτου [illegible] δὲ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ τάξιν ἀποδοῦναι. Notat enim iis, [illegible] inde locis ſcripta ſunt, vbi balnea Hippocrates deſcribit atque laudat, (a §. 31. tom. II. pag. 294. Lind.) multa eſſe interiecta, quae forſan ipſis Hippocratis temporibus [illegible] adhuc fuerint. Vid. *Galen.* comm. III. ad text. 40. Hipp. de diaet. acut. p. 100. tom. XI. Chart. et ſq. Indeque quidam *Lud. Lemoſii* forſan exemplo (iudic. oper. Hipp. cap. 5. fol. 20.) inducti ſunt, vt partem libri de morbis acutis ad balnea vsque, adeoque ad §. vsque 31. Lind. pro genuina, reliquum vero librum pro ſpurio haberent.

Sed Galenus non omnem hanc partem pro ſpuria habuit. Etſi non negat libro a §. 31. vsque ad §. 34. Linden. interſperſa eſſe quaedam, quae ab Hippocratis temporibus recedant, hanc tamen libri particulam inter genuinas adhuc refert et commentario III. illuſtrauit.

Hanc vero partem a §. 34. Linden. quae etiam in Lindenii editione et in aliis pluribusque libris editis inſcripta eſt ἀρχὴ τῶν νόθων, quamque Galenus commentario proprio, eoque quarto, illuſtrauit, ab Hippocrate profectam non eſſe, Galenus probauit, cuius ſententiam poſt eum omnes ſecuti ſunt. καὶ γὰρ τῇ τῆς ἑρμηνείας δυνάμει καὶ τῇ τῶν θεωρημάτων ἀκριβείᾳ λείπεται πολὺ τῶν ἔμπροσθεν. *Gal.* in prooem. ad comm. IV. in Hipp. de diaet. acut. p. 116. tom. XI. Chart. Hanc ſpuriam partem atque Hippocrate indignam ab Hippocrate, forſan non ad publicationem, ſed εἰς ὑπόμνησιν ſcriptam eſſe, et poſt Hippocratis mortem demum libro additam, Galenus vno loco notat, nempe in comm. II. in Hipp. de diaeta acut. text. 38. p. 63. tom. XI. quod ſane facile fieri potuit, veriores vero huius partis ſpuriae

 origines

origines tetigit quidem, non vero penitus perſequutus eſt. Promiſerat nempe Hippocrates in ipſo de diaeta acutorum libro, et quidem in locis pluribus, ſe de curatione aliorum etiam morborum acutorum, imo, vt Galenus vult, comm. II. in libr. de diaet. acut. text. 38. p. 63. et comm. III. in libr. de diaet. acut. text. 14. p. 90. et comm. III. text. 36. p. 105 omnium librum peculiarem ſcripturum, et hic liber quoniam non publice editus eſt, (Galeni ſane temporibus non exſtabat) ſed in aduerſariis Hippocratis manſit ineditus, a diſcipulo forſan Hippocratis ad congerenda ea, quae in hac ſpuria parte leguntur, adhibitus eſt. Indeque optime explicuit Galenus, bona iſta non pauca atque Hippocrate digna, quae ipſe in hac libri parte ſe notaturum pollicitus eſt atque ſatis probe notauit. Vid. comm. III. in libr. Hipp. de diaet. acut. text. 14. pag. 90.

Sed verior de hac ſpuria huius libri de diaeta acutorum parte ſententia haec eſt. Exſtabat, quod ex *Caelio Aureliano* II. acutor. cap. 29. p. 142. qui huius rei ſolus mentionem fecit, *Hippocratis liber regularis, quem diaeteticum* vocauit, huncque librum, quum non exſtet in libris Hippocratis, qui ſuperſunt, et ſane ſub hoc titulo non exſtat, plane periiſſe arbitratus eſt *Almeloveenius* in not. ad hunc loc. Sed non periit: eſt enim hic liber regularis, ſiue diaeteticus, notha pars libri de diaeta acutorum, quod manifeſte intelligitur ex ipſo eo loco, quem Caelius citat. Dicit enim Caelius l. c. *Hippocrates vero libro regulari, quem diaeticum vocauit peripneumonicae, inquit, remedium aptandum ex cocco atque galbano atque Attico melle, vel abrotono, ex aceto melſo atque pipere admixto et helleboro nigro. Summum, inquit, eſt etiam panacem in mulſo ex aceto confecto decoquere et liquatum dare bibendum.* Locus ipſe Hippocratis, quem coram habuit Caelius et ſatis male latinum fecit, ex hac ſpuria parte deſumtus eſt: *περὶ πλευμονίης ἐκλεικτόν, χαλβάνη καὶ κόκκαλος ἐν μέλιτι Ἀττικῷ· ἀβρότονον ἐν ὀξυμέλιτι, πέπερι, ἐλλέβορος μέλας, ἀποζέσας. καὶ πλευριτικῷ ἐν ἀρχῇ ἐπιτήδειόν ἐστι δίδοναι· ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ πάνακες ἐν ὀξυμέλιτι ἀναζέσαντα καὶ διηθέοντα διδόναι πίνειν.* de diaet. in acut. § 57. p. 312. tom. II. Linden. Ex quibus ſane manifeſte liquet, hanc ſpuriam libri de diaeta acutorum partem temporibus forſan ipſo Galeno ſuperioribus, (Caelius enim, vti notum eſt, Soranum latinum fecit.) etiam peculiaris libri titulo exſtitiſſe, huncque peculiarem librum atque ſpurium Hippocratis genuino libro eſſe adſutum.

Sed ſi etiam haec vltima huius libri pars minus genuina eſt, ſatis tamen antiqua eſt. *Eraſiſtrati* adeo iam temporibus hanc partem libro de diaeta acutorum additam fuiſſe, Galenus dicit quidem, ſed non probat, in commentar. IV. in libr. Hipp. de diaet. acut. text. 5. p. 120. tom. XI. Non enim contra minus germanam libri huius Hippocratei partem ſcripſiſſe videtur Eraſiſtratus librum, quem contra genuinam partem, et Hippocratem ipſum intelligens, contra diſcipulos Hippocratis, Apollonium et Dexippum vero nominans de febribus primum ſcripſit, in quo Hippocratem fame atque ſiti aegros ſuos febribus acutis decumbentes necaſſe ſcripſerat, cum e contrario Theſſalus eundem Hippocratem aegros nimia copia alimenti repleuiſſe ſcripſerit. Vid. Galen. comm. I. in text. 24. libr. Hipp. de diaet. acutor. pag. 22 tom. XI. conf. Comment. III. in eumd. libr. pag. 106.

Ceterum hic liber, qui antiquiſſima eaque nobiliſſima antiphlogiſticae methodi febribus curandis idonea monumenta continet, iam multos habuit inter antiquos, qui in illum commentarentur. Praeter Eraſiſtratum et Themiſonem contra eum libros exſcribebat adhuc Galeni temporibus

poribus τὸ περὶ τῆς καθ' Ἱπποκράτην διαίτης opus, quod medicus quidam Βίκτωρι, τῷ Ῥώμης ὑπάρχῳ tradiderat. Textum Hippocratis in hoc libro admodum mutatum fuiſſe atque mutilatum, Galenus per quaedam exempla probauit in comment. III. in Hippocr. libr. de diaeta acutor. text. 55. pag. 113.

Codices MSS. huius libri exſtant non pauci. *Graece* in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIII. MMCCLIV. cum titulo de ptiſana MMDXLV. In bibl. D. Marci Veneta hic liber exſtat graece, vt in Medicea, plut. LXXIII. et apud Bandini III. p. 144. In bibl. Vindobonenſ. lib. III. Lambecius VI. pag. 85.

Latini forſan codices ſunt, qui exſtant in bibl. Regin. Succiae Vatican. nr. CCCXCVI. et CCCXCVII. Montfauc. I. p. 23. et in bibl. Laurent. Medicea plut. 73. nr. XXIV. Montfauc. I. p. 383. in bibl. Cai. Gonvill. Cantabrig. nr. DCCCCLIX. DCCCCLXII. in bibl. colleg. nou. Oxon. nr. MCXXX. et MCXXXIV. in bibl. C. Merton. nr. DCLXXXIX. in Coll. S. Trinit. Dublin. nr. DII. in bibl. A. Pembrok. nr. MMLV. Latine exſtat in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMDCCCLXVIII. nr. MMMMMMDCCCLXIX. nr. MMMMMMDCCCLXX. nr. MMMMMMDCCCLXXI. nr. MMMMMMMMXXIX. nr. MMMMMMMMXXX. A. MMMMMMMMXXXVI. MMMMMMDCCCXLVI. In biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. nr. VII. Montfauc. I. pag. 382.

Hebraicus codex verſionis factae ex Arab. exſtat, teſte *Wolf.* in bibl. Hebraic. *Arabicus:* ketab alemradh alharat le Bocrath. Herbelot. pag. 480. Libros tres priores vertit Honain. *Caſiri* nr. DCCCLII. nr. IV. pag. 291.

Antiquiſſimus, quem ſcimus in hunc librum commentarius *Galeni* eſt, in quatuor partes diuiſus, quarum tribus prioribus enarrantur, quae Galenus pro genuinis in hoc libro; quarto vero, quae pro ſpuriis habuerat.

Graecus libri primi commentariorum Galeni in hunc librum codex eſt in bibl. Vindobonenſ. Lambec. et de Neſſel. part III. et in Medicea plut. 75. nr. V. Bandin. III. p. 144. Vid. Montfauc. I. p. 387. Graecus quoque forte eſt *Galeni* in Hippocratem de diaeta in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMCXLVII. Montfauc. II. p. 739. at 600. circiter annorum, cum commento Galieni in biblioth. cathed. Metenſi nr. CCXXVI. Montfauc. II. pag. 1380.

Codex *latinus* eſt in bibl. colleg. nou. Oxon. nr. MCXXXIV. et nr. MCXXX. in bibl. Coll. Merton. nr. DCLXXXVII. DCLXXXIX. et in bibl. aul. Pembrok. nr. MMLV. in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMMXXX. — Epitomen commentariorum Galeni dedit Symph. Campegius. Lugd. Latine prodierunt ſtudio *Nicolai Leonceni.* Florent. 1533. 4.* Paulo Iuliario interprete. Veron. 1542. 8.* *Io. Vaſſaeo* interprete, cum annotationibus *Io. Mouni.* Lugd. 1565. 12.* — Liber de diaeta acutorum prodiit graece. Pariſ. 1530. fol. *Haller.*

Editiones latinae. In articella, et quidem, quod ex collatione vtriusque libri intelleximus, Thaddeo Florentino vertente. Eſt potius epitome libri, a *Thaddeo Florentino*, graearum litterarum ſumme ignaro Arabiſta, quam verſio.

Ex *Andr. Brentii* verſione. Lugd. 1506. 8. cum nonnullis Champerii. — *Guil. Copo* interprete. Pariſ. 1525. 12.* et quidem cum libro de natura humana, qui ſoles in titulo memoratur. Liber de victus ratione in acutis pag. 13. incipit. — Ex recognit. *Fr. Rabelaeſi,*
Guil.

Guil. Copo interprete. Lugd. 1532. 12.* cum aliis, quos vid. ſub prognoſtico. — Ex edit. *Pauli Iuliani*. Veron. 1548. 8. *Gunz.* — In epitomen redegit hunc librum Symph. Campegius. Lugd. 1516. 8. Spach. pag. 147.

Germanice: Hippocrates von der Lebensordnung in hitzigen Krankheiten. Aus dem Griechiſchen. Altenburg, 1772. 8.* Opus, ſtudioſiſſime elaboratum, cum notis doctiſſ. in quibus praeſertim medicamenta antiqua Hippocratis illuſtrantur, auctore *Io. Fr. Carol. Grimmio*, Archiatro Gothano, verſionis operum Hippocratis Germanicae, poſtea editae, auctore.

Commentarii ſunt, praeter Galeni enarrationes, quas iam dixi:

Commentarii ſcriptoris anonymi ſunt in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMDCCCXLVI. MMMMMMMDCCCLXIX. MMMMMMMDCCCLXX. MMMMMMMDCCCLXXI. *Palladii* in hunc librum ſcholia Venetiis exſtitiſſe, *Iac. Santallinus* refert in praeſ. ad Palladii ſchol. in Hipp. de fract. Foeſ. ſect. VI. pag. 196. Exſtitiſſe apud Diegum Hurtadum. Venet. Spach elench. pag. 147.

Marſilii (de Sancta Sophia) comm. in Hipp. de regimine acutor. exſtat in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMMMDCCCLX. Montfauc. II. pag. 753.

Excerpta ex Galeni comm. in hunc libr. dedit *Symph. Campegius*, c. al. Lugd. 1508. 8.

Thaddaei Florentini expoſitiones in praeclarum regiminis acutorum *Hypocratis* opus. Prodiit cum aliis, quae ſupra (in aph.) indicaui. Venet. 1527. fol.* *Bartholomaeus* Veronenſis ad hoc opus auxilium conatuum ſuum praeſtitit. Continet autem Galeni comment. latine factos cum uberrima Thaddaei expoſitione. Verſionem Thaddaei in articella exſtare, at quarto libro decurtatam, iam monui.

Gr. et lat. *Io. Vaſſaeo* interprete. Pariſ. 1531. fol. *Maittair.* lat. cum Galeni commentariis et Galeni de ſemine lib. II. Baſil. 1533. fol. Cat. bibl. Bunau. tom. I. p. 93. Baſil. 1542. 8.* 1543. 8. *Raſt.* 1551. fol. *H[illegible]t.* Lugd. 1565. 12. cum *Io. Martini* adnotat.

Ant. Muſae Braſavoli in libros de ratione victus in morbis acutis Hippocratis et Galeni commentaria et annotationes. Venet. 1546. fol.* Poſt textum, ab Ant. Muſa Braſavolo latinitate donatum, leguntur Muſae commentarii. Deinde Galeni commentarium ſequitur Io. Vaſſaeo interprete, et denique in hunc commentarium *Ant. Muſae* Braſavoli copioſiſſima enarratio.

Hieronymi Thriverii Brachelii comm. Lugd. apud Beringos. 1552. 8. *Gunz.* et Lugd. apud hered. Iac. Iuntae. 1552. 8. *Gunz.*

Fr. Valleſii comm. Aug. Taurin. 1590. 8.*

Hier. Mercurialis comm. in Hippocr. prognoſt. prorrhet. de victus rat. in acut. et epid. hiſtor. Francof. 1602. fol.* — *Io. Heurnii* comm. in Hippocr. de victus ratione in morbis acutis libros IV. Edidit poſt mortem auctoris eius filius *Otho Heurnius*. Lugd. B. 1609. 4.*

Lud. Dureti comm. editi ſunt cum [illegible] de humorib. et comm. in [illegible] Pariſ. 1631. 8.† cura *Petr. Girardet.* Ed. noua eſt, et accuratiſſima *I. G. Günzii:* Hippocratis Coi de humoribus purgandis liber et de diaeta acutorum libri III. cum [illegible] Lud. Dureti

Acc. conſtitutio prima libri II. epid. cum eiusd. auctoris interpretat. Petr. Girardetus primum in lucem protulit, recenſuit, emendauit, notas — adiecit Iuſt. Godofr. Günz. Lipſ. 1744. 8.*

Hier. Cardani comm. exſtant in operib. omn. tom. X. Lugd. 1663. fol.*

XXIII. Περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων.

Hunc librum *Erotianus* titulo περὶ τόπων καὶ ὡρῶν in expoſit. vocum Hipp. pag. 22. et περὶ ὡρῶν καὶ τόπων ibid. ſ. v. ἐμιλὴν p. 272. edit. Franz. Galenus vero variis in locis memorauit et in omnibus ad germanos Hippocratis libros ab eoque editos retulit. Diſerte vero refert hunc librum ad eos, qui ὡς ἀληθῶς Ἱπποκράτους αὐτοῦ πεπίστευται γράμματα εἶναι libr. III. de diff. reſpirat. cap. 1. p. 268. tom. VII. Chart. Citauit vero hunc librum partim ſub vulgato titulo, partim ſub aliis, v. g. περὶ τόπων καὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων (de libr. propr. cap. 6. tom. I. p. 44 Chart.) putatque potius librum inſcribendum fuiſſe περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων οἰκήσεων, ὡρῶν καὶ χωρῶν. ibid. p. 44. Meminit quoque huius libri Palladius titulo: περὶ ἀέρων, τόπων, ὑδάτων (Foeſ. edit. Hipp. ſect. VI. pag. 147.) atque *Athenaeus* (deipnoſoph. II, 7. p. 46. edit. Caſaubon.) omnesque recentiores eum, auctoribus inprimis *Erotiano* atque *Galeno*, pro genuino habent. Nec ipſa dictionis Ionicae et antiquae Atticae grauitas puritasque, qua hic liber prae ceteris eminet, aduerſatur, quo minus eum pro vere Hippocrateo, et quidem, quod iam *Hieronymus Mercurialis* autumauerat, (cenſ. Hippocr. oper. pag. 10.) conſcripto atque edito ab Hippocrate, poſtquam longa peregrinatione perfunctus, certiſſima experientia inſignique iudicio omnia didicerat, habeamus. Vnicum, quod dubitationem quandam mouere poſſit, id eſt, quod, notante iam Galeno, lib. III. de diff. reſpirat. cap. 9. p. 284. tom. VI in aphoriſmis quaedam occurrant, quae cum dictis in hoc libro plane conueniunt: ſed inde ad ſpurias neque horum locorum, neque ipſius libri totius origines concludere licet.

Commentarios in hunc librum ſcripſit *Galenus*, quod ipſe teſtatur cap. 6. de libr. propriis tom. I. p. 44. ſed qui ſuperſunt, exigui ſunt, latini tantum et compendium libri, non expoſitionem, quam magis poſtulaſſet, quam alii, continent, vt adeo non plane certum ſit, hos commentarios ad ipſum Galenum pertinere. Editi ſunt cum ipſo *Hippocratis* libro a Charterio, in operum Hippocratis et Galeni tom. VI. pag. 187 ſq.

Codices exiſtunt vix multi. Graeci exſtant in bibl. D. Marci Veneta. Montfauc. In biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXLVI. MMCCLIV. [Inter codices graecos Nanianos cod. CCXLVIII. qui alia opuſcula Hippocratis continet, pag. 441.]

Latini in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMXXVII.

Arabici in bibl. Reg. Pariſ. et ex verſione Honain in bibl. Scorial. nr. DCCCLII. [cat. Caſiri p. 290.] Vid. *Herbelot.* in biblioth. orient. pag. 480.

Hippocr. liber de aere, aquis et loc. graec. Pariſ. 1536.

Ἱπποκράτους Κῴου περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. περὶ φυσῶν. gr. et lat. Iano Cornario interprete. Baſil. 1529. 4.* Pariſ. 1542. 4.

Latine: Hippocr. de aere, aqua et regionibus, in collect. operum Rhaſis. Venet. 1497. fol.*

Hippocr. Coi de aere, aquis, locis liber (latine). Roſtoch. 1591. 8.* — Latine, ex *Ian. Cornarii* verſ. cum not. Foeſii. Lugd. Bat. 1658. 12.* — Cum comm. *Adr. Alemanni.* Pariſ. 1557. 8. *Raſt. Aſkew.* 1575. 8. *Falc.* — Cum comm. *Hier. Cardani.* Baſil. 1570. fol. Et in Oper. tom. VIII. p. 1. — Cum Antonii Paſieni interpretatione. Brix. 1574. 4. — *Baccii Baldinii* comment. Flor. 1586. 4.* — *Lazari a Soto* animaduu. et comm. Madrit. 1589. fol. — *Lud. Septalii* in lib. Hippocr. de aere, aquis, locis comm. V. Appoſitus eſt Graecus Hippocr. textus, ope antiquorum exemplarium reſtitutus et emendatus, cum noua eiusdem in latinum verſione. Colon. 1590. fol. Cat. bibl. Bunau. I. p. 94. — Francof. 1590. fol. — 1645. fol. — Leid. 1658. fol. — In *Hippocr.* lib. de aere, aquis et locis paraphraſis *Camilli Flauii.* Venet. 1596. 4.*

Cum comment. Io. Martini. Pariſ. 1646. 4.* 1660. 4. *Günz.* — *Baldus Baldus* in Hippocr. text. 23. de aere, aquis et loc. Rom. 1637. 4.* — *Io. Coſtaeus* in miſcell. II. in locum huius libri commentatus eſt.

Gallice par *I. B. Damaſcene.* Pariſ. 1662. 4. et in les oeuvres d'Hippocrate traduites en François (par Mr. *Dacier*). Pariſ. 1697. 8.* tom. II. p. 407. — [par M. *Magnan*, Medecin ordinaire du Roi, Docteur. Pariſ. 1787. 8. Verſio facta eſſe dicitur ad verbum, ideoque ſaepe ſine ſenſu verborum.]

Italice in tom. II. itinerum Ramuſii.

Anglice, cum comment. *Franc. Clifton.* Lond. 1734. 8. cum not. et Thucydidis peſtis hiſtoria.

XXIV. Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων.

Hunc librum vere Hippocrateis accenſent *Erotianus*, in expoſit. voc. Hippocr. pag. 22. atque *Galenus* comm. in Hipp. de diaet. acut. IV. prooem. p. 117. tom. XI. Chart. Libr. VI. method. medendi cap. 6. p. 152. tom. X. Chart. et permultis aliis in locis, omnesque, qui iudicium ſuum de hoc opere poſt hos viros tulerant, ſumme germanas origines huic libro adferunt, in quo etiam breuis atque neruoſa, non raro obſcura, dictio et Ionica dialectus atque theoria vix vlla nos mouent, vt hunc librum pro vero atque authentico habeamus. Spurii tamen quid in vltima eius parte adiectum eſſe, Galenus monet in comm. IV. in Hipp. libr. de diaet. in acut. prooem. p. 117. tom. XI. et in gloſſar. Vocat vero Galenus haec *τὰ προσκείμενα τοῖς περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρωμάτων*, in gloſſario ſ. v. *ἐκλείσθω*, *σφάκελος*.

Libri huius, omnium, quos chirurgia veterum tulit, celeberrimi, pauci codices exſtant. Exſtat talis in collect. Nicetae, in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCCLIV.

Commentarii in hunc librum, quos Galenus, abſoluto de medendi methodo opere, ſcribere promiſerat, libr. VI. de meth. medendi cap. 6. pag. 152. tom. X. Chart. quorumque a ſe ſcriptorum mentionem facit in comm. II. in III. Epidem. Hipp. pag. 230. tom. IX. Chart. ad nos non peruenerunt. Exſtant vero in hunc librum plurimi commentarii, et quidem *Vidi Vidii*, in collect. Pariſ. 1545. fol. † Codex huius verſionis exſtat in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMDCCCLXI.

Idem

Idem *Vidi* comment. cum Hippocratico opere prodiit gallice a *Franc. le Fevre* verſus. Pariſ. 1555. 8. cum titulo: *les trois* premiers livres de chirurgie. *Raſt.*

Gabr. Fallopii poſthumus comment. a *Petr. Angelo Agatho* editus. Venet. 1566. 4.* et in *Fallopii* opuſc. tribus. Venet. 1569. 4.*

Hippocr. de capitis vulneribus gr. et lat. ex interpret. et cum commentario *Franciſci Vertuniani* et cum caſtigationib. *Scaligeri.* Lutet. in offic. R. Stephani. 1578. 8.* — *Nic. Vincentii* epiſt. ad Stephanum Naudinum ad dictata Io. Martini in libr. Hippocr. de vulneribus capitis. Colon. 1578.* — *Porralium* in Hippocr. libr. de capit. vulnerib. Lugd. 1579. 8. nominat biblioth. Königsdörferi. Lipſ. 1790. pag. 13.

Cl. Porralii comment. in Hippocr. de vulnerib. capit. ex lect. *Iul. Caeſ. Arantii.* Lugd. 1579. 8.* Breuis comment. cum adnotat. marginalib. *Cl. Porral.* Lugd. 1580. 8.

Andr. Doerer diſſ. ἀμφισβήτησις ἰατρικὴ περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων Ἱπποκράτους. Baſil. 1589. 4. *Riu.*

Hippolyti Parmae praxis chirurgica, in qua et *Hippocratis* libellus de vulneribus capitis commentariis illuſtratur. Venet. 1608. 8.*

Eſt etiam in *Hippocratis* Coi chirurgia Stephano Manialdo gr. et lat. Pariſ. 1619. 8. cum emendat. in text. Hippocr.

Petri Pauii ſuccenturiatus anatomicus, ſ. comm. in Hippocr. de vulneribus capitis. Lugd. Bat. 1616. 4.†

Io. Bapt. Corteſii tr. de vulneribus capitis. Meſſan. 1632. 4. cum graeco textu, ſed maculoſo. — *Iul. Caeſ. Arantii* in Hippocr. de vulneribus capitis cum Claudii Porrallii annotationibus. Lugd. Bat. 1639. 12.*

Hippocrates van de wonden in t' hoofd, door *P. Hazardus.* Antwerp. 1595. 8. Amſt. 1634. 8.†

Le livre du grand et divin Hyppocrate des playes de teſte. — traduit du Grec, corrigé et commenté par M. *François Duſſaudeau.* a Rouen. 1658. 12.*

Hippokrates von den Kopfwunden. Aus dem Griechiſchen von *Ch. Gfr. Carl Braune.* Leipzig, 1785. 8.*

Bernardini Falcinelli commentario al libro delle ferite del capo. Fiorenz. 1693. 8.†

XXV. LIBRI SPVRII.

1. Ἐπιδημιῶν *liber II. IV. V. VI. VII.*

Septem de morbis popularibus libros omnes memorat inter genuina Hippocratis opera *Erotianus* p. 23. Ipſi quoque Galeno ſeptem morborum popularium libri probe noti erant, ſed praeter primum atque tertium omnes pro minus germanis habuit, et alios quidem ex Hippocratis pugillaribus πρὸς ὑπόμνημα et πρὸς μνήμην, non πρὸς ἔκδοσιν, ſcriptos, ab aliis excerptos atque editos, alios vero manifeſte ſpurios. Quosdam Theſſalum pro omnium ho-

rum

rum librorum auctore habuiſſe Galenus refert, ipſe vero quintum et ſeptimum epidemiorum librum Hippocrati, et Theſſali adeo doctrina dignos non cenſet. (vid. hac potiſſimum in II. libr. de diffic. reſpirat. cap. 8. p. 255. tom. VII. Chart. libr. III. de diffic. reſpirat. cap. 1. pag. 268.) Sed per ſingulos transeamus.

In II. epid. libro obſcura, breuia, varia, diuerſa, a ſe ſeiuncta reperiri, quae non ab vno Hippocrate, aut Theſſalo, filio eius, profecta ſint, iam *Galenus* (comm. II. in II. epid. text. 1. p. 124. tom. IX.) notauit, cui hic liber collectus eſſe videtur ex aduerſariis Hippocratis, in quae diu iam ſenex, quae in eo occurrunt, recordationis cauſa contulerat. Congeſſiſſe haec ex aduerſariis huiſce Theſſalum, Galenus putat in praef. ad comm. I. in VI. epid. p. 354. tom. IX. putaſſe autem quosdam, Theſſalum quaedam quoque ex propriis addidiſſe, et alios quoque libro quaedam adiecisſe, idem Galenus l. c. refert.

VI. liber ἐπιδημιῶν, huic ſecundo valde ſimilis, eodemque modo, quam hic ſcriptus, eaque continens, quae Hippocrates in commentarios ſuos coniecerat, vti res viderat, aut per meditationem eruerat, ab alio deinde, quem Theſſalum fuiſſe *Galenus* ex antiquioribus refert (vid. praef. ad Gal. comm. I. in VI. epid. p. 354. et 355. tom. IX.) ex his Hippocratis aduerſariis editus, in quo Galeno eodem teſtante, τὸ τῆς ἑρμηνείας εἶδος multum differt ab eo in I. et III. epidemiorum, (Gal. loc. mox citat.) Hippocratem auctorem certe non habet: omnia enim abſque ordine dicta ſunt, disiectis ſententiis, ad ſemioticen, diaeteticen et phyſiologiam pertinentibus, iisque fragmentis morborum interſperſis, quos Hippocrates forſan ipſe obſeruauerat. Eaque ſcribendi modo obſcuro, breuiſſimo, fere peculiari conſcripta ſunt, vt recte Galenus monuit: ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ μεγίστας εἶναι γραφάς. vid. comm. II. in VI. epid. text. 49. pag. 431. tom. IX.

Eandem ſententiam de minus genuinis horum librorum originibus inter recentiores tuentur *Foeſius*, (in praef. ad Epid. II. ſect. VII. pag. 70.) *Hallerus*, in bibl. med. pract. tom. I pag. 74. *Grunerus*, in cenſ. libr. Hipp. p. 144 ſq. et *Grimmius*, in annot. ad Hipp. libros in libro: Hippokrates Werke Band II. p. 542. Pro genuinis tandem habuit non II. et VI. tantum, ſed omnes VI. epidemiorum libros *Spenius* (in praef. ad aph. nouum.) Secundi origines authenticas *Trillerus* in epiſt. ad *Io. Freind* in opuſc. vol. II. pag. 2[illegible]9. tuetur.

Quartus etiam epidemiorum liber non Hippocratis eſt, ſaltim ab eo non περὶ [illegible] conſcriptus; ſed, *Foeſio* in praef. ad Epid. IV. ſect. VII. p. 2[illegible]. putante, obſeruationes continet, quas factas in peregrinationibus ſuis, [illegible] in aduerſaria ſua coniecerat. Galenus eum nec ab Hippocrate, neque adeo a Theſſalo compoſitum, ſed recentiorem eſſe affirmat libr. III. de diffic. reſpirat. cap. 1. pag. 268. tom. VII. Chart. ſubinde tamen in comment. ad VI. Epid. eandem hunc librum cum II. et VI. originem habere, et a Theſſalo ex aduerſariis Hippocratis excerptum editumque oſtendit. Sed recentiorem eſſe Hippocratis temporibus, et iis temporibus conſcriptum, quibus cynici philoſophi florebant, *Hallerus* in bibl. med. pract. tom. I pag. 77. ex loco ipſo huius libri, qui actio de aegrotante verba fecit [illegible] ipſum. pag. 704. tom. I. Lind. praeclare probat. Oratio libro fere eadem eſt, quae II. et VI. Omnia abſque ordine dicta ſunt: multa incerta, non ſatis elaborata et ex aliis libris Hippocratis repetita.

Quintus

Quintum et VII. morborum popularium librum manifeſte et ex omnium paene opinione nothos eſſe, Galenus dixit in praeſ. ad comm. I. in VI. Epid. p. 354. tom. IX. Quintum tamen *Corn. Celſus*, lib. VIII. de re medic. cap. 4. pag. 432. edit. Targ. *Quinctilianus*, III. inſtit. orator. p. 45. et *Plutarchus* (de profect. in virtut. p. 82.) pro genuino habent, *Autonomi* in Omilo (p. 778. tom. I. Lind.) hiſtoriam, non ſine Hippocratis laude maxima, narrantes. *Galenus* cum Hippocrati, Hippocratis Coi nepoti, tribuit. (libr. III. de diff. reſpirat. cap. 1. pag. 268. tom. VII.) *Hallerus* cum ipſo Coo Hippocrate non indignum eſſe cenſet in bibl. med. pract. tom. I. pag. 74. Si vero hunc librum cum I. et III. de morbis popularibus conferimus, ex ordine turbato atque neglecto, ex repetitis crebro, quae antehac fuerant dicta, ipſoque vario dicendi genere facile perſpicitur, hunc librum ad genuinos, ſaltim ad elaboratiores Hippocratis non pertinere. Vltimam libri partem ex VII. Epid. conflatam libro huic eſſe additam, Galenus notat. Vid. Grimm. in not. ad Hippocr. edit. germanic. Band II. pag. 550.

Septimus liber, fere eodem modo, quam quintus, elaboratus, et vnum forſan cum hoc auctorem habens, quem Galenus ſpurium eſſe expreſſe dixit loco ſupra cit. et II. de diff. reſpirat. cap. 7. libr. III. cap. 1. ex *Grimmii* (Band II. pag. 560.) mente medicum ex Cnidia ſchola auctorem habet, quum quintus ex Coa ſchola proceſſerit.

Codices libror. de morb. popularibus Graeci ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCLIII. MMCCLIV. MMDXLV. In biblioth. D. Marci. Duo libri in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXLIII.

Libros hos de morbis popularibus omnes, cum ipſis genuinis explicuiſſe videntur interpretes antiqui, quos ſupra in epid. I. et III. memoraui. Liber epidemicorum erat Narciſſi, vid. cod. Brit. nr. DII. In librum II. ſaltim Galenus Dioſcoridis et Heraclidis Tarentini, et in VI. eorumdem enarrationes memorat, quas iam in epid. I. et III. memorauimus. Superſunt nobis adhuc Galeni commentarii in librum II. et VI. et in vtrumque quidem non integri.

Quatuor priores commentarii et ſextus in lib. II. Arabice verſi exſtant in biblioth. Scorialenſi *Caſiri* nr. DCCC. et DCCCI.

Partem II. in comm. II. epid. nuperrime, cura *I. Sozomeni* prodiiſſe, ex Albertino Hallerus refert, tom. I. pag. 76.

Lib. II. *epidemicorum Hippocratis* gr. et lat. cum comm. *Anut. Foesii.* Baſil. 1560. 8.* Textum emendatiorem et pulcherrime illuſtratum exhibuit, quem deinde ſecundis laboribus edidit cum reliquis Hippocratis operibus.

Sect. I. libr. II. epid. cum interpret. *Lud. Dureti* edidit *Petr. Girardet.* cum libr. de humorib. et de diaet. in acut. Edit. vid. ſupra ſub libr. de diaet. in acut. et infra libr. de humoribus.

Petr. Iac. Eſteue comment. in II. epid. Valent. 1551. fol. — *Hieron. Cardani* comm. in Oper. tom. X. — *Hier. Mercurialis* praelect. Bononienſes in hunc libr. Forolivii 1626. fol.

Chr. Gfr. Stenzel Hippocrates fuci non male accuſatus, ad loc. in Epid. II. Witteb. 1745. 4.† — *Sigism. Schmiederi* obſeruatio de equo fictili, locum Hipp. libr. IV. epid. corruptum

ruptum priſtinae ſanitati reſtituens in miſc. Lipſ. tom. IV. p. 107. — *C. Guil. Frid. Struuii* locus Hippocr. epid. V. *ἔσπασεν καὶ ἐκτείνεν ὅλον τὸ σῶμα*. Nordhuſ. 1760. 8.*

Librum VI. epid. graece edidit *Leon. Fuchſius*, titulo: Hippocratis epidemiorum liber ſextus iam recens latinitate donatus *Leonardo Fuchſio* interprete. Addita eſt luculenta eius libri expoſitio. — Haganoae, 1532. 4.* Baſil. 1537. fol.* quae editio eſt auctior. Textus eſt Aſulani. Verſio *Fuchſii*, cum commentario ſtudioſiſſime elaborato. Graece prodiit liber VI. cum aphoriſm. Francof. 1545. 12.

Latine, ex interpretat. *Leonh. Fuchſii*, et ex alia veteri translatione, ſtudio Io. Agricolae Ammonii cum aphoriſm. 1537. 4.* Ex interpr. *Leon. Fuchſii*, in Hippocr. libr. I. et III. epid. cum comm. Galeni, Herm. Cruſerio interprete. Venet. 1538. 12.*

Multos antiquorum, et fere omnes, quos in Epid. I. et III. enarraui, in hunc librum feciſſe commentarios, iam monui.

Exſtant adhuc *Galeni* commentarii ſex in hunc librum, ſed non in integrum; pars enim earum periit. Exſtant graece ſcripti in biblioth. D. Marci Veneta.

Arabice in biblioth. Scorial. Caſiri nr. DCCCI Decem ſunt commentarii.

Galeni in VI. epid. comm. cum eiusdem comm. in I. et III. epid. *Io. Vaſſaeo* interprete prodiit Lugd. 1550. 12.* Prodierunt etiam Galeni in hunc libr. VI. comm. ſex, itemque VII. et VIII. cum commentariis III. in libr. de humoribus interprete *Io. Bapt. Raſario*. Venet. 15.. 8.*

Palladii commentariorum in hunc librum cod. MS. proſtat in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCCXCV. ſed nuperus. vid. Montfauc. II. p. 739. Alius exſtat in bibl. Medicea, plut. 75. nr. XXI. XXII. quorum prior fragmenta tantum continet, alter plenior Montfauconio I. p. 389. dicitur. Bandini III. p. 174. Venetiis in bibl. Laphilei haec ſcholia graece exſtitiſſe, docet *Iac. Santalbinus* in praefat. ad Pallad. ſchol. in Hipp. de artic. libr. Foeſ. ſect. VI. pag. 196. *Palladii* ſcholia Hippocratis ſextae epidemiae exſtant in bibl. Scorial. Montfauc I pag. .. Edita ſunt a P. Iunio Craſſo. Baſil. 1581. 4.* latine. Particulam huius commentarii edidit gr. et lat. *Charterius* in Hippocr. et Galeni operibus.

Io. Alexandrini comm. in VI. epid. cum ipſo textu lat. Lugd. 1527. 4.* Corruptos vocat Leon. Fuchſius in comm. ad hunc librum, quos iam dixi.

Explication d'un paſſage des epidemies d' Hippocrate par Mr. *Goulin*. Pariſ. 1781. 8. Locum explicat, quem quoque Trillerus explicuit de ſcortatione, dyſenteriae remedio, Epid. libr. VII. [Explication d' un paſſage des *Epidémies d' Hippocrate*, lequel donne occaſion d'en corriger un d' Artemidore mal interpreté par Suidas; dans le notes on retablit un endroit alteré de Galien. par M. *Jean Goulin*, agregé au college royal des Medecins de Nancy etc. Paris chez Hardouin. 1783. 8. conſ. Journal encyclopedique à Bouillon. 1783. tom. VI. part. II.]

Io. Wilh. Albrecht progr. de loco Hippocr. male explicato epid. VI. 5. Gott. 1735. 4.*

[*Chr. Gottfr. Stenzel* Defenſio Hippocratis (Morb. Epid. Lib. VI. Sect. 5. Aph. 12) fuci non mali male accuſati. Viteb. 1745. 4. Bibl. Platn. *Beck.*]

In omnes libros epidemiorum commentarios ſcripſit *Fr. Valleſius*, quos ſupra, ad epid. I. et III. enarraui, quos vide.

11. Κωακαι

II. Κωακαὶ προγνώσεις.

Deſunt huic libro teſtimonia tam antiqua, quam recentiora. *Erotianus* eius non meminit. *Galenus* eum inter ſpurios repoſuit comm. II. in epid. II. text. 3. p. 126. et comm. III. text. 7. pag. 158. 160. nec non comm. I. in III. epid. text. 4. pag. 201. tom. IX. Chart. omnesque, qui de Hippocratis libris iudicarunt, eum pro ſpurio habuerunt, ſolo Dureto excepto, qui hunc librum pro ſumme germano Hippocratis habuit et ſaltim ab vno ex Hippocratis diſcipulis ſcriptum eſſe putauit in comment. in Coacar. prognoſ. nr. I. Et ſane ipſum huius libri argumentum germanis eius originibus repugnat. Propoſitiones continet de morborum ſignis et euentibus 649. Multa in eo leguntur incerta, non plane vera, minus probata, et quidem dicendi genere obſcuro, obſoleto, minus, aut anxie cohaerente. Et in his omnibus hic liber aphoriſmis admodum diſſimilis eſt. Ante Hippocratis tempora hunc librum iam exſtitiſſe, cum prorrheticorum primo libro in Aeſculapii templo adſeruatum, quam propriis libris Hippocrates emendauerit, *Grimmius* Band II. pag. 568. ſuſpicatur.

Codices Graeci ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIV. MMDXLV. et in biblioth. D. Marci Venet. In Medicea. Bandini III. pag. 45.

Graeca editio non exſtat. Latine vertente M. Fabio Caluo. 1527. 12.

Gr. et lat. Pariſ. apud Morelium. 1557. 12.* cum aliis, quos vid. ſub prognoſtico. — gr. et lat. cura *Io. Obſopoei*, cum aliis. Francoſ. 1587. 12.* — gr. et lat. cum verſ. *Foeſii* et notis Io. Ionſtoni. Amſt. apud Elzeu. 1660. 12.* — gr. et lat. in Hippocr. opuſc. aphoriſticis. Baſil. 1748. 8.* — gr. et lat. ex interpretatione *Iacobi Hollerii*, nunc primum editi a *Deſiderio Iacotio*, et huius commentariorum libri XIII. Lugd. 1576. fol.* Notae fuſiſſimae in vſum praeſertim medicum ſunt Iacotii, qui a Dureto, quem Monſpelii ann. 1570. audiuerat, omnia habuit, quod Droetus in propria epiſtola teſtatur.

Hippocratis Magni Coacae praenotiones interprete et enarratore *Ludouico Dureto*. Pariſ. 1588. fol.* 1616. fol. 1621. fol.* 1658. fol.* Arg. 1633. 8. *Lind.* Geneu. 1665. fol.* Curante Adr. Pelcryn Chrouet. Lugd. Bat. 1737. fol. vid. biblioth. Maph. Pinelli tom. I. p. 288. et Lugd. 1784. fol.* Textus ſubinde ex codd. MSS. emendatus. Verſio paraphraſtica. Commentarii practici.

Iulii Milli naturae motus decernentis arcanum opus. Venet. 1654. 4.† De criſibus, ad Coac. libr. I. et II.

Magni Hippocratis Coaca praeſagia breui enarratione illuſtrata, decerpta a Galeno, Hollerio, Dureto, Foeſio, Iacotio, et aliis non inferioris notae viris. In formam encheiridii ad vſum faciliorem compoſita authore *Lud. Ferrant.* Lutet. Pariſ. 1657. 12.*

Honorati Bicaiſſe promptuarium Hippocr. aphoriſmorum, praedict. et Coacarum ſecundum morborum nomenclaturam ſub aphoriſmis dixi.

Io. Gfr. Brendel commentarioli practici in Coacas Hippocratis praenotiones penſum I. II. III. Gott. 1752. 4.* Et in opuſc. part. I. pag. 171.

III. Περὶ

III. Περὶ χυμῶν.

Inter vere Hippocrateos hunc librum referunt *Erotianus* (p. 22. et 278. edit. Franz.), *Palladius* (in comm. in hor. Hippocr. de fractur. ſect. VI. pag. 147 Foeſ.) atque *Galenus*, comm. III. in VI. epid. text. 44. p. 472. et comm. IV. pag. 475. tom. IX. Chart. qui etiam in hunc librum commentatus eſt; qui tamen commentarius tantum latinus proſtat, et quidem ex *Hier. Mercurialis* (cenſur. Hipp. Oper. p. 25. 26.) mente ſpurius, vt adeo pro magis genuino is habendus ſit, quem cum ipſo libro *Io. Vigerus* edidit, quemque mox memorabimus. Sed priſcorum interpretum de hoc libro maxima fuit diſſenſio. *Zeuxis* et *Heraclides* eum a veris Hippocratis libris omnino reiiciendum putarunt. *Glaucias* et alii antiqui ad Hippocratem quidem retulerunt, ſed non ad Coum. Alii Democritum auctorem [illegible] putarunt. vid. Menagium ad Diog. Laert. IX. 46. Quae in hoc libro leguntur, ad ſummam breuitatem redacta, *Dioſcorides* et *Artemidorus Capito* Hippocrati Coo adſcripſerunt, quae magis explicita oratione dicta ſunt, ab alio eſſe interiecta putarunt. Alii *Theſſalo*, Hippocratis filio, alii *Polybo*, genero eiusdem, hunc librum adſcribunt. Eſſe hunc librum ex iis, quos primum Hippocrates conſcripſerit, quibus vero plurima ab aliis, et quidem antiquiſſimis temporibus addita fuerint, Galeni vera mens eſt, qui etiam plurimas has interpolationes in commentariis ſuis diligenter notauit. Habent quidem et hunc librum pro genuino *Foeſius* atque *Hallerus*, qui ſane bonitatis notas non paucas habet, et vtiliſſima multa continet; ſed dicendi genere, quod coactam breuitatem redolet, obſcuroque prolata, vt facile conicias, hunc librum ab alio quodam ad exemplum Hippocrateorum eſſe compoſitum, et quidem ex aliis genuinis Hippocratis libris, ex libris genuinis epidemion, prognoſtico, aphoriſmis atque de aere, aquis et locis libro excerptum: plurima enim, quae in his libris leguntur, in hoc, et quidem fere absque vllo ordine, repetuntur.

Codices exſtant graeci in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIII. MMCCLIV. MMDXLV. In biblioth. D. Marci Venet. In bibl. S. Antonii Venet. In Medicea, Bandini III. pag. 72. Arabice, Ketab alakhlath le [illegible]. Herbelot. pag. 478. — Ἐξήγησις εἰς τὸ περὶ χυμῶν Ἱπποκράτους exſtat gr. in biblioth. C. de Montchal in Reg. Pariſ. cod. CXX. Montfauc. II. pag. [illegible]. Alius, ſed recens et [illegible] ſcriptus, exſtat in biblioth. Coisliniana, nr. CLXIII. Montfaucon in biblioth. Coislin. part I. pag. 222.

Prodiit graece. Pariſ. 1555. 4. †

Ἱπποκράτους περὶ χυμῶν. *Hippocratis* Coi liber de humoribus. Galeni in eundem librum commentarius graecus nunc primum in lucem editus atque cum latina *N. Vigerii*, Melodunenſis, D. medici interpretatione. Lutet. 1555. 4.* Graecus Galeni commentarius [illegible], quem hic legimus, non reſpondet commentario latino ſubditicio in hunc librum, qui Galeno adſcribitur. [illegible] hic quidem commentarius [illegible], de quo Galenus [illegible], inprimis in comment. II. in III. epid. text. 1. pag. 230. tom. IX. quemque διὰ ταχέων [illegible] [illegible] — *Galeni* in Hippocr. libr. de humoribus commentarii III [illegible] commentarii in [illegible] VII. et VIII lat. donatus *Io. Bapt. Raſario* interprete. Venet. 1562. 8.* — *Alexandri Piccolhominei* comm. in hunc libr. prodiit Pariſ. 1556. 4.

Galen

Galen in Hippocr. librum de humoribus commentarii III. Eiusdem reliquum ſexti commentarii in VItum de vulgaribus morbis itemque VII. et VIII. *Io. Bapt. Raſario* interprete. Venet. 1562. 8. *Günz.*

Hippocratis de humoribus liber, *de diaeta acutorum* libri III. cum comment. *Lud. Dureti* emendauit et in ordinem diſtribuit *Petr. Girardetus*. Pariſ. 1631 8.* — Iterum recenſuit, emendauit, paraphraſin, notas, praefationem et indicem nouum adiecit *Iuſtus Godofr. Günz*. Lipſ. 1745. 8.*

Latine, vertente *Fab. Caluo.* 1527. 12.

Latine, vertente *Io. B. Razario*, cum comment. Galeni. Venet. 1562. 8. *bibl. Tigurin.* et Caeſar. Auguſt. 1567. 4.

IV. Περὶ κρίσιων.

Hic liber, ad Hippocratei ſtyli imitationem conſcriptus, excerpta continet ex genuinis Hippocratis operibus ad ſemioticen ſpectantibus, eiusque quum inter genuina Hippocratis opera non meminerint *Erotianus* atque *Galenus*, facile liquet, eum ex aliis Hippocratis operibus, et quidem absque vllo ordinis ſtudio, eſſe conſarcinatum. Mutilum opus in plerisque locis videri *Grimmii* (Band II. pag. 578.) ſententia eſt. Codex exſtat in bibioth. Reg. Pariſ. nr. MMCCLIV.

Prodiit gr. et lat. cum aliis ſemioticis Hippocr. ſtudio *Zwingeri*. Baſil. 1748. 8. — [Aduerſus Hieronymum Fracaſtorium Hippocrates et Galenus defenduntur ab *Andrea Taurino* de cauſis dierum criticorum. Bonon. 1543. 4. *Fabric.*]

V. Περὶ κρισιμων.

Non memoratus ab *Erotiano* atque *Galeno*, aphoriſtico dicendi genere excerpta ex tertio libro de morbis et ex libro de internis adiectionibus continet, adeoque ſpurius eſt.

Codices exſtant in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIV. MMDXLV. In bibl. Medicea Bandini III. p. 44. [et inter Codices gr. MSS. Nanianos, cod. CCXLVIII. pag. 441.]

Exſtat gr. et lat. in opuſc. ſemiot. *Zwingeri*. Baſil. 1748. 8.

VI. Κατ᾽ ἰητρεῖον.

Libros nunc chirurgicos reliquos Hippocrateos recenſebo, in quibus non pauci ſunt, qui poſt veterum tempora pro ſpuriis demum haberi coeperunt.

Ad hos pertinet hic *de officina medici* liber. Exſtiterunt eius exemplaria vetuſtiſſima, et quod innuere videtur *Galenus* (in praef. ad comm. I. in hunc libr. p. 2. tom. XII.) omnia ſub Hippocratis Coi nomine. Ipſe quoque *Galenus* hunc librum inter genuinos habuiſſe videtur, ſi vno loco non neget, dubitaſſe quosdam, num Hippocratis, aut Theſſali ſit, (comm. I. in libr. de offic. medici text. V. p. 14. tom. XII.) alioque loco (comm. I. in lib. de fracturis text. I. p. 153. tom. XII.) quosdam eum Hippocrati Gnoſidici filio tribuiſſe referat. Quid?

quod ipſe *Galenus* hunc librum neque ab Hippocrate, neque a filiis eius περὶ [illegible] ſcriptum, (comm. II. in hunc libr. text. 26. p. 64.) ſed poſt mortem demum Hippocratis eſſe editum (comm. III. in hunc libr. text 25. p. 96.) adſerit. Eaque cauſa eſt, quae *Grimmium*, V. Cl. monuit, vt ad ſpurios hunc librum referret. Band III. pag. 555. Quidam *Palladio* (comm. in libr. Hipp. de fracturis ſect. VI. p. 147 Foeſ.) auctore cum cum libro de fracturis coniunctum pro vno ſtatuerunt. Non autem mouere haec reliquos de libris Hippocratis ſcriptores, vt Hippocratis ingenio, dicendi modo atque dignitate indignum putarent. Solo enim fere Galeno excepto, omnes hunc librum ab ipſo Hippocrate, et quidem περὶ [illegible] compoſitum eſſe ſtatuunt. Meminit huius libri inter Hippocrateos *Erotianus*, et iam ante eius tempora Diocles, Philotimus, Mantias, Heraclides Tarentinus atque Asclepiades enarrationes in hunc librum ſcripſerunt, de quibus vid. *Galen.* in comm. I. in hunc libr. text. 5. p. 15. text. 22. p. 33. et comm. II. text. 29. p. 68. vbi exemplum enarrationis ab Aſclepiade compoſitae quoque dedit.

Codices MSS. exſtant in bibl. Reg. Pariſ. graeci nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCCLXXXVII. MMDXLV. et in codice Mediceo, de quo Cocchius egit, a Niceta collecto. Vid. Bandini III. pag. 44.

Arabice, ketab algenak le Bokrath. Herbelot. pag. 482.

Gallice prodiit titulo: le médecin chirurgien d'Hippocrate le grand. Pariſ. 1567. 16.

Galeni in hunc librum exſtant commentarii III. quos iam citaui. Conuertit eos *Io. Bernardus Felicianus* et *Vidus Vidius*, in chirurg. ſcriptorib. antiquis. Pariſ. 1544. fol.*

VII. Περὶ ἀγμῶν.

Retulerunt et hunc librum veterum fere omnes inter genuinos. *Erotianus* inter vere Hippocrateos nominat. *Palladius*, quod ad genuinas origines attinet, prognoſtico, aphoriſmis atque aliis ſummae genuinis Hippocratis libris non cedere contendit (comm. in hunc libr. procem. ſect. VI. p. 147. Foeſ.). Galenus genuinum hunc librum Hippocratis eſſe non dubitat, nominatque genuinum [illegible] in comm. II. in III. epid. p. 246. tom. IX. eumque librum [illegible] vocat, qui doctrinam abſolutiſſimam Hippocratis in ſe [illegible]; libr. VI. de methodo medendi cap. 5. pag. 114. tom. X. attamen de originibus eius vere ſentit. Non ſeparatum hunc librum priſcis temporibus ex quorundam ſententia a libro de articulis fuiſſe refert; ſed librum de articulis libro de fracturis adhaeſiſſe, communemque habuiſſe titulum: κατ' ἰητρεῖον, librum hunc qui hoc titulo inter Hippocratis opera prodiat, non Hippocratis Coi, ſed Hippocratis, Gnoſidici filii, eſſe. Haec etiam in libro de fracturis, de luxationibus, et libro de articulis, de fracturis ſermonem eſſe (vid. comm. I. in hunc libr. text 1. p. 153. et 15. tom. XII. conf. libr. IX. de Hippocr. et Platonis decretis cap. 5. p. 258. tom. V.) *Hippocratem*, Gnoſidici filium, huius libri auctorem habitum fuiſſe a quibusdam, *Galenus* in comm. I. in libr. de diaet. acut. text. 17. p. 15. tom. XI. diſerte refert. Recentiorum omnes hunc librum pro genuino habent, ſolo *Grimmio*, V. Cl. excepto, qui eum non poſt Hippocratis mortem, atque non ab illo Hippocrate, Gnoſidici filio, conſcriptum eſſe autumat. [illegible] nus ceterum ordo, grauitas breuitasque in dicendo et Ionica dialectus, quibus hic liber et liber de officina medici conſcriptus eſt, hunc librum Hippocrate Coo [illegible] non indignum reddunt.

Co-

Codex libri exſtat in collect. Nicetae, et in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMDXLV.

Antiquos huius libri interpretes exſtitiſſe, ex Galeno perſpicitur. Superſunt nobis in hunc librum Galeni commentarii, et quidem copioſiſſimi, tres, cuius codices graeci exſtant in bibl. Reg. Pariſ. nr. MDCCCXLIX. et MMMMMMMDCCCLXVI. nec non in bibl. Medicea. vid. Bandini III. p. 44. Vertit hos commentarios in latinam linguam *I. Bernardus Felicianus* et *Vidus Vidius* in chirurgia, e graeco in latinum verſa. Pariſ. 1544. fol.*

Exſtant quoque in hunc librum *de fracturis Palladii*, qui poſt Galeni tempora vixit, ſcholia. Ea graece et latine edidit cum notis *Iacobus Foeſius* (ſect. VI. p. 19.) Reperit harum editionem *Ren. Charterius* in Hippocr. et Galeni operib. tom. XII. Verſionem latinam confecit *Iacobus Santalbinus*.

Prodiit hic liber latine cum comm. *Andr. Maximini.* Rom. 1776. 4. mai.

VIII. Περὶ ἄρθρων.

In Cod. MS. Vaticano occurrit poſt librum de natura pueri, ſub titulo: περὶ ἄρθρων ἐμβολῆς. Eadem fere, quae de libro *de fracturis*, veterum de hoc libro ſententia eſt. Memorant eum *Celſus* libr. VIII. cap. 8. *Erotianus*, *Galenus* atque *Palladius*, omnesque praeter *Grunerum* (cenſ. p. 129.) et *Grimmium* (Band III. p. 565.) ad Hippocratem Coum referunt. Sed Galenus, etſi ſaepius hunc librum, ceu vere Hippocrateum citat v. g. ad aph. VI. 46. p. 279. et ad aph. VII. 29. p. 305. tom. IX. comm. I. in libr. Hipp. de officina medici text. 1. p. 3. tom. XII. cet. tamen non raro in aeſtimandis eius originibus ambiguus haeret, quosdamque hunc librum, qui cum libro περὶ ἀγμῶν cohaeſerat, Hippocrati, Gnoſidici filio, tribuiſſe, refert. Palladii adeo temporibus libri ſcripti exſtitiſſe videntur, quibus hi duo libri cohaerebant; is enim in ſcholiis in libr. de fracturis, expreſſe dicit, eum a Galeno in ſeptem partes eſſe diuiſum. (ſect. VI. p. 198. Foeſ.) Et ſane Galenus librum de fracturis in *tres*, de articulis vero in *quatuor* partes, tot in vtrumque hunc librum commentarios ſcribens, diuiſerat. Vtrumque hunc librum vnum habuiſſe auctorem, vix credibile eſt: vnum idemque argumentum non raro in vtroque tractatur, et quidem iisdem paene verbis. Conſcriptus eſſe videtur *Grimmio* (Band III. pag. 565.) non longe poſt Hippocratis tempora a viro, in chirurgia plurimum verſato.

Codd. libri de fracturis et articulis ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr MCCCCXLIV. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCLIV. MMDXLV. cum IV. Galeni comment. graeci ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MDCCCXLIX et nr. MMCCXLVIII. In biblioth. Medicea. Sine comment in biblioth. Card. Radulphi in Reg. Pariſ. nr. XVI. Montfauc. II. p. 767. In Medicea. Bandini III. pag. 42.

Prodiit Lugd. Bat. vertente A. Foeſio. 1628. 4.

IX. Μοχλικός.

Meminit inter Hippocrateos huius libri *Erotianus* p. 22. 152. et Galenus comm. I. in I. Prorrhet. text. 4. p. 69. tom. VIII. qui vero eum, quod mutilus ſit difficilisque et ex libro de articulis et de fracturis exceptus (comm. I. in libr. de fract. text. 1. pag. 154. tom. XII.) eoque non ab Hippocrate profectus, illuſtratione per commentarium indignum iudicauit.

 Referunt

Referunt eum etiam ad ſpurios libros *Hieronymus Mercurialis*, *Lud. Lemoſius*, *Hallerus*, *Grunerus*, *Grimmius*. Foeſius vero ſect. VI. p. 116. in hoc libro, quae Hippocrates fuſe in aliis dixerat, in anguſtiores fines ab ipſo Hippocrate contracta eſſe adſerit. Ordo ſane mutilus libri, ex aliis chirurgicis excerpti, cum adeo prima pars ad librum de officina medici pertinere videtur, obſcura dictio atque ambigua vix permittunt, vt eum pro genuino habeamus. — *Codex* eſt in collectione Nicetae. — Seorſim edidit graece *F. Morellus*. Pariſ. 1579. 4. *Maittaire.*

x. Περὶ ἑλκῶν.

Antiqua huic libro Erotiani atque Galeni teſtimonia non deſunt, quem etiam *Hier. Mercurialis*, cenſ. pag. 18. *Lemoſius*, fol 29. et *Foeſius* ſect. VI. p. 146. pro genuino habuerunt. Sed ordo valde turbatus medicamentaque plura abſurda, acria, varie inter ſe mixta atque compoſita, quae in eo occurrunt, huncque librum vltimae parti libri de victu in acutis ſimilem reddunt, effecere, vt ab *Hallero* biblioth. chirurg. tom. I. p. 11. *Grunero* cenſ. p. 177. et *Grimmio* Band III pag. 58. pro ſpurio haberetur. *Grunerus* eum medico Cnidio eundem adſcribit. Galenus eum commentariis illuſtraverat, qui vero hodie deſiderantur.

Codices exſtant in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. Nuperus eſt in MMCXLVIII. Alius exſtat in MMCCLIV. In Cat. Gonvill. biblioth. Cantabrig. nr. DCCCCXLIX. graecus exſtat in biblioth. Vindob. de Neſſel, nr. XLVII. part. III. pag. 53. et in Medicea. Bandini III. pag. 42.

Arabice verſus, titulo: *Ketab al akhar.* Herbelot. biblioth. orient. pag. 965.

Exſtat gr. et lat. cum comm. in Hippocr. Coi chirurgia a Stephano Manialdo edita. Pariſ. 1619. 8.*

Latine in *Vidi Vidii* chirurgia. Pariſ. 1544. fol.*

[Gall. cum Comm. Vid. Lyon, 1555. 8. Par. 1638. 8. item vertente Daſſaudeau, Saum. 1612. 12. Muſ. Brit.]

Les trois premiers livres de chirurgie pr. *Fr. le Fevre.* Pariſ. 1555. 8. hunc librum continent.

Italice: Libro d' Ipocrate dell' ulcere, con le note pratiche chirurgiche di Gioſeppe Cignolozzi. In Firenze. 1690. 8.

xi. Περὶ συρίγγων.

Erotianus pag. 22. hunc librum ad θεραπευτικὰ Hippocratis refert, et pertinere aut ad ipſum Hippocratem aut ad virum, qui cum ex Hippocratis praeceptis conſtituerit, curationem fiſtulae ani per linum probat, quae in hoc libro proponitur, quamque Foeſio iam teſte Iſagoges auctor et Paulus Aegineta Hippocrati acceptam referunt. Sed non ad Hippocratem pertinere, verum potius ad virum alium, Hippocratis doctrina imbutum, turbatum docendi genus probat; probant quoque medicamenta, valde et inter ſe compoſita, in eo laudata, reliqua vero theoria, ex libro de morbis repetita, de pituita et bile, multis ſuppletae praeſente. De fiſtulis ani inſcripſiſſe hunc librum quondam, Foeſius notat. Coniunctum cum libello de haemorrhoidibus, manifeſte ſpurio, adeoque ipſum eſſe ſpurium, *Galenus* iam notabat in gl-

ſar. ſ. v. πήρινα et σευβλὴν. et *Hallerus* notat in biblioth. chirurg. tom. I. pag. 11. citatur enim in gloſſario liber περὶ συρίγγων καὶ αἱμοῤῥοΐδων. vt *Hallerus* ibid. notat. — Cod. exſtat in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXLII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCCLIV. In Medicea Bandini III. pag. 45.

Exſtat in collect. Vidi Vidii et gr. et lat. in collect. *Manialdi.* Pariſ. 1619. 8.*

XII. Περὶ αἱμοῤῥοΐδων.

Omnia in hoc libro cum iam dicto de fiſtulis conueniunt, vt adeo hic liber pars libri de haemorrhoidibus fuiſſe vtique videatur. Erotianus, Galenus, in gloſſar. ſ. v. πήρινα, quos *Foeſius* ſequitur p. 168. ſect. VI. cum pro vere Hippocrateo habent. *Mercurialis*, *Grunerus* pag. 166. *Hallerus* l. c. cum pro ſpurio habent. A Cnidio quodam medico compoſitum eſſe, Grunerus atque Grimmius Band III. pag. 595. autumant.

Codicem habet Bandini III. pag. 45.

Exſtat gr. et lat. cum comment. in collect. *Manialdi.* Pariſ. 1619. 8.* et ſeorſim graece. Baſil. 1540. 8. — Ad libr. chirurgicos omnes pertinet *Matth. Naruatii* ſylua ſententiarum ad chirurgiam pertinentium ex libr. Hippocr. deſumta. 1632. 8.*

XIII. Περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου.

Nullam mentionem fecere huius libri Erotianus atque Galenus, falſoque putat Foeſius ſect. VI. pag. 194. eum his viris eſſe ſubnotatum. Hinc, quum etiam dicendi genere a reliquis libris Hippocratis magnopere recedat, pro ſpurio habendus eſt.

Codex exſtat gr. in bibl. Vindobonenſi, et quidem ex bibliotheca Medicea Florentina, (vid. Bandini III. pag. 44. vbi duo codices memorantur,) deſcriptus, curante *Io. Sambuco.* vid de Neſſel. Cat. MS. biblioth. Vindob. part. III. nr. XIV. p. 26. In biblioth. Reg. Pariſ. exſtant nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCLVII. MMDXLV.

XIV. Περὶ ἀνατομῆς.

Erotianus atque Galenus de hoc libro ſilent, quem omnes reliqui, ne Foeſio quidem excepto, pro ſpurio habent. Hippocratis eſſe ſaltim non negat *Trillerus* (de noua Hippocratis editione adornanda p. 12 ſq.) Eodem modo ſcriptus eſt, quam IV. ſectio libri II. epidem. cum eaque aliquo modo nexus, adeoque et ob hanc cauſam ſpurius.

Codices MSS. exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXLVI. et MMCCLIV.

Graece et latine edidit hunc libr. cum commentario vberrimo *D. W. Trillerus* in commentatione de noua Hippocratis editione adornanda, qua ſpeciminis loco libellum de anatome recenſuit, emendauit et commentario medico-critico perpetuo illuſtrauit. Lugd. Batau. 1728. 4.* et in opuſc. vol. II. pag. 238 ſq.

Io. Godofr. Gunz progr. quo in libr. Hippocr. de anatome aliqua commentatur. Lipſ. 1738. 4.* Non pauca contra Trillerum monet, de quibus vide ipſum Trillerum Opuſc. vol. II. pag. 270.

Latine, ex interpretat. *Io. Reuchlini.* Tub. 1512. 4. *Gunz.* — *Latine* edidit hunc librum cum libro de oſſibus, cum quo commixtum eum repperit et de glandulis titulo de anatome, Io. Caius.

Hippocrate de la compoſition du corps humain et deſcription de toutes ſes parties, c. comm. a Io. de la Fargue. a Lyon. 1580. 16. *Du Verdier.* Eſt forte liber de anatome gallice verſus.

xv. Περὶ παθῶν.

Erotiano non noti huius libri meminit *Galenus*; ſed eum ad eos retulit, qui Hippocratis δυνάμεως non digni ſint, eumque ad Polybum retulit in II. comm. in libr. de vict. acutor. text. 38. p. 63. tom. XI. conf. gloſſ. ſ. v. τελῶν tom. II. p. 104. Omnesque qui iudicia de Hippocratis operibus tulerunt, eum ſecuti ſunt, ita, vt etiam *Albanus Torinus* ſub Polybi nomine hunc librum in lucem daret. Sed dignus vtique eſt Hippocrate, ſiue dictionem, ſiue argumenti grauitatem reſpicias, niſi ideo dubites, quod antiquam et ſcholae Hippocrateae propriam doctrinam de quatuor humoribus iam eſſe imitatam exhibeat. *Caelio Aureliano* non notum fuiſſe, *Halleri* mens eſt, biblioth. med. pract. tom. I. pag. 73.

Codices Graeci exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCCLIV. In biblioth. Vindobonenſ. Lambec. VI. pag. 55. et de Neſſel. part. III. p. 19 nr. IV. — *Latinus* codex interprete *Franciſco Philelpho* in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMMCXIII. — Edidit cum lib. Polybi nomine *Albanus Torinus*. Baſil. 1544. 4. — *Io. [illegible]* commentarii in hunc librum. Lugd. 1658. fol.

xvi. Περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν.

Erotiano non memoratus hic liber a Galeno variis ſub titulis, et quidem ſub Hippocratis nomine, citatur. Modo enim τὰ μείζονα περὶ παθῶν, (in libr. VI. aph. 27. pag. [illegible] tom. IX.) modo τὸ [illegible] περὶ νόσων τὸ μεῖζον, modo περὶ ἐμπύων vocat. [illegible] hunc librum medicum ex Cnidia ſchola, iam Foeſius (ſect. V. p. 282.) monuit, quem deinde ſecuti ſunt *Io. Henr. Schulze*, in hiſt. med. per. I. ſ. III. cap. 4. §. 28. *Hallerus* bibl. med. pract. tom. I. p. 74. *Grunerus*, cenſ. p. 110. atque *Gruner* Band III. pag. [illegible] Et a medico ex hac ſchola eſſe compoſitum, adeoque, quoniam, quid ſenſerint Cnidii, per exempla docet, valde memorabilem, probant multiplicata vehementer morborum genera, atque curandi methodus per fortiora purgantia, lac atque lactis ſerum, quae Cnidiorum fuit, vt Hippocrates iam notauerat lib. de diaet. acut. §. 1. 2. Methodus quoque, in morborum deſcriptione ab Hippocrate obſeruari ſolita, in hoc libro non obſeruata eſt. *Euryphontem* eius auctorem fuiſſe, Foeſius, ſed parum firma coniectura, autumat.

Codices graeci ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCCXLV. MMCCLIV. In Medicea Band. III. p. 45. [illegible], a Busbeckio Conſtantinopoli comparatus in biblioth. Vindob. gr. exſtat. de Neſſel. Cat. part. III. pag. 19.

Praelect. in hunc libr. *Franciſc. de S. André.* Cadom. 1687. 12. et *Io. Martini.* Pariſ. 1637. 4.

XVII. Περὶ ὄψιος.

Sponio (in praef. ad aph. nou.) atque Hallero bibl. med. pract. tom. I. pag. 73. principium libri περὶ παθῶν eſſe videtur, ſed dicendi genus in vtroque hoc libro non conuenit. Liber hic ex eorum numero eſſe videtur, quem auctor libri περὶ παθῶν ſe ſcripturum promiſerat, hic de viſu liber non eſt, quem quoque Galenus non nouit, neque Erotianus. Fragmentum alius libri eſſe videtur, et absque plurimo ordine ſcriptum.

Continentur graeci ſunt in Bibl. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCLIV. MMDXLV. In Medicea Bandini III. pag. 44.

Hippocratis de morbis et remediis oculi liber *arabice* exſtat in libris Narciſſi, archiepiſcopi Dublinenſis. Cod. Brit. nr. MCCXII. Ketab alain men albeden le Bokrath. Herbelot. pag. 488.

Oculorum ſcarificatio, quae in hoc libro primum proponitur, his libris anſam dedit:

Io. H. Hampe diſſ. de ſcarificatione oculari Hippocratica. Duisburg. ad Rhen. 1721. 4.* — *Io. Dan. Mauchart* ὀφθαλμοξύστης nou-antiqua, ſeu Woolhuſiano-Hippocratica operatio, e textu graeco eruta. Tubing. 1726. 4.* — *Io. Zach. Platner* diſſ. de ſcarificatione oculorum. Lipſ. 1728. 4.* et in Opuſc. tom. I. p. 79. — Eiusd. progr. de chirurgia oculatia. Lipſ. 1735. 4.* et in Opuſc. tom. II. p. 49. — *D. W. Triller* exercit. de ſcarificatione et vſtione oculorum, ab Hippocrate deſcripta. in Opuſc. vol. I. pag. 463.

XVIII. Περὶ νόσων *Liber I — IV.*

Exſtabant apud veteres libri περὶ νόσων ſub *Hippocratis* nomine, ſed non iidem, qui hodie ſub hoc nomine proſtant: quae enim veteres ex his libris citant, in iis non leguntur. *Galenus* duos libros Hippocratis de morbis magnos duosque paruos habet, ipſique adeo *Foeſio* ſect. V. p. 258. non conſtat, quinam de morbis minor primus Galeno dicatur. *Caelius Aurelianus* etiam conſilia citat ex libro Hippocratis de morbis, quae ſaltim in his, quos nunc enarro, libris non leguntur. Galenus quoque, Foeſio monente, l. c. τυφ[illegible] memorat ex libro de morbis, quae in his non reperitur. Hinc alios libros veteribus exſtitiſſe Hippocratis de morbis, aut hos, qui nobis ſuperſunt, valde eſſe mutilatos, certum eſt. Alterum de morbis librum *Galenus* comm. I. in Hipp. epid. VI. text. 29. p. 387. 388. tom. IX. citat, et τὰ περὶ νόσων Ἱπποκράτει γεγραμμένα vocat, alios autem de morbis et de paſſionibus libros Hippocratis ſuis temporibus exſtitiſſe. inde patet, quod libri de paſſionibus internis initium (in VI. aph. 27. p. 263. tom. IX.) atque loco modo citato et huius libri prima verba adduxerit, atque locum περὶ πελιῆς νόσου, qui in hoc libro de morbis altero §. 66. p. 92. tom. II. Lind. occurrit, citauerit et magna ex parte in commentarios ſuos tranſcripſerit. Alter itaque, qui in Hippocratis operibus proſtat, de morbis liber Galeno ſimpliciter περὶ νόσων dictus eſt. Hunc vero alterum noſtrum librum priſcis temporibus *primum de morbis* fuiſſe, ex *Caelii Aureliani* citatione alterius libri de morbis perſpicitur, qui loca quoque quaedam ex eo dedit, quae in tertio, qui de morbis in Hippocratis operibus eſt, libro, reperiuntur, quod collatis locis *Caelii*, libr. III. chron. cap. 4. p. 191. cum libr. III. de morbis §. 11. p. 112. Lind. tom. II. et loc. libr. III. acutor. morbor. cap. 17. p. 240. cum libr. III. de morbis §. 15. p. 105. tom. II. Lind. manifeſte intelligitur. Et hic ſecundus et tertius de morbis liber ſine dubio

περὶ

περὶ νόσων ά et β΄ eſt, quem Erotianus p. 22. ceu Hippocrateum citat. Sed primus liber et quartus de morbis quosnam titulos habuerint, difficulter penitus eruitur. Libri enim περὶ παθῶν et περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν cum titulis libri I. et IV. de morbis confuſi a veteribus ſunt. Liber περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν Galeno in VI. aph. 27. ὁ μέγας περὶ παθῶν dicitur. Duos vero de morbis magnos, et duos paruos aliquoties memorauit Galenus in exegeſi vocum Hippocratis, adeoque liber primus et quartus de morbis et liber de affectionibus tres ſunt, quos Galenus, et quidem *duos paruos de affectionibus* vocauit, vnus vero ex [illegible] de affectionibus fuit.

Antiquos iam de vero horum librorum auctore incertos fuiſſe, Dioſcoridemque librum de morbis ineditis libri II. Hippocrati, Theſſali filio adſcripſiſſe, Galenus comm. I. in Hipp. epid. VI. text. 29. pag. 387. tom. IX. memorat. Alios *Polybo* libros *de morbis* tribuiſſe, ex Galeno liquet ad VI. aph. 1. p. 248. tom. IX. Galenum ſaltim *de morbis* libros, quos memorat, Hippocrate dignos non cenſuiſſe, ſed ſpurios, intelligitur ex II. comment. in libr. Hipp. de diaeta acutor. text. 38. p. 63. tom. XI. Et ſane, ſi etiam ordo, qui concinnus in iis vtique eſt, non deſideratur, deſideratur tamen Hippocratis doctrina, ingenium, exacta morborum enarratio et medelae ſimplicitas. Multa Cnidiorum ingenium redolent, indeque non eſt, quod diſſentiamus a Foeſio, qui hos libros ei tribuit, qui librum περὶ γυναικείων ſcripſerit, et quidem medico ex ſchola Cnidia. Eandem ſententiam *Hallerus* bibl. med. pract. tom. I. p. 71. et *Grunerus* p. 155. habent. Alterius tamen lib. IV. ſcriptoris videri, *Hallerus* putat, qui poſt Ariſtotelem vixerit. vid. biblioth. botan. tom. II. p. 620. et Hier. Cardan. de ſanit. tuend. lib. III. [Hippocrati abiudicat *Reineſ.* epiſt. 49. ad Hofmannum pag. 451.]

Quatuor de morbis librorum codd. graeci exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCCLIV. MMDXLV. In bibl. Medicea Bandini III. p. 42. — Libri III. praeter exſt. in bibl. Vindobunenſ. Lambec. VI. pag. 85. et de Neſſel. part. III. pag. 20. nr. IV.

Gr. et lat. prodierunt ex verſ. *Georg. Pylandri.* Pariſ. 1540. 4. *Fabr. Reſ.* [Gr. lat. cum praelection. Io. Martini, ed. a M. Renato Morello, Par. 1637. 4. Muſ. Brit.] — *Petri Salii* Diuerſi comm. in quatuor Hipp. libr. de morbis. Francof. 1602. fol. * 1612 fol. *Lipſ.* 1646. fol.* — *G. D. Coſchwitz* de ſpadone Hippocratico lib. I. de morbis. Hal. 1721. 4.* — *G. E. Stahl* de febre lethifera Hipp. ad lib. de morb. II. 4. Hal. 1711. 4. — *Andr. O. Goelicke* de morbo ructuoſo Hipp. de morb. lib. II. Francof. ad Viadr. 1734. 4. — *I. Godofr. Brendel* pr. de morbo craſſo Hipp. Gott. 1747. in Opuſc. part. I. pag. 166.

XIX. Περὶ γυναικείων. ά. β΄.

Erotiano, *Galeno* probe notus hic liber, ab illo inter Hippocratis ſcripta relatus, ab hoc vero non plane dignus Hippocrate habitus comm. III. in II. epid. Hipp. text. [illegible] pag. 179. tom. IX. et in permultis ſpuriis Hippocrateis libris citatus, v. c. περὶ ἐπταμήνου, pag. [illegible] tom. I. Lind. περὶ γονῆς, περὶ ἀφόρων, περὶ νούσων, ab omnibus pro ſpurio habitus eſt, Foeſio, qui eius ne quidem meminit, Mercuriali, Hallero, Grunero. Profectus eſſe videtur ab eo, qui librum IV. *de morbis*, librum *de genitura*, *de virginum morbis* et de *helleboriſmo* confecit, notante quoque *Foeſio* ſect. V. pag. 306. Ad libros, ex Cnidiorum mente ſcriptos, *Grunerus* p. 172. refert. Et ſane morborum deſcriptiones pluraſque [illegible]

guino calamo exaratas et medicamentorum farraginem inconditam, quam vix ab Hippocra-
s aetate expectaueris continent. Notha, ſeu adiecta, quae a p. 520. tom. II Lind. leguntur, Foeſius ex membranis Vaticanis adpoſuit. vid. not. ad hunc libr. *Foeſ.* ſect. V. p. 331. Secundus liber continuatio prioris eſt et, quod voces eaedem teſtantur, in vtroque libro repetitae, ab eodem auctore compoſitus.

Codices graeci exſtant in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. duo MMCXLI. duo MMCXLII. duo MMCXLIII. duo MMCXLIV. duo MMCXLVI. duo MMCCXLII. duo MMDXLVIII. In bibl. Vaticana. In bibl. D. Marci. In Medicea Bandini III. pag. 45. In Vindobonenſi Lambec. V. pag. 85 de Neſſel. part. III. pag. 22. nr. IV. — *Arabice* Herbelot.

Liber I. prodiit interprete *Maur. Cordaeo.* Pariſ. 1585. fol. Baſil. 1586. 4. † Et in Gynaeceorum tom. III. Et in Gynaeceis Iſr. Spach. Arg. 1597. fol.*

XX. Περὶ παρθενίων.

Veteribus ignotus liber, qui eiusdem auctoris eſſe videtur, qui libros περὶ γυναικείων ſcripſit. Prooemium librorum de muliebribus *Foeſio* ſect. V. p. 291. eſſe videtur. *Grunerus* p. 171. auctori libri περὶ ἱερῆς νȣ́σȣ eum tribuit, cum quo in cauſis pertractandis aliquo modo conuenit.

Codices graeci exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMDXLV. In Medicea Bandini III. pag. 45.

Maurit. Cordaei edit. gr. et lat. cum adnotat. prodiit Pariſ. 1574. 8.* — *Io. B. Donati* comment. Lucae. 1582. 4. *Falc.* Francof. 1591. 8. — *Claudii Tardy* paraphraſis in libr. de virginum morbis. Pariſ. 1648. 8. *Boerm.* — *Io. Stephani* comment. Venet. 1635. fol.

XXI. Περὶ γυναικείης φύσιος.

Excerpta plurima continet ex libris περὶ γυναικείων, notantibus *Foeſio* ſect. V. pag. 293. et *Hallero* bibl. med. pract. tom. I. p. 71. et inſuper morbos et medicamenta infinite multiplicata, multa quoque contra Hippocrateae ſcholae mentem dicta, medicamenta foetum corrumpentia, abortum concitantia.

Codd. Graeci ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIV. MMCCLIV. MMDXLV. In Medicea Bandini III. p. 45. [De feminea natura et de feminarum morbis, Fab. Caluo interpr. Par. 1526. 12. Muſ. Brit.]

XXII. Περὶ ἀφόρων.

Librorum περὶ γυναικείων veluti adpendix, quam *Erotianus* citat pag. 22. et *Galenus* in Gloſſar. et in comm. III. in II. epid. Hipp. text. 35. p. 179. tom. IX. verum non ceu talem, qui ab Hippocrate profectus ſit.

Codices Graeci exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLV. MMCXLVI. MMCCLIV. MMDXLV. In Medicea III. pag. 45.

XXIII. Περὶ ἐπικυήσιος.

Siue, vt Hier. Mercurialis ſcribit, *περὶ κυήσιος καὶ ἐπικυήσιος*, cenſ. p. 36. a veteribus non memoratus.

Codd. exſtant in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCLIV. MMDXLV.

XXIV. Περὶ ἱερῆς νόσου.

Memorat hunc librum inter Hippocrateos *Erotianus* p. 22. et *Galenus*, etſi alio loco, (comm. in VI epid. VI. text. 7 pag. 550. tom. IX.) auctorem non dicat; alio tamen loco (comm. I. in Hipp. prognoſt. text. 4 p. 588. tom. VIII.) Hippocratis eſſe diſerte aſſerit. *Caelius* quoque *Aurelianus* l. diut. cap. 4. p. 219. eum ad Hippocratem refert, nec non ex recentioribus *Forſius* ſect. III. p. 145. *Iul. Caeſ. Scaliger.* in comm. in Hipp. de inſomniis atque *Trillerus* in epiſt. med. crit. ſuper I. et III. epid. p. 196-197. in Opuſc. vol. II. *Democrito* hunc librum adſcribere non dubitarunt *Andr. Caeſalpinus* lib. V. art. med. cap. 1. et *Antonius Pontius de Santa Cruce* in praefat. Valliſoletanis ſ. comm. ad hunc librum. Vid. *Menag.* ad Laert. p. 414. *Philotimo* eundem tribui, *Trillerus* refert l. c. [De titulo atque argumento libri vid. *Petrum Petitum* ad Aretaeum pag. 77.]

Memorabilis ceterum liber, qui ſupernaturales morborum cauſas plane reiicit atque elegans, totus dogmaticam ſcholam iam efformatam redolet, adeoque ipſo Hippocrate recentior eſt. Neque oratio Hippocrateae breuitati reſpondet. Indeque hunc librum pro ſpurio quoque habuere *Lemoſius*, qui eum ad Hippocratem, Draconis filium, refert. cap. 7. p. 33. *Hier. Mercurialis*, p. 35. qui ſimul memorat, in codicibus graecis ante hunc librum cenſuram oppoſitam legi, in qua ſcriptor teſtatur, eum minime germanum eſſe Hippocratis. *Hallerus*, biblioth. med. pract. tom. I. pag. 69. atque *Grunerus* pag. 162.

Codd. graeci ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIV. MMDXLV. In bibl. Vindobon. Lambec. VI. p. 85. et de Neſſel. part. III. p. 19. nr. IV. In bibl. D. Marci. In Medicea Bandin. III. p. 43.

Pontii de Santa Cruce praelectiones Valliſoletanae in hunc libr. Matrit. 1631. fol.* [quas valde laudat *Caſaubon.* lib. de enthuſiaſmo, cap. 2. p. 21. et cap. 3. p. 67. *Heumann.*]

XXV. Περὶ μανίης.

Citat auctor libri, veteribus non memorati, *de morbo ſacro* librum et epidem. V. Ipſe vero hic liber citatur in Hippocratis ad Damagetum p. 916. tom. II. Lind. epiſtola.

Codex graecus eſt nr. MMCXL. bibl. Reg. Pariſ. imperfectus.

Seorſum prodiit cum nonnullis aliis Hippocr. interprete *Iano Cornario*. Colon. 1542. 8. *Gunz.* Baſil. 1582. 8.

XXVI. Περὶ φαρμάκων.

Siue *περὶ καθαιρόντων φαρμάκων*, multa ex aphoriſmis habet et a veteribus non memoratur. Liber *φαρμακίτιδες*, hodie deperditus, quem auctor libri *de morbis* ...

que

quoties citat, non eſt, quum de alui purgatione, ſecundum quatuor humores inſtituenda, antum agat.

An ſit liber *de ſolutiuis*, cuius cod. exſt. in bibl. Mertonienſ. nr. DCCXXIX. Cod. Brit. dubium eſt. Exſtat et codex graecus, ni fallor, in MS. Iſ. Voſſii. Montfauc. in biblioth. Anglican. nr. MMCCXCVII. I. pag. 677.

Edidit gr. *Io. Caius*, cum quibusdam ſcriptis Galeni. Baſil. 1544. 4. — Graece ad calcem breuiarii *Nicephori Conſtantinopolitani* ex Cuiaciano codice deſcriptum edidit *Dionyſ. Petauius*. Pariſ. 1616. 8. gr. et lat. ex proprio cod. et cum notis edidit *F. Morelius*. Pariſ. 1617. 8. 1621. 12.

Gr. et lat. cum interpret. et comm. *Io. Heurnii*, in libro: *Hippocratis Coi prolegomena et prognoſticorum libri III.* Lugd. Bat. 1703. 4.* p. 108. et ſaepius. vid. ſupr. ſub prognoſt.

Ad calcem poſtremae edit. *Foeſii*. Geneu. 1675. fol. cum *Heurnii* interpretatione et notis.

Latine cum *Rhaſis* opuſc. et aliis, titulo Hipp. de farmaciis. Venet. 1497. fol.* cum Guinterii anat. inſtitut. et Theophili de corporis humani fabrica libr. V. prodiit *Guinterio* interpr. Baſil. 1539. 4.* cum *Apicio* et aliis de medicamentorum uſu. Pariſ. 1541. 8. Inter medicos antiquos graecos, ex verſ. Iunii Pauli Craſſi. Baſil. 1581. 4. pag. 147.

XXVII. Περὶ ἐλλεβορισμοῦ.

Initium libri περὶ ἐλλεβορισμοῦ eſſe librum περὶ φαρμάκων *Heurnius* p. 108. putat; ſed num hunc intellexerit, dubium eſt. Excerptus hic eſt ex aphoriſmis, praenotionibus, praedictionibus et libro de diaeta acutorum, quos libros omnes ſe ſcripſiſſe auctor adfirmat. Librum quoque *de morbis mulierum*, ceu ſuum, memorat.

XXVIII. Περὶ ὑγρῶν χρήσιος.

Conſarcinatus liber ex aphoriſmis aliisque, Foeſio monente ſect. IV. p. 33. membranis, neque ab *Erotiano* et *Galeno* memoratus, adeoque ſpurius, etſi *Io. Nardio* ideo legitimus videatur, quod veteres eius paſſim meminerint.

Codices ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCCLIII. MMCCLIV.

Commentatus eſt in hunc libr. *Io. Nardius* in nocte geniali prima. Bonon 1656. 4. †

XXIX. Περὶ φυσῶν.

Referunt hunc librum ad Hippocratem *Erotianus* p. 22. atque *Galenus*, nec non *Gregorius Nazianzenus*, *Io. Stobaeus*, alii. *Mercurialis* ſecundae claſſi acceſſet, et iure quidem: mere enim ad θεωρίαν ſpectat, neque conſcriptus eſſe poteſt, niſi poſt Hippocratis tempora, efformata penitus dogmaticorum ſecta. Ad pneumaticorum tamen quod *Clericus* olim credidit, hiſt. de medic. part. I. lib. III. 4. p. 137. ſectam non pertinet, quod probat Cl. *Olberhenſis* in diſſ. exh. hiſtoriam ſectae pneumaticorum. Altorfii. 1791. 8.

Codices Graeci exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIII. MMDXLV. In bibl. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 44.

Graecus eſt forſan codex, qui exſtat in bibliotheca Io. Mori, epiſc. Noruicenſ. nr. MMMMMMMMMMMCCXXXIX. Montfauc. I. pag. 687. *Graecum* huius non codicem in bibl. Vaticana nr. CCXVI. memorat Foeſius, in not. in libr. de oſſium natura. *Latinus* in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMMMXXIII. MMMMMMMMLXIII.

Prodiit gr. et lat. *Iano Cornario* interprete. Baſil. 1529. 4. *Gunz.*

Vertente *Adriano Alemanno* cum commentar. Pariſ. 1557. 8.[c]

Io. Moriſoti commentarium graec. citat Spachius p. 86.

Interprete *Franc. Philelpho*, aut *Conſtantino Laſcari.* Pariſ. 1525. 12. *Houſſ.* — *Latine* vertente *Fabio Caluo.* 1527. 12.

XXX. Περὶ ἀδένων.

Scripturum ſe auctor libri *περὶ ἄρθρων* §. 12. p. 768. tom. II. Lind. librum *περὶ ἀδένων οὐλομελίης* promiſerat, qui hic *περὶ ἀδένων* non eſt, notante iam *Galeno* in comm. I. in libr. Hippocr. de artic. text 46. p. 314. tom. XII. ſed a iuniore medico ſcriptus, qui et dicendi genere et ingenio multum ab Hippocrate Coo ſuperetur. Commemorari hunc librum a nullo veterum medicorum, nec ab iis, qui indices ſcripſerunt, *Galenus* l. cit. refert. Nec Erotianus hunc librum memorat. — *Codex* exſtat in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCCLIV. — [conſ. *Saxe* diſſ. Obſeruatt. medicae. Vtrecht. 1782. pag. 3.]

XXXI. Περὶ ὀδοντοφυΐης.

Non memoratus ab Erotiano atque Galeno, fere practici argumenti eſt, et ad imitationem dictionis Hippocrateae conſcriptus. — *Codices Graeci* ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXLVI. MMCCLIV.

XXXII. Περὶ διαίτης. ά. β΄. γ΄.

Ab *Erotiano* non memoratus hic liber modo *περὶ διαίτης* a *Galeno* inſcribitur in I. libr. de alimentor. facult. cap. 6. p. 314. et cap. 28. p. 329. tom. VI. modo *περὶ διαίτης ὑγιεινῆς* in comm. I. in Hippocr. de diaet. acutor. text 17. p. 15. tom. XI. modo *ὑγιεινὸν διαιτητικόν*. *Περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ διαίτης* inſcribi librum, in tres partes diuiſum, idem *Galenus* l. de alim. facult. cap. 1. pag 306. tom. VI. refert. Totum vero hunc librum antiquiſſimum eſſe, Galenus teſtatur; verum non Hippocratis, et aut referri ad *Euryphontem*, aut *Phaontem*, aut *Philiſtionem Locrum* (de quo vid. quae viri docti ad *Gellium* XVII. 11. et ad *Diog. Laert.*) aut ad *Ariſtonem*, aut ad *Pherecydem*, aut ad *Philetam*, vel ad alium quendam veterum: multis enim hunc librum eſſe adſcriptum. Monet vero ſimul, hos viros omnes priſcos eſſe, nonnullos quidem Hippocrate vetuſtiores, alios et coaeuos fuiſſe. Verba eius haec ſunt: *εἰ γὰρ καὶ μὴ Ἱπποκράτους ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ βιβλίον, ἀλλ᾽ Εὐρυφῶντος, ἢ Φάωνος, ἢ Φιλιστίωνος, ἢ Ἀρίστωνος ἤ τινος ἄλλου τῶν παλαιῶν, εἰς πολλοὺς γὰρ ἀναφέρεται αὐτό, πάντες ἐκεῖνοι τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν εἰσιν, ἔνιοι μὲν Ἱπποκράτους πρεσβύτεροι, τινὲς δὲ συνακμάσαντες αὐτῷ.* Comm. I. in libr. de diaet. in acut. text. 17. p. 14. 15 tom. XI. cuius locum fere penitus eundem, niſi quod auctorem Hippocratem huius libri a quibusdam haberi referat, in libr. I. de alim. facult. cap. 1. pag. 306.

Et

Et haec quidem *Galeni* ſententia de toto hoc libro fuit, non de primo tantum, vt quidam haec Galeni loca intellexerunt. τὸ πρῶτον αἴζησιν πάμπολλα τῆς Ἱπποκράτους γνώμης iudicium *Galeni* de primo eſt l. c. de alim. facult. et maximam partem ex Heraclito philoſophia petita continet. (vid. *Gruner.* cenſ. pag. 96.)

Alterum librum Hippocrate ſatis dignum *Galenus* l. c. ex lib. I. de alim. cap. 1. cenſet; eius vero duplex initium fuiſſe refert, quod ex libri principiis ipſis, quae exhibuit, intelligitur. Aliis ſcilicet in exemplaribus initium libri a §. 7. edit. Lind. tom. I. p. 214 fuit: σιτίων δὲ καὶ πομάτων δύναμιν ἑκάςων, κ. τ. λ. in aliis vero a §. 1. p. 210. χωρέων δὲ θέσιν, κ. τ. λ. Multa ex hoc libro Celſum mutuaſſe, *Foeſius* ſect. IV. p. 126. refert. Multa praeterea, praeſertim, quae ad anatomen pertinent, adiecta eſſe huic libro, Galenus ſuſpicatur libr. VI. de Hippocr. et Platonis decretis cap. 3. pag. 186. 187. tom. V.

De tertio libro *Galenus* iudicium ſuum non tulit, niſi quod generatim dicat, omnes tres libros ad Hippocratem referri a quibusdam. Ad *Herodicum Selybranum*, medicinae gymnaſticae auctorem, refertur hic liber a Clerico hiſt. de med. part. I. lib. III. 13. pag. 177. quoniam in eo gymnaſiorum exercitia ad bonam valetudinem vehementer commendantur. Diuerſorum auctorum hos tres libros opus eſſe, ipſa eorum lectio probat.

Codices Graeci librorum III. ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCCLIV. MMDXLV. In bibl. Vindob. de Neſſel. part. III. p. 20. nr. IV. In bibl. D. Marci Venet. In Medicea Bandini III. p. 42. In biblioth. Bodleiana codex latinus eſt nr. MMMDXLI. — Liber I. ſolus exſtat in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMXXVII.

Des Maizeux explication d'une paſſage d'Hippocrate dans le livre de la diete in hiſtoire critique de la republique des lettres tom. XI. pag. 52 ſq. et ibid. pag. 292.

Io. Matth. Geſner ψυχαὶ Ἱπποκράτους. Gott. 1737. 4.* vid. Suppl. ad nou. act. erud. tom. III. ſect. X. p. 449. et in Comm. ſoc. Reg. Gott. tom. III. — Diſſertation ſur l'origine des êtres animés ſuivant le ſyſteme d'Hippocrate, par Mr. *Heinius*, in: Memoir. de l'Acad. Royale des ſciences de Berlin. 1745. pag. 101.

XXXIII. Περὶ ἐνυπνίων.

Ob initium libri huius: περὶ δὲ τῶν τεκμηρίων τῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν Foeſius ſect. IV. p. 113. hunc librum pro continuatione libri III. de diaeta habet, et *Hallerus* eiusdem ſententiae eſt in bibl. med. pract. tom. I. p 80. Similia enim praecepta de alimentis addendis, detrahendis, de medicina gymnaſtica in eo proponuntur.

Codices Graeci exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIV. MMDXLV. In bibliotheca Vindobonenſi de Neſſel. cat. MS. graec. bibl. Vindob. part. IV. nr. CXCII. pag. 109. In Medicea Bandini III. pag. 44. [inter codices gr. MSS. Nanianos pag. 442.]

Graece editus eſt apud Morelium. Pariſ. 1557. 12.* vid. ſub prognoſtico titulum.

Gr. et lat. cura *Iuſti Velſii.* Baſil. 1543. 4.†

Gr. et lat. cum aliis apud Morellum. Pariſ. 1557. *Maittair.*

Latine. Editionem ab anno 1479. citat *Spachius*, in elench. medic. pag. 82.

Andrea Brentio interprete. 4. ſ. loc. et anno.* 15. foliorum, ſine titulo, cuſtodibus, ſignatura et paginarum numeris. Praemiſſa eſt *Andr. Brentii* epiſt. ad Zachariam Barbarum, Venetorum oratorem, deinde Brentii epiſtola ad Sixtum, (Xyſtum vocat) Pontificem, poſteaque fol. 5. liber *de inſomniis* ſequitur. Poſt hunc librum Brentii epiſtola ad Ni. Gupalatinum legitur. Deſcripſit hunc librum probauitque eum anno 1471. et quidem Romae typis eſſe excuſum *M. Denis* in den Merkwürdigkeiten der K. K. Garelliſchen Bibliothek. nr. 114. pag 207. 208.

Apud *Symphorianum Campegium*, ſaec. XV. vt videtur, vergente. — In Rhaſis et alior. opuſc. collect. Veneta, et quidem ex A. Brentii verſione. nuper deſcripta, cum epiſt. Brentii ibi dictis omnibus 1497. fol. Et in articella. — Vertente *Fabio Calvo*, cum aliis 1527. 12.

Iuſto Velſio interprete. Antwerp. 1541. 8. † *Aug. Ferrerii* liber de ſomniis, Hippocratis de inſomniis, Galeni de inſomniis, Syneſii de ſomniis. Lugd. 1549. 12.* — cum *Iul. Caeſ. Scaligeri* verſione et commentario atque *Ariſtotelis* libellis de ſomno, vigilia, inſomniis et diuinatione. Lugd. 1538 4. 1539. 4. *Kuſt.* Lugd. 1549. 12. Muſ. Brit.] Geneu. 1561. fol. ad calcem eiusdem librorum VII. poetices. Geneu. 1561. fol. Catal. bibl. Bunau. I. p. 95. Gieſſ. 1610. 8. Amſt. 1658. 12. — Auctus et recognitus idem l. fol. ſ. loc. et ann. *Gunz.* — *I. Colle* de cognitu difficilibus in praxi ex libro Hippocr. de inſomniis. Venet. 1628. 4.

XXXIV. Περὶ φύσιος ἀνθρώπυ.

Si, quod quidem Galenus credidit in comm. I. in hunc libr. text. 1. p. 94. 95. tom. III. et text. 42. p. 126. Plato hunc librum coram oculis habuit, quem animi naturam ſecundum Hippocratis methodum ſe inueſtigaturum diceret in Phaedro pag. 371. vol. X. edit. Bipont. hic liber ex Hippocratis omnibus is foret, cuius genuinae origines ab antiquiſſimis viris eſſent probatae. Sed Platonem ad hunc in hoc loco librum reſpexiſſe dubium eſt, et, licet huius libri mentionem faciant *Erotianus* pag. 22 *Galenus*, *Palladius* comm. in libr. Hippocr. de fract. ſect. VI. p. 247. Foeſ. et *Macrobius* in VI. ſaturn. cap. 5. omnesque hi illum pro genuino habeant; tamen *Galeni* iam temporibus quidam fuere, qui eum pro ſpurio haberent, et quidem alii Galeno antiquiores, alii vero ipſi coaeui, et ſtudio contradicendi Galeno, vt ipſe narrat, in comm. I. ad hunc libr. prooem p. 94. 95. tom. III. permoti. Quidam Polybo hunc librum tribuiſſe comm. I. in hunc libr. text. 42. pag. 126. et text. 1. pag 95 et comm. II. pag. 149. alios vero Theſſalo comm. II. in hunc libr. text. 1. pag. 129. tom. III. ipſe Galenus refert.

Sed Galenus, qui ad hunc librum illuſtrandum non ſolum commentarios duos in eum [illegible], verum etiam peculiarem librum περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων, [illegible] tom. III. edit. Chart. [illegible] in defendendis [illegible] partis huius libri [illegible] eſt, quae [illegible] humorumque naturam et [illegible] calido, frigido, [illegible] et humido [illegible]. Hanc partem eam eſſe, quae Hippocrateae doctrinae prima fundamenta contineat, et quam Plato iam legerit, adeoque ſumme germanam, non ſine acerbitate plurima in aliter ſentientes locis iam citatis, inprimis in

procem.

prooem. ad comm. I. in hunc librum notat. Eaque pars vsque ad §. 17. partem plurimam edit. Lind. tom. I. pag. 273. progreditur.

Quae in vltima parte §. 17. p. 273. edit. Lind. et in ſequentibus continentur, adiectitia putat, quae plurima, absque vllo ordine enarrata, ad pathologiam, therapeuticen atque diaetam pertinentia contineant. Haec Dioſcorides in editione ſua aſteriſco iam, ceu notha, notauerat, *Theſſali*, Hippocratis filii, eſſe ſuſpicatus. vid. Galen. comm. II. in hunc libr. text. 1. p. 124. tom. III. Alii *Polybo* hanc partem adſcripſerant. (Gal. comm. II. in hunc libr. p. 149.) Et verius quidem: *Ariſtoteles* enim libr. III. de hiſtor. animal. cap. 3. multa ex hoc libro ad verbum fere excerpſit, quae §. 20. p. 275. tom. I. Lind. leguntur, eaque Polybo expreſſe tribuit, ita, vt hic pro huius ſaltim huius libri partis vero auctore habendus ſit, ſi, quod ego fere crediderim, non totius libri auctor exiſtit. Ex multis autem libris hanc partem eſſe compoſitam, et lectio illius probat, et ipſius Galeni teſtimonium, in prooem ad comm I. in hunc libr. p. 95. tom. III. Eiusdem cum *Galeno* ſententiae et recentiores ſunt, niſi quod vix certe dici poſſe, quae in hoc libro Hippocratis ſint, ſtatuant. conf. *Haller*. bibl. anat. tom. I. p. 17. et art. med. princip. tom. I. p. 33. *Gruner*. p. 90 ſq. Antiquos hunc librum libris de diaeta adiunxiſſe, notat Foeſ. in not. ad hunc libr. ſect. III. pag. 95.

Codices MSS. exſtant graeci in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCLIII. MMCCLIV. MMDXLV. et latinus nr. MMMMMMMDCCCLXV. In bibl. Cai. Gonvill. Cantabrig. nr. DCCCCLIX. In biblioth. S. Remigii Rhemenſ. nr. DXLVIII. Montfauc. II. pag. 1289.

Ketab al thabiut, de homine, opera *Honain* arabice verſus, forſan hic liber eſt. vid. Herbelot. Exſtat cum expoſitione Galeni arabice verſus ab *Honaino*, filio Iſaac, Syro Iacobita in bibl. Palat. Medicea. vid. *Aſſemanni* Codd. orientales bibl. Palatinae Mediceae. Florent. 1742 fol. nr. CCXXVI. pag. 354. Eiusd *Honaini* commentarius, ſiue potius paraphraſis in hunc Hipp. libr. et Galeni comm exſtat in bibl. Palat. Medicea nr. CCXXVI. *Aſſeman*. ibid.

Prodiit graece cura *Albani Torini*, cum prognoſtico et iureiurando. Baſil. 1536. 8.* 1543. 8. Muſ. Brit.] Pariſ. 1548. 4.* [Lugd. 1548. 1558. 12. Muſ. Brit.] Bremae. 1584. 4. Lugd. Batau. 1627. 8. [Gr. lat. Lugd. 1570. 12. Muſ. Brit.]

Latine. *Andr. Brentio* vertente, in collect. Symphoriani Champerii in 8. ſine loco et anno edita.* Eadem verſio extat in operum quorundam Rhaſis coll. Venet. 1497. fol. In Articella. Andr. Brentio vertente. Lugd. 1506. 8. Pariſ. 1516. 4. Cum Galeni de fectis libro et Alexandro Aphrodiſeo. *Brentio* interprete. Pariſ. apud H Steph. 1518. 4. Cum Hippocr. de victus rat. in acutis liber de natura humana prodiit Brentio interprete. Pariſ. ex offic Colinaei. 1524. 12.* — *Guil. Copo* vertente. Lugd. 1525. 8 Ex recenſ. *Kalelaeſi*, et quidem *Andr. Brentio* interprete. Lugd. 1532. 12 * vid. titulum ſub prognoſtico. [cum Pauli Saſini commentario Roterod. 1689. 12. laud. in Cat. Muſ. Brit.]

Iam ante Galenum plures in hunc librum erant commentati. *Sabini* in eum commentarium *Galenus* citat in comm. II. in hunc libr text. 22 p. 148 tom. III. Anonymi comm. exſtat in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMMXXVI. Galeni in hunc librum comm. exſtant lat. in bibl. Medicea plut. 59. Montfauc. I. pag. 356. et in bibl. D. Marci Venet.

Galeni

Galeni commentarii II. in hunc librum prodierunt latine, cum libro ipſo, *Hermanno Cruſerio* interprete. Pariſ. 1531. 4.* Iterum cum ipſo libro et Hippocr. de victus ratione ſalubri libro et in Galeni commentarios *Herm. Cruſerio* interprete. Pariſ. 1534. 12.* Venet. 1538. 12. [Pariſ. 1539. 12. Cat. Muſ. Brit.]

Andrea Brentio interprete. Lugd. 1549. 16.

Io. Rochon comm. in hunc libr. exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMMXXV. *Io. Goſſlini* praelect. MS. in eund. in coll. Cai. Gonvill. Cantabrig. Cod. [illegible] MCXXVII. *Symphorianus Campegius* hos commentar. in collectionem opuſculorum recepit. — Praeter Io. Guintherii et Io. Stephani Bellunenſis enarrationes in hunc librum exſtant *Iac. Sylvii* ſcholia. Lugd. 1549. 16.† — *Euſtachii Quercetani*, cum ſchol. in Galeni libr. III. de temperament. Baſil. 1549. 8.* — *Stephani* Papatellae commentarii II. Venet. 1551. 4.* — *Io. Bapt. Montani* perioche. Venet. 1560. 8.

Blaſii Hollerii cum texto gr. et lat. etc. Galeni comment. latine factis. Baſil. 1550. 8.* 1562. 8.* et in Opp. Maceratae. 1582. fol.*

Lat. verſus cum texto graeco, et paraphraſi explicatus ab *Hier. Mafſario*. Argent. 1553 *Gunz.* 1564. 4.* — lat. cum paraphraſi et explicat. *Iacobi Scutellarii*. Parm. 1568. 8.* et *Io. Fr. Schroeter*. Ien. 1585. 8.* qui Scutellarii paraphraſin fere repetit. — *Iacobi Segarrae*. Valent. 1586. *Boeder*. — *Io. Heurnii*. Lugd. Bat. 1609. 4.* et in Operib.* — *Bonth. Pardaicis* in Iac. Sylvii anatomen et in libr. Hippocr. de natura humana commentarii. Pariſ. 1643. 4.*

Gallice vertit et commentarium addidit *Io. de Bourges*. Pariſ. 1548. 16.

XXXV. Περὶ τροφῆς.

A Galeno, qui et IV. commentarios in hunc librum ſcripſit, qui valde mutili ad nos peruenerunt, et in libr. de Optima conſtitut. cap. 3. pag. 4. tom. VI. pro genuino habitus, a nonnullis vero, *Hieronymo Mercuriali* p. 24. teſte, *Philiſtioni*, vel *Pherecydi*, vel *Theſſalo*, vel *Herophilo* tributus. *Euſtachio*, p. 22. *Gellio*, III. noct. Attic. 16. *Palladio*, comm. in libr. Hippocr. de fractur. apud *Foeſ.* ſect. VI. p. 147. *Stephano* Athenienſi, in lib. I. Galeni ad Glaucon. p. 64. memoratus, ab *Hier. Mercuriali*, p. 24. *Io. Coſtaeo*, Miſcell. I. *Foeſio*, ſect. IV. pag. 115. *Dan. Clerico* hiſt. de med. part. I. lib. III. p. [illegible], atque *Trillero*, Opuſc. vol. II. pag. 219. pro genuino habetur, tamen, vt videtur, Ariſtotele, qui arteriarum nomine ad venas ſalientes vſus non eſt, quod tamen huius libri auctor facit, recentior, et proueſtioris anatomici ſtudii ſoboles.

Codices exſtant *Graeci* in biblioth. Medicea Bandin. III. 42. in biblioth. D. Marci, in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIII. MMCCLIV. MMDXLV. In Coll. Cai Gonvil. Cantabrig. lat. interprete Nicolao de Calabria, in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMMDCCCLXV. cum comm. in [illegible] Cantab. in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMMLXXIX. *Arabice* Ketab Alghedha. Herbelot. pag. 489.

Sabini commentarium in hunc librum laudat Gellius lib. III. noct Att. cap. 16. — *Galeni* commentarios iam memoraui. Acceſſerunt quintae Iuntarum editioni, a *Io Bapt. Raſario* communicati. Edidit eos ſeorſim Io. Bapt. Raſarius lat. Caeſar. Auguſt. 1567. 4.

Antonii Frazantiani commentarius prodiit Venet. 1566. 4.

Graece prodiit Pariſ. 1569. 4. *Aſkew.*

Hippocr. de alimento liber gr. et lat. cum comment. *Stephani Gourmelini.* Pariſ 1572. 8. † — cum *Hier. Cardani* comm. Venet. 1566. 4. Rom. 1574. 8. Baſil. 1582. 8. It in Operib tom. VII. p. 356. — cum *Franc. Valleſii* comment. Colon 1591. 8. Complut. 1589. fol. Colon. 1589 fol. *Gunz.* — cum *Stephani Roderici* Caſtrenſis comm. Florent. 1635. fol.* Sectionem IV. comm. filius Franciſcus edidit Flor. 1679. fol.* [In Cat. Muſ. Brit. laudatur editio interpr. Lud. Dureto a Pet. Girardeto. Par. 1631. 8.]

XXXVI. Περὶ διαίτης ὑγιεινῆς.

Liber hic, quem Erotianus non memorat, et qui, Galeno notante, in antiquiſſimis codicibus medius inter librum περὶ φύσιος ἀνθρώπου et περὶ διαίτης fuit, a *Galeno* in prooem. comm. ad hunc libr. p. 220. tom. VI. *Polybo* penitus tribuitur, ita, vt vix vnquam de Hippocrate eius auctore, ſed fere ſemper de *Polybo* verba faciat, librumque ipſum ſub *Polybi* nomine citet. vid. *Galen.* comm. II. in Hippocr. de nat. human. prooem. p. 128. tom. III. et comm. I. in Hippocr. de diaet. acut. text. 17. p. 15. tom. XI. cet. *Polybo* reliqui quoque fere omnes hunc librum tribuunt, qui et librum III. de diaeta confecit, cum quo in dicendi genere argumentoque ſimilitudinem habet plurimam.

Codex Graecus eſt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXLIV.

Editus eſt, et vtplurimum quidem ſub Polybi nomine, lat. *Andr. Brentio* interprete, in collect. Symphoriani Champerii, quae ſine loco et anno in 8. prodiit et Lugd. 1506. 8. *Guil. Copo* interprete. Pariſ. 1528. fol. et 1529. 8. 1533 8. *Herm. Cruſerio* interpr. 1534. 12. [Par. 1539. 12. Muſ. Brit.] *Guintherio* interpr. cum Scribonio et Beniuenio Baſil. 1529 fol. Baſil. cura *Albani Torini.* 1544. 4.* Baſil. 1559. 8. Antwerp. cura *Io Placotomi.* 1561. 12. Pariſ. 1577. 12. Cum *Io. Curionis* ſchola Salernitana ſaepiſſime prodiit latine. Has editiones vide in regimine ſanitatis Salerni ex edit. *Ackermanni*, pag. 118 ſq.

Commentarii *Galeni* codex eſt Graecus in biblioth. Reg. Pariſ. nr MMCCLXXVI. In biblioth. Vindob. Lambec. VI. pag. 86. conſ. de Neſſel. cat. MS. graec. biblioth. Vindob. part. III. nr. XXXIV. p. 45. Lat. in biblioth. Laurent. Medic. plut. 59 Montfauc. I. p. 356.

Editus eſt *Galeni* commentarius cum ipſo textu vertente *Io. Vaſſaeo* et *Io. Guintherio* Baſil. 1533. fol. nec non *Hermanno Cruſerio* interprete cum comm. Galeni in Hippocr. de natura humana. Pariſ. 1534. 12. — *Polybi* de ſalubri victus ratione, cum comm. *Heron. Torinii Brechelii.* Lugd. 1548. 8.* *Polybi* — ex interpret. et cum comm. *Gilb. Philareti.* Antwerp. 1543. 8. — *Polybi* lib. vtiliſſimi di conſervare la ſanita overo modo di vivere ſani e de le malattie del corpo umano. lib. III. vertente Petro Lauro. Venet. 1545. 4. *Trew.*

XXXVII. Περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον.

Erotiano inter Hippocrateos libros dictus p. 22. et a *Caelio Aureliano* V. chron. cap. 1. *Ruffo Epheſio* de corp. hum. part. appellat. lib. I. cap. 1. p. 111. coll. Henr. Steph. Athenaeo

in deipnoſ — noſtra vero aetate a *Dan. Clerico* hiſt. de med. part. I. lib. III. 3. p. 120. *Hallero*, art. med. princip. tom. I. p. 51. et *Trillero* in opuſc. vol. II. p. 218. pro vere Hippocrateo habitus, a Galeno non, niſi fugiente quaſi calamo, (in gloſſar. Hippocr. ſ. v. [illegible] *κεγμ[illegible]*) memoratur. Minus quoque probatur ab *Hier. Mercuriali* p. 22. *Lud. Lemosio* cap. 11. fol. 36. et Dureto. *Thomas Reinesius* cum poſt Ariſtotelis tempora demum eſſe ſcriptum exiſtimat in var. lect. pag. 75. Similem eſſe in dicendi genere et ratione in [illegible] libro de glandulis *Lemoſius* iam notauit.

Codices exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr MMCXLII. MMCCLIII. et MMCCLIV.

Prodiit graece, cura *Albani Torini.* Baſil. 1536. 8.

Latine, vertente *Andr. Brentio.* Pariſ. 1524. 12 * Ex edit *Rabelaeſi.* Lugd. 1543 8 * — Cum comm. *H. Cruſerio* interprete. Pariſ. 1531. 4.* Cum explic. *Hier. [illegible]*. Arg. 15[illegible]4. 8.* — Exſtant in hunc libr. commentarii Adr. Alemanni. Leonhardi [illegible]. Madrit. 1594. fol. *Lind.*

Hippocratis liber de locis in homine commentariis illuſtratus a *Franc. Perla*, Calui[illegible]. Rom. 1638. 4.*

XXXVIII. Περὶ ὀςέων φύσιος.

Cum mochlico coniunctus hic liber in permultis membranis, a Iano Cornario ſub mochlici quoque titulo editus eſt, ſed hunc librum per mochlicum Galenus non ſignificauit, optime quoque probante Foeſio, in not. ad mochlicum, Galeno tamen et Erotiano notus fuit, qui permultas voces in eo explicuerunt. Erotianus tamen librum ipſum non memorat, Galenus vero [illegible] *τῷ [illegible] τῷ μοχλικῷ*. in gloſſ. ſ. v. *κοτυλίδα*. Quae de venis in eodem libro leguntur, Galenus etiam ſub voce *παρ[illegible]* in eod. gloſſario. Ex [illegible] de venis peculiarem librum fecit, duce potiſſimum Hieronymo Mercuriali, Lindenius. vid. *Cruſer.* [illegible] et [illegible] editionum diverſitates diligenter [illegible]. — Poſt Ariſtotelem et Herophilum demum ſcriptum eſſe, cum inuenta anatomica contineat, Ariſtotelis temporibus ignota, *Hallerus* autumat in biblioth. anat. tom. I. pag. 21.

Codices MSS. exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIV. MMDXLV. In Vaticana nr. CCXVI. In Medicea Bandini III. pag. 44.

XXXIX. Περὶ φλεβῶν.

Citatur a Galeno in lexic. Hippocr. [illegible], neque ſingularis liber eſt, ſed, quod et *Foeſius* optime [illegible], pars libri *περὶ ὀςέων φύσιος*, ex qua ſingularem librum fecerunt, [illegible] deſcriptioni, quae in mochlico legitur, titulum de oſſium natura, deſcriptioni vero venarum, quae in libro de venis legitur, ſingularem de venis titulum dantes.

XL. Περὶ σαρκῶν.

Περὶ ἀρχῶν ἢ σαρκῶν in multis libris ſcriptis eſtinque inſcriptum, ab Erotiano non memoratus, a Galeno modo pro vero, modo pro ſuppoſitio habetur in comm. III in II [illegible]

text. [illegible]

text. 20. pag. 175. et text. 23 pag. 178. tom IX. Democrito *Conringius* introd. in med. cap 3. § 9. tribuit, ſed etſi Heracliti doctrinam de calido immortali exponat, ſimul dogmata continet, quae Eraſiſtrati demum temporibus inualuerunt.

Codices Graeci exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXLVI. MMCCLIV.

Prodiit in opuſculorum Rhaſis coll. Venet. 1497. fol. *Galeni* de elementis libri II. interprete Vict. Trincauelio, acc. Hippocr. liber de elementis cum comm. Iac. Syluii. Lugd. 1550 12.* Solus *Syluii* commentarius prodiit Venet. 1543. 8.* Pariſ. 1561. 8. — cum comm. *Io. Heurnii.* Lugd. Bat. 1603. 4. Et in operibus omn.

XLI. Περὶ καρδίης.

Pars Foeſio ſect. III p. 119. videtur libri περὶ σαρκῶν, cum eaque plurimum anatomicae ſcientiae inter omnes libros Hippocratis continet. Erotianus atque Galenus eum non memorauerunt, nec alii Hippocrati eum tribuunt. Tribui Ariſtotelico philoſopho cuidam, *Conringius* monet cap. 13. de calido innato. Eraſiſtrati placita continet, adeoque ante huius viri tempora non ſcriptus eſt. Legitimas huius libri origines defendit *Georg. Seger* in diſſ. de libri Hippocr. περὶ καρδίης ortu legitimo. Baſil. 1661. 4. et in Baldingeri ſelectis doctorum virorum opuſc. quibus Hippocrates explicatur. Gott. 1782. 8. p. 316. — *Codex* exſtat in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCCLIV. — *Arabice*, Ketab alcalb el Bocrat. *Herbel t.* p. 490. — cum comm. *Iac. Horſtii.* Francoſ. ad Viadr. 1563. 4. — Commentatus eſt in eumdem *Io. Nardius* in noct. genial. X.

XLII. Περὶ αἰῶνος.

Hunc libellum cum libro de carnibus iam coniunctum videmus in edit. Frobenii et in edit. Foeſii, qui in not. ad hunc libr. p. 109. ſect. III. in omnibus exemplaribus hanc particulam huic de carnibus libro adſcribi adſerit. Repetuntur in eo multa ex libro de natura pueri et aliis libris qui frequenter citantur.

Locus eiusdem argumenti, a Philone, libro de mundi opificio, ex Hippocrate laudatus, quem Lindenius libello de aetate ſubiecit et Charterius ad calcem tom. V. exhibuit, fortaſſe petitus eſt ex libris Hippocratis περὶ ἑβδομάδων, quos laudat *Chalcidius* part. III. et *Fauonius Eulogius* ad ſomn. Scipionis pag. 441. edit. Graeuii.

Exſtant in hunc libr. gr. et lat. editum a *Io. Lalamantio*, eius comm. qui cum comm. in libr. de ſeptimeſtri et octimeſtri partu prodierunt Lugd. 1571. 8. 1588. 8. — Exſtant quoque Hippocr. de hominis aetate et extremo fine libri *Io. Lalamantio* interpr. Geneu. 1571. 8. vid. biblioth. Thomaſ. tom. II. pag. 98.

XLIII. Περὶ γονῆς.

Ab Erotiano non memoratur, niſi ſub libro περὶ φύσιος παιδίου, cum quo ſimilitudinem plurimam habere Foeſius notauit, in not. ad hunc libr. p. 100. ſect. III., comprehendit. A quibusdam (vt liber de natura pueri) ad Polybum refertur, notante eodem, l. c. Ad Hippocratem ſane non referendus, ob ratiocinii ſubtilitatem et contemplationis copiam.

Codices MSS. exſtant in biblioth. Coisliniana nr. CCCXXXV. Montfaucon. in biblioth. Coislinian. part. II. pag. 448. in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCCLIV. In Patauina Canonicorum Lateranenſium bibliotheca. In biblioth. Card. Radulphi in Reg. Pariſ. nr. XIV. Montfauc. II. pag. 767. In Medicea Bandini III. pag. 42. [inter codd. gr. MSS. Nanianos pag. 442.]

Iod. Willichii obſeru. in libellum Lactantii Firmiani qui de opificio Dei inſcribitur. it. Hippocratis libellus de genitura interpr. *Iod. Willichio.* Argent. 1542. 8.* Francof. ad Viadr. 1542. 8. — Sub *Polybi* nomine, vertente *Albano Torino.* Baſil 1544. 4. — Gr. et lat. cum libro de natura pueri ex verſ. et cum not. *Io. Gorraei.* Pariſ. 1545. 4.* et 1622. fol. — *Didaci de Sylua* (forte Syluii) commentarius citatur. Baſil. 1556. 4. — *Io. Schenkius* in hunc libr. Argent. 1580. 8.

Gallice, per Guillaume Chretien. Pariſ. 1556. 8 1559. 8. *Maittair.* — *Italice*, ſub Polybi nomine. Venet. 1545. 4.*

XLIV. Περὶ φύσιος παιδίȣ.

Libri huius ab *Erotiano* p. 22. inter Hippocrateos memorati, inſcriptiones varias dedit Galenus, περὶ παίδων φύσεως, in exegeſ. voc. Hippocr. Περὶ φύσιος παιδίȣ τȣ̃ ἐν τόκῳ in libro περὶ γυναικείων bis vocatur, et ſemel γένεσιν τȣ̃ παιδίȣ ἢ ἐν τόκῳ. Galeni temporibus dubitatum eſt, num hic liber Hippocratis, vel Polybi ſit, quod probat *Galenus* in cap. 1. de foetuum formatione pag. 286. tom. V. qui tamen etiam crebro eum ceu Hippocrateum citat. Memorauerunt quoque eundem hunc librum *Palladius* c. in libr. de fract. *Foeſ.* ſect. VI. pag. 147. Cenſorinus et *Macrobius* in ſomn. Scipion. I, 6. Pars eſſe videtur libri, Foeſio p. 101. ſect. III. iam monente, de genitura, quod libri huius extremum probare videtur, et exemplaria ſcripta, in quibus hic liber cum libro *de genitura* continuatur. Spurium quoque eſſe putauit *Io. Pincerus* p. 223. otii Marburgenſis. Partus quoque tempora, notante *Meibomio* in comm. in iusiurand. Hippocr. p. 144. in hoc libro ſecundum ſolares menſes computari videntur, cum in libro de ſeptimeſtri ſecundum lunares enarrari videantur. Recenſent quoque *H. Mercurialis*, *Clericus*, *Grunerus* pag. 91. *Hallerus* biblioth. anat. tom. I. pag. 23. hunc librum, qui eum Herophileis temporibus prodiiſſe putat.

Codices MSS. exſtant in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCXLVII. MMCCLIV. MMDXLV. Scholia in hunc librum ab ore Ioannis excepta exſtant lat. in biblioth. Laurent. Medic. plut. 79. Montfauc. I. p. 356. vid. Bandini III. pag. 42.

Abulabbas Achmet ben Mohammed al Sarakſi circa ann. hegirae 380 *arabice* hunc libr. vertit, titulo Ketab alageunat. vid. *Herbelot.* biblioth. oriental. pag. 478.

Prodiit graece cura *Albani Torini.* Baſil. 1536. 8. — Cum *Io. Gorraei* interpret. eiusque ſchol. cum libr. de genitura. Pariſ. 1545. 4.* 1594. 4. 1622. fol. *Baldi.* — A *Iod. Willich* conuerſus, cum not. Baſil. 1542. 8.† — *Latine* in Articella. — *Gallice* vertit *Guillaume Chretien*, titulo: hiſtoire de la nature de l'enfant. a Rennes. 1553. 8. *du Verdier.* 1554. 8. *Reiſ.* — *Dini de Garbo* recollectiones in Hippocratem de natura foetus. Venet. 1502. fol. 1518. fol.

XLV. Περὶ ἑπταμήνȣ.

Liber hic poſt ea tempora, quibus ius Romanum coli coepit, pro genuino habitus, ab Frotiano non memoratur. Galenus ſe commentarium in eum ſcripturum quidem promiſit, comm. VII. ad VI. epid. Hippocr. text. 27. ſed a promiſſo non ſtetit, niſi ipſum *Galeni* librum περὶ ἑπταμήνȣ, qui in Operum editione Charterii tom. V. legitur, talem commentarium dixeris. Galenus libri huius genuinas origines in dubium vocare non videtur; vid. libr. eius de ſeptimeſtri partu tom. V. Oper. p. 348 ſq. vbi eum ſaepiſſime citat, primamque partem in eo dictorum optime illuſtrat. *Hier. Mercurialis* ad alteram claſſem hunc librum refert, conſ. pag. 22. *Foeſius* vero pro ſumme genuino habet, et vere Hippocrateo ſect. III. pag. 110. Antiquiſſimum eſſe hunc librum cum ſequenti de octimeſtri partu, non negandum eſt. Eique libro, in quo quaedam illuſtrauit *Samuel Battierius*, in ſpecim. philolog. continente varias emendationes et obſeruationes in Diogenem Laertium, Euripidem, Hippocratem, Philoſtratum, Baſil. 1696. 4. iungendus eſt

XLVI. Περὶ ὀκταμήνȣ,

ſeu de *octimeſtri partu*, qui prioris de ſeptimeſtri continuatio eſt. Spurius quoque exſtat de ſeptimeſtri partu libellus, quem Lindenius edidit, ex antiquiore et Galeni laciniis conflatus. — Vterque liber in *Codd.* MSS. vt plurimum iungitur. Sic exſtat in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLVI. MMDXLVI. MMCCLIV. In Medicea Bandini III. pag. 45.

Io. Caius ſeorſim edidit. περὶ ἑπταμήνων 1562. 8. 1569. 8. — Prodierunt cum commentariis *Hier. Cardani.* Baſil. 1568. fol. et in Oper. tom. IX. pag. 1. — cum comm. *Io. Lallamant* adiuncto libro de aetate, gr. lat. Geneu. 1571. 8.* 1588. 8.

Textus primum graecus legitur; deinde ſequitur verſio Lalamantii, Fabii Calui, Iani Cornarii. Tandem ſcholia leguntur Lalamantii doctiſſima, in quibus textus pluribus in locis ad fidem codicis graeci corrigitur.

XLVII. Ὅρκος.

De hoc libello doctorum virorum ſententiae diuerſiſſimae ſunt. Memorauerunt eum et Hippocrati Coo adſcripſerunt *Scribonius Largus*, in epiſt. ad Caium Iulium Caliſtum, p. 2. edit. Io. Rhod. *Erotianus*, pag. 22. auctor vitae Hippocratis ſecundum Soranum §. 2. p. 953. tom. II. Lind. *S. Hieronymus* ad Nepotian. de vita clericor. Ep. II. et epiſt ad Heliodorum III. *Gregorius Nazianzenus* in orat. funebr. in Caeſarium fratrem XII. pag 166. edit. Colon. 1690. *Theodorus Priſcianus* lib. IV. gynaec. cap. 6. *Suidas* in lexic. ſub voc. Ἱπποκράτης, tom. II. pag. 145. et Auenzoar II libr. theiſir. tr. I. cap. 5. Ariſtophanem adeo in Theſmophoriazuſis ad hunc librum reſpexiſſe quidam adſerunt, inprimis *Trillerus* in libello de Hippocrate atheiſmi falſo accuſato p. 1. 6. conf *Boerner.* noct. Guelph pag 141. Auctor denique commentarii in librum aphoriſmorum, qui Oribaſio adſcribitur, hunc librum ad Hippocrateos retulit, exſtatque adeo in eum commentarius, Galeno adſcriptus, quem *Iohannitius* ſiue *Honain* arabice vertiſſe dicitur.

Ex recentioribus genuinas origines defendunt *Foeſius* ſect. I. p. 31. *Opſopoeus* in praef. ad Hippocr. opuſc. *Io. Henr. Meibomius* in comm. in hunc libr. p. 13. *Io. Spachius* in praef. ad aph. nou. *Conringius* in ant. Academ. p. 215. et 127. *Heurnius* in apolog. p. 55. *Triller*us in Opuſc. vol. II. p. 165. *Fried. Boerner* in noct. Guelph. p. 175 ſq. vt permultos alios omittam. Opiniones doctorum virorum de huius libri originibus tradidit *Turnebus* libr. XIX. aduerſ. cap. 21. [adde *Stollium* in hiſtor. medic. pag. 810.]

Sed quoque non pauca teſtimonia proſtant, contrarium probantia. Galenus huius libri non meminit, quod ſine dubio feciſſet, ſi ad Hippocratem eum retuliſſet. Putat quidem *Io. Henr. Meibomius*, Galenum iusiurandum Hippocratis coram oculis habuiſſe lib. X. de ſimpl. medic. facult. ſummum ſcelus eſſe putantem, medicamenta ἀμβλωθρίδια, παιδοφθόρα, et θανάσιμα exhibere, ſeu dare; ſed haec nimis coniecturalia ſunt. Pro ſpurio quoque habent *Iac. Lud. Sografia* comm. in libr. II. de natur. facult. cap. 3. *Io. Bapt. Silvaticus*, controuerſ. med. 8. *Gaſpar Cocoreus* comm. in Gal. de loc. affect. diſp. 76. *Hier. Mercurialis* in Praelect. Patauin. et cenſ. pag. 47. *Guidius* in oper. part. II. cap. 3. et *Io. Henr. Schulzius* in hiſt. med. per. I. ſect. III. 4. §. 85. p. 287. *Hallerus* quoque biblioth. med. pract. tom. I. p. 65. non pro plane genuino habet, quoniam auctor calculi ſectionem iis iubet relinquere, qui peculiariter ei adminiſtrationi ſe dederint; ſed hoc argumentum vix nullum valet, quoniam Hippocrates hos medicos, qui ſcholam ſuam reliquerant, adeoque parum exercitatis tantum praeceperat, vt dico, num genuinus ſit hic liber, nonne ſpurius, ſub iudice lis ſit.

Codices multi extant. In biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMXLVII. MMCXL. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMCXLVIII. MMCCLIV. MMDXLV. In biblioth. Vindobonenſi de Neſſel part. IV. nr. CCXIX. p. 118. In biblioth. D. Marci. In Medicea plut. 74. nr. XIII. c. aphoriſm. Montfauc. I. p. 385. Bandini III. pag. 42. 102.

Latine, interpr. *Nic. Perotto* in biblioth. Laurent. Medic. plut. 73. nr. XXXVIII. Montfauc. I. pag. 354.

Arabice, Kitab al Iman cum commentario Galeni, quem Honainus ſiue Hunain e Graeco tranſtuliſſe dicitur. vid. Herbelot. pag. 480. 481. Eius fragmentum dedit Io. Elichmannus, in reſponſ. de vitae termino, ad orientalium doctorum mentem.

Graece prodiit cum Aeſopi fabulis et aliis gr. Baſil. 1518. 4.* et Baſil. 1533. 8. Cura *Albani Torini*, cum prognoſt. et libr. de nat. humana. Baſil. 1536. 8.* iterum cum libro de natura hominis graece. Pariſ. apud Wechel. 1548. 4.* Gr. et lat. c. Galen. de temperamentis et de inaequali temperie, interpr. *Th. Linacro* Baſil. 1538. 8. *Item* cum libr. de arte, de antiqua medicina, de medico, interprete *Io. Gorraeo*, adiectis vtrique libello [illegible] Pariſ. apud Ch. Wechelum. 1544. 4. — cum aliis, quae vid. ſub prognoſt. apud Morellum. Pariſ. 1557. 12. 1622. *bibl. Bodl.* — Cura *Io. Opſopoei* cum aliis. Francof. 1587 12.* — Gr. et lat. interpr. *Nic. Perotto*, cum Aeſopi fabul. Venet. 1709. 8. [illegible] *Iac.* tom. I. pag. 92.

Latine ex *Andr. Brentii* verſ. in collect. Symph. Champerii in 8. ſ. loc. et ann.* et Lugd. 1506. 8. — Ex antiqua verſione [illegible] Venet. 1507. 8. — *Nic. Perotto* [illegible] Pariſ. 1514. 4. Baſil. 1535. *Maittair.* — Cum *Alexandri Benedicti* anatomice. Argent. 1528. 8.* — Ex recenſione *Rabelaeſi*. Lugd. 1543. 8. — Ex *Iani Cornarii* verſ. in [illegible]

Hippocr.

Hippocr. ad artem medic. praeparatoriis. Baſil. 1543. 4.* — Curante *Petr. Blondello* Calexio um explicati. Pariſ. 1575. 4 *Mittaur.* et in theſ. antiq. et hiſtoriar. Italiae Burm. tom. IX. 4. — Rudolphopoli prodiit in eundum lat c. aph. 1672. 64.* — In *Ph. Iac. Schenfelder* ynopſ. ſuper pharmacop. Auguſt. Ingolſt. 1677. 8.*

Gallice a Io. Canappeo, cum diuerſis opuſc. chirurgicis. Lugd. 1552. 8. Verſibus Gallicis redditus a *Mich. le Long.* Pariſ. 1637. 8. Dacierii verſionem infra dicam.

Anglice, the proteſtation which Hippocrates cauſed his ſchollers to make, by Peter Low. Lond. 1597. 8.* Cum prognoſt. Anglice, ſub quibus vide titulum. Eſt paraphraſis magis, quam verſio.

Cum commentariis *Blaſii Hollerii.* Baſil. 1558. 8. *Petri Memmii.* Roſtoch. 1577. 8. Bern. — *Io. Heurnii.* Lugd Bat. 1597. 4 1603. 4.* et in Oper. Lugd. Bat. 1609. 4.* — *Iacobi Fabricii.* Roſtoch. 1614. 4.† — *Franciſci de Franciſcis.* Geneu. 1618. 8.

Gr. et lat. cum Franc. Ranchini commentario et Iſ. Caſauboni notis. Monſp. 1618. 8.

Hippocratis Magni ὅρκος, ſiue iusiurandum, recenſitum et libero commentario illuſtratum a *Io. Henr. Meibomio.* Lugd. Bat. 1643. 4.* Doctiſſimum opus et pleniſſimum eruditionis, plurima ad Hippocratis hiſtoriam continens.

[*Hippocratis Iusiurandum*, latino carmine redditum a *Scaev. Sammarthano*, exſtat inter ius Poemata et quidem inter Siluas, pag. 140. 141. 142.]

Iac. Fabricii diſſ. iuramentum Hippocratis, ſeu medici praxin aggredientis inſtitutio. Roſtoch. 1614. 4.* — *Fr. Boerner* ſuper locum Hippocratis in iureiurando maxime vexatum meditationes. Lipſ. 1751. 4.* Et in noct. Guelpher. Lipſ. 1755. 8. p. 125. — *Henr. Monantheuil*, medici Pariſini, commentarius circa ann. 1606. ſcriptus, quem G. Patinus edendum receperat, nunquam prodiit.

XLVIII. Νόμος.

Dictus hic liber ab Erotiano pag. 22. a Mercuriali, Grunero, Hallero, reiectus, praeſcribenda iis continet, qui medicinam facere inſtituunt, ne ignari atque imperiti ſub medicorum perſona irrepentes nomen artis turpiter proſtituant.

Codices exſtant in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIV. MMDXLV. In biblioth. D Marci. In Medicea Bandini III. 42. — *Latinus* in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMDCCCLXV.

Saepiſſime cum aphoriſmis prodiit, v. g. *Latine* ex verſ. *Nicol. Brentii.* in collect. ymph. Champerii in 8. ſine l. c. et ann. et Lugd. 1506. 8. — In Hippocratis libellis ad artem medicam praeparatoriis, per *Ian. Cornarium:* Baſil. 1543. 4.*

Gr. et lat. cum ſcholiis in *Matth. Garbitii* orat. de vita Hippocratis. Tubing. 1564. 8.* Exſtat etiam gr. et lat. cum Hippocr. aphoriſm. ex recenſ. *A. Vorſtii.* Lugd. Bat. 1628. 12.* pag 222 ſq. — Cum comm. *Stephani Roderici* a Fonſeca. Rom. 1586. 4. — *Io. Heurnii.* Lugd. Bat. 1597. 4. 1603. 4 et in Operib. Lugd. Bat. 1609. 4. — *Io. Stephani* Belluneſis. Venet. 1635. fol. [Lex, Determinationes, Diſſectio, Epiſtola ad Theſſalum, gr. lat. a Paulo Magnolo. Venet. 1542. 8. Cat. Muſ. Brit.]

XLIX. Περὶ

XLIX. Περὶ ἰητρȣ̃.

De chirurgi praeſertim officiis tractat adeoque ad inſtitutionem iunioris chirurgi pertinet hic libellus, quem Erotianus non memorauit. Alio, quam Hippocratis, tempore, *Hallero* optime monente, biblioth. chirurg. tom. I. p. 12. ſcriptus eſt, ſcilicet quo rara in Graecia bella erant. Exſtat gr. et lat. interprete *Gorraeo*. Pariſ. 1544. vid. ſub iureiurando. Editus eſt lat. interpr. Ian. Cornar. in Hippocr. libell. ad art. medic. praeparator. Baſil. 1543. 4.* Exſtat cum comm. *Heurnii*, in editt. quas ſuo νόμῳ citaui. Cum comm. *Franciſci Fabri*.

Eſt inter libellos chirurgicos Hippocr. a *Stephano Manialdo* editos. Pariſ. 1619. 8.*.

L. Περὶ εὐσχημοσύνης.

A nullo veterum memoratus et ab Hippocratis mente valde alienus. *Foeſius* ſect. I p. 40. pro genuino habet. Reliqui omnes reiiciunt. [*Bernard.* in Epiſt. ad *Reiskium*, (vid. eius vitam, ab illius coniuge editam p. 263 ſq.) multis argumentis probatum it, huius libri auctorem eſſe philoſophum Stoicum, aut medicum, Stoicorum dogmatibus probe imbutum: coll. eiusdem Bern. epiſtola, ibid. pag. 267. *Harl.*]

Codices ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCXLVI. MMDXLV. MMCCLIV. In biblioth. D. Marci. In Medicea Bandini III. pag 42.

Eſt in libell. Hippocr. praeparatoriis *Iani Cornarii.* Baſil. 1543. 4.

Exſtat cum comm. *Io. Heurnii* in edit. cit.

Tractatus de philoſophia medici, ſiue Ἱπποκράτους Κῴου περὶ εὐσχημοσύνης. *Hippocratis Coi liber de honeſtate*, quem recenſuit, interpretatione latina notisque perpetuis et commentario illuſtrauit, itemque prolegomena de ſtatu antiquae philoſophiae et medicinae Graecanicae praemiſit et ex communicatione *Henrici Chr. Crugeri* adhuc inedita ſcholia graeca et gnomas MS. bibliothecae Regiae Pariſ. huiusque et edit. Aldin. Venet. 1526. varietatem lectionis atque ipſius laudati viri animaduerſiones in eundem librum adnexit *Georg. Matthiae* Gott. 1740. 4.* Laboris plurimi quidem opus; at taedium ob prolixitatem mouens legenti.

Idem *Georg. Matthiae* ann. 1739 edidit epiſt. ad G. Ph. Geſnerum de habitu medici ad religionem ſec. Hippocr. περὶ εὐσχημοσύνης Gott. in 4. — Excurſiones in hunc libr. dedit *Andr. Mengaglia.* in libr. de aquae vſu in febribus. Florent. 1700. 4.

LI. Παραγγελίαι.

Veteres eas non memorant. Empiricae ſectae medicum auctorem habuerunt, a longe recentiorem Hippocrate. *Foeſius* ſect. I p. 43 et *Schelhammerus* in libr. de natura pro genuinis habent; dubitat vero ipſe adeo *Trillerus* vol. II. opuſc. p. 149.

Codices exſtant Graeci in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIV. MMDXLV.

Lat. ea edidit Ianus Cornar. in libr. praeparatoriis, quos nominaui. Gr. et lat. I. Heurnius, in libris quos modo dixi.

LII. Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς.

Liber ab Erotiano in glosſ. ſ. v. ἀρχαὶ, ἀτρεκέως, φύσιν, memoratus, a Galeno ſilentio praetermiſſus, et ab omnibus, *Io. Henr. Schulzio* forſan excepto, (comp. hiſt. med. p. 143.) pro ſpurio habitus, qui eo tempore ſcriptus eſt, quo iam multi de medicina ſcripſerant. Poſt Ariſtotelem ſcriptum eſſe *Hallerus* biblioth. med. pract. tom. I. pag. 66. probat. Conringius empirico tribuit. conſ. *Gruneri* cenſ. pag. 79.

Codices Graeci ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLIII. MMCXLIV. MMDXLV. In biblioth. D. Marci. In Medicea Bandini III. pag. 42.

Gr. et lat. prodiit cum iureiurando, quod vide, Pariſ. interpr. *Io. Gorraeo.* 1544. 4.* 1622. 4. 1642. 4. — *Latine*, per *Ian. Cornar.* in libr. praeparator. Baſil. 1543. 4.* — gr. et lat. cum comm. *Io. Heurnii*, in editt. ſupra ſub νόμῳ citatis. — *Galice*, per *Maſſard.* in libr. de panaceis. Amſt. 1676. 12.

Luc. Ant. Porzii in hunc libr. paraphraſis. Rom. 1681. 12. Rom. 1691. 12.* Vltrai. 1703. 8. Et in Operib. Neap. 1736. 4. tom. I. pag. 343.

Io. Antonii Sicci de optimo medico cap. 1. libri de medicina antiqua. Venet. 1551. 4.

Florent. Schuyl pro veteri medicina l. Leid. 1670. 12.* — *Wilhelmi ten Rhyne* meditationes in textum 24. lib. de veteri medicina. Lugd. Bat. 1672. 12.* Ad ſectam Syluianam tuendam.

Epitomen huius libri dedit *Angelus Blondus.* Rom. 1681. 12.

Pertinent huc *Euſeb. Schenk* diſſ. de iis, quae Hippocr. tradit in prooem. de veteri medicina. Ien. 1719. 4. *Io. Henr. Schulze* de medico vehementer laudari digno, ad Hippocr. de veteri medic. Hal. 1735. 4.

LIII. Περὶ τέχνης.

Meminit huius libri *Erotianus* p. 22. Suidas Hippocrati, Gnoſidici filio, tribuit. Omnes fere reliqui eum reiiciunt.

Codices Graeci ſunt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCXL. MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIV. MMCXLVIII. MMCCLIII. MMCCLIV MMDXLV. In biblioth. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 42. — *Prodiit* gr. et lat. cum iure iurando, quod vide, et aliis interprete *Io. Gorraeo.* Pariſ. 1542. 4. 1622. 4. — *Latine* vertente *Andr. Brentio.* Lugd. 1506. — cum aliis in Hippocr. opuſc. ad artem praeparator. Iani Cornarii. Baſil. 1543. 4.* — cum comm. *Io. Heurnii* gr. et lat. Lugd. Bat. 1597. 4. cum comm. *Iac. Fontani.*

Langguth progr. de paradoxo Hippocr. in libr. de arte V. 20. Witteb. 1754. 4.*

LIV. Ἐπιστολαί.

Hae iam dictae ſunt in biblioth. noſtrae libr. II. cap. 10. §. 18. p 683 [codd. in *Iriarti* bibl. codd. gr. Matrit. p. 75 ſq. Epiſtola, in qua referre dicitur Hippocrates, vt ab Abderitanis publice arceſſitus ad Democritum venerit ab inſania eum curaturus etc. addita eſt Epicteto opera Hadr. Relandi Traiecti Bat. 1711. 4. locus emendatur a cenſore in Actis erudit. menſ. Aug. 1711. pag. 374. *Harl.*]

XXVI. *Opera manifeſte ſpuria.*

Ἱππιατρικά.

Quaedam in hippiatricis Graecis ſub Hippocratis nomine occurrentia, Hippocrate manifeſto recentiora, a veterum nullo memorata et ad Neo-Graecum quendam referenda. Vide, quae infra, libro VI. vbi veterinariae medicinae ſcriptores recenſeo.

Ἐπιβώμιος.

Sermo breuis ad Theſſalos dictus ante aram Mineruae, poſt vaſtatam patriam ſuam ab Athenienſibus, quos poenas huius rei daturos ominatur, manifeſte ſpurius et grandem hominem redolens.

Ὑγιεινὸν πρὸς Δημήτριον βασιλέα.

A Lindenio ad diaeteticos libros refertur. Foeſius rectius ad epiſtolas retulit, de quibus iam dictum.

De ſanitate tuenda ad Antiochum Regem et de ſanitate tuenda ad Maecenatem ex verſione, vt in *Marcelli* Empirici de medicamentis libro pag. 245. (coll. Henr. Stephani) docetur, *Scribonii Largi*. Sed mentiuntur nomen Hippocratis et Scribonii, quod docuit *Io. Rhodius* ad Scribon. p. 11. Codex latinus eſt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMDCCCXXXVII. MMMMMMMMXXVII. MMMMMMMDCCCLXII. in biblioth. Taurin. II. p. 152. Hippocratis ſiue Alexandri epiſtola de diaeta, in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMCCXL. Prodiit cum *Mizaldi* hortenſibus, apud Morellum. Pariſ. 1572. 8.

Hippocratis de ſtructura hominis ad Perdiccam Macedonum Regem *libellus* graece exſtat in biblioth. Coisliniana nr. CCCXXV. Montfauc. in biblioth. Coislinianae part. II. p. 448. latine, titulo: de hominis fabrica in biblioth. Ambroſ. Mediol. Montfauc. I. p. 510. et in tom. I. p. 284. edit. Lund. et tom. IV. edit. Charter. Summe alienus ab Hippocrate eſt, quod et iam olim ex nominibus Romanis mentionis, ni ſit ab interprete, collegit *Georg. Hier. Welſchius*, quem vid. in curat. medicinal. p. 269. 270. Exſtat in eum Io. Stephani commentarius. Venet. 1635. fol. *Hippocr. de praeparatione hominis ad regem Ptolemaeum a Io. Reuchlino* lat. verſus. Tubing. 1512. 4.* Codex eſt in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMXLVII. et recentior nr. MMCCCI.

Liber *de ſignificatione vitae et mortis* in editis Hippocr. non niſi latine exſtat, in biblioth. Vindobonenſi tamen graece. Eſt opus abſurdum, aſtrologicum et a Neo-Graeco profectum. Exſtant eius codices forſan, verum ſub alio titulo, in biblioth. Bodlei. nr. MMLXIII. alii ſub titulo apud Montfaucon, alio in Mediceenſi bibliotheca, nr. DCCXXIX. — Prodiit *latine*, titulo: Hippocr. libellus de ſignificatione mortis et vitae ſecundum curſum lunae et aſpectus planetarum, Guideculo interprete in lucem eductus a *Flando* medico. — apud Blondum, 1548. 8.*

Hippocratis liber de medicorum aſtrologia, interprete *Petro de Abano*. Venet. impr. Erhardo Ratdolt de Auguſta 1485. 4.* Lipſ. 1505. 4. *Rin.* *Petri de Abano* ſecreta quaedam aſtrologica ac extracta ex Hippocrate exſtant MS. in bibliotheca Treuiraна. Directionem de coeli figura et aſtronomia Hippocratis prodiit in *Io. Ganiuetii* amico medicorum. Francof. 1614. 12.*

Hippocrat.

Hippocratis epiſtola ad Ptolemaeum de ſanitate tuenda eſt gr. in biblioth. Coisliniana nr. CCCXXI. Montfauc. in biblioth. Coislin. part. II. p. 444. item gr. in biblioth. Vindob. Lambec. VI. pagg. 94. 124. 125. et in biblioth. Bodlei. nr. CL. et in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MDCCCLXXXIV. MMCCXXIX. in Taurinenſi cum altera ad eumdem epiſtola *de differentia alimentorum.* Latine verſa a *Io. Reuchlin.* Tubing. 1512. 4. *Hippocratis* vel *Alexandri medici* epiſt. de diaeta exſtat in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMDCXCIX. Montfauc. II. p. 735.

Hippocratis ſecreta lat. exſtant ſcripta in biblioth. fratrum minorum Ceſenae Montfauc. I. p. 435. *Hippocr.* liber ſecretorum editus eſt in *Rhaſis* opuſc. et alior. collect. Venet. 1497. fol.*

Hippocratis liber de puſtulis ex Arabico conuerſus a *Golio*, quem Bartholinus exhibet. vid. Triller. de nou. Hippocr. edit. pag. 5.

Hippocr. liber ex capſula eburnea. Eſt arabiſtae opus, et *latine* tantum exſtat in opuſculor. Rhaſis coll. Venet. 1497. fol.* Et in articella. Ad Cod. fidem in Wittwer Archiv für die Geſch. der Heilkunde Part. I. cura *Ackermanni.* Codex is exſtat in biblioth. Ebneriana Norimberg. Alius exſtat in biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. Montfauc. I. pag. 382.

Parua Hippocratis tabula, per *Petrum Burkhard* quibusdam ſcholiis aucta et illuſtrata. Vittenbergae, 1529. 4* Encheiridion fuiſſe dicitur Burckhardo, quod Hippocrates, cum aegros viſitaret, ſecum tulerit. Alius *Hippocratis* liber in ſepulchro eius qui repertus dicitur, exſtat titulo: *liber myſteriorum de praeſignificatione vitae et mortis humanae* graece in biblioth. Vindob. de Neſſel. part. III. p. 22. nr. VIII. — Antidota *Hippocratis* ex Actuario et Nicolao Alexandrino edidit van der Linden in Oper. Hippocr. tom. I. p. 512. et 514.

Fragmentum *Hippocratis* de aetate ex Philone edidit van der Linden in Oper. Hippocr. tom. I. pag. 314.

Libri ſpurii non editi.

Τοῦ Ἱπποκράτους εἰς τὰ ἀναλυτικὰ βιβλία δεκατέσσαρα, καὶ ἐξηγεῖται αὐτὰ ὁ Γαληνός. Exſtant hoc titulo in biblioth. Caeſar. Vindobonenſi et Arabice verſa, teſte Herbelot. vid. Lambecii libr. I. comm. de biblioth. Caeſar. pag. 273. edit. Kollar.

Τὴν Φαρμακῖτιδα a ſe ſcriptam memorat auctor libri περὶ παθῶν p. 77. ſect. V. Foeſ. et paſſim alibi.

Περὶ τρωμάτων καὶ βελῶν inter Hippocratis opera genuina citat *Erotianus* pag. 22. edit. Franz.

Παρακαταθήκην Hippocratis memorat *Pollux* IX, 6. [ſect. 57. ſed ibi recte nunc repoſitum eſt nomen Σωσικράτους Comici. *Beck.*]

Περὶ τῶν ὀλεθρίων τρωμάτων, qui forte idem fuit cum eo, quem Erotianus memorauerat, citat *Galenus*, et quidem ceu ſuſpectum ad libr. VI. aph. 18. pag. 258. tom. IX.

Περὶ καιρῶν πρόγνωσις. in biblioth. Viodob. de Neſſel. part. IV. nr. CLXXIX. p. 104.

Τὸ περὶ ἑβδομάδων Ἱπποκράτους citat *Galenus* in comm. I. ad I. epid. text. 10. pag. 7. tom. IX. conf. *C[illegible]cianus* p. 111. et *Fauonius Eulogius* ad ſomn. Scipion. p. 441. edit. Graeu. Exſtat eius codex latinus in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMMXXVII.

Περὶ ἐμπύων Galenus quoque dixit.

Hippocr. liber *διαθήκη* Arabibus notus erat. vid Gregor. Bar-Hebraei chron Arab. part. V. in *Aſſemanni* Cod. MS. orientat. biblioth. Florent. nr. CCXXVI. pag. 355.

Hippocratis de regimine medicorum in biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. Montfauc. I. pag. 383. quis ſit neſcio.

Hippocr. librum regularem, quem diaeteticum vocauit, citat *Caelius Aurelianus* II. acut. cap. 29. pag. 142.

Hippocr. de febribus in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MDCCCLXXXV. et MDCLXVII. 12.

Hippocr. liber de ſignis infirmitatum exſtat in biblioth. Laurent. Medicea plut. 29. Montfauc. I. pag. 299.

Hippocr. de iudiciis aegrotorum exſtat lat. in biblioth. Ambroſ. Mediol. Montfauc. I. pag. 516.

Hippocr. de phlebotomia. biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMDCCCXXXVII. lat.

Hippocrates de diuerſis herbarum generibus exſt. in biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. Montfauc. I. pag. 381.

Hippocr. therapeuticus in biblioth. Vindob. Lambec. VI. pag. 145.

Hippocr. antidotarium in biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. Montfauc. I. pag. 382.

Methodus curandi Hippocratica erat in biblioth. Narciſſi, archiep. Dublin. nr. MDCCIX.

Hippocr. liber chirurgiae gr. in biblioth. Reg. Pariſ. nr. CCCV.

Περὶ Φλεβοτομίας Ἱπποκράτους exſtat gr. in bibl. Vindob. de Neſſel. cat. MS. biblioth. Vindob. part. III. pag. 26. nr. XVI.

Hippocr. de *vena ſectione et ventoſis* liber Arabice exſtat. *Herbelot.* biblioth. p. 43[illegible]. Et in coll. Aſhmoliana *Hippocr. de phlebotomia.* nr. MMMMMMMMDCCCIII.

Hippocr. de medicamentis ſecundum temperamenta. Herbelot. pag. 975. — Librum *Hippocr. de oculis* Arabes citant.

Hippocratis liber de temperamentis. Arabice.

Hippocr. de morborum cauſis et ſignorum deſcriptione, diagnoſi, prognoſi et curat. Gallice, vertente *I. B. D. maſſeno.* Lib. I. Pariſ. 1660. 4. *Burm.*

Hippocr. epiſt. ad Galenum diſcipulum de corpore humano. in biblioth. Taurin. I. pag. 385.

Hippocr. de virtutib. herbar. gallice in biblioth. Taurin. tom. II.

Hippocr. liber de criſi ab Arabiſtis citatur. Exſtat gallice in biblioth. Britann. Taylori. Inter [illegible] nr. MMMMMCLV. In [illegible] Hippocratis exſtabat [illegible] explicatio ſcripta in biblioth. Mich. Cantacuſeni c. fig. Spach. elench. pag. 92

Hippocratis remedia ad varios morbos exſtabant ſcripta in bibliotheca Gudiana pag. 470.

Excerpta aliqua ex Hippocrate et Galeno et Moſe Maimonide in Coiſl. biblioth. Seguer. nr. DCCCLVIII. Alia in biblioth. Laurent. Medicea plut. 74. nr. XII. Montfauc. I. p. 385.

Διαθήκη,

Ἀνθέων, τῶν τριῶν Ἰατρῶν, Γαληνοῦ, Ἱπποκράτους καὶ Μελετίου τοῦ σοφοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς, extat in biblioth. Vindobonenſi, de Neſſel. part. III. nr. LIII. pag. 56.

Eclogae ex Hippocrate et aliis medicis graecae, in 220. capita diuiſae, exſtant in biblioth. Vindobonenſi. De Neſſel. nr. LIII. pag. 56. part. III.

Excerpta ex *Hippocr. de morbis variarum* partium et earum curatione, in biblioth. Reg. Pariſ. graece nr. MMCLXXVIII. In Vindobonenſi. Lambec. VI. pag. 101.

Excerpta *de morbis ex Hippocrate*, *Galeno et Meletio* exſtant gr. in biblioth. Coislinian. Montfauc. in biblioth. Coislin. part. II. pag. 448.

Eclogae ex Hippocrate et Galeno gr. Lambec. VI. part. II. p. 100. vid. de Neſſel. part. II. nr. VIII. pag. 25.

Aliae *eclogae* exſtant gr. in biblioth. Vindob. de Neſſel. part. III. nr. XV. pag. 26.

Excerpta *ex Hippocrate* et aliis gr. in biblioth. Vindobon. de Neſſel. part. III. nr. XLI. pag. 48.

Alia *excerpta ex Hippocrate* lat. in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMMMCI. et graece nr. MMCCLXIX.

Fragmenta ex *libr. chirurgicis Hippocr.* gr. ſunt in bibl. Reg. Pariſ. nr. MMCCXLVII.

Translationes ex Hippocrate in biblioth. Narciſſi Dublin. Cod. Brit. nr. MCCXV.

Nathan f. Ioel f. Palken ſententiae ex *Hippocr. et Galeno* excerptae de morbis et medicamentis, in biblioth. Taurin. I. pag. 19.

Sub ficto *Hippocratis* nomine hi recentiores libri prodierunt:

Tractatulus hyppocratis medicorum optimi de aſpectibus planetarum verſus lunam. In fine: *Hyppocratis libellus de medicorum aſtrologia finit a Petro de Abano in latinum traductus.* ſ. loc. et ann. in 4.* Praefationem dedit Anthonius Friburgenſis anno 1505.

Hippocratis aſtrologia prodiit cum *Io. Ganiveti* amico medicorum. Lugd. 1550. 12. Francof. 1614. 12.

Hippocrates de natura lactis et de eius in curationibus morborum uſu. Aranſion. 1567. 8. Lugd. 1571. 8.

Hippocrates de inuſtionibus ſiue fonticulis opus hiſtoriis medicis refertum et in praxi vtiliſſimum. Autore *R. R (eſtaurant)*. Lugd. 1681. 8.* De inuſtionibus Hippocratis et omnis aeui obſeruata enarrat.

Hippocrate de la circulation du ſang et des humeurs. Par *Mr Pierre Barra.* A Paris. 1683. 12.* Loca continet Hippocr. quae ad circulationem referri patiuntur.

Pertinent quoque ad *Hippocratem*

Marc. Angeli Blondi ex libris Hippocr. de noua et priſca arte medendi epithemae Rom. 1545. 8.*

Ex Hippocrate et Galeno, omnium medicorum *κορυφαίοις excerpta quaedam*, vniuerſis fere hominibus omnique pene tempore ad ſanitatem tuendam vtilia per *Io. Kaczſchium* ſ. loc. 1549. 4.*

Theodori Angelutii ars medica ex Hippocratis Galenique theſauris. Venet. 1588. 4.*

Thomae Moffeti noſomantica Hippocratea, ſeu Hippocratis prognoſtica cuncta ex omnibus ipſius ſcriptis methodice digeſta. Francof. 1588. 8.*

Io. Antonid. van der Linden meletemata medicinae Hippocrat. Lugd. Bat. 1660. 4.* Compendium eſt medicinae Hippocr.

Th. Burnet Hippocrates contractus, in quo Hippocr. opera omnia in breuem epitomen redacta habentur. Edinb. 1685. 12. Vienn. 1737. 8.* Lond. 1743. 12. Arg. 1765. 8.

Aphoriſmi noui ex Hippocratis operibus nunc primum collecti, in ſuas claſſes digeſti notisque illuſtrati ſtudio *Iacobi Sponii*. Lugd. 1684. 12.* 1689. 12. Praefatio cenſuram librorum Hippocr. doctiſſimam exhibet, quam ſupra memoraui. Aphoriſmi ex omnibus libris collecti et commentario medico illuſtrati ſunt.

[M. *Io. Christ. Rabe* diſſ. Hippocratem barbaris operam negantem, Lipſiae, 1722. A crimine, cum fuiſſe ἄθεος, defendit quidem Hippocratem, ſed adcuſat eum, barbaris operam denegantem, inurbanitatis, vanitatis, iniuſtitiae etc. *Harl.*]

Speculum Hippocraticum Zwingeri cum eiusd. Hippocr. operib. ſemiot. prodiit Baſil. 1748. 8.

[*Io. Henr. Fiſcheri*, (in praeſenti Profeſſoris Göttingenſis,) diſp. moderante *Io. Ch. Br[illegible]io*, Profeſſore Coburg. de Hippocrate, eius ſcriptis, eorumque editionibus. Coburgi, 1777. 4. *Harl.*]

XXVII. *Opera Hippocratis omnia.*

Operum Hippocratis Galeni temporibus editiones non paucae exſtabant. Exemplaria tamen operum, qualia ante Ptolemaeorum et Attalicorum regum tempora fuerant, Galeni temporibus non amplius exſtitiſſe videntur, ſaltim non librorum omnium, quod ipſe *Galenus* innuit comm. in III epid. II. pag. 239. tom. IX. et comm. I in Hippocr. libr. de nat. human. text. 42. p. 127 tom. III. Exemplar, quod Galenus memorat, et de quo ſupra loquuti ſumus ſub libr. I. et III. epid. quod Mnemon Sidetes Alexandriam attulerat τὸ ἐκ πλοίων κατὰ διόρθωσιν Μνήμονος Σιδήτου Galenus non vidit, qui potius ſuo tempore exemplaria tribus ſaeculis antiquiora non exſtitiſſe expreſſe dicit in comm. III. ad libr. de [illegible] et de exemplaribus tribus ſaeculis antiquioribus non ſine dubitatione quadam diſſerit in prooem. comm. in Hippocr. libr. de officina med. p. 2. tom. XII. Memorat Galenus atque laudat exemplar ſcriptorum Hippocratis Alexandrinum.

Adriani temporibus nouam recenſionem ſcriptorum Hippocratis dederunt *Artemidorus Capito* atque *Dioſcorides*. *Artemidori* labores Adrianum adeo probaſſe Galenus refert eosque ſuo adhuc tempore ſummo ſtudio eſſe quaeſitos. conf. *Gal.* comm. I in libr. Hippocr. de natura hominis text. 1. p. 97 tom. III. *Dioſcoridis* editio, iisdem temporibus elaborata, et magis aeſtimata, quam Capitonis; attamen laude ſua a Galeno non defraudata, teſtatur hic

eundem

eumdem exhibuit, quem Capitonis editio, quod ex concordantibus vtrorumque editorum ectionibus, quas Galenus ſaepiſſime adducit in commentariis ſuis, perſpicitur. Vtrosque ntiquam lectionem temere immutaſſe, nouis ſine cauſa excogitatis, magis tamen in hoc temerarium fuiſſe Artemidorum, Dioſcoride, Galenus l. c. et in locis aliis compluribus, v. g. n comm. I ad VI. epid. prooem. p. 354. tom. IX. et retulit, et per exempla probauit, quae n omnibus fere commentariis ſui in Hippocratis libros leguntur, et textui ipſi corrigendo multum inſeruiunt. Aliam operum Hippocratis, ſaltim plurimorum, antiquam editionem uidas memorat in lexic. tom. II. pag. 145. edit. Küſter. his verbis: *τετάρτην τάξιν* (primam habebat apud Suidam iusiurandum, alteram praenotiones, tertiam aphoriſmi,) *ἔχοντα πολυ- ...λλητος καὶ πολυθαύμαστος Ἑξηκοντάβιβλος, ἡ πᾶσαν ἰατρικὴν ἐπιστήμην τε καὶ σοφίαν ...περιέχουσα.*

Interpretum quoque numerus inter antiquos non paruus eſt, quorum nomina Erotianus tque Galenus dederunt, qui fane maior euaſiſſet, ſi hi viri omnes nominaſſent: Galenus nim ſaepiſſime de interpretibus Hippocratis, et de his, qui *πίνακας* ſcripſerunt Hippocrais, v. g. in comm. I. in libr. Hippocr. de articulis text. 48. p. 314. tom. XII. loquitur, nullo ominato. Enarrabo nunc interpretes Hippocratis, quos Erotianus atque Galenus citant, et uidem literarum ordine.

Antigenus, Alexandrinus, grammaticus. Erot. pag. 13.

Apollonius Cittiensis XVIII. libros ad III. Heraclidis Tarentini libros ad Bacchium ſcripſit. rot. p. 10. *Apollonius Empiricus*, Galeno *ὁ Βιβλᾶς* dictus, contra Zenonem de characteibus in epid. ſcripſit, et Zenone contradicente reſcripſit. Gal. comm. II. in III. epid. text. 5. g. 244. tom. IX.

Apollonius Ophius Bacchii *λέξεις* in epitomen redegit. Erot. pag. 9.

Ariſtarchus grammaticus. Erot. pag. 12.

Ariſtocles et *Ariſtopeas*, grammatici Rhodii. Erot. pag. 13.

Aſclepiades obſcuriores libros Hippocratis explicuit. Gal. in prooem. comm. in Hippocr. e officin. medic. p. 2. tom. XII. Locum ex commentario Aſclepiadis in Hippocr. de officia medici dat Galenus in comm. in hunc libr. II. text. 29. pag. 68. tom. XII.

Attalio citatur ab Oribaſio in aphoriſ. Hippocr.

Bacchius Tanagraeus, Herophileus medicus, ſcripſit *συντάξεις τρεῖς λέξεων Ἱπποκράτ*es et commentarios in libros epidem. Hippocratis. Primum librum Erotianus, tertium alenus ſaepiſſime citant. Obſcuriores Hippocr. libros tantum explicuit Gal. in prooem. omm. in Hippocr. de officina med. p. 2. tom. XII. Eiusd. comm. in aphoriſm. laudat Gal. d VII. aph. 70.

Callimachus, *ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλου οἰκίας*. Erot. pag. 8. et ſaepius.

Didymus Alexandrinus, grammaticus. Erot. pag. 13.

Dieuches. Gal. in comm. in Hippocr. de officin. med. I. text. 5. pag. 14. tom. XII.

Dionyſius in aphoriſmos ſcripſit. Gal. ad IV. aph. 69.

Dioſcorides

Dioſcorides Alexandrinus, iunior multis libris ſcriptis ne quartam quidem partem omnium verborum expoſuit. Gal. in prooem. exegeſeos gloſſ. Hippocr. pag. 402. edit. Baſil. ἑρμηνείας τῶν φαρμάκων ſcripſit p. 484. γλωττογράφος Galeno dicitur p. 486. Eſt idem ille, qui Hippocratem edidit, de quo vid. loca Galeni ſupra citata.

Dioſcorides Phacas, Herophileus, qui tempore Antonii et Cleopatrae vixit, contradixit expoſitioni vocum Hippocr. Philini empirici, Epicleſti Cretenſis et Apollonii. vid. Erot. pag. 8. 382.

Domnus citatur ab *Oribaſio* in aphoriſm. Hippocr.

Ephicianus. Gal. de ordine legendor. libror.

Epicles Bacchius dictiones in epitomen redegit et literarum ordine de vocibus Hippocr. ſcripſit, ob breuitatem Erotiano vehementer taxatus pag. 16.

Epicleſtus Cretenſis Bacchii dictiones ſecundum ordinem diſpoſuit. Erot. pag. 8.

Eraſiſtratus in libro de febribus contra librum Hippocr. de diaeta in acutis ſcripſit. Gal. in comm. I. in Hippocr. de diaet. acut. text. 24. pag. 22. tom. XI.

Euphorion omnes voces Hippocratis ſex libris explicare ſtuduit. Erot. pag. 12.

Glaucias, Empiricus, magno libro, ſecundum literarum ordinem voces Hippocratis explicuit. Erot. p. 10. 16. Ex primis fuiſſe Glauciam qui commentarios in Hippocratis libros ſcripſerint. Gal. in comm. in Hippocr. de humoribus text. 24. pag. 535. tom. VIII.

Heraclides Erythraeus literarum characteres in III. epid. explicuit. vid. Gal. comm. II. in III. epid. text. 4. pag. 240. tom. IX.

Heraclides Tarentinus cum Xenocrito Coo primus coepit voces Hippocratis exponere *Erot*. p. 7. Commentar. *Heraclidis* in libros VI. epid. citat Galenus in comm. ad VI. epid. In omnes Hippocratis libros commentatum eſſe Gal. in prooem. comm. in libr. Hippocr. de offic. medic. p. 2. tom. XII. et in prooem. comm. in Hippocr. de humoribus p. 508. tom. VIII. Comm. in aph. citat Gal. ad VII. aph. Hippocr. 70.

Herophilus ſolas gloſſas explicuit Gal. explanat. vocum Hippocr. p. 404. Ad primos refertur interpretes aphoriſmorum Hippocratis a Gal. ad aph. VII. 70.

Iulianus Alexandrinus contra aph. ſcripſit, quem Gal. peculiari libro refutauit.

Lycus, Neapolitanus, comm. in Hippocr. aphoriſmos ſcripſit, de quo vid. ſupra et de locis in homine. Ex hoc locum adducit Erot. p. 214. In libr. epidem. Gal. comm. II. in VI. epid. 21. pag. 414. tom. IX. vid. quoque ſupra ſub epidem. Sed Macedonem hunc Lycum expreſſe vocat Galenus in comm. I. in III. epid. text. 4. pag. 201. tom. IX.

Lyſimachus Cous libros vocum Hippocr. III. ad Cydiam Herophileum, tres ad Demetrium, et praeter hos vnum adhuc confecit. Erot. p. 11. 12.

Mantias. Gal. in comm. I. in Hippocr. de officin. med. text. 5. p. 14. tom. VIII.

Marinus in aph. ſcripſit. Gal. ad VII. aph. 24. et ad VII. aph. 54.

Metrodorus, Sabini diſcipulus, in epid. Hippocr. commentatus eſt. Vid. ſupra ſub epidem.

Mu

Mnemon, Sidetes. De eius in libr. epid. laboribus vid. Gal. in comm. I. in III. epid. text. 4. p. 238. 239. tom. IX. et nos ſupra ſub epidemiorum libris.

Numeſianus aphoriſmos explanauit. vid. ſupr. ſub aphoriſm. et Gal. in comm. in Hippocr. de humorib. text. 24. pag. 535. tom. VIII.

Pamphilus voces Hippocr. expoſuit. Vid. Gal. in explanat. voc Hippocr. pag. 402.

Pelops ſcr. comm. Hippocraticarum introductionum. Secundum citat Gal. lib. VI. de Hippocr. et Platon. decret. cap. 5. pag. 191. tom. V.

Phicianus. Eius comm. in epid. ſupra enarraui ſub epidem.

Philinus Empiricus, Bacchio coaeuus, ſex libris contra Bacchium ſcripſit. Erot. pag. 9.

Philotimus. *Gal.* in comm. I. in Hippocr. de officin med. text. 5. pag. 14. tom. VIII.

Quintus comm. in epid. ſcripſit, de quibus vid. ſupra ſub epidem.

Rufus Epheſius. Eius in epid. libros enarrationes laudat Galenus in comm. II. in VI. epid. text. 31. pag. 414. tom. IX.

Sabinus ſcripſit comm. in libr. epidem. textu Hippocratis ſaepe mutato. Gal. comm. II. in VI. epid. 31. pag. 414. tom. IX.

Satyrus. Comm. in epid. ſcripſit et in prorrhet. de quibus vid. ſub epid.

Theſſalus contra libr. de diaeta in acut. Hippocr. ſcripſit. Gal. comm. I. in libr. Hipp. de diaet. acut. text. 24. pag. 22. tom. XI. Et contra aphoriſmos. Gal. aduerſ. Iulian. cap. 1. pag. 377. tom. IX.

Xenocritus, Cous, grammaticus, primus voces Hippocratis interpretatus eſt. Erot. pag. 6.

Zeno Herophileus interpretatus eſt libros epid. Librum de characteribus literarum in epidem. III. ſcripſit, et alium eiusdem argumenti contra Apollonium Empiricum. Vid. ſupra ſub epidem.

Zeuxis ſcr. commentarios in omnes Hippocr. libros, teſte Galeno in prooem. comm. in Hippocr. libr. de offic. medici p. 2. tom. XII. et in prooem. comm. in Hippocr. de humorib. p. 528. tom. VIII. Ad primos atque antiquiſſimos commentatores eum refert Gal. in comm. in Hippocr. de humorib. text. 24. p. 535. tom. VIII. et ad VII. aph. 70. Locum ex eius comment. in libr. de natur. hominis citat Erot. pag. 214.

Codices operum omnium Hippocratis, aut ſaltim plerorumque, manuſcripti exſtant in bibliotheca Ducis Mutinenſis, Montfauc. I. p. 531. Vaticana, Palatina, nr. CXXXIII. Montfauc. I. pag. 589. in Mediceo, quos iam Cordaeus atque Foeſius laudauerat, ex vno adeo lectionum varietas apud Foeſium legitur. Codice Mediceo, qui in Laurentiana bibliotheca Florentiae aſſeruatur, Stephanus Mackius vſus eſt. Extat in plut. 74. Montfauc. I. pag. 384. in Ambroſiana Mediolanenſi. et quidem voluminibus XVI. cum ſcholiis. Montfauc. I. p. 493. et aliis ſaec. XIII. Montfauc. I. pag 529. in Greſhamienſi Lond. nr. MMMMCCCCXLIV. in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MDCCCLXI XIV. ſaeculi. Montfauc. palaeogr. graec. libr. I. p. 75. et biblioth. MS. II. p. 726. nr. MMCXXXII. MMCXXXIII. Montfauc. II. pag. 729. MMCXL. MMCXLI.

MMCXLI. MMCXLII. MMCXLIII. MMCXLIV. MMCCLIV. MMDXLV. MMDCLXX. MMDCLXXI. MMDCLXXII. MMDCLXXIII. Montfaucon II. pag. 725. nec non nr. MMMCXXXVIII. MM[illegible]. Montfauc. II. p. 729. Hippocrates et interpretes eius in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMMMMCCCCVII. Montfauc. II. pag. 758. in biblioth. D. Marci Venet. Montfauc. I. p. 472. in biblioth. Mutinenſi. Montfauc. p. 531. in biblioth. Ambroſ. [illegible] Mediolanenſi Montfauc. p. 498. Codices Vindobonenſes enarrat Lambecius et Stephan. Mackius in praefat. ad ſuam oper. Hippocr. edit. Vienn. 1743. fol.

Hippocratis opera omnia cum expoſitione Galeni tomis IV. exſtabant in biblioth. Voſſiana Montfauc. I. pag. 675. Operum Hippocr. codex erat apud Antonium Cantacuzenum. *Hippocr.* opera plurima exſtant in bibl. Alexandri Petavii in Vaticana graece nr. CCCXCVI. CCCXCVII. M. VIII. M. [illegible]. Montfauc. I. p. 96. Hippocratis opuſcula exſtant gr. in bibl. Pr. de Meline. Montfauc. II. p. 1327. Hippocratis tractatus, in eadem biblioth. Montfauc. pag. 1328. Hippocratis opuſcula in biblioth. Scorial. Montfauc. I. pag. 620.

Hippocratis opera ſaepe apud Guil. Peliſſier. Montfaucon II. pag. 1199.

Exſtant in biblioth. Vindobonenſi *anonymi cuiusdam antiqui auctoris Graeci variae lectiones, emendationes et notae in Hippocratis opera, et in vitam eiusdem, a Sorano conſcriptam.* de Neſſel. Cat. MS. graec. Vindob. part. III. nr. XLIII. p. 49. Et in eadem biblioth. Vindobonenſi Hippocr. opera ex edit. Aldina adſeruantur, quibus Io. Sambucus varietatem lectionis ex codice Tarentino et ex alio quodam codice MS. Fontembleenſi adſcripſerat. Lambec. lib. VI. p. 154. *Ianus* quoque *Cornarius* editioni ſuae graecae operum Hippocratis plurimas lectiones variantes ex Codd. MSS. adſcripſit, idque exemplar adſeruatur in biblioth. Vindobonenſi. Vid. de Neſſel. l. mox citat. et Mackii praefat. ad Hippocr. Caſtigationes in Hippocratem exſtant graece in biblioth. Lugd. Batava. vid. catal. libror. biblioth. Lugd. Batav. pag. [illegible]. *Codex* operum Hippocratis latinus exſtat in monaſter. S. S. Trinit. Thuonenſi nr. XXXVIII. Montfauc. II. pag. 1249. Quaedam Hippocratis exſtant lat. in biblioth. San-Germanenſi nr. DXCVI. Montfauc. II. pag. 1132. Conſtantini Africani libri quidam Hippocratis et Galeni in latinam linguam traducti exſtant in biblioth. Diuio-Benigniana. Montfauc. II. pag. 1285.

Magnum volumen Arabicum, praeter alia etiam conuerſa ex Hippocrate continens exſtat in biblioth. Lugd. Batav. ex legato Scaligeriano. vid. catal. biblioth. Lugd. Bat. p. 276.

De codicibus MSS. operum Hippocratis quaedam habet *Trillerus* in epiſt. ad Hahnium de variis [illegible] et [illegible] veterum p. 4. 5. opuſc. vol. II. et in epiſt. med. crit. ad Io. Freind in opuſc. vol. II. pag. 187 et in [illegible] de noua Hippocr. editione adornanda [illegible]. Codices MSS. qui in biblioth. Reg. Pariſ. adſeruantur, recenſuit *Boſquillon* in praefat. ad nouam aphoriſmorum et prognoſtici edit. ſupra citatam.

XXVIII. *Editiones Graecae.*

Ἅπαντα τὰ τοῦ Ἱπποκράτους. *Omnia opera Hippocratis.* Venet. apud Aldum, 1526 fol.* Haec princeps eſt editio et ex Cod. MS. impreſſa; ſed non bonis et non valde, ut [illegible] detur, vetuſtis, quae, iuſte monente *Trillero* in epiſt. ad Io. Freind p. 180. in opuſc. vol. II praeter [illegible] haberet, quod ipſam commendet.

Ἱπποκράτους

Ἱπποκράτους Κῴου ἰατροῦ παλαιοτάτου, πάντων ἄλλων κορυφαίου, βιβλία ἅπαντα. *Hippocratis Coi medici vetuſtiſſimi et omnium aliorum principis, libri omnes ad vetuſtos codices ſummo ſtudio collati et reſtaurati.* Baſil. apud Froben. 1538. fol.*

Ianus Cornarius editor eſt, qui tribus Codd. MSS. vetuſtis vſus eſt, quorum alterum ab Adolpho Occo, alterum ex Io. Dalburgii bibliotheca, poſtremum ab Hier. Gemuſaeo acceperat. Galeno ad corrigendum Hippocratis textum etiam vſus eſt. plus quam quater mille, quod ipſe Cornarius in epiſtola dedicatoria narrat, locis redintegratis, qui in Aldina editione aut deficerunt ex toto, aut vitiati habebantur. Atque hoc ea religione factum, vt nihil temere ſit mutatum, ita, vt in ambiguis lectionibus eas potiſſimum ſequutus ſit, quas Galenum recepiſſe deprehendit. Praefert hanc Aldinae *Trillerus* in opuſc. vol. II. p. 181. multa tamen in ea omiſſa eſſe ait. Typi nitidiores ſunt et accuratiores. Vid. quoque de his Aldi et Iani Cornarii editionibus iudicium *Iuſti Ioſephi Scaligeri* in Scaligerian. p. 162. et *Io. Freind* in praef. ad epidemion I. et III. ſupra memorat.

XXIX. *Editiones latinae.*

Verſio latina antiqua Hippocratis et Galeni, quam commendat Caſſiodorus cap. 31. diuinar. lect. intercidit; ceterum exſtant Hippocratis editiones latinae poſt ſcripta nonnulla eiuſdem ſparſim edita et ex Arabico fere translata Venet. 1493. et 1497. Vid. Beughemii incunabula typogr. pag. 74. In articella quoque multi Hippocr. libri leguntur, iique ſaltim non omnes ex Arabico verſi.

Prima *latina* operum Hippocratis editio haec eſt:

Hippocratis Coi, medicorum omnium longe principis, *octoginta volumina*, quibus maxima ex parte, annorum circiter duomillia, Latina caruit lingua, Graeci vero, Arabes et priſci noſtri medici, pluribus tamen vtilibus praetermiſſis, ſcripta ſua illuſtrarunt, nunc tandem per M. *Fabium Caluum Rhauennatem* — latinitate donata, Clementi VII. Pont. M. dicata ac nunc primum in lucem edita. In fine legitur: *M. Fabius Caluus* Rhauenna, cum ceteris Hippocratis octoginta voluminibus Romae vertebat XIX. Cal. Septemb. 1515. Cum gratia et priuilegio Sanctiſſimi Clementis VII. Pont. M. ac Sereniſſimi Franciſci. Regis Francorum ad decem annos. Romae, ex aedibus Franciſci Minitii Calui Nouocomenſis anno a partu virginis 1525. fol.*

Iuſſu Clementis VII. haec verſio facta eſt, cuius primam hanc, quam coram habeo, editionem ignorarunt plurimi. Codicibus MSS. Vaticanis ad hanc verſionem vſus eſt *Caluus*. Repetita eſt haec Calui verſio Romae, 1549. fol. 1619. fol. 1610. fol.

[Antea tamen lucem viderat: *Hippocratis de natura hominis*, *de victu*, *de tuenda valetudine*, *Medicinae lex*, *Hippocratis iuſiurandum*, *Hipp. demonſtratio, quod artes ſint*, *Hipp. inuectiua* (ſic) *in obtrectatores medicinae.* *Quae quidem opera et latine et emendate* (ſic) *legerent, curauit Andreas Brentius Patauinus.* f. a. 4. Romae, charactere eleganti Steph. Planck. vid. *Audiffredi* catal. edit. rom. ſaec. XV. pag. 379. *Harl.*]

Hippocratis Coi opera — nunc tandem per *M. Fabium Caluum* Rhauennatem, *Guil. Copum* Baſilienſem, *Nicolaum Leonicenum* et *Andream Brentium* — latinitate donata. Baſil. in offic. Andr. Cratandri. 1526. fol.*

Hippocratis Coi opera ex Iani Cornarii versione. Venet. 1545. 8.* Parif. 1546. 8. Basil. 1546. fol.* 1558. fol. edente *Io. Culmanno* Geppingenſi. 1558. fol.* Lugd. 1554. 8. II. voll. 1562. 8. 1564. fol. 1564. 8. 1582. 8.

Cornarii verſioni nimiam fidem tribuiſſe et codices MSS. non adhibuiſſe, *G. H. Welſchius*, dec. IV. cur. V. p. 134. notat. Multis codd. MSS. vſum eſſe et Aldina Hippocratis editione et Galeno, *Hallerus* bibl. med. pract. tom. I. p. 93. monet. Sed minus bonam, imo peſſimam hanc verſionem eſſe, recte monuerunt *Trillerus* in epiſt. med. crit. pag. 15. in Opuſc. vol. II. et ſaepius atque *Grunerus* in cenſur. libr. Hippocr. p. 38. Argumenta ſtudioſe elaborata *Io. Culmannus* ſingulis libris praemiſit.

Eadem *Iani Cornarii* verſio ſaepiſſime excuſa eſt et quidem cum argumentis *Io. Culmanni* et commentariis *Io. Marinelli*, Venet. 1575. fol.* 1619. fol. et edente *Ioanne Baptiſta Paitoni* tomis tribus, quorum primus Venet. 1737. in fol. editus, Hippocr. opera ex *Iani Cornarii* verſione, alter Venet. 1739. fol. editus, *Io. Marinelli* commentarios, tertius, eodem anno emiſſus, *Matthaei Pini* indicem continet.* Vtilis eſt haec editio, imprimis ob indicem. Titulus eſt: *Hippocratis Coi opera omnia* ex *Iani Cornarii* verſione vna cum *Io. Marinelli* commentariis ac Petri Matth. Pini indice — Eandem *Cornarii* verſionem in ſuam editionem graeco-latinam recepit Lindenius, de quo mox dicam.

Eandem recuſam dedit *Hallerus*, non ſine Trilleri et Gruneri indignatione plurima, in principibus artis medicae tom. I — IV. Lauſann. 1769 — 1771. 8.* noua tamen ſimul operum Hippocratis cenſura data et diſpoſitione facta.

Anutii Foeſii verſio cum edit. graeco-latinis *Foeſii* prodiit. Seorſim excuſa eſt Francof. 1596. 8.* Optima eſt et omnibus reliquis praeferenda.

Multa Hippocratis, ſed non omnia, prodierunt in collect. aliquot ſcriptorum Hippocratis et Galeni. Venet. 1487. 12. Multa quoque, vt iam dixi, in articella leguntur, ſaepius impreſſa. Hippocratis opera parua, ſcilicet de natura hominis, de tuenda valetudine, medicinae lex, iusiurandum, demonſtratio quod artes ſint, inuectiua in obtrectatores medicinae lat. prodierunt ex verſione et emendatione Andr. Brentii cum Symphoriani Campegii opuſculo de claris medicinae ſcriptoribus et aliis. Lugd. 1508. 8.* vid. quoque Catal. biblioth. Bunau. tom. I. p. 92. Alii libri prodierunt 1506. 8. Rabelaeſi collectionem iam indicaui.

Extat quoque *Hippocr. de praedictionibus* lib. II. de [illegible], *de ſomniis*, *de flatibus*, *de carnibus*, interprete *Fabio Caluo*. 1527. 12.

Hippocr. opera aliqua, vertente *Raſario*. Saragoſſ. 1567. 4.

XXX. *Editiones graeco-latinae*.

Hippocratis Coi opera, quae extant graece et latine veterum codicum collatione reſtituta, nouo ordine in quatuor claſſes digeſta, interpretationis latinae emendatione et ſcholiis illuſtrata ab *Hieron. Mercuriali*, Foroliuienſi. Venet. induſtria ac ſumptibus Iuntarum. 1588. fol.* Addita eſt quartae claſſi Hippocratis [illegible] graeco-latina [illegible] et [illegible]. Praemiſſa eſt [illegible] Mercurialis cenſura operum Hippocr. de qua iam dixi. [illegible] Mercurialem codicibus MSS. praeſertim Vaticanis, et [illegible] ipſa [illegible], Trillerus notat in epiſt. med. crit. p. 15. in Opuſc. vol. II. Varietatem lectionis,

ſed

ſed non omnem, ex vetere codice, quem non deſcripſit, in margine dedit, notasque ſingulis libris addidit doctiſſimas.

Τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους πάντων τῶν ἰατρῶν κορυφαίου τὰ εὑρισκόμενα. *Magni Hippocratis opera omnia, quae extant in VIII. ſectiones ex Erotiani mente diſtributa nunc recens latina interpretatione et annotationibus illuſtrata Anutio Foeſio Mediomatrico medico authore.* Francof. apud Wechelii haered. 1595. fol.* 1621. fol.* 1624. fol. 1645. fol. et Geneu. 1657. fol. Vltimae huic editioni acceſſerunt liber περὶ φαρμάκων cum comm. *Io. Heurnii*, liber de ſtructura hominis latine, Erotiani, Galeni atque Herodoti gloſſaria, nec non eorum, qui Hippocratem commentariis illuſtrarunt, enumeratio.

Ordinem et in ſectiones diſtributionem ab Erotiano repetiit vir de Hippocrate omnium longe meritiſſimus. Vſus eſt ad ſuam editionem Codd. MSS. ex bibliotheca Vaticana, quibus M. Fabius Caluus vſus fuerat, tribusque aliis ex bibliotheca Regis Franciae Fontanebellaea. Vſus eſt quoque duobus exemplaribus operum Hippocratis Aldino et Frobeniano, cui vir quidam doctus plurimam partem lectionum variantium ex Codd. [illegible] adſcripſerat, nec non codice M. Cordaei. Nouam dedit, eamque optimam omnium, textus recenſionem. Verſionem ipſe elaborauit, eamque accuratiſſimam, luculentiſſimam, ex qua ipſe *Trillerus* corruptum Hippocratis textum ſaepiſſime emendare potuerit. vid. eiusd. epiſt. med. crit. pag. 181. in Opuſc. vol. II. Singulis libris addidit enarrationes doctiſſimas, ad easque Ioannis Martini, et Aemilii Porti obſeruationibus vſus eſt. Additae ſunt cuique ſectioni variae lectiones ex Codd. Regiis, quos diximus, et ex Codice Mediceo. Sextae ſectioni acceſſerunt *Palladii* ſcholia in Hippocratis librum περὶ ἀγμῶν, vltimae editioni praefatio addita eſt, in qua praecipui Hippocratis interpretes enumerantur. Vid. de hac editione, operum Hippocratis omnium optima, *Trilleri* iudicium in epiſt. medic. crit. p. 181. in Opuſc. vol. II.

Magni Hippocratis Coi opera omnia gr. et lat. edita et ad omnes editiones accommodata induſtria et diligentia Io. Antonidae van der Linden. Lugd. Bat. 1665. 8. II. voll. Neapol. 1754. 4. II. voll. Venet. 1757. 4. II. voll.

Adhibuiſſe Lindenium vetuſtiſſima exemplaria MS. et textum aliquot millenis locis reſtituiſſe, eius filius Henricus Antonides van der Linden memoriae prodidit, qui hanc editionem, a patre typis commiſſam, ſed non ad finem perductam, ſua demum, patre mortuo, cura edidit. Textum in capita diuiſit, eaque in tmemata textumque ſecum editionibus Frobenii, Ianii Cornarii, Zwingeri et Foeſii textui ſtudioſiſſime accommodauit, ita, vt quae ſecundum has editiones citantur, in ea non difficulter quaerantur atque inueniantur. Ceterum etiam ex *Guidonis Patini* tom. III. epiſt. pag. 177 ſq. iudicio, et *Trilleri* epiſt. med. crit. pag. 181. in Opuſc. vol. II. haec editio vix magni aeſtimanda eſt. Textum ipſe Lindenius, pro more ſuo, fecit et temere mutauit. Verſione Cornarii editionem ſuam turpiter foedauit. Notas et emendationes non adiecit. Editio tamen ob commodam formam commendabilis et ad vſum aptiſſima eſt.

Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni ἀρχιατρῶν opera. Renatus Charterius Vindocinenſis plurima interpretatus vniuerſa emendauit, inſtaurauit, notauit, auxit, ſecundum diſtinctas medicinae partes in XIII. tomos digeſſit et coniunctim graece et latine primus edidit. Lutetiae Pariſior. apud Iacobum Villery. 1679. fol. XIII. voll.*

Edere incepit Charterius Hippocratem iam anno 1639. editione demum poſt mortem eius abſoluta. Editiones primae partis duae hinc exſtant, altera ann. 1639 altera ann. 1679. quae aliquo modo inter ſe differunt. 50000. imperiales Charterium Hippocrati impendiſſe, refert Goulin in memoires, et ſeorſim in lettre de Mr. Ve...ers ſur l'edition grecque et latine des oeuvres d'Hippocrate et de Galene. Pariſ. 1776. 4. mai.

Plurimis Codd. MSS. praeſertim his, qui in Gallia adſeruantur, Charterius vſus eſt, textumque in locis permultis ad eorum ductum mutauit: ſed criticae vulgatam hanc non adhibuit, vt bonis tantum codicibus vteretur, et bonas lectiones in textum reciperet. Multorum quoque aliorum doctorum virorum auxilio vſus eſt. Sed vaſtum eſt opus et ad vſum minus aptum, ob Hippocratis libros communiter cum Galeni libris in claſſes diſpoſitos. Vitiis quoque typographicis quam plurimis laborat. Varietas lectionis ex codicibus ſingulis claſſibus addita eſt, quae vero vtilis non eſt, quoniam codices non deſcribuntur. Eſt opus, recte monente *Trillero* in epiſt. med. crit. p. 182. in Opuſc. vol. II. ſomnulente compoſitum et clauſis paene oculis correctum, adeo, vt praeter ſplendorem, quem bibliothecis afferre poteſt, parum habeat laudis, ſed multum pretii.

Τὰ τοῦ Ἱπποκράτους ἅπαντα. *Hippocratis opera omnia cum variis lectionibus non modo huc vſque vulgatis, verum ineditis potiſſimum, partim depromtis ex Cornarii et Sambuci Codd. in Caeſarea Vindobonenſi bibliotheca hodienum adſeruatis et ineditis, partim ex aliis eiuſdem bibliothecae MS. libris ac denique ex Mediceis Laurentianis MS. libris collectis. — Acceſſit index Pini cum tractatu de menſuris et ponderibus ſtudio et opera Stephani Mackii.* tom. I. Vienn. Auſtr. 1743. fol. tom. II. ibid. 1749. fol.*

Nitidiſſima omnium haec editio eſt, ſed non ad finem perducta: libros enim tantum continet Hippocratis, qui in I. II. III. IV. et V. ſectione *Foeſii*, quem in claſſibus editor ſequutus eſt, leguntur et reliqui tomi deſiderantur. Vſus eſt editor Codd. MSS. Vindobonenſibus, quorum ſupra mentionem feci et Mediceo. *Mercurialem*, *Foeſium* alios, ſaepiſſime correxit, hunc non raro parum feliciter. Lectionis varietatem ex Codd. ſuis textui ipſi ſubdidit. Internam dignitatem et praeſtantiam huius editionis externo nitori non reſpondere, *Trillerus* in epiſt. med. crit. p. 182. recte monet. Programma, quo hanc editionem indicauit *Mackius*, exſtat in nou. act. eruditor. 1741. menſ. Mai. pag. 286. Loca plura in hac edit. notata atque emendata leguntur in nou. act. eruditor. 1749. menſ. Iul. pag. 399 ſq.

Editiones gr. lat. non omnium librorum Hippocratis.

Hippocratis Coi, Aſclepiadeae gentis ſacrae coryphaei viginti duo commentarii tabulis illuſtrati. Graecus contextus ex doctiſſ. v. v. codicibus emendatus. Latina verſio Iani Cornarii innumeris locis correcta. Sententiae inſignes per locos communes methodice digeſtae Theod. Zwingeri Baſil. ſtudio et conatu. Baſil. 1579. fol.*

Textum hic *Zwingerus* admodum correctum et verſionem *Cornarii* longe emendatiorem, a Conr. Geſnero, ſummo viro, ad hunc librum mutuatus. Obſeruationes in Hippocratem, quae in commentariis continentur, ſubtiliſſimae, doctiſſimae atque elegantiſſimae ſunt, iudicante *Trillero* de nou. Hipp. ed. adornanda §. 7. p. 9. Analyſis per tabellas legenti plurimum difficultatis parit. Continentur ceterum in hoc opere libri *Hippocr.* de arte, de veteri medicina, lex, iuſiurandum, de medico, de elegantia, praeceptiones, de [illegible]

de

de genitura, de natura pueri, de ſeptimeſtri, de octimeſtri, de aetate, de natura humana, de aere, aquis et locis, de flatibus, de alimento, de locis in homine, de glandulis, de diaeta, de inſomniis, de humidorum vſu.

Editiones graeco-latinas libellorum *Hippocr. Io. Opſopoei, Morelli* et *Io. Rodolphi Zwingeri* iam indicaui. *Io. Heurnius* duas collectiones edidit, vtramque cum commentariis paraphraſticis. *Prima* titulum habet: *Hippocratis prolegomena et prognoſticum gr. c. paraphraſtica verſione et breuibus comment. Io. Heurnii.* Lugd. Bat. 1597. 4. et in Operibus. Prolegomena continent iusiurandum, de medico, legem, de arte, de veteri medicina, de elegantia, praeceptiones, de carnibus, de purgantibus. *Altera* eſt: *Hippocr. aphoriſmi vna cum prognoſticis, prorrheticis, Coacis et aliis decem eiusdem opuſculis, aphoriſtica breuitate conſcriptis.* gr. lat. in Operib. et Lugd. Bat. 1627. 12.

XXXI. *Editiones promiſſae.*

De *Georgii Segeri* editione Hippocratis graeco-latina, cuius ſpecimen tantum lucem vidit, conſules *Io. Molleri* hypomnemata ad Albertum Bartholinum de ſcriptis Danorum pag. 225. Editionem etiam Hippocr. *G. H. Welſchius* promiſit. — Iam anno 1728. parata erat *Danielis Wilhelmi Trilleri* editio, cuius ſpecimen dedit hoc libello: *De noua Hippocratis editione adornanda commentatio, qua animum aperit atque ſimul ad ſymbolas conferendas eruditos inuitat Dan. Wilh. Trillerus, qui et ſpeciminis loco libellum de anatome recenſuit, emendauit, et commentario medico-critico perpetuo illuſtrauit.* Lugd. Bat. 1728. 4. mai. Laborem poſtea fere continuum Hippocrati impendit, ſed ipſa editio non prodiit. Eius *annotationes in Hippocratem manuſcriptae, quibus adiunctae Samuelis Battieri*, in catalogo librorum viri optimi anno 1783. auctione publica diſtrahendorum proſtabant, et adhuc venum proſtant apud heredes eius.

Non prodiit quoque *Franciſci Cliftoni* editio, qui Hippocratica opera noua et ordinata methodo edere volebat, teſte hiſtoria literar. Angliae. vol. III. nr. XV. et commentario literar. Norimb. 1732. hebd. 50. vbi ſimul exempla quaedam textus Foeſiani ab eo emendati leguntur. *Krameri* iudicium coniecturale de hac edit. vid. in comm. lit. Norimb 1733. hebd. 23. p. 177. Neque prodiit nouum omnium Hippocratis operum compendium, quod *Rudolphus Schomberg* in lucem emittere volebat, cuiusque ſpecimen edidit hoc titulo: Τȣ̃ μεγάλȣ Ἱπποκράτȣς σύνοψις, ſiue *noui omnium Hippocratis operum compendii ſpecimen, ſtudio et cura Radulphi Schomberg*, M. D. Lugd. Bat. 1746. 4. Non prodiit tandem verſio latina iſta pura, quam, quoniam Lindenii verſionem impuram eſſe et Foeſium graeca verba omiſiſſe deprehendit, edere voluit *Thomas Okes*, et cuius ſpecimen etiam edidit in libro cui titulus: two diſſertations I. the Knowdledge of Anatomy is not principally neceſſary to the practice of phyſik. II. the deformity of the foetus do not ariſe from the imagination of the mother. Cambridge, 1771. 8.

XXXII. *Hippocratis opera in alias linguas translata.*

Gallicam collectionem operum quorundam Hippocratis memorat Hallerus: *Les anciens auteurs de la médecine et chirurgie, Hippocrate, Galien, Oribaſe, le tout traduit du Grec.* Lion, 1555. 8.

Les

Les oeuvres d'Hippocrate par Claude Tardy, où toutes les cauſes de la vie, de la naiſſance, de la conſervation de la ſanté, les ſignes et les ſymptomes de toutes les maladies ſont expliquées. à Paris. 1667. 4. II. voll.

Paraphraſin eſſe peſſimam, in qua auctor omnia corruperit, quae ignorabat, et ex qua Hippocrates ne cognoſci quidem poſſit, notat *Andr. Dacier* in fine praefat. ad opus mox memorandum.

Les oeuvres d'Hippocrate traduites en François, avec des remarques et conferées ſur les manuſcripts de la bibliotheque du Roi. à Paris, 1697. 8. II. voll.

Praemiſit *Andreas Dacerius*, qui verus auctor huius verſionis eſt, breuem medicinae hiſtoriam ad Hippocratis vsque tempora, a Daniele Clerico [illegible], vt quidam ferunt, adiutus. Textum cum bonae notae Codd. MSS. in bibliotheca Regia Pariſina contulit, partem varietatis lectionis in notis enarrauit, Zwingeri ceterum textu non ſine [illegible] vſus eſt. Verſio ſtudioſiſſime elaborata eſt, et plane ſecundum mentem et ingenium Hippocratis. Notae copioſae atque melioris notae ſunt. Vita Hippocratis addita eſt, ex antiquis biographis, quos enarrauimus; ſed errorum non expers. Ad finem legitur *Theophraſti Renaudot* epiſtola de exiguo operae pretio, quod ex verſionibus Syriacis et Arabicis ferri poteſt ad emendandum et illuſtrandum Hippocratem, aliosque ſcriptores graecos, praeſertim medicos. Continentur ceterum in primo volumine liber de arte, de veteri medicina, lex, iusiurandum, de medico, de decenti ornatu, praecepta, de natura humana, de principiis ſiue carnibus, de flatibus, de humidorum vſu; in altero vero de diaeta libri III. nec non libri de diaeta ſalubri et de aere, aquis et locis.

Germanice epitomen operum quorundam Hippocratis dedit *Grunerus*, in libro: *Bibliothek der alten Aerzte*, in Uebersetzungen und Auszugen. Volumen I. opera genuina continet contracta ex parte. Leipzig, 1780. — Vol. II.

Extat tandem etiam verſio in Germanorum linguam *operum Hippocratis*, eaque notis optimis, ſed, proh dolor! nondum ad finem perducta *Grimmii*, quam ſaepiſſime excitauimus, titulo: *Hippocrates Werke. Aus dem Griechiſchen überſetzt und mit Erläuterungen von D. Johann Friedrich Karl Grimm.* Vol. I. Altenburgi, 1781. quod opera genuina continet. Vol. II. Altenburgi, 1784. et Vol. III. ibid. 1785. 8.* Et ſpes eſt, fore, vt vltimae quoque partes huius elaboratiſſimi operis lucem videant. Mackii textum, vbi fieri potuit, ſecutus eſt et [illegible], collata tamen ſimul editione graeca [illegible] Cornarii, Lindenii et R. Charterii. Vitam Hippocratis praemiſit purgatam a fabularum ſordibus. Indicem de ſcriptis [illegible] Hippocratis [illegible], eosque nouo ordine, quem fere penitus ſequuti ſumus, diſpoſuit. In notis multa loca difficilia explicuit, medicamenta in primis antiqua diligentiſſime illuſtrauit, et fere omnibus nomina, noſtris temporibus vſitata, addidit.

Commentariorum omnium, quos Galenus in Hippocratem ſcripſit, epitomen dedit *Andreas Lacuna*. Lugd. 1554. 8.* [illegible] graece prodierunt cum Galeni libro de ſeptimeſtri partu, de ptiſana, de oſſibus, per Io. Caium Baſil. 1557. 8.*

In omnes Hippocratis libros extat anonymi commentarius in biblioth. Reg. Pariſ. in MMMMMMMDCCCCXLII. latine. Stephani Athenienſis in Hippocratem in biblioth. Am-

bro

broſ. Mediol. Montfauc. I. pag. 504. Abdolrahham ben Abiſadec comm. in Hippocr. exſtat rab. in biblioth. Reg. Pariſ. nr. DCCCCXLVII. DCCCCXLVIII. Montfauc. II. pag. 719.

Magnus Hippocrates Cous Proſperi Martiani notationibus explicatus. Rom. 1619. fol. — 1626. fol. — Venet. 1652. fol.* [Patau. 1719. auct. Blumenbach. Introd. in hiſt. Med. p. 34.]

Non omnes libros, ſed potius loca quaedam fuſe explicuit, errores etiam, qui in Hippocrateis libris leguntur, ad Hippocratem referens et excuſans.

Marinelli commentarium in Hippocratem iam commemoraui.

XXXIII. *Lexica Hippocratica.*

Lexicon Hippocr. exſtat gr. in biblioth. Reg. Pariſ. nr. MMMCLXXVI. Montfauc. II. p. 740. Erat tale lat. in biblioth. Guil. Pelliſerii Montfauc. II. pag. 1199. — *Erotiani* τῶν παρ᾽ Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγὴ ſuo loco indicabitur. Enarrabuntur quoque ſuo loco *Galeni* libri de Hippocratis et Platonis decretis, de elementis ſecundum Hippocratem, in quibus plurima loca Hippocratis explicuit, nec non ἡ τῶν τοῦ Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις atque eidem Galeno adſcriptae definitiones medicae. Indicabitur quoque ſuo loco Herodoti Lycii dictionarium vocum Hippocratis.

Voces, quae in Hippocrate occurrunt *Henr. Stephanus* explicuit, editis ſimul Erotiani et Galeni libris huc ſpectantibus. Pariſiis, 1564. 8.*

Huc porro pertinent *Io. Gorraei* definitionum medicarum libri XXIV. Pariſ. 1564. fol. Francof. 1578. fol.* Pariſ. 1622. fol.*

Oeconomia Hippocratis alphabeti ſerie diſtincta, in qua dictionum apud Hippocratem omnium, praeſertim obſcuriorum, vſus explicatur — ita vt lexicon Hippocrateum merito dici poſſit. Anutio Foeſio, Mediomatrico medico authore. Francof. 1588. fol. min.* et Geneu. 1662. fol. mai.* Lexicon Hippocrateum eſt ſummo ſtudio elaboratum, et ſummae ad Hippocratem recte intelligendum vtilitatis.

Guil. Ballonii definitionum medicarum liber, in quo Hippocr. et Galeni obſcura loca explicantur. Pariſ. 1640. 4.* Et in Operib. Venet. 1734. 4.*

Iatreum Hippocraticum iuxta ductum aphoriſmorum concinnatum a Ioh. Cunrado Dieterichio. Gieſſae Haſſorum, 1655. 4.* Prodiit etiam hoc titulo: Iatreum Hippocraticum, continens narthecium medicinae veteris et nouae. — Vlmae Sueuor. 1661. 4.* Spiſſum opus, 1554. paginarum, quod non ſolum ad aphoriſmos pertinet.

Index.

Indicem in Hippocratem ſcripſit *Petrus Matthias Pinus*, titulo: compendium inſtar indicis in Hippocratis Coi opera omnia. Venet. 1597.* Prodiit quoque cum edit. lat. Venetiis, 1737. fol. a *Io. B. Paitono.* III. voll. editis, quae editio inprimis ob hunc indicem commendatur. Locos, quos citat, non ſatis definiuiſſe Pinum, ſunt, qui querantur.

Indices operum Hippocratis atque editionum ſingulorum librorum, nec non veterum et recentiorum ſcriptorum in Hippocratem dederunt *Caſp. Wolphius* in catalogo veterum et re-

centiorum ſcriptorum in Hippocratis opera. Sangalli, 1584. 8.* Foeſii editioni [illegible] 1675. catalogus commentatorum in opera Hippocratis additus eſt. Praeclaros, vti ſo[illegible], labore [illegible] *Hallerus* [illegible] tom. I. biblioth. medic. pract. p. 29. [illegible] bibliotheca anatomica tom. I. p. 15. chirurgica tom. I. p. 7. botanica tom. I. p. 16.

Emendationes [illegible] in Hippocratem reperire licet in *Hier. Mercurialis*, *Marſil. Cagnati*, *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Reineſii*, *Caſp. Hofmanni*, *Io. Talentonii*, *Bochar[illegible]*, *Mercerii*, *Meurſii*, *Boſii*, *Leopardi*, *Canteri*, *Weſſelingii*, *Valckenaerii*, *Perſonii*, *Lindeni*, *[illegible]*, *P[illegible]* operibus, [illegible] auctores illuſtrarunt. [illegible] emendationes [illegible] *Abr. Heringa* in obſeruat. criticar. libro ſingulari. Leouard. 1749. 8. [illegible] in Hippocratem leguntur in *D. W. Triller*, viri de Hippocrate longe meritiſſimi, opuſculis medicis et philologicis, quorum volumina III. in 4. Francof. 1766 — 1772 prodierunt. Plurima quoque bona ad medendi methodum Hippocraticam illuſtrandam reperiuntur in *I. Ern. Hebenſtreit* [illegible] *ſtudio Gruneri*, Halae in 8. edita. Hippocratem aliquot locis illuſtrauit *Krauſe*, ſenex venerandus, in notis ad Corn. Celſum. *Selecta* [illegible] *opuſcula*, *in quibus Hippocrates explicatur*, *edidit Ern. Godofred. Baldinger*. Gott. 1782. 8. qui etiam aliquot libellis academicis editis Hippocratis ſtudium medicis magnopere commendauit. vid. *Gruner*. delect. diſſ. Ienenſ. vol. I. p. 36. 78. et *Baldingeri* opuſc. medica Gott. 1787. 8. p. 63. 114. 138.

Reliquorum librorum, qui ad Hippocratem aliquo modo ſpectant, ſed huc non pertinent, titulos dedit Hallerus in biblioth. med. pract. tom. I. p. 94 ſqq.

XXXIV. *Polybus*, gener ac diſcipulus Hippocratis, et teſte *Galeno* in libr. Hippocr. de natura humana comm. I. prooem. p. 94. tom. III. Chart. [illegible], citatur iam ab *Ariſtotele* III. 3. hiſtoriae animalium, qui librum Hippocratis de natura humana, vt iam ſupra monuimus, nr. XXXIV. §. 25. illi expreſſe tribuit. Multi etiam alii libri eidem Polybo adſcribuntur, quos ſuo loco notauimus.

XXXV. Etiam ad Hippocratem *Gnoſidici*, et ad *Hippocratem*, *Theſſali* filium, ſcripta nonnulla relata ſunt, [illegible], legimus, vt iam ſuo loco obſeruatum eſt. Verum de [illegible], Hippocratis [illegible], vt Theſſalo et Dracone, vel diſcipulis, Prodico, Dexippo, Apollonio, tum Cteſia et Theomedonte, vel [illegible], Euryphonte Cnidi praeceptore, Ariſtone, Pherecyde, Pythocle, Phileta, Acumeno, Pittalo, Archidamo, [illegible], Antigene, Aegimio, Euryphonte Cnidio, et de philoſophis, medicinae peritis, Thalete, Pherecyde, Epimenide, Toxari, Pythagora, Zamolxi, Empedocle, Pauſania, Alcmaeone, Epichamo, Eudoxo, Timaeo, Heraclito, Democrito et Diagora, denique de Machaone, Podalirio, [illegible] examen reuocat ſcripta Hippocratis ipſius et de inuentis eius atque obſeruatis diſputat, et quo vsque ille ſalutarem ſcientiam prouexerit, oſtendit. [Ex Clerici libro in compendium [illegible] redactae [illegible] a W[illegible]: *Biographia* [illegible]

ta

le zuſammengetragen aus der Geſchichte der Medicin des Le Clerc von I. A. Wohlfahrt. Halae. 1772. mai. 8.] Multa quoque de eodem argumento praeclare expoſuit *Io. Henr. Schulzius* in hiſt. medicinae period. I. ſect. II. cap. I — V. nec non cap. VII. et VIII. Tertia ſectio primae periodi Hippocratem et coaeuos illi medicos pertractat. Hiſtoriam et vitas medicorum veterum ſcripſerant Thomas Reineſius, Aegidius Menagius, Io. Henr. Meibomius, ſed non editas.

CAPVT XXIV

DE PHILOSOPHIS PLERISQVE ANTE SOCRATEM, TVM DE SOCRATE, CEBETE, ET ALIIS QVIBVSDAM SOCRATICIS.

I. *H. Stephani Poeſis Philoſophica. Et Scipionis Aquiliani de placitis Philoſophorum ante Ariſtotelem.* II. *Aetas et ſcripta Xenophanis Colophonii.* III. *Parmenidis.* IV. *Heracliti.* V. *Democriti.* VI. *Anacharſidis.* VII. *Anaxagorae.* VIII. *Anaximandri.* IX. *Anaximenis.* X. *Archelai.* XI. *Biantis.* XII. *Bionis.* XIII. *Botonis.* XIV. *Chilonis.* XV. *Cleobuli.* XVI. *Diagorae Melii, vbi obiter recenſentur Philoſophi, quibus obiectatus fuit Atheiſmus.* XVII. *Diogenis Apolloniatae.* XVIII. *Damonis Smyrnaei.* XIX. *Hippiae.* XX. *Hipponis.* XXI. *Leucippi.* XXII. *Meliſſi.* XXIII. *Metonis.* XXIV. *Neſſae Chii.* XXV. *Periandri.* XXVI. *Pherecydis.* XXVII. *Pittaci.* XXVIII. *Protagorae.* XXIX. *Zenonis Eleatae.* XXX. *Socratis.* XXXI. *Aeſchinis Socratici.* XXXII. *Antiſthenis.* XXXIII. *Ariſtippi.* XXXIV. *CEBETIS.* XXXV. *Critonis.* XXXVI. *Euclidis Megarenſis.* XXXVII. *Glauconis.* XXXVIII. *Menedemi.* XXXIX. *Phaedonis.* XL. *Platonis.* XLI. *Prodici Chii.* XLII. *Simmiae et Simonis coriarii.* XLIII. *Stilponis.* XLIV. *Nomina aliorum quorundam Socraticorum.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

HENRICVS STEPHANVS an. 1574. 8. edidit librum, qui inſcribitur *Poeſis Philoſophica*, in quo continentur reliquiae quaedam poeſeos philoſophicae antiquiſſimae Graecorum, ſiue fragmenta nonnulla, vtcunque e ſcriptis veterum collecta et graece deſcripta: *Empedoclis* p. 1 — 31. *Xenophanis* p. 35 — 39. *Parmenidis* p. 41 — 46. *Cleanthis* p. 49 — 52 et p. 124 — 127. *Epicharmi* p. 54 — 58. *Timonis Phliaſii* p. 60 — 74. *Cratetis* p. 75. et 76. *Orphei* p. 78 — 107. *Muſaei* p. 109. 110. *Lini* p. 112. 113. *Pythagorae* aurea carmina et alii quidam verſus Pythagorae vel Pythagoreorum p. 114 — 123. *Heracliti* Epheſii fragmenta p. 129 — 140. et [?] Epiſtolae p. 142 — 155. tum *Democriti* fragmenta p. 156 — 179. et Epiſtolae pag. 181 ſq. Ad calcem libri ſubiiciuntur breues *Ioſephi Scaligeri* in pleraque haec fragmenta notulae et caſtigationes.

SCIPIO quoque AQVILIANVS Piſanus, eques D. Stephani, ſcripſit librum de placitis Phyſicis Philoſophorum, qui ante Ariſtotelis tempora floruerunt, editum a diſcipulo eius Georgio Moraſc. Medico ac Philoſopho, Venet. 1620. 4. Hic *Anaximandri* opiniones exponit cap. 2. *Anaxagorae* cap. 3 — 7. *Democriti* et *Leucippi* cap. 8 — 17. *Pherecydis* cap. 18. *Thaletis* cap. 19. *Pythagorae* et *Alcmaeonis* cap. 20. *Anaximenis* et *Diogenis Apolloniatae* cap. 21. *Hippaſi* et *Empedoclis* cap. 22. 23. et 24. *Archelai* denique et *Heracliti* cap. 25.

De *Empedoclis* ſcriptis iam dictum eſt a me ſupra cap. 13. vti de *Critiae* cap. 19. de *Pythagorae* cap. 12. et de *Orphei*, *Muſaei* ac *Lini*, libro ſuperiore. De *Epicharmo* dicendi lo-

 cus

cus fuit capite XXII. vti de Cleanthe ac Timone dicam libro III. cap. 15. et 33. In praeſenti igitur de *Xenophane*, *Parmenide*, *Heraclito* ac *Democrito* paucis agere iuuat, eximioque huic virorum ſapientum quaternioni alios celebriores, qui ante Socratem vel Socratis aetate floruerunt, et alibi a me dicti a) non ſunt, Philoſophos adiungere, hinc denique ad Socratem ipſum ac Socraticos progredi.

[Vitas philoſophorum plures antiquiores perſequuti ſunt. vid. *Ionſium* de ſcript. hiſt. philoſ. I. capp. 3. 4. 10. etc. Multos laudat Diogenes Laertius: haud paucos ego in vol. I. de Pythagora agens, memoraui. Sic *Antilochus* quidam, cuius aetas incerta eſt, hiſtoriam virorum doctorum a Pythagorae aetate vsque ad Epicuri mortem ſcripſit, teſte *Clemente Alexandrino* Strom. lib. I. p. 309. edit. Sylburgii, vbi quoque, quam male quidam de origine philoſophiae ſint philoſophati aut nugati, explicatur. *Antiſthenes ἐν διαδοχαῖς*, (in ſucceſſionibus,) cum *Demetrio ἐν ὁμωνύμοις* citatur a *Diogene Laert.* IX. 35. et ita alii vett. de philoſophis eorumque ſectis, aut opinionibus ſcripſerunt, e. gr. *Ariſtocles* teſte Suida ſub h. v. tom. I. p. 326. confecit opus, X. libris conſtans, περὶ φιλοσοφίας, in quo omnes philoſophos eorumque opiniones recenſet. Vixit ſub imperatoribus M. Aurelio et Seuero. Vid. *Pleſſing* Verſuch etc. tom. II. part. I. p. 8. not. Liber eius octauus citatur ab *Euſebio*, praepar. euang. XIV. 17. p. 756. *Sotion*, Alexandrinus, tempore Ptolemaei Epiphanis, ſcripſit libros de ſucceſſione philoſophorum, quod opus ſaepe citatur a Diogene Laertio, et in epitomen redegit Heraclides Lembus etc.

Quod reliquum eſt, lectorem monebimus, nos, in recenſendis philoſophorum vitis, neque plenam ſingulorum vitam aut placitorum hiſtoriam, neque ſingulorum opiniones de rebus diuinis humaniſque veras falſasque eſſe perſequuturos; quippe quod a noſtro inſtituto alienum conditoribus hiſtoriae philoſophiae ſit relinquendum. Atque multi viri docti in illis explicandis varia fortuna diuerſaque via ſunt verſati. Vt mittamus compendia eiusmodi generis, et Pſeudo-Plutarchi de placitis philoſ. Diogenis Laertii, Heſychii Illuſtrii, ſ. viri illuſtris, ſcripta, et opera Stanleii, Baylii, Bruckeri, Cudworthi eiusque doctioris interpretis, Moshemii, Adelungii, Agatopiſti Cromaziani, ſ. potius Appiani Buonafede, Abbatis generalis Caeleſtinorum, maiora, ad quae in ſuperiore volumine in capitibus de Thalete, Empedocle, Pythagora aliisque ſaepius iam prouocauimus: hic quorundam ſcripta excitabimus, qui, quantum fieri potuit, placita quoque philoſophorum, de quibus hic ſermo eſt, partim collegerunt, partim in ordinem redegerunt, aut examinarunt. Sunt autem

Hiſtoria philoſophica, continens veterum phil. qui quidem praecipui fuerunt, ſtudia ac dogmata, modernorum quaeſtionibus inprimis exagitata, tradita ab Abrahamo Grauio, in Friſiis prof. publ. Franeckerae Friſiorum, 1674. 8.

Abrégé de l'hiſtoire des ſçavans anciens et modernes, à Paris, tom. I. 1758. 12. Fuerunt, qui adfirmarent, eſſe tantum compilationem quarundam notitiarum ex Bayliano Lexico: at art. de Xenophane plane diſcrepat. vid. Mem. Trev. 1768. pag. 1143.

Cogitationes

a) Nonnullos enim iam attigi, vt Epimenidem lib. I. cap. 6. Thaletem lib. I. cap. 35. [adde *Brucker.* in Otio Vindelico. Augustae Vindel. 1719. 8. p. 12 ſeq.] Solonem lib. II cap. 11. et 14. Hippaſum aliosque Pythagoreos cap. 13.

Cogitationes de deo et prouidentia diuina aduerſus Atheos et Epicureos authore reu. in Chriſto Patre Samuele Parkero, S. T. P. Epiſcopo Oxonienſi. Oxonii e theatro Sheldoniano. 1704. 4.

Hiſtoria philoſophiae gentilis etc. gallice edita Hagae Comitum 1724. in quem librum Obſeruationes criticas, easque doctas ſcripſit *Io. Iac. Brucker* in Otio Vindelico, ſiue meletematum hiſtorico-philoſophicorum triga. Auguſtae Vindel. 1729. 8. p. 127 ſqq.

Von Fenelon Lebensbeſchreibungen und Lehrſätze der alten Weltweiſen, (e lingua gallica in germanicam verſae, animaduerſionibusque et additamentis locupletatae a Loën.) Francofurti, 1748. 8.

Chriſtophori Meinerſii hiſtoria doctrinarum etc. *Geſchichte des Urſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom.* vol. I. Lemgo. 1781. 8. vol II. 1782.

Eiusdem *Hiſtoria doctrinae de vero deo, omnium rerum auctore atque rectore.* part. I. II. Lemgou. 1780. 8. nuper germanice verſa.

Mnemonium oder Verſuche zur Enthüllung der Geheimniſſe des Alterthums, von Frieder. Victor Leberecht Pleſſing, (in praeſ. Prof. philoſ. in academia Duisburgenſi,) Lipſiae, 1787. m. 8. part. I. II. Diſſentit potiſſimum a cl. Meinerſ.

Idem continuauit laborem in:

Verſuche zur Aufklärung der Philoſophie des älteſten Alterthums. vol. I. Lipſ. 1788. 8. vol. II. part. I. II. 1790. atque in parte I. voluminis II. p. 1—64. philoſophiam ſcholae Eleaticae explicat.

Geiſt der ſpeculativen Philoſophie von Thales bis Socrates durch Dieterich Tiedemann, Hofrath und Profeſſor der Philoſophie zu Marburg. Marburg. 1791. 8.

Des Abbt Batteux Geſchichte der Meynungen der Philoſophen von den erſten Grundurſachen der Dinge. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Lipſiae, 1773. 8. [Leguntur Batteuſii diſſertatt. in Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. XXVII. XXIX. XXXII.] Quae *Barthelemy* in itinere Anacharſidos iunior. tom. III. p. 123 ſqq. verſ. german. de Xenophane et reliquis philoſophis ſcholae eleaticae collegit et adnotauit, ea pauca ſunt. *Harl.*]

II. XENOPHANES natus Colophone, Olympiade quadrageſima, vt teſtatur *Apollodorus* apud *Clementem* I. Strom. pag. 301. edit. Colon. quod confirmat *Sextus Empiricus* I. contra Mathemat. cap. 12. p. 51. [ſect. 257. p. 270. edit. noſtri Fabricii, cuius notam conſules:] nec obſtat *Euſebius* in Chron. qui quinquageſima ſexta, vel *Laertius* IX. 20. qui ſexageſima Olympiade claruiſſe ſcribit. Vixit enim Xenophanes annos non XCI. tantum, vt *Lucianus* in Macrobiis: [cap. 20. tom. III. pag. 222. edit. Reitzii, cuius notam conferes:] ſed centum amplius, vt *Cenſorinus* cap. 15. Certe verſiculos, anno aetatis XCV. ab eo ſcriptos, profert *Laertius* IX. 19. Ex patria exſul, conceſſit Eleam potiſſimum, ſ. Veliam, (de qua vrbe vid. *Strabon.* VI. p. 387. Almel. ibique not.) in Sicilia, teſte eodem Laertio, qui ait, auditum ab eo fuiſſe *Botonem* Athenienſem, et ex quorundam ſententia etiam Archelaum Phyſicum, quod, licet a Luciano quoque confirmetur, parum tamen congruere cum ratione temporum videtur, neque alium Archelaum celebrem, phyſici nomine, in veterum ſcriptis obſeruare licet, quam qui Anaxagorae ſucceſſit. *Fabric.*

EPIMETRON.

De *Xenophane* eiusque dogmatibus praeter ſcriptores paullo ante memoratos, de quibusdam eius opinionibus *Corſin.* ad Plutarch. de placitis philoſ. II. 20. p. 61. et in ſubiuncta diſſ. II. p. XLVIIII. atque alibi, ſpeciatim vero egerunt

Io. Guil. Feuerlin, (tum Prof. Altdorſinus, poſtea Göttingenſis,) cum reſpond. Tobia Roſchmanno. Vlmenſi, in *diſſ. hiſtorico-philoſophica de Xenophane*, Altdorf. 1729. 4. *Groſchuff* in Bibl. Bremenſi et Verdenſi, vol. I. part. I. p. 1 ſqq. *Hieron. Ragusa* in Elogiis Siculorum, p. 71 ſqq. tom. XIV. Theſ. Sicil. et cl. *Tiedemannus* in comment. *Xenophanis decreta*, in bibl. philologicae volumine III. Lipſiae, 1781. 8. pag. 150 ſqq. [etiam Cl. *Buhle* in Comm. de ortu et progreſſu Pantheiſmi inde a Xenophane Colophonio, Gott. 1791. 4. p. 7 ſq.] Xenophanes quidem dicitur natus fuiſſe Olymp. XXXX. *Corſinus* in F. A. tom. III. p. 59. tamen primum ſuſpicatus erat, Xenophanem natum videri Olymp. XXXVII. 1. quia Olymp. LX. dicitur floruiſſe, ipſeque carminibus, quibus res a ſe geſtas deſcribit, prodat, viceſimo quarto aetatis anno ſe patriam reliquiſſe, annisque 67. per varias Graeciae vrbes erraſſe; ideo, ſi Olymp. LX. carmen illud ediderit, ipſius natiuitatem ad Olymp. XXXVII. ſpectare: at enim propter auctoritatem Apollodori veriſimilius eſſe putat, illum natum eſſe Olymp. XL. ne poeſin nonagenarius edidiſſe dicatur. Verum enim vero ſerius adhuc in lucem editum fuiſſe coniiciunt *Bayle* in Dict. v. *Xenoph.* (A.) tom. IV. pag. 515. *Feuerlin.* in diſp. §. 3. ac *Brucker.* in hiſtor. crit. philoſ. vol. I. p. 1143 ſq. qui tamen Feuerlini diſput. non citat. Cauſſae, cur dubitarent viri illi docti, inprimis Feuerlinus, hae fuerunt: Xenophanes ad tempora vſque Cyri et Darii (h. e. Olymp. LXIV — LXXII.) et tempore Hieronis, regis Siciliae (Olymp. LXXVI. et deinceps,) vixiſſe dicitur ab Apollodoro et Timaeo apud *Clementem Alex.* Strom. I. p. 301. ſ. p. 353. l. 22 edit. Oxon. et in fragmentis Apollodori p. 1089. edit. cel. Heynii, qui putat, Xenophanem circa Olymp. LVI. et LX. floruiſſe. Idem Xenophan. apud *Athenaeum* lib. II. p. 54. mentionem facit memorabilis fugae Medorum ſ. Perſarum, atque viros eamdem, tamquam in infantia ipſorum factam recenſentes inducit. Si ſtrages Marathonia (Olymp. LXXII.) aut Salaminia, vel Plataeenſis (Olymp. LXXV.) intelligatur, et, quae *Caſauboni* animaduerſ. ad Athen. II. 12. p. 110. edit. Lugd. (vbi de aetate Xenophanis diſſerit Caſaubonus,) fuit opinio, XV. aut XX. interceſſerint ab ea pugna, de qua loquitur poeta, ad id tempus, quo illi verſus a poeta componebantur, additis illis annis ſequeretur, Xenophanem, ſi natus eſſet Olymp. XXXX. attigiſſe vltimam, a nullo memoratam, ſenectutem, et vixiſſe annos CLX. vel minimum CXLVIII. Quod quum videretur incredibile, Feuerlinus adſtipulatur Baelio, ſtatuenti, Xenophanis natiuitatem ad inferiorem aliquam Olympiadem referri debere. Atque, „forte, ait, LV. natus fuit Xenophanes; idque inde colligo, quod LX. „Olymp. claruiſſe Laertius IX. 20. perhibet, ipſe vero Xenoph. in verſibus, a Laertio IX. 19. „prolatis, de ſe refert, XXV. habuiſſe annos, quum Graecia ipſum adſtitiſſet. Forſitan in co„dice Apollodori pro *NE*, quibus characteribus Olympias LV. pro natiuitatis tempore Xe„nophanis notabatur, librarii *M.* perperam legerunt atque tranſſcripſerunt. Ponamus ergo, „Xenophanem natum fuiſſe ab initio Olympiadis LV. atque in verſibus, ab Athenaeo citatis, „reſpicere pugnam Marathoniam, quae anno ſecundo Olymp. LXXII. contigit; ſcripſiſſe „autem verſus hos XX. annis poſt ipſum hoc praelium, et habebimus XCII. annos, quorum „aetatem ſibi adſcribit in verſibus, a Laertio fortaſſis ex eodem libro, e quo Athenaeus ſuos „ſumſerat, excerptis." Hactenus *Feuerlinus*, cuius acutam ſuſpicionem eo lubentius adtuli, quo

quo difficilius illa diſputatio, ab exteris praecipue, reperiri poterit. Sed iam ante Feuerlinum *Dodwell.* de veteribus Graecorum et Romanor. cyclis diſſ. III. p. 134 ſqq. iisdem motus argumentis, quibus Baelius et Feuerlinus vſi ſunt, et quae Dodwellus magis firmat latiusque explicat, dubitauit, Xenophanis natalem diem ad Olymp. XL. poſſe referri. Immo vero ante Olymp. L. illum ne potuiſſe quidem naſci, docet, et, rationibus ſagaciter ſubductis, efficit, Xenophanem natum fuiſſe anno, poſtquam deceſſerat Epimenides, octauo, h. Olymp. LVI. 4. paullo autem ante coniecerat, Epimenidem extinctum eſſe Olymp. LIV. 4. Nam, quando Xenophanes apud Laertium teſtatur in carminibus, quae vixit ſcripſit Olymp. LXXIX. 1. ſe adtigiſſe annum vitae XCII. perperam inde colligunt eruditi, annum illum Xenophani fuiſſe fatalem. Atqui centenario maior diem obiit ſupremum probabilius notante *Cenſorino* de die natali cap. 15. ſed vel centenarius ad annum peruenit Olymp. LXXXI. 4. Sic vixerit eodem tempore, quo *Anaximander*, vt voluit *Sotion* apud *Laert.* IX. ſect. 18. et *Archelaum*, ſenior tamen, audire potuit, quod a nonnullis traditum adfirmat Laertius. Dodwellio tamen pag. 136. vti Fabricio noſtro et Bruckero, ſuſpectum eſt nomen Archelai, aut de alio aliquo antiquiore Archelao intelligendum videtur, quum e ſucceſſoribus atque diſcipulis Xenophanis plerique fuiſſent huic Athenienſi Archelao ſaltem aetate pares, Pythagorae fuit aequalis, ſed poſt eius mortem adhuc in viuis: cuius quidem placita neque ſectari potuit, neque relinquere; multo minus ab eo venditus eſt, quod quidam ex dubia falſaque lectione apud *Diog. Laert.* IX. 20. πεπρᾶσθαι (pro quo *Feuerlin.* p. 18. not. b. πεπερᾶσθαι, a περάω, *transeo*, dubito, num fauente critica, coniecit,) perperam effeciſſe ſibi viſi ſunt. Quidquid eſt, viros illos doctos, exiſtimo, clare euiciſſe, Xenophanem multo poſt Olymp. XXXX. in lucem fuiſſe editum, atque vel Apollodorum erraſſe vel textum eſſe corruptum. adde *Brucker.* hiſt. critic. philoſ. vol. I. pag. 1144. qui diem Xenophanis natalem Olymp. LVI. adſerit. Exſul coepit peregrinari per Graeciam anno aetatis ſuae XXV. vt nos ipſe docuit apud Laertium. Hic erat, ait Dodwellus p. 137. annus ab Epimenidis obitu XXXIII. Olymp. LXIII. 1. Solum vero patrium is num coactus, an vltro mutauerit, incertum eſſe videtur *Feuerlino* l. c. pag. 14. qui etiam de longa eius in Italia et Graecia commoratione, eius ingenio, virtutibus reque familiari latius diſſerit. In nouam coloniam, a Phocaeenſibus Eleam ſ. Veliam Olymp. LXI. 1. ante C. N. 536. deductam, vti in patriam ſuam Colophonem, complures verſus compoſuit. vid. *Diog. Laert.* IX. 20. et 28. ibique Menagium. Philoſophemata ſua, quae ſuo ingenio, non alienae diſciplinae debuiſſe, probabile videtur, non in publica ſchola, ſed amicis tradidit, et ſcriptis potiſſimum propagauit. Carminum vero ſuorum multitudine effeciſſe videtur *Feuerlino* p. 21. vt ſe ipſum exſcripſerit, atque ex ſuis carminibus conſuerit centones: quod ex verbis *Diogenis Laertii* IX. 18. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐῤῥαψῴδει τὰ ἑαυτοῦ colligit Feuerlin. reiecta verſione Meibomiana, *ſua publice cantabat poemata.* *Roſſius* tamen l. c. verba illa Diogenis vertere mauit, *verum ipſe quoque ſua ipſius placita verſibus tradidit.* Quam diu in viuis fuerit, non omnino eſt exploratum. In Luciani quidem Macrobiis, cap. 20. vbi Xenophani anni tantum XCI. adſcribuntur, librarii erraſſe videntur; quos putat *Fabricius* ad Sextum Empir. Pyrrhon. hypotyp. lib. I. ſect. 224. p. 58. not. B. perperam ϙα΄ (κόππα et α) pro ϡα΄ ſcripſiſſe. *Harl.*

Scripta Xenophanis, (a quo ſecta Eleatica b) originem ducit, teſte *Clemente* I. Strom. pag. 300.) haec memorantur apud veteres:

Κολοφῶνος

b) Conf. *Cicer.* Academ. libr. II. cap. 42. ibique Dauiſ. *Harl.*

Κολοφῶνος κτίσις c) καὶ ὁ εἰς Ἐλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμός· ἔπη δισχίλια. Laert. IX. 20. [?]

Ἐλεγεῖα. *Laert.* IX. 18 et 19. VIII. 36. *Athen.* lib. VIII. p. 368. *Suid.* in Ξενοφ. *Fabric.* Fragmentum, quo Xenophanes luxum Colophoniorum perſtringit, ſeruatum eſt ab *Athen.* XII. pag. 526. A. *Harl.*

Ἴαμβοι καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, in quibus perſtrinxit, quae de diis illi ſcripſerant, vnde dictus Ὁμηροπάτης *calcans Homerum*, vt recte illam vocem exponit *Ioachimus Kuhnius* ad Laert. IX. 18. vbi forte legendum καὶ Ἰάμβους καὶ καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, nam verſiculi, quos aduerſus Homerum et Heſiodum a Xenophane ſcriptos profert Sextus d), (relati a me ſupra cap. VIII.) [nr. 14. p. 5?8. vol. I.] Heroici ſunt, non Iambici. Potuit tamen alio etiam opere Homerum et Heſiodum perſtringere Xenophanes, v. g. in Sillis, de quibus mox. *Fabric.* *Ignatius Roſſius* in Commentation. Laert. Romae, 1788. pag. 175 ſqq. primum reiicit verborum ἐν ἔπεσι καὶ ἐλεγείαις καὶ Ἰάμβοις καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου interpretationem Meibom. *ſcripſit verſus* etc. adnotans, ἔπος h. l. eſſe *heroicum carmen*, tum Aldobrandin. *elegias et iambos in Heſiodum et Homerum carminibus ſcripſit*, atque Voſſianam (inſtitutt. poet. lib. II. cap. 20.) et Aegidii Menagii ad Diog. Laert. IX. ſect. III. *Xenophanem hexametris, elegiis ac iambis Heſiodum et Homerum inſectatum eſſe.* Dein ita intelligit locum: „heroicos verſus, elegias ac iambos ab Xenophane editos; iamborum vero argumentum fuiſſe reprehenſionem Heſiodi atque Homeri." Immo vero voc. Ἰάμβους, quorum nullus, qui de Xenophanis carminibus diſſeruiſſent, mentionem feciſſet, a librario adiectum ſuſpicatur. Feuerlino quoque Iambi ſunt dubii. Atque a Diogene Laertio alius iamborum ſcriptor, Xenophanes Lesbius memoratur, quem etiam diuerſum a Xenophane Colophon. fuiſſe credidit Ioſ. Scaliger. Denique Roſſius Fabricii noſtri emendationem atque interpretationem, totum quoddam carmen contra Homerum atque Heſiodum fuiſſe compoſitum, haud neceſſariam ratus, opinatur, Xenophanem, dum aliud ageret, data occaſione, iſta, n. verſus, contra Homerum atque Heſiodum, canere potuiſſe. *Harl.*

Σίλλοι. *Strabo* lib. XIV. p. 643. inter celebres Colophonis viros poſt Mimnermum memorat Ξενοφάνην τὸν φυσικὸν τὸν τοὺς Σίλλους ποιήσαντα διὰ ποιημάτων. *Euſtathius* ad Iliad. β'. p. 154. ὅτι δὲ μόνον Ξενοφάνης πεποίηκε σίλλους ἐν οἷς εὐδοκίμησεν etc. Fallitur itaque Stanleius, qui in Hiſtoria philoſophica, anglice edita p. 740. Timonis Sillos a Strabone perperam Xenophani tributos exiſtimat. Heroico verſu ſcriptos perinde, vt Timonis et aliorum ſillos, conſtat ex Schol. Ariſtophanis ad Equites v. 400. e) vbi verſum e Xenophanis ſillis profert, licet male ibi ſit excuſum Ξενοφάντης pro Ξενοφάνης. *Fabric.* Fabricius ſuam ſententiam retractauit in nota Z. ad *Sexti Empirici* Pyrrhon. hypot. lib. I. 33. p. 58. Timon enim, vt Sextus ait, Xenophanem quidem laudauit, ſed ſillos etiam ſub eius perſona ſcripſit eumque induxit dolentem: atque *Fabricius* l. c. quum

c) Alios κτίσεων ſcriptores collegit *Ionſius* lib. I. cap. 12. de ſcriptoribus hiſt. philoſ.

d) Aduerſ. Phyſicos ſect. 193. aduerſus grammat. ſect. 289. *Harl.*

e) Scholiaſtis verba neque vitioſe ſcripta repetiit *Eudoc.* pag. 87. *Harl.*

quum ex *Laertii* IX. 111. conſtet, Timonem libro ſillorum, quibus philoſophis ſuae et priorum aetatum obtrectauit, ſecundo et tertio dialogi more induxiſſe ſe percontantem et Xenophanem reſpondentem, non dubitauit a ſemet ipſe diſcedere, et vbi Xenophanis ſilli a Strabone, Euſtathio et Scholiaſte Ariſtophanis citantur, *Timonianos* intelligere. Ad hos probabiliter referendi ſunt illi, de quibus ſcholiaſtes Marcian. edit. Villoiſon. ad Homer. Iliad. B. 212. verba facit, quando, ηδη, ait, δε ȣ Ξενοφανει, αλλ' Ομηρῳ πρωτῳ Σιλλοι πεποιηνται, εν οις αυτον τε τον Θερσιτην σιλλαινει. Niſi Παρῳδίαις. h. e. carminibus ad aliorum ſimilitudinem compoſitis, maxime ad reprehendendum vel irridendum, eiusmodi conuitia, ſiue ſilli, proprie dicti, fuerint immixti, vnde illi excerpti, ſillorum nomine ab aliis ſint citati veteribus. Conſtat enim, partes totius operis, tamquam peculiaria opera, peculiari inſcriptione nomineue ornata, ſaepe fuiſſe excitatas. Fabricii ſententiam adoptarunt *Roſſius* l. c. p. 176 ſq. *Brucker.* p. 1145. et *Feuerlin.* p. 22 ſq. qui praeterea ſillos abiudicat Xenophani ob ſilentium Diogenis Laertii, et putat, a Strabone elegias Xenophanis contra Homerum et Heſiodum vocatas fuiſſe σίλλȣς, h. e. obtrectationes, conuitia. vid. *Heſych.* h. v. et *Aeg. Menag.* not. ad Laert. IX. 111. De Timone infra commodior diſſerendi erit locus. *Harl.*

Παρῳδαὶ ſiue, vt Menagius, (qui ſillorum fuiſſe partem ſuſpicatur [f]) παρῳδίαι, *Athen.* lib. II. p. 54. vbi verſus quinque heroicos profert, quorum poſtremus meminit fugae Medorum:

πηλίκος ἦσθ' ὅθ' ὁ Μῆδος ἀφίκετο; *Fabric.* conf. Roſſium l. c. p. 179 ſqq. *Harl.*

Xenophanem περὶ Φύσεως laudat *Pollux* VI. 9. [ſect. 46. vbi quondam male ſcriptum erat, et in verſione latina ſeruatum eſt nomen *Xenophontis.*] ex quo non dubito, petita eſſe phyſica ipſius dogmata, quae paſſim celebrantur, vel etiam impugnantur in ſcriptis Ariſtotelis, Ciceronis, Plutarchi, Sexti, Clementis Alex., Galeni, Stobaei, Cenſorini aliorumque, ex quibus recte etiam concludas, verſibus heroicis opus illud fuiſſe compoſitum, vti *Euſtathius* ad Iliad. Λ. p. 759. ſententiam eius de Iride proferens laudat Xenophanem, ἐν ἡρωικοῖς ἔπεσι. *Fabric.* Sententiam Xenophanis de Iride Schol. Marcian. ad Iliad. Λ. 27. ſic laudat: Φησι γαρ Ξενοφανης, ἡν τ' Ἰριν καλεȣσι etc. Sed Schol. in cod. Leidenſi ad illum Homeri locum illos duo Xenophanis verſus male excitat ſub nomine *Xenophontis*, adnotante *Valckenario* in Diatriba Euripidea poſt Eur. Hippolytum p. 195. qui praeter ea obſeruat, nomina iſta eſſe alibi permutata, et ex MS. Leidenſi in Homeri Iliad. P. 547. ſcholion de Iride profert, quod nunc vulgatum eſt ex codice Marciano, l. mem. — Ex Xenophanis libro, περὶ Φύσεως petitum quoque illud eſt dogma, quod, ſi genuinum eſt, nec repugnat reliquis, a Scholiaſte Marciano ad Homeri Iliad. H. 99 repetitum: και Ξενοφανης, παντες γαρ γαιης τε και ὑδατος εκγενομεσθα· εκ γης γαρ παντα και εις γην τελευτα, de qua opinione vid. *Tiedemannum* in: Geiſt etc. p. 157. — Ex eodem libro hauſta eſſe videtur opinio Xenophanis ab *Ariſtotele* de mirabilibus auſcultationibus (cap. 37. p. 80. edit. Io. Beckmanni, cuius not. conferes,) memorata, ignem feruentem in Lipara annis ſexdecim prorſus exſtingui, decimo autem ſeptimo rurſum redire. *Harl.*

Tragoedias

f) Aut potius ſilli fuerint particulae Παρῳδιῶν. *Harl.*

Tragoedias quoque ſcripſiſſe Xenophanem Phyſicum, tradit *Euſebius* in Chron. ad annum MCCCLXXX. quod merito miratur *Scaliger* in notis p. 96. *Menagius* ad Diog. Laert. IX. 18. non Tragoedias, ſed Elegias in Euſebio legendas ſuſpicatur. [*Ruſſi* emendationem et aliorum coniecturas iam ſupra protuli in Notitia Tragicorum deperditorum v. *Xenophanes*, p. 326 ſq. *Menagii* ſententiam amplectitur *Feuerlin.* in diſſ. mem. pag. 23. qui cum Menagio inter dubia Xenophanis ſcripta quoque refert συγγενικὸν, quem librum Xenophanis *Athenaeus* citat lib. X. p. 424. C. vbi ſcribitur Ξηνοφάνης, et Menagius putat, alius eſſe Xenophanis. *Harl.*]

Fuit et alius *Xenophanes*, Lesbius, Iamborum, (teſte Laertio,) ſcriptor: nam *Xenophanem* Heracleopoliten quidem omitto, pro cuius nomine apud Fulgentium I. 14. Mythol. reponi debet Theophanes, qui Phyſicus memoratur Stephano in Ἡρακλεόπολις. [Omittendi ſunt quoque *Xenophanes*, Philippi Macedoniae regis legatus apud *Livium* XXIII. 33. et *Xenophanes* Colophonius, quem Suidas in Nicandro, grammatico, poeta et medico, huius patrem falſo fecit: nam ipſe Nicander, ſe Dammaei eſſe filium, prodit. vid. infra lib. III. cap. 26. §. 1. *Harl.*]

Xenophanis vero dogmata cognoſci poſſunt ex *Ariſtotele*, illo praeſertim libro, quo [?] Xenophanis, Zenonis Eleatae et Gorgiae placita quaedam ad examen reuocat, Laertio et Heſychio illuſtri, quibus e recentioribus addendi praeter Laertii interpretes Tho. Stanleius in Hiſt. Philoſophica, et in Lexico ſuo Baylius. Succeſſio ſectae Eleaticae haec eſt apud [*Diogen. Laert.* prooem. ſect. 15.] *Clementem* I. Strom. pag. 300. et *Euſebium* XIV. Praeparat. cap. 17. ſub fin. p. 758. Xenophani ſucceſſit Parmenides, huic Zeno Eleates, Zenoni Leucippus, Leucippo Democritus [g]): Democritum audiuere Protagoras Abderita ac Metrodorus Chius, Metrodoro ſucceſſit Diogenes Smyrnaeus, Diogeni Anaxarchus, huic Pyrrho, Pyrrhoni Nauſiphanes, et Nauſiphani Epicurus. *Fabric.*

E P I M E T R O N.

De Ariſtotelis libro: Xenophanis — placita, infra lib. III. cap. 6. nr. XXII. amplius diſputabitur. Hic tantum adnotabo, *Fabricium* in nota N. ad Sexti Empirici Pyrrhon. hypot. I. cap. 33. ſect. 225. pag. 59. reiecta ſua, infra prolata, ſententia, omnino probare, quod in cod. MSto Lipſienſi Ariſtotelis de Zenone, Xenophane et Gorgia, pars prima, quae in vulgatis libris de Xenophane legitur, ibi referatur ad Zenonem, et altera, quae de Zenone, ad Xenophanem. Atque Fabricii poſteriorem ſententiam vberius firmiusque ornat corroboratque cel. *Tiedemannus* in Biblioth. philolog. Lipſiae, 1781. vol. III. pag 152. in primis in Geiſt der ſpekulativen Philoſophie p. 142 ſqq. vbi, quae cel. *Meinerſ* in praefatione ad hiſtoriam de ortu etc. doctrinarum in Graecia et Romae, tom. II. pag. 27 ſq. contra Tiedemannianam ſententiam monuerat, denuo examinat atque diſcutit. Contra Meinerſium diſputant quoque cenſor in Biblioth. Berolinenſi tom. XLVIII. part II. p. 527. ann. 1782. et doct. *Geo. G. Guſtau. Fülleborn* in diſput. moderante *Frid. Aug. Wolfio*, V. C. Halae Saxon. 1789. ventilata:

Liber

g) Leucippus vero et Democritus multa docuerunt, quae a [illegible] aliena. *Harl.* Vnde nonnulli ſcholam Eleaticam veterem et recentiorem diſtinxerunt, vt *Gerittus* in Hiſt. philoſ. germ. ſcripta p. [illegible]. et *Eberhardus* in Hiſt. phil. p. 84. 171. *Beck.*

Liber de Xenophane, Zenone, Gorgia, Ariſtoteli vulgo tributus, paſſim illuſtratur, p. 15 ſq. qui p. 19. exiſtimat, in libello illo de duobus tantum philoſophis agi, eumque idcirco eſſe inſcribendum περὶ Ξενοφάνους. περὶ Γοργίου. — De Xenophanis inuentis placitisque eorumque falſitate aut veritate videantur auctores ſupra a me laudati. Ariſtotelem iniquum Xenophanis fuiſſe cenſorem, adfirmat *Feuerlin.* diſſ. mem. p. 44. not. b. Ariſtotelis vero effatis et narrationi de illis fauet Meinerſius: illo ſeuerius ſpreto, Platonem ſequitur in examinandis Xenophanis ſcholaeque eleaticae opinionibus *Pleſſing.* in Verſuchen etc. tom. II. part. I. p. 19 ſqq. et alibi. Inter alia Xenophanes contendit, ἓν εἶναι τὸ πᾶν, καὶ τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσι, ſecundum *Sextum Empir.* Pyrrhon. hypot. I. ſect. 225. vbi vid. *Fabricii* notas p. 59. ſiue, vt *Cicero* ait in acad. queſtion. lib. IV. cap. 37. *Xenophanes vnum eſſe omnia, neque id eſſe mutabile, et id eſſe deum, neque natum eſſe vsquam et ſempiternum, conglobata figura*, aliique apud Dauiſ. in not. ad Ciceronis locum: atque ex τῷ μὴ ὄντι nihil poſſe gigni, τὸ ὂν igitur non exſtitiſſe, ſeu originem aliunde duxiſſe, ſed fuiſſe ab aeterno, (vid. *Simplic.* comment. in lib. I. cap. 3. Ariſtot. phyſic. auſcultat. fol. 22. p. 2. adde *Cicer.* de N. D. I. cap. 11. etc.) Illae opiniones miras excitarunt tragoedias, virosque doctos, Baylium, Bruckerum, Cudworthum, Moshemium, Meinerſium, Tiedemannum, Pleſſingium aliosque, vt antiquiores mittam, in diuerſas traxerunt ſententias, quorum lites componere, nec meum eſt, et repugnat inſtituti noſtri rationi. adde *Feuerlini* diſſ. de Xenophane pag. 36 ſqq pag. 44 ſqq. eiusdem diſſert. de axiomate, ex nihilo nihil fit, eiusdemque conciliatione cum doctrina theologica et philoſophica de creatione materiae mundi, Altdorfii, 1732. 4. p. 7. §. 3. *Burneti* archaeolog. philoſ. lib. I. cap. 12. Id tantum hic repetere iuuabit, haud defuiſſe, qui Xenophanem cum ſuis adſeclis ad claſſem atheorum referrent, aut eum Spinozae praecurſorem quaſi deſignarent. vid. *Buddei* Theſ. de atheiſmo et ſuperſtitione, cap. 1. § 19. p. 60. eiusdem diſp. de Spinoziſmo ante Spinozam, Halae Sax. 1701. rec. in illius Analectis hiſtoriae philoſophicae, §. 7. p. 320 ſqq. quamquam quaedam Baylii argumenta infirmat; Eiusdem compendium hiſtoriae philoſophicae ab I. Georg. Walchio editum Halae Saxon. 1731 8. cap. IV. §. 48. pag. 305 ſq. *Io. Gottfried Waltheri* eröfnete Eleatiſche Gräber, cap. 3. §. 3 — 10. p. 14 ſqq. *Gundlingius* in Gundlingianis part. XV. p. 372. *Reimannus* in hiſtoria atheiſmi, ſect. I. cap. 30. §. 3. p. 203 ſqq. qui tamen haud pauca adfert argumenta ad Xenophanem ab illo crimine liberandum, *Olearius* ad Stanleii hiſtor. philoſ. part. X. *Io. Chriſtoph. Wolf* in notis ad Origenis philoſophumena, cap. XV. pag. 96 ſq. et in Manichaeiſmo ante Manichaeos, Hamburgi, 1707. pag. 123 ſq. aliique. Moderatius, ſobrius, cautiusque ſentiunt de Spinoziſmo Xenophanis *Feuerlin.* diſſ. de Xenophane p. 44 ſqq. *Brucker.* in hiſtoria critica philoſ. tom. I. p. 1149 ſqq. *Tiedemann.* in: Geiſt der ſpekulativen Philoſophie p. 156. et cl. *Buhlii* in libro: Epochen der vorzüglichſten philoſophiſchen Begriffe pag. 32. conſ. *Platneri* philoſophiſche Aphoriſmen, part. I. p. 314. Rem tamen curatius ſollertiusque explanauit cel. *Buhle* in commentat. de ortu et progreſſu Pantheiſmi inde a Xenophane Colophonio, primo eius auctore, vsque ad Spinozam, Gottingae, 1791. 4. qui a p. 4 — 11. placita illa Xenophanis explicat illuſtratque, et fatetur pag. 5. latiusque demonſtrat, ſe talem conſenſum placitorum, quae praecipua Spinoziſmi capita iure habentur, qualem nonnulli cum veterum quorumdam philoſophorum de vniuerſo opinionibus eſſe voluerunt, inuenire non potuiſſe. Idem pag. 7. not. b. ex Platonis Soph. p. 252. vol. II. edit. Bipont. τὸ δὲ παρ᾽ ἡμῶν Ἐλεατικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων, οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύ-

θεις, efficit, Eleaticorum doctrinam iam ante Xenophanem ab aliis philoſophis inuentam eſſe et traditam. Atqui hominum, de prima omnium rerum origine diligentius cogitantium, nec lumine diuino ad meliorem doctrinam ductorum ratio facile in illam haereſin incidere potuit. Neque vero antiquiorum Colophonio Eleaticorum memoria ad nos translata eſt. Idem tamen cl. Buhle nolit ex Platonis loco cum cl. *Ploucquetio*, (Verſuche etc. tom. II. part. I. p. 25.) colligere, Eleaticorum placita antiquiſſima aetate, (atque vel in Aegypto,) excogitata et recepta fuiſſe. *Koſſius* denique, (nam neque placita omnia Xenophanis atque reliquorum Eleaticorum repetere, neque litem ſecundum vllum dirimere, neque controuerſias de iilis ortas variorumque diuerſa iudicia recenſere vacat lubetque,) in Commentatt. Laertian. p. 185. § 65. ad ſect. XVIIII. Diog. Laert. lib. VIIII. verba σύμπαντά τε εἶναι νοῦν καὶ φρόνησιν explicat: *Totum mentem ac prudentiam eſſe*, diſceditque ab interpretatione *Baylii* v. Xenophanes not. B. *Bruckeri* l. m m. pag 1148. *Stanleii* aliorumque, *Deum eſſe omnia, mentem ac prudentiam;* (ſed *Fabricius* ad Sext. Empir. Pyrrhon. hypot. pag. 59. not. L. iam ita verba Diogen. Laertii expoſuit, *deum totum, quantus eſt, eſſe mentem et ratione, quemadmodum ſenſu, pollere:*) tum p. 187. contra interpretes Diogenis, Baylium et Bruckerum verba. τὰ πολλὰ ἥττω νοῦ εἶναι ad antecedentia refert et de anima dici ratus, ſenſum verborum πρῶτος δὲ ἀπεφαίνετο — ἥττω νοῦ εἶναι ſic interpretatur: *primus, quicquid generatum eſt, mortale eſſe, pronuntiavit: animam quoque ſpiritum dixit; multoque eam, ait, mente inferiorem eſſe.* Xenophanem igitur, iudicat, in illa ſententia, quam Anaxagoras tuitus eſt, Parmenides vero et Democritus reliquerunt, fuiſſe, mentem differre ab anima eique praeſtare. Vulgatam quidem graecorum vocabulorum lectionem non omnino damnat: malit tamen legere, ἔφη δὲ, ΚΑΤᾺ πολλὰ ἥττω νοῦ εἶναι. Quod num opus ſit, videant, qui de opinionibus veterum philoſophorum diligentius copioſiusque diſputare ſolent debentque, quam per noſtri inſtituti rationem a nobis fieri poteſt. De opiniunculis eius aſtronomicis, vid. *Bailly* hiſtoriam aſtronom. antiq. ſecundum verſ. teuton. tom. I. pag. 276 ſqq.

De ſectis et ſucceſſionibus veterum philoſophorum in genere v. *Diogen. Laert.* Prooem. ſegm. 13 ſqq. et *Simplicium* in praef. ad praedicamenta Ariſtotelis atque *Ammonium* in Scholiis ad Ariſtotelis Categorias, quorum loca iam Menag. ad Diogenis l. mem. excitauit, et doctam recenſionem ſcholarum, philoſophorum et aliorum doctorum virorum, quorum in Pſeudo-Plutarchi lib. de phyſicis philoſophorum decretis fit mentio, quam ex Corſini ſyllabo philoſophorum et indice, eiusdem editioni Plutarchei opuſculi additis, confecit, digeſſit melius, et emendauit ſuaeque Plutarchei libri editioni Lipſiae 1787. 8. praemiſit cel. *Beckius*, in praeſenti Rector vniuerſitatis Lipſicae. Etiam Megaricae diſciplinae principem facit Xenophanem *Cicero* acad. quaeſt. II. 42. (vbi vid. Dauiſ.) „*Megaricorum*, ait, fuit nobilis diſciplina: „cuius, vt ſcriptum video, princeps Xenophanes, quem modo nominaui; deinde eum ſe„quuti, Parmenides et Zeno. Itaque ab his Eleatici philoſophi nominabantur. Poſt Eucli„des, Socratis diſcipulus, Megareus: a quo iidem illi Megarici dicti, qui id bonum ſolum „eſſe dicebant, quod eſſet vnum, et ſimile et idem ſemper." Euclidem vero Eleaticorum Parmenidis inprimis fuiſſe ſtudioſum, refert *Diogen. Laert.* II. 106. At illi, qui Eleatici dicebantur, a Xenophanis placitis haud raro diſceſſerunt, et, vt eſt ingenium et mos philoſophorum, qui nolunt in verba magiſtri temere iurare, interdum in alia omnia transierunt. Quare *Thom. Burnetus* in Archaeologia philoſ. lib. I. cap. 12. (de quo libro vid. *Heumanni* acta

philoſoph.

philoſoph. tom. III. p. 298 ſqq.) exiſtimauit, totam ſectam Eleaticam ex philoſophis, inter ſe diuerſis gente, moribus et dogmatibus ſcholam eſſe commixtam, ſiue miſcellaneam. *Feuerlin.* vero l. c. p. 20. obſeruauit, philoſophiae eleaticae recentiore aetate haud defuiſſe reſtauratores; ſiquidem *Bernardinus Teleſius*, philoſophus Italus, ſaeculo XVI. clarus, Parmenidem in principiis phyſicis ſequutus, (vid. *I. Georg. Lotteri* diſſ. de Bern. Teleſii vita et philoſophia, Lipſiae, 1726. cap. II. §. 2.) Teleſii autem philoſophandi rationem *Thomas Campanella*, (vid. *Ern. Sal. Cypriani* vita et philoſophia Th. Campanellae, Amſterdam. 1705. 8. rec. ibid. 1722. 12. cap. I. coll. Act. Erud. 1706. p. 141. et *Heumanni* actis philoſ. tom. I. p. 549 ſq.) amplexus ſit. Sed hactenus, ne nimis extrauagari videamur. *Harl.*

III. PARMENIDES Eleates, Xenophanis, vt plerique tradunt, auditor, atque vt alii, Anaximandri quoque, et Aminiae, et Pythagorei Diochaetae [h]), circa Olymp. LXIX. floruit, ita enim apud *Laertium* IX. 23. legendum ex Palmerii coniectura p. 461. Exerc. [i]) Parmenidem in Phyſicis ſecutus eſt Zeno Eleates, teſte *Plutarcho* in Pericle pag. 154. Eum audiuit quoque Anaximenes, vt nonnullis apud *Laertium* lib. II. ſect. 3. viſum. A Socrate iuuene auditum Parmenidem ſenem, refert Plato in Theaeteto ac Sophiſta, magnisque afficit encomiis, et dialogum de Ideis, Parmenidis nomine inſcripſit. Πυθαγόρειον καὶ Παρμενίδειον βίον pro vita optima et honeſtiſſima dixit Cebes in tabula [k]). Scripſit Parmenides

h) Vid. *Brucker.* hiſt. crit. philoſ. I. p. 1157. *Harl.*

i) Parmenidem, in cuius aetatem inquirit *Dodwell.* in Exercit. II. de aetate Pythagorae pag. 220. fuiſſe Xenophanis auditorem, adfirmat *Clemens Alexandrinus* lib. I. Strom. p. 301. contra ſecundum *Theodoretum* lib. II. graec. adfect. pag. 159. illius fuit ſocius. Dubius eſt, ſaltem non certo pronuntiat *Ariſtot.* Met. I. 5. Neque in omnibus placitis conuenit cum Xenophane. A *Strabone* lib. VI. pag. 252. (ſ. p. 387. Almel.) Parmenides et Zeno dicuntur Pythagorei. adde *Diogenem Laert.* IX. ſect 21 ſqq. vbi de noſtro agitur, ibique interpretes. Hoc quidem adfirmari debet, eum inter adſeclas Xenophanis eminere, atque ab eo et Zenone nomen ſcholae eleaticae eſſe ortum. De eius philoſophia et opinionibus v. praeter Cudworthum, Moshemium, Bruckerum reliquosque hiſtoriae philoſophiae auctores, *Waltheri* ſepulcra eleatica reſerata, (germanice ſcripta,) cap. III. §. 6. pag. 17 ſqq. *Meiners.* in hiſtoria doctrinae de deo p. 329 ſqq. et in hiſtoria doctrinarum apud Graecos pag. 605 ſqq. *Pleſſingii* Verſuche etc. part. I. vol. II. p. 7 ſqq. *Tiedemanni* Geiſt der ſpekulativen Philoſophie p. 163 ſqq. Num gregi atheorum ſit adnumerandus et Spinozae praecurſor fuerit, nec ne, diſſenſerunt viri eruditi. Adi eosdem viros doctos, quos in epimetro ad ſuperiorem paragraphum de Xenophane laudaui, et *Iac. Bruckeri* epiſtolam in biblioth. german. p. 90 ſqq. De eo, quod deum vocauit *ardoris lucidi coronam*, vid. *H. Moori* Opp. philoſoph. tom. I. p. 431. et Fabr. in not. msta addit: Deum eſſe, cui eſſe, quodlibet, quod eſt, et eſſe omne id, quod eſt. *Nic. Cuſanus* lib. I. cap. 23. de docta ignorantia. Parmenidem dialecticae rudem non fuiſſe, arbitratur *Sextus Empir.* lib. VII. aduerſus logicos ſect. 7. quamquam illius inuentorem Zenonem fecit Ariſtoteles. vid. ad Sexti locum p. 371. not. M. Fabricium, cui dubium non eſt, illam differendi artem a praeceptore ſuo, Parmenide, hauſiſſe Zenonem Eleatem. Id laudi ducitur Parmenidi, quod primus docuerit, telluris figuram eſſe rotundam et haerere in medio mundo, atque terram diſtingui quinque zonis. vid. *Strabon.* II. pag. 94. (ſiue pag. 150. edit. Almel.) *Bailly* hiſtoriam aſtronomiae antiq. ex verſione germanica, Lipſiae, 1777. part. I. pag. 278. et cl. *Voſſ.* in *Neuen deutſchen Muſeum* menſ. Aug. 1790. nr. 3. de figura terrae ſecundum veterum mentem, qui veterum philoſophorum, Thaletis eiusque adſeclarum, tum Xenophanis, Parmenidis, Empedoclis, Anaxagorae, Pythagorae etc. diuerſas de figura terrae opiniones recenſet atque explicat. *Harl.*

k) Plato in Conuiuio pag. 317. Parmenidis hunc verſum adfert: πρώτιστον μὲν ἔρωτα Θεῶν μητίσατο πάντων.

φυσιολογίαν δι' ἐπῶν, vt ait Suidas, [et *Eudocia* p. 361.] ſiue, (vt traditum Laertio,) ἐφιλο-σόφει διὰ ποιημάτων. Confer *Meurſium* ad Chalcidium p. 41. Initium operis eius περὶ φύσεως, carmine deſcripti heroico, bene longum, adfert *Sextus* VII. contra Math. p. 157. [ſ. aduerſ. Logic. ſect. III. p. 392. edit. Fabric.] Sed et *Porphyrius* Lib. de antro Nympharum cap 23. p. 21. edit Goensii,] laudat Parmenidem ἐν τῷ φυσικῷ l). Meminit et *Galenus* tom. V. p. 1. edit. Baſil. *Laertius* vero IX. 23. cum dixiſſet, hunc philoſophum primum ex Phauorini ſententia deprehendiſſe, quod eadem ſtella iam ſit Lucifer, iam Heſperus, ſubiungit: οἱ δὲ Πυθαγόραν. Καλλίμαχος δέ φησι, μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα. *Alii Pythagorae hoc tribuunt;* (quod nempe in poemate quodam ſub Pythagorae nomine hoc legebatur.) *Verum Callimachus negat, eius* (Pythagorae m) puta) *eſſe iſtud poema.* adde Suidam in Ἕσπερος. *Leges* etiam dedit ciuibus ſuis optimas Parmenides, in quas iurare quotannis adactos a magiſtratibus ciues, narrat *Plutarchus* contra Colotem tom. II. p. 1126. adde eumdem p. 1114 vbi de Parmenidis dogmate, quo τὸ πᾶν ἓν eſſe adfirmauit. Quae porro Suidas καταλογάδην ſiue proſa ſcripſiſſe Parmenidem ait, memorataque Platoni, ea ſi vlla vſquam fuerunt, (merito enim dubito) dialectici argumenti eſſe exiſtimauerim. Xenocratis librum περὶ [?] τῶν Παρμενίδου memorat Laertius IV. 13. De dogmatis Parmenidis conſulendi praeter Platonem, Ariſtotelem, Plutarchum, Ciceronem, Cenſorinum, Sextum Empir. Proclum in Timaeum, Laertium et alios veteres, e recentioribus *Beſſario* lib. II. contra calumniatorem Platonis cap. 11. vbi opus Parmenidis de veritate et opinione memorat: *Leſcaloperius* ad Cic. I. De Natura Deor. p. 45 ſq. qui ex Simplicio obſeruat, duos n) omnino libros a Parmenide ſcriptos eſſe, alterum de ente vno intelligibili, obſcuriuſcule quidem, ſed vere atque vt ipſe reipſa ſentiebat, alterum de Diis, ex vulgi opinione. Et qui placita Parmenidis incruſtanda vtcunque in ſe ſuſcepit *Bernardinus* o) *Teleſius*, in libris IX. de rerum natura, Neapol 1586 et Lugd. 1588. fol. [vid ad §. antecedentem.] Fragmenta Parmenidis ab H. Stephano collectis nullo negotio poſſis plura adiicere tum ex Galeno, Stobaeo et iis veteribus, quos nominaui, tum e Simplicio in Phyſ. Ariſtotelis et aliis Philoſophi interpretibus graecis, atque e Coelio Aureliano qui IV. 9. tardarum paſſionum ſex verſus hexametros latine a ſe redditos affert e Parmenidis libris, quos de Natura ſcripſit. [Atque Scaliger. plura iam collegerat; cuius ſylloge ſeruatur in biblioth. Leidenſi. v. d. *van Goens* ad Porphyr. de antro Nympharum pag. 96.]

Eucides

l) Hymnos *phyſiologicos* ſ. phyſicos, h. e. in quibus deorum perſonae, nomina et facta ad phyſicas rationes reuocantur, a Parmenide et Empedocle fuiſſe cum cura compoſitos, tradit *Menander* rhetor, in comm. de encomiis, cap. V. p. 39. atque cl. *Heeren* addit in nota, in illorum coſmogoniis ex ſermonis antiqui vſu omnes naturae vires et mundi partes in perſonas eſſe mutatas. *Harl.*

m) Stanleius pag. 747. Hiſt. Philoſoph. hunc locum ita intellexit, quaſi e Callimachi ſententia nullum vnquam poema ſcripſiſſet Parmenides. *Fabric.* De la Nauze et Frereti ſententias de auctore illius obſeruationis, ſtellam eamdem modo eſſe Luciferum, modo Heſperum, refert partimque examinat *Meinerſ.* in hiſtoria doctrinarum apud Graecos etc. part. I. p. 340. et 352 ſqq. In margine notarat Fabric. „Quindecim annos ob aſtronomicas, vt credibile eſt, conſiderationes in rupe aegyptiaca [illegible] legitur Vincent. Belleuac. lib. I. ſpecul. doctr. I. cap. 29.“ *Harl.*

n) Vnum tantummodo ſcriptum Parmenidi tribuit *Laertius* prooem. ſect. 16.

o) Baco Verulamius in ſcriptis de naturali et vniuerſali Philoſ. p. 238. *Parmenidis placita inſtaurauit noſtro ſaeculo Teleſius, vir, peripateticis rationibus, ſi aliquid illae eſſent, inſtructus, quas etiam in illos ipſos vertit, ſed affirmando impeditus, et deſtruendo melior.*

Euclides Megarenſis quoque τὰ Παρμενίδεια μετεχειρίζετο *Laertio* teſte lib. II. ſect. 106. et Hermogenes τὰ Παρμενίδε φιλοσοφῶν. Platonis Magiſter. id. III. 6. Fuit et *Parmenides* Rhetor τεχνογράφος eidem *Laertio* IX. 23. memoratus.

IV. HERACLITVS Blyſonis F. Epheſius. Parmenidis aequalis, auditor fuiſſe p) Xenophanis traditur, atque vt Suidas addit, Hippaſi Pythagorei, licet ſe ipſum αὐτοδίδακτον gloriatus ſit, teſte praeter *Laertium* IX. 5 q) *Tatiano* f. 143. et *Olympiodoro* comment. MS. in Phaedonem. [vid. vol. I. lib. II. 12, 4. pag. 780.] Ad Darium Hyſtaſpis F. venire rogatus renuit, et magiſtratus r) dignitati, quam fratri conceſſit, praetulit vitam priuatam, quam impendit

p) Miror in Morerii Lexico etiam nouae editionis Heraclitum venditari praeceptorem Heſiodi, Pythagorae, Xenophanis, et Hecataei, quibus omnibus fuit iunior. Sed non eſt vnius hominis, quantumuis doctiſſimi et laborioſiſſimi, vel Lexicon eiusmodi ſine erroribus componere, vel errores vniuerſos, qui in Moreriano occurrunt, eluere. Errat quoque interpres eruditus Euſebii XV. Praeparat. p. 729. qui Citieum facit auditorem Heracliti, quo centum amplius annis fuit iunior. Nam Euſebius tantum ſcripſerat, Zenonem hunc Heracliti ſequutum rationes, τῶν λόγων Ἡρακλειτείων μετεσχηκέναι. *Fabric.* Quod graece ſcribitur Ἡράκλειτος, Camerarius in Aphthonio ſuo p. 191. vocat eum *Heraclétum. Heumann.*

q) *Diogenes Laert.* IX. 5. ἤκουσέ τε, ait, οὐδενός, ἀλλ' αὑτὸν ἔφη διζήσασθαι, καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ· quae Aldob. vertit: *neminem audiuit, ſed ipſe per ſe quaeſiuiſſe omnia, et a ſe ipſo didiciſſe aiebat:* at enim Caſaubon. ad h. l. ratus, verba illa longe aliter accipienda, quam ab interprete, immo fortaſſe etiam ab ipſo Diogene ſint accepta: Heraclitum dixiſſe, ſe ἑαυτὸν διζήσασθαι, h. e. ſe operam dediſſe, vt ſe ipſum noſceret: quo nihil ſit difficilius. Atque Caſauboni interpretationem probant *Menagius* ad loc. Diogenis p. 394. et *Brucker.* in hiſtor. crit. philoſ. vol. I. pag. 1209. vbi de noſtro philoſopho eiusque dogmatibus latius diſputat. Diogenis quidem narrationem praefert cel. *Tiedemannus* in Geiſt der ſpekulativen Philoſophie, (vbi per totum caput octauum ſcita atque opiniones Heracliti erudite acuteque explicat,) p. 194. At enim vtraque narratio bene conciliari poteſt. Vſus eſt quidem Heraclitus doctoribus; ſed, quod plures philoſophi ſagaces fecerunt, poſtea, ſuum ingenium ipſamque naturam ſequutus atque explorans, ſibi ipſe nouam quandam philoſophiae condidit formam atque nouum de natura rerum ſyſtema, a diſciplina doctorum ſuorum in multis partibus diſcedens, aut quaedam magiſtrorum ſuorum placita tantum immutans. Quare hac via ad nouum, quod ſibi videbatur, philoſophiae genus, et nouam de rebus naturalibus philoſophandi rationem peruenire potuit, et gloriari, ſe, in illa quidem naturae cognoſcendae arte atque ſcientia fuiſſe αὐτοδίδακτον. Inde autem non ſequitur, eum nullis plane vſum fuiſſe doctoribus. Clare etiam *Dio Chryſoſtom.* or. LV. pag. 558. (ſ. tom. II. p. 282 ſq. edit. Reiskii,) Ἡράκλειτος, ait, δὲ ἔτι γεννικώτερον αὐτὸς ἐξευρεῖν (ſcil. φησί,) τὴν τοῦ παντὸς φύσιν, ὁποία τυγχάνει οὖσα, μηδενὸς διδάξαντος, καὶ γενέσθαι παρ' αὑτοῦ σοφός. Atque homines, (qualis fuit Heraclitus, vid. in nota ſequenti Procli locum,) ſua ſapientia elati, plura, quam fas ſit atque aequum, de ſe gloriari ſolent, (vid. *Guil. Saldenum* de libris lib. II. cap. 30. de eruditorum thraſoniſmo, atque *I. L. E. Püttmanni* comm. de Thraſoniſmo litterario, Halae, 1782. 8.) et variae ſunt αὐτοδιδάκτων claſſes, quarum vnam eamque praecipuam ducunt nouatores atque reformatores: de qua vide *Iac. Wilh. Feuerlini* diſp. de Eruditis ſine praeceptore, Altdorfii, 1716. §. 9. p. 18 ſqq. adde *Ciceronis* iudicium de Epicuro, lib. I. de nat. deor. cap. 26. *Harl.*

r) *Laertius* IX. 6. ex Antiſthene refert, Heraclitum ἐκχωρῆσαι τἀδελφῷ τῆς βασιλείας. Nempe antequam Pythagoras Epheſius tyrannidem inuaderet, iudices Epheſi vocabantur βασιλεῖς ſiue βασιλίδες. Vide Suidam in Πυθαγ. Heſych. Βασιλεῖς. Etiam Athenis erat magiſtratus hoc nomine. *Plutarch.* Pericle pag. 157. διὰ τὸ μήτ' ἄρχων, μήτε θεσμοθέτης, μήτε ΒΑΣΙΛΕΥΣ, μήτε Πολέμαρχος λαχεῖν· *rex ſacrorum.* Sic apud Diod. Sicul. Olymp. LXXX. 3. quum Sicilia libera reſpublica eſſet, tamen Δευκέτιος tom. II. p. 60. vocatur ὁ τῶν Σικελῶν βασιλεύς, qui p. 57. Ἡγεμών. Adde Begerum I. p. 293. et Stephanum ac Saxen. Grammaticum pag. 101. Apud Sextum II. contra Gramm. ſect. 22.

impendit ſeuero virtutis ſtudio et diligenti naturae inquiſitioni. Melancomae perſuaſit tyrannidem [r] deponere, vt refert *Clemens* I. Strom. p. 302. A quibusdam arrogantiae [s] arguitur, ab omnibus [t] obſcuritatis, ea, quae vellet, dicere *οὔτε λέγων, οὔτε κρύπτων, ἀλλὰ σημαίνων nec clare eloquens, nec penitus occultans, ſed innuens*, quod ipſe de oraculis pronunciauit apud *Iamblichum* de Myſteriis Aegypt. pag. 79. Iconem Heracliti duplicem exhibuit *Iac. Gronouius* tom. II. Antiq. Gr. tabula LVI. quarum neutram genuinam praeſtare auſit vel ipſe, vti nec *Begerus* I. Theſauri Brandenburg. p. 113. ita paſſim in numis [u], marmoribus ac gemmis veteribus ingenium artificum potius, quam vera eorum, quos referre debent, forma conſpicitur. Apud *Fuluium Vrſinum* quidem pag. 63. elog. occurrit ſtatua vetus, ſed capite trunca, cum inſcriptione: Ἡράκλειτος Βλύσωνος, Ἐφέσιος. Perut Heraclitus ex ventris hydrope, (*ἀσκίτην* Graeci vocant,) vide *H. Mercurialem* lib. III. Var. lect. cap. 19. [Ariſto apud *Diogen. Laert.* IX. 5. tradit, Heraclitum illo morbo fuiſſe liberatum, alio autem vitam finiuiſſe. Vtrumque poteſt verum eſſe: ad morbum hydropis curandum obiecit ſe ſoli puerosque iuſſit, ſe boum ſtercore oblinere: et ita a canibus dilaceratus poſtridie obiit. vid. *Roſſii* comm. Laert. p. 171. *Heſych.* ill. p. 18 ſq. ibique Meurſii not. p. 155 ſq. *Harl.*]

Scripſit Heraclitus vnum opus, proſa Ionica compoſitum, cuius varios titulos ſiue elogia potius refert Suidas in Δηλίου κολυμβητοῦ e *Laertii* IX. 12. Ἐπιγράφουσι δὲ αὐτὸ οἱ μὲν Μούσας, οἱ δὲ περὶ φύσεως, (ita vocat et *Galenus* tom. V. p. 1. edit. Baſil.) Διόδοτος δὲ ἀκριβὲς οἰάκισμα πρὸς στάθμην βίου. Ἄλλοι γνώμην ἠθῶν, κόσμον τρόπων ἑνὸς τῶν συμπάντων. [Ergo

lect. 22. ad Tiſſaphernem *praetorem*, ὦ βασιλεῦ. *Fabric.* Errat igitur *Athenagoras* leg. pro Chriſt. p. 35. dum ſcribit, Heraclitum patria eſſe pulſum. *Harl.*

s) Proclus 3. in Tim. ἀλλ᾽ Ἡράκλειτος μὲν ἑαυτὸν πάντα εἰδέναι λέγων, πάντας τοὺς ἄλλους ἀνεπιστήμονας ποιεῖ.

t) Quibusdam tantummodo in locis obſcurum, in aliis perſpicuum ſatis fuiſſe teſtatur *Laertius* IX. 7. Inter cauſas obſcuritatis ſunt ſcribendi genus ambiguum, diuerſae interpunctionis patens. Vide *Ariſtotelem* III. 5. Rhetor. Τὰ γὰρ Ἡρακλείτου διαστίξαι ἔργον. *Theo* progymnaſm. p. 3?. παρὰ ταύτην δὲ τὴν ἀμφιβολίαν τὰ Ἡρακλείτου τοῦ φιλοσόφου βιβλία σκοτεινὰ γέγονε, κατακόρως αὐτῷ χρησαμένου ἤτοι ἐξεπίτηδες, ἢ καὶ δι᾽ ἄγνοιαν. *Demetrius* de elocutione §. 192. ἄδηλος γὰρ ἡ ἑκάστου κώλου ἀρχὴ διὰ τὴν λύσιν, ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου. Καὶ γὰρ ταῦτα σκοτεινὰ ποιεῖ τὸ πλεῖστον ἡ λύσις. Ceterum haec obſcuritas in prouerbium abiit, vt apud Hieronym. I. in Ruffinum. „Denique et ego ſcriptitas relegens, quamquam interdum non intelligam, quid loquaris, et Heraclitum me legere putem" *Fabric.* (*Cicer.* II. de Fin. 5. quod, [illegible] ita loqui, vt non intelligatur.) *duobus modis ſine reprehenſione fit: vt, ſi aut de induſtria facias, vt Heraclitus, cognomento qui* σκοτεινὸς *perhibetur, quia de natura nimis obſcure memorauit: aut quum rerum obſcuritas, non verborum facit, vt non intelligatur oratio, qualis eſt in Timaeo Platonis.* Atque rerum obſcuritas etiam in Heracliteis cauſſa obſcuritatis eſſe potuit. Accedit ingenii, quod melancholicum fuiſſe videtur, indoles, qua homines inſtructi difficilius, breuius, obſcuriusque mentem ſuam explicare ſolent: accedit linguae, quae tum fuit, graecae paupertas, praecipue in nouis doctrinae philoſophicae placitis exponendis; denique oratio graeca proſaica eo tempore nondum fuit exculta. Hinc oratio eius ſaepius poetica troporumque plena, aenigmatica et nimis ſententioſa, poſteris videri debuit obſcurior. vid. loca veterum de Heracliti obſcuritate collecta a *Menagio* ad Diogen. Laert. IX. 6. et Diogenem ipſum, qui tradit, quosdam putare, Heraclitum de induſtria obſcurius ſcripſiſſe, vt ſoli eruditi librum ſuum legerent, ne, ſi a vulgo paſſim legeretur, eſſet contemtibilis. Vid. *Tiedemann.* in Geiſt etc. pag. 1?5. *Bruckeri* hiſt. crit. phil. pag. 1211. *Harl.*

u) Heraclitus in numo Epheſiorum, Diadumeni imperatoris. vid. Mem. de Trevoux 17?5. Auguſt. p. 1460.

[Ergo Heraclitus ipſe nullam praemiſerat inſcriptionem.] Quae ſequuntur apud Suidam, petita ſunt e *Laertii* II. 22. Porro idem *Laertius* IX. 5. teſtatur, Heracliti ſcriptum, quod in templo Dianae Epheſiae auctor repoſuerat, *Crates* vero quidam Graecis vulgauit primus, (id. ſect. 12) vniuerſe quidem fuiſſe περὶ φύσεως, (quo titulo etiam citatur a *Clemente* V. Strom. p. 571. [*Sexto Empir.* I. aduerſ. logicos, ſect. 132. p. 398. edit. Fabric.] aliisque, vt Heraclitus paſſim veteribus vocatur Phyſicus;) ceterum diuiſum in tres λόγȣς, vnum περὶ τȣ̃ παντὸς, alterum πολιτικὸν, tertium θεολογικόν. Diodotus vero exiſtimauit, praecipuum argumentum operis huius fuiſſe de Republica, cui illa, quae de natura, tantum ἐν παραδείγματος εἴδει praemiſſa eſſent. Vide *Laertium* IX. 15. vbi obſeruat, a multis commentario illuſtratum Heracliti ſcriptum, vt ab *Antiſthene*, (non Cynico, ſed altero, quem Ἡρακλείτειον [ſ] vocat VI. 19.) *Cleanthe* Pontico quatuor libris, id. VII. 174. *Heraclide* Pontico, quatuor libris. id. V. 88. *Sphaero* Stoico, *Pauſania*, qui adpellatus eſt Ἡρακλειτιστὴς, *Nicomede*, *Dionyſio*, et *Diodoto*, quem iam dixi, grammatico: tum a *Scythino* verſibus graecis iambicis expreſſum eſſe; ita enim potius intelligo verbum ἐκβαλεῖν cum M. Meibomio, quam cum Stanleio p. 724. Hiſt. Philoſ. et Laertii interpretibus, exploſum et oppugnatum; *Ariſtonem* ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείτȣ laudat idem IX. 5. et 11. [v]) et *Alexandrum* ἐν διαδοχαῖς καθ' Ἡράκλειτον, III. 5. Heracliti ſectatores teſtatur dictos Ἡρακλειτείȣς, id. IX. 6. Ἡρακλειτίζοντες dicuntur ab *Ariſtot.* XVIII. 30. Problem. Eorum meminit et Plato in Theaeteto, Sextus etc. *Cratyli* Ἡρακλειτείȣ, Platonis familiaris, (Alexand. Aphrod. in I. Metaph. pag. 22.) Laertius III. 6. Antiſthenis Heraclitii VI. 19. Intelliguntur etiam Heraclitii, quando συντονώτεραι Μȣ̃σαι et Ἰάδες apud Platonem in Sophiſta et Themiſtium Orat. XVI. memorantur [w]). Nam et Platonem, antequam Socrati ſe traderet, Heracliti ſecta fuiſſe imbutum refert Apuleius de dogmate Platonis, praecipue in naturali Philoſophia Heracliteos ſecutum obſeruans, vti in intellectuali Pythagoreos, in rationali ac morali Socratem. Adde *Laert.* III. 8. [*Himerium* orat. XI. §. 2. qui ab illo Platonis ingenium velut alis ſublatum ad cognitionem rerum, quae eloquutione ſuperiores ſunt, ſuſpexit, vid. ibi pag. 575. notam Wernsdorfii.] *P. Petitum* II. 10 Miſcell. [*Brucker.* hiſt. de ideis p. 17. et 123.] Initium operis, ab Heraclito compoſiti, hoc refert *Ariſtoteles* III. 5. Rhetor. τȣ̃ λόγȣ τȣ̃δ' ἐόντος αἰεὶ ἀξύνετοι ἄνθρωποι γίγνονται Ita enim legendum eſſe, (non τȣ̃ δέοντος, vt in *Clementis Alex.* V. Strom. p. 602. excuſum eſt,) praeter *Sextum Empiricum* VII. contra Mathemat. pag. 162. [ſect. 132. pag. 398. edit. Fabric. cuius notam conſules,] docet Amelius apud *Euſebium* XI. 19. Praeparat. Καὶ οὗτος ἄρα ἦν ὁ λόγος καθ' ὃν αἰεὶ ὄντα τὰ γινόμενα ἐγίνετο, ὡς ἂν καὶ ὁ Ἡράκλειτος ἀξιώσειε. Patet etiam ex hoc aliisque Heracliti, quae paſſim occurrunt, fragmentis, eum non ſcripſiſſe carmine, ſed ſermone proſario, vt notaui ſupra lib. I. cap. 1. nr. 2 ſq. Fallitur itidem Nic. Nourritus, qui in apparatu ad Bibliothecam maximam Patrum, de ſcriptoribus, a Clemente Alex. citatis, diſſerens, putat, verſus Heracliti Iambicos laudari a Clemente lib. IV. Strom. p. 494. nam, qui locum inſpexerit, videbit dictis Heracliti, proſario ſermone conceptis, a Clemente ſubiici verſus tragici, perinde vt locum *Plutarchi* lib. de oraculorum defectu

[v]) Vide *Ionſium* de ſcriptor. hiſtor. philoſ. III. 3, 4. p. 152. edit. Dornii. coll. *Menagio* ad Diog. Laert. IX. 5. pag. 394 ſq. *Harl.*

[w]) Vide *Roſſii* Commentatt. Laert. pag. 4 ſqq. *Harl.*

defectu p. 415. *ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου καὶ τὰ Ὀρφέως ἐπιμεμιγμένην ἔπη*, eruditus interpres minus accurate reddit ſic: *quae vt Heracliti et Orphei verſus miſcent:* vertendum enim erat, *quae vt Heracliti ſcripta et Orphei verſus miſcuit.* Toto enim coelo aberrat elegantiſſimus Menagius in notis ad Laertium pag. 395. edit. Wetſten. noſtro Heraclito tribuens libros, quos commemorat *Plutarchus* in commentario contra Colotem pag. 1115. *τὸν Ζωροάστρην, τὸ περὶ τῶν ἐν ᾅδου, τὸ περὶ τῶν φυσικῶς ἀπορουμένων*, manifeſtum enim eſt, eo in loco Plutarchum agere de Heraclito quodam iuniore Peripatetico. Sed et in eo fugit Menagium ratio, quod ſubiungit, Heraclitum Epheſium ſcripſiſſe etiam libros *περὶ πολιτείας*, [?] et Diodotum grammaticum negaſſe, quod volumen *περὶ φύσεως* eſſet Heracliti. Nam in illo ipſo opere phyſico Heraclitus *περὶ πολιτείας* egerat, atque ita quidem, vt Diodotus ſibi perſuaſerit, quaecunque de natura praemiſit, conſideranda eſſe tamquam partem minus principalem, vt iam e Laertio adnotaui. Multa ex Orpheo hauſiſſe Heraclitum, notauit *Clemens Alexandr.* VI. Strom. p. 629. Aliis Heraclitis nouem vel decem ſupra p. 3. et 142. [pag. 194. volum. I.] a me nominatis, addes *Heraclitum* Tyanenſem, in veteri inſcriptione apud Bernhardum Montfauconium p. 424. Diarii Italici; *Heraclitum* Cynicum, ad quem ſcripſit Iulianus Imp. *πρὸς τὸν κύνα Ἡράκλειτον, πῶς κυνιστέον*, teſte Suida in Ἰουλιανὸς, etſi in Codicibus Iuliani Ἡράκλειος vocatur ille Cynicus; *Heraclium* x) ſcriptorem Chriſtianum, Irenaei aequalem, cuius commentarios in Apoſtolum (Pauli Epiſtolas) memorat *Euſebius* V. 27. Hiſt.; *Heraclitum* Cumanum, Heracleae Ponticae praefectum ab Arſinoe, teſte Memnone apud *Photium* cod. CCXXIV. pag. 270 ſq.; *Heraclitum*, Ariſtoclis filium, Sphettium, apud Montfaucon p. 149. Palaeogr.; *Heraclitum* Scotinum, legatum Philippi regis Macedoniae ad Hannibalem, *Liu.* XXIII. 39. Philoſophiam Heracliti Epheſii iam pridem illuſtrandam in ſe ſuſcepit ciuis atque amicus noſter chariſſimus, patriaeque Academiae Lipſienſis ornamentum non inficiandum *Godofridus Olearius*, cuius rei ſpecimen inſigne iam vna y) alteraque diatriba vulgata dedit, et priorem harum pro ſuo in me amore mihi inſcribere dignatus eſt.

[*Diogenes Laert.* IX. 8. vbi vid. interpret. recenſet decreta Heracliti, et primum eſſe ait, *πῦρ εἶναι στοιχεῖον, καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα ἀραιώσει καὶ πυκνώσει τὰ γινόμενα, ignem elementum eſſe dicit, ignisque viciſſitudine tum raritate, tum denſitate conſtare, quae fiunt omnia:* vbi Kuhnius in ſuis adnotationibus *καὶ κατὰ πυρὸς ἀμοιβὴν τὰ πάντα. ἀραιώσει* etc. emendare ſuſtinuit: ſed refutauit eum *Reiſius* in Commentatt. Laert. p. 172 ſq. docet enim verba

x) Lectionem codicum Euſebii confirmant Nicephorus, Honorius, aliique, etſi in Hieronymi Catalogo cap. 46. et Sophronii verſione graeca editur Ἡράκλειος.

y) De principio rerum naturalium (n. igne) ex mente Heracliti Phyſici cognomento σκοτεινοῦ exercitatio, Lipſ. 1697. De rerum naturalium geneſi ex mente Heracliti Phyſici diſſertatio, Lipſ. 1702. [quas binas diſſ. in quibus veterum loca de igne, Heracliti principio rerum omnium, diligenter ſunt collecta atque explicita, recudi fecit *Olearius* in ſua Stanleianae hiſtoriae philoſ. verſione, tom. II. ad part. IX. cap. 6. p. 452—487. *Olearius* expoſitionem, ignem, Heracliteum rerum primordium, eſſe ignis *ἀναθυμίασιν*, *exhalationem*, minutiſſimis conſtantem *ψηγματίοις*, quae aetheris, vel aeris nomine aliis venit, adoptauit et locis veterum ſtabilire ſtuduit Fabricius ad *Sext. Empir.* lib. IX. ſ. aduerſus Phyſicos lib. I. ſect. 360. p. 620. ſed de veritate huius interpretationis dubitat cl. *Tiedemann.* in: Geiſt der ſpeculativen Philoſophie p. 198. et ſq. pag. reiicit ſententiam *Cudworthi* in ſyſtem. intell. cap. 1. §. 15. tom. I. p. 28. verſ. Moshem. (quam etiam admiſerat *Brucker.* in hiſt. philoſ. de ideis p. 129.) Heraclitum rerum naturalium origines repetiiſſe ab atomis. Erudite explicat rem cel. *Heyne* in Opuſc. vol. III. p. 103. *Harl.*

verba καὶ πυρ. ἀμοιβὴν non pertinere ad antecedentia, ſed coniungenda eſſe cum ſequentibus καὶ π. ἀμ. τὰ πάντα *et cuncta ignis viciſſitudine conſtare:* illuſtrat id e loco *Euſebii* lib. XIV. praepar. euang. cap. 3. ſecundum Heraclitum ignem eſſe principium omnium rerum; ex eo omnia fieri, et in illum omnia reſolui, ἀμοιβὴν γὰρ εἶναι τὰ πάντα, explicatque ſenſum illius dogmatis: denique in Diogenis loco ſcribere mavult γινόμενα absque articulo τὰ, eumque interpretari, *omnia ignis viciſſitudine conſtare, eo nimirum ſe denſante et viciſſim rareſcente genita.* Sed omnem Heracliti philoſophiam explicare, non vacat, atque praeter Stanleium, Olearium, Bruckerum, Tiedemannum aliosque id egit *Meinerſius* in hiſtoria doctrinae de deo p. 347 ſqq. et in hiſtoria doctrinarum apud Graecos etc. tom. I. p. 619 ſqq. atque in praef. ad tom. II. p. XXX. Dogma Heracliti, *vniuerſa fluminis in morem decurrere,* apud *Platon.* Cratyl. pag. 207. tom. III. edit. Bipont. aliosque multos occurrit. Id praeter *Menagium* ad Diog. Laert. p. 579. *Th. Gatacker.* ad Antonin. II. §. 15. p. 75 ſq. edit. Londin. 1707. 4. it. pag. 77. in primis IV. §. 43. pag. 165 ſq. et *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. pag. 76 ſq. plura loca colligentes, explicuit *Brucker.* in hiſtoria philoſophica de ideis ſect. I. ad §. VIII. pag. 123 ſqq. atque in ſupplemento II. ad illam hiſtoriam in Schelhornii Amoenitat. liter. tom. VIII. pag. 312 ſqq. vlterius illuſtrat, probaturus loco Numenii apud *Euſebium* de praepar. euangel. lib. XV. cap. 20. non corporum modo naturam, quod Platoni quoque placuit, ſed et τὰ τῆς ψυχῆς fluminis inſtar ſe habere et in perpetua verſari mutatione. Sed quid *anima* Heracliti apud *Ariſtotel.* lib. I. de anima cap. 2. etiam ſignificet, non conuenit. Ipſe Olearius in diſſ. I. p. 457. intelligit vaporem ſ. exhalationem ignis, ſiue id, quod eiusdem cum principio eſt naturae; ſed in diſſ. II. p. 477. explicat ſubſtantiam pertenuem valdeque agilem. Hinc interpretatio illius Heraclitei: αὔη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη, *ſicca anima ſapientiſſima et optima*, quod Stoici et Platonici ad alia traduxerunt, et aliter, ac ex philoſophi Epheſii conſilio menteque, adcommodarunt, viros doctos valde torſit. Optima vero eſſe videtur, quam propoſuit atque ornauit cel. *Heyne* in ſingulari proluſione, Gottingae, 1781. rec. in illius Opuſcul. academicis, vol. III. pag. 104 ſq. Heraclitum exiſtimaſſe, igneam materiam, quo magis ab humido illa liberata ſit, tanto plus diuinitatis habere, ſaltem maiorem mobilitatem, celeritatem, puritatem conſequi, etc. adde *P. Weſſelingii* comment. ſuper illo dicto Heraclitco in Miſcell. Obſſ. vol. V. tom. III. p. 42 ſqq. Scepticiſmi, vniuerſalis quidem, Heraclitum, quod contraria vni et eidem ineſſe contendiſſet, cum aliis incuſat *I. Franc. Buddeus* in Analectis hiſtoriae philoſophicae, Halae Sax. 1706. 8. pag. 211. at in Compendio hiſtor. philoſoph. cap. I. §. 12. pag. 19. ita paullum mutauit ſententiam, vt duce *Sexto Empir.* Pyrrhon. hypot. I. cap. 29. pag. 53. (vbi conf. notas Fabricii,) moneret, ſcepticam diſciplinam ab Heracliti philoſophia differre. — De Heracliti phyſiologia conferenda etiam eſt V. D. diatribe, inſerta actis eruditorum germanicis LVII. et LVIII. tom. V. p. 632 ſqq. 710 ſqq. — Num atheorum numero eximendus ſit, nec ne? diſputat *I. Franc. Buddeus* in Theſibus de atheiſmo cap. I. §. 20. pag. 80 ſqq. add. *Brucker.* hiſt. crit. phil. I. pag. 1215 ſqq. *Harl.* Ad omnem Heracliti philoſophiam pertinet *Io. Matth. Gesneri* Diſp. de animabus Heracliti et Hippocratis in Commentar. Soc. Gott. T. I. p. 67 ſq. *Beck.*]

De ſex Epiſtolis, quae ſub Heracliti nomine hodie exſtant, et in *Stanleii* Hiſtoria Philoſophica anglice translatae occurrunt, dixi ſupra cap. X. §. 19. Apud Laertium lib. I. ſect. 88. ὁ δυσάρεστος Ἡράκλειτος non eſt reddendum *inſuauis Heraclitus*, ſed *moroſus*, ſiue *is, cui vix quicquam placebat Heraclitus.* Sic apud Diodorum Sic. lib. XIX. tom. II. pag. 720.

Τὸ γὰρ πλῆθος ἀεὶ διετάρεσσεν. Ceterum in loco Marciani Capellae pag. 21. *Vulcanus licet credatur Iunonius, totius Mundi ab Heraclito actus eſt demecrator.* Ita lego pro *demerator*, vel, quod malebat Grotius, tum admodum adoleſcens, *deuorator.* Nam et Cleanthes apud Ciceronem IV. 41. Academ. quaeſt. ſolem dixit *dominari, et rerum potiri.*

V. DEMOCRITVS, ex nobili genere, Abderites, opibus honoribusque longe praetulit ſeriam inquiſitionem naturae, ita, vt profeſſus ſit, ſe malle vnam cauſam in rebus naturalibus inueſtigatam reperire, quam regnum Perſarum conſequi, teſte Dionyſio Alex. apud *Euſebium* XIV. 27. Praeparat pag. 781. Itaque et in Graecia Leucippum, atque, vt nonnulli volunt, Pythagoreos quoque et Anaxagoram, quo annis XL. iunior fuit, auſcultauit, et apud alias gentes z), Aegyptios, Perſas, Indos, Aethiopes aa), quicquid vsquam fuit ſapientum, ad octogeſimum vsque aetatis annum peregrinatus, adiit.

[De Democrito multa narrantur, quae fidem ſuperant, et procul dubio plures libri ſub falſo eius nomine circumferebantur. *Diogenes* vero *Laertius* IX. cap. 7. ſect. 34 ſqq. et *Eudocia* in Violario p. 134 ſq. quae multa ex Diogene hauſiſſe videtur, multos laudant, qui vel ſeparatim, vel in aliis operibus hiſtoricis varia diuerſaque de noſtro prodiderunt memoriae. Hinc quae de eius anno natali atque vita et aetate traduntur, ſecum pugnare videntur. Apud *Diogenem Laertium* IX. 34. ille ſecundum quoſdam conuenit Anaxagoram, quum annis XL. iunior, quam ille eſſet; et apud eumdem eodem libro ſect. 41. et *Eudociam* l. m. ipſe Democritus in paruo Diacoſmo retuliſſe dicitur, ſe iuuenem fuiſſe eo tempore, quo iam ſenior viuebat Anaxagoras, illo autem minorem natu annis quadraginta; librum vero iſtum, paruum Diacoſmum a ſe compoſitum eſſe anno poſt Troiae excidium ſeptingenteſimo triceſimo, h. e. ſubducto ex Eratoſthenis opinione calculo, Olymp. LXXXIV. 1. ſiue circa Olymp. LXXX. quod aegre intelligi poteſt, ſi id verum ſit, quod apud eumdem Laertium *Apollodorus* in Chronicis tradit, Democritum fuiſſe natum Olympiade octogeſima. Thraſyllus autem, (quem *Ionſius* putat vixiſſe tempore Tiberii imperatoris,) in libro inſcripto, τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτε βιβλίων memorat, illum primum vidiſſe lucem Olymp. LXXVII. 3. et anno maiorem natu, Socrate, aetate nimirum Archelai, Anaxagorae diſcipuli, atque Oenopidae. *A. Gellius* N. A. XVI. 21. auctor eſt, Hippocratem medicum et Democritum philoſophum iisdem temporibus floruiſſe, iis vero Socratem natu quidem poſteriorem fuiſſe, ſed illos tres quibusdam temporibus iisdem vixiſſe. Secundum *Suidam* voc. Δημόκριτος, eodem tempore vixit, quo Socrates, Olymp. LXXVII. vel ſecundum alios LXXX. *Euſebius* in Chronicis, ex verſione Hieronymi pag. 509. edit. Vallarſii Democritum cum Empedocle, Zenone, Parmenide aliisque refert ad Olymp. LXXXVI. init. (ad Olymp. LXX. 1. ſcripſerat *Euſebium*, apud *Bayle* voc. Democr. (D.) et ci. Menagii pag. 726. ad idem vero annum notarat Hieronymus: *Heraclitus cognomento tenebroſus et Anaxagoras Phyſicus clari habentur:*) et pag. 517. (ubi Vallarſ. nec Scaligeri nec Simſoni cenſuras atque opiniones probat.) *Democritus moritur* Olymp. LXXXXIV. exeunte. Haec omnia per temporum rationem vitamque Anaxagorae, Olymp. LXX. 1. nati conſtare ſimul non poſſe videntur viri ſagaciores. Pauca adiicit, nec vero

z) Vid. Diog. Laert. IX. 35. ibique Menagium. *Harl.*

aa) Ab eo vltimas terras eſſe peragratas, tradit quidem *Cicero* de Fin V. 19. at eum ad Indos Aethiopasque litterarum cauſſa perueniſſe, parum probabile eſſe videtur. *Harl.*

vero expediuit *Brucker.* vol. I. pag. 1177. Curatius inquirit *Bayle* in Diction. v. *Democrite* vol. II. p. 270. (D.) nec tamen abſoluit rem. Nec, quamdiu in viuis fuerit, omnino certum habemus atque exploratum, auctoribus veteribus diſſentientibus. *Diodor. Sic.* XIV. 11. tradit, Democritum obiiſſe Olymp. LXXXXIIII. 1. vita ad annos XC. protracta. Ergo neque Olymp. LXXX. quae eſt Apollodori ſententia, neque Olymp. LXXVII. 3. quae eſt Thraſylli opinio, natus demum eſſe potuit, vt *Weſſeling.* ad Diod. Sic. locum p. 647. etiam obſeruauit. Secundum Hipparchum apud *Diogen. Laert.* IX. 43. viuere deſiit centeſimo nono vitae anno. Apud *Lucian.* Macrob. cap. 18 tom. III. p. 221. edit. Reitz. (vbi vid. not. Maii et M. du Soul,) dicitur anno aetat. CIIII. vitam finiiſſe a cibo abſtinentem. Hinc *Meurſius* de Archont. lib. III. 13. in Diogene putat vitium eſſe in numeris, et ϙϑ´ pro ϛϑ´ legendum, et ipſum Diodorum erraſſe, id quidem cum rationibus Apollodori, ſecundum vulgatam lectionem, melius conueniret. Sed quid tunc cenſendum erit de ipſius teſtimonio in libro ſuo, nempe paruo diacoſmo? Suidas niſi illum genuinis Democriti libris omnino adſcripſiſſet, duce probabiliter quodam antiquiore ſcriptore, Diogenis teſtimonium ipſeque liber dubitatione atque ſuſpicione falſitatis haud vacarent. Quare potius exiſtimandum eſt, textum Diogenis in mendo cubare, primum in annis Epochae Troianae, de quibus *Ionſius* de ſcript. phil. hiſt. cap. IV. lib. I. p. 26 ſq. copioſe diſſeruit, tum quod vulgo exaratum eſt, Anaxagoram fuiſſe XL. annis iuniorem, denique Democritum eſſe Olymp. LXXX. natum. Contra melius erit, ſequi Diodori Siculi narrationem de anno mortis; et ego cum *Corſin.* in Faſt. attic. III. p. 138 ſqq. qui iuſtas rationes adfert, in Diogene Laert. pro τεσσαράκοντα, quibus iuniorem Anaxagora fuiſſe ſemel iterumque teſtatur, puto corrigendum, τέσσαρσι. Probabile igitur videtur, Democritum natum eſſe Olymp. LXXI. 1. quod bene docuit Corſinus, et etiam in Apollodori fragmento apud Diogenem numerum vitioſum eſſe et mutandum. Ita Protagoras, qui Olymp. XCIII. 2. annos LXX. aetatis natus e viuis exceſſit, Democriti auditor eſſe potuit, (*Diogen. Laert.* IX. 65.) et Democritus paullo iunior Anaxagora et aliquanto ſenior Socrate, idemque magiſter Hippocratis, niſi voce, ſaltem ope ſuorum librorum dici poterit. Praeter *Menagium* ad *Diogenem* p. 409. vbi quoque de mortis genere, aliis, eum placida morte defunctum eſſe, aliis, cum inedia, aut φθειριάσει periiſſe adfirmantibus, agit, et varia, quae omiſit Laertius, vere falſoque narrata de fatis, vitae ratione atque opinionibus Democriti recenſet, et praeter Baylium etiam conſules cl. *Meinerſ.* hiſtor. doctrinarum apud Graecos etc. pag. 725 ſqq. Cel. *Saxius* in Onomaſt. I. p. 36. vitae illius annos ab Olymp. LXXVII. 3. — CIV. 4. florem autem in A. M. 3557. Olymp. LXXXIII. 1. ante C. N. 446. V. C. 306 poſuit. *Hamberger.* in zuverläſſigen Nachrichten etc. tom. I. pag. 190. eos ſequitur, qui arbitrentur, Democritum fuiſſe XL. annis iuniorem Anaxagora, et XX. ann. poſt expeditionem regis Perſarum, Xerxis et bellum Graeciae illatum A. M. 3504. natum. Hinc, ſubductis XX. annis, putat, natalem Democriti incidere in Olymp. LXXIX. vel LXXX. A. M. 3524. ante C. N. 460. mortem vero, quod alii ſcripſerunt, cum vixiſſe annos CIV. alii autem CIX. adſignat A. M. 26$\frac{7}{3}\frac{8}{1}$. a. Chr. 3$\frac{5}{3}\frac{6}{1}$. Adde *Simſon.* Chron. ad A. M. 3535. et 3601. *Montuclae* hiſtor. matheſ. tom. I. part. I. lib. III. p. 141 ſqq. De eius itineribus, artibus, diſciplina, magia, et magicis artificiis aliisque rebus multa fabuloſa falſaque admixta ſunt veris: de quibus a viris doctis, partim citatis, partim mox commemorandis abunde eſt diſputatum. *Diogenes Laert.* IX. 35. ex Demetrio et Antiſthene refert, Democritum in Aegyptum contendiſſe ad ſacerdotes, geometriam percepturum, καὶ πρὸς Χαλδαίους εἰς τὴν Περσίδα, *et in Perſidem ad Chaldaeos*

daeos atque ad rubrum mare: Suidas vero in Δημόκριτος tradit, eum fuiſſe quoque, vt alii ſcribunt, diſcipulum Magorum et Χαλδαίων Περσῶν, adiiſſe etiam et Perſas et Indos et Aegyptios, et ſingulorum ſapientiam addidiciſſe. Vtrumque locum, quia Chaldaei non fuiſſent in Perſide, ſed in Babylonia, *Perizonius* in notis ad *Aeliani* H. V. libr. IV. cap. 20. p. 375 ſq. edit. Abrah. Gronou. vitii incuſat, atque, inſerto καὶ, in Diogene Laertio emendare ſuſtinet καὶ πρὸς Χαλδαίους, ΚΑΙ εἰς Περσίδα, et pariter in Suida, καὶ Χαλδαίων ΚΑΙ Περσῶν. At enim illa emendatione non opus eſſe, docte oſtendit *Ern. Frid. Neubauerus*, Prof. quondam in vniuerſitate Giſſenſi, in diſſ. Defenſio lectionis vulgaris in Diogene Laertio et Suida de Chaldaeis in Perſia a Democrito auditis, aduerſus clar. criticorum correctionem, qua occaſione de Chaldaeorum nomine philoſophis tributo nonnihil agitur etc. Giſſae. 1745. 4. Docet enim late, in profanorum monimentis *Chaldaeos*, vti Magos, ſaepe generatim notare aſtronomiae et aſtrologiae diuinandique artis peritos, aliarumque doctrinarum magiſtros, et ſapientes, ſiue ſint Chaldaei, in ipſaque Chaldaea agant, ſiue alibi locorum Chaldaeorum dogmata profiteantur. Ita quoque in Perſide, Syria et alibi Chaldaei reperiuntur, et Democritus dici potuit, in Perſia tum magos, tum chaldaeos Perſas audiuiſſe, h. e. Perſas, ſiue Perſarum philoſophiam magicam, ſiue chaldaicam profeſſos. *Neubauer.* denique a p. 32 — 37. diluit ea, quae pro emendatione Perizoniana poſſint adduci, et ſenſum loci Aeliani paraphraſi reddit clariorem. Idem *Neubauerus* in progr. Quaeſtio, an nullae inter Chaldaeorum philoſophos fuerint ſectae, ex Strabone praecipue deciſa et ab obiectionibus ex Diodoro Siculo petendis, vindicata, viroque cuidam cel. (Laur. Reinhardo.) modeſte oppoſita, Giſſae 1745. demonſtrat, plures inter Chaldaeos philoſophos fuiſſe ſectas. *Harl.*]

Cum quam plurima obſeruaſſet et in literas miſiſſet, ita, vt *Philoſophiae* [*] nomine adpellaretur, teſte *Aeliano* IV. 20. Var. [cc]) extinctus eſt Olymp. XCIV. centenario maior. Ab Heraclito diuerſus non modo in eo, quod res humanas riſu [dd]) potius excipiendas eſſe duceret, quam lacrymis; ſed etiam quod *Cicerone* obſeruante 2. de diuinat. 64. *Valde Heraclitus fuit obſcurus, minime Democritus*, etſi peculiaribus quibusdam vocabulis hic vti non dubitauit, (vide Suidam in Ἀκουσὰ, Ῥυσμὸς, etc.) quas praeter *Callimachum* illuſtrauerat olim *Hegeſianax*, teſte Stephano in Τρωάς. Fuere, qui Democriti perinde vt Platonis ſermonem poetici aliquid habere putarent, quod incitatius ferretur, et clariſſimis verborum vteretur luminibus, vt ait idem *Cicero* in Oratore cap. 20. [adde *Cicer.* acad. quaeſt. IV. 23. de orat. I. 11. *Sext. Empir.* adu. mathem. VII. 265. vbi dicitur Iouis voci adſimilari, quod intelligunt alii de ſuauitate eius et perſpicuitate; alii, vt Fabric. ad illum locum et *Valeſ.* ad Ammian. XXII. cap. 16. pag. 346. de eo, quod dicta illius eſſent certa. Scientiam illius ſummis laudibus effert *Ariſtotel.* de gen. et corr. lib. I. cap. 2. Electicis vero philoſophis minus recte poteſt adſcribi.] Nusquam eius meminit Plato, quod mirum iam olim multis viſum, teſte *Laertio* III. 25. Inſultabat ei Colotes Epicureus, licet, Epicurum ipſum Democrito quam plurima

bb) Vbi autem Democritus venerit ad Chaldaeos, Babylona, ad Magos et Sophiſtas ſ. Gymnoſophiſtas Indorum. Perizonius in notis quaedam contra codd. mutaturus, refellitur a *Neubauero* in diſſ. mem. in primis §. 32. *Harl.*

cc) Iuuenal. X. 33 — 53. Naz. orat. 32. p. 525.

[*Aelian.* H. V. loco citato, vbi plura de eodem narrantur; ſed eum viciſſim ridet *Lucian.* in Vit. auct. cap. 13. at riſus iſte non inepta ipſaque ridicula ratione eſt intelligendus.] Democr. per anagramma: *docet riſum*, vel *ducit mores.*

plurima debuiſſe [dd]. profeſſi ſunt Leonteus et Metrodorus Epicurei apud Plutarchum libro contra Colotem p. 1108. Inimicus fuit Democritus Sophiſtarum, quos ipſe apud *Clementem* I. Strom. p. 279. ſuis verbis vocat λεξειδίων θηράτορας, ζηλωτὰς τεχνυδρίων, ἐριδαντέας καὶ ἱμαντελικτέας. Inter *Heraclidis* Pontici ſcripta fuere πρὸς τὸν Δημόκριτον ἐξηγήσεις, *cf. Laert.* V. 88. De vita Democriti vereque ac falſo de eodem iactatis, tum de eius dogmatis conſulenda ſunt, quae viri docti ad Laertium et Heſychium illuſtrem, *Stanleius* et *Abr. Gravius* in Hiſt. Philoſoph. *Gaſſendus* in Philoſ. Epicuri, *Dan. Clericus* in Hiſt. Medicinae, *Cudwortthus* in Syſtemate νοητῷ vero vniuerſi, *Naudaeus* in Apologia pro viris doctis Magiae accuſatis, *Baelius* in Lexico, *Nicolaus Hill.* in Philoſophia Epicurea Democritea et Theophraſtica, Geneu. 1619. 8. *Scipio Aquilianus* de placitis Philoſophorum, qui ante Ariſtotelis tempora floruerunt cap. 8—17. *Ioh. Chriſtoph. Magnenus*, Prof. Patauinus in Democrito reuiuiſcente, Lugd. Bat. 1648. 12. et Hagae, 1658. 12. *Petri* vero *Borelli* opus quod tres in folio impleturum tomos molitus eſt de Vita et Philoſophia Democriti, cum auctore intercidit. *Seraphinus Piccinardus* in philoſophia dogmatica. vid. Giornale di Roma, 1674. p. 102 ſqq. *Fabric.*

EPIMETRON.

Cicero multa de Democrito et eius opinionibus in libris ſuis habet: quae maximam partem collegit cl. *Frid. Gedicke* in M. T. Ciceronis hiſtoria philoſophiae antiquae, Berolini, 1782. 8. p. 67 ſqq. In Democritum commentatus eſt *Stephanus Atheniensis*. vid. Fabric. infra VI. cap. 7. tom. 12. p. 694 ſq. tum *Syneſius* philoſophus in Democriti phyſica. vid. *Lambecii* comment. de biblioth. Caeſ. tom. VI. p. 392 ſq. edit. Kollarii, et *Fabric.* infra lib. VI. cap. 5. p. 769. vol. XII. E recentioribus, qui de eius vita et placitis aut fabulis, de eo propagatis ſcripſerunt, memorari debent *Andr. Goedingii* diſſ. de Democrito, Vpſal. 1703. — Progr. Democritus πένταθλος. Lipſiae 1720. (*Eudocia*, Democritus, p. 134. ait, ex *Diogen. Laert.* IX. 37. ἦν, ὡς ἀληθῶς, ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος· τὰ γὰρ φυσικὰ, καὶ τὰ ἠθικὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ μαθηματικὰ, καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν. adde *Suidam* in voc. Πένταθλος.) *Brucker.* hiſt. crit. phil. vol. I. pag. 1177 ſqq. et in adpendice ſiue vol. VI. pag. 320 ſqq. qui alios laudat plures. Democritum fuiſſe atheum, nec tamen ideo Spinozae praecurſorem, contendit *I. Franc. Buddeus* in diſſ. de Spinoziſmo ante Spinozam, rec. in Analectis hiſtor. philoſoph. p. 325 ſqq. Idem *Buddeus* Democritum facit atheiſmi reum, in Theſibus de atheiſmo. p. 55. 64 ſq. Eamdem notam illi inuſſerant *Sam. Parker.* in diſp. I. de deo §. 10. p. 26. aliique apud *Reimmannum* in hiſtoria atheiſmi pag. 210 ſqq. qui tamen cautius verſatur in hac lite dirimenda, ipſoque Democrito excuſando. Clarius acuteque defendit illum ab atro iſto crimine *Vincentius Grauina*. lib. II. de ratione artis poeticae p. 127. eumque laudat, quod primus ſcientiam naturae a theologia diſtincte ſeparauit. Artis transmutandi metalli eum fuiſſe peritum, quidam coniecerunt; inprimis id ſibi aliisque perſuadere ſtuduit *Olaus Borrichius*, qui in Conſpectu ſcriptor. chemic. illuſtr. §. V. pag. 5. Democriti βίβλον προσφωνηθεῖσαν Λευκίππῳ, tum eius φυσικὰ καὶ μυστικὰ. ſaltem quae reſtant, genuina eſſe putauit. Secus vero ſenſit *Herm. Conring.* de Hermetica medicina lib. I.

dd) Cicero de N. D. lib. I. 43. Democritus, vir magnus inprimis, *cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit. Harl.*

lib. I. cap. 3. pag. 29. neque tamen conuicit *Borrichium*, qui cauſſam ſuam iterum egit, Democritum omnino artis illius arcanae, ſaltem chemicae, ſcientem fuiſſe demonſtraturus in Hermetis, Aegyptiorum et chemicorum ſapientia-vindicata, lib. III. cap. XV. pag. 67 ſqq. vide paullo infra in catalogo ſcriptorum Democr. phyſicorum. *Magiae* labem ei haud pauci adſpergere conati ſunt. Vide memorabilem locum *Plinii* in H. N. lib. XXX. cap. 1. et XXIV. cap. 17. in cuius ſententiam abiit *Salmaſ.* Exerc. Plinian. cap. 3. fin. p. 69. edit. Vltraiect. Sed omnis controuerſia verſatur in poteſtate voc. *Magus* et *magia* definienda, et liberarunt eum ab iſto crimine *Naudaeus* in Apolog. pour les grands hommes ſoupçonnez de Magie, cap. 12. p. 187 ſqq. *Buddeus* in Theſibus de atheiſmo p. 66. p. 700 ſq. in primis cl. *Tiedemannus* in diſput. de quaeſtione, quae fuerit artium magicarum origo etc. Marburgi, 1787. 4. pag. 7. reiectis et ſpuriis pronuntiatis iis libris, qui Democrito adtributi fuerunt, et fontes illius accuſationis habiti. adde *Bayle* Dict. II. pag. 273. not. K. Fabulam ſapit, quod de eius caecitate voluntaria ope ſpeculi cauſtici, vti traditum eſt a Laberio apud Gellium X. 17. (plura vid. apud *Bayle* l. c. not. L.) dicitur: prae ſenio viſum ſ. lumina amiſiſſe videtur. *Cicero* quidem Tuſcul. V. 39. Democritus, ait, *luminibus amiſſis*, alba ſcilicet diſcernere et atra non poterat; et lib. V. Fin. 29. Democritus, inquit, (*vero falſone non quaeremus,*) dicitur oculis ſe priuaſſe. adde *Plutarchum* tom. II. p. 246. *Gundling.* Otior. part. III. cap. 1. p. 51 ſqq. *Menagii* Origines italic. voc. *Abbacinare*. *Heumanni* acta philoſ. vol. I. p. 671. *Brucker.* l. c. p. 1180. qui plures laudat. Inter fabulas Mileſias referenda quoque eſt illa de Hippocrate, Democrito inſaniae medicinam adhibere ab Abderitis iuſſo, quam merito exploſit, et ex hiſtoria veterum philoſophorum eliminauit *Heumannus* in Actis Erudit. 1713. p. 458 ſqq. quam diſquiſitionem auctiorem recudi fecit in actis philoſ. vol. I. p. 640 ſqq. Fabula ducta eſt ex Hippocratis epiſtolis a *Stanleio* quidem part. X. p. 889 ſqq. *Chriſtiano Thomaſio* in hiſtoria ſapientiae et ſtultitiae, tom. II. p. 8 ſqq. et *Chriſtoph. Magneno* in Democrito reuiuiſcente, p. 24. pro genuinis habitis; ſed a Baylio, *Clerico*, (in hiſtor. medicinae part. I. lib. III. cap. 31. p. 458) Heumanno, et *Bruckero* l. c. p. 1182 ſqq. qui copioſus eſt de illis epiſtolis iſtaque fabula, aliisque pro fictitiis optimo iure declarati. — Eius placita, opiniones atque errores et ſomnia explicuerunt praeter Brucker. aliosque hiſtoriae philoſ. enarratores, *Io. Conr. Schwarz.* in diſput. Democriti Theologia, Coburgi, 1719. 4. (cap. 1. iudicia eruditorum congeſſit de diis Democriti, origine mundi et finalibus rebus; tum defendit eum a ſeuero Baylii iudicio; laudat eius itinera et ingenium, cum Magis adnumerat, et memorat, in Caſſiani Baſſi libris XX. de re ruſtica multa magiae Democriti veſtigia ſupereſſe et a naturalibus rebus diſerte ſecerni, atque Democritum cum Pythagora ſaepe concordare, quod ex iisdem fontibus vterque hauſit, denique abſoluit Democr. a crimine atheiſmi;) tum de quibusdam noſtri aliorumque veterum philoſophorum opinionibus de ortu corporis et animi *M. Nic. Ern. Zobelius* in Concordia gentium in tradenda doctrina de genere humani mentisque humanae origine et reſurrectione mortuorum, Altdorf. 1737. 8. p. 30 ſqq. 49 ſq. in primis *Meiners.* in hiſtoria doctrinae de vero deo etc. I p. 343 ſqq. et in hiſtoria doctrinarum apud Graecos, tom. I. pag. 692 ſqq. atque *Tiedemannus* in Geiſt der ſpekul. Philoſophie, cap. 11. pag. 263 ſqq. *Koſſius* in Commentariis [illegible] Diogenis de Democrito explicat aut emendat; ſic emendat lib. VIII ſect. 46. et ſubſtituit [illegible], vel [illegible], [illegible] copioſus eſt in exponendo conſtituendoque [illegible] vid. dictum [illegible] Democriti volumina, quaecumque quidem eugere potuiſ-ſet,

ſet, comburere voluiſſe, ſed Amyclae et Cliniae, Pythagoricorum, monitis adductum, id conſilii abiecisſe. Idem p. 233 ſqq. vberius explicat, quid ſit apud *Diog. Laert.* IX. ſect. 105. in Pyrrhone, illud Democriti, *μηδὲν εἶναι τῶν φαινομένων· τὰ δὲ μὴ εἶναι*, h. e. nihil eorum, quae videntur, tale eſſe iudicium (n. veri) putat Democritus: illis autem non eſſe tum *τὸ κριτήριον τῶν φαινομένων* eſſe *rationem* docet emendatque locum *Sexti Empirici* I. adu. Logic. ſect. 135. At quae omnino vera, quae falſa cenſenda ſint in decretis atque opinionibus ipſaque hiſtoria Democriti, ſecum interdum pugnantis, libris eius ſpuriis ac perditis, et teſtimoniis veterum non plane conſentientibus, num certo definiri poſſit, equidem haeſito. Ingens quidem librorum, qui a Democrito exarati fuiſſe feruntur, numerus citatur. At *Gellius* N. A. lib. X. cap. 12. iam bene, „multa, inquit, videntur ab hominibus iſtis male ſollertibus huiuscemodi commenta in Democriti nomen data, (ſ. *lata*, vt Gebhardus et Otho in edit. Lipſ. p. 22. tom. II. malunt) nobilitatis auctoritatisque eius perfugio vtentibus;" qua de re poſtea pluribus diſputabimus. Tum, quod aliis quoque antiquioribus viris claris accidit, fieri potuit, vt partes libri cuiusdam ſiue genuini ſiue ſpurii pro peculiaribus opuſculis, cum acceſſione alienorum, haberentur atque laudarentur.

Fragmenta et epiſtolae ſunt in *H. Stephani* poeſi philoſophica, 1573. 8. p. 156 ſqq. — *Epiſtolae* gr. in collect. epiſtol. Aldina, 1499. et gr. et lat. in *Eilhardi Lubini* collect. epiſtolarum graec. Heidelberg. 1601. 8. — et inter Hippocratis Opp. Phyſica et myſtica de arte ſacra ſiue Chemica, cum *Synesii* et *Pelagii* commentariis lat. edita, Pataui, 1573. 8. notante Fabricio, paullo poſt ac lib. V. cap. 22. vol. VIII. p. 232. et lib. VI. cap. 5. p. 769. vol. XII. vbi plura videbis, recuſ. Noribergae, 1717. 8. — Fragmentum de ſympathiis et antipathiis, interpretatione et commentario illuſtratum a *Io. Rentdorfio*, infra a Fabricio editum, lib. IV. cap. 29. vol. IV. p. 333 — 367. (in claſſem ſupplementorum a me forſan reiicietur.) Ad Anatolium refert hoc fragmentum *Rentdorf.* l. c. p. 301. ſed refutatus a cl. *Niclas* ad Needhami prolegomena ad Geoponic. tom. I. p. 48 ſq. vbi diligenter agit de Anatoliis. *Marſilius Cagnatus* variarum obſſ. libr. II cap. 7. pag. 123. conficit, ea, quae Democriti ferebantur inſcripta *ἀντιπαθῶν*, fuiſſe eiusdem Doli, quem Suidas ſcripſiſſe adfirmat *περὶ συμπαθῶν καὶ ἀντιπαθῶν*· quod etiam theriacorum Nicandri interpres adfirmat: idem memorat Dolum vocari a Suida *Βῶλον*, ab interprete theriac. Nicandri *Ῥῶλον*. Vid. infra in vltima ſcriptorum Democr. claſſe nr. 1. — Fragmentum iſtud de ſympathiis etc. exſtat in cod. MSto Voſſiano, teſte Catalogo biblioth. Lugdun. Bat. p. 392. nr. XXV. ibid. cod. p. 395 nr. XIII. Gnomae, hinc illinc electae ex Democrito aliisque philoſophis et poetis et rhetoribus: et pag. 397. nr. XLVII. cod. continens varia chymica ſub nominibus Oſtanis, *Democriti*, Cleopatrae, Archelai, Porphyrii et aliorum cum figuris vaſorum et gloſſario graeco vocabulorum chymicorum; item expoſitione vocum chymicarum. — In *Maximi* Operibus plura Democriti dicta locaque occurrere, adnotauit *Montfaucon* in biblioth. Coislin. p. 574 — 579. Inter medicos celebres refertur in cod. MSto de artium et diſciplinarum inuentoribus, ibid. p. 598. (atque de Democrito medico et chymico vide *Dan. Sennert.* de Chymicorum cum Ariſtotelicis et Galenicis conſenſu ac diſſenſu, cap. 3. et auctores hiſtoriae medicinae. Schulz. p. 178 ſqq. Clericum, Hallerum etc.) — In catalogo MSStorum bibl. regiae Pariſ. tom. II. cod. DCXXX. nr. 95. eſt Heraclitus de variis vitae inſtitutis et *Democriti* contraria opinio: et *Democr. φυσικὰ καὶ μυστικὰ* in codd. MMCCLXXV. MMCCCXXV. MMCCCXXVI. MMCCCXXVII. ex cod. quodam Pariſ. habuit Fabric. collectionem MS. chemicorum graecorum, in qua

nr. XXXIII. ſunt *Democr.* phyſica et myſtica [illegible] lib. VI. cap. 5. p. 768 ſq. vol. XII. eius epiſtolae in cod. MDCCLX. — In bibl. Vindob. teſte *Neſſelii* Catalogo, Dem. myſtica et phyſica, part. III. p. 15. nr. IV. et pag. 19 cod. III. In priore libro notabilem eſſe praecipue *Necyomantiam Democriti*, Oſtanem, magiſtrum ſuum iam mortuum, conſulentis, ait Neſſelius et memorat, illam ſeruari in lib. VI. comment. Lambec. p. 170 — 172. (ex edit. Kollarii, tom. VI. p. 356 ſqq. cod. LI. nr. 4. et LII. nr. 4.) — In cod. XXIX. apud *Neſſelium* part. III. p. 41. nr. 9. et in *Lambec.* comment. lib. VI. cod. XXVI. 9. p. 274. ſunt Democriti, Epicteti, aliorumque veterum ſapientum ſententiae. — In biblioth. Veneta D. Marci, teſte Catalogo MSS. gr. p. 140. eſt cod. CCXCIX. collectio chemicorum graecorum, ſimilis illi, quam habuit Fabricius. In iſta igitur quoque ſunt Democriti phyſica et myſtica, atque *Syneſii* ſcholia in librum Democriti. adde *Bandini* catal. mſt. graecor. Florent. vol. III. p. 547 ſqq. — De codice Gothano, in quo pariter eſt collectio chemicorum graecorum, adeoque *Democriteorum*, et Syneſii ſcholiorum vid. *Reineſii* iudicium, infra lib. VI. cap. 8. p. 7?7 ſqq. vol. XII. vbi quoque de Democrito, et ſcriptis chemicis quibusdam ſpuriis, atque num Oſtanes Democriti praeceptor eſſe potuerit, pag. 757 ſq. agitur, et Fabricius p. 747. codices chemicorum graecorum Ambroſianum Mediolani, Bauaricum, Colonienſem, Guelferbytanum et Vratislauienſem aliosque enumerat. — In *Montfauconii* bibliotheca bibliothecarum MSS. plures indicantur libri Democritei in bibliothecis latentes. — *Democriti opera de re ruſtica* e graeco in arabicum ſermonem conuertit *Abu Bakr Ben Vahſchia*, natione Chaldaeus, ſecundi Egirae ſaeculi ſcriptor, qui laudatur in opere arabico, de agricultura, auctore Abu Zacharia Iahia Ben Mohammed Ben Ahmad, vulgo Ebn Aluam, Hiſpalienſi, teſte *Caſirio* in Bibliotheca arabico-hiſpana Eſcurialenſi, tom. I. pag. 323. *Harl.*

Scripta Democriti (proſa autem ſcripſit, dialecto Ionica) recenſuerat *Callimachus* in *πίνακι τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων*, teſte Suida: et per tetralogias, perinde vt Platonica, digeſſerat *Thraſyllus*, teſte *Laertio* IX. 45. **) ex quo titulos eorum hoc loco perſequar, vt quidem diſtinguendos puto, ſubinde nonnulla additurus praeclaris interpretum Laertii obſeruationibus.

Ethici argumenti hi fuere:

1) Πυθαγόρης, *ἢ περὶ τῆς τοῦ σοφοῦ διαθέσεως.* Confer *Laert.* IX. 38. vbi *ἐν ὁμωνύμῳ συγγράμματι.* vertendum: *in opere eiusdem nominis.* Vide Ionſium pag. 24. [?] [*Eudociam* pag. 134.]

2) Περὶ τῶν ἐν ᾅδου. *Athen.* IV. pag. 168. Proclus MS. apud Alex. Morum ad Ioh. XI. 39. Suidas in Τριτογένεια. [conf. *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. pag. 80 ſqq.]

3) Τριτογένεια. Minerua ſic dicta, ſiue de prudentia, quae haec tria generat prorſus praeclara: vt recte conſultent homines, vt recte eloquantur, et vt recte agant. *Euſtath.* ad Iliad. Θ. p. 576. *Tzetz.* ad Lycophr. v. 519.

4) Περὶ

**) [illegible] ita explicat: »Libros illius hoc ordine Thraſyllus deſcripſit, quemadmodum idem Platonis, κατὰ τετραλογίαν, [illegible] diſtinxerat. Morales quidem hi ſunt: Pythagoras« etc. *Harl.*

4) Περὶ ἀνδραγαθίης ἢ περὶ ἀρετῆς.

5) Ἀμαλθείας κέρας, ἢ περὶ εὐθυμίης, ὑπομνημάτων ἠθικῶν ή. Ἡ γὰρ εὐεστὼ οὐχ εὑρίσκεται. *Cornucopiae, ſiue commentariorum Ethicorum de animi tranquillitate libri VIII. nam liber* (IX.) *cui titulus εὐεστὼ* [ff]) *ſiue bonum ſtabile* (iam Thraſylli aetate, qui ſub Tiberio vixit,) *non amplius exſtat.* Ita puto ſcribendum et exponendum illum locum. Ac ſingulis horum commentariorum libris crediderim fuiſſe titulum peculiarem, argumento reſpondentem, quo ſingularis quaedam dignitas ſummi boni deſcriberetur, vni quidem κέρας ἀμαλθείας, alteri εὐθυμίην, alii ἀταραξίην, ἀθαμβίην, ἀθαυμαστίην etc. alii denique περὶ τέλους, quem librum citat *Clemens Alex.* II. Strom. p. 417. Ceterum opus Democriti *de tranquillitate animi* laudant vel reſpiciunt Cicero V. de fin. Plutarchus et Seneca operis eiusd. argumenti. Praeclarum fragmentum ſeruauit *Stobaeus* ſerm. 101. de felicitate. Praeterea memorantur Democriti ὑποθῆκαι, quarum initium refert *Dionyſius Alex.* apud *Euſebium* XIV. 27. Praeparat. p. 782. Plures ex illis, vt ſuſpicor, ſententias *Stobaeus*, [et Maximus. vid. paullo ante de eod. Democrito.] Magnenus etiam exiſtimabat, librum a Democrito ſcriptum ſub titulo λόγος ἔργου σκιή: ſed hoc merito reiiciunt *Menagius* ad Laertii IX. 37. et *Stanleius* Hiſt. Philoſ. pag. 767.

Phyſici argumenti apud eumdem Laertium ſcripta Democritea haec ſunt:

1) Μέγας διάκοσμος [gg]) Magnum digeſtum, *de vniuerſo*, vt videtur, opus omnium Democriti ſcriptorum facile praeſtantiſſimum. *Laert* IX. 39. *Athen.* IV. pag. 168. Suidas in Δημόκρ. Prima eius operis verba videtur afferre Cicero in Lucullo: *Haec loquor de vniuerſis.* Plura volumina de rerum natura ſcripſiſſe innuit Vitruuius IX. 3. et 7. At neſcio vnde hauſerit *Stanleius* p. 761. Hiſt. Philoſ. tradens, diuiſum fuiſſe in libros XII. *Theophraſtus*, (libro de Democrito) auctorem eius exiſtimauit non Democritum, ſed *Leucippum*. *Laert.* IX. 46. Quod vero Menagius itemque Stanleius aiunt, ab Epicuro in Epiſt. ad Herodotum tamquam Democriti genuinum opus laudari, in illa Epiſtola incaſſum quaeſiui. [*] Porro in hoc opere inter alia Anaxagorae Philoſophiam perſtrinxiſſe videtur Democritus. Confer Laert. IX. 35.

2) Μικρὸς Διάκοσμος, quem ſe ait ſcripſiſſe anno DCCXXX. poſt captam Troiam. *Laert.* IX. 41. Troia capta A. Periodi Iul. 3521. ſcripſit ergo hunc librum Democritus Olymp. LXXIX. 2. [vide paullo ante notata de aetate Democriti.]

3) Κοσμογραφίη. Opus diuerſum a Democriti Geographia, quae infra memoratur inter ſcripta Mathematica. Περὶ κόσμου διαθέσιος ſcripſiſſe adfirmat Democritus ipſe, ſi modo ipſe Democritus Epiſt. ad Hippocratem.

4) Περὶ τῶν πλανητῶν, in quo libro ſuſpicatus eſt, *plures eſſe ſtellas, quae currunt, ſed nec numerum illarum poſuerat, nec nomina, nondum comprehenſis quinque ſiderum curſibus. Seneca quaeſt. Nat. VII. 3. Ariſtoteles* I. 6. Meteor. teſtatur, Anaxagoram et Democritum

ff) Suid. in Ἀεστὼ et Εὐεστώ. Εὐπάθειαν dixit Epicurus. conf. Bulforeum ad Cleomedem p. 257.

gg) De hac voce Menagius, Kuhniusque ad Laert. et Salmaſius ad Simplicium p. 168 ſq. Τρωϊκὸν διάκοσμον ſcripſerat *Demetrius Scepſius*, teſte *Athenaeo* VII. pag. 300.

mocritum docuiſſe, quod Comet*ae* eſſent *σύμφασις* ſiue coniunctio *τῶν πλανητῶν ἀστέρων*. Aduerſus Democritum *περὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς* ſcripſerat *Heraclides* Ponticus, teſte *Laertio* V. 87.

5) Περὶ φύσιος α'. Suidae Περὶ φύσεως κόσμου. *Fulgent.* III. 7. Mythol. *Phyſiologumena.*

6) Περὶ ἀνθρώπου φύσιος [hh]) ἢ περὶ σαρκὸς β'.

7) Περὶ νοῦ καὶ περὶ αἰσθητηρίων, quem duplicem titulum alii vnico complexi ſunt περὶ ψυχῆς. Et Democritus, teſte *Ca[illegible]* pag. 302. ex igneis atomis animum ſubſiſtere ſtatuit, et animam ſenſitiuam mentemque non dubitauit idem eſſe. Vide *Ariſtot.* lib. I. cap. 2. de anima, *Tertull.* cap. 12. Obſeruauit etiam, ab affectibus animi alterari ſanguinis motum. Boethius lib. I. cap. 1. de Muſica: *Vt ſeſe corporis habet affectus, ita etiam pulſus cordis motibus incitatur: quod ſcilicet Democritus Hippocrati Medico tradidiſſe fertur, cum eum quaſi inſanum cunctis Democriti ciuibus id opinantibus in cuſtodia medendi cauſa inuiſeret.* [*Meinerſ.* in hiſt. doctrinarum apud Graecos, I. p. 698 ſqq. *Ribouii* diſſ. de anima brutorum, ſubiunct. *Rorarii* lib. quod animalia bruta ſaepe ratione vtantur melius, quam homines. Helmſtad. 1728. 8. pag. 674 ſqq.]

8) Περὶ χυμῶν, etiamnum exſtat, ſiquidem Democritus auctor ſit libri huius argumenti, qui legitur inter ſcripta Hippocratis, de quo tamen merito dubites.

9) Περὶ χροῶν.

10) Περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν ſiue *de differentibus figuris* atomorum, quod opus reſpicit *Ariſtoteles* lib. I. cap. IV. Metaphyſ. Vide *Menagium* ad Laert. IX. 47.

11) Περὶ ἀμειψιρρυσμῶν *de mutationibus figurarum*, ſiue *fluxionum*, quibus infinitis modis quotidie alterantur omnia ῥέοντα ποταμοῦ δίκην. [vid. ad Heraclitum.]

12) Κρατυντήρια ſiue ἐπικραντικὰ aut vero ἐπικριτικὰ τῶν προειρημένων. *Superiorum librorum confirmatio* [ii]). Male enim interpres *Remedia prohibentia*, nec melius Stanleius. *of the mixtures of things before ſaid*, quaſi eſſet a [ſ.] κεράννυμι. Suidas in Κρατυντήρια· ἔγραψεν Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης βιβλίον, ὅπερ ἐστὶν ἐπικριτικὸν πάντων τῶν γραφέντων αὐτῷ βιβλίων. Laudat *Sextus* VII. contra Math. p. 163. [ſect. 136. vbi vid. not. Fabricii pag. 399.]

13) Περὶ εἰδώλων ἢ περὶ προνοίας [kk]), quo libro formas rerum, quas videmus, diuinitate praeditas eſſe diſputauit. Vide *Ciceronem* I. de natura Deor. ſect. 29. et 121. [ſ. cap. 12. et 43. atque Dauiſ. ad vtrumque locum; lib. II. cap. 30. ibique Dauiſii not.] *Plutarch.* VIII. 10. Sym-

hh) Inter Epiſtolas, Democrito tributas, hodie exſtat vna huius argumenti ad Hippocratem, quae incipit: χρὴ πάντας ἀνθρώπους etc. In Poeſi Philoſoph. H. Stephani pag. 181.

ii) Ita recte etiam *Zwingerus* tom. I. theſauri vitae humanae, p. 139. *Fabric.* Videtur autem, ait Fabric. in nota ad *Sextum Empir.* p. 399. in his κρατυντηρίοις praecipuum robur et κράτος τῆς πίστεως petiiſſe ab experimentis, ſenſuum vſu compertis. *Harl.*

kk) *Sextus Empiric.* adu. Mathem. VII. ſect. 137. meminit libri Democritici περὶ ἰδεῶν, a nullo alio memorati. Hinc coniicit Fabric. in nota pag. 399. huc forſan referendum eſſe illud περὶ εἰδώλων, ſ. εἰδώλων ἢ περὶ προνοίας apud Diog. Laert. IX. 47. Ἐν τοῖς κανόσι laudatur a *Sexto Empir.* VII. adu. mathem. ſect. 138. vbi vid. Fabric. *Harl.*

10. Sympoſ. [*Sextum Empir.* IX. adu. mathem. ſect. 19. ibique Fabric. not. p. 552. item ſect. 42.] *Auguſtin.* Epiſt. 56. [*Petr. Frid. Arpe* theatrum fati, ſiue notitia ſcriptorum de prouidentia, fortuna et fato, Roterod. 1712. 8. n. 2.] et *Baelii* Lex. in Democrito nota (O) vbi hanc Abderitani ſenis ſententiam confert cum dogmate acutiſſimi Malebranchii, quas percipimus viſu, rerum ideas, exiſtimantis eſſe diuinas, a Deo proficiſci, et in Deo percipi.

14) *Περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν. α΄. β΄. γ΄.* Ita enim legendum ex *Gellii* IV. 13. vidit iam Ioh. Meurſius in Bibl. Graeca. [vid. *Reineſ.* II. Var. lectt. 1. et interpr. ad Gellii locum, edit. Gronou. vulgo *περὶ λοιμῶν καιρῶν* apud Diog. IX. 47. vbi vid. Menag.]

15) *Ἀπορημάτων* ſiue dubiorum Phyſicorum Volumen.

Phyſico quoque argumento adfinia ſunt, quae deinceps referens Laertius *ἀσύντακτα* adpellat.

16) *Αἰτίαι οὐράνιαι.*

17) *Αἰτίαι ἀέριοι.*

18) *Αἰτίαι ἐπίπεδοι.* *Cauſae* ll) *planorum*, ſiue eorum, quae in ſuperficie corporum eueniunt.

19) *Αἰτίαι περὶ πυρὸς καὶ τῶν ἐν πυρί.*

20) *Αἰτίαι περὶ φωνῶν.*

21) *Αἰτίαι περὶ σπερμάτων καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν.* Plin. XIV. 1. XXIV. 17. XXV. 2. Petronius p. 22. Reſpicit et Martianus Capella lib. II. p. 27. Pſeudo-Dioſcorides et Apuleius de herbis. adde Hiſt. de l'Acad. des Inſc. tom. III. p. 335 ſqq.

22) *Αἰτίαι περὶ ζώων, γ΄.* Ammianus Marcell. XXVIII. 4. *vt diſciſſarum pecudum exta rimari cum anatomicis Democritum putes, docentem, quibus mederi poſteritas mederi doloribus poſſit internis.* Ex his Democriti libris videtur *Ariſtoteles* referre, quae de aranearum telis habet IX. 29. Hiſt. animal. Neque incredibile eſt, vnum ex his tribus libris fuiſſe *de chamaeleonte*, cui ſingularem librum tribuit Democritus, teſte *Plinio* XXVIII. 18. licet *Gellius* X. 12. Democrito indigna putet, quae a Plinio referuntur mm).

23) *Αἰτίαι σύμμικτοι.*

24) *Περὶ τῆς λίθου.* Non tantum de Magnete, neque de lapide philoſophorum nn), vt parum veriſimiliter exiſtimat *Olaus Borrichius* p. 69. de Medicina Hermet. ſed de quouis genere lapidum egit Democritus, quem, ne *lapidum* virgultorumque vis lateret, ae-

 tatem

ll) Magnenus de planis Atomis accipit, quibus opponuntur rotundae, acutae etc.

mm) Sub Democriti nomine iucundum de papilionibus dialogum effinxit *Scuderia* Entretiens morales II. 4. vid. biblioth. vniuerſelle tom. 24. p. 527 ſq. *Fabric.* Plinii partes contra *A. Gellii* iudicium ſuſcepit *Marſilius Cagnatus* in Variis obſeruatt. Romae, 1587. 8. libro II. cap. 7. pag. 121 ſq. ratus, a Democrito, magorum ſtudioſiſſimo, librum iſtum, licet portentorum plenum vanumque, ſcribi potuiſſe. *Gellio* adſentitur *Tiedemannus* in diſp. de quaeſtione etc. p. 78. *Harl.*

nn) Vid. Conringiana pag. 16. *Heumann.*

tatem inter experimenta conſumſiſſe ſcribit Petronius. Vide et quae *Seneca* Epiſt. 90. *Plin.* XXXVII. 10. [P]

Librum Laertio praeteritum *περὶ Ἰδεῶν* laudat *Sextus* VII. contra Math. p. 163. [vid. not. ad nr. 13.] ſed et *de metallorum natura* ſcripſiſſe Plinius innuit.

Mathematici argumenti hos libros Laertio memoratos videas:

1) Περὶ *διαφορᾶς γνώμης ἢ περὶ ψαύσεως κύκλου καὶ σφαίρας.*

2) Περὶ *γεωμετρίας ἢ γεωμετρικόν.*

3) *Ἀριθμοί.*

4) Περὶ *ἀλόγων γραμμῶν καὶ ναστῶν, β΄.*

5) *Ἐκπετάσματα.* Vitruuius praef. lib. VII. *quemadmodum oporteat ad aciem oculorum radiorumque extenſionem certo loco centro conſtituto ad lineas ratione naturali reſpondere.*

6) *Μέγας ἐνιαυτὸς ἢ Ἀστρονομίη, παράπηγμα.* Vide *Salmaſ.* ad Solin. p. 741. [p. 521. F. edit. Vltraiect.] Hoc reſpici puto a Gemino, quando Democritum laudat element. Aſtronom. cap. 16. Annus ille magnus Democriteus erat annorum LXXXII. e quibus intercalares XXVIII. conf. *Scaliger.* II. de emendat. temp. pag. 162.

7) *Ἅμιλλα Κλεψύδρας.* Magnenus: *examen motus Clepſydrae cum motu coeli.* Alii tamquam duo diſtincta legunt, *ἅμιλλα, Κλεψύδρα.*

8) *Οὐρανογραφίη.* Democritum *ἐν τῷ περὶ ἀστρονομίης* laudat Schol. Apollonii lib. II.

9) *Γεωγραφίη.* Democritus inter antiquiſſimos Geographos celebratur a Strabone et Agathemere lib. I.

10) *Πολογραφίη.* Epiſtola Democrito tributa ad Hippocratem: *ἐτύγχανε δὲ τότε περὶ κόσμου διαθέσιος καὶ πολογραφίης, ἔτι δὲ ἀστέρων οὐρανίων συγγράφων.* [conf. *Salmaſ.* Exercitt. Plin. p. 520. D. edit. Vltraiect.]

11) *Ἀκτινογραφίη.*

Hinc *Muſica* ſcripta ſequuntur, eo quidem ſenſu accepto vocabulo, vt non ſolam Muſicam proprie ſic dictam, ſed quoque grammaticam, poeſin et alias humaniores litteras, quas *ἐγκυκλίους λόγους* ſupra de Democrito loquens Laertius 90) vocauerat, complectatur: de quo ſenſu vocabuli *μουσικῆς* videndus Wowerius Polymathiae cap. XXIV. Fuerunt itaque:

1) Περὶ *ῥυθμῶν καὶ ἁρμονίης.*

2) Περὶ [illegible]. [illegible] liber memoratur, perſpicue oſtendit, non eſſe cogitandum hic de libro de [illegible] chemica, vt in mentem veniſſe video praeſtantiſſimo [illegible] de Hermete Aegyptio. At Democritus ipſe, qualem intelligat poeſin, docet his verbis apud *Clementem Alex.* VI. Strom. p. 698. *ποιητὴς δὲ ἅσσα μὲν ἂν γράφῃ μετ᾽ ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἱεροῦ πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστίν.* [P]

3) Περὶ

90) Vid. ſupra Epimetron, ab initio

3) *Περὶ καλλοσύνης ἐπέων.*

4) *Περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων γραμμάτων.*

5 *Περὶ Ὁμήρου ἢ ὀρθοεπείης καὶ γλωσσέων.* Reſpiciunt *Dio Chryſoſt.* Orat. 53. et Euſtath. [conſ. *Valeſ.* Emendatt. lib. V. et de critica lib. II. pag. 158. cui videtur Democritus eſſe omnium primus, qui de gloſſis, i. e. de peregrinis et ab vſu communi remotis vocc. ſcripſit. *Harl.*]

6) *Περὶ ἀοιδῆς.*

7) *Περὶ ῥημάτων, ἢ Ὀνομαστικόν.* (leg. *Ὀνοματικόν.*)

Hic Laertius *Technica* ſubiecit, hac ſerie:

1) *Πρόγνωσις.*

2) *Περὶ διαίτης; ἢ διαιτητικὸν, ἢ ἰητρικὴ γνώμη.*

3) *Αἰτίαι περὶ ἀκαιριῶν καὶ ἐπικαιριῶν.*

4) *Περὶ Γεωργίης ἢ γεωργικόν.* Ita recte hunc locum ante Menagium emendauerat Meurſius in Biblioth. Graeca. Democriti librum, quem *Georgicon* adpellauit, laudat *Columella* XI. 3. et de agricultura ſcripſiſſe, notat poſt Varronem lib. I. cap. 2. Palladium et Columellam Iſidorus XVII. 1. Orig. vbi pro *Democritus Megeus Carthaginienſis* legendum *Democritus*, *Mago Carthaginienſis*, vt obſeruatum Ionſio p. 25. Democritus, ſed non ſolo ex hoc opere frequentiſſime citatur in Geoponicis graecis, vt ex indice ſcriptorum, quem alibi [rr]) dedi, patet. Petrus vero Needhamus in praeclara ſua Geoponicon editione alium neſcio quem iuniorem Democritum, ſiue vt rectius, ni fallor, dixiſſet, iuniora ſub veteris Democriti iactata commenta *Δημοκρίτεια παράδοξα* in Geoponicis laudari obſeruat. *Fabric.* Sed Needhamium falli, monet cl. *Niclas* ad Needhamii prolegomena ad Geoponic. vol. I. v. Democritus, (de quo docte agitur,) p. LV ſq. nam, ait, ille liber totus, (Democriti *παράδοξα*) ad artem ſpectat chemicam, quae hic leguntur, non eiusdem generis ſunt omnia. Quaedam ſine dubio aetatis ſunt inferioris, et a fraudatore Democrito antiquo ſuppoſita, velut I. 12. multa II. 42. 3. XIII. 9. 6. XIV. 15. vbi nomen Ἀδὰμ fraudem aperit. Quaedam autem antiqua ſunt, et forte genuina; tamquam V. 4. quae eidem a *Columella* III. 12, 5. tribuuntur, et I. 5, 3 quae Plinius quoque XVIII. 26. ſ. 62. Democriti nomine memorat: item XV. 7. 6. quibus Athenaei auctoritas fidem facit. Et huiusmodi eſſe puto pleraque. Sequiorem tamen aetatem ſapiunt IX. 12. X. 14, 15. etc. Nempe diu eſt, quum liber, cui nomen τοῦ Δημοκρίτου περὶ γεωργίης ſiue Γεωργικὸν inſcriptum fuit, exſtitit, quem *Varro* I. 1. 8 *Colum.* I. 1, 7. XI. 3, 2. et alias, laudant, quo et *Anatolius* apud *Photium* cod. CLXIII. vſus eſt, et cuius haec ſunt fragmenta. Vtrum abderitanus philoſophus eius auctor fuerit, et ab aliis quaedam ſubtexta ſint; an vero confictus ſit totus, ita tamen, vt Democriti dogmata pro baſi fecerint, non liquet. Quin multa certe Democritea hic occurrant,

[rr]) In Decade Decadum ſiue Centuria plagiariorum, edita Lipſiae ann. 1689. 4. *Fabric.* adde indicem auctorum, voc. *Democritus*, ad edit. Needham-Niclaſ. Geoponicorum. *Harl.*

currant, nullus dubito." Hactenus doctiſſ. *Niclas.* De verſione arabica ſupra in fine epimetri iam egi. add. *Marſilium Cagnatum* l. cit. pag. 122. *Harl.*

5) Περὶ ζωγραφίης.

6) Τακτικόν.

7) Ὁπλομαχικόν.

Denique agmen claudunt ſcripta quaedam peculiaria, a nonnullis ſeorſim, teſte Laertio poſita:

1) Περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων. *Clemens* I. Strom. p. 303. Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίους λόγους ἠθικοὺς πεποίηται. Idem e Clemente *Euſebius* X. 4. Praeparat. ſed addit Clemens: Λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου στήλην ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι. De hac *Acicari*, ſiue vt Strabo vocat, *Achaicari* columna dixi infra in Theophraſto, vbi inter eius ſcripta deperdita memoro Ἀκίχαρον.

2) Περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων.

3) Ὠκεανοῦ περίπλους. In Aldobrandiniana Laertii editione. Nam in aliis deſideratur.

4) Περὶ ἱστορίης.

5) Χαλδαϊκὸς λόγος. [?]

6) Φρύγιος λόγος.

7) Περὶ πυρετοῦ, καὶ τῶν ἀπὸ νόσου βησσόντων.

8) Νομικὰ αἴτια.

9) Χερνικὰ ἢ προβλήματα. *Salmaſius* pag. 1100. [pag. 775. edit. Vltraiect.] ad Solin. legit χειρόκμητα ἢ φυσικὰ προβλήματα, quaſi *manu notata;* nam, vt docet *Vitruuius* IX. 3. in illo commentario, annulo vſus erat Democritus, *ſignans cera molli, quae eſſet expertus.* Miras ac portentoſas obſeruationes in hoc libro eiuſmodi fuiſſe, teſtatur *Plinius* XXIV. 17. Confer *Menagium* ad Laertii IX. 49. *Zoſimus* Chemicus Gr. MS. legit χειρότμητα. [conf. *Lambecii* comm. de biblioth. Vindob. VI. pag. 399 ſqq.] *Borrichius* p. 70. de Hermete χειροτεχνήματα. Sed et Suidas Zoſimi χειρόκμητα commemorat. *Fabric.* *Salmaſ.* l. c. putat, librum illum ſic fuiſſe inſcriptum, vel, quod totus eſſet ex illis quaeſtionibus, quas ipſe experimento veras eſſe didicerat, et quibus propter ea ceruleo annulo ſuo ſignatas, adpoſuerat: vel quod omnia, quae in illo libello tractabat, manu ipſe feciſſet et experimento proprio comprobaſſet. adde *Bayle* Diction. voc. Democrite (K.) *Marſilius Cagnatus* var. obſ. libro II. cap. 7. p. 124. χειροτονητῶν, i. e. *electorum* inſcriptionem putans, ſimile volumen ſuſpicatur ei, quod dicebatur κρατευτήρια, et addit, certiſſimo eſſe argumento, pleraque ab eo ſcripta eſſe, quorum non eſſet auctor, ſed tantum recitator, ac priſcorum hominum fuiſſe morem, multa colligere et notare, de quibus per omnium iudicarent; quod ex analogia librorum Hippocraticorum ἐπιδημιῶν et ἀφορισμῶν vlterius probat. Denique non valde renuit, ſi quis forte cenſeat legendum χειρόκμητα, vt ſit idem liber, cuius meminit *Plinius* XXIV. cap. 17. et quem is Democriti certe eſſe contendit: ex eo etiam libro ſimiliter intelligi ſcribit Marſil. Cagnatus, Democritum prodigioſa et incredibilia multa ſcripſiſſe. An for-

ſan

ſan verius eſt Baylii iudicium l. c. (K) p. 273. l'aimerois mieux dire que Democrite n'a point composé les Ecrits ſuperſtitieux, fabuleux, magiques, qui ont couru ſous ſon nom? Idem quidem ſentit *Tiedemannus* in diſput. laudata de quaeſtione etc. pag. 38. *Harl.*

Quaecunque alia tamquam Democriti feruntur, aut ex eius ſcriptis decerpta, (tales forte ſunt ὑποθῆκαι, de quibus paulo ante in Ethicis, et liber περὶ ἰδεῶν, de quo in ſcriptis Phyſicis dixi,) aut manifeſte aliena ac ſuppoſita eſſe adſirmat Laertius. Huius poſtremi generis fuere:

1) *Commenta Boli*, Mendeſii, aegyptiae gentis auctoris, ſub Democriti nomine edita, de quibus dixi ſupra cap. XIII. Atque ex his puto fuiſſe librum περὶ παθῶν, [ſ. συμπαθῶν,] laudatum Etymol. M. in Νήκωται, et alterum περὶ ἀντιπαθῶν *Columell.* lib. XI. 3. *Fabric.* vid. ſupra in epimetro circa finem. *Bolum*, non *Dolum*, eſſe nomen, animaduertit *Reineſ.* V. L. I. 25. p. 122. adde *Marſil. Cagnatum* Obſſ. var. II. 7. p. 122 ſq. *Harl.*

2) *Magica Volumina*, quae ex neſcio cuius *Apollonicis* et *Capidenis*, et ſcriptis *Dardani*, e ſepulcro petitis, a Democrito compoſita credidit *Plinius* XXX. 1. pro hominum male ſollertium commentis habuit Laertius, et Gellius X. 12. [Plurimis videntur ſpuria. vid. *Conring.* de medic. Hermet. I. cap. 14. p. 163. Marſilius tamen Cagnatus l. m. non putat, omnia ſub Democriti nomine in lucem edita, falſo ei fuiſſe adſcripta.]

3) Liber *de Elephantiacis*, Coel. Aurelian. IV. 1. tardar. paſſion. et alius *de morbis conuulſiuis*, id. acutar. paſſion. III. 14.

4) Φυσικὰ καὶ Μυστικὰ *de arte Sacra* ſiue CHEMICA, quae cum *Syneſii* ac *Pelagii* commentariis latine edita ſunt Patauii 1572. 8. [conf. ſupra in epimetro de codd. et *Lambec.* comm. de biblioth. Vindob. VI. p. 386 — 400. *Morhof.* Polyhiſt. philoſophic. I. cap. 5. p. 24.] Graece vero adhuc ἀνέκδοτα in variis Bibliothecis, (etiam Germaniae) adſervantur. Democriti ſane nomen falſo venditare non dubitant *Salmaſius* ad Solin. et ad Tertullian. de pallio, foetum infimae Graeciae agnoſcens: *Conringius* de Hermetica Medicina lib. I. cap. 3. p. 28 ſqq. *Naudaeus* Apologia pro Magis p. 216 ſq. *Dan. Clericus* in Hiſtoria Medicinae, Menagius etc. *Mottanus Vayerus* tom. I. p. 301. *Ceux qui ſcauront comme on parloit Grec du temps du Democrite et long temps aprés, reconnoitront facilement, que ce traité, qu'on lui attribue, ne peut eſtre de lui, et ils s'apperceuront meſme par beaucoup de diſtions que ſon veritable auteur a eu connoiſſance du Chriſtianiſme.* *Syncellus* p. 248. Δημόκριτος Ἀβδηρίτης φυσικὸς φιλόσοφος ἤκμαζεν. Ἐν Αἰγύπτῳ μυηθεὶς ὑπὸ Ὀστάνου τοῦ Μήδου [ῥ] σταλέντος ἐν Αἰγύπτῳ παρὰ τῶν τηνικαῦτα βασιλέων Περσῶν ἄρχειν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Μέμφεως σὺν ἄλλοις ἱερεῦσι καὶ φιλοσόφοις, ἐν οἷς ἦν καὶ Μαρία τις Ἑβραία σοφὴ καὶ Παμμένης. Συνέγραψεν (Democritus ſcil.) περὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθου καὶ πορφύρας λοξῶς· ὁμοίως δὲ καὶ Μαρία. Ἀλλ' οὗτοι μὲν Δημόκριτος καὶ Μαρία ἐπῃνέθησαν παρὰ Ὀστάνου, ὡς πολλοῖς καὶ σοφοῖς αἰνίγμασι κρύψαντες τὴν τέχνην. Παμμενοῦς δὲ κατέγνωσεν, ἀφθόνως γράψαντος. In Scholiis quoque Graecis, Syneſio tributis, ad Pſeudo-Democritum, quatuor ipſi tribuuntur libri: de Auro, argento, lapidibus, (gemmis,) et pur-

pura. *Δημόκριτος ἐλθὼν ἀπὸ Ἀβδήρων φυσικὸς ὢν καὶ πάντα τὰ φυσικὰ ἐρευνήσας καὶ συγγραψάμενος τὰ ὄντα κατὰ φύσιν. Ἄβδηρα δέ ἐστιν πόλις Θρᾴκης. Ἐγένετο δὲ ὁ ἀνὴρ λογιώτατος, ὃς ἐλθὼν ἐν τῷ Αἰγύπτῳ ἐμυσταγωγήθη παρὰ τοῦ μεγάλου Ὀστάνου ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Μέμφιδος σὺν πᾶσι τοῖς ἱερεῦσιν Αἰγύπτου. Ἐκ τούτου λαβὼν ἀφορμὰς συνεγράψατο βίβλους τέσσαρας βαφικάς, περὶ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων, καὶ πορφύρας.* Plurimum huic teſtimonio [minus caute] tribuit *Borrichius* de Hermete Aegypt. p. 70. qui cap. III. §. 15. multis contendit, Democritum Chemica ſcripſiſſe, etſi ea, quae hodie exſtant, ab exſcriptoribus interpolata eſſe pag. 72. non diffitetur.

Quod de *Aphoriſmis medicis*, a Democrito ſcribi coeptis, *Menagius* p. 417. ad Laertium ait, apud Oribaſium fruſtra quaeri, legitur in praefatione ad Commentarium in Aphoriſmos Hippocratis, quem ſub Oribaſii nomine latine tantum edidit Ioh. Guintherius Andernacus. Verba ſcriptoris illius veteris haec ſunt: *Tentauit quidem Democritus tale* (Aphoriſmorum medicorum opus) *etiam conſcribere, ſed non potuit.* Idem *Menagius* pag. 416. in Gerberti Epiſtola IX. vbi Demoſthenis Philoſoph. Ophthalmicus memoratur, coniectura infelici reponendum conicit Democriti nomen: intelligitur enim Demoſthenes medicus Maſſilienſis, Alexandri Philalethae praeceptor, Philalethes et ipſe cognominatus, Herophileus, cuius libri III. *περὶ ὀφθαλμῶν* Galeno, Oribaſio et aliis laudantur. Vide *Reineſii* Varias Lect. p. 9. et *Menagium* ipſum cap. 20. Anti-Bailleti. Meminit huius Demoſthenis Gerbertus iterum Epiſt. 130. Ceterum apud Etymologici M. ſcriptorem in Ἡραία pro τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένους legendum Βιθυνῷ Δημοσθένει, neque enim *Bithynus* eſt nomen ſcriptoris, vt viſum *Meurſio* pag. 1278. Biblioth. Graec. ſed *Bithynus* Demoſthenes intelligitur auctor Βιθυνιακῶν et κτίσεως, Meurſio ipſi e Suida et Stephano Byz. minime ignotus. Denique in *Nicetae* Theſauro Orthodoxae [?] fidei IV. 9. male tribuitur Democrito, quod aquam habuerit Deum.

De EPISTOLIS, quae ſub Democriti nomine hodieque exſtant, et a Suida ſolae cum vtroque διακόσμῳ pro genuino illius philoſophi foetu habentur, dixi ſupra lib. II. cap. X. §. 18. [vol. I. p. 683 ſq.] Quae apud *Plinium* VII. Hiſt. Nat. 55. notatur *reuiuiſcendi promiſſa Democrito vanitas*, videtur mihi reſpicere Democriti dictum ad regem Darium, coniugis morte adflictum, quod refert *Iulianus* Epiſt. 37. qq) parum enim cum Democriti philoſophia commune habet, neque cum illa facile conciliabitur, quod viri docti ex illo Plinii loco colligunt, Democritum a fide chriſtiana de reſurrectione corporum alienum non fuiſſe. [conf. *Nic. Ern. Zobel* Cacozelia gentium etc. Altdorf. 1737. p. 83 ſq. 111 ſq. *Fenel* de doctrina vett. de reſurrectione mortuorum, in Mem. — de l'acad. des Inſcr. tom. XIX. pag. 311 ſqq. et in *Hiſſmanni* Magazin tom. II. p. 331 ſq.]

A Democrito hoc dicti *Democritei*, apud Plutarchum VIII. 9 Sympoſ. pag. 733. vt *Anaxarchus* apud Ciceronem III. de Nat. Deor. cap. 33. et II. Tuſc. qu. *Bion* Abderita apud Laertium IV. 58. [Nauſiphanes, magiſter Epicuri, Cicer. I. de N. D. cap. 26. *Apollodorus* vocatur Democriti adſectator a Plin. H. N. XXIV. cap. 17. ſect. 102.] *Bolus* apud Suidam, *Protagoras*,

qq) Vbi [illegible] non eſt, *quas nemo luxit* [illegible], quibus nihil *ſit*, ſed, vt ipſe mox Iulianus interpretatur, [illegible] *lugendum in vita accidiſſet. Harl.*

tagorae, *Neſſas* Chius, *Metrodorus* Chius et alii. *Epicurus* quoque diu ſe Δημοκρίτειον eſt profeſſus teſte *Plutarcho* p. 1108. aduerſus Colotem, vnde *Democriti heres* dicitur ab *Auguſtino* III. 10. contra Academicos. De *Pyrrhone* Numenius apud Euſebium XV. Praeparat. p. 731. Ὁ δὲ Πύῤῥων ἐκ Δημοκρίτου ὥρμητο ὁπόθεν γέ ποθεν. Adde pag. 758. 763. Confer *Sextum Empiricum* lib. I. Pyrrhon. Hypotypoſ. cap. 30. Δημοκρατικῶς apud *Plutarch.* II. Sympoſ. p. 616. forte leg. Δημοκριτικῶς.

Heraclides Ponticus ſcripſerat περὶ εἰδώλων πρὸς Δημόκριτον, teſte *Laertio* V. 87. et πρὸς Δημόκριτον ἐξηγήσεις. ά. id. 88.

Democriti plures memorantur a Laertio IX. 49. cui adiungendae obſeruationes Meurſii ad Chalcidium p. 23. et in Biblioth. Graeca, Ionſii l. 4. 3. 24 ſq. [p. 28. edit. Dornii,] de Scriptoribus hiſt. philoſ. et Menagii ad Laertium. De *Democrito* Epheſio, qui de Dianae Epheſiae templo et de Samo ſcripſit, vt teſtatur Athenaeus lib. XII. puto accipiendum locum Heſychii viris doctis praeteritum in Βάσσαρ. At *Chryſoſtomus* ὑποθέσει epiſtola ad Epheſios, vbi philoſophis Epheſiis Democritum accenſet, pro Democrito Heraclitum voluit dicere. *Democriti* ſtatuarii meminit praeter Pauſaniam ac Laertium *Plinius* XXXIV. 8. Inſcriptio vetus apud Sponium pag. 138. Miſcell. ΑΤΣΙΣ ΜΙΛΗΣΙΑ, ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. *Democritum* Sicyonium memorat Cicero XIII 78. Epiſt. ad familiar. E *Democrito* hiſtorico Suidas in Ἰούδας refert, Iudaeos aureum aſini caput adoraſſe, niſi ibi pro Democrito legendum *Demetrius*. Pro *Democrito* Troezenio autem apud Laertium VIII. 74. recte reſtitutus eſt Demetrius in Wetſteniana et Aldobrandiniana Diogenis editione, probantibus hanc lectionem Ionſio et Menagio, quos, ſi placet, vide. *Democritum*, quem in Dipnoſophiſticis colloquentem inducit Athenaeus, μουσικώτατον, h. e. doctiſſimum vocat pag. 669.

Volumen Anglice ſaepius vulgatum ſub nomine *Democriti iunioris*, [P] cuius ſeptima mihi eſt editio anni 1660. fol. auctorem agnoſcit *Robertum Burtonum*, et eleganter atque amoene diſputat de origine, cauſis, generibus et remediis melancholiae. Miſer vero auctor, dum tempus, quod ſibi ex aſtris fatale futurum praedixerat, videt adpropinquare, prae animi moerore ipſe eſt extinctus Oxoniae 8. Id. Ian. anni 1639. itaque tumulo eius praeter thema genethliacum haec inſcripta ſunt verba: rr) *Paucis notus, paucioribus ignotus hic iacet Democritus iunior, cui vitam dedit et mortem Melancholia.* [Sub ficto Democriti nomine etiam Dippel et Otto Chriſtianus Damius latere voluerunt.]

VI. ANACHARSIS Danccae F. ss) Scytharum Regis frater, aequalis Solonis circa Olymp. XLVII. 1. tt) Athenas adiit, vir egregius et qui opibus ac tyrannidi ſtudium ſapientiae

rr) Antonius Wood Athen. Oxon. tom. I. p. 535.

ss) Illorum puta, qui Nomadici adpellabantur. Scymnus Chius:

Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν ἐκ τῶν Νομαδικῶν
Φασὶ γενέσθαι τῶν σφόδρ' εὐσεβεστάτων.

De regia ſtirpe eius vide *Herodotum* IV. 76. Tertull. cap. 5. de Pallio: *An aliter mutauit Anacharſis, cum regno Scythiae philoſophiam praeuertit?* Confer *Lucianum* in Toxari tom. I. p. 591. et 597. Nomen ipſum Anacharſidis regem Scytharum ſonare putat *Olaus Rudbeckius* tom. I. Atlanticae pag. 199.

tt) Vide ſupra lib. II. cap. 10. XXII. vol. I. p. 656. vbi de epiſtolis, quae ſub nomine illius exſtant, eſt diſputatum. Illae epiſtolae manu exaratae

pientiae praeferret. ſcripſit teſte Laertio I. 101 et Suida τῶν τε παρὰ τοῖς Σκύθαις νομίμων καὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εἰς εὐτέλειαν βίου καὶ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἔπη ω', ſiue poema heroicum verſibus DCCC. Dicitur ſeptimus ſapientum, rotaeque figuli uu). Dicta eius plura obuia ſunt apud Laertium, notis doctorum virorum illuſtratum, Lucianum. praecipue in Scytha (tom. I. p. 591 ſq.), Plutarchum et alios. Imago Anacharſidis ex veteri gemma exſtat etiam in Iac. Gronouii Theſauro tom. 2. tabula XXXV. Philoſophia vero Scytharum fueritne indignum ingenio aliquo haud barbaro argumentum, quod paullo diligentius illuſtraretur poſt leuiorem operam Iohannis Lomeieri Viri Cl. in parte I. genialium dierum et Franciſci Otrocoeſii in Originibus Hungaricis. Apud Ioh. Sarisberienſem VIII. 5. Policratici pag. 465. Anacharſidis nomen male irrepſit pro Anaxarcho. *Alexandri pectus lenibit inſatiabile, qui Anacharſi comiti ſuo ex auctoritate Democriti praeceptoris innumerabiles* [?] *mundos eſſe referenti, Heu me, inquit, miſerum, quod nec vno quidem adhuc potitus ſum.*

VII. ANAXAGORAS, Clazomenius vv), Hegeſibuli F. (*Stob.* Ecl. p. 26.) Anaximenis auditor, quadraginta annis ante Democritum natus, teſte ipſo *Democrito* apud *Laertium* IX. 41. incertum plane, an vixerit vsque ad Olymp. LXXXVIII. Diſcipuli eius vulgo celebrantur Archelaus, Democritus, Empedocles, Euripides, Pericles ww), Socrates et Themiſtocles. Primus

exaratae cuſtodiuntur in biblioth. regia Pariſienſi, Medicea Florentina, et Bernenſi: tres vero in bibl. D. Marci, Venetiis. Plura de illo dabunt *Diogenes Laert.* I. ſect. 101. ibique interpretes, *Cl. Celſius* diſſ. de Anacharſide Scytha, Vpſal. 1712. 8. *Brucker.* in Hiſt. philoſ. crit. vol. I. pag. 358 ſqq. *Chauſepié* in Supplem. Bayliani Diction. vol. I. p. 317 ſq. *Saxius* in Onomaſt. litter. tom. I. pag. 20 ſq. Anacharſis, vt Theoxeni fide refert *Lucian.* in Scyth. p. 652. ἐμυήθη μόνος βαρβάρων δημοποίητος γενόμενος, (ius ciuitatis adeptus Athenis, quod myſteriis Eleuſin. initiatus fuit.) conf. *Hemſterh.* ad Ariſtophan. Plut. pag. 368. — Abbas *Barthelemy* ſcripſit opus, in quo conficiendo XXX. annos conſumſiſſe dicitur, *Voyages du jeune Anacharſis en Grèce dans le milieu du quatrieme ſiecle, avant l'ère vulgaire.* Paris, 1788. VII. voll. 8. et I. vol. in 4. de cartes geographiques, plans, vues et medailles de la Grèce. (rec. aliquantum auctius, at peccatis operarum vitiatum ib. 1789. repet. Bipontii 1790. et germanice I. tomus male verſus. Berol. 1789. — II. III. et IV. melius curante Biſtero ſunt tranſlati, ib. 1790. 1791. mai. 8. reliqui conſequentur:) in eo non eſt vita Anacharſidos proprie dicta, ſed erudite venuſteque explicatur hiſtoria antiquae Graeciae et litterarum artiumque ab aetate Cecropis vsque ad Athenas a Lacedaemoniis an. 404. captas: at tamen haud pauca, quae addenda aut corrigenda viderentur, deſiderarunt viri eruditi. *Harl.*

uu) Ita praeter Laertium ac Suidam Ephorus, Poſidonius, Plinius et alii. At enim τροχὸν κεραμέως diſerte memorat Homerus Iliad. Σ. 600. Quid itaque? Num Homerus iunior Anacharſide? Aut num audiendus Poſidonius, qui *malebat verſus* in Homero *falſos eſſe, quam fabulam*, vt ait Seneca Epiſt. XC. Neutrum puto veriſimile; ſed potius adſentior Straboni et Senecae, qui figlinae rotae vſum, (quem Scytharum gens Anacharſidi fortaſſe debuit,) Graecis pridem ante illum innotuiſſe exiſtimat. Confer, quae de eiusmodi narrationum fide notaui ſupra cap. VIII. §. 3.

vv) De Clazomene, ciuitate Ioniae, dicta antea *Gryna*, hodie a Turcis vocata *Kelisman*, vide *Andreae Morellii* ſpecimen rei numariae pag. 201. *Bandurium* tom. I. Numiſm. pag. 133.

ww) Confer *Ciceronis* Brutum cap. 11. Oratorem cap. 4. *Plutarchum* Pericle pag. 154. 162. *Iulianum* Epiſtola ad Salluſtium pag. 245 ſq. edit. Spanhemianae, et *Olympiodorum* in Meteora pag. 8. b. *Plutarch.* Alcib. I. pag. 31. C. *Himerius* apud Photium pag. 595. [orat. 23. ſect. 4. vbi melius, quam apud Photium legitur, Wernsdorf. p. 772. edidit, Ὦ, (aut rectius Wernsd. in nota ſuaſit, ἦν) τῶν λογάδων τῶν πανταχόθεν ἐξῃρημένος Περικλῆς, ἀλλὰ μετ' Ἀναξαγόραν δημηγόρει, *Pericles lectiſſimorum oratorum ſuae aetatis facile princeps erat; ſed poſt diſciplinam Anaxagorae:* vbi

Primus e Phyſicis Graecorum de cauſa efficiente rerum ſollicitus fuit, et materiae νοῦν, κα-λῶς *αἰτίαν καὶ κινήσεως* adiunxit, licet hoc dogma ſuum, quod ex Chaldaeorum philoſophia petiiſſe putat *Eugubinus* lib. I. de perenni philoſ. cap. 4. et 10. non ſatis pro dignitate proſequutum queritur Socrates apud Platonem in Phaedone: cuius locum citat *Euſeb.* XIV. 15. praepar. euang. et *Clemens Alex.* II. Strom. pag. 364. Neque tamen ideo philoſophos, qui Anaxagoram aetate praeceſſerunt, pro atheis omnes merito habueris, vt recte monet *Samuel Parkerus* diſſ. de Deo p. 10. et 25 ſq. Longe iniquius atheis accenſitus Anaxagoras ipſe eſt, a Periclis, cuius praeceptor erat, inimicis, vt notat *Diodor. Sic.* XII. pag. 306. *Cyrillus* VI. in Iulian. pag. 189. *Euſebius* XIV. Praeparat. pag. 750.

E P I M E T R O N.

Num Anaxagoras XXXX. annis ante Democritum fuerit natus, ſupra ad §. V. iam inquiſiuimus. Natus vero eſt Olymp. LXX. 1. ante C. N. 500. (al. 492.) a. V. C. 254. ſecundum Larcher. et ſecundum eumdem in Chronol. Herodotea. pag. 587. Lampſaci denatus Olymp. LXXXVIII. 1. ante C. N. 428. *Heinius* in vita Anaxagorae. (in Hiſtoire de l'Acad. R. des ſciences et B. L. de Pruſſe 1752. tom. VIII. p. 313 ſqq. germanice verſa ab *Hiſſmanno* in Magazin für die Philoſophie und ihre Geſchichte, tom. V. pag. 237 ſqq.) natum eſſe illum ſcribit Olymp. LXX. 1. ante C. N. 498. a. V. C. 254. a. 22. imperii Darii. Idem cum *Bayleo* in Dict. v. Archelaus, not. A. refutat Demetrium Phaler. quando apud *Diogenem Laert.* II. 7. in vita Anaxagorae tradit, hunc Athenis coepiſſe philoſophari anno aetatis viceſimo, archonte Callia, qui tamen fuiſſet archon Olymp. LXXXI. probabilius igitur eſt, philoſophum an. aet. 45. ſub illo archonte Athenas commigraſſe. *Heumann.* tamen in Actis philoſ. tom. III. pag. 195. contendit, Anaxagoram an. aetatis viceſimo veniſſe Athenas litterarum diſcendarum cauſſa, (ita enim voc. φιλοσοφεῖν apud Diogenem l. c. ſect. 7. interpretatur,) dein Miletum abiiſſe, vt Anaximenem audiret, denique Athenas rediiſſe litterarum docendarum cauſſa, ibique XXX. circiter an. manſiſſe. Eamdem ſententiam fouet *Brucker.* in hiſt. crit. philoſ. I. (vbi a p. 492. de philoſopho noſtro agere coepit.) pag. 499. Heinius vero p. 248. verſ. Hiſſmann. negat, Anaxagoram veniſſe Athenas a. XX. natum, et pag. 270. diſſentit a Bruckero, Anaxagoram bis commigraſſe Athenas. At viros doctos torſit quaeſtio, num Anaxagoras audire potuerit Anaximenem, qui ſecundum Diog. Laertium natus eſt Olymp. LXIII. et denatus Sardibus dirutis: ſed errorem corrigere tentarunt viri docti, vti infra in ſectione de Anaximene videbimus. Heinius quidem putat, Anaximenem forſan natum fuiſſe, quum Sardes primum eſſent expugnatae a Cyro Olymp. LIV. 4. Sed in tabula chronologica ſcribit p. 271. Sardes primum captas eſſe, Olymp. LIX. 1. (vti quoque Petauius docet lib. XIII. doctrin. temp.) ante C. N. 542. Inter ea, quum Sardes ab Athenienſibus eſſent an. XL. poſt captae Olymp. LXIX. 2. fieri potuiſſe, ſuſpicatur Heinius, vt Anaximenes famam conſequeretur; adeoque Anaxagoras, quatuor annis poſt in lucem editus, deinceps admodum iuuenis vti poſſet doctore Anaximene. At enim illa coniectura valde lubrica eſt, et, ea quoque admiſſa, vix probabile videtur, Anaximenem adeo grandaeuum docuiſſe litteras, aut ad tan-

vbi b. Wernsdorf. plura congeſſit. Idem *Himerius* ecl. III. §. 18. p. 85. poſt alios, quos Wernsdorf. in nota laudauit, tradit, Anaxagoram praedia ſua omnia reliquiſſe inculta, facto decentem ipſo, quaenam agricultura ſapientibus conueniat. *Harl.*]

tam perueniſſe ſenectutem. adde *Corſini* Faſt. attic. III. p. 111 ſq. Praeter ea tradunt Suidas, et Diogenes Laertius, (qui tamen addit κατά τινας,) aliique, Socratem fuiſſe Anaxagorae diſcipulum; atque *Brucker.* l. c. p. 499. notat, id factum eſſe circa Olymp. LXXXI. Socrate Olymp. LXXX. 2. ad Archelaum concedente: at enim, quod Socrates placita Anaxagorae ex huius libris hauſta, (*Plat.* in Phaed. §. 63. *Xenoph.* M. S. IV. 7.) damnaſſet, nec inimici Socratis huius cum Anaxagora conſuetudinem culpaſſent, Bayle, Heinius et Meinerſ. iure de veritate illius famae et narrationis dubitant. Poſtquam XXX. circ. annos Athenis vixerat, a Cleone aliisque Periclis aduerſariis, quod impie de diis ſenſiſſet, (vid. *Diodor. Sic.* XII. 39. ibique Weſſeling p. 503. tom. I.) adcuſatus, ſed eloquentia et auctoritate Periclis ab iniuria et poena liberatus, anno ſecundo belli Peloponneſiaci, annoque LXIX. aut LXX. vitae Anaxagorae, ab hoc in locum tutiorem ablegatus eſt. Alii aliter narrant et cauſſas adcuſationis et defenſionem. vid. *Plutarch.* in Pericle p. 373. ſiue cap. 32. p. 653 ſqq. tom. I. edit. Reisk. *Sotionem* in ſucceſſionibus philoſophorum apud *Diogenem Laert.* II. 12. vbi dicitur a Cleone adcuſatus impietatis, a Pericle quidem defenſus, ſed tamen quinque talentis multatus damnatusque fuiſſe exſilio, *Lucian.* in Timone cap. 10. vbi vid. Hemſterhuſ. tom. I. Oper. p. 118 ſq. et *Suidam* in Περικλῆς et Ἀναξαγόρας. adde cl. *Tychſen.* de periculo Socratis in: Biblioth. der alten Litteratur und Kunſt, part. II. 18 ſq. Lampſacum abiit ibique Olymp. LXXXVIII. 1. anno aet. 72. diem obiit ſupremum, poſt mortem quoque a Lampſacenis honoratus, quod *Heinius* p. 267 ſqq. probat, et Bruckeri dubitationes ſoluit. Idem p. 252 ſqq. agit de Anaxagorae diſcipulis, Archelao, Pericle, Euripideque. Themiſtocles, aetate multo ſuperior, iis, proprie dictis, adnumerari nequit; (vide *Plutarch.* in Themiſtocle tom. I. Opp. edit. Reisk. p. 440. dubitantem atque corrigentem;) at forſan in exſilio ſuo Clazomene vſus eſt illo familiarius. Socrates excludi debet numero: et num Democritus Anaxagorae diſcipulus dici poſſit, dubium videtur. Sed plura vide de illo apud *Diogenem Laert.* l. c. eiusque interpretes, Bayle, Stanleium, Brucker. Heumann. et Heinium locis citatis, *Cudworth.* in ſyſtem. intelle l. cap. IV. §. 2[illegible]. p. 459. aut edit. recentiſſ. tom. I. p. 587 ſqq. *Meinerſ.* in hiſtoria doctrinarum apud Graecos tom. I. p. 723 ſq. et de eius placitis p. 664 ſqq. atque in hiſtoria doctr. de vero deo p. 251 ſqq. tum in praefat. ad tom. II. p. XXXI. Primus fuit Anaxag. inter Graecos, qui omnium rerum deſcriptionem et motum, mentis infinitae vi ac ratione deſignari et confici voluit, (vt ait Cic. de N. D. I. 11. vbi vid. Dauiſ.) qui ſupremum numen infinitum, νοῦν, quem deum vocauit, a materia, ipſi quidem etiam aeterna, ſeiungeret, illumque motorem materiae ſ. partium infinitarum, quas ὁμοιομερείας vocitabat, et ex quibus νοῦν omnia conſtruxiſſe putabat, et omnis motus fontem, qui per ſe moueatur (*Lactant.* D. Inſt. I cap. 5.) cauſſam mundi efficientem, ſenſu ac mente praeditam eſſe ſcripto declararet. Nam ipſam de *mente*, ſupremo numine, doctrinam, ſaltem initia illius accepiſſe videtur ab *Hermotimo*, Clazomenio, ideo digno, qui hic memoretur, (de quo vide, quos laudat *Menrſius* ad Apollon. Dyſcol. hiſt. comment. cap. 3.) ſaltem clare teſtatur *Ariſtotel.* metaph. I. cap. 3. fin. p. 486. edit. [illegible] 1590. Hermotimum illum dici cauſſam prius dixiſſe, ſ. ex emendatione et verſione Caſauboni in margine, auctorem primum cenſeri illius ſententiae adde *Philopon.* ad cit. locum Ariſtotelis et *Alexandr. Aphrodiſ.* apud Simplic. in lib. VIII. phyſic. p. 321. Dubitat [illegible] cel. *Tiedemannus* in: Geiſt der ſpekulativ. Philoſophie, (vbi cap. 14. doctrinam [illegible] Anaxagorae erudite acuteque explicat.) p. 312. num Hermotimus, homo, nimia vi imaginandi [illegible] ridiculas de ſuo animo, qui, quoties voluiſſet, egreſſus et per ſe

peregrinatus

peregrinatus ſit, deinde redux impleuiſſet corpus et ſuſcitaſſet Hermotimum, opiniunculas pronus, tam ſubtilem multoque ſtudio et ſeueritate eruendam ſententiam excogitare potuerit. Enimuero *Lucian.* tom III. in muſcae encomio pag. 96. edit. Reitz. (vbi vid. M. du Soul et Gesner. qui laudat *Harduin.* ad Plin. VII. 52. ſ. 53. et *Huetium* demonſtr. euang. Prop. 9. cap. 142.) illam hiſtoriolam pro fabula habet ridetque. Atque fac, eſſe veram. Nonne is iunioribus annis ſubtilis et ſeuerus philoſophus eſſe, et multis vigiliis multoque labore ad illam, de vero deo ſententiam repertam, peruenire; poſtea, quod pluribus viris doctis ſummisque accidit ingeniis, laboribus adſiduis et pertinacibus confectus laſſusque animo linqui et ad vanas, falſas ridiculasque de ſe ſuoque animo delabi potuit opiniones? Quasnam lepidas hiſtoriolas de ſomnambuliſmo, quem vocant, et magnetiſmo vel hodie viri etiam haud indocti iactitant aut fingunt ſomniantque! Anaxagoras igitur ab illo, quum adhuc ſanae et compoſitae mentis eſſet, initia ſaltem et prima quaſi ſtamina illius doctrinae potuit accipere, dein nutrire, ornare et firmare, atque primus pluribus ore, praecipue in libris, tradere atque palam facere. — Fabricius eiae exempli adſcripſerat manu: Syncellus p. 149. Ἑρμηνεύουσι δὲ οἱ Ἀναξαγόρειοι τοὺς μυθώδεις Θεούς. νοῦν μὲν τὸν Δία, τὴν δὲ Ἀθηνᾶν τέχνην, ὅθεν καὶ τό· χειρῶν ἀλλυμένων ἔργει πολυμῆτις Ἀθήνη. Apud *Plutarch.* Pericl. (vbi de Anaxagora p. 169.) τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας interpres dedit, *qui deos eſſe negarent.* adde Xenophont. apud Euſeb. XIV. Praepar. p. 744. *Alexand. Aphrodiſ.* lib. de Fato cap. 11. — Quidquid eſt, Anaxagoras iure ſuo auctor illius de deo, opifice rerum, et ſummo numine doctrinae vel potius deiſmi haberi poteſt. Hinc etiam a Graecis magni aeſtimatus et ipſe Νοῦς eſt cognominatus, vel, vt *Plutarch.* in Pericle, cap. 4. tom. I. edit. Reisk. p. 595. ait, quod perſpicaciam eius ſingularem in natura perſcrutanda excellentemque admirarentur, vel quod mentem primus puram ac ſinceram vniuerſitati, (τοῖς ὅλοις) praefecerit atque ſecreuerit particulas ſimiles, (ἀλλὰ νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον, ἐμμεμιγμένον, (vulgo ἐν μεμιγμένοις) πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ἀποκρίνοντα τὰς ὁμοιομερείας.) De his ὁμοιομερείαις vide *Iuſtin. Martyr.* Cohort. pag. 4. 6 ſq. *Sextum Empir.* Pyrrhon. hypot. III. cap. 4. ſect. 32. pag. 136. et aduerſus Phyſicos I. ſect. 363. p. 621. et ad vtrumque locum Fabricium; atque p. 620. not. B. *Heinium* in altera comm. de ſcriptis et doctrinis Anaxagorae, p. 291 ſqq. verſ. Hiſſm. *Edmund. Dickinſon* in phyſica vetere et vera etc. Londini, 1702. 4. rec. Rotterod. 1703. 4. et Hamburg. 1705. 8. qui putat, Ariſtotelem male interpretatum eſſe Anaxagorae ſententiam, hunc potius et Thaletem, Empedoclem, Leucippum et Pythagoram doctrinam de corpuſculis, iis, vti a Moſe deſcriptae eſſent, ſimilibus, accepiſſe ab Hebraeis. *Batteux* peculiarem dedit de illis commentationem in: Memoires de Litterat. — de l'acad. des I. et B. L. tom. XXV. p. 48 ſqq. germanice verſam ab *Hiſſmanno* in: Magazin für die Philoſophie, tom. III. pag. 153 ſqq. Idem in eodem volumine et commentar. gallice ſcriptorum pag. 63 ſqq. et verſionis germanicae pag. 191 ſqq. principium veteris artis naturalis, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, μηδὲν γίνεσθαι, vberius explicat. et quae contra diſciplinam Anaxagorae ab Ariſtotele, Lucretio et Baylio ſunt prolata, examinat reiicitque, itidemque dogmata Democriti, Parmenidis, Meliſſi, Empedoclis aliorumque comparat: denique Coſmogoniam Anaxagorae in ordinem atque connexionem redigit. Comparat eum, vti antea *Palmer.* in Exercitt. pag. 451. fecerat, vel cum Moſe: ego vero nolim cum Batteuſio p. 242. verſ. Hiſſm. ſentire, Anaxagoram quamdam cognitionem doctrinae, in ſacro noſtro codice explicitae, habuiſſe, aut cum Palm. ſtatuere, illum ex Moſe hauſiſſe ſcientiam. Primum enim multum vtraque differt; tum Anaxagoras ope doctoris ſui, inprimis beneficio

et

et ſagacitate ingenii ſui expiſcari atque amplificare potuit ſuam de ortu rerum menteque infinita doctrinam. Penes alios ſit iudicium de *Pleſſingii* v. c. ſententia de ortu rerum ſecundum oracula diuina etc. in Verſuche zur Aufklärung der Philoſophie des älteſten Alterthums tom. II. part. II. cap. V. p. 1 — 622. tum de Anaxagora eiusque doctrina de mente infinita, pag. 703 ſqq. porro part. I. p. 11 ſqq. in Memnonio tom. II. p. 168. 331. etc. — Ex his omnibus clare patet, Anaxagoram neque ſcholae ionicae adſeclis poſſe adcenſeri, neque atheum haberi. Atque multi viri docti cauſſam ſagaciſſimi et perſpicaciſſimi Anaxagorae bene egerunt. Vide *Ioach. Iuſt. Rau* diſſ. de philoſoph. Iuſtini Martyr. p. 52. *Ioh. A. Schmid* de Anaxagorae vita et phyſiologia p. 33. *Io. Chriſtoph. Wolf.* de atheiſmi falſo ſuſpectis §. 10. *Reimmann.* in hiſtoria atheiſmi p. 146. qui plures Anaxagorae patronos laudat, et pag. 126 ſq. — Permulta placita Anaxagorea, ab Euripide expreſſa, collegit atque erudite illuſtrauit *Valcken.* in Diatribe Euripidea poſt Euripidis Hippolytum, cap. IV. V. p. 25 ſqq. p. 40 ſqq. explicat Anaxagorae ſententiam de deo; cap. VII. pag. 45 ſqq. de duobus rerum poſtea creatarum principiis, coelo et terra, ſecundum Anaxagoram et Euripidem: p. 194 ſq. profert ex Schol. ad Homer. Iliad. P. 547. ex MSto Leidenſi Anaxagorae opinionem de Iride: p. 54. A. ex *Procopio* in libr. III Regum pag. 185. memorat, Anaxagoram profectum fuiſſe ad Aegyptios phyſiologiae et theologiae curatius diſcendae cauſſa. In *M. Paulli Gottl. Kettneri* binis diſſ. veterum quorundam philoſophorum de mundo opiniones ac ſententiae, Witteb. 1719. 4. Anaxagorae et reliquorum veterum philoſophorum vsque ad Ariſtotelem opiniones de vi vocabuli, *mundus*, de huius ortu condituque et mundi figura ac multitudine collectae ſunt. — Timon in Sillis Anaxagoram perſtrinxit, quos *Diog. Laert.* II. 6. ſeruauit, et *Perizon.* ad Aeliani V. H. lib. VIII. cap. 19. optime interpretatus eſt. — adde biblioth. crit. Amſtel. II. part. 8. pag. 104. Obſeruatt. ſelect. Halenſ. tom. II. obſſ. 14. et 15. Sed quia metuo, ne extrauagari videar, hic ſubſiſtam. *Harl.*

Primus a quibusdam dictus eſt proſa librum edidiſſe de argumento philoſophico: ita enim puto accipienda verba *Laertii* II. 11. et *Clementis* I. Strom. p. 308. quod alii Anaximandro, (vide locum *Themiſtii* allatum a me lib. I. cap. XXXV. §. 3.) alii, (apud *Clementem* I. Strom. p. 308.) Alcmaeoni Crotoniatae, alii Pherecydi (apud Suidam in Ἑκαταῖος) tribuerunt. Anaxagorae de deo ſententia contra Ciceronem ab *Auguſtino* vindicatur ep. 56. (nunc. edit. 118.) tom. II. pag. 256 ſq. Scripta eius [de quibus vid. *Heinium* l. m. pag. 279 ſqq. verſ. Hiſſmann.] haec memorantur:

1) Φυσικά. *Athenaeus* lib. II. pag. 57. Horum, vt puto, initium refert *Laertius* II. 6. et *Simplicius* in III. de coelo commentar. 35. [et, paullo tamen diuerſo modo Pſeudo-*Plutarch.* de placitis philoſ. I. 3. 12. Anax. vero verba conſtituit *Valcken.* in Diatribe Euripid. p. 40. B.] ad illud alludit *Pachymeres* in Andron. lib II. cap. 16. vid. et *Goldaſtum* p. 51 ad [illegible] Valerianum de bono diſciplinae. Neque opus eſt cum doctiſſimo Meurſio [illegible] Philoſophi opus [illegible] communicari: neque λόγους περὶ ἀρχῶν, a phyſico opere diuerſos, ex *Euſebii* XIV. Praeparat. p. 750. Illa Anaxagorae Phyſica reſpiciunt, qui paſſim eum vel laudant, vel caſtigant, Socrates apud Platonem et Xenophontem, Ariſtoteles, Plutarchus, Cicero, Plinius, Galenus, Sextus, Cenſorinus etc. Putem etiam, in his Phyſicis fuiſſe σαφέστατον illum καὶ θαῤῥαλεώτατον περὶ σελήνης καταυγασμῶν καὶ σκιᾶς λόγον, quem ab Anaxagora primum

proditum

preditum notat *Plutarchus* in Nicia p. 538. In hoc ſcripto videtur ſolem vocaſſe μύδρον (ſiue μύλον, vide notas ad Chronicon marmoreum Arundel. pag. 221.) διάπυρον, quare in vinculum coniectus et Periclis ope vix eſt liberatus. [☞] [Schol. ad Pindar. Olymp. I. 95. p. 8. edit. Oxon. Phyſicos, narrat, ſolem vocaſſe lapidem, et Anaxagoram πέτρον εἰρηκέναι τὸν ἥλιον.]

2) Τετραγωνισμὸς Κύκλου, quem in carcere ſcripſiſſe teſtatur *Plutarchus* lib de exſilio p. 607. Hoc opus videtur reſpicere *Vitruuius*, Anaxagoram laudans, praefat. libri VII. xx) et fallitur Laertius, qui Anaxagoram in prooemio §. 16. refert inter eos, qui ſingula tantum ſcripta compoſuerunt. Theophraſti libri πρὸς Ἀναξαγόραν et περὶ τῶν Ἀναξαγόρου Laertio V. 42. et Suidae memorati iampridem interciderunt. Ex recentioribus de huius Philoſophi vita et philoſophia praeter Laertii interpretes, et ſcriptores hiſtoriae philoſophicae Grauium, Stanleium etc. Baeliumque conſulenda eſt diatriba, D. *Ioh. Andreae Schmidii* auſpiciis. Ienae edita ann. 1688. de Anaxagora eiusque philoſophia a Godofredo Lonero Auguſtano. Apud *Aelianum* IV. 14. Var. vbi citatur Anaxagoras ἐν τῷ περὶ βασιλείας, ſuſpicor reponendum nomen Anaxarchi, ex cuius libro περὶ βασιλείας quaedam profert *Clemens Alex.* I. Strom. p. 210. [Scheffer. ad locum Aeliani cum Menagio ad Laert. putat, illum librum fuiſſe Anaxagorae rhetoris, vnius ex Iſocratis diſcipulis: Meurſius vero in Chalcidium hunc Anaxagoram fuiſſe Zenodoteum grammaticum, notante Kühnio.] Sic apud Galenum in hiſtoria philoſ. pro *Anaxagora*, Pyrrhonis praeceptore, *Anaxarchi* nomen eſt reponendum. Fuit praeterea teſte Laertio *Anaxagoras* Rhetor Iſocrateus, et alius Grammaticus, e Zenodoti ſectatoribus, is forte, qui citatur in Scholiis ad Apollonium, tum *Anaxagoras* ſtatuarius, quem Aeginetam Pauſanias adpellat: denique *Anaxagoras* Rex Argiuor. (de quo praeter eumdem Pauſaniam Diodorus Sic. IV. pag. 271.) et *Anaxagoras* Epheſius Tyrannicida.

VIII. ANAXIMANDER, Thaletis diſcipulus, patre yy) Praxiade, Mileſius, Olymp. LVIII. 2. egit annum aetatis LXIV. non diu poſt defunctus zz). Scripſit teſte *Laertio* II. 1.

xx) Vitruuium non ad id opus reſpexiſſe, ſed loqui de arte, quam vocant *Perſpectiuam* adeoque Fabric. falli, monet *Heinius* l. m. p. 282 ſq. verſ. germ. de Anaxagora mathem. v. etiam *Proclum* II. pag. 19. Eum ſcripſiſſe quoque πρὸς λεχίνιον, ex *Ariſtot.* I. 2. de plant. colligit cl. *Meinerſ.* in hiſtoria doctrinarum apud Graecos, I. pag. 666. not. *Harl.*

yy) *Simplic.* in I. Phyſic. p. 5. *Stob.* Ecl. pag. 26. et in vtroque loco etiam de Anaximene.

zz) Natus igitur eſt Olymp. XLII. 3. vid. *Corſin.* faſt. att. III. pag. 65. Secundum Euſebium et Hieronymum agnoſcitur, (ἐγνωρίζετο,) Olymp. LI. 2. *Corſin.* l. c. p. 89. et p. 118. idem Corſinus coniicit, ex loco Diogenis II. 3. ab ipſo emendato, illum e viuis exceſſiſſe Olymp. LXIII. 1. In Syllabo vero philoſophorum, quorum placita a Plutarcho proferuntur, praem. illius editioni pag. XXV. putat, debuiſſe philoſophum ad Olymp. tamen LXVIII. peruenire, vt Anaximenes ipſum audire potuerit. Plura, ex veteribus et recentioribus ſcriptoribus collecta, de eius vita, inuentis placitisque tradunt *Menagius* ad Diog. Laert. II. 1. auctor Obſeruatt. ſel. Halenſ. tom. II. vbi ab obſeruatione 18 — fin. ionicae ſectae dogmata de rerum principiis examinantur, *Cudworth.* eiusque interpres, Moshemius, in ſyſtem intellectuali, tom. I. pag. 167 ſqq. 502. *Brucker.* in hiſt. crit. phil. I. pag. 478 ſqq. et in Adpend. ſiue vol. VI. p. 217. *Stanlei.* part. II. *Meinerſ.* in hiſtoria doctrinae de vero deo, part. I. p. 260 ſqq. et in hiſtoria doctrinarum apud Graecos I. p. 141 ſq. et p. 358 etc. *Chaufepié* in ſupplem. Lexici Bayliani tom. I. v. Anaximander, pag. 327 ſqq. *Steph. de Canaye* in Mem. de

II. 1. primus γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον. Videtur eo vſus Plinius, quem Solinus exſcripſit. Strabo autem lib. I. p. 13. et ex eo Agathemer [lib. I. cap. 1. p. 1. edit. Sam. Tennulii,] ait, primum ab eo editum πίνακα γεωγραφικόν. [confer *Perizon.* ad Aeliani H. V. lib. III. 19.] Praeter ea composuit *Compendium expositionem placitorum ſuorum de rebus naturalibus.* Τῶν δὲ ἀρεσκόντων αὐτῷ πεποίηται κεφαλαιώδη τὴν ἔκθεσιν. Haec ſuperfuit adhuc tempore Apollodori Atheniensis. Horoſcopia etiam conſtruxiſſe et forte Horoſcopeion ſcripſiſſe libros, (vide *Fulgentium* I. Mythol. cap. 12.) et Sphaeram [aaa]), gnomonem ac Sciathera inueniſſe traditur, de quibus Suid. in Γνώμων et Ἡλιοτρόπιον, [vbi vid. Kuſter.] *Salmaſius* ad Solin. p. 633 ſqq. [p. 445. 462. edit. Traiect. ad Rhen.] et *Gassendus* tom. V. Opp. p. 376. *Harduinus* ad iſta Plinii II. 8. Hiſt. *obliquitatem ſigniferi intellexiſſe, h. e. rerum fores aperuiſſe Anaximander Mileſius traditur primus, Olympiade quinquageſima octaua.* [conf. *Weidleri* hiſtor. aſtronom. pag. 74. *Io. Chr. Hager* Geographiſchen Büchersaal tom. II. pag. 253 ſqq. *Bailly* hiſtor. aſtronom. germanice verſam, tom. I. p. 240 ſqq. et *Martini* von den Sonnenuhren der Alten, Lipſ. 1777. 8. p. 43. 46. inprimis p. 72 — 79. *Corſin.* ad Plutarch. de placit. philoſ. II. 20. p. 60. et in Falcone diſſ. I. p. XXII. it. diſſ. II. p. II. *Harl.*] Coloniam Mileto Apolloniam deduxit, teſte *Aeliano* III. 17. Var. [vbi vid. Periz.] De altero iuniore *Anaximandro* vide *Voſſium* Hiſtor. Gr. p. 25. [lib. I. cap. 6. *Diog. Laertium* II. 2. *Suidam* I. p. 173. h. v. *Menagium* ad Diog. pag. 71.]

IX. ANAXIMENES Euryſtrati F. Mileſius, Anaximandri auditor, praeter Phyſicum opus, ex quo ſententias eius referunt veteres, (licet [b] nemo, quod meminerim, ſcriptum

de l'Acad. des Inſcr. tom. XIV. ſ. tom. X. pag. 21 ſqq. cuius recitationem germanice vertit *Hißmann.* in: Magazin für die Philoſophie tom. 2. p. 223 — 250. cl. *Tiedemann.* in: Geiſt der ſpekulat. Philoſophie cap. IV. pag. 49 ſqq. Principium (ἀρχὴν) et elementum omnium rerum Anaxim. fuit (teſtibus Diogene et Eudocia, quibuscum conferes *Simplic.* comment. in lib. Phyſic. cap. 6. a. *Plutarch.* de plac. philoſ. I. cap. 3.) *infinitum*, ἄπειρον, οὐ διορίζων ἀέρα, ἢ ὕδωρ, ἢ ἄλλο τι· καὶ τὰ μὲν μέρη μεταβάλλειν, (Eudocia, διαβάλλειν) τὸ δὲ πᾶν ἀμετάβλητον εἶναι. etc. *Cicero* academ. lib. II. 37. vbi vid. Dauiſ. ἄπειρον iſtius vertit *infinitatem naturae.* Fabric. in ora exemplaris ſui notauit, „Anaximandrum teſte *Alex. Aphrodiſ.* in I. Metaph. pag. 26. 27. rerum principium poſuiſſe naturam aeris ignisque mediam, ſiue, vt alii, aeris mediam et aquae:" et ita in ſenſu altero *Ariſtot.* de coelo III. 5. prodidit. Philoſophi tamen ſententiam male interpretatus eſt vir quidam doctus in Obſeruatt. Halenſ. tom. II. obſ. 19. pag. 439. Enimuero, qui non ſcribam philoſophiae hiſtoriam, rerum cupidos ablego ad viros doctos paullo ante laudatos; id vnum addam, Anaximandri ſententiam de ortu animalium *Ribov.* in diſſ. de anima brutorum, ſubiuncta *Rorarii* libr. quod animalia bruta ſaepe ratione vtantur melius homine, Helmſtad. 1728. 8. pag. 573 ſq. explicuiſſe non de anima, ſed de corpore atque comparaſſe opinionem *Burneti*, in theoria telluris p. 83. propoſitam. *Harl.*

aaa) N. armillarem, Ringkugeln, quae confundi non debet cum mappa geographica. conf. *Diogen. Laert.* II. 1. ibique interpr. *Eudoc.* p. 44. quae exſcripſit Diogenem, ſed ita, vt in quibusdam diſcreparet ab illo. Secundum illam ſcripſit Anaximander περὶ φύσεως καὶ ἀπλανῶν. Quod addidit Suidas aut confudit, eum quoque ſcripſiſſe γῆς περίοδον καὶ σφαῖραν, id non de ſcriptura, ſed de pictura lineari, (Zeichnen, Umriſſen) erit intelligendum: nam γράφειν eandem et quidem primam habet ſignificationem. (vid. *Valcken.* ad Theocr. Adon. p. 375.) et Diogen. Laert. II. 2. ſcribit: καὶ σφαῖραν κατεσκεύασε. Hinc Eudocia ſcripſit curatius, πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίνακι γράψαι. Et ita quoque id περὶ ἀπλανῶν malim interpretari. *Harl.*

ptum ipſius nominetenus citat,) fertur ſcripſiſſe Epiſtolas binas ad Pythagoram, quas ſeruauit *Laert.* *ius* II. 4 ſq. ſed quas ſuppoſititias eſſe non dubito. De huius vita et Phyſiologia diatribam edidit Ienae 1689. D. *Io. Andreas Schmidius.*

[Secundum *Diogenem Laert.* II. 3. qui Apollodorum teſtem laudat, natus eſt *Anaximenes* Olymp. LXIII. atque eo anno, quo Sardes captae ſunt, obiit diem ſupremum; quod quidem temporis rationes turbat. Sed ſecundum *Suidam* vixit ille Olymp. LV. quo tempore Cyrus, expugnatis Sardibus, Croeſum regno exuit. *Eudocia* pag. 55. ſcripſit: ἔτος τοῦ βίου κατέστρεψε περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν. Sed Sardes bis occupatas eſſe, ſupra in ſect. de Anaxagora notauimus, vbi quoque Heinii coniecturam iam protulimus. *Pſeudo-Origenes* in Philoſophumenis cap. VII. p. 66. edit. Wolfii, eum, floruiſſe, tradit, primo anno Olymp. LVIII. quod haud improbant *Wolfius* in not. et *Meinerſ.* in hiſtor. doctrin. apud Graecos I. p. 140. not. qui praeter ea Euſebii rationes, Anaximenem coepiſſe florere Olymp. LVI. 2. probabiles putat reiicitque Suidae teſtimonium, quia id cum vita Anaximandri, quem ille, teſte Ariſtotele, audiuit, non conſpiraret. In Hieronymi Chronico Euſebiano Olymp. LV. 1. Anaximenes agnoſcitur: vid. ibi Vallarſ. not. In tanto veterum diſcidio recentiores viri docti vario modo aetatem, quo vixerit ille, definire tentarunt. Apollodori igitur ſententiam reiecit Aldobrandinus ad Diogenem: *Samuel. Petit.* Obſſ. lib. II. cap. 1. emendabat in Diogene τῇ πεντηκοστῇ πέμπτῃ. *Palmerius* in Exercitatt. in autores graecos p. 450. vidit et agnouit errorem chronologicum, ſed nihil extricat. Cel. *Heyne* ad Apollodor. tom. III. pag. 1001. cum Simſono verba Diog. tranſpoſita et ſic conſtituenda putat γεγένηται μὲν — περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν, ἐτελεύτησε δὲ τῇ ξγ' (Olymp. LXIII., Ὀλυμπιάδι. Simſoni tamen rationes et emendationem non admittit *Heinius* in vita Anaxagorae ſecundum Hilſmanni verſionem pag. 245 ſq. *Larcher.* in Chronol. Herodot. pag. 569. qui contextum Diogenis e Suida corrigere iubet, natalem Anaximenis diem collocat in a. Per. Iulianae 4169. ante C. N. 545. Olymp. LVIII. 4. V. C. 209. *Brucker.* in hiſtor. crit. philoſ. vol. I. pag. 498. putat, Anaxagoram fuiſſe Anaximenis diſcipulum et vero in diſciplina tradenda ſucceſſorem, (quod vero Meinerſ. l. c. negat,) ideoque Anaximenem, natum Olymp. LVI. circa Olymp. LXXVI. 1. Anaxagorae diſciplina tradita, eadem Olympiade decedentem Anaxagoram ſucceſſorem eſſe nactum, cui Athenas Olymp. LXXVII. concedenti in Ionia ſucceſſiſſet Diogenes Apolloniates, ſicque Anaximenem LXXX. annos fere expleuiſſe. — *Corſinus* in Faſt. att. c. III. p. 111 ſq. eodem modo, quo Simſon. fecerat, corrigit textum Diogenis Laertii, huncque ſuſpicatur tempora Anaximandri atque Anaximenis confudiſſe. et a priore ad poſteriorem temporum characteres aut Olymp. annos in iis expreſſos tranſtuliſſe. Statuit igitur, Anaximandrum obiiſſe diem LXIII. Olymp., qua Anaximenes natus a Laertio dicitur, Sardiumque captarum tempore, quo Anaximenes obiiſſe dicitur, ipſum in lucem prodiiſſe. Concludit, Anaximenem ineunte Olymp. LIX. in lucem editum, ſaltem ad Olymp. LXXV. perueniſſe. qua Anaxagoras Clazomene, ſiue Mileto Athenas conceſſiſſet; et reiicit Petauii coniecturam, Anaximenis obitum incidiſſe in Olymp. LXIX. Quod omnis controuerſia in cauſſa incerta, eum fuiſſe magiſtrum Anaxagorae, verſatur, et probabilior eſt ſententia, cum ab ore Anaximandri pependiſſe: equidem puto, plurima poſita eſſe in coniecturis, cum tamen vixiſſe intra Olymp. LIV. et LXV. atque vltra. — De eius doctrinis placitisque vide viros doctos, ad antecedentem paragraphum laudatos: adde biblioth. crit. Amſtel. II. part. 8 pag. 124. et *Georg. Henr. Ribov.* in diſſ. de anima brutorum, Rorarii lib. de animalibus brutis ſubiuncta, §. 172. pag. 574 ſqq. Is vero

Nnnn 2 aera

aera deum ſtatuit, eſſe infinitum atque immenſum, ſemperque in motu, e quo omnia gignerentur; ſed ea, quae ex eo orirentur, definita: gigni autem terram, aquam, ignem, tum ex his omnia, vt ait *Cicero* academ. II. 37. (vbi vid. Dauiſ. qui plura congeſſit veterum teſtimonia,) et de nat. deor. I. 10. Hinc alii eum atheiſmi reum fecerunt, vt *Iac. Thomaſius* (Obſſ. halenſ. lat. tom. II. obſ. 21.), *Nic. Hieron. Gundling* (in Otiis part. II. cap. 7. §. 8. pag. 108), *Ienking Thomaſius*, *Cudworth*, *Bayle*; alii, vt *Olearius* ad Stanlei hiſt. phil. part. II. cap. 2. ſect. 1 et *Buddeus* in Theſ. de atheiſmo, cap. I. §. 10. nec a crimine totum eum damnarunt, neque omnino purgarunt: alii, vt *Schmid*, *Parker*, *Reimmann*. locis cit. eum ab illa infamia liberarunt: *Brucker*. l. c. p. 490. in tanto genuinorum teſtimoniorum defectu retinere mauult iudicium. *Harl.*]

Anaximenem alterum, Chium, Sophiſtis adnumerat *Lucianus* in Aetione ſiue Herodoto tom. I. pag. 573. De *Anaximene* iuniore, Lampſaceno, rhetore atque hiſtorico vtroque, illo praeſertim Alexandri M. aequali, qui primus Sophiſtarum ex tempore dicere inſtituit, teſte *Pauſania* pag. 496. Eliac. poſterior. ῥήτωρ πάνυ, *Laertio* iudice in Diogenis vita VI. 57. cui tamen Rhetoricam ad Alexandrum, (quae legitur inter Ariſtotelis ſcripta,) nonnulli tribuunt, diligenter egerunt *Meurſius* ad Chalcidium p. 37 ſq. et in Biblioth. Graec. p. 1218. *Voſſius* de Hiſt. Gr. pag. 75 ſq. et ad Laertium *Menagius*. Apud Fulgentium lib. I. Mytholog. cap. 14. pro Anaximandro Lampſaceno, legendum Anaximenes.

X. ARCHELAVS, patria Mileſius, philoſophus Athenienſis, diſcipulus Anaxagorae et praeceptor Socratis, vt volunt [bbb]), vt alii, etiam Xenophanis et fortaſſis Euripidis quoque; ita enim puto ſcripſiſſe Suidam in Ἀρχέλαος, τοῦ δὲ μαθητὴς Σωκράτης, οἱ δὲ καὶ Εὐριπίδην φασί. Iidem phyſicum opus ſcripſiſſe, perhibetur ab eodem Suida, neque a Laertio in prooemio §. 16. accenſetur iis Philoſophis, qui nihil ſcripſere, et placita eius paſſim in libris veterum traduntur. Vide de eo praeter Laertii interpretes II. 16 ſq. [vbi dictum quoque doctrinam de moribus tractaſſe. adde *Cicer*. Tuſcul. quaeſt. V. 4. ibique Dauiſ. pag. m. 349.] Lexicon Baelii v. *Archelaus*. I. p. 289. et *Eliam Bohereldum* in notis ad Origenis libros contra Celſum Gallice a ſe tranſlatos, p. 283 ſq. qui verba Laertii II. 17. ita legit: Πηγνύμενον φησὶ τὸ ὕδωρ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ· καθὸ μὲν εἰς τὸ πυρῶδες συνίσταται ποιεῖν γῆν. Ingenioſe profecto. At apud Apoſtolium XX. 13 Prouerb. pro Ἀρχέλαος Ἀθηναῖος legendum Ἡγέλαος ſiue Ἡγέλοχος. [Plura v. de noſtro eiusque dogmatibus apud *Origenem* in philoſophum. cap. IX. ibique notas Wolfii, *Brucker*. in hiſt. crit. philoſ. I. p. 515 ſqq. *Stanleium* in hiſt. phil. part. II. cap. 5. *Reimmann*. in hiſtor. atheiſmi, p. 149. qui eum cum *I. Chriſtoph. Wolf*. in diſſ. de Atheiſmo falſo ſuſpectis, ſect. II. §. 10. pag. 36. ab illo crimine defendit. *Harl*.] De reliquis innominibus Archelai nihil habeo, quod addam induſtriae virorum praeſtantiſſimorum, *Voſſi* de Hiſt. Gr. *Meurſii* in Biblioth. Graeca. *Harduini* ad Plinium, (*Baylii* l. c. p. 288. *Menag*. ad Diog. Laert. II. 17.] niſi quod *Archelai* Epiſcopi Chriſtiani Acta cum Manichaeo longe integriora ex veteri latina verſione edidit [in Collect. monumentorum veter. Rom. 1698. 4.] et

bbb) Vid. *Diogen. Laert*. II. 16 ſq. et *Eudociam* p. 73. quae parum diſcedit a Diogenis narratione; at *Heinius* in vita Anaxagorae p. 257 ſqq. verſ. Muſarum Athen., Archelaum fuiſſe Socratis magiſtrum. adde *Bayle* Dict. voc. *Archelaus*. A. *Harl*.

et eruditis notis illuſtrauit *Alexander Zaccagnius* cuſtos digniſſimus Bibliothecae Vaticanae: [ex qua [illegible] et repetiit *Fabricius* in tom. II. Operum Hippolyti. conf. cl. *Adelungii* Contin. et Supplem. Lex. Ioecheriani vol. I. pag. 1018.]

XI. BIAS, Prienenſis, ex Ioniae ciuitate, aequalis Halyattis eiusque filii Croeſi, vnus e VII ſapientibus ccc), et in gerenda Rep. (vide Plutarchum de Monarchia, Ariſtocr. et Democratia p. 826.) atque cauſis diiudicandis ſingulari iuſtitiae et aequitatis ſtudio inſignis ddd), ita, vt etiam prouerbio locum dederit et Hipponacti laudatus ſit atque Heraclito, qui [illegible] laudabant. Scripſit de Ionia patria ſua, τίνα μάλιστα ἂν τρόπον εὐδαιμονοίη. [[illegible] maxime [illegible]]. Poema heroicum verſibus 2000. *Laert.* I. 85. [conf. *Brucker.* hiſt. crit. philoſ. I. p. 447 ſqq. Confunditur cum *Bione*, vid. *Bayle* Diction. voc. *Bion* not. G. In monumento apotheoſeos Homeri Biantem obſeruant *Ez. Spanhem.* et *Io. Car. Schott*, qui tamen p. 112. (ſ. p. 314. in *Poleni* ſupplement. vtriusque theſauri antiqq. vol. II.) dubitat. Plura de Biante, eius moribus, virtutibus, dictis, et morte reperies in *Chriſt. Gottl. Iocher.* diſſ. Biantem Prienaeum in nummo argenteo ſiſtente. Lipſiae, 1714. 4. Is vero nummum priſcae aetatis monumentum habet: ſed ſtatuam in Homeri conſecratione Piſiſtrati potius quam Biantis imaginem referre putat. *Harl.*] Alius *Bias* Amythaonis F. de quo Mythographi, Apollodorus lib. I. pag. 43. etc.

XII. BION, Proconneſius, Pherecydis Syrii aequalis, libros duos ſcripſit, teſte *Laertio* IV. 58. Cadmi epitomator, vt notaui ſupra lib. I. cap. XXIII. §. 2. e *Clementis* VI. Strom. p. 629. Bionis dictum ad Theognidem refert *Plutarchus* de audiendis poetis p. 27. edit. Grotii. [Primus omnium philoſophiam vario orationis flore veſtiuit, iudice Eratoſthene apud *Diogen. Laert.* IV. 52. et apud *Strabonem* lib. I. pag. 15 (p. 26. edit. Almel.) ad vtrumque locum vide Caſaubon. et cl. *Seidel.* in fragm. Eratoſthen. pag. X. De Bionis dicto, quod Plutarchus ad Theognidem male refert, vide *Bayle* in Diction. voc. *Bion* not. *M.* pag. 569. vbi a pag. 566. aliquot Biones recenſet. Plures enumerant *Diogenes Laertius* IV. 58. et *Eudocia* in Violario p. 94. *Harl.*] Alius *Bion* iunior, cuius meminit *Laertius* in Menedemo II. 135. [*Bion* ad quem Chionis Platonici epiſtola.]

XIII. BOTON, Athenienſis, praeceptor Xenophanis fuit, teſte Laertio IX. 18.

XIV. CHILO, Lacedaemonius, cuius *Epiſtolium* [ſuſpectae fidei] *ad Periandrum* producit *Laertius* lib. I. ſect. 73. *Elegiaco carmine* ſcripſerat verſus circiter ducentos. id. § 68. Tria eius praecepta γνῶθι σεαυτὸν, μηδὲν ἄγαν, et ἐγγύα πάρα δ' ἄτα. aureis literis fuere inſcripta Delphis, teſte *Plinio* VII. 32. Hiſt. [De eius praecepto, γνῶθι σεαυτὸν, quod alii Thaleti adtribuunt apud *Clement. Alexandr.* Strom. lib. I. p. 300. A. vide Menag. ad *Diog. Laert.* I. 40. *Ruhnken.* praefat. ad Heſychium, tom. II. p. VI. et in Auctario ad Heſych. ad p. 843. vbi promiſit, ſe plura de huius prouerbii auctoribus dicturum eſſe ad Platonis ſcholiaſten,

ccc) Conf. *Heumanni* Acta philoſ. tom. II. pag. 518 — 522. et pag. 530 — 532. *Harl.*

ddd) Vid. *Suid.* in voc. Βίαντος Πριην. δίκη. Plura apud *Diogen. Laert.* II. 82 ſqq. ibique interpr. et *Eudoc.* pag. 93. *Harl.*

ſten, et *van Goens* in diſſertat. de Simonide p. 4 ſq. Prouerbium μηδὲν ἄγαν adhibuit *Terentius* Andr. I. 1. 33. vbi vid. Weſterhou. et illuſtrauit *Gabriel Groddeck* in binis diſputationibus, Dantiſci, 1709. adde *Heumanni* Acta philoſ. tom. II. p. 529 ſq. De eius vita muneribusque vid. *Brucker.* hiſt. crit. phil. I. p. 445 ſq. De Ethica Chilonis ſcripſit *I. Franc. Buddeus* diſputationem. *Harl.*] Alius *Chilo*, Lacedaemonius, iunior, praerogatiua generis regnum adfectans. *Polyb.* lib. IV. p. 47. *Chilo*, Eleus, de quo Pauſanias in Eliacis pag. 384. *Chilo*, grammatiſta, Catonis maioris ſeruus, cuius meminit *Plutarch.* Catone Maiore pag. 348. *Tzetzes* etc. *Chilo*, Athleta Achiuus et alter Patarenſis, de quo idem Pauſanias: *Agrippa Curtius Chilo*, Coſ. Romanus, cuius *Diodorus Sic.* XII. 31. et *Chilo* Athenienſis, cuius meminit Aeſchines apud Harpocrationem. *Mallius Chilo* denique, ad quem Epiſtola Aureliani Imp. apud Vopiſcum cap. 23.

XV. a CLEOBVLVS Lindius, atque, ſi Plutarchum audimus lib. de *ει* Delphico, Lindiorum eee) Tyrannus, a *Laertio* lib. I. 89. vbi vid. not. traditur ſcripſiſſe ᾄσματα et *griphos* verſibus hexametris ad ter mille. *Epigramma* eius in Midam, quod ab aliis male refertur ad Homerum, et aenigma fff) de anno, quod exſtat etiam in *Stobaei* Eclogis p. 15. *Epiſtolamque ad Solonem*, refert *Laertius* I. 89 ſq. Inter ſcriptores rei ruſticae etiam laudatur Cleobulus quidam a Columella libro et capite primo. [conf. *Heumanni* acta philoſ. tom. II. pag. 527 ſqq. *Eudocia* in Violario pag. 272. Cleobulae, Cleobuli filiae, tribuit, griphos et aenigma in annum, (quod in meo Diog. Laert. exemplo vir quidam doctus in nota, in margine manu ſcripta, vberius docteque explicat,) a Menagii interpretatione diſcedens. De *ethica Cleobuli Lindii Io. Franc. Buddeus* diſputat. ſcripſit et cum reſpondente Phil. Guil. von dem Buſch ventilauit Halae Sax. 1690. 4. *Harl.*] Cleobulo vſus praeterea Plinius Hiſt. Naturalis ſcriptor in opere, vt videtur, Geographico. Fuit et *Cleobulus* quidam Sophiſta, Manichaei aequalis, cuius mentio in Actis Archelai p. 23. edit. Zacagnii et apud *Epiphanium* LXVI. 10. vbi praeterea memoratur Μάρσιππος quidam, qui in iisdem Actis eſt Menippus. De *Cleobulina*, Cleobuli Lindii filia, vide Menagium in mulierum Philoſopharum hiſtoria et quae a me notata ſunt ſupra cap. XV. §. 23. et 28. [P] [et ad priorem §. etiam de *Cleobulo*.]

[XV. b. DAMO, qui Socratis praeceptor fuiſſe dicitur. vid. plura de illo infra ad Socratem §. 30. *Harl.*]

XVI. DIAGORAS, patria Melius ggg), Philoſophus, Democriti ſeruus et auditor, Atheiſmi hhh) ab omnibus fere, (non ſine cauſa, vt videtur,) accuſatus iii), licet Chriſtiani quidam

eee) Hoc eſt Aeſymneta ſiue Prytanis in ciuitate δημοκρατουμένῃ. Vide *Perizonii* notas ad Aeliani III. 17. Var. et quae ſupra §. 4. obſeruaui de vocabulo Βασιλεῖς.

fff) Confer ἄγαλμα Naturae apud Porphyr. fragmento de Styge.

ggg) In quibusdam libris male vocatur Μιλήσιος, quod ex compendio ſcriptionis Μήλιος factum ſuſpicatur *Ioh. Clericus*, vir acutiſſimus parte 2. Artis Criticae p. 209. Ab huius Diagorae patria Μήλιος dicitur Socrates ab Ariſtophane in Nubibus, [v. 828. ibique ſchol. et not. et *Bayle* de illo ſcholio in Dict. voc. Diagoras not. *E.*] hoc eſt ἄθεος vt notat Scholiaſtes. Sic *Hipponem* Melium dici, notabo infra §. 29.

hhh) Vide *Mariangelum Bonifacium a Rosten* de Atheiſmo Diagorae et eruditiſſimi *Baylii* Lexicon in Diagora, [qui multus eſt de accuſatio-

quidam veteres excuſandum illum eſſe exiſtiment, et e recentioribus *Theoph. Raynaudus* tom. XII. Opp. pag. 411. [*M. Anton. Muret.* var. lection. lib. X. cap. 17.] ac *Godofredus Arnoldus* parte II. Apologiae haereſium p. 508. Diſceſſit Athenis, quo ſupplicium effugeret, Olympiade XCI. [Quod myſteria Cereris ſpreuit et diuulgauit, deosque eſſe negauit, timore populi fugit ex Attica. Hinc Athenienſes publice, praeconis voce, edixerunt, eum, qui Diagoram interfeceret, eſſe accepturum vnum talentum argenti; vide *Diodor. Sic.* ad Olymp. XCI. 2. lib XIII. 6. p. 570 ibique Weſſeling. *Ariſtophan. Aues* 1073. ibique cel. Beckii notam. *Tatian.* orat. ad Graecos cap. 44. ſect. 164. ibique Geſner. et Worth. p. 95 ſq. coll. *Bayle* in Diagora. not. F. Atque *vnum* tantummodo talentum ſiue adducenti eum viuum, ſiue interficienti, promiſſum fuiſſe, ab Athenienſibus auctor eſt *Lyſias* oratt. tom. I. p. 214. Reisk. At ſecundum alios ei, qui viuum illum adduceret, obtulerunt praemii loco duo talenta, vid. Schol. ad verſum Ariſtoph. citatum, *Suidam* h. v. ibique Küſter. et *Eudociam* pag. 137. quae exſcripſit iunxitque ſchol. ad *Ariſtoph.* Au. 1073. et ad Ranas 323. vbi ex *Carteri* συναγωγῇ τῶν ψηφισμάτων notatur, Athenienſes etiam Peloponneſios contra Diagoram excitaſſe. vide ſupra lib. II. cap. 15. n. 27. β inter lyricos poetas, pag. 119 ſq. vbi plura dedi: et de priore Ariſtophanis verſu *Palmerium* in Exercitatt. ad ſcriptores graecos pag. 757. Vtrumque et dithyrambicum poetam et philoſophum fuiſſe vnum eumdemque hominem, cum aliis ſuſpicatur cl. *Tychſen.* in Biblioth. der alten Litteratur und Kunſt, part. II. p. 17. — Diagoram exſilio damnatum ac proſcriptum, atque in fuga multoties, tentato mari, naufragium eſſe paſſum, prodit *Athen.* XIII. p. 611. B. add. *Epiphan.* in Ancorato, cap. 130. p. 340. — *Mileſius* male ſcriptum eſt apud *Plutarch.* de placitis philoſ. I. cap. 7. (ſed correctum a *Bentleio* ad Callimachi fragm. nr. 87. tom. I. p. 458. edit. Erneſti, et recte receptum ὁ Μήλιος a cl. *Beckio* in huius libelli Plutarchei editione,) tum ab *Euſtathio* comm. ad Homeri Od. γ'. pag. 1473. qui tamen ad Dionyſii Perieget. v. 530. recte ſcripſit Διαγόρας ὁ Μήλιος, (vide *Henr. Leonard. Schurzfleiſch.* in program. Dionyſius Longinus περὶ ὕψους ad fidem codicum a Iac. Tollio emiſſorum recenſitus etc. Wittebergae, 1711. 4. p. 20 ſq.) ab Euſebio et Theodoreto a Bentleio notatis. adde *Weſſeling.* ad Diodorum Siculum lib. XI. 3. tom. I. pag. 405. — A crimine atheiſmi Diagoram quoque defenderunt *Ger. Io. Voſſius* lib. I. de idol. gent. cap. I. pag. 2. et *I. Iac. Zimmermann.* epiſt. qua Euemerum Meſſenium et Diagoram Melium ab atheiſmo contra Plutarchum aliosque defendit, in Muſeo hiſt. phil. Bremenſi, vol. I. part. IV. art. 3. adde *I. Franc. Buddei* theſes de atheiſmo, pag. 72 ſq. *Reimmann.* in hiſt. atheiſmi, p. 128.

fatis et erroribus eius.] Alii, Philoſophi maxime veteres, quibus Atheiſmus iure, an iniuria impactus fuit, ſunt Archagoras, Anaximander, Apollophanes, Ariſtagoras Melius, Ariſtoteles, Auerroes, Bion Boryſthenites, Callimachus, Carneades, Cineſias, Clitomachus, Critias, Daphidas, Democritus, Dicaearchus Meſſenius, Diogenes Phryx, Epicurus, Euemerus Tegeates, Gorgias, Hippias Eleus, Hippon Melius, Leucippus, Nicagoras Cyprius, Plinius Hiſtoriae Nat. ſcriptor, Prodicus Chius, Protagoras Abderita, Pyrrho et alii Sceptici; praeterea Soſias, [Euſtath. ad Hom. Od. γ'. p. 138.] Stilpo Megarenſis, Strato Lampſacenus, Theodorus Cyrenaeus, Xenophanes. Fuere etiam, qui Anaxagoram, Ciceronem, Empedoclem, Euripidem, Heraclitum, Panaetium, Pythagoram, Socratem et alios eiusmodi arguerent, hoc nomine, ſed minore longe, vt videtur, ſpecie veriſimilitudinis: [de quibus Io. Chriſtoph. Wolf. Reimmann. Buddeus etc. ſaepius citati, fuſius diſputarunt.] *Lyſippi* Epirotae Catalogus ἀσεβῶν memoratur in Scholiis ad Apollon. pag. 288.

iii) Γεγραφὼς περὶ θεῶν, ἃ μὴ τοῖς ἀρχομένοις εὖ ἔχειν ἔδοξα. Cyrill. VI. in Iulian. pag. 189. *Harl.*

p. 128. 131. 175. et 177. *Tiedemann.* in: Geiſt der ſpekulativ. Philoſophie pag. 354 ſqq. eum omnino facit impietatis iſtius reum. *Harl.*] Eius ſcripta pridem deperdita haec memorantur:

Ἄσματα Lyrica. Heſych. Illuſtris et Suid.

Φρύγιοι λόγοι. *Tatian.* [orat. ad Graec. p. 96. edit. Worth. cuius notam conſules,] qui Heſychio Illuſtri et Suidae ſunt λόγοι ἀποπυργίζοντες. Vide, quae ſupra cap. IX. §. 6. [vol. I. pag. 626. et quae ibi adnotaui.]

Diagorae beneficio εὐνομωτάτους fuiſſe Mantinenſes et optimas leges a *Nicodoro* accepiſſe, docet *Aelianus* II. 22. et 23. Var. [conf. *Bayle* in voc. Diagoras not. *H.*] Lyncei Samii Epiſtola ad Diagoram laudatur ab Athenaeo. Fuit et alius *Diagoras*, Cyprius, Medicus, qui de rebus [illegible] ſcripſit, laudatus Plinio, Dioſcoridi lib. IV. et Erotiano in Π[illegible]. Omitto *Diagoram*, cui Eretrienſes ſtatuam poſuere, de quo *Ariſtoteles* V. 6. de Rep. et Heraclides de Eretrienſium politia; *Diagoram* item Rhodium, victorem Olympicum, de quo praeter Ciceronem, Plutarchum, Pauſaniam Eliac. II. cap. 7. Gelliumque videnda Scholia ad Pindari Olymp. [VII. 31. 148. 150. et *Bayle* Dict. h. v. p. 280 ſq. *Corſini* diſſ. agoniſt. Lipſ. 1752. p. 17. 44. 214. et 222.] *Diagorae* Melii ſectatores memorat *Hieronymus* in Chronico Euſebiano, male, cum in Graeco Euſebii eſſet οἱ περὶ Διαγόραν, quod ex notiſſimo Graeciſmo reddendum erat *Diagoras*. Vide Scaligeri notas pag. 101.

XVII. DIOGENES Nachytennus F. Apolloniates[446]) Cretenſis, Phyſicus, Anaximenis auditor fuit, teſte Laertio, qui initium operis [?] eius adducit VI. 81. et IX. 57. Scripſerat autem libros plures περὶ φύσεως, quorum ſecundum citat *Rufus Epheſius* apud *Galenum* 2. in VI. Epidem. tom. V. p. 473. quod eruditis ad Laertium et Heſychium illuſtrem interpretibus haud obſeruatum. Hic *Diogenes* Sidonio carm. XV. v. 91. audit *iunior Collega Anaxagorae*, vt docet *Lipſius* lib. I. manuduct. Stoic. cap. 8. Sed idem ſine neceſſitate ſollicitat verba Laertii, quae bene ſe habent IX. 59. aerem ex Diogenis ſententia, quam notauit etiam Heſychius illuſtris, eſſe γεννητικὸν τῶν κόσμων. Infinitos enim mundos ſtatuebat ille Diogenes, et aerem compotem rationis diuinae, atque, vt *Minucius Felix* cap. 19. et ante eum Cicero I. de natura Deor. cap. 12. teſtatur, Deum. Vide *Auguſtin.* VIII. 2. de C. D. Sententiam eius de Nili incremento memorat Ariſtoteles lib. de Nilo. [Male viſus eſt Mangey ſibi deprehendiſſe hunc Diogenem apud *Philon.* de mundi immortalit. p. 950. edit. Turnebi, quum de Diogene Babylonio, philoſopho Stoico, ſermo ſit, obſeruante *Roſſio* in Commentt. Laertian. pag. 145 ſq. *Harl.*]

XVIII. DIOGENES (vt *Euſebii* in Chron. et *Epiphanii* tom. I. p. 1088. atque *Clementis* Codices I. Strom. p. 301.) ſiue (vt *Laertii* IX. 58.) DIOMENES Smyrnaeus, Neſſae, ſiue Neſſi Chii diſcipulus fuit, illius, qui audiuit Democritum. Cyrenaicum quoque habitum

446) Stephanus Byz. in Ἀπολλωνία. [*Eudocia* in Violar. p. 127. quae maximam partem ex Diogene Laert. IX. 57. exſcripſit et plures Diogenes enumerauit: *Bayle* Dict. voc. Diogene, vol. II. p. 295 ſq. vbi in not. A. refutat *Menagium* ad Diogen. Laert. IX. 58. afferentem, Diogenem Smyrnaeum et Apolloniatem non fuiſſe diuerſos. Vid. paragraph. ſequentem. *Harl.*

tum a nonnullis, et eadem ſenſiſſe cum Protagora, Epiphanius dicto loco tradidit, neque cauſam video, quare pro eodem ſit habendus cum Diogene, de quo iam dixi, Apolloniate, licet ita ſentire videam viros eruditos, *Meurſium* ad Heſych. pag. 140. et *Menagium* ad Laert. p. 423. Certe Laertius vtrumque diſtinguit et patria et praeceptore, ne de nominis diuerſitate iam dicam. Diſtinguit etiam Clemens Alexandrinus. *Fabric.* Menagium erraſſe, vberius docet *Bayle*, vt in antecedenti nota ad §. XVIII. iam animaduertimus. *Diogenes* enim *Apolloniates* fuit diſcipulus Anaximenis, (*Clem. ap. Alexandr.* Protrept. pag. 42 C.) adeoque philoſophus ionicus. *Diogenes* vero *Smyrnaeus* audiuit Metrodorum, atque Protagoram, atque adeo fuit philoſophus eleaticus. (*Clem. Alex.* Strom. I. pag. 301.) adde *Bruckeri* hiſtor. crit. phil. vol. I. pag. 514 ſqq. vbi praeter ea Diogenis Apollon. diſciplina placitaque exponuntur. *Harl.*

XIX. HIPPIAS, Eleus, Protagorae tempore, qui Democritum audiuerat, clarus, ſed annis iunior fuit, vt referens ipſe inducitur apud Platonem. Diſcipulus *Hegeſidemi* lll) qui finem philoſophiae ſummumque bonum docuit eſſe αὐτάρκειαν, ſiue animum, ſua ſorte contentum, non philoſophiae modo et liberalium artium, ſed popularium quoque et ſellulariarum mmmm) ita peritus, vt nec annulo, nec veſte, nec vlla re vteretur, quam non manu ſua, confeciſſet ipſe vel adparaſſet: quemadmodum poſt Platonem in Hippia maiore pag. 97. minor. pag. 231. et *Ciceronem* III. de Oratore cap. 32. tradit [*Philoſtr.* lib. I. vit. Sophiſt. XI. p. 495. vbi vid. Olear.] *Lucianus* in deſcriptione balnei Hippiae tom. II. p. 356. [cap. 3 ſqq. tom. III. Reitz.] *Quintilianus* XII. vlt. *Apuleius* II. Florid. et *Dio Chryſoſt.* diſſ. LXXI. περὶ φιλοσόφου. Hippiae λόγοι ac ποιήματα ab eodem Dione memorantur; Poemata heroica, Tragoediae et Dithyrambi, a Platone: Ὀλυμπιονικῶν ἔλεγχος nnnn) a Plutarcho in Numa ſub init. [cap. 1. p. 2?7. edit. Reisk. quem vide: ſ. ſecundum edit. Leopold. p. 266.] et a Scholiaſte Theocriti IV. Idyll. λόγος εἰς Λυκοῦργον, a *Plutarch.* in Lycurgo, [?] [cap. 23. p. 215. Oper. tom. I. edit. Reisk. ſiue p. 238. edit. Leopoldi, cuius notam conferes] Τρωικὸς διάλογος a Philoſtrato lib. I. de Sophiſt. p. 5?3. [p. 495 edit. Olear.] vbi memoriam Hippiae ſtupendam celebrat, quam tangit etiam *Aelianus* VI. 10. de animal. Proclum Naucratitam in dictione ſua Ἱππιάζοντα notauit idem *Philoſtratus* p. 6?0. [pag. 604. edit. Olear.] Fuit et *Hippias* tyrannus Athenienſis Piſiſtrati F. [vid. *Herodot.* V. cap. 91. et 94 ſqq. et Valcken. not. pag. 424. edit. Weſſel.] Atheis a quibusdam adcenſitus, cuius nomen vel Gorgiae apud *Aelianum* II. 31. Var. reponendum pro Soſia, (ſed ita etiam *Euſtathius* ad Odyſſ. γ' pag 1 5.) Caſaubonus ſuſpicatur, denique *Hippias* Erythraeus, cuius ἀναγραφαὶ τῆς πατρίδος ἱστοριῶν laudat *Athenaeus* lib. VI. pag. 258.

XX. HIPPON,

lll) Suidas Ἱππίας, Διοπείθους, Ἠλεῖος, σοφιστὴς καὶ φιλόσοφος, μαθητὴς Ἡγησιδήμου, ὃς τέλος ἐδίδασκε τὴν αὐτάρκειαν, non illius, vt puto, Hegeſidemi Cythnii, qui citatur a Plinio et Solino cap. 12.

mmmm) Confer, quae de *Iulio Caeſare Bottiſanga* Ianus Nicius Erythraeus II. 7. Pinacothec. De *Anna Schurmannia* Salmaſius in Schurmanniae opuſculis pag. 323. [*Morhof.* Polyhiſt. litter. lib. I. cap. 1. pag. 2.]

nnnn) De hoc opere confer *Dodwellum* p 19 ſq. praelection. Cambden. *Fabr. Leopold.* ad Plutarchi Theſeum — Numam, p. 266. in V. L. not. i. *Harl.*

XX. HIPPON, Rheginus, cuius Phyſica dogmata ooo) perſtringit liber Philoſophumenon, qui exſtat ſub nomine Origenis p. 279. non diuerſus forte eſt ab Hippone Pythagoreo, quem frequenter laudat Cenſorinus, et ab aliis Metapontinum, ab Ariſtoxeno, (quem ſecutus eſt Iamblichus.) Samium habitum teſtatur cap. 5. Praeter opus *Phyſicum*, quod reſpiciunt Ariſtoteles, Hermias, Nemeſius, Sextus, Origenes, Cenſorinus, Plutarchus et alii, Hipponis dogmata referentes, ſcripſerit etiam librum *περὶ τῶν ἐπεχομένων τόπων φθείρειν τὰ ἐμπίπτοντα de locis, quae dicuntur perdere, quicquid in illa inciderit*, niſi apud *Antigonum Caryſtium* cap. 131 mirabil. pro Hippone legendum Hippys Rheginus, quae Voſſii coniectura eſt p. 378. et 442. de Hiſt. Gr. Atheis accenſitum Hipponem, conſtat ex *Simplicio* in I. de anima comment. 32 et *Alexandro Aphrodiſ.* ad I. Metaphyſ. 3. Ariſtot. tum ex *Clementis Alex.* protreptico pag. 15. [vbi tamen illum numero atheorum eximit.] et 36. *Aeliano* II. 31. Var. *Arnobio* lib. IV. pag. 147. et *Euſtathio* ad Odyſſ. γ΄. p. 135. etc. Hinc eidem Clementi et Arnobio Melius dicitur, non a patria, ſed quod idem cum Diagora Melio Atheo ſentiret. Alius fuit *Hippo*, Cratiſtotelis F. cuius ψήφισμα pro Zenone Citieo affert Laertius VII. 11.

XXI. LEVCIPPVS ppp), incerta patria, Zenonis Eleatae atque, vt *Tzetzes* II. Chil. v. 980. teſtatur, Meliſſi diſcipulus, et praeceptor Democriti qqq), ſcripſit Opus *Phyſicum*, ex quo dogmata

ooo) Aquam et ignem putauit eſſe rerum principia, vt teſtantur *Origenes*, [Philoſoph. cap. XVI. vbi vid. Wolf. p. 104.] *Sextus* [Pyrrhon. hyp II. cap. 4. ſect. 30. vbi vid. Fabric. p. 135.] etc. ſiue aquam accedente calore ad generandum idoneam, ὕδωρ γεννητικόν, vt eſt apud *Hermiam* [p. 215. poſt Tatianum, vbi vid. Worth.] innuitque *Simplicius* in I. Phyſic pag. 4. non terram, quod ei tribuitur in Scholiis Graecis ad Heſiodi Theogoniam v. 116. p. 237. et in Obſeruatt. Halenſ. tom. II. p. 433 ſq. e *Gaſſendi* tom. I. Opp. pag. 236. [at Scholiaſten cum Gaſſendo et auctore Obſſ. Hal. erraſſe, monet Fabricius ad locum Sexti citatum.] Ceterum εὐτέλειαν διανοίας in Hippone [male] arguit *Ariſtoteles* lib. I. cap. 3. Metaphyſ. adeoque poſt Thaletem ſummum virum ne memorandum quidem exiſtimat, quod nihil ſingularis, aut eximii prodidiſſet. Sane terram, quantum Ariſtoteli innotuerat, non fuiſſe neque ab Hippone, neque ab vllo alio Philoſopho celebri venditatam pro rerum omnium principio, diſerte docet lib. I. Metaphyſ. cap. 7. *Fabric.* Plura vide in *Bruckeri* hiſtor. crit. philoſ. vol. I. p. 1103 ſq. adde *Iul. Caeſ. Bulengeri* Eclogarum ad Arnobium, (Toloſae 1612. 8.) cap. 2. de anima, ſecundum placita vett. philoſophorum, pag. 76 ſq. De atheiſmo Hipponis vid. *Cleric.* biblioth. ſel. tom. II. pag. 50. *Gundling.* in Gundlingianis part. XXII. p. 29. 157. *Buddeum* in theſ. de atheiſmo I. §. 20. p. 79. *Reimmann.* hiſt. atheiſmi p. 147. 177. Crates ἐν Πανόπταις irriſit eum propter ſententiam de igne, principio. vid. Schol. ad Ariſtoph. Nub. v. 96. *Harl.*

ppp) Alius *Leucippus*, de quo *Libanius* lib. I. epiſt. 36. Alius *Leucippus*, (aliis *Alcippus*,) Ereſius, praeceptor Theophraſti. *Harl.*

qqq) Leucippum fuiſſe Zenonis auditorem, tradunt quidem *Diogenes Laert.* IX. cap. 6. (vbi de Leucippo agit,) ſegm. 30. (vbi Menagius de eius patria quaedam adtulit,) atque Pſeudo-*Origenes* in Philoſophum. cap. 12. (vbi pauca dabit Wolfius pag. 89.) at enim ob temporum rationes, et quod ſcholae eleaticae diſciplinae plane oppoſita docuit placita, id parum veriſimile videtur. Nam Zenone vix luſtrum iunior fuit. Hoc vero certius eſt, eum [illegible] doctrinae de atomis, [illegible] *Straboni* XVI p. 757. et *Sexto Empir.* adv. Mathem. IX. [illegible] archaeolog. philoſ. lib. I. cap. 6. pag. 314. [illegible] 1694. *Bayle* Dict. voc. *Leucippe*, vol. III. p. 99 ſqq. *Cudworth.* in ſyſt. intell. cap. I. §. 6. tom. I. pag. 12. edit. Leidenſ. *Brucker.* (qui eum inter ſectae eleaticae alumnos refert,) hiſtor. crit. philoſ. tom. I. p. 1171 ſqq. *Meiners.* hiſt. doctrinae de deo p. 141 ſq.

dogmata eius repetunt Laertius IX. 30 ſq. Ariſtoteles, Cicero, Plutarchus etc. Librum περὶ νῦ, ex quo [?] nonnulla profert *Stobaeus* Eclog. Phyſ. cap. VIII. p. 10. Theophraſtus licet Leucippo etiam tribuit Democriti μέγαν διάκοσμον, vt notaui ſupra e *Laertio* IX. 46. [In libro, qui Ariſtoteli vulgo tribuitur, de Xenophane, Zenone, Gorgia, cap. 4. commemoratur Leucippi liber. Λόγοι inſcriptus.] Quod vero apud *Laertium* X. 13. legas: ἀλλ' οὐδὲ Λεύκιππόν τινα γεγενῆσθαί φησι φιλόσοφον οὔτ' αὐτὸς (ὁ Ἐπίκουρος) οὔθ' Ἕρμαρχος, non ita accipiendum eſt, quaſi Epicurus et Hermachus negaſſent, vllum vnquam in rerum natura Leucippum extitiſſe: ſed ne verbulo quidem eius meminiſſe in ſuis ſcriptis, quaſi nunquam ille extitiſſet, ita ſibi omnia adſcribebat Epicurus, quum certum ſit, ipſum plurima ſuae philoſophiae capita Democrito, vt Democritum Leucippo, debuiſſe. Impugnat Leucippum *Lactantius* lib. de ira Dei cap. 10. [coll. *Bayle* Dict. voc. Leucippe, not. D.]

XXII. a. MELISSVS, Ithagenis F. Samiorum praetor, de quo *Plutarchus* in Pericle p. 166. et contra Colotem p. 1126. Parmenidis auditor, praeceptor Zenonis Eleatae et aequalis Heracliti, impugnatur a Platone in Theaeteto, Ariſtotele in Sophiſticis Elenchis et alibi rrr). Scripſerat *de Ente et Natura* librum, vt conſtat e *Simplicio* in III. de coelo, meminitque *Galenus* tom. V. edit. Baſil. p. 1. et ex Alexandro Aphrodiſieo notat Beſſarion, qui praeter *Laertium* IX. 24. de Meliſſi dogmatibus videndus eſt lib. II. contra calumniatorem Platonis 11. Plura dat *Simplicius* ad Ariſtotelem. [*Simplicius* non ſolum fol. 15 b. memorat Meliſſi lib. περὶ φύσεως, ἢ περὶ τοῦ ὄντος, ſed fol. 22. b. quoque libr. περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς. Atqui cl. *Buhle* in comment. de ortu et progreſſu Pantheiſmi p. 14. animaduertit, primam fragmenti ariſtotelici de Xenophane, Zenone et Gorgia partem vsque ad cap. III. non de Xenophanis, ſed de *Meliſſi* placitis agere: quod pateat non modo ex conſenſu placitorum, quae Ariſtoteles alibi Meliſſo aſſignauit (auſcult. phyſic. l. 4. tom. I. p. 440. A. Metaph. l. 5. tom. IV. pag. 270. C.) ſed etiam ex eo, quod fragmentum ex Meliſſi libro de natura, a Simplicio fol. 22. b. exſcriptum, prorſus eadem contineat, quae ab Ariſtotele, ſeu alio, quisquis tandem auctor fuerit, paullo breuius dicta ſunt: id igitur eſt fragmentum praeclarum libri Ariſtotelis aduerſus Meliſſum, a Diogene citati, et adhuc in deperditis habiti. *Harl.*] Meminit etiam Meliſſi *Hippocrates* lib. de natura humana tom. I. p. 264. eius dictum probans, quo ſophiſtae σφᾶς αὐτοὺς καταβάλλειν ἐν τοῖς ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτέων ὑπὸ ἀσυνεσίης. Ariſtotelis librum πρὸς τὰ Μελίσσου memorat *Laertius* V. 25. Fragmentum Meliſſi ſeruauit Ariſtocles apud *Euſebium* XIV. Praeparat. p. 757. Idem, ni fallor eſt, *Meliſſus*, quem laudat *Palaephatus* prooemio περὶ ἀπίστων, et Suidas in [illegible], non aliena enim ab antiquo illo

p. 341 ſq. *Tiedemanni* Geiſt der ſpekulativ. Philoſophie cap. IX. p. 223 ſqq. Pantheiſmi defenſoribus adgregari nequit. *Harl.*

rrr) Floruit igitur circa Olymp. LXXXIV. Apollodoro teſte apud *Diogenem Laert.* IX. 24. (vbi noſtri is placita exponit, et conferendus eſt Menagius.) Superſtes fuit Olymp. LXXXV. quod certum eſſe e rebus ab eo geſtis in bello Samiorum cum Pericle, ſcribit *Dodwell.* in Exercitat. II. de aetate Pythagorae p. 220. Idem eleaticae ſectae philoſophus habetur. conf. *Sextus Empir.* Pyrrhon. hypot. lib. III. cap. 8. ſect. 65. ibique Fabricii not. p. 145 ſq. adu. mathem. X. cap. 2. ſect. 46. *Cicer.* Acad. IV. 37. ibique Dauiſ. qui plura veterum loca, in his *Epiphanii* tom. I. p. 1087. diuerſa narrantis, congeſſit, *Brucker.* hiſt. crit. philoſ. vol. I. p. 1166 ſq. *Meinerſ.* hiſt. doctr. apud Graecos tom. I. pag. 716 ſq. *Tiedemanni* Geiſt der ſpekulativen Philoſophie pag. 377 ſqq. *Harl.*

illo phyſico ſcriptore ſententia vtroque loco legitur, licet Meliſſum, neſcio quem, Euboicum notari putet praeſtantiſſimus Voſſius et ad Palaephatum Cornelius Tollius. *Fulgentius* quidem, parum accuratus ſcriptor II. 10. Mytholog. Euboicum vocat Meliſſum phyſiologum, *qui omnium Phyſiologorum ſententias*, (de animantibus puta, non de poetarum fabulis.) *diſpexerit.* Quae vero de cygno ibi profert, petita ſunt e Meliſſi *libro de animantibus*, quem laudat Albertus Magnus, et a Plinio in Hiſtoria Nat. reſpici putat Ioh. Harduinus. Fuit et *Meliſſus* grammaticus, Maecenatis libertus, de quo vid. docti ad Sueton. cap. 21. de Grammaticis, *Harduinus* ad Plinii XXVIII. ſect. 17. et *Nic. Heinſius* ad Ouid. IV. 16. ex Ponto. Alius *Meliſſus* alienus, cuius meminit *Plutarchus* pag. 582 de genio Socratis. In Libanii lib. epiſt. let. IX. (p. 737. edit. Wolfii,) pro Meliſſo legendum Melito: „Socrates Anyto, non Melito [edit. *Meliſſo*,] non denique maledicentiae Ariſtophani iratus eſt.“ [Atque ipſe *Libanius* epiſt. 2. p. 141. iniquum illum Socratis accuſatorem recte appellauit Melitum.]

XXII b. METRODORVS, Chius, Democriti diſcipulus, ex cuius libro περὶ φύσεως exordium profert Ariſtocles apud *Euſebium* XIV. Praepar. pag. 765. Neſſae Chii diſcipulum fuiſſe eum, leges apud eumdem pag. 758. *Fabric.* — Fuit Scepticus. Initium libri, qui eſt de natura, *Cicero* Academ. II. (al. IV.) 23. ita verſum dedit: „Nego ſcire nos, ſciamusne aliquid, an nihil ſciamus: ne id ipſum quidem neſcire, aut ſcire: nec omnino, ſitne aliquid, an nihil ſit.“ Cum Democrito, quantum ex paucis fragmentis coniicere licet, de primis principiis, atomis etc. conſpirat. — *Paene alter Epicurus* nominatur Metrodorus Epicureus, Athenienſis, (etiam Lampſacenus dictus, vid. infra lib. III. cap. 33. *Ionſius* de ſcript. hiſt. phil. I. 20. 3. p. 126 ſq. et *Menag.* ad Laert. X. 22. a Chio diuerſus; ſed a Pſeudo-Plutarcho de placit. philoſ. Metrodori opiniones interdum ita memorantur, vt neſcias, num Chium, an Epicureum habuerint auctorem aut patronum. vid. cl. *Meiners.* hiſt. doctrin. apud Graecos etc. tom. I. p. 747 ſqq.) a *Cicerone* de Fin. B. et M. II. 28. Alius quoque *Metrodorus*, Scepſius, *Cicer.* Orat. II. 88. de quo vide *Plin.* VII. H. N. cap. et ſect. 24. et ad eum *Harduin.* Emendat. 80. atque in indice auctorum, a Plinio memoratorum, h. v. de eius aetate. — De Metrodoro et Chio, et Athenienſi, pictore eodemque philoſopho, et Stratonicenſi plura dabit *Bayle* Dict. voc. *Metrodore* vbi pag. 385. (B.) contra Harduinum diſputat. Plures enim fuerunt *Metrodori.* vid. *Ionſium* lib. I. cap. 20. 4. pag. 129 ſq. edit. Dorn.; vbi praeter Athenienſem, adhuc decem Metrodoros recenſet philoſophos. adde Menag. ad *Diogen. Laert.* X. 24. et indicem ad hanc bibliothecam gr. De iis, qui medici habebantur, vid. lib. VI. c. 4. vol. XIII. p. 337. Fuit quoque *Metrodorus* poeta, (vid. lib. III. cap. 28. p. 721. vol. II ſuperioris edit.) *Metrodorus*, grammaticus, (vid. lib. VI. cap. 7. 5. vol. XII. p. 503.) De *Metrodoro Lampſaceno*, Anaxagorae amico, qui in libro de Homero ad allegoriam omnia retulit, vid. *Laert.* II. ſect. 11. ibique Menag. et ſupra in Commentar. de Homero vel in Homerum deperditis, vol. I. p. 517. nec non *Heinium* de doctrina et ſcriptis Anaxagorae, ex verſione Hiſſmanni germanica in: Magazin für die Philoſophie tom. V. p. 283 ſq. *Harl.*

XXIII. MYSON, Chenenſis, Lacedaemonius, laudatus Anacharſidi et Hipponacti: ac ſeptem ſapientibus a *Platone* in Protagora sss) et deinde ab aliis adnumeratus, de quo *Laertius* eiusque

sss) Pag. 153. tom. II. edit. Bipont. vid. infra, ad Periandrum §. 25. *Harl.*

eiusque interpretes lib. I. ſect. 106. *Valeſius* ad excerpta Peireſc. pag. 41. et *Holſtenius* ad Stephanum Byz. in Χὴν, et Ἤτεια. [R]

XXIV. NESSAS ſiue NESSVS, Chius, Democriti diſcipulus, cuius meminit Euſebius in Chron. et XIV. Praeparat. pag. 758. et Laertius IX. 58. Fuit hic Neſſus praeceptor *Metrodori Chii*, teſte eodem Euſebio: [de quo paullo ante egimus.]

XXV. PERIANDER, *Corinthius*, cum per quadraginta annos tyrannidem tenuiſſet, obiit quadrageſimo anno ante victum a Cyro Croeſum, hoc eſt Olymp. XLVIII. 4. ttt) Huius, an alterius *Ambraciotae* Periandri, (ſunt enim, qui hunc, non Corinthium tyrannum, aiunt ſeptem accenſendum ſapientibus.) fuerunt ὑποθῆκαι εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον verſus heroici praeter bis mille, quarum meminit *Laertius* I. 79. et Suidas. Bina ſub Periandri nomine *Epiſtolas* idem Laertius [I. 99. et 100. vbi vide interpret.] ſeruauit, vnum *ad Sapientes*, Delphis congregatos, et alterum *ad Procleum*, Epidauriorum Tyrannum, cuius filiam Meliſſam in matrimonio Periander habuit: itemque Epiſtolam *Thraſybuli ad Periandrum* de conſilio, quod Periandro dediſſe tradit *Herodotus* V. 92. [vbi vid. Weſſeling. et Valcken. pag. 422 ſq.] Periandro quodam vſus ſe teſtatur *Plinius* libro V. Ob tyrannidem a multis expunctus eſt *Periander* e numero ſeptem ſapientum. Vide *Clementem* I. Strom. pag. 299. et *Lucian.* II. Verae Hiſt. tom. I. p. 674. [tom. II. p. 114. cap. 17. edit. Reitz. ibique not. M. du Soul.] vbi a campis quoque Elyſiis eum ſolum exulare ſapientum fingit. Fuit et *Periander* Medicus quidam, non malus, ſed peſſimus poeta, de quo *Apoſtolius* III. 16. Prouerb. [*Plutarch.* in Lacon. apophthegm. vol. VI. Opp. pag. 819. Reisk.]

XXVI. PHERECYDES Syrii, ex Syro Inſula, duo quibusdam fuiſſe videntur, vnus Aſtrologus, cuius fuerit Heliotropium uuu), de quo ſupra cap. VIII. nr. 3 praeceptor Thaletis a Tzetza dictus: et alter Theologus, praeceptor Pythagorae vvv). Ita e veteribus diſerte *Andron Epheſius* apud *Laertium* lib. I. ſect. 119. in quam ſententiam multa et inter ſe pugnantia diſputantur a *Salmaſio* ad Solin. p. 841 ſq. edit. Pariſ. [p. 592 ſqq. edit. Vltraiect.]

ttt) Conf. *Corſini* Faſt. attic. tom. III. p. 48. 61. 85. *Heraclidem* de politiis Graecor. in Gronouii theſ. antiqq. vol. V. p. 2926. edit. Ven. *Meurſium* de archontib. Athen. lib. I. cap. X. vol. IV. theſ. antiqq. graecar. Gronou. pag. 1168 ſq. edit. Venet. eumdem in lection. Attic. III. cap. 21. p. 1128. vol. V. antiqq. gr. Gron. *Vbbon. Emmii* deſcript. reipubl. Corinthiorum, in IV. vol. Theſ. antiqq. p. 527 ſq. *Eraſmi Vindingii* Hellen. p. 166 ſqq. vol. XI. eiusdem theſauri, et p. 365. de Periandro Ambraciotarum tyranno. *Bayle* Dict. voc. *Periander*, vol. III. p. 662 ſq. *Brucker.* hiſt. crit. philoſ. vol. I. p. 450 ſqq. In *Macarii* Ῥοδων. ſeptem ſapientum nomen, patria et dicta verſibus concluſa ſunt, (in Villoiſon. Anecd. gr. vol. II. pag. 78.) in his Periander numeratur ſapiens:

Ὃς καὶ Κόρινθον ἔναιε, πόλιν κρατίαν Περίανδρος.

Hic igitur omiſit *Myſona*, cui ſextum inter ſeptem Graeciae ſapientes locum tribuit *Plato* in Protagora p. 283. (p. 153. tom. II. Bipont.) et in illius locum cum aliis ſubſtituit Periandrum. conf. *Io. Franc. Buddei* diſſ. Ethica Periandri Corinthii, Halae Magd. 1699. 4. (vbi is effata Periandri recenſet atque illuſtrat, et ab initio de Myſone breviter agit,) et *Larraeum* in hiſtor. VII. graec. ſapient. gallice edita, 1713. part. I. *Harl.*

uuu) Vid. cl. *Sturz.* p. 35 ſq. qui contra Fabricium diſputat. *Harl.*

vvv) Vid. *Brucker.* hiſt. crit. philoſ. tom. I. p. 985. et 1000. qui duo Pherecydes comminiſci haud neceſſarium cenſet. *Harl.*

De Pherecyde, Pythagorae magiſtro, (qui ab altero forte haud diuerſus fuit. licet ante Thaletem, atque adeo ante Olymp. LVIII. defunctus.) conſulere iuuat Spicilegium Antiquitatis *Laur. Begeri*, viri praeſtantiſſimi, nec ſine inſigni elegantiorum literarum iactura anno 1705. extincti, p. 156 ſq. et, qui imaginem Pherecydis itidem conſpiciendam offert, *Iac. Gronouium* Theſauro antiq. gr. tomo 2. tab. XXXVII. *Fabric.*

E P I M E T R O N.

Multi viri docti diligenter, nec vero pari via parique fortuna verſati ſunt in illuſtranda hiſtoria Pherecydis, admodum obſcura. Nobis quidem praecipue otium fecit cl. *Sturz.* Sed antea iuuat quosdam libros, in quibus de illo agitur ſollertius, excitare. Praeter *Diogen. Laert.* I. 116 ſqq. eiusque interpretes, *Cudworth.* in ſyſtem. intellect. I. p. 35. 260. 565. 794. not. Moshem. tum *Gerh. Io. Voſſium* de hiſtoric. gr. I. 1. pag. 8 ſq. praeſertim IV. 4. p. 443 ſqq. *Bruckerum* in hiſtor. crit. philoſ. I. p. 982 ſqq. Agatopiſtum Cromazianum (h. e. *Buonafede*) in hiſtoria philoſ. italice ſcripta, tom. II. cap. 22 pag. 98 ſqq. edit. Venet. Stanleium aliosque ſcriptores hiſtoriae philoſophiae, conferri poſſunt

Herm. von der Hardt (qui ſuum ſenſum ſequitur,) *diſſ. de* Pherecyde *et Herodoto, Diodoro Siculo et Apollodoro, hiſtoricis vetuſtis, eorumque ſymbolico ſcribendi charactere*, in eius Aenigmatis priſci orbis, Helmſtadii, 1723. fol.

Heinius in diſſ. ſur Pherecyde, Philoſophe de Syre, in Memoir. de l'academie royale des Sciences et B. L. de Berlin. 1749. 4. pag. 303—340.

Iſaac. de Beauſobre in Hiſt. des Manichéens, part. II. libr. I. cap. 7. qui §. 4. putat Pherecydem ſua ſumſiſſe a Phoenicibus eaque vicina fuiſſe Manichaeis; immo vero illum arcanos Chami libros, apud Phoenices ſancte cuſtoditos, nactum, ſuam inde efformaſſe theologiam: quae quidem lubrica vanaque opinio ſatis refutata eſt a Bruckero l. mem. pag. 983 ſq. qui p. 984. *Ioſephi* contra Apion. I. p. 1034. Aurel. Allobr. 1611. ſententiam amplexus cenſet, Pherecydem in Aegypto ſuam didiciſſe philoſophiam, et accedit *Tiedemann.* p. 156 ſqq.

M. Io. Gothofr. Wagneri Specimen obſeruationum hiſtorico-litterariarum, de orationis graecae et latinae ſolutae antiquitate, itemque. qui primi omnium eius habentur auctores, Cadmo Mileſio, *Pherecyde Syro*, Hecataeo Mileſio, Appio Claudio caeco. Ienae, 1740. 4. cap. I. §. 6. et cap. III. qui eius aetatem confert ad A. M. 4300. fin. vsque ad dimidium et quod excurrit 4400.

De la Nauze de aetate Pythagorae, in Mem. de Littérature — de l'acad. R. des I. et B. L. tom. XIV. germ. verſ. in *Hiſsmanni* Magazin für die Philoſophie, tom. II. p. 90 ſqq. et *Freret* de eodem argumento, ibid. pag. 142 ſqq. verſ. german.

Diet. Tiedemann Griechenlands erſte Philoſophen, Lipſiae, 1780. 8. pag. 153 — 186. Inprimis laudari debet liber:

Pherecydis fragmenta, e variis ſcriptoribus collegit, emendauit, illuſtrauit. Commentationem (quae eſt velut vberior explicatio Suidae in voc. Φερεκύδης.) *de Pherecyde vtroque et philoſopho et hiſtorico praemiſit, denique fragmenta Acuſilai et indices adiecit Frider. Guil. Sturz.* Gerae, 1789. mai. 8.

Iure

Iure laudant diligentiam atque eruditionem in hoc libro conſpicuam: quaedam tamen aliter explicant aut hinc inde diſſentiunt ab doctiſſ. auctore, cenſores in ephem. litterar. Gotting. 1790. plag. 2. pag. 20 ſqq. et in Allgem. Litteratur-Zeitung. 1790. nr. 122. menſ. Maio. nec non in Annal. litterar. Helmſtad. 1790. menſ. Nou. pag. 424 ſqq. Vixit Pherecydes ab Olymp. XXXXV. vsque ad LIX. aut LX. quo ann. aetatis LX. agens periiſſe dicitur. (vid. *Tiedemann.* pag. 166.) *Dodwell.* in exercit. II. de aetate Pythagorae pag. 1.0 ſqq. diligenter verſatus eſt in aetate Pherecydis definienda, contra Bentleii rationes dimicans. *Bentleium*, qui adfirmat, Olymp. LIX. fatis conceſſiſſe Pherecydem, idemque obſeruat e *Luciani* Macrobiis, (cap. 22. vbi vero vide I. H. Maium et Moyſ. du Soul,) illum annum, quo mortuus eſt, egiſſe LXXXV. hos vero annos, ab anno Olymp. LIX. 1. retrorſum ſupputatos, ad annum pertingere Olymp. XXXVII. 4. Bentleium igitur, putat *Dodwell.* confudiſſe hiſtoricum Pherecydem Lerium, cum Pherecyde, Syrio, Pythagorae magiſtro, et vtriusque aetatem ampliſſimis verbis deſignare ſtudet. Pherecydi, Pythagorae magiſtro, cum Suida natalem adſerit Olymp. XLV. De poſteriore Pherecyde, Lerio vel Athenienſi, hiſtorico, loqui Lucianum arbitratur, illumque, coniicit, natum Olymp. LXXIV. 4. et ſic annum aetatis LXXXV. abſolniſſe Olymp. XCV. 1. qui fuerit ei proinde fatalis. Comparat poſtea Laertii aliorumque narrationes et hiſtoriam illius aeui. *Simſon.* in Chronico p. 584. de noſtro agit, eiusque diem natalem incidere ait in Olymp. XLV. A. M. 3476. ante C. N. 597. V. C. 155. adde eumdem ad A. M. 3461. pag. 646 ſq. de aetate Pherecydis aliisque, quae vere falſoque de illo narrari ſolent. *Corſinus* in Faſt. attic. III. p. 113. et 115. *Laertium* I. 121. ſequutus ſcribit, Pherecydem, Pythagorae praeceptorem, floruiſſe Olymp. LIX. et conſpirare cum *Ciceronem* Tuſcul. (I. 16. vbi conſules Dauiſ.) qui, Pherecydes, ait, *fuit meo regnante gentili*, n. Seruio Tullio, qui Olymp. LXI. 4. ex viuis exceſſit, tum Euſebium, qui Pherecydem Olymp. LX. 2. floruiſſe prodidit. Adde *Vallarſ.* ad Hieronymi Chronic. Olymp. LIX. 4. quo anno poſitum eſt Pherecydis nomen, et *Schurzfleiſch.* in Notitia biblioth. principal. Vinarienſ. Ienae, 1715. 4. p. 257. Brucker. cum Dodwello facit. *Sturz*, (vt infra de Pherecyde hiſtorico adnotabimus.) collato Luciani loco, p. 68. parum diſcedit a ſententia et rationibus Dodwelli. *Nauze*, argumentis Dodwelli aliisque vſus, ita tamen, vt ab Dodwello recederet, confert ad Olymp. XXXV. (in verſione Hiſſmanni german. p. 95. annus natalis 665. ſignatur:) *Freret* (p. 142 ſqq. verſ. Hiſſmann. multus eſt de aetate Pherecydis,) diſtinguit aſtrologum Pherecydem ab theologo, contra Nauze negat, Pherecydem, Pythagorae praeceptorem, iam vixiſſe Olymp. XXXV. poſt Dodwellum late perſequitur, quae Pherecydes de excidio Magneſiorum (apud Diogenem Laert. et Euſebium, praep. euang. lib. X.) aliaque vaticinatus dicitur: ea ad Pherecydem Aſtrologum pertinere putat: praeceptorem igitur Pythagorae florere non potuiſſe intra XX. et XXX. Olymp. Sed Freret illas ipſas de vaticiniis hiſtoriolas, ad aniles fabulas refert: (adde cl. *Tiedemannum* p. 158 ſqq.) quare ex illis Eratoſthenes et Strabo, qui vnum tantum agnoſcunt Pherecydem, refutari non poſſunt. (conf. Tiedemann. p. 170 ſqq.) Freret contra Nauze diſputat, num Pherecydes magiſter Pythagorae ac Thaletis eſſe potuerit et alias examinat quaeſtiones comparatque Suidam, qui natalem Pherec. ponit in Olymp. XLV. A. C. 600. conf. *Heyne* ad Apollodor. p. 932 ſqq. et *Meiners.* hiſt. doctr. apud Graecos etc. tom. I. p. 342 ſqq. et 354 ſqq. et de mortis genere, quod alii aliter narrant, vid. *Tiedemann.* p. 162 ſqq. *Tyrium Max.* diſſ. XIII. pag. 144. edit. II. Dauiſ. huiusque notam. *Sturz.* pag. 15 ſqq. Fuerunt etiam, qui noſtrum Sapientibus Graeciae adnumerarent. vid. *Clement. Alexand.*

Strom.

Strom. lib. I. pag. 299. D. — De eius doctrina vid. *Scipion. Aquilian.* de placit. philoſophor. pag. 105. cum nota *Bruckeri*, et hunc in hiſtor. crit. phil. l. c. *Tiedemannum*, (pag. 172 ſqq.) *Heinium* l. c. *Sturz.* §. 8. et 9. p. 42 ſqq. Heinius, quando ſuſpicatur, Pherecydem ex ipſis Moſis libris, per mercatores Phoenicios in inſulam Syrum delatis, hauſiſſe, leuiter errat. In eodem tamen errore iam verſatus eſt *Guil. Irhouius* de Palingeneſia veterum ſeu metempſychoſi, ſic dicta pythagorica, libri III. Amſtel. 1733. 4. cap. II. pag. 224 ſq. qui per Phoenicum ἀπόκρυφα βιβλία apud Suidam atque Heſychium illuſtrem intelligit libros veteris teſtamenti; quoniam per Phoenices nonnunquam innuantur Hebraei; tum quia Iſidorus apud Clementem Alex. auctor ſit, Pherecydem ſua didiciſſe ex prophetia Chami; denique quoniam ea, quae hic et illic a Pherecyde obſcure atque allegorice dicta ſcriptaque offendamus, non penitus abhorrere ab hiſtoria moſaica videantur. At tam preſſe, quam acute refutatus eſt a *Gottlieb. Wernsdorfio*, (poſtea Profeſſore Danticano,) in diſp. de Metempſychoſi veterum, non figurate, ſed proprie intelligenda, Wittebergae, 1741. 4. §. 17. pag. 34 ſqq. Atqui prophetia Chami non fert aetatem tantam, quae ad tempora philoſophi illius accederet, ſed conficta eſt recentioribus temporibus a Iudaeo quodam helleniſta aut chriſtiano haeretico. vid. *Fabricii* codic. pſeudepigraphum V. T. tom. I. pag. 291 ſqq. et, quem citat quoque Wernsdorfius, *Io. Franc. Buddeum* in hiſtor. eccleſ. V. T. tom. I. pag. 201. — *Cicero* Tuſcul. diſput. I. 16. (vbi vid. Dauiſ.) *quod, ait, litteris exſtet, Pherecydes Syrius primum dixit, animos eſſe hominum ſempiternos.* *Lactantius*, inſtitut. lib. VII. 7. 12. (vbi vid. Bunem.) tantum, *immortales*, inquit, *eſſe animas* Pherecydes *et Plato diſputauerunt.* Nolo equidem hic inquirere, num Pherecydes primus docuerit doctrinam de animi perennitate; vtque diu ante illum in myſteriis et *ἱεροῖς λόγοις* illam fuiſſe notam concedo: neque hic vacat, inueſtigare, vnde a vero dei cultu alieni illam acceperint, qua de re plures, vt *Ioach. Oporin.* in hiſtoria critica doctrinae de immortalitate mortalium, Hamburgi, 1735. 8. et de Pherecyde noſtro p. 6. 9. et alibi. *A. W. Franz.* in: Kritiſche Geſchichte der Lehre von der Unſterblichkeit der Seelen etc. Lubec. 1747. 8. aliique in (*Nic. Aug. Herrich.*) Sylloge ſcriptorum de ſpiritibus puris et animabus humanis etc. Ratiſbonae, 1790. excitati egerunt, et ego in Opuſculis pag. 139 ſqq. meam dixi ſententiam: ſed, num ex eo, quod ante Pherecydem illa doctrina fuerit cognita, ſit in loco Ciceronis metempſychoſis loco perennitatis ſubſtituenda, vt cenſuit cl. *Meiners.* in hiſtoria doctrinarum apud Graecos etc. tom. I. p. 151. not. aut cum cl. *Sturz.* l. c. p. 14. dogma de metempſychoſi, (cuius ignarum fuiſſe Pherecydem, oſtendere ſtuduit Irhovius, aliis negantibus,) intelligendum ſit, equidem dubito. Nam Cicero nouerat myſteria eaque memorarat: ſed ex eo, quod ſcripſit, *quod litteris exſtet*, is ſenſus loci exiſtit: Pherecydem primum fuiſſe, qui doctrinam illam de animi immortalitate litteris mandaret. *Freret* p. 140. verſ. Hiſſmann. ita interpretatur, Pherecydem fuiſſe primum, qui illam opinionem inter placita philoſophiae reciperet, et Ciceronem illam antiquiſſimam ſcripto conſignatam adducere. De transmigratione animorum plura iam adtuli ad Pythagoram, vol. I p. 772. 774 ſqq. Pherecydes, quamquam homo fuit ſagax et doctus, tamen, quae quidem plurimum antiquiſſimorum philoſophorum erat conſuetudo, ad maiorem famam atque auctoritatem, praecipue apud rudes imperitosque, conſequendam, haud raro parum aberat ab arceſſiti numinis et vanitatis culpa. Sic iactitabat viſum cum diis et alia, quae ex Diogene Laertio et aliis ſcriptoribus collegerunt *Heumann* p. 313. etc. atque *Sturz.* pag. 37 ſqq. *Harl.*

Scriptum

Scriptum huius Pherecydis, quem nullo praeceptore vſum, ſed Phoenicum arcana ſcripta euoluiſſe Suidas [temerarie putat, et] refert, fuit:

Περὶ Φύσεως καὶ Θεῶν www), quo de argumento primus Graecis eum ſcripſiſſe ait *Theopompus* apud *Laertium* lib. I. ſect. 127. [conſ. *Menag.* ad Diogen. Laert. lib. I. ſect. 116. conciliantem cum hac narratione aliam apud Laertium alioſque, Thaletem primum ſcripſiſſe de illo argumento, ad ſe cl. *Sturz.* p. 44. etc.] Initium eiusdem libri, (non Genealogici operis a Pherecyde Athenienſi ſcripti, vt [*] Salmaſius ſuſpicabatur.) adfert idem ſect. 119. vnde proſa eum ſcripſiſſe conſtat, quod etiam diſerte teſtantur [*Strabo* X. p. 487. *Plin.* VII. 56. *Suidas* in Φερεκύδης.] Apuleius et alii xxx), licet ποιητὴν vocet *Maximus Tyrius* diſſ. 29. [diſſ. X. pag. 107. edit. H. Dauiſ. cuius notam conferes p. 532. et Marklandi not. p. 679.] qua de re dixi lib. I. cap. 1. [n. quamquam non vſus eſt metrica oratione, a poetica tamen dicendi ratione non diſceſſit.]

Epiſtola ſub Pherecydis nomine ad Thaletem legitur apud *Laertium* lib. I. ſect. 122. qua morti vicinus ſcripta ſua de Theologia ipſi committit, ſi videatur, euulganda. [Sed tota epiſtola ſpirat fraudem, eamque eſſe fictam, docet *Salmaſius* Exerc. Plin. p. 842 ſqq. adde *Sturz.* pag. 28.]

Fabulae, a Pherecyde ſcriptae, memorantur Abulpharaio p. 53. *Pharachudis auctor fabularum, praeceptor Pythagorae.* Fortaſſis quoniam Theogoniam refertam commentis poetarum ad Pherecydem Syrium retulit, vt facit etiam Suidas.

Fuit et *Pherecydes* alter non multo iunior Athenienſis, auctor Theogoniae yyy), in decem libros tributae, qui Hiſtoricus [apud *Euſeb.* in Chron. Olymp. LXXXI. 1. pag. 169. ad quem annum is retulit hiſtoricum.] et γενεαλόγος [*Dion. ſ. Halic.* Antiqq. I. 13. aliique] dicitur veteribus. Collegiſſe etiam Orphei ſcripta, et ſcripſiſſe αὐτόχθονας ſiue περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας libros decem et Παραινέσεις carmine heroico. Ab hoc Pherecyde Athenienſi diuerſum tertium *Pherecydem Lerium* agnoſcit Suidas, qui ſcripſerit tum alia, tum περὶ

www) Θεολογίαν et opus obſcure ſcriptum vocat *Clemens Alex.* Strom. V. p. 571. edit. Sylburgii, et VI. p. 642. vbi ſcribit, quaecumque Pherec. allegorice ἐθεολόγησεν, e Chami prophetia eum deſumſiſſe. adde *Tiedemann.* p. 167 ſqq. p. 171 ſq. inprimis cl. *Sturz.* pag. 29 ſqq. qui in loco Suidae pro ἑπτάμυχος, (qui quaſi fuiſſet libri titulus) malit Δεκάμυχος, vel potius ἐν βιβλίοις ἑπτά. Is tamen quum ſcriberet p. 31. librum illum ſuperfuiſſe adhuc aetate Suidae, refutatur a cenſore in Götting. ephem. litter. qui praeter ea opinatur, in Suidae loco de Pherecyde verba, ἔστι δὲ θεολογία ἐν βιβλίοις δέκα — — διαδόχας eſſe adfiſta ex alio ſcriptore, qui vtrumque Pherecydem miſcuit; Celſi autem teſtimonium apud Origen. contra Celſum I. p. 14. eſſe ſuſpectum, propter teſtimonium de ſpurio Zoroaſtris opere. *Harl.*

xxx) Conf. *Henr. Leonh. Schurzfleiſch.* progr. Dionyſ. Longinus περὶ ὕψους ad fidem codd. — — recenſitus etc. Witteberg. 1711. cap. 8. p. 48. *Harl.*

yyy) Suidas hoc opus parum veriſimiliter tribuit Pherecydi Syrio. ἔστι δὲ ἅπαντα, ἃ συνέγραψε ταῦτα· ἑπτάμυχος ἤτοι Θεοκρασία ἢ Θεογονία, ἔστι δὲ Θεολογία ἐν βιβλίοις δέκα, ἔχουσα γένεσιν καὶ διαδόχας. At cum Pherecyden γενεαλόγον a Syrio diſtinguit Eratoſthenes apud Laert. *Fabric.* v. not. paullo ante poſitam. Nec vero recte poteſt vocari *theogonia:* quamquam multa ex mythologia philoſophica, adeoque de heroibus diiſque, fuerint admixta: niſi is titulus, a grammaticis forſan profectus, a nobiliore parte, et quod a deorum heroumque ortu auſpicium operis ſumtum ſit, ductus videatur. conf. *Salmaſ.* Exerc. Plin. p. 594. E. etc. *Harl.*

περὶ Λέρου, περὶ Ἰφιγενείας et περὶ τῶν Διονύσου ἑορτῶν. Sed eumdem eſſe cum Athenienſi, diſputat *Voſſius*, quem vide lib. IV. de hiſt. Gr. cap. 4. (cui aſſentitur Tiedemanno, pag. 169 ſq.) vide etiam *Salmaſium* loco laudato commentarii ad Solin. [pag. 596. edit. Vltraiect.] et *Meurſium* ad Helladii Chreſtomath. pag. 55. *Fabric.* Voſſii ſententiae ſubſcribit quoque cl. *Sturz.* pag. 63 ſq. qui a pag. 62. de hoc Pherecyde Athenienſi, eius aetate et confuſione nominum, opereque illius genealogico agit vberius et docet contra viros doctos, *Voſſium* de hiſt. gr. p. 444. et cl. *Heynium* ad Apollod. p. 809. 923. et 994. hiſtoricum huncce [illegible] tertio fere anno poſt Herodotum, Olymp. LXXIIII. 1. natum, quinto decimo poſt Hellanicum. Tum p. 67 ſq. ex [illegible], locum Luciani, ſupra in epimetro laudatum, de Pherecyde hiſtorico eſſe accipiendum; hinc, ſi illius narratio, Pherecydem vixiſſe octoginta quinque annos, vera ſit, apparere, eum eſſe mortuum Olymp. XCVI. 1. Quod vero apud Etymol. M. laudatur Φερεκύδης ἐν τοῖς Αὐτόχθοσι et apud Suidam, quem, quibusdam mutatis, exſcripſit *Eudoc.* p. 421. dicitur ſcripſiſſe Αὐτόχθονας· ἔτι δὲ περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας ἐν βιβλίοις δέκα, cel. *Heyne* ad Apollodori Biblioth. pag. [illegible] apud Etymol. M. cum Sylburgio cenſet, reponendum eſſe Φερεκράτης, et verba Suidae eſſe contaminata. Cl. *Sturz.* poſtquam p. 70. dubie quidem ornaverat Heynianam ſuſpicionem, opinatus tamen eſt, apud Suidam voc. Ἱστορίας eſſe omiſſam, aut Αὐτόχθονας mutandum in Ἱστορίας, aut omnino reſcribendum ἔγραψε περὶ τῆς ἀττικῆς ἀρχαιολογίας. Equidem putem, iam in antiquioribus exemplaribus ſiue Suidae, ſiue alius ſcriptoris, ex quo ſua is compilauit, voc. Αὐτόχθονας a docto quodam interprete fuiſſe adſcriptum orae, vt ex mente ſua tempora, de quibus agitur, curatius ſignaret; et deinceps interpretamentum, omiſſa vera lectione, in contextum irrepſiſſe, alium autem ſiue interpretem, ſiue doctum librarium, vt explicaret vim vocabuli αὐτόχθονας, addidiſſe ἔτι δὲ περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας ἐν βιβλίοις δέκα. At id ſi durius forſan videbitur, ſuſpicari licet, priſcam fuiſſe ſcripturam ἔγραψεν ἱστορίας ἢ περὶ τῆς Ἀττ. ἀρχ. ἐν β. δέκα. Nam veteres grammatici citant libros. At enim, *decem* libris conſtitiſſe illud opus, in quo etiam mythologia, potiſſimum hiſtorica, pertractata fuit, (v. *Sturz.* p. 72 ſq.) poteſt dubitari. Certe in Schol. ad Apollon. Rhod. IV. 1091. legitur ἐν δεκάτῃ, at apud *Phauorin.* voc. Ἀκρίσιος, et apud *Eudociam* in Violar. pag. 22. περὶ Ἀκρισίου. quae conſentit cum Phauorini lectionibus, (ita, vt vel Phauorinus exſcripſerit Eudociam, vel compilator operis, Ἰωνιά, Phauorinum,) exſtat ἐν δεκάτῃ. ſcil. ἱστορίᾳ (vti ſaepe citatur: ſic plene ab Schol. Apollon. I. 741. Φερεκύδης ἐν τῇ δεκάτῃ ἱστορίᾳ) proinde eum laudatur liber, modo voc. βιβλίον, modo voc. ἱστορία omiſſo. Apud Schol. Apollon. II. 271. Φερεκ. ἐν ἕκτῃ, et apud eumdem ad IIII. 156. Φερεκ. ἐν ἑβδόμῃ. Saepius, nulla libri mentione facta, verba Pherecydis ponuntur: exempla videbis in fragmentis illius, a cl. Sturzio diligenter collectis [illegible] explicatis.) Suidas igitur, qui duo Pherecydas confudit, vitio laborare videtur. — Quod Pherec. dicitur a Suida *Orphica collegiſſe*, (ἐν λόγοις τὰ Ὀρφέως συναγαγεῖν. apud Eudociam p. 421. ὡς λέγεται ὅτι συνήγαγε τὰ Ὀρφέως.) id [illegible] probabilitatem hiſtoriae in ſuſpicionem [illegible]. Sin vero haud ſatis [illegible] illa hiſtoria, intelligi poteſt, vel Pherecydem Athenienſem verſiculos Orphei paſſim ſparſos, aut ore traditos collegiſſe, atque operi ſuo inſeruiſſe, vel Pherecydem Syrium, (a Suida alioquin confuſum cum altero,) Orphei de rebus philoſophicis placita paſſim laudaſſe, aut alia carmina, etiamſi non ſcripta, compoſuiſſe: conf. *Brucker* p. 143. vel. Hiſtmann. Is vero rem ita intelligit, a Pherecyde Orphica collecta fuiſſe. *Harl.*

XXVII. PITTACVS, Mitylenaeus, qui Olymp. LII. 3. zzz) obiit et Pherecydis praeceptor fuit aaaa), a Rep. abſtinuiſſe, perinde vt Bias ac Thales, traditur a Platone in Hippia maiore, ſub init. quamquam a Mitylenaeis creatum tyrannum referunt alii, vt *Plutarchus* in Solone p. 85. Scripſerat teſte *Laertio* lib. I. ſect. 79. et Suida, ἐλεγεῖα ἔπη DC. et *De legibus, ad ciues* librum, ſoluta oratione. Legem eius, qua ab ebriis duplicem poenam repetiit, memorat *Alexander Aphrodiſienſis* IV. 29. ἀπορ[illegible] καὶ λύσεων, et Anonymus in Scholiis ad Ariſtotelis Rhetorica p. 40. Apophthegma Pittaci ad Amphiaraum vatem, qui diuitias ab ipſo opes accipere nolentis, σὺ δ' ἔχε χρυσῶν ἔχοντος ἐγεύσω, ἢ γὰρ ἂν χεῖρας [illegible] λαβεῖν, adnotauit idem Anonymus p. 38. Ab Alcaeo poeta verſibus quamlibet proſciſſus bbbb), communi tamen voce ſeptem ſapientibus adcenſeri meruit cccc), et ſingularem modeſtiae atque abſtinentiae tulit laudem, quod non modo modicas facultates immen-

 ſis

zzz) De aetate Pittaci non omnes conſentiunt: atque b. *Richter* ſupra in hoc volumine pag. 37. not. 77. multos viros doctos iam laudauit. Conf. *Diogen. Laert.* I. cap. IV. a ſect. 74. ibique Menagii notas. Secundum igitur *Diogen.* ſect. 79. floruit maxime circa XLII. Olympiadem: mortuus autem eſt ſub Ariſtomene, Olymp. LII. 3. quum vixiſſet ſupra annos ſeptuaginta, iam totus ſenio confectus. Hinc *Freret* in Hiſſmanni Magazin, tom. II. p. 150. coniicit, Pittacum editum fuiſſe in lucem circ. ante C. N. 639. Quia autem *Lucian.* in Macrobiis cap. 18. tom. III. p. 221. Reitz. tradidit, eum centum annos vixiſſe, *Meurſius* de archontibus athen. lib. I. cap. 14. comprobante *Menagio* ad Diogenem p. 47. in Diogene malit legere ὀγδοήκοντα, LXXX. annos, loco ἑβδομήκοντα, LXX. ann. Luciani narratio ſi vera eſt, *Nauze* vol. II. p. 91. not. in vita Pythagorae, in *Hiſſmanni* Magazin qui Luciano et *Herodoto*, Pittacum cum Croeſo loquentem inducenti I. cap. 27. maiorem tribuit fidem, Pittacum putat, natum eſſe a. C. N. 649. et vita defunctum a. C. N. 549. Sed Pittaci diem natalem memorat in Olymp. XXVII. *Corſin.* Faſt. attic. III. p. 56. duce Luciano cenſet. *Suidas* tamen in voc. Πιττακὸς ſcribit, illum natum eſſe Olymp. XXXII. atque ad eandem Olympiadem ſ. A. M. 3353. ante Ch. N. 650. V. C. CII. refert *Simſon.* in Chron. p. 555. atque, emendatione Meurſii in Diogene adoptata, annum mortis confert ad Olymp. LII. 3. A. M. 3435. A. C. 568. V. C. 184. ann. aet. 82. At Olymp. XLVII. $\frac{3}{4}$. ſecundum *Corſin.* l. c. p. 81. aut, iudice *Simſonio* p. 575. Olymp. XLIII. 3. A. M. 3398. ante Chr. 605. V. C. 147. Mitylenaeos rexit, non qua tyrannus, ſed vt rempublicam conſtitueret, aut vt iniuriam aliorum depelleret. Hinc quodammodo dici potuit, a republica abſtinuiſſe. Sic cum Mitylenaci imperatorem delegerunt aduerſus exſules, quos ciuitate eiecerant, et quorum duces erant Alcaeus poeta eiusque frater Antimenides. vid. *Ariſtotel.* Politic. III. cap. 10. de qua re aliisque rebus, ad Pittacum pertinentibus, copioſus eſt *Simſon.* l. c. vbi vid. notam Weſſelingii, contra *Schurzfleiſchium* in Notit. biblioth. Vinar. pag. 248. diſputantis. Res, quam *Strabo* XIII. pag. 696. *Polyaenus* ſtrategem. I. cap. 25. et Diogenes Laert. in Pittaco fuſius narrant, ita ſe habuit: Athenienſibus et Mitylenaeis de Sigaeo dimicantibus, quum Phrynon, dux Athenienſium, Pittacum Mitylenaeorum ducem ad certamen prouocaſſet ſingulare, hic reti, ſub ſcuto occultato, eum comprehenſum tridente ac pugione confodit. *Herodotum* vero, quod lib. V. cap. 95. vbi p. 425. vide doctam Valckenaerii notam, contentione illa memorata, caedem Phrynonis, callida arte a Pittaco peractam, tacuit, ideo reprehendit Plutarchus, in lib. de malignitate Herodoti. Schurzfleiſchium igitur, qui Plutarchum, non recte collatum aut intellectum notarat, refutauit Weſſelingius. Idem Pittacus Olymp. XLII. A. M. 3393. ante Chr. 610. V. C. 142. Melanchrum Mitylenaeorum tyrannum expulit. vid. *Simſon.* p. 571. — *Ethicam Pittaci Mitylenaei* in ſingulari diſput. explicuit *I. Franc. Buddeus*, Halae Magdeb. 1699. 4. *Harl.*

aaaa) Id improbabile videtur *Bruckero* hiſt. crit. phil. I. pag. 983. *Harl.*

bbbb) Vid. ſupra lib. II. cap. 15. nr. IX. ibique notae *ff* finem pag. 85. *Harl.*

cccc) Vid. *Platon.* in Protagora p. 153. tom. III. edit. Bipont. vbi Plato multus eſt de Pittaco, et vsque ad p. 162. contra plura illius placita diſputat. *Harl.*

ſis opibus, ſed et vitam priuatam praetulerit tyrannidi. Vide *Iſidorum Peluſ.* lib. V. epiſt. 6. [[?]] *Epiſtolium*, quod ſub Pittaci nomine ad Croeſum legitur in *Laertii* lib. I. ſect. 81. vel temporum ratio ſuadet ſuppoſitum eſſe, cum Croeſus regnare coeperit Olymp. LV. 3. duodecim poſt Pittaci mortem annis. At reſponderi poteſt, binos fuiſſe Pittacos, et Mitylenaeum legiſlatorem a priore diſtinguendum, et aetate iuniorem. Laertius e Fauorino et Demetrii Magneſii Homonymis: ἐγέγονε δὲ καὶ ἕτερος Πιττακὸς νομοθέτης ὃς καὶ μικρὸς προσηγορεύθη. Pittaci imaginem videbis, vbi lubebit, apud Fuluium Vrſinum et in Laertio Wetſteniano, tum in Iac. Gronouii theſauro Antiqq. Gr. tom. II. tab. XXXII. [et in numis Mityl. apud Hardein. pag. 582. de numis vrbium illuſtratis.]

XXVIII. PROTAGORAS, Abderites e baiulo [dddd]) Democriti auditor, σοφίας dictus et λόγοις [eeee]), cum et philoſophiae et eloquentiae dediſſet operam. claruit circa Olymp. LXXXIV. [ffff]) Diſcipulos habuit complures, e quibus *Antimoerum* Mendaeum celebrat Plato,

dddd) Hinc Epicuri ſcomma Laert. X. 8. vid. *Athen.* VIII. p. 354. [Sed Democriti auditor non videtur fuiſſe. conf. *Meiners.* hiſt. doctrinar. apud Graecos, II. p. 174.]

eeee) Vide ad Aelian. IV. 20. Var.

ffff) *Larcher.* in Chronol. Herod. p. 584. ex Euſebio colligit, Protagoram floruiſſe Olymp. LXXXIV. 1. ante C. N. 443. V. C. 311. *Simſon.* in Chron. pag. 755. refert ad Olymp. LXXXIV. 3. A. M. 3563. ante C. N. 440. ibique Weſſeling. in nota verba *Philoſtrati* lib. I. vit. Sophiſt. 10. νήσους ἐξ ἠπείρων ἀμείβων interpretatur, Protagoram in mari eſſe ſubmerſum, *quum frequenter ex continenti in inſulas traiiceret:* Olearius enim minus recte verterat, *ex Epiro in inſulas transmiſſurus.* Eum Democriti auditorem fuiſſe, (quod quidem *A. Gellius*, N. A. lib. V. cap. 3. latius enarrat,) incertum eſſe videtur cel. *Tiedemanno* in: Geiſt der ſpekulativen Philoſophie, (vbi cap. XV. perſequitur vitam et dogmata Protagorae,) pag. 350 ſq. isque opinatur, Protagoram diſciplina Heraclitea primum et potiſſimum fuiſſe eruditum. Poſt Zenonem princeps et clariſſimus fuit, qui de re qualibet in vtramque partem diſputaret, ideoque dici potuit inueniſſe τοὺς ἐριστικοὺς λόγους (*Eudocia* p. 356. et de iis vid. *Meiners.* hiſtor. doctr. apud Graec. II. pag. 210.) et primus fuit, qui (teſte *Platone* in Protagora, tom. III. Opp. edit. Bipont. pag. 166. coll. pag. 99. et 101.) ſe palam per omnem Graeciam, quaſi publico quodam praeconio, *Sophiſtam* nominaret, ſe declararet doctrinae virtutisque magiſtrum, et primus mercedem artificii iſtius expoſceret: quod inceptum atque inſtitutum haud immerito comprobat *Philoſtratus* de vitis Sophiſt. I. nr. 10. pag. 494. vbi vide Olearium. adde *Diodor. Sicul.* XII. pag. 514. *Iſocrat.* Hel. Encom. II. 115. Zeno quidem, (teſte eodem *Platone*, Alcib. I. p. 36. tom. V.) Pythodorum Iſolochi et Calliam Calliadae filios familiaritate σοφοὺς καὶ ἐλλογίμους reddidiſſe, et ab vtroque accepiſſe centum minas dicitur; ſed neque pactus fuiſſe videtur mercedem, neque palam profeſſus, ſe, praeſcripto diſciplinae pretio accepto, docere velle artem ſuam. Contra Protagoras vbique et palam mercede accepta, copiam ſui fecit, et primus ſemet ipſe nominauit ſophiſtam. adde *Platon.* Protagoram, de mercede, pag. 122 ſq. et locum claſſicum apud *Platonem* in Menone, vol. IV. edit. Bipont. p. 371 ſq. vbi inter alia Socrates dicit, ſe nouiſſe virum vnum, Protagoram, qui plures ob hanc ſapientiam, n. ſophiſticam et profeſſionem, ſe docturum ſapientiam et virtutem, quicunque illam velit diſcere, praeſcripto diſciplinae pretio dato, pecunias cumulauerit, quam aut Phidias aut decem alii ſculptores; addit vero: Protagoram annos plus quam quadraginta, quum id nemo in Graecia vniuerſa animaduerteret, familiares ſuos peruertiſſe, deterioresque, quam acciperet, reddidiſſe; ſe autem (Socratem,) putare, Protagoram vita deceſſiſſe natum annos prope ſeptuaginta, quadraginta vero in hac arte verſatum, ac per omne illud tempus vsque in hunc diem (n. colloquii) clarum exſtitiſſe. Iunxit vero Protagoras litteras bonas, poeſin atque eloquentiam, cum arte diſputandi; et in ſcholis, (quas pulcre ſalſeque deſcribit Socrates in *Platonis* Protagora p. 96 ſqq. tom. III. edit. Bipont.) mercede capta, interpretatus eſt *Simonidis* aliorumque carmina, narrante id *Themiſtio* orat. XXIII. pro ſophiſtis

Plato, [in Protag. pag. 96. tom. III. Bipont.] et Hecataeum Mileſium, Suidas in Ἑκαταῖος. [item Prodicum Ceum. vid. *Brucker.* hiſt. crit. phil. tom. I. p. 1201. (vbi acta et placita Protagorae enarrantur,) not. *b.*] *Leges* ſcripſit Thuriis, teſte *Heraclide* apud *Laertium* IX. 50. gggg) Praeterea compoſuit *librum de Diis*, cuius initio, (ex Magorum Perſarum diſciplina, ſi credimus *Philoſtrato* I. de Sophiſt. pag. 498. [p. 494. Olear.] profeſſus eſt, ſe neſcire, οὔθ' ὡς εἰσὶν, οὔθ' ὡς οὐκ εἰσὶν, οὔθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν hhhh). *Euſeb.* XIV. Praeparat. p. 720. et 766. Confer *Leopardum* XI. 11. emendat. *Wowerum* ad Minucii Felicis Octauium p. 8. et *Menagium* ad Laert. p. 420. Apud *Valerium Max.* lib. I. cap. 1. extern. 7. pro *Diagorae* nomine recte *Protagorae* agnoſcit MS. codex Petauianus, quem penes If. Voſſium inſpexit Marq. Gudius ὁ μακαρίτης. [atque *Protagoram* in textum Valerii Max. recepit Torrenius, cuius notam conſules, p. 37.] Sed et apud *Sariſberienſem* V. 4. Policratici p. 222. pro *Pythagorae* nomine legendum *Protagorae.* Verba haec ſunt: *Sed forte quid de natura Deorum ſentiret, in auribus corrupti populi proloqui non audebat*, (Plutarchus) *qui legeret, combuſtos eſſe libros philoſophi Protagorae, et ipſum actum eſſe in exilium ab Athenienſibus, eo quod dubitauerat, an de Diis vera eſſent, quae vulgo dicebantur.* Plures libros de Diis ſcripſiſſe, colligas

phiſtis p. 289. D. edit. Harduini. adde ipſum Protagorae iudicium in *Platonis* dial. Protag. p. 144 ſq. Hinc in *Platon.* Protagora p. 87. Hippocrates Socrati dicit, illum ab omnibus laudari et in dicendo ſapientiſſimum haberi. (σοφώτατον λέγειν.) adde pag. 90 ſqq. et *Ludou. Creſollium* in theatro rhetorum lib. V. cap. 3. *Io. Ge. Walch.* de praemiis veterum ſophiſtarum etc. §. 10. in eius Parergis academ. p. 129. — De eius doctrina et diſciplina vide *Cudworth. Brucker. Tiedemann.* l. l. citt. atque ceteros hiſtor. philoſophiae conditores. Addam, a *Philone* Iudaeo in lib. de poſteritate Caini p. 268. edit. Pfeifferi, mihi amiciſſimi, vol. II. vbi in nota plura veterum et recentiorum teſtimonia proferuntur, damnari quoque Protagorae opinionem, mentem humanam eſſe omnium rerum menſuram, et illum dici Cainis amentiae heredem. Illam ſententiam illuſtrat, locumque in *Diogene Laert.* VIIII. 92. prouti in Meibomiana exſtat editione, emendat *Roſſius* in commentatt. Laert. p. 226 ſq. De fluxu rerum, quae ſenſibiles dicuntur, ex mente Heracliti, Protagorae aliorumque, vid. etiam *Bruckerum* in hiſtoria philoſoph. de ideis pag. 124 ſqq. *Harl.*

gggg) Vid. b. *Richteri* not. in hoc vol. p. 38. *Harl.*

hhhh) Protagoram ex perſica diſciplina impium illud effatum, quod apud *Philoſtratum* pag. 494. edit. Olear. ita ſonat, illum dicere ſueuiſſe, ſe dubitare, ὅτι εἰσὶ θεοί, ὅτι οὐκ εἰσί, hauſiſſe, admodum improbabile eſt, nec conſentit cum diſciplina magorum; nec, quia de diis coram vulgo diſſerere noluiſſet, quod imitatione Magorum feciſſet, ideo crimine atheiſmi potuerat incuſari. Tum Philoſtratus Democriti hiſtoriam confundit cum Protagorea, vti oſtendit *Bruckerus* hiſtor. crit. philoſ. I. p. 1201 ſq. *Sextus Empir.* adu. mathem. IX. ſect. 40. pag. 564. (vbi *Fabricius* in nota *B.* plura dabit,) prodidit, Protagoram diſertis verbis ſcripſiſſe: περὶ θεῶν, ὅτι οἱ εἰσὶν, οὔθ' ὁποῖοί τινές εἰσι, δύναμαι λέγειν. Propter hanc impiam ſententiam ab Athenienſibus condemnatus patriaque pulſus eſt, eius libri in foro combuſti, et ſub praeconis voce, a ſingulis, qui illos habebant, inueſtigati ſunt: quod quidem primum fuit exemplum publicae eiuſmodi acris inquiſitionis et concremationis, a ſacerdotibus aut ſacrificulis inſtitutae, et a ſacro furore poſtea inter Chriſtianos ſaepe praeter neceſſitatem reſtauratae. vid. *Diogen. Laert.* IX. 52. ibique interpr. *Cicer.* de N. D. lib. I. cap. 23. vbi vid. Dauiſ. *Hieronym.* in chronico Euſebiano, Olymp. LXXXIV. pag. 507. edit. Vallarſ. *Ioſeph.* contra Apion. II. 37. Nimis acerbe condemnat cum *Parker.* in Cogitationibus de deo etc. diſp. I. ſect. 11. pag. 27. adde *Io. Franciſc. Buddei* theſes de atheiſmo pag. 55. 74 ſq. Contra *Giſbertus Voetius* in diſſ. de atheiſmo pag. 196. purgat Protagoram ab illo crimine, quod mythologicam deorum theologiam tantummodo explodere ſuſtinuerit: nec multum repugnat *Reimmannus* in hiſtoria atheiſmi pag. 129 ſqq. qui vero praeter neceſſitatem in *Cicerone* de N. D. I. 23. ſic reſcribendum putat dogma Protagorae, *de diuis neque vt ſint, neque vt non ſint*, non *habeo dicere. Harl.*

ligas e latina verſione *Laertii* IX. 54. ſed colligas male, quia nihil aliud in graeco legitur, quam primum omnium ſcriptorum ſuorum recitatum a Protagora librum de Diis. Alia ipſius ſcripta fuere: Περὶ τȣ͂ ὄντος iiii) ἢ περὶ φύσεως, *Porphyr.* apud Euſeb. X. 3. Praepar. Περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ kkkk) καταστάσεως, *Laert.* IX. 55. Ἀντιλογιῶν duo, ibid. et III. 37 et 57. ubi Platonem in libris de Rep. ex hoc [P] opere profeciſſe notat. Περὶ πολιτείας id. IX. 55. Περὶ φιλοτιμίας. Περὶ ἀρετῶν. Περὶ τῶν ἐν ᾅδȣ. Περὶ τῶν ἐκ ὀρθῶς ἀνθρώποις πραττομένων. Προστακτικός. Τέχνη ἐριστικῶν. Περὶ πάλης. Δίκη ὑπὲρ μισθȣ͂, περὶ τῶν μαθημάτων. ibid. Protagorae μῦθος de natura, benigniſſima animantibus matre, et mente unica omnium a Ioue data hominibus, memorat *Iulianus* imp. Orat. VI. pag. 194. [v. omnino *Wernsdorf.* ad Himerium pag. 745.] Locum eius de Pericle, obitum filiorum fortiter ferente, refert *Plutarchus* conſolat. ad Apollonium pag. 118. qui cum Protagora verſatum Periclem refert in huius vita pag. 172. Videndus et Plato in Protagora, et Cicero in Bruto cap. 12. Protagorae *rerum illuſtrium diſputationes* commemorans, qui deinde *communes* adpellati ſunt *loci.* Scepticiſmum eius multis confirmauit Democritus, teſte *Plutarcho* aduerſus Colotem pag. 1109. Alius *Protagoras* aſtrologus, in quem Epicedium ſcriptum ab Euphorione, teſtatur *Laertius* IX. 56. neſcio an diuerſus a Protagora llll) Cyziceno, cui Alexipharmaca ſua inſcripſit Nicander Colophonius. *Protagoram* etiam quendam Stoicum Laertius memorat, cuius forte libros Geographiae praeter *Photium* cod. CLXXXVIII. laudat *Marcianus Heracleota,* et *Tzetza* Chil. VII. v. 648. videtur memorare inter ſcriptores mirabilium Hiſtoriarum. Fuit et *Protagoras* Cyprius, Euagorae F. frater Pythagorae ac Nicoclis, cuius meminere Xenophon ac Pauſan. [de quo vide *Simſon.* in Chron. ad Olymp. CVII. 2. p. 894 ſq.] Critonis Protagoras dialogus intercidit.

XXIX. ZENO, Eleates, Parmenidis mmmm) auditor, et Meliſſi, teſte *Euſeb.* Praepar. XIV. p. 758. praeceptor Leucippi ac Periclis, (*Plutarch.* in Pericle p. 154.) clarus circa Olymp. LXXIX. nnnn) De huius vita et placitis non repetam, quae viri docti ad *Laertium* IX. 25 ſq. et

iiii) Apud *Sextum* VII. contra Mathemat. (pag. 149.) ſect. 65. non memoratur hic liber Protagorae περὶ τȣ͂ ὄντος, vt viſum Menagio, Sexti codices mendoſos eſſe exiſtimanti: ſed Gorgiae περὶ τȣ͂ μὴ ὄντος, vt infra cap. 26. §. 5. adnotaui.

kkkk) Varie hic titulus redditur. Aldobrandinus: *de prima commendatione,* quaſi συστάσεως legiſſet. Alius interpres: *de ſtatu rerum in principio.* Sed Stanleius p. 769. Hiſt. Philoſ. *De conſtitutione Principatus,* quae non abſurda eſt interpretatio.

llll) Etiam Protagoridam quemdam Cyzicenum laudat *Athenaeus,* eiusque libros περὶ τῶν ἐν Δάφνῃ ἀγώνων ἢ πανηγύρεων itemque alios περὶ τῶν κωμικῶν ἱστοριῶν.

mmmm) *Plutarch.* aduerſus Colotem pag. 1126. *Euſeb.* XIV. Praeparat. p. 758. *Plutarch.* in Pericle pag. 154. *Fabric.* *Plato* in Parmen. vol. X. Opp. edit. Bipont. pag. 72. ſcribit, λέγεσθαι αὐτὸν (Zenonem) παιδικὰ τȣ͂ Παρμενίδȣ γεγονέναι, *in deliciis Parmenidi fuiſſe:* quod quamquam moribus Graecorum non omnino repugnat, tamen *Athen.* XI. p. 505. F. valde culpat Platonem ob illam calumniam. Locum *Diogenis* IX. 25. ex Apollodori chronicis corrigit *Koſſius* in commentatt. Laert. pag. 190 ſq. *Harl.*

nnnn) *Diogenes Laert.* IX. 29. fin. diſtincte ſcribit, Zenonem floruiſſe Olymp. LXXIX. *Simſon.* autem in Chronico pag. 698. et *Corſinus* Faſt. attic. III. p. 134. ex illo Diogenis Laertii loco colligere voluerunt, Zenonem floruiſſe Olymp. LXX ſed ſequuti ſunt vitioſas editiones, quarum errorem correxit Menagius e Suida, cui addas *Eudociam* pag. 204. Idem quoque *Corſin.* in Syllabo philoſ. praem. eius edit. Plutarchi de placitis philoſ. p. XXXV. ait, Zenonem debuiſſe, quod Periclem, qui in bello peloponneſiaco obiit imperator, erudiuit, iam ante Olymp. LXXXVII. florere. Atque ex aetate Parmenidis *Dodwell.* in [illegible] cit. II. p. 220. ita aetatem Zenonis definiuit. [illegible]

et acutiſſimus Baylius in Lexico. Exſtat et *Ariſtotelis* liber de dogmatibus Zenonis, Xenophanis et Gorgiae: [de quo libro v. ad Xenophanem §. II. adnotata] Scripta illius plurima olim ferebantur. Laertius: *Γέγονε δὲ αὐτὸς γενναιότατος καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ ἐν πολιτείᾳ. φέρεται γοῦν αὐτοῦ βιβλία πολλῆς συνέσεως γέμοντα.* Idem III. 48. *Διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην.* Et dialectices inuentorem laudat in prooemio ſect. 18. et lib. IX. 25. °°°) Suidas ait, eum ſcripſiſſe *ἔριδας*, et *πρὸς τοὺς φιλοσόφους* et *περὶ φύσεως.*

num egit Parmenides, quum Athenis eſſet ſociumque haberet Zenonem Eleatem, LXVum, Zeno autem ipſe fere XLum, teſte in Parmenide *Platone*, [p. 209. edit. Fiſcheri Plat. dialogorum, Sophiſta, Politicus, Parmenides, Lipſiae, 1774. 8. ſiue vol. X. edit Bipont. p. 72. *τὸν μὲν Παρμενίδην — — περὶ ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκοντα· Ζήνωνα δὲ, ἐγγὺς ἐτῶν τετταράκοντα τότε εἶναι.*] Eſto de primo Olympiadis anno intelligatur Laertius [IX. 23. Parmenides *ἤκμαζε κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.*] Ita annus Parmenidis LXV. conueniet Olymp. LXXXV. 2. Proinde Olymp. LXXV. 2. natalis erit Zenonis, qui fuerit proinde ſexennio maior condiſcipulo Empedocle.“ De eius placitis, inventis aliisque rebus, ad illum pertinentibus, vid. praeter laudatos viros *Cudworth.* in ſyſtem. intellect. tom. I. p. 603 ſqq. edit. Lugd. Batau. item p. 33. 177. not. 212. *Stanlei.* hiſt. philoſ. part. X. p. 12 ſqq. edit. Venet. tom. III. *Brucker.* hiſt. crit. philoſ. vol. I. pag. 1167 ſqq. et in Adpendice, ſiue vol. VI. pag. 318. vbi praeſertim inquirit, num et quo ſenſu Zenoni tribui poſſit inuentio dialectices. *Meinerſ.* in hiſtoria doctrinarum inter Graecos etc. tom. I. pag. 710 ſqq. et in praefat. ad part. II. p. 32. idem in part. II. lib. VI. cap. 2. p. 169 ſqq. perſequitur hiſtoriam veterum Sophiſtarum, quorum caput dici poteſt Zeno, qui oſtentationis et interdum quaeſtus cauſſa philoſophabatur. vid. *Platon.* Alcib. I. p. 36. tom. V. edit. Bipont. et ad §. antecedentem notata. Atque principem Sophiſtarum fuiſſe Zenonem, propter eius artem atque conſuetudinem, de re qualibet in vtramque partem diſputandi, propter facultatem ea oppugnandi, quae ſenſus communis vel probare, vel reiicere ſolet, denique propter vim eloquentiae et auditorum, quocumque voluerit, ſecum rapiendorum, contendit cum Iſocrate in laudatione Helenae II. pag. 115. edit. Batt. aliisque cl. *Tiedemann.* in: Geiſt der ſpekulativen Philoſophie, cap. 12. quo de Zenone agitur, pag. 298. et 300. Zenonem tamen atque Meliſſum Sophiſtarum numero eximit cl. *Meinerſ.* in hiſt. doctrinar. apud Graecos etc. tom. I. p. 712. et tom. II. p. 225. quod illi neque oratores, neque magiſtri eloquentiae atque politices fuiſſent. Enimuero artem ſophiſticam inprimis calluit atque exercuit Zeno. Omnis igitur controuerſia vertitur in notione Sophiſtae. conf. *Ludou. Creſollii* theatrum rhetorum, in Gronouii theſauro antiqq. graec. vol. X. *Io. Georg. Walch.* de praemiis veterum Sophiſtarum, rhetorum et oratorum §. 2. et 3. in eius parergis academic. p. 105 ſqq. De coniuratione eius aduerſus Nearchum tyrannum et quomodo deprehenſus ab eo ſit excruciatus, vid. *Diodor. Sicul.* pag. 250. Excerpt. Peireſc. ſiue tom. II. p. 557 ſq. edit. Weſſeling. qui quorumdam narrationes de tormentis atque explicationes in notis iam comparauit. *Cicero* de N. D. III. 33. Anaxarchum, ait, Democriteum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus; *Zenonem Eleae in tormentis necatum*, et quaeſt. tuſcul. II. 21. (vbi Dauiſ. in not. variorum diuerſas narrationes atque errores recenſet,) *Zeno proponatur Eleates, qui perpeſſus eſt omnia, potius quam conſcios delendae tyrannidis indicaret.* Pluribus diſputat *Bayle* in Diction. tom. IV. voc. *Zenon.* p. 537 ſq. not. C. Num Atheis adnumerandus ſit nec ne? diſputant viri docti. Bayle non omnino, Reimmann. tamen in hiſtor. atheiſmi p. 207 ſqq. eum ab hac infamia plane liberat: *Buddeus* in theſ. de atheiſmo notam impietatis illi inurit. Cautius ac moderatius ſentiunt, ſuſpendendo iudicium, *Mosheim.* ad *Cudworthi* ſyſt. intell. I. pag. 605. not. et *Brucker.* hiſt. crit. phil. I. p. 1170 ſq. Ad Pantheiſmi defenſores Zenonem referri non poſſe, docet cl. *Bühle* in commentat. de ortu et progreſſu pantheiſmi p. 15 ſq. Neque enim placita eius intelligi aut diiudicari debent ex libr. Ariſtotelis de dogmatibus Zenonis etc. quoniam placita in capite III. fragmenti illius Ariſtotelici, non Zenonis ſunt, ſed Xenophanis. *Harl.*

oooo) Dialectices auctor fuiſſe fertur Zeno. Sic Ariſtoteles apud *Diogenem Laert.* IX. 25. vbi vid. Menagium, et *Sextum Empir.* VII. adu. Mathem. vbi vid. Fabricii notam *M.* p. 371. *Gaſſenau.* de origine

φύσεως. Addit etiam, compoſuiſſe ἐξήγησιν τῶν Ἐμπεδοκλέους [pppp]), quod temporum ratio vix patitur, neque enim Empedocles Zenone hoc Eleate antiquior, ſed iunior fuit, natus demum Olymp. LXXVI. 4. Fuere et Zenones alii [qqqq]), vt *Zeno Citieus*, Stoicae ſectae [*] conditor, Olymp. CXXX. adhuc ſuperſtes, quem cum Eleate confundunt *Epiphanius* haereſi V. 1. et *Ammianus Marcellinus* XIV. 9. vbi vid. Valeſ. atque e recentioribus Iacobus Gronouius tom. II. Antiquitatt. Graecar. tabula LXIV. imaginem Zenonis referens, quam habes etiam in Fuluii Vrſini elogiis pag. 65 et in Laertio Wetſteniano. [de quo infra in Catalogo Stoicorum vberius diſſeremus: in eodem catalogo aliquot *Zenones*, Stoici philoſophi, nominabuntur. adde *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. philoſ. II. cap. 1. p. 136 ſq. edit. Dornii.] *Zeno Sidonius*, philoſophus Megaricus, quem hic, de quo iam dixi, Citieus, audiuit. Vide *Menagium* pag. 279. ad Laert. *Zeno* alter, *Sidonius*, iunior, philoſophus Epicureus a Cicerone et Pomponio Attico frequentatus, de quo vide, ſi placet, *Petrum Baylium* in Lexico h. v. *Zeno Tarſenſis*, Chryſippi Stoici diſcipulus, de quo *Lipſius* lib. I. Manuduct. cap. 11. *Zeno Medicus*, Herophileus [rrrr]), de quo Harduinus ad Plinium. Itemque alii *Meurſio* ad Chalcidium

origine et varietate logic. cap. I. *Gerh. Io. Voſſius* de natura et conſtit. log. cap. VIII. 2. aliique ſenſerunt. vid. *I. G. Walch.* de origine artis logicae, in eius Parergis academicis p. 498 ſqq. At illud non ita intelligendum eſſe videtur, ac ſi Zeno primus inuenerit, aut docuerit artem logicam, quae ab dialectica antiquiſſima multum differt. Atque *Sexto Empir.* l. c. ſect. 6. Parmenides videtur non fuiſſe imperitus dialecticae. Immo vero artem cogitandi et concludendi homines diu ante Zenonem calluerunt atque exercuerunt. Sed ideo auctor dialectices dici potuit, quod inprimis valuit vi ac ſollertia de qualibet re captioſe diſſerendi, eaque arte fraudeque in aliis refutandis et colloquiis cum aliis, quos flexionibus captioſisque quaeſtionibus et contortis ſyllogiſmis, ſiue ſtructis fallaciis minutisque concluſiunculis, (vid. *Ariſtot.* Phyſ. VI. 9. et 14.) conturbabat, tam frequenter callideque vſus eſt, vt futuris ſophiſtis haec in arte fax fieret atque exemplum, adeoque dialectices auctor videretur. Illam artem *Iſocrates* I. ad Nicoclem pag. 79. λογὰς ἐριστικὰς, Plato autem modo σοφιστικὴν, modo ἐριστικὴν vocauerunt. vid. cel. *Meinerſ.* hiſt. doctr. apud Graecos etc. tom. I. p. 710 ſq. et tom. II. p. 210. et *Brucker.* hiſt. crit. phil. vol. I. p. 1168 ſq. ac vol. VI. p. 317 ſqq. Pari ſenſu, quod artem ſcite callideque rogandi reſpondendique et aliis in ſermonibus, quaecumque, licet falſa et inepta, voluerit, perſuadendi, tenuit atque adhibuit, vt vel in ea reliquis [illegible] exemplum, auctor dialogorum apud *Diogenem Laert.* III. 47. dici potuit. Hinc *Timon* apud *Diog. Laert.* IX. 25. eum vocauit ἀμφοτερόγλωσσον, h. e. interprete *Roſſio* in Commentatt. pag. 194. vtriusque perſonae, quas loquentes facit, lingua et ſermone bene vtentem, et πάντων ἐπιλήπτορα, h. e. *cunctorum reprehenſorem*, eique tribuit μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνὸν *magnum et inuictum robur*. De argumentatione, *Achilles* dicta, quam ſecundum *Diogenem Laertium* IX. 29. Zeno quoque inueniſſe perhibetur, copioſe diſputarunt *Menagius* ad Diog. Laert. II. 108. pag. 123. et IX. 23. pag. 402. *Walch.* in parerg. acad. p. 503. *Tiedemann.* in: Geiſt etc. p. 293. Quando autem *Diogen.* IX. 23. et 29. ex Phauorino illius rogatiunculae inuentionem tribuit Parmenidi, maior eſt auctoritas *Ariſtotelis*, qui Phyſ. VI. 9. illam gloriolam, quae ſi reuera eſt, vindicat Zenoni. Tum probabile eſt, eatenus in primis illam adſeri poſſe Zenoni, quod hic forſan eam frequentius adhibuerit. Denique in *Diogen.* IX. 29. de Zenone, verba Φαβωρῖνος δέ φησι Παρμενίδην tamquam gloſſema deleri iubet *Roſſius* l. c. p. 195 ſq. *Harl.*

pppp) *Eudocia* pag. 204. paullulum diſcedit aut errat: ἔγραψεν, ait, ἔριδας, ἐξήγησιν τῶν Ἐμπεδοκλέους πρὸς τοὺς φιλοσόφους περὶ φύσεως. *Harl.*

qqqq) Apud *Valerium Max.* III. 3. extern. 2 *eiusdem nominis Philoſophus* non eſt alius Zeno, ſed idem, de quo ante dixerat, Zeno Eleates. *Fabric.* vid. Torrenium ad Valerii locum, in primis *Perizon.* animaduerſſ. hiſtor. cap. II. p. 55 ſq. meae editionis. *Harl.* add. Chr. Lud. Crellii Progr. de Zenone. L. 1724. 4.

rrrr) H. e. qui ſectam Herophili ſequebantur, et de notis ſcripſerat, quibus vſi ſunt medicorum filii in libris Hippocratis. vid. *Petrum Caſtellanum* in vitis veterum ac illuſtrium medicorum, in *Gronouii*

cidium p. 30. *Ionſio* ssss) p. 116 ſq. de Scriptoribus Hiſt. Philoſ. et viris doctis ad Suidam, ac *Laertium* VII. 35. dicti. De *Zenone Cyprio*, Iuliani imp. temporibus archiatro dixi ad Eunapium. [at nec editio nec notae Fabricii lucem adſpexerunt.] *Zenonis* cuiusdam ſomnium refert Artemidorus IV. 33. Mitto *Zenonem* Tyri epiſcopum, *Zenonem* Veronenſem tttt) et alios huius nominis, in Hiſtoria Eccleſiaſtica obuios. *Fabric.* Addantur *Zenon* Citiens iunior, rhetor, qui in orationes Lyſiae commentarios ſcripſit: *Zenon* grammaticus, *Zenon* Myndius. *Zenon* Phoenicius, *Zenon* Alcea, (de quibus Fabricius paſſim egit, vt ex indice cognoſces.) — *Zeno* ſtatuarius et ſculptor, Aphrodiſia, in minore Aſia, hodie Geyra, ortus. Exſtat in eum epigramma, quod male dedit *Winckelmann.* in hiſtoria artis antiquae, part. II. pag. 401. edit. Vindobon. aut ital. verſionis, Mediolan. 1779. tom. II. p. 294. Στάφις Ἀσίας, nouamque neque cognitam vrbem, Staphin in Aſia, finxit; quum ſit legendum ἐξ Ἀφροδισίας, vt recte legitur illud epigramma in Catalogo di Monumenti ſcritti del Muſeo del Signor Tommaſo Ienkins in Roma, 1787. fol. p. 36. obſeruante *de Murr*, V. C. in nouis ephemerid. Noribergenſ. plag. 102. 1790. pag. 809 ſq. *Harl.*

[Propter temporis rationem commodum videtur, reducere inſtar poſtliminii atque inſerere, quae *Fabricius* lib. VI. cap. 16. in notitia ſcriptorum Lucianeorum nr. 72. vol. III. pag. 502. n. de *Timone* miſanthropo ſcripſerat:

„TIMON Athenienſis Echecratides e tribu Colytto, clarus fuit circa tempora belli Peloponneſiaci, quod geſtum ab Olymp. LXXXVII. 1. ante C. N. 432. Timonem, ſe ipſum deferentem ob Alcibiadis amores finxit *Libanius* declamat. IX. tom. I. p. 343. *Callimachi* in eum epigramma III. 7. Anthol. Ab hoc Antonius ab Auguſto victus regiam ſuam vocauit Timonium; in ea deinceps Timonis ad inſtar procul ab hominum conſortio victurus, teſte *Strabone* XVII. p. 546. Confer *Plutarchum* in Antonio p. 984 ſqq. qui inter dicta eius quaedam et Callimachi epigramma adfert Timonis epitaphium, et ab Ariſtophane et Platone Comicis ob μισανθρωπίαν reprehenſum refert. At Pſeudo-Plato philoſophus epiſt. 24. inter eas, quas Allatius edidit· συνέγραψ, ait, ὅτι Τίμων ἐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ εὑρίσκων μέντοι ἀνθρώπους, ἐκ ἠδύνατο θηρία φιλεῖν. De hoc Timone et morte eius *Suidas* in Ἀπερρῶγας. Hunc inferorum ianitorem fingit *Lucianus* II. ver. hiſtor. tom. I. p. 683." Hactenus *Fabric.* Timon ſatis notus eſt ex eleganti facetoque Luciani dialogo, *Timon* inſcripto. Philoſophis quoque accenſetur. vid. *Plinium* hiſt. nat. VII. cap. 19. et *Suidam* voc Τίμων, vbi vid. Küſter. *Menagius* tamen ad *Diogenem Laertium* IX. 112. (vbi de Timone quaedam produntur memoriae,) in Suida pro: καὶ αὐτὸς φιλόσοφος malit legere καὶ ἄλλος φιλόσοφος. De moroſo eius ingenio auctores vtriusque linguae multa narrant. Eius tamen defenſionem ſuſcepit

Gronouii theſ. antiqq. graec. vol. X. pag. 874. vbi quoque de *Herophilo*, et p. 895. de *Zenone*, qui ſub principatu Iuliani apud Alexandrinos floruit, ſtrictim agitur, *Menagium* ad Diogen. Laert. III. 65. et cl. *Villoiſon.* in prolegom. ad Homeri Iliada, edit. Venetae p. XX. qui monet, tom. V. operum Galeni, edit. Baſil. 1538. pag. 418. male legi Ζήνων καὶ Ἡρόφιλος, et corrigendum eſſe, Ζήνων ὁ Ἡροφίλειος. Alios *Zenones* medicos recenſuit Fabric. in Elencho medicorum veterum, vol. XIII. pag. 454. *Harl.*

ssss) II. 1. §. 3. pag. 138 ſqq. edit. Dorn. vbi is quindecim *Zenones* recenſet. *Harl.*

tttt) Circa Ambroſii aetatem, ſiue a. 370. vid. *Chriſt. Daumium* ad Diuorum patrum veterumque eccleſ. doctorum, qui oratione ſoluta ſcripſerunt, homilias — in feſtum natiu. I. C. Cygneae, 1670. 8. *Harl.*

ſuſcepit *Tanaquil. Faber.* in animaduerſ. ad Luciani Timona: ſed argumenta eius diluit et alia de Timone Miſanthropo collecta explicuit *Gottlieb Stolle* in Obſeruat. LVII. in Miſcellan. Lipſienſ. tom. III. Lipſiae, 1716. 8. p. 70 — 100. — De *Timone*, Sillographo poeta, et diſcipulo Pyrrhonis Sceptici, vid. *Laert.* IX. 112 ſqq. ibique interpretes; ſupra in notitia tragicor. deperditorum v. *Timon*, et nos infra in vita Pyrrhonis atque catalogo ſcepticorum vberius de illo diſſeremus. Praeter ea alii *Timones* occurrunt: *Timon* Eleus, qui de ceteris Graeciae certaminibus quinquertii palmas tulit, et cui in Olympia ſtatua poſita eſt cum elegis, omnes eius viri victorias teſtantibus, quod relatum legimus apud *Pauſan.* lib. V. cap. 2. p. 379. qui eamdem ſtatuam quoque memorat lib. VI. cap. 16. p. 491. — *Timon*, Tegeates, qui, quum Arcades coloniam Megalopolin mitterent, inter primos eſt delectus, teſte *Pauſania* lib. VIII. cap. 27. pag. 654. — *Timon* in arte ſtatuaria celeber, apud *Plin.* H. N. lib. 34. cap. 8. — *Timon*, Aegyptius, Helenae pictricis pater, apud *Photium* Ecl. CXC. — *Timon*, Plutarchi frater, in *Plutarchi* libro de fratern. amor. pag. 587. E. et colloquens inducitur in *Plutarch.* Sympoſ. lib. I. p. 615. E. atque in lib. de ſera numinis vindicta, pag. 2. edit. Wyttenbach. *Harl.*

XENIADES, antiquiſſimus philoſophus, incertae aetatis, *Corinthius*, Democrito antiquior. Dogma eius fuit, omnia eſſe falſa, et omnem phantaſiam omnemque opinionem eſſe fallacem. vid. *Sextum Empiric.* II. Pyrrhon. ſect. 18. adu. Logicos I. ſiue adu. mathem. VII. ſect. 53. (vbi *Fabricius* not. D. p. 381. adnotat, videri nullum eius iam amplius, quum Sextus ſcriberet, exſtitiſſe monumentum; ſed, quae de eo referret ille, ex Democrito petiiſſe,) ibid. ſect. 388. 399. (vbi dogma eius ſic exponitur, omnia viſa eſſe falſa, et nihil omnino eſſe veri in rebus,) denique lib. VIII. ſect. 5. — Ab illo diuerſus fuit *Xeniades*, itidem Corinthius, homo diues et ἄσωτος, qui emit Diogenem Cynicum. vid. *Menagium* ad Diog. Laert. VI. 74. et infra in catalogo philoſoph. cynicorum, atque cl. *Meinerſ.* in hiſt. [illegible] doctrin. apud Graecos etc. tom. I. pag. 612. not. Ab eodem Meinerſio ad antiquiſſimos philoſophos refertur ibidem

BVTO Athenienſis. Quis vero hic ſit, equidem neſcio: an operarum peccatum eſt, et exarari debuit *Beton*, qui Xenophanis praeceptor fuiſſe apud *Diogen. Laert.* IX. 18. dicitur? Hic vero etiam eſt homo alias ignotus. *Harl.*]

XXX. SOCRATES, Sophroniſci F. philoſophus egregius et philoſophorum vtiliſſimus, Athenienſis, cicutam iuſſus bibere, archonte Lachete, Olymp. XCV. 1. aetatis 70. teſte *Euſebio* Chron. *Ariſtide* Orat. 2. Platonica, et *Laertio* II. 44. licet auctor Chronici Paſchalis pag. 168. Socrati tribuerit annos aetatis nonaginta, et toxicum hauſiſſe referat Olymp. CIV. 1. *Fabric.*

EPIMETRON.

Cur non dictus Hylas? nam de paucis antiquiorum philoſophis, et de nullo, qui aetate ſuperior eſſet, Pythagora excepto, plura atque in vtramque partem diſputata ſunt, quam de Socrate, (cuius vitam ac diſciplinam plurimi iuſtis celebrarunt laudibus; nonnulli tamen in illo nimis laudando, nimis vituperando modum exceſſerunt,) cuiusque ſchola factam eſſe conſtat. Atque ego ipſe [illegible] rebus pluribus aliequin [illegible], qui vel

primis

primis labris antiquam guſtauit hiſtoriam non cognitis, ſi vel plurima, quae de illius vita, fatis, diſciplina, moribus interituque ab antiquioribus aeque ac recentioribus tradita ſunt, repeterem. Hic tamen, quoniam caput factum eſt tot ampliſſimarum familiarum, cuiusque, (vt *Cicero* ait Tuſcul. quaeſt. V. 5.) multiplex ratio diſputandi rerumque varietas et ingenii magnitudo plura genera effecit diſſentientium philoſophorum, omnino dignus eſt, de quo paullo vberius, quam de reliquis in hoc capite factum eſt, diſputetur. Neque vero omnes, qui vel ſeparatim vel paſſim in operibus, de Socrate egerunt, enumerabo, nec, tanta illorum copia, id me facturum eſſe, promittere audeam. Inſuper alii, Cudworth. Moſhemius, Brucker. Adelung, et reliqui hiſtoriae philoſophiae auctores, nec non conditores britannici hiſtoriae vniuerſalis, ex verſ. Baumgarteni vol. V. p. 389 ſqq. multos, in eodem argumento verſatos, excitarunt. Iam antiquioribus temporibus haud pauci pro Socrate aut contra illum ſcripſerunt; quorum vero opera interiiſſe, in fine huius paragraphi adnotabitur. Antiquiſſimi, e quibus hiſtoria, ingenium doctrinaque Socratis adhuc poſſunt cognoſci, auctores ſunt *Xenophon* in Memorabilibus Socratis dictis, lib. IV. ex quibus incorrupta philoſophi doctrina percipitur, *Plato* in dialogis, in quibus tamen ſuas is opiniones, placita iudiciaque Socraticis frequenter ſubſtituit aut immiſcuit, *Diogenes Laertius* lib. II. de vita Socratis, vbi Menagius reliquique interpretes ſunt conſulendi, *Dio Chryſoſtomus* in oratione de Socrate, nr. LIV. p. 556. Lutet. 1604. fol. ſ. tom. II. pag. 280 ſq. edit. Reisk. et or. LV. de Homero et Socrate, p. 558. edit. Lutet. ſ. p. 282 ſqq. edit. Reisk. (Dio Chryſoſt. in hac comment. Socratem negat fuiſſe Archelai diſcipulum; contra adfirmat, eum fuiſſe imitatorem aut aemulum Homeri, et inſtituit vtriusque comparationem, quae quidem non ſemper apta eſſe videtur.) *Libanius* in declamatione pro Socrate, edita cum Ariſtidis oratione aduerſus Leptinem etc. ex cod. Veneto D. Marci a cel. *Morellio* Venet. 1785. 8. pag. 190 ſqq. — E recentioribus hic quosdam nominabo, qui fuſius enarrarunt vitam placitaque Socratis: nam, qui ſingulares tantum hiſtoriae Socraticae partes attigerunt aut expoſuerunt vberius, per occaſionem indicabo, nec paucos ſcriptores de habitu corporis, moribus, ingenio, dogmatibus, morte, ſcriptis et vxore Socratis excitatos video in Catalogo biblioth. Bünauianae vol. I. tom. II. p. 1613 ſqq. et a *Struuio* atque *Kahlio* in Biblioth. philoſ. cap. 3. de ſcriptor. hiſt phil. pag. 214 ſqq. Ad rectum vero de Socrate eiusque diſciplina iudicium ferendum, omnino eſt ſciendum, quaenam ciuitatis atticae, a potentioribus turbatae, et iudiciorum forma, quae philoſophandi ratio, et quinam ciuium mores perditi illius aetate fuerint, quam valde contaminarint popularium animos ſophiſtarum artes vitiaque, quam mire Socratis iunioris, ſophiſtarum fraudibus et fallaciis eruditi, eorumque captionibus laqueisque irretiti, doctrina atque ingenium diuerſa fuerint ab ſenioris Socratis indole atque diſciplina, multo meliore et liberali, priſtinaeque conſuetudini atque ſophiſtarum prauitati ac luxuriei plane repugnante. Quibus cunctis non recte conſideratis atque comparatis, multa erunt obſcura in omni vitae Socraticae hiſtoria, neque de eius docendi ac philoſophandi ratione cauſſisque interitus legitime poterit iudicari: id quod in quatuor proluſionibus de conſilio, quod Ariſtophanes in comoedia, *Nubes* inſcripta, habuiſſe videtur, Erlangae, 1786 ſq. oſtendere et copioſius explicare ſtudui. Enimuero antequam de vita et ingenio doctrinaque Socratis, quantum inſtituti et bibliothecae noſtrae ratio patitur, quaedam diſſeram, primum qui noſtri hiſtoriam concinnarunt, virorum doctorum operam commemorabo, tum de tempore, quo vitae lucem adſpexerit, et iniuria ac iniquitate iudicum amiſerit, breuiter agam.

De libris *Io. Lud. Balſaci* de vita Socratis, Pariſ. 1650. 8. et Socrates chriſtianus. Arnhem. 1675. 12. lingua gallica ſcriptis vid. *Morhofii* Polyhiſt. philoſoph. lib. I. cap. 3 §. 2.

La Vie de Socrate. Par *François Charpentier*, de l'academie françoiſe. III. Edition revüe et augmentée. à Amſterd. 1699. 12. — germanice liberéque, multis reſciſſis atque omiſſis, verſa a *Chriſtiano Thomaſio*, primum Halae Magdeb. 1693. 8. dein 1720. 8.

Andr. Winbom diſſ. de Socrate. Vpſal. 1734. 8.

Dan. Heinſii Socrates, ſiue de doctrina et moribus Socratis, oratio XXIII. inter D. Heinſii orationes. edit. nou. Lugduni Bat. 1615. 8. et 1627. 8. p. 282 ſqq. Preſſe, at grauiter beneque deſcribit tempora reipublicae vitamque et merita Socratis.

Reflexions de l'Abbé *de St. Pierre*, ſur la Vie de *Socrate* et de Pomponius Atticus, in illius opuſculis politicis, tom. X. p. 76 ſqq. Rotterodam. 1735. 12.

Abrah. Grauii hiſtoria philoſophica, Franeck. Friſ. 1674. 8. lib. III. cap. 8 — 10. pag. 389 ſqq.

Von Fenelon Kurze Lebensbeſchreibungen und Lehrſätze der alten Philoſophen, (germanice vertit *von Loen*,) nr. XV. pag. 190 ſqq.

Stanlei. in hiſtor. philoſophiae, tom. I. part. III. ex verſione Gottfr. Olearii, (qui inſeruit diſſertationem ſuam de Genio Socratis, Lipſiae, 1702. habitam,) et edit. Veneta pag. 213 — 219.

Brucker. in hiſtoria critica philoſ. vol. I. pag. 522 ſqq. et vol. VI. pag. 221 ſqq.

Chriſtoph. Meiners. in hiſtoria doctrinarum in Graecia et Romae, (Geſchichte des Urſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom.) vol. II. lib. VII. cap. 2. pag. 346 — 540.

The Life of Socrates, collected from the Memorabilia of Xenophon and the Dialogues of Plato, and illuſtrated farther by Ariſtotle, Diod. Siculus, Cicero, Apuleius, Max. Tyrius, Boethius, Diogenes Laert. A. Gellius and others, by *Gilbert Cooper*, Lond. 1749. — edit. II. 1750 8. qui liber francice verſus, *La Vie de Socrate, traduite de l'Anglois.* Amſterd. 1751. 12. prodiit.

(*Adelung*) in Geſchichte der Philoſophie für Liebhaber, tom. I. pag. 360 — 376. — *Gurlitt* in Abriſs der Geſchichte der Philoſophie, pag. 49 ſqq.

Barthélemy in Voyage du jeune Anacharſis en Grèce, tom. VI. p. 95 ſqq. etc. ed. Bipont.

[*Sokrates von Wilhelm Friedrich Heller.* Francof. ad Moen. 17[illegible]. II. voll. 8.]

Hos adeant, qui plura de Socrate ſcire cupiant. Natus vero eſt Olymp. LXXVII. 4. ſexto menſis Thargelionis (conf. praeter Diogen. Laertium et Suidam in v. Σωκράτης, *Aelian.* V. H. lib. II. cap. 25. ibique Kuhn. et Perizon. annot.) h. e. ſecundum *Edw. Simſonis* computationem, A. M. 3536 ante C. N. 467. V. C. 285. (ſ. apud *Hamberger.* in: Zuverläſſige Nachrichten, vol. I. p. 177. A. M. 3516. a. Chr. 468.) aut, Olymp. LXXVII. exeunte anno tertio, ut *Corſinus* in Faſt. attic. tom. II. p. 46 ſqq. contra Palmerium, Scaligerum et Meurſium diſputans, ſatis oſtendit, quem ſequitur cl. Saxius in Onomaſt. I. pag. 45. adde eundem Corſin. ibid. tom. II. p. 320 ſq. et tom. III. p. 230. de tempore, quo [illegible]

perum;

periit; et *Stanleium* in hiſt. l. c. cap. 1. Atque quoniam Socrates extinctus eſt Olymp. XCV. 1. anno natus ἐτῶν ἑβδομήκοντα καὶ πλείω, inde iam Dodwellus in Annalibus Thucydideis, Duckeri edit. Thucydidis adnexis, p. 24. docuit, Socratis natalem incidere in Olymp. LXXVII. 3 (aut vti in Exercit. II de aetate Pythagorae pag. 221. ſcripſit ¾) ſ. ante C. N. 469. adde *Valcken.* in Diatr. Euripid. p. 190 ſq. — Crito, diues philoſophus, Socratem, cognito illius amore et philoſophiae ſtudio, traduxit ab officina patris, lapidarii, (vid. *Cyrillum* in Iulianum p. 207 ſq.) ad ſcholas philoſophorum, praecipue ſophiſtarum, in his Prodici ex inſula Ceo oriundi, facundi callidique hominis. Ex illorum ſcholis prodiit artibus inſtructus dialectica, grammatica, rhetorica et cum aliis apte ſciteque diſſerendi. Num Anaxagoram et Archelaum audiuerit, res dubia eſt, et ſunt, qui negent; inprimis *Heinius* in vita Anaxagorae p. 257 ſqq. verſ. german. in *Hiſsmanni* Magazin etc. tom. V. At Anaxagorae libros ab eo fuiſſe lectos, patet ex *Platone* in Phaedro p. 71. E. Aliis, ex quorum conſuetudine vtilitatem percipere poterat, diligenter vſus eſt. Attigit enim poeſin quoque, eloquentiam et artem muſicam non minus, quam mathematicam. Quam vtut poſtea diſſuaſiſſet, id non fecit, vt plane ſperneret illam, (nam ſcientiam eius probe declarauit, vid. ex. gr. *Platon.* in dialogo, qui inſcribitur Menon, *Ciceron.* Tuſcul. quaeſt. I. 24. etc. ſed eo conſilio diſſuaſit, ne quis vnice iſti vacaret, ſtudioque illius immoderato a rerum vtiliorum cognitione auocaretur: quamquam ſecus ſentit *A. Gellius* A. N. XIIII. 3. Ad artem orandi arripiendam *Aſpaſiam* Mileſiam habuit magiſtram eloquentiae praeſtantiſſimam, vt ipſe teſtatur apud *Xenophontem* in M. S. II. 6, 36. adde loca claſſica de praeceptoribus Socratis apud *Platonem* in Menexeno cap. 3. p. 22. edit. Gottleberi. qui in notis copioſe de illis diſſerit, atque *Tyrium Maxim.* diſſ. XXIV. p. 287. ac 297. ibique Dauiſ. et XXXVIII. p. 449. edit. II. Dauiſ. De *Aſpaſia* vide notam ad §. ſequentem. — Mature autem perſpexit perditos ſophiſtarum mores, peſſima conſilia, petulantiam, impietatem et infinita mala, quae ex peruerſa corruptaque illorum diſciplina vitaeque in ciues redundarunt. Quare, quum in nullius magiſtri verba iuraret, diſciplinam illorum deſeruit et per quamuis occaſionem acriter oppugnauit, emendandis ciuium moribus et ſanandis reipublicae vlceribus vnice vacans. Hinc doctrinam de moribus ipſamque vtilem philoſophiam primus, vt *Cicero* ait Tuſcul. quaeſt. V. 4. deuocauit e coelo, et in vrbibus collocauit, et in domos etiam introduxit et coegit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere. Alio loco idem *Cicero*, (acad. I. 4. vbi vid. Dauiſ.) „Socrates, inquit, mihi videtur, id quod conſtat inter omnes, primus a rebus occultis et ab ipſa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum philoſophi occupati fuerunt, auocauiſſe philoſophiam, et ad vitam communem adduxiſſe; vt de virtutibus et vitiis, omninoque de bonis rebus et malis quaereret; coeleſtia autem vel procul eſſe a noſtra cognitione cenſet, vel, ſi maxume cognita eſſent, nihil tamen ad bene viuendum.“ et multa alia de Socrate tradit. Id vero non ita intelligendum eſt, quaſi ante Socratem nemo de moribus praecepiſſet. Sed ea laus eam ob cauſſam illi tribuitur, quod philoſophi ante Socratem vt plurimum de rebus abſconditis et occultis, de natura eiusque viribus diſſerere ſueuerunt, Socrates autem primus, repudiatis reliquorum philoſophorum, praecipue ſophiſtarum, argutiis, ſubtilitatibus atque commentis, doctrinae de moribus principem adſignauit locum, illius et vtilitatem et regnum veluti amplificauit, atque ſummam ingenii laudem fructumque et omnem fere operam ac laborem in exſtirpandis vulgaribus erroribus ac vitiis, in laudanda commendandaque virtute et in animis popularium ad pietatem aduerſus ſupremum numen et reliqua boni probique ciuis officia exci-

tandis vnice collocauit. Hinc *fons philoſophorum* dicitur a *Quinctil.* I. O. libr. I. 10. 13. et *Apuleius* de habitudine doctrinae platonicae, *philoſophiam*, inquit, *ex [illegible] fonte [illegible]bra ſuſcepit.* Hinc ab eo omnem, quae eſt de vita et de moribus, philoſophiam manaſſe, adfirmare potuit *Cicero* Tuſcul. quaeſt. III. 4. vbi vid. Dauiſ. adde *Xenophontem* M. S. I. 1, 11 ſqq. IV. 3, 4. *Ciceron.* in Bruto cap 8. *Diogen. Laert.* II. ſect. 20. ibique Menagium. *Petrus Ramus* in Scholis dialecticis lib I. cenſet, Socratem vniuerſos vnum non tantum ethica, ſed logica quoque philoſophia longiſſime ſuperaſſe, et omnium philoſophorum ſuperiorum fuiſſe, non ſolum natura, ſed arte et natura λογικώτατον. Ex ſcholis autem philoſophorum eleaticorum et ſophiſtarum retinuit vſum artemque dialectices, grammatices, eloquentiae et ſubtiliter non minus, quam, quando res, aut ingenium ſermonesque diſſentientium poſcere videbantur, captioſe diſſerendi cum aliis, eosque, vi quadam et calliditate ſapienti adhibita, flectendi. Quare ipſe ſophiſta iudicari potuit; et Socratem τὸν σοφιστὴν vocauit *Aeſchines* in orat. contra Timarchum p. 168 ſq edit. Reisk. vbi conſules Taylori notam. At illam artem prudenter emendauit, atque melius dialogi genus excogitauit, ita, vt methodus Socratica adhuc celebretur. Ad ſophiſtas tumidos atque opinione ſapientiae et multarum litterarum elatos ignorantiae conuincendos ac deridendos, ignorantiam prae ſe tulit. Socrates igitur, vt *Cicero* ait Academ. I. 4. (vbi vid. Dauies.) in omnibus fere ſermonibus, qui ab iis, qui illum audierunt, perſcripti varie et copioſe ſunt, ita diſputat, vt nihil adfirmet ipſe, refellat alios: nihil ſe ſcire dicat, niſi id ipſum, eoque praeſtare ceteris, quod illi, quae neſciant, ſcire ſe putent; ipſe, ſe nihil ſcire, id vnum ſciat: ob eamque rem ſe arbitrari, ab Apolline omnium ſapientiſſimum eſſe dictum, (vid. *Wernsdorf.* ad Himer. or. IV. pag. 467.) quod haec eſſet vna hominis ſapientia, non arbitrari, ſeſe ſcire, quod neſciat. In ſermonibus igitur ſuam doctrinam ſaepe callida ratione diſſimulabat. Hinc apud *Platonem* in Ione p. 28. vocauit ſe ἰδιώτην ἄνθρωπον, *hominem imperitum*. vide ibi not. Mülleri, atque ironia illa gratiſſima frequenter vſus eſt. Summum numen et prouidam dei curam agnoſcebat, patrios tamen deos haud ſpernens; in primis cultum religioſum obſeruabat: hinc in multis rebus erat ſuperſtitioſus, de animi autem immortalitate, quam optabat et ſperabat, non omnino certus, atque tum viuendi agendique, tum diſſerendi ratione ſaepe oſtendebat, ſe in ſchola phyſicorum multis olim imbutum fuiſſe ſuperſtitionibus, et a vanitatis, ſcurrilitatis et oſtentationis culpa laudisque ſtudio non omnino fuiſſe liberum. Hinc *Zeno*, Sidonius, Epicureus, apud *Ciceron.* de N. D. I. 34. *Minucius Felix* in Octau. cap. 38. et *Lactantius* diu. inſtitutt. III. 20. eum *ſcurram atticum* vocarunt, idque iudicium probat multaque eruditione ornat cel. *Carpzouius* in libro: Paradoxon ſtoicum Ariſtonis Chii etc. Lipſiae, 1742. 8 cap. VIII. pag. 454 ſqq. ibique voc. illud interpretatur *mimum*, *hiſtrionem*, et de ironia Socratis multus eſt, atque p. 4[illegible]6. eum, (quo iure, qua iniuria, equidem non definiam, neque tamen plane ſubſcribam duriuſculae ſententiae.) iudicat, maximum fuiſſe omnium, qui vnquam vixere, cauillatorem et conſtantem ac perpetuum mortalium irriſorem etc. Nam longa eſt declamatio contra Socratem. Ex his autem poterit intelligi, quam abſona, immo vero impia quorumdam ſit ſententia, qui eum cum legatis diuinis, aut cum ipſo diuino humani generis redemtore comparare, quinimo illis praeferre audeant. Contra ii, qui Socratem atheorum gregi adnumerarent, ſumma eum iniuria adfecerunt. vid. *I. Chriſtoph. Wolfii* diſp. de atheiſmi falſo ſuſpectis § XI. *Io. Franc. Buddeum* in Theſibus de atheiſmo cap. I. §. 11. pag. 24 ſqq. qui eum vel a ſuperſtitionis crimine liberare ſtudet, ac *Reimmannum* in hiſtoria atheiſmi,

atheiſmi, cap. 21. pag. 155 — 159. qui praeter ea memorat, Marſilium Ficinum (lib. VIII. ep. 9.) cum Symphoriano Champerio adfirmaſſe, Socratem fuiſſe typum Chriſti patientis; cuius eiusdem opinionis commentique commemoratio iam eſt refutatio. At enim de eius theologia et philoſophia adeo multa, eaque contraria iudicia ſunt a Platonis et Xenophontis temporibus vsque ad noſtra varia ratione lata et tam diuerſo modo diſputata, vt acta agerem, ſi crambem decies centiesque coctam recoquerem. Nec omnes enumerare libros maioris minorisque molis vacat licetque. Paucis igitur, vt ipſe Socrates in vita ſua, contenti erimus. Atqui Brucker. et reliqui, quos ſupra laudaui, iam haud paucos libros, huc pertinentes, commemorarunt. — Philoſophiam Socratis, (quem *Lipſius* lib. I. manuduction. ad philoſ. Stoicam diſſ. VI. vocat fontem et caput ſapientum,) praecipue eius artem diſputandi iure ſuo magni aeſtimat *Petrus Siluanus Regius* in diſcurſu philoſophico, in quo hiſtoria philoſophiae antiquae et recentioris recenſetur, (Allendorf) 1705 12. p. 24 ſqq. conf. *Nouvell. de la Rep.* 1705. Febr. pag. 223. *Io. Godofr. Sieber.* diſſ. epiſt. de methodo diſputandi Socratica. Lipſiae, 1735. *Io. Phil. Treuner.* diſſ. de antiquo interrogandi modo. Ienae, 1688. Plures auctores, qui de veterum diſceptandi ratione ſcripſerunt, laudauit *I. E. I. Walch.* de philoſ. vett. eriſticis, p. 4 ſq. Atque Socratis methodum docendi e ſcholis non omnino proſcribendam eſſe, in peculiari diſput. *Frid. Menzius* cum aliis recte contendit, Lipſiae, 1740. 4. — In omni enim inſtitutione puerili methodus Socratica eſt ad fructum pleniſſima ideoque ab optimis magiſtris adhibita et commendata. Nuper quoque de ea praeclare egit *I. F. Ch. Gräffe* in: Die Sokratick nach ihrer urſprüngl. Beſchaffenheit, in vol. II. *des Neueſten katechet. Magazin* etc. Socratem fuiſſe vnius ſummi numinis vindicem et tamen plurium deorum cultorem, neque vero eamdem de diis, qui colebantur, opinionem fouiſſe, quam populum, docuit *Cudworth.* in ſyſtemate intell. tom. I. cap. 4. §. 23. p. 614 — 618. adſtipulantibus Moshemio in notis et *Clerico*, qui eum excuſat, in Siluis philologicis, Aeſchinis Socratici dialogis ſubiectis cap. 3. quod inſcripſit *de Socrate*, p. 177 ſqq. Quando Melitus apud Xenoph. M. S. I. cap. 1. Socratem adcuſat, quod patrios deos ſpernit, alia vero καινὰ δαιμόνια introducit, *Walchius* in Parergis Academ. p. 23 ſq. opinatur, eſſe idem, ac noua ratione de diis diſſerere, nouam de rebus diuinis doctrinam proponere atque propagare: hinc eum, quoniam rectius de deo, quam plebeii ac multi philoſophorum ſenſerit, et contra aniles de diis fabulas diſputarit, in atheorum ordinem eſſe adſcriptum. A ſuperſtitionis tamen ſuſpicione eum liberare ſtuduerunt *G. I. Voſſius* de theologia gentili, ſiue de origine et progreſſu idololatriae lib. III. cap. 12. *De la Mothe* le Vayer de la Vertu des Payens, ſ. tom. V. illius Operum, in 12. pag. 63 ſqq. *Iac. Wilhelm. Feuerlin.* in diſſ. Ius naturae Socratis, Altdorfii, 1719 4. §. 4. pag. 12 ſqq. aliique. Atqui *Iuſtinus Martyr* Apol. I. p. 48. II. p. 83 ſqq. edit. 1686. perperam autumauit, Socratem aliquatenus agnouiſſe Chriſtum, et ad ipſum, tamquam verbum diuinum adduxiſſe ſuos, immo vocauit Chriſtianum, inter Graecos praegreſſum. conf. *Iſaaci Caſaub.* Exercitt. anti-Baron. p. 1 ſqq. et *Heumanni* acta philoſ. tom. I. p. 55 ſqq. et 475 ſq. Hinc noſtra aetate acres ortae ſunt controuerſiae de religione, virtutibus et aeterna beatitate Socratis, aliis eum, ſummis virtutibus exornatum, numero coelitum adſcribentibus, aliis eum plane ad aeterna ſupplicia condemnantibus; vtramque vero partem exceſſiſſe modum, equidem arbitror. vid. *Io. Aug. Eberhard.* germanice ſcriptam apologiam pro Socrate, vel requiſitionem doctrinae de ſalute gentium profanarum, (ab aliis laudatam, ab aliis examinatam aut reiectam.) Berolini, 1772. 8. et Nouam apologiam Socratis, ibid. 1778. 8. et anonymi libell. *Abra-*

ham,

ham, Paulus, Töllner, und im Schooſſe Abrahams Sokrates. Berol. 1774. 8. — *Joſias Martin* in:

A Letter from one of the People call'd Quakers. Londini 1742. 8. et gallice verſa, 1745.

Socratem, Ciceronem ac Plutarchum prorſus inter praecurſores Quakerorum refert. Illius vero controuerſiae atque opinionum de religione Socratis diuerſarum hiſtoriam, quamquam non plenam, at doctam, concinnauit, atque, quam temere Chriſtus cum Socrate compararetur, oſtendit *Hauptmann* in proluſione: Num inter Chriſti praecurſores Socrates. Gerae, 1777. Addantur:

Petr. Halloix diſſ. an Socrates philoſophus ea de deo et Chriſto imbutus fide fuerit, quae ad ſalutem ſuffecerit? in illius vitis illuſtrium eccleſiae oriental. ſcriptor. ſaec. II. Duaci, 1636. fol. pag. 333—351. et *Walchii*, Profeſſ. Gottingenſis, neueſte Kirchengeſchichte, paſſim, et *Adam Frid. Ernſt Iacobi*, von dem neueſten Religionszuſtand in Holland. Gothae. 1777. ſect. II. — M. *Ludou. Theoph. Mylii* lib. Socratis theologiam e reliquiis dictorum ipſius et factorum per diſcipulos memoriae poſteritatis conſecratorum erutam, et ad quasdam naturalis cognitionis claſſes breuiſſime reuocatam ſiſtens, Ienae 1714. 4. — (*Io. Schmidii*) progr. de Socratis effato: quod ſupra nos, nihil ad nos, Lipſiae 1718. 4. — *Io. Frid. Aufſchlegeri* diſſ. praeſ. *Io. Schweighaeuſero*, Theologia Socratis ex Xenophontis Memorabilibus excerpta. Argentor. 1785. 4. — *I. A. Kamm*, diſp. praeſ. *Schweighaeuſero*, Mores Socratis ex Xen. Mem. delineati. Argentor. 1785. 4. [Doctrinam eius de immortalitate nuper copioſe perſecutus eſt *W. G. Tennemann* in libro: *die Lehren der Sokratiker* von der Unſterblichkeit, Ienae 1791. 8.]

Atqui *Plutarch.* de placit. philoſ. I. 3. pag. 14. ed. Corſini tradit, Socratem et Platonem tria ſtatuiſſe principia, deum, materiam (τὴν ὕλην) et ideam: adde *Numenium* apud *Euſebium* XV. praepar. pag. 728. quae fuſius explicat *Io. Gottl. b. Carpzou.* in diſſ. I. de veterum philoſophorum circa naturam dei ſententiis. §. 9 ſq. ab Bruckero autem aliisque refutata ſunt, aut examinata illuſtrataque. Ad cognoſcendam illuſtrandamque Socratis philoſophiam conducunt quoque praeter libros nominatos:

Chriſt. Frider. Boerneri orat. de Socrate, boni ethici exemplo. Lipſiae 1707. 4.

Io. Ioachim Zentgrau. diſp. de fine hominis ſecundum diſciplinam philoſophiae ionicae Socratis et Socraticorum, in primis de pulcro Socratico. Argentor. 1693. et in illius Specimine antiqq. moralium, ſeu hiſtoriae moralis antiquae, ibid. 1696. 4. Finis illis fuit, vt homo in hac vita, quantum licet, per reminiſcentias crebras recuperet οἰκείαν ἐπιστήμην, hominis propriam ſcientiam, quam in coelo ante lapſum in terram animus, h. e. homo, habuit.

Ge. Paſchii diſſ. de re litteraria, pertinente ad doctrinam moralem Socratis, Kiloni 1705. 4.

Godofr. Wilh. Pauli diſſ. de philoſophia morali Socratis. Halae Magdeb. 1714. 4.

Heumann. in actis philoſ. de Socrate philoſopho ſaepius egit, in vol. I. pag. 101 ſq. 213. de Oraculi iudicio de Socrate, (quod ad fabulas mileſias ablegat) pag. 472 ſqq. et tom. II. pag. 147 ſqq.

Georg. Paſchius, profeſſor quondam Kilonienſis, de variis modis moralia tradendi. Kilonii, 1707. 4. pag. 521 ſqq. qui alligat quaedam alia ad vitam et diſciplinam Socratis pertinentia. Idem pag. 525. memorat, *Leonem Hebraeum* ſcripſiſſe tres dialogos de amore, (Venet. 1564.

1564. 8. a Io. Carolo Saraceno nitida latinitate donatos), et in iis ſententiam Platonis de amore Socratis inter alia eſſe proſequutum.

Socratem non fuiſſe μεριμνοφροντιστὴν contra Ariſtophanem oſtendit M. *Io. Frid. Leisner*, in progr. Cizae, 1741. 4.

Socratem cum Platone eſſe parentem et auctorem criticae, et primum docuiſſe etymologias inueſtigare, contendit *Henr. Valeſius* de critica lib. I. cap. V. pag. 153. ſubiunct. eius libr. V. Emendationum. Burmann. in nota iam laudauit *Wouwer.* de Polym. cap. 9.

De Socratica ironia, ſiue diſſimulatione modeſta prudentique, Socrati familiari, egerunt *Claude Franc. Fraguier* in: diſſertation ſur l'Ironie de Socrate, ſur ſon prétendu Démon familier, et ſur ſes moeurs, in Mem. de Litterat. de l'Acad. des Inſcr. tom. IV. coll. Mem. de Trevoux 1728. pag. 539. et *Io. Clerico* in biblioth. ſelecta, tom. XXII. pag. 426. *Carpzov.* in libro ſupra laudato, Paradoxon etc. et *Hauptmann.* cum in Commentationibus Petronianis, in quibus ſcurrae nomen a Socrate remouit, εἴρωνα per *diſſimulatorem* interpretatus, tum in ſingulari commentatione: Socrates εἴρων, Gerae, 1775. *Meinerſ.* in hiſtoria doctrinarum etc. tom. II. p. 373 ſqq. et alii. Huc quoque pertinent *Iac. Guil. Feuerlini* diſp. de prudentia errantes conuincendi ex hiſtoria Socratis, Altdorf. 1723. 4. et *Caſtillon* comment. de methodo docendi Socratica, in Nouv. Mémoir. de l'Acad. — Berlin. 1781. pag. 361 ſqq. ac *Dietz* de vltimo Socratis mandato, vt Aeſculapio gallus ſacrificium feratur, in Berolinenſi libr. menſtruo vol. II. part. IX. pag. 281 ſqq.

„*Ein Bändchen Sokratiſcher Denkwürdigkeiten, mit Betrachtungen, von I. E. Mayer*, Profeſſ. der Philoſophie an der Vniuerſität in Wien. Wien 1783. 8. Auctor deſcribit ingenium indolemque Socratis, quem iure conſiderat potiſſimum tamquam doctorem popularem, et multa notatu digna affert. Attamen ſunt quaedam, quae non omnibus perſuadebit: cum primis, quando arbitratur, ſilentio Xenophontis in M. S. motus, Socratem animi immortalitatem probabiliter palam non memoraſſe. Enimuero Xenophon in M. S. nec voluit, nec potuit omnia, quae Socrates cogitarit, dixerit, feceritque, poſteritati tradere; ſed tantum ea potiſſimum, quae illum a criminibus aduerſariorum atque accuſatorum vindicarent, et quae ad philoſophiam actionis ſiue, quam vocant, ethicam aut practicam pertinerent. Tum in M. S. hic de natura et ortu animi humani ita diſſerit, vt fiat probabilius, illum iſtam doctrinam crediďiſſe, ſaltem exoptaſſe, atque docuiſſe potius, quam reticuiſſe. In Cyropaedia oratio Cyri de animi perennitate ita comparata eſt, vt Socrates amicis ſuis illam doctrinam commendaſſe, nec tamen tamquam certiſſimam declaraſſe videretur. In Apologia autem Xenophontea prouocat ad remunerationem poſt hanc vitam ſperandam. De nulla tamen opinione Socratica, iam antiquiſſimis temporibus peruulgata, (περιβόητον δὲ τὸ Σωκράτους δαιμόνιον, ait Schol. ad Theocrit. II. verſ. 28.) viri docti in alia omnia magis tranſierunt, quam de *Genio Socratis*: atque ille, ſiue ſuperſtitioſe quadam ductus, ea, quae mens, recti prauique conſcia, ipſi ſuaſerat, a daemonio ſuo ſibi eſſe praecepta, iactitauerit, ſiue magna viuidaque animi facultate res concipiendi et quaſi praeſagiendi motus, illud ſibi ineſſe gloriatus fuerit, ſiue ea, quae longo vſu, comparatione atque obſeruatione rerum, diuturna ſagacitate, acumine ingenii iudiciique praeſentiſſimo, (cuius exemplum mihi eſſe videtur id apud *Plutarchum* Parall. vitarum, in Nicia pag. 367. vol. III. ed. Reiske, Socrati daemonium ſolitis ſigni, indicaſſe, expeditionem Athenienſium in Siciliam in peſtem reipublicae verſuram), et ſubtili ani-

mi humani vitaeque cognitione edoctus ſcire atque, quae euentura eſſent, quaſi diuinare poterat, ad maiorem ſibi famam ſuique apud amicos reuerentiam atque auctoritatem parandam, per fraudem, aut ſuperiorum quorumdam philoſophorum, Pythagorae, Empedoclis, Pherecydis exemplo atque opinione deceptus dixerit, a genio ſuo ſibi fuiſſe demonſtrata et veluti manifeſtata: ab omni tamen ſcurrilitatis ineptiarumque, ſaltem magnae imbecillitatis, nota quomodo liberari poſſit, equidem non perſpicio. Atqui ſi per opinionis errorem ſibi praeſcientiam rerum quarumdam arrogauerit, tamen id ab eo neque recte, neque ſapienter factum eſſe putem. At et illi, qui, vt *P. Poiret* lib. III. oecon. diuin. cap. III §. 2. pag. 750. opinantur, eius genium fuiſſe Spiritum S. et ii, qui ſcientiam diuinandi Socraticam viribus et auxilio peſſimi daemonis, quem Chriſtiani vocant diabolum, tribuunt, lepide errare mihi videntur. Ego vero nolo ea repetere, quae Carpentarius in vita Socratis cap XVIII. de ſpiritu Socratis familiari, vt Thomaſius reddidit, Olearius de Genio Socratis, Bruckerus, Fraguier in recitatione memorata, Paſchius l. cit. pag. 530 ſqq. aliique iam collegerunt atque iudicarunt: ſed recentiorum quorumdam libros atque opiniones adducere iuuat. *Mauvillon* in: Deutſchen Muſeum, menſe Iunio 1777. de Genio Socratis ſententiam tulit, religioni chriſtianae pernicioſam, a *Leſſio* tamen, tum Profeſſore Gottingenſi, in ſingulari libello, atque a *M. Leonhard. Io. Car. Iuſti*, Marburgenſi, in libello: Ueber den Genius des Socrates, eine hiſtoriſch-philoſophiſche Unterſuchung, Lipſiae, 1779. 8. intelligenter refutatam. Medium quaſi tenere ſtuduit anonymus in: Deutſchen Muſeum, part. I. 1778. — (M. *Koenig*, in praeſenti Profeſſor Altdorfinus), ſcripſit: Ueber den Genius des Socrates, auch eine philoſophiſche Unterſuchung. Noribergae, 1777. 8. — *Feder*, Profeſſor Gottingenſis, in menſtruo libello: Neuer Sammler zum Nutzen und Vergnügen der Teutſchen. Erlangae, 1766. vol. I. pag. 417 ſqq. Genium Socratis interpretatur fraudem quamdam piam ac ſapientem. — *Meiners.* diſp. de illo genio in vermiſchten philoſoph. Schriften, III. nr. 1. — *P. Eſtrup* Diſſ. de genio Socratis. Hafniae, 1781. — Anglus, *R. Nares* in libello:

An Eſſay on the Demon, or Divination of Socrates. London, 1782. 8.

putat, Socratem numquam contendiſſe, ſe daemona quemdam habere comitem, illumque ſub voc. *δαιμόνιον* non naturam quamdam diuinam peculiarem, ſed ſueta ſigna et omina, quae vniuerſa Graecia ipſeque Socrates exiſtimaſſent a diis mitti, intellexiſſe. Argumentum ipſi eſt, quia *Xenophon.* Memor. I. 1. 2. et Apolog. §. 8. et 12. loco *δαιμόνιον* vſurpaſſet voc. *θεὸς*, aut *οἱ θεοὶ* hinc concludit, apud Xenophontem aliosque *ὁ θεὸς*, *οἱ θεοὶ*, *τὸ δαιμόνιον* et *θεῖον* eſſe ſynonyma. At cenſor in Ephemer. liter. Gotting. 1782. nr. 98. contendit, aduerſari illius interpretationi aduerſari omnia Platonis loca, ſententiam omnium veterum ſcriptorum, qui *δαιμόνιον* vertiſſent genium aut daemona, et iudicium omnium aequalium atque adeo ſutorum Socratis, qui hunc non fecturi faiſſent reum, ſi putaſſent, Socrati id, quod reliquis Graecis, euenitſe; defenſoribus Socratis ac Xenophonti tunc multo faciliorem fuiſſe cauſſam. Haec omnino vera, ſaltem probabilia eſſe videntur. Socrates enim cum Anaxagora vnum ſupremum numen agnouit, et, daemonas, ratus eſt, claſſem eſſe deorum, quam religio popularis, et vero philoſophia Ionica agnouit. E Pythagoreorum ſcriptis perceperat forſan et hauſerat opinionem, ſingulis hominibus peculiares daemonas eſſe adſignatos. Quod reliquas naturas non pr... homine vatienti, id, quod mens ſibi conſcia, viſus atque vis mihi ipſi praecepcrunt, daemoni ſuo tribuit, arbitratus, aut callide interdum fingens, ſe velut inſtincta caeleſti vel ar-

cano

cano moueri. Aut putauit, admonitiones ſui daemonis etiam ad reliquos pertinere deos. Quaeſtionis autem caput eſt, num Socrates crediderit, ſibi aliisque bonis futura praedici a diuinis quibusdam naturis, et annon Plato hiſtoriam de illius daemone ex Pythagoreorum placitis exornarit. Niſi Xenophon quaedam de iſta Socratis opinione memoriae prodidiſſet, reliquorum narrationibus facile aliquis eo adduci poſſit, vt totam hiſtoriam ad maiorem auctoritatem Socrati conciliandam fuiſſe compoſitam confictamque credat. Quibus vero pigmentis coloribusque Apuleius aliique hiſtoriam illam olim illuminarunt atque rem exaggerarent, ea redolent ſuperſtitionem, ingenii luxuriem, et Pythagoreorum Neoque platonicorum ſcholas. Alia ex antiquioribus et recentioribus ſcriptis enarrant, aut explicant illuſtrantque illam Socraticam opinionem, vir doctus in Bibliotheca philologica, cum praef. Walchii, vol. III. part. V. nr. 1 etc. — *Io. Gottfr. Hauptmann.* in docta proluſione: Daemonium Socratis haud quaquam, vt non nemo credit, eſſe Spiritum S. probat. Gerae, 1777. 4. et *Io. Maria Lampred.*, Prof. iuris publici in acad. Piſana, qui probatum iuit in: Saggi di diſſertazioni accademiche pubblicamente lette nella nobile Accad. Etruſca dell' antiquiſſima Citta di Cortona, vol. VII. Florent. 1783. nr. X. pag. 185—197. Genium Socratis fuiſſe illius ingenium, animum, ſagacitatem, multo vſu ſtudioque acquiſitam.

De eius militia, munere ſenatorio, philoſophandi docendique ratione, coniugio vitaque priuata alii abunde diſputarunt. Duas uxores, Myrtonem, (v. ſupra lib. II. cap. XV. §. 48. pag. 113) et Xantippen, easque ſimul, a Socrate in matrimonium ductas fuiſſe, fama eſt vetus. v. *Diogenem* Laert. II. 26. *Athen.* XIII. init. pag. 555 ſq. *Suidam* in Socrate. Nouvell. rep. d. litt. 1717. pag. 206. ex Humfredo Prideaux. Enimuero id apud eundem Athenaeum iam negauit Panaetius Rhodius, cui maxime ob ſilentium auctorum aequalium, Socratisque adeo diſcipulorum, Platonis, Xenophontis aliorumque accedunt, *Rollin* in vita Socratis tom. IV. antiq. hiſt. *Benthl.* in diſſ. de epiſt. Socratis §. XIII. pag. 73 ſq. verſ. lat. Lennepii. *Hindenburg.* in animaduerſion. in Xenophontis M. S. Lipſiae 1769. 8 pag. 71. *Meinerſ.* in hiſt. doctrin. apud Graecos, tom. II. pag. 522. not. Sed illa *Xantippe* propter moroſitatem rixandique libidinem ſatis famoſa eſt et vero in prouerbium abiit: atque Socrates, quod aequo animo tulit illius mores atque importunitatem, a manſuetudine et patientia multum laudatur. (*Bonfac.* XV. 9. hiſtor. ludicrae). Attamen illius ingenii faſtum et morum acerbitatem ab omnis memoriae obtrectatione atque opprobriis vindicare ſtuduerunt atque Xantippes virtutes laudarunt *Heumannus* in actis philoſ. tom. I. pag. 103 ſqq. et auctor vitae Socraticae, quae Phaedoni Mendelſonii praefixa legitur. Atqui facile credo, ea, quae vulgo commemorantur dicta factaque Xantippes, magnam partem eſſe falſa et commentitia, eamque vxorem probam, parcam et tenacem prudentemque ſaepe, quod Socrates diſputando, praecipiendo ambulandoque multum temporis et rem familiarem perdidit, ſaltem mire neglexit, filius autem fuit immoriger, iuſtam legitimamque cauſſam querelarum iurgiorumque habuiſſe. Et tamen maritum amare, de eiusque vita triſtique vitae exitu valde ſollicita eſſe potuit. Atque multa talium vxorum exempla omni aetate et vbique reperiuntur. Quanta vxorum multitudo omni aeuo iure iniuriaque eſſet culpanda! At enim ab omni rixandi conuitiandique libidine eam defendere, eiusque virtutes ſummis laudibus efferre, id claris veterum teſtimoniis *Xenophontis* II. 2. (vbi vide *Valckenarii* notam in ed. Erneſti pag. 243. et *Hindenburgii* animaduu. laudatas pag. 74 ſq.) aliorumque fide dignorum ſcriptorum repugnat. Equidem duritiem, vehementiores animi motus et iuſto vberiores longioresque rixas neque probo in iſta, ne-

que omnino excuſo. Laudo potius manſuetum, placidum patientemque Socratis animum: nec eum nequitiarum flagitiique infamis, Athenis quidem tunc haud infrequentis, reum fuiſſe arbitror. Iam *I. M. Geſner* in erudita recitatione, *Socrates ſanctus paederaſta* tom. II. commentar. reg. ſociet. Gotting enſ. eum a nefando illo crimine defendit. [Reperi hanc Commentationem in Batauis iuſſit *Chriſtoph. Saxius.*] — *Frid. Menzius*, Prof. quondam Lipſienſis, in diſſ. *Socratem nec officioſum maritum, nec laudandum patrem familias fuiſſe*, Lipſiae 1716. 4. in priore parte adcuſationis capita condenſat, et bono Socrati, ab humanis infirmitatibus haud immuni ſaepiusque virtutum ſimulacra tantum ſectanti, facit iniuriam. Adeo difficile eſt, a via regia haud aberrare! de qua multi quoque deflexerunt, qui de condemnatione atque interitu illius ſcripſerunt. Nam, quod, dum communis veluti patriae ſuae praeceptor fieri voluit, ciuesque a flagitiis, iniquitate ſceleribusque ad caſtitatem, aequitatem ac virtutes reuocaturus, non pepercit ſuperbiae atque auctoritati procerum impotentium, nec adulatus eſt vllum, quem hoſtem ac peſtem virtutis bonorumque morum atque adeo ipſius patriae cognouerat aut habuerat; tum quod ſophiſtarum oſor et oppugnator erat perpetuus atque acerrimus, comicos poetas irriſit, ſacrificulorum religiones vituperauit, et multa alia fecit dixitque, quae multis popularibus ingrata erant, corruptis perditisque plurimorum ciuium moribus, ipſaque ciuitate multis naeuis et lue quadam malorum laborante, obtrectationes, inuidiam odiumque aliorum effugere non potuit. Hinc a ſophiſtis conuitiis laceratus (v. *Himerium* Or. IV. 6. pag. 463 ſqq. vbi de laudibus philoſophiae Socraticae paucis agitur, ibique Wernſdorf), a comicis in ſcenam productus et ludibrio riſuique ſpectatorum expoſitus eſt, inprimis ab Ariſtophane in fabula, *Nubes* inſcripta, mirifice eſt exagitatus. Quo vero conſilio Ariſtophanes, non precibus aliorum excitatus, aut pretio ab Anyto Melitoque conductus ad Socratem ſugillandum reumque maieſtatis faciendum, illam fabulam docuerit, iam ſupra ad Ariſtophanem pag. 363. in nota vberius declaraui, et Tychſenianas laudaui commentationes. *De Pauw* in philoſophiſchen Unterſuchungen über die Griechen part. II. pag. 207. minus recte de hac comoedia iudicaſſe, iam animaduertit eius interpres, *Villaume*. Tandem Socrates ſenex ab Anyto Melitoque in iudicium vocatus, atque iniquitate iudicum et temeritate odioque populi varias ob calumnias, praecipue, quod magiſter fuerat Critiae ****), vnius ex illis triginta tyrannis eiusque crudelis, ad vltimum ſupplicium, cicutae hauſtum, eſt condemnatus. At tamen fuerunt viri docti, qui arbitrarentur, Socratem variis artibus, quibus immutaret reipublicae formam, eſſe vſum, principatum adfectaſſe, tyrannis, ſaltem quibuſdam, fauiſſe, contra leges reipublicae nouam tamquam religionem fuiſſe introducturum, et alia, quorum poſtea mentionem faciam, illegitima, reique publicae ſaluti noxia, ſuſcepiſſe aut tentaſſe, ideoque iure et modo, legibus patriae conſentaneo, capitis fuiſſe damnatum. Sic *Sigiſmundus Frideric. Dreig.* in Epiſtola de Socrate iuſte damnato ſenſit. Lipſiae 1738. 4. et ſimul amplius que corroborare iſtam adcuſationem adniſus eſt cl. *Victor Leberecht Pleſſing*, ad praeſens Prof. in vniuerſitate litterarum Duiſburgenſi, in libro: *Oſiris und Socrates.* Berol. et Stralſund. 1783. 8 in ſect. II. Praeter argumenta, paullo ante commemorata, is Socratem arguit, hunc, opinione cauſſaque daemonis ſui ſimulata, diuinationem, quae, vti auguria oracula-

****) Odio quidem erga iſtum Athenienſes cum primis impulſos fuiſſe, ad deum Socrati [illegible] [illegible] in oratione [illegible] coram populo habita, pag. 168. vol. III. Orator. gr. edit Reisk. clare aperteque pronuntiauit: Ὑμεῖς δ', ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκώς, ἕνα τῶν τριάκοντα τῶν τὸν δῆμον καταλυσάντων.

culaque, ſubiecta fuiſſet poteſtati atque publicae adminiſtrationi, tamquam hominem priuatem ſibi arrogaſſe, adeoque maiora adſpirare fuiſſe viſum: hinc maieſtatis reum, more legitimo et ſecundum vim legum patriarum condemnatum interiiſſe. Idem putat, his rationibus ductum Catonem ſeniorem de Socrate, quem ille, homo popularis, tamquam ciuem ſeditioſum et tyrannidos, ſiue ſupremi principatus adpetentem habuerit, dure iudicaſſe: neque tamen negat, Socratis fata eſſe aegre ferenda, quia ſacrificium pro re bona et vtili factum ſit. Verum enim vero accuſatio iſta, quamquam grauis et admodum ſpecioſa, num Socrates mutationem reipublicae adminiſtrandae ſit molitus, tamen, quum emendatio ſacrorum ſalua reipublicae forma fieri potuiſſet, res eſt admodum dubia, nec ex conſuetudine cum Alcibiade aliisque potentioribus robur quoddam accipit, vt alia, quae in proluſionibus contra Dreſigium, libro Pleſſingii nondum cognito, diſputaui, omittam. Add. *Car. Ern. Kettneri* diſſ. qua Socratem criminis maieſtatis accuſatum vindicat. Lipſiae 1738. 4. Nec *M. Georg. Chriſtian Ibbeckenii* ſententia, quamquam is iniquitatem aduerſariorum et iudicum improbat Socratisque celebrat innocentiam in diſp. *de Socrate, mortem minus fortiter ſubeunte*, Lipſiae 1735. 4. eſt omnino probanda, et a *Io. Samuele Müllero*, Rectore Hamburgenſi, in ſingulari proluſione, Hamburgi, 1738. 4. ſub examen iam vocata. Habuerat quidem amicos et patronos, qui cauſſam eius coram iudicibus populoque egiſſent, ſed vitae ſatur, atque innocentiae ſuae conſcius, noluit adulari nec pecuniam, litis aeſtimationem, ab iniquis durisque iudicibus ipſi irrogatam, ſoluere; (v. *Ibbecken.* l. c. p. 17 ſq.), et maluit vitam amittere, quam, quod accidere potuerat, per amicos rem publicam turbare. Conſtat enim, Lyſiam orationem, a ſe compoſitam, qua in iudicio vteretur Socrates, huic obtuliſſe, ſed eum illa vti noluiſſe. v. *Ciceron.* de Orat. I. cap. 54. Tuſcul. quaeſt. I. cap. 29. ſq. et 40. ſq. *Quinctil.* I. O. II. 15, 30. XI. 1. 11. *Diogen. Laert.* II. 40. ibique interpretes. *Valerium Maxim.* VI. cap. 4. ext. 2. etc. Idem Lyſias orationem pro Socrate ſcripſit ad Polycratem, qui, eloquentiae oſtentandae cauſſa, orationem contra Socratem, ſexto poſt huius mortem anno, confecerat. (v. *Diogenem Laert.* II. 39. ibique Menagium). Locus ex illa Lyſiae oratione ſeruatus eſt a ſcholiaſte in Ariſtidem; id quod cel. *Morellius* in nota ad *Libanii* declamat. pro Socrate pag. 190 ſq. prouocando ad Valeſii adnotatt. ad *Harpocrat.* pag. 71. ed. 1696. et ad codicem Marcian. 323. oſtendit, atque contra Taylorum in Lyſiam pag. 669. ed. 1739. docuit, Lyſiae apologiam Socratis ad iudices, cum eius ad Polycratem oratione, non eſſe vnam eamdemque, idemque laudauit *Bentleium* in diſſ. de Socratis epiſtolis §. V. Socrates igitur adhibuit, vt *Cicero* ait Tuſcul. I. 29, liberam contumaciam, a magnitudine animi ductam, non ſuperbia: et ſupremo vitae die multa diſſeruit, et paucis ante diebus, quum facile poſſet educi e cuſtodia, noluit, etc. ad quem locum Ciceronis illuſtrandum tria progr. ſcripſit *Car. Ludou. Richter*, Lycei Rector, *de libera, quam Cicero vocat, Socratis contumacia* (h. e. conſtantia in tuenda diſciplina ſua, praecipue in cauſſa coram iudicibus iniquis libere et acriter agenda). Caſſel. 1788. et 1789. 4. [Add. *I. I. Zimmermanni* Apologia Socratis, in qua tamen oſtenditur, male eum egiſſe, quod cauſam coram iudice non perorauerit, in Muſ. Helv. T. VI. Part. 24. pag. 481 ſq.] Tenax propoſiti Socrates hauſit cicutam, et poſtquam cum amicis de rebus grauiſſimis adhuc diſputarat, placide vita deceſſit; quod ex Xenophonte, Platone, Libanio, (ad cuius declamationem v. not. cel. *Morelli* pag. 207 ſq.) Diogene Laertio aliisque notum eſt et a viris doctis abunde commonſtratum. De *Polycrate* confer quoque *Lambecium*, comment. de bibl. caeſ. Vindob. vol. VII. pag. 537 ſqq.

De illo veneno v. *Sig. Fr. Dreſig.* diſp. de cicuta, Athenienſ poena publica. Lipſ. 1734. inprimis §. VII. Cicuta autem illa, publica poena, num merus ſuccus fuerit, an venenum, cicuta temperatum, cui virulentius quid ineſſet, diſputatum eſt a viris doctis. Prius affirmant *Licetus* in antiquis ſchematibus gemmarum annularium, *Triller.* in Obſ. crit. pag. 489. cl. *Morellius* in not. laudata aliique: poſterius *Guido Patinus* in epiſtola quadam ad Gaſſendum, Epiſtolarum ad Gaſſendum pag. 537. et in epiſtola ad Licetum edita, inter huius antiqua ſchemata etc. cap. CLXXII. (v. *Menagium* ad Diogen. *Laert.* II. 42.) *Mead* in mechanica expoſitione venenorum, et *Ioannes Caluius*, Medicinae Profeſſor Mediolanenſis, in Epiſtola ad Petrum Borſieri pag. 461 ſpq. tom. IX. Nuova Raccolta d'opuſcoli ſcientifici e filologici, in Venezia, 1762. et diſſ. della Morte di Socrate, Piſis, 1763. conſ. etiam *I. Iac. Wepferi* hiſtor. cicutae. Mem. de Trevoux. 1716. p. 265. Addatur *Mazochius* in Explicatione graecae inſcriptionis in poculi pſeudoſocratici extremo labro exaratae. Neapoli 1752. cum epicriſi cl. *Villoiſonii* in Anecdot. graecis, tom. II. pag. 128. not. 1. Poculum illud in ſummi labri ambitu hanc habet inſcriptionem: κυλες (pro χυλες putat Mazochius) καθειεν περι τον Σωκρατην, eamque epigraphen ab Epicureo quodam, Socrati parum aequo, ſtante romana republica, aut ſub primis ipſis imperatoribus factam eſſe, ſuſpicatur Mazochius: contra Villoiſon. exiſtimat, inſcriptionem eſſe barbaram, totumque hoc poculum recentiſſimum et a nugiuendulo quodam confictum. — Illius autem pernicioſi conſilii nefandique facti haud ita multo poſt interitum Socratis conſequuta eſt totius fere Graeciae indignatio, et ita poenituit Athenienſes, vt Melitum capitis damnarent, Anytum eiicerent ciuitate, Socratique in Pompeo ex aere ſtatuam ponerent. v. *Diogen. Laert.* II. 43. ibique interpretes, praecipue Menagium, pag. 95 ſq. qui plurium veterum adducit teſtimonia; id. VI. 10. 11. *Iſocr.* vol. II. pag. 363 ſq. *Plutarch.* de inuidia et odio, tom. VIII. Opp. ed. Reiske, pag. 128. qui, quanto odio ciues perſequuti ſint eos, quorum calumnia Socrates, oppreſſus eſt, memoriae prodidit, et M. *Theophili Adami* diſſ. de ſtatua Socratis Athenienſium poenitentiae monimento publico. Lipſiae, 1745. 4. qui Diogenem cum aliis comparat, veritatem hiſtoriae inquirit multaque alia de ſtatuis et de Socrate diſſerit. Antea tamen quam, ad Fabricii verba redeamus, haud incommodum videtur, ironiam anonymi cuiusdam lepidam argutamque referre, quam bene propoſitam reperimus in libello:

Vom Zweck des Socrates und ſeiner Schüler. Für Freunde der Wolfenbüttelſchen Fragmente und ähnlicher Schriften. Deſſau. et Lipſ. 1785. 8.

Auctor ingenium animumque Socratis aeque ſuſpectum reddere tentat, ac auctor fragmentorum Guelferbytanorum ratione Ieſu facere auſus eſt. Quare teſtimonia Xenophontis, Platonis, Aeſchinis aliorumque, tanquam ſociorum complicumque Socratis, reiecit; hunc, oſtendere videtur, molitum eſſe tyrannidem Athenarum et Graeciae, aut, id ſi irritum foret, tentaſſe, vt ſatrapa fieret Ioniae: quod philoſophum ſe geſſiſſet, id feciſſe callide, vt ſuam regnandi cupiditatem celaret. Idem auctor multa alia mortisque contemtum culpat in Socrate: neque vero ea mente Socratem quaſi infamat, vt reuera id contendere videatur, ſed vt rationem irrideat peruerſam auctoris fragmentorum Guelferb. doceatque exemplo, quam facile fieri poſſit, vt contorta perplexaque interpretatione ipſa rei cuiusdam veritas reddatur ſuſpecta, optimusque homo per fallaciam fraudemque depingatur tanquam homo doloſus, peruicax, ineptus impiusque. *Harl.*]

Audi-

Audiuit Anaxagoram et Archelaum vvvv) atque, vt nonnulli apud *Laertium* II. 19. Damonem. Huius *Damonis* ſophiſtae ac muſici meminit praeter Platonem Plutarchus lib. de Muſica, pag. 1136. E. tom. II. et in Pericle pag. 153. ſq. vt alios in praeſenti omittam wwww). Scholam ipſe non habuit Socrates; ſed vitae omni tempore cum amicis, et quiqui eum accederent, [aut quos ipſe adiit] eſt philoſophatus, vt praeter alios notatum eidem *Plutarcho* in libel. an ſeni gerenda reſp. pag. 796. [*Dion Chryſ.* or. 54. pag. 281. ed. Reiske] A rep. gerenda abſtinuit; ſed quum pro patria eſſet decertandum, hoc neutiquam recuſauit. Vide *Aelian.* III. 17. Var. *Lucianum* paraſito T. II. pag. 259. *Plutarchum* Alcibiade pag. 194 ſq. et *Athenaeum* V. pag. 215 ſq. Sed non equidem de Socratis militia vere dixerim, quod Alexandro M. maiora Socratem geſſiſſe, ait *Iulianus* imp. Epiſtola ad Themiſtium pag. 264. Cato Maior hoc vnice in illo eſt admiratus, quod cum vxore difficillima et ſtupidis liberis comiter vixiſſet, vt refert *Plutarchus* in vita Catonis p. 347. nam alioqui eum contemſit vt λάλον et βίαιον. id. p. 350. De aliis eius vitiis vid. *Cyrillus* VI. in Iulian. (ex Porphyrio,) pag. 186 ſq. Nihil ſcripſiſſe Socratem, adfirmant *Cicero* III. de Oratore cap. XVI. *Plutarchus* xxxx), *Ariſtides*, [P] quibus adde *Dionem Chryſoſt.* diſſ. LIV. *Origenem* Philoſophumenis p. 279. *Laertium* prooem. Sect. XVI. *Hieronymum* aduerſus Rufinum Apologia, et *Auguſtinum* lib. I. cap. 7. de conſenſu Euangeliſtar. Alii ſcripta ei tribuunt non vnius generis.

De *Fabulis Aeſopiis* a Socrate in verſus translatis dixi ſupra cap. IX. nr. 5. et 6. [De loco *Diog. Laert.* II. 42. v. *Roſſii* comment. Laert. p. 34.] Nunc tantum addo hoc, eum feciſſe

vvvv) At diſſentire viros doctos, Socratis magiſtros illos fuiſſe, in Epimetro iam animaduerti. *Harl.*

wwww) Scribitur quoque *Demon.* Fuit Atheniensis, celeber muſicus idemque diſciplinae moralis et ciuilis peritiſſimus, ſophiſta, Periclis magiſter: ab eo ducta eſt muſicorum ſecta, αἵρεσις Δαμώνιος. Commemoratur ab *Aeſchine* in dialogo de morte ab initio, a *Cicerone* Orat. III. 33. *Harpocr.* h. v. et aliis. v. *Fiſcheri* indicem ad Aeſchinis dialogos, ed. III. h. v. Scripſit quaedam de arte muſica, et de ſonis rhythmisque praecipue commentatus dicitur. v. *Platon.* Polit. lib. III. et *Ariſtidem Quinctilian.* de Muſica lib. II. pag. 95. circa fin. ibique not. Meibomii pag. 300 ſqq. vbi copioſius agitur de illo muſico, et locus inſignis ex *Galeni* lib. IX. περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμάτων cap. 5. adfertur. Ab eo harmoniam *Lydiſti* (Lydiam) remiſſam fuiſſe inuentam, a Platone autem reiectam, memorat *Plutarchus* de Muſica pag. 667. tom. X. ed. Reiske. Plura de eo diſputat *Burette* ad Plutarchi locum in Comment. acad. Pariſ. Inſcript. tom. XIII. pag. 246 ſqq. Adde *Hemſterhuſii* longam eruditamque notam ad Ariſtophanis Plutum v. 1003. pag. 352 ſqq. qui praeter ea et de ſcriptura illius nominis atque quantitate primae ſyllabae in Δάμων agit et plures recenſet *Damonas* ſ. *Demonas*: cum Pythagoreum Syracuſis oriundum, Phintiae ſodalem (vide in catalogo Pytagoreorum, vol. I. h. v.) tum *Sicyonium*, atque peruetuſtum ſcriptorem, qui atticas antiquitates et hiſtoriam compoſuit, cuius tamen fides in rebus atticis a Philochoro haud parum debilitata fuiſſe videtur. Num illi τῆς Ἀτθίδος auctori commentarius περὶ παροιμιῶν vaſtus (ad quem prouocant ſcholiaſtes ad *Ariſtophanis* locum, *Harpocration* in Μυσῶν λεία et *Apoſtolius* cap. XIII. 36.) vindicari debeat, *Hemſterhuſio* aeque incertum eſt, ac fuit *Caſaubono* ad *Athen.* III. 17. dubium, idemne ſit, quem citat *Athenaeus* X. p. 442. C. ἐν τῷ περὶ Βυζαντίου. *Harl.*

xxxx) Plutarchi et Ariſtidis loca attuli ſupra cap. XII. nr. 4. Vide et *Allatium* de ſcriptis Socratis p. 80 ſq. et eruditam diatribam *Godfridi Olearii*, qua Allatium, plura ſcripta Socrati leuibus argumentis vindicantem, impugnat. Lipſ. 1696. 4. [repet. in eiusdem verſione latina Stanlei. hiſtor. philoſ. tom. I. pag. 208 ſqq.] In Socrate ſecundam ſyllabam producunt Paulinus, Sidonius et Maximianus. v. *Sirmond* ad Sidon. pag. 244. *Daum.* ad Paulinum Pretocorium pag. 345.

ciſſe in carcere, vti Anaxagoras circuli quadraturam in carcere ſcripſit, *Boethius* Conſolationem philoſophiae in carcere compoſuit.

De *Epiſtolis*, tributis Socrati, libr. II. cap. X. nr. 35. [latine verſae in Olearii verſ. lat. Stanlei. hiſt. phil. tom. I. pag. 200 ſqq. ed. Venet.]

Paeanis in Apollinem, meminit *Plato* Phaedone et *Themiſtius* Orat. 14. (edit. Harduini, II. pag. 27.) qui προοίμιον vocant, vt Suidas ὕμνον. *Laertius* II. 42. a Dionyſodoro abiudicatum Socrati παιᾶνα teſtatus, hoc adfert initium:

Δήλι' Ἄπολλον χαῖρε καὶ Ἄρτεμι παῖδε κλεεινώ.

Vnde de vno eodemque accipiendum, quod *Dio Chryſoſt.* diſſ. XLI. p. 507. ait, Socratem feciſſe παιᾶνα εἰς τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἄρτεμιν. Apuleius in floridis: *Canit Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon hiſtoriam, Xenocrates ſatyras.* Adde *Arrian.* II. 6. Epictet.

Ἐγκώμιον Γρύλλου. Hermippus apud *Laert.* II. 55. ſed pro Socrate eo loco legendum *Naucrates* ex Dionyſii Halic. τέχνῃ cap. VI. vti recte obſeruauit Gottfridus Olearius.

Ἐπιτάφιος. *Ariſtoteles* III. 14. Rhet. at ibi Iſocratis nomen pro Socrate reponendum, vti apud Dionyſium loco laudato male legebatur ὁ τοῦ Σωκράτους ἑταῖρος Ναυκράτης pro ὁ τοῦ Ἰσοκράτους. Vide *Meurſium* V. 14. et IV. 4. Attic. Lectt.

Euripidem in ſcribendis tragoediis a Socrate adiutum iactabant comici Mneſilochus, Callias et Ariſtophanes apud *Laertium* II. 18.

Aeſchines Socraticus quoque arguebatur dialogos, qui reuera Socratis eſſent, a Xanthippe accepiſſe et pro ſuis edidiſſe. Vide, quae viri docti ad *Laert.* II. 60. et Heſychium illuſtrem. *Allatii* dialogum de ſcriptis Socratis. 103. 108.

Plato denique ſcripta ſua pro Σωκρατείοις λόγοις venditare ipſe voluit, vt ex epiſtolis eius conſtat. Confer *Iulianum* Orat. VI. pag. 189. *Allatium* p. 91 ſq. Sed et alii, palam ad ſcripta Platonis reſpicientes, Socratem laudant auctorem. Σωκρατικὰ βιβλία, quae Zenoni Citieo dicitur adhuc adoleſcenti legenda attuliſſe pater eius Mnaſeas apud *Diog. Laert.* VII. 32. fuere ſcripta Xenophontis, Platonis et aliorum Socraticorum. Ita locus *Saluiani* lib. VIII. de provident. ex quo *Meurſius* in Bibl. Graeca p. 1616. colligit, Socratem ſcripſiſſe de Legibus et de Rep. manifeſte reſpicit Platonis Politiam et libros de legibus. Sic Platonis Ionem in animo habuit Suidas, Socratem laudans [[illegible]] in Διθυραμβοδιδάσκαλοι. Meletius lib. de hominis ſtructura videtur reſpicere Platonis Timaeum, quum ait: Σωκράτης δὲ Ἐτυμολογίας μᾶλλον μεγίστων καὶ ὀνομάτων ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου συντάγματι αὐτοῦ ὡς γραμματικὸς ἢ φιλόσοφος συνετάξατο. *Arrianus* quoque lib. II. cap. I. Epictetearum diſſ. ita intelligendus, τί οὖν; Σωκράτης οὐκ ἔγραφε; καὶ τίς τοσαῦτα; *Quid itaque? nihilne ſcripſit Socrates? immo quis tot ac tanta?* ſi nimirum diſſertationes eius a Platone, Xenophonte et aliis diſcipulis in litteras miſſae computentur.

Apud ſcriptorem Altercationis ſynagogae et eccleſiae Socrates traditur XXIV. libros ethicos compoſuiſſe; ſed Meurſius in libro de ſcriptis Theophraſti notauit, excidiſſe nomen [illegible] philoſophi, vt totus locus legendus ſit in hunc modum: *Ethicae inuentor Socrates fuit,*

de

de qua (Theophraſtus) *XXIV. libros ſecundum poſitiuam iuſtitiam ſcripſit.* Confer *Menagium* ad Laert. V. 44.

Dolendum eſt, ſatis praematuris *Ioh. Ionſii* interceptam hiſtoriam eius Socraticam, quam vir doctiſſimus pollicetur pag. 37. libri de ſcriptoribus Hiſt. philoſoph. Idem p. 12. teſtatur, viginti fere Socrates ſe in veterum ſcriptis obſeruaſſe, in quibus fuerunt haud dubie 2) *Socrates*, hiſtoricus Argiuus, a ſcholiaſte Pindari et aliis laudatus yyyy). 3) *Socrates*, Ariſtotelis magiſter. Is forte, cuius mentio in Platonis Theaeteto, vbi Theaetetus ad Socratem pag. 116. ἐμοί τε καὶ τῷ σῷ ὁμωνύμῳ τούτῳ Σωκράτει. 4) *Socrates*, Bithynus, Peripateticus. 5) *Socrates*, Cous, qui ἐπικλήσεις Θεῶν ſcripſerat, de quibus *Reineſius* pag. 437. Var. Lect. 6) *Socrates*, epigrammatum poeta. 7) *Socrates*, Rhodius. 8) *Socrates*, ſocer Piſiſtrati. 9) *Socrates*, Achaeus, Cyri hoſpes, [de quo *Xenophon* Exped. Cyri I. 1, 11. I. 2, 3. II. 5, 31. et cap. 6. n. 30.] 10) *Socrates*, Thebanus, ſtatuarius. 11) *Socrates*, hiſtrio, [*Demoſth.* de corona cap. 79. pag. m. ed. 516]. *Socrates*, Thraciarum rerum ſcriptor: de quibus ſingulis *Menagius* ad Laertii II. 47. Praeterea 13) *Socrates*, pictor. Plinio memoratus. 14) *Socrates*, grammaticus, Etymol. M. in Εὔβοιος. 15) *Socrates*, CPolitanus, cuius Hiſtoria Eccleſiaſtica ad Theodorum ſcripta extat. 16) *C. Valerius Socrates* in veteri inſcriptione apud Sponium p. 60. Miſcellaneor. 17) *Socrates*, chirurgus. Coel. Aurelian V. 1. Chron. paſſionum. 18) Alius, vt videtur, *Socrates*, medicus, cuius ecligma pro tabidis refert *Nicolaus Myrepſus* de antidotis ſect. I. cap. 174. 19) *Socrates*, Chreſtus, Nicomedis, regis Bithyniae, frater. *Appian.* Mithrid. f. 176. 208. [cap. 10. tom. II. ed. Schweighaeuſ. pag. 653 ſq. coll. nota Schweighaeuſeri tom. III. p. 596]. 20) *Socrates*, Theaeteti συγγυμναστής. *Simplic.* pag. 8. b. in Categoriis. Neſcio, quem *Socratem* reſpicit Schol. Apollonii ad lib. I. vbi laudat Σωκράτην ἐν τῷ πρὸς Εὐδοθεον. Sane apud Suidam in Σικελία laudatur Ἰσοκράτης ἐν τοῖς πρὸς Εὐδοθέαν. Similiter *Socrates*, Dinarchi rhetoris pater, aliis eſt Soſtratus. Vide *Plutarch.* pag. 850. At quando apud Scholiaſten zzzz) Ariſtophanis [et *Zenobium* V. Adag. 81.] laudatur *Socrates* in libris Κρητικῶν, legendum Soſicrates, quemadmodum etiam in Laertii codicibus *Socratis* nomen pro eodem *Soſicrate* male irrepſit, vbi laudatur ἐν [?] πρώτῳ διαδοχῆς, etſi vterque locus impoſuit Voſſio pag. 414. de Hiſt. Graecis. Fuit et *Socratides* quidam, Pamphilae Epidauriae maritus. Suid. Παμφ. tum *Socration* laudatus Galeno. Fulbertus Carnotenſis dictus eſt Socrates chriſtianus.

Forma aaaaa) Socratis philoſophi, licet paſſim ex *Zopyri* Phyſiognomonis ſententia apud [*Ciceron.* de fato cap. 5. vbi Vrſinus, praecipue Dauiſ. plura iniqua inuidorum de Socrate muliero-ſo

yyyy) De hoc Socrate Argiuo, hiſtorico, qui ſcripſerat περιήγησιν Ἄργους, plura veterum teſtimonia collegit *Valcken.* ad ſchol. ad *Euripidis* Phoeniſſ. 45. pag. 608. et animaduertit, nomina, *Socrates*, *Soſicrates* et *Crates*, aliquoties fuiſſe confuſa. *Harl.*

zzzz) ad aues v. 521. vti *Küſter.* in indice et notis ad Ariſtophanis Schol. iam monuit (citatur ibi liber XII. τῶν Κρητικῶν.) Eamdem emendationem vberius explanauit et corroborauit ad Suid. III. pag. 249. voc. Ῥαδαμάνθυος ὅρκος. De *Soſicrate* vid. *Meinerſ.* Geſchichte des Urſprungs — der Wiſſenſchaften etc. tom. I. pag. 301 ſq. eiusque cenſorem, ſecus ſentientem, in biblioth. critica Amſtelod. II. part. VIII. pag. 117. et *Valcken.* ad Euripidis Phoeniſſas paullo ante citatum. *Harl.*

aaaaa) Ventroſum Socratem fuiſſe innuit *Syrianus* in XIII. Metaphyſ. p. 103. ſimum *Athenaeus* V. p. 219. ſimum et caluum *Boethius* II. de interpretat. p. 36. et V. pag. 416. *Simplicius* in III. de anima commentar. 39. προγάστωρ ἰξόφθαλμος *Simplic.* in IV. Phyſic. pag. 183. δίπηχυς. *Themiſt.* pag. 16. Chryſippo vultu conſimilem alii notarunt. Vide Auguſtinum capite vndecimo de categoriis.

ſo ex vultu ducta iudicia collegerunt, et, qui cum Cicerone ex communi fonte hauſit,] *Alexandrum Aphrodiſienſem* lib. de fato pag. 31. [ſ. 164. et ex illo apud *Euſebium* praepar. euang. libr. VI. cap. 9.] vt nequam et tetrica deſcribitur, nec admodum amoena occurrit apud *Chifletium* libello de gemmis, Socratem referentibus, [in Miſcellaneis Chiffletiaris, vol. VI. Antwerp. 1657. 4.] *Fulv. Vrſinum* pag. 50. et 51. elog. [nr. 133. 134. ibique vide Io. Fabri commentar. pag. 75 ſq. ed. II. Antwerp. 1606. 4. et priorem nr. in nummo aeneo grandiuſculo ſ. contorniato reddidit *Hauerkamp.* in diſſ. de numiſmate Alexandri M. et de numinis contorniatis p. 149. In Gemmarum antiqu. delectu — in dactyliothecis ducis Marburienſis, vol. II. Londin.] tum in Laertio Wetſteniano et apud *Gronouium* tom. II. theſauri tab. LXVI. aliosque; tamen, ſi Epictetum audimus, ſiue *Arrianum* IV. 11. diſſ. illi fuit τὸ σῶμα ἐπίχαρι καὶ ἡδὺ ὥςτ᾽ ἤρων αὐτοῦ οἱ ὡραιότατοι καὶ εὐγενέστατοι, καὶ ἐπεθύμουν ἐκείνῳ παρακατακλίνεσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς εὐμορφοτάτοις. Et quicquid criminetur Ariſtophanes, nihilominus, vt ait idem Epictetus, πάντες οἱ γεγραφότες περὶ Σωκράτους, πάντα τἀναντία αὐτῷ προσμαρτυροῦσιν, ὅτι ἡδὺς οὐ μόνον ἀκοῦσαι, ἀλλὰ καὶ ἰδεῖν ἦν. Neque omittendum, quod de Socrate *Plutarchus* in Catonis vita p. 339. e Platone, quod iis, qui cum ipſo verſarentur, eminus quidem viſus ſit ἰδιώτης καὶ σατυρικὸς καὶ ὑβριστὴς, at propius inſpicientibus cognitus σπουδῆς καὶ πραγμάτων μεστὸς, καὶ δάκρυα κινῶν τοῖς ἀκροωμένοις. *Fabric.* Socrates cum Xantippe in veteribus monumentis apud *Montfaucon.* tom. III. ſupplem. poſt tab. IX. Socrates in nummo apud Pedruſium, tom. V. pag. 12. apud *Spanhem.* ad Iuliani Caeſares pag. 119. quinque in *Antonii Gorii* muſeo Florentino claſſ. III. Florent. 1731. fol. In annulis ſignatoriis Socrates crebro comparet, (teſte *Pignorio* in ſymbolis epiſtolicis, Patauii 1529. 8. ep. I. pag. 6.) quod apud amicos et cultores illius nominis teſtimonium amoris atque obſeruantiae eſſe potuit, apud alios vel curioſum animum, vel conſuetudinem et frequentiam illorum annulorum ſignificabit. Iudicium de Socrate, ex vultu eius latum, at forſan ex Zopyro, aut alio communi fonte ſumtum, eſt quoque in *Polemonis* Phyſiognom. lib. I. cap. 6 pag. 222. et, quibusdam vocc. immutatis, in *Adamantii* Phyſiognom. lib. I. cap. 9. pag. 349. Scriptor. phyſiognomoniae veter. ed. I. Ge. Frid. Franzii, Altenburgi 1780. 8. addatur *Himerius* orat. IV. §. 6. pag. 464. ibique Wernsdorf. *Heumannus* tamen in Actis philoſ. tom. I. nr. 5. pag. 126 ſqq. Epicteti aliorumque teſtimoniis vſus, narrationem de Socratis deformi corpore formaque et vultu tetro ad fabulas referendam arbitratus, defendit meliorem illius formam, coniicit, quod Zopyro videbatur mulieroſus, id pulcrius potius corpus indicare, et Socrates atque Crates, qui teſte *Diogene Laertio* VI. 91. facie turpis, τὴν ὄψιν αἰσχρὸς, fuit, illi a veteribus confuſi videntur. Sed *Herrmann Vlric. de Lingen* in opuſculis minoribus, ſermone germanico ſcriptis, part. I. Wittebergae 1730. 8. nr. 3. pag. 75 — 102. examinat ſententiam Heumanni, reiicit Epicteti atque Arriani, hominum multo ſerioris aetatis, teſtimonia, tum ex Xenophontis Conuiuio p. 891. ed. Leunclauii, Platonis Sympoſio et Theaeteto aliisque, a *Menzio* in diſp. de Socrate nec officioſo marito etc. § 8. pag. 16 17. partim citatis, vulgatam ſententiam copioſe defendit docteque probat: pag. 99. caput Socratis haud adeo quidem deforme ex gemma aeri incidendum fecit. De Socratis forma vultuque deformi agit quoque *Geſnerus* in comm. Socrates ſanctus paederaſta, nec non *Meinerſ.* in hiſt. doctrin. apud Gr. II. pag. 518 ſq. Fabricius in not. Mstis citat *Caſſianum* ſ. 595. et Alardi Gazaei not. pag 595. At, etiamſi forma eius fuerit turpis, animus tamen fuit eo pulcrior, vt ita dicam, eoque nobilior. Atque Socrates precatus fuiſſe dicitur a diis, vt animo interiore pulcerrimus

mus fieret. vid. votum eius apud *Platonem* in ſine Phaedri pag. 1243. c. *Clement. Alexandr.* Strom. V. pag. 595. b. *Himerium* Or. IV. 6. pag. 465. *Harl.*

De Socrate olim ſcripſerat Tiberianus, quem laudat Fulgentius de continentia Virgiliana: Ariſtoxenum bbbbb) enim Porphyrium aliosque, Ionſio notatos, et, qui de Socraticis egerunt, Idomeneum ac Phaniam libenter praetereo. [adde *Brucker.* hiſt. crit. phil. I. pag. 523.] Demetrius Phalereus ἐν Σωκράτει, ſiue libro de Socrate citatur a *Plutarcho* in Ariſtide p. 318. et 319. vbi ex eo refert, Socratem non fuiſſe egenum. *Panaetium ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους* laudat idem p. 335. Apologiam Socratis compoſuerunt Plato, Xenophon, [*Zeno* Sidonius, vid. *Eudoc.* pag. 204. ex *Suida*, tom. II. p. 8.] itemque alii, vt infra lib. III. dixi in Platone. Deriſus Socrates ab Eupolide quoque, vt teſtatur *Lucianus* in reuiuiſcentibus tom. I. p. 404.

XXXI. AESCHINES, Lyſaniae F. Athenienſis, ab Oratore ccccc) Atrometi F. (de quo infra cap. XXVI.) diſtinguendus, Socratis auditor et [?] cultor adſiduus, ſed Platoni non valde amatus, vide *Laert.* III. 36. et *Athenaeum* XI. p. 507. vbi narrat, vnicum diſcipulum Xenocratem inopi Aeſchini a Platone fuiſſe ſubtractum. Dionyſio tamen tyranno Aeſchinem commendauit Plato, vt refert *Plutarchus* p. 67. de dignoſcendo adulatore. Ariſtotelis Mythi, qui Aeſchinis diſcipulus fuit, mentio apud *Laertium* V. 35. Dialogi Aeſchinis *μακροὶ καὶ ἀστεῖοι*, (vt ait *Lucianus* in Paraſito cap. 32. tom. II. edit. Reitz. p. 860.) et Socraticum ſeruantes characterem, fuere hi ſeptem, teſte *Laertio* II. 61. vbi vid. interprr. et Suida in Αἰσχίνης, [tom. I. pag. 662. Küſter.]

Ἀλκιβιάδης. Ariſtides Orat. I. Platon. p. 30. tom. III. Cant. orat. Platon. II. pag. 363 ſqq. tom. III. Cant. *Athen.* lib. XIV. pag. 656. F.

Ἀξίοχος, in quo Alcibiadem acerbe perſtrinxit tamquam vinoſum et mulierum corruptorem, teſte *Athenaeo* V. p. 220. quod in *Axiocho*, qui inter Platonis ſcripta occurrit, non legitur. Meminere Axiochi Aeſchinis Harpocratio, Pollux VII. 135. Suid. *Fabric.* Suidas ſua ſumſit ex Harpocratione, vid. Küſter. ad Suidam tom. I. p. 239. Fabricius in not. MSta addidit. „Neque longus eſt, quod de Aeſchinis dialogis adſirmat *Lucian.* in Paraſito (l. cit.) ſed et voc. Ἀλεκτρυονοτρόφει, quod ex Aeſchinis Axiocho probauit *Pol-*

 lux

bbbbb) Qui tamen valde iniquus in Socratem partiumque cupidus fuit. vid. *Meinerſ.* hiſtor. doctrin. apud Graec. tom. I. pag. 216—220. *Harl.*

ccccc) Confunditur in editione Laertii Amſtelodamenſi p. 115. vbi *Aeſchinis* oratoris imago exhibetur pro Aeſchine Socratico, vt notatum Iacobo Gronouio tom. II. theſauri in addendis ad tabulam 94. ſed notatum nimis acerbe ab eo, qui ſimilem ἀβλεψίαν in Zenone commiſerat, vt monebam §. XXIX. *Aeſchinis*, Sphettii, Socratici philoſophi circa Olymp. CIII. 3. clari, meminit Diodorus Sic. XV. pag. 497. [ſ. tom. II. p. 62. edit. Weſſeling.] Alius *Aeſchines* Neapolitanus, Platonicus, de quo infra lib. III. cap. 2. [*Aeſchines*, Selli filius, homo pauper, qui tamen opulentum ſe eſſe iactitabat. Hinc Σέλλοι *pauperes glorioſi*, et Σελλίζειν *ſe iactare*. *Ariſtoph.* Veſp. 457. ibique Schol. et v. 1235. Aues 824. ibique Schol. *Suidas* in Θεαγένους χρ. tom. II. p. 168. in Σελλίζειν tom. III. p. 297. et in Σεσελλίσθαι, ib. pag. 302. Octo *Aeſchines* enumerat *Diogenes Laert.* II. 64. quibus addidit Menagius *Aeſchinem* hiſtoricum, duo *Aeſchines* medicos, alterum Athenienſem, alterum medicum; *Aeſchinem*, Eretrienſium primarium, (Herodot. VI. ſect. 100.) *Aeſchinem*, Eleum, et Fiſcher. in nota, p. 6. edit. III. *Aeſchinem*, declamatorem apud *Senec.* Controu. I. 8. p. 143. tom. III. Gronou.]

lux VII. 135. in dialogo iſto non legitur. Itaque non adſentior *Io. Clerico*, qui ſub Aeſchinis Socratici nomine edidit dialogos III. v. Memoirs of literature tom. I. pag 201. Enimuero, quia virtutem et dictionis atticae elegantiam in primis praedicat *Pamphilus* apud *Photium* cod. CLVIII. p. 173. teſtatur, dialogos illos a quibusdam Socrati eſſe tributos." Atque viri docti valde diſcrepant: quorum iudicia admodum diuerſa collegit, aut enumerat cel. *Fiſcherus* in epiſtola ad Gernhardum, praemiſſa illius editioni III. de qua poſtea ſermo erit, pag. 193 ſqq. Paucis igitur omnia comprehendam. Marſilius Ficinus et Caſpar Barthius dialogum noſtrum vindicandum putarunt Xenocrati Chalcedonio, Platonis diſcipulo, Speuſippi in academia ſucceſſori. Atque in biblioth. acad. Leidenſis eſt, teſte Catalogo librorum biblioth. Leid. p. 400 b. nr. XX. Μετάφρασις περὶ θανάτου ἀπὸ τοῦ Ξενοκράτους, quae haud dubie interpretatio Axiochi Fiſchero eſſe videtur, p. 106. edit. III. Aeſch dialogorum. Clemens Alexandrinus, Stobaeus, Theodorus Prodromus, Thomas Magiſter, Eraſmus, Perionius, Salmaſius aliique eum a Platone profectum eſſe exiſtimauerunt. Contra Meurſius, Mauſſacus, Hemſterhuſ. (ad Lucian. tom. I. p. 124. nr. LIII.) Weſſeling. Clericus, Horreus aliique Aeſchinem Socraticum habent illius parentem. At cl. *Fiſher.* vehementer dubitat, an hic, qui reſtat hodie, Axiochus, ille ſit, cuius auctor perhibetur Aeſchines fuiſſe, quia tum vocabulum, quod Pollux ex eo laudat, in noſtro dialogo non exſtet, tum *Athenaeus* V. p. 220. de Aeſchinis dialogo ita loquatur, vt adpareat, eum ab hoc, quem nunc habemus, omnino diſtare, longeque diuerſum eſſe. Hinc arbitratur, aut cum *Stephano* in notis ad Platonem p. 71. a. tom. III. ſtatuendum eſſe, duo eiusdem nominis, ſed diuerſi argumenti, dialogos ab Aeſchine fuiſſe ſcriptos; aut, quod praeſtare iudicat cum multis doctiſſimis viris, *Valcken.* ad Euripid. Phoeniſſ. p. 146. 564. ad Hippolyt. p. 163. ad Theocriti Adoniaz. p. 379. aliisque, quos p. 195 ſq. in nota laudat, oportere in medio relinqui. Adde auctores edit. Bipontinae Platonis, tom. XI. in notitia de Platone litteraria p. IV ſqq. Quidquid eſt, auctor eſt antiquiſſimus et facundiſſimus, atque dialogus, vt Fiſcher. V. C. ſentit, ſuo in genere aureus et ita eleganter compoſitus, vt veteris elegantiae doctrinaeque ac eloquentiae graecae veſtigia vbique expreſſa cernantur. *Harl.*

Ἀσπασία [ddddd]). Harpocrat. in Ἀσπασ. *Athen.* lib. V. p. 220. [*Plutarch.* Pericl. pag. 165. C. tom. I. et p. 169. E. Fragmentum dialogi Aſpaſiae cum Xenophonte ex Aeſchine apud *Ciceron.* de inuent. I. 31. et ex hoc particula illius apud *Quinctil.* I. O. V. 11, 28.]

Καλλίας.

ddddd) De *Aſpaſia* Mileſia, Axiochi filia, quae Socratem docuit et Periclem, huiusque linguam ad Gorgiae imitationem exacuit, vt ait *Philoſtratus* Ep. II. p. 817. vide Platonem Menexeno, Ariſtoph. Acharnenſes, *Plutarchum* Pericle p. 165. et 169. *Athenaeum* XIII. p. 569 ſq. Lucianum in Gallo et amoribus, Harpocrationem, Suidam etc. E recentioribus *Baylium* in lexico, vbi de Pericle agit, ſub littera M. et N. [cl. *Eck.* in ſingulari comment. de illa, Lipſ. 1774. 4. inprimis *Olearii* diſſ. de poetriis nr. VIII. et *Io. Chriſtoph. Wolf.* qui in mulierum graec. quae oratione proſa vſae ſunt, fragmentis et elogiis etc. nr. V ſqq. veterum de illa teſtimonia et narrationes collegit, et in catalogo feminarum olim illuſtrium ſubiuncto p. 291 ſqq. fuſius de illa diſputauit. *Harl.* Add. de ea omnino *Meiners* Preisſchrift uber den Luxus der Athenienſer 1782. p. 46 ſq. et qui eum eleganter defendit *C. M. Wieland* in dem hiſtor. Calender fur Damen 1790. p. 248 ſq. *Beck.*] Effigies eius, (ſi tamen eius effigies, de quo dubitat *Menagius* in Hiſtoria mulierum Philoſophar. pag. 10.) galeata apud Iac. Gronou. tom. II. Antiqq. Graec. tabula LXXXV. *Antiſthenes* quoque librum *Aſpaſiae* no-

mine

Καλλίας. *Athen.* lib. V. pag. 220.

Μιλτιάδης primus ordine dialogus, ideoque reliquis etiam, iudice Laertio, imbecillior, ſed quo tamen gratiam Dionyſii, Siciliae tyranni, ſibi Aeſchinem conciliaſſe, teſtatur *Lucianus* in Paraſito tom. II. pag. 254. [pag. 860. edit. Reitzii.]

Ῥίνων. Pollux lib. VII. ſect. 103.

Τηλαυγής. Athenaeus, ac Demetrius περὶ ἑρμην. §. 310. reſpicit et §. 172. et *M. Antonius* VII. 66. ex Menagii emendatione.

Praeterea ſub Aeſchinis nomine ferebantur dialogi alii dicti ἀκέφαλοι, ſed minus elaborati atque ingenioſi, ſiue, vt ait *Laertius* II. 60. σφόδρ' ἐκλελυμένοι, καὶ οὐκ ἐπιφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐτονίαν. Hi a Suida referuntur itidem ſeptem: Περὶ ἀρετῆς, Δράκων, Ἐρασίστρατος, Ἐρυξίας eeeee), Πολύαινος, Σκυθικοί, Φαίδων. *Fabric.*

E P I M E T R O N.

Dialogum Σκυθικοὶ ab aliis noſtro Aeſchini, ab aliis Phaedoni olim fuiſſe tributum, tradidit *Diogen. Laert.* in Phaedone ſ. lib. II. ſect. 105. vbi vid. Menag. De Aeſchine narrationes atque teſtimonia Diogenis, Heſychii Mileſii, Ariſtidis, Plutarchi, Athenaei et reliquorum poſt Clerici ſedulitatem collegit docteque illuſtrauit cl. Fiſcherus in edit. III. Aeſchinis p. 1 — 18. De eius vita et placitis quaedam congeſſit *Brucker.* in hiſt. crit. philoſ. tom. I. p. 574 — 576. Ex dialogis, quos confeciſſe dicitur Aeſchines, tres ſuperſunt, qui ſub eius nomine hodie circumferuntur, nempe, 1) *de virtute*, 2) *Eryxias*, ſiue de diuitiis, 3) *Axiochus*, ſiue de morte. At tres illi in codd. et editionibus olim inter Platonicos libros, quorum dubia eſt auctoritas, fuerunt recepti: eosque non profectos eſſe ab ingenio et doctrina Aeſchinis Socratici, ab aliis abunde eſt demonſtratum, idque nouiſſime copioſeque a cl. *Meinerſio* in iudicio de quibusdam Socraticorum reliquiis, in primis de Aeſchinis dialogis, de Platonis eiusque condiſcipulorum epiſtolis, nec non de Cebetis tabula, in Commentatt. ſociet. regiae doctrinarum, Gotting. 1782. vol. V. hiſtor. et philolog. claſſis, tom. V. pag. 45 — 58. et a cl. *Fiſchero* in praefatione ad Aeſchinis dialogos, qui p. XXXV ſqq. recudi fecit Meinerſii recitationem: at ab eius iudicio, illos dialogos eſſe a recentioribus quibusdam ſophiſtis confictos, diſceſſit ſciteque expoſuit ſuam ſententiam. Atqui exiſtimat latiusque oſtendit, primum dialogum de virtute confectum eſſe e poſteriore Menonis Platonici parte a philoſopho quodam Platonico; alterum vero, qui Eryxias inſcribitur, a Socratico quodam philoſopho, Olymp. LXXXVIII. eſſe conſcriptum: denique tertii dialogi auctorem fuiſſe quendam Socratis diſcipulum; adde eiusdem animaduerſ. ad ſingulos dialogos ab initio, edit. III. Idem vir doctiſ-

 ſimus

mine ſcripſerat. Laert. VI. 16. et *Herodicus* Cratetius vulgauerat ἔπη ſub Aſpaſiae nomine, e quibus nonnulla producit *Athenaeus* V. p. 219. idem Antiſthenis dialogum laudat Aſpaſia inſcriptum, pag. 220. Fuit et alia *Aſpaſia*, Cyro et poſtea Artaxerxi dilecta, de qua *Plutarchus* Pericle pag. 165. et Artaxerxe pag. 1024 ſq. et *Aelianus* XII. 1. Var. Itemque alia meretrix de qua Suidas. [*Aſpaſia*, artis medicae perita. vide *Wolf.* catal. cit. pag. 293 ſq.]

eeeee) *Eraſiſtratus* et *Eryxias* a Suida tamquam duo diuerſi diſtinguuntur dialogi; ſed in Platone, inter cuius dialogos legitur, idem dialogus vtroque modo deſcribitur, qui de diuitiis diſſerit. [at Suidae verba ſunt mendoſa. vid. *Fiſcheri* notam ad illum dialogum pag. 49 ſq. edit. III.]

ſimus quia accuratam codicum MSStor. et editionum, praecipue Platonis, inter cuius opera olim delituiſſe tres Aeſchinis dialogos ſignificaui, notitiam in praefationibus concinnauit, et infra in cap. de Platone de codd. atque editt. vberius diſputabitur, lectores, breuitatis cauſſa ad illas ablego notas ac praefationes editioni III. praefixas aut inſertas. In quibus codd. illi dialogi vel tres, vel vnus et alter continentur, indicauit vir cel. p. 17 ſq. praefationis. De editionibus antiquioribus in praeſenti haec ſufficiant. Cum Platone primum editi ſunt ab *Aldo Manutio*, gr. 1513. deinde ex Aldino exemplo a *Ioanne Waldero*, Baſil. 1534. fol. — tum a *Marco Hopperio* ad codices ſcriptos recenſiti et emendatiores, ibid. 1556. fol. — ab *Henr. Stephano*, qui quidem, adnotante Fiſchero, hanc commiſit fraudem, vt lectiones libri Baſileenſis ſecundi et Stobaei, clamaret, depromtas eſſe et hauſtas e fonte codicis, neſcio, cuius, 1578. fol. Ex his tribus editionibus, tamquam e totidem capitibus, fluxerunt reliquae, vt Francofurtenſis et aliae. — Tum vel vniuerſi Platonis et Aeſchinis, vel ſeparatim Aeſchinis dialogi in latinum ſermonem ſunt conuerſi. Verſiones latinae Axiochi a Cincio, a Leonardo Aretino et ab anonymo quodam factae, et manuſcriptae ſeruantur in biblioth. regia Pariſ. etc. vid. Fiſcher. p. XXIII. praefat. not. 21. — Vniuerſos vertit *Ianus Cornarius*, adiectis decem Eclogis, Baſil. 1561. fol. — Eius verſio Eryxiae et dialogi de virtute, ſed admodum interpolata, repetita eſt in exemplo Operum Platonis Stephaniano. — *Marſilius Ficinus*, qui Axiochum Xenocrati tribuit, Platonis opera latine reddidit, commentariisque illuſtrauit, Florentiae per Laurent. Venetum, in fol. II. tom. ſ. a. (intra annos 1480 — 1490) vid. *Braun.* notitiam de libris — in bibl. Monaſterii ad S. S. Vdalric. et Afram, Auguſtae Vindel. 1789. p. 21 ſq. — Venetiis. 1491. vid. *Denis* Memor. bibl. Garellianae p. 145 ſq. et ſaepius. — cum Iamblichii de myſteriis opere aliisque libellis, apud Aldum Manutium, 1497. fol. recuſ. apud Aldum. 1503. 1516. Pariſ. 1498. 1510. 4. 1550. 8. Argentorati ad calcem librorum Ficini de veritate religionis chriſtianae, 1507. 4. et Baſil. 1532. 8. — Auguſtae Vindel. et Noribergae, 1515. 4. Lipſiae, 1517. 4.

Dialogi Platonis, Axiochus vel de morte. Eryxias, vel de diuitiis. De Iuſto. Num virtus doceri poſſit. Demodocus, vel de conſultatione. Siſyphus, ſiue de conſulendo. Clitophon, ſiue Admonitorius. Definitiones Platonis, Bilibaldo Pirkheymero interprete. Nurimbergae apud Fridericum Peypus. anno M. D. XXIII.

De quo rariſſimo libro et admodum probabili verſione vid. *Fiſcher.* V. C. p. 22. praef.

Dialogum de virtute latine vertit *Conr. Geſner.* et exſtat eius verſio ad calcem Eclogarum ethicarum Stobaei, ab eo editarum.

Eundem dialogum et Eryxiam lat. interpretatus eſt *Sebaſtian. Corradus*, libro ſcripto vſus, et cum verſione quatuor aliorum Platonis dialogorum ſuppoſitorum edidit Lugd. 1543. 4. repetita eſt verſio in editione dialogorum Platonis Francofurtenſi.

Axiochus Platonis de contemnenda morte. Venundatur ab Alex. Haliatte, Mediolanenſi. ſ. a. in 4. vid. Catal. biblioth. Schwarz. part. II. pag. 277. nr. 871.

Axiochus gr. et lat. ſine l. et a. e catal. biblioth. Thuanae, part. II. p. 3. ſub voc. Platonis monuit editor Opp. Platonis Bipont. tom. XI. pag. VI.

Eundem dialogum latine vertit *Rudolphus Agricola*, cuius verſio cum aliis illius opuſculis prodiit Antverpiae, 1511. 4. Baſil. 1518. 4. addita eſt eadem verſio latina Ficini latinae verſioni

verſioni dialogorum Platonis Baſil. 1532. 1539. fol. et edit. Platonis Francofurtanae. Agricolae verſionem interdum examinauit *Perionius*, a quo editus eſt:

Platonis Axiochus aut de morte, Ioach. Perionio, Benedictino Cormaeriaceno interprete. Pariſ. apud Io. Lodoicum Tiletanum, ex aduerſo collegii Remenſis. 1542. 4.

Primum locum occupat latina Perionii interpretatio: tum ſequitur a p. 8. textus graecus, ex editione Aldina deſcriptus: denique a pag. 13. Perionii in libellum obſeruationes grammaticae, in quibus de verborum ſignificatu ſenſuque agit, rarius critice pertractat loca, praecipue autem contendit graeca cum Cicerone, qui multos locos inde ſumtos commode et eleganter conuertit in libro de ſenectute et amicitia, cum primis in libro I. Tuſcul. quaeſtionum. — repet. Baſil. apud Oporin. 1543. 8. — Editor Opp. Platonis Bipontin. tom. XI. pag. VI. notitiae memorat ex Sam. Engelii Biblioth. ſelecta ſub voc. *Plato*, editionem: *Axiochus* apud Chriſt. Wechelium, Pariſ. 1548. 4. et neſcio, ait, an ſit eadem Perionii.

Axiochus graece. Pariſ. apud Mich. Vaſcoſanum, 1533. 8. gr. et cum verſione Ficini latina. — 1558. 4. apud Guil. Morelium. — et Baſil. apud Froben. 1585. 8. gr. et lat.

Platonis Axiocus, ab Hermanno Rayano, gr. et lat. Coloniae, 1568. 4. (in *Pinelli* Catal. tom. I. pag. 231. nr. 1325.) — rep. Baſil. 1577. 8. Rayanus, Perionii editionem ſequutus, in notis res tantummodo et ſententias perſequutus eſt, iudice Fiſchero.

Wolfii, qui textum *Axiochi* bene conſtituit atque docte interpretatus eſt, verſio latina prodiit in libello, cui eſt index, *Doctrina recte viuendi ac moriendi.* Baſil. 1577. et 1586. 8. gr. et lat. Wolfii commentarium cura Fiſcheri eſſe recuſum, poſtea animaduertemus.

Περὶ ἀρετῆς ἐκ τῶν τȣ Πλάτωνος, ab initio libelli: *Ariſtotelis et Xenophontis Ethica, Politica et Oeconomica, cum aliis aliquot ex Plutarcho, Proclo et Alexandro Aphrodiſienſi commentationibus.* graece. Baſileae apud Ioan. Vualder. in 8. ſine anni nota. Nulla praemiſſa eſt praefatio; neque in fronte libri memoratur iſte dialogus, qui in primo ſtatim folio typis eſt deſcriptus: eum excipiunt quaedam Ariſtotelis περὶ ἀρετῶν. Tum cum ſignatura paginarum incipit Ariſtotelis lib. ἠθικῶν etc.

Hoc demum, quo viuimus ſaeculo, tres iſti dialogi de virtute, de diuitiis et de morte ſeparatim atque ſub *Aeſchinis* nomine euulgati ſunt.

Aeſchinis Socratici dialogi tres, graece et latine, ad quos acceſſit quarti latinum fragmentum. (n. ex Cic. de inuent. I. 31.) *Vertit et notis illuſtrauit Ioannes Clericus: cuius ad calcem additae ſunt ſiluae philologicae, cum omnium indicibus neceſſariis.* Amſtel. P. de Coup. 1711. 8.

Clericus ſeparauit illos a Platonicis, ex Stephaniano Platonis exemplo, et contulit cum cod. MSto Florentino: quaedam hinc inde correxit: in notis de rebus, hiſtorice ac philoſophice explicandis potius, quam de verbis curandis ſollicitus, editiones Platonis ſuperiores haud intelligenter conſuluit; vitam vero Aeſchinis, a Diogene Laertio expoſitam, cum notis variorum, et teſtimonia veterum de eo praemiſit. conf. Clerici biblioth. ſelect. tom. XXII. pag. 118 ſqq.

Aeſchinis — — gr. et lat. de nouo recenſuit, vertit et animaduerſionibus ſuis auxit Petrus Horreus. Leoward. Fr. Halma. 1718. 8.

Verſionem

Verſionem ſuam latinam minus probauit Horreus viris doctis, et, quamuis multorum locorum ſententiam melius ac felicius indagaſſet, multorum verborum, multarumque formularum vim atque poteſtatem magis et elegantius demonſtraſſet atque explicuiſſet, quam a Clerico factum eſt, tamen multa emendanda aut notanda praetermiſit, nec in conſulendis editionibus antiquis ſatis diligens fuit, iudice cl. *Fiſchero*, qui quater bene meruit de Aeſchinis dialogis, cuius cura ſunt

Aeſch. dialogi tres in vſum ſcholarum denuo editi, gr. Lipſiae, 1753. 8.

In hac editione ex Horrei exemplo variae tantum lectiones excerptae et ex Stephaniana Platonis editione ac Stobaei eclogis ethicis denuo inſpectis locupletatae textui ſunt ſubiectae, et in indicem eiusdem expoſitiones verborum dicendique formularum difficiliorum coniectae cum acceſſione quadam. Poſtea V. D. ſeorſum edidit dialogum de morte:

Axiochus, graece, recenſuit, notis illuſtrauit indicemque verborum locupletiſſ. cum Hier. Wolfii verſione latina notisque vberioribus adiecit Io. Frid. Fiſcherus. Lipſiae. 1758. 8. Praemiſſa eſt erudita de auctore et editionibus huius dialogi, et quid ipſe, quid alii praeſtiterint, enarratio ſ. epiſtola ad Gernhardum.

Dein edd. Aldinam et Baſileenſes diligentius conſuluit, multa loca reſtituit aut correxit, de verbis formulisque copioſe docteque diſputauit in notis, poſt contextum dialogorum poſitis, Clerici, Horrei aliorumque adnotationes et verſiones contulit atque examinauit, fragmentorum, a Clerico collectorum, numerum auxit et indicem adiecit, vtiliſſimum non minus, quam locupletiſſimum, in altera editione, inſcripta:

Aeſchinis Socratici dialogi tres graece. iterum edidit, recenſuit, animaduerſionibus illuſtrauit indicemque verborum adiecit I. Fr. Fiſcherus. Lipſiae, ſumtu Io. Godofr. Mulleri. 1766. mai. 8.

Tertium acceſſit ad dialogos illos e codd. atque editionibus denuo recenſendos atque emendandos, et animaduerſionibus, textui ſubiectis, iisque doctiſſimis multoque vberioribus, illuſtrandos, in editione:

Aeſchinis Socr. dialogi tres, graece. tertium edidit, ad fidem codd. mstr. Vindobb. Medic. Auguſtan. et libb. editt. Platonis Stobaeique veterum denuo recenſuit, emendauit, explicauit indicemque verborum graecorum copioſiſſimum adiecit Io. Frid. Fiſcherus. Lipſiae ſumtu hered. Io. Irenothei Mulleri. 1786. mai. 8.

Praemiſit praeter doctas praefationes, teſtimonia veterum; ſubiecit vero fragmenta Aeſchinis atque Hier. Wolfii tam verſionem Axiochi latinam, quam notas in illum. Index eſt theſaurus linguae graecae. — *Quartum* denique eosdem dialogos graece, omiſſis animaduerſionibus, ſed ſubiectis fragmentis et indice pleniſſimo, ex ſua recenſione edidit in vſum ſcholarum, Miſeni. 1788. mai. 8.

Ego vero in Anthologiam meam graecam proſaicam, Noribergae, 1781. 8. recepi dialogum I. de virtute, et cl. *Schütz.* primam Chreſtomathiae ſuae gr. partem, Halis Saxon. 1772. 8. dialogo, Eryxia, locupletauit.

Praeter Ianum Cornarium fuerunt quoque viri docti, qui coniecturas in illos dialogos ſcripſerunt, quas quidem partim congeſſit iam, ſed fere omnes inanes eſſe et ab immoderata

quadam

quadam mutandi omnia in libris veterum cupiditate profectas pronuntiauit cl. Fiſcherus in tertia editione.

Herbertus Rudenius, (ſub quo nomine Suecus aliquis latere voluit,) Obſſ. criticae ad aliquot locos dialogorum Aeſchinis, in Hiſtoire de la republ. des lettres, tant ancienne, que moderne, tom. VIII. pag. 161 — 171. Amſtel.

Carol. Segaarus in Epiſt. critica ad Valckenar. Traiecti ad Rhen. 1766. 8.

Chriſtiani Adolphi Klotz. obſſ. criticae in Axiochum, in Actis eruditor. Lipſ. 1758. pag. 591 ſqq. repet. in illius Miſcellaneis critic. Traiecti ad Rhenum, 1763. 8. cap. 16.

Toupius bis in Opuſculis criticis etc.

Axiochum gallice vertit *Stephan. Doletus*. Lugd. 1544. 12. — item *germanice* in Opuſculo, inſcripto: *gelehrter Zeitvertreib*, part. 32. 33. 34. pag. 249 — 267. Meiſſen. 1743. 8. — item *Berndius*, Stendalii, 1784. 8. — Tres dialogi: Aeſchines — Geſpräche über Tugend, Reichthum und Tod; nebſt einem Verſuch über die Begriffe und Hülfsmittel der Tugend. Lipſiae, 1779. 8. — *Schulthesius*, in: Bibliothek der griechiſchen Philoſophen, vol. III. nr. 2. Turici, 1779. 8. — *Io. Michael. Heinze*, vna cum Platonis Critone. Deſſau. 1783. 8. et cum nouo titulo, Gottingae, 1788. 8. Antea verſionem *Eryxiae* theotiſcam publicarat *Heinze*, Vinariae, 1784. 4. — Axiochus italice verſus a Comite d' Averſa, Io. Vincentio Belprato, additus eiusdem verſioni italicae Sexti Ruffi hiſt. rom. Florent. 1550. apud Bernard. Iuntam. 8. vid. *Paitoni* bibliot. degli autori antichi gr. et lat. volgarizzati. tom. III. pag. 117 ſq. et tom. IV. pag. 49 ſq. *Harl.*

Arguebatur Aeſchines, vt qui Antiſthenis ſcripta expilaſſet, vel [?] qui Socratis ipſius a Xanthippe acceptos dialogos pro ſuis publicaſſet. Alii a Paſiphonte Eretrico ſua Aeſchinis nomini ſuppoſita eſſe notarunt. [Aliter tamen apud *Photium* cod. CCXLVII. pag. 1242. edit. Schotti, Ariſtides, qui Aeſchinis fidem praefert Platonicae in iis, quae vterque a Socrate audiuerit, memoriae tradendis.]

Λόγον περὶ Θαργηλίας, in quo Gorgiam fuerit imitatus, laudat *Philoſtratus* Epiſt. ad Iuliam Auguſtam p. 887 ſq. Ἀπολογίαν τοῦ πατρὸς Φαίακος τοῦ στρατηγοῦ, *Laert.* II. 63. *Epiſtolam ad Dionyſium* id. Alia ſub eius nomine Epiſtola inter editas ab Allatio exſtat, numero XXIII. *Fabric.* Conſcripta eſſe videtur epiſtola a Sophiſta quodam iuniore. Exſtat autem MSta in bibliothecis Leidenſi, Vindobonienſi atque Laurent. Ex Allatii exemplo Epiſtolarum etc. cum illius ſuisque notis recudendam curauit, et adpendicis loco repoſuit *Io. Sam. Sammet* in Aeſchinis rhetoris Epiſtolis, vt circumferuntur, duodecim, Lipſiae, 1771. 8. p. 102 ſqq. Latinam illius verſionem inſertam reperimus in Stanleii hiſtoria philoſ. part. III. cap. 2. Suppoſititiam eam eſſe, oſtenderunt, aut pronuntiarunt *Olearius*, *Io. Pearſon.* in Vindic. epp. S. Ignatii, part. I. pag. 12. *Richard. Bentlei* in Opuſc. philol. p. 47. edit. Lipſ. et *Fiſcher.* p. 186. edit. III. dialog. qui p. 184 ſqq. inter fragmenta Aeſchinis Socratici illam gr. vltimo loco repetiit. *Harl.*

XXXII. ANTISTHENES, Athenienſis, Gorgiae primum, deinde Socratis auditor, et auctor ſectae Cynicae, [a *Cynoſarge*, gymnaſio, loco Athenarum publico, extra vrbis moenia poſito, vbi docebat Antiſthenes, dictae,] Ἡρακλεωτικός τις ἀνὴρ τὸ φρόνημα, *Her-*

culeo ſſſſſ) *vir animo*, varia ſcripſit, diſtributa in tomos decem, quae vide, ſi placet, apud *Laertium* VI. 15 ſq. et quae ad eundem locum Menagius ac Caſaubonus. Inter alia ibi memorantur *Antiſthenis* Αἴας et Ὀδυσσεὺς, quae hodieque exſtant, et ſunt breues μελέται ſiue declamationes ſub Aiacis et Vlyſſis nomine compoſitae. [Cum aliis oratoribus in cod. Veneto D. Marci DXXII. teſte Catalogo, et nr. MMDCCCCXLIV. in catal. bibl. reg. Pariſ. p. 575.] *Graece* eas edidit *Aldus* cum Aeſchinis, Lyſiae et aliorum Orationibus. Venet. 1513. fol. Inde *H. Stephanus* inter Oratores veteres ann. 1575. fol. [atque *Reisk.* in Orator. graecorum collect. vol. VIII. pag. 52 ſqq.] *Latine* vertit *Guil. Canterus*, ad calcem Ariſtidis, Baſil. 1566. fol. Legitur quoque epiſtola ſub Antiſthenis nomine ad Ariſtippum, [in cod. MMMLIV. biblioth. reg. Pariſ. tom. II. Catalogi pag. 603.] inter Socraticorum Epiſtolas, ab Allatio editas. Vide ſupra cap. X. nr. 35. Diſſertationem περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀντιλέγειν et ſimultatem inde cum Platone ortam, ſcriptumque aduerſus hunc dialogum Σάθωνα memorat *Laertius* III. 35. Sed et Platonem in dialogos ſuos quaedam ex Antiſthenis diatribis tranſtuliſſe notauit *Athenaeus* XI. pag. 508. e Theopompo Chio. Antiſthenis προτρεπτικὸς citatur a Polluce VI. 98. et X. ſect. 98. Aeſchinem Socraticum olim arguit Perſaeus, quod Antiſthenis ſcripta quaedam ſibi tribuiſſet, apud eumdem *Laertium* II. 61. De libro Magico, quem huic Antiſtheni a quibusdam tributum ait Suidas, dixi in Elencho ſcriptorum Ariſtotelis deperditorum. Antiſthenis ſectatores Ἀντισθένειοι adpellantur *Ariſtotel.* VIII. 3. Metaphyſic. [Plura de noſtro, eius aetate, vita, moribus, ingenio et placitis ſectaque Cynicorum diſputarunt *Gottlob. Ludou. Richter.* in diſſ. ſub praeſidio Gottlieb Stollii habita, de vita, moribus et placitis Antiſthenis cynici, (vbi de libris Antiſthenis quoque copioſus eſt,) Ienae, 1724. 4. — *Lud. Chr. Crellius* progr. de Antiſthene Cynico. Lipſiae, 1728. 4. — *Stanleii* hiſtor. philoſ. part. VI. pag. 101 ſq. edit. latinae Venetae. — *Brucker.* hiſt. crit. philoſ. vol. I. p. 860 — 893. — *Chaufepié* in Supplem. Lex. Bayl. tom. I. pag. 360 ſqq. — *Gedicke* in M. T. Ciceronis hiſtoria philoſophiae antiquae p. 259 — 271. — *Meinerſ.* in doctrinarum apud Graecos et Romanos hiſtoria, tom. II. pag. 666 ſqq. — Natus fuiſſe videtur ante Olymp. XC. quia ante philoſophiae ſtudium ſequutus eſt militiam, ante Socratem vero, Olymp. XCV. viuis ereptum, audiuit Gorgiam, qui Olymp. LXXX. iam clarus, Olymp. C. valde ſenex ſuperuixit. vid. *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. phil. I. cap. 8. p. 40. *Stolle* l. c. p. 6. et *Brucker.* l. m. p. 862. not. *t.* Mortuus eſt Athenis annum LXX. agens, teſte *Eudocia* in Viol. p. 56. Socratem, poſtquam eum ſectatus eſt, numquam deſeruit. vid. *Xenoph.* M. S. lib. III. cap. 11. §. 17. qui eum cum Socrate diſputantem de amicorum pretio, M. S. II. 5, 1 ſqq. inducit, et lib. III. cap. 4. §. 4. nec eum quidem, dicit, ᾠδῆς nec χορῶν διδασκαλίας, (qui choro daret modum carmenque auſpicaretur etc. vid. Erneſti notam,) eſſe peritum, et tamen ſcire, optimos illarum artium magiſtros eruditosque deligere. Cum Socrate idem loquens inducitur in Sympoſio II. 10. III. 7. IV. 34 a *Xenophonte.* Eam vero philoſophiae partem, quae homines redderet felices, aut artem felicitatis acquirendae doceret, maximi aeſtimauit et reliquis praetulit doctrinis. Quod faſtum quemdam prae ſe ferebat, in carpendis hominum moribus, libertate cum acerbitate

ſſſſſ) Sic reddenda ſunt verba illa apud *Euſeb.* XV. 13. Praeparat. non, vt eruditus interpres, *ſenſu animisque tenus Heracleoticus.* Notum eſt, Cynicos ſeſe Herculis praecipue aemulos atque imitatores venditaſſe.

bitate vtebatur, diſcipulos dure habebat, patientiam ipſe ac duritiam maxime adamabat et commendabat; ampla diſcipulorum corona non potuit cingi: libris igitur conſcribendis operam addixit. Socratem imitatus, *in eo libro*, (vt ait *Cicero* de N. D. I. 13.) *qui phyſicus inſcribitur, populares deos multos, naturalem vnum eſſe dicens, tollit vim et naturam deorum.* adde *Lactant.* Diu. inſtitutt. I. cap. 5. *Minuc. Felic.* cap. 19. Seueritatis amans, tunicam abiecit, ſolo pallio, eoque, praeter conſuetudinem philoſophorum, duplicato vſus eſt; pallium nempe in ſiniſtro humero duplicatum, dextero ita ſubiecit, vt ipſe humerus nudus et exertus exſtaret: quamquam alii Diogenem illius moris faciunt auctorem. vid. *Vrſini* illuſtrium imagines, nr. 20. vbi tamen in gemma conſpicitur ſine barba, (conf. Io. Fabri commentar. ad illum pag. 13.) *Salmaſ.* ad Tertull. de pallio pag. 366 ſqq. eumdem ſub ficto nomine Franciſci Franci in confutatione animaduerſſ. Antonii Cercoetii, (h. e. Petauii.) Middelburgi, 1623. 8. pag. 7 ſq. et 237 ſqq. *Oct. Ferrarium* de re veſtiaria vet. part. II. lib. IV. quo agitur de pallio, cap. 19. et 20. pag. 173 ſqq. Patau. 1685. 4. in Graeuii theſ. antiqq. rom. vol. VI. pag. 901 ſqq. edit. Venetae. *Alb. Rubenius* de re veſtiaria lib. I. cap. 7. in theſ. antiqq. rom. eod. vol. p. 954. et ex eo *Fabric.* ad Sext. Empir. Pyrrhon. hypotypoſ. I. cap. 14. ſect. 153. p. 39. add. *Chriſt. Guil. Franc. Walchii* antiquitates pallii philoſophici veterum Chriſtianorum. Ienae, 1746. 8. — *I. P. Milleri* prol. II. de pallio philoſophico, Vlmae, 1760. et 1761. 4. — *Ouerkamp.* diſſ. de veſtitu, praec. pallio veter. philoſoph Ienae, 1733. — Artem orandi bene edoctus a Gorgia, feliciter expreſſit. Ab illo τὸ ῥητορικὸν εἶδος ἐν τοῖς διαλόγοις ἐπιφέρει, ait *Eudocia*, de noſtro agens, p. 55. Apud eamdem et apud *Diogen. Laert.* VI. 14. laudant eius dictionem Theopompus ac Xenophon. Saltem Phrynichus in adparatu oratorio apud *Photium* cod. CLVIII. p. 326 ſq. edit. Schotti, laudat eum cum praecipuis atticis ſcriptoribus, puri et attici ſermonis regulam, normam atque exemplum, et commendat eius germanas orationes duas περὶ Κύρου et περὶ Ὀδυσσῆ, al. Ὀδυσσείας. — In bibl. caeſarea Vindobon. eſt manu exaratus dialogus cum Polycrate de rebus phyſicis, et incipit ποίῳ λόγῳ etc. quem Lambec. in Comment. tom. VII. putarat, eſſe Antiſthenis ἐρώτημα περὶ φύσεως, Laertio memoratum; ſed errauit notante Kollario p. 577 ſq. *B.* qui monuit, illum dialogum nequaquam eſſe Antiſthenis; ſed Simocatae Theophylacti, comparata huius ἀποριῶν φυσικῶν editione Bon. Vulcanii, Lugd. Batau. 1597. 12. — Ἀντισθένης ὁ Σωκρατικὸς ἐν τῷ Ἡρακλεῖ citatur ab *Eudocia* p. 432. — Antiſthenis declamationes vna cum Andocide, Dinarcho, Alcidamante, Demade, Gorgia et Lesbon. ſuis typis editurus erat *Theoph. Sigfr. Beyerus*, quod quidem conſilium nuntiauit in epiſtola ad La Croze tom. I. p. 42. Theſauri epiſtolici Lacroziani. *Harl.*]

Antiſthenes, qui τῶν φιλοσόφων διαδοχὰς ſcripſit, non Cynicus fuit, vt *Meurſio* in Biblioth. Attica viſum, ſed iunior quidam, fortaſſe Rhodius ggggg) ille hiſtoricus, qui hiſtoriam patriam conſignaſſe colligitur e Polybio excerpt. Peireſc. p. 69 ſq. et Peripateticus vocatur a *Phlegonte* cap. 3. Mirabil. [pag. 28. edit. Franz. vbi vid. Meurſium et Franz. in ind. pag. 177.] Alius teſte *Laertio* VI. 19. fuit *Antiſthenes* Ἡρακλείτειος, alius item *Antiſthenes*,

ggggg) Ita male quidem *Voſſius* pag. 225. de Hiſt. Gr. et *Ionſius* pag. 329. de ſcriptoribus Hiſt. philoſ. [IV. nr. 6. p. 249. edit. Dorn. adde eumdem I. 3. 1. p. 45 ſq.] Sed pace Menagii alius fuit Antiſthenes, non Rhodius, ſed cognomento Ῥόδος, Agrigentinus, cuius opes ac magnificentiam in nuptiis filiae deſcribit *Diodorus Sicul.* lib XIII. pag. 205. [tom. I. pag. 608 ſq. edit. Weſſeling.]

nes, [?] Medicus, de quo Schol. Ariſtophanis ad Eccleſiazuſ. alius *Antiſthenes*, Parius, quem a ſe arcet Apollonius apud *Philoſtratum* IV. 4. alius *Antiſthenes*, quem Alexandri res geſtas ſcripſiſſe ait Volaterranus, niſi eum confudit cum Calliſthene, vti Hendreichius in pandectis Brandenburgicis adfirmat, *Antiſthenem* Thaſium, qui cum Nearcho nauigarit, a Strabone citari. Sed is *Straboni* lib. XVI. pag. 766. eſt Androſthenes. Incertum eſt, quem *Antiſthenem* laudet *Plinius* XXXVI. 12. inter eos, qui de pyramidibus Aegypti ſcripſerunt, itemque cuius librum tertium Μελεαγρίδος in teſtimonium citat Plutarchus de fluminibus.

XXXIII. ARISTIPPI, Cyrenaei, Socrati [ad quem audiendum Cyrene ex Africa venit Athenas,] familiaris, et qui primus Socraticorum didactrum ab auditoribus exegit, (teſte Suida) imago ex F. Vrſini gemma occurrit in Laertio Wetſteniano et in Theſauro Gronouii tom. II. tabula LXXXIV. hhhhh) Apud Dionyſium in Sicilia verſatus eſſe traditur a *Luciano* in paraſito tom. II. p. 254. [cap. 33 p. 861. tom. II. edit. Reitzii, et in dialog. mortuor. XX. 5. tom. I. pag. 418.] Simultatis eius cum Xenophonte Suidas meminit in Ἀρίστιππος. De inimicitiis cum Platone vide *Laertium* III. 36. et *Athenaeum* XI. p. 507. qui p. 508. e Theopompo Chio notat, Platonem ex Ariſtippi diatribis argumenta dialogorum quorumdam ſuorum repetiiſſe. Scripta eius refert idem *Laertius* II. 83 ſq. et alibi laudat eius περὶ τῆς ἡδονῆς X. 4. et libros περὶ παλαιᾶς τρυφῆς pluribus locis, tum περὶ φυσιολογιῶν VIII. 21. Sub *Ariſtippi* nomine Epiſtolae quaedam editae a *Leone Allatio*, vt dixi cap. X. nr. 35 Apophthegmata huius aulici iiiii) vere Philoſophi e Laertio, Plutarcho, Suida, aliisque exponit *Paulus Leopardus* in Ariſtippi vita pag. 44 ſq.

[Homo fuit facetus, vrbanus atque elegantis ingenii vitaeque et omnium horarum: ex cuius doctrina placitisque cognoſci poteſt, quantum valeat natura et temperamenti, quod dicunt, ratio ad opiniones et iudicium de diſciplina et praeceptis morum ferendum. Antiſthenes enim erat natura ſeuerus et auſterus: Ariſtippus vero (qui ex coniectura Menzii, p. 9. libelli, mox memorandi, ante Olymp. LXXX. non fuit natus,) mollis, amabat vitam lautam atque delicatam; quam *Lucianus* in vitarum auctione cap. 13. tom. I. p. 551 ſq. edit. Reitz. feſtiue quidem lepideque, at nimis acriter perſtringit. Hinc tanta vtriusque diſciplinae vitaeque diuerſitas poterit intelligi. Ariſtippus voluptatem, qua ſenſus dulciter ac iucunde mouetur, finem bonorum eſſe voluit, (vid. *Ciceron.* acad. II. 42. vbi vid. Dauiſ. de Epicuro, quatenus a ſuo praecurſore deflectat, it. de Fin. II. 6. et 13. de Offic. III. 33.) atque cum ſuis adfectis in ſolo tactu, et eo quidem, quem philoſophi interiorem (Empfindung) vocant, aut doloris, aut voluptatis putauit veri eſſe iudicium, teſte *Cicerone* acad. II. 7. vbi Dauiſius plura veterum loca congeſſit. Primus Socraticorum philoſophiam mercede docere inſtituit: eamque ob cauſſam illum oblique carpit *Xenophon* M. S. I. 2. 60. vbi vid. *Ruhnken.* et *Heindorf.* ad Xenoph. M. S. II. 1, 1. p. 52. Animaduerſionum in Xenoph. Mem. Socr. Quoniam vero a Socratis

hhhhh) Conf. *Simſon.* Chron. ad A. M. 3640. *Harl.*

iiiii) Horat. [Epiſt. I. 17. 23. vbi vid. interpr. inprimis *Wieland.* in verſ. germ. Epiſt. Hor. pag. 248. qui bene defendit Ariſtippum.] *Omnis Ariſtippum decuit color, et ſtatus, et res.* Confer Ariſtippum Baſſaci. [adde *Chaufepié*, voc. Ariſtippe, tom. I. not. *F.* *Stanlei.* hiſt. philoſ. tom. I. part. III. cap. 6. p. 202 ſqq. *Horat.* Epiſt. I. 1, 18. ibique eruditam *Wielandii* adnotationem in verſ. Horat Epp. germ. p. 42 — 47. *Horat.* Serm. II. 3. 100.]

cratis ſeueritate multum remiſit, multa ex Sophiſtarum ſcholis hauſit, vitam degit lautiorem, auramque popularem regisque Dionyſii captauit, genio indulgens: a multis eſt vituperatus, atque Platonem, Xenophontem, (cuius diſputationes de voluptate II. 1. Memor. Socr. et de bono ac pulcro III. 8. infeſti in Ariſtippum animi habent indicium,) aliosque habuit aduerſarios, qui quidem num ſemper aequi de noſtro fuerint iudices, fere dubito. Equidem nolo fieri eius patronus neque cuncta, quae male dixiſſe aut feciſſe arguitur aut in opprobrium eius ab aliis dicta ſunt, vel negare, vel tamquam per calumniam ab aduerſariis ficta pronunciare, aliterque explicare, vel excuſare, quod *Fridericus Menzius*, Profeſſor quondam Lipſienſis, in libello,

Ariſtippus philoſophus Socraticus Halae Magdeburg. 1719. 4.

fecit. Neque tamen auſim eum plane contemnere et perditis abiectisque hominibus adnumerare, omnibusque aduerſariorum obtrectationibus et vituperiis fidem dare, aut omnes illius ſententias, praecipue de voluptate, in peiorem partem interpretari. Menzius igitur omnia, quae ad vitam et diſciplinam Ariſtippi cognoſcendam conducerent, diligenter congeſſit atque expoſuit, doctrinam philoſophi vberius explicuit: at nimius eſt in laudando philoſopho ſuo delicatulo atque eleganti, et in eo grauiter lapſus eſt, quod omnem maculam a nomine Ariſtippi abluere adniſus eſt. Cenſuram libelli leges in Actis eruditorum germanice ſcriptis, partic. 65. ann. 1720. pag. 414 ſqq. Actis erudit. Lipſ. ann. 1719. p. 454 ſqq. Journ. des Scav. menſ. Auguſt. 1721. etc. Multa quidem praeclare feciſſe et dixiſſe videtur: virtus ſane eum apud *Lucianum* in bis accuſato cap. 23. pag. 821. tom. II. edit. Reitzii, Ariſtippum ſuum eſſe, quod ſermones illius et opera indicent, contendit; luxuria autem propter coronas, purpuram et vnguenta ſibi eum vindicauit. Atque Ariſtippus mollitie corporis animique et amore deliciarum captus eas quoque tuitus eſt ſententias, quae virtutis ſanaeque rationis praeceptis repugnant. Hinc etiam Menzius a multis, interdum iuſto acerbius, eſt notatus, praecipue a cel. *Corpzou.* in Paradoxo Stoico Ariſtonis Chii etc. ſect. II. cap. 10. p. 487 — 509. vbi docte egit de Ariſtippo, hunc vero hiſtrionum philoſophicorum principem et ἀρχυποκριτὴν, *ſcurramque Siculum* vocauit. Valde quoque inuehuntur in iſtum *Stanlei.* in hiſtoria philoſ. part. III. cap. 3. ac *Meinerſ.* in hiſtoria doctrinarum apud Graecos etc. tom. II. pag. 646 ſqq. Medium tenet *Brucker.* in hiſtor. crit. phil. I. p. 584 ſqq. vbi de Schola Cyrenaica, eiusque auctore, *Ariſtippo* multus eſt. adde eiusdem vol. VI. p. 224 ſq. et cenſorem in biblioth. critica Amſtel. II. part. 8. p. 117. not. *n.* Praeter ea huc pertinent:

La Vie d'Ariſtippe, écrite en Grec par Diogene, et miſe en François par Tanequi le Fevre, avec des Remarques, à Paris apud Thom. Jolly, 1668. 12. item in Memoir. de Litterature de Mr. *Sallengre,* tom. II. pag. 20. et in Vies de Plutarche, tom. IX. p. 633. Amſterd. 1735. 4.

Io. Henr. Acker Gedancken von Ariſtippi Hoff-Viſiten. Ienae 1729. 4.

Chaufepié in Supplem. Lexici Bayliani, tom. I. pag. 456 ſqq.

Fenelon eiusque interpres *de Loen* in vitis etc. veterum philoſophorum, pag. 254 ſqq.

M. T. Ciceronis hiſtoria philoſophiae antiquae — collegit — *Frid. Gedike*, p. 103 ſqq.

Batteux Developpement de la Morale d'Ariſtippe in Mém. de Litterature, vol. 26.

Ariſtippi epiſtolas omnes tamquam ſpurias reiicit *Io. Pearſon.* Vind. Ignat. p. 361. *Valcken.* tamen in diatr. Euripid. poſt Hippolytum p. 190. epiſtolam quidem 27. velut ad Areten filiam datam, in qua nulla ſint doriſmi veſtigia, (vti antea *Bentleius* in diſſertat. de epiſtolis Socrat. §. XI. p. 72. verſion. Lennep. ſuſpicatus eſt,) pro ſpuria habet: neque vero omnes ab aliis ſictas eſſe, et epiſtolas, quae Ariſtippi nomen praeferunt, dorice ſcriptas, IX. XI. XIII. XVI. nihil continere indignum Ariſtippi perſona exiſtimat. *Ruhnkenio* ad Xenoph. Mem. I. 2, 60. auctor epiſt. Socr. p. 43. qui Ariſtippum facit Xenophontis hoſpitio in Scilunte vtentem, minus commode finxiſſe videtur.

Notatu digna eſt adhuc *Arete*, Ariſtippi filia, a patre ſollerter inſtituta, philoſophiae amore imbuta, patriſque imitatione erudita; quae filium, Ariſtippum, et *Theodorum*, haud ignobile in Schola Cyrenaica nomen, habuit diſcipulos. vid. praeter *Diogen. Laert.* II. ſect. 86 et laudatum *Menagium*, in primis *Wolf.* in Catalogo foeminarum olim illuſtrium voc. *Arete* p. 283 ſqq. ſubiuncto Mulierum graecar. quae oratione proſa vſae ſunt, fragmentis et elogiis, et *I. G. Eck.* comment. de Arete, Lipſiae 1775. 4. *Harl.*]

Alios praeterea octo Ariſtippos refert *Menagius* ad Laert. p. 114. ex quibus fuit *Ariſtippus*, huius, de quo agimus, Cyrenaicae ſectae principis ex filia *Arete* nepos, a qua inſtitutus μητροδίδακτυ nomen meruit. Alios μητροδιδάκτους celebrat *Menagius* in Hiſtoria mulierum Philoſoph. vbi de Arete §. 61 Ruſinum, *Ariſtippum ſui temporis* adpellat Hieronymus in Apologia, tom. II. pag. 164. *Fabric.* adde *Brucker.* l. c. pag. 592. *Chaufepié* l. mem. pag. 460. *Harl.*

XXXIV. CEBES, Thebanus, Socratis, teſte *Xenophonte* I. ἀπομνημονευμ. pag. 418. auditor, qui a Platone loquens inducitur in Phaedone, et Phaedonem, hortante Socrate, ſeruum emiſſe traditur apud *Gellium* II. 18. *Macrobium* lib. I. cap. 11. Saturnal. et *Laert.* III. 24. Scripſit et ipſe dialogos tres, vt notatum *Laertio* II. 125. et Suidae, quorum tituli: Ἑβδόμη, Φρύνιχος et ΠΙΝΑΞ kkkkk). Sed duobus prioribus deperditis ſolus ad nos tertius peruenit, in quo continetur elegans et lectu digna expoſitio philoſophica tabulae, ſiue imaginis mirae ac ſingularis, vniuerſam vitae humanae [*] rationem lllll) adumbrantis, quam Athenis, vel Thebis

kkkkk) Tres hos dialogos adtribuit *Eudocia* in Viol. pag. 272. *Callippo*, Athenienſi philoſopho, Socratis diſcipulo, quem Fabricius infra inter Platonicos refert. Φέρονται, ait Eudocia, αὐτοῦ διάλογοι τρεῖς, Ἑβδόμη, Φρύνιχος, Πίναξ, (ἔστι δὲ τῶν ἐν ᾅδου διήγησις) καὶ ἄλλα τινά. De *Callippo* vid. *Athen.* XI. p. 508. et *Suidam* h. v. p. 233. tom. II. Kuſteri. *Harl.* *Io. Camertis* vita Cebetis, praemiſſa eius tabulae cum Solino editae, Baſ. 1557. fol. *Beck.*

lllll) Addit Suidas: ἔστι δὲ τῶν ἐν ᾅδου διήγησις, [*Hemſterhuſ.* ad Luciani dial. I. ed. min. not. p. 1. Baſil. 1771. 12. ſcribere iubet ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐν ᾅ. διήγ.] enarrantur enim in tabula, quae animabus contingunt, antequam in corpora immittantur. Deinde varii hominum mores in hac vita, varia ſtudia, et quis illa maneat exitus, ſi vel per anguſtam virtutis ſemitam ambulent, vel latam voluptatis ac vitiorum viam ingrediantur. [*Velſius*, in ſuo Cebete Lugd. 1551. 4.] *Stanleius* p. 121. Hiſt. Philoſoph. illam τῶν ᾅδου διήγησιν putant diuerſam a tabula, quod a mente Suidae videtur eſſe alienum. [vid. quoque *Caſaubon.* not. in edit. Berkelii pag. 154.] Verba Cebetis ſub init. ἐν ᾧ ἦν γραφή τις ξένη καὶ μύθους ἔχουσα ἰδίους, ſic reddit Salmaſius praefat. ad paraphraſin Arabicam: *in quo inerat pictura quaedam noua ac mira* (non *peregrina*, vt alii transferunt,) *et fabulas continens ſibi peculiares.* Has deinde perſequitur hoſpiti ſenex ὁ περιηγητὴς τῆς εἰκόνος, vt poſſit adpellari e *Luciano* lib. de calumnia tom. II. pag. 403.

Thebis potius, in templo Saturni mmmmmm) dedicauerat aliquis, [Lyſis Tarentinus, notante Biſchoffio in ſua edit. Cebetis p. 19.] (Arabi paraphraſtae ſi credimus, Lacedaemonius,) Πυθαγόρειόν τινα καὶ Παρμενίδειον ἐζηλωκὼς βίον. Hunc dialogum Cebetis illius antiqui eſſe ſuadent praeter Laertium et Suidam *Lucianus* lib. de mercede conductis tom. I. p. 479. [tom. I. pag. 702. edit. Reitz.] et in Rhetorum praeceptis tom. II. pag. 311. [tom. III. p. 5. ibique interpr.] tum *Iulius Pollux* III. 16. ſect. 95. *Tertullianus* de praeſcript. cap. 39. et *Chalcidius* in extremo commentarii ad Timaeum Platonis p. 462. quorum omnium loca *Iacobus Gronouius* ſuae praefixit Cebetis editioni nnnnn). Idem in notis p. 105. et 108. obſeruauit, *Dionem Chryſoſtomum* Orat. II. de Regno et *Ariſtaenetum* lib. I. epiſt. 2. quaedam ex hac Cebetis tabula expreſſiſſe. Prae ceteris autem omnibus *Chalcidii* locus adnotandus eſt, quia ex illo corrigere licet verba, ex quibus viri quidam docti coniiciunt, dialogum hunc, Cebeti ſuppoſitum, a Chalcidio lectum non fuiſſe. Hodie quidem in Cebete haec legenti occurrunt p. 29. laudatae edit. Τίνες οὖν καλοῦνται οὗτοι; οἱ μὲν ποιηταί, ἔφη, οἱ δὲ Ῥήτορες, οἱ δὲ Διαλεκτικοὶ, οἱ δὲ Μουσικοὶ, οἱ δὲ Ἀριθμητικοὶ, οἱ δὲ Γεωμέτραι, οἱ δὲ Ἀστρολόγοι, οἱ δὲ Ἡδονικοὶ, οἱ δὲ Περιπατητικοὶ, οἱ δὲ Κριτικοὶ, καὶ ὅσοι ἄλλοι τούτοις παραπλήσιοι. Merito mirantur viri eruditi ooooo), quomodo Cebes meminiſſe potuit Peripateticorum et Ἡδονικῶν ſiue Ariſtippeorum Epicureorumque, qui ipſo fuere poſteriores, tum criticorum, quorum ab Ariſtotele demum vocata eſt natio? Neque dialecticae ppppp) illa aetate erat tam contemtum vel abuſu dehoneſtatum nomen, vt ψευδοπαιδεία et non ipſi philoſophiae accenſeretur. Sed in Chalcidii verbis, praeſentem Cebetis locum laudantis, nihil horum occurrit, ſed tantum mentio fit Geometricae, Muſicae, Arithmeticae et Aſtrologiae. Cum Chalcidio conſentit paraphraſis Arabica, quam vide pag. 58. niſi quod pro Aſtrologia habet Geodaeſiam. [‡] *Fabric.*

EPIMETRON.

Iam olim viſus eſt dialogus ad alium potius, et iuniorem quidem Cebetem, referendus eſſe: ita quidem Hieronymo Wolfio et Berkelio, (in cuius editione p. 153 ſqq. quorumdam interpretum iudicia collecta proſtant,) in notis ad Cebetem, Clerico in ſiluis philol. cap. VIII. *Aug. Maſcardo* in diſſ. moral. ad Cebetem part. III. diſſ. 1. Venet. 1643. 8. p. 472. ſecundum verſionem germanicam, Francof. 1671. 12. Quod vero *Iac. Wilhelm. Feuerlin.* in Miſcellan. Lipſienſib. tom. III. ann. 1716. obſeru. LV. p. 14 — 60. de Cebete eiusque tabula docte egit, multos, in vtramque partem diſputantes, V. D. laudauit, omnem controuerſiam expoſuit, ſuperiorum argumenta, haud omnino leuia, iam collegit, atque examinauit, et dialogum Cebeti Socratico, omni opera atque diligentia et ſollertia adhibita, vindicauit; *Bruckerus* vero in hiſtor. crit. philoſ. vol. I. pag. 577 ſqq. Feuerlini argumenta in compendium redegit, et, quamquam non omnibus album adiecit calculum, plura tamen comprobauit aliisque corroborauit, inſuper *Küſteri* ſententiam ad Suidam tom. II. pag. 288., dubium videri, an tabula, quae

mmmmmm) Vid. Thomaſin. de donariis, p. 211. *Harl.*

nnnnn) Ex loco Chalcidii vel ſolo opinionem ſuam corrigere poſſunt viri doctiſſimi, qui de germanitate eius auctoris, (Cebetis,) dubitant, inquit *Barthius* Aduerſar. lib. I. cap. 11. pag. 22. adde *Placcium* Pſeudon. nr. 594. *Heumann.*

ooooo) Vide *Sam. Petiti* Miſcellanea lib. IV. cap. 4.

ppppp) *Iac. Thomaſius* diſſertat. XXXIV. de ſeptem artibus liberalibus pag. 380 ſq.

quae hodie Cebetis nomine circumfertur, ſit Cebetis, vel ſaltem, quae Wolfii quoque et Stanleii fuit opinio, an Suidas de eadem tabula ſit intelligendus, refutauit: equidem nolo omnia repetere atque moleſtus fieri lectoribus. *Io. Fabric.* in hiſtoria biblioth. ſuae, part. V. p. 538. contra Küſter. ſentiens, opinatur, Cebetem duplicem formaſſe tabulam; alteram de vita humana; alteram de iis, quae apud inferos fiunt; at hoc falſum videtur. Facile autem adducor, vt credam, nos habere contextum interpolatum. Licebit tantum Feuerlini coniecturam adponere, Cebetem Thebanum, quum Socrates moreretur, vegeta aetate, XL. circiter annorum, gauiſum, numeroſam ſenectutem adtigiſſe, atque paucis ante obitum annis Pinacem conſcripſiſſe, ideoque ſenem ipſum potuiſſe Platonis verba legere atque citare. *Feuerlini* et *Bruckeri* de auctore tabulae ſententiam comprobat et euiciſſe, Cebetem ex ſuopte ingenio illam confinxiſſe tabulam, putat *M. Theophilus Grabenerus*, Rector quondam ſcholae Miſen. in diſput. animaduerſorum ad Cebetis tabulam primitiae, (Miſen. 1744. 4.) ſed in continuat. ſiue in dyade animaduerſorum, (Miſenae 1746. 4.) primum adfirmat, idque a nullo interprete obſeruatum eſſe adſeuerat, ſcopum Cebetis et dialogi eius ſummum eſſe, docere, hominem, ignorantia et errore mentis, prauisque animi inclinationibus, corruptum, non contemplatiuis artibus, ſed virtutis ſtudio, felicitatis, quam hac in vita conſequi ſummam poſſit, fieri participem. Tum contra Bruckerum demonſtrat, Cebetem, hac in tabula ſe vbique Socraticae doctrinae alumnum ac ſectatorem prodentem, nusquam profeſſum eſſe, ſe pythagoricam ſequi doctrinam, nec dogmata Pythagorae, ſed Socratis in hac tabula reperiri. Feuerlini vindicias ita quoque comprobat, et tam certas eſſe, vt ad eas neque reſpondere, neque hiſcere omnino aliquis audeat, contendit *Io. Iac. Wippelius*, Gymnaſii Berolin. Prorector, in commentat. de Cebetis Thebani, philoſophi Socratici tabula, veriſimilia, Altonae 1744. 4. p. 9. Cebetem Thebanum in interpretatione tabulae Lyſidis laudat *Gerardus Outhofius* biblioth. Bremenſ. tom. I. p. 230. Atque nouiſſime *I. G. Schilling.* in: Magazin für öffentliche Schulen und Schullehrer, Bremae 1790. vol. I. part. I. (qui ſpecimen nouae futurae editionis dedit,) p. 193 ſqq. de Cebete diſputans, prolatis vtriusque partis argumentis, probabilia protulit argumenta, quibus efficeret, opuſculum eſſe Cebeti Socratico adſerendum. Neque tamen deſunt adhuc, qui illud Cebeti abnegent. *Sevin.* in Hiſtor. acad. regiae Pariſ. Inſcript. vol. III. pag. 157 ſqq. aut ſecundum verſionem Gottſchedianae, tom. II. p. 179 ſqq. vſus argumentis, a Feuerlino, cuius vindiciae ipſi incognitae fuiſſe videntur, et a Grabenero partim iam reiectis, Fabricii noſtri et Petiti rationes infirmare atque demonſtrare, ſuſtinuit, auctorem fuiſſe pythagoreum, eumque paullo ante Luciani aetatem probabiliter vixiſſe. Rationes eius hae ſunt: 1) fieri in tabula mentionem chartae, Cebetis aeuo adhuc incognitae, 2) reiici philoſophos, Cebeti nondum notos, 3) auctorem diſcedere a placitis ſectae ſocraticae, et eſſe pythagoreum, 4) hinc dorica, non attica dialecto vti eum debuiſſe, 5) non eſſe credibile, opuſculum illud, ante Lucianum a nullo memoratum, vltra quingentos annos delituiſſe. At argumenta, praeſertim tertium, quartum et quintum, eſſe leuia et ab aliis iam abunde refutata, quilibet intelliget. Et tamen *Caylus*, in Hiſtor. acad. reg. Pariſ. Inſcript. tom. XXIX. p. 140 ſqq. in Collectione etc. a cl. Meuſelio germanice verſa, (des Herrn Grafen von Caylus Abhandlungen zur Geſchichte und Kunſt. tom. II. Altenburg. 1769. 4. über das Gemählde des Cebes, über die Hohle zu Korycium, und über die Gemählde des Philoſtratus,) p. 184 ſqq. ſubſcribit *Sevini* iudicio, et compoſitionem tabulae ſ. picturae eruditae ingenioſeque examinat atque vituperat. Denique cl. *Meiners.* in recitatione ad Aeſchinis dialogos

gos laudata Cebetis tabulam contendit ſine dubio fictam, et a Stoico quodam philoſopho, aut alio incerto ſcriptore, at ante illa tempora elaboratam eſſe, quibus Graecorum lingua antiquam indolem ſuam perdere coepit; et idem forſan, aut alius vir doctus, cenſor obſeruationis Schillingianae, paullo ante memoratae, in ephemerid. litterariis Goettingenſibus, (plag. 79. pag. 799. a. 1790.) exiſtimat, totum πίνακος habitum, oeconomiam, diſpoſitionem totamque fictionem prodere mentem et ingenium Sophiſtarum ſeriorum. Omnino grauis eſt contra antiquitatem opuſculi actio; ego vero aliis, qui Cebetis patrocinium ſuſcipere velint, cauſſam atque inquiſitionem lubenter relinquo. Liceat tantum in memoriam reuocare notiſſimam illam Prodici de Hercule in biuio fictionem, a Xenophonte memoratam. *Harl.*

Codices, Verſiones et Editiones Tabulae Cebetis.

[Non admodum multi codd. ſuperſunt. In Bibl. *Laurent.* tom. II. cod. XLV. nr. 6. plut. 57. pag. 423. Cat. Bandini cod. in 4. ſaec. 15. vbi tabula eſt in fine manca. — *Venetiis* in Marci bibl. cod. CCCXCI. ſaec. XV. pag. 194. teſte Catal. et cod. CCCCXCIV. ſaec. XIV. pag. 311. In *Montfauc.* Bibl. bibliothecarum Mss. tom. I. pag. 476. D. *Ceb.* tabula et Leonardi Aretini de republica Florentinorum. idem tom. II. pag. 775. E. cod. LXXVIII. in bibl. Pariſ. reg. ſed ſecundum catalog. Mss. huius bibl. quatuor codd. Cebetis in illa reperiuntur. In edit. Relandiana pag. 126. ſqq. eſt varia lectio e cod. Msto. excerpta. Eo plures et tot ab initio typographiae proſtant editiones, vt omnium enumerationem praeſtare nequeam. Salmaſ. in praef. ad ſuam edit. pag. 79. contendit, omnes edd. ad ſua vſque tempora ex vno codice manaſſe. Saepius tabula Cebetis aliis libris, praeſertim Epicteti Enchiridio adhaeret: ſaepe in vſum ſcholarum tantum ex cognitis exemplaribus recuſa eſt. Multas editiones in primo volumine ad Heſiodum, Pythagoram, Aeſopum et Theognidem, quibus interdum adiunctus eſt Cebes, iam adduxi, atque multarum editionum catalogum dederunt *Relandus* in ſua Epicteti atque Cebetis editione, et cl. *Schilling.* laudatus in: Magazin etc. Bremae 1790. vol. I. part. I. pag. 208 ſqq. et part. II. pag. 503 ſq. Ego tamen ampliora dabo ſupplementa. Hiſtoria textus critica haec eſſe videtur. Ex Veneto exemplo vt plurimum fluxerunt editt. vſque ad Wolfium, qui vulgatam lectionem conſtituit: cuius recenſionem reliqui modo κατὰ πόδα ſequuti ſunt, modo hinc inde deſeruerunt. Salmaſius ad Aldinam ſimul rediiſſe videtur. Gronouius nouam ſuſcepit recenſionem, quam reliqui vt plurimum retinuerunt: nouam tentare coepit Schillingius.

Hic principem edit. graecam laudat: *Cebetis tab. graece per Beroaldum* fol. 1494. cuius mentionem alibi nondum vidi, multis licet catalogis conſultis. Primum, quantum alias conſtat, *Ludouicus Odaxius*, Patauinus, qui Igubii in Italia vixit circa a. C. 1485. teſte Geſnero qqqqq), vertit Cebetem ex integriore codice graeco, (v. *Salmaſ.* praef. ad Cebetem fol. auerſo ††. 3.) cuius verſio latina, non inelegans, prodiit, edente *Philippo Beroaldo*, Bononiae 1497. rrrrr) cum Cenſorino et Epictet. Enchirid. interprete Angel. Politiano, per Benedictum Hecto-

qqqqq) De Odaxio conſulendus eſt *Bernardinus Scardeonius*, lib. II. hiſt. Patauinae, claſſe X. pag. 269. tom. VI. Theſauri Italiae, part III. *Nic. Comnenus* tom. II. hiſtor. Gymnaſ Patau. p. 185. *Wippelii* Veriſimilia de Cebetis tabula, §. 13. pag. 12 ſqq. qui pag. 19 ſqq. de eius clauſula tabulae aucta diſputat.

rrrrr) Hanc primam eſſe editionem, ſcribit etiam *Spizelius* in infelice literato, pag. 136. *Heum.*

Hectoris Bonon. (v. *Maittaire* Annal. Typ. tom. IV. part. II. pag. 634.) — rec. *Ceb. tabula* lat. interpr. *Lud. Odaxio*, cum commentar. *Io. Camertis*. Pariſ. 1498. 4. (v. *Maittaire* l. c. pag. 681.) rec. 1514. cum Cenſorino de Natali, et Plutarchi opuſculis quibusdam lat. in aedibus Aſcenſianis fol. (v. *Maitt.* A. T. vol. II. part. I. p. 255.) — cum Athanaſio in Pſalmos, Epicteto aliisque, Argentor. 1504. 4. (Fabr. in not. mstis. ſed a. 1508 ſecundum Mylii Memorab. biblioth. acad. Ienenſ. pag. 170. nr. 161.) — *Ceb. tab.* e gr. in lat. conuerſa per *Lud. Odaxium Patauinum.* Sub finem eſt argumentum tabulae Cebetis per *Rudolphum Agricolam Rhetum*, poetam laureatum, in nouem diſtichi: in calce: *Viennae Pannoniae, per Ioannem Singrenium* 1519. 4. (v. *Denis* Wiens Buchdrucker-Geſchichte, pag. 198 ſq.) — *Odaxii* verſio cum anim. *Io. Camertis* ad calcem Solini et Flori, ab eodem Camerte illuſtrati, ſubiuncto Mela, Baſil. 1557. fol. — Eiusdem verſionem ſubiecerunt Salmaſius, Berkelius aliique ſuis editionibus. Illa metaphraſis Cebetis latina, quam a propinquo quodam ſuo verſibus explicatam Virgilianis, *Tertullianus* cap. 39. de praeſcript. teſtatur, pridem intercidit. De aliis verſionibus latinis paullo inferius agam.

Graece, quantum certius ſcio, cum latina verſione primum prodiit vna cum *Conſtantini Laſcaris* inſtitutionibus et aliis opuſculis, apud Aldum, in 4. ſine anni nota, de qua editione copioſus fui in vol. I. pag. 798. et forſan iam *Cebes* eſt in ed. Aldina Laſcaris erotematum 1494. 4. id quod coniicio ex ſubobſcura Glandorfii narratione de ea editione, in prolegg. ad Pythagorae carmina aurea pag. 25. et quod Fabric. vol. XIII. p. 605. ſcripſit, Erotematis Laſcaris ſubiunctam eſſe Cebetis tabulam. — Ex Aldina probabiliter rec. *Cebetis* tabula Ferrariae per Io. Maciochium Bondenum. 1510. 4. vide pleniorem titulum ſupra in vol. I. pag. 797. not. et *de Bure* bibliographie, B. L. tom. I. pag. 13. nr. 2219.

Conſtantini Laſcaris de octo partibus — — Cebetis tabula et graeca et latina, opus morale et vtile omnibus, et praecipue adoleſcentibus etc. Venet. 1512. 4.

Glandorf l. c. pag. 37. quod ſequitur, ait, inſcriptionis argumentum cum editione Laſcaris 1494. maxime conuenit. Ergone in prima illa editione exſtat quoque *Cebetis* tabula? Probabiliter ineſt *Cebes* in Laſcaris lib. de octo orationis partibus, gr. et lat. Venet. 1533. 8. per Melch. Seſſam.

Laſcaris — Florentiae 1515. 4. Eadem continet, quae Aldina Laſcaris editio 1512.

Cebetis tabula, gr. absque vlla nota. ſaec. XVI. 8. cum aliis opuſculis.

Cl. *Morellus* in Catal. bibl. Pinell. tom. III. nr. 7157. pag. 234. illum libellum eleganter impreſſum Venetiis, aut Romae a Zacharia Calliergi ſaec. XVI. ineunte fuiſſe curatum ſuſpicatur. adde *Bandini* Catal. MSS. gr. bibl. Laurent. tom. II. pag. 571 ſq. *Maittaire* A. T. tom. IV. part. II. pag. 752.

In hoc opere continentur Heſiodi aſcraei II libri Georgicon. — Catonis Rom. moralia inſtituta. Tabula Cebetis Thebani miro ingenio, qua ad virtutem pergas, viam inſinuans, et alia quaedam. Graece et latine. — Ottomarus [illegible] Argentinus. — Ioannes Knoblauch formulis excuſit, Argentoraci 4. ſine anni nota. (forte 1515.)

De hac rariſſima editione v. ſupra vol. I. pag. 709. Mei exempli adſcripſit V. D. orae ab initio tabulae, *vide Palaeſtr. bonae mentis Eryc. Putean. pag. 566 ſq. et 568.* et hinc inde praecipue ad Pythagorae et Phocylidis carmina plures adnotationes varii generis. Latinam Cebe-

Cebetis verſionem ab Aldo, ſiue Nachtgall eſſe factam, animaduerti comparando cum Aldina.

Ceb. gr. et lat. Louan. 1517. 4.

Moralia quaedam inſtituta ex variis authoribus. — — *Cebetis tabula.* — in calce: *Auguſtae Vindelicorum* per Simpertum ruff. — 1523. 8.

v. ſupra vol. I. pag. 710.

Cebetis tabula, aurea carmina Pythagorae, graece excudebat Chriſtian. Wechel. Pariſ. 1531. 8. — ib. apud eumdem. 1537. (v. *Maitt.* A. T. ind. voc. *Cebes*).

Familiarium colloquiorum formulae gr. et lat. *Cebetis* Πίναξ — Baſil. 1541. 8. v. ſupra vol. I. pag. 339. et ſeq. edit.

Familiarium colloquiorum formulae gr. et lat. Cebetis philoſophi Thebani dialogus, qui Πίναξ *inſcribitur, cum latina interpretatione. Reliqua ſequens pagella indicabit.* Antwerpiae in aedibus Streelii. 1547. 8. atque in ſequenti pagina:

„Continentur in hoc libro familiar. colloquiorum, ſ. quotidiani colloquii formulae. *Cebetis dialogus.* De moribus puellae inſtitutio, ex *Naumachiae* fragmentis. De natura mulierum, ex *Phocylide.* Exhortatio ad prudentiam et ſpem, e *Lini* fragmentis. *Hippocratis* iusiurandum. *Agapetus* diaconus de officio regis ad Iuſtinianum. *Homeri* ranarum et murium pugna, cum ſcholiis Phil. Melanchth. Γαλεομυομαχία — trag. graeca. Omnia haec e regione latinam interpretationem habent. Tum Eliſii Calentii Amphratenſis de bello ranarum et murium libri III. Andreae Quarnae Salernitani bellum grammaticale." (typis Io. Graphei.) Ex altero tomo, qui continet varias hiſtorias veteris et recentioris aeui, videmus, collectorem fuiſſe Ioan. Gaſtium, Briſacenſem.

Pyth. cum Cebetis tabula gr. Pariſ. 1531. 1537. 8. (v. vol. I. pag. 797.) — ibidem apud Martinum Iuuen. 1557. 8. quae editio a Iac. Gronouio vt non ſolum elegans, ſed etiam prae ceteris emendata laudatur. — gr. et lat. Baſil. 1547. 8. (in biblioth. Bodleiana, art. *Cebes*, pag. 262.)

Conſtantini Laſcaris grammatica, cum *Cebetis tabula* et aliis opuſculis. Venet. apud Paullum Manutium. 1557. 8.

v. vol. I. pag. 711 ſq.

Nouam editionum claſſem conſtituit *Hier. Wolfius*, qui Enchiridion Epicteti cum Simplicio et Arriani comment. et cum *Cebete* latine vertit, Baſil. 1560. 8. gr. et lat.

Epicteti Enchiridion et Cebetis tabula, gr. lat. Simplicii et Arriani in Epictetum commentaria, latine, interprete H. Wolfio. tomi III. Baſileae 1563. 8. per Io. Oporinum.

Quidam tomi praeferunt an. 1561. cf. *Pinelli Catal.* tom. I. nr. 1244. vbi etiam ed. Wolfii, Baſil. apud Oporin. tres tomi *ſine* anno, nr. 1243. occurrit. adde *Heynii* praef. ad Epictetum pag. VI. Ex Wolfiana recenſione repetitae ſunt editt. Plantin. Snecani, Cantabrigienſis et aliae.

Epict. Enchiridion et Cebetis tabula gr. lat. Antwerp. ex officina Chriſtph. Plantini, 1578. form. min. — et Lugd. Bat. ex eadem officina 1585. form. min. — Antwerpiae 1585. 8. — *Cebes* cum notis Bernhardi Copii et verſione lat. Reineri ac Langii, Francof. apud Wechel. 1590. 8.

Ceb. tabula, gr. per *Ioan. Caſelium*, *Helmſtadii*, 1594. 4.

Epicteti — Enchiridion. item Cebetis Thebani tabula, de vita humana prudenter inſtituenda. Acceſſere *Simplicii* in eundem Epicteti libellum doctiſſima ſcholia, *Arriani* commentariorum de Epicteti diſputationibus libri quatuor. Item nonnulla alia eiusdem argumenti, — omnia *Hieronymo Wolfio interprete, cum eiusdem annotationibus* et indice. Coloniae, in officina Birckmannica, ſumt. Arnoldi Mylii. 1595. 8. tres tomi.

De Epicteto magis, quam de Cebete, meruit Wolfius. In quibusdam exemplis titulus praefert a. 1596.

Cebetis tabula, gr. et lat. opera *Io. Dreieri*. Roſtoch. 1598. 8.

Epicteti enchir. et Cebetis tabula. Theophraſti Characteres etc. Lugduni 1599. 8.

Ceb. cum not. breuibus *Nic. Glaſeri*, Walterhuſani Thuringi, Helmſtadii 1600. 4. — gr. e typographia Steph. Prevoſteau. Pariſ. 1606. 8. (Maitt. A. T. indic. v. *Cebes*).

Ceb. tab. ed. Mich. Boſchio, (cum argumentis ſingulorum capitum) Argentorati, 1604. 8.

Apophthegmata philoſophorum graeco-lat. ex Plutarcho ſelecta, cum *tabula Cebetis*. Ingolſtad. 1606. 12.

Theſaurus philoſophiae moralis, *Epicteti Enchir. Cebetis tabula*, *Theophraſti Characteres ethici*, *Pythagoreorum fragmenta*, gr. lat. Coloniae Allobr. 1613. 12.

Cebetis tabula, *gr. et lat. cum verſione et notis Caſelii*, *ex bibliotheca Geverh. Elmenhorſtii.* Leydae, 1618. 4.

Cum eadem verſione excuſa proſtat Hannouerae, 1646. 12. Animaduerſiones quaedam in editionem Cebetis Caſelianam occurrunt in libro primo Obſeruationum *H. Ernſtii*, cap. 1 ſq.

Τοῦ Ἑλληνισμοῦ Γυμνάσματα πρὸς τὴν διδακτικήν. (Inſunt *Cebetis tabula*, Agapetus, Prodici Hercules, Iſocrates ad Demonicum, Luciani ſomnium, Epicteti Enchirid. Bruti et Apollonii epiſtolae, graece, cum indicibus graeco-germanicis). Cothenis Anhaltinorum, 1620. 8.

Meo quidem exemplo abeſt verſio germanica, quam Fabricius aliique additam eſſe illi editioni ſcripſerunt. Forſan indicem vocabulorum formularumque teutonice explicatarum intellexerunt.

Cebetis Theb. tabula, — *quam in vſum ſcholae Miſnenſis euulgari curauit Ioannes Bechmannus*, (Rector ſcholae.) Lipſiae, excud. Georg. Liger. 1621. 4. graece, litteris luculentis et nitidis.

Bechmann. in praefatione, quae vero vltimum libelli locum occupat, promiſit notas et commentarium in Cebetem; at promiſſis, quantum ſcio, non ſtetit. Dimidiam huius opuſculi, V. plagulis conſtantis, partem complent adclamationes et gratulationes multorum virorum doctorum, quaſi re magna geſta.

Epicteti Ench. cum tabula Cebetis, gr. lat. Amſtel. 1627. 24. — it. Lugduni Batau. 8. et 24. eod. anno. — *Ceb.* Lugd. B. 1634.

Ep. Ench. cum *Ceb. tabula*, Lugd. B. 1646. 16. Exemplum cum notis Mſt. Fabricii notatur in huius Catal. librorum etc. part. I. p. 245.

Epi-

Epictet. — *Cebetis* tabula, cum not. *Io. Dan. Suecani.* M. D. Lugd. B. ex officina Io. Maire. 1651. 16. — gr. et lat. Pariſ. 1653. 8.

Ex Suecani edit. plures aliae vulgares in Hollandia et Germania ſunt ductae. Multo plura praeſtitit, et longam doctamque praefationem, de arabica praeſertim verſione, praemiſit Salmaſius:

Tabula Cebetis, graece, arabice, latine. item aurea carmina Pythagorae, cum paraphraſi arabica, auctore Ioanne Elichmanno, M. D. cum praefatione Cl. Salmaſii. Lugduni Bat. typis Io. Maire, 1640. 4. Subiuncta illius editioni *Simplicii* commentar. in Enchiridion Epicteti, ex libris veteribus emendati, cum Wolfii verſione et Salmaſii animadu. notisque etc. ibid. eod. anno. In fine addita eſt tabula Cebetis aeri inciſa a N. I. Viſſcher [sssss]).

Cebetis tab. gr. et lat. cum commentariis *Dan. Claſen*, Magdeburgi, typis Io. Mulleri. 1652. 4.

Num editioni *Epicteti* gr. et lat. cum notis Pariſ. apud Sebaſt. et Gabriel Cramoiſy, 1653. 12. addita ſit *Cebetis tabula*, ego cum Maittaire A. T. tom. V. part. I. p. 765. neſcio.

Epicteti Enchir. et Cebetis tabula, Arriani commentariorum de Epicteto diſput. lib. IV. Omnia H. Wolfio interprete. cum eiusdem annotationibus. gr. et lat. *Porphyrius*, de abſtinentia ab eſu animalium: vita *Pythagorae*: ſententiae etc. Cantabrig. 1655. 8.

Schilling. memorat eorumdem librorum edit. Cantabrig. a. 1650. 8.

Ceb. tabula, gr. lat. Lugd. B. 1657. 32.

Epictet. et Cebes, cum verſione Hieron. Wolfii et notis Merici Caſauboni. Londin. 1659. 8.

Mer. Caſaubon. hac in edit. promulgauit ſimul Paraphraſten Epicteti h. e. ipſum enchiridion ad doctrinae chriſtianae formulam adcommodatum. v. *Heynii* [illegible] ad Epictetum, pag. XXVIIII ſq. Exemplum cum notis MSS. Fabritii et Dobleri in Catal. noſtri Fabr. part. I. pag. 245. nr. 3376. notatur. —

Cebetis tab. gr. et lat. Cellae, 1660. 12. — Rintel. 1666. 12.

Epicteti Enchir. cum comm. Simplicii et Arriani, ac *tabula Cebetis*, ex edit. *Hier. Wolfii*, gr. et lat. Londini, 1670. 8. — *Γραμματικὴ Κωνσταντ. Λασκαρ.* acc. *Κέβητος Πίναξ.* Venet. 1673. 8.

Epict. Enchir. una cum Cebetis Theb. tabula, gr. et lat. ex recenſione Abrahami Berkelii [ttttt]), *cum eiusdem animaduerſionibus ac notis: quibus accedunt Wolfii, Caſauboni, Caſelii,* et

sssss) Salmaſius in praef. teſtatur, paraphraſin illam incerti auctoris, depromtam e codice, ante annos ſexcentos exarato, qui ethici et politici argumenti ex auctoribus Indicis, Arabicis et Perſicis compilatus eſt, et ex Oriente a Iac. Golio adlatus ſeruatur in bibliotheca Academiae Lugd. Bat. Eodem Salmaſio obſervante non optima fide in Cebete vertendo Arabs iſte eſt verſatus, *nam et multa adtexuit, alia vero detraxit, plurima interpolavit, immutauit, inuertit, nec pauciora non ipſi intellecta perperam et contra mentem graeci auctoris expreſſit. Quod non huic tantum verſioni vel paraphraſi peculiare eſt, ſed fere omnibus commune, quaecunque hodie ab Arabibus e graeco expreſſa viſuntur.* Auctor verſionis huius, ſiue paraphraſeos, loquentem cum Cebete inducit Herculem philoſophum, quem ipſe commentus eſt Socraticum, quoniam nempe in graeco codice bis, vel ter occurrere vidit tritam admirandi formulam, ὦ Ἡράκλεις! *Fabr.*

ttttt) Qui Wolfianam retinuit lectionem, ex Salmaſiana, ſiue Heinſiana lectione paſſim emendatam.

et aliorum, cum graeca paraphraſi. Lugd. Bat. et Amſtelod. 1670. 8. — iterum Delph. Batau. 1683. in qua ed. Paraphraſtes e cod. Mediceo, cura Iac. Gronouii exhibitus eſt plenior atque emendatior, iudice Heynio. V. C. in praefat. ad Epictet. pag. XXX.

Epict. et Cebes, gr. et lat. Amſtelod. 1670. 8. — gr. et lat. cum notis *Suerani*. Amſtel. apud I. Rauenſtein, in 24. — *Epict.* et *Cebes*, gr. et lat. Leidae, eod. anno. 12. — Amſtel. apud Henr. et Theodor. Boom. eod. anno, in 24. — *Ceb.* cum verſione Wolfii, Oxon. 1670 — 1680. 8. cum Epicteto, Theophr. charact. Prodici Hercule etc.

Mythologia Aeſopia et tabula Cebetis, gr. lat. Londini, 1682. 12. — *Epict.* et *Cebetis* tab. gr. et lat. Guelferbyti, 1686. 24.

Cebetis Theb. tabula. gr. et lat. Multis in locis reſtituta ex Mst. codd. vnde etiam graeca in fine repoſita ab Iac. Gronouio, cuius accedunt notae et emendationes. Amſtel. apud Henr. Wetſtenium, 1689. 8.

De noua hac recenſione, Gronouii emendationibus ac notis, in quibus paſſim interpretes et commentatores Cebetini notantur, aliorumque virorum doctorum errores deteguntur, v. Acta erudit. Lipſ. m. Iul. 1689. pag. 373 ſq. atque *Fabricius* ea, quae ſequuntur, ſcripſit. „Edidit Gronouius recenſitum ad tres codices MSS. vetuſtum vnum, alterum iuniorem, tertium a Iano Laſcari exaratum et ad editionem Pariſ. 1557. Habet prae reliquis hoc peculiare, quod clauſulam eiusdem argumenti cum ea, quam habet arabicus metaphraſtes, licet breuiorem longe atque adeo eamdem, quam Odaxius pridem latine vertit, nulla autem alia ante Gronouianam editio exhibet graece, repraeſentauit e MS. codice, quam hoc quoque loco, quia paucis verbis conſtat, in eorum gratiam, qui Gronouiana editione deſtituuntur, apponere volui. *Ἀγνοεῖτε γὰρ ὅτι ἐ γίνεται ἐκ κακῶν ἀγαθόν. Πλοῦτον δὲ ἔστι πολλοὺς κτησαμένους ἰδεῖν ἐκ κακῶν καὶ αἰσχρῶν ἔργων. Οἷον λέγω ἐκ τοῦ προδιδόναι καὶ λῃζεσθαι καὶ ἀνδροφονεῖν καὶ συκοφαντεῖν καὶ ἀποστερεῖν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν καὶ μοχθηρῶν.* C. *Ἔστι ταῦτα.* D. *Εἰ τοίνυν γίνεται ἐκ κακοῦ ἀγαθὸν μηδὲν, ὥσπερ εἰκὸς, πλοῦτος δὲ γίνεται ἐκ κακῶν ἔργων, ἀνάγκη μὴ εἶναι ἀγαθὸν τὸν* [?] *πλοῦτον.* C. *συμβαίνει οὕτως ἐκ τούτου τοῦ λόγου.* D. *Ἀλλ' οὐδὲ τὸ φρονεῖν γε οὐδὲ δικαιοπραγεῖν ἔστι κτήσασθαι ἐκ κακῶν ἔργων, ὡσαύτως δὲ οὐδὲ τὸ ἀδικεῖν καὶ ἀφρονεῖν ἐκ καλῶν ἔργων, οὐδὲ ὑπάρχειν ἅμα αὐτὰ δύνανται. Πλοῦτον δὲ καὶ δόξαν καὶ τὸ νικᾶν καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τούτοις παραπλήσια, οὐδὲν κωλύει ὑπάρχειν τινὶ ἀλλὰ* (forte *ἅμα*) *μετὰ κακίας πολλῆς, ὥστε οὐκ ἂν εἴη ταῦτα ἀγαθὰ οὔτε κακὰ, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν μόνον ἀγαθὸν, τὸ δὲ ἀφρονεῖν κακόν.* C. *ἱκανῶς μοι δοκεῖς λέγειν, ἔφη.* Hanc Odaxius vertit: *Illud enim ſcitis, bonum ex malo fieri nequaquam. Multos autem videre licet in diuitias cum perverſiſſimis ex peſſimis ac turpiſſimis facinoribus deueniſſe, veluti proditionibus, depraedationibus, homicidiis, calumniis, rapinis, aliisque compluribus et prauis operibus. C. Ita res eſt. D. Si igitur, ut par eſt, ex malo bonum nullum prouenit, diuitiae vero ex malis facinoribus proueniunt, diuitias nequaquam bonum eſſe neceſſe eſt. C. Sic ex iſto ſermone contingit. D. Caeterum nec ſapientia quidem et iuſtitia ex malis operibus acquiri poteſt, neque item ſtultitia et iniuſtitia ex bonis, ſiquidem ipſis vna eſſe ſimul conſiſtere non poſſunt. Diuitias vero et gloriam et victorias et reliqua id genus multa cum prauitate cuiquam contingere nihil prohibet. Quare ipſa haec neque bona, neque mala cenſentur. Caeterum ſapientia duntaxat bonum, inſipientia vero malum. C. Recte inquam et ſufficienter mihi dicere videris.*"

Illam

Illam vero adpendiculam eſſe ſuppoſititiam et pannum, Cebeti haud idoneum reſecandum, ſtatuit, et multa contra Caſaubonum, Gronouium ac Biſchofium diſputat *Io. Iac. Wippelius*, in Veriſimilibus de Cebetis Thebani tabula. Altonae, 1744. Ille autem, quando, ingenioſe quidem, ſuſpicatur, a Iano Laſcare, graecae et arabicae linguarum gnaro, iſtud additamentum ex arabico graecum eſſe factum, et Odaxium, Laſcari aequalem, inde vertiſſe, me nondum adducit, vt ſententiae illius ſubſcribam: quoniam cauſſam non video, cur Aldus, qui *Laſcaris* inſtitutionibus grammaticis, vt vidimus, intexuit Cebetis tabulam, etiam illud ſupplementum, quod ſi ab Laſcare fuiſſet profectum, non addidiſſet, aut, ſi tantum e codice ſuo Cebetem reddere voluiſſet, ne verbulo quidem illius feciſſet mentionem.

Cebetis Thebani, philoſophi Socratico-Platonici, tabula, ex Caſelii, Salmaſii, Suecani aliisque emendatioribus editionibus repolita, graece et lat. — diſtinguitur in ſectiones — XIV. easque in ſuos iterum diuiſas numeros. — Interpretatio autem latina, quae noua additur, — vocum graecarum et vim et ordinem, quantum fieri poteſt, ſequitur accuratiſſime, in vſum Iohannei Hamburgenſis (curante *Io. Schulzio*). Hamburg. 1694. 12.

Additus eſt index grammaticus, qui interdum vicibus commentarii quaſi fungitur.

Luciani Samoſatenſis colloquia ſelecta et Timon. *Cebetis Thebani tabula. Menandri* ſententiae morales, gr. et lat. Colloquia Luciani et Timonem notis illuſtrauit *Tiberius Hemſterhuis*. Amſtel. 1708. 12. rec. Baſil. 1771. 12.

Cebetis Tab. gr. cum notis grammaticis, criticis et moralibus *M. Aug. Biſchof.* Ienae, 1709. 12. gr. conf. Neue Biblioth. I. p. 165 ſq.

Huius editionis auctor alia in fine, quae deeſſe videbantur, ex ingenio graece addidit a pag. 213 — 220. et tabulam accuratam, aeri inciſam. Wippelium vero contra illum plura monuiſſe, iam memoraui.

Salmaſianam lectionem et, vti ex notis patet, in Cebete Plantinianam potius ſequutus eſt Meibomius, qui nouam editionem molitus ad finem tantum non perduxit, ſic, vt oppido pauca in ipſo contextu operis ſupereſſent, quum 1711. morte abriperetur. Quare *Relandus* diffuſas diſſipatasque per varios librorum margines et ſchediaſmata in certum ordinem redegit, et abſoluit editionem minus commodam:

Epicteti manuale et ſententiae, quibus accedunt tabula Cebetis et alia affinis argumenti, (n. Prodicus de Hercule ex Xenophonte, et Hippocratis epiſtola ad Damagetum.) *in linguam latinam conuerſa a Marco Meibomio. Subiiciuntur eiusdem notae, emendationes Claudii Salmaſii in Epictetum, notae illorum et alius viri docti in diſſertationes Epicteti ab Arriano digeſtas, et variantes ſcriptura codicum manu exaratorum, cura Hadriani Relandi.* Traiecti Batau. ex officina Guilielmi Broedelet, 1711. 4.

conf. *Io. Fabricii* hiſtor. biblioth. Fabricianae, part. V. pag. 535 ſqq. Pauca in Cebetis mutauit contextu, in notis vero, pag. 28 — 30. Plantinianam et Caſel. raro Francofurtenſem edit. vnice comparans, quaedam tentauit Meibom. Variae lectiones bene multae cod. Msti, Gerdeſiani, opinor, pag. 126 — 136. reperiuntur. At recte indicat cl. *Heyne* in praef. ad Epictetum pag. VII. Meibomium, qui adfectum opus reliquit, multa fuiſſe deleturum, multa haud dubie emendaturum, ſi vltimam manum addere viro exquiſite docto licuiſſet.

Cebe-

Cebetis Thebani tabula. Noua verſione donata et ſelectioribus criticorum notis illuſtrata. Accedit [illegible] *elegantiſſima Ludouici Odaxii verſio, nec non notae et index verborum locupletiſſimus. Opera Thomae Iohnſon.* Londini, 1720. 8. impenſis editoris.

Eſt accurata editio, et Iohnſon, praeter lectiones Gronouii varias, adhibuit duas antiquiſſimas [illegible]

Epicteti Enchirid. vna cum Cebetis Thebani tabula, cum notis variorum, curante Iac. Gronouio, *ex recenſione Io. Gaſpari Schroederi*, gr. et lat. Delphis. apud Adrian. Beman. 1723. mai. 8. — cum not. *Io. Henr. Reizii*, gr. lat. et germ. Idſtein. 1721. 12.

Ceb. gr. et lat. cum inſigni praefatione, argumentis capitum, verſione lat. noua, notis germanicis et indice locupletiſſimo, Francof. et Lipſiae, 1727. 8. (12.)

Ceb. tab. graece, cum notis germanicis *Leonhardi Chriſtoph. Rueckleni*, Goslar. 1727. 8.

Collectio ſcholaſtica ex optimis gr. ſcriptoribus, Homero, *Cebete*, Aeliano etc. gr. cum praef. Io. Balck. Leoward. 1736. 8.

Cebetis tab. a Thoma Nugent. gr. et lat. Londini, 1745. 8.

Aeſopi fabulae ſelectiores. Luciani dialogi. Iſocratis orationes ad Demonicum et Nicoclem. Cebetis tabula. Galeni ſuaſoria ad artes oratio, gr. et lat. Edinburgi, 1747. 8.

Epict. Enchirid. ex edit. Io. Vpton. et *Cebetis tabula*, cum interpret. latina, ex edit. Iac. Gronouii, gr. et lat. Glaſguae in aedibus academic. apud Robertum Foulis. 1744. 8. 1747. et 1748. 12.

Ceb. tab. gr. cum variis quibusdam lectt. et annott. — in Eclogis ex optimis graec. ſcript. Turici, 1749. 8.

Plutarchi Apophthegm. IV. dialogi *Luciani*, *Prodici* Hercules, *Iſocratis* ad Demonicum et *Cebetis* tabula. Londini, in vſum ſcholae Weſtmonaſter. 1749. 8.

Epicteti Enchir. et Cebetis tabula. gr. et lat. Guelferbyt. 1756. 12. et ſaepius.

Cebes, gr. et lat. ex edit. Gronouii, Glaſguae, 1757. 8.

Cebetis tab. cum notis theodiſcis (M. Ruhlii), et lexico, edit. ab *Io. Chr. Meſſerſchmidt.* Lipſiae, 1757. 8. et 1773.

Epicteti Enchir. cum Cebete et Theophraſti charact. ex recenſ. *Ioſ. Simpſoni*, Londini. 1739. ib. 1740. 1744. 1758. 8. cum notis variorum.

Cebetis tab. in Strothii Chreſtom. graeca. Quedlinburgi, 1776. et 1780.

Cebes, gr. et lat. Glaſguae, 1771. 12.

Cebes Gemälde und Epictets Handbuch, griechiſch, für Anfänger herausgegeben von Io. Henr. Iacobi, Priuatlehrer in Hamburg, (cum indice et Semleri praefatione). Hamburg. 1784. 8.

Cebes Gemälde, mit Anmerkung. und einem griechiſch-deutſchen Wortregiſter für Anfänger, herausgegeben von M. H. Theme. Berolini, 1786. 8.

Nonnulla *Cebetis* loca illuſtrauit *Lambertus Boſ.* in Obſſ. criticis cap. 27. — *Leuin. Io. Schlichter* Obſſ. in Epicteti Enchirid. et Cebetis tabulam. Halae Magdeb. 1712. 12. conf. Neuer Bücher.

Bücherſaal der gel. Welt, 33. Oefnung. Lipſiae 1744. 8. pag. 638 — 647. — Pro antro Corycio apud Cebetem legendum eſſe Κωρίκιον, obſeruauit *I. H. Schulze*, in bibl. nouiſſima Halenſi, pag. 50 ſq. — *Corr. Ritterſhuſius* in not. ad Malchum de vita Pythagorae φ. 3. f. 2. memorat ſua collectanea ad Cebetis tabulam. — *M. Io. Valent. Merbitii*, Conrect. Dreſd. animaduu. ineditas in Ceb. tab. memorant Noua litterar. Hamburg. 1704. pag. 411.

Verſiones.

De Odaxii verſione, item de Wolfii et aliorum verſionibus latinis, iam ſupra actum eſt. Schilling. citat editionem verſionis, neſcio cuius, Baſil. 1539. etc. 8. Fabricius in not. mstis, habeo, inquit, metaphraſin heroicam mst. elaboratam, neſcio, quo auctore, quae incipit: *Dum mala ſeditio bell que inſana libido.* — *Marſilius Ficinus* Cebetem latine reddidiſſe traditur, ſaltem, editam eſſe eius verſionem, neſcio. — Cum Cenſorino, Plutarcho de differentia inter odium et inuidiam et aliis: Venet. per Bernardin. Venet. de Vitalibus, 1500. 4. (*Maitt.* A. T. IV. 2. pag. 720). — *Ceb. tabula* cum Io. Aeſticampii Epiſtola. Liptzk 1512. 4. — Tabula de fortunae inſtabilitate. Roſtoch. 1516. fol. (v. *Baueri* bibl. librorum rar. vol. I. ſupplement. pag. 338). — *Cebetis tabula*, latine, cum comment. *Iuſti Velſii.* Lugduni 1551. 4.

Ceb. Thebani — dialogus, qui Πίναξ *inſcribitur*, breuiter humanae vitae rationem continens, elegiaco carmine donatus, per *Melchiorem Fabrum*, Sileſium. Viennae Auſtriae. Michael. Zimmermann. excudebat. 1557. 4. v. *Deniſ.* Memor. bibl. Garellianae, pag. 297 ſq.

Cebetis tabula, continens curſum vitae humanae, additus Io. Clementis commentarius. Cracou. 1524. 4.

Cebetis tab. in latinam linguam conuerſa, per *Theodoricum Adamaeum Sualembergum*, et *Pythagorae A. C.* latina proſa. Pariſ. ex officina Chriſti. Wechelii, 1539. 8. — *Tabula Cebetis* de vera gloria et beatitudine per virtutem comparanda, proſa partim latina, partim carmine, auctore M. *Chriſtoph. Winero*, Iſenacenſi, Erfordiae 1575. 4. (conf. *Iunkeri* Nachricht von der Eiſenachiſch. Bibliothek, pag. 17.) — *Dominici Lampſonii*, Brugenſis, typus vitae humanae ex Cebete, verſibus heroicis, Lugd. Bat. 1612. 8. poſt. Nic. Grudii et Hadriani Marii poemata, Io. Secundi regiae pecuniae Regiam et Luſchii Antonii Vicentini domum pudicitiae. — *Caſparis Barthii* verſio, in eius variis opuſculis. Hanouiae, 1612. 8. pag. 319.

Latinis verſibus heroicis *Cebetis tab.* reddita a *Samuele Scharlachio*, adiecta eius Satira de ingruente iterum barbarie. Francof. ad Viadr. 1614. 4.

Erici Ericii Pontoppidani metrica paraphraſis. Pariſ. 1642. fol.

Hiſpanice Pinacem Cebetis verterunt *Ambroſius de Morales*, Cordubae 1585. 4. — *Petrus Simon Abril*, Caeſar. Auguſtae 1586. 8. *Gundiſaluus Correa*, Salmanticae 1630. 8. *Ioan. de Iarava.* Antwerpiae, 1549. 8. La Tabla de Cebes Phil. Thebano y Platonico, por Foppens. 1673. fol.

Italicas verſiones ſequentes recenſet *Paitoni*, in Bibliotheca degli Autori ant. gr. e lat. volgarizzati, tom. I. pag. 205 ſqq. Venet. per Franc. Marcolinum (incert. 1530. et 1536.) 1538. 8. — Diſcorſi morali di *Agoſtino Maſcardi* ſu la Tavola di Cebete. — Venet. 1627. 4. Turin. 1629. 8. Venet. 1642. 4. Bonon. 1642. 8. Venet. 1653. 12. 1 60. 12. (Maſcardi diſſ. germanice verſae lucem viderunt Francof. 1671. 12.) — I Caratteri d' Epitteto con la ſpie-

gazione della Tavola di Cebete — portati dal Greco in Franceſe dal Sig. Abbate di Bellegarde, e dall' Abb. Nicola Felleti. — Venet. 1714. 12. nr. 3. eſt tabula Cebetis cum nonnullis obſeruationibus. — Tavola di Cebete — in Siena. 1720. 8. — Quadro di Cebete filoſofo greco traſportato in lingua Italiana. Patau. 1761. 4. — Traduzione della Tavola di Cebete in verſi ſciolti ed alcune Rime profane, morali, e ſacre del *Co. Cornelio Pepoli.* Venet. 1743. et 1763. 8.

Anglice. *Io. Davies.* Londin. 1670. 8. Alia tranſlatio Cebetis, adiuncta M. Antonino, anglice edito Londini 1701. per *G. Stanhope.* — per *Io. Collier.* London. 1701. 8.

Gallice pridem vertit *Guil. Thory* Bituricenſis, teſte Franciſco a Cruce in biblioth. gallica, p. 125. — Lugd. 1529. vna cum XXX. dialogis Luciani. — Gallico carmine *Aegid. Corrozel.* Pariſ. 1543. 8. — La Vie d'Epictete et ſa philoſophie, avec *le Tableau de Cebes.* II. Edit. reveuë et augmentée, (par *G. Boileau.*) Paris 1657. 12. — Cum Epicteto et cum expoſitione tabulae Cebetinae Abb. *de Bellegarde.* Treuoltii 1700. 12. ibid. 1704. 12. emendat. Amſtelod. 1709. 12. Argentor. 1787. conf. *Iac. Bernard* in Nouv. de la Rep. des Lettres, 1701. tom. I. p. 337. *Windheim* Bemühungen der Weltweiſen vom I. 1700 — 1750. vol. I. p. 169. *Stolle* in: Hiſtor. der Gelahrtheit pag. 597. iudicat, Bellegard. neque linguam graecam intellexiſſe neque philoſophiam ſtoicam: germanice tamen verſum eſt opuſculum a quodam A. B. C. Lipſiae et Goerlitz. 1747. 8.

Germanice. *Hans Sachs*, metrice, in III. tom. poematum, p. 223. edit. Noriberg. fol. 1570. — *Willibald Pirkemeyer* aut potius *Hanns Imhof* in theatro virtutis et honoris oder Tugendbüchlein etc. Norberg. 1606. 8. p. 331 ſqq. conf. Beyträge zur critiſchen Geſchichte der deutſchen Sprache etc. partic. X. p. 207 ſqq. — *Nic. Glaſer* cum Agapeto. Bremae 1619. 4. — *Georg Iacob Schulz*, Noribergenſis, Francof. 1638. et 1656. 4. apud heredes Matthaei Meriani, et 1699. 8 in quibus editionibus etiam tabula ex Cebetis deſcriptione in aes inciſa exhibetur, quod idem fecerunt alii, praecipue *Golzius*, licet neque hic mentem Cebetis per omnia adſequutus videatur Iacobo Gronouio. — a Ioach. Gerdeſ. Holmiae, 1649. 12. — Francof. 1671. 12. — Reinhold de Derſchau Icti Hodoſophia viatoris chriſtiani, germanice. Francof. 1684. 8. In hoc libro picta exhibetur tabula Cebetis, vna cum verſione et explicatione eius. Adiecta eſt alia tabula Cebetis chriſtiani, quam effinxit et copioſiſſime integro libro expoſuit ibid. D. *Capell*, P. P. germanice. — cum tabula aenea. ibid. 1699. 8. — alia verſio Deſſau. 1716. 8. — Idſtein 1721. 8. — *I. F. ab Vffenbach*, in eius geſammleten Nebenarbeiten in gebundener Rede. Hamburg. 1733. 8. — *Grillo*, Halberſtad. 1771. 12. — *Cebes*, des Platonikers Gemälde des menſchlichen Lebens. Norbergae, 1781. 8. — aliae, in *Poſſelti* wiſſenſchaftlichen Magazin etc. tom. III. part. III. 1787. — in Opere inſcripto: Das Reich der Natur und der Sitten, tom. IV. p. 385 — 392. tom. V. p. 17 — 23. et 129 — 136. ac 381 — 383. a *G. Melchior Rapp.* cum notis. Durlaci. 1788. 8. qui quidem operam ſuam non probauit cenſori in Gothan. ephem litterar. 1789. pag. 49. alias vide indicatas in Schummels Ueberſetzer-Bibliothek. p. 82 ſq. adde Collectionem german. nonnullorum opuſcul. ſocietatis german. Altdorfinae. Altdorf. 1760. 8. pag. 124 ſqq. [Verterunt etiam Cebetis tabulam *Ernestina Christiana Reiskia* in libro: Zur Moral, aus dem Griech. überſetzt, Leipz. 1782. et *Schmidtius* in: Bibliothek der Philoſophen, IV. Band. 1782. *Beck.*]

Belgice,

Belgice, M. *Anton. Gillis.* Antwerpiae ex offic. Plant. 1564. Harlem. 1612. 8. — *I. H. Glazemaker*, cum Arriano et Epicteto, Amſtel. 1658. 8. — alia verſio carmine belgico cum Epicteto et cum notis et [illegible], per *Ger. Orthof.* Amſtel. 1727. 8. vid. Republyk der Geleerden 1727. p. 537. cum Epicteto et Iſocratis orat. ad Demonic. Amſtel. 1632. 12.

Danice ab *H. Gottſchalck.* Hafniae, 1763. 8. *Harl.*]

XXXV. CRITO, Athenienſis [uuuuu]), cuius nomine Plato Dialogum inſcripſit et Euclides Megaricus, compoſuerat dialogos XVII. vno volumine comprehenſos, teſte *Laertio* II. 121 quorum tituli: 1) ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ μαθεῖν οἱ ἀγαθοί. 2) περὶ τοῦ πλέον ἔχειν. 3) τί τὸ ἐπιτήδειον, ἢ Πολιτικός. 4) περὶ τοῦ καλοῦ. 5) περὶ τοῦ κακουργεῖν. 6) περὶ [vvvvv]) εὐθημοσύνης. 7) περὶ νόμου. 8) περὶ τοῦ θείου. 9) περὶ τεχνῶν. 10) περὶ συνουσίας. 11) περὶ σοφίας. 12) Πρωταγόρας ἢ Πολιτικός. 13) περὶ γραμμάτων. 14) περὶ ποιητικῆς. 15) περὶ τοῦ καλοῦ. 16) περὶ τοῦ μαθεῖν. 17) περὶ τοῦ γνῶναι ἢ περὶ ἐπιστήμης, τί τὸ ἐπίστασθαι. Mirum eſt, omiſſam a Laertio Apologiam Socratis, quam a Critone ſcriptam Suidas [et *Eudocia* p. 273.] auctor eſt, niſi tamen falſus eſt Suidas. Critonis huius filii, Socratis itidem diſcipuli: *Critobulus*, *Hermogenes*, *Epigenes*, *Cteſippus*. Alius fuit *Criton Aegeus*, Pythagoricus, cuius περὶ προνοίας καὶ ἀγαθῆς τύχης a Stobaeo ſerm. 3. laudari puto, non Critonis noſtri Athenienſis, vt *Meurſio* viſum in Biblioth. Attica. [vid. vol. I. p. 840] Alius *Crito*, *hiſtoricus Pieriotes*, de quo Voſſius in Hiſt. Gr. et idem Meurſius in Biblioth. Graeca, vbi inter alia obſeruat, hunc male Κρίτωνα vocari apud Suidam in Βοιωτίᾳ. [ſcripſit ſecundum Eudociam pag. 267. Παλληνιακά· Συρακουσῶν κτίσιν· Περσικά· Συρακουσῶν περιήγησιν καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς τῶν Μακεδόνων *Harl.*] Alius *Crito*, *comicus*, cuius drama eſt Μεσσηνία, Polluci laudata, non opus hiſtoricum Critonis Pieriotae, vt Voſſius exiſtimabat. Alius *Crito*, *medicus*, *diſcipulus Acronis*, temporibus Artaxerxis Longimani. Vide Voſſium de Philoſophia p. 86. Alius *Crito*, medicus empiricus, Eraſiſtrati aetate. *Galen.* tom. II. edit. Pariſ. p. 340. et tom. IV. gr. Baſil. p. 8. 10. Alius *Crito*, itidem *medicus empiricus*, ſub imperatoribus clarus, cuius libros IV. κοσμητικῶν, et περὶ φαρμάκων et de morbis medendis laudant Galenus, Oribaſius, Paulus Aegineta et Aetius. [conf. *Fabric.* lib. VI. cap. 7. pag. 689. vol. XII. et vol. XIII. p. 133. *Halleri* biblioth. botan. p. 109 ſq.] Mentio *Critonis*, medici, etiam apud Martialem, Plinium aliosque, et forte apud Celſum, vbi Crato laudatur. Incertum, cuiusnam Critonis Ὀψαρτυτικὰ laudet Athenaeus. Sed et *Critonem*, *Naxium*, hiſtoricum, Suidas memorat auctorem *Octaëteridos*; [*Eudoc.* p. 267. vbi additur, ἣν Εὐδοξίς φασιν.]

XXXVI. EVCLIDES, Megarenſis, auditor Socratis [wwwwww]) inter primos, et auctor ſectae *Megaricae*, cui *Eriſticorum* poſtea et *Dialecticorum* nomen haeſit, ſcripſerat dialogos

 VI.

uuuuu) Conf. *Brucker.* hiſt. crit. philoſ. vol. I. pag. 576 ſq. it. pag. 524. 570. et 1040. 1102. de pythagoreo. *Harl.*

vvvvv) Aldobrandin. *de animi ſecuritate.* Stanleius *de ſecuritate.* M. Meibomius *de felicitate.* Ambroſius Camaldul. *de fertilitate.* Sed vertendum eſt *de recta rerum adminiſtratione.* Vide Leopardum V. 2. emendatt.

wwwwww) Confer *Gellium* lib. VI. cap. 10. *Fabric.* Plura vid. de eo eiusque philoſophia apud *Bruckerum* in hiſt. crit. philoſ. vol. I. pag. 610 ſqq. et VI. pag. 225 ſq. *Leonardum Cozzandum* de magiſterio antiquor. philoſophor. Geneu. 1684. 12. lib. IV. cap. 3. p. 267 ſqq. et lib. V. cap. 5. p. 364. vbi conciliare is ſtudet ſententiam Galeni ſiue Aetii, qui in hiſtoria philoſophica Zenonem

VI. *Λαμπρίαν*, Αἰσχίνην, *Φοίνικα*, Κρίτωνα, Ἀλκιβιάδην, et Ἐρωτικόν. [de quorum tamen fide dubitauit Panaetius apud *Diogen. Laert.* II. 110.] *Laert.* II. 108. et Suid. Scripta eius iam videntur intercidiſſe, cum haec ſcriberet Cenſorinus cap. 3. *Euclides Socraticus duplicem omnibus omnino nobis genium dicit appoſitum, quam rem apud Lucilium* [?] *in libro Satirarum nono licet agnoſcere.* [De ratione diſceptandi Megarica, quae ita erat comparata, vt non tam quid verum, quam quid falſum ſit, oſtendere, et veritatem ex eorum, quae illi oppoſita ſunt, demonſtrata falſitate in lucem proferre videretur, ab *Eubulide* autem et *Alexino*, Elienſi, celeberrimorum illius aeui philoſophorum exagitatore, (vid. *Diogen. Laert.* II. 109.) ad captioſas quaeſtiones atque argumenta ad alios fallendos apta, ad contorta et aculeata ſophiſmata et fallaces concluſiunculas translata, vid. *Io. Georgii Walchii* parerga academ. p. 509 ſqq. 806. *Petrum Gaſſendum* de origine et varietate logic. cap. III. tom. I. Opp. p. 40. *Io. Caſp. Güntherum* de modo diſputandi megarico, Ienae 1707. 4. Hic verba Laertii de Euclide II. 107 ταῖς τε ἀποδείξεσιν ἐνίστατο οὐ κατὰ λήμματα, ἀλλὰ κατ' ἐπιφοράν, bene illuſtrat, atque oſtendit, Euclidem ſolitum fuiſſe aliorum rationes et ſententias euertere, non interrogando, ſed concludendo; quia, quae ex illis ſequerentur, abſurda eſſent. adde *Io. Georg. Heger.* diſſ. de modo diſput. Euclidis, Lipſiae 1736. 4. *Io. Ern. Imman. Walchii* comm. de philoſophis veterum eriſticis. Ienae 1755. 4. — Secta illa eſt quoque *dialectica* dicta, non quod dialecticae originem dederit; ſed quod rationem philoſophandi Socraticam interrogando ac reſpondendo Euclides eiusque adſeclae ad contentiones et litigia philoſophica adplicuerunt. conf. *Ignat. Roſſii* commentation. Laertianas pag. 8 ſq. Megaricorum tamen diſciplinam *nobilem* vocauit *Cicero* academ. II. 40. vbi vid. Dauiſ. Ibidem Cicero: *poſt Euclides*, ait, *Socratis diſcipulus, Megareus, a quo iidem illi Megarici dicti, qui id bonum ſolum eſſe dicebant, quod eſſet vnum, et ſimile, et idem ſemper. Harl.*] Iconem huius Euclidis habes etiam in Gronouii Theſauro tom. II. tabula LXXXII. De altero Euclide, mathematico celebri, qui Ptolemaei Lagi temporibus Alexandriae docuit, egi infra libro III.

XXXVII. GLAVCO, Athenienſis, Platonis frater, compoſuerat dialogos nouem, Laertii etiamnum aetate exſtantes. Καὶ τούτου, (inquit II. 124.) φέρονται ἐν ἑνὶ (βιβλίῳ) διάλογοι ἐννέα. Φειδύλος, Εὐριπίδης, Ἀμύντιχος, Εὐθίας, Λυσιθείδης, Ἀριστοφάνης, Κέφαλος, Ἀναξίφημος, Μενέξενος. Ait et alios ſub eius nomine ferri dialogos XXXII. ſed ſuppoſititios. [Diogenem Laert. exſcripſit *Eudocia* pag. 101.] Alius fuit *Glauco, rhapſodus*, cuius meminit Plato Ione ſub init. [vid. *Müller* ad Platon. Ion. pag. 13 ſq. qui cum Sydenh. pag 21. reprehendit Fabricium, quod Glauconem, criticum ſ. grammaticum, dixiſſet, fuiſſe rhapſodum. adde ſupra vol. I. p. 512. *Harl.*] Alius, comicus, cuius drama Πρέσβεις memoratur in argumento ad Veſpas Ariſtoph. Alius *Glauco*, medicus, laudatus Plinio, alius forte

nem Eleatam facit contentioſae philoſophiae auctorem (in quo ... erant), diſciplina Megarica in Graecia ſunt magis perfecta ... ctaque. vid. *Heumann* de philoſophor. ſectis cap. XI §. ... pag. ... *Brucker.* hiſt. crit. phil. vol. I. pag. ... *Bayle* in Diction. voc. *Euclide* ... II. p. 414 ſqq. quem tamen in not. F. praeter rem reprehendiſſe Rapinum, monet *Brucker.* vol. I. pag. 611. not. f. *Stanleian* hiſt. philoſ. part. III. *Meiners.* hiſtor. doctrinae apud Graecos etc. tom II. pag. ... — 644. *Gurlitt* Abriſs der Geſchichte der Philoſophie, pag. ... ſq. *Gedicke* in M. T. Cicer. hiſtoria philoſ. antiquae, Berol. 1782. 8. p. 114 ſq. *Harl.*

forte *Glauco*, ſcriptor γλωσσῶν, quas citat Athenaeus; alius denique *L. Glauco*, Romanus, fortiſſime contra Hasdrubalem militans, quem cum Cynegiro confert Plutarchus parallel. [vid. *Ionſium* de ſcript. etc. pag. 25.]

XXXVIII. MENEDEMVS, auctor Eretriacorum [xxxxx]), auditor Stilponis, et aequalis Antagorae Rhodii, Arati, Lycophronisque, nullum librum ſcripſit, teſte Antigono Caryſtio apud *Laertium* II. 136. [conf. Roſſii comment. Laert. §. 14. p. 37 ſq.] Initium epiſtolae eius ad Demetrium regem legitur apud eumdem 141. [quem locum corrigit atque explicat *Ignat. Roſſius* in Comm. Laert. pag. 41 ſqq.] qui 140. refert. Lycophronem drama ſatyricum edidiſſe ſub titulo Menedemi, quo philoſophum illum laudabat, ſiue naſo ſuſpendebat potius, vt docet Athenaeus. Aſclepiadem, quocum adeo familiariter verſatus eſt Menedemus, Phliaſium fuiſſe, conſtat e *Laertii* VI. 91. et II. 105. [plura vid. apud *Brucker*. hiſt. crit. phil. vol. I. p. 622 ſqq. et quaedam contra Ionſium ac Stanlei. de noſtro notat, alioquo V. D. laudat, idemque de *Phaedone* agit. Paucis de Menedemi et Phaedonis diſciplina indicat *Meinerſ*. hiſt. doctrin. apud Graecos etc. tom. II. p. 645.] Alius *Menedemus*, medicus, cuius meminit Dioſcorides. Alius quoque *Menedemus*, Cynicus, patria Lampſacenus, de quo idem *Laertius* VI. 102 ſq. [et *Brucker*. l. c. vol. I. p. 892 ſq.] Sed Eretrienſem intelligit *Ioſephus* XII. 2. Antiq. idemque *Prouidentiae vindex* dicitur a *Tertulliano* cap. 18. Apologet.

XXXIX. PHAEDO, Elienſis, Eliacae ſectae auctor, cuius nomine dialogum perelegantem inſcripſit Plato. Compoſuit dialogos, quorum tituli: Ζώπυρος (*Laert*. II. 105. Suid. et Pollux), Σίμων. Et de quibus dubitatum eſt, vtrum ipſius eſſent. Νικίας. Ἀντίμαχος ἢ Πρεσβῦται, ſiue, vt Suid. [et Eudocia] πρεσβύτης: tum Μήδιος, (quem alii Polyaeno, Aeſchini alii tribuerunt,) Σκυθικοὶ λόγοι, (quos et ipſos quidam retulerunt ad Aeſchinem,) tum, quos ſolus commemorat Suidas: Σιμμίας, Ἀλκιβιάδης et Κριτόλαος. [Omnes hi dialogi *Phaedoni* tribuuntur ab *Eudocia* pag. 425. niſi vt pro Σιμμίας, (per errorem operarum, an e codice, neſcio,) ſcriptum proſtet Σκαμίας. Ab *A. Gellio* II. N. A. cap. 18. (vbi vid. interpretes p. 198 ſq. tom. I. edit. Conradi) *Phaedon Elidenſis* vocatur, et plura de eo narrantur, atque ſermones eius de Socrate dicuntur admodum elegantes. adde *Brucker*. hiſt. crit. phil. vol. I. pag. 622. eosque, quos ille citauit. *Harl.*] Succeſſor Phaedonis Pliſtanus, Pliſtani Stilpo, Stilponis Menedemus, de quo iam dixi, et Aſclepiades Phliaſius. Phaedoni δουλείας δίκην impingere non dubitaſſe Platonem, refert *Athenaeus* XI. pag. 507.

XL. Sub PHAEDRI nomine epiſtola ad Platonem edita ab [P] Allatio eſt, vigeſima quinta inter Socraticas, de quibus dixi ſupra cap. X. §. 35. In hac ſic inter alia de ſe loquitur *Phaedrus*, ſiue potius loquens inducitur ab auctore epiſtolae: Ἐμοὶ γὰρ ἥδιον φιλοσοφίας οὐδὲν καὶ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων. Ἐπιθυμήθην γὰρ ἐκ νέου ἔτι πάλαι Σωκρατικοῖς, ὡς ἄν τις εἴποι, βαυκαλήμασιν ἐν παντὶ ἁρμοδίῳ καὶ ἱερῷ τόπῳ, τοῦτο μὲν Ἀκαδημίᾳ, τοῦτο δὲ Λυκείῳ τε καὶ Ἰλισσῷ ὑπὸ τῇ θείᾳ Πλατάνῳ ἐπιταμένης μεσημβρίας, ἵνα Λυσίας ὁ Κεφάλου τὰ περὶ ἔρωτος διωρθοῦτο. Amantiſſimus ſane Phaedri Plato fuit, (vide Laertium III 29. et 31.)

xxxxx) Conf. *Ciceron*. Acad. II. 42. ibique Dauiſ. *Harl.*

29. et 30.) et eius nomine dialogum ſuum de pulcro inſcripſit. Sed ea cum Phaedro iuniore loquutum Socratem, quae Plato ſingit, temporum rationi repugnare, notat Athenaeus.

XLI. PRODICVS, patria Ceus fuit, Simonidis, (teſte Platone in Protagora,) ciuis, pro quo male Chium yyyyy) vocant alii, vel Coum. Iunior autem longe Simonide, claruit circa Olymp. LXXXVI. Protagorae auditor, aemulus Gorgiae, [et ſophiſta, vide *Himerii* orat. IV. §. 4. p. 461. ibique not. Wernsdorfii,] et a Socrate, Theramene, Euripide zzzzz), Iſocrate, Xenophonte auſcultatus, qui poſtremus, cum carcere detineretur, vadem ſiſtere, quam Prodici λόγοις non intereſſe maluit, vt refert *Philoſtratus* I. Sophiſt. p. 503. Ingenio quum valeret, licet infirma valetudine vſus, vt monet *Plutarchus* pag. 791. an ſeni gerenda Reſp., eloquentiam ἔμμισθον ſiue mercenariam per varias iactauit ciuitates, et ad Protagorae exemplum, vt docet *Laertius* IX. 50. certo pretio ab auditoribus exacto, recitauit λόγους ſiue diſſertationes, lectiones et declamationes ſuas, alias drachmis aaaaaa) ſingulis, alias binis, alias quaternis, alias denique, vt idem notauit *Plato*, quinquagenis bbbbbb). Philoſophici argumenti fuiſſe λόγους ipſius pleroſque, e veterum, Prodicum memorantium, teſtimoniis iure colligas. Et Schol. *Ariſtoph.* ad Aues v. 694. reprehendit Callimachum, quod oratoribus potius, quam philoſophis Prodicum accenſuerit. Inprimis nihil celebrius eſt ipſius fabula de Hercule, ante biuium conſtituto, cuius poſt Platonem in Axiocho et Conuiuio meminit *Xenophon* II. de dictis Socratis cccccc). καὶ Πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ Ἡρακλέους ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται etc. Philoſtratus I. de Sophiſt. p. 487. Προδίκῳ τῷ Κείῳ συγγέγραπταί τις οὐκ ἀηδὴς λόγος etc. Suidas in Πρόδικος et Ὧραι. Φέρεται καὶ βιβλίον Προδίκου ἐπιγραφόμενον ὩΡΑΙ, ἐν ᾧ ἐποίησε τὸν Ἡρακλέα τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ κακίᾳ συντυγχάνοντα. Confer Schol. *Ariſtoph.* ad Nubes v. 360. Cic. I. Offic. cap. 32. 10. et XII. 5. 11. ad famil. *Quinctil.* IX. 2. *Clement.* V. Strom. pag. 561. et *Maximum Tyr.* [?] diſſ. IV. [ſ. diſſ. XX. p. 232 ſqq. edit. II. Dauiſ. cuius notam conferes.] E recentioribus, elogia *Fului Vrſini* p. 60. Imitatus etiam eſt Philo libro de mercede meretricis et *Silius Italicus* XV. 20 ſq. *Dio Chryſoſt.* Orat. I. de regno p. 14. *Lucianus* ſomnio tom. I. p. 4. et e recentioribus *Steph. Vin. Pighius* in Hercule Prodicio; vid. Journal des Savans 1712. p. 483. Le Spectateur tom. II. p. 337. [et quae notaui in Anthol. graeca proſaica pag. 251 ſq.] Notum eſt, Prodicum hunc accenſeri Atheis a *Cicerone* I. de natura Deor. [cap. 42. vbi vid. Dauiſ.] ſect. 119. et *Sexto Empirico* IX. contra Math. pag. 318 ſq. [ſect. 18. vbi vid. Fabric. p. 552. ibid. ſect. 39. et 52.] tum

yyyyy) Vide *Baelii* Lexicon, vbi de Prodico erudite diſſerit, et *Dauiſii* notas ad Minucium Felicem cap. 21. pag. 121. [*Fiſcher.* ad *Platon.* Apol. Socr. ſect. 4. not. 3. et 4. p. 78 ſq. edit. Lipſ. 1783. adde *Eudociam* pag. 365.]

zzzzz) *Gell.* XV. 20.

aaaaaa) Drachma idem valebat, quod denarius, pars ſicli quarta, thaleri octaua, 50. drachmae ſunt ſex thaleri cum quadrante. *Fabric.* conf. *Voſſium* de rhetor. natura et conſtitutione cap. 10. Eius ſermo de diuitiis occurrit apud *Aeſchinem*, dial. II. ſ. de diuitiis §. 16 ſq. pag. 68 ſqq. edit. III. Fiſcheri, quem videbis. Eius ſermo de vitae moleſtiis, apud eumdem dial. III. 7 ſqq. vbi Fiſcheri not. conſules. *Harl.*

bbbbbb) *Plato* in Protagora p. 220. edit. Francof. *Philoſtr.* V. Sophiſt. prooem. p. 482 ſq. Olear. *Aeſchin.* dial. III. ſ. Axioch. §. 6. vbi vid. not. Fiſcheri p. 126. edit. III. *Plat.* Apol. Socr. IV. p. 78. edit. Fiſcher. 1783. *Harl.*

cccccc) Cap. I. 21. vbi vid. Erneſti atque Zeune, qui multos huius fabulae imitatores recenſet; et conf. *Hindenburg.* animadu. ad Xenophontis M. S. pag. 59. et 63 ſq. *Harl.*

tum a Suida tradi, iuſſum ab Athenienſibus cicutam bibere, vtpote qui iuuentutem corrupiſſet. Prodicum hunc perſtrinxerat Aeſchines Socraticus in dialogo Callia, vt refert *Athenaeus* V. p. 220. dddddd) Alius fuit *Prodicus*, cuius meminit Hippocrates ſexto Epidem. vbi ambiguus haeret Galenus, vtrum Prodicum intelligat Leontinum, an Selymbrianum. Lib. III. comment. in 6. Epidem. tom. V. p. 488. Alius *Prodicus*, Samius, cui poema Orphicum, quod inſcribebatur ἡ εἰς ᾅδȣ κατάβασις, tributum a nonnullis tradit *Clemens* I. Strom. pag. 333. Alius denique *Prodicus*, haereticus Gnoſticus, cuius ſectatores iactabant, ſe poſſidere libros apocryphos eeeeee) Zoroaſtris, teſte eodem *Clemente* I. Strom. p. 334. De hoc *Prodico* auctore Adamitarum conſule *Baelii* Lexicon et *Tillemontii* Memor. Hiſt. Eccleſ. tom. II. part. II. pag. 162 ſq.

XLII. SIMMIAS, Thebanus, Socratis familiaris, ſcripſerat dialogos XXIII. vno volumine comprehenſos, quorum titulos nonnullos Suidas, vniuerſos commemorat *Laertius* II. 124. Apud Suidam [et Eudociam pag. 387.] pro περὶ Φιλίας legendum περὶ Φιλοσοφίας deinde περὶ ἐπιμελείας et περὶ ψυχῆς pro ἐπιμελείας ψυχῆς. Mentio huius Simmiae apud *Platonem*, *Aelianum* I. 16. Var. *Iulian.* epiſt. ad Themiſtium p. 264. *Plutarch.* de deo Socratis, qui p. 578. A. narrat, eum per longum tempus verſatum fuiſſe cum Aegyptiis. Alius *Simmias*, Syracuſanus, cuius meminit Laert. II. 114. De *Simmia*, Rhodio, dixi infra libro III.

SIMON, Athenienſis coriarius, Socratis et ipſe captus diſciplina et primus, vt aiunt, Socraticos ediſſerens ſermones, dialogorum XXXIII. auctor, quos coriaceos a quibusdam per ludibrium vocatos, et perinde, vt Simmiae, vnum volumen impleſſe narrat *Laertius* II. 121. vbi tituli eorum referuntur. Conf. *Chriſtiani Thomaſii* diſſ. an ſutor poſſit eſſe philoſophus. Halae Sax. 1693. et *B. G. Struuii* faſcic. I. actor. litter. p. 182 ſq. vbi plura exempla collegit eorum, qui a vilibus opificiis ad doctrinae laudes enituere. [*Io. Ern. Imman. Walchii* diſſ. de Simone coriario Act. X. 6. Ienae 1754. 4. in qua plures cognomines, *Simones*, ex antiquitate proferuntur, (§. II.) et (§. III.) de noſtro Simone philoſopho agitur. *Harl.*] Inter epiſtolas Socraticorum, ab Allatio, editas duodecima legitur ſub nomine huius Simonis, et extrema eius verba laudantur a Stobaeo ſerm. XV. de continentia, ex epiſtola Simonis ad Ariſtippum. Alios *Simones* refert Allatius libro de Simeonibus.

XLIII. STILPO, Megaris ortus et auditor Euclidis ffffff) Megarici, de quo ſupra dixi, atque magiſter, vt aiunt, Zenonis Citiei, [Laert. VII. 2.] clarus circa [?] Olymp. CXXI.

dddddd) Heumann. orae exempli ſui adſcripſit: „conf. Hiſtoire crit. de la Rep. des lettres tom. XIV. p. 234 ſq. *Io. Henr. Maius* not. ad Baſilii M. librum de legendis ethnicis p. 31. Fabulae autem vel potius parabolae de Hercule biuio auctor eſt rex Salomo, introducens Prouerb. IX. duas feminas, quarum altera ſapientiae, altera ſtultitiae imaginem gerit." — De *Prodico* vide quoque *Brucker.* hiſt. crit. phil. vol. I. pag. 525. not. *k.* et p. 1201. not. *b.* qui culpat *Epiphanium*, tom. I. oper. p. 1088. male iudicantem, a Prodico ſolem, lunam et elementa pro diis eſſe habita. — *Prodici* Hercules biuius e Xenophonte multis aliis libris, e. gr. Cebetis aliquot editionibus etc. adhaeret. *Michael Neander* quoque in Opere aureo, Baſil. 1559. ῥῆσιν illam p. 48. excerptam dedit, ſequutus editionem Xen. Baſileenſem 1540. cum Melanchthonis praefatione. *Harl.*

eeeeee) Vide quae ſupra lib. I. cap. XXXVI. §. 6.

ffffff) Male Διοκλείδȣ apud Suidam in Στίλπων. Vide *Reineſii* Var. Lect. pag. 363 ſq.

CXXI. vid. *Plutarch.* in Demetrio pag. 893. compoſuerat dialogos nouem, ſed iudice Laertio II. 120. frigidos, quorum tituli: Μόσχος, Ἀρίστιππος ἢ Καλλίας, Πτολεμαῖος, Χαιρεκράτης, Μητροκλῆς, Ἀναξιμένης, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, Ἀριστοτέλης. Suidas Stilponi tribuit dialogos οὐκ ἐλάττους τῶν κ΄ non pauciores viginti, niſi κ irrepſit pro θ΄. Alia de eius dogmatibus et vita, tributoque ipſi Atheiſmo gggggg), vide, ſi placet, in notis virorum doctorum ad Laertium, et in Lexico praeſtantiſſimi *Baelii:* [item in *Brucker.* hiſtor. crit. philoſ. vol. I. pag. 617 ſqq. vbi interdum diſcedit a Baylio, et Stilponem a crimine atheiſmi vindicat *Meinerſ.* hiſt. doctrin. apud Graec. etc. tom. II. pag. 641 ſq.]

XLIV. Memorantur et alii quidam *Socratici* in veterum ſcriptis, vt *Apollodorus* apud Athenaeum XI. p. 507. *Ariſtoteles Mythus*, Aeſchinis diſcipulus, de quo Laertius in Aeſchine: *Chaerephon*, [de quo ſupra in notit. tragicor. deperditorum p. 292.] *Corinthus* qui Argis docuit teſte Iuſtino in dialogo cum Tryphone, *Coriſcus*, Scepſius, cuius meminit Strabo lib. XIII. *Critobulus*, *Cteſippus*, *Diodorus*, *Dioxippus* apud Gellium XVII. 11. *Elpinus* Peparethius, de quo Plutarch. p. 578. de Daemonio Socratis, *Epigenes* hhhhhh), *Eraſtus* Scepſius, cuius itidem Strabo meminit, *Euenus et Eumatetus* Phliaſius, *Hermogenes*, *Ichthyas*, *Lyſanias* Sphettius, *Neleus*, Coriſci F. Scepſius, de quo Athenaeus, *Satyrion*, de quo *M. Antoninus* X. 31. *Terpſionis* etiam Megarici meminit *Plutarchus* de Daemonio Socratis pag. 581. *Fabric.*

[SILVANVM, philoſophum, neſcio vero, cuius aetatis et ſectae, ſed cetera probum et ſanctum, moribus ſimplicem atque apertum, laudant *Suidas* voc. Σιλβανὸς, tom. III. p. 313. et *Eudocia* ex eo, p. 377. Küſter. putat ad Suidam, hunc ex Damaſcio illa excerpſiſſe, et ab illo Siluano diuerſum fuiſſe *Siluanum*, cuius meminit *M. Antonin.* lib. X. §. XXXI.

Nuper demum comperi, edidiſſe *G. G. Fülleborn* Beyträge zur Geſchichte der Philoſophie, Züllichau, part. I. et nr. 2. inſcriptum eſſe: Ueber die Geſchichte der älteſten griechiſchen Philoſophie, et nr. 3. p. 59 ſq. de Xenophane. *Harl.*]

Philoſophis antiquis, qui adpellati ſunt phyſici, accenſendus *Theophanes* Heracleopolita, de quo Stephanus Byz. in Ἡρακλεούπολις. [?]

gggggg) Vid. *Buddei* theſ. de atheiſmo cap. I. §. 17. *Reimmanni* hiſt. atheiſmi cap. 25. pag. 179. *Harl.*

hhhhhh) *Epigenes* citatur a Theophraſto de hiſtoria plantarum [illegible] aetate Auguſti ſcripſit, vt perperam Clericus in indice ad Stanleii philoſophiam orientalem, voc. Peroſus,) Plutarcho, Clemente Alexandr. Cenſorino, qui Byzantium adpellat; grauem auctorem imprimis vocat *Plinius* VII. 56. citat etiam VII. 49. XXXI. 3. et in indice Gnomonicum, h. e. aſtrologum, adpellat. Apud Chaldaeos literis ſtuduiſſe ſe profeſſus eſt. *Seneca* VII. 3. nat. quaeſt. citat etiam VII. 6.

CAPVT

CAPVT XXV

DE THVCYDIDE ET CTESIA.

I. *Thucydidis vita a Marcellino ſcripta. Ac de Thucydide ipſo, eius aetate, exſilio et ſepultura.* Ἰκρίον *Cenotaphio impoſitum.* II. *Thucydidis libri de bello Peloponneſiaco. Librorum diuiſio num ab ipſo auctore. Liber octauus* [illegible]. III. *Thucydidis continuatores.* IV. *Peſtilentia ab eo deſcripta. Tyrannus Atticae* [illegible]. V. *Thucydidis virtutes, admiratores, imitatoresque.* VI. *Scholia et obſeruationes veterum in Thucydidem, vbi etiam de Scholiaſte Graeco edito.* VII. *Thucydidis vitia* [illegible]. VIII. *Epiſtola Thucydidis praegrandis deperdita.* IX. *Alii Thucydides.* X. XI. *Codices et Editiones Thucydidis.* XII. *Verſiones in linguas vernaculas.* XIII. *Scripta Thucydidem illuſtrantia.* XIV. [illegible] *Thucydidis Synopſis Chronologica ex mente Henrici Dodwelli.* XV. *Catalogus Scriptorum in Scholiis ad Thucydidem et in vita, a Marcellino ſcripta, laudatorum.* XVI. *De Cteſia et eius ſcriptis.* [ſ]

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

THVCYDIDES, ex Alimuſio populo, Athenienſis, ad Miltiadem genus ſuum retulit, ſi credimus *Marcellino*, rhetori [a]), qui vitam Thucydidis graece compoſuit. Verum hoc refellitur a *Iano Rutgerſio* lib. I. Var. Lect. cap. IX. pag. 27. Summo certe loco natus fuit,

a) De hoc *Marcellino* dixi libro IV. in Hermogene, quem commentariis illuſtrauit. Vita Thucydidis, quae ſub Marcellini nomine exſtat, ab Aldo primum Graece cum Thucydide edita, a *Bartholomaeo Parthenio*, Benacenſi, et poſtea ab *Iſ. Caſaubono* 1588. latine verſa, et ab Aemilio Porto et Iohanne Hudſono illuſtrata, laudatur a Suida in Ἀπήλαυσε et Ἀπολαύειν, et manu exarata exſtat in biblioth. regis Galliae cod. MCCCCXI. et in biblioth. Marquardi Gudii. Mihi videtur eſſe vel praemiſſum a Marcellino commentariis in Thucydidem, vel eſſe ἀποσπασμάτιον Operis rhetorici, [aut hiſtorici,] in quo de Demoſthene et aliis viris, eloquentiae laude claris, Marcellinus egerat. Neque Suidas βίον Θουκυδίδου vocat, ſed Marcellinum laudans, περὶ Θουκυδίδου, inquit, φησίν. Auctor anonymus obſeruationum in Thucydidem, quae leguntur in diario litterario Hagenſi, (Journal litteraire,) tom. IV. p. 429 ſq. contendit, ea, quae ſub titulo vitae Thucydidis a Marcellino ſcripta, non eſſe vnius auctoris, ſed trium diuerſorum ſcriptorum de Thucydide ἀποσπασμάτια, quorum ſecundum incipiat p. 7. edit. Oxon. col. I. verſu antepenult. ἰστέον δὲ, ὅτι στρατηγήσας ὁ Θουκυδίδης. Tertium p. 9. col. I. a verbis: ἔστι δὲ τὴν ἰδέαν καὶ τὸν χαρακτῆρα μεγαλοπρεπής. *Fabric.* Hanc Fabricii notam, margini exemplaris adſcriptam, Hudſon. ſecum ab illo communicatam addiderat notitiae Fabric. litterariae, ſuae editioni praemiſſam, vnde in Duckeri et editoris Bipontini editiones venit. Atqui, vel fugitiuo oculo ſi perluſtraris vitam Thuc. a Marcellino ſcriptam, animaduertes ex repetitione earumdem rerum frequenti, et ex diuerſa de inſcriptione, in columna facta, de ſcribendi genere Thucydideo, de morte et loco, vbi Thucydides defunctus vita dicitur, aliisque rebus narratione, non vnum fuiſſe illius vitae auctorem. Quod vero Marcellinus atque Hudſon. in notis, et Dodwell. aliique, ipſeque noſter Fabricius de Thucydide eiusque fatis vberius diſputarunt, nobis, breuitatis ſtudioſis, pauca addenda videntur. Vitam igitur eius expoſuerunt praeter Marcellinum, aut quique fuerint auctores, et alium graecum ſcriptorem incertum; nec non *G. I. Voſſium* de hiſtoricis gr. lib. I. cap. IV. atque *Camerarium* et *Enenckel*, poſtea memorandos, auctor Biographiae claſſicae, tom. II. p. 22 ſqq. ex anglico ſermone in germanicum a *Murſinna* verſae, *Menken.* in Bibl. virorum bello illuſtr. p. 454 ſq. inprimis *Henricus Dodwell.* Dublinenſis, in Annalibus Thucydideis, et Xenophonteis praemiſſo adparatu cum vitae Thucydidis ſynopſi chronologica, Oxonii 1702. 4. (conf. The Life of Mr. Henry Dodwell, with an Account of his Works — by *Francis Brokesby*, B. D. vol. II. London 1715. cap. 27. pag. 309 ſqq.) quos maximam partem ſubiecit *Duckerus* ſuae editioni.

fuit, (*Cic.* Bruto cap. 11.) *Olori*, ſiue, vt potius ſcribendum [b]), *Oroli* filius, cui de illius ingenio praeclara iam ominatus fuerat Herodotus, cum in Olympiis recitante ſe hiſtorias ſuas, obſeruaſſet auſcultanti Thucydidi prae admiratione et idem olim faciendi cupiditate lacrimas excidere [c]). Natus eſt anno ſecundo Olympiadis LXXVII. (ante Chriſtum natum CCCCLXIX.) vt ex Pamphila apud *Gellium* lib. XV. cap. 23. colligitur [d]): adeoque ſedecim circiter annorum erat, cum Herodotum ſua recitantem audiret, [conf. ſupra in hoc volumine, pag. 329 ſq.] ipſe Herodoto minor annis tredecim. Praeceptores habuit Anaxagoram [e]), philoſophum, rhetoremque Antiphontem [n. priorem, Rhamnuſium. vid. *Hudſon.* ad vit. Thucyd. p. 47 ſq. tom. I. edit. Bipont.] [f]) et propter Anaxagorae diſciplinam athei conuicium ipſi quoque impactum eſſe fertur. Ducis bellici munere functus, ob amiſſamque Amphipolin [g]) ab Athenienſibus ann. aetatis XLVIII. Olymp. LXXXIX. 1. [†] exſilio punitus, Scapteſulam [h]), ſiue Σκαπτὴν ὕλην Thraciae ciuitatem, vnde vxorem diuitem duxerat, Timotheumque filium ex ea ſuſceperat, ſeſe contulit, et ibidem, (teſte *Plutarcho* lib. de exſilio p. 605. et *Marcell.* p. XIII. ad quem vid. Hudſon. pag. 48. edit. Bipont.) hiſtoriam ſcripſit, certe in colligendo ad componendam hiſtoriam adparatu elaborauit, nullo labori, nullis largitionibus, in Lacedaemoniorum pariter et Athenienſium duces profuſis, parcens, quo veriora ab vtraque parte edoctus tradere poſſet. Reuocatum ab exſilio, quod per viginti annos duraſſe teſtatur ipſe *Thucydides* lib. V. cap. 26. praeter alios auctor eſt Plinius [i]), cui ſuccinens *Pauſanias* [in Attic. cap. 23.]

tioni. Iudicia veterum, Dionyſii Halicarnaſſei, non ſemper aequi in Thucydidem, Plutarchi, Aphthonii, (qui vitam Thuc. etiam illuſtrat p. 24. 25. 26. 27. et p. 40. Thucydidem innuit voc. συγγραφεύς: vid. Lorichium in notis et Camerarium p. 237.) Hermogenis, Longini aliorumque atque recentiorum collegerunt *Waſſe* atque *Hudſon.* repetita in edit. Duckeri, *Thomas Pope-Blount* in Cenſura celebriorum authorum etc. Geneuae 1710. 4. pag. 18 ſqq. — Eum cum Tito Liuio comparat *Ren. Rapin.* Pariſ. 1681. 12. rec. in: Les Oeuvres du P. Rapin, tom. I. pag. 160. Hagae Com. 1725. 12. *Harl.*

b) Ita Marcellinus, Didymum grammaticum ſequutus, ſcribendum contendit, auctoritatē στήλης, quae Athenis cenotaphio eius impoſita fuit his verbis: Θουκυδίδης Ὀρόλου Ἁλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται. [vid. de diuerſitate Marcell. p. IX. et XXIX. edit. Bipont. tom. I. et Hudſon. not. pag. XLV. ibid. ac pag. LIV ſq.]

c) Marcellinus: λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὥς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου παρὼν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης καὶ ἀκούσας ἐδάκρυσεν. Ἐνταῦθα φασὶ τὸν Ἡρόδοτον τοῦτο θεασάμενον εἰπεῖν αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα Ὄλορον, ὦ Ὄλορε, ὀργᾷ ἡ φύσις τοῦ υἱοῦ σου πρὸς μαθήματα. Idem tradit Photius cod. LX. et Suidas in Θουκυδίδης, qui in Olympiis accidiſſe adfirmat. Thucydidem aemulatione hiſtoriae Herodoteae accenſum etiam memorat Lucianus de ſcribenda Hiſtoria tom. V. pag. 631.

d) Ex Gellii loco colligit *Larcher.* in Chronolog. Herodotea, Thucydidem natum eſſe vere a. Period. Iulian. 4243. ante Chriſt. nat. 471. Olymp. LXXVII. 1. V. C. 283. *Harl.*

e) De quo tamen dubitat Hudſon. p. 47. atque Eudocia pag. 233. Antiphontem nominat tantum Thucydidis magiſtrum. *Harl.*

f) Plutarchus in vita Antiphontis: Καικίλιος δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν (ita et e Caecilio Photius cod. CCLIX. ſed διδάσκαλον dicere debuit) τεκμαίρεται γεγονέναι, ἐξ ὧν ἐπαινεῖται παρ᾽ αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν. Reſpicit locum *Thucydidis* lib. VIII. p. 592. cap. 68. [conf. *P. van Spaan* diſſ. de Antiphonte, orat. attico, in Reisk. vol. VII. orator. graecor. pag. 800 ſq.]

g) Vide, quae hac de re ipſe *Thucydides* lib. IV. p. 323. cap. 106. et lib. V. p. 361. cap. 26. Thaſi, inſulae fodinis praefectus. adde *Petr. Belonium* lib. I. cap. 54. Obſſ.

h) De ſcriptura h. voc. vid. *Vincent. Contaren.* variar. lectionum libr. cap. 29. p. 144 ſqq. Traiecti ad Rhen. 1754. 8. *Hudſon.* et *Waſſe* ad Marcell. vitam etc. pag. 46. et 48. *Harl.*

i) Plinii verba haec ſunt lib. VII. cap. 30. *Thucydidem imperatorem Athenienſes in exſilium egere, rerum conditorem reuocauere, eloquentiam*

23.] id decreto Oenobii Archontis factum eſſe teſtatur. Addit vero, Thucydidem, deinde reverſum in patriam, interemtum dolo, ibique ſepultum eſſe. Alii, notante Marcellino k), tradunt mortuum eſſe in Thracia, maiorem quinquagenario l) antequam opus ſuum abſoluiſſet. Sepulcrum vero ipſius Athenis oſtendi, ſiue, quod oſſa defuncti in patriam a cognatis delata fuerint, ſiue, quod honori ipſius, (vti Herc[..]ti etiam extra Atticam itidem defuncti,) dicatum ſit Athenis Cenotaphium, idque ſuper impoſitum monumento ἴκριον m) teſtari, qualia inanibus et honorariis tumulis imponi mos erat.

II. Exſtat Thucydidis ΞΥΓΓΡΑΦΗ` n) ΠΕΡΙ` ΤΟΥ ΠΟΛΕ'ΜΟΥ ΤΩ͂Ν ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙ'ΩΝ ΚΑΙ` 'ΑΘΗΝΑΙ'ΩΝ, Hiſtoria belli Peloponnenſium et Athenienſium, diſtributa iam pridem in libros octo, licet ab auctore ipſo hanc diuiſionem eſſe non conſtet o) et Marcellinus teſtetur [p] ab aliis in libros XIII. cuius diuiſionis plus ſimplici vice mentionem facit graecus Thucydidis ſcholiaſtes, (vide H. Stephani notas p. 553. edit. Hudſoni, p. 662. edit. Ducker. ab aliis aliter, (*Diodorus Sic.* XII. p. 306. [cap. 37. fin. p. 502. edit. Weſſeling. quem vide et lib. XIII. cap. 42. p. 573. vbi vid. Weſſeling.] notat, a quibusdam in libros nouem) diſtinctum fuiſſe: ὅμως δὲ ἡ πλείστη, addit Marcellinus, καὶ ἡ κοινὴ κεκράτηκε τῶν μέχρι τῶν ὀκτὼ διῃρῆσθαι τὴν πραγματείαν, ὡς καὶ ἐπέκρινεν ὁ Ἀσκλήπιος p). Liber octauus quoque a priorum ſeptem ſublimi et elaborato dicendi genere remittere viſus, et contra priorum ſeptem librorum morem δημηγορίαις ſiue concionibus deſtitutus, quorumdam iudicio tributus eſt Thucydidis *filiae*, ab aliis *Xenophonti*, ab aliis denique *Theopompo*. Sed Marcellinus [pag. 21.] non dubitat et hunc ipſius eſſe Thucydidis, verum a morbo iam adfecti, adeoque animo quoque iam languentis. Tribuitur etiam ſine controuerſia Thucydidi a *Plutarcho* lib. de garrulitate p. 513. Stephano in Βολισσὸς, Δρυμȣ͂σσα etc.

tiam mirati, cuius virtutem damnauerant. Pauſanias in Atticis p. 55. ψήφισμα γὰρ ἐνίκησεν Οἰνόβιος κατελθεῖν ἐς Ἀθήνας Θȣκυδίδην, καὶ οἱ δολοφονηθέντι ὡς κατῆιε μνῆμά ἐστιν ȣ̓ πόῤῥω πυλῶν Μελιτίδων.

k) Pag. XXIII. idemque Zopyrus et Cratippus; quos vero ληρεῖν (*nugari*) putat alius in vita Marcellino tributa, at, diuerſus, credo, p. XVI. *Harl.*

l) Imo ſeptuagenario maior obiiſſe videtur, cum initio belli Peloponneſiaci, teſte Pamphila apud Gellium lib. XV. cap. 23. fuerit quadraginta annos natus, et viginti annos illius belli deſcripſerit, totumque bellum, quod per XXVII. annos durauit, ſuperuixerit. Vide *H. Dodwellum* in Apparatu ad Annales Thucydideos; ex quo Synopſin Chronologicam Vitae Thucydidis ad calcem huius capitis ſubiunxi.

m) De hoc vocabulo *Lipſius* ad lib. I. de cruce cap. 4. [*Hudſon.* l. c. pag. L.] Videtur retuliſſe figuram temonis vel litterae T. Thucydidis iconem veterem in vno marmore iunctam Herodoto, poſt *Fulu. Vrſinum* p. 89. elog. *Boiſſardum*, aliosque exhibet *Gronouius* tom. II. Antiqq. Graec. tabula LXXII.

n) *Ammonius* docet ξυγγραφὴν proprie eſſe narrationem rerum, quibus ipſe, qui eas deſcribit, interfuit. Ἱστοριογράφος συγγραφέως διαφέρει. Ἱστοριογράφος μὲν ἐστὶν ὁ τὰ πρὸ ἑαυτȣ͂ γεγονότα συγγραφόμενος, ὡς Ἡρόδοτος. Ξυγγραφεὺς δὲ ὁ τὰ ἐφ' ἑαυτȣ͂ γεγονότα, ὡς Θȣκυδίδης. Sic et *Thomas Magiſter* in Συγγραφεύς. [vid. interpr. ad Thom. Mag. pag. 813 ſq.] Thucydides κατ' ἐξοχὴν dictus veteribus συγγραφεὺς, vt Homerus, Poeta, vel Orator, Demoſthenes: ita notatum ab auctore commentarii graeci ad Aphthonium, Συγγραφέα τὸν Θȣκυδίδην καλȣ͂, κατὰ τὸ ἐξαίρετον. ὡς ποιητὴν τὸν Ὅμηρον φαμὲν, καὶ Ῥήτορα τὸν Δημοσθένην.]

o) Confer *Meurſium* Atticarum Lect. lib. V. cap. 26.

p) Aſclepius Sophiſta, de quo dixi lib. I. cap. 1. §. 7. *Fabric.* n. iſta diſcordia forſan inde nata videtur, quod, quum Thucydides continua oratione hiſtoriam abſoluiſſet, critici eamdem in plures paucioresue libros ſecuerint. *Harl.*

σα etc. et ab aliis paſſim. [q]) Ingreditur Thucydides opus [r]) ſuum a bello inter Corinthios et Corcyraeos, quod ſeptem annis Peloponneſiacum anteceſſit, narrationemque per aeſtates et hiemes, (confer *Theonem* p. 33. progymnaſmatum,) diligenter diſtinctam perducit ad annum belli Peloponneſiaci viceſimum, ita, vt quae per VII. poſtremos belli iſtius annos geſta ſunt, (per XXVII. enim durauit, quod oraculo praedictum, et euentu comprobatum eſſe, teſtatur *Thucydides* lib. V. pag. 301. [*Diodor. Sic.* XIII. cap. 107. pag. 6 9 ſq. ed. Weſſel.] *Plutarchus* Nicia pag. 529 durauit autem ab extremo [vel potius vere] anni 1. Olympiadis LXXXVII. vſque ad annum 3. Olymp. XCIII.) haud attigerit, morte praeventus in Parparo, Aeolicae Aſiae regione, vt ex Apollodori Chron. Stephanus in Παρπάρων. [Verba, *morte praeuentus* — Παρπάρων ab Hudſono omiſſa ſunt in repetita Fabr. notitia, et a Fabricio ipſo, vti ex notis eius marginalibus mſstis perſpexi, ea, quae ſequuntur, addita. „De Thucydide eſt *Libanii* locus de vita ſua, tom. II. pag. 49 ſq. vbi codicem mstum Thucydidis commemorat. Nomen ſuum autem non modo in limine operis, ſed etiam in hiſtoria ipſa ſubinde poſuit, vt: ἐτελεύτησεν ὁ ἕβδομος χειμὼν τῷδε τῷ πολέμῳ, ὃν συνέγραψε Θουκυδίδης. Idque vetuſtiſſimorum ſcriptorum exemplo ab eo factum: vnde non erat, vt leuiculum hocce potuiſſe in tam grauem virum incidere, miraretur *Andreas Dounaeus* ad Chryſoſtomum tom. VIII. edit. Sauil. pag. 229.“ Fabr. quoque in nota mſta adſcripſit: Faſtos belli Peloponneſiaci exhibet *Brumoy* tom. III. operis: Le theatre des Grecs. pag. LXXII ſqq. conf. *Voſſium* de arte hiſtor. cap. XI. [*Weſſeling.* ad Diod. Sic. XIII. 42. pag. 573. 30. inprimis comm. doct. cl. *Mori,* de annis belli Peloponneſiaci numerandis cum tabula, in praef. ad Xenophont. hiſtor. gr. pag. XV ſqq.]

III. Suppleuere hiſtoriam poſtremorum belli annorum *Cratippus*, Thucydidis aequalis, cuius meminit [*Marcellinus*, in vita Thucyd. p. XVII.] *Dionyſius Halicarnaſſenſis* libro de iis, quae Thucydidi propria ſunt p. 143. *Theopompus* item, teſte Marcellino. [et grauiore teſte, *Diodoro Sic.* XIII. cap. 42. p. 573. vbi v. Weſſeling. *Hudſon.* ad Marcell. vitam etc. p. LII.] et *Xenophon*, cuius Ἑλληνικὰ etiamnum hodie ſuperſunt, et Thucydidem continuant hiſtoria annorum XLVIII. ab Olymp. XCII. anno ſecundo ad annum ſecundum Olympiadis CIV.

IV. Libro Thucydidis ſecundo occurrit diſertiſſima deſcriptio [s]) [⁋] horrendae peſtilentiae, quae Thucydidem ipſum inter alios corripuit, et Athenas miſere adflixit aeſtate anni 3. Olymp.

q) Conf. Ducker. in praef. ad p. 99 ſq. ed. Bipont. *Harl.*

r) Vide Dav. Chytraei Chronologiam Thucydidis, Degoreum Whear in praelect. hiemalibus, Gueintzium in vita hiſtorica, et, qui diligentiſſime in hoc argumento verſatus eſt, *Henr. Dodwelum* in annalibus Thucydidis, editis Oxoniae, anno 1702. 4. Ceterum ratio fugit *Edmundum Richerium,* cum in obſtetrice animorum c. 8. pag. 326. ſcripſit, Thucydidem in componendo mirabili opere hiſtoriarum annos 27. inſumſiſſe. Nam 27. annorum hiſtoriam perſequi voluit, non totidem annos in illa ſcribenda inſumſit Thucydides.

s) Separatim haec peſtilentiae deſcriptio vulgata eſt graece et latine, cum praelectionibus Marciis, ſiue commentariis Fabii Paulini, Vtinenſis philoſophi ac medici, Venetiis, ap. Iuntas 1603. 4. Quamquam vero eloquentiae laudem in hac deſcriptione tulit Thucydides, a Galeno tamen notatum eſt, cum vt idiotam et e vulgo aliquem, idiotis, non tamquam medicum, medicis de peſtilentia ſcripſiſſe. II. 7. de difficili reſpirat.

Olymp. LXXXVII. memorata [*Diod. Sic.* XII. 45. p. 508. tom. I. Weſſel. et cap. 58. p. 513. vbi v. Weſſeling.] *Hippocrati* III. Epidem. ſect. 3. qui ei cum Acrone, medico Agrigentino, interfuit, de quo *Plutarchus* ſub extremum libri de Iſide et Oſiride, quem vide etiam lib. de ſera Numinis vindicta, p. 558. [pag. 59. ed. Wyttenb. cuius not. v. pag. 73] A *Lucretio*, Thucydidis veſtigiis inſiſtente, eadem lues egregie deſcribitur libro VI. [t]) pag. 229 ſq. edit. Gifanii, qui pag. 265. Thucydidis locum cum Lucretio contulit. Propter illam deſcriptionem, notante P. Pithoeo, Thucydides in veteri epigrammate p. 63. vocatur *Tyrannus Atticae febris*, i. e. regnum quoddam eloquentiae in illa deſcribenda exercens. [de qua formula v. *Burm.* ad Valer. Flacc. I. 418.] Apud *Quintilianum* VIII. 3. male, *Thucydides Britannus*, quod vide, ſi placet, quomodo explicare conetur *Samuel. Petitus* III. 9. Miſcell. [adde Turnebum ad loc. Quinctil. pag. 688. ed. Burmann, tom. II.]. Deſcriptionem peſtilentiae Thucydideam cum Lucretio etiam confert *Fuluius Vrſinus*, in Virgilio cum graecis collato ſcriptoribus pag. 167 ſq. [ſ. pag. 190 ſqq. ed. Valcken. *Geſner.* in Chreſtomathia ſua graec. Cum Virgilio, Ouidio, Silio Italico diligenter comparauit eam *Scaliger* Poetic lib. V. cap. 10. pag. 670 ſqq.] In ſimili argumento tractando verſantur *Virgil.* Georg. III. 478. Aen. III. 137. *Manil.* I. 882. *Ouid.* VII. Metamorphoſ. 522. *Silius Ital.* XIV. 582 ſqq. *Statius* I. Theb. 630. *Seneca* Oedip. V. 110 ſqq. *Ammianus Marcellinus* XIX. 4. et e Graecis *Nicephorus* Conſtantinopol. in breuiario hiſtorico pag. 40 ſq. *Procopius* de bello Perſico, II. 22 ſqq. etc. [conf. *Maxim.* Tyr. diſſ. XIII. pag. 143. ed. II. Dauiſ. Contulit quoque Thucydidem ac Lucretium, et medicis illuſtrauit obſeruationibus *Io. Erneſt. Hebenſtreit* in Anthropologia forenſi, Lipſiae. 1753. pag. 129 — 155. et pag. 167 ſqq. *Klopſtock.* in tragoedia, *Dauid*, poeticis coloribus deſcripſit peſtilentiam. *Harl.*]

V. Ceterum in Attico eodemque graui ac ſublimi dicendi genere iampridem primas viſus eſt tenere hic ſcriptor *rerum geſtarum pronunciator ſincerus et grandis*, vt vocatur a Cicerone, cap. 82. de claris oratoribus: Μεγαλοῤῥημοσύνην ei tribuit Photius, Epiſt. CLVI. [Quos vero imitatus ſit Thucydides; nominant Schol. pag. 648. ad IV. 133. pag. 317. ed. Duckeri, et Marcellinus in vita eius, pag. XVIII. ed. Bipont. quorum poſterior etiam de illius ſcribendi genere iudicat, idque comparat cum Herodoteo et Xenophonteo, it. pag. XXV ſq. et conf. notas Hudſoni, pag. LI. *Harl.*] Praecipue valet in concionibus [u]), quas elaboratiſſimas et grauiſſimas paſſim libris ſuis Thucydides inſeruit, imitandasque ſibi propoſuit Demoſthenes, teſte Vlpiano [v]), e latinis Salluſtius, vt *Quintiliano* lib. X. cap. 1. et Senecae lib. IX. controuerſ. 1. obſeruatum. Quamquam *Cicero* in Oratore c. IX. ita multas habere obſcuras abditasque ſententias queritur, vix vt intelligantur. Et cap. XII. Thucydidem,

t) Verſ. 1136 ſqq. vbi v. interpr. in ed. Hauerkampii, tom. II. pag. 598 ſqq. *Harl.*

u) De hoc, praeter alios, adeundus Marcellinus, in Thucydidis vita. Sunt tamen, qui vitio vertunt Olori filio, perinde vt Trogus Liuio ac Salluſtio, quod orationes rectas hiſtoriae inſeruerit. Ita Franciſcus Patricius, Paulus Benius, Caſpar Barthius, Sebaſtianus Maccius, et perſonatus Vignolius Marvillius parte II. Miſc. p. 321. Vide interim, quae pro concionum in hiſtoria vſu diſputat *Voſſius*, in arte hiſtorica cap. 20 ſq. *Io. Freinſhemius* ad Curtii III. 2. 11. *Io. Voſſius* ad Iuſtini XXXVIII. 3. 11. *Iacobus Perizonius* in Curtio vindicato, pag. 92 ſq. *Hubertus Folieta* de ratione ſcribendae hiſtoriae. *Nic. Hieron. Gundlingii*, praef. ad Nic. Burgundi hiſtor. belgicam, Halae, 1708. 4. recuſam.

v) Praef. ad oratt. Demoſthenis.

ait, de bellicis rebus canere quodammodo bellicum. Et cap. LXXI. *Orbem modo orationis deſidero, ornamenta comparent.* [adde *Cic.* in Bruto, cap. 83. *Ruhnken.* in hiſtoria critica orator. graecor. ante Rutilium, p. 38 ſqq.] Tanti etiam Thucydidem feciſſe dicitur Demoſthenes, [P] vt eum manu ſua octies *w*) deſcripſerit: certe hoc refert *Lucianus* aduerſus indoctum, tom. II. pag. 380. ac, ſi veteri famae apud Arſenium, Monembaſiae epiſcopum, *x*) credimus, incenſa Athenis bibliotheca, et Thucydidis opere vna abſumto, ex memoria illud Demoſthenes reſtituit; ſed quod merito falſum ac commentitium videtur *Voſſio*, lib. VI. Inſt. orat. cap. 6. ſect. 2. quis enim, non dicam tantam memoriae Demoſthenis vim, ſed quis ſibi perſuadeat, vnicum tantum exemplum fuiſſe operis Thucydidei, poſtquam *Xenophon* ſemel illud hactenus deliteſcens, cum ſupprimere poſſet, protuliſſet in lucem, verique auctoris gloriae vindicaſſet, vt refert *y*) *Laertius*, lib. II. ſect. 57. Marcellum quoque Syrum tradit Damaſcius, in vita Iſidori, (et ex hoc Suidas in Σαλλέστιος,) integros octo Thucydidis libros memoriae mandaſſe; ſed nihilo meliorem oratorem inde prodiiſſe. Ceterum tralatitium eſt, olim extitiſſe, qui Thucydidem tamquam κανόνα τοῦ Ἀττικισμοῦ et preſſae breuitatis magiſtrum imitati, ſiue, vt Ciceronis de optimo genere oratorum *z*) verbis vtar, *Thucydideos* ſe profeſſi ſunt, non inter oratores tantum, ab ipſo Iſocrate vſque, Thucydidis prope aequali, in quo multa communia cum Thucydide obſeruant eruditi: ſed ex Hiſtoricis etiam, in quibus *Philiſtus* Syracuſius, [v. *Cic.* de Orat. II. 13. ſect. 57.] paene puſillus Thucydides *aa*) ab eodem *Cicerone* adpellatus, lib. II. ad Quintum fratrem epiſt. 12. Thucydidis in breuitate ita imitator, vt obſcuritatem illius quidem effugeret, in multis vero aliis virtutibus illo inferior eſſet, obſeruante *Quintiliano*, lib. X. cap. 1. et *Dionyſio Halicarnaſſeo*, epiſtola ad Cn. Pompeium; tum [P] digreſſiones omnes praecideret, quod notauit *Theo*, in progymnaſmatis p. 33. monens alibi pag. 8. totam belli Attici deſcriptionem ex Thucydide Philiſtum in Siculam ſuam hiſtoriam transtuliſſe. Vide et *Plutarchum*, in Nicia p. 523. Thucydidis imitatorem quoque obſeruat *Clemens Alex.* VI. Strom. p. 620. vt *Dionem* Caſſium Photius Cod. LXXI. et *Dexippum* Codice LXXXII. Ceterum Thucydidi, pariter ac Philiſto, amatores defuiſſe, notat Cicero in Bruto cap. XVII. [*Antiphon* iunior fuit quoque Thucydideae dictionis aemulus, v. *Hudſon.* ad Marcellini vitam, pag.

w) *Turnebi*, qui XXVIII. 22. Aduerſar. *decies*, et *Roberti Titii*, qui IV. 5. adſertionum *ſepties* hoc a Demoſthene factum adfirmat, memoriae lapſum reprehendit Voſſius, et ex eo *Tho. Crenius* I. animaduu. philolog. p. 75. Videtur itidem Demoſthenis erga Thucydidem ſtudium in prouerbium abiiſſe, vt colligas e Suida in Σταγειρίτης et Χοσρόης, vbi ex Agathia quaedam profert, illuſtrata ab *Adr. Iunio* libr. I. animaduu. cap. 3. Fuere etiam, qui traderent, Alfonſum V. Arragoniae regem, octies manu ſua Thucydidis hiſtoriam deſcripſiſſe. Ceterum memoria lapſus eſt Mottanus Vayerus, qui in iudicio de Hiſtoricis, vbi de Tacito diſſerit, Tacitum pariter ac Thucydidem, imitatores Demoſthenis, adfirmat.

x) Ita ille in Apophthegmatis graece editis, et Leoni X. inſcriptis, de Demoſthene: Ἐζήλωκε δὲ μάλιστα τῶν πρὸ αὐτοῦ τὸν συγγραφέα Θουκυδίδην, καὶ τὰ πλεῖστα ἐκ τῶν ἐκείνου λόγων εἰς τὸ πολιτικώτερον μετέφρασε. Καὶ οὕτω λέγεται αὐτὸν ἐκμεμαθηκέναι, ὥστε φέρεσθαι τὸ τοιοῦτο περὶ αὐτοῦ, ὅτι ποτὲ καείσης τῆς βιβλιοθήκης ἐν Ἀθήναις καὶ συγκαεισῶν τῶν ἱστοριῶν Θουκυδίδου, αὐτὸν μόνον ἀπομνημονεῦσαι πασῶν, καὶ οὕτω μεταγραφῆναι ποιῆσαι.

y) *Laertius* in vita Xenophontis: λέγεται δ' ὅτι καὶ τὰ Θουκυδίδου βιβλία λανθάνοντα ὑφελέσθαι δυνάμενος, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγεν. Adde *Dodwelli* apparatum ad Annales Thucydideos, pag. 34 ſq.

z) In Orat cap. 9. quem locum conferes. *Harl.*

aa) Confer *Voſſium* de Hiſt. gr. pag. 27. et *Vavaſſorem* de ludicra dictione, pag. 167. [Plura v. de Philiſto in vol. I. lib. II. cap. 11. pag. 730 ſqq. adde *Hudſon.* ad Marcell. vitam p. 49.]

pag. 47 ſq.]. Infelicius autem Thucydidis imitatio ceſſit *Creperio Calpurniano* Pompeiopolitae, in hiſtoria belli Romanorum cum Parthis, quam multis deridet Lucianus libro de ſcribenda hiſtoria tom. I. pag. 612 ſq.

VI. Lexicon quoddam in Thucydidem compoſuerat *Euagoras* Lindius περὶ τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ζητουμένων κατὰ λέξιν. [v. Eudoc. p. 163.] *Iulius* quoque *Veſtinus*, ſophiſta, de quo Suidas in Οὐηστῖνος, ſcripſerat ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐκ τῶν Θουκυδίδου, Ἰσαίου, Ἰσοκράτους καὶ Θρασυμάχου τοῦ Ῥήτορος, vt omittam alios lexicorum Atticorum ſcriptores, quos infra ſuo loco recenſeo. Idem *Euagoras*, teſte Suida, ſcripſit de artificio Thucydidis oratorio: Θουκυδίδου τέχνην ῥητορικὴν ἐν βιβλίοις ε΄. Et *Numenius*, rhetor, temporibus Adriani clarus, compoſuit τῶν Θουκυδίδου καὶ Δημοσθένους χρειῶν συναγωγήν. Eadem aetate vixit *Sabinus*, ſophiſta, cuius ὑπόμνημα εἰς Θουκυδίδην idem Suidas memorat, qui *Heronem* quoque, rhetorem Athenienſem, ait ὑπόμνημα in Thucydidem compoſuiſſe. [*Orus Mileſius*, grammaticus, commentarios in Thucydidem ſcripſiſſe videtur Hemſterhuſio, in praef. Duckeri pag. 97 ſq. ed. Bipont.] Exſtant quoque *Dionyſii Halicarnaſſei*, viri κριτικωτάτου, ſcripta praeclara περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων et περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος, vt omittam iudicia et elogia, quae de dicendi genere Thucydideo occurrunt apud Ciceronem, Demetrium de elocutione, nr. 40. et 48 ſq. Longinum et alios rhetores, Marcellinum item in Thucydidis vita, et *Gellium* lib. I. cap. 11. Ex recentioribus non omittendus eruditus *Renati Rapini* commentarius, gallice editus, quo Thucydidem contulit cum principe hiſtoriae Romanae, T. Liuio. *Scholia Graeca*, minime contemnenda, in Thucydidem, quae in melioribus editionibus exſtant, a quibusdam tribuuntur *Xenophonti*, neſcio cui, ab aliis *Marcello* cuipiam (an *Marcellino*?) vt ab H. Stephano in animaduerſionibus ad libellum de dialectis graecis p. 27. ex cod. vet. Corinthi de dialectis. *Bernhardus* quidem *de Montfaucon* in diario Italico p. 356. inter MSS. Monaſterii Florentiae refert codicem ſaeculo decimo ſcriptum Hiſtoriae Thucydidis, *cum commentariis Marcellini*, in membrana. Alii denique, non vnius illa eſſe auctoris, arbitrantur, ſed, quod de plerisque ſcholiis in alios ſcriptores graecos iam multi obſeruarunt, enarrationes variorum Grammaticorum, ex *Didymo*, *Euagora*, *Antyllo*, *Phoebammone*, *Aſclepio* aliisque [*], qui Thucydidem illuſtrauerant, excerptas, ad orasque codicum primitus adſcriptas, et poſtea, vt fit, in vnum collectas faſciculum, quae perveriſimilis ſententia eſt H. Stephani, viri doctiſſimi. [In proparaſceue in lect. Thucyd. pag. 575. et in adnotation. in ſcholia graeca pag. 585. ed. Ducker. atque hunc ipſum conferes in praefat. ſtellula 3. aut in ed. Bipont. pag. XCI ſq. qui praeterea de antiquioribus quibusdam illis commentatoribus diſſerit, atque docet ex codd. Mstis Caſſellano atque Baſileenſi, in quo etiam Beliſarius, qui Iuſtiniano imperante floruit, laudatur ad pag. 286. ſcholia ad Thucydidem e plurium interpretationibus eſſe conſuta.] *Caſpar. Barthius* tom. II. in Statium pag. 306. queritur, ſe incendio Sellerhuſano cum parte bibliothecae ſuae perdidiſſe indicem, tam in Thucydidem, quam eius Scholiaſtem. *qui tamen*, inquit, *recentior eſt*, *quam vulgo attenditur.* Chriſtianum agnoſcas ex eo, quod Gregorii Nazianzeni ſub nomine Theologi meminit in librum III. p. 49. Scholia eiusmodi ſunt, vt ſine iis, (et cum iis, addit Muretus) difficile ſit, Thucydidem intelligere. Colon. tom. II. pag. 734. hiſt. liter. de Lyon.

VII. Fuerunt quoque Thucydidi noſtro iam inde ſui reprehenſores: nam Suidas teſtatur, *Claudium Didymum* ſcripſiſſe περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ, ſiue

ſiue de Thucydidis circa analogiam vocum graecarum lapſibus atque erroribus. Alii difficile atque durum ſcribendi genus, bb) alii argumentum nimis particulare, alii adfectatas tot moleſtas obſcuraſque conciones, alii narrationum ſeriem, propter obſeruatum hiemum aeſtatumque ordinem, ante res integre expoſitas abruptam, cc) alii hyperbata frequentiora, alii alia in eo reprehenderunt, quae videri poſſunt apud doctiſſimum et acerrimum cenſorem, Dionyſium Halicarnaſſeum, in epiſtola ad Pompeium, qua Herodotum Thucydidi praefert. Sed nec contemnendae ſunt virtutes huius ſcriptoris, in cuius opere plura nitent, ciuilis prudentiae obſeruata ac praecepta plane egregia, hiſtoricum iudicium, ſtudium veritatis, dd) etiam iis vtcunque parcens, a quibus in exilium coniectus fuerat, ee) ſublimis ff) dictio, breuitas gg) denique pro rerum, quas deſcribit, magnitudine: vt nimis ſint auſteri, qui in tam pulchro corpore leuibus forte aliquot paucisque maculis offendi ſe patiuntur. [conf. *Quinctil.* X. 1, 33. 73 ſq. 101. IX. 4, 16.] Ioannis vero *Harduini* ſuſpicionem, qui ex galliciſmis nonnullis, quos in Thucydideo opere obſeruaſſe ſibi videtur, p. 152. Chronologiae V. T. e numis illuſtratae, et aliis quibusdam leuiculis argumentis alium a veteri, quem Plinius legerit, Thucydide habere nos coniicit, non equidem curo, miror magis in viro docto et argumentorum, quae coniecturae eius opponi poſſunt, haud ignaro. [*] Contra illius ſuſpiciones, qui galliciſmos in Thucydide notaſſe ſibi viſus eſt, vti plures etiam Henr. Stephanus in Herodoto, adeundus vir erudit. *M. V. la Croſe*, in vindiciis veterum ſcriptorum aduerſus Harduinum, pag. 134. et *Alphonſus Vignoles* in epiſtola, quae vindiciis hiſce ſubiicitur. De dictione apta et preſſa Thucydidis, (vnde σεμνὸν vocat *Theophylactus* epiſt. XXX.) inſigne *Ciceronis* exſtat teſtimonium, lib. II. de Orat. cap. 13.

VIII. Epiſtolam Thucydidis vaegrandem et dictione ἀγκοδεστέραν perſtringit auctor libri de elocutione, qui ambulat ſub nomine Demetrii Phalerei §. 237.

IX. Alios praeterea Thucydides tres Marcellinus [pag. XIV. cum nota Hudſoni, pag. XLIX.] et Scholiaſtes Ariſtoph. ad Acharnenſes v. 703. et ad Veſpas 941. [ibique v. Flor. Chriſtian.] memorat, *vnum* Meleſiae filium Alopecenſem, Athenienſium demagogum et aduerſarium Periclis, de quo *Plato* in Theage pag. 242. et in Lachete pag. 252. *Plutarch.* Nicia, pag. 524. [et in Pericle, cap. 11. pag. 612. tom. I. Reiskii, vbi v. longam Xylandri notam.] eundem, cuius filios Meleſiam et Stephanum Athenaeo etiam VI. pag. 234. dictum memorat Plato in Menone, et de quo ſcripſit aequalis eius, Steſimbrotus Athenaeo et in Periclis vita Plutarcho laudatus; idemque, vt exiſtimo, qui cum Agnone et Phormione quadraginta naves, in Samiorum ſubſidium, a Pericle obſidione cinctorum, Athenis adducit, teſte *Thucydide*, hiſto-

bb) In veteri epigrammate pag. 95. Anthologiae, in laude ponitur, quod Thucydides ſit ἐ πάντεσσι [illegible] a toto eruditis et prudentibus legendus atque intelligendus. conf. *H. Stephanum* de inſtituendis gr. linguae ſtudiis, pag. 72.

cc) Vide *Theonis* progymnaſmata pag. 33. edit. Camerarii, et pag. 30. vbi de hyperbatis.

dd) *Lucian.* de ſcribenda hiſtoria, tom. I pag. 630. 631.

ee) Id. pag. 637.

ff) v. quas laudes tribuerit Pericli, lib. II. cap. 65. aduerſario tamen ſuo, a quo patria pulſus eſt, et conf. *Plutarch.* vit. Pericl. cap. 4. pag. 623. tom. I. ed. Reiskii. *Harl.*

gg) Suidas in Χαρακτῆρες, Plutarch. in Fabio Maximo p. 174.

hiſtorico, lib. I. cap. 117. pag. 76. *Alterum* ex Pharſalia, Theſſalum, Menonis filium, cuius meminit Thucydides, Athenienſis, lib. VIII. pag. 610. et Marcellinus notat, mentionem factam a Polemone, in libro de arce Athenienſi: *tertius* Ariſtonis filius, populo Gargettius, ſiue Acherduſius, poeta, memoratus Androtioni in Hiſtoria Attica: his addas *quartum*, iuniorem, cuius meminit e Dione Suidas in Μάϱτιος, fratrem Martii Veri.

X. XI. *Codd. MSS. et Editiones* [hh]) *Thucydidis.*

[Genuina Thucydidis lectio permultis locis e codicibus msstis vix, ac ne vix quidem reſtitui poterit. Nam Philemon, criticus, Alexandri aequalis, apud Porphyrium quaeſtion. η, teſte *Villoiſon.* in anecdotis gr. tom. II. pag. 136. n. et in prolegomenis ad Homerum pag. 34. obſeruauit, *Thucydidis*, Herodoti, Homeri, Philiſti aliorumque opera iam antiquioribus temporibus, tum librariorum incuria, tum emendatorum audacia, eſſe deprauatos, v. ſupra vol. I. pag. 733. Apud *Porphyrium* de Proſodia, editum a *Villoiſon.* anecd. gr. II. pag. 104. adnotatum legimus, Thucydidem attice τϱεπαῖον ſcripſiſſe pro τϱέπαιον, quod ii, qui de accentuum gr. auctoritate diſputare ſolent, in rem ſuam conuertent. In ſcholiis ad Homerum Marcianis, et Euſtathii commentariis hiſtorici noſtri nomen et loca frequenter citantur, vt ex indicibus illorum in vol. I. ad Homerum patet.

MSS. autem codd. quantum mihi notum eſt, cuſtodiuntur in *Italia, Florentiae* in bibl. Laurent. teſte Bandinio, vol. II. pag. 622. in pluteo LXIX. cod. II. membran. ſaec. X. fol. min. charactere paene quadrato ſcriptus, cum ſcholiis, ab editis plurimum diuerſis, et tam antiqua eiusdem ſcriptoris, quam recentiori manu exaratis, vti in cod. Caſſelano. Initium et finem concordare cum Duckeri editione, animaduertit Bandin. et tamen addit, illum ope huius codicis ſuam editionem potuiſſe reddere meliorem. — ibid. pag. 638. cod. XVI. chart. ſaec. XIV. in 4. cum ſcholiis nonnullis in margine poſitis. — ibid. pag. 646. cod. XXX. membr. ſaec. XIII. — et in vol. I. pag. 549. in cod. violar. compoſ. citatur hiſtoricus. — *Venetiis*, in bibl. D. Marci, teſte catal. pag. 169 ſqq. membr. cod. CCCLXIV. fol. min. et pag. 171 ſq. egregium variarum lectionum libri VIII. ſpecimen collata Duckeri edit. praebetur. — ib. pag. 174 ſq. cod. CCCLXV. chart. ſaec. XV. et cod. chartac. CCCLXVII. ſaec. XIV. fol. min. — *Montfaucon* in diario italico memorat codd. Thucyd. pag. 13. duo msst. in bibl. Ambroſiana *Mediolan.* — pag. 47. cod. membr. ſaec. XI. in bibl. SS. Ioannis et Paulli Dominicanorum *Venetiis.* — pag. 310. duo codd. recentes bombycinos, *Neapoli* in bibl. St. Ioan. de Carbonaria Auguſtinianorum. — pag. 365. duo codd. monaſterii *Florentiae.* — *Taurini*, in bibl. regia Taurinenſis athenaei, teſte Catalogo, Taurini 1749. fol. pag 152. cod. XLVIII. a. 1487. ſcriptus, cum ſcholiis nonnullis, margini a recentiore ſcriba additis. — *Patauii* in bibl. Corradina, fragmenta Thucydidis, pag. 94. bibl. Patauinae, a *Io. Phil. Tomaſino* concinnatae, et in eiusdem bibliothecis Venetis, (Vtini 1640. 4.) codd. pag. 23. in bibl. SS. Ioan. et Paulli, (a Montfauc. in diar. ital. quoque indicatus.) — pag. 20. in bibl. Beſſarion. — pag. 107. in

[hh]) Praecipuas Thucydidis editiones ante me non indiligenter adnotauit Vir Cl. *Fridericus Roſtgard* in ſcripto, gallice edito, Pariſ. 1698. fol. Proiet d'une nouvelle methode, pour dreſſer le Catalogue d'une bibliotheque: quod inſeruerunt quoque Veneti ſuis ephemeridd. litterariis, Galleria di Minerva, (Muſeo Mineruae Venetae) tom. III. pag. 124. 194. *Fabr.*

in coenobio S. Franciſci a Vinea. — *Romae*, in biblioth. Vaticana tres codd. chartac. (*Montfaucon.* biblioth. bibliothecarum MSS. tom. I. pag. 4. B.) et ibid. p. 5. B. codex ſic deſignatur „*Marcellini* in Thucydidem ſcholia, Thucyd. vita eiusque libri octo.“ inſuper vltra XL. alii codices, in diuerſis bibliothecis latentes, in indicibus ad vtrumque tomum notantur: quorum multos iam indicauimus.

In *Britannia*, ſecundum Catal. MSSt. Angliae et Hiberniae, Oxon. 1697. fol. Oxonii in collegio corporis Chriſti, cod. MDXLVII. p. 50. — in bibl. Bodlei. tres, particularum quoque, codd. occurrunt, et pag. 264. nr. XIV. vita *Thucydidis* impreſſa in tribus ſchedis, cum notis ad oras MSS. Iſaaci Caſauboni, fol. — in bibl. Norfolciana, nr. MMMCCCCLI. — Quos codd. adhibuerit Hudſon. poſt haec videbimus.

In bibl. regia *Pariſina*, teſte catal. codd. MDCXXXVI. MDCXXXVII. MDCXXXVIII. MDCCXXXIII — MDCCXXXVI. MDCCXCI. MDCCXCII. MDCCCLXVIII. et conciones, codd. DCCCCLXIII. MDCCXXXVII. MMX. nec non *Lau. Valla* verſio lat. cod. MMMMMDCCXIII. et MMMMMDCCXIV. — In biblioth. Coisliniana, cod. CCCXVII. teſte Montfaucon. catal. pag. 430.

Matriti in biblioth. regia, teſte *Iriarto* pag. 84. cod. XXII.

De cod. *Traiecti ad Rhen.* quem Hudſon. vocabat Graeuianum, vid. Ducker. in praefatione.

In *Germania, Caſſellis*, (de quo cod. egregio egerunt *Duckerus* in praefatione et *Schminke* in: Verſuch einer — Beſchreibung der — Hauptſtadt Caſſel. Caſſel. 1767. 8. p. 206 ſq.) *Monachii* in Bauaria, (vid. Catalog. p. 74.) — *Augustae Vindelicorum*, (vid. *Baueri* praefat. ad vol. I Thucydidis pag. IV. et eundem p. V. de cod. *Moſquenſi*) ibidem in biblioth. publ. armar. I. inferioris biblioth. nr. LXXV. eſt cod. *Thucydidis* orat. in Periclem. *Heidelbergae* quondam aliquot fuerunt codd. — De codice *Baſileenſi* egit *Ducker.* in praefat.

Vindobonae in biblioth. Caeſarea, cod. cum ſcholiis marginalibus, ſecundum *Neſſelii* Catalog part. V. cod. XXXIII. pag. 59. [Varias lectiones eius nuper excerpſit Cl. *Alter*, editionique adiiciet. *Bek.*] — Suppoſitus liber, ibid. part. III. cod. XXVII. nr. II. et in *Lambecii* Comment. de biblioth. Caeſarea, cod. XXV. tom. VI. p. 266. vbi vid. Kollarii notam: *vitae vel quorundam ſcriptorum graecorum ethnicorum praedictiones et teſtimonia de Chriſto et chriſtiana religione, ut Ariſtotelis, Plutarchi, Sibyllae, Platonis*, Thucydidis *et Sophoclis*. Ex libro IX. Comment. *Lambecii* particulam delibatam dedit *Schelhorn.* in amoenitat. liter. tom. V p. 97 ſqq. vbi Lambec. p. 150 — 153. codicis chartacei antiqui, qui Thucydidis hiſtorias continet, aliquam dedit notitiam. *Harl.*]

Editiones

Aldina, Baſileenſis Camerarii, et Stephaniana fuerunt fontes reliquarum: quarum plurimas iam Fabricius indicauit.

1) Prima *Aldina*, Venet. ann 1502 fol. Cum vita Thucydidis duplici, vna breuiore *Ammonii*, (eiusdem forte, qui ſcholia collegit) altera paullo prolixiore *Marcellini*. Idem Aldus anno poſt, ſcholia graeca antiqua in Thucydidem ſeparatim edidit, ſubiecta Xenophontis libri VII. Ἑλληνικῶν, Georgii Gemiſti libr. II. de rebus, quae poſt pugnam Mantineam acciderunt, et Herodiano, ann. 1503. fol.

2) *Florentina*

2) *Florentina* apud *Bernardum Iuntam* [cum Scholiis, 1506. fol. vid. *Maittaire* A. T. indic. voc. Thucydid. p. 289. *Menken.* Catal. biblioth. tom. I. p. 83. et] ann. 1526. fol. Cum ſcholiis graecis, ad oras paginarum adpoſitis.

3) *Baſileenſis* Heruagiana ann. 1540. fol. a *Ioachimo Camerario* recenſita et caſtigationibus quibusdam illuſtrata ex MSto cod. Baſileenſi, quo vſus Heresbachius, quemque Eugenius quidam CPoli olim donauerat Iohanni Aretino. [Inſcriptio praeclarae huius editionis haec eſt:

Θȣκυδίδης — Thucydides cum ſcholiis et antiquis et vtilibus, ſine quibus auctor intellectu multum eſt difficilis. Acceſſit praeter ea diligentia Io. Camerarii, in caſtigando tum textu, tum commentariis vna cum annotationibus eius. Baſileae, ex officina Heruagiana a. M. D. XL.]

In hac editione ſcholia a Camerario emendata, [?] ſed ad calcem voluminis reiecta ſunt. Praemiſſus eſt quoque praeter elogia Thucydidis ex Aphthonio, Marcellino, Anonymo, Suida, Dionyſius Halicarnaſſeus de iis, quae Thucydidi peculiaria ſunt, ſiue περὶ τῶν Θȣκυδίδȣ ἰδιωμάτων. *Fabric.* [Illa, quae praemiſſa ſunt, excipiunt variae lectiones, ſiue, vt Camerarius ſcripſit, ex libris VIII. hiſt. Thucyd. adnotata loca, quae aliter in aliis exemplis ſcripta et animaduertenda viſa eſſent, quorum nonnullis Camerarii additum eſt iudicium. Enimuero Heruagium quaedam non recte vidiſſe, et pluribus locis aliam, atque in MSto eſt, ſcripturam dediſſe, deprehendit Weſſelingius, qui illum codicem contendit, et varietatem lectionis miſit Duckero. vid. huius praefationem. *Harl.*]

4) *Henr. Stephani* cum ſcholiis graecis, ſuas in ſedes magna ex parte repoſitis, et integritati ſuae reſtitutis plerisque in locis. 1564. fol. Eodem anno et forma etiam latina Vallae verſio, a Stephano recognita, lucem vidit, quae ſolet cum illa coniungi eique ſubiici.

5) Liber I. [gr. 1548.] II. et III. Pariſ. 1549. 4. apud Vaſcoſanum. [de qua edit. vid. Ducker. praefat.]

6) Liber I. [et ſecundus, gr. apud Wechel. ii)] Pariſ. 1535. 4. gr. et libri IV. curante *Vito Winſemio*, Witteb. 1562. (1561.) 4. Libri III. graece et lat. Pariſ. 1626. 12. [libri I. conciones. gr. Pariſ. apud Chriſt. Wechel. 1531. 4. (vid. Maittair. l. c. II. p. 755.)]

7) *Henrici Stephani*, ann. 1588. fol. [Θȣκυδ. — *Thucydidis de bello peloponneſiaco libri VIII. iidem latine, ex interpretatione Laur. Vallae ab Henr. Stephano recognita. In hac ſecunda editione, quae amplius, quam in prima, praeſtita fuerint, extrema ad lectorem epiſtola docebit.*] in qua [nitida et perrara editione] Thucydides ipſe et ſcholia. ſingulis paginis ſubiecta, emendatius ex fide MSS. codd. [opeque interpunctionis paullo facilius] exhibentur, et *Vallae* latina verſio, ſecundis curis ad graecos fontes caſtigata, adiecta eiusdem Stephani proparaſceue ad lectionem ſcholiorum, et vberioribus ad librum primum et maiorem ſecundi partem kk) adnotationibus,

ii) Vid. *Pinelli* Catal. tom. II. pag. 50. atque *Maittaire* A. T. II. pag. 824 sq. *ſecundum* librum illius anni et loci memorat. *Harl.*

kk) Teſtatur H. Stephanus, hanc ſe telam abrupiſſe, quod ex Gallia et Germania ſpes ei facta eſſet emendationum in Thucydidem ſcholiaque et ad haec etiam acceſſionum.

notationibus, quibus et Thucydides ipſe, et ſcholia illuſtrantur. Praemiſſa eſt vita Thucydidis ex Marcellino cum Iſ. Caſauboni verſione et caſtigationibus, et ſubiecta Iobi Veratii argumenta orationum concionumque Thucydidis, denique chronologia Thucydidis atque argumenta librorum, a Dauide Chytraeo concinnata.

8) *Aemilii Porti*, Francof. apud Wechel. 1594. fol. qui, in graecis nullo MSto cod. vſus, Henr. Stephani editionem expreſſit, niſi quando, (quod paſſim accidere notat Hudſonus,) erratis typographicis laborat. Verſionem tamen latinam poſt Stephanum accuratius recenſuit, adhibitis in ſubſidium patris ſui *Franciſci Porti* [ll], Cretenſis, commentariis, quae huic editioni ſunt adiecta. *Franciſci Porti* adnotationes in Xenophontem et Thucydidem, 1586. 4. et 1594. fol. Geneuae.

9) *Iohannis Hudſoni*, [*Thuc. — libri octo, gr. et lat. cum ſcholiis antiquis, lectionibus variantibus et adnotationibus virorum doctiſſimorum, cura I. Hudſon.*] Oxoniae e Theatro Sheldoniano, 1696. fol. In hac praeſtantiſſima editione graecus contextus Thucydidis [*] accurate et luculenter expreſſus exhibetur e poſteriore recenſione H. Stephani, et recens in ſectiones diſtinctus: in vniuscuiusque paginae ora exteriore adnotatur annus et menſis, quo ſingula acciderunt, ex mente *H. Dodwelli*, chronologorum iſta aetate principis. Verſio latina Aemilii Porti [mmm]), verum ab Hudſono hinc inde emendata, collatis gallica Ablancourtii et anglica Hobbeſii, (vid. *Cleric.* B. V. et N. XIV. p. 242.) non, vt vulgo fieri ſolet, e regione, ſed infra minori charactere ponitur: et in ſummis paginis notationes chronologicae ex Dodwelli rationibus exhibentur. Verſioni ſubiiciuntur variae lectiones et notulae criticae, ex prioribus editionibus et tribus MSS. codd. excerptae. Denique imam paginae partem occupant graeca ſcholia. Praefixa ſunt operi praeter vitam, notis illuſtratam, elogia et iudicia de Thucydide; pluraque ſe fuiſſe daturum ait Hudſonus ex Dionyſio Halicarnaſſeo, niſi hic paullo iniquiorem ſe oſtenderet, criticumque calamum in auctorem probatiſſimum ſtrinxiſſet iuuenis adhuc iudiciique parum ſubacti, vt notatum *H. Stephano* lib. II. ſchediaſm. 4. et operarum in Dionyſium Halicarnaſſ. cap. 16. vbi docet, Dionyſium ipſum imitari deinde dignatum, quae antea reprehenderat. Adiunxit etiam doctiſſimus editor binas tabulas geographicas, ad Thucydidem intelligendum facientes, vnam Graeciae, quam ex Thucydide et Edmundi Halleii chartula delineauit; alteram Siciliae, quam ex Clueri Sicilia antiqua depromſit. Ad calcem ſubnexa ſunt Epitome Thucydidis, a Georgio Acacio, et argumenta concionum, a Iobo Veratio conſcripta, et H. Stephani proparaſceue ad lectionem ſcholiorum. His ſuccedunt prolixiores eiusdem Stephani et Palmerii, (ex eius exercitationibus ad optimos auctores graecos,) adnotationes, quae lectionibus variantibus interſeri non potuerunt, quibus ex Porti et Acacii commentariis notae hinc inde delibatae, et Hudſon. nonnulla immiſcentur. Nec minus Camerarii animaduerſionibus hic locum dediſſet, ſi quidem eius libellum notarum in Thucydide nanciſci potuiſſet. Accedunt praeterea variae lectiones ex [codd. biblioth. Norfolcianae, collegii corporis Chriſti Oxon. ex Barocciano, qui conciones tantum complectitur,

ll) In Draudii Biblioth. claſſica p. 736. male editum *Franciſci Petri*, vbi haec editio memoratur. *Iohannem* quoque *Meurſium* commentarios in Thucydidis hiſtorias molitum, innuit Dominicus Molinus in litteris, ad eum datis. Venet. 30. Nou. 1622. Vide epiſtolas Gudianas pag. 130.

mmm) Emendandum eſt, quod in hiſtoria operum eruditorum, Basnagiana ann. 1695. Auguſto menſe pag. 549. legas: On acheve à Oxford une nouvelle edition de Thucydide, à coté du Grec, on met la verſion latine du *Dodwel.*

plectitur, et ex] cod. MS. Henrici, Clarendoniae comitis, et Ioh. Georgii Graeuii, [ſeu potius Guil. van Cleef, quem is vtendum dederat Graeuio, dein in biblioth. publicam intulit] quos ſerius inſpicere ipſi licuit. Denique indices tres locupletiſſimi rerum, dictionum graecarum inſigniorum, et ſcriptorum in ſcholiis laudatorum. Pollicetur praeterea Hudſonus, mantiſſae ſe loco adiecturum eſſe Annalibus H. Dodwelli Thucydideis, ſiquidem a Roſtgaardo receperit, collationes ſcholiorum MSS. in biblioth. regia Pariſienſi; ſed Annales Dodwelli ſine illa acceſſione lucem nuper adſpexerunt. MStum codicem Thucydidis habere ſe refert et ex eo locum inſignem illuſtrat Marcus Meibomius libro de fabrica triremium pag. 51 ſq [?] [Hudſon. tamen neque codd. neque editiones ſatis diligenter contendit. conf. Acta erudit. 1699. pag 341.]

[Hudſonianam editionem recudendam curauit, aliquot acceſſionibus ornatam:

10) Θουκυδίδης — *Thucydidis de bello peloponneſiaco libri octo, cum adnotationibus integris Henr. Stephani et Io. Hudſoni. Recenſuit et notas ſuas addidit Ioſephus Waſſe. Editionem curauit, ſuasque animaduerſiones adiecit Carolus Andreas Dukerus, cum variis diſſ. mſctorum collationibus et indicibus nouis locupletiſſimis. Amſtelaed. apud R. et I. Wetſtenios et Gul. Smith.* 1731. fol.

Praeter editiones Vaſcoſanianam trium primorum librorum et Baſileenſem Heruagii, contulit codices Caſſellanum et, quem Hudſon. vocarat, nec ſatis curate contenderat, Graevianum: tum diligentiorem codicis Baſileenſis collationem ab Io. Iac. Wetſtenio factam, et in ſcholia e codd. regio et Roſtgaardi ad priores libros V. L. atque Io. Grammii, Dani, caſtigationes accepit. Varias lectiones, ad ſuas ſedes reuocatas, melius digeſſit, quam Hudſon. fecerat, atque Waſſii ſuasque doctas animaduerſiones adiecit. At quia tantum quaſi ſuffectus acceſſit ad hanc editionem curandam, ſuasque notas omnemque laborem interim, dum chartas operis typographicis tradendas legerat, confecit, critici perfectiorem editionem adhuc deſiderant. conf. Acta erudit. 1732. p. 1. Bibl. raiſonnée tom. VII. part. I. 126—142. Journ. des ſcav. 1733. p. 143. Mem. de Trevoux. 1733. p. 536. german. Acta erudit. 168. tom. 14. p. 837.

11. 12) Recuſa tamen eſt eadem editio Dukeriana *Glasguae* 1758. 8. exc. Robert. et Andr. Foulis. VIII. voll. — et *Biponti* 1788. et 1789. VI. voll. 8. in qua tamen poſteriore, alias nitida editione, id incommodum venit, quod variae lectiones, ab adnotationibus ſeparatae, ſingulis voluminibus in calce adhaerent et ſcholia in alteram partem vol. V. notae autem in illa cum Stephani proparaſceue in vol. VI. coniectae ſunt. Addenda tamen et emendanda, quae in Duckeriana editione in fine leguntur, in Bipontina editione ſuo quaeuis loco ſunt inſerta. Quaedam etiam nouae animaduerſiones ex Heilmanno et aliis excerptae acceſſerunt. Duo tantum indices hiſtoricus et verborum ſunt repetiti, omiſſis Dodwelli annalibus Thucydideis.

13) *Thucydidis de b. p. libri octo graece ad editionem Duckeri expreſſi. Viennae typis I. Th. Nobilis de Trattnern*, 1785. II. 8. (Editionem curauit Cl. *Alter*, Prof. Vindob., qui T. I. p. 415. II. p. 363. varias lectt. e cod. Vindob. nr. XXXIII. et iam collatis codd. T. I. p. 462. T. II. p. 377. var. lectiones e Iac. Tuſani. Prof. Pariſ., notis editioni Ald. adſcriptis, T. II. p. 381. locos Thucydidis collectos a Stobaeo et e cod. Vindob. nr. LXVII. exſcriptos, denique p. 397. ſpecimen (ſ. Lexicon) Graecitatis Thucyd. et indicem Geograph. addidit. *Beck.*)

14) *Thucyd. de bello peloponneſiaco libri octo, ad optimas editiones in vſum ſcholarum diligenter expreſſi*, gr. pars I. Bremae, 1791. 8. (curante *Bredenkamp*, Subrectore. v. Bibl. der alten Litter. und Kunſt, P. VIII. pag. 120 ſq.)

15) Noua editio, cuius tamen baſis erit Duckeriana, nuper prodire coepit:

Θουκυδίδης — *Thucydidis, Olori fil. de bello peloponneſiaco lib. VIII. ad editionem Andr. Duckeri cum omnibus auctariis recuſi. acceſſerunt variae lectiones duorum codicum, animaduerſiones Io. Chriſtoph. Gottleberi, A. M. rectoris quondam ſcholae prouinc. miſnicae: coeptum opus perfecit, ſuas notas adiecit, indicem Duckeri et gloſſarium Gottleberi auxit Carolus Ludou. Bauer, A. M. ſcholae ad Hirſchbergam rector.* Lipſiae ſumtibus Schwickerti. 1790. 4. gr. et lat.

Hoc vol. I. continet quinque Thucyd. libros atque contextui ſunt ſubiecta ſcholia, cum varietate lectionis et animaduerſionibus tum Baueri et Gottleberi, (et quidem huius, ab initio vberiores,) tum Duckeri et reliquorum ſuperiorum editorum. Scholia liberius tractata et mutata ſunt, quam Thucydidis verba. Bauerus poſt mortem Gottleberi omnia retractauit et maxime interpretis perſonam induit: vterque autem in critica falce adhibenda caute verſatus eſt, at bene vſus variis lectionibus codd. Auguſtani et Moſquenſis, de quibus Bauer. in praef. egit, et ſpem gloſſarii Thucydidei aliorumque huius editionis nouorum ornamentorum fecit.

Separatim prodierunt:

Libri I. conciones, gr. Pariſ. apud Chriſt. Wechel. 1531. 4.

Periclis funebris laudatio eorum, qui in bello occubuerunt ex libro Thucydidis ſecundo. Pariſ. 1605. 4.

Orationes Thucydidis ſeorſim excuſae, gr. curante M. Andrea Coruino, in vſum auditorum ſuorum. Lipſiae, 1631. 8.

Thucydidis funebres orationes. gr. et lat. Glasguae. 1755. 12.

Thucydidis orationes cum animaduerſionibus et indice Caroli Ludou. Baueri, Lipſ. A. M. ſchol. Lauban. Rect. Lipſiae, 1759. 8. Vt el. *Bauerus*, qui cum Thucydide familiaritatem quamdam contraxit, in notis ſaepe rem habuit cum Abreſchio; ita diu poſt crebro fecit ab eo diſceſſionem Gottleberus.

Thucydidis, Platonis, Lyſiae et Xenophontis orationes funebres, cum notis anglicis. Oxon. 1768. 8.

Platonis Menexenus et Periclis Thucydidei oratio funebris, recenſuit et animaduerſionibus (copioſis doctisque) *illuſtrauit Io. Chr. Gottleber*, AA. M. et ill. collegii prouincialis Miſenenſis Rector. Lipſiae, 1782. mai. 8.

Nicol. Blancardum in Thucydide recenſendo et illuſtrando XVIII. annos conſumſiſſe abſolutumque editioni deſtinaſſe, teſtatur *Andr. Chriſt. Eſchenbach.* epiſt. ad Georg. Matthiam Koenig, ann. 1688. in tom. V. *Schelhornii* amoenitatt. liter. pag. 195. *Harl.*]

XII. *Verſiones*,

1) *latinae. Thucydidis hiſtoriarum Peloponneſium libri VIII. a Laurentio Valla a. 1452. traducti.* Editio vetus saec. XV. absque vlla nota typographica: ad calcem legitur: „Epiſtola Bartholomaei Parthenii Gir. Benacenſis Franciſco Tirono, Ludouici filio, Veneti exercitus

exercitus Prouiſori." Tum: „Ex Marcellino Graeco Thucydidis Athenienſis vitas ipſo Parthenio interprete, eidem Throno." In fol. charactere quadrato venuſto.

De hoc rariſſimo opere vid. *Bure* Bibl. inſtruct. nr. MMMMMDCCL. * tom. I. Hiſtoire p. 495 et adpendicem fasc. XV. libr. p. 448. in *Io. Bened. Mittarelii* biblioth. codd. msstorum Monaſterii S. Michael. Venetiarum. Venet. 1779. fol. De verſione Vallae iudicarunt H. Stephan. ad Thucydidem et Pet. Dan. Huetius de interpretatione lib. II. etc. Stadae, 1680. 8. pag. 265 ſq. — repet. Pariſ. apud Aſcenſium, 1513. fol. *Harl.*]

Vallae interpretatio recognita a *Conrado Heresbachio.* Colon. 1527. fol. A doctiſſimis viris Pariſ. 1528. apud Aſcenſium, fol. Ab Heresbachio Colon. 1543. et 1550. fol. [1564. fol.]

A *Sebaſtiano Caſtellione*, Baſil. 1564. fol. apud Henr. Petri.

Ab *Henr. Stephano*, ann. 1564. fol. et Francof. 1582. 12. 1589. 8. vbi vita Thucydidis ex Marcellino occurrit, latine reddita ab *Iſ. Caſaubono*, et *Iobi Veratii* argumenta concionum Thucydidis, et chronologia Thucydidis auctore *Dauide Chytraeo.*

Ab *Henr. Stephano* et *Aemilio Porto*, Francof. 1594. fol. apud Wechel. et ibidem eodem anno forma minore in 12mo.

Thucydides interprete *Vito Winſemio* Patre, Doctore Medico et graecarum litterarum Profeſſore, cum eiusdem Scholiis, ex editione filii Viti Winſemii, Witebergae 1569. fol. 1580. 8. [In praefat. de hiſtoria et Thucydide diſſeritur.]

Ex noua verſione elegantiſſima et cum notis chronographicis ac geographicis *Georgii Acacii Enenkel* Baronis *Hoheneccii*, Tubing. 1596. 8. Argentor. 1614. 8. [praemiſſa vita Thucydidis.]

Orationes ex hiſtoria Thucydidis et inſigniores aliquot Demoſthenis in latinum ſermonem conuerſae a *Philippo Melanchthone*, editae a Caſparo Peucero, Witeb. 1562. 8. Conuerſi notisque illuſtrati quidam loci inſignes e Thucydidis hiſtoria, vt prooemium, conciones quaedam et deſcriptio peſtilentiae et de auctore illo deque ſcriptis eius obſeruata a *Ioachimo Camerario*, Witteb. 1565. 8.

Plures orationes in linguam latinam conuerſae per *Iohannem Caſam*, Archiepiſcopum Beneuentanum. Inter eius latina monumenta Florent. 1564. 4. pag. 146 ſqq. et ſeparatim Roſtoch. 1584. 4. Helmſtad. 1610. 4. cum praefat. *Ioh. Caſelii*, et Halae Saxon. 1709. 4. cum praefatione Nicolai Hieronymi Gundlingii: inter opera Caſae iunctim excuſa, Florentiae 1707. 4. tomo tertio. — *Io. Caſelii* prolegomena in Thucydidis interpretationem. Roſtoch. 1576. 4. — *eiusdem* Thucydidea, edita ab Io. Henr. Ackero, Ienae, 1714. 8. Ibi pag. 27. laudatur ſcriptum aliquod Melanchthonis, quo quaedam Thucydidis illuſtrarit, et p. 28. Camerarii. De ſuperioribus latinis et de Seyſſelio Strozzioque, interpretibus, iudicat Caſelius pag. 24 ſqq.

Argyropulum, publice in Vaticano Thucydidem legentem, Xyſto III. pontifice, audiſſe ſe teſtatur *Io. Reuchlinus* in vita pag. 213.

Iobus quoque *Veratius*, Genuenſis, qui ann. 1571. diem obiit, orationes pleraſque Thucydidis pereleganter latine vertit, notato argumento atque rhetorico artificio. Praeterea

orationem

orationem nn) Periclis ſ. Pericli tributam paucorum priuatorum laudationem a Thucydide, ex libro II. Thucydidis latine verſam a *Guil. Cantero*, poſt Ariſtidis orationes, Baſil. 1566. fol. pag. 580.

Gallicae, 1) *Claudii Seyſſelii* oo), epiſcopi Maſſilienſis, qui iuſſu Franciſci I. gallice reddidit et Vallae latinam verſionem ſecutus eſt, ac de quibusdam locis Ianum Laſcarin conſuluiſſe dicitur. Pariſ. 1527. apud Badium, tum apud Mich. Vaſcoſanum. 1559. fol. 1545. 12. 1549. 1555. 8. et 16. Ex hac verſione Thucydidem libenter lectitauit et in caſtris ſecum habuit Carolus V. imperator. Vide *Victorini Strigelii* praefat. ad animaduerſiones ſuas in chronicon Philippi Melanchthonis et Eraſmi Reinholdi progr. 1550. in ſcriptis publice propoſitis in acad. Viteberg. ab ann. 1540. tom. I. p. 299. Perſtringitur Seyſſelii verſio ab H. Stephano in praefat. ad Thucydidem et ad introductionem, gallice editam, ad apologiam pro Herodoto.

2) *Ludouici Iauſaldi Uſei* (Louis Jauſaud d'Uſez) Geneuae, 1600. 4.

3) *Nic. Perotti Ablancourtii* cum Xenophontis continuatione, et ſubiectis adnotationibus, Pariſ. 1662. fol. et 1671. 12. tribus voluminibus; Amſtel. 1694. 12. 1713. III. tom. 12. vbi notae paginis ſubſtratae ſunt.

4) Harangues et Concions de Thucydide et autres Auteurs par *Fr. de Belleforeſt*. Pariſ. 1572. fol.

Italica, *Franciſci di Soldo Strozzi*, Florentini, dicata Coſmo Medici. [ſine anni nota, in Maittaire A. T. indic. p. 289.] Venet. 1545. 8. 1550. 8. 1563. 4. *Fabric.* Verſiones italicas vberius recenſet *Paitoni* in biblioteca degli autori ant. gr. et lat. volgarizzati tom. IV. pag. 135 ſqq. — Tucidide — nuovamente co' teſti greci riveduto e dagli errori emendato colla vita dell' autore da Tommaſo Porcacchi deſcritta, etc. — E queſto è il terzo anello della Collana iſtorica greca. Verona per Dionigi Ramanzini. II. part. 1735. 4. — cum V. D. eruditis notis. Romae, tom. I. 1789. tom. II. 1790. 4. *Harl.*

Anglica, 1) *Thomae Nicolls*, ex gallica Seyſſelii compoſita. Londin. 1550. fol. [1515. fol. vid. Maitt. A. T. indic. pag. 289.]

2) *Thomae Hobbeſii*, ex graeco concinnata, vna cum diſſertatione de vita et ſcriptis Thucydidis, et charta chorographica Graeciae, quam ſua manu Hobbeſius delineauit. Dicitur ea potiſſimum de cauſa verſionem hanc compoſuiſſe, vt ineptias Democraticorum Atheniensium ciuibus ſuis patefaceret. Lond. 1628. et 1634 fol. Londini, 1723. 8. II. voll. Vide vitam Hobbeſii p. 15. et 41 ſq. et *Baylii* Lexicon hiſtorico-criticum, vbi de Hobbeſio agit nota (BA) editionis ſecundae. Graecorum fontium, aliquando neglectorum, arguitur Hobbeſius in notis ad marmora Oxonienſia.

Hiſpanica,

nn) Syneſius Dione pag. 37. Εἴτις ἀγνοεῖ τὴν διαφορὰν τοῦ πολιτικοῦ καὶ τῶν ῥήτορος ὑποθέσεων, ἐπελθέτω μετὰ τὸν τῆς Ἀσπασίας τε (apud Platonem Menexeno) καὶ Περικλέους ἐπιτάφιον, Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος. Ἑκάτερος δευτέρα παραπολὺ καλλίων ἐστὶ τοῖς ἰδίοις κανόσι κρινόμενος. Eamdem Periclis orationem inepte imitatus hiſtoricus quidam perſtringitur a *Luciano* de ſcribenda Hiſtoria tom. I. pag. 619 ſq. *Cicero* in Oratore cap. 44. *Sed in populari oratione, qua mos eſt Athenis, laudari in concione eos, qui ſunt in praeliis interfecti, quae ſic probata eſt, vt eam quotannis, vt ſcis, illo die recitari neceſſe ſit.*

oo) Hunc vocat Chaſſenaeus Claudium ab Aquis, et ex furtiuo conceptum concubitu adfirmat.

Hiſpanica, *Didaci Gratiani de Alderete*, Salmanticae, 1564. fol. *Ioannis* enim *de Caſtro Salinas* inedita eſt, quam memorat Nic. Antonius tom. II. Bibl. Hiſpan. pag. 305.

Germanica, *Hieronymi Boneri*, praetoris Colmarienſis, Auguſtae Vindel. 1533. fol. *Fabric.* conf. Critiſche Beyträge etc. part. X. p. 245 ſq. — Studiis ſocietatis virorum doctorum, cum Epp. Francof. et Lipſ. 1757. m. 4. (eſt tom. X. der Neuen Sammlung der merkwürdigſten Reiſegeſchichten etc.) haec verſio non probata eſt *Heilmanno*, primum rectori Gymnaſii Osnabruc. poſtea theologo Gottingenſi, qui Thucydidis hiſtor. praeclare conuertit in linguam vernaculam et egregiis obſeruatt. criticis illuſtrauit, Lemgou. et Lipſ. 1760. mai. 8. (conf. Schriften der Altdorf. deutſchen Geſellſchaft. p. 173 ſqq.) — Minus venuſta, quamquam adcurata, verſio orationum Thucyd. germanica cum notis criticis latinis in omnes Thucydidis libros eſt *Io. Iacobi Reiskii*, Lemgou. 1760. 8.

Belgica. Thucydides over den oorlog der Peloponneſers en Atheners, vertaald door *H. Frieſemann*. Amſterdam, 1786. 8. II. voll. *Harl.*

Danica, *Franciſci Michaëlis Wocheli*, paſtoris in Aaſtedt et Scherum dioeceſeos in Iutia Aalburgenſis, die 19. Nouembr. ann. 1702. denati. Vide noua litteraria maris Baltici et Septentrionis ann. 1698. p. 212. ann. 1699. p. 209. 21.. et ann. 1705. p. 47. vbi danicam verſionem Homeri, Herodoti, Xenophontis et Diodori Siculi Iohannisque Cinnami ab eodem ad prelum paratas diſces. [P]

[XIII. *Scripta, Thucydidem illuſtrantia.*

Martini Cruſii orat. XVIII. praemiſſa praelectionibus in Thucydidem. Tubingae, 1566.

In libro: *Scripta, in academia Roſtochienſi publice propoſita, ab anno Chr. 1560. vsque ad Octobr. an. 1563. et inde ad initium an. 1567. partes II.* Roſtochii. excudeb. Iac. Tranſyluanus. 1567. 8. ſunt programmata fol. 157 ſq. *Dav. Chytraei* in lectionem Thucydidis, et fol. 197 ſqq. 234 ſq. 264 ſq. 288 ſq. 334 ſqq. eiusdem progr. in libros Thuc. II. III — VIII.

Lud. le Roy Oraiſon ſur l'etat d'ancienne Grece depuis le commencement iusqu' à ce qu'elle fut aſſervie par les Macedoniens. Pariſ. 1576. 4. maximam partem e Thucydide.

Sunt mihi, (ſcripſit Fabric.) in manibus plures epiſtolae ſcriptae ab illuſtri viro Dominico Molino ad *Ioan. Meurſium*, quibus non ceſſauit illum vrguere, vt Thucydidem illuſtrandum ſibi ſumeret; ſed ſurdo fabulam narrauit.

Praelectiones marciae ſ. commentaria in Thucydidis hiſtoriam de peſte Athenienſium, ex ore *Fabii Paulini Vtinenſis* excepta, Venetiis apud Iunctas. 1603. 4.

M. Io. Stiliconis, Hamburgenſis, diſp. ritus περὶ τῆς φρυκτωρίας, ſiue de excubiarum accenſis ignibus actione, ad illuſtrandum Thucyd. lib. III. Wittebergae, 1714. 4.

Bened. Averani, Florentini diſſ. LVIII. in quaedam Thucydidis loca prodierunt tomo I. eius operum, iunctim poſt auctoris fata excuſorum, Florentiae, 1716 fol. vid. Mem. de Trevoux, 1718. Dec. p. 1045. Giornale d'Italia, tom. 24. p. 425. Bibl. ancienne et moderne tom. 12. pag. 161.

Io. Grammii caſtigationes ad ſcholia graeca in Thucydidem. Hafniae, 1721. 1722. 4. Miratur vir doctus p. 19. correctionibus Aemilii Porti rarius prioribus [illegible] locum eſſe datum in editione Oxonienſi.

Incerti V. D. Britanni, ſub littera H. ſe occultantis, obſſ. in Miſcell. obſeruatt. vol. II. tom. I pag. 60 ſqq. et tom. II. pag. 157 ſqq. — ibid. vol. III. tom. I. p. 147 ſqq. et tom. II. pag. 302 ſqq. *H.* i. e. *Fridr. Ludou. Abreſchii* animaduerſiones in Thucydidem. Idem doct. *Abreſch* edidit Dilucidationes Thucydideas, Traiecti ad Rhen. I. part. 1753. et 1755. atque Auctarium dilucidat. in Animadu. ad Aeſchylum, Zwollae, 1763. p. 213 ſqq. quorum ſaepe certamen fuiſſe cl. *Car. Ludou. Bauero* in notis ad oratt. Thucydid. iam ſupra indicauimus.

Car. Lud. Baueri Exercitatio de lectione Thucydidis, optima interpretandi diſciplina. Lipſiae, 1753. 4. — Idem in Philologia Thucydideo-Paulina, Halae, 1773. 8. comparat orationes Thucydidis.

De arte interpretandi atque de notatione Thucydidis ſcribendique genere intelligenter diſputat, et locis quibusdam vitioſis ſcienter medetur *Io. Dau. Heilmannus* in: Kritiſche Gedanken von dem Character und der Schreibart des Thucydides. Lemgou. 1758. 4. rec. in Opuſcul. eius ab Ern. Iac. Danouio editorum vol. II. (Ien. 1778. 8.) pag. 89 ſqq.

Multa in contextu noſtri acute, interdum audacter, corrigit *Io. Iacob. Reiske* in Animadverſſ. ad graecos auctores, vol. III. Lipſiae, 1761. 8. pag. 1 ſqq.

Thucydides editionis Bipontinae illuſtratus ac emendatus a *Io. Hyacintho Kiſtemaker*, pars I. complectens IV. libr. priores. Monaſterii, 1791. 8.

Petri Herrei Obſeruationes ad Thucydidem, Xenophontem, Arrianum etc. inter Eiusdem Obſeruatt. critic. in ſcriptores quosdam graecos hiſtoricos, Leouardiae et Harlingae. 1736. 8. pag. 391 — 513.

Victoris Fauſti, Veneti, notas, in Thucydidem ineditas, memorat Franciſcus Grauerol ad Epiſt. Petri Bunelli.

Pelloutier in Hiſtoire des Celtes tom. I. lib. I. cap. 11. locum Thucyd. lib. VI. cap. 2. de origine Siciliae et Siculorum docte et copioſe examinat et illuſtrat. — *Schlegel* de dialogo Athenienſium legatorum et Melioſiorum, qui imperium illorum detrectarunt, ſcripſit apologiam Thucydidis contra vituperationes Dionyſii Halicarn., in Neuen deutſchen Muſeum, menſe Febr. 1790. part. II. pag. 153 ſqq.

Auger in Harangues tirées d'Herodote, de Thucydide, des Hiſt. grecques du Xenophon — traduites Paris, 1788. mai 8. tom. II. ſubiunxit adnotationes, ad emendationem et interpretationem nonnullorum Thucydideorum locorum pertinentes. In diſcours prelimin. agit de ratione hiſtoriae conſcribendae ad exemplum Thucydidis et hunc defendit a criminatione Dionyſii Halic. Locus Thucyd. de obſidione Sphacteriae integer verſus eſt inſtar ſpeciminis, quomodo Thucydides narrauerit.

Aug. Matthiae Obſeruationes in Thucydidis librum primum; in Magazin für öffentliche Schulen und Schullehrer, vol. I. part. II. Bremae, 1790. pag. 425 ſq. *Harl.*]

XIV. Sed

XIV. Sed de Thucydide priusquam dicere deſino, en tibi ſynopſin vitae eius chronologicam, ex mente praeſtantiſſimi Dodwelli.

Ante Chriſtum	Olympiad.	
471	77 $\frac{1}{2}$	natus Thucydides.
456	$\frac{80}{81}$ $\frac{4}{1}$	anno aetatis XV. audiit Herodotum, hiſtorias ſuas in Olympiis recitantem.
454	81 $\frac{2}{3}$	— — XVII. primum militiae illius tirocinium.
452	$\frac{81}{82}$ $\frac{4}{1}$	— — XIX. primae illius militiae ἐν Περιπόλοις finis.
444	$\frac{83}{84}$ $\frac{4}{1}$	— — XXVII. miſſus in coloniam Thuriorum in Italiam.
441	84 $\frac{3}{4}$	— — XXX. Coloniae Thurior. IV. rr) Oſtraciſmus Thucydidis ſi quis forte. Vide Dodwelli Apparatum §. 21.
431	87 $\frac{1}{2}$	— — XL. Inde in patria vsque ad exſilium. Et initium belli peloponneſiaci.
424	$\frac{88}{89}$ $\frac{4}{1}$	— — XLVII. ςρατηγία Thucydidis Amphipolitana coepta ineunte Hecatombaeone.
423	89 $\frac{1}{2}$	— — XLVIII. ςρατηγίας abdicatio, menſe Scirophorione exeunte: et exſilii initium.
414	91 $\frac{2}{3}$	— — LVII. Moritur Perdiccas, et ſuccedit in regno Macedoniae Archelaus.
411	92 $\frac{1}{2}$	— — LX. Finis ἡλικίας ςρατεύσιμα Thucydidis, ſiue aetatis ad militiam idoneae.
403	94 $\frac{1}{2}$	— — LXVIII. Reſtitutus patriae Thucydides poſt annum exſilii vigeſimum, et finito bello peloponneſiaco. Tum demum, iudice Dodwello, hiſtoriae ſcribendae incubuit.
399	95 $\frac{1}{2}$	— — LXXII. Mortuus Archelaus, Macedoniae rex, poſt cuius mortem Thucydides inclaruit.
395	96 $\frac{1}{2}$	— — LXXVI. Eruptio tertia Aetnae, cuius meminit Thucydides lib. III. cap. 116.
391	97 $\frac{1}{2}$	— — LXXX. quem ſuperauit, mortuus eſt in Thracia. Iam erat in Scillunte Xenophon, ſcripſitque libros de expeditione Cyri, libros Thucydidis, filiorum eius opera nactus ante Olympiadem $\frac{103}{104}$, $\frac{4}{1}$. [P]

 XV. Scriptores,

pp) Oſtraciſmus iubebat exeſſe vrbe per annos decem Plutarch. Pericle pag. 157. Idem docet in Nicia et Ariſtide, quemadmodum et Nepos in Ariſtide et Cimone: licet *Diodorus Siculus* tom. II. lib. XI. pag. 41. adfirmet, tantum per πενταετῆ χρόνον duraſſe illud genus exſilii, oſtraciſmum Atheníenſium fortaſſe confundens cum Syracuſanorum Petaliſmo, qui per quinque annos a patria removebat, vt docet idem Diodorus pag. 65.

XV. Scriptores, in Scholiis graecis ad Thucydidem citati, hi ſunt:

Aeſopus p. 266. edit. Hudſon. n. 8.
Antyllus 203. 7. 227. 17. 232. 5.
Ariſtoteles *ἐν τοῖς ἠθικοῖς* 174. 15.
Aſclepius 32. 2.
Callimachus 99. 5.
Cratinus *ἐν Χείρωνι* 513. 1.
Demoſthenes 20. 17. 43, 13.
Dionyſius Periegetes 134. 8.
Auctor epigrammatis in Orſippum Megarenſem 4. 12.
Eupolis 291. 6.
Euripides 7, 3. 167, 7.
  in Medea 365. 12.
Herodes 96. 10.
Herodotus 5, 4. 9 1. 12. 21. 13, 10. 12. 41, 13. 70, 2. 89, 9. 144, 7. 8.
Hippocrates 111. 18.
Homerus ſaepiuſcule.
Lycophron 7, 3. 55, 1.
Orus, grammaticus 96, 10. 291, 6.
Pauſanias *ἐν τῇ διαπεποιημένῃ αὐτῷ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ* 364, 7.
Phoebammon, rhetor 30, 11.
Sophocles 290, 10.
Theognis *ὁ ποιήσας τὰς ὑποθήκας* 109, 4.
Theologus (Gregorius Naz.) 167, 1.
Xenophontis *ἀναβάσεις* 122, 8.

In vita Thucydidis, a Marcellino ſcripta, laudantur

Aeſchylus p. 2. edit. Hudſon.
Agatho 5.
Androtion *ἐν τῇ Ἀτθίδι* 5.
Antyllus 4. et 6.
Aſclepius 9.
Choeridius (forſan Choerilus vt clariſſ. Hudſonus ſuſpicatur, cui hunc indicem debes) 5.
Cratippus 5.
Demetrius *ἐν τοῖς Ἄρχουσιν* 5.
Demoſthenes 1. et 9.
Didymus 1. et 3. et 5.
Gorgias Leontinus 6. et 8.
Hellanicus *ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσωπίδι* 2.
Hermippus 3.
Herodotus 2. et 6. et 8.
Homerus 5.
Melanippides 5.
Niceratus, poeta epicus ibid.
Pherecydes *ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν* 1.
Philiſtus 4.
Pindarus 5.
Plato, poeta comicus ibid.
Polemon *ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως* 3. et 5.
Praxiphanes 5.
  ἐν τῷ περὶ ἱστορίας 5.
Prodicus Ceius 6.
Theopompus 7.
Timaeus 4. et 5.
Xenophon 4. et 6. et 7.
Zopyrus 5. [?]

XVI. CTESIAS, Cteſiochi filius qq), ex familia Aſclepiadarum, patria Cnido, Cariae vrbe, medicus Artaxerxis Mnemonis, per XVII. annos in honore ab eo habitus, a Salmaſio

qq) *Tzetzes* Chil. I. hiſt. 1. et *Suidas*, [*Eudociae* p. [illegible], vbi dicitur Cteſiarchi aut Cteſiochi filius, *Plutarch.* Artaxerxe p. 1012. 1014. *Lucian.* de ſcribenda Hiſtoria tom. I p. [illegible] [cap. [illegible] p. 71. tom. II. edit. Reitzii, vbi Lucian. ait, Cteſiam ea, quae de Indis ſcripſerit, neque vidiſſe, neque fando accepiſſe, [illegible] cap. 39. p. 52. tom. II. atque Geſner.]

maſio rr) perperam traditur fuiſſe aequalis Herodoto, cum iuniorem fuiſſe clariſſimis argumentis conſtet ss). Mihi hoc loco ſufficiet ſcripta eius tantum commemorare, idque tanto breuius, quod exceptis paucis fragmentis et excerptis Henrici Stephani tt), Andreae Schotti, Gothofredi Iungermanni [et Weſſelingii] induſtria collectis, et Photii Bibliothecae interſeri, vel Herodoto ſubnecti ſolitis, nullum eorum ad nos peruenit, ſed ad vnum omnia interciderunt. Fuerunt autem haec:

ΠΕΡΣΙΚΩ͂Ν βιβλία κγ΄. *Hiſtoriae de rebus Perſarum* libri XXIII. in quo opere dicauerat ſex primores libros deſcribendis rebus Aſſyriacis uu) aliisque, quae Perſica antecesſerunt, facto a Nino et Semiramide initio. A ſeptimo autem libro ad poſtremum vsque hiſtoriam Perſicam perſecutus eſt a Cyro et Cambyſe regibus, ad annum 3. Olymp. XCIII. vv) ſiue annum Artaxerxis Mnemonis octauum, ante Chriſtum natum CCCXCVI. vſus, [vt ipſe quidem iactitauit,] arcanis annalibus, quos in membranis ww) deſcribi ſibi curauerant reges Perſarum. Perſpicuitatem ſuauitatemque Cteſiae, dialecto Ionica xx) vſi, mire praedicant *Demetrius*

 metrius

rr) *Salmaſius* ad Solin. pag. 871. edit. Vltraiect. b. G. e loco Diodori Sic. [II. cap. 32. pag. 146. vbi vid. Weſſeling.] perperam accepto.

ss) Ea vide, ſi lubet, apud *Voſſium* de Hiſt. Gr. lib. I. cap. 5. [et *Saxii* Onomaſt. I. pag. 59.]

tt) *H. Stephanus* Photii excerpta ex Cteſiae Perſicis et Indicis graece primus vulgauit an. 1557. 8. [Habeo exemplum inſcriptum: Ἐκ τῶν Μέμνονος — — *Ex Memnone excerptae hiſtoriae, de tyrannis Heracleae ponticae. Ex Cteſia et Agatharchide excerptae hiſtoriae. Omnia non ſolum graece, ſed et latine, partim ex Henrici Stephani, partim ex Laur. Rhodomanni interpretatione. Cum acceſſione ad ea, quae prius ex illis hiſtoriis excerpta fuerant.* Anno M.D.LXXXXIIII. gr. (1594.) Excudebat Henr. Stephanus. 8. Inſunt quoque, (p. 120 — 228.) *Appiani* lib. Ἀννιβαϊκὴ et Ἰβηρικὴ cum Stephani caſtigationibus vsque ad p. 248. tum p. 249 ſqq. acceſſio ex aliquot ſcriptorum locis: duae *Chionis* epiſtolae et alia, quae ad Clearchum, Agatharchidem et Cteſiam pertinent. Separatim edita eſt latina verſio, huius ſententiae: *Ex Memnone et aliis excerptae hiſtoriae, de tyrannis Heracleae ponticae. Ex Cteſia et Agatharchide excerptae hiſtoriae. Omnia cum recenti acceſſione, graece: nec non latine, partim ex H. Stephani, partim ex Laur. Rhodom. interpretatione.* Anno 1594. Excud. H. Stephanus. 8. Epiſtolae *Chionis* et quaedam alia ſub finem gr. contextus carent verſione latina. Exemplar verſionis tantum latinae, huius anni, fuit in biblioth. Bünauiana; vid. Catalog. I. p. 105.] deinde eadem ſuis Herodoti editionibus latine a ſe translata et disquiſitione de Cteſia aliisque nonnullis aucta adiunxit. [vid. ſupra pag. 338.] Hinc [*Hoeſchelius* gr. cum notis ſuis, in Photii biblioth. p. 52 ſq. Aug. Vind. 1601. fol. et gr. ac lat. cum ſcholiis] *Andreas Schottus* in ſua Photii verſione poſt cod. LXXII. p. 106 ſq. Cteſiae fragmenta ſubnexuit. Idem diligentiſſime fecerunt in ſuis Herodoti editionibus *Gothofredus Iungermannus*, quam ſecutus eſt *Tho. Galeus*, [et Iac. Gronou. denique Weſſeling. cum notis auctisque fragmentis, teſtimoniis ac iudiciis de Cteſia antiquis, et aliis acceſſionibus. Repetiit *Borheck* vol. II. edit. Herodoti, Lemg. 1781.] In *Allatii* apibus vrbanis p. 187. legas, etiam M. Antonium Petilium excerpta ex Cteſiae Perſicis et Indicis latine vertiſſe. De Cteſiae ſcriptis egit praeterea *Io. Meurſius* in Cypro lib. II. cap. 29. et ad *Apollonii Dyſcoli* Hiſtoriam commentitiam p. 120. *Iohannes Harduinus* fragmenta, quae exſtant, ſuppoſita Cteſiae eſſe, coniicit, in Chronologia V. T. p. 91. Sed ſollemne viro illi erudito παραδοξολογεῖν.

uu) Hinc *Strabo* pag. 656. lib. XIV. adfirmat, Cteſiam ſcripſiſſe Ἀσσυριακὰ et Περσικά. Illis primoribus libris diligenter vſus eſt Diodorus Siculus, libro praeſertim ſecundo.

vv) *Diodorus* lib. XIV. cap. 47. pag. 421. [pag. 679. edit. Weſſeling.]

ww) *Diodorus* lib. II. pag. 84. [tom. I. p. 146. edit. Weſſeling. cuius not. videbis.]

xx) Salmaſius de dialecto, qua vſus eſt, ionica, videndus p. 29. de Helleniſtica, et p. 41. vbi Cteſiam gente doricum obſeruat, perinde vt Hippocratem et Herodotum.

metrius lib. de elocutione, §. 218. 221. *Dionyſius Halicarnaſſeus*, et *Photius*. In rebus ipſis Herodoto ſaepe, interdum etiam Xenophonti [yy]) contradixit, obſeruante [P] *Photio* cod. LXXII. quo excerpta ex illo opere Cteſiae nobis ſeruauit. Fabuloſus, vanus fideque indignus ſcriptor viſus iam olim eſt quam plurimis, Straboni, Plutarcho in Artaxerxis vita, aliisque. Inter recentiores idem contendunt Ioſephus Scaliger, et, praeter innumeros alios *Hermannus Conringius* in aduerſariis chronologicis de Aſiae et Aegypti antiquiſſimis dynaſtiis, [cap. 7. p. 161. in Syntagmate variarum diſſertatt. a I. Georgio Graeuio editarum, Vltraiecti, 1702. 4.] qui non tantum in narrationibus ceteris, ſed praecipue in Perſicis, (in quo ſolo argumento aliquid ei tribuunt veteres [zz]) plerique, et recentiores,) parum fidei mereri Cteſiam, diſputat, quod facit etiam *Bernardus de Montfaucon* libro de veritate hiſtoriae Iudith, p. 12. ſq. et *Taunaeus* notis ad Demoſth. p. 171. item *Goujetus* in diſſ. inſerta continuationi Memoriarum litterariarum *Salengrii* tom. I. part. I. nr. VIII. p. 121 ſqq. et contra Herodotum pro Cteſia part. II. p. 349 ſqq. 364 ſqq. Journ. des Scav. 1726. Oct. p. 235. Cteſiae fidem frangit *Christoph. Cellarius* in Cteſiae hypotheſibus ſuſpectis de principio regnorum et hiſtoriarum, Halae Sax. 1694. rec. 1703. [in diſſ. academicis, a Io. Georgio Walchio iunctim editis, Lipſ. 1712. pag. 54 — 70.] *Iac. Arrhenius* in diſſ. de Monarchia Aſſyriorum Cteſiana. Vpſal. 1705. 8. Inter paucos tamen Cteſiae fidem adſerere adniſus eſt *Vlricus Huberus* in diſſertatione de temporibus ante Cyrum, quae exſtat in hiſtoria eius ciuili non procul ab initio. Nec non Freretus, Bibl. françoiſe, a. 1726. Sept. p. 138 ſqq. *Sam. Schuckford.* in Connex. vet. teſt. cum ſcriptor. profan. tom. II. p. 19. Journ. liter. tom. 15. p. 4. *Fabric.* Sed *Schuckford.* libro VII. vol. I. p. 553 ſq. verſion. germ. Dresdae, 1726. 4. minus fauere videtur narrationibus Cteſiae: cuius tamen partes interdum ſequitur *Des Vignoles* Chronol. tom. II. p. 169. Praeferunt ei Herodotum *Iac. Vſſerius* in annal. V. T. ad A. M. 2737. *I. G. Walch.* in exercitt. hiſtor. de fabuloſa hiſtor. Semiramidis, Lipſiae, 1713. rec. in Parergis academ. p. 27 ſqq. vbi de Cteſia eiusque mala fide hiſtorica quaedam habet. *L. E. du Pin* biblioth. univerſ. des hiſtoriens pag. 209 ſqq. Multo tamen plura collegit, examinauit et plurium, tam veterum, quam recentiorum iudicia diuerſa propoſuit *Io. Georg. Walther.* in Animaduerſſ. hiſtoricis et criticis, Weiſſenfelſae, 1748. 8. in commentat. hiſtorica, qua Herodoti et Cteſiae ſententiae de magnitudine atque antiquitate imperii aſſyriaci et medici coniunguntur, p. 75 — 112. de aetate Cteſiae p. 69 ſq. et contra Weſſelingii Addenda ad tom. I. Diodori Sic. modeſte docteque diſputans, p. 367 ſqq. in Addendis: idem *Walther.* ibidem p. 122 ſqq. in commentat. de veterum recentiorumque hiſtoricorum inuidentia iudicandi libidine et nimio rerum mirabilium amore. *Iac. de Rhoer* in Feriis Dauentrienſibus, Traiecti ad Rhen. 1758. 8. libro II. cap. 1. pag. 137 ſqq.

contra

yy) Xenophon Cteſiae Perſicam Hiſtoriam legit, antequam ſuam ſcriberet: nam libro I. de expeditione Cyri pag. 157. memorans vulneratum a Cyro Artaxerxem fratrem, Cteſiam auctorem laudat, et vulnus ab illo curatum eſſe, ipſo auctore refert: addit etiam, Cteſiam, vtpote regi praeſentem, tradidiſſe, quot tum temporis circa regem ceciderint.

zz) *Diodorus Sicul.* [lib. II. cap. 2. pag. 114. tom. I. Weſſeling. cuius not. vide p. 115, 8.] Iuſtinus etc. Hinc *Iſ. Voſſius* lib. de LXX. interpretibus pag. 334. *Cteſiae auctoritati in Perſicis plurimum tribuunt veteres, cum tamen in ceteris fuerit mendaciſſimus.* Perſicarum rerum bonum auctorem inprimis Cteſiam vocat *Barnabas Briſſonius* lib. I. de regno Perſar. Epitomen Perſicorum, (nobiliſſimi ex Cteſiae ſcriptis,) concinnaſſe videtur *Pamphila*, foemina Epidauria: Suidas enim inter eius ſcripta memorat Ἐπιτομὴν τῶν Κτησίου ἐν βιβλίοις γ′.

contra Huberum alioſque diſputans atque *Herodotum* I. cap. 95. (vbi Weſſeling. laudat *Schroeerum* in Orig. Aſſyr. ſect. IV. 5 ſqq. et *Leon. Offerhaus* Spicileg. hiſt. chronolog. pag. 145) copioſe explicans, ita contendit illum cum Cteſiae narratione, vt ſtudeat vtrumque in concordiam reducere, Cteſiae manibus ſuum honorem aliquo modo reſtituere, atque euincere, Herodotum imperium Aſſyriorum non coercere intra quingentos annos, Medos denique non fuiſſe ſubditos, ſed ſocios Babyloniorum. Compara *Waltherum*, qui loco citato p. 103 ſqq. aliam ingreſſus eſt viam. adde *De Bougainville*, qui Herodoti et Cteſiae narrationes de monarchia Medorum conciliare ſtuduit in Mem. de Litterat. — I. et B. L. tom. XXIII. p. 1 ſqq. et *Abbé Gedoyn* Hiſtoire des Perſes, écrite par Cteſias ſuivant l'Extrait, que Photius nous en a laiſſé, in iisdem Mem. tom. XIV. p. 247 — 279. Adde ſupra de Herodoto obſeruata, lib. II. cap. 20. §. III. pag. 331 ſq. *Harl.*

ἸΝΔΙΚΩ͂Ν βιβλίον ἕν. *De rebus Indicis* liber vnus, cuius excerpta leguntur in *Photii* biblioth. cod. LXXIII. Reſpicit *Plinius*, Cteſiam laudans, VII. 2. hiſt. nat. In hoc potiſſimum opere lectorum credulitate abuſus eſt et fidem decoxit Cteſias, vnde *Ariſtotel.* lib. VIII. hiſt. animal. cap. 28. citatis eius Indicis, viſus fuit indignus, cui crederetur: ὥς φησι Κτησίας ἐκ ὢν ἀξιόπιστος. Fidem illi quoque detrahit *Arrian.* in Indicis p. 513. Et *Antigonus Caryſtius* in hiſtoriis admirandis [cap. 16. p. 27. edit. Beckmanni, Lipſ. 1791. 4] negat, ſe ex Cteſia quicquam prolaturum, διὰ τὸ πολλὰ ψεύδεσθαι αὐτόν. Vide et *Ariſtotelem* II. 2. de generat. animal. *Lucianum* de vera Hiſtoria lib. I. tom. I. pag. 640 ſq. et lib. II. pag. 683. *Aeneam Gazaeum* in Theophraſto p. 23. edit. Barthii, *Aelianum* Hiſt. animal. etc.

ΠΕΡῚ ὈΡΩ͂Ν. *De montibus* libri, quorum primum laudat Scholiaſtes Apollonii ad lib. II. agens de ſacro monte, etſi ibi legitur Κτησίας ἐν πρώτῳ περιόδων, ſed περὶ ὀρῶν legendum, recte monuit *Ioh. Meurſius* in Cypro lib. II. cap. 29. et in bibl. Graeca. Librum ſecundum adducit Plutarchus de fluminibus et montibus, vbi agit de monte Theutrante pag. 1161. καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἐν β΄. περὶ ὀρῶν. Et Schol. Apollonii ad lib. II. agens de montibus Colchorum Amarantis et *Ioh. Stobaeus* ſerm. 98. περὶ νόσου. [*]

ΠΕΡΊΠΛΟΙ, quorum primum memorat Stephanus Byz. in Σίγυνος. Periplum Aſiae Harpocration in Σκιάποδες, et Suidas eadem voce. Cteſiam τρίτῃ περιηγήσεως laudat idem Stephanus in Κοσύτη.

ΠΕΡῚ ΤΩ͂Ν ΚΑΤᾺ ΤῊΝ ἈΣΊΑΝ ΦΌΡΩΝ. *De tributis Aſiae* opus laudatum *Athenaeo* lib. X. p. 442. Librum tertium illius operis memorat idem *Athenaeus* lib. II. pag. 67.

ΠΕΡῚ ΠΟΤΑΜΩ͂Ν. *De fluuiis* libri, quorum ſecundus citatur a *Plutarcho* de fluminibus p. 1160. vbi de Alpheo. Sane Cteſiam ſimpliciter laudat Plutarchus, non Cteſiam Epheſium, cui libros de fluminibus, neſcio qua de cauſa, tribuit *Mauſſacus* in notis pag. 81. notatus a Voſſio de Hiſt. Gr. pag. 349. Quamuis Cteſiam Epheſium ἐν πρώτῳ Περσηΐδος libro primo Perſeidis, ſiue de Perſeo illo, qui Meduſam interfecit, memorat idem *Plutarchus* pag. 1161. Citatur Cteſias etiam ab *Eratoſthene* in Cataſteriſmis cap. 38. *Fabric.*

[Addi

[Addi poſſunt alii, licet diuerſae aetatis, hiſtorici.

ANDROTION, hiſtoricus incertae aetatis, ſcripſit atticam hiſtoriam. vid. *Marcellin.* in vita Thucydidis pag. XV. edit. Bipontin. tom. I. aliosque apud *Voſſium* de hiſtor. gr. cap. III. pag. 322. vbi plures hiſtorici antiquiores incertae aetatis enumerantur.

DAMOCRITVS, hiſtoricus, ſerioris quidem aeui, ſcripſit Tacticorum libros II. item de Iudaeis, hiſtoriam aethiopicam aliaque teſtibus *Suida* h. v. tom. I. pag. 507. et *Eudocia* pag. 128. vbi et per reliqua litterarum elementa plures hiſtorici nominantur, ſuo quisque loco et ordine.

NYMPHODORVS, Syracuſanus, hiſtoricus vetuſtiſſimus incertae aetatis, auctor fuit libri de Aſiae praeternauigatione, ſiue de Aſiae circumnauigatione; tum de Siciliae mirandis: etiam de mirabilibus Sardiniae ſcripſiſſe putatur. Diuerſus a *Nymphodoro* Amphipolite, quem de machinationibus apud *Vitruuium* praefat. lib. VII. libr. confeciſſe alii exiſtimant, et qui libros compoſuit de Aſiaticorum legibus ac ritibus. Differt quoque a *Nymphodoro*, medico, de quo vide infra in Elencho medicorum veterum vol. XIII. pag. 351 ſq. De prioribus duobus ègit vberius *Voſſius* de hiſtor. graecis, libr. III. pag. 393 ſq. de Syracuſano autem adi quoque *Mongitorem* in Biblioth. Sicula, tom. II. pag. 104 ſq.

PSAON, Plataeenſis, circa tempora Agathoclis, qui *Diylli*, Athenienſis, (vid. ſupra pag. 355. *Weſſeling.* ad Diodor. Sicul. XVI. 14. pag. 93. tom. II. *Caſaubon.* ad Diogenem Laert. V. 76.) hiſtoriam continuauit, libris XXX. teſte *Diodoro Sicul.* lib. XXI. 5. tom. II. pag. 490. Weſſelingii. Nomen eius ſaepe corruptum et *Saon* exaratum fuit, quod decepit *Voſſium* de hiſtor. graec. lib. III. pag. 410. In Plinio quoque vitiatum reſtituit *Reineſ.* lib. II. var. lect. cap. 6. pag. 159. Idem nomen *Dionyſio Halic.* de collocat. verborum pag. 5. (pag. 40. edit. Vpton. vbi male adhuc legitur Σαῶνα. ſed in edit. Reisk. vol. V. Oper. pag. 30. recte editum eſt Ψάωνα,) reddiderunt *Ionſius* de ſcript. hiſt. philoſ. I. cap. 2. et *Valeſ.* emendation. libr. III. cap. 14. pag. 96. vbi et in addendis p. 228. de eo egit, et plures viros doctos laudauit Burmannus II. atque *Ruhnken.* in hiſt. crit. orat. gr. pag. 62. Ψάωνα pro Πλάτωνα corrigit apud *Dionyſ. Halic.* in Dinarcho pag. 115.

THRASYALCES, num hiſtoricis quoque iure poſſit accenſeri, et quando vixerit, equidem neſcio. Antiquiſſimus fuiſſe videtur ſcriptor, hiſtoricus forſan; phyſicus quidem; cuius tamen mentionem per hanc occaſionem iniicere volui, quoniam certe Ariſtotele fuit antiquior. Meminit eius *Strabo* lib. I. pag 51. et XVII. pag. 1139. edit Almel. vbi quidem ex Hopperi verſione editum legitur, ἐκεῖνοι (n. Ariſtotelem ſumſiſſe) παρὰ Θρασυάλκε τοῦ Θασίου (τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἷς οὗτος.) — Alii antiqui hiſtorici infra, lib. III. cap. 8. de Alexandro M. excitabuntur. *Harl.*]

CAPVT

CAPVT XXVI

DE DECEM ORATORVM VETERVM ATTICORVM SCRIPTIS EDITIS AC DEPERDITIS, ET DE ALIIS NONNVLLIS ANTIQVIORIBVS ORATORIBVS GRAECIS, QVORVM SCRIPTA VEL OMNIA VEL PLERAQVE INTERCIDERVNT.

I. *Scripta deperdita de rhetoribus priſcis graecis. Decem rhetores antiqui celebriores, tum obiter de Maeſtreo, Pericle et aliis antiquiſſimis oratoribus atticis.* II. *De Antiphonte, et illius orationibus editis ac deperditis, earumque quae exſtant editionibus.* III. *De Andocide.* IV. *De Lyſia, ubi ſimul de Cephalo, eius patre, itidem oratore, et Alcidamante.* V. *De Iſocrate, eiusque diſcipulis, et de eius praeceptore, Gorgia.* VI. *De Iſaeo.* VII. *Lycurgo.* VIII. *Demoſthene.* IX. *Aeſchine.* X. *Hyperide.* XI. *ac Dinarcho, ſingulorumque horum orationibus editis ac deperditis, et aliis quibusdam oratoribus.* [P]

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

Claudam hunc librum ſecundum recenſione Oratorum graecorum: quod facturus, doleo perditis pridem πίναξι Περγαμηνοῖς *Cratetis* et *Ariſtarchi*, grammaticorum, et *Callimachi* πίναξι ῥητορικοῖς, Dionyſio Halicarnaſſ. laudatis, tum *Heronis*, Athenienſis, libro περὶ ἀρχαίων ῥητόρων καὶ τῶν λόγων, ὧν ἐνίκησαν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι, de quo Suidas; [atque *Theopompi* excurſu, quem, teſte *Athenaeo*, IV. pag. 166. D. in decimo hiſtoriae philippicae περὶ τῶν Ἀθήνῃσι δημαγωγῶν fecerat], interruptos fatisque interceptos etiam conatus Viri praeſtantiſſimi (*Gulielmi Canteri*, a) qui libro VIII. novar. lect. cap. 4. promiſit, ſe decem oratorum omnes orationes, quarum pars magna periit, enumeraturum, et ſimul ſcriptorum, quae interciderunt, aliquot fragmenta collecturum. Decem oratores. (ἡ Ἀττικὴ δεκὰς *Luciano* in Scytha tom. I. pag. 598. [ſ. tom. I. pag. 870. ed. Reitz. vbi v. interpret.]) ſecundum tempora, quibus claruerunt, hoc ordine collocandi videntur: *Antiphon*, *Andocides*, *Lyſias*, *Iſocrates*, *Iſaeus*, *Lycurgus*, *Demoſthenes*, *Aeſchines*, *Hyperides* et *Dinarchus*. [Ita quoque collocati ſunt in collectione diuerſorum interpretum in Aphthonii progymnaſmata, in *Montfaucon.* bibl. Coislin. pag 593. niſi vt Lycurgus poſt Aeſchinem poneretur: ſed pag. 597. nominantur *rhetores nouem*, *Demoſthenes, Lyſias, Hyperides, Iſocrates, Aeſchines, Lycurgus, Iſaeus, Antiphon, Andocides.* *Taylor.* in vita Lyſiae, initio, pag. 101 ſq. poſt Iſaeum ponit Aeſchinem etc.] Memorat etiam Suidas in Ἀντίπατρος decem oratores, Antipatro Macedoni traditos ab Athenienſibus, Olymp. CXIV. 2. atque inter hos ex prioribus tres, *Demoſthenem*, *Hyperidem*, *Lycurgum*, quibus addit *Polyeuctum*, *Ephialten*, *Thraſybulum*, *Charetem*, *Charidemum*, *Diotimum* et *Patroclem*. Nomen vndecimum Caſſandri, quod ibidem alieno loco occurrit, filium Antipatri denotat, neque quicquam cum oratoribus commune

a) Idem *Canterus* in nouis Lectionibus ſuis et in libro de ratione emendandi graecos auctores, (quem a Grutero tom. III. Lampadis artium lectionibus eiusdem non ſubiunctum miror,) paſſim emendat atque explicat loca oratorum graecorum complura: quibus illuſtrandis faciunt etiam, quae ad Harpocrationis Lexicon adnotarunt viri docti, Valeſius praecipue ac Mauſſacus. De Harpocratione ipſo et aliis Lexicis rhetoricis dictum infra lib. IV.

mune habet. Video et, praeter has τῶν δέκα ῥητόρων τὰς Μακεδόσιν ἀνθωπλισμένας γλώτ-τας, vt vocat *Lucianus* in amoribus tom. I. pag. 875. [ſ. tom. II. pag 430. Reitz.] alios decem iuniores rhetores Atticos memorari ab eodem Suida in Νικόϛρατος, ex quibus fuere: *Nicoſtratus*, *Dio Chryſoſtomus*, *Polemo*, Aelii Ariſtidae magiſter, *Ariſtides* ipſe, *alter Polemo*, qui ſub Commodo vixit, *Herodes* Atticus, et *Aeſchines*, Strabonis aequalis. [Adde *Olearium* ad Philoſtrat. de vitis ſophiſtarum, cap. 14. de Herode attico, pag. 564. *Leontius*, ſcholaſticus, in epigrammate Anthol. lib. III. pag. 412. vocat, obſeruante Oleario, Chiridium rhetorem, Εἰκόνα ῥητήρων τῆς ΠΡΟΤΕΡΗΣ δεκάδος. — De quibusdam graecis oratoribus ac rhetoribus docte copioſeque egit *Frider. Gotthilf. Freytag.* in libello, ad quem saepius ablegabo lectores:

Oratorum et rhetorum graecorum, quibus ſtatuae honoris cauſſa poſitae fuerunt, decas, edita a Fr. G. Freytag, I. C. Lipſiae, 1752. 8.

Inprimis commendanda eſt:

Dauidis Ruhnkenii hiſtoria critica oratorum graecorum,

praemiſſa illius editioni *P. Rutilii Lupi de figuris ſententiarum et elocutionis* libr. II. — Lugduni Bat. 1768. 8. rec. in *Reiskii* oratt. gr. vol. VIII. quem librum, iuſtum veluti commentarium in *Ciceronem* in Bruto 7 ſqq. et de Orat. II. 22. 23. ſatis cognitum, quum in manibus plurimorum, qui has litteras amant, eſſe putem, non compilabo, paucis tantum ex illo excerptis, quae ad augendam emendandamue Fabricii noſtri bibliothecam, rhetorumque veterum notitiam, praecipue ad ea, quae olim in nota *b* ad §. II. ſequentem ſcripta erant, et ego huc reduxi, facerent amplificanda. Neque pauca, quae ſcitu vtilia neceſſariaue videantur, ipſe addam. Ante Antiphontem igitur plures alii oratores fuerunt, quos aliosque, qui paullo poſt floruerunt, paucis recenſebo.

MENESTHEVS, qui contra Theſeum dixit. vide *Libanium* tom. II. pag. 480. inprimis *Plutarch.* vit. parall. Theſeus cap. 32. et 33. vol. I. Reisk. pag. 66 ſqq. pag. 73. Sed illum, vti THEMISTOCLEM et CIMONEM, (quem *Plutarchus* in vita Demoſth. pag. 852. B. oratoribus adnumerat,) nihil litterarum monumentis mandaſſe conſtat.

Primus, qui orationes ſcriptas habuit, fuit PERICLES, teſte *Cicerone* II. de orat. cap. 22. ſect. 93 et *Suida* Περικλ. et ex eo *Eudocia*, pag. 353. *Gorgiae* diſciplina vſus eſt: vide *Spaan.* diſſ. de Antiphonte, pag. 798 ſq. in Reiskii vol. II. orator. graecor. Idem *Cicero* in Bruto cap. 7. *ante Periclem, cuius ſcripta quaedam feruntur, et Thucydidem — — littera nulla eſt, quae quidem ornatum aliquem habeat, et oratoris eſſe videatur.* Sed parum dignae Periclis fama viſae ſunt *Quinctiliano* III. Inſtitt. cap. 1. pag. 214. ed. Burm. *Equidem*, ait Quinctilianus, *non reperio quidquam tanta eloquentiae fama dignum: ideoque minus miror, eſſe, qui nihil ab eo ſcriptum putent: haec autem, quae feruntur, ab aliis eſſe compoſita.* Idem lib. XII. cap. 10. §. 65. laudat vim ornandi in Pericle, ſed cap. 2. 22. et cap. 10. nr. 49. repetit, Periclem nihil poſteritati manſurisque literis reliquiſſe: nec vlla eloquentiae illius monumenta ad Quinct. tempora veniſſe eſt credibile. Et tamen a *Platone* in Phaedr. pag. 354. πάντων τελεώτατος εἰς τὴν ῥητορικὴν iudicatus eſt: in cuius labris veteres comici, etiam quum illi maledicerent, leporem habitaſſe dixerunt, tantamque in eo vim fuiſſe, vt in eorum mentibus, qui audiſſent, quaſi aculeos quosdam relinqueret, prodente *Cicerone* de Orat. III. cap. 34.

(adde

(adde *Quinctil.* I. O. X. 1. 82. *Plin.* I. ep. 20. pag. 78. ibique interprr. ed. Cort.) Immo vero *fulgere, tonare, permiſcere Graeciam dictus eſt*, teſte *Cicerone*, in oratore cap. IX. coll. *Ariſtophane* in Acharn. II. ſc. V. v. 530. Adde *Quinctilian.* I. O. lib. II. cap. 15. fin. ibique notas Almelou. ac Burmanni pag. 190. *Himer.* Orat. V. 11. pag. 490. orat. XXIII. 4. pag. 772. ibique not. Wernsdorfii, Eclog. XXXVI. 8. pag. 310 ſq. Hinc [b]) *Olympius* eſt vocatus, v. *Plutarch.* vit. parall. Pericles, pag. 603. vbi quoque de maieſtate et magnitudine orationis Pericleae, atque in fin. pag. 670. tom. I. Reisk. *Athenaeum* XIII. 6. pag. 589. *Diodor. Sic.* XIII. 98. pag. 621. vbi v. not. Weſſelingii. Quae eloquentiae virtutes quum deeſſent orationibus, quae ſub nomine Periclis circumferebantur, *Quinctilianus* has ſuppoſititias habuiſſe videtur. Atqui *Plutarchus* in vita Periclis I. pag. 604. Reisk. negat, ab eo quicquam ſcriptum eſſe relictum, praeter decreta: ἔγγραφον μὲν οὐδὲν ἀπολέλοιπε, πλὴν τῶν ψηφισμάτων: quamquam *Plutarch.* ex Periclis oratione quaedam profert in lib. de ſui laude pag. 540. 543 etc. Atque *Lucian.* in Demoſth. encomio cap. 20. tom. III. pag. 506. Reitz. teſtatur, ſe illius quidem fulgura ac tonitrua ac ſuadae illum aculeum *fama accepiſſe*, ſed ipſam ſuadam ſ. eloquentiam *non vidiſſe.* Denique *Sopater* prolegom. in Ariſtidem diſerte apud Ruhnken. pag. XXXIX. tradit, Themiſtoclem et Periclem nullas orationes litteris conſignaſſe. Neque enim Periclis Thucydidei oratio funebris, quam cum Platonis Menexeno ſeparatim edidit doctisque illuſtrauit animaduerſionibus *Gottleber.* Lipſ. 1782. 8. a Thucyd. plane conficta, neque ab ipſo Pericle ſic recitata, multo minus ſcripta fuit. v. *Gottleberi* diſquiſitionem pag. 67 — 72. orationi illi praemiſſam. Athenienſes autem eius memoriam poſitis ſtatuis conſeruare ſtuduerunt. Sed h. l. de Pericle oratore ſermo mihi tantummodo eſt. Praeter Plutarchum vero in vita illius, et paſſim in operibus, de Pericle plura ediſſerunt *Menckenii* in bibliotheca virorum, militia aeque ac ſcriptis illuſtrium, Lipſiae, 1734. 8. pag. 331 ſqq. *Freytag.* l. m. pag. 6 — 13. inprimis *Baelius* in Lexico vol. III. pag. 664. etc. qui etiam de atheiſmo, cuius arguitur, not. *C.* quaedam adnotauit, eumque ab illo crimine aeque, ac *Reimannus* in hiſtoria atheiſmi pag. 126 ſq. liberauit. Baylium autem omiſiſſe filium Periclis cognominem, de quo *Xenophon* M. S. lib. III. pag. 767 ſqq. animaduertit *Heumann.* in nota msta.

Pericli Cicero adiungit ALCIBIADEM (inter quatuor Alcibiades *Meurſio* VI. 12. attic. lection. obſeruatos celeberrimum, cuius imaginem exhibet *Gronouius*, tom. II. theſauri, tab. LXVII.) Multi ſcriptores illi laudem eloquentiae tribuunt; ſed ſcriptae eius orationes non videntur extitiſſe, quamquam Cicero et Pſeudo-Plutarchus de vitis X. orator. id adfirmant. *Demoſthenes* enim de eo in or. adu. Mid. pag. 139. καὶ λέγειν, ait, ἐδόκει πάντων, ὥς φασιν, εἶναι δεινότατος. Illius vero eloquentiam celebrant *Plutarch.* in Alcib. pag. 196. et in Nicia pag. 528. (quem *Niciam*, ait, primum indecoros geſtus in ſuggeſtum atticum inuexiſſe), *Himerius* apud Photium pag. 595. et aliquot locis in Himerii Eclogis ac declamationibus, a Wernsdorfio editis, e. g. ecl. XVII. 8. (vbi plura de eo teſtimonia coaceruat Wernsdorf. pag. 258 ſqq.) Orat. V. 12. — *Niciam* tamen, ſupparem Alcibiadi, ex oratorum catalogo, (apud *Fabr.* infra vol. IV. pag. 485.) eſſe expungendum, docet *Ruhnken.* pag. XL. De *Nicia*, Syracuſano, Lyſiae praeceptore, v. *Mongitor.* biblioth. Sic. tom. II. h. v. pag. 85.

b) Secundum alios quidem, minus recte, a potentia, quam domi militiaeque habuit.

THVCYDIDEM Cicero inter oratores refert, propter orationes, hiſtoriae intextas. Fabricium autem, quando cum *Simſone* in Chronol. ad a. 3534. non Olori filium, ſed Periclis aduerſarium, Mileſii F. Alopecenſem, (de quo *Plutarch.* pag. 158 ſ. tom. I. pag. 613. 611. ibique Xylander, etc. ed. Reisk.) intelligit, errare, docet *Ruhnken.* pag. XXXIX ſq. eo argumento, quod Thucydides, Mileſii filius, numquam fuerit in oratorum numerum relatus.

THERAMENES, Agnonis filius, Socratis et (ſecundum *Suidam*, h. v. tom. II. pag. 194. atque *Eudociam*, pag. 231.) Prodici Cei diſcipulus, et magiſter Iſocratis, vir egregiis moribus excellens, *Cothurnus* cognominatus, (quod vtrique factioni, vt Cothurnus vtrique pedi aptus fuit, v. Kuſter. ad Suidae locum,) cuius res geſtae diligenter recenſentur a *Staueren.* ad *Corn. Nepotis* Alcibiad. V. 4. pag. m. edit. 81 ſq. vbi praeter ea iam laudaui *Fiſcherum*, (qui ſupplet Stauer. notam.) in indice ad Aeſchinis dialogos voc. Θηραμένης. *Taylor.* quoque in Lyſiae vita pag. 119. pag. 125 ſqq. et *Spaan.* in diſſ. de Antiphonte, oratore attico, in Reiskii vol. VII. orator. graec. pag. 816. de illo egerunt. Fuit is orator non mediocris; *Cic.* Brut. cap. 7. de Orat. II. 22. III. 16. qui quidem nullum ſe eius ſcriptum vidiſſe, teſtatur. Hinc *declamationes* et alia rhetorica, quae a Theramene ſcripta dicit Suidas in hac voce a recentioribus ſophiſtis ficta videntur *Ruhnkenio* pag. XL ſq. Forſan Suidas atque Eudocia perturbarunt hiſtoriam, homines et tempora, aut in codice ſiue Suidae, ſiue illius hiſtorici, vel commentatoris antiquioris, quem Suidas exſcripſit, de aliis, iisque diuerſis, quaedam diuerſis locis defecerant, aut aliter ſcripta collocataue erant, ita, vt a librario in libris, ſeriore aeuo manu exaratis, plura confuſa, aut male ſcripta, aut male iterata, transpoſita ordinataue in libros, formulis typographicis deſcripto, venirent. Nam Suidas et, quae eum ſequitur, Eudocia memorant *Theramenem* Athenienſem, rhetorem, diſcipulum Prodici, Cothurnum cognominatum, et *Theramenem Ceium*, ſophiſtam atque poſteriorem (num vere, an falſo, equidem ignoro,) narrant, ſcripſiſſe declamationum libros III. de ſimilitudine orationis, de imaginibus ſ. parabolis et de figuris. Et tamen Theramenes, de quo hic potiſſimum ſermo eſt, dicitur non natus ciuis Athenarum fuiſſe, ſed ex inſula *Ceo*, et ab Agnone adoptatus, v. ſchol. ad *Ariſtoph.* Ran. 546 *Plutarch.* in Nicia pag. 337. tom. III. Reisk. Id ſi verum eſt, confuſio, a Suida ipſo, vel a librariis facta, eo clarius adparet, et fides Suidae, vt in multis aliis, ita h. l. vacillat.

EPHIALTES inter rhetoras, Pericli amicos, celebratur a *Plutarcho* in vita Periclis, tom. I. Reisk. pag. 621. vbi dicitur ſenatus Areopagi dicendo fregiſſe potentiam, et ſaepius, atque in praeceptis reipubl. gerundae, Περικλῆς — — δι' Ἐφιάλτου τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐταπείνωσεν.

CEPHALVS, Athenienſis, rhetor ac demagogus, qui primus prooemia et epilogos compoſuit. v. *Tzetzem* Chil. VI. cap. 34. qui hunc Cephalum Athenienſ. confundit cum Cephalo, Syracuſano, Lyſiae patre, (de quo Cl. Wolf. ad Demoſth. Lept. prol. p. LXIX.) et *Suid.* II. pag 305. Recentior et ſophiſta fuiſſe videtur *Cephalus* iſte, cuius ἐγκώμιον Ναΐδος τῆς ἑταίρας laudat *Athenaeus* XIII. pag. 592. C. Plura habent *Taylor.* in Lyſiae vita pag. 103 ſqq. ed. Reisk. vol. II. Lyſiae ſ. vol. VI. oratorum graecor. et *Ruhnken.* l. c. pag 42 ſq. Atqui *Sigeberto Hauercampio* ad Iac. Bonanni Syracuſ. antiq. pag. 239. tom. XI. Theſauri Siciliae duo Cephali diſtinguendi videbantur.

ARCHI-

ARCHINVS, (ſcribitur triplici forma, Ἀρχῖνος, Ἀρχίνος, Ἄρχινος,) ex Coele, Thraſybuli in libertate vindicanda adiutor. Ex eius oratione funebri, quam laudat *Plato* Menex. pag. 402. A. Iſocratem in panegyricum ſuum multa derivaſſe, teſtatur *Photius*, cod. CCXL. pag. 1458. confer *Ruhnken.* pag. XLII. et, quos ille laudat, viros doctos. *Taylor*, in vit. Lyſiae pag. 140 ſqq. et in Lection. Lyſiac. cap. III. pag. 236 ed. Reisk.

CRITIAS, vnus ex triginta tyrannis, de cuius dictione, qua in orationibus vſus eſt, videndus *Dionyſius Halicarn.*, de aliis eius ſcriptis *Meurſius* in bibl. attica, de interitu tempore pere *Cornelius Nepos* VIII. 2, 7. ibique Staver. et, quos ibidem iam laudaui, *Schol.* atque *Hemſterh.* ad Ariſtophanis Plutum v. 147. pag. 428 ſq. de vita ipſius et atheiſmo, cuius incuſabatur *Baylius* in Lexico, et *Reimmannus* in hiſtoria atheiſmi pag. 128 ſq. Κριτίας in *Dionyſ. H. l. c.* Demoſthene pag. 167. Sylburgium recte legere, pro vulgato: Ἰσαῖος, adſirmat *Ruhnken.* in hiſt. crit. oratorum graec. pag. 64. fin.

ANDROCLES, Pitthenſis, Alcibiadis aduerſarius. Laudatur ab *Ariſtotele* Rhetor. II. cap. 24. fin. pag. 369. ed. Cantabr. 1728. 8.

CLEOPHON, turbulentus demagogus, cum ſeditioſis hominibus, Cleone Hyperboloque iunctus ſaepe, et ab Ariſtophane, et a Platone comico integra comoedia, *Cleophontis* nomine inſcripta, exagitatus, occurrit. *Cleophontis* orationem aduerſus Critiam laudat *Ariſtoteles* rhetor. I. pag. 54. (adnotante *Ruhnkenio* pag. XXV. vbi de illo copioſior eſt,) notatur vero ab eodem *Ariſtotele* Rhet. II. cap. 7. fin. v. *Perizon.* ad Ael. V. H. lib. XII. 43. *Hemſterhuſ.* ad Luciani Timona pag. 144. tom. I. Reitzii alioſque VV. DD. quos laudat Ruhnkenius.

SOPHOCLES, a Tragico diuerſus. Eius orationem *pro Euctemone* laudat *Ariſtoteles* rhet. I. cap. 15. pag. 178. adde lib. III. cap. 18. pag. 541. *Valeſ.* ad Harpocrat. pag. 181. *Ruhnk.* pag. 43.

ARISTOPHON, Azenienſis, quod a Quadringentis miſſus eſt legatus ad Lacedaemonios Olymp. XCII. 1. et Iphicratem ac Timotheum adcuſauit proditionis, *Ruhnken.* ex eo pag. XLV ſq. colligit, illum vitam vltra Olymp. CVI ½ extendiſſe. Inter viros eloquentiſſimos refertur a *Demoſthene* adu. Leptin. pag. 55. ad quem locum vide Taylor. ſiue ſect. 125. pag. 126 ed. cl. Wolfii, cuius notam pag. 367. conſules. Plura vide apud *Ruhnken.* l. c. qui, ab illo diuerſos fuiſſe, vberius docet, *Ariſtophonta*, Collytenſem, et ipſum oratorem, quo ſeneſcente florere incepit Demoſthenes, et *Ariſtophonta*, archonta eponymum, Olymp. CXII. 2. de quo vide *Corſini* F. A. tom. IV. pag. 44. et *Fiſcher.* in indice ad Theophraſti char. voc. Ἀριστοφῶν. *Burmann.* ad Quinct. I. O. libr. V. 12. pag. 452. tres illos Ariſtophontes nondum potuit rite diſcernere, quamquam in aetatem illorum ſollerter inquirit.

AVTOCLES, Strombichidae, eius, qui a XXX. tyrannis interfectus eſt, filius, a *Xenophonte* hellen. VI. cap. 3. §. 7. dicitur μάλα δοκῶν ἐπιστρεφὴς ῥήτωρ εἶναι, i. e. *ſollertiſſimus orator.* Eius orationem contra Mixidemidem laudat *Ariſtoteles* rhetor. II. cap. 23.

IPHICRATES, diſciplina militari non minus, quam ſcientia orandi nobilitatus, quamquam ipſe, ſe ab Antiphonte eloquentia vinci, faſſus ſit. Duae orationes noſtro adſignan-

ſignantur a Dionyſio Hal. in Lyſia et Ariſtotele; ab aliis vero Lyſiae adiudicantur: altera, Περὶ τῆς Ἰφικράτους εἰκόνος, quae eadem fuiſſe videtur, ac ea, περὶ τῆς Ἰφικράτους δωρεᾶς, et eadem eſt, quam *Ariſtotel.* rhetor. II. 24. pag. 355. vbi pluſcula ex illa oratione excerpuntur, nominat πρὸς Ἁρμόδιον. — altera περὶ τῆς Ἰφικρ. προδοσίας, ſiue ἀπολογία Ἰφικράτους. v. *Polyaen.* Strategem. III. 9, 29. Ex poſteriore fragmentum eſt apud *Quinctilianum* IV. 12. 10. vbi v. Geſner. et Burmannum, qui pag. 452. de Iphicrate melius, quam de Antiphonte, diſſerit. conf. de graui eius ſententia *Valckenarii* diatriben Euripid. poſt Hippolytum Euripidis, cap. 20. pag. 211. — *Iphicratem aduerſus Nauſicratem*, et ſententiam acutam laudat *Ariſtotel.* rhetor. III. cap. 15. pag. 516. ed. Cantabr. Quaedam ſententioſe dicta refert *Plutarch.* in Apophtheg. pag. 708 ſqq. vol. VI. ed. Reisk. plura collegit *Muretus* variar. lection. VIII. 22. Propter merita inſignia Iphicratem Athenienſes ornarunt honore ſtatuae aeneae, victu Prytanei aliisque praemiis, teſte *Demoſthene* in Ariſtocrat. pag. 746. B. et in Leptinem §. 69. pag. 78. ed. cl. Wolfii, cuius notas pag. 302 ſq. conferes. Plura vide apud *Taylorum* ad Lyſiae fragmenta, pag. 18 — 20. ed. Reisk. interpretes, praecipue *van Staveren* in minore editione ad Cornelii vitam Iphicratis cap. I. de eius arte oratoria et genere, *Ruhnken.* l. c. pag. LVII ſq. et *Freytag.* de ſtatuis etc. §. XII. pag. 38-42. qui plures alios VV. DD. laudat.

CALLISTRATVS, Callicratis filius, Aphidnaeus, eloquentia ſic excelluit, vt nemo ſui temporis par ei poneretur. Archon fuit Olymp. CVI. 2. Plura de eo dicentur infra ad libr. IV. cap. 24. §. XIII. Inter ea conf. *Ruhnken.* l. c. pag. LVIII ſqq. ac pag. LXIV. de eius oratione ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ ἐκκλησίᾳ, et *Wernsdorf.* ad Himerium orat. VI. 2. pag. 499 ſq.

CEPHISODOTVS, ex Ceramico, tribu Acamantide, laudatur propter eloquentiam a *Demoſthene* orat. in Leptin. §. 125. v. cl. *Wolf.* ad locum illum pag. 368. et *Ruhnken.* l. c. pag. LX. Differt a *Cephiſodoro*, Iſocratis diſcipulo, de quo infra in Iſocrate paullo ante editionum enumerationem.

LYCOLEON. Fragmentum ex eius orat. pro Chabria Olymp. C. 4. habita, ſeruauit *Ariſtotel.* rhet. III. cap. 10. ſin. pag. 480. ed. Cantabr. v. *Ruhnken.* pag. LXIV.

EVBVLVS, Anaphlyſtius, maximae auctoritatis orator et demagogus: per plures annos vna cum Demoſthene, quocum illi diuturnae interceſſerunt ſimultates, rempublicam adminiſtrauit, ſed ante eum vita deceſſit. De eius moribus v. Theopompum apud *Athen.* IV. pag. 166. D. et apud *Harpocr.* voc. Εὔβουλος. Orationem habuit aduerſus Charetem, vnde dictum ſeruauit *Ariſtotel.* rhetor. I. cap. 16. pag. 187. de quo et reliquis rebus, quae ad vitam fataque Eubuli pertinent, tum de *Eubulo*, Spinthari F. Probabiliſio et alio, Mneſithei F. Cyprio vel Cytherio, copioſus eſt *Ruhnken.* pag. LXV ſqq.

Hi igitur pertinuerunt ad primam et alteram eloquentiae aetatem. Qui vero potiores decem illi ſunt, quorum orationes adhuc ſuperſunt, et quorum vitam ſcriptaque Fabricius vberius expoſuit, oratores graeci, de iis agemus. De reliquis, a Ruhnkenio celebratis, paullo inferius locus erit differendi commodior. *Harl.*

II. ANTIPHON, Sophili, rhetoris, filius, Athenienſis, pago Rhamnuſius, (vnde excellentiſſimi quique rhetores dicti Rhamnuſii, teſte Suida in Ῥαμνούσιος,) aequalis praeſtantiſſimorum

morum oratorum, Themiſtoclis, Ariſtidis, Periclis, Gorgia paullo iunior aetate [c]), primus oratoriae [?] artis praecepta ſcripto tradidit, [d]) primus etiam dicitur Athenis ſcripſiſſe [e]) δικανικȣς

c) *Plutarch* in vita decem rhetor. *γέγονε δὲ κατὰ τὰ Περσικὰ καὶ Γοργίαν, τὸν Σοφιστὴν, ὀλίγῳ νεώτερος αὐτȣ.* Apud *Photium* quidem pag. 792. *ὀλίγῳ πρότερον Γοργίȣ τȣ Σοφιστȣ γεγονώς.* Sed Plutarcho adſentior. Suidas quoque in Ἀντιφῶν: *ἦρξε τȣ δικανικȣ χαρακτῆρος μετὰ Γοργίαν. Fabr.* Atque *Spaan* in diſſ. mox memoranda p. 797 ſq. Reisk. in Photii loco corrigit *ὀλίγῳ νεώτερος Γοργίȣ*, vberiusque rem explicat. *Harl.*

d) *Quinctilianus* III. 1. [vbi v. interprett. p. 212. ed. Burm.] *Antiphon quoque et orationem primus omnium ſcripſit, et nihilominus artem ipſe compoſuit.* [*Philoſtrat.* I. 15, 2. tradit, Antiphonta ſecundum alios artem oratoriam inueniſſe, ſecundum alios autem inuentam auxiſſe. v. ibi Olear. pag. 498. qui *Quinctil.* locum explicat.] *Photius* bibl. cod. CCLIX. *πρῶτον δὲ αὐτὸν καὶ ῥητορικὰς συντάξασθαί φασι τέχνας, ἀγχίνȣν γεγονότα.* Eadem habet Plutarchus, et Antiphontem *ἐν τῇ τέχνῃ* laudat *Ammonius* de vocum different. in Σημεῖον, [*Antiph. ἐν ταῖς ῥητορικαῖς τέχναις*, *Pollux* VI. 143. conf. *Spaan* pag. 806 ſq.] *Apſines rhetor*, et, Ionſio iudice, Galenus praef. ad Gloſſas Hippocratis, his verbis: *ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς ἕκαστος τῶν παραλόγως ἐχόντων ἔξεστι ȣ ποιεῖν ὀνόματα καινὰ, δηλοῖ μὲν καὶ Ἀντιφῶν ἱκανῶς, ὅσγε, ὅπως αὐτὰ ποιητέον, ἐκδιδάσκει.* Videtur etiam reſpicere *Cicero* in Bruto cap. 12. poſtquam de Protagorae et Gorgiae locis, veluti communibus rhetoricis, dixiſſet: *Hinc Antiphontem Rhamnuſium ſimilia quaedam habuiſſe conſcripta* etc. *Fabric.* De hoc *Antiphonte*, quem eius diſcipulus, *Thucydides*, lib. VIII. 68. pag. 545. (coll. *Spaanio* in diſſ. mox laudanda, pag. 801. et pag. 804 ſq. vbi inedita ſcholia Tzetzae ac Ioan. Siceliotae profert, tum pag. 810 ſq.) ſummum oratorem laudat, eiusque eloquentiam in inventione rerum grauiſſimarum, ad perſuadendum idonearum, et facultate, eas apte eloquendi, ponit; contra *Plato* in Menexeno cap. 3. fin. minus honorifice ſentire de eo videtur; e veteribus egerunt *Pſeudo-Plutarch.* in vit. X. rhetor. *Philoſtratus* de vitis Sophiſt. I. 15. pag. 498 ſqq. vbi Olear. plures laudat. Inter recentiores quaedam adnotat *Gottleber.* in nota ad Platonis locum pag. 23. Plura dat *Taylor.* in lectionibus Lyſiacis cap. VII. pag. 268 ſqq. Reisk. et in vita Lyſiae pag. 118 ſq. nec non *Hauptmannus* in proluſ. de Antiphonte, Gerae, 1753. copioſius tamen docteque diſputat *Petrus van Spaan* in diſſert. ſub praeſidio *Dav. Ruhnkenii* ventilata, de Antiphonte, oratore attico. Lugd. Bat. 1765. 4. quam recudi fecit *Reiske* in vol. VII. orator. graecor. pag. 795. ſqq. Ille vero docet, primum, quantus fuerit orator, tum, qualem ſe in republica adminiſtranda geſſerit, denique, quae ingenii monumenta transmiſerit ad poſteritatem, et alios recenſet Antiphontas. Ad illum igitur doctiſſimum libellum, et *Hauptmanni*, Taylori ac Spaanii veſtigia legentis, doct. proluſionem ablegamus lectores. — Natus eſt *Antiphon* Athenis, patre Sophilo, Olymp. LXXV. 1. vel 2. Quod e *Caecilii*, rhetoris Siculi, commentario de Antiphonte, *Photius* in biblioth. pag. 791. et *Plutarch.* in vitis oratt. pag. 309. Thucydidem fecerint Antiphontis magiſtrum, *Taylor.* in lect. Lyſiac. pag. 271. ed. Reisk. adprobante Spaanio pag. 800. e codd. msſt. Plutarchi *διδάσκαλον* pro *μαθητὴν* ſubſtituit: ſed *Gottlebero* in nota mem. retinendum videtur voc. licet vitioſum, *μαθητήν* Cecilio autem, vnde Photius ſimiliter habet id vocabulum, error tribuendus: quod quidem mihi nondum videtur ſatis validum argumentum: ſed res non eſt tanti momenti, vt diutius controuerſiae inhaeream, quod aliae cauſſae corrupti textus, ſiue in Plutarchi, ſiue in Photii aliquot codd. eſſe poſſunt. *Hudſon* ad Marcellini vitam Thucydidis pag. XLVIII. vol. I. ed. Bipont. et *Gedoyn.* in obſſ. ad iudicium Photii pag. 364. in ſuis Oeuvres diverſes, opinantur, Antiphontem priorem, Rhamnuſium, fuiſſe magiſtrum Thucydidis; poſteriorem autem, ab Hermogene memoratum, veriſimilius aemulum Thucydideae dictionis, ideoque viſum eſſe diſcipulum illius hiſtorici. *Harl.*

e) Praeter Quinctiliani Plutarchi Photiique teſtimonia ita *Clemens Alex.* I. Strom. pag. 308 ſq. *φασὶ δὲ καὶ τȣς κατὰ διατριβὴν λόγȣς καὶ τὰ ῥητορικὰ ἰδιώματα εὑρεῖν καὶ μισθȣ συνηγορῆσαι πρῶτον δικανικὸν λόγον εἰς ἔκδοσιν γραψάμενον Ἀντιφῶντα φίλȣ Ῥαμνȣσιον, ὡς φησὶ Διόδωρος. — Ἀρχηγὸν τόπȣ πολιτικȣ* Antiphontem noſtrum vocat *Hermogenes* 2. *περὶ ἰδεῶν* pag. 498. et Suid. in v. Μοχθηρός. Plutarchus addit, Themiſtoclis, Ariſtidis et Periclis nullas exſtitiſſe ſcriptas orationes iudicialis argumenti: Alcibiadem vero Critiamque, Lyſiam et Archinoum iuuenes verſatos fuiſſe cum Antiphonte iam ſene. *Ammia-*

νικὰς λόγους, ſiue orationes, quibus ciues cauſas ſuas in [ſ] iudicio defenderent. [At enim non tantum orationes iudiciales, ſed deliberatiuas quoque, et, Gorgiae exemplo, etiam ſophiſticas ſcripſit. v. *Spaan.* l. m. pag. 809 ſq. et *Philoſtr.* pag. 500. nr. 4. Primus ob defenſum negotium mercedem exegit, quae res, tum illiberalis, illi auaritiae infamiam contraxit. v. *Philoſtrat.* pag. 499.] Cum Antiphonte, tragico, et aliis ſui nominis f) confunditur apud vete-

Ammianus Marcellin. XXX. 4. *Antiphon ille Rhamnuſius, quem ob defenſum negotium omnium primum antiquitas prodidit accepiſſe mercedem.* [conf. *Spaan.* pag. 808 ſqq. l. c.]

f) Tredecim huius nominis enarrantur a *Ionſio* lib. IV. 5. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. pag. 322. [pag. 241 ſqq. ed. Dornii.] Sed videtur quosdam diuerſos facere, qui non ſunt inuicem diſtinguendi. Fuerunt igitur:

1) *Antiphon*, pater matris Platonis et pater Pyrilampis. Plato Parmenide et Plutarch. de genio Socratis.

2) Platonis, Adimanti et Glauconis frater ὁμομήτριος, Pyrilampis F. Plato Parmenide, Plutarch. περὶ φιλαδελφίας.

3) *Antiphon*, Athenienſis, τερατοσκόπος et ὀνειροκρίτης, idemque ἐποποιὸς, et ſophiſta atque orator, dictus λογομάγειρος, teſte Suida. Eius περὶ παλμῶν a *Melampode* citatur. Περὶ Κρίσεως ὀνείρων memorat, praeter Suidam, *Seneca* controuerſ. IX. *Artemidor*, II. 14. *Tertull.* cap. 46. de anima. *Fulgentius* lib. I. cap. 13. Mythol. Ὀνειροκρίτην vocat etiam Hermogenes 2. περὶ ἰδεῶν, teſtatus, eius exiſtimari orationes περὶ ἀληθείας, περὶ ὁμονοίας, τὰς δημηγορικὰς et πολιτικόν. [Locum *Hermogenis* de form. orat. II. pag. 496. repetiit *Spaan.* in diſſ. laud. pag. 803. atque pag. 805. cum *Tayloro* in lect. Lyſiac. cap. 7. (qui multus eſt de hoc Antiphonte, et locum Hermogenis emendat,) λόγους δημηγορικὰς ac λόγον πολιτικὸν (conf. pag. 824.) Antiphonti, Ὀνειροκρίτῃ, inuido Socratis obtrectatori, aufert redditque vero auctori, Antiphonti Rhamnuſio, locumque Hermogenis explicat examinatque. Idem cap. quarto pag. 824 ſqq. copioſus eſt de hoc τερατοσκόπῳ, ſ. haruſpice. Docet, libros II. περὶ ἀληθείας omnium conſenſu tribui *Antiphonti*, Sophiſtae, in ſchol. MS. Demoſthenis, quod Wolf ad eum adfert pag. 1151. citari quidem librum decimum ſextum, ſed lectionem eſſe dubiam; Antiphontem in illo opuſculo ſecundum *Origenem* adu. Celſum IV. pag. 176. prouidentiam ſuſtuliſſe, ad illius doctrinam referendum videri fragmentum apud *Suidam* voc. Ἀδίκητον, ideoque Antiphontem, non Epicurum, fuiſſe auctorem peſtiferae illius doctrinae etc. *Harl.*] Idem Antiphon, Socratis aduerſarius, apud *Laertium* libr. II. ſect. 46. quem ſophiſtam vocat, et ſermones, cum Socrate habitos, refert *Xenophon* ſub extremum libr. I. ἀπομνημ. [cap. 6. ad quem locum v. Hindenburg et Erneſti,] licet Photius et Plutarchus de Antiphonte Rhamnuſio hoc acceperint, et *Hephaeſtion* grammaticus, teſte *Athenaeo* XV. pag. 673. F. librum ſcripſiſſet περὶ τῶ παρὰ Ξενοφῶντι Ἀντιφῶντος. [Antiphontem τερατοσκόπον *Ionſius*, Suidam ſecutus, minus recte diſtinguit ab ὀνειροκρίτῃ, ſed eum aeque male confundit *Olearius* ad Philoſtratum pag. 498. cum Rhamnuſio.] Sane Antiphon Rhamnuſius vt rhetor ineptus perſtringitur a Socrate apud Platonem in Menexeno, quo nomine Socratem reprehendit Athenaeus. Reſpicitur etiam Antiphon τερατοσκόπος a Cicerone II. diuinat. Clemente VII. Strom. pag. 712. Theodorito Θεραπευτ. lib. VI. pag. 88.

4) *Antiphon*, Andocidis F. pauper, de quo Ariſtophanes in Veſpis, [v. 1262. et 1292. in ſcholiis ad illius fabulae verſ. 1081. innuitur Antiphon haruſpex.]

5) *Antiphon*, tragicus, a Dionyſio, Siciliae tyranno, interfectus. Vide ſupra cap. 19. in Notitia Tragicor. [ibique not. pag. 284 ſq. *Taylor.* lect. Lyſiac. pag. 270. et *Spaan.* pag. 827 ſqq.

6) *Antiphon*, Critobuli F. Galen. II. de diebus criticis cap. 5. ex Hippocratis Epidem.

7) *Antiphon*, ſophiſta, cuius de quadratura circuli et de rerum γενέσει ſententias memorat *Ariſtoteles.* Vide I. Sophiſt. Elench. cap. 10. et I. Phyſ. cap. 2. ibique Themiſt. et lib. II. Phyſ. cap. 1. ibique Simplic. Eutocium ad Archimedem de circuli dimenſione, [aliosque apud *Spaan.* p. 830.]

8) *Antiphon*, a Demoſthene orat. pro Cteſiphonte (Olymp. CXII. 3.) accuſatus proditionis.

9) *Antipho*, cuius Georgica laudat *Athenaeus* XIV. 17. p. 650. E.

[*Antiphon*, medicus, qui ſcripſit σύνοψιν τῶν κατ' ἄνθρωπον. *Pollux* II. 224. v. *Spaan.* pag. 829.

Anti-

veteres quosdam. Forte etiam alteri Antiphonti congruit, quod Plutarchus refert, Corinthi taberna, ad hoc prope forum locata, profeſſum eſſe *artem ſolandi triſtes*, ſiue τεχνην αλυπιας, quamquam Sophili filium quoque Philoſtratus I. de Sophiſtis inter alia tradit, dictum eſſe Neſtorem, quod mirifica vi perſuadendi fretus auditoribus promitteret ſermones ὑπεσχῆσθαι, ὡς οὐδεὶς οὕτω δεινὸν ἐρεῖ τι ἄχος, ὃ μὴ ἐξελεῖ τῆς γνώμης, *nullam nominari ab illis poſſe tantam vim doloris, quam non oratione leniret atque ex animo eiicere valeret.* Creditus fuit auctor mutationis, quam reipublicae Athenienſi intulere Quadringenti, Olymp. XCII. 1. [de qua re multus eſt *Spaan.* l. m. pag. 813 ſqq.] Anno proximo, deiectis illis quadringentis, Antiphon proditionis accuſatus capitis damnatus [g]) fuit Olymp. XCII. 2. ante Chriſtum CCCCXI. [f]

Orationes, [de quibus v. *Spaan.* diſſ. cap. 3. pag. 820 ſqq.] ſub eius nomine olim exſtitere LX. e quibus Caecilius, rhetor, in libro de Antiphonte XXV. ſpurias eſſe adfirmauit. *Plutarch.* in Vita. et *Photius* cod. CCLIX. Hodie extant orationes XVI. quarum perinde ac deperditarum *Meurſio* in bibl. Attica [tom. X. Theſ. antiqq. gr. pag. 1422.] magnam partem obſeruatarum, titulos alphabeti ordine digeſſi, ſed deperditarum genuinarum tituli nullo praefixo ſigno deſcripti ſunt, et ſpuriis praefixus aſteriſcus. Numeri romani indicant numerum ordinis in editionibus orationum, quae extant, quarumque tituli cruce ſunt ſignati. *Fabric.* Ionſius orationes, quae ſuperſunt, Antiphonteas habuit pro declamationibus, a ſcholaſtico homine confictis: at *Spaan.* pag. 821. per inductionem veluti contrarium docet, multisque Harpocrationis, Pollucis, Ammonii et Suidae, qui ex orationibus Antiphonteis loca adferunt, teſtimoniis vindicat illarum antiquitatem et auctoritatem, atque eas, oſtendit, ab illis fuiſſe adhibitas inſtar normae attici ſermonis. *Reiskio* quidem ad Antiphont. oration. pag. 849. prima oratio duaeque poſtremae earum, quae hodie ex Antiphonteis ſuperſunt, verſantes in cauſſis veris, non mali videntur commatis, quae non ſine delectatione legantur, ſatisque ſint planae et perceptu faciles: reliquas vero perbreues, proluſiones magis, quam orationes, plus quam par ſit, ſubtiles argutasque eſſe cenſet ſpernitque, ipſumque Antiphonta, acerbius iudicat, fuiſſe ſophiſtam eundemque patrem quodammodo generis illius dicendi vmbratici, minuti, vani, putidi et paene puerilis. *Harl.*

Ὁ περὶ ἀγγελίας In hac oratione ſeipſum egregie Athenienſibus, ſed incaſſum, defenſitauit Antiphon Olymp. XCII. 2. Laudant Thucydides lib. VIII. Cicero Bruto, Quinctilianus III. 1. et Plutarch. in vita.

Περὶ ἀληθείας λόγοι β'. Harpocratio paſſim, Galenus in Hippocr. de officio medici cap. 3. et Suidas in Δειπτεις, Γρυπανειν, Διαθεσις etc. Heſych. in Αβιος, Etymol. M. in Γρυπανισθαι. *Origenes* IV. contra Celſum pag. 176. notat, titulum operis aduerſus Chriſtianos, quod inſcribebatur Φιλαληθης, Celſum ab Antiphonte, claro oratore, mutuatum

f) *Antiphon*, recentior ſuperioribus, ſcripſit περι του βιου των επ' αρετη πρωτευσαντων. v. *Diogenem Laert.* VIII. 3. et *Porphyr.* de vita Pythag. pag. 9. v. *Spaan.* pag. 830.]

g) Formulam condemnationis ex Caecilio libro de Antiphonte integram deſcripſit Plutarchus in Antiphontis vita. [adde *Thucydid.* VIII. pag. 545. coll. *Cicer.* in Bruto cap. 12. *Marcellinum* in vita Thucydidis pag. XII. ed. Bipont.. vol. I. Oper. Thucyd. et *Spaan.* diſſ. mem. pag. 817 ſqq. *Taylor.* in vita Lyſiae pag. 113 ſqq. inprimis pag. 119 ſqq. ed. Reisk.]

tuatum eſſe, qui in ſuis περὶ ἀληθείας γεγραμμένοις prouidentiam ſuſtulerat. Hermogenes 2. περὶ ἰδεῶν p. 496. teſtatur, λόγος περὶ ἀληθείας fuiſſe Antiphontis τερατοσκόπȣ. [v. ad not. ſuperiorem nr. 3.] *Reineſius* felicem Mauſſaci ad Harpocrat. in Ἐυεστὼ improbans coniecturam pag. 128. var. lect. ſuam, opinor, ipſe iuſſiſſet ſpongiae incumbere, ſi conſideraſſet loca Suidae in Ἀειεστὼ et Ἀιειεστώ. — Seuerus quoque Eutychianus librum ſuum Φιλαλήθη inſcripſit, vt ex Anaſtaſii Hodego aduerſus Seuerianos patet, et notatum *Gretſero* pag. 67. de prohibendis libris malis.

Κατ᾽ Ἀλκιβιάδȣ, λοιδορίας. Athen. lib. XII. pag. 525. B. Plutarch. in Alcibiade pag. 192. F. ἐν ταῖς Ἀντιφῶντος λοιδορίαις γέγραπται, ὅτι παῖς ὢν etc. Adde *Ionſium* pag. 325. [male de ea oratione iudicantem. v. Spaan. pag. 822.]

[Περὶ ἀνδραποδισμȣ̃. Lex. Sangerm. mſt. apud *Spaan.* pag. 823.]

Πρὸς τὴν Δημοσθένȣς γραφὴν Ἀπολογία. Harpocrat. Suid. in Κελεύοντες.

Πρὸς τὴν Δημοσθένȣς ἀντιγραφήν. Id. in Ἀνδρών.

Πρὸς Δημοσθένην τὸν στρατηγὸν παρανόμων. Vide infra παρανόμων.

Περὶ τȣ̃ Δικαιογένȣς κλήρȣ, α΄, β΄. Suid. in Τέως. Sed ibi Lyſiae nomen excidiſſe videtur, vt doctiſſimo Küſtero pulchre notatum.

Ἀπολογία δωροδοκίας. ibid. Lyſiae potius eſt, cuius nomen reponendum.

Ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν ἐλεύθερον παῖδα. Harpocrat. in Ἀξιοῖ.

Ἐπιτροπικὸς Τιμοκράτȣς. Harpocrat.

Ἐπιτροπικὸς Καλλιστράτȣ. Harpocrat.

Πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ τῶν ἰδεῶν. Plutarch. in vita, *Aelianus* V. 21. de animal. *Fabr.* *Reiske* in animadu. in Plutarch. pag. 490. coniecit περὶ τῶν ἐλαιῶν *de oleis*. *Spaan.* pag. 821. reiecta Reiskii opinione, amplectitur Ruhnkenii ſuſpicionem, ex Aeliani loco, ex *Athenaeo* IX. pag. 397. et aliis ductam, περὶ τῶν ταῶν *de pauonibus*. *Harl.*

Περὶ Ἡροδότȣ. Vide ſtatim infra orat. Περὶ Ἡρώδȣ. [P]

† Περὶ τȣ̃ Ἡρώδȣ φόνȣ XIV. et XV. quae incipit a verbis pag. 124. edit. Hanou. Δεῖ δέ με καὶ ὑπὲρ τȣ̃ πατρὸς ἀπολογήσασθαι. Prior pars defendit Helum Mytilenaeum, quod ſocius itineris, Herodes, ab eo non fuerit interfectus. Poſterior parentem, quod nec ille fuerit Herodis interfector. Citatur ab Harpocrat. in Ἀνετεῖνοντο et in Φρȣ̃δος. Forte et apud Plutarchum legendum Ἡρώδȣ, pro Ἡροδότȣ, quum ait in Antiphontis vita: ἐπαινȣ̃νται δ᾽ αὐτȣ̃ μάλιστα ὁ περὶ Ἡροδότȣ καὶ πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ τῶν ἰδεῶν. Voſſium ſane falli non dubito, qui pag. 458. de Hiſt. graecis exiſtimat, librum de Herodoto, hiſtorico, ab Antiphonte ſcriptum fuiſſe. [conf. *Spaan.* pag. 821.]

Κατὰ Ἱπποκράτȣς στρατηγȣ̃ (non ἰατρȣ̃, vt in Plutarchi et Photii codicibus). Vide Ionſium pag. 324.

Πρὸς τὴν Καλλίȣ ἔνδειξιν. Harpocrat. Suid. in Μοιροδοκῆσαι.

Ἐπιτροπικὸς Καλλιστράτȣ. Vide ſupra ἐπιτροπικός.

Κατὰ Λαισποδίȣ. Harpocrat. Suid.

• Κατὰ

* Κατὰ Λεωχάρους, Antiphontis oratio laudatur a *Guil. Budaeo* in commentariis Graecae linguae edit. Pariſ. ann. 1548. p. 570. et p. 943. Oratio Antiphontis κατὰ Λεωκράτους. Sed priore loco Λεωκράτους legendum pro Λεωχάρους, et vtrobique *Lycurgus* pro Antiphonte. Vicisſim apud *Voſſium* de Rhetoricae natura cap. XI. *Andocides iſte decem Oratorum, qui vulgo numerantur, antiquiſſimus eſt*, legendum *Antiphon.* Similiter in Koenigii Bibl. de *Andocide* legitur, facundiam eius praedicari a Thucydide lib. VIII. quod verum eſt de *Antiphonte.*

* Περὶ τοῦ Ληναίων φόρου. Harpocrat. in Ἀμφίπολις.

Περὶ τοῦ Λινδίων φόρου. Harpocrat. pluribus in locis.

Περὶ μεταστάσεως. Harpocrat. Suid. in Στασιώτης.

Ἀπολογία τοῦ Μύρου. Suid. in Ἄττα.

Πρὸς Νικοκλέα περὶ ὅρων. Harpocrat. Suid. in Στεφάνη.

Eorum tamen orationes, quae in primo (aut, ſecundum edit. Morelli, ſerie etc. citatam, in ſecundo,) tomo non reperiuntur, in hoc tomo omittuntur. In primo, (ſiue ſecundo) nempe tomo, Aprili menſe publicato, ſunt Andocidis, Iſaei, Dinarchi, Antiphontis, Lycurgi, Gorgiae, Lesbonactis et Herodis orationes; in altero tomo, IV. Non. Maii, ſunt orationes Iſocratis, Alcidamantis contra ſophiſtas, Gorgiae laus Helenae, Ariſtidis Panathen. et Romae laudatio. Hunc primus tomus vulgo poſtremum occupat locum; generatim vnum eſſe utriusque tomi, quod et litterarum, quas vulgo cuſtodes dicunt, confuſio demonſtrat, animaduertente *Hauptmanno* in progr. IV. de Andocidis orationibus vniuerſis, pag. 565. vol. VIII. oratorum graecorum ed. Reiskii: adde notam in ſerie etc. pag. 34. et *Mattaire* A. T. II. pag. 247. Duo exempla cum notis mstis exſtant in bibliotheca Bodleiana, teſte catalogo, v. *Lyſias*. De Aldina et Stephaniana editt. v. *Taylor*. in praef. pag. 70.

Succeſſit *Henr. Stephanus*, qui ſe ad Lyſiam emendandum ope quorumdam codicum mstorum adiutum eſſe teſtatus, eosdem *oratores* recenſuit, omnibus Aeſchinis et nonnullis Lyſiae orationibus verſionem adiecit, edidit que Lutetiae 1577. fol. v. *Mattaire* A. T. III. p. 716. In bibliotheca publica Leidenſi eſt exemplar, cui Salmaſius hinc illinc quaedam adnotauit, quae Taylorus accepit et vulgauit in ſua editione.

Nouam quodammodo recenſionem facere inſtituit, aut potius multis coniecturis magis contaminauit contextum, a Stephano conſtitutum, *Andreas Schottus*, S. I. Antwerpienſis, qui graeca recenſuit, textum deprauauit, (de cuius temeritate atque feſtinatione grauiter conqueſti ſunt Reiske ac Taylor. in praefationibus, praecipue *Markland*. in praefatione, ipſius in Lyſiam coniecturis praemiſſa, pag. 90 ſq. ed. Reiskii, vol. II. Lyſiae.) notasque praebuit et nouae editionis curandae auctor exſtitit Heidio:

Lyſiae

Lyſiae orationes XXXIII. — — *nunc primum e graeco latine redditae et politicis notis illuſtratae a Iod. van den Heiden*, Brabanto. Hanou. typ. Wechel. apud hered. Io. Aubrii. 1618. 8.

Schotti notae ad calcem libri adiectae ſunt. — Has vero omiſit, argumenta tamen et animaduerſiones, maximam partem politicas, Heidii ſingulis orationibus praemiſit *Io. Burc. Mencke*, Profeſſ. Gieſſenſis, qui eam Heidanam formulis typographicis iterum et ita deſcribendam curauit, vt ſingulae paginae in vtraque editione ex aequo reſponderent. graece et lat. Marburgi Cattorum 1683. 8.

In bibliotheca Leidenſi eſt editionis Heidianae exemplar, cui nonnulla ſunt adſcripta. v. Catalogum bibl. publ. illius pag. 252. — Maiore eruditionis et ſubſidiorum, (de quibus copioſus eſt in docta praefatione,) adparatu inſtructus acceſſit ad Lyſiae orationes edendas *Taylor*, Anglus, iuris attici omnisque antiquitatis graecae peritiſſimus, qui e codicibus et ex ingenio ſaepe emendauit graecum contextum, meliore interpunctione ſenſum iuuit, verbaque et res docte, nec raro ratio vberius, explicuit. Praeter ea is accepit a *Ier. Marklando*, qui, vt ſuperat ingenii ſtilique facilitate ac perſpicuitate, ita quoque mutandi libidine vicit Taylorum, egregias eruditasque adnotationes, quibus ornauit ſuam editionem:

Λυσίου τὰ περιγενόμενα. Lyſiae orationes et fragmenta, graece et latine. Ad fidem codicum mstorum recenſuit, notis criticis, interpretatione noua ceteroque apparatu neceſſario donauit Ioannes Taylor, A. M. Collegii D. Ioann. Cantabrig. ſocius, acad. olim a bibliothecis, hodie a commentariis. *Accedunt Cl. Ier. Marklandi,* Collegii D. Pet. ſocii, *coniecturae.* Londini, ex officina Guil. Bowyer. 1739. mai. 4.

Lumina ſplendidae huius editionis ſunt 1) *Taylori* comment. de vita Lyſiae, ex antiquis ſcriptoribus hauſta, cui ſubiectum eſt *Dionyſii Halicarn.* iudicium de Lyſia ex codd. et ingenio refectum, cum eruditis Taylori et Marklandi notis vitaque Lyſiae e Plutarcho et Photio, 2) libellus, qui *Marklandi* coniecturas continet, 3) *Taylori* Lectiones Lyſiacae, opuſculum, multa doctrina et eruditione refertum, in quo multa capita antiquitatis et litteraturae graecae pertractantur. Longa huius editionis cenſura eſt in Actis erudit. Lipſ. a. 1741. part. I. menſ. Septembr. pag. 481 — 498. Atque *Paulus Schaffshauſius* in diſſert. epiſtolari *de inſignibus Ioannis Taylori in Lyſiam, oratorem, meritis, ex praeſtantiſſima orationum Lyſianarum editione, a. V. C. adornata, comparatis*, Hamburgi, 1741. 4. virtutes et ſingularia huius editionis valde praedicauit variaque, quae ad hiſtoriam pertinent litterariam, ex Taylori commentationibus excerpſit.

Non ita multo poſt minorem *Taylorus* curauit editionem, in qua e ſuperiore ed. repetiit contextum graecum. ab ipſo repurgatum et conſtitutum, cum ſubiuncta ſua verſione latina (correcta quidem hinc inde, at minus ſincera, multo minus eleganti ac venuſta.) et adnexis breuibus notis, ex maiore exemplo vt plurimum contractis indicibusque atticis parumper auctis. Opera quoque *Io. Chriſtiani Wolfii*, Hamburgenſis, nactus eſt varias codicis MS. Veneti, quo forſan olim vſus eſt Muretus, lectiones, quas inſeruit, et quibus aliquot et ſuas, et Marklandi coniecturas confirmatas eſſe, laetabundus cognouit. Inſcriptio haec eſt:

Lyſiae, Athenienſis, orationes, graece et latine, ex interpretatione et cum breuibus notis Ioan. Taylori, in vſum ſtudioſae iuuentutis. Cantabrigiae, typis academicis, 1740. 8.

Fragmentorum collectionem et commentationes in minore hac editione omiſit. Taylorus tamen, quamquam multa praeclare omnique laude digna praeſtitit, non ſatisfecit Reiskio, in Graecia ipſa quaſi habitanti, qui, vt ſagacitate, ita audacia critica ſuperauit quidem Taylorum, at verecundia critica et iuris attici ſcientia ceſſit. Reiskius igitur, vſus lectionibus codd. Veneti ac Vindobonenſis, in oratione in Philonem lect. cod. Pariſini, et codicis Auguſtani in oratione funebri, cum reliquis oratoribus graecis recognouit Lyſiae orationes, et non ſolum omnia, quae Taylorus dederat, cum fecibus ipſis, vt ait praef. pag. X., et ſtercoribus reddidit, ſed etiam noua addidit ornamenta et egregium indicem graecitatis Lyſianae in editione inſcripta:

Oratorum graecorum volumen quintum, Lyſiae primum, graecam orationum, Taylori et Marklandii annotationibus explanatam, complectens, quibus ſuas aliaque addidit Io. Iac. Reiske. Lipſiae, typis Sommeri, 1772. mai. 8.

— — *volumen ſextum, Lyſiae ſecundum, tenens fragmenta, indices, alia, curauit I. I. Reiske*, ibid. 1772. 8.

Multis locis ita immutauit orationem, vt pag. XVII. praef. (in qua de Taylori ac Marklandi adnotationibus aperte et ſeuere iudicat, de ſubſidiis, quae habuit, codicibus aliisque rebus diſputat,) adfirmet, opera ſua factum eſſe, vt Lyſias nunc proſtet haud paullo, quam ante fuiſſet, emendatior atque dilucidior. Et tamen fuerunt, qui nimiam in locis, e coniectura mutandis, audaciam Reiskianam culparent. In altero volumine ad libellum Dionyſii Halicarn. addidit Taylorianis ac Marklandianis adnotatis ſua, item varias lectiones e codice Helmſtadienſi atque cl. Io. Fr. Matthaei adnotationes. Reiecta putida Taylori interpretatione latina, (de qua liberum tulit iudicium pag. 335 ſqq.) XXXII oratt. Lyſiae latine fecit. Pag. 658 — 726. eſt libellus variantium in Lyſia lectionum e ſchedis Brulartianis, *) codd. Com. a. Vindobon. Pariſ. Veneto etc. atque ed. Ald. immixtis nouis coniecturis, aut olim ſcriptorum retractationibus. — — Quaedam exempla habent peculiarem inſcriptionem, *Lyſiae — vol. I — vol. II.* — conf. Noua acta erudit. 1772. Ianuar. pag. 32 ſqq. et biblioth. philol. tom. I. part. VIII. nr. 4. pag. 439 ſqq.

Nouam venuſtoque habitu indutam editionem nouamque recenſionem dedit *Auger*, et in praefatione pag. X ſq. ipſe illam laudauit:

Lyſiae opera omnia, graece et lat. cum verſione noua, triplici indice, variantibus lectionibus et notis, edidit Athanaſius Auger, Laſcurienſ. dioeceſ. vicar. generalis, nec non reg. inſcript. Pariſ. et Rothomag. academ. ſocius, tom. I. II. ſumtibus editoris excudebat *Pariſ.* Franc. Ambr. Didot l'ainé. 1783. 8.

Emendationes Reiskii, aut illius aliorumque coniecturas, nulla ſaepe illarum in notis adhibendum ſtrenuibus, nec ad commodam orationis intelligentiam atque interpretationem, nec ad plenam lectionum diuerſarum cognitionem efficacibus, mentione facta, aut ſuas ipſius opiniones ipſo in contextum admiſit. Praeter editt. habuit exemplar Aldinum cum notis manu Antonii Contii, iuris ſcientiam primum Aureliae, deinde Bituricae, vbi 1586. mortuus

*) Brulart exempli Stephaniani, quod in bibl. Pariſina adſeruatur, margini adſcripſerat aliquot V. L. et coniecturas, v. *Augeri* praef. pag. 15. Lyſiae.

tus eſt, profeſſi, et codd. de quibus in praefatione diſſeruit. Singulis orationibus praemittitur analyſis. ... doctam eandemque ſeueram huius editionis cenſuram in nouis Lipſienſ. ephemerid. litterar. 1785. plag. 60.

[Denique curante Cl. *F. C. Altero* Prof. Vindobon. prodierunt: *Lyſiae quae exſtant ad codicem Vindobonenſem graece expreſſa. Viennae, typis de Trattnern.* MDCCLXXXV. 8. Adiecit editor p. 317 ſq. Fragmenta Lyſiae, p. 373 ſq. vitia cod. Vindob. enotauit, p. 387. Lyſiae loca collecta a Stobaeo, et exſcriptos e cod. Vindob. no. LXVII. exhibuit, p. 391. Specimen Graecitatis Lyſiacae addidit. *Beck.*]

Quaedam Lyſiae orationes ſeparatim editae ſunt.

Apologia pro Eratoſthenis caede, graece, Pariſ. apud Guil. Morel. Non. Dec. 1549. 4.

Lyſiae defenſio ſuper caede Eratoſthenis, adulteri, latine, *Renato Gulonio* interprete, cum ſcholiis *Antonii Bellandi Graſſin.* Pariſ. apud Guil. Morelium. 1549. 4.

— eadem, gr. et lat. Renato Guillonio interprete, Pariſ. apud Io. Bene-natum. 1577. 4. v. *Taylori* praef. pag. 78 ſq.

Libanii declamatiunculae aliquot graecae, eaedemque latinae, per Eraſmum, *cum duabus orationibus Lyſiae* (de Eratoſthenis caede et funebri,) *itidem verſis*, (Franciſco Philelpho auctore,) *Luciani* et *Iſocratis* etc. Baſil. in officina Ioan. Frobenii, Baſil. 1522. 4. v. *Maittaire* A. T. tom. II. part. II. pag. 629. inprimis *Taylor.* in praefat. ad Lyſiam pag. 73 ſqq. vbi Philelphi epiſtolas primus euulgauit, et in nota ex *I. H. Fergii* hiſtoria Philelphi literaria, tom. V. Miſcellaneorum Lipſienſium pag. 323 — 354. animaduertit, latinam harum Lyſiae orationum verſionem prodiiſſe Florentiae. Idem pag. 77 ſqq. alias memorat editiones ac verſiones.

Duas illas orationes, *funebrem* et *de caede Eratoſthenis* interpretatus eſt *Franciſcus Fabricius Marcoduranus*, Coloniae, Iac. Soteris 1554. 8.

Platonis Menexenus et Lyſiae funebris oratio, cum verſione Philelphi, et breuibus notis *Mic. Buſteed.* Cantabrig. 1696. forma min. — *Lyſiae* oratt. II. pro caede Eratoſthenis vna, contra Eratoſthenem altera, gr. et lat. in *faſcic. graeco I. Iac. Schudt.* Francof. 1702. 8. vid. infra in Iſocrate. — et graece, in *I. Patuſae* Encyclopaedia, vol. III. Venet. 1710. 8. — *Orationem funebrem* illuſtraui in Anthologia graeca proſaica, Norimbergae, 1781. 8.

Germanice hanc orationem vertit, et cum verſione orat. Demoſthenicae, de corona edidit cel. *Georg. Frid. Seiler*, (in praeſenti Theologus Erlangenſis.) Coburgi, 1768. 8. — II. oratt. germanice vertit *Goldhagen*, tom. III. Anthologiae. *Anglice* vertit *Gillies*: *The Orations of Lyſias and Iſocrates* translated from the Greeck with ſome account of their Lives, and Diſcourſe — by *I. Gillies*. L. L. D. Londini. 1778. mai. 4. — *Gallice: Oeuvres complètes de Lyſias, traduites en François per Mſr. l'Abbé Auger.* Paris 1781. mai. 8. In prooemio agit A. de Lyſia et de coniecturis, in contextum recipiendis, ſe defendit: idem praecepta voluit praebere haud omnino ſpernenda, quando et quomodo coniecturis locus dari poſſet: ſed res dubia incertaque manebit: atque obſeruationes illas criticas, de ſcriptis veterum, ab editore emendandis, latinas fecit, et in edit. ſua Lyſiae graeca [nuper etiam Tom. I. ed. Demoſthenis] formulis typographicis deſcribendas curauit.

Prae-

Praeter ea huc pertinent: *Io. Henrici Boecleri* diſſ. politica ad Lyſiae orationes XV. et XXX. δοκιμασίαν ἀττικὴν exhibentes, inter *Boecleri* diſſ. academ. Argentorati, 1701. 4. tom. II. pag. 942. — *Io. Meurſii* emendatio in oratione Lyſiae Κατὰ Παγκλέωνος reiecta et refutata, in Miſcell. obſeruatt. in auctor. vol. VII. tom. III. pag. 317. — *Io. Iac. Reiske*, Animaduerſionum ad graecos auctores volumen II. quo *Lyſias* et Plutarchi opuſcula miſcellanea pertractantur. Lipſiae, 1759. 8. Sed ipſe Reiskius in ſua Lyſiae editione illas neque multum curauit, neque retractauit: atque in ſchedis ſuis mstis, a. 1768. ſcriptis et olim mecum communicatis, multa iam deleuerat, multa correxerat auxeratque. — Locus *Lyſiae* contra Archebiadem, apud Dionyſ. Halicarn. in Iſaeo pag. 170. emendatus eſt et explicitus a *Toupio* in notis ad Longinum de ſublim. pag. 286. ed. II.

NICOLAVM, Syracuſanum, Olymp. XCI. ob cultiſſimam orationem, quam ſenex habuit pro captiuis Athenienſibus, quamuis ipſe duo filios, fortiter pugnantes, amiſiſſet, (vid. *Diodorum Sic.* lib. XIII. cap. 20 — 27. pag. 557 ſqq. ed. Weſſeling.) oratoribus illius aetatis adnumerat *Mongitor.* in Bibl. Sicula tom. II. pag. 85. — Reliquorum oratorum notitiae ſtatim inſeram *Alcidamanta*, de quo *Fabricius* in notis ad §. V. quaedam commemorauit.

ALCIDAMAS, Iſocratis Athenienſis aequalis, et Gorgiae diſcipulus, *Quinctiliano* III. 1. 10. (vbi v. Geſner. et in ed. Burmanni pag. 212. alios interpretes,) et aliis *Eleates*; ſed in codd. Quinctil. edit. Burm. ſcriptum eſt *Elaites*, quod propius abeſt a vera ſcriptura; *Caſaubono* pag. 879. ad Athenaeum, et *Tzetzae* Chil. XI. 385. Ἐλαίτης, ex *Elaea*, (non *Elea*, quae vrbs erat Italiae.) aeolica Aſiae ciuitate. A *Suida* in tom. I. pag. 117. et *Eudocia* pag. 56. vbi idem error in ſcriptura et nomine Ἐλεάτης pro Ἐλαίτης, occurrit, quem Kuſter. ad Suidam correxit, dicitur *philoſophus*, (quod quidem voc. ſenſu antiquo etiam *rhetora* ſignificare potuit, v. *Schirach.* diſputat. I. de Iſocrate pag. 9 ſq.) idemque diſcipulus Gorgiae. Scripſit 1) Τέχνην ῥητορικήν. *Plutarch.* in vita Demoſthen. cap. 5 fin. pag. 699. ed. Reisk. vol. IV. 2) *Encomium mortis*, *Cicer.* I. Tuſcul. 48. *Menander* rhetor. de encomiis ſect. II. cap. 1. pag. 61. ed. Heeren. *Tzetzes* Chil. XI. 747 ſqq. 3) *Naidis meretricis. Athen.* XIII. 7. 4) Φυσικόν. *Diog. Laert.* VIII. 56. 5) Μουσεῖον. Auctor certaminis Homeri et Heſiodi. Hodie exſtant orationes binae ſub *Alcidamantis* nomine, vna *Vlyſſis contra Palamedem*, Ὀδυσσεὺς, quae ab *Aldo* graece edita eſt cum orationibus Aeſchinis, Lyſiae etc. Venet. 1513 fol. (v. ad Lyſiam ibique de cod. mst. et ad Iſocratem de edit. Aldina, atque in Serie dell' edizioni Aldine etc. ed. II. cel Morelli, vbi de rhetorum graecorum Aldina edit. plura, lectu digna, proferuntur pag. 33 ſq., inſcribitur oratio in tertia parte rhetorum etc. *Alcidamantis contra aeraendi magiſtros*, quae tamen in altera editione Aldina meliſe dicitur. Num vera ea ſint, an ex *Vngeri* diſſert. de Aldi Manutii vita, a Geretio, Wirteb. 1753. edita pag. CX ſq. hauſta, me quidem, qui illa careant editione, aliorum inquiſitioni relinquere oportet. — Inde ab *H. Stephano* cum iisdem oratoribus 1575. fol. et a *Gul. Cantero* translatae latine, cum *Ariſtide*, Baſil. 1566. fol. Altera, *contra ſophiſtas*, ab eodem *Aldo* graece edita ad calcem Iſocratis, Venet. 1534 fol. Vtraque eſt in collectione oratorum graecorum *Reiskiana*, vol. VIII. pag. 64 ſqq. Reiske ad orationem Περὶ σοφιστῶν collationem msti Pariſini accepit; vide eum not. 13. pag. 82 ſq. Multas *Alcidamantis* orationes legiſſe ſe, ait Tzetzes; ſed encomium mor-

tis

tis ad manus ſuas non perueniſſe, XI. v. 752. Iſocratem ab Alcidamante reprehenſum teſtatur idem v. 672. In Onomaſtico Rob. Stephani, Heidenreichii Pandectis et aliis eiusmodi libris dicitur etiam *muſica* ſcripſiſſe Alcidamas, ex male intellecto Suidae loco, qui patrem Alcidamantis, Dioclem, *muſica* ſcripſiſſe teſtatur, vt recte iam vidit Geſnerus ac repetiit Fabricius. *Harl.* Cum vtriusque edit. Aldinae exempla habeat bibliotheca publ. Vniu. Lipſ. equidem adfirmare poſſum, in ed. a. 1513. Tomo primo (noſtri exempli, Prid. Non. Mai. MDXIII. non IV. Non. Mai. vt p. 772. ſcriptum) haberi Aeſchinis, Lyſiae oratt., *Alcidamantis or. contra Palamedem*, Antiſthenis Aiacem et Vlyſſem, Demadis or. ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας, Lyſiae vitam auctore Dion. Hal.; Tomo ſecundo (menſe Aprili MDXIII.) Andocidis, Iſaei, Dinarchi, Antiphontis, Lycurgi, Gorgiae, Lesbonactis, Herodis, orationes; ſed eſſe praeterea *tertium volumen*, quod ex ipſius Io. Alb. Fabricii bibliotheca noſtra comparauit ſibi (menſe Aprili MDXIII.) quo continentur Iſocratis oratt., *Alcidamantis or. contra dicendi magiſtros*, Gorgiae de laudibus Helenae, Ariſtidis de laudibus Athenarum et eiusd. de laudibus Romae; in ed. vero Ald. menſe Iulio 1534. praeter hanc Alcid. orationem contra Sophiſtas (pag. 85) eſſe Iſocratis oratt. Gorgiae encom. Helenae, Ariſtidis Panathen. et excerpta e Suida et Harpocr. de gloſſis Iſocratis. *Beck.*]

V. ISOCRATES [v]) Theodori F. Athenienſis, natus eſt Olymp. LXXXVI. 1. Archonte Lyſimacho [w]) ante Chriſtum CCCCXXXVI. Audiuit Prodicum Ceum, Protagoram, Gorgiam Leontinum, Tiſiam Syracuſanum et [quod tamen Dionyſ. Hal. tamquam rem dubiam narrat.] Theramenem, rhetorem, (Suid. in Ἀργύεȣ ὑιός) quem reipubl. ſtudioſiorem aduerſus triginta tyrannos defendere voluit, ni ipſe vetuiſſet. [quod quidem falſum eſſe videtur.

v) Apud Fuluium Vrſinum pag. 77. elog. ſtatua vetus, capite quod tom. II. tabula 81. theſauri Gronouiani exſtat, trunca, cum inſcriptione Ἰσοκράτης Θεοδώρȣ Ἀθηναῖος. Fuit et alter *Iſocrates* Apolloniates, ſiue Heracleotes Ponticus, noſtri diſcipulus et ſucceſſor; quem ſugillat Pſeudo-Speuſippus epiſtola ad Philippum pag. 65. edit. Allatii. Confer Suidam in Ἰσοκράτης, [*Eudocia* p. 247. ſcripſerat is quinque orationes. conf. ſupra, inter tragicos, pag. 305. *Schirach.* in diſſ. de Iſocrate pag. 2 ſq. qui pag. 4. corrigit Fabricii errorem de Iſocrate tragico, quod ſupra commemorare oblitus ſum.] Tertium quemdam Dionyſii Halicarnaſſenſis et Echecratis, eius filii, ἑταῖρον ex Dionyſii arte rhetorica tom. II. pag. 37. lin. 40. ed. Sylburg. confinxit *Muretus* var. lect. libro et capite primo. Sed illo in loco Iſocratem, Athenienſem, Dionyſius ἑταῖρον ſuum vocat, perinde vt Philoni, Iudaeo, apud Euſeb. XI. 15. praeparat. Zacharias propheta dicitur ὡς τῶν Μωϋσέως ἑταίρων, et Cicero II. 16. ad Attic. Theophraſtum *amicum ſuum*, et Dicaearchum Attici *familiarem* adpellat. Confer Cotelerium ad Chryſoſt. in Daniel. pag. 21. 22.

w) *Plutarch.* in vita Iſocr. et *Laertius* III. 2. *Dionyſ. Halicarnaſſ.* de antiquis rhetor. *Suidas, Photius* cod. CCLX. *Fabr. Corſini* F. A. tom. II. pag. 67 ſq. tom. III. pag. 223. De Iſocrate egerunt *Dionyſ. Hal.* in vita Iſocratis, *Philoſtrat.* de vitis ſophiſtar. I. XVII. pag. 503 ſqq. ed. Olear. qui in notis varia de Iſocrate eiusque ſtylo collegit, *Pſeudo-Plutarch.* in vit. X. rhetor. quem, quaedam perperam tradentem, corrigit *Taylor.* in vita Lyſiae, init. not. 2. *Ruhnken.* in hiſtoria critica oratorum graec. pag. 60 ſq. qui maxime emendat duo loca de Iſocratis fama meritisque claſſica. *Cicero* de Orat. II. 22. et in Bruto cap. 8. — *Frid. Gotthilf Freytag.* oratorum graecorum, quibus ſtatuae honoris cauſſa poſitae fuerunt, decas, Lipſiae, 1722. 8. pag. 22 ſqq. inprimis *Gottlob. Benedict. Schirach.* in II. diſputatt. de vita et genere ſcribendi Iſocratis, additis nonnullis ad loca quaedam Iſocratis obſeruationibus. Halae Magdeb. 1765. 4. in quibus aliquoties corrigit Fabricium noſtrum, et in altera diligenter diſputat de ſtilo *Iſocratis* eiusque vituperatoribus. *Harl.*

tur. De Socrate id comprobat Meurſ. attic. lectionn. V. cap. 14]. Amicus fuit Platonis, philoſophi, (*Laert.* III. 8.) ſex ante illum annis natus (id. III. 2.) priuignum habuit Aphareum, rhetorem. (Suid. in Ἀφαρεύς.) Audacia et voce deſtitutum ſe videns, quod ipſe in Panathenaico [x]) fatetur, rarius in publico, atque ſi Lucianum in Paraſito [] tom. II. pag. 257. audimus, numquam in iudiciali foro dixit, nec rempubl. geſſit, ſed plures orationes, (ciuiles potius, quam forenſes [y])) ſcribendo, et quam plurimos, inque his Hyperidem et Iſaeum, Xenophontem,[z]) Theopompum Chium, Naucratem, Ephorum Cumanum, Theodectem, Aſtydamantem, Philiſcum, Thraſymachum et Demoſthenem, Cratetem item Trallianum, quem Ἰσοκράτειον vocat *Laertius* IV. 23. Stratonem quemdam id. V. 61. Clearchum, Heracleae tyrannum, teſte Memnone apud *Photium* cod. XXII. 4. et Dionyſio prae ceteris laudatum Cephiſodorum, qui ſe Iſocrateos videri voluerunt, teſte *A. Gellio* XVIII. 8. in ciuili eloquentia erudiendo, opes incredibiles et gloriam ſibi comparauit ſingularem, ſic, vt domus Iſocratis officina eloquentiae haberetur, vt ait *Cicero* in oratore cap. 13. vbi Platonis de Iſocrate teſtimonium adfert e Phaedro extremo. Idem in Bruto cap. 8. *Iſocrates, cuius domus cunctae Graeciae quaſi ludus quidam patuit atque officina dicendi: magnus orator et perfectus magiſter, quamquam forenſi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio eſt poſtea conſecutus.* adde cap. 12. et III. de orat. cap. 35. vbi de aemulo, Ariſtotele. Hermippum ἐν τρίτῳ περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν laudat *Athenaeus* [lib. VIII. pag. 342. C.]. Sed et de diſcipulis Iſocratis pluribus libris diligenter egiſſe illum, docet tum idem Athenaeus, tum Harpocration in Ἰσαῖος, et Dionyſius in Iſaeo. Docuit Iſocrates mercede drachmarum mille, quae quum prima vice ipſi numeraretur, lacrimas miſiſſe, ac ſe venundatum conqueſtus eſſe dicitur: ipſe decem millia drachmarum dixit daturum ſe illi, qui audacem et vocalem ſe redderet. [aa]) Timiditatem eius, quod non plures, quam vnum, vel binos, admittere ſimul ſuſtineret auditores, perſtringunt Plutarchus et Tzetzes. [At enim Plutarchus ipſe alio loco et Photius diſerte dicunt, Iſocratem diſcipulos habuiſſe ad centum. Tzetzae narratio fabulam ſapit. Alterum igitur locum Plutarchi pag. 937. med. ad quem prouocaſſe videtur Fabricius, hic male intellexit, quod vberius docet *Schirach*, Iſocratis defenſor, in diſp. I. pag. 14 ſqq.] Pro literis, ad Athenienſes mittendis, a Timotheo talentum, pro vna oratione a Nicocle, rege, viginti talenta [bb]) accepit. Quod vero ad vim in dicendo attinet, ſe, aiebat, fungi vice cotis [cc]), acutum

Reddere quae ferrum valet, exſors ipſa ſecandi.

Cete-

x) pag. 234 E. et in orat. ad Philipp. pag. 98. C. coll. *Valcken.* in diatribe Euripidea poſt Eurip. Hippolytum pag. 255. de abuſu eloquentiae, in republ. attica erudite diſputante, et in not. ad Eur. Hippol. v. 986. pag. 26 . *Harl.*

y) Forenſes tamen pro aliis. *Harl.*

z) Photius. Confer de Theopompo Ciceronem in Oratore cap. 41. De Ephoro et Naucrate cap. 51. De Ephoro iterum cap. 57. *Ephorus, leuis ipſe orator, ſed profectus ex Iſocratis diſciplina.* [De his et aliis v. *Meurſium* attic. lection. V. cap. 21. *Schirach.* in diſp. I. pag. 12 ſqq et nos poſt Iſocratem plura dicemus.]

aa) Opes vero praeceptis eloquentiae tradendis collegit tantas, vt iuberetur ſumtu ſuo triremem aedificare et inſtruere armamentis ac militibus, quum bis illud munus, ſiue genus λειτουργίας, teſte Plutarcho, recuſaſſet. *Fabric.* De moleſto illo olim et ſumtuoſo munere Athenienſium docte diſputat *Frid. Aug. Wolf.* in eruditis prolegomenis ad *Demoſthenis* orat. aduerſ. Leptinem pag. C ſqq. *Harl.*

bb) Plutarch. Phot. Budaeus lib. II. de aſſe, duodecim millia aureorum.

cc) Horatius arte v. 304.

Ceterum nimio delectus, collocationis et numeri ſtudio, (de quo *Cicero* in Oratore cap. 52. et 61.) effecit, vt elegans atque admirabilis quidem, at elumbior frigidiorque videretur eius ſermo, dd) ipſe vero ludibrio eſſet poſteris, quod plures annos ee) impenderat uni elaborandae orationi panegyricae, quam Alexander pacandae Aſiae inſumſit, et epiſtolam ff) [*] ad Philippum de pace iuſſus ſcribere ab Athenienſibus, nondum illam ad finem perduxerit, cum pax iam cum rege coaluiſſet. Mortem oppetiit Iſocrates, ex aegritudine inducta ſibi media, quum intellexiſſet, victos ad Chaeroneam Atticos a rege Macedoniae, Philippo, Olymp. CX. 3. anno aetatis XCVIII. gg) ante Chriſtum CCCXXXVIII. Sepulchro eius impoſita columna XXX. cubitorum altitudine, in cuius faſtigio ſiren ſeptem cubitorum; et e propinquo menſa, hh) in qua parentes eius et praeceptores, atque hos inter Gorgias, qui ſphaeram coeleſtem intueretur; quod monumentum iam Plutarchi aetate interciderat. [De hoc et aliis ornamentis, in honorem Iſocratis poſitis, v. *Olearium* ad *Philoſtr.* I. de vitis ſophiſt. 17. pag. 506. not. 7. *Freytag.* de ſtatuis etc. pag. 22 ſqq. *Schirach.* diſp. I. pag. 26 ſqq.

Orationes *Iſocratis* LX. ferebantur aetate Plutarchi, ex quibus Caecilius XXVIII. Dionyſius Halicarnaſſeus XXV. tantum pro genuinis habuit. Idem e Plutarcho Photius teſtatur cod. CCLX. In Suidae codicibus numerantur XXXII. Hodie tantum XXI. ſuperſunt, nec plures legiſſe ſe teſtatur Photius Cod. CLIX. quem, ſi placet, vide. In his ducunt familiam ***tres paraeneticae***, pulcherrimis ſententiis refertae:

1) Πρὸς Δημόνικον, *Ad Demonicum*, ii) Hipponici F. clarum Athenienſem, fratrem Calliae. Haec ſine cauſa tertio cuidam ac commentitio Iſocrati ab elegantiſſimo Mureto

tribui-

dd) Plinius Hiſt. nat. VII. 30. Plutarch. Laudat eum *Cyrillus* VII. pag. 225, ſed Salomone ſapientiorem, quod volebat Iulianus, fuiſſe negat. *Fabric.* Quia *Schirach.* in diſp. II. omnia collegit, quae ad laudem eloquentiae Iſocrateae facerent, et, quae Philonicus, Hermogenes, Dionyſius Hal., Longinus aliique in Iſocrate culparunt, diligenter congeſſit, examinauit, atque excuſſit, plura addere ſuperuacaneum eſſe videtur. *Harl.*

ee) Philonicus et Hieronymus philoſ. apud Dionyſium Halicarnaſſ.

ff) Tzetzes XI. Chil. hiſt. 382. Athenaeus de machinis bellicis pag. 2. — *Timaeus* apud *Longin.* ſect. IV. pag. 29. [edit. Tollii, vbi vid. not. Langbaenii.] Tzetzes, Dionyſius, Longinus ipſe περὶ ὕψους etc. Adde, quod Cato apud Plutarch. pag. 351. ridet γηρᾶν παρὰ Ἰσοκράτει τοὺς μαθητὰς ὡς ἐν ᾅδου χρησομένους ταῖς τέχναις καὶ δίκας ἐροῦντας.

gg) *Lucian.* in Macrob. tom. II. pag. 274 ſq. *Fabric.* ſ. tom. III. pag. 225 ſq. ed. Reitz. Enimvero Lucianus illo loco tradit, Iſocratem vitam reliquiſſe *circa annum vndecenteſimum*; v. not. Maii, qui cenſet, Iſocratem vltra XC. annos vixiſſe. Pariter *Philoſtratus* de vitis ſophiſt. I. cap. 17. pag. 506. eum, tradit, diem obiiſſe ἀμφὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη, ***centenarium fere***, quod probabilius videtur. *Quinctil.* Inſt. orat. III. 1. 14. eum octauum et nonageſimum impleuiſſe annum prodit. Suidas ſolus CVI annos, et Pſeudo-Plutarch. vit. X. rhet. pag. 837. CXVIII. annos adſcribunt Iſocrati. conf. *Ionſium* de ſcriptor. hiſtor. philoſ. I. 9. 3. pag. 51 ſq. Plura tamen vide in *Schirachii* diſp. I. de Iſocrate pag. 25 ſq. cum primis in *Corſini* faſtis attic. tom. II. pag. 68. collato tom. I. pag. 140 ſq. *Harl.*

hh) Plutarch. et *Philoſtratus* de Sophiſt. [I. pag. 503. ibique Olearii not. 2.] Meminit ſirenis illius etiam Choricius inedita laudatione Procopii Gazaei.

ii) Hipponici filium teſtatur ipſe Iſocrates in limine orat. ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλίας, σημεῖον δὲ τῆς πρὸς Ἱππόνικον συνηθείας. Πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας ὥσπερ τῆς οὐσίας οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. Et *Dionyſius Halicarnaſſ.* hanc orationem laudans, in arte rhetor. cap. 5. vocat παραίνεσιν πρὸς τὸν Ἱππονίκου. Tzetzes memoriae lapſu pro Ἱππονίκου poſuit

tribuitur in limine variarum lectionum libr. I. cap. 1. Harpocration in Ἐπακτοῦ ὅρκος Iſocrati adſcribit Apolloniati, noſtri diſcipulo. kk) Sed Athenienſi Iſocrati et Hermogenis teſtimonium et oeconomia tractationis ſententiarumque numeri et dictionis vindicat, vt recte notauit Sylburgius, hanc orationem, [?] ſi non ſit Iſocratis noſtri, eſſe eam Iſocrateo plane filo contextam. *Iſidorus* Peluſ. IV. 162. Epiſt. ad Ophelium, grammaticum: *καὶ τοῦτο ἐγγυᾶται Ἰσοκράτης ὁ ἄνω καὶ κάτω παρὰ σοῦ θαυμαζόμενος γράφων πρὸς Δημόνικον.* et III. 84. ad Agathonem, presbyterum, *ὅτι καὶ Ἰσοκράτης ὅτε Δημονίκῳ τοὺς παραινετικοὺς ἔπεμπε λόγους.* *Harpocrationi* in Παράκλησις laudatur *Ἰσοκράτης παραινέσεσι.* [Atque inſcriptio huius orationis apud veteres ſemper erat Παραινέσεις. v. *Meurſ.* lection. atticar. lib. II. cap. 6.] Latine, praeter *Rudolphum Agricolam*, Dauentriae 1512. 4. [Antwerp. 1530. 8. in bibl. Bodleiana v. *Iſocrates.*] et tom. II. oper. Agricolae pag. 229. Colon. 1539. 4. [cuius verſio lat. eſt quoque in libello: *Catonis* diſticha cum ſcholiis Eraſmi et Baadi, Mimis Publiani et aliis opuſculis, Pariſ. ſub praelo Aſcenſ. 1533. 8. Maittaire A. T. tom. II. pag. 792.] et *Philippum Beroaldum* iuniorem, cuius verſionem recognouit *Martinus Dorpius*, Lipſiae, 1517. 4. cum Catonis diſtichis, [Louan. 1518. 4. Franecker. 1660. 12. et praeter aliam lat. forſan Beroaldi quoque, Argentorati 1519. (1520.) 4. — Londin. 1519. 8. Baſil. 1520. 4. quorum exemplorum notitiam debeo Catal. Bodleiano, tom. II. pag. 34.] transtulit explanauitque *Antonius Schorus* libro poſteriore de ratione diſcendae docendaeque linguae latinae ac graecae. Argent. 1557. 1596. 8. [et aliquoties adhuc. Nouiſſima, eaque commoda, vtiliſſimi libelli, in quo reperitur orat. gr. cum latina interpretatione et egregiis animaduerſionibus, in quibus potiſſimum vis vocabulorum graecorum, et quomodo verba graeca bene, recte atque eleganter verti poſſint, praeclare oſtenditur, editio eſt:

Antonii Schori liber aureus de ratione docendae diſcendaeque linguae graecae: emendauit et auxit Frid. Wilh. Ion. Dillenius. Stuttgardiae, 1780. 8. gr. et lat.

Separatim quoque et iunctim prodiit illa oratio admonitoria ad Demonicum gr. et lat. Pariſ. apud Guil. Morell. 1563 4. — ad Demonicum or. gr. Louan. 1535. 8. — *Iſocr.* orat. ad Demonicum et ad Nicoclem, gr. et lat. *Ottmarus Luſcinius*, Argentorati typis Io. Knoblouch. 1515. 4. (v. *Am Ende* in: Strobelii Miſcellaneen Litter. Inhalts, part. IV. pag. 40) — [Iſocratis paraeneſis ad Demonicum; eiusd. praecepta, quibus melior euaſurus ſit princeps; Agapeti ſermo exhort.; adiecta ſunt Graecorum quorundam epigrammata — Auguſtae per Simpertum Ruff. 1523. 8.] Pariſ. apud Sim. Colinaeum. 1529. 8. — Luciani Icaromenipus, et dialogus Neptuni et Mercurii, Xenophontis Hie-

Εὐαγόρου, Chil. hiſt. 382. Θανόντος Εὐαγόρου δὲ γράφει πρὸς παῖδα τοῦτου, ᾧ κλῆσις ἦν Δημόνικος, πολλὰς τὰς παραινέσεις. Et *Conſtantinus Porphyrogenitus* themate 15. tradit, orationem ſcriptam ad Demonicum, Euagorae filium, cui ſententiae adſentitur *Meurſius* II. 12. Cypri. adde *Alcyonium* de Exſilio pag. 230. Ad verba Iſocratis *ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον* alludit *Gregorius Nyſſenus* in epiſtola, a Zaccagnio edita, p. 368. Pro *ad Demonicum*, ridicule excuſum leges, *ad Daemoniacum*, [in catal. bibl. Barberinae tom. I. pag. 578. ſic citatur libelli editio: *Oratio ad Daemoniacum*, latine. Lugd. 1507. 4.]

kk) Iſocrati iuniori, Amyclae filio, variis argumentis vſi adſignant *Facciolati* in praefat. ad Monita Iſocratea etc. et *Schirach.* in diſſ. I. pag. 21 ſq. Atque *Heumann.* qui Fabricio adſentiri videtur, in nota iusta addidit: „Alii Iſocrati tribuitur quoque a Camerario in notis ad *Aphthonium* pag. penult. Mureti ſententiam ſequuntur *Voſſius* inſtitutt. orator. libr. I. pag. 190. et *Menagius* not. ad Laert. I. 70. quem refellit *Colomeſius* Cimel. liter. cap. 9.“ *Harl.*

Hieron. *Iſocratis ad Demonicum*; Demoſthenis Olynthiacae: Libanius de Menelao, Helenam repetente — — graece omnia, cum *Franciſci Vergarae* praefatione. Compluti, in aedibus Michael. Deguiae. 1524. 4. (vid. *Maittaire* A. T. indic. ſiue tom. V. part. II. pag. 30). — *Iſocratis orat. duae, ad Demonicum et ad Nicoclem*, gr. Pariſ. Tiletanus. 1541. 4. — *Iſocr. oratt. duae ad Demonicum et Nicoclem*, Ariſtidis encomium Romae, Venetiis 1538. 8. in bibl. Hulſian. et Pinell. — 1558. ibid. et ib. 1567. 8. bibl. Pinell. — orat. admonitoria, gr. et lat. interprete *Antonio Schoro*, Pariſ. apud Io. Bene-natum. 1570. 4. — eadem gr. cum latina *Rod. Agricolae* interpretat. et *ad Nicoclem*, gr. et lat. interprete *Hieron. Wolfio*, Lutet. apud Io. Bene-natum. 1570. 4. (vid. *Maittaire* A. T. tom. II. part. II. pag. 751 ſq. *Iſocr. orationes ad Demonicum et Nicoclem;* Plutarchi liber de liberorum educatione; Aeſopi fabulae ſexaginta; Luciani dialogi ſelecti; *Iſocratis epiſtolae, quae extant;* Theocriti Idyllia ſelecta; cum ſcholiis *Georgii Sylvani* Panonii medici, Londini, apud authorem. 1684. 1685. 12. gr. et lat. et cum periphraſi lat. (v. Acta erudit. Lipſ. a. 1686. menſis Maii. pag. 258 ſq.) — ſexta editio, 1725. 12. — *orat. ad Demonicum*, in lib. ſcholaſtico, Τοῦ ἑλληνισμοῦ Γύμνασμα. Cothen. 1620. 8. — gr. Lugd. Bat. 1618. 8. cum not. mss. in bibl. Vffenbach. IV. pag. 50.

Eaedem crebrius cum aliis, vti poſtea videbimus. — Hic memorabo adhuc editiones:

Monita Iſocratea ad priuatorum et principum inſtitutionem, (cura *Iacobi Facciolati*, qui in notis aliorum veterum auctor. ſiue imitationem, ſiue loca parallela potiſſimum contulit.) Patauii, typis ſeminarii, 1737. mai. 8. — rec. cum obſeruationibus et indice locupletiſſimo *Io. Frickii*. Ienae, 1764. 8.

Anglica verſio *admonitionum* prodiit 1557. 8. (ſecundum catal. Bodleian. voc. Iſocrates.) — Carmine *latino*, *Antonius Meierus*, Flander. Cameraci, 1561. 4. — *Lucas Taccius*, ſcholae Grypswald. moderator, 1602. 4. — *Iſocratis ad Demonicum oratio praeceptiua* eſt in libro rariſſimo: *Domini Simphoriani Champerii Lugdunen. liber de quadruplici vita. Theologia Aſclepii, Hermetis Triſmegiſti diſcipuli* etc. Lugduni, 1507. 4. vid. *Freytag.* adpar. litter. tom. I. p. 652 ſqq. — *Gallice* vertit poſt Ludouicum Regium, *Franciſcus Seraphinus Regnerius*, (*Regnier Desmarais.*) Abbas S. Lauini. Pariſ. 1700. 8. *Regnerii* interpretatio ſubiecta eſt libris Ciceronis de diuinatione, ab eodem Regnerio gallice translatis recuſisque Amſtel. 1711. 12. et in: Recueil de Pieces d'Hiſtoire et de Litterature. Pariſ. 1738. 8. tom. IV. p. 129 ſq. — cum metaphraſi libri I. Iliados et a Renato Morello de Bretevil, qui totum voluit Iſocratem transferre. Nouv. Rep. d. lettr. menſ. Septembr. 1702. p. 224. — [duas alias gall. verſiones, alteram Touro a. 1594, alteram ſ. a. memorat Catalogus Muſei Brit. Vol. I. h. v.] *Belgice* cum Epicteto et *Cebetis tabula*. Amſt. 1632. 12. — *Italicas* verſiones recenſet vberius *Paitoni* in Biblioteca degli autori antichi gr. et lat. volgarizzati, tom. II. p. 193 ſqq. n. orat ad Demonicum per *Bernard. Criſolfum*. Venetiis, 1548. 8. — per F. Franciſc. da Trevigi Carmelitan in Oracoli, cioè Sentenze e Documenti nobili — raccolti da tutti gli antichi e principali autori Hebrei. Greci et Latini etc. Venet. 1575. in fine: In Venetia 1574. 16. — per *Ignat. Sennis* in Proſe e Poeſie dell' Abate Tagliazucchi, tom. I. p. 227. — per *Aleſ. [illegible] kotam*, cum nonnullis notis grammaticis in textum graecum. — duae oratt. ad Demonicum et Nicoclem, metrice, (in verſi ſciolti.) Venet. 1584. 4. — per *Froſin. Lapinum.* Florent. 1611. 4. etc.

4. etc. In catal. bibliothecae Barberinae I. pag. 579. memoratur quoque verſio italica *Ioan. Braun*, Venet. 1542. 8. — *Germanice.* Hamburg. 1744. 4. — Erlangae, 1717. 8. Der Sittenlehrer, eine Rede des Iſocrates an den Demonicus. Frey überſetzt von *I. Iac. Meyer.* Memmingae, 1790. 8. *Herl.*] *Zacch. Lunaii* comm. mst. in orat. ad Demon. fuit in biblioth. Roſtgaardiana, pag. 452.

2) Πρὸς Νικοκλέα de regno, ad *Nicoclem ſecundum*, Euagorae F. Salaminis tyrannum, qui regnare coepit Olymp. CI. 3. vide *Meurſium* in Cypro lib. II. cap. 13. Iſocrates ipſe ſibi vindicat orationem XV. περὶ τῆς ἀντιδόσεως. Ἔστι δ' (ὁ λόγος) ὁ μέλλων ῥηθήσεσθαι Νικοκλεῖ τῷ Κυπρίῳ τῷ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον βασιλεύοντι συμβουλεύων, ὡς δεῖ τῶν πολιτῶν ἄρχειν· οὐχ ὁμοίως δὲ γέγραπται τοῖς ἀνεγνωσμένοις. Et orat. III. ſub Nicoclis nomine: τὸν μὲν οὖν ἕτερον λόγον ὡς χρὴ τυραννεῖν, Ἰσοκράτους ἠκούσατε. Recte igitur Leo Allatius eamdem Iſocrati Athenienſi aſſerit pag. 240. ad Socraticor. epiſtolas, contra H. Stephani diatribam II. ad Iſocr. [et in praefat. ad Iſocrat. oration. ſed *Facciolati* in praefat. mem. hanc et ſequentem vindicat Iſocrati.] Latine vertit *Eraſmus*, Baſil. 1522. 4. et tomo IV. Opp. p. 611 ſqq. et *Rudolph. Agricola* tom. II. Opp. p. 236. Colon. 1539. 4. *Fabric.* *Iſocr. de regno ad Nic.* Auguſt. Vindel. 1548. 4. apud Vlhard. — Orationes de priuatis moribus et de officio principis, latine a *Badulo.* Lugduni, 1549. 4. — *Bernardi Iuſtiniani* — orationes. — Eiusdem traductio *in Iſocratis libellum ad Nicoclem.* Leonardi Iuſtiniani epiſtolae. in calce, Venetiis per Bernardin. Benalium. fol. 1492. de quo libro rariſſimo vid. *Goetz.* memor. biblioth. Dresdenſ. III. pag. 419. De variis huius et ſuperioris orat. editionibus ac verſionibus vide paullo ante adnotata, quibus addes: *Iſocr. orat. ad Nicoclem*, cum Luciani dialogis etc. graece. Louan. apud Martin. 1522. 4. (vid. *Maittaire* A. T. vol. II. part. II. p. 629.) — *Iſocr. ad Nicoclem et de pace* cum Libanii declam. *Lyſiae* oratt. de Eratoſth. et funebris, gr. et lat. Baſil. apud Froben. 1522. 4. vid. ſupra ad Lyſiam. — *Iſocrat. ad Nicoclem*, *Martino Philetico* interprete, cum multis aliis recent. opuſculis, typis Hieron. Victoris et Ioan. Singrenii, Viennae Auſtriae, 1514. 4. (vid. *Maitt.* vol. II. part. I. p. 257 ſq. et *Denis* Wiens Buchdruckergeſchichte p. 114 ſq. eumdemque copioſe differentem in Memorab. biblioth. Garell. p. 253—258.) — oratt. de inſtitutione principis, Eraſmo Roter. interprete et de ſeruanda pace, Petro Moſellano interprete, gr. et lat. Baſil. 1552. 4. — *Iſocratis ad Nicoclem* oratio, gr. denuo latine vertit, notis (philologicis, vt plurimum bonis,) illuſtrauit — *Ioh. Chriſt. Frider. Bährens*, Halae Sax. 1787. 8. Wolfiana verſio latina praeſtat nouae, oratio vero tarditate operarum ſaepe vitioſe exſcripta eſt. [Idem V. D. antea hanc orat. ſine notis adiecit libello ſuo: Lehrart der griech. und lat. Klaſſiker, 1786. Hal.] — *Italica* verſio exſtat in: Orationi di diuerſi Huomini illuſtri, raccolte da *Franc. Sanſouino.* Venet. 1569. 4. part. II. p. 129 ſqq. — *Iſocrates von dem Reich, geteutſcht durch Ioh. Altenſtaig.* Augsburg. durch Siluan Otmar. 1517. 4. — *Von den Pflichten eines Monarchen, an Nicokles, König zu Salamin, aus dem Griechiſchen des Iſocrates — von I. M. Affſprung*, (cum quibusdam adnotationibus: libera bonaque dicitur verſio.) Vlmae, 1785. 8. — Inſtitution du jeune Prince, Pariſ. apud Wechel. 1544. Anton. Macaultus gallice ſub hoc titulo vertit Iſocr. orat. quam etiam in linguam gallicam tranſtulit *Ludou. Regius.* — Alius *Nicocles* ab Aenea Tactico memoratur, Caſaubon. pag. 1755. not. mſt. Fabric. *Harl.*

3) Νικοκλῆς,

3) Νικοκλῆς, ſiue oratio ſub perſona eiusdem regis Cyprii. (vnde Κύπριος λόγος ſubinde vocatur apud Stobaeum.) ſcripta de officio ciuium erga imperantes. [Hoc Stephano et Augerio in praefat. ad gr. edit. et ad verſionem illius orat. gallicam non videtur ſcripta eſſe Iſocrateo ſtilo modoque.] Pro hac aut certe pro Euagora credibile eſt Iſocrati a rege praemii loco data viginti talenta, quod tradunt Plinius ac Plutarchus. Neque inſolens videri debet, ab Iſocrate elaboratam orationem, quam recitauerit rex. Lyſiae enim et aliorum plurimorum, ipſiusque Iſocratis exemplo conſtat, ſollemne fuiſſe, λόγους cum δικανικοὺς, tum συμβουλευτικοὺς, ab aliis dici, ab aliis ſcribi. Sic Romae in Nerone recitante admiratus eſt ſenatus, quae Seneca ſcripſerat. Vide *Dionem* lib. LXI. p. 690. *Latine* vertit praeter alios *Ludouicus Viues* tom. I. Opp. pag. 315. *Gallice: Ludou. Regius.* it. *Ludou. Meigretus,* Pariſ. 1544. 8. *Fabric. Italice:* due orationi in materia del Gouerno del Principe, tradotte dal Greco. Venet. 1552. 8. *Harl.*

Hae tres orationes praelegi ſolent paſſim in ſcholis cum Plutarchi libro de puerorum inſtitutione, itaque ſaepiſſime excuſae ſunt ſeparatim. Latinam earum verſionem, adornatam a Lapo Birago Caſtelliunculo habuit Baluzius.

[*Venetiis*, 1538. 8. *Iſocratis* orationes tres ad Demonicum, ad Nicoclem et de regno, Ariſtidis encomium Romae. gr.

Lugduni. 1579. 12. *Iſocratis paraeneſis, h. e. praecepta de officiis* etc. *eiusd. oratio ad Nicoclem, de regno, Agapeti expoſitio admonitoria ad Iuſtinianum imperatorem. Haec omnia graece cum lat. interpretatione. Sententiae ex diuerſis auctoribus collectae, ac in Alphabeti ordinem digeſtae. Lugduni apud Io. Tornaeſium.*

1581. 12. *Libelli aliquot formandis tum iuuentutis moribus, tum linguae graecae, latinae, gallicae, et germanicae vtiliſſimi. — opera et ſtudio Iohannis Cherpontii.* Apud Euſtathium Vignon.

Inſunt Plutarchi libellus de puerorum educatione; Iſocratis oratt. ad Demonicum et ad Nicoclem; Ethices chriſtianae compendium. Cherpontius, Geneuae ſcribens epiſtolam dedicatoriam, anno aetatis XXIII. in quatuor columnis graecum textum dedit tum vulgarem, cum latina verſione ex collatis plurium verſionibus concinnata, et gallica atque germanica ab ipſo factis. *Harl.*]

Francof. 1585. 8. typis luculentis Wechelianis, ex recenſione *Frid. Sylburgii*, qui varias lect. et Gnomas varias μονοστίχους, e comicis et tragicis veteribus collectas et ſub titulis digeſtas, adiunxit. [¶] graece.

[Plutarchi opuſc. de liberorum inſtitut. item Iſocratis orationes tres ad Dem. ad Nicoclem. Nicocles. *Wittebergae* 1574. 8. graece.]

[*Ingolſtadt*, 1610. 8. *Iſocr.* tres illae oratt. et Euagoras. gr. et lat.]

[*Halae*, 1627. 8. cum Plutarchi Paedagogia. gr. et lat. — In biblioth. Hulſiana tom. III. nr. 7457. notatur ann. 1628.]

[*ibid.* 1630. 8. cum Plut. Paed. gr. et lat.]

Amſt. 1643. 8. apud Ioh. Ianſonium. graece.

Chriſtophori

Christophori Neandri, gr. et lat. cum analyſi grammat. Francof. ad Oder. 1605. 8.

[1659. 8. cum Plutarchi Paedagogia, gr. et lat. Ienae.

1661. 8. cum Heſiodi Opp. et D. gr. et lat. Bremae.

1694. 8. gr. et lat. Cizae.

1702. 8. gr. et lat. cum Plut. Paedagogia et Pythagorae carm. Numburgi.]

Io. Gerlac. Wilhelmi, gr. et lat. Heidelb. 1678. 8. quae ad vſus tironum accommodata eſt editio, et phraſes [illegible] habet. [rec. et inſcripta: *Faſciculus graecus ſiue Iſocratis orationes tres, I. ad Demonicum, II ad Nicoclem, III. Nicocles. Plutarchi lib. de puer. educat. cum Pythagorae et Phocylidae carminibus, verſione latina et [illegible] phraſibus et ſententiis adiectis. olim procurante Io. Gerlach. Wilhelmi, Rect. Gymn. Heidelb. Editio noua et ab infinitis mendis purgata. Cui accedunt Iſocratis epiſt. I. ad Philipp. reg. Maced. Lyſiae oratt. pro caede Eratoſthenis et contra Eratoſth. Luciani dialogus Timon. Opera et ſtudio Io. Iac. Schmit, Gymnaſ. Moeno-Franc f. Conrect. Francof. ad Moen. 1702. 8.*] Tum *Gottl. Dietz* cum notis haud contemnendis, gr. et lat. 1678. 1709. Vlmae, in 8. — *Iſocratis oratt. tres ad Demonicum, ad Nicoclem, Nicocles, Plut. de liberorum educatione, edit. Chriſtiani Iunckeri*, cum verſione, paraphraſi, et vocabulorum difficiliorum analyſi. Lipſ. 1704. 8. [quae puerilis editio ſaepius typis eſt repetita.]

Prodierunt etiam oratt. illae et epiſtolae cum verſione interlineari. Pariſ. 1621. 8.

[*Iſocr. oratt. tres ad Dem., ad Nicoclem, Nicocles*, cum Plutarcho de educat. puerorum, et cum notis philologicis, philoſophicis et hiſtoricis german. *Io. Chriſtian. Clemanni*. Hamburgi, 1745. 8.

'Ισοκράτους [illegible] λόγοι. edit. *I. C. Meſſerſchmidt*, cum indice. Lipſiae, 1760. 8.

— oratt. cum Plut. de liber. educ. Heſiodi Opp. et Theognid. ſentent. gr. cura *Kretſchmar*. Dresdae, 1750. 8.

Iſocr. oratt. tres memoratae et Theognidis ſententiae, gr. Lipſiae, 1776. 8.

Iſocratis orationes quatuor ad Demonicum, Euagorae laudatio, ad Nicoclem, Trapezitica. In uſum graecae linguae ſtudioſorum ſeparatim editae, Coburgi, 179[illegible]. 8. graece.

Editor eſt cl. *Fa[illegible]*, Prof. linguae graecae Coburgenſis, in textu exhibendo editionem Pariſinam Augeri, paucis tantum mutatis vel aliter interpunctis, ſequutus. — Praecepta de virtutibus ex libr. III. [illegible] per *Io. [illegible]* cum Chriſtoph. Neandri grammatica analyſi earumdem orationum. in 8. ſ. a. *Harl.*]

Vt ad alias Iſocratis orationes pergam, συμβουλευτικοῦ quidem, ſiue *deliberatiui generis*, exſtant:

4) [illegible], qua Athenienſibus, quorum merita prae Lacedaemoniis eſſent, ſuadet, vt [illegible] Perſas bello petant. Hunc [illegible] *Cicero* in Oratore cap. XI et [illegible] in *Hermogenem* p. 18. [illegible], conſtare duplici genere, panegyrico et deliberatiuo, [illegible] Euagoram et [illegible]. *Harlein.*

lit. p. 22. Decem vel quindecim annos in hoc componendo inſumſiſſe dicitur h), nec ex ſuo ingenio, ſed ex Gorgiae, Archini, Thucydidis ac Lyſiae ſcriptis pleraque protuliſſe. Quod ex Plutarcho, Philoſtrato, aliisque lectum iudicium merito maius [illegible] Photio viſum eſt, recte monenti, in eodem argumento plurium virorum [illegible] ſimiles poſſe eſſe cogitationes. Ne dicam, quod Theo velut imitandum eloquentiae ſtudioſis proponit, cogitata Lyſiae ex eius epitaphio atque Olympico tanta cum arte ab Iſocrate tranſlata. Confer *Io. Thomaſium* de plagio §. 476. Tunc cum Lacedaemonii Graecis imperarent, hoc eſt inter Olymp. XCII. et XCVI. ſcriptum panegyricum Iſocrates ipſe demonſtrat oratione *περὶ ἀντιδόσεως*. In Olympiis dictam ab Iſocrate, *Philoſtratus* auctor eſt, [T. I. p. 505. adde *Aelian.* V. H. libr. XIII. cap. 11. vbi vid. Perizon. quibus locis vtitur *Schirach.* in diſp. I. p. 16 ſq. ad crimen timiditatis ab Iſocrate depellendum, et *Lucian.* in Macrobiis cap. 23. pag. 225. tom. III. edit. Reitz. vbi vid. Maii et M. du Soul not. Quando Lucian. tradit, Iſocratem ſcripſiſſe panegyricum, quum ſex et nonaginta annorum eſſet, Soul monet, Lucianum oportuiſſe ſcribere XCIIII. adde *Schirach.* in diſp. I. p. 22 ſq. qui, non recte quidem, vt poſtea adnotabimus, de tempore conſentit cum Fabricio, et ſuſpicatur, illam orationem [illegible] Iſocrateorum orationum fuiſſe.] Nihil certe illa elegantius [illegible], vt omnes confitentur, licet contra eandem ſcripſerit Ariſtoteles [illegible], teſte *Laertio* lib. V. ſect. 35. Nec deſunt, qui tradunt, hac primum [illegible] Philippum et Alexandrum M. reges ad euertendum Perſarum imperium fuiſſe [illegible]. vide *Bened. Auerani* diſſ. X. ad Ciceron. tom. II. oper. p. 222. *Fabric.* Separatim editus eſt *Panegyricus* graece Pariſ. 1538. 4. [Lat. tranſlatus per I. Mar. Catanaeum, Rom. 1509. 4.] tum bis e recenſione et cum praeclaris adnotationibus cel. mihique amiciſſimi *Mori:*

Iſocratis Panegyricus. recenſuit et animaduerſionibus illuſtrauit Sam. Frid. Nathan. Morus. Lipſiae, 1766. 8. — — maiore V. L. cura adhibita, iterum idem V. D. recenſuit, recognouit, notasque auxit, ibidem 1786. mai. 8.

Haec editio eſt praeſtans exemplum diligentis, adcuratae et ad intelligentiam tam rerum, quam verborum vtiliſſimae editionis. Codd. et editt. vir cel. ſagaciter vſus eſt ad textum repurgandum a mendis atque conſtituendum, et ex hiſtoria erudite apteque explicuit res totamque orationem. Praefixit coniecturam de tempore, quo editus videtur Panegyricus, et docte oſtendit e loco claſſico, cap. 39. huius orationis, Panegyricum editum eſſe ſexto aut ſeptimo anno belli, ab Artaxerxe Mnemone cum Euagora geſti, ſ. Olymp. vel XCVII. vel XCVIII. monetque, Fabricii et Schirachii iudicium temporum rationi minus conuenire. — — *Panegyr.* gr. et lat. Glasguae Foulis. 1778. 8. *Harl.*]

5) Φίλιππος, ſiue πρὸς Φίλιππον, *Ad Philippum.* Paullo ante mortem ſcripta, vt praeter *Ciceronem* in Oratore cap. 52. et Plutarchum graecus auctor argumenti ex Hermippo adnotauit. Suadet regi, (confer epiſtolas Iſocratis 1. 2. 3. ad Philipp.) vt graecas vrbes, inter ſe diſſidentes, conciliet, et Perſas bello petat, quod poſtremum Philippi [*] filius, Alexander, lecta Iſocratis oratione, (non hac quidem, ſed Panegyrico, vt adſirmat *Aelianus* XIII. 11.

h) Vid. *Quinctil.* I. O. X. 4. 4. vbi Gesner. adhuc laudat *Plutarchum* in vita pag. 1540. et adde ſupra in nota g citatos. *Harl.*

XIII. 11. Variar.) feciſſe dicitur. Inter Socraticas epiſtolas, ab Allatio editas, duodevigeſima ſub Antipatri Magnetis nomine inuidiam Iſocrati facit, tamquam ieiuno et maligno Philippi laudatori p. 59 ſq. Latine hanc orationem vertit *Georgius Sabinus*, ann. 1531. 8. Vide eius elegias IV. 5. in deliciis poetarum germanorum, tom. V. p. 1009. — cum expoſitione grammatica ſingularum vocum. Pariſ. 1662. 8.

6) Ἀρχίδαμος ſub Archidami perſona, (nondum regis Laconici.) ſuadet Lacedaemoniis, ne ex mandato Thebanorum, quos in Leuctrica pugna victores ad Mantineam Olymp. CIV. 2. repreſſerant, Meſſenam vel inſtaurent, vel liberam eſſe patiantur. Vehementer hanc orat. laudat Philoſtratus. Separatim edidit illuſtrauitque *Victorinus Strigelius*, Lipſiae, ann. 1564. 8. typis Voegelianis. adde nr. 8. [et infra nr. 21. Archidamus tranſlated by Th. Barnes. Lond. 1624. 4.]

7) Ἀρεοπαγιτικός. In ſenatu Areopagitico ſuadet, vt Democratia ſiue Anarchia potius, in quam circa illud tempus reſp. Athenienſis erat prolapſa, reduceretur ad meliorem formam, a Solone et Cliſthene prius conſtitutam. Scripta poſt rogatos a Lacedaemoniis Athenienſes, ne ſe a Thebanis funditus exſcindi paterentur, hoc eſt, poſt Olympiadem CII. *Latine*, praeter alios, tranſtulit *Ludouicus Viues* tom. I. Opp. p. 308. *Graece* et lat. ſeparatim edidit *Io. Breneccius*. Helmſtad. 1638. 4.

8) Περὶ εἰρήνης ἢ συμμαχικός. De pace cum Chiis, Rhodiis et Byzantiis ineunda, et deponendo ab Athenienſibus maris imperio. Scripta Olymp. CV. 4. Memorat hanc orationem ipſe Iſocrates περὶ ἀντιδόσεως. Poſteriori parti ſuum ἀντιῤῥητικὸν εἰρήνης oppoſuit Aelius Ariſtides. De pace et Archidamum Iſocr. ſeorſim edidit *Io. Poſſelius* gr. Roſtoch. 1583. 4. *Iſocratis de pace* cum al. opuſculis, latine vertit *Petrus Moſellanus*. Lipſiae, 1518. 4. Baſil. apud Froben. 1519. 4. — Baſil. 1522. 4. *Georg. Sabinus*, Melanchthonis gener, Pariſ. 1531. 8. *Philippus Melanchthon*. Hagenoae, 1533. 8. *Fabric. Iſocr. orat. de pace, graece. excudebat Chriſtian. Wechel*, ſub ſcuto Baſileenſi. Pariſ. 1529. 8. — cum Libanii declamatt. — *Iſocr. ad* Nicocl. Luciani tyrannicida, Lyſiae II. oratt. de Eratoſthene et funebri, gr. et lat. Baſil. ap. Froben. 1522. 4. — de pace, gr. et lat. Helmſtad. 1640. 4. — orat. de bello fugiendo et pace ſeruanda, Petro Moſellano, Protegenſe, interprete. 4. (epiſtola praefixa data eſt Lipſiae idibus Aug. 1518.) — *Gallice* vertit *Philipp. Robert*, Ictus. Pariſ. 1579. 8. *Harl.*

Iam ſequuntur λόγοι ἐγκωμιαστικοί.

9) Εὐαγόρας ſiue oratio funebris in laudem Euagorae, regis Cypriorum, interemti a Thraſydaeo Eunucho, Olymp. CI. 3. [Ab Harpocratione voc. Εὐαγόρας in editt. Mediolan. Aldina II aliisque inſcribitur Εὐαγόρε ἐγκώμιον · in Aldina I. aliisque ſolum Εὐαγόρας. vid. not. Findeiſen. p. 1.] Huius Euagorae, (de quo conſules *Meurſium* in Cypro lib. II. cap. 12) filius fuit Nicocles, a quo per inſidias interfectum Euagoram praeter rem tradit *Diodorus Sic.* libro XV. p. 363. Vide *Uſſerium* ad an. Period. Iul. 4340. Latine vertit hanc orat. *Petrus Sabiatus*, Pariſ. 1549. 4. Prodiit et Mediolani graece et latine, 1563. 8. — et graece ad calcem vitarum parallelarum Plutarchi, 1519. edit. Aldinae. — Atque ex *Guarini Veronenſis* tranſlatione [aetate omnes libros oration. Iſocr. editos ſuperante, ideoque auctoritate cod. mſt. pari.] — in antiquis latinis vitarum Plutarchi editionibus.

editionibus. [tom. II. edit. rariſſ. Venetae per Nic. Ienſon Gallicum. 1478. fol. mai. vid. *Goetz.* Mem. biblioth. Dresd. tom. III. p. 394 ſqq.] — *Iſocr. Euagor.* edidit *Arngrim Vidalinus*, Islandus, cum breuibus notis, Hafniae. 4. Illius Vidalini commentarius et indices in Euagoram MS. in biblioth. Roſtgaardiana p. 452. *Fabric.* [Iſocratis oratt. tres, Euagoras, in Philippum et de pace. graece. Pariſ. Iod. Badius. in 4. Catal. bibl. reg. Pariſ.] Separatim prodiit illa oratio graece, ex officina *Rutgeri Reſcii*, Louan. 1538. 8. — gr. in vſum ſcholarum, edita ab *Erneſtio*, Lipſiae, 1767. et antea quoque, neſcio, quo anno. Optima et pleniſſima eſt editio:

Ἰσοκράτους Εὐαγόρου Ἐγκώμιον *graece, ex recenſione Hieronymi Vuolſii, cum varietate lectionis, animaduerſionibus et indice verborum graecorum copioſiſſimo, addita verſione Guarini perantiqua. edidit Chriſtian. Godofred. Findeiſen.* A. A. M. Lipſiae, 1777. 8. *Harl.*

Franciſci Ciceréii in Euagoram Helenamque Iſocratis commentarius ineditus fuit apud Marquardum Gudium [mmm]). [P] — Principium imitatus eſt *Cicero* in laudando Seruio Sulpicio Philipp. IX. vt obſeruauit *Muretus* VII. 19. variar. lection.

10) Ἑλένης ἐγκώμιον variis epiſodiis iucunde productum. Nam quod argumentum natura ſua ſterile foret, magnam orationis partem conſumit in reprehenſione Sophiſtarum, laudatione Theſei, excuſatione Paridis, ac laude pulchritudinis. Confer de illa Iſocratis et Gorgiae ratione argumenta demonſtratiua amplificandi, *Voſſium* Inſtitutt. Orat. lib. I. pag. 51. Separatim haec oratio recuſa cum H. Wolfii verſione ann. 1566. 4. *Fabric.* Et ad calcem Ariſtologiae Euripideae *Mich. Neandri*, Baſil. 1559. 4. — antea graece, Pariſ. apud Guil. Morelium, 1550. 4. — gr. Pariſ. apud Wechel. 1551. [1557. Cat. bibl. Reg. Pariſ.] 4. — *Helenae* et *Buſiridos* laudatio, gr. et lat. per Wolfium. Hanou. 1619. — *Encomium Helenae*, gr. et lat. Venetiis. 1565. 4. — Orat. de laudibus Helenae e graeco in latinum traducta, *Io. Petro Lucenſe* interprete, — Herodoti libri IX. e gr. in lat. traducti Laurentio Vallenſi interprete, Venet. 1494. fol. al. editionem ſ. l. et a. indicat Goetz. in Memor. bibl. Dresdenſ. tom. III. p. 66. — Martini Philetici verſio ad Pium II. mst. in bibliotheca Roſtgaardiana, pag. 470. *Harl.* Hanc orationem Gorgiae Leontino tribuit Gesner. in Biblioth. *Heumann.* Gallica verſio Enc. Hel. et Buſir. Pariſ. 1640. 12. *Beck.*

11) Βούσιρις, ſiue laus Buſiridis, crudeliſſimi Aegyptiorum tyranni, ab Hercule interemti, ſcripta ad Polycratem, Athenienſem, ſophiſtam, redarguendum, qui idem argumentum infelicius tractauerat, et Socratis praeterea accuſationem ſcripſerat, cuius mortem Olymp. XCV. acerbe tulit Iſocrates, ita, vt altera die pullatus prodiret, teſte Plutarcho. Quicquid vero pro celebrando Buſiride ſiue Polycratis, ſiue Iſocratis attulerint ingenia; tamen *illaudatum* dixit *Virgilius* III. Georg. v. 5. quaſi falſis et alienis cumulatum laudibus. [Neandro placuit haec oratio in praefat. ad erotemata gr. pag. 232. maiore iure aliis ea, nec non oratt. ad Nicoclem, contra Sophiſtas et Panathenaica diſplicuerunt. vid. *Schirach.* diſſ. II. p. 44 ſq. neque omnes ingenii luſus fauente Minerua emittuntur in lucem. Propter hanc orationem *Valeſius* de critica I. cap. 11. p. 158 ſq. Emendatt. a Burmanno

 editt.

mmm) Transiit cum reliquis Gudianis msstis in biblioth. Guelferbytanam. *Harl.*

editt. Iſocratem inter criticos commemorandum cenſet, et ipſam orationem vocat elegantiſſimam.] Exſtat haec et ſuperior Iſocratis oratio etiam graece et latine ex verſ. H. Wolfii in Amphitheatro Socraticae ſapientiae iocoſeriae *Dornauiano* tom. II. pag. 5 ſqq. pag. 14 ſqq.

12) *Παναθηναϊκὸς*, anno, vel (vt alii mm) apud Plutarchum et Photium) quadriennio ante mortem, adeoque Olymp. CIX. 2. ab Iſocrate ſcriptus, extollit Athenienſes eorumque in Graecos beneficia prae Lacedaemoniis, quod argumentum etiam in panegyrico tractaſſe ſe commeminit. Aemulatus Iſocratem in Panathenaico ſuo Aelius Ariſtides eſt, de quo ita *Tzetzes* Chiliad. XI. v. 662.

> *Καὶ τὸν εἰς Παναθήναια τὸν μέγιστον τὸν λόγον*
> *Οὕπερ τὸν νῦν ἐσύλησεν ὅλον ὁ Ἀριστείδης.*

Fallitur idem Tzetzes, quum auctore Lyſia adfirmat, decem integris annis vix abſolutum Panathenaicum ab Iſocrate, quod de Panegyrico eiusdem praeclari ſcriptores tradiderunt. Tribus foliis in media parte p. 271. B. edit. Stephan. auctiorem Panathenaicum habuit *Michael. Nicol. Sophianus*, vt [?] ex *Ioſephi Scaligeri* epiſt. 431. ad Gruterum et Petri Victorii ad Ariſtot. rhetor. p. 71[illegible]. notauit *Paulus Colomeſius* in Opuſculis p. 36 ſq. Separatim, graece, Coloniae Agrip. 1588. 8.

13) *Κατὰ τῶν Σοφιστῶν*, aduerſus Sophiſtas, lucro inhiantes, et falſae eloquentiae doctores, quos inter alia hoc quoque nomine reprehendit, quod, odioſiſſima eius parte delecta, promiſerunt, ſe tradituros rationem tractandarum litium iudiciariarum, quum longe plura ſint oo), in quibus longe cum maiore dignitate orator verſari poſſit, et praecepta rhetorica nihilo magis ad cauſas forenſes, quam ad quodlibet aliud orationis genus pertineant. Haec oratio graece recenſita a *Frid. Sylburgio*, prodiit cum tribus paraeneticis, de quibus ſupra. *Fabric.* Prodiit ſeparatim graece et lat. Pariſ. apud Ioann. Lodoicum Tiletanum, 1542. 4. — graece, ibid. apud *Guil. Morelum*. 1552. 4. — latine, Hieronymo Wolfio interprete, apud Guil. Morel. Pariſ. 1559. 4. *Harl.*

Superſunt λόγοι Iſocratis δικανικοὶ ſiue iudiciales:

14) *Πλαταϊκὸς*, nomine Plataeenſium, a Thebanis ſolo pulſorum, ad Athenienſes, pro reſtitutione in integrum.

15) Περὶ

mm) His accenſendus *Cicero*, qui libro de ſenectute, cap. V. *eſt enim*, inquit, *quiete et pure et eleganter actae aetatis placida ac lenis ſenectus: qualem accepimus Iſocratis, qui cum librum, qui Panathenaicus inſcribitur, quarto et nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, vixitque quinquennium poſtea.* [Ex hoc loco et quod Iſocratis mors incidit in Olymp. CX. 3. *Corſin.* in faſt. atticis, tom. IV. p. 35. colligit, orationem illam editam fuiſſe Olymp. CIX. ineunte anno tertio. vide *Schirach.* diſp. I. de Iſocrate pag. 23 ſq. *Harl.*] Idem *Cicero* in Oratore cap. 12. notat, Iſocratem in hac oratione ſtudioſe conſectatum concinnitatem ſententiarum, et argutos certosque ac circumſcriptos verborum ambitus, *non enim ad iudiciorum certamen, ſed ad voluptatem aurium ſcripſerat.*

oo) Confer Ariſtotelis locum, quem cum Iſocrateo confert *Muretus* lib. IV. cap. 11. Var. Lect.

15) Περὶ τῆς ἀντιδόσεως, ſiue *de permutatione facultatum*, cum a Lyſimacho dies dictus eſſet ſecundum legem Athenienſem pp) vel permutandarum cum Lyſimacho facultatum, vel obeundae, (quod fecit,) trierarchiae. Multa de ſtudiis ſuis in hac oratione Iſocrates, multa de improbitate ſycophantarum. Scripta poſt Olympiad. CV. *Fabric.* conf. cl. *Wolf.* prolegom. ad Demoſthenis orat. aduerſus Leptinem p. 123. de antidoſi, et not. 128. de anno, quo ſcripta eſt haec Iſocratis oratio, circ. Olymp. CVI. *Harl.*

16) Περὶ τοῦ ζεύγους, de bigis equorum, quod eas in Olympiis a ciuitate Argiuorum emerit, non Tiſiae eripuerit Alcibiades. Dicta eſt a filio Alcibiadis, iam defuncti, cuius defenſionem ac laudes, populique inuidiam perſequitur. Citatur a *Plutarcho*, Alcibiade pag. 196. et *Athenaeo* V. p. 215. Sed apud Photium cod. CLIX. mentio huius orat. excidit.

17) Τραπεζιτικὸς, oratio, a Sopaei ſiue Sinopaei, filio dicta, pro ſumma argenti apud qq) Paſionem, trapezitam, depoſita, cum pater apud Satyrum, Ponti principem, de regno affectato delatus eſſet, quam Paſio poſtea accepiſſe ſe negauit. Hac oratione vtitur Dionyſius aduerſus Ariſtotelem atque Aphareum, qui orationes Iſocratis vllas iudiciales fuiſſe negarunt, quibus contradixit Iſocratis diſcipulus *Cephiſodorus.* In Iſaei oratione VII. quae eſt de Cironis hereditate [?] et in trapezitico Iſocratis plura eadem legi, notat Porphyrius apud *Euſebium* X. 3. Praeparat. vbi male Κύλωνες pro Κίρωνος.

18) Παραγραφικὸς πρὸς Καλλίμαχον, contra Callimachum quemdam, qui praeter legem ἀμνηστίας a Thraſybulo latam, ac praeter fas, neſcio cui, diem dixerat de ereptis ſibi ſub triginta tyrannorum imperio pecuniis. Hanc orationem *Iſaei* eſſe, ex Harpocratione in Ῥᾴων obſeruat *Fuluius Vrſinus* in Virgilio cum graecis ſcriptoribus collato, p. 230. et ab Iſocrateo dicendi genere valde diſſidere. Id videre ſe negat *Schurzfleiſchius* cap. III. Obſeruatt. ad Longinum. Mauſſacus apud Harpocrationem pro *Iſaeo* contra fidem codicum repoſuit nomen Iſocratis, et Mauſſacum ſequutus eſt Iacob. Gronouius. [Schol. ad *Ariſtophanis* Nub. 1134. diſerte *Iſocrati* tribuit illam orationem.]

19) Αἰγινητικός. Oratio, apud Aeginetas dicta, pro amico et adfini Thraſylochi, cui hic opes ſuas legauerat, altera ſorore ſemigermana impugnante teſtamentum. Locus, vbi deeſſe nonnulla notantur in margine, ita eſt legendus: ὅτε δὲ Πασίνος παρὼν κατέλαβεν etc. Vide *Iac. Gronouium* ad Harpocrat. p. 106 ſq. 134 ſq. *Fabric.* Correctio et explicatio loci cuiusdam reperitur in Hiſtor. acad. Pariſ. Inſcript. edit. Amſtel. tom. VI. pag. 279 — 282. *Harl.*

20) Κατὰ τοῦ Λοχίτου, ſub perſona eius, qui a Lochita quodam verberibus mulctatum ſe conqueritur. Neque hoc ferendum eſſe in democratia, licet pauper et tenuis conditionis ſit, qui vapulauit.

 21) Ἀμάρτυρος

pp) Vide *Sam. Petitum* ad leges Atticas p. 269 ſq. *Scheferum* de militia nauali IV. 6.

qq) De hoc Paſione Demoſthenes orat. pro Phormione et orat. contra Callippum.

21) Ἀμάρτυρος pro Nicia, qui ſub XXX. tyrannis apud Euthynum conſobrinum ſine teſtibus tria talenta depoſuerat, Euthyno deinde bina tantum reſtituere volente. Photio inſcribitur πρὸς Εὐθύνουν ὑπὲρ Νικίου. Hanc et Archidamum inter praeſtantiſſimas Iſocratis orationes excellere adfirmant *Philoſtratus* I. de vitis Sophiſt. [cap. 17. ſect. 3. p. 505. Olear. conf. *Dionyſ. Halic.* in iudicio de noſtro §. 6. et 9.] Contra eam ſcripſerat Antiſthenes Cynicus, teſte *Laertio* VI. 15.

Iſocrates, (an rr) Socrates?) ἐν τοῖς πρὸς Εὐθοίαν laudatur a Suida in Χιάζειν. At apud Etymologum in Ἐπίβηχος legendum Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον, pro eo, quod editum eſt Ἰσοκράτης πρὸς Λυσίαν. Vide *Meurſium* V. 2. Attic. Lect. Plutarcho ſi credimus ἠγωνίσατο καὶ τὸν ἐπὶ Μαυσώλῳ τεθέντα ὑπ᾽ Ἀρτεμισίας ἀγῶνα. Τὸ δ᾽ ἐγκώμιον οὐ σώζεται. *Decertauit etiam Iſocrates noſter in iis ludis, quos Artemiſia* (Olympiade CVII. confer Vſſerium ad ann. Period. Iulian. 4362.) *Mauſolo* (Cariae regi) *fecit: ſed ea laudatio non exſtat.* [adde *Gellii* N. A. X. cap. 18.] At Suidas ab *Iſocrate Apolloniate* hoc factum tradit, Calliſtratum, rhetorem, auctorem, vt videtur, ſecutus. [vid. ſupra in Catal. trag. deperdit. voc. *Iſocrates*, et *Taylori* Lect. Lyſiac. cap. 3. p. 232 ſqq. edit. Reiskii.] Eidem *Apolloniati* tribuit orationes quinque: 1) Ἀμφικτυονικὸν, 2) Προτρεπτικὸν, 3) Περὶ τοῦ τάφον μὴ ποιῆσαι Φιλίππῳ, 4) Περὶ τοῦ μετοικισθῆναι, 5) Περὶ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας. Paraeneſes ad Demonicum huic quoque Apolloniati adſcribi ab Harpocratione, ſupra a me eſt adnotatum. In *Ariſtotelis* rhetoricis III. 14. pro Σωκράτης ἐν ἐπιταφίῳ legendum Ἰσοκράτης. [vid. Taylor. l. c.] Similem errorem lib. I. rhetor. cap. 9. caſtigauit *Meurſius* lib. V. cap. 14. Attic. Lect. et lib. IV. cap. 4. docuit, apud *Dionyſium Halicarnaſſeum* in arte cap. 6. perperam legi ὁ τοῦ Σωκράτους ἑταῖρος Ναυκράτης pro ὁ τοῦ Ἰσοκράτους. Apud [†] *Laertium* quoque lib. II. ſect. 55. vbi Socrates Grylli laudationem funebrem compoſuiſſe legitur, pro Socrate Iſocratem legendum eſſe, duxerim, niſi quis Naucratem malit cum Gotfrido Oleario in diſſ. erudita de Heraclito.

Τέχνην ῥητορικὴν Iſocrati tribuunt nonnulli apud *Plutarchum* [vit. Demoſthen. pag. 699. edit. Reisk. vol. I.], Photiumque, tum *Tzetzes* audacter: οὗτος ὁ ῥήτωρ ἔγραψε βίβλον, ῥητόρων τέχνην, Chil. XI. v. 654. et IX. v. 935. Ὁ Ἰσοκράτης ῥήτωρ μὲν ὁ καὶ τὴν τέχνην γράψας, et 941. ὁ μὲν λόγους βασιλικοὺς, τέχνας καὶ παραινέσεις. Confer epiſt. 28. inter Socraticas ab Allatio editas, et ſchol. *Hermogen.* p. 297. *Fabric.* *Tzetzae* tamen ſententiae ſubſcribere dubitat *Schirach.* in diſput. I. de Iſocrate pag. 24. Enimuero *Quinctil.* Inſtit. orat. III. 1. 14. *Iſocratis*, ait, *praeſtantiſſimi diſcipuli fuerunt in omni ſtudiorum genere: eoque iam ſeniore — pomeridianis ſcholis Ariſtoteles praecipere artem oratoriam coepit. — Ars eſt* vtriusque; *ſed pluribus eam libris Ariſtoteles complexus eſt.* Idem vero *Quinctil.* III. 14. 15. nominat *artem, quae diſciplina percipi debet.* Paucis igitur praeceptis vno libro complexus videtur Iſocrates artem rhetoricam; at propter maiorem, quam conſequutus eſt Ariſtoteles, auctoritatem, fieri potuit, vt Iſocrateus libellus rhetoricus minus notus ex memoria hominum vſuque excideret, et tandem euaneſceret. *Harl.*

[De

rr) Schol. ad Apollon. lib. I. Σωκράτης δὲ ἐν τῷ πρὸς ἀόλθειν φησὶ τὸν Ὕλαν etc.

[De *epiſtolis* pauca ſunt notata ſupra, vol. I. lib. II. cap. 10. p. 678. Huc referam ea quae ibi omittenda duxeram, de editionibus, et, quae addenda ſint, intexam adiiciamque. Confer etiam *Schirach.* diſp. I. p. 19 ſq. Epiſtolam nonam nullatenus eſſe Iſocratis, arbitratur *Augerius* in praefat. ad Iſocratem p. IV. atque abbas *de Vatri* in commentariis regiae inſcriptionum academiae contendit, eam eſſe Theophylacti cuiusdam, monachi, qui ſcripſit ſub Mauritio imperatore: quam ſententiam Augerius eo argumento firmat, quod illam epiſtolam reapſe inuenit inter alias plures illius epiſtolas ſub nomine fictorum hominum ad homines fictos. Quibusdam editionibus ſingularum orationum, e. g. ad Demonicum, adhaerent epiſtolae. *Hieronymus Wolfius* in ſua Iſocratis editione et aliam translationem, a ſe elaboratam, et nonam Iſocratis epiſtolam ad Dionyſium iuniorem, Siciliae tyrannum, adiunxit, et leguntur ad calcem *Phraſeologiae Iſocrateae Mich. Neandri.* Baſil. 1558. 8. — *Iſocratis* epiſtolae aliquot, graece. Pariſ. apud Wechel. 1550. 4. (in Pinelli catalogo, tom. II. p. 176.) — ibid. 1557. 4. (notante Fabricio,) graece, vna cum epiſtolis Demoſthenis, Aeſchinis, Platonis et Bruti. — Graece et lat. per Renatum Guillonium. Pariſ. 1554. 4. — Epiſtolae quaedam, gr. Pariſ. 1546. 4. (catalog. biblioth. Bernenſ. tom. I. p. 307.) — *Epiſtola ad Archidamum*, Lacedaemoniorum regem, Photio laudata, primum e codice Fuluii Vrſini deſcripta ab *A. Schotto* eſt et edita graece ab Hoeſchelio in notis ad Photium. Deinde eamdem latine *A. Schottus* vertit ad cod. CLIX. Photii. Separatim cum Schotti et noua ſua verſione excudi curauit, emendationesque adiunxit *Io. David. Koelerus*, Coldicenſis, (poſtea Profeſſor hiſtoriarum primum Altdorſinus, dein Gottingenſis.) Wittebergae, 1706. 4.

(Decem) *Iſocratis*, *Demetrii Cydone et Michaelis Glycae aliquot epiſtolae, nec non Dionis Chryſoſtomi oratio περὶ λόγου ἀσκήσεως partim e codice Helmſtad. partim ex codicibus Moſquenſibus edidit et animaduerſiones adiecit C. F. Matthaei*, Vniuerſitatis Caeſareae Moſquenſis Profeſſor, (in praeſenti Profeſſor L. Gr. Wittebergenſis.) Typis vniuerſitatis caeſareae Moſquenſis. 1776. mai. 8. Ex libris ſcriptis et editis, de quibus intelligenter fuſeque diſputat, ad codicem Helmſtad. et Aldinam editionem denuo recenſuit vir doctiſſimus epiſtolas iſocrateas notisque res ac vocabula docte explicuit. — *Epiſtolam ad Archidamum* recepi in Anthologiam meam graecam proſaicam, Noribergae, 1781. 8. pag. 109 ſqq. — Reperiuntur quoque Epiſtolae in *Collectionibus variarum epiſtolarum gr. Aldina*, Venet. 1499. II. voll. et octo quidem in vol. I. nona vero in vol. II. inter epiſtolas Sophiſtarum variorum; atque *Cuiaciana*, quae tota pendet ex Aldina, Aureliae Allobrog. 1606. fol. tum in editionibus Wolfii, H. Stephani et Battie, qui vero epiſtolam, quam Hoeſchelius primus vulgauit, ad Archidamum omiſerunt. Alius autem epiſtolarum ordo eſt in codice Helmſtadienſi: alius in edit. Aldina, alius in Wolfiana. — *Gallice* vertit epiſtolas Iſocrateas *Ludouicus de Malthe*, Antwerp. 1558. apud Chriſtoph. Plantinum. — et *Claud. Gruget* cum epiſtolis Phalaridis. Anvers 1558. 12. in catalog. biblioth. Bünau. I. pag. 107. — Epiſtola IX. eſt in cod. *Moſquenſi.* In cod. *Helmſtadienſi*, in quo praeter ea exſtant *Aeſchinis* Opera, *Socraticorum* epiſtolae, et *Dionyſ. Halicarn.* de Lyſia. — Epiſtola ad Archidamum eſt vnica in cod. regio Pariſ. MMDCCCCXLIV. at in cod. MMMLIV. inter alias eiusdem auctoris epiſtolas, teſte *Augerio* in praefat. pag IV. — In bibliotheca regia *Matritenſi*, teſte *Iriarte*, eſt cod. XCVIII. pag. 384 ſqq qui praeter alia continet *Iſocratis* oratt. ad Demonicum, ad Nicoclem, Nicoclem, Buſirin ad Polycratem, laudationem Helenae, contra Sophiſtas, Laudationem ad Euagoram, contra

tra Lochitem de verberatione et *nouem* epiſtolas, in his epiſtolam ad Archidamum: deeſt vero epiſt. ad Dionyſium: prima enim, ad Philippum exarata, in codice falſo inſcripta eſt Dionyſio. *Harl.*]

Laertius de Speuſippo IV. 2. καὶ πρῶτος παρὰ Ἰσοκράτους τὰ καλούμενα ἀπόῤῥητα ἐξήνεγκεν. Intima artis rhetoricae de numero oratorio, quae μυροθήκιον Iſocratis videtur vocare Cicero lib. II. Epiſt. ad Atticum. Vide *Meric. Caſauboni* animaduerſ. ad laudatum Laertii locum. [Menagium ad eundem Diog. Laert. et *Schirach* diſſ. II. p. 14. qui Caſauboni et Fabricii ſententiae ſubſcribit.]

Iſocratis orationes prolixiores et πολιτικωτέρας Damaſcio expoſuit *Seuerianus* εἰς τὸν τεχνικόν τε καὶ σοφιστικόν, ἀλλὰ τὸν ἔμφρονα καὶ φιλόσοφον τρόπον vt legas apud Suidam in Σεβηριανός. [Κλήμης, *Clemens*, hiſtoricus, cuius rara ſit apud veteres mentio, ſcripſit ad Hieronymum de figuris Iſocratis, teſte *Suida* h. v. tom. II. vbi vide Kuſter. pag. 328. et ex Suida, *Eudocia* pag. 267.] Contra Iſocratem ſcripſerat olim *Zoilus*, Amphipolites, teſte *Suida* in Ζωΐλος [et *Eudocia* p. 203.] Tum *Ariſtoteles Siculus* et *Aelius Ariſtides*, vt iam dixi ad Orat. IV. et VIII. Denique *Ariſtoteles Stagirites* quoque eum perſtrinxit [55], confutatus a *Cephiſodoro*. Dionyſius Halicarnaſſeus: Μὴ δ' ὅτι δεσμὰς πάνυ πολλὰς δικανικῶν λόγων Ἰσοκρατείων περιφέρεσθαί φησιν ὑπὸ τῶν βιβλιοπωλῶν Ἀριστοτέλης — — καὶ ὅτ' Ἀριστοτέλης πειθόμενος ῥυπαίνειν τὸν ἄνδρα βουλόμενος — — ἱκανὸς δ' ἡγησάμενος εἶναι τῆς ἀληθείας βεβαιωτὴν τὸν Ἀθηναῖον, Κηφισόδωρον, ὃς καὶ συνεβίωσεν Ἰσοκράτει καὶ γνησιώτατος ἀκουστὴς ἐγένετο, καὶ τὴν ἀπολογίαν τὴν πάνυ θαυμαστὴν ἐν ταῖς πρὸς Ἀριστοτέλην ἀντιγραφαῖς ἐποιεῖτο. *Cephiſodori* [56] libros IV. contra Ariſtotelem memorat *Athenaeus* libro II. p. 60. licet ibi legatur *Cephiſodotus*, ex quo loco colligitur, contra philoſophum Stagiritam, non contra rhetorem Siculum ſcripſiſſe, quod clariſſime etiam teſtatur Ariſtocles, Peripateticus, ob hanc ipſam cauſam Cephiſodoro inſultans apud *Euſebium* XV. 2. Praeparat. p. 792. et *Numenius* apud eundem XIV. 6. p. 732. Mentio Cephiſodori iterum apud *Athenaeum* libro III. pag. 122. et VIII. pag. 354. et lib. IX. p. 407. fin. et apud Themiſtium in Sophiſta p. 285. Dionyſium in Iſaeo p. 111. et in Epiſt. ad Pompeium et alia ad Ammaeum p. 120. vbi Cephiſodorum refert inter παραγγελματικῶν rhetoricorum ſcriptores. Gregorii Nazianzeni dictionem ad ſtructuram accedere Iſocraticam, notauit Eraſmus. [P] [De his aliisque laudatoribus atque ac obtrectatoribus Iſocratis copioſe diſputat *Schirach*. in diſſ. II. pag. 50 ſqq.]

[*De codicibus msstis atque editionibus.*

Codicum *Helmſtadienſis*, *Moſquenſis* atque *Matritenſis* iam paullo ante memini, quum de Epiſtolis Iſocratis agerem. Codicem *Fuggeranum*, quo leuiter vſus eſt Wolfius, aut potius ex quo excerpta deſcriptaque, cum vulgatis codd. non conſentientia, ab Eduardo Henrico Scoto acceperat, (vid. eius praefat. ad caſtigationes in Iſocratem pag. 860. edir. 1570.) biblioth.

55) Cicero in Oratore de numeroſa et apta oratione, atque de Ariſtotele et Iſocrate diſſerens, cap. 51. ſect. 172. *quis, ait, Iſocrati eſt aduerſatus impenſius* (Ariſtotele)? *Harl.*

56) Vide ſupra ad §. I. infra lib. IV. cap. 31. in elencho rhetor. graec. h. v. *Ionſium* de ſcript. hiſt. phil. I. 13. p. 93. *Ruhnken.* hiſtor. crit. orat. gr. pag. 82. *Harl.*

biblioth. collegii noui *Oxonienſis*, quem diligenter contulit editor Cantabrig., alium cod. collegii *Oxonienſis*, et cod. *Bononienſem* cl. *Morus* in praefat. ad ſecundam Panegyrici editionem indicauit.

In *Anglia* ſunt quatuor codd. mssti in bibliotheca *Bodleiana*, qui duntaxat habent duas primas orationes, ad Demonicum et ad Nicoclem, n. cod. collegii noui MS. Baroc. MS. Laudianus, et MS. cui nota NE. A. 3. 10. et duo codd. Harleiani, qui praeter illas continent quoque Nicoclem. Illos contulit Pattie. In catalogo librorum MSSt. Angliae et Hiberniae, Oxon. 1697. fol. numerantur codd. mssti in biblioth. coll. Oxon. vnus, in biblioth. Bodleiana, ſex: atque in cod. MMMDCXVIII. nr. X. ineſt quoque Iſocr. oratio altera ad Nicoclem de regno, cum praefatione Guarini Veronenſis, latine: *Cantabrig.* in collegio S. Benedicti eſt nr. MDCXXVII. et in biblioth. eccleſ. Weſtmonaſt. nr. MCXXXIX. Iſocrates ad Demonicum: in biblioth. *Gale* nr. MMMMMMDCCCCLXXX. argumenta orationum Iſocratis: — in biblioth. *Iacobaea* nr. MMMMMMMMDIV. Iſocr. oratt. aliquot a Lumbley translatae: in biblioth. *Mori*, epiſcopi Noruic. nr. MMMMMMMMMMCCCCXLIII. Iſocr. ad Demonicum et Nicocles, et Guarini epiſtola in orat. Iſocratis, qua regem in ſubditos inſtituit.

In bibliotheca *Leidenſi*, teſte Catalogo p. 340. cod. XXIX. chart. *Iſocratis opera*, quorum poſtremum eſt παραγραφικὸς πρὸς Καλλίμαχον.

In biblioth. regia *Pariſina*, ſecundum tom. II. Catalogi, in cod. XIV. eſt orat. ad Demonicum; in ſex codd. orat. ad Nicoclem; in tribus, Nicocles; in tribus, panegyricus; in quinque, orat. ad Philippum; in ſex, Archidamus; in quatuor, Areopagiticus; in quinque, orat. de pace; in quinque, Euagoras; in quatuor, Helenes encomium; in quinque, Buſiris; in tribus, Panathenaicus; in quinque, aduerſus Sophiſtas; in quinque, Plataicus; in tribus, orat. de permutatione; in duobus, de bigis; in tribus, Trapeziticus; in quatuor, exceptio aduerſus Callimachum; in duobus, Aegineticus; in tribus, orat. contra Lochitem; in vno, orat. contra Euthynum: de epiſtolis iam paullo ante fuit ſermo. — At catalogum in deſignatione orationum aliquoties peccaſſe, docet *Augerius* in praefatione pag. XII ſqq. vbi ſedecim, quos contuliſſe ſe ait, codices illius bibliothecae paullo ſuſius recenſet. — In eadem bibl. Pariſ. ſecundum vol. III. eſt inter codd. msst. interpretatio lat. oratt. ad Demonicum, Nicocles, et ad Nicoclem, cod. MDCXVI. nr. XVII — XIX. et orat. ad Demonicum cod. MMMMMMCCCXXV. nr. VII. denique Nicocles, a Magdaleno Brienſi verſus, cod. MMMMMMMMDCCCXIX.

In biblioth. *Veneta* D. Marci, teſte Catalogo, cod. CCCCXV. membran. omnes Iſocratis orationes. — *Ibid.* ſecundum *Tomaſini* bibliothecas Venetas msstas, p. 16. in biblioth. S. Antonii, Iſocr. orationes: pag 42. in biblioth. Beſſarionis plut. 21. eaedem. — In biblioth. Ambroſiana *Mediolan.* auctore Montfaucon in diario italico p. 16. pauca Iſocratis et eodem auctore pag. 367. Florentiae in monaſterio.

In biblioth. *Medicea* Florent. teſte Bandinio, tom. I. pag. 547. cod. XXIV. plut. IV. oration. XI. — ad Demonic. tom. II. p. 261. cod. XIX. et p. 381. cod. VIII. et p. 568. cod. VII. cum vita auctoris, et tom. III. p. 104. cod. VIII. — ad Nicoclem, tom. II. p. 381. cod. IX. — Nicocles p. 382. cod. X. — oratt. XIII. cum argumentis etc. tom. II. p. 442. cod V. — oratt XXI. tom. II. pag. 447. et 449. cod. XII. et XV. — oratt. IIII. tom. II. pag 541 cod. XXIV.

XXIV. — orat. contra Sophiſtas ibid. p. 568. cod. VIII. — laudatio Archidami ibid. p. 673. cod. III. — oratt. XI. quarum vltima de permutatione longior eſt, quam in editis, et aliena forſan habet inſerta; tom. III. p. 395. vbi ſpecimen exhibetur, cod. XIV. — Epiſtolae octo, tom. II. pag. 678. cod. IV. Sententiae, ex orat. ad Demonicum excerptae, tom. III. pag. 325 cod. XXI. et cod. XXII.

In biblioth. *Scorialenſi* in Hiſpaniis teſte *Plüer* in itinerario etc. pag. 178. Iſocr. oratio ad Demonicum.

In biblioth. *Vindobonenſi*, ſecundum *Lambecii* commentar. vol. VII. p. 232. cod. LXVI. nr. VI. Iſocr. ad Demonicum. — indice autem *Neſſelii* in Catalogo, part. IV. p. 4. cod. III. membr. *Iſocr.* oratt. ibid. p. 144. cod. CCXCVI anonymi exegeſis in II. oratt. ad Demonicum et Nicoclem. ibid. p. 149. cod. CCCXI. or. ad Demonicum.

In biblioth. *Breslauienſi* multa eſſe Iſocratis, tradit *Kranz*. in Memor. biblioth. publ. Wratislau. pag. 88.

In biblioth. *Auguſtae Vindel. Iſocr.* paraeneſis. — *Noribergae* in biblioth. Solgeriana, nunc publica, *Iſocratis* ſcripta varia, latine facta, cod. membran ſaec. XIV. vid. *Solgeri* Catalog. biblioth. tom. I. pag. 221.

In biblioth. *Bauarica*, *Monachi*, teſte catalogo, in cod. CCXXVIII. *Iſocr.* orat. ad Demonicum et excerpta ex orat. de pace, et in cod. membr. CCLXII. *Iſocr.* orationes. Quia plurimos, credo, codices, quos *Montfaucon* in Bibliotheca bibliothecarum MSS. nominat, non enumeraui, ſatis erit, eos, quibus videbitur neceſſarium, ad illum ablegare. Progredior ad enumerationem

e d i t i o n u m.

Princeps illarum et poſterioribus editoribus parum cognita, eſt ex codice biblioth. Laurent. Mediceae:

Iſocratis orationes, graece, curante Demetrio Chalcondyla. Mediolani per Henr. Germanum et Sebaſtian. ex Pontetremulo, ſumtibus Barth. Scyaſſi et Vincentii Halyprandi, Barth. Rozoni. 1493. fol.

Vid. Catal. Bunau. vol. I. tom. I. p. 166. Catal. bibl. *de la Valliere* nr. MMCCXXXVII. *Bandinius* in Catal. MSS. graec. biblioth. Laurent. vol. II. p. 440. *Crevennae* Catal. vol. III. pag. 61 ſq. *Bure* bibliographie inſtructive, B. L. tom. I. nr. MMCCCXLIII. *Maittaire* A. T. tom. IV. part. I. p. 64 ſq. not. 5. et part. II. pag. 559. vbi notat, in calce deſcribi typographicum ſymbolum cum literis *V. S.* quo ſymbolo vſum fuiſſe *Vldericum Scinzenzeler* obſeruat, atque *Saxius* in hiſtoria litteraria typograph. Mediolanenſi pag. 502. idem obſeruat et putat, *Henricum Germanum* non alium eſſe, ac *Vldericum Scinzenzeler*. In epiſtola Graevii tom. IV. Sylloges Burmann. p. 691. Chalcondylas male vocatur *Georgius*. — Ibidem, n. *Mediolani*, eodem anno, 1493. eodem curante Demetrio Chalcondyla prodiiſſe *editionem* in forma, quam vocant, octaua, ſ. *oſtauo*, quae nihil differat ab editione in forma maxima, ſed raritate illam ſuperet, putabant Rive et Auger. eaque ſe vſum eſſe profitetur Augerius, in praefat.

praefat. pag. V. at valde deceptos fuiſſe illos, docuit *Bure*, vt in fine huius paragraphi indicabitur pag. 799. [add. Periergi Deltophili ſ. Com. Rewiczky Bibliotheca pag. 33 ſq.]

Iſocratis orationes, Alcidamantis contra dicendi magiſtros, Gorgiae de laudibus Helenae, Ariſtidis de laudibus Athenarum, eiusdem de laudibus vrbis Romae. In calce: Venetiis apud Aldum et Andream Socerum. Menſe Aprili. 1513. fol. graece.

Addita ſunt excerpta ex Lexico Harpocrationis. Aldina edit. ſic diſcrepat quibusdam locis a Mediolanenſi, vt non potuerit ex eodem fonte prouenire, et ex alio codice ducta ſit. Neque vero aeque correcta, ac Mediolanenſis, exiit praelo. Haec eſt ſecundum quorumdam iudicium, tertia pars rhetorum graecorum, ab Aldo editorum, et ſeparatim quoque vendita. Attamen Alcidamantis oratio, in fronte primae et tertiae partis nominata, exſtat tantum in prima parte. vid. Serie dell' edizioni Aldine — II. edizione, (cura cel. Morelli,) in Padova, 1790. 12. p. 33 ſq. adde ſupra, ad editionem *Lyſiae* Aldinam ex Hauptmanni libello adnotata: *de Bure* Bibliographie inſtructive. belles lettres, tom. I. nr. MMCCCXXXIX. p. 93 ſq. *Crevenna* in Catalogue raiſonné, vol. III. p. 60. qui in deſcriptione tomorum diſcedit a Burio, et formam atque ſeriem orationum aliter deſignat. — *Bure* l. m. nr. MMCCCXLV. et *Goetz.* in Mem. biblioth. Dresd. II. pag. 336. memorant aliam eamque diuerſam editionem Aldinam, quae fuit quoque in biblioth. Askew. et Fabriciana part. I. pag. 115.

Iſocratis orationes, necnon Alcidamas, Gorgias, Ariſtides et Harpocration. graece. Venetiis. Aldus, 1534. fol.

Iſocratis orationes latine: *Io. Lonicero interprete*, Baſil. apud Andream Cratandrum. 1529. fol. — Marpurg. 1540. 8.

Iſocr. de regiis muneribus, lat. verſ. a *Stephano Nigro*, cum aliis opp. Mediolan. 1521. vid. Maittaire A. T. tom. II. pag. 613.

Ex Aldina editione fluxerunt *Iſocratis orationes* Hagenoae, ex officina Seceriana, 1533. 8. (in bibl. *Pinell.* tom. II. p. 177. vbi plures Iſocratis Opp. editt. indicantur:) — *Opera.* gr. Francofurti, 1540. 8. — *Iſocr.* oratt. cum Gorgia et aliis, gr. Hanou. 1543. 8. apud Alterum ad Harwood. — gr. Venetiis ex officina Farreana, 1543. 8. (num ſit eadem, quae in Catal. biblioth. Barberinae v. *Iſocrates* ſignatur Venet. 1574. et operae in anno peccarint, nec ne, et omnino diuerſae, equidem neſcio.) — Baſil. 1546. 8. gr. — *Iſocratis*, cum Ariſtidis encomio, Romae, 1544. 8. in biblioth. Sarraz. pag. 83. — ibid. gr. Petr. Nicol. Sabiens. 1549. 8. Vide *Goetzii* Mem. biblioth. Dresd. II. pag. 356.

Iſocratis orationes, partim doctorum virorum opera, partim meliorum exemplarium collatione, nunc demum multo quam antea emendatiores excuſae: quibus iam quoque praeter aliorum editionem acceſſerunt eiusdem Iſocratis epiſtolae; atque Harpocrationis et Suidae auxilio aliorum apud eundem locorum explicatio; graece. Baſileae apud Michael Iſingrinum. 1550. 8 [In Catal. bibl. Pariſ. reg. 1555. 8.]

Notitiam edit. debeo *Maittario* in Annal. typogr. tom. III. p. 590. quare, num et quatenus editor officio ſatisfecerit, et ſteterit a promiſſis, definire nequeo. Sed critica eſſe videtur. confer infra, de edit. Baſil. 1565.

Hieronymi Wolfii, Oettingenſis, merita aduerſus Iſocratem haud leuia ſunt; nam non ſolum bis vertit Iſocratem; ſed etiam textum graecum e codice Fuggeriano et antiquioribus

editt. praeter Mediolanenſem, collatis, emendauit, aut e cod. praecipue multas lectiones adtulit, multasque caſtigationes et coniecturas, editori futuro perpendendas, ſuppeditauit: id tamen illi vertitur vitio, quod contextum frequenter mutauit ex ingenio, et contra editiones antiquas abuſus eſt apoſtrophis. Ex eius autem recenſione toties excuſus eſt et repetitus contextus gr. isque modo verſione deſtitutus latina, modo locupletatus, vt non ſolum vſus et amor maiorum noſtrorum erga Iſocratem inſignis inde pateſcat: ſed ego quoque verear, vt omnes indicare poſſim editiones; neque tamen, quia plerumque ſunt mercе, nec raro vitioſae, repetitiones, ex omiſſione vnius alteriusque pluriumue editt. Wolfianarum magna, credo, iactura enaſcetur.

Primum verſionem Iſocratis latinam edidit Baſileae apud Oporinum 1548. fol. eo tamen orationum ordine, qui eſt in editt. Mediolanenſi atque Aldina, ſeruato, addita epiſtolarum verſione, caſtigationibus et commentario: quam verſionem poſtea ſic correxit, vt omnino noua dici potuerit. vid. *Hier. Wolf.* in commentario ſcripto ann. 1570. de vita ſua, in Reiskii orator. graecor. vol. VIII. p. 833. vbi ipſe iudicat de hac prima ſua verſione, et deinceps aliquoties, p. 847. de altera edit. graeco-latina, p. 867. de editione noua minus correcta, et commentariorum praetermiſſione, p. 869. p. 874. de VI. edit. agit, et cel. *Morum* praefat. in notitia codd. et editt. Iſocratis p. XIIII ſq. — Atque emendata illa *verſio* vna cum *textu graeco*, primum, ordine orationum ad argumenti ſimilitudinem mutato, adiectisque epiſtolis, prodiit, vt ex praefatione, Lutetiae Pariſiorum ſcripta, tom. I. p. 694. adparet, anno 1551.

Melior latina verſio, (quam tamen poſtea iterum iterumque correxit, vt ex eius commentariis de ſua vita et narratione, editt. minoribus ſubiecta, de Iſocrate, eiusque verſione latina cognoſcitur) ſeparatim exiit praelo:

Iſocratis orationes et epiſtolae, de graeco in latinum pridem conuerſae, nunc recognitae per Hieronymum Wolfium, Oettingenſem, Lutetiae, ex officina Michael. Vaſcoſani, 1553. 8. — Baſil. 1558. 8. — de integro conuerſae et quartum editae: addita vita auctoris et index. Auguſt. Vindel. 1566. 8.

Iſocr. graece prodiit Baſil. 1553. 8. (v. *Goetzii* memor. bibl. Dresd. tom. II. pag. 356 ſq. vbi plures Iſocratis editt. recenſentur.) 1555. et 1561. — gr. et lat. apud Oporin. ſine anni nota.

Iſocratis orationes, partim doctorum virorum opera, partim meliorum exemplarium collatione, nunc demum multo, quam antea, emendatiores excuſae. Adiecimus quoque Hieronymi Wolfii, Oetingenſis, non omnium modo orationum argumenta, ſed et marginum annotationes. Quibus iam quoque, praeter aliorum editionem, acceſſerunt eiusdem Iſocratis epiſtolae atque Harpocrationis et Suidae difficiliorum apud eundem dictionum explicatio. Baſileae, per Thomam Guarinum, 1565. 8. graece.

Eadem eſſe videtur et iterata editio, quam ad an. 1550. 8. memorauimus, niſi vt huic acceſſerint Wolfii argumenta et adnotationes, tum rhetoricae, tum, quae paucae ſunt, criticae ſ. Wolfii coniecturae. Ex Aldino autem exemplo eſt textus graecus, vt videtur, plerumque repetitus. — recuſ. mendis typographicis maximam partem ſublatis, ibid. 1571. 1579. 8.

Wolfia-

Wolfiana recenſio frequenter exercuit praelo Oporini: gr. et lat. 1558. 8. — gr. 1561. — gr. et lat. — 1565. — 1567. Tom. II. — 1570. 8. in bibl. Bodleiana, et Pinell. — 1571. 8. graece 1579. 8. — gr. et lat. 1582. 8. in fine: vita Iſocratis e Plutarcho, Dionyſio Halicarn. et Suida, gr. ac lat. tum Wolfii narratio de vita Iſocratis et orationum eius editione ſuaque interpretatione: multa de ſuis ſatis acerbe immiſcuit, et aliorum enumerat verſiones latinas, easque plures, quam commemoraui, denique ſubiecit veterum et recentiorum de Iſocrate iudicia, atque indicem. — 1587. 8. — 1594. 8.

Inter ea *Wolf.* maiorem editionem, cum commentario grandi, ſaepe nugaci, in quo aliquoties res plane alienae pertractantur, molitus, eam luci expoſuit:

Ἰσοκράτους ἅπαντα. *Iſocratis ſcripta, quae quidem nunc extant, omnia, graeco-latina, poſtremo recognita: adnotationibus nouis et eruditis illuſtrata, caſtigationibusque neceſſariis expoſita. Hieronymo Wolfio u) Oetingenſi, interprete et auctore. Additi ſunt rerum et verborum locupletiſſimi indices.* Baſileae, ex officina Oporiniana. 1570. fol.

Prior tomus continet opera Iſocratea, gr. et lat. poſterior primum adnotationes, tum a pag. 804. caſtigationes, ad quas ſcribendas vſus eſt edit. Aldina, Haganoenſi Seceriana, Francofurtenſi Brubachiana et Oporiniana Baſileenſi, at in plerisque conſentientibus, et lectionibus cod. Fuggeriani. Paucis proponit ſuas emendationes atque coniecturas. conf. *Io. Fabricii* hiſtor. bibliothec. Fabric. part. III. p. 228 ſq. *Schirachii* diſp. I. de Iſocrate p. 28 ſq. — Praetermiſſo commentario crebrius prodiit Iſocrates ex recenſione Hier. Wolfii, vt paullo ante iam vidimus. Praeter ea, gr. Francofurti, 1598. 8. — gr. et lat. *Baſil.* 1602. 8. 1613. (1614. in Catal. Vffenbach. tom. I. pag. 647.) 8. Parif. 16. 3. 1615. 8. — *Geneuae*, 1618. 1621. 8. 1636. 8. — ſumt. Samuelis Criſpini, Geneu. 1609. 8. — Parif. 1621. 8. gr. et lat. quam edit. valde laudat Harwood. — Geneu. apud Iac. Criſpinum, 1642. 8. — *Cantab.* apud Io. Hayes, 1686. 8. (al. 12.) — Aliis, vt videbimus, editionibus adhaeret interpretatio Wolfiana.

Recenſionem Wolfianam *Stephanus* interdum reliquit, et vel Aldinam repoſuit lectionem, vel ſingularia admiſit in nitida editione:

Iſocratis orationes et epiſtolae (IX.) *cum latina interpretatione Hier. Wolfii, ab ipſo poſtremo recognita. Henr. Stephani in Iſocratem diatribae* VII. *quarum vna obſeruationes in eumdem examinat. Gorgiae et Ariſtidis quaedam, eiusdem cum Iſocraticis argumenti, Guil. Cantero interprete. Excudebat Henr. Stephanus.* 1593. fol.

Iſocratis oratt. et epiſtolae, gr. et cum latina H. Wolfii interpretatione. Geneuae, apud Paul. Stephanum. 1604. 8. (*Maittaire* A. T. III. p. 845. in bibl. Almelouenii pag. 263 in Comitis Thott. bibl. tom. IV. pag. 258. quam editionem Thom. Popeblount atque Halleruordius in bibliotheca curioſa adfirmant eſſe optimam) — rec. Geneuae 1651. 8. — cum *H. Stephani* praef. ad Marc. Fuggerum, Geneu. 1618. 8. — *Oratt. et Epiſt.* gr. London. apud haere-

u) *Matthaeus Dreſſerus* in oratione de Hieronymo Wolfio, edita Lipſiae 1582. 8. narrat, illum pro Iſocratis interpretatione a ſenatu Auguſtano tuliſſe praemium centum Ioachimicorum, vti pro commentario in Cic. de officiis Aureos quinquaginta. conſules quoque Wolfii commentar. de ſua vita.

haeredes Io. Norton. 1615. 8. haud pulcra eſt editio, quamuis habeat H. Stephani inſigne: meum quidem exemplar caret latina verſione; quare, num *Harwood* in: Ueberſicht etc. recte ſcripſerit, additam eſſe verſionem latinam, valde dubito. — Idem Harwood vituperat editionem *Iſocr.* Colon. Allobrog. 1618. 8. —

Eaedem, eodem interprete, Pariſ. apud Io. Libert. 1615. — 1621. 8.

Eaedem, gr. et lat. cum interpretatione interlineari, cura *I. T. A.* Pariſ. apud Sebaſt. Chappellet. 1621. 8. — 1631. 8.

Feruor quantus fuit ſuperioribus ſaeculis in Iſocrate certatim edendo interpretandoque, tam cito deferbuit, vt integrum ſeculum admodum paucas proferret editiones nouas.

Iſocratis orationes ſelectae, (Paraen. ad Demonic. ad Nicoclem de regno. Nicocles. Panegyricus, Euagoras, Panathen.) gr. per Phil. Fletcher. Oxon. 1726. 8.

Iſocratis oratt. VII. *epiſtolae* (IX.) *graece et lat. codicibus msstis nonnullis et impreſſis melioris notae exemplaribus collatis, varias lectiones ſubiecit, verſionem nouam, notasque ex Hier. Wolfio potiſſimum deſumtas, adiunxit Guil. Battie.* Cantabrig. typis academ. 1729. 8. (v. ſupplement. Act. erudit. Lipſ. tom. X. ſect. 2. pag. 52 ſqq. vbi de quibusdam locis diſſeritur.) — ſecundis curis, Londin. 1749. 8. Eodem anno prodiit vol. II. quod XIV. comprehendit orationes. Duo autem volumina communem ſortita ſunt inſcriptionem:

Iſocratis Opera, quae quidem nunc extant, omnia. Varias lectiones, verſionem nouam ac notas adiunxit Gulielm. Battie. Londini, C. Davis etc. vol. I. II. 1749. 8.

Battie ad manus quidem habuit quinque Oxonienſ. et duo Harleianos codd. mstos, at eruditis parum probauit facultatem, operam atque doctrinam ſuam: Wolfianam ſequutus eſt recenſionem; apoſtrophos crebro poſuit contra libros vetuſtos: notae autem ſunt plerumque ex Wolfii adnotationibus excerptae. Verſio noua eſt minus culta.

Iſocratis opera omnia, gr. et lat. cum verſione noua, triplici indice, variantibus lectionibus et notis, edidit Athanaſ. Auger. — Pariſ. ſumtibus editoris excudebat Franc. Ambr. Didot l'ainé. III. tom. 1782. 8.

Multa bene praeſtitit: plura tamen debuerat praeſtare tot ſubſidiis editorum omnium meliorum, et ſcriptorum Iſocratis opuſculorum, de quibus in praef. ad vol. I. diſſerit, egregiis inſtructus. Saepe mutauit e libris ſuis contextum gr. et nouam dedit recenſionem; nouam quoque verſionem latinam, in qua concinnanda nec Wolfium, nec Battie penitus ſequutus eſt, aut plane deſeruit. In notis breuibus de varietate lectionis et critica vnice propemodum ſollicitus, res ex antiquitate atque hiſtoria, vnde tamen saepiſſime lucem deſiderant, et, vti Morus praeclarum dederat in Iſocratis panegyrico ſpecimen, vnicum auxilium editor petere debuit, explicare atque interpretari, plane neglexit. Bene autem feciſſet editor, ſi ex ſuo et editoris Cantabrigienſis apparatu omnem lectionis varietatem notaſſet. — Epiſtolam ad Archidamum recepit; at editionem Matthaei ignoraſſe videtur. Cenſor in Ephem. litt. Lipſ. 1785. pag. 15. multa culpat in hac editione.

Fundeiſen. ſpem nouae editionis fecerat.

H. Ste-

H. Stephani diatriben de nonnullis vocabulis et loquendi generibus, ab Harpocratione et Suida apud Iſocratem obſeruatis, ſuae Harpocrationis editioni ſubiecit *Iac. Gronouius*, Lugd. Bat. 1694. 4. *Harl.*]

Michael Neander in phraſeologia Iſocratis graeco-latina. Baſil. 1558. 8. ſub titulis CCLXIIII. phraſes ac formulas loquendi, Iſocrati familiares, digeſſit.

Ioh. Paludani ſententiae ex Iſocrate ſelectae, Gandaui 1551. 8.

Phraſeologiam Iſocratis graeco-latinam edidit in 8. *Georgius Murbachius, S. I.*

[*Iſocratis ſententiae graeco-latinae*, additis, vbi operae precium viſum fuerit, annotationibus, notatisque locis, ad quos illae, (quantum quidem neceſſaria breuitas paſſa eſt) non incommode referri poſſe videantur. Acceſſit et vetus gnomologia, latina tantum, in eorum gratiam, qui, neglectis Graecis, breuitatem amant; vna cum gemino indice locupletiſſimo. Baſileae, ex officina Heruagiana, per Euſebium Epiſcopium, 1572. 8.

Prolegomenis Hieronymi Wolfii, Auguſtae Vindelicorum XIX. Maii 1571. exaratis, ſubſcripſerunt *Georgii Wolfii* filii. *Hieronymus*, vtriusque linguae in Auguſtana ſchola Profeſſor, et *Henricus*, philoſ. et medicinae doctor, phyſicus Noribergenſis. *Harl.*]

Iſocratis orationum omnium analyſis, auctore *Conrado Clauſero*, Baſil. 1558. 8. ex officina Oporini.

[*Augerius* libro menſtruo, Iournal des Sçavans, menſ. Februar. 1781. 12. pag. 336 ſqq. inſeruit diſſertat. de inſigni lacuna quadam in oratione, Panathenaicus, quam Sophianus in ſuo codice, (vide ſupra in recenſione orationum nr. 12.) habuiſſe pleniorem fertur, auctore Scaligero. Sed Stephanus in ſua editione nihil de illa dicit. *Auger.* igitur excitat V. D. ad inueſtigationem codicis illius Sophiani. Idem in memorata diſſertatione pag. 345., dein in praef. ad ſuam editionem Iſocratis, tom. I. pag. 5. narrat, Abbatem *Rive* communicaſſe cum ipſo exemplar editionis *in octauo*, item Mediolani, a. 1493. eodem curante Demetrio Chalcondyla factae, quae nihil prorſus ab ea editione, quae eſt in folio, differat, et hucusque plane incognita fuiſſet. Enimuero et Rive et Augerius decepti fuerunt. Nam eſt circumciſum exemplar maioris editionis in forma maxima, vt clare commonſtrauit *Guill. de Bure* in: Avertiſſement, ſ. programmate, quod praefixum eſt tom. I. Catalogue des Livres de la bibliotheque de feu M. le Duc de la Valliere. (Pariſ. 1783.) pag. XXI ſqq. — adde de Iſocrate *N. Kriegk* de inclareſcendi modis §. 7. *Reuſch.* de Cicer. partitione, pag. 41.

Verſiones latinas et alias ſingularum orationum iam ſupra, ſuo quamque loco, indicavimus. *Italicam* omnium orationum a *Petro Carrario*, Doctore Patauino, Venetiis 1555. 8. factam, cum verſionibus ſingularum oratt. italicis vberius recenſet *Paitoni* in: Biblioteca degli autori antichi etc. tom. II. pag. 193 ſqq. — *Gallica* orationum ad Nicoclem, Demon. Nicoclis et partis Xenophonteae Cyrop. *traduictz de Grec en François par Loys le Roy*, cum notis Pariſ. par Vaſcoſan. 1558. 4. antea eadem cum Demoſth. tribus oratt. Olynthiac. ibid. per eumdem 1551. 4. — per eumdem Ludouicum regium. Pariſ. apud Fred. Morel. 1579. 8. vid. *Maitt.* A. T. III. pag. 744. et indicem tom. V. part. I. pag 525. et tom. II. pag. 201. — *Gallicam* operum Iſocrat. verſionem cum diſſertationibus confecit et euulgauit Abbas *Auger.* Pariſ. 1781. tom. III. mai. 8. Idem edidit: Penſées morales d'Iſocrate, extraites de ſes Oeuvres et traduites, Pariſ. 1782. 12. Comparauit libellum ad Demonicum cum Epicteto, et in notis

notis ſententias Iſocratis exemplis hiſtoriae, tum antiquioris, tum recentioris illuſtrauit. adde *Goujet* bibl. franc. part. III. cap. 1. tom. II. pag. 273 ſqq. — *Anglice* quaedam orationes conuerſae prodierunt 1557. 8. [cf. cl. de Blankenburg. ad Sulzeri Theor. Art. tom. IV. p. 27 ſq. vbi Dinsdalii verſio aliquot oratt. anglica 1752. laudatur, et Gilliesr Lyſiam et Iſocratem (niſi is ſit Iſaeus) vertiſſe 1778. 4. dicitur; et de deperditis Iſocr. oratt. *Vatry* Mém. de l'Acad. d. Inſcr. T. XIII. pag. 162 ſqq. idemque Hiſt. de l'Acad. d. Inſcr. T. XII. *Beck.*]

Ex ludo *Iſocratis*, quem ampliſſima ſchola floruiſſe iam vidimus, prodierunt oratores aliique, ingenii doctrinaeque laude inſignes: neque incommodum, immo vero propter temporis ordinem opportunum eſſe videtur, aliquot praeclaros, aut memoratu dignos homines hic producere. Plures quia iam enumerauit *Ruhnken.* in hiſtoria critica oratorum gr. eo breuioribus eſſe nobis licebit.

APHAREVS, Iſocratis privignus et per adoptionem filius, orationes quasdam ſcripſit. Suid in v. Eius orationem πρὸς Μεγακλείδην περὶ τῆς ἀντιδόσεως laudat *Dionyſ. Halicarn.* in Iſocrate pag. 102. *Ruhnken.* pag. 67.

ASTYDAMAS maior, Iſocratis diſcipulus, qui poſtea ad ſcribendas tragoedias ſe contulit. vid. Suidam h. v. ſupra in Notitia Tragicorum deperditorum h. v. pag. 289.

COCCVS, Athenienſis, Iſocratis diſcipulus. Suid. in voc. De loco *Quinctil.* I. O. lib. XII. cap. 10. pag. 1090. ed. Burm. v. ibi Turneb. et *Ruhnken.* pag. 64.

De CEPHISODORO iam ſupra paullo ante recenſionem codd. et edd. quaedam notauimus.

CRATES, Trallianus. *Diogen.* Laert. IV. 23. *Ruhnken.* pag. 86.

EPHORVS, Cumanus, v. *Cic.* Orat. 51. et 57. *Strabon.* XIII. pag. 924. ed. Almel. vbi Ephorus, patria Cumanus, vir memoria dignus et auctor hiſtoriae atque de inuentionibus dicitur. Idem ſaepius memorat, laudat et culpat Ephorum. Scripſit autem de Homero, v. ſupra, lib. II. cap. 1. §. 3. pag. 2?1. vol. I. et lib. II. cap. 5. L. pag. 512. vbi alia hiſtorica et philoſophica litteris conſignaſſe dicitur. Idem ſcripſit de Heraclidis, v. cl. *Heyne* ad Apollodori biblioth. pag. 494. ex libris hiſtoriarum, quarum librum XXX. citat *Athenaeus* VI. pag. 232. cuius locum emendat *Heyne* l. c. pag. 650. adde eundem pag. 927. de iis, quae notauit *Ephorus.* Scripſit quoque de inuentis, Περὶ εὑρημάτων, v. ſupra, libr. II. cap. 15. pag. 150. vol. II. ad quae pertinuiſſe videntur ea, quae ille de origine litterarum apud Atticos reliquiſſe dicitur a Schol. Marcian. ad Homer. Iliad. γ. 185. Epitomen Herodoti concinnaſſe illum, refert quidem, at male, Suidas voc. Θεόπομπος, nam locus fuit corruptus, ideoque a Meurſio et Ruhnkenio l. c. pag. 88 ſq. correctus. conf. vol. II. pag. 323. not. *t.* Num autem peripateticis philoſophis accenſeri poſſit, incertum videtur Fabricio infra lib. III. cap. 11. in catalogo Peripateticorum h. v. Plura vide de *Ephoro*, eiusque filio *Demophilo*, itidem hiſtorico, apud *Ionsium* de ſcriptor. hiſtor. phil. lib. I. cap. 9. §. 2. pag. 50 ſq. et *Heynium* Commentatt. Soc. Gött. VIII. pag. 107 — 109. adde ſupra pag. 355.

LEODAMAS, Acharnenſis, inſignis orator, qui et alios in iudicium vocauit, et ipſe adcuſatus eſt: de quo copioſius *Ruhnken.* pag. 63 ſq.

NAVCRATES, vel NAVSICRATES, (non *Naucratides*) Erythraeus, magiſtri ſui, Iſocratis, exemplo excitatus, orationes confecit funebres. v. *Cicer.* de Orat. II. 23. III. 44. *Dionyſ. Halic.* in arte pag. 39. et de Iſaeo pag. 111. aliisque, a *Taylero* in lectionn. Lyſiac. cap. 3. pag. 232 ſqq. ed. Reisk. et *Ruhnkenio* l. c. pag. 83 ſq. citatos, partimque emendatos.

PHI-

PHILISCVS, Mileſius, diſcipulus Iſocratis, et Timaei, hiſtorici, magiſter: ſcripſit, iudice *Ruhnken.* pag. 83. *Δημηγορίας* et Lycurgi vitam, ab Olympiodoro in commentario moto in Platonis Gorgiam laudatam. Ab aliis dicitur *Philiſtus* et commiſcetur cum *Philiſto*, ſiue *Philiſco* Syracuſano, vid. vol. I. lib. II. cap. 11. pag. 730. inprimis pag. 732. et in Catalogo Pythagoricorum vol. I. pag. 861.

POLVS, Agrigentinus, philoſophus, ſophiſta et orator celeber, diſcipulus Gorgiae Leontini, a quo non ſine magno pretio eruditus eſt. v. *Philoſtrat.* in vitis Sophiſtarum libr. I. cap. 13. pag. 496. vbi *Olearius* in notis plura veterum de eo eiusque arte orandi loca congeſſit, *Meurſium* ad Apollonium Dyſcolum, *Voſſium* de rhetorices natura et conſtitutione cap. 10. infra, libr. IV. cap. 32. vol. IV. pag. 486. inprimis *Mongitor.* in bibl. Sicul. tom. II. pag. 188 ſqq. Scripſit Τέχνην, et, ſecundum Suidam aliosque apud Mongitor. de vocabulis librum, et genealogiam Graecorum ac barbarorum, qui ad Ilium militarunt, et quomodo vnusquisque eorum illic obierit; nauiumque catalogum. — De *Polo* pythagorico v. in Catalogo Pythagoricorum h. v. vol. I. pag. 865.

THEODECTES, Phaſelites, Platonis, Iſocratis et Ariſtotelis diſcipulus, ſcripſit *Apologiam Socratis*, quam laudat *Ariſtoteles* rhet. II. pag. 490. et 495. et aliam orationem, Νόμος inſcriptam, apud *Ariſtotel.* ibid. pag. 994. aliaque. Conf. *Wowerium* in Polymathia cap. 9. pag. 61. et *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. philoſ. I. 10. 2. pag. 57. *Ruhnken.* l. c. pag. 83. De eius certamine cum aliis in laudando Mauſolo v. *Taylori* Lectionn. Lyſiac. pag. 232 ſq. ed. Reisk. plura vide de eo ſupra in catalogo Tragicorum deperditorum h. v. pag. 323 ſq. infra libr. III. cap. 11. in catal. Peripateticorum pag. 312. lib. III. c. 7. pag. 201.

THEOPOMPVS, Damaſiſtrati filius, Chius, Iſocratis diſcipulus celebratiſſimus. De eius et Ephori diuerſis ingeniis vid. *Ciceron.* de Orat. II. 23. ibique not. libr. III. cap. 9. ſect. 36. *Quinctil.* I. O. II. 9. 11. X. cap. 1. 74. Nam Iſocrates de Ephoro atque Theopompo ſic iudicauit, vt Theopompo frenis, Ephoro calcaribus opus eſſe diceret. Antea vero quam ad hiſtorias conſcribendas ſe contulit, in palaeſtra oratoria ſe exercuit. Hinc in hiſtoriis componendis retinuit eloquentiae colorem. *Quinctilianus* quidem I. O. X. 1. 74. *Theopompus*, ait, *his* (n. Herodoto et Thucydidi.) *proximus*, *vt in hiſtoria praedictis minor*, *ita oratori magis ſimilis: vt qui*, *antequam eſt ad hoc opus ſollicitatus*, *diu fuerit orator:* idem igitur lib. IX. 4. 35. nimiam eius curam vitandi concurſus litterarum inſuauis culpat. Eius tamen ſcribendi genus mire laudat et ab infamia maledicentiae eum defendit *Dionyſ. Halicarn.* in Epiſt. ad Cn. Pompei. cap. 6. pag. 782 ſqq. vol. VI. ed. Reisk. Vixit vero Philippi Macedonis, (cuius munificentiam erga illum memorat Sozomenus praef. hiſtoriae,) Alexandri et ſucceſſorum aetate, ſecundum *Saxium* in Onomaſt. I. pag. 73. A. O. C. 3647. Olymp. CV. 3. ante C. N. 356. V. C. 396. *Ionſius* vero de ſcript. hiſtor. phil. I. cap. 9. §. 3. vbi et §. ſq. de aetate ſcriptisque Theopompi agit, demonſtrare ſtudet, Theopompum floruiſſe quidem iam ante Olymp. C. ſed vixiſſe adhuc Olymp. CXI. quod cum *Anaximene*, Lampſaceno rhetore, comite Alexandri M. qui patri, Philippo, Ol. CXI. 1. occiſo, ſucceſſit, teſte Pauſania El. II. et Suida in Ἀναξιμένης, magnas geſſiſſet inimicitias. Maius tamen pondus addet iudicio de illius aetate epiſtola ad Alexandrum. Cauſſas forenſes non attigit (*Cicer.* de Orat. II. 13.), ſed multas demonſtratiui ac ſuaſorii generis ſcripſiſſe eum orationes, teſtatur *Dionyſ. Halic.*

 epiſt.

epiſt. ad Pompeium pag. 131. pag. 782. ed. Reisk. Ad ſuaſorii generis orationes refert *Ruhnken.* in hiſt. crit. laudata pag. 87. (vbi de Theopompo agit) τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον συμβουλάς, memoratas a *Cicerone* ad Attic. XII. 40. et ab *Athenaeo* VI. pag. 230. F. quas, quia formam epiſtolae aliquam haberent, vocauit *Athenaeus* XIII. pag. 595. A. ἐπιστολὴν πρὸς Ἀλέξανδρον, de qua tamen antea iam diſputarat *Ionſius* de ſcriptor. hiſt. philoſ. I. 9. 3. pag. 53. Illa ipſa epiſtola referenda videtur *Ruhnkenio* inter ἐπιστολὰς ἀρχαικὰς γραφομένας apud *Dionyſ. Hal.* loco cit. iterumque pag. 786. vbi Sylburg. mallt ἀχαικὰς ex codicibus, quod probat *Voſſius* de hiſtor. graecis lib. I. cap. 7. pag. 30. intelligitque epiſtolas, quae miſſae eſſent ad Achiuos. Enimuero Ruhnken. vnice veram eſſe iudicat Valckenarii emendationem, ἐπ. τὰς ἀρχαϊκῶς γραφομένας, quo altera vulgatae lectionis interpretatio Sylburgii, *antiquo ſtilo ſcriptae,* ducere potuit. De Theopompi *epitome Herodoti* iam ſupra in cap. de Herodoto pag. 333. not. *t* ſermo fuit. Eum ἐν τῷ κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς citat *Athen.* XI. p. 508. — Alia, in his quoque falſa, habet *Meurſius* ad Heſychium Mileſium pag. 185 ſqq. Ceterum hic inſerere atque amplificare commodum erit, quae *Fabricius* lib. V. cap. 38. vol. IX. pag. 434 ſq. de ſcriptoribus in Photii bibl. cenſurae ſubiectis cod. CLXXVI. de Theopompo adnotarat. „Theopompi Ἱστορικοὶ λόγοι, *hiſtoriarum* de rebus Graecorum barbarorumque *libri* ex LVIII. *tres et quinquaginta*, quum iam Photii aetate non extaret liber *ſextus*, *ſeptimus*, *nonus*, *viceſimus* et *triceſimus*. [*Diodorus Sic.* lib. XVI. cap. 3. fin. tradit, Theopompum hiſtoriarum libros LVIII. confeciſſe, et addit, ἐξ ὧν πέντε διαφωνοῦσιν, quod Ionſius et Voſſius locis citatis interpretantur, *ex quibus quinque interciderunt;* Rhodomannus autem vertit, *de quinque tamen inter haec diſcrepatur*, hoc ſenſu, diſcordiam de vero eorum auctore interceſſiſſe: quam expoſitionem Weſſeling. in nota ad Diodori locum, 43. pag. 84. parum abeſt, quin amplectatur, et obſeruat, Diodorum in Philippi rebus deſcribendis Theopompi veſtigia potiſſimum legiſſe. Atqui *Eudocia* in Ἰωνιᾷ pag. 92. περὶ Βακίδων citat *nonum* librum, qui locus eſt notandus, eademque iudicium de Theopompi ingenio narrandique ratione praebet: Θεόπομπος δὲ ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν Φιλιππικῶν, ἄλλα τε πολλὰ περὶ τούτου Βακίδος ἱστορεῖ παράδοξα, καὶ ὅτι ποτὲ τῶν Λακεδαιμονίων τὰς γυναῖκας μανείσας ἐκάθηρεν etc. *Nonus* igitur liber Diodori Sic. aetate periiſſe nondum potuit, ſi Eudocia, aut is, ex quo auctor violarii hauſit, illum legit. Scholiaſtes ad *Luciani* Timona cap. 29. tom. I. pag. 142. ed. Reitzii citat Theopompum ἐν δεκάτῳ Φιλιππικῶν. Lib. XLIX. Polybius loco paullo poſt a Fabricio prolato; librum LV. *Stephanus* in Καρύα, libr. LVI. *Athenaeus* libr. XIII. 9. pag. 639. libr. LVII. *Stephanus* in Μεσσαπέαι laudant. Vario igitur modo inſcriptio libri citata eſt, Τὰ Φιλιππικά, Φιλιππικὸς etc. quod eſt argumentum, illam inſcriptionem non a Theopompo ipſo profectam eſſe, ſed ab aliis, qui vel a maiore parte operis integri, Ἱστορικοὶ λόγοι inſcripti, vocarunt opus *Philippica*, vel libros, in quibus Philippi geſta potiſſimum expoſita fuerunt, ſic appellarunt. In *Eudociae* Violario pag. 230. Φιλικὰ ἐν βιβλίοις οβ' error typographicus pro Φιλιππικὰ eſſe videtur, et error numeri perperam repetitus. Hiſtoriae ſuae de rebus a Philippo geſtis intexuit, teſte *Diodoro Sic.* XVI. cap. 71. pag. 138. Olymp. CIX. 2. *tres libros*, qui res Siculas complectuntur, iidem tres libri, eodem auctore, numerabantur a quadrageſimo primo vſque ad quadrageſimum tertium. At primum, vt *Ionſius* l. c. et *Weſſeling.* ad locum Diodori animaduerterunt, Theopompum, ſi, quod tradit Theodorus, cum ipſo tyrannidis Dionyſianae principio exorſus fuerit, non L. annorum, ſed plus ſexaginta, ambitum complexum eſſe; tum *Athenaeus* lib. VI. pag. 261.

A. et

A. et X. pag. 435. F. ex Theopompi lib. XXI. et lib. XXXIX. ac XL. talia citat, quae Dionyſium maiorem eiusque familiam praecipue tangunt. Quae quum ita ſint, res quidem dubia videtur. At enim nonne ex hac diſcrepantia colligere, aut ſuſpicari licebit, libros, exceptis tribus intextis et a Diodoro ſignificatis, reliquos, in quibus res Siculae aliaeque exponebantur, numero quinque, a nonnullis in dubium fuiſſe vocatos, ideoque a Diodoro Siculo haud numeratos, indeque Rhodomanni verſionem robur aliquod accipere? Sed, qui, quid omnino verum ſit, dicat, is nobis erit Apollo. Neque, illis deperditis, ex vlteriore rei inquiſitione multum auxilii lucrique eſt quaerendum. Ab hiſtoria philippica diuerſa, aut initium integri operis fuiſſe videtur *Hiſtoria Graecorum*, Σύνταξις Ἑλληνικῶν, *XII libris contexta*, in qua, vbi deſiit Thucydides, inde ſcribendi exordium ſumſiſſe, ab Olymp. XCII. 2. et cum praelio nauali, ad Cnidum geſto, Olymp. XCVI. 2. abſoluiſſe dicitur, teſte *Diodoro Sic.* XIII. 42. pag. 573. (vbi Weſſeling. in nota 37. quaedam contra Photium potiſſimum docte monet), et libr. XIV. 84. pag. 709. — Intexta quoque fuit narratio de demagogis atticis. v. ſupra ad §. 1. init. — Liber tamen, vel oratio περὶ εὐσεβείας, quam ex vulgari lectione ſchol. ad *Ariſtoph.* Au. 1354. Meurſius ac Voſſius Theopompo adſcribunt, huic abiudicandus eſt, et Theophraſto, inter cuius libros ille a *Diogene Laert.* V. 50. recenſetur, vindicandus, ideoque verba Scholiaſtae ſic corrigenda: ὥς φησιν Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας, vt acute vidit *Ruhnken.* pag. 87 ſq. Sed redeat oratio ad Fabricium et hiſtoriarum Theopompi libros.] Hodie vniuerſos illos libros hiſtoriarum deſideramus, quos Theopompus ipſe quindecim στίχων myriadibus computauit. *Menophanes*, (Μηνοφάνης δέ τις ὁ τὰ Θεοπόμπου διεξιὼν ἀρχαῖος δὲ καὶ οὐκ εὐκαταφρόνητος ἀνὴρ) *duodecimum* Theopompi librum pridem ſcripſit excidiſſe, ſiue periiſſe, quem tamen lectum a ſe Photius teſtatur, atque argumenta eius exponit. [At Photium libri titulo deceptum eſſe, ſuſpicatur *Weſſeling.* ad Diodor. Sic. lib. XIII. pag. 573.] — De hoc Theopompo multa erudite, [quaedam falſo] *Voſſius* lib. I. de hiſtoricis graecis cap. 7. cui tantum addo, quod δεινὸς μυθολόγος adpellatur ab *Aeliano* III. 18. fine Variar. [ad cuius capitis initium conf. Schefferum et Kühn. pag 242 ſq. et ad finem, vid. notam Perizonii, pag. 252. ed. Abrah. Gronou.] et *Clemens Alexandr.* in limine Stromatum, Theopompum ac Timaeum ait, μύθους καὶ βλασφημίας συντάττειν. [Nec mirum: ipſe enim Theopompus, teſte *Strabone* lib. I. pag. 43. ſ. pag. 74. ed. Almel. diſerte profeſſus eſt, ſe in hiſtoria *fabulas*, μύθους, narraturum rectius, quam fecerint Herodotus, Cteſias, Hellanicus et indicarum rerum ſcriptores, quod ridet Caſaubonus ad Strabonis locum, et miratur, ab *Athenaeo* III. 8. eius fidem verique amorem tantopere commendari. Atqui ex Eudociae aliorumque locis patet, eum in narrandis fabulis hiſtoriisque et iudicio de rebus hominibusque ferendo ſaepe diſceſſiſſe ab aliis.] Elatione atque altitudine orationis ſuae officere Theopompum, ſcripſit *Cicero* in Bruto cap. 17. Res Graeciae inde, vbi deſinit Thucydides, coepiſſe perſequi, praeter alios [e. gr. Diodorum Siculum, vti paullo ante vidimus,] docet *Polybius* lib. VI. in Excerpt. Peireſc. pag. 26. qui in eo reprehendit, quod, vbi ad Leuctricae pugnae tempus peruenit, rebus Graeciae valere iuſſis, ſola Philippi, regis, geſta porro pertexuit. Idem libri XLIX. initium adponit pag. 21. ex quo ſcriptoris ἀτοπίαν, ἀθυρογλωσσίαν atque in Philippum acerbitatem perſpicue cognoſcere liceat, quam maledicentia Timaei ſolis inimicis aſperioris longe maiorem, et ratione omni deſtitutam arguit, pag. 25 ſq. quod de rege, quem in principio operis fuit adulatus, deinde in ipſius decurſu et de ipſo atque de eius amicis propudioſiſſima quaeque tradere non erubuit. De Theopompi plagiis *Porphyrius* apud

 Euſe-

Euſebium X. 3. praeparat. Ipſe Theopompus, quum Iſocratem, Athenienſem, et Theodectem Phaſelitem, quos anguſtia rei familiaris coactos orationes pretio vendidiſſe, ait, Naucrateinque Erythraeum et ſe, principatum eloquentiae in Graecia, non modo longe ſupra priorum temporum, ſed ſuae quoque aetatis homines tenuiſſe adfirmaſſet, etiam tribus illis haud obſcure ſe praetulit, magnamque laudem vbique per Graeciam publice verba faciendo partam a ſe, fuit gloriatus. Photius tamen longe aliter iudicat, ſtatuitque, eloquentia ipſum licet nulli diſcipulorum Iſocratis cederet, tamen non modo antiquioribus, Herodoto et Thucydide, quin et Hellanico ac Philiſto, maxime vero Iſocrate, cui plurima ipſe et ſodalis eius, Ephorus, debent, longe eſſe inferiorem. [Secus ſentit in quibusdam Dionyſius Halicarnaſſeus loco citato.] *Duris* quoque *Samius*, licet nec ipſe cum ſuperioribus comparandus, Ephorum ac Theopompum venuſtate carere prae antiquis illis ſcripſit. *Cleophanis Myrleani*, (ita enim ex Strabone et aliis videtur legendum pro Cleochare Smyrleano,) in Συγκρίσει Iſocratis cum Demoſthene hoc fuit iudicium: τοὺς μὲν Δημοσθενικοὺς λόγους τοῖς τῶν στρατιωτῶν ἐοικέναι μάλιστα σώμασι, τοὺς δὲ Ἰσοκρατικοὺς τοῖς τῶν ἀθλητῶν, hoc eſt, Demoſthenis eloquentiam natiua virtute, Iſocraticam arte et ſtudio praeſtare. Theopompi hiſtorias, reſciſſis, quibus abundabant, digreſſionibus, in libros ſedecim Φιλιππικῶν contraxit *Philippus* iunior, rex Macedoniae, cui bellum illatum a Romanis A. V. C. 553. ante Chriſtum 200. de quo multa *Liuius* XXXI. 6 ſqq. — De *Theocrito* Chio, ſophiſta, Theopompi aduerſario, *Valeſius* ad excerpta Peireſciana, pag. 4. " Hactenus Fabricius. adde *Taylor.* in lect. Lyſiacis cap. 3. pag. 232 ſq. de *Theopompi* laudatione Mauſoli et certamine cum Iſocrate, quem viciſſe ſe gloriatus fertur, et cum aliis; ſed *Gellius* X. noct. attic. 18. dubitanter de ea re ſcripſit. *Gédoyn* in: Mém. de literature — de l'acad. royale des Inſcr. tom. XIIII. pag. 235 — 246. dedit ex Photio Abrégé de Théopompe, cum notis, ſubiecta verſione iudicii Dionyſii Halic. de Theopompo gallica cum adnotationibus, in quibus pag. 243. ἐπιστολὰς ἀρχαϊκὰς Theopompi interpretatur epiſtolas, in quibus de rebus agitur antiquiſſimis): at nil noui, aut, quod ab aliis non iam dictum fuerit, ſiue criticam artem, ſiue hiſtoricam illuſtrationem ſpectes, attulit. Labor autem ad fructum plenus foret, ſi quis et Theopompi fragmenta, quae in ſcholiis et commentariis ad Homerum aliosque, aut apud veteres hiſtoricos et alios ſparſim occurrunt, diligenter et colligeret atque, quantum fieri poteſt, ordinaret face critica adhibita, et ea, quae veteres de eo tradiderunt, congereret, compararet atque legitime examinaret. Nam vel de eius fide atque iudicio diſſentit antiquitas. *Maledicentiſſimum* eum vocat *Cornel. Nep.* in Alcibiade cap. 7. 1. *Dionyſius Halicarn.* eum excuſat. Stilum eius alii vituperant, (v. *Longinum* de ſubl. ſect. 42. 3 ſqq. vbi longum eſt fragmentum, et interpretes pag. 224. ed. Tollii quaedam adnotarunt.) alii laudant. conf. *Voſſium* l. c. pag. 32 ſqq. *Saxius* quidem in Onomaſt. I. pag. 74. prodit, *Franciſcum Cuſtodorpium* olim collegiſſe atque illuſtraſſe Theopompi fragmenta, eorumque editionem *H. Verheykium* in praefat. ad Lexicon Batauo-latinum, *Hann tin Hoogſtratenianum*, Amſtel. et Lugd. Bat. 1771. 4. pag 11. pollicitum eſſe; ſed, quantum equidem ſcio, ea in ſcriniis adhuc latent. adde ſupra in Catalogo Comicorum deperditorum h. v. et *Heringae* Obſeruatt. pag. 296. ſupra in Thucydide cap. 25. §. 2. Add. *Heyne* Commentatt. Soc. Gott. vol. VII. cl. philol. pag. 110 ſqq.

THRASYMACHVS, Chalcedonius, Platonis et Iſocratis diſcipulus, ſi fides eſt Suidae, ſophiſta et rhetor. Scripſit rhetoricam et orationes. Eius Dionyſ. Halicarn. in libris rheto-

rhetoricis aliquoties meminit. Pauca de eo dabit *Philoſtratus* de vit. Sophiſt. I. 14 plura vero *Olearius* in notis ad Philoſtr. p. 497. adde infra, libr. IV. cap. 32. circa fin. vol. IV. p. 488. *Harl.*

Antequam ad Iſaeum deſcendam, tribus verbis agere placet de GORGIA [vv], Leontino, Siculo, (vnde *Luciano* tom. II. pag. 313. dicitur νησιώτης, notante Graeuio,) principe Scepticorum ac Sophiſtarum, diſcipulo Empedoclis, [a quo non modo philoſophiam, ſed, id ſi verum eſt, artem quoque magicam accepiſſe fertur. vid. *Diogen. Laert.* VIII. 58. et quae tum ſupra p. 808 ſqq. in vol. I. de Empedocle, tum in proluſſ. de Empedocle diſputaui.] Iſocratis vero et Alcidamantis [aliorumque apud Philoſtratum, Suidam, Eudociam ac Mongitor.] praeceptore, quem perſtringit [P] Plato in Gorgia, [p. 281. B. coll. *Cicerone* de Orat. III. 32. et de Finib. II. 1. vbi addit: *audax negotium; dicerem, impudens, niſi hoc inſtitutum poſtea translatum ad philoſophos noſtros eſſet.*] Laudat *Philoſtratus* I. de Sophiſt. p. 496 ſq. [p. 492 ſqq. vbi plura congeſſit Olear.] et p. 487. [481.] teſtatur, eum Athenis in theatro primum auditoribus dicere auſum προβάλλετε, *proponite, quodcunque vultis, dicendi argumentum* [ww]). Concinnitatem ſoni numerique in periodis conſectatum notat *Cicero* in Oratore

Iiiii 3 cap. 49 ſq.

vv) *Gorgiam*, poetam, oratore vetuſtiorem, ab Ariſtotele III. rhetor. innui, falſo tradit anonymus Graecus ſcholiaſtes Pariſiis editus pag. 51. b. Fuit vero alius *Gorgias*, rhetor, iunior, Ciceronis tempore, de quo vide *Plutarchum* in Cicerone p. 873. [*Ciceron.* filium ad Tironem, inter patris Epiſt. ad diuerſ. XVI. 21. ex hoc Rutil. Lupus p. 121. de quo *Gorgia* eiusque aetate librisque vide infra lib. IV. cap. 32. p. 483. docteque diſputat *Ruhnken.* in praefatione ad ſuam Rutilii Lupi editionem. *Harl.*]

ww) De *Gorgia* quaedam vide apud *Suidam* h. v. apud *Aelian.* V. H. lib. I. 23. vbi vid. interpret. p. 41 ſq. edit. Abr. Gronou. (qui ex *Haimii* theſauro Britan. tom. II. p. 59. nummum memorat, a Leontinis in Gorgiae honorem cuſum, in cuius anteriore parte caput Apollinis, in poſteriore vero cygnus conſpicitur cum hac inſcriptione ΓΟΡΓΙΑΣ ΛΕΟ.) tum lib. XII. cap. 32. de Gorgia, qui veſtibus purpureis amictus in publico progredi ſueuit, coll. Perizonii nota, apud *Iſidorum Peluſiot.* lib. II. epiſt. 42. plura apud *Eudociam* in Ἰωνιᾷ p. 100 ſq. quae quidem fere omnia hauſit ex *Philoſtrato* de Soph. I. cap. IX. In primis conſules *Mongitorem* in Biblioth. Sicula tom. I. p. 258 ſqq. qui, quae de Gorgia, eius aetate, ingenio, arte vera falſaque et ſophiſtica ornandi, auctoritate, qua floruit, diſcipulis atque imitatoribus ſcriptisque notatu digna viderentur, paene occupauit copioſeque expoſuit. Idem haud paucos, qui de noſtro egerunt, viros doctos, excitauit. Quare lectores ad eum ablegamus. Eius aetatem refert *Porphyrius* apud Suidam ad Olymp. LXXX. ſciendum tamen eſſe, ſcribit Suidas, eum eſſe antiquiorem: Olymp. LXXXVI. 1. eius aetatem adſignat *Hieronymus* in Chronico Euſebiano; ſed vide notam Vallarſii pag. 509. Atqui ante illam Olympiadem floruiſſe, certum eſt, quoniam Olymp. LXXXVIII. ½. Athenienſes, Gorgiae, legati, oratione permoti, 250. triremes in Siciliam miſerunt, vt Leontinis, aduerſus Syracuſanos bellantibus, opem ferrent, eoque conſilio Sicilia potirentur. vid. *Diodor. Sic.* XII. 53. (vbi de eius vi variisque dicendi artibus inuentis nonnulla notat Diodorus; ſed *Weſſeling.* pag. 514. tom. I. not. 65. animaduertit, Gorgiam iam ante, quam legationem illam obiret, Athenas fuiſſe profectum; quod verum eſſe, poſtea perſpiciemus,) item *Corſini* faſt. attic. tom. III. p. 235. et *Edw. Simſon.* in Chronico cathol. ad illam Olymp. ſ. A. M. 3578. A. C. 425. Quare *Dodwell.* exerc. II. de aetate Pythagorae, p. 218. haud recte ſubducit rationes, Gorgiam natum eſſe Olymp. LXXX. Nam Gorgias fuit magiſter Periclis, qui teſte *Diodoro Sic.* XI. 85. iam Olymp. LXXXI. 2. praefuit exercitui. Tum, quod ex *Philoſtrato* pag. 493. patet, Gorgiam Athenienſes contra Perſas incitaſſe, et eos, qui in pugna ceciderant Salaminia, facta Olymp. LXXV. 1. oratione celebraſſe funebri, colligitur, veram eſſe opinionem Weſſelingii de priore ante legationem Gorgiae Athenas profectione. Hinc efficit *Petr. van Spaan* in diſſ. de Antiphonte

cap. 49 ſq. et paullo intemperantius quidem hoc feciſſe id. cap 52. vbi teſtatur, Iſocratem iuuenem auditorem fuiſſe in Theſſalia Gorgiae iam ſenis. Imitatores eius fuere non pauci, vt Aeſchines Socraticus, Proclus Naucratites, aliique Philoſtrato notati; *Scopelianus* quoque, Sophiſta, quem idem *Philoſtratus* p. 519. [p. 518. edit. Olearii,] ait ὁμιλῆσαι Γοργίᾳ, hoc eſt, familiaria ſibi eius ſcripta reddidiſſe, vbi interpres minus luculenter reddit: *cum Gorgia verſatus eſt:* [Olearius vertit, *Gorgiam triuit.*] De dictione et charactere Gorgiae eiusque vitiis ac virtutibus vide [*Diodor. Sic.* XII. 53.] *Demetrium* περὶ ἑρμηνείας §. 12. 15. 29 et alios rhetores, tum *Menagium* ad Laertii lib. VIII. ſect. 65. [*Voſſium* de natura et conſtit. rhetoric. cap. XI. et paſſim in commentariis rhetoricis, *Mongitor.* l. c. p. 259. *Olear.* ad Philoſtr. I. 9. Soph. de Gorgia, et cap. 13. de Polo p. 497. nr. 4.] *Gerardum* item *Langbaenium* ad Longinum pag. 16 ſq. editionis praeclarae Tollianae, vbi inter alia e Troili, ſophiſtae, prooemio rhetoricae MS. refert, Athenienſes tamquam dies feſtos habuiſſe, quibus Gorgias dixiſſet, et orationes eius lampadas: Τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ἐν αἷς ἐπεδείξατο, ἑορτὰς ἐκάλουν, τοὺς δὲ λόγους αὐτοῦ λαμπάδας, ὥσπερ γὰρ τὸ πῦρ ἐκκρούεται τὸ σκότος, οὕτως καὶ οὗτοι τοὺς λόγοι τὴν ἄνοιαν. [Idem narratur a ſcholiaſte ad *Hermogenem*, qui de Gorgia breuiter agit, in Reiskii vol. VIII. orator. graecorum, p. 198. et infra lib. V. cap. 39. vol. IX. p. 592. tum in Prolegomenis in Aphthonium, editis a *Montfaucon.* in Bibl. Coisliniana pag. 593. vbi quoque p. 595. Gorgias πανηγυρίζων μόνον, (panegyricae ſolum peritus,) ῥήτωρ ἐκαλεῖτο. *Syneſ.* vero ep. 82. et 133. ψυχρὸν εἰπεῖν καὶ Γοργιαῖον. Ab illo autem ortae ſunt formulae γοργιάζειν, Γόργεια et Γοργιαῖα, de quibus vide *Creſoll.* theatr. rhetor. lib. I. p. 40 ſq. et III. p. 333. *Schefſer.* ad Ael. H. V. lib. II. 21. *Olear.* ad Philoſtrat. p. 493. Atque eloquentia ſua inſignem fecit quaeſtum. vid. *Plinium* H. N. XXXIII. cap. 4. et *Scheffer.* ad Aelian. H. V. lib. I. cap. 22.] *Niceph.* *Gregoras* p. 409. ad Syneſium de inſomniis ait, ἀρχαίαν Ἀτθίδα incipere a Gorgia, νέαν politiorem ab Aeſchine et Demoſthene. conf. *D. Io. Cunr. Danhaueri* Gorgias in Valeriano Magno Mediolanenſi rediuiuo. Argentor. 1652. 4. Orationes eius binae

ἙΛΈΝΗΣ ἘΓΚΏΜΙΟΝ et ὙΠῈΡ ΠΑΛΑΜΉΔΟΥΣ ἈΠΟΛΟΓΊΑ exſtant graece editae ab Aldo xx) et H. Stephano [ac Reiskio vol. VIII.] cum aliis Oratoribus, latine autem redditae a Guil. Cantero ad calcem Ariſtidis. Baſil. 1560. fol. [Canteri verſio cum gr. textu edit. ab H. Stephano cum Iſocrate, 1593. fol.] Confer *L. Strebaeum* ad Oratorem Ciceronis p. 822. Gorgiae orationes tres legiſſe ſe Florentiae in biblioth. S. Marci ordin. praedicat. teſtatur *Conſtantinus Laſcaris* apud Maurolycum. Meminit etiam Facellus. *Fabric.* ex Mongitore pag. 261 ſq. *Gorgiae* orat. de laudibus Helenae, graece. Venet. 1534. (teſte Catalog. biblioth. Barberinae I. p. 844.) De codd. vid. ad Antiphontem, Lyſiam etc. — Codicem mstum laudationis Helenae in biblioth. reg. Matrit. exſtare, teſtatur *Iriarte* in Catalogo msstorum gr. illius biblioth. p. 384 ſq. vbi addit, orationem illam quoque adhaereſcere

tiphonte pag. 5. 6. ſ. in vol. VII. orator. graecor. edit. Reiskii, pag. 798 ſq. adprobandam eſſe *Plinii* hiſt. nat. XXXIII. 4. narrationem, Gorgiam iam floruiſſe Olymp. LXX. quas rationes ſequutus cl. *Saxius* in Onomaſt. liter. I. p. 32 ſq. Gorgiae aetatem confert ad Olymp. LXXI. 1. A. M. 3509. ante C. N. 494. V. C. 258. *Harl.* Egit de Gorgia copioſe Hardion. diſſ. XI. de origine artis rhetor. in Graecia, Mém. de Litt. Tom. XIX. pag. 2?5 ſq. *Beck.*

xx) In edit. Aldina 1513. cum Iſocrate eſt orat. de Helenae encomio: at inter orationes veter. rhetor. menſ. April. eiusdem anni et in Stephani edit. veter. rhetor. 1575. pag. 187 ſq. eſt apologia pro Palamede; vtraque in collectione Reiskiana. *Harl.*

reſcere Iſocratis orationibus, apud Morellum 1550. 4. editis et latinam *Vincentii Marinerii*, Hiſpani, verſionem adhuc latere in ſcriniis. — Apologia pro Palamede num Gorgiae ſit, addubitat *Fuluius Vrſinus* in Virgilio cum graecis ſcriptoribus collato, pag. 386. ſ. 450. ed. Valcken. *Harl.*

Memorantur praeterea:

Ὁ ἐπιτάφιος λόγος ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων Ἀθήνησιν πεσοῦσιν. *Philoſtrat.* p. 497. [493. ibique Olear.]

Ὀλυμπικὸς, quem e gradibus templi dixit, ſuaſurus Graecis, vt miſſis inteſtinis diſſidiis arma communia in Medos et Perſas conuerterent. *Philoſtr.* pag. 497. [p. 493. edit. Olear. cuius notas conferes,] et in Epiſtola ad Iuliam Auguſtam p. 887. et in Iſocratis vita pag. 506. vbi notat, quod panegyricus pulcherrimus Iſocratis orationum e Gorgia ſit expreſſus. *Hieronymus* l. in Iouinianum: „Gorgias, rhetor, librum pulcerrimum de concordia Graecis, tunc inter ſe diſſidentibus, recitauit Olympiae. Hic nobis, inquit, de concordia praecipit, qui ſe et vxorem et ancillam tres vna in domo concordare non potuit.“ Idem ad Pammachium tom. II. p. 73. „Legimus in ſcholis pariter et Ariſtotelea illa, de Gorgiae fontibus manantia; ſimul didicimus, plura eſſe dicendi genera: aliud eſſe γυμναστικῶς ſcribere, aliud δογματικῶς.“ *Fabric.* Citat illam, fragmento praeterea paruo ex ea ſeruato, *Ariſtotel.* Rhetor. III. cap. 14. p. 506. edit. Cantabrig. item *Pauſan.* Eliac. II. ſiue lib. VI. cap. 17. (vbi nonnulla de Gorgia prodit,) pag. 495. *Harl.*

Πυθικὸς λόγος, quem dixit ex ara, vnde aurea ipſi ſtatua poſita in Pythii templo eſt, cuius praeter *Philoſtratum* [p. 493. vbi vid. Olear.] meminit *Athenaeus* lib. XI. p. 505. *Fabric.* [Statuam illam auream plures celebrarunt, *Cicero* de Orat. III. 32. *Valer. Max.* IIX. dictor. factor. memor. cap. 15. ext. 2. aliique. *Plinius* igitur aliis errare viſus eſt, qui lib. XXXIII. hiſt. nat. cap. IV. ſcribit, Gorgiam ipſum illam ſibi Delphis in templo poſuiſſe. *Pauſan.* quoque in Phocicis, ſiue lib. X. cap. 18. fin. (vbi vid. Kühn. p. 842.) ſcribit, Delphis eſſe *inauratam* ſtatuam, ἀνάθημα Γοργίου τοῦ Λεοντίνου, ipſamque Gorgiae effigiem. Denique eumdem ſibi poſuiſſe auream ſtatuam, innuere videtur *Hermippus* in libro περὶ Γοργίου apud *Athenaeum* XI. pag. 505. D. Sed Ciceronis narrationem, ſtatuam illam vniuerſae Graeciae decreto et publicis Graecorum impenſis fuiſſe poſitam, amplectuntur *Maioragius* in epiſtolicis, quaeſt. vlt. et *Victor.* var. lection. lib. V. cap. 9. De alia Gorgiae ſtatua, quam Olympiae dedicauerat Eumolpus, Gorgiae adfinis, vid. *Pauſan.* in Eliac. II. ſiue lib. VI. 17. p. 494. ibique Kühn. adde *Mongitor.* l. c. et *Freytag.* in Decade oratorum et rhetor. graecorum, quibus ſtatuae — — poſitae fuerunt p. 18 ſqq.

Scripſit quoque *artem rhetoricam.* vide *Quinctil.* I. O. lib. III. 1. 8. *Diogen. Laert.* VIII. 58. *Voſſium* de rhetorices natura cap. 9.

Ἐγκώμιον εἰς Ἠλείους, *encomium in Eleos* memorat *Ariſtotel.* Rhetor. III. cap. 14. fin. p. 514. edit. Cantabrig.

Iambos a Gorgia ſcriptos fuiſſe, ſomniarunt *Mongitor.* et alii, quos eſt hic ſequutus, decepti falſa interpretatione latina verborum apud *Philoſtratum* l. c. p. 493. πολλαχοῦ τῶν ἰαμ-

βείων

βιαν γοργιάζει n. Agathon; olim enim male vertebantur, *iambicis plerumque Gorgiam imitatur*, cum verti debeant cum Oleario, *paſſim in iambis ſuis Gorgiam imitatur* Agathon. *Harl.*]

Eius περὶ φύσεως σύγγραμμα, compoſitum Olympiade LXXXIV. laudat *Olympiodorus* MS. in Platonis Gorgiam, apud *Allatium* p. 116. de ſcriptis Socratis. Idem liber praeterea titulum habebat περὶ τοῦ μὴ ὄντος, illo enim Gorgias conatus eſt oſtendere, nihil eſſe, vel ſi aliquid ſit, ab homine non poſſe comprehendi, vel ſi poſſit, exponi [?] aliis non poſſe. Vide *Sextum Empiricum* VII. contra Math. pag. 149 ſq. [ſect. 65. et *Tiedemanni* Geiſt der ſpekulativen Philoſophie pag. 362.]

['Ονομαστικόν τι βιβλίον a Gorgia Sophiſta conſcriptum eſſe, *Pollux* libr. IX. ſect. 1. ſtatim ab initio prodit. *Harl.*]

Singulorum rerum laudes, *vituperationesque* conſcripſiſſe Gorgiam, teſtatur Cicero in Bruto cap. 12. quod oratoris iudicaret hoc maxime eſſe proprium, rem augere poſſe laudando, vituperandoque rurſus adfligere.

Vitam produxit vsque ad annum aetatis CVIII. yy) quo cum *iam ſilicernius finem ſui temporis exſpectaret*, *etſi morti non potuit*, *tamen infirmitatibus inſultauit*, vt ex Cincio Alimento refert *Fulgentius* in expoſitione antiquor. verborum p. 117. *Hermippum* zz) ἐν τῷ περὶ Γοργίου laudat *Athenaeus* lib. XI. p. 505. qui et libro XIII. p. 596. meminit alterius *Gorgiae*, Athenienſis, qui ſcripſerat περὶ τῶν 'Αθήνησι ἑταιρίδων.

VI. ISAEVS, Athenienſis, ſiue Chalcidenſis, vt alii, certe Athenis dicendi facultatem edoctus a Lyſia et Iſocrate, ipſe Demoſthenis magiſter, vnde de tempore, quo floruit, vtcunque conſtat, quoniam accuratius aliquid de vita atque aetate eius, et quando obierit, tradere nec *Dionyſius Halicarnaſſ.* [in iudicio de Iſaeo p. 586. (vbi vide notam Sylburg.) et ſqq. vol. V. edit. Reisk.] valuit, nec *Plutarchus*, niſi quod aiunt poſt bellum peloponneſiacum claruiſſe, vsque ad regnum Philippi Macedonis aaa). Fuit et alius Iſaeus, iunior, itidem rhetor,

yy) *Cicero* de ſenectute cap. V. refert, Gorgiam *centum et ſeptem* compleuiſſe annos. Sed CVIII. tribuunt illi *Philoſtrat.* l. c. p. 494. *Cenſorin.* de die natali cap. 4. *Lucianus* in Macrobiis cap. 23. p. 225. tom. III. Reitz. vbi M. du Soul et Maius in notis plurium diuerſas de vltimo vitae illius anno narrationes congeſſerunt. CV. annos vixiſſe eum, prodit, addita tamen nota φασὶν, *Pauſan.* Eliac. II. ſiue lib. VI. cap. 17. p. 495. alii plus minusue annorum eius aetati adſignant: hinc, quando lucis vſura frui coeperit, ad liquidum perduci nequit. Adde *Mongitorem* l. c. p. 261. vbi de eius frugalitate, cruda ſenectute placidoque obitu plura congeſſit. *Harl.*

zz) Hic *Hermippus* compoſuit plures de vitis et viris illuſtribus libros, e. g. de Theophraſto, de Iſocratis diſcipulis, de Pythagora etc. vid. *Menagium* ad Diogen. Laert. II. 55. pag. 102. edit. Meibom. *Harl.*

aaa) Cl. *Frid. Aug. Wolf.* in prolegomenis ad Demoſthenis orat. aduerſus Leptin. p. CIX. adfirmat, plura fidem facere, Iſaeum adhuc primis annis Philippi regnantis, i. e. Olymp. CV. non modo ſuperſtitem fuiſſe, ſed et cauſſis ſcribendis operam dediſſe, laudatque *Ioneſ.* not. ad Iſaeum anglice translatum, p. 162 ſq. *Saxius* in Onom. litter. tom. I. p. 65. ſuſpicatur, Iſaeum vixiſſe circiter A. M. 3607. Olymp. XCV. 3. ante C. N. 396. V. C. 356. *Hamberger* in: Zuverläſſig. Nachricht. vol. I. collocat illius aetatem intra annos ante C. N. 431 — 359. *Harl.*

tor, patria Aſſyrius, de quo aequalis eius *Plinius* lib. II. epiſt. 3. [vbi vid. Catan. et Corte] *Philoſtratus* I. Sophiſt. [cap. 20. vbi conf. Olear. p. 512 ſqq.] Suidas, et Schol. *Iuuenalis* ad Sat. III. 74. *Iſaeo torrentior.* — Sub *Iſaei* prioris nomine LXIV. olim lectae ſunt orationes a Plutarcho et Photio cod. CCLXIII. ſed qui quatuordecim ex illis ſpurias fuiſſe teſtantur. Quinquaginta genuinarum tituli, a *Meurſio* in Bibliotheca Attica collecti et a me ordine alphabetico diſpoſiti hi ſunt, e quibus decem [nunc vndecim], crucis ſigno notatae et vniuerſae in cauſis iudiciariis circa haereditatem adeundam verſantes, adhuc exſtant, et numerum ordinis, in editionibus obſeruati, adſcriptum habent.

† Περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου. X.

† Πρὸς Ἀγνόθεον. III. Vide infra in Ὑπὲρ τοῦ Νικοστράτου κλήρου.

Περὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου κλήρου. Harpocrat. in Ὅτι παιδί. Sed Ἀριστάρχου pro Ἀλεξάνδρου legendum, docet Meurſius II. 4. Attic. Lect.

Πρὸς Ἀνδοκίδην. Pollux VII. 2.

Πρὸς Ἀνσίβιον. Vide infra Πρὸς Λυσίβιον.

Πρὸς Ἀπολλόδωρον. Harpocrat.

† Περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου. VI.

Κατὰ Ἀριστάρχου. Pollux II. 4.

† Περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου πρὸς Ξεναίνετον. IX. Vide ſupra Περὶ Ἀλεξάνδρου κλήρου. [¶]

Πρὸς Ἀριστογείτονα καὶ Ἄρχιππον. Dionyſ. Halic. in Iſaeo. Harpocrat. in Ἐνεσκευασμένην.

Περὶ τοῦ Ἀρχιπόλιδος κλήρου. Pollux X. 1. ſect. 15.

† Περὶ τοῦ Ἀστυφίλου κλήρου. VIII. [*Harpocrat.* voc. Θίασος.]

Πρὸς Βοιωτόν. *Harpocrat.* [voc. Κειριάδης. Quoties vero Harpocrat. oratt. Iſaei laudauerit, indicatur in Elencho vett. ſcriptorum, ab Harpocrat. citatorum pag. 362 ſq. edit. Blancardi.]

Πρὸς δημότας περὶ χωρίου. Dionyſ. Halic. in Iſaeo. *Harpocrat.* in Σφηττός.

† Περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου. IV.

Πρὸς Διοκλέα, ὕβρεως. *Pollux* VII. 22. ſect. 151. *Harpocrat.* in Ὄρον, Τόπειον ibique Blancard. p. 332. Τριπτῆρα, et Σταφυλοβολεῖον.

Πρὸς Διοφάνην ἀπολογία. *Harpocrat.* in Ἱερὰ ὁδὸς et ſaepius.

Πρὸς Δωρόθεον. *Harpocrat.* in Οὐσίας δίκη.

Κατ᾽ Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους. *Harpocrat.* in Σύνδικοι et ſaepius, et Etymol. M. in Σύνδικοι.

Πρὸς Ἕρμωνα ὑπὲρ τῆς ἐγγύης ἀπολογία. Dionyſ. in Iſaeo, Harpocration et Suidas pluribus locis.

Ὑπὲρ Εὐμάθους. Dionyſ. Halic. in Iſaeo, *Harpocration* in voc. Ἄγει etc. *Apoſtolius* VIII. 20. Prouerb.

Ὑπὲρ Εὐφιλήτου πρὸς τὸν Ἐρχιέων δῆμον. Dionyſ. in Iſaeo.

Περὶ Ἥρωνος κλήρου. *Harpocrat.* in Ἐλαΐα. ſed legendum Κίρωνος, [et ſic proſtat in edit. Blancardi. vid. *H. Valeſii* not. ad loc. Harpocrat. pag. 24.]

Κατὰ Θεοτίμου. *Harpocrat.* in Περγασῆθεν.

Πρὸς Ἰσχόμαχον. *Harpocrat.* in Χίλιοι διακόσιοι.

Πρὸς Καλλικράτην. *Harpocrat.* in Διασκευάσασθαι.

[Πρὸς Καλλίμαχον παραγραφικός· ſed vide ſupra inter Iſocratis orationes, nr. 18.]

Πρὸς Καλλιππίδην. *Harpocrat.* in Ἀνεπιτίθησιν.

Κατὰ Καλλιφῶντος α.

— — β. Etymol. M. in Ἐπιτρίτας, vnde Harpocrat. in Ἐπιτρίτους, et Suidam ſupplendum monuit *Meurſius* V. 2. Lect. Attic.

Πρὸς Καλλιδῶνα. *Harpocrat.* [in Ἀνθεμόκριτος et alibi, *Eudocia* ead. voce, in Ἰωνία p. 43.] *Apoſtolius* V. 20. Prouerb.

† Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. VII. Adde, quae in Ἥρωνος et Κύλωνος et ſupra in Trapezitico Iſocratis.

Κατὰ Κλεομέδοντος. Harpocrat. in Κλητῆρες.

Περὶ τοῦ Κλεωνύμου.

Περὶ Κύλωνος κλήρου. *Porphyrius* apud Euſeb. X. 3. Praeparat. ſed legendum Κίρωνος.

Πρὸς Λυσίβιον. *Harpocrat.* in Ἐπίδικος, et ἱεροθύτα. *Pollux* X. 1. ſect. 15. *Suid.* in Ἐπίδικος, apud quem male in τέλει πρὸς Λυσίβιον, et apud Etymol. in Ἐπίδικος, Ἰσοκράτης πρὸς Λυσίαν pro Ἰσαῖος πρὸς Λυσίβιον. Vide *Meurſ.* V. 2. Attic. Lect.

Περὶ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ ῥηθέντων. Harpocrat.

Πρὸς Μέδοντα. Dionyſ. Halic. in Iſaeo. [?]

† Ὑπὲρ τοῦ Μενεκλέους κλήρου. *Harpocrat.* in Ἀγενής· [edita eſt haec oratio, vt paullo poſt ſignificabitur.]

Πρὸς Μενεκράτην. *Harpocrat.* in Περιοίκιον.

Περὶ Μετοικισμοῦ. *Harpocrat.*

Ὑπὲρ Μνησιθέου θυγατρός. *Harpocrat.* in Ἀπορώτατος.

Πρὸς Νεοκλέα. *Harpocrat.* in Κλητῆρες.

Ὑπὲρ Νικίου. *Harpocrat.* in Ἀπορρήξαντες et Χίλιοι διακόσιοι.

Πρὸς Νικοκλέα περὶ χωρίου. *Harpocrat.* in Ψευδοκλητεία, Διαγωνίσασθαι, Τιτακίδαι.

† Ὑπὲρ τοῦ Νικοστράτου κλήρου. III. A Dionyſio Halicarnaſſeo haec oratio inſcribitur πρὸς Ἁγνόθεον.

Πρὸς

Πρὸς Ξεναίνετον. Vide ſupra Περὶ τȣ̃ Ἀριςάρχȣ κλήρȣ.

Πρὸς Ὀργεῶνας. *Harpocrat.* in Ἀποφορὰν et ſaepius.

Περὶ τῆς ποιήσεως. *Harpocrat.* in Οἶον.

Κατὰ Ποσιδίππȣ. *Harpocrat.* in Θόρικος.

Πρὸς Πύθωνα. *Harpocrat.* in Διαμαρτυρία.

Ὑπὲρ Πύθωνος, ἀποςασίȣ. *Harpocrat.* et *Suid.* in Κλητῆρες.

† Ὑπὲρ τȣ̃ Πύῤῥȣ κλήρȣ. II.

Πρὸς Σάτυρον. *Harpocrat.* in Ἐπίδικος. In *Meurſi* Biblioth. Attica p. 1525. per librarii errorem bis laudatur Hephaeſtion pro Harpocratione.

Πρὸς Στρατοκλέα. *Harpocrat.* voc. Διωλύγιον et crebrius.

Τεμενικός. *Harpocrat.* in Ἄμιπποι.

Πρὸς Τιμωνίδην περὶ χωρίȣ. *Harpocrat.* in Οὐσίας δίκη. Suid. in Διάθεσις.

† Περὶ Φιλοκτήμονος κλήρȣ. V.

Tituli ſunt non L. ſed LII. at forte apud Harpocrationem in Κλητῆρες debet legi πρὸς Νικοκλέα, non πρὸς Νεοκλέα, et ex aliis duplex vnius orationis titulus poſitus pro duabus: vt dixi in ὑπὲρ τȣ̃ Νικοςράτȣ κλήρȣ, et in περὶ τȣ̃ Ἀριςάρχȣ κλήρȣ. De quatuordecim ſuppoſitis Iſaeo orationibus ne tituli quidem aetatem tulerunt, praeter harum trium:

Κατὰ Μεγαρέων. *Harpocrat.* in Σφοδρίας.

Πρὸς Εὐκλείδην. Dionyſ. in Iſaeo, *Pollux* VIII. 6. ſect. 48. *Priſcianus* lib. XVII. pag. 1089. *Harpocrat.* pluribus locis. Suid. in Τρικέφαλος.

Κατ' Ἀριςοκλέȣς. *Harpocrat.* in Ὑπερήμεροι.

Iſaeum inter παραγγελμάτων τεχνικῶν ſiue *praeceptorum rhetoricorum* ſcriptores refert *Dionyſius Halicarnaſſeus* epiſtola ad Ammaeum, [p. 120. edit. Sylburg. aut p. 723. edit. Reiskii vol. VI. opp. Dion. Halic.] niſi legendum eſt Ἰσοκράτην pro Ἰσαῖον. *Fabric.* Enimuero vana eſt Fabricii coniectura. En verba Dionyſii Halic. ȣ̓τ' αὐτὸς ὁ Δημοσθένης — — τοσȣ̃τος ἂν ἐγένετο τοῖς Ἰσοκράτȣς καὶ Ἰσαίȣ κοσμέμενος παραγγέλμασιν etc. Hinc neque in voce. paullo antecedentibus, ſi ea in contextu legeres, Ἰσοκράτην pro Ἰσαῖον ſubſtituere licet: namque Iſaeus et reliqui dicuntur Iſocratis aetatem que aequales. Contra *Reiskiu*, in hiſtoria critica orator. graec. in Dion Hal. de vi dicendi Demoſth. (edit. Sylb. p. 167 lin. 30. ſ. p. 974. edit. Reiskii,) probat Sylburgii coniecturam Πολυκράτης καὶ Κριτίας, (qui etiam ab eodem in Iſaeo pag. 111, 40. aut edit. Reiskii p. 627. 7. coniunguntur,) pro vulgato Πολυκρ. Ἰσαῖος. *Harl.*

Editiones orationum *decem Iſaei*, quae adhuc exſtant, retuli ſupra in Antiphonte. [Editt. vero ſunt Aldina, Stephan. Hanou. et Reiskiana, in Reiskii oratt. graec. vol. VII. gr. et lat. cum notis, addito Dionyſ. Halic. iudicio de Iſaeo. cum animaduerſionibus. — Ex cod. Med. primum editus eſt Ἰσαίȣ λόγος περὶ τȣ̃ Μενεκλέȣς κλήρȣ. Londin. 1785. mai. 8.

 pagg. 22.

pagg. 22. — rec. pluribus locis emendatior, in Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, part. III. Götting. 1788. p. 1 ſqq. ineditorum. — Codd. MSS. ſunt in biblioth. *Pariſ.* regia, cod. MMDCCCCLXXXIX. orat. de Nicoſtrati hereditate et de Cleonymi hereditate: *Florentiae* in *Bandini* catal. graec. MSSt. Medic. tom. I. p. 532. et alibi cum graecis aliis oratoribus, de quibus iam egimus in ſuperioribus. — *Anglice* vertit Iſaei oratt. notasque criticas p. 153 – 164. (in quibus Reiskii meritis iuſtam tribuit laudem.) et hiſtoricas cum commentario adiecit, ius atticum hereditarium praecipue illuſtrans, *W. Iones.* Oxoniae, 1779. mai. 4. — *Gallica* verſio Iſaei, Lycurgi, Andocidis, Dinarchi et Demadis prodiit Pariſ. 1783. 8. — Loca Iſaei nonnulla illuſtrat *Palmerius* in Exercitt. in ſcript. graecos pag. 669 ſqq. Iſaeus vero ipſe erat felix Lyſiae, quem diligentia et ſublimitate orationis ſuperauit. imitator, atque fons grauitatis et magnificentiae Demoſthenicae. *Harl.*] De verſione latina *Miniati* ita Iacobus Perizonius, vir clariſſ. in triade diſſertationum diſſ. I. p. 60. *Inſcitiſſime vtiliſſimas* [P] *has orationes, quae turpiter adeo neglectae iacent, latino ſermone reddidit in ictus earum interpres Alphonſus Miniatus.* Adde diſſ. II. p. 122. et 125. *Didymi Alexandrini*, Grammatici, ὑπομνήματα in Iſaeum, quae laudat Harpocration in Γαμήλια, perinde vt quam plurimae ipſius Iſaei orationes interciderunt.

VII. LYCVRGVS bbb), Lycophronis F. e nobili genere, Athenienſis, Platonem, Philoſophum, initio audiuit, vt praeter *Laertium* III. 46. et alios tradit ad Gorgiam Platonis Olympiodorus, e *Philiſco*, qui Lycurgi vitam ſcripſit. Confer *Lambecium* lib. VII. de Bibl. Vindob. pag. 127. [Natus eſt circiter Olymp. XCIII. vid. *Taylor.* praefat. ad Lycurgi orat. p. 105. edit. Reiskii.] A Platone venit ad Iſocratem, et magnas inde res in rep. geſſit, magnis honoribus functus eſt: in iure dicendo ſeueriſſimus ccc), in vita ſobrius et in magnis opibus continens.

bbb) Plures fuere *Lycurgi*, vt legislator Lacedaemoniorum, de quo ſupra cap. XII. et *Lycurgus*, Thraciae rex, quem Oſiris interemit, teſte Diodoro Sic. lib. I. *Lycurgus*, Solonis tempore clarus. Plutarch. in Solone pag. 94. *Lycurgus*, noſtri auus, qui cum Anaxilao Byzantium Alcibiadi tradidit: (Plutarch. in Alcibiade pag. 208.) quemque XXX. tyranni Athenis interfecerunt, teſte eodem Plutarcho in Lycurgi rhetoris vita. Denique inter filios quoque noſtri vnus fuit patri cognominis.

ccc) *H. Valeſius* ad verba Ammiani Marcellini XXII 9. *iudicibus Caſſiis triſtior et Lycurgis:* non aſſentior Lindebrogio, qui Lycurgum hic intelligit Legislatorem Spartanorum. Lycurgum enim Athenienſem, rhetorem, arbitror intelligi, cuius in reos ſeueritas celebrata eſt. *Diodorus Siculus* in lib. XVI. de eo dixit: ἦν δὲ πικρότατος ἐν τοῖς λόγοις κατήγορος. Vnde etiam *Ibis* cognominatus eſſe videtur, quod ſcilicet, vt Ibis angues, ſic ipſe noxios ciues et peregrinos expelleret. Ariſtophanes in auibus *), Ἶβις Λυκούργῳ, Χαιρεφῶντι νυκτερίς. Quamquam ſcio, Scholiaſten aliam adferre cauſam, quod ſcilicet Aegypto oriundus, aut quod longis cruribus eſſet Lycurgus. Sed noſtram ſententiam confirmare videtur *Plutarchus* in Lycurgi, rhetoris, vita, vbi et verſum illum Ariſtophanis adducit, ſed mendoſum: Ἔσχε δὲ καὶ τῶ ἄστεος τὴν φυλακὴν καὶ τῶν κακούργων τὴν σύλληψιν, ὃς ἐξήλασεν ἅπαντας, ὡς καὶ τῶν Σοφιστῶν ἐνίους λέγειν Λυκοῦργον ὁ μέλαν, ἀλλὰ θανάτῳ χρίοντα τὸν κάλαμον κατὰ τῶν πονηρῶν οὕτω συγγράφειν. Ab hoc Lycurgo viri, qui in gerenda rep. ſeueri eſſent, Lycurgi dicebantur. Cicero Epiſt. X. lib. I. ad Atticum *Nos meliores, qui Lycurgei a principio fuiſſemus, quotidie dimitigamur.* [conf. *Bayle* l. c. not. *A.*]

*) v. 1296. at h. l. Lycurgus *orator* intelligi non poteſt, quum fabula iſta acta eſſet Olymp. XCI. 2. et Lycurgus ortus Olymp. XCIII. vid. *Taylor.* l. c. vbi de Lycurgo agit, p. 109 ſqq. et not. doctam cl. *Beckii* ad Ariſtophanis locum p. 126. Alius igitur, neſcio quis? Lycurgus debet intelligi. Senſit quoque malam loci Ariſtophanei interpretationem *Bayle* in Diction. tom. III. voc. *Lycurge, orateur*, pag. 113. not. *B. Harl.*

continens. Ciuibus vero ſuis ita gratus, vt poſtulanti Alexandro regi eum tradere omnino recuſarent. Vectigalia ciuitatis a ſexaginta talentis ad mille ducenta intendiſſe teſtatur *Plutarchus*, [de vit. X. orat. tom. II. p. 842. E. *Taylor.* praefat. ad Lycurgi orat. *Weſſeling.* ad Diodor. Sic. XVI. 85. *Frid. Aug. Wolf.* prolegg. ad Demoſth. orat. contra Leptin. pag. 62. not.] Idem notat, in dicendo minime fuiſſe extemporalem, ſed quum diceret, numquam non cauſam viciſſe, ac quo facilius ad nocturnas etiam meditationes excitaretur, vſum lectulo duriore, in quo ſtillus tantum et puluinus, quod *Theon* itidem in progymnaſmatis [ddd]) relatum meminit. [☛] Xenocratem, philoſophum, in carcerem ducendum, quod μετοίκιον ſoluere non poſſet, e publicanorum manibus eripuit, vt narrat *Plutarchus* in T. Flaminio p. 375 ſq. In Metroo orationem adminiſtratae reip. paullo ante mortem reddidit, Meneſaechmi criminationibus dilutis ac confutatis. [Quibus honoribus et ſtatuis viuus adhuc et poſtquam fatis interceptus erat, ornatus ſit, vberius oſtendit *Freytag.* in decade oratorum et rhetorum graec. quibus ſtatuae poſitae fuerunt etc. p. 22 ſqq. *Harl.*] Diem obiit ſupremum ante Demoſthenem, qui in exſilio per litteras pro defuncti liberis, apud Athenienſes delatis, interceſſit. Vide Demoſth. Epiſt. 3. *Fabric.* Pluribus perſequitur vitam Lycurgi Hauptmannus in comment. I. editioni ſuae praemiſſa. *Harl.*

Lycurgi orationes quindecim ferebantur aetate Plutarchi, totidemque Photius quoque cod. CCLXVIII. commemorat, ſed lectas a ſe negat. *Λέγεται δὲ οὗτος τῶν ἄλλων ὅσα γε τελεῖν εἰς ῥήτορας καὶ δημαγωγοὺς τὸ ἔλαττον φερόμενος. οὐ γὰρ παρέτυχεν ἡμῖν ὁ χρόνος λόγους ἀναγνῶναι. Φέρεσθαι δὲ αὐτοῦ ἐξ ἰσαρίθμους πεντεκαίδεκα μεμαθήκαμεν.* Ex his vnica exſtat hodie praeclariſſima *aduerſus Leocratem*, (Plutarcho in Lycurgi vita male Κλεοκράτην,) qui, neglecto populi decreto, quo poſt cladem ad Chaeroneam Olymp. CX. 3. Athenienſes patriam deſerere et in alium locum ſe conferre prohibebantur, Rhodum atque inde Megaram cum rebus ſuis migrauerat, denique, poſtquam Alexandri M. in Aſiam expeditio Olymp. CXI. tranquillas patriae res feciſſet, Athenas redierat. Graece ab *Aldo*, Venet. 1513. fol. et ab *H. Stephano* edita eſt Pariſ. 1575. fol. cum aliis graecis oratoribus. [In catal. biblioth. Barberinae, quando Lycurgi orat. edita fuiſſe dicitur, gr. Venet. 1513. et gr. ac lat. Hanou. 1619. intelligendae eſſe videntur collectiones orator. gr. Aldina et Hanou.] Seorſim graece vulgauit cum praefatione ſua *Philippus Melanchthon*, Witteb. apud Io. Luft. graece, 1545. 8. recuſam ibidem ann. 1568. 8. [vid. Hamberger. Zuverläſſ. Nachricht. I. pag. 253.] In libro Greg. Richteri, qui inſcribitur *Critici Melanchthonianae.* p. 532. aliquid adfertur e Melanchthonis praefat. *ad Lycurgi orat. a ſe conuerſam* 20. Auguſt. 1548. Plus ſimplici vice Melanchthon publicis praelectionibus interpretatus fuit Lycurgum, et latina verſione donatum in lucem edidit Francof. 1548. 8. ex officina P. Brubachii, [quae editio quoque notatur in Catalog. biblioth. Fabricii nr. 1814. et ibid. nr. 1813. editio Wittebergenſis, cuius exemplar ego quoque vidi, et eſt inſcriptum: *Oratio Lycurgi contra Leocratem, deſertorem patriae, dulciſſime de officiis patriae debitis differens. Cum praef. Phil. Melanchthonis. Wittebergae edita in officina Io. Lufft.* MDXLV. graece, et in Catal. Fabric. ann. 1545. *graeca tantum* deſignatur: et tamen in catal. biblioth. *Schadelbeck.* tom. II. nr. 8603. occurrit *orat. Lycurgi contra Leocratem* cum praef. Phil. Melanchth. 1545. *graece et latine.* In eiusdem Schadel. catalogo tom. II.

ddd) Pag. 140. edit. Camerar.

p. 2.. nr. 1115. et in biblioth. Salthen. p. 357. occurrit *Lycurgi orat. contra Leocratem gr. cum lat. verſione Melanchthonis item Homerocentra*, gr. et lat. Francof. 1554. 8. — Alia editio: *Oratio Lycurgi — differens. Eadem conuerſa in latinum ſermonem a Phil. Mel. Item Homerocentra* — — vna cum interpret. latina. Witteb. exc. Zachar. Lehmann. 1587. 8. In exemplio tamen cel. Strobelii deeſt verſio lat. Homerocentr. — Nitida eſt editio, quam *Matthaeus Dreſſerus* gr. typis Voegelian. curauit, Lipſiae, 1589. 8. Idem *Dreſſerus*, quemadmodum *Chriſtophorus Pezelius* quoque] poſt Melanchthonem eamdem in concione iuuenum ſtudioſorum expoſuit. [Ex latina verſione Melanchthonis *Lauterbeck* in Regenten-Spiegel, lib. IV. cap. 2.. germanice vertit orationem: vide *Goetzii* Memor. biblioth. Dresdenſ. vol. III. pag. 569. *Harl.*] Latine vertit etiam *Iohannes Lonicerus*, cum Demoſthenis Orat. pro pace. Baſil. 1548. 8. Poſtea cum *Loniceri* verſione, orationibus Dinarchi, Lesbonactis, Herodis et Demadis iuncta lucem vidit Hanouiae ann. 1619. 8. graece et latine. *Fabric.* Praeſtans eaque critica eſt editio:

Orationes duae: vna Demoſthenis contra Midiam; altera Lycurgi contra Leocratem. Graece et lat. recenſuit, emendauit, notasque addidit Ioannes Taylor. Cantabr. typis acad. 1743. 8.

Ex recenſione Taylori, prodiit oratio, notis et commentationibus onuſta:

Lycurgi oratoris attici, quae vna reſtat, contra Leocratem oratio, ad editionem Io. Taylori — recenſuit, huius atque aliorum ſelectas cum ſuis obſeruationibus ſubiecit, nonnullas commentationes Lycurgi de vita et ſcriptis, praeceptis morum, rhetorica eloquutione, attica dialecto, ſtiloque potiſſimum cum N. T. comparatione, itemque diſpoſitionem orationis, nec minus ſex indices adiunxit ac praefatus eſt Io. Gottfr. Hauptmann, ill. Ruthen. Director, graece. Lipſiae, 1751. 8. — iterum recenſuit ibid. 1753. 8. de qua editione ſeuere iudicat Schulze in praefat. ad ſuam edit. p. 25 ſq. — e noua recenſione *I. Iac. Reiske* cum illius et *Io. Taylori* adnotationibus, in vol. IV. Oratorum graecorum pag. 103 — 242.

Lycurgs Rede wider Leokrates. Griechiſch, recenſirt, und mit Anmerkungen zum Gebrauch der Schulen herausgegeben von Io. Henr. Aug. Schulze, der Schule zu Oſterode Rektor. Brunſuici. 1789. 8.

Non ſolum textum ex Taylori, Reiskii ſuisque emendationibus recenſuit, ſed ſenſum quoque et nexum orationis explicuit, et, duce inprimis Fabricio noſtro, vitam oratoris praemiſit vna cum ſuo aliorumque veterum de oratore iudicio et litteraria Lycurgi orationum, et huius, quae ſupereſt, editionum notitia. Haud tamen pauca culpantur et in contextu praeter emendantur in cenſura illius editionis in Ienenſ. Allgem. Litteraturzeit. menſ. Oct. 1789. nr. 319. pag. 113 ſqq. adde biblioth. vniuerſ. Berol. vol. 93. part. II. pag. 573 ſqq.

Gallice verſa eſt cum Andocide, Iſaeo, Dinarcho et Demade. Parif. 1783. med. 8. — Loca Lycurgi nonnulla illuſtrant *Muretus* var. lectt. XVII. 6. et *Palmerius* Exercitt. ad graec. ſcript. pag. 675 ſq. *Harl.*

Orationum deperditarum tituli, a Meurſio III. 3. Attic. Lect. et in Bibliotheca Attica obſeruati, hoc loco a me ſubiiciuntur alphabetico ordine digeſti, ad inueniendi facilitatem.

1) Κατ'

1) Κατ' Αἰσχυρίȣ. Harpocrat. in Στρατηγ. Suidae πρὸς Ἰσχυρίαν, quod praefert Meurſius. [P]

2) Ἀπολογισμὸς ὧν πεπολίτευται, ſiue ἀπολογία πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. Suid. in Λυκȣ̃ργος. Plutarch. Photius, Harpocrat.

3) Περὶ Ἀριστογείτονος. *Suid.* [in Μαρτ[illegible] et *Eudocia*, p. 281.] Plutarch. Harpocrat. Libanius in argumento oratt. Demoſthenis contra eumdem Ariſtogitonem.

4) Κατ' Αὐτοκλέȣς. Suid. in Μιλάβοντο [ſi lectio ſana eſt in Suida.]

5) Κατ' Αὐτολύκȣ, δειλίας. [ſcrib. [illegible], vid. ipſam Lycurgi orat. cap. XIII. 4.] Plutarch. [Eudocia l. c.]

6) Κατ' Αὐτολύκȣ τȣ̃ Ἀρεοπαγίτȣ, περὶ ἱερῶν. Plutarch. Harpocrat. Suid.

7) Κατὰ Δημάδȣ τȣ̃ Δημέȣ, περὶ ἱερῶν. [Eudocia l. c.] Plutarch. Harpocrat. Athen. lib. XI. Scholiaſtes Comici ad Plutum, [v. 600. vbi tamen Hemſterhuſ. pag. 230. ex Harpocratione in Παρεῖαι ὄφεις *Hyperidem* loco *Lycurgi* praefert.]

8) Περὶ διοικήσεως. Suid. in Λυκȣ̃ργος et Ὀχεῖον. Harpocrat. pluries.

9) Κατὰ Διφίλȣ. Plutarch.

10) Περὶ τῆς ἱερείας. Harpocratio frequentiſſime, et Priſcianus lib. XVIII. et Suidas non vno loco, qui tamen, vti Eudocia, in Λυκȣ̃ργος legit ἱερατείας, quod praefert *Gisb. Cuperus* p. 96. Var. Obſeruatt. Reſpicit etiam Suidas in Τραπεζοφόρος.

11) Πρὸς Ἰσχυρίαν. Suid. [et Eudocia l. mem.] ſed Harpocrationi Κατ' Αἰσχυρίȣ.

12) Κατὰ Λυκόφρονος α'. Athen. lib. VI. Harpocrat. Theo progymnaſm. Etymol. M. in Ἐμπεδῶν. Apoſtolius VIII. 20. Prouerb. Suid. in Μοχθηρία.

13) — — β'. Suid. et Harpocrat. in Ὀρκάνη. [*Eudocia* l. c.]

14) Κατὰ Λυσικλέȣς στρατηγȣ̃ περὶ ἱερῶν. Plutarch. Harpocrat. et Suid. vbi, [vti in Eudocia] male Πασικλέȣς.

15) Πρὸς τὰς Μαντείας ſiue περὶ μαντειῶν. Suid. in Λυκȣ̃ργος et Καυχᾷ.

16) Κατὰ Μενεσαίχμȣ. (Suid. in Πραγματεία, Dinarchum κατὰ Μενεαίχμȣ, et Pollux Μενεσέμȣ, vitioſe,) περὶ ἱερῶν. Plutarch. Harpocratio ſaepius. Suid. in Προηρόσιαι. [vitioſe κατὰ Μενέχμȣ, *Eudocia* l. c. et p. 20. citatur Lycurgus ἐν τῷ κατὰ Μενέσχȣ λόγῳ.]

17) Κατὰ Πασικλέȣς. Suid. ſed legendum Λυσικλέȣς.

18) Κατὰ Τιμοκράτȣς. Suid. in Πεπορπημένος.

Quatuordecim tantum eſſe debebant, ſed 1. et 11. eadem eſt, vti 14. et 17. Nec dubito 8. eſſe dimidiam partem tituli vnius ex reliquis: atque idem de 10. puto iudicium eſſe ferendum. His ſi oratio aduerſus Leocratem addatur, numerus quindecim λόγων Lycurgi conſtabit. Fuerunt praeterea dubiae nonnullae, vt

Διαδικασία κροκωνιδῶν πρὸς Κοιρωνίδας. Hanc Philino a nonnullis tributam teſtatur Harpocrat. in Κοιρωνίδαι.

Κατὰ

Κατὰ Δεξίππου. Id. in Συνήχει. *Fabric.* [*Eudocia* pag. 281. plura, quae quidem dubia eſſe incertaque, aut conficta videntur. Omiſſis oratt. quas ab Eudocia memoratas iam adnotaui. pergit illa: — Κατὰ Δημάδου· Πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῆς εὐθυνῶν· Πρὸς Ἰσχυρίαν (v. nr. 11.) Πρὸς τὰς μαντείας· Περὶ τῆς διοικήσεως· Περὶ τῆς ἱερατείας· Περὶ τῆς ἱερωσύνης, (quam quoque citat Suidas in Προχαριστήρια.) Ἐπιστολαί· Καὶ ἄλλα τινά. *Harl.*]

VIII. DEMOSTHENES Paeanienſis, Atticus, lucem vidit Olymp. CI. 2. eee) deditus

eee) Plutarchus et Dionyſius Halicarn. valde diſſentiunt de anno Demoſthenis natali. Prior in decem vitis orator. tom. IX. Opp. ed. Reiskii pag. 361. ſupputat annos Demoſthenis a Dexitheo: hic vero archon erat Olymp. XCVIII. $\frac{3}{4}$. *Dionyſius* autem *Halic.* in epiſt. ad Ammaeum pag. 724. natum fuiſſe Demoſthenem Olymp. XCIX. 4. Demophilo archonte, narrat. Dionyſii rationes ſequuntur *Schottus* in libro, mox memorando, cl. *Saxius* in Onomaſt. litter. I. pag. 70. et alii. v. *Taylor.* in prolegomenis ad Demoſthenem a Reiskio vol. VIII. orator. graec. editis, pag. 737 ſqq. vbi quoque de eius patre matreque, tribu vitaque agit. Enimuero *Plutarchi*, ſiue quiſquis auctor vitarum fuerit, rationes eſſe veras et proprias, adeoque annum Demoſthenis natalem incidiſſe in Olymp. XCVIII. 4. (ineuntem, aut exeuntem tertium annum, ex mente Corſini) operoſe docteque euicerunt *Samuel Petitus* in Commentario ad leges atticas lib. III. tit. 1. pag. 266 ſq. ed. Weſſeling. et *Corſini* in Faſtis atticis diſſ. IX. n. 18. tom. II. pag. 26. tom. III. pag. 295. inprimis tom. II. diſſ. XI. n. 6. pag. 137 ſqq. locis ipſius Demoſthenis diligenter comparatis. Atque Petiti et Corſini rationes atque ſententiam iure ſequuntur *Hamberger.* in Kurzen Nachrichten etc. tom. I. pag. 117. qui contendit cum anno M. 3600, ante Chr. nat. 384. et cl. *Frider. Aug. Wolf.* in prolegg. ad Demoſth. orat. aduerſus Leptinem p. 62 ſq. in nota 35. *Hambergeri* vero ſententia in maiore opere: Zuverläſſige Nachrichten etc. tom. I. pag. 267. nimium differt, qua Demoſthenes natus fertur Olymp. CV. 2. A. M. 3609. a. C. N. 375. Demoſthenis autem vitam, cum reipublicae atticae vniuerſaeque Graeciae temporibus artiſſime coniunctam, plene perſequi, foret, partem hiſtoriae Graeciae memorabilem concinnare. Quod quum ab inſtituto noſtro ſit alienum, et alii, modo latius, modo anguſtius, modo vitam publicam cum priuata coniunxerint, modo eum potius, quatenus tantus euaſerit orator, conſiderarint, ſcriptores, in explicanda illius vita verſatos, appellabo. E veteribus huc pertinent *Dionyſius Halic.* qui περὶ Δημοσθένους δεινότητος grauiter ſciteque ſcripſit, tum *Plutarchus*, tam in vitis parallelis, vol. IV. ed. Reisk. vbi compares velim Bartoni adnotata, quam in decem orator. gr. atque Plutarchus paſſim alios excitat veteres, qui de Demoſthene ſcripſerunt, in his Theopompum, qui more ſuo interdum in Demoſthenem iniquus fuiſſe videtur; denique *Luciani* encomium Demoſthenis, inter eius opera, *Libanius*, *Photius* cod. CCLXV. col. 1465—1480. et *Suidas*. *Zoſimus* quoque *Aſcalonita* et alius ignotus compoſuerunt vitam Demoſthenis: quae duo opuſcula, a Schweighäuſero, Profeſſore Argentoratenſi, ex codice regio Pariſino MMDCCCCXXXV. exſcripta, *Reisk.* in vol. IV. orator. graecorum, pag. 145 ſqq. praemiſſo epilogo, primus euulgauit, et prius cum cod. romano, cuius exemplum acceperat, contulit, interdum emendauit, atque Zoſimi opuſculum indicauit, vt orationis infantia et ſpurcitie, ita nugis quoque anilibus et commentis in veritatem rerum hiſtoricarum enormiter impingentibus, putidisque fabellis ſcatere. Vita illa fuit commentariorum Zoſimi ad Demoſthenem praefatio. At Reiske, Roma opera Bianconii et Spaletti, ex codice Vaticano commentarios ad primam Olynthiacam, ſpeciminis ergo, exſcriptos nactus, conicit, illos Zoſimi ad XVIII. priores Demoſthenis orationes commentarios, qui in bibl. Vaticana latent, ſi reliqua ſunt ſimilia miſſo ſpecimini, nihil continere, quod in editis Vlpianeis haud legatur; prodeſſe tamen forſan poſſe, putat, illum codicem, vt primum loci quidam, in vulgatis corrupti, inde emendentur; deinde, vt ex eo conſtet, quid ille Zoſimus ad Demoſthenem compilauerit, et quid aetas poſterior eius operi addiderit. — E recentioribus conferri poſſunt:

Edonis Hilderici oratio de vita Demoſthenis. Wittebergae, exc. Laur. Schwenk. 1562. 8.

Io. Poſſelii oratio de Demoſthene, inter eiusdem

dem orationes. Francof. ad Moenum, 1599. 8.

Vitae comparatae Ariſtotelis ac Demoſthenis, Olympiadibus ac Praeturis Athenienſium digeſtae ab And. Schotto. Antuerp. S. I. Auguſtae Vindelicor. apud Chriſtoph. Mangum 1603. 4. qui liber inprimis eſt memorabilis.

Vita Demoſth. Olympiadibus ac Praeturis Athenienſium diſtincta, ex parallelis Andr. Schotti, accedentibus [illegible], atque *vita Dem. ex Plutarcho, Luciano et Suida, Hieronymo Wolfio interprete, cum eiusdem adnotationibus, et eruditorum de Demoſthene elogiis.* Quae praemiſſa ſunt Dem. et Aeſchinis operibus, Francof. 1604. fol.

Tourellus in prolegomenis ad orationes quasdam Demoſthenis, gallice ab ipſo translatas.

Iulius Nigronus, S. I. in oratione XVIII. comparauit Demoſthenem et Ciceronem, et *Anton. Guaerengus*, (a Fabr. in not. msta memoratus,) de iudicio Longini in comparat. Demoſthen. et Ciceronis.

René Rapin Comparaiſon de Demoſthene et de Ciceron, (quam etiam germanice, neſcio quis? vertit) in *Rapini* operibus, tom. I. pag. 1 ſqq. edit. Hagae Comit. 1725. 12.

Petri Eckerman. Specimen academicum, paralleliſmum Demoſthenis et Ciceronis, oratorum, exhibens. Vpſaliae, 1746. 4.

Anglus quidam in Biographia claſſica, germanice verſa a *Sam. Murſinna*, (Halae Sax. 1768.) part. II. pag. 45 ſqq.

Frid. Gottl. Freytag. in Decade orator. et rhetor. graec. quibus ſtatuae poſitae fuerunt §. 13. pag. 43 ſqq.

Rochefort de Demoſthene, qua oratore et qua homine, in republica verſato, in: Mémoir. de litter. — de l'Acad. Pariſ. des Inſcr. vol. XLIII. Pariſ. 1786. p. 21 ſq.

Georgii Frid. Seileri Leben und Charakter des Demoſthenes, praefixi eius verſioni orationis de corona germanicae. Coburg 1768. 8.

Taylor. vberiorem et criticam vitae et orationum Demoſthen. atque Aeſchin. expoſitionem aliaque, quae ad vtrumque oratorem pertinerent, promiſerat: ſed morte abreptus conſilium exſequi non potuit. Fragmenta autem ea, quae ſcripta reliquerat, erudita et copioſa, at nondum digeſta elaborataque, Reisk. ab Askew accepit, et publicauit in vol. VIII. orat. graec. Indicem rerum memorabilium, aetate Demoſthenis geſtarum, ſecundum annos Olympiadum cum adnotatione, quo anno et Olymp. et aetatis Demoſthenicae ſingulae orationes habitae ſint, Reiskius ex obſeruatis Schotti et Corſini ſchediſque Taylori congeſſit, et ſubiunxit indicibus ſuis. De genere vitaque Demoſthenis odioſa tradit *Aeſchines* in orat. contra Cteſiphontem pag. 561 ſqq. ed. Reisk.: at Demoſthenes in orat. de corona diluere ſtuduit crimina, et par pari retulit. Atque falſa quaedam, quae de Demoſthene traduntur, recenſuit et refutauit *Brodaeus* in Miſcellan. IV. cap. 26. De matre eius, Cleobule, filia Gylonis, qui ortu quidem erat Athenienſis, ſed exſul in Scythia vxorem duxerat, vnde per opprobrium Demoſthenes *Scytha* adpellabatur. v. *Rutil. Lupum* de fig. ſentent. lib. II. pag. 117 ſq. ibique Ruhnken. Ex ſorore illius natus et filius Lachetis, Leuconienſis, fuit *Demochares*, ipſe orator celeber, democratiae ſtudioſus, et viuus mortuusque variis honoribus ornatus. v. *Aelian.* V. H. libr. III. cap. 7. ibique Schefferi et Perizonii notas, et *Taylor.* in collectaneis ſ. prolegomenis ad Demoſthenem, a Reiskio editis, vol. VIII. oratorum graec. p. 743. Ruhnken. Hiſt. cr. Or. p. XCI. et ad Rutil. p. 7. *Herodianus*, grammaticus, Περὶ σχήματος, (quod opuſculum cel. *Villoiſon.* in Anecdotis graecis tom. II. pag. 86 ſqq. e codice Veneto primus e tenebris in lucem protulit,) fragmentum cuiusdam *Cleocharmi* pag. 93. ſeruauit: Δημοσθένης ὑπίσῃ Φίλιππον· Δημοσθένους πένης μὲν ὁ βίος, μεγάλη δ' ἡ παῤῥησία· Δημοσθένει πολλῶν διδομένων, οὐδὲν, οὔτε πλῆθος, οὔτε κάλλος ἄξιον ἐφάνη προδοσίας· Δημοσθένη Ἀλέξανδρος ἐζητεῖτο· διὰ τί; παρ' αὐτοῖς λογίζεσθε· ἀδίκως ἀπέθανες, ὦ Δημόσθενες. Atqui παῤῥησία in eo magna erat, et cum tanta vi, vt Philippus apud *Dionem Chryſoſtomum*, orat. II. de regno pag. 22. ſ. in ed. Reiskiana tom. I. pag. 79. iocans diceret, ſe pro Demoſthenis eloquentia permittere velle Athenienſibus Amphipolin. Et tamen coram Philippo in Macedonia obmutuit, teſtibus *Aeſchine* de falſa legatione pag. 251. et *Philoſtrato* de vitis Sophiſt. lib. II. 1. nr. 14. pag. 565. et lib. I. 18. nr. 1. pag. 508. vbi vide Olearium, nec non *Aeliano* H. V. lib. VIII. cap. 12. vbi Scheffer. et Perizonius plura congeſſerunt. Neque ab omni culpa προδοσίας immunis fuit: ſaltem cum corruptum eſſe a Perſarum rege atque ab Harpalo accepiſſe L. talenta, illi dabatur crimini: vide, praeter Plutarchum in vita Demoſth. pag. 725 ſq. tom. IV. edit. Reisk. Timoclem Comicum apud *Athenaeum* VIII. pag. 341. et *Philoſtrat.* de vitis ſophiſt. lib. I. nr. 18. §. 1. pag. 507. ibique Olearium, et lib. I. nr. 25. §. 7. pag. 538.

ditus primum philoſophiae ſub Platone fff) et Euclide, Megarenſi, verum audito ſemel Calliſtrato, oratore, qui cum magna populi [?] admiratione cauſas agebat, vnice accenſus eſt ad eloquentiae ſtudium, atque inde ſub Iſaeo aliisque dicendi magiſtris et Andronico ggg), hiſtrione, a quo actionem didicit, tantos fecit progreſſus, vt per impigrum ſtudium emendata naturali hhh) balbutie, princeps orator *ἐητόρων δεινότατος* (*Plutarch.* Alcibiade pag. 196.) euaderet, omnibusque admirationi eſſet, atque plurimum in rep. poſſet. Sed et hodieque *commemoratio eius nomine, maximae eloquentiae conſummatio animo eloquitur audientis*, vt verbis vtar *Valerii Maximi* VIII. 7. At remp. pariter et ſe denique perdidit dicendo: itaque Alexandro quidem, qui puerum ſe ab illo vocatum indigniſſime tulit, (*Plutarch.* Alex. pag. 670.) iii) flagitanti Demoſthenem ſibi dedi, (*id.* Phocione pag. 749. et in vita Demoſth. pag. 730. tom. IV. Reisk.) negatus eſt, verum regi Macedoniae, Antipatro, ab Athenienſibus cum Hyperide tradendus kkk) venenum ſumſit in Calauria, lll) inſula, Olymp. CXIV. 2. aetatis LXII. (*Gellius* XV. 28 tribuit annos ſexaginta.) ante Chriſtum CCCXXII. [conf. *Schotti* vitas par. pag. 140 ſq ſec. *Hamberg.* in: Zuverl. Nachr. Olymp. CXV. 3. A. M. 3671. a. C. N. 319. Sed in eiusdem Kurzen Nachr. tom. I. pag. 118 ſq. Olymp. CXIV. 3. A. M. 3662. a. Chr. nat. 322. ſec. *Saxium* onom. lit. I. pag. 70. Ol. CXV. 2. Poſt obitum illi in foro iuxta XII. deorum aram ſtatua aerea poſita eſt. v. *Schottum* l. c. pag. 142. et *Freytag.* l. c. pag. 52 ſqq.]

In panegyrico dicendi genere parum valuiſſe *διὰ τὸ ἀτριβὲς καὶ ἀμελέτητον*, legas apud *Syrianum* pag. 17. ad Hermogenem. Cicero quoque in epiſtola quadam ſcripſit, Demoſthenem in orationibus quandoque indormire, vt refert *Plutarchus* in Cic. pag. 872 mmm).
Et

538. Caſa, ſiue domicilium Demoſthenis Athenis vel hodie celebratur, et oſtenditur iuxta aedem Capucinorum, teſte *Sponio* Voyage etc. tom. II. pag. 185. Quanta olim in celebritate fuerit ea, patet ex *Himerii* orat. XVIII. 3. pag. 709. vbi v. Wernsdorf. Iudicia de Demoſthene collegit *Thomas Pope-Blount* in: Cenſura cel. authorum, Geneu. 1710. 4. pag. 29 ſqq. *Harl.*

fff) Vide ad Laertium II. 108. et III. 46. *Cicer.* I. de offic. cap. 1. *Theodoret.* epiſt. 21. [*Taylor.* in Prolegom. ad Demoſth. editis a Reiskio vol. VIII. orator. gr. pag. 745 ſqq. vbi de praeceptoribus Demoſthenis plura veterum loca collecta ſunt.]

ggg) Satyrus vocatur a Plutarcho in vita Dem. p. 701. Reisk. *Neoptolemus* autem ab eodem Plut. in Opp. mor. pag. 1552. conf. *Barton.* ad Plutarchi vit. Dem. pag. 907. edit. Reisk. *Taylor.* Prolegg. a Reiskio editis pag. 748. et 754. *Harl.*

hhh) *Cicero* II. de diuinat. [cap. 46. vbi v. Daviſ.] *cum R. dicere nequiret, exercitatione fecit, vt planiſſime diceret.* id. de Finib. V. 2. Adde *Hieron.* I. in Rufin. et *Plutarchum* an ſeni gerenda reſpubl. pag. 795. vbi refert, Demoſthenem initio non probatum in orationibus, atque ideo animo propemodum concidiſſe: ſed iterum excitatum confirmatumque verbis ſenis alicuius, qui Periclem audiuerat, iubebatque Demoſthenem, indole Pericli ſimilem, haudquaquam de ſe ipſum deſperare. [*Βάταλος* per conuitium ab Aeſchine dictus eſt; vide *Demoſth.* orat. de corona cap. 55. et quae ibi pag. 395. adſcripſi. adde *Taylor.* in prolegomenis ad Demoſth. editis vol. VIII. oratt. graec. pag. 742. et §. 14. pag. 748.]

iii) Perinde vt a Cicerone Auguſtus. v. ad Dionem pag. 318.

kkk) *Plutarch.* in Phocione pag. 753. 754.

lll) *Plutarch.* in vita Dem. pag. 888. *Tzetzes* Chil. VI. v. 170. 186. [*Pompon.* Mela II. cap. 7. 89. pag. 226. ed. II. Abr. Gronou. *Pauſan.* in Attic. pag. 19. A Suida male vocatur inſula *Καλαβρία*. v. *Menken.* l. c. vbi vero falſa eſt narratio, Demoſthenem deceſſiſſe aetatis anno LXXII. quamvis *Photius* ex aliis ei LXX. annos tribuerit. *Harl.*]

mmm) Vt graecas orationes Demoſthenis omnes Ciceronem manu ſua deſcripſiſſe, ita omnia Ciceronis Sebaſtian. Berettarium Florentinum, S. I. eloquen-

Et in Oratore cap. 29. negat, Demoſthenem ſibi ſemper ſatiſfacere, etſi cap. 31. in quouis dicendi genere docet fuiſſe excellentem. Demoſthenem libenter ſequitur Saluſtius, ad quem vide Waſſe pag. 325. In iocis ridendum ſe praebuiſſe, notat Longinus pag. 190. edit. Tolli, quod a Cicerone in Oratore cap. 26. confirmatur. Vide tamen Plutarchum in eius vita pag. 850 ſq. et Benedict. Aueranium diſſ. 27. ad Ciceron. tom. II. Opp. pag. 252 ſqq. Catonem maiorem e lectione Demoſthenis redditum eſſe diſertiorem, notat Plutarchus in Catonis vita pag. 337. et romanum Demoſthenem dictum pag. 338. Idem in Pyrrho, Cineam, Theſſalum, fuiſſe Demoſthenis auditorem, refert. Fabr. [Plura ſcripſi de vi dicendi, ingenio laudibusque Demoſthenis in Introduct. in hiſtor. linguae graecae §. 72. Id adhuc notandum eſt, eum, quod argumentum eſt et prudentiae, et artis, et ingenii, probe nouiſſe ſtylum adcommodare argumento. conf. Dionyſ. Hal. de vi dicendi in Demoſth. pag. 974 ſqq. tom. VI. edit. Reisk. et cel. Frid. Aug. Wolf. prolegg. ad Dem. orat. aduerſus Leptinem pag. 40 ſq. Quantum vero lectio oratorum graecorum, cum primis orationum Demoſthenicarum ad adcuratam reipublicae atticae rerumque graecarum et temporum illorum cognitionem faciat, quilibet hiſtoriae antiquae vel parumper gnarus facile intelliget. Confer quoque Rochefort. comm. de vtilitate oratorum in republica Athenienſi, in: Mém. de Litterature — de l'acad. Par. des Inſcr. vol. XLIII. Pariſ. 1786. p. 1 ſq. Harl.] Praelium aliquando ingreſſus abiecto clypeo aufugit, teſte Luciano in paraſito tom. II. pag. 258. [tom. III. pag. 866. ed. Reitz. vbi v. interpr. Plutarch. in vita Dem. pag. 724 ſqq. tom. IV. edit. Reisk. Menckenius in bibl. virorum militia aeque ac ſcriptis illuſtrium §. 81. pag. 171 ſqq.] [†]

Exſtant ſub Demoſthenis nomine orationes LXI. tum procemia [ex quibus Macarius Chryſoceph. quaedam excerpſit,] ad orationes LXV. (tot enim orationes illius legiſſe ſe teſtatur Photius cod. CCLXV.) et ſex epiſtolae. De epiſtolis poſthaec diſputabitur. Orationes praeſenti loco ordine literarum recenſebo, perditarum etiam mentionem facturus, praefixo aſteriſco, editis vero praemiſſurus numerum ordinis, quem in Hieron. Wolfii editione obtinent. nnnn) Temporis notationem adpoſui ex cap. IV. vitae Demoſthenis, ſcriptae ab Andrea Schotto, ita tamen, vt ipſe Dionyſium Hal. ex quo ille hauſit, conſuluerim, et nonnulla ſubinde adiunxerim. LXV., vt dixi, orationes Demoſthenis genuinas fuiſſe, Photius teſtatur, neque vero vniuerſae ad nos peruenerunt, nec vniuerſae, quas habemus, ſunt genuinae, [nec omnes a Demoſthene ipſo habitae, ſed aliis, qui eas in ſuggeſtum adtulerunt, ab ipſo ſcriptae ſunt, vt Androtiana, Ariſtocratea, Timocratea etc.] Ecce Tibi vtrarumque ſuccinctam notitiam.

22) Contra Aeſchinem. v. infra Περὶ τοῦ ςεφάνου. Nam de illa quidem oratione h. l. nihil dicere attinet, quam Himerius ſub Demoſthenis nomine ſcripſit, quem inducit de Aeſchine reuocando conſultantem, quum rumor vulgatus eſſet, Alexandrum eſſe exſules reuocaturum. v. Photius cod. CLX. et CCXLIII.

quentiae Ciceronianae colorem aliquem vt inde duceret, refert Iulius Niger pag. 493. hiſtor. ſcriptorum Florentinorum. Fabr. De diuitiis Dem. v. Budaeus de aſſe pag. 538 ſqq. Heum.

nnnn) Quaedam ἐκ τῶν λόγων καὶ ἐπιστολῶν τοῦ Δημοσθένους excerpſit Macarius Chryſocephalus. v. cl. Villoiſon. in Anecd. graec. tom. II. pag. 10. Harl.

8) Περὶ τῆς Ἁλοννήσου. Vide infra Philippicam VIII.

17) Περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν. De foedere Alexandri cum Athenienſibus, violato a rege, cum Meſſenam Phiiadae, tyranni, filiis reſtituiſſet. *Hyperidi* tribuitur a Libanio Photioque. Habita praetore Euaeneto Olymp. CXI. 2. aetatis Demoſth. XLV.

25) Κατὰ Ἀνδροτίωνος. Prima haec oratio ſcripta in cauſa publica, anno aetatis XXV. [al. XXVII.] (in *Gellii* codicibus lib. XV. cap. 28. eſt XXVII. [atque *Taylor.* in notis ad hanc orat. tom. III. pag. 239. ſcribit docetque, anno aet. XXVII. aut XXVIII. eſſe habitam; idem animaduertit, multa ex his etiam legi in Timocratea, pauciſſimis immutatis. adde *Valken.* ad Theocriti Adoniaz. pag. 239. qui ſuper illis II. orationibus multa dici poſſe, et variorum errores, ipſiusque Valeſii, corrigi obſeruat. *Herl.*] Olymp. CVI 2. praetore Calliſtrato. Dionyſius Halic. Epiſt. ad Ammaeum: *ὁρμηθεὶς τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος. Καί ἐστιν αὐτῷ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ τῷ κρίναντι τὸ ψήφισμα παράνομον.* [*Macarius Chryſoc.* habet ex illa oratione excerpta, teſte Villoiſ. l. c.] Latine vertit, praeter Wolfium, *Baſſianus Landus*, Placentinus, qui a. Chr. 1563. obiit Schol. Hermogenis pag. 401. *Ἰσοκράτους μαθητὴν λέγουσιν εἶναι τὸν Ἀνδροτίωνα, καὶ ἦν, ὥς φησιν, ὁ ῥήτωρ τεχνίτης τοῦ λέγειν. Ἐπετήδευσεν οὖν ὁ Δημοσθένης κεκαλλωπισμένον ἐργάσασθαι τὸν κατ᾽ Ἀνδροτίωνος ἀντιφιλοτιμούμενος πρὸς Ἰσοκράτην ῥήτορα παρίσοις ἐπιχειρούμενον κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου.*

39) Πρὸς Ἀπατούριον παραγραφή.

* Πρὸς Ἀπολλόδωρον. *Contra Apollodorum* pro Phormione. Plutarch. in Demoſthene pag. 887. teſtatur, eum, quaeſtus cupiditate ductum, clam ſcripſiſſe orationes aduerſarias Apollodoro ac Phormioni. Oratio pro Apollodoro contra Phormionem exſtat.

28 et 29) Κατὰ Ἀριστογείτονος α΄, β΄. Orationes duae aduerſus Ariſtogitonem, accuſatum eodem tempore a Lycurgo: [et habitae poſt Olymp. CX. 3. et ante Olymp. CXIII. 2. iudice *Tayloro* in not. pag. 512. tom. III.] Dionyſius e dictione colligit, has non eſſe Demoſthenis, ſaltim non poſteriorem, quam ab aliis etiam reiici teſtatur Libanius in argumento. [Priorem habere auctorem Hyperidem, contendit *Reisk.* pag. 1199. vol. III. adpar. crit. ad Demoſth.] Priorem vertit *Philippus Melanchthon*, poſteriorem *Vitus Winshemius.* Demoſthenis eſſe, negat etiam *Casaubonus* ad Theophraſti Characteres pag. 198. [Taylor in not. ad illas oratt. pag. 529. idem ſentit et plures in vtramque partem diſputantes producit. item Duportus ad Theophr. Char. pag. 318.]

26) Κατὰ Ἀριστοκράτους. Habita praetore Ariſtodemo, Olymp. CVII. 1. aetat. Demoſth. XXVIII. [al. XXX.] Actor Euthycles. [v. *Taylor.* ad orat. contra Androtionem, tom. III. pag. 239. inprimis ab init. not. in hanc orat. pag. 337 ſq.] [♣]

* Κατὰ Ἀριστοτέλους. Syrianus in Hermogenem, cuius locum produxit Meurſius in Bibl. Attica.

* Περὶ τῶν Ἁρπαλείων χρημάτων. *Iſidorus* Peluſ. lib. IV. epiſt. 205.

* Πρὸς Ἀρτάβαζον. *Priſcianus* lib. XVIII.

23) Περὶ

23) Περὶ τῶν ἀτελειῶν, ſ. de immunitate, aduerſus Leptinem. Habita Olymp. CVI. 2. praetore Calliſtrato, aetatis Demoſth. XXV., indice *Dionyſio*, [ep. ad Amm. pag. 724. tom. VI. ed. Reisk.] χαριέστατος ἁπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος. licet Apſines et Aſpaſius hanc Demoſtheni abiudicarint, quod τραχύτητος et σφοδρότητος expers eſſet. v. Schol. Hermogen. pag. 402. De Leptine v. *Caſaubon.* pag. 1731. ad Aeneae cap. X. [De virtutibus huius orationis late atque intelligenter iudicat cl. *Wolf.* in prolegomenis ad ſuam illius editionem pag. XI. ſqq. et pag. XLII ſq. ſentit, hanc orationem ſecundum orat. de corona proximam eſſe ponendam, ex *Plutarcho* in Demoſthene pag. 852. A. docet, illam inprimis placuiſſe Panaetio, Stoico, qui ad honeſtatem ex praeceptis diſciplinae ſuae omnia referre ſueuit. Wolfius, poſteaquam multa de Leptine, eius lege, conſilio fatisque praeclare diſſeruit, copioſe demonſtrat pag. LVI — LXII. orationem hanc habitam eſſe Olymp. CVI. 2. A. V. C. 399. a. Chr. 355. anno aetatis Demoſth. 30. adde *Taylor.* in notis ad illam orat. pag. 63. tom. III. qui ab Demoſthene anno aet. 27. orationem eſſe pronuntiatam, cum Dionyſio Halic. autumat. *Harl.*] Latine vertit *Petrus Nannius*. *Alcmarinus.* [gallice, *Le Cointe*, de qua v. *Valcken.* ad Herodotum pag. 398. italice, Ven. apud Manut. 1555. 8.]

33. 34. 35) Κατὰ Ἀφόβου α΄, β΄, γ΄. aduerſus Aphobum, tutorem ſuum, orationes 3. Actio decem talentorum, a Demoſthene, XVIII. annos nato, (hoc eſt Olymp. CIV. 3.) ooo) teſte *Libanio* in Demoſthenis vita, qui addit, aliis perſuaſum, Iſaeo has orationes deberi vt auctori, vel ſaltim vt correctori. adde *Plutarch.* vita Dem. pag. 848. *Iſidorus Peluſiota* IV. 205. epiſt. tradit, Demoſthenem tutoribus ſuis patria bona poſt victoriam, aduerſus eos reportatam, reliquiſſe. [Titulo tertiae orationis *Reisk.* adiecit Ὑπὲρ Φάνου. vid. eum in Adpar. critico ad Dem. III. pag. 1274 ſq.] Latine vertit *Ioh. Lalamantius*, Heduus.

47) Πρὸς Βοιωτὸν, περὶ τοῦ ὀνόματος. [Alii hanc orat. Lyſiae tribuunt. v. *Mauſſac.* ad Harpocrat. pag. 40.]

48) — — — — ὑπὲρ προικὸς μητρῴας. ppp)

62) Κατὰ Διονυσοδώρου, βλάβης.

* Ἀπολογία περὶ τῶν δώρων. Habita praetore Anticle Olymp. CXIII. 3. aetat. LIV. Dionyſ. Halicarn. Epiſt. ad Ammaeum p. 125.

Περὶ τῆς εἰρήνης. Infra ſexta philippica.

19) Ἐπιτάφιος in eos, qui in Chaeronea clade fortiter pro patria pugnantes obiiſſent. Habita Olymp. CX. 3. aetat. Demoſth. XLII. Meminit Plutarchus, et ſane habitam aliquam huius argumenti, omnes fatentur, ſed hanc, quae exſtat, Dionyſius, Libanius, Photius, [*Taylor.* in Lectt. Lyſiac. pag. 234 ſqq. cap. III. ed. Reisk. vide quoque Taylori

ooo) Secundum *Corſin.* F. A. tom. IV. pag. 15. Olymp. CIV. 1. inprimis conf. eum tom. II. p. 138 ſqq. *Harl.*

ppp) De argumento harum orationum adi *Deſiderium Heraldum* animaduu. aduerſus Salmaſ. VI. 14. pag. 481. *Fabr.* cl. *Wolfio* l. c. pag. 109 ſq. not. 96. habita fuiſſe haec oratio videtur Olymp. CVIII. *Macar. Chryſocephalus* ex altera oratione quaedam excerpſit, de cuius opere inedito v. *Villoiſon.* anecd. gr. II. pag. 10 ſq. *Harl.*

ri prolegom. pag. 725. tom. VIII. R.] Demoſtheni abiudicant. Latine vertit *Ioh. Lonicerus*. Lapi Biragi Caſtelnuccii verſionem habuit Baluzius.

Ἐπιτροπικοὶ aduerſus tutores ſuos, quos Iſaeum compoſuiſſe Demoſtheni legis apud *Photium* cod. CCLXIII. [Sunt, vt videtur, oratt. κατὰ Ἀφόβου. *Beck.*]

29) Ἐρωτικὸς, ſiue laus Epicratis. Hanc, veluti languidiorem et vi tanti oratoris deſtitutam, Demoſthenis eſſe negant Dionyſius, Libanius, hisque ſuccinens Photius pag. 801. [*Weſſeling.* ad Herodot. pag. 13. Androtionem huius orationis facit auctorem. Macar. Chryſoceph. fecit ex illa excerpta.]

30) Πρὸς Εὐβουλίδην ὑπὲρ Εὐξιθέου *Fabr.* *Villoiſon.* in Anecd. graecis tom. II. pag. 11. ſcribit, in cod. Veneto legi *Macar. Chryſoceph.* excerpta ἐκ τῆς πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσεως. Sic quoque apud *Harpocration.* voc. Γαμήλια conf. *Taylor.* not. ad hanc orat. tom. III. pag. 653. qui praeterea credit, et ex Harpocrat. v. Ἐξένισε atque Ξενίζειν etc. probatum it, argumentum et paucula, quae ſuperſunt, ſcholia conſcripta eſſe a *Didymo*, vetere Demoſthenis critico et commentatore. *Harl.*

53) Κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου, ψευδομαρτυριῶν *Fabr.* Teſte Harpocrat. in Ἐκαλίστρων, nonnulli hanc orationem abiudicarunt Demoſtheni, et ipſi videtur ea potius Dinarchi eſſe. *Harl.*

38) Πρὸς Ζηνόθεμιν παραγραφή. [Scripta nomine Demonis, qui patruus erat Demoſthenis, vt conſtat e fine orationis. adde Taylori Prolegg. pag. 725.]

39) Κατὰ Θεοκρίνου. Actor Epichares. Oratio a Callimacho tributa eſt Dinarcho. Vide *Dionyſium* in Dinarcho, et *Harpocration.* in Θεοκρίνης. Apoſtolium XIX. 49. prouerb. Anonymus in argumento: τὸν δὲ λόγον οἱ πολλοὶ νομίζουσιν εἶναι Δειναρχου, καίτοιγε οὐκ ἀπεοικότα τῶν τοῦ Δημοσθένους, [habita poſt Ol. CIX. 1. conf. Taylor. in notis tom. III. pag. 553.]

61) Πρὸς Καλλικλέα, περὶ χωρίου. [Excerpta in cod. Macarii Chryſoceph. teſte *Villoiſon.* anecd. gr. II. pag. 11.] [?]

58) Πρὸς Κάλλιππον. [actor fuit Apollodorus.]

60) Κατὰ Κόνωνος, αἰκίας. Actio iniuriarum ob verbera: [pro Ariſtone ſcripta] Apud Plutarchum de gloria Athenienſ. legas ἀνοίας, vitioſe, vt notatum *Meurſio* III. 6. Attic. Lect. Ex hac oratione multa ad verbum transtuliſſe *Dinarchum* in priorem ſuam aduerſus Cleomedontem, notauit *Porphyrius* apud Euſebium lib. X. cap. 3. praeparat.

21) Ὑπὲρ τοῦ Κτησιφῶντος. Pro Cteſiphonte 999) aduerſus Aeſchinem. Vide infra Περὶ τοῦ στεφάνου.

41) Πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν. [ſcripta nomine Androclis Sphettii et Nauſicratis Caryſtii.]

52) Πρὸς Λεωχάρην περὶ κλήρου.

23) Πρὸς

999) Cteſiphon iſte orator et ipſe fuit. Vide *Tzetzas* Chiliad. V. hiſt. 35

23) Πρὸς Λεπτίνην. Vide ſupra Περὶ ἀτελειῶν, ſiue Περὶ ἀτελείας.

51) Πρὸς Μακάρτατον, περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου. [ſcripta eſt nomine Soſithei, qui, pater, pro filio, Eubulide, cauſſam agit.]

16) Ὑπὲρ τῶν Μεγαλοπολιτῶν. De ope ferenda Megalopolitanis, (Arcadiae haec ciuitas fuit.) aduerſus Lacedaemonios. Dicta Olymp. CVI. 4. aetat. Demoſth. XXVII. (al. XXIX.] praetore Eudemo, ſiue Theodemo. [*Macarii* exc. apud Villoiſ. l. c.]

* Κατὰ Μέδοντος. *Pollux* VIII. 6. *Harpocr.* in Δεκατεύειν.

24) Πρὸς Μειδίαν, περὶ κονδύλου. Contra Midiam, qui Demoſtheni Chorago in Dionyſiis alapam inflixerat, et ab eo accuſatur impietatis. Hac oratione propter aduerſarii potentiam nihil effeciſſe Demoſthenem, auctor eſt *Iſidorus* Peluſ. IV. 205. epiſt. *Fabric.* — Haec oratio citatur a *Plutarcho* paedagog. cap. IX. §. 14. *Heum.* Ἐκ τοῦ κατὰ Μειδίου citatur in Excerptis *Macarii Chryſocephali*, teſte Villoiſon. l. c. Sic quoque in *Plinii iunioris*, qui imitatus eſt in libellis de vltione Heluidii, lib. VII. epiſt. 30. Et tamen fuerunt, (vt *Reisk.* ait ad hanc orat. pag 915. tom. III. adparatus critici ad Demoſth.) qui, negantes, hanc orationem a Demoſthene perfectam, adfirmarent, in aduerſariis relictam eſſe. v. *Photii* bibl. pag. 800. Habita eſt oratio, ſaltem cauſſa Midiana agitata Olymp. CVI. 4. Dionyſ. refert eam ad Olymp. CVII. 4. conf. *Frid. Aug. Wolfii* prolegom. ad orat. Demoſth. aduerſus Leptin. pag. 107 ſq. et *Taylori* not. ad h. orationem tom. III. pag. 167 ſq. qui Dionyſii computationem ſequitur, et quaedam de Demoſthenis aetate, plura de actione publica, προβολῇ. et de Midia ipſo diſſerit, idemque locum *Iſidori*, a Fabricio laudatum, emendat. *Harl.*

46) Πρὸς Ναυσίμαχον καὶ Ξενοπείθην παραγραφή.

51) Κατὰ Νεαίρας, contra Neaeram, Stephani cuiusdam Athenienſis, vxorem. [Ab initio actor cauſſae eſt Theomneſtus, gener Apollodori; inde Apollodorus ipſe.] Demoſtheni abiudicat Dionyſius Halicarnaſſeus. Dubitat etiam *Athenaeus* XIII. pag. 573. 586. Photius cod. CCLXV. languidiorem eſſe notat. [Subſcribit *Taylor.* not. p. 611. tom. III. quem tamen meras nugas egiſſe putat *Reisk.* pag. 1684. vol. III.]

59) Πρὸς Νικόστρατον περὶ ἀνδραπόδων ἀπογραφῆς Ἀρεθουσίου, [pro Apollodoro ſcripta.]

54) Κατὰ Ὀλυμπιοδώρου, βλάβης.

1) Ὀλυνθιακὸς α', ſiue tertia potius.

2) — — β'. Secundam primo loco ponendam, res ipſa ſuadet et Dionyſii Halic. teſtimonium.

3) — — γ' ſecunda. De ope, Olynthiis [rrr] ferenda, aduerſus Philippum, orationes tres, habitae praetore Athenis Callimacho, Olymp. CVII. 4. aetatis Demoſth. XXXI. [al. XXXIII. et ſic in reliquis differunt anni Demoſth. ſecundum diuerſas rationes anni natalis.] Latine verterunt *Io. Metzlerus* 1527. Vratislauienſis, v. *Hank.* de Sileſiis eruditis indi-

rrr) Aduerſus Olynthios dixit Demoſtheni aduerſatus Demades. Suid. in Δημάδης. [Ex tribus Olynth. excerpta habet *Macarius Chryſoceph.* teſte Villoiſ. l. c.].

indigenis p. 245. *Phil. Melanchthon*, Anonymus quidam, et *Nic. Carrus*. Lond. 1571. 4. Primam praeter *Beſſarionem* sss) qui notas addidit accendendis aduerſus Turcas [ſ] Chriſtianis principibus, Pariſ. 1470. 5. etiam *Ioach. Camerarius* et *Ioh. Sturmius*, (cum commentariolo eiusdem et ſcholiis Martini Cruſii in 1. et 2. Argent. 1554. 8.), ſecundam *Chriſtophorus Hegendorphinus*, tertiam alius Anonymus. Gallice, Ludou. Regius, et cum notis *Tourrellus*, Pariſ. 1691. 8. 1702. 4. [et in Tour. Oper. Pariſ. 1721. 8.] Singulas quasdam ex Olynthiacis etiam latine transtulere *Vitus Amerbachius* et *Iac. Griſolus*, Lucinianenſis. ttt) Analyſi dialectica, rhetorica, hiſtorica, ethica et politica vniuerſas illuſtrauit *Marcus Beumlerus*, Francof. 1585. 8. addita latina verſione *Rudolphi Collini* perſpicua, ad voluminis calcem. [vide infra, catalog. editt.] Artificium rhetoricum explicauit etiam *Steph. Caroli*, Bonon. 1533. 4. *Olai Slangendorſii*, Dani, commentar. in Olynthiac.

36. 37) Κατὰ Ὀνήτορος ά, β'. aduerſus Onetorem, Aphobi fundos et bona, Demoſtheni addicta, per nefas inuadentem. Harpocr. et Suid. in Ὀνήτωρ.

45) Πρὸς Πανταίνετον παραγραφή. De argumento orationis conf. *Deſiderium Heraldum* pag. 212. animaduerſ. in Salmaſ. *Fabr.* Macarius Chryſocephalus excerpta ex hac et ſequente oratione fecit, quae latent in cod. Veneto. v. *Villoiſon*. l. c. *Harl.*

21) Περὶ τῆς παραπρεσβείας. De legatione ad Philippum, male ab Aeſchine obita. Dixit Demoſthenes aduerſus Aeſchinem, praetore Pythodoro, Olymp. CIX. 2. an. aetatis XXXVII. De reſponſione Aeſchinis infra ſuo loco. Demoſthenis orationem tranſtulit anonymus quidam. *Franciſci Porti*, Cretenſis, argumentum et notae prodiere Morgiis, 1584. 4. cum eius prolegomenis in tragoedias Sophoclis pag. 37. *Fabric.* Quomodo titulus huius orationis nobiliſſimae et decantatae ſcribi ſoleat, indicat *Taylor*. in not. ad h. orat. pag. 307 ſq. et veriorem eſſe debuiſſe inſcriptionem, cenſet, Κατ' Αἰσχίνου παραπρεσβείας, vti ſcholiaſt. *Thucydid.* VI. 91. et alii, in his *Cicer.* orat. 31. qui, *multae ſunt*, ait, *eius totae orationes ſubtiles — multae totae graues — multae variae: vt* contra Aeſchinem falſae legationis, *vt contra eumdem*, *pro cauſſa Cteſiphontis*. Tum idem fuſe perſequitur varia, quae de oratione hacce iam olim diſceptata ſint, et ad hiſtoriam, aut intelligentiam illius pertineant: ſcil. fuiſſe apud antiquos, qui aut negarent, aut addubitarent certe, hanc orationem eſſe habitam, antiquiores aliquot in dubium vocaſſe, hanc, quam tractamus, orationem conſummatum eſſe et ſincerum opus auctoris, et a manu eius vltima profectum; ad Demoſthenicam ſcripſiſſe *Apollonidem* quemdam *Nicaeenſem* (vide *Ammon.* voc. Ὀφλεῖν), et ad Aeſchineam aduerſariam orat. *Didymum*, (v. Harpocrat. in Προξενία,) illum probabiliter, qui ad Demoſthenem quoque et Iſaeum commentatus eſt; *Dionem Pruſaeum*, Platonis et Demoſthenis aemulum, (*Philoſtr.* in vit. Sophiſt. §. 7.) maximi ſemper feciſſe hanc orationem, et *Mauſſacum* in bigam orationum lectiones, adhuc, quantum ſcimus, ineditas, conſcripſiſſe. De miro, quo vſus eſt

sss) A. Chevillierus de origine typographiae Pariſ. p. 57.

ttt) *Demoſth.* oratt. III. Olynth. lat. et I. ac II. contra Phil., interprete *Iac. Griſolo*, — Flor. 1550. 4. *Harl.*

eſt orator, artificio et ſumma vafritia aliisque rebus agit *Dionyſ. Halicarn.* in arte rhetor. VIII. 5. *Harl.*

* Πρὸς Περικλέα. Priſcianus Lib. XVII.

56) Πρὸς Πολυκλέα περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος, ſiue de ſumtibus, poſt finitum tempus praefecturae naualis factis. [nomine Apollodori ſcripta.]

18) Προοίμια δημηγορικά. Exordia, ſiue prooemia orationum LXV. a Demoſthene per otium elaborata, quibus in tempore vteretur. Sic *Cicero* ad Atticum Lib. XVI. epiſt. 6. teſtatus eſt, ſe habere librum prooemiorum, ex quo eligere ſolitus, cum aliquod σύγγραμμα inſtituit. Adde IX. 18. d Pactum. Sed et Plato in Menexemo notat ſolemne fuiſſe rhetoribus, habere eiusmodi λόγους παρεσκευασμένους. Latine vertit prooemia Demoſthenis *Ioh. Bernhardus Felicianus.*

15) Περὶ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας, de ope, Rhodiis, licet non optime meritis, ferenda aduerſus Mauſolum: qui ciuitatem eorum pauciorum imperio ſubiecerat. Habita praetore Theſſalo ſiue Theello Olymp. CVII. 2. aetat. Demoſth. XXIX. Latine vertit *Chriſtoph. Hegendorfinus.*

22) Περὶ τοῦ στεφάνου, aduerſus Aeſchinem pro Cteſiphonte, qui decretum fecerat de Demoſthene aurea ornando uuu) corona in Bacchanalibus, quod Athenas muro cinxerat. Latine verterunt poſt Ciceronem, cuius operis ſupereſt anteloquium, quod inſcribi ſolet *de optimo genere oratorum*, *Leonh. Aretinus*, [ꝑ] *Hier. Wolf*, Anonymus quidam, *Dionyſius Lambinus*, *Ioachimus Perrionius*, de quibus et de gallica verſione du Varii iudicium Iac. Tourelli, qui etiam ipſe cum magna laude orationes contrarias Aeſchinis et Demoſthenis gallice eſt interpretatus, v. ephemerid. eruditorum Pariſ. 1722. Aug. pag. 142. [Aeſch. et Dem. contrariae oratt. in Cteſiph. et pro corona *Ioach. Perrionio* interprete. Lutet. apud Vaſcoſan. 1554. 4. *Du Vair* gallice vertit Aeſchinis or. contra Cteſiph. et Dem. or. pro eo. Paris. 1606. 8.] De Ciceronis verſione deperdita, cuius meminit *Hieron.* 2. in Rufin. et *Sidon.* Lib. II. ep. 9. et de editionibus poſtea ſermo erit. Confer *Ciceronis* oratorem c. VIII. Idem Cicero ad hancce videtur reſpexiſſe, quum rogatus, quamnam orationum Demoſthenis maxime omnium probaret, longiſſimam reſpondit, vt narrat *Plutarchus* in Cicerone p. 872. Ceteris Demoſthenis orationibus praelatam docet quoque *Plinius* VI. epiſt. 33. fin. Artificium huius orationis exponit *Franciſcus Portus*, Cretenſis, oratione VI. pag. 38. ſq. ad calcem prolegomenor. in Sophoclem, Morgiis 1584. 4. En tibi, lector! quod mireris: *Rog. Aſcham* in epiſtola ad Sturmium a. 1555. Libr. I. pag. 101. „Regina Eliſabetha et ego vna legimus graece orationes Aeſchinis et Demoſthenis περὶ στεφάνου. Illa praelegit mihi, et primo adſpectu tam ſcienter intelligit non ſolum proprietatem linguae et oratoris ſenſum, ſed totam cauſſae contentionem, populi ſcita, conſuetudinem et mores illius vrbis, vt ſummopere admirareris.“ [Ecquis non

uuu) De more, bene meritos aurea corona donandi, conſule *Io. Harduinum* ad Themiſtii orat. III. p. 386. [cf. *Dorville* ad Charit. I. 5. pag. 59. ſq. *Carol. Paſchalius* in libro: Coronae Lib. I. cap. 17. fin. Lib. V. c. 5. 6. 12. et alibi, *Taylor* in notis ad h. or. Tom. II. pag. 595. ſq. Habita eſt Olymp. CXII. 3. *Harl.*]

non laudauit hanc orationem, quae ipſa reliquarum corona dici poteſt? v. quoque cl. *Wolfii* Prolegg. ad orat. Dem. aduerſus Leptinem pag. 41. ſq. pag. 46. ſq. not.] Decretum Byzantinorum cap. 27. illuſtratur ab *Antonio van Dalen*, pag. 779. ſqq. cap. 3. Diſſ. IX. Antiquitat. a Viro quodam docto in Miſcell. obſeruatt. anglice editis, Londini 1731. 8. n. XI. p. 347 ſqq. (et latine verſis, Amſtelod. 1733. Vol. II. Tom. III. pag. 354. ſqq. cum animaduerſionibus Doruillii); ab *H. Valeſio* Libr. IV. Emendation. 9. pag. 109. ſqq. a *Tourreilio*, gallico interprete, et *Tayloro* in notis, et a *Io. Tob. Krebſio*, rectore quondam ſcholae Grimmenſis, in ſingulari proluſione ſcholaſtica, Lipſiae 1775. 4. rec. in eiusdem Opuſculis academicis et ſcholaſticis, denuo recognitis, Lipſiae 1778. mai. 8. pag. 455—478. De tempore, quo perorata ſit illa oratio, contra Corſinum late diſputat *Taylor.* in initio notarum ſuarum, pag. 598 ſq. edit. Cantabrig. et pag. 20. ſqq. meae editionis. Idem pag. 78. ſqq. meae edit. docet, ab vltima vetuſtate duas exſtitiſſe Demoſthenis, quae vocantur, ἐκδόσεις, quae aliquando per iniuriam deſcribentium, aut quavis alia ex cauſa forſan conflarentur ad hanc noſtram, quae ſola hodie obtinet, concinnandam. *Harl.*] In hac oratione ſeſe paſſim laudat Demoſthenes, ſed tam ſcite, vt propterea reprehenſionem facile effugiat. Confer eumdem *Plutarch.* de laude ſui pag. 541 ſeq.

57) περὶ τοῦ Στεφάνου τῆς τριηραρχίας pro Apollodoro et in gratiam eiusdem de corona praefecturae naualis.

43. 44) Κατὰ Στεφάνου, ψευδομαρτυριῶν, α΄, β΄. [ſcriptae nomine Apollodori, filii Paſionis. Excerpta *Macarii*, ſaepe citata, latent in Cod. Veneto.]

13) Συμβουλευτικὸς, ἤτοι ὁ περὶ τῆς συντάξεως. *De ordinanda rep.* et veteri virtute ac libertate amplectenda, habita praetore Eudemo Ol. CVI. 4. aetat. Demoſth. XXVII. Latine vertit *Ioach. Camerarius.* Ineditam *Politiani* tranſlationem memorat *Labbeus* Bibl. MSS. p. 372. *Fabric.* Reiske inſcripſit: Δημ. ὁ περὶ συντάξεως λόγος, omiſſis vocc. συμβουλευτικὸς ἤτοι, quoniam orator plures ſcripſiſſet conſultorias, vel ſuaſorias, et σύνταξιν h. l. intelligit de pecuniaria contributione, ſeu cenſu collaticio, cuique pro modo fortunarum indicto, quae pecunia militi conſcripto, aut conſcribendo in manus daretur, vnde ſibi veſtem, arma, commeatum compararet. Vide eius not. in Adparatu critico ad Demoſth. Vol. II. pag. 349. ſq. Cel. *Frid. Aug. Wolf.* in prolegg. ad Demoſthenis orat. adu. Leptinem pag. 74. not. ſuſpicatur, hanc orationem non eſſe Demoſthenis, ſed ex aliis eius, maxime Olynth. III. et Ariſtocratea ab aliquo declamatore conſutis pannis confectam. Ἐκ τοῦ περὶ συντάξεως citatur illa in Excerptis Macarii, frequenter iam memorati. *Harl.*

14) Περὶ συμμοριῶν. De claſſibus. Eſt autem συμμορία, notante Libanio, ordo eorum, qui Athenis munera publica ſubibant. [Rectius inſcribitur περὶ βασιλικῶν, indice *Tayloro* in prolegg. a Reiskio editis. p. 753.] Habita Archonte Diotimo, Olymp. CVI. 3. aetat. Demoſthen. XXVI. [al. XXVIII.] Prima δημηγορία, ſiue oratio ciuilis, quam dixit Demoſthenes. Latine vertit *Iohannes Lonicerus.* [conf. cl. *Wolf.* l. c. pag. 109. ſq. inprimis pag. 113. ſq. de anno et archonte.]

55) Πρὸς

55) Πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέως. [v. Athen. p. 486. *Harpocr.* v. Κακοτεχνιῶν. quidam orationem illam videntur abiudicaſſe Demoſtheni; ſed vide *Reiskii* adpar. crit. ad Dem. Vol. III pag. 1553. ſq.]

27) Κατὰ Τιμοκράτους. Contra Timocratem, actor Diodorus. Habita eodem, quo oratio contra Ariſtogitonem, anno, Olymp CVI. 4. Vide Gellium XV. 28. *Fabr.* conf. cl. *Wolf.* l. c. pag. 130. ſqq. inprimis *Taylor.* not. pag. 443 ſq. *Harl.*

50) Πρὸς Φαίνιππον περὶ ἀντιδόσεως.

Φιλιππικοὶ ιβ. Orationes duodecim in Philippum vvv), regem Macedoniae, lectae olim ſunt a Dionyſio Halicarnaſſeo, et Demoſthenis imitatione Cicero quoque quatuordecim ſuas aduerſus Antonium orationes [?] Philippicas inſcripſit, teſte Plutarcho in Cic. Hodie quatuor tantum hoc titulo inter Demoſthenis orationes exſtant, et alio longe quam Dionyſius legit ordine. Sed plures haberi, ſub aliis licet titulis, ab Andrea Schotto obſeruatum eſt, ex cuius ſententia Philippicas duodecim recenſebo.

1) Prima apud Dionyſium Philippica etiam in noſtris codicibus *Prima* eſt, habita praetore Ariſtodemo, Olymp. CVII. 1. aetat. Demoſth. XXVIII. *Petrus Victorius* IX. 16. varr. lection. „erratum, ait, librarii eſt in *quarta* philippica Demoſthenis, vt ipſam veteres vocare conſueuerunt, quae tamen iure *prima* inſcribitur“. *Fabr.* Latina Melanchthonis verſio exſtat in eius declamationn. Tom. II. pag. 694 ſqq. *Heum.*

2) Secunda. In editis eſt Olynthiaca ſecunda.

3) Tertia, vulgo Olynthiaca 3.

4) Quarta, vulgo Olynthiaca 1. Vide quae ſupra in Ὀλυνθιακός. *Fabr.* Hanc ſuſpectam habet cum Valckenario *Wolf.* in Prolegg. cit. pag. 60.]

5) Quinta in editis primae Philippicae adnectitur ſub titulo πόρου ἀπόδειξις, et incipit ἃ μὲν ἡμεῖς etc. habita praetore Themiſtocle, Olymp. CVIII. 2. aetat. Demoſth. XXXIII. [al. XXXV.] Apud *Dionyſium* Epiſt. ad Ammaeum p. 123. vocatur ἕκτη τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν, ſed legendum πέμπτη, vt patet ex iis, quae ipſe ſubiungit. [conf. *Valcken.* ad Ammon. p. 171. *Taylor.* in Prolegg. a Reiskio editis pag. 720. Vol. VIII. Or. gr.]

6) Sexta hodie exſtat ſub titulo περὶ τῶν εἰρήνης, *de pace*, cum Philippo vtcunque, nec ſatis conſulto, inita, haud temere tamen abrumpenda, habita praetore Archia, Olymp. CVIII. 3. aetat. Demoſth. XXXIV. [al. XXXVI.] Latine verterunt *Iuſtinus Goblerus, Iacobus* Mmmmm 2 *Griſo-*

vvv) *Polybius* in Excerptis Peireſc. p. 97. ſeq. reprehendit Demoſthenem, quod viros praeſtantiſſimos, qui in Arcadia, Meſſenae, Argis, in Theſſalia et Boeotia rebus periculoſiſſimis ad Philippum confugere non dubitarunt, tanquam proditores Graeciae traducit. Aliud Demoſthenis dictum, *actiones ex euentu iudicandas eſſe*, merito reiicit Nicephorus Gregoras XII. 5. Hiſt. p. 365. Idem diu ante damnauerat Ouidius: *careat ſucceſſibus opto, quis-quis ab euentu facta notanda putat. Fabr.* Ex Philippicis aliquot oratt. excerpta fecit *Macarius Chryſocephal.* quae in Cod. Veneto latent adhuc inedita. *Villoiſon* anecd. gr. II. pag. 10. De ordine orationum philippicarum, et quo quaeuis anno habitae ſint, nec non de reliquis orationibus multa collegit Taylor. in fragmentis ſ. prolegomenis in Demoſth. poſt mortem illius a Reiskio editis, Vol. VIII. oratt. graecor. pag. 716 ſqq. pag. 753 ſqq. *Harl.*

Griſolus Lucinianenſis, et *Petrus Braccius* Placentinus. Quinta philippica dicitur ab Harpocratione. *Fabric.* Reiske in adparatu critico ad Dem. Vol. II. pag. 148. hanc orationem, quam *Her. Welſ.* in adnotatt. or. de falſa legatione pag. 375, 20. Aeſchinem habuiſſe auctorem ſuſpicatus eſt, docet, eſſe Demoſtheni adſcrendam. *Harl.* *Andr. Dounaei*, profeſſor. Cantabrig. praelectiones eruditae in hanc orat. prodiere Londini 1621. 8. [conſ. *Paul. Leopard.* Miſcell. III. 15. 16. Emend. IX. 15. *Weſſeling* ad Diod. Sic. II. 129.]

7) Septima, in editis et iam Photii tempore *ſecunda*, habita Lyciſco praetore, Olymp. CIX. 1. aetat. Demoſth. XXXVI. [al. XXXVIII.] A nonnullis auctor ſeptimae orationis Philippicae exiſtimatus *Hegeſippus Crobylus.* Confer Suid. et Etymol. M. in Ἡγήσιππος. Sed videntur loqui de oratione, quam octauam mox dicam, de Haloneſo.

8) Octaua, hodie exſtat ſub titulo orat. *de Haloneſo*, περὶ τῶν Ἁλοννήσου, ſed Libanio iudice rectius inſcribetur πρὸς τὴν ἐπιστολὴν Φιλίππου, habita praetore Pythodoro, Olymp. CIX. 2. aetat. Demoſth. XXXVII. [aut XXXIX.] *Hegeſippi* eſſe, qui collega Demoſthenis fuit, non Demoſthenis ipſius, Libanio, Photio, Suida et auctore Etymologici magni teſtibus contendit *Tan. Faber*, quem vide ſis ad Longin. p. 202. edit. Tollii. Sed vide et *Athenaeum* VI. p. 223. Hermogenem, Plutarchum in vita Demoſth. p. 850. *Quinctil.* III. 8. pag 273. *Fabr.* Hegeſippo etiam aut alii cuicunque potius, quam Demoſtheni adſcribit hanc orationem *Valcken.* in diatr. Euripid. poſt Eurip. Hippolytum p. 253. C. vbi locum quemdam orationis cum verſibus Eupolidos comparat. *Harl.*

9) Nona hodie exſtat ſub titulo orat. de *Cherſoneſo*, περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ [uuuu]), habita praetore Soſigene Olymp. CIX. 3. aetat. Demoſth. XXXVIII. [XL.] [?] Latine vertit *Petrus Bracchus* Placentinus. Suidas in Κατάγειν octauam laudans φιλιππικῶν, locum ex hac oratione producit.

10) Decima, in editis *tertia*, anno eodem.

11) Vndecima, in editis *quarta*, habita praetore Nicomacho, Olymp. CIX. 4. aetat. Demoſth. XXXIX. [al. XXXXI.]

12) Duodecima hodie exſtat ſub titulo [qui etiam eſt in *Macarii Chryſoceph.* excerptis mem.] ὁ πρὸς τὴν Φιλίππου ἐπιστολὴν *ad Philippi epiſtolam*, Athenienſibus bellum indicentem, quae integrae orationi praemittitur, habita praetore Theophraſto, Olymp. CX. 1. aetat. Demoſth. XL. [al. XLII. confer *Caſaubon.* ad Theoph. char. p. 77. et ad Athen. VI. 24. *Meurſ.* L. A. III. 6.] Latine vertit *Robertus Britannus* Par. 1643. 4. adiectis aliquot locis, quos Cicero ex Demoſthene vertit vel adumbrauit. Primam et ſecundam germanice Io. Reuchlinus, v. vitam ſcriptam a D. I. H. Maio pag. 554. italice vertit *Luc. Paullus Roſellus*, Patauinus, qui a Ch. 1556. obiit.

In vniuerſas hactenus enumeratas duodecim orationes et *Libanii* argumenta et *Vlpiani* commentarios habemus. *Vlpiano* tamen tribuere non vult ſcholia illa *Caſaubonus* propter errores varios, quos in illis ſibi videtur obſeruaſſe pag. 218. ad Theophraſt. „Abſit vero a nobis

uuuu) Sic quoque in Macarii Chryſoceph. excerptis in *Villoiſonii* anecd. gr. Tom. II. p. 10. *Harl.*

nobis, vt haec et alia huius farinae, qualia nonnulla in illis ſcholiis obſeruauimus, Vlpiano tribuamus." *Henr. Valeſius* ad Harpocrat. p. 92. quum notaſſet Vlpianum eſſe Chriſtianum quia in ſecundam Olynthiacam laudat Theologi prooemium in Baſilium, addit: „ſed in Vlpiani ſcholiis multa ſunt, a recentioribus temere addita, quale et hoc eſſe exiſtimo." *Fabric.* Latius docteque diſſerit de commentariis, qui vulgo adſcribuntur Vlpiano, *Io. Chapman.* in Obſeruationibus in commentarios vulgo Vlpianeos, quae praefixae ſunt *Morantii* editioni Demoſth. ſelectarum orationum. Chapman. igitur *Valeſii* iudicium examinat p. 27 ſq. et reiicit, et poſtea iam ab initio primum inquiſiuit, quis fuerit ille commentator, quae illi patria, quod aetatem ſtudium, et quibus indiciis externisque, quae vocantur, teſtimoniis, Vlpiani rhetoris nomen et perſonam induat, argumenta, quibus Vlpiano abiudicentur, colligit et perſequitur. *Suidas* autem Tom. II. pag. 738. quatuor memorat *Vlpianos*, ſed de commentariis in Demoſthenem ne verbum quidem. Sunt vero apud illum 1) *Vlpianus*, Emeſenus, ſophiſta, qui de patria Emeſa, de Heliopoli, de Boſporitis aliisque plurimis, progymnaſmata et artem rhetoricam ſcripſit. 2) *Vlpianus*, Antiochenus, Syrus, ſophiſta, tempore Conſtantini, imperatoris, auctor declamationum, diſputationum et aliorum quorumdam. Huius meminit quoque *Euagrius* hiſt. eccleſ. lib. I. cap. 20. et *Eunapius* in vita Proaereſii, eumque, ſed, iudice Chapmano, minus recte tutoque, opinatur Küſter. in notis, conſcripſiſſe commentarios in quasdam Demoſthenis orationes. 3) *Vlpianus Gazaeus*, cuius mentionem quoque facit *Marinus* in vita *Procli*, cap. IX. 4) *Vlpianus*, frater Iſidori, philoſophi. Quae de hoc multa tradidit Suidas, ea deſumta eſſe ex Damaſcio de vita Iſidori colligit Küſter ad Suidam, magnam quidem partem legi apud *Photium* in Excerptis e Damaſcio pag. 1072. 1073. docet. — In Codd. MSStis apud Hier. Wolſium inſcriptio his verbis deſignatur: Οὐλπιανοῦ Ῥήτορος, (qui quidem Antiochenus eſſe videtur,) *προλεγόμενα εἰς τοὺς Δημοσθένους Ὀλυνθιακοὺς καὶ Φιλιππικοὺς λόγους.* De *Vlpiano* igitur, rhetore Antiocheno, Chapman. agit §. 2. et ex locis Eunapii in vita Proaereſii oſtendit, Vlpianum illum Antiochenum diu ante Conſtantini tempora floruiſſe Antiochiae, circ. a Chr. 293. nec ideo potuiſſe commentarios in Dem. conficere. Commentator enim perſtringit *Zenonem* Citicum, etiam Cyprium dictum, rhetoricum, (de quo multus eſt Chapman.) tempore Iuliani, circa a Chr. 350. Idem commentator ad orationem contra Timocratem citat Athanaſium, et ad exordium orat. Olynthiacae ſecundae confert principium *Theologi*, h. e. Gregorii *Nazianzeni*, in laudatione ſancti Baſilii: at nullus a Suida memoratorum Vlpianorum profeſſus eſt doctrinam chriſtianam, nullus ſophiſtadeorum cultor, Nazianzenum vocauit Theologum et Baſilium ἅγιον, atque Baſilius Caeſarienſis mortuus eſt circ. a. Chr. 378 vel 379. Gregorius autem Nazianzenus habuit orationem longum poſt tempus. Idem commentator ad or. contra Midiam *κάδοι*, vaſa muliebria, interpretatur *τὰς νῦν σίτλας*: hoc autem vocabulum, a Meurſio inter vocabula graeco-barbara relatum, oſtendit Chapman, incognitum fuiſſe vel veteribus lexicographis, et diu poſt Vlpianum rhetorem, ab Alexandro Tralliano, (circa an. Chr. 530,) vel primum, vel inter primos vſurpatum. Sic Chapman. alia adfert loquendi genera, quae in illis commentariis occurrunt et aetatis ſunt multo ſerioris, quam Vlpianus rhetor vixit, immo vero romanum potius, quam graecum referunt ſermonem. Denique §. 14. ſq. commonſtrat, argumenta illa longiuſcula, quae incerti auctoris nomine feruntur, ab eodem profecta fuiſſe, a quo ipſos commentarios, et vitam illam Demoſthenis breuem, quae Plutarcho inſcribitur, non alii, quam noſtro eſſe tribuendam. Rebus ſic ſe habentibus incerti cenſendi ſunt auctoris, qui labente

graeca lingua compilauit, illi commentarii. An idem accidit, quod veteribus Homeri enarratoribus eueniſſe ſcimus? Forſan aliquis celeber Vlpianus commentatus eſt in Demoſthenem. Huius liber grammaticis ſerioribus erat quaſi fundus, ita, vt collectanea ſua adſcriberent: alius, indoctus, leuiora tantum in ſuo exemplo inde excerperet, nomine Vlpiani in fronte retento: alius alias quisquilias citataque adderet. Ex veterum igitur forſan commentatorum, etiam Vlpiani, adnotationibus, ita commentarii fuerunt conſarcinati, ab ipſoque auctore pluribusque inferioris aeui homunculis aucti et interpolati, vt meliora omitterent, in leuioribus rebus, etiam nugis, acquieſcentes. Multa tamen loca librariorum manu deprauata corruptaque medicam periti hominis exſpectant manum. Plura de parente horum commentariorum et de Vlpiano aliisque eiusdem nominis ſcripturus erat *Taylor*, vt ex doctis eius collectaneis, a *Reiskio* Vol. VIII. oratorum graecorum publicatis, pag. 711. ſq. adparet. Nominat ibi praeterea *Domitium Vlpianum*, Ictum, *Vlpianum* Damaſcenum, Icto aequalem, *Vlpianum* Tyrium, rhetorem, dictum κειτέκειτον: hunc Fabric. in nota mſta adnotauit, Pancratem poëtam, velut notum et aequalem nominaſſe, itaque Hadriani imperatoris vixiſſe aetate, diuerſum ab Icto Vlpiano longe iuniore. Idem Fabric. memorat *Vlpianum* comitem, ad quem Theodoreti epiſt. 22. *Harl.*

Quatuor Philippicas gallice *Ludou. Regius*, latine verterunt *Chriſtophorus Hegendorphinus*, Anonymus quidam, et *Paulus Manutius* Venet. 1549. 4. qui male *Claudius* vocatur in Bibl. Philoſophica Pauli Bolduani p. 471. [Apud eumdem P. Manut. quinque oratt. Demoſth. et vnius or. Aeſchinis verſio italica prodiit. 1557. 8] tum *Nic. Carrus* Lond. 1571. 4. Binas ex illis etiam *Iacobus Griſolus* Lucinianenſis. De difficultate, bene transferendi graeca in L. L. inſignis locus eſt P. Manutii in praefat. ad Philippicas pag. 845 etc.

Gallicam verſionem elegantem IV. Philippicarum III. Olynthiacarum, orationis de pace, de Cherſoneſo et ad Philippi epiſtolam, cum notis eruditis debemus *Tourrello* Pariſ. 1691. 8. 1701. 4. recuſam Amſtelod. 1706. 12. xxx) Philippicas poſt *Io. Lalemantium* Pariſ. 1549. 8. gallice quoque vertit *Maucroëus*, (Mr. de Maucroy, canonicus Rhemenſis,) cuius translatio exſtat inter opuſcula proſaria atque poëtica Maucroëi et Fontani, tom. I. atque inter opuſcula Maucroëi poſtuma, Pariſ. 1710. 8. De argumento harum orationum conſ. *Deſid. Heraldum* in Animaduu. in Salmaſ. p. 180. ſqq.

41) Πρὸς Φορμίωνα, ὑπὲρ δανείου. [ſcripta eſt nomine Chryſippi.]

42) Ὑπὲρ Φορμίωνος παραγραφή. Male audiiſſe Demoſthenem hoc nomine, refert Plutarchus, quod ita ex eadem officina duobus pugiones vendiderit aduerſariis, quibus ſe mutuo confoderent.

[De

xxx) Tourellus in Demoſthene gallice exprimendo praeclariſſimum poſuit ſtudium. Namque non ſolum poſteriores eius editiones a prioribus 1691 et 1701. longe ſunt diuerſae et cultiores; ſed eius quoque editor *Guil. Maſſieu* teſtatur, nullam eſſe in orationibus, ab eo verſis, periodum, quam non ſexties ſeptiesue reddendo eleganter expreſſerit, vnam denique ceteris praeferens, atque ex illis tot verſionibus, velut delectu facto, excerpens interpretationem. Editio poſtrema, aut poſtuma in Operibus Tourelli Paris. 1721. 4. Iourn. des Sav. 1722. II. pag. 85. vide, quae in Tourelli laudem 1692. pag. 236. adde infra in recenſione verſionum. In eo tamen maſculam Demoſthenis eloquentiam deſiderat *Oliuetus*, qui nouam duarum cum Ciceronis Catilinariis edidit verſionem. Pariſ. 1727. 12. conſ. Iourn. des Sav. 1728. Mai. pag. 109. Bibl. anc. et moderne, tom. XXVIII. pag. 444.

[De epiſtolis Demoſth. vide ſupra Lib. II. c. X. nr. 15. Vol. I. pag. 682. et quos citat *Taylor.* in prolegomenis ad Demoſthenem, a Reiskio editis, in Vol. VIII. oratorum graec. p. 724. Demoſthenis epiſtolae citantur in vetere lexico bibl. Coislin. pag. 483. *Harl.*]

Codices MSSti et Editiones Demoſthenis.

[Codices manu exaratos permultos tum Demoſthenis, tum Aeſchinis, qui poſt mortem in pluteis ſcriniisque coniunctiores, quam in vita fuerunt, iam contulerunt praeter Manutium et Morellium ad editionem Lutetianam, Taylor. Reisk. et Auger. Praeter ea Taylor. quorumcumque notitiam aut mentionem nanciſci potuit, eos omnes recenſet in prolegomenis ſ. potius illorum fragmentis, quae Reisk. poſt illius mortem edidit in vol. VIII. orator. graec. pag. 697 — 706. Paucis igitur, ne otio et charta abutamur, nobis expedire, et, quos ſcire iuuat, cuius aetatis et quot et quas orationes ſinguli comprehendant codices, eos ad triumuiros illos laudatos ablegare licet. Quos codd. Pariſin., qui octo fuerunt, adhibuit Morellius, eos Taylor. in praefat. ad Demoſth. tom. III. recenſet. Praeter ea ille ibidem codd. Pannonium, exemplar admirandae vetuſtatis, et Auguſtanum, quorum lectiones Hieronymus Wolfius attulit, et eos, e quibus ipſe Taylor. hauſerat, aut lectiones acceperat, paullo fuſius deſcribit. Sed Taylorianae tamen recenſioni mentionem nonnullorum mſstorum adiiciemus, et breuiter enumerabimus codices, in diuerſis bibliothecis latentes.

Romae in biblioth. Vaticana et olim reginae Succiae, modo plures, modo pauciores orationes et epiſtolae iunctae Demoſth. et Aeſchinis, interdum ſcholiis ſtipatae, etiam verſiones quarumdam orationum, manu exaratae, cuſtodiuntur. Taylorianae notitiae, ex Montfaucon. Biblioth. — mſstorum hauſtae, addas a me in Prolegom. introductionis in hiſtor. L. Gr. edit. II. pag. 61. memoratos codd. in biblioth. *Barberina*, (in qua etiam ſeruatur Demoſthenis editio 1549. 8. cum notis mſstis,) variarum oratt. Aeſchinis, Demoſthenis orat. de corona, it. de legatione. — in biblioth. *Angelica*, Demoſth. variae oratt. — in biblioth. *Chigiana*, Demoſth. oratt. Olynthiacae.

Florentiae in biblioth. Laurent. teſte *Bandinio*, tom. I. plut. IX. cod. XXX. *Demoſth.* oratt. tres olynthiacae, prima philippica et de corona. — plut. IV. cod. XXIV. pag. 547. et cod. XXXIII. p. 555. Demoſth. orat. funebris. — tom. II. plut. LVI. cod. III. p. 290. fragm. orat. Demoſth. de falſa legatione, plut. LIX. cod. IV. pag. 490 ſq. ſedec. oratt. Demoſth. — cod. VIII. p. 494. oratt. 29. — cod. IX. p. 496. octo oratt. cum ſcholiis. — cod. X. ib. 22 oratt. Demoſth. — plut. LIX. cod. XIX. p. 536. oratt. 23. cum Libanii argumentis et Vlpiani in ſeptem enarrationibus. — cod. XXV. pag. 544. oratt. 21. et VI. epiſt. Demoſth. — cod. XXVII. p. 546. oratt. 17. cum Libanii argumentis. — cod. XXIX. p. 549. tres oratt. — cod. XXXIX. p. 571. decem oratt. — cod. XLI. tres oratt. Demoſth. — cod. XLVI. p. 577. orat. de falſa legatione contra Aeſchinem. — ibid. cod. XLVII. ſeptem oratt. Demoſth. — in vol. III. plut. XC. p. 419. cod. XVI. oratt. decem. — ibid. cod. LXII. p. 420. Demoſth. (ſic) orat. contra Cteſiphontem, et fragmentum orat. de corona. Citatur quoque Demoſth. in floril. ſentent. tom. I. pag. 253. et cum Aeſchine in viol. compoſ. ibid. pag. 549. — *Aeſchinis* epiſtolae IV. in vol. II. pag. 351. nr. 19. tres oratt. cum ſcholiis ibid. pag. 423. nr. 8. et p. 424 nr. 3. — oratio contra Cteſiphontem et apologia de perfide obita ad Philippum legatione.

cum

cum XII. epiſtolis, ibid. cod. IV. p. 588. — Epiſtolae ſex, ibid. pag. 425. nr. 27. Epiſt. XII. pag. 444. nr. 3. pag. 491. nr. 20. pag. 618. nr. 2. et pag. 678. nr. 2.

Florentiae in biblioth. Monaſterii Benedict. b. Mariae tres codd. Demoſth. et II. codd. Aeſchinis oratt. atque epiſtolarum. — Ibid. in biblioth. S. Marci Dominicanorum Demoſth. oratt. contra Aeſchinem, item philippicae. Leon. Aretinus tranſtulit cum praefat. ad Nic. Medic.

Ceſenae in biblioth. fr. Minor. Demoſth. oratt. in duobus codd. vid. Catalog. tom. I. pag. 98. et pag. 107.

Mediolani in biblioth. Ambroſ. tres codd. Demoſth. oratt. tres codd. oratt. Aeſchinis, vnus eiusdem epiſtol. vnus, in quo ſunt Harpocrat. Lexicon et decem oratt. oratorum.

Venetiis in biblioth. D. Marci ſecundum catalogum pag. 201 ſqq. cod. CCCCXVI. et CCCCXVII. et CCCCXX. omnes, quae exſtant, oratt. Demoſth. epiſtolaeque. pag. 203. cod. CCCCXVIII. continet 32. oratt. item exordia et 6. epp. Dem. — pag. 204. cod. CCCCXIX. oratt. 14. [de hoc praeſtantiſſ. Cod. v. Cl. Morelli praefat. ad Ariſtid. Orat. Lept. 1785. p. XVII ſq.] — cod. CCCCXXXVIII. p. 214. duas oratt. — cod. DX. p. 274. orat. I. contra Philippum et tres Philippicas. — in cod. CCCCXLII. pag. 230. ſunt tres oratt. Aeſchinis. — pag. 314. cod. DCIX. Aeſchinis et aliorum epiſtolae.

In biblioth. Cardin. *Beſſarionis* tres codd. oratt. et epiſt. Demoſthenis. De codice Fulvii Vrſini Taylor. citat P. Fabri agon. I. 30. init.

In biblioth. *Pariſina* regia tanta eſt codicum, in quibus Demoſthenis et Aeſchinis orationes atque epiſtolae cum ſcholiis atque Vlpiani commentariis et ſine illis reperiuntur, copia, vt verear, ne enumeratione ſingulorum a Tayloro p. 699 — 701. iam repetita, lectoribus moleſtiam creem. Quorum lectiones Lambinus et Morellus atque Taylor. habuit, eos Taylor. in Conſpectu MSS. et editionum tom. III. recenſet. Augerius XXXIX. codd. euoluit aut lectiones ex illis, ab Morello et Lambino excerptas, adhibuit. Nonnullis codd. ſcholia, in his nondum edita, ſunt adſcripta. Ille inprimis laudat cod. MMM. qui fere omnia habet Demoſthenica, a lectionibus bonis. Plurimi codd. ſunt ſaec. XV. aut XVI. Antiquiſſimi nominantur nr. MMDCCCCXXXIV. membr. ſaec. XII. in quo omnia quae ſuperſunt, Demoſthenis, inueniuntur, LVIII. oratt. V. epiſtolae ac προοίμια; nr. MMDCCCCXXXV. membr. ſaeculi partim XI. partim XIII. in quo pauca deſunt Demoſthenica; nr. MMDCCCCXXXVI. membr. ſaec. XIII. praebet omnes orationes Demoſthenicas; nr. MMDCCCCXCIV. membr. ſaec. XII. plura habet Demoſthenica; MMMII. cod. chart. ſaec. XVI. in quo ſunt III. oratt. Demoſth. et epiſtolae Aeſchinis, bonas exhibet lectiones. Idem Auger. vſus eſt quatuor codd. bibl. *du St. Germain*; nr. CCXLIX. cod. ſaec. X. continet III. oratt. et XII. epiſt. Aeſchinis; nr. CCXXXIII. bombyc. ſaec. XIV. et nr. CCCXXIV. bombyc. ſaec. XV. praebet quasdam oratt. Demoſth. nr. CCCXXXIX. membran. ſaec. XIII. habet omnia fere Demoſthenica. — In bibl. *Colbertina*, hodie regia, ſunt cod. MMMDX. Aeſch. adu. Cteſiph. MMMDCCLIV. Aeſch. quaedam et tres codd. complectentes Aeſch. epiſtolas. — In biblioth. *Coisliniana* cod. CCXLIX. membr. ſaec. X. comprehendit tres Aeſch. oratt. cum ſcholiis graecis et XII. epiſtolis. — In biblioth. Cardinalis *Rainulphi* II. codd. oration. trium et II. epiſtol. Aeſchinis.

In

In *Anglia Oxonii*, tres Demoſth. *Barocciani*, quibus vſus eſt Taylor. vid. eius Conſpectum, et Prolegom. pag. 702. *[illegible]*, complectens XII. oratt. Demoſth. In biblioth. *Bodleiana* eſt exemplum Aldinum, collatum cum codice Veneto, in catal. biblioth. Bodleian. voc. Demoſth. dicitur cum codd. MSS. collat. manu P. Pithoei, et exempl. Aldinum 1554. cum emendatt. msstis, et Heruag. I. ad cuius oram ſunt obſeruatiunculae ſcriptae: in biblioth. *Bernardi* exemplar Aldinum cum ſcholiis gr. in tres Aeſchinis oratt. et V. L. atque coniecturis Scaligeri. — *Cantabrigiae* exemplar Aldinum cum adnotatt. Claudii Groulardi: item notae ineditae Iac. Duporti ſeu Thomae Stanleii ad Demoſth oratt. — adnotatiunculae ad Aeſchinem ex ora exemplaris Aldini rhetorum graecorum, in biblioth. Mori. — *Londini* codd. *Harleianus*, Demoſth Philippicae etc. et contra Aeſchinem, *Meat.* complectitur oratt. tres Aeſchinis cum ſchol. gr. et epp. 12. *Lock.* Demoſth. Olynth. 1. et 2. Aeſch. in Timarchum. *Rawlinſon* Demoſth. orat. funebrem. *Askew.* orat. Demoſth. pro corona. Ex cod. *Iac. Harris* Taylor. nactus varias lectiones Philippicarum IV. tum codd. epiſc. Noruic. Ashmole, collegii Lincolnienſ. Edu. Bernardi, et alia, de quibus vid. Taylor. in relictis prolegomenis, (diuerſis ab iis, quae dedit Reisk. in vol. VIII.) quae etiam ab Askew accepit et vol. II. Adpar. crit. ad Demoſthenem publicauit *Reisk.* p. 14 ſqq. atque p. 16 ſqq. ſcholia *Moſchopuli* ad tres Olynthiacas e cod. Barocc. nr. CLIX. a *Tayloro* exſcripta promulgauit, idemque memorat, in cod. Bauarico ad orat. pro corona etiam adſcripta eſſe *Moſchopulea.* Idem Taylor. habuit varietatem lectionis ex antiquo codice olim a Lindenbrogio ad oram poſterioris Heruag. adnotatam.

In *Germania.* Codices *Vindobonenſ.* Demoſthen. et Aeſch. XII. ſecundum Lambecium et Neſſelium a Tayloro fuſius deſcribuntur. De reliquorum, qui in Germania ſeruantur, plurimis intelligenter copioſeque diſſeruit Reisk. in praefat. ad tom. I. §. 16 ſqq. pag. LIX ſqq. Sunt vero ſex in biblioth. *Auguſtae Vindelicorum;* vnus *Monaci* in Bauaria, cui multum poſt acceſſit cum bibliotheca Petri Victorii ab electore Bauaro-Palatino emta, cod. mst. recens ſcriptus chartac. in min. fol. quo vti nondum potuit Reiskius, et qui continet Demoſthenis Olynthiacas et Philippicas, cum P. Victorii commentariis in illas anecdotis. Praeter ea nominantur a Reiskio p. 58. praefat. codex *Wiat slauienſis, Doruilhanus*, tum is, quem poſſedit quondam *Elias Obrecntus*, alius, quem, vt ſcribit Reiskius, habuit Petr. Poſſinus, Decanus S. Gudilae Bruxelliens. (*Pantinus* nominatur a Fabricio, qui lib. VI. cap. 5. pag. 311 ſqq. vol. XII. catalogum MSS. gr. P. Pantini exhibuit: ibi nr. 5. nr. 15. inprimis nr. 16. ſunt plura Demoſthenica et Aeſchinea.) Codex *Sambuci*, ſchedae *Scrimgeri*, Scoti, profeſſoris Heidelbergenſis, in quas ille coniecerat varias codicis cuiusdam lectiones, cum ſuis coniecturis. Denique recenſet Reisk. pag. 73 ſq. praefat. librum *Weimaranum*, ſiue exemplum Aldin. in biblioth. publica Vinarienſi, cum variis trium codd. lectionibus, librum *Leſſingianum* ſ. exemplar Aldinum, quod miſit Leſſingius Reiskio, cum variis lectionibus diuerſarum manuum et cum ſcholiis ineditis orae adſcriptis: et cod. bombyc. e biblioth. *Gerardi Meermanni* acceptum. — In biblioth. *Dresdenſi* eſt cod. membr. Demoſth. oratt. in L. L. translatae a Leonhardo Aretino, in 4. et cod. gr. chart. saec. XV. qui continet oratt Olynth. et Philippicas cum epiſtola Philippi, nondum, quantum ſcio, collatus. — *Helmſtadienſis* biblioth. ſeruat membranas Aeſchinis praeſtantiſſimas, de quibus vid Reisk praefat. ad Aeſchinis oratt. et epiſtolas, p. XIII ſq. — In biblioth *Bernenſi* Demoſth. oratt. philippicae cod. chart. in 8. vid. *Sinneri* catalog. codd. msst. biblioth. Bernenſis pag. 368.

In biblioth. publica *Leidenſi*, teſte Catalogo, p. 335. nr. XXXIII. oratt. quaedam Dem. cum ſcholiis Libanii, p. 394. nr. LVI. Dem. oratt. iudiciales, et Aeſch. epiſtolae, cum Platonis et Chionis epiſtolis. — p. 398. nr. LI. Aeſchinis et aliorum epp. ibid. nr. LXV. Dem. aliquot orationes. — pag. 399. nr. VI. Dem. ſermo amatorius, cod. ann. 1515. Venetiis ſcriptus. — p. 494. inter codd. Perizonianos, nr. IV. Dem. oratt. cum Libanii argumentis, et vna Lyſiae rhetoris. — pag. 396. nr. XVIII. Comparatio Demoſthenis et Aeſchinis.

In biblioth. regia *Matritenſi*, teſte Iriarte, in catal. codd. gr. msſt. cod. XLIX. p. 165. nr. 139. et 152. Libanii declamatt. pro Demoſthene. — cod. LXIII. p. 223 ſq. Aeſchinis vita, Apollonii de Aeſchine rhetore, et *Aeſchinis* orationes atque epiſtolae. — cod. CXVII. pag. 475 ſqq. *Demoſthenis* orationes XVIII. cum eius vita, a Libanio alioque auctore conſcripta, Libanii in eas orationes praefatione et argumentis, nonnullisque a Libanio, Vlpianoque adnotationibus. — In biblioth. *Eſcurial.* teſte Plüero in itinerario p. 165. ſunt quatuor codices msſti, qui plures pauciores ue continent orationes. Excerpta ſunt in Macarii Ῥοδωνιᾷ ſecundum *Villoiſon.* Anecd. gr. II. pag. 10.

Editiones.

Antiquioribus iam temporibus duplex extitit editio, ἡ ἀρχαία, et ἡ δημώδης, et id nominis in ſcholiis occurrere, docet Taylor. in proleg. a Reiskio editis cap. III. pag. 709 ſq. — De editionibus omnium, quae extant, orationum Demoſthenis atque Aeſchinis a viris doctis curatis, diligenter copioſeque diſputat aperteque iudicat *Reiskius* in praefat. ad tom. I. Demoſth. §. 2 ſqq. p. IV ſqq. ad quem igitur ablegabimus lectores. adde *Taylor.* prolegg. a Reiskio edita vol. VIII. orator. gr. cap. II. pag. 706 ſqq.

Princeps eſt *Aldina*, ex cuius officina primum prodierunt:

Vlpiani commentarioli in olynthiacas philippicasque. Enarrationes ſane quam neceſſariae in tredecim orationes Demoſthenis. Harpocrationis lexicon. omnia graece. Venetiis apud Aldum, menſe Octobri. 1503. fol. — Poſtea

Demoſthenis orationes duae et ſexaginta. Libanii Sophiſtae in eos ipſas orationes argumenta. Vita Demoſthenis per Libanium et Plutarchum, omnia graece. Venetiis in aedibus Aldi menſe Nou. 1504. fol. min.

Lentae fuerunt operae in deſcribenda illa editione. Ipſe Aldus laudat illam a pulcherrimis characteribus et perquam decenti formae habitu, et caſtigatiſſimam eſſe gloriatur. Aldus primus indicem editioni ſuae ſubiecit variarum lectionum e tribus codicibus ab Aldo, ſeu Muſuro forſan, aut Carteromacho, qui operis probabiliter praefuit, exceptis. Reiskius iudicat et probare ſuſtinet, Aldum vno eodemque anno binas curaſſe editiones Demoſth. inter ſe diuerſas et diſcrepantes. Primum videtur illi Aldus pauca tantummodo exemplaria curaſſe excudi; tum eodem anno iterum Demoſthenem praelo ſuo ſubiecisse, ſed diligentius et e melioribus codicibus emaculatum. Enimuero dum omnia ſolia plagellaeque praelo exirent, euenire potuit, vt Aldus, meliora antiqua exemplaria nactus, haec inde folia exciſis, textuque paſſim refecto correctoque, noua ſubſtitueret. Quare, diuenditis iam quibusdam exemplaribus prioris recenſionis, fieri potuit, vt in diuerſis eiusdem editionis exemplis oriretur lectionis

ctionis diuerſitas. Duplicis editionis exempla fuerunt quoque in bibliotheca Pinelli: vid. Catalogum illius biblioth. tom. II. p. 172. ibique notam cel. Morelli.

Vlpiani commentarioli in olynthiacas philippicasque Dem. orationes. Enarrationes in tredecim orationes Demoſth. Arpocrationis dictionarium decem rhetorum. Graece. Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Aſulani ſoceri. 1527. menſe Iunio. fol. vid. *Crevennae* catal. libr. vol. III. p. 65. Serie dell' Ediz. Aldine etc. edit. II. Patau. 1790. pag. 62.

Aldinam excepit prima *Herwagiana:* (nam quatuor editiones prodierunt ex officina Herwagiana, Baſileae.)

Δημοσθένους λόγοι δύο καὶ ἑξήκοντα. Habes lector Demoſthenis Graecorum omnium facile principis orationes duas et ſexaginta et in easdem Vlpiani commentarios, quantum extat: Libanii argumenta. Tum collectas a ſtudioſo quodam ex Deſ. Eraſmi Rot. Guil. Budaei atque aliorum lucubrationibus annotationes. Adhaec ipſius, Plutarcho Libanioque authoribus, vitam. Et lectionem denique variam adiectam. Baſileae per Io. Heruagium menſe Sept. 1532. fol. graece. (edit. ann. 1535. in Taylori proleg. vol. VIII. Reisk. p. 708. falſo nominata typothetae culpa videtur.)

Fundus quidem eſt exemplar Aldinum: nonnulla tamen, curante forſan Grynaeo, aut Oporino, aut alio, mutata leguntur. Commentarios Vlpiani Heruag. in hac editione commodius ad marginem iunxit, ubique textui adaptatos. In exemplo, quod in manibus habeo, poſt p. 532. etiam deeſt argumentum orationis in Ariſtogitonem primae, quod Reiskius in ſuo deſiderauit exemplo, et tamen habet edit. Aldina: quare typographi culpa id omiſſum fuiſſe videtur. In calce ſequuntur variae lectiones, et farrago adnotationum opera Iacobi Ruberi collectarum. Promiſſa collatio exemplaris Daneſiani poſtea non integra quidem prodiit; at tamen in minore editione adhibita. — Praeſtans, correcta, collatis, (vt ſcribit Fabric.) octo ad minimum codicibus msstis et admodum rara eſt editio:

Demoſthenis orationum nunc diligenti recognitione emendatarum pars prima. In qua et vita ipſius oratoris et deliberatiuae ſexdecim eius orationes vna cum exordiis deliberatiuis et duae demonſtratiuae continentur. Pars ſecunda. In qua iudiciales nouem eius publicae orationes continentur. Pars tertia. Quae iudiciales tres et triginta priuatas eius continet orationes. (graece.) Venetiis apud Franc. Bruciolum et fratres eius. 1543. 8. III. tom.

Variae lectiones ſingulis tomis adhaerent: alius quoque ordo orationum: vid. Memorabil. biblioth. Dresdenſ. tom. III. pag. 257. Atque illa editio [quam *Io. Bern. Felicianus* curauit] baſis facta eſt aliquot editionum. Fluxit enim ex ea ita, vt, adnotante ſaltem Tayloro in conſpectu editt. et codd. ne litterula quidem ſit immutata:

Δημοσθένους λόγοι, τμῆμα πρῶτον, Demoſthenis orationum, nunc longe diligentiore, quam vnquam hactenus recognitione emendatarum, pars prima, in qua deliberatiuae ſexdecim eius orationes vna cum exordiis deliberatiuis et duae demonſtratiuae continentur. — Pars ſecunda, in qua iudiciales nouem eius publ. orationes continentur. Baſileae per Io. Heruagium. (in fine praefationis ſcriptum eſt Baſileae Kal. Ianuarii 1547.) 8. graece.

Sine notis et Vlpiani commentariis. Fabricius et ex eo probabiliter Harwood memorant quoque editionem, ſiue repetitionem, Baſileae 1550. 8. III. tom. factam. Meum exemplum, vti quoque id, quod poſſedit Reisk. et id, quod eſt in biblioth. Dresdenſi, (vid. *Goetz.* Me-

mor. biblioth. Dresd. II. pag. 157.) conſtant duobus tantum tomis: ſed plenum, (quod eſt in biblioth. Ienenſi et in biblioth. Pinelliana etc.) tribus tomis: in tertio igitur tomo eſſe debent iudiciales tres et triginta Demoſth. orationes. In biblioth. Barberina eſt exemplar cum notis msstis. At num mera exempli Feliciani fuerit repetitio, dubitare licet, ſi vera ſunt, quae Heruagius in praefatione ſcripſit: „Quum nos in noſtro hoc Demoſthene edendo, duorum clariſſimorum virorum, *Petri Danesii* Galli et *Vincentii Obſopoei* Germani exemplaria caſtigationesque ſequuti ſimus, iam exiſtimare debetis, qualem vobis exhibeamus Demoſthenem, nitidum certe et innumeris erroribus repurgatum." Singulis tomis adhaeret variarum lectionum congeries.

Mera autem, eademque permultis turpibusque mendis typographicis deprauata exempli Feliciani repetitio eſt editio, quae, vt cuicunque tomo ſubſcriptum eſt, *corrigente Paulo Manutio, Aldi filio*, tribus tomis, quorum cuilibet eadem inſcriptio, quam habet editio Heruagiana minor, modo memorata, eſt praefixa, prodiit *Venetiis.* 1554. 8. graece.

Demoſthenis orationes olynthiacae tres et quatuor Philippicae cum quibusdam aliis (VI. adhuc) *eiusdem argumenti nunc primum adiectis, in vſum puerorum recte graece diſcere cupientium ſeparatim editae. Argentorati. Excudeb. Theodoſius Rihelius.* in 8. ſine anni nota.

Nitida eſt editio, et margini paſſim adſcriptae ſunt variae lectiones. — Succeſſit *Hieronymus Wolf*, Oettingenſis, de Demoſthene immortaliter meritus; primum latine vertit plurimas orationes:

Demoſthenis oratorum Graeciae principis Opera, quae ad noſtram aetatem peruenerunt, omnia, vna cum Vlpiani rhetoris commentariis, e Graeco in latinum ſermonem conuerſa, per Hieronymum Wolſium et in quinque diuiſa partes etc. Baſileae per Io. Oporinum. ſine anni nota, fol.

Morhof. in Polyhiſt. litter. lib. VI. cap. 1. (vbi ſectione 7 ſqq. de Aeſchine, cum primis de Demoſthene multus eſt.) p. 962. edit. ann. 1714. ſcribit, illam verſionem primo prodiiſſe 1545. tom. V. in forma octaua, additque, „quum ille doctiſſimi Wolfii labor eruditorum calculis adprobaretur, factum eſt, vt mox ſecundum atque item tertium, ederetur etc." *Goetzius* in Mem. biblioth. Dresd. II. pag. 260. adſignat editionem verſionis latinae in forma maxima anno 1549. et dubitare videtur, num editio graeco-latina Wolfii, de qua ſtatim erit ſermo, hoc anno lucem viderit. Atque in catal. biblioth. Bernenſis tom. I. p. 276 diſerte citatur haec editio: *Demoſthenis Opp. cum Vlpiani comment. latine per Hieron. Wolfium. Baſil. apud Io. Oporin. 1549.* fol. *Reisk.* in praefat. ad I. tom. Dem. opinatur, opus ſplendide impreſſum prodiiſſe primum Baſil. 1544. fol. In catal. biblioth. Thottianae, tom. IV. pag. 14. citatur: *Dem. Opera lat. cum Vlpiani commentar. gr. interprete Hieron. Wolfio. Baſil. Io. Oporinus.* ſine anni nota: fol. In quinto vero tomo verſiones orationum Demoſth. a Philippo Melanchthone, Ioach. Camerario, Chriſtophoro Hegendorphino, Gelliero, Lonicero, Leonardo Aretino, Petro Nannio, Baſtiano Lando, Vito Winshemio, Io. Lalamantio et anonymis factae reperiuntur. vid. Goetz. l. mem. — A *Wolfio* autem *Dem. graece et lat.* editum eſſe 1549. fol. *Baſileae* apud Oporinum cum notis et Gnomologia Hier. Wolfii, ſcripſit Fabricius, et „quinque partibus, ait, quarum quarta Demoſthenis vita, Wolfii notae et Gnomologia, Vlpiani commentarii cum Wolfii verſione: et quinta translationes quarum-

dam

dam orationum Demoſthenis, ante Wolfium per varios latine redditorum, continentur. Wolfii interpretationem aliquot locis caſtigat Caſaubonus ad Theophraſti characteres (char. 6.)" *Harwood* in: Ueberſicht verſchiedener Ausgaben etc. ex verſ. Alteri germanica pag. 37. pretium huic editioni ſtatuit vnam libram anglicam et vnum Schilling. et in Finelli verſione Harwoodiani libelli italica celebratur correctior, quam altera editio ann. 1572.

Wolfii interpretatio prodiit rurſus Venetiis 1550. 8. tribus voll. — In Catal. biblioth. *Thottianae*, tom. IV. p. 259. nr. CCLXIX. citantur *Aeſchinis et Demoſthenis orationes quatuor inter ſe contrariae. graece.* Venet. Ald. 1549. 4. Nulla huius editionis fit mentio in Serie dell' ediz. aldine etc. edit. II. p. 89. h. a. ſed verſionis orationum IV. contra Philippum *latinae*, a Paullo Manutio factae. at in catal. biblioth. Askew. pag. 32. bis indicantur *Aeſch. et Dem. oratt.* graece. *Venet. apud* Aldum. 1549. 8. — Alia Wolfianae interpretationis editio poſtea exiit in lucem, quam *Goetzius* in Memor. biblioth. Dresd. II. pag. 261. ita citat:

Demoſthenis et Aeſchinis orationes atque epiſtolae, quae ad noſtram aetatem peruenerunt, omnes: partim recens conuerſae; partim diligenter recognitae: ſummo adhibito ſtudio, vt ſententiae veritas cum latini ſermonis puritate, quantum quidem fieri potuit, coniungeretur: et Demoſthenicae atque Aeſchinicae dictionis genus aliquo modo appareret: per Hieron. Wolfium. Baſileae per Io. Oporinum. mai. 8. ſine anni nota. II. tom.

Quod altera praefatio ſcripta eſt ann. 1553, Goetzius, hanc emendatiorem editionem eodem anno praelum reliquiſſe, ſuſpicatur: atque in Catal. biblioth. Thottianae IV. pag. 260. citatur haec editio ann. 1553. ſignata: quare dubito, Reiskium et Fabricium recte prodidiſſe, *Baſileae*, 1554. *in* 12. *ex Wolfii recognitione.* Abſunt vero ab hac editione interpretationes reliquorum virorum doctorum. — Idem *Wolfius* ann. 1569. Baſileae ſpecimen Demoſthenis a ſe rurſus recogniti dedit in 8. apud Heruagium, continens tantum *orationes olynthiacas tres et vitam Demoſthenis et Aeſchinis* graece et lat. cum adnotationibus copioſiſſimis, quae omnia ſunt in editione tertia 1572. curata, de qua poſtea differetur. verbotenus repetita. — *Demoſthenis orationes quatuor contra Philippum a Paulo Manutio latinitate donatas*, Venetiis. 1551. 4. apud Aldi filios prodiiſſe, iam ſupra indicatum eſt.

Quoniam vero interpretationes quorumdam virorum doctorum laudaui, commemoratio editionis ſequentis loco opportuno hic fiet:

Demoſthenis Athenienſis orationes Olynthiacae tres, Philippicae quatuor, contra Ariſtogitonem duae. Cum argumentis earundem graece et latine ſeparatim editae. Francofurti in officina Petri Brubachii. ann. 1547. 8. ſine vlla praefatione. In contextu graeco loci dubii rarius notantur ſtellula, et ſemel tantum lectionem aldinam in margine notatam deprehendi. Verſio latina ſeparatim edita additaque ſic inſcripta eſt:

Demoſthenis — —. Latinae factae per doctiſſ. viros, ſingulaeque orationes diligenter illuſtratae ſunt argumentis et oeconomia diſpoſitionis. Francof. in offic. P. Brub. 1547. Olynthiacas et priorem contra Ariſtogitonem vertit *Phil. Melanthon;* (ſic ipſe ſcripſit,) Philippicas *Chriſtoph. Hegendorfinus*, et poſteriorem contra Ariſtog. *Vitus Vuinshemius.*

Δημοσθένους λόγοι καὶ προοίμια δημηγορικὰ καὶ Ἐπιστολαὶ σὺν ταῖς ἐξηγήσεσιν ὠφελιμωτάταις τοῦ Οὐλπιανοῦ ῥήτορος, τῇ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων βασιλικῶν ἐπικουρίᾳ αὐξη-

θεῖσαι καὶ διορθωθεῖσαι. διὰ φιλοπονίας καὶ ἐπιμελείας τοῦ Γουλιέλμου Μορελίου, Τυπογράφου βασιλικοῦ. Ἐκ βιβλιοθήκης βασιλικῆς fol. In exemplo, quod habuit Hambergerus, notatum eſt — *Lutetiae 1570. apud Iac. Dupuys.* et in calce, *Lutetiae Pariſ. Kal. Febr. 1570. Ioannes Benenatus abſoluebat.* In biblioth. Thottiana, tom. IV. catal. p. 14. fuerunt II. exempla, alterum apud *Iac. Dupuys*, alterum apud *Io. Benenat.* In exemplo Dresdenſi apud Goetz. l. c. p. 257 ſq. vti quoque Fabricius citarat: *Lutetiae apud Mich. Sonnium*, 1570. Aliud exemplar, quo vſus eſt Reiskius, habet inſigne *Adriani Turnebi*, Lutetiae, M.D.LXX. apud Io. Benenatum. Atque Reiskius, in cuius notitiam exemplum primi generis non venerat, et qui in praefat. ad tom. I. §. 7. pag. XXII — XXIX. copioſus eſt de praeſtantiſſima hac edit. Pariſina, ex prima Heruagiana ducta, exempla vtriusque notae et tituli verſans, putat, *Sonnium* illum partem impendiorum ad iſtam editionem perficiendam de ſuo contuliſſe, eoque ius impetrauiſſe, nomen ſuum in fronte operis profcribendi: teſtatur tamen, conuenire haec duo exemplaria inter ſe quam perfectiſſime: interdum vero obſeruaſſe inter ambo diſcrepantiam quamdam lectionis, inde forſan natam, quod corrector operis, currente adhuc praelo, cerneret aliquod vitium, idque tolleret, parte exemplarium iam excuſa, nondum omnibus. Exemplum primi generis, quod e biblioth. Gottingenſi Hambergerus nouerat, cum eo, quod *Sonnii* nomen in fronte habet, quam maxime conuenire, adnotat cenſor edit. Reiskianae in biblioth. philologica, Gottingae, 1770. part. II. p. 41. et ſuſpicatur, tres illos bibliopolas communes ſumtus erogaſſe ad illam editionem formulis typographicis deſcribendam. Coepta fuerat haec editio 1558. a Guil. Morelio, ſed morte eius ann. 1564. et bellis ciuilibus interrupta, poſtquam Benenatus viduam Moreli in matrimonium duxerat, ann. 1570. curante *Dionyſio Lambino*, at impari ſucceſſu, imparique diligentia ſollertiaque atque elegantia typorum ad finem perducta prodiit. Atque pars, quam curauit Morelius, (qui ordinem orationum Aldinum reduxit, octo contulit codd. Pariſ. mstos aliosque et forſan quoque editt. ex iisque notauit V. L., Vlpianeis commentariis ad latus poſitis, ſine vlla diſcriminis nota, immiſcuit, quidquid ſcholiorum in codd. Pariſinis inueniſſet, notasque in fine, mantiſſae loco, adiecit in orationes Dem. et in ſcholia Vlpiani,) multis modis habitu externo non minus, quam cura in tollendis peccatis typographicis atque colligendis notandisque variis lectt. adhibita, praeſtat parti a Lambino abſolutae. vid. Reiskii indicium l. c.

Demoſthenis et Aeſchinis — Opera cum vtriusque autoris vita et Vlpiani commentariis, nouisque ſcholiis, ex quarta eaque poſtrema recognitione, graeco-latina: ſex codicum impreſſorum, et inter hos Pariſienſis nuper editi: duorum manuſcriptorum, alterius Pannonii, alterius ex Augustana bibl. fideliſſimi collatione, a mendis repurgata, variis lectionibus adaucta, annotationibus illuſtrata: Per Hier. Wolfium, Oettingenſem —. Indices II. adiunximus, catalogum operum praefationes ſubiecimus, Gnomologiam Demoſthenicam ſeorſim ad ſcholarum vſum excudimus. Baſil. ex offic. Heruagiana per Euſebium Epiſcopium. 1572. fol. mai.

Conſ. quae ipſe Wolfius in Comment. de vita ſua p. 871 ſqq. in Reiskii vol. VIII. orat. gr. de ſua opera ſcripſit et conqueſtus eſt; vnde patet, confuſionem putidiſſimam typographi inertia eſſe ortam. Wolfius cum ex duobus codicibus mstis et vett. editionibus, tum maxime, proprio conſilio, nec lectore admonito, ex ingenio multa correxit aut immutauit: et notae ſunt mire perturbatae. Totum opus eſt in ſex tomos diſtributum, alius orationum ordo.

ordo. Enimuero virtutes, quae plures ſunt, et vitia, commoda et incommoda huius editionis copioſe docteque perſequitur *Reiskius* l. c. §. VIII. pag. XXIX — XXXII. et p. XXXIII. recenſet libellum, qui primum ſeorſum prodiit, et a Wolfio in tomo IV. p. 143 ſqq. renovatus eſt huius ſententiae:

Caſtigationes ac diuerſae lectiones per Vincentium Obſopeum, vetuſtiſſimi cuiusdam exemplaris ſubſidio collectae non tantum editioni Aldinae, verum etiam Baſilienſi, quae poſtrema eſt, non ſine fructu adhibendae. Nam in neutra, quae hic emendantur, recte habent. Fabric. ſcripſerat, editum eſſe illum libellum *Norimbergae*, 1534. 4. Reisk. vero citauit, et pleniorem, quam repetiimus, dedit titulum, *Baſileae*, 1533. in quarto minimo. Ceterum Fabricius ita deſcribit huius editionis diſpoſitionem: Quarta recognitio ex Heruagiana officina per Euſebium Epiſcopium, exhibet Demoſthenis et Aeſchinis opera integra, graece et latine, ita digeſta in tomos ſex, (qui in duo, vel tria volumina poſſunt compingi,) vt in *quatuor* primoribus contineantur orationes vtriusque et epiſtolae cum Wolfii translatione, et eiusdem argumentis, vbi Libaniana deficiunt: tomo *quinto* Vlpiani commentarii et ſeorſim acceſſiones quaedam ad Vlpianum ex editione Pariſienſi, cum verſione Wolfii: Wolfii notae in Vlpianum, vita Aeſchinis et Demoſthenis e variis ſcriptoribus, graece et latine cum notis: et anonymi adnotationes in quaedam Demoſthenis loca ex edit. Heruagiana ann. 1532. Tomo ſexto *Gnomologia*, et adnotationes Wolfii in Aeſchinem, Demoſthenem et Libanii argumenta. Variae lectiones, e quatuor codicibus a Wolfio collectae. *Vincentii Obſopoei* caſtigationes in Demoſthenem, ex priſco codice decerptae, quae ſeorſim lucem viderant Norimbergae ann. 1534. 4. Variae lectiones ex editionibus graecis Demoſthenis Feliciana et Pariſienſi. Tum ex codice MS. Auguſtano variae lectiones et ſcholia in Demoſthenem inedita, quae inde excerpſit *Simon Fabricius*, Marcopibertanus Francus. Denique veteres Wolfii editionum priorum praefationes.

Francofurti, 1604. [luculentis chartis typisque excuſa, apud her. Wechel.] et, vt tituli quidam habent, Colon. Allobrog. [Geneuae, ait Reiskius, ſordidis chartis expreſſa, et caret Wolfii adnotationibus.] 1607. fol. editio, quam modo recenſui, repetita eſt, niſi quod [nonnullorum opuſculorum ſedes mutata eſt, et] optimo conſilio *Vlpiani* commentarii ſingulis orationibus ſubiiciuntur, et acceſſit praeter imaginem Demoſthenis ex veteri marmore, vita eiusdem, Olympiadibus ac praeturis Athenienſium diſtincta, ex parallelis *Andreae Schotti*. Fabric. [Acceſſerunt in fine *Lectiones in Demoſthenem diuerſae, tum e codice quodam vetuſto italico, tum ex aldino, cui illas vir doctiſſimus* (Pithoeum fuiſſe, ſuſpicatur Reiskius,) *manu propria adſcripſerat.* — Recuſa eſt illa editio, ſecundum Goetzium l. c. pag. 259. *Francofurti* ſumtibus Wilhelmi Serlini, 1642. fol. — Hier. Wolfius de ſua opera in vertendo edendoque Demoſthene et ſatis crebro, nec raro acerbe, ſcripſit, ſuasque emendationes laudauit in commentario de vita ſua, pag. 832. 835. 839 843 ſq. 847. 859. 867. 869. 871 ſqq. 874. vnde hiſtoria quaedam editionum litteraria confici poterit. pag. 840. lepidam narrat fabulam de Io. Strazelio, profeſſore regio Pariſienſi, qui Wolfii interpretationes Demoſthen. orationum pro ſuggeſtu plane canina rabie exagitabat τοὺς ἀντιπάλους λόγους interpretans, neque tamen Wolfio de locis, quae ſugillaſſet et notaſſet, placide conaturo, aditum vmquam permiſit, ſed, quoties ille fores pulſabat, toties domo abeſſe (?) narrat,

adde

adde *Matthaei Dreſſeri* orationem de Hieronymo Wolſio, Lipſiae. 1582 8. vbi idem narratur.

Poſt longum temporis interuallum nouam Demoſthenis atque Aeſchinis editionem molitus eſt, ſed morte abſumtus non abſoluit Taylorus:

Δημοσθένȣς, Αἰσχίνȣ, Δεινάρχȣ καὶ Δημάδȣ τὰ σωζόμενα. graece et latine. tomus tertius. edidit Io. Taylorus, L. L. D. Coll. D. Ioann. Cant. Socius et Cancellarius Lincolnienſis. Cantabrigiae, typis academicis. In calce: *Excudebat Cantabrig. Joſeph. Bentham, menſe Ian.* 1748. 4. hic tomus continet orationes, a Wolſio in claſſem tertiam relatas. — — *Tomus ſecundus.* ibid. 1757. qui tenet orationes Demoſthenis et Aeſchinis aduerſarias.

Baſis eſt editio Wolſii Francofurtana, hinc inde emendata. Totum vero opus, omnino ſplendidum, quinque tomis conſtare debuerat. Taylorus, in antiquitate et iure attico verſatiſſimus, et ſubſidiis, quae in conſpectu nominat, praeſtantiſſimis inſtructus, in notis multa quidem loca critice et feliciter tentauit et correxit, ſaepe tamen non ſatisfecit: ſagacitate ingenii, artis criticae ſcientia et latine ſcribendi vertendique facultate multum cedens Wolſio, quem etiam illi anteferendum cenſet Reiskius: at res verbaque ex antiquitate graeca et hiſtoria optime, interdum iuſto vberius, expoſuit, ac de tempore, quo orationes habitae aut memorabiles res actae ſunt, docte ſciteque diſſeruit. Immiſcuit ſuis animaduerſionibus Wolfianas et Marklandianas. Aduerſaria, in quae coniecerat, quae futuris tomis profutura eſſent, at hinc inde per plura exempla diſperſa, beneficio Askew nactus eſt Reiskius, cuius iudicium mitius de hac editione Taylori leges in praefat. ad tom. I. Oratt. Demoſth. ſed admodum ſeuerum de eius ingenio arteque critica, in nota ad Aeſchinis orat. contra Cteſiphontem pag 620. et in praefat. ad Aeſchinem §. 3. p. XXIX ſqq. et de adparatu Tayloriano vide eundem Reiskium in Adparatu critico ad Demoſth. vol. II. pag. 11 ſqq. Reiskianae praefat. ad Demoſthenica, et vol. VIII. orator. graec. pag. 691 ſqq. vbi dedit Taylorianas reliquias. In meo exemplo etiam deſunt paginae 63. et 64. tom. III. quae pro more editionis Francofurtanae impletae erant ſcholiis in orat. contra Leptinem graecis, et quas in Tayloriano exemplo, quod pertinuit ad Krebſium, fuiſſe animaduertit Reiskius pag. 49. praefat. Et tamen ſeries paginarum non interrupta eſt in meo aliisque exemplaribus.

Succeſſit *Reiskius*, vir graece doctiſſimus et criticus ſubtilis, qui nouam omnium oratorum graecorum, Iſocrate excepto, recenſionem voluminibus XII. curauit.

Oratorum graecorum, quorum princeps eſt Demoſthenes, quae ſuperſunt, monumenta ingenii, e bonis libris a ſe emendata, materia critica, commentariis integris Hieronymi Wolfii, Io. Taylori, Ierem. Marklandi, aliorum et ſuis indicibus denique inſtructa, edidit Io. Iac. Reiske. Volum. primum, partem priorem dimidiam Demoſthenis tenens. (editoris ſumtu.) Lipſiae, typis, (luculentis venuſtisque) W. G. Sommeri. 1770. m. 8. graece.

— — *Vol. ſecundum, partem poſteriorem dimidiam Demoſthenis tenens, vna cum ſcholiis graecis, e codice Bauarico nunc primum editis, aliisque ex Auguſtano ſidelius redditis.* Ibid. 1770. 8.

Quibus

Quibus codicibus msstis, editionibus aliisque ſubſidiis vſus ſit, in praefatione copioſe recenſet, et nos paſſim indicauimus. Ex libris igitur ſcriptis et editis, atque ex ingenio acri quidem atque ſagaci, ſed ad coniectandum nimis procliui, tot loca mutauit, vt nouum quaſi daret Demoſthenem: at in multorum quoque reprehenſionem incurreret. Quod autem ad Demoſthenem atque Aeſchinem adtinet, fundus eſt editio Pariſina apud Morelium ac Benenatum. Duo priora volumina comprehendunt textum Demoſthenis graecum: in vol. demum oratorum octauo reperiuntur Prolegomena Taylori ad Demoſthenem, ſiue excerpta ex Taylori ſchedis poſtumis de Demoſthenis et Aeſchinis codd. msstis et editionibus (at neque plene, neque accurate indicatis, ita, vt nihil, vel parum vtilitatis atque auxilii adferant,) de vita, fortunis, rebus geſtis, antiquis Demoſthenis criticis, orationibus; (de quibus fuſius et curatius diſſeritur). Tum *Hieronymi Wolſii* commentarius de vitae ſuae ratione ac potius fortuna: in calce denique *Gregorii Cor.* commentar. graece ſcriptus ad Hermogen. περὶ δεινότητος μεθόδου, ex cod. Bauarico editus. Quatuor poſtremi tomi operis integri comprehendunt adparatum criticum ad Demoſthenem et indices, atque in primo et dimidia ſecundi parte continentur Hier. Wolfii ac Taylori adnotationes atque praefationes ad Demoſth. In altera dimidia parte et tom. III. inſunt Reiskii adnotata ad opera Demoſthenis, immixtis Taylorianarum notarum reliquiis, ſiue poſtumus fragmentis, ab Askew acceptis. Reiske non ſolum diligenter congeſſit varias lectiones et tam ſuas, quam aliorum coniecturas, ſed etiam, quae loca ſiue ingenii facilitate et coniectandi facultate, ſiue e libris frequenter mutauit, aperte declarauit, (homo enim erat omnino probus, rectus, candidus et ſimplex, qui de aliis aperte iudicabat; et cuius infinita merita, ſingularem eruditionem, incredibilem antiquarum, praecipue graecae et arabicae, linguarum ſcientiam, atque ingenii acumen nulla aetas, nullaque aliorum inuidia criminaque obſcurabunt:) et de ſenſu multorum difficiliorum locorum breuiter quidem, intelligenter tamen diſſeruit. Indices egregii, in quibus eminet index graecitatis Demoſthenicae, vltimum grandeque volumen implent. — Tertium oratorum graecorum volumen et magnam partem quarti efficiunt *Aeſchinis reliquiae*; ſed de harum editione commodior erit locus ad paragraphum ſequentem diſſerendi.

Demoſthenis et Aeſchinis, quae ſuperſunt, omnia, iuxta accuratiſſimam omnium, quotquot habent bibliothecae regia et Sangermanenſis codd. msstorum et impreſſorum inſpectionem yyy), iuxta auctoritatem librorum, quos adierunt Taylorus et Reiskius, graece et latine edidit cum verſione noua, triplici indice, variantibus lectionibus et breuioribus notis Athanaſ. Auger, Laſerr. dioec. vicarius generalis, nec non reg. Inſcript. Paris. et Rothom ſocius. Tomus I. continens vniuerſis, quae ad Philippum pertinent, conciones, et huius epiſtolam. Pariſ. typis graecis nouis Firmini Didot. ſumtibus Petri Didot, *natu maioris.* 1790. *mai.* 4.

In ſplendida hac et cara editione, (nam primus tomus conſtat XII. thal. et XVI. groſſis ſaxon.) ordo orationum diſcedit a vulgato. Tomus primus, (plures enim praelo exiiſſe nondum comperi,) comprehendit Libanii vitam Demoſthenis, oratt tres Olynthiacas, or. de pace, Philippicam ſecundam, or. de Haloneſo et Cherſoneſo, III et IVtam Philippicas, Philippi epiſtolam et orationem contra illam. Vſus eſt Auger XXXVIIII. codicibus, de quibus ſupra

yyy) Cur vero tantummodo *inſpectionem?* Ergo libri illi non ſunt, vt par erat, rite collati?

ſupra iam quaedam ſunt adnotata, tum editt. Aldina, a. 1504. Feliciani, Moreliana, et ed. nonnullarum orationum Demoſth. atque Aeſchin. Pariſ. 1565. cum notis msstis, Aldina minorum rhetorum cum notis msstis Huetii, alioque eiusdem editionis exemplo cum notis msstis Ant. Contii, reliquisque edd. Wolfii (a. 1604. quam fecit baſin et vocare ſolet vulgatam,) Stephani, Taylori et Reiskii. Interpretationes Augeri non ſunt numeroſae, neque tamen hae omnes neceſſariae iudicantur, atque lectores Taylori commentario haud facile carebunt. Specimina et cenſuram videbis in nouis Lipſienſibus ephem. litterar. a. 1791. pag. 31 ſq. in Gottingenſibus a. 1791. ſeid. 91. et Ienenſibus Allgem. Litteratur Zeitung. M. Febr. 1791. nr. 61. et Biblioth. der alten Litteratur und Kunſt, part. VIII. Gottingae 1791. pag. 65 ſqq. atque a ſplendore et nitore typorum chartaeque potius, quam a diligentia curaque editoris et interna vtilitate illa editio laudanda cenſetur.

Nonnullae orationes, praecipue Olynthiacae et Philippicae, vel iunctim, vel ſeorſum saepius typis excuſae ſunt: aliquot edd. ſunt iam paullo ante notatae, quarum notitiam h. l. praetermittimus.

Dem. Olynthiacae oratt. graece, Louan. apud Theodor. Martinum, Aloſtenſem. (cum Homeri Il. libro primo et ſecundo,) 1521. 4. Maitt. A. T. II. p. 615.

Dem. Olynth. I. *in lat. linguam verſa a Phil. Melanthone*, in calce: *Hagenoae* MDXXIII. 8. III. plagulae. Primum locum occupat verſio Melanthoniana; hanc excipit verſio Ioach. Camerarii, denique ſequitur textus ipſe graecus. — Ibidem *Demoſth. Olynth.* I. gr. ſine a. in 8. vna plag. cel. Strobel ſuſpicatur, editorem fuiſſe Melanchth. et ap. Melch. Lotther excuſam.

Dem. tres Olynth. a *Io. Chaeredamo*, gr. Pariſ. apud Petrum Vidoeum. 1528. 4. libellus rariſſ. *Pinelli* Catal. II. n. 3523. — *eaedem*, gr. apud Chriſt. Wechel. Paris. 1552. 4. — *Luciani Icaromenippus* — — *Demoſthenis Olynthiacae* et alia: graece, *cum Franciſci Vergarae praefat.* Compluti in aedibus Mich. Degnia. 1524. 4. (*Maitt.* A. T. ind. vol. V. part. II. pag. 30.) — *Demoſthenis* dicta ſapientum, gr. Pariſ. apud Bogard. 1540. 4. — *Olynth.* III. gr. Antwerp. 1579. 8.

Δημοσθένες — *Demoſthenis Olynthiacae tres, graece et latine. — cum methodo dialectica, rhetorica, grammatica et indice certiſſimo, ad ſcholarum vſum. per Nicol. Gallotum Catalaunenſem.* Baſileae. in calce: *Baſileae per Io. Oporinum.* 1560. 8.

In praefatione commendatur lectio harum orationum iis praecipue, qui vocabuntur ad cauſſas agendas, ſiue in foro coram iudice, ſiue in legationibus apud principem, aut populum, aut optimates, ad auxilium contra Turcas etc. petendum: quod conſilium hodie non commodum erit, ſaltem non neceſſarium. Verſio latina habet *Nicolaum Galletum* auctorem. Notae, textum conſequentes, quas methodum etc. ille vocat, ſunt haud ſpernendae, nec nugaces.

Artem illarum orationum rhetoricam et logicam, ſcholis quidem haud omnino inutilem, at nimis ſubtilem, contextu graeco in paruа τμήματα diſſecto, more illius aeui, iuſto copioſius explicuit *Beumlerus* in libello:

Δημοσθένες — *Demoſthenis oratoris athen. Olynthiacae orationes tres, analyſi dialectica, hiſtorica, ethica et politica a Martino Beumlero Tigurino, ita illuſtratae, vt vel mediocriter in lingua graeca eruditi, eas ſine difficultate legere poſſint. Acceſſit in fine earundem orationum* lati-

latina interpretatio a D. Rodolpho Collino, qui multos annos magna cum laude graecas litteras publice docuit, ita elaborata, vt vice longi commentarii eſſe poſſit. Francofurdi (*ſic*) *apud Ioann. Wechelum, impenſis Roberti Cambieri*, 1585. 8. Epiſtola dedicatoria ſcripta eſt Heidelbergae 1585. ipſis Cal. Mart.

Dem. oratt. Olynthiacae tres et Philippicae duae, graece, in vſum puerorum — ſeparatim editae, apud Nicol. Brylingerum. Baſil. 1535. 8. — Ol. III. cum quatuor Philipp. gr. Argent. 1539. 8. — *Olynth.* I. gr. et lat. cum ſcholiis *Io. Olai*, Witteberg. 1580. 8. — *Olynth. tres* gr. apud Io. Lertout. 1581. 4. — Olynth. et Philipp. gr. et lat. Ingolſt. 1599. 8. — *Olynthicae* III. gr. Francof. 1629. 4. — Helmſtad. 1643. 4. — Magdeburg. 1699. 4.

Martini Cruſii commentariolum in primam Demoſthenis Olynthiacam Sturmianum. Eiusdem ſcholia in eandem et epitome ex Diodoro Siculo de ſtatu illorum temporum in Graecia. His addita eſt conuerſio Io. Sturmii. Argentor. excud. Blaſius Fabric. Chemnicenſis. 1554. 8.

Inſunt Libanii argumentum in I. Olynth. gr. et cum verſione latina Cruſii: ipſa or. gr. cum Sturmii interpretatione et commentario: tum vita Dem. ex graecis ſcriptoribus, a Cruſio collecta; ſcholia Cruſii in I. *Olynth.* et epitome. Recentiores Olynth. et aliarum edit. vide paullo infra.

Dem. oratt. contra Philippum. — graece. Excudendum curabat Gerardus Morrius, Campenſis. Lutetiae, apud collegium Sorbonae. Lutetiae 1531. 4. (*Maitt.* indic. vol. V. tom. I pag. 331.)

Dem. oratt. philippicae, gr. Pariſ. 1541. 4. exemplar cum verſ. interlin. et marg. msst. eſt in biblioth. Bernenſi, teſte Catal. — *Eaedem* gr. typis reg. Lutet. apud Guil. Morel. 1554. 4. — Eaedem latine, *Paullo Manutio* interprete, Vener. apud Aldi filios 1549. 4. ibid. 1551. 4. (in Thottian. bibl. catal. IV. pag. 84. ſed in Serie dell' edizioni Aldine h. a. non occurrit.) — Lutetiae, apud Guil. Morel. 1552. 4.

Demoſth. Olynth. I. (et reliquae, item Philippicae, de Pace, de Corona) gr. Romae, 1541. 8. in bibl. Duc. Wimarienſi.

— *oratt. Olynth. tres, philippicae IV. et duae contra Ariſtogitonem, latinae factae per doctiſſimos viros, et argumentis illuſtratae.* Francof. 1547. 8. — *Olynth.* III. *et Philipp.* IV. gr. et lat. Baſil. 1549. 8. — graece Argentor. 1605. 8.

Dem. oratt. tres, n. contra Philippum ſecunda, de Haloneſo et Cherroneſo. graece. Excud. Seruatius Saſſenus. Louan. 1553. 4. (*Maitt.* ibid.)

Dem. Philippica quarta cum Libanii argumento. graece. apud. Iac. Bogard. Pariſ. 1546. 4.

Dem. oratt. Olynth. et philippicae (IV) *gr. et lat. cum argum. Libanii.* Auguſtae Munatianae, 1620. 12.

Dem. oratt. philipp. III. graece. Coloniae ap. M. Colinum. 1566. 8.

Dem. oratt. V. de diſtributione in claſſes, de claſſibus, de Rhodiorum libertate, de Megalopolitis, de percuſſis cum Alexandro foederibus. Graece. Pariſ. Wechel. 1532. 4.

Dem. II. oratt. de ordinatione ciuitatis et de claſſibus, cum Libanii argumentis, Louan. apud S. Zaſſenum 1546. 4.

Dem. or. pro Megalopolitis et de foederibus cum Alexandro initis oratt. duae, cum Libanii argumentis. graece. Louan. apud Serwat. Zaſſen. 1546. 4.

Dem. ſelectae orationes, gr. et lat. de republ. ordinanda, de Inſulis, de Rhodiorum libertate, de Megalopolitis, Olynth. III. Philipp. IV. Londini. 1726. 8. (12.) nota msta Fabricii.

Περὶ συντάξεως, gr. apud Chriſt. Wechel. Pariſ. 1558. 4. — ibid. graece apud Io. Libert. 1628. 4.

Dem. or. contra Ariſtogitonem. gr. ex edit. et cum praefat. *Melanthonis.* Witteb. 1526. 8. (*Maitt.* A. T. II. pag. 675.)

Contra Ariſtogitonem oratt. duae, gr. et lat. a Philippo Melanchthone iam primum latinitate donatae, item Plinianae praefationis paraphraſis etc. Hagen. per Io. Secer. 1527. 8.

Περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. Pariſ. apud Michael Vaſcoſanum. 1550, 4.

Dem. or. de Rhodiorum libertate, cum Libanii argumento, gr. Louanii, apud Seruat. Zaſſen. 1546. 4. — it. Pariſ. ap. Stephan. Prevoſt. 1589. 4.

Dem. or. contra Dionyſiodorum, et contra Cononem. gr. Pariſ. 1579. 4. Num duo exemplaria eiusdem anni in catal. Bernenſi I. p. 276. bis diuerſa ratione memorata eiusdem ſint editionis, equidem neſcio.

Dem. or. de pace, gr. Pariſ. apud viduam Io. Libert. 1649. 4.

Or. I. et II. contra Aphobum, gr. Pariſ. apud Mart. Iuuen. 1552. 4.

— *de falſa legatione, contra Aeſchinem*, gr. Argentor. apud Wendel. Rihel. 155. 8.

— *contra Androtionem*, gr. Pariſ. apud Bene-natum. 1570. 4.

— *orat. in Ariſtocratem*, gr. Pariſ. 1571. 4. (cum multis, a Bongarſio additis, ſcholiis msstis, in bibl. Bernenſi publica, teſte Catal. I. pag. 276.)

Dem. orationes variae, graece. Pariſ. 1570. et 1571. 4. (in Catal. bibl. Bernenſi, l. c. quare neſcio, quaenam illae, et num ſeparatim ſingulae editae, an plures iunctim compactae ſint.)

Dem. oratt. quindecim ſelectae, Oxon. gr. 1579. 4. (Fabric. Ap. Harwood. num ead. editio, a. autem 1597. ap. Barneſ. ſignata, addito pretio V ſchill. an diuerſa ſit, ignoro. In Askew. Catal. pag. 49. occurrunt quoque *Dem. orr.* gr. apud Barneſ. Oxon. 1597. 4. de anni igitur nota 1579. Fabric. dubito.)

Dem. orat. aduerſus Leptinem, gr. Louan. apud Theodor. Martin. Aloſtenſem. 1526. 4. — Pariſ. excud. Chriſtian. Wechel. 1532. (cum not. msst. in bibl. Thottian. v. Cat. IV. p. 83 ſq.) 1548. 4. — lat. ex verſ. *Petri Nannii*, Louan. apud Barth. Grauium. 1542. — Num exſtet edit. *Argentor.* 1539. 8. certo dicere nequeo.

Demoſthenis or. aduerſus Leptinem cum ſcholiis veteribus et commentario perpetuo. Accedit Aelii Ariſtidis declamatio eiusdem cauſſae, in Germania nunc primum edita. cura Frid. Aug. Wolfii. Halis Sax. 1789. mai. 8. graece.

Prae-

Praeſtans eſt editio et noua textus graeci, praecipue ſcholiorum, quae commodiora et cultiora facta ſunt, recenſio. In prolegomenis multa ex hiſtoria iureque attico ad meliorem Demoſthenis et reliquorum oratorum graecorum intelligentiam docte explicantur. In commentario et critice et grammatice res verbaque erudite explanantur. Rem ſaepe habet cum Reiskio, cuius ἔνδοσιν haud probat.

Dem. in Midiam. gr. Louan. 1525. 4. et Londin. 1586. 4. apud Harwood et Askew.

Dem. oratt. duae, vna Demoſth. contra Midiam, altera Lycurgi contra Leocratem, gr. et lat. Recenſuit, emendauit notasque adiecit Io. Taylor. — Cantabrig. 1743. 8.

Editio nitida, critica et praeſtans.

Aeſchin. et Demoſth. orationes contrariae, gr. Haganoae, ex academia Anshelmiana, m. April. 1522. 4. (Maitt. A. T. vol. V. part. I. pag. 10.) edit. a Io. Reuchlino.

Eaedem. graece excud. Chriſtian. Wechel. Pariſ. 1531. 4. al. 8. 1543. 4. — Venetiis 1549. 8. — gr. Par. 1555. 4. ap. Perier.

Δημοσθένης καὶ Αἰσχίνης οἱ περὶ τῆς παραπρεσβείας λόγοι ἀντίδικοι. Cum lat. Hier. Wolfii verſione plurimis in locis emendata, nec non Budaei aliorumque notis. His accedunt in Demoſthenis orationem Vlpiani ſcholia, aliaque anonymi cuiusdam in Aeſchinis orationem nunc primum edita et indices praeter ea neceſſarii. Oxonii e theatro Sheldon. imp. Ant. Peisley. 1721. 8. curante *Henr. Brooke.* — Περὶ παραπρεσβείας λόγος. Pariſ. apud Benenat. 1567. 4.

Dem. or. de Corona, gr. Pariſ. apud Chriſtian. Wechelum. 1550. 4. — collat. cum veteri MS. a *Feder. Morello*, profeſſore regio, apud Claud. Morel. Pariſ. 1618. — ibid. apud Iean Libert. 1630. 4.

Aeſchinis et Demoſthenis oratt. duae contrariae, graece, cum commentariolo Ioan. Sturmii, in vſum academ. Altorfinae, cumque praefat. Edonis Hilderici. Altorfii. ap. Gerlac. 1581. 8.

Dem. or. de corona, gr. Wittebergae. I. Crato. 1579. 8. — *graece et latine, Dionyſio Lambino interprete*, e typographia Steph. Prevoſteau. Pariſ. 1587. 4. et apud Sebaſt. et Gabr. Cramoiſy, ibid. 1648. 8.

Oratt. in Cteſiphontem et de corona, ſeu pro Cteſiphonte. cum interpretat. Dionyſii Lambini. Ingolſtadii. D. Sartor. 1595. 8.

Aeſch. in Cteſiphontem et Demoſthenis de corona oratio. Interpretationem latinam et vocum difficiliorum explicationem adiecerunt P. Foulkes, I. Freind. Oxon. e theatro 1696. 8.

Hanc edit. eſſe correctam, ſequentes vero vitioſas, ait Harwood. — rec. ibid. 1715. 8. et, ni fallor, crebrius.

— *Or. de Corona*, gr. et lat. cum praefatione M. *Io. Fridl. Stübelii.* Lipſ. 1733. 8.

Ego vero edidi *Demoſth. orat. de corona e recenſione Io. Taylori, cum eiusdem et Wolfii, Marklandi, Palmerii, I. Iac. Reiskii, meisque animaduerſionibus*, Altenburgi. 1769. 8.

Reiske tum ſuas mecum communicauerat notas msstas, ab iis, quas poſtea in opere maiore publicarit, interdum diuerſas.

Αἰσχίνυ ὁ κατὰ Κτησιφῶντος καὶ Δημοσθένυς ὁ περὶ στεφάνυ λόγος. Interpretationem recudit et notas partim variorum, partim ſuas adiecit Ioſeph. Stock. A. M. Trinitatis collegii Dublin. ſocius. Dublinii. 1769. 8. II. tom.

Textum gr. Aeſchinis ex edit Stephani, Demoſthenis vero ex ed. Benenati vt plurimum expreſſit, adhibitis interdum Taylori emendationibus. Notae, haud omnino ſelectae, nec multae, maximam partem ex Taylori commentariis ſunt deſumtae. Primum in ſingulis tomis contextus gr. luculentis litteris eſt deſcriptus; illum excipit verſio latina reſicta cum ſubiectis animaduerſionibus. — latine, interprete *Io. Perionio.* Lutetiae. M. Vaſcoſanus. 1554. 4.

Demoſthenis et Aeſchinis orationes de falſa legatione, itidem contra Cteſiphontem et de corona, cum notis varior. a Io. Taylor. Cantabrigiae, 1769. 8. tom. II.

Oratt. ſelectae graecae, Demoſth. pro corona, Aeſchinis in Cteſiphontem, Lyſiae orat. funebris, ex recenſione Reiskiana, in vſus ſcholarum, gr. Gothae, 1778. 8.

Krebſiana editio, diu promiſſa, non vidit lucem.

Dem. or. de Corona, gr. et lat. Glasguae, 1782. 8.

Dem. oratt. (XII.) *de republica ad populum habitae, latio donatae a Io. Vinc. Luccheſino, cum textu graeco e regione adpoſito, et notis criticis et hiſtoricis.* Romae ex typogr. Anton. de Rubeis. 1712. 4.

v. Catal. Bünau. tom. I. pag. 116. Mem. de Trevoux. a. 1712. p. 1472. a. 1717. p. 1449 ſq. 1452. Giorn. d'Italia tom. XIV. pag. 1 ſqq. tom. XI. pag. 420 ſq. *Harwood* laudat illam editionem. *Bure* in Bibl. inſtruct. B. L. tom. I. pag. 98. Ouvrage, ait, conſidéré des Savans, et aſſez recherché dans le commerce, quoique l'edition en ſoit fautive.

Dem. oratt. de republica duodecim, ex editione et cum notis Io. Vincent. Lucheſini, a Guil. Allen, gr. lat. Londini 1755. tom. II. 8.

v. *Pinelli* Catal. tom. II. pag. 174.

Dem. Philipp. omnes, cui interpretationem denuo caſtigatam et notas aliquot adiecit Ioſ. Stock. Dublin. 1774. 8. II. Vol.

Δημοσθένυς — *Demoſthenis ſelectae orationes ad codd. MSS. recenſuit, textum, ſcholiaſtem et verſionem plurimis in locis caſtigauit, notis inſuper illuſtrauit Ricardus Mounteney, coll. regal. apud Cantabrigienſes haud ita pridem ſocius. Praefiguntur* (Io. Chapman) *Obſeruationes in commentar. vulgo Vlpianeos et tabula antiquae Graeciae Demoſtheni accommodata.* Londini. 1731. 8. — 1748. (al. 1747.) 8. — Etonae. 1755. — Londini et Etonae, 1764. — 1771. et 1778. mai. 8. [Editio ſeptima emendatior prodiit, Lond. A. 1785. 8.]

Eſt docta et critica editio, e Morelliana ducta: Mounteney quoque vſus codd. If. Voſſii, nunc Leidenſi, et duobus Bodleianis; altero Gul. Laudi, altero Barocciano, ex quibus et ex codd. Morel. V. L. excerpſit, interdum ſub examen eas vocauit et ſuam dixit ſententiam: verſio lat. eſt fere Wolſiana, notae vero ex Wolſiana ed. et Tourelliana verſione ſunt deſumtae, quibus ſuas addidit. Inſunt vero Philippica I. et tres Olynthiacae orationes.

Dem. oratt. philippicae, gr. adiecta eſt in fine verſio lat. *Wolfii.* Glasguae, exc. Rob. et And. Foulis. 1750. 8.

Plu-

Plutarchi libellus de ſuperſtitione et *Demoſthenis oratio funebris in laudem Athenienſium, qui fortiter pro patria pugnando caeſi ſunt ad Chaeroneam. Graece et lat. cum integris notis Reiskii, Sallieri, Taylori, Wolſii et Xylandri. Denuo recenſuit, varias lectiones trium codd. MSS. et ſuas animaduerſiones adiecit Chr. Frid. Matthaei.* Mosquae, 1777. 12.

Demoſthenis et Aeſchinis epiſtolae: graece. Pariſ. apud Chriſtian. Wechel. 1546. 1550. 1553. 4. — in collect. Epiſtol. graec. Aldina 1499. 4. in Operibus Dem. et Aeſch. a Wolſio aliisque editis. adde *Taylori* prolegom. a Reiskio edita, pag. 727, vol. IIX. oratt. gr.

Hier. Wolſii Gnomologia Demoſthenica, gr. et lat. Baſil. 1551. 12. (apud Fabric.) — II. tomi. Baſil. 1570. 8. (in Menkenii catalogo).

Balthaſ. Iambricii Gnomologia Demoſthenis. gr. et lat. Baſil. 1570. 8.

Imaginem eius exhibent *Iac. Gronou.* tom. II. antiqq. graec. tab. 93. *Stock.* in ed. orat de corona ex marmore, Tarracone reperto, inter I. P. Bellorii imagines vett. philoſophorum, p. 79. et *Fr. Aug. Wolf.* ante orat. contra Leptin. ex aere Herculanenſi.

Verſiones plurimas *latinas* iam in recenſione orationum et editionum ſimul enarraui: reliquas igitur mihi notas lat. cum aliis addam. — *Olynth.* oratt. III. et *Philipp.* IV. lat. per N. *Carrum.* Londini 1571. 4. — Or. pro *Cteſiphonte* lat. per *Dionyſ. Lambinum.* apud Stephan, 1575. — *Aeſch. contra Cteſiph. et Dem. pro eo or. Leonardo Aretino interprete,* Venet. per Thomam de Blauis Alexandrinum, 1488. fol. (Denis ſuppl. Maitt. part. I. pag. 239.) — *Aeſchinis contra Cteſiphontem — et Demoſthenis in Aeſchinem — per Leonhard. Aretinum in latinum conuerſae. Aeſchinis ad Senatum populumque Athenienſium epiſtola.* adhaerent edit. *Tullius de oratore cum commento et alia opera.* Venet. per Albertin. Vercellenſem. 1501. fol. (v. *Freytag.* adpar. litter. tom. I. pag. 262. et in calce opp. rhetor. Ciceronis, Pariſ. ap. Aſcenſium, 1511. fol. — Dem. or. de pace, *Simonio Maricio*, Bilſnenſi, interprete etc. Cracou. 1546. 8. — pro libertate Rhodiorum or. eodem interprete, ibid. 1547. 8. eadem de Rhod. libertate, *Chriſtoph. Hegendorphino* interprete, et cum Hegend. declamatione in laudem ebrietatis. Hagenoae per Io. Secer. 1526. 8. — *Or. I. et II. ad Alexandrum*, *C. S. Curione interprete*, inter Curionis epiſtolas et oratt. Baſil. 1553. 8. pag. 221 ſqq. — *Orr. Olynth. III. philipp. I. contra Ariſtogiton. II. latine*, *Phil. Melanthone interprete*, 1527. 8. etiam inter Mel. orr. et praefationes. Argentor. tom. II. p. 660. a. 1558. 8. et tom. II. Serueſt. 1587. 8. p. 660. ſqq. etc. al. ed. p. 708 ſqq.

Gallice transtulit orationes ſeptem *Ludou. Regius.* Pariſ. 1551. 4. (Maitt. III. pag. 603.) 1575. 4. — De *Tourelliana* Philippicarum verſione iam ſupra dictum eſt. adde de editione Lutet. Pariſ. et Hagae Comit. 1701. 4. Acta eruditor. a. 1701. menſ. Ianuar. pag. 11 — 15. et cl. *Saxii* Onom. I. pag 72. — Oratt. Dem. et Aeſchinis de corona, *Auger*, Pariſ. 1768. Idem omnia *Demoſthenis* atque *Aeſchinis* conuertit in linguam gallo-francicam, Pariſ. tom. I — IV. 1777. mai. 8. V. voll. ſingulis orationibus praemiſit introductionem addiditque animaduerſiones hiſtoricas copioſas, et volumini I. praefixit exemplo Tourellii breuem hiſtoriae graecae, atticae reipublicae aeuique Philippici expoſitionem: in vol. III. eſt comparatio antiquioris et hodiernae eloquentiae, ac Singulis tomis ſubiunctae ſunt adnotationes in textum Demoſthenis ed. Wolfianae a. 1604. quae maxime ſpectant vitioſas interpunctiones; ipſe tamen Auger. quasdam proprias adtulit emendationes: graeca autem vocabula ſunt vitioſe excuſa typis. [Noua Augerii verſionis oratt. Demoſth. et Aeſch. editio prodiit Lutet. Par. 1783. III. 8.] — Libertatem de rebus publicis dicendi Demoſthenicam imitatus ſcripſit, neſcio, quis? acta

a. 1745.

a. 1745. a. 1746. et partis a. 1747. diurna: *Le Demoſthéne moderne, ou Reflexions ſur les Affaires de l' Europe*, tom. I. II. à Vtrecht, 1745. 12. et *L'Avocat pour et contre*, ou Reflexions ſur les Affaires preſentes de l'Europe, pour ſervir de ſuite au Démoſthéne moderne. Tom. I. II. Amſterd. 1746. 12. tom. III. 1747. *Fabric.* in nota msta: „*Franciſcus a Cruce* in bibliotheca gallica p. 123. *Gervais de Tournay*, Piccard. Chanoine et Docteur ſcholaſtique en l'Egliſe de Soiſſons edidit Demoſth. et Aeſchinis orationes.“

Germanice vertit ex lat. Melanthonis verſione M. *Steph. Riccius*, in MSt. v. Götz. Mem. bibl. Dresdenſ. tom. III. p. 569. — orat. I. et II. Philipp. *Gottſched*, Hannouer. 1729. 8. et ad calcem maioris ſuae rhetorices, atque *Demoſth. et Aeſchinis* oratt. cum obſeruatt. *I. Iac. Reiske*, Lemgo. vol. I. 1764. vol. II. 1765. vol. III. 1766. vol. IV. 1767. vol. V. 1769. 8. Haud venuſta quidem eſt verſio, ſed ad intelligentiam oratt. apta: Reiske in praef. ad gr. Demoſth. ſuam operam a criminibus aliorum defendit: adde *Schummelii* Ueberſetzer Bibl. pag. 67 ſqq. — Orat. de Corona et Lyſiae funebrem comte vertit, additis notis eruditis, *G. Fr. Seiler*, V. C. (in praeſenti Theologus Erlangenſis,) Coburgi, 1768. 8. — Olynthiacam III. cum notis quibusdam *Heinze*, Vinariae, 1785. 4.

Anglice oratt. quasdam vertit, (vt adnotauit Fabric. in nota msta) *Wylſon* ex latina Io. Cheri interpretatione, Lond. 1570. v. Mem. liter. de grande Bretagne tom. VII. pag. 107. adde p. 114. — *P. Francis.* London. 1757. et All the Orations of Demoſth. pronounced to excite the Athenians againſt Philip. King-translated into Engliſh by *Thom. Leland.* Dublin. ed. II. corr. 1757. 8. tom. III. 1771 mai. 8. tenens Aeſchinis et Demoſthenis contrarias.

Italicas verſiones recenſet *Paiton* in Bibliotheca degli Autori antichi gr. e lat. volgarizzati tom. I. pag. 283 — 288. ſunt vero Oratt. cum adnotatt. *I. Bapt. Negherae*, S. I. Milani 1753. 8. — XI. Philipp. cum epiſtola Philippi ad Athenienſes per *M. Felice Figliucci, Seneſe,* Romae, 1551. 8. Philippicae cum obſeruatt. Feletti, Venet. 1715. 8. — eaedem. Venet. 1744. 12. — Quinque oratt. Dem. et vna Aeſchinis. Venet. in aed. Aldi. 1557. 8. cum nouo titulo apud Georg. Angelier. 1597. 8. — Aeſchinis contra Cteſiphontem et Dem. de corona. in aedibus fil. Aldi. 1554. 8. Quatuor oratt. Dem. Venet. 1743. 8. — or. contra Leptinem, ibid. cum ancora Aldi. 1555. 8. — II. Olynth. a *Phil. Pigafetta*, 1573. 4. tum in Lettere e Orazioni di Monſignor Beſſarione Cardinale, edit. a *Ph. Pigafetta.* Florentiae per Phil. Iuntam. 1593. in fine 1594. 4. Venet. 1668. 4. — Opera Demoſth. cum notis eruditis atque Tourellii praefatione hiſtorica hiſtoriaque Athenarum poſt Demoſthenis tempora edidit Abb. *Ceſarotti.* Patau. 1775. II. voll. Venet. 1776. VI. 8.

Illuſtrantur Demoſthenica paſſim, de quibus pauca notabimus. Animaduerſiones in Demoſthenem, in Miſcell. Obſſ. in auct. vol. II. tom. II. p. 354.

Melanthonis praefat. in Demoſth. et Aeſchinis orationes edita eſt cum tribus aliis Melanth. et orat. Critiae contra Theramenem ex Xenophonte, eod. interprete, Haganoae exc. Iohann. Secer. 1525. 8. — *Andreae Frankenbergeri* or. de enarrando Demoſthene, cum lib. de compar. dicendi facultate. 8.

Notae ineditae in Demoſth. orationes ſunt in bibl. Dresdenſi, teſte Goetz. l. c. pag. 457. — In Miſcellanee di varie Operette, Venet. 1740. 12. tom. V. pag. 169. ſunt Ragionamento di Paolo Manuzio, inanzi l'Orazione di Demoſth. περὶ τοῦ στεφάνου — *Iani Pauonii* pauca quaedam, e Plutarcho ac Demoſthene in latinum ſerm. translata, inuenies in eius Opuſculis, tom. II. Vltraiecti. 1784. 8.

Vincen-

Vincentius Contarenus in variarum lectionum libro, Venet. 1606. 4. rec. Traiecti ad Rhen. 1754. 8. pag. 87. diſputat de locis quibusdam Demoſth. ex oratione de corona et de ementita legatione: quam particulam ego ſubieci editioni meae orat. de corona pag. 598—608. Ego quoque in Opuſculis varii argumenti pag. 196. difficillimum locum, crucem criticorum, in orat. de Corona, cap. 51. pag. edit. meae 360. tentaui auctori ſenſuique reddere. — *Petri Fabri* notas ineditas ad Demoſthenem memorat *Franciſc. Granerolius* in notis ad Petri Bunelli epiſtolas, notante Fabricio in nota msta. — Loca *Demoſthenis* non pauca citat et explicat cel. *Io. Frid. Reitemeyer.* in comm. de origine et ratione quaeſtionis per tormenta apud Gr. et Romanos, Göttingae 1784. 8. — Multa loca docte illuſtrat *Palmerius* in Exercitatt. in ſcriptor. gr. pag. 622 ſqq. Hic pag. 632. et 633. notat, Demoſthenem oratoria aſtutia iunioris Alcibiadis genus ad patrem transtuliſſe; atque de hoc Demoſthenis errore, et de pluribus aliis locis Demoſthenis diſputat *Henr. Valeſius* in Emendationum libr. IV. capp. I — IX. pagg. 101 ſqq. — *Guil. Budaei* commentarii graecae linguae multum faciunt ad meliorem Demoſthenis intelligentiam. — *Toup.* in animaduerſſ. ad Longinum III. Demoſthenicarum oratt. loca, plura in Opuſculis criticis corrigit. — *Dorville* ad Charitona permulta Dem. loca explicat emendatue: et ſic alii critici, aut editores veterum auctorum paſſim illuſtrarunt, aut tentarunt loca Demoſthenica. — *Sevin* in hiſtor. ſociet. reg. Par. Inſcr. tom. III. pag. 52 ſq. verſ. Gottſchediae emendat locum in orat. de Corona pag. 350. — In *Leopardi* emendatt., *Luiſini* Parerg. et *Guil. Canteri* nou. lectt., *Brodaei* miſcellan. parte II., *Adr. Iunii* comm. de coma, et eiusd. animaduerſſ. aliisque criticis (quorum libellos iunctim reddidit *Ian. Gruterus* in Lampade, ſiue face artium liberalium, tom. III. tom. IV. Francof. 1604. 8) pluribus locis Demoſthenicis fax critica accenditur, et interpretatione ſuccurritur. — *Hauptmanni* progr. *arma Demoſthenis ad Petron.* cap. V. v. 14. Gerae 1768. etc. *Harl.*

Eloquentiam eius pingit optime Dionyſius Halicarnaſſeus, [ipſe Aeſchines apud Cicer. de orat. III. cap. 56.] ac, ne de aliis rhetoribus dicam, *Iſidorus Peluſiota* II. epiſt. 146. *Caecilii Calactini* zzz), Siculi rhetoris, *Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ* Κικέρωνος, *Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου*, et liber Περὶ *Δημοσθένους ποῖοι αὐτοῦ γνήσιοι λόγοι καὶ ποῖοι νόθοι*, tum Ὑπομνήματα *Zoſimi Gazaei, Zenonis Citiei*, (non Stoicorum principis, ſed rhetoris,) aaaa) et *Salluſtii*, ſophiſtae, in Demoſthenem, quorum meminit Suidas, interciderunt. Eumdem, vt opinor, *Salluſtium*, Suidas e Damaſcio tradit, orationes Demoſthenis vniuerſas *δημοσίευς* memoriae mandaſſe, et ibidem meminit *Nonni*, neſcio cuius, (eumdem, cuius Metaphraſin Euangelii Ioannis habemus, intelligit Bonifacius XV. 6. Hiſt ludicrae,) qui ſexies Demoſthenem deuorauerit totum, nec tamen vnum potuerit verbum congruens in concione proferre. *Καὶ Νόννον δέ φασιν ἐκμαθόντα ἑξάκις ὅλον τὸν Δημοσθένην, μὴ δὲ δυνηθῆναι τὸ στόμα διανοῖξαι πρὸς γε λόγων ἐπιεικῶν σύνθεσιν. Fabric.* [De *Zoſimo*, Aſcalonita, eiusque libellis, et de *Moſchopuli* ſcho-

zzz) Conf. *Laſcarin* de ſcriptoribus Graeciae Siculis, infra vol. XIV. pag. 4 ſq. plura vero de eo ſuppeditabit *Mongitor.* in: Bibl. Sicula, tom. I. pag. 117 ſq. *Harl.*

aaaa) Vide *Suidam* in *Ζήνων Κιτιεύς*, et inprimis *Io. Chapman.* in: Obſeruatt. in commentar. vulgo Vlpianeos, §. 4. pag. XXI. ed. Mounteney. Ab Eunapio vocatur Cyprius, (nam Citium vrbs eſt Cypri) imbutus ſcientia, et rhetorica, et medica, (vid. infra vol. XIII. pag. 454.) et refertur ad Iuliani tempora: Chapman. eius aetatem ponit pag. 24. in an. 350. immo 340. *Harl.*

ſcholiis, a Reiskio primum vulgatis, iam ſupra ſunt plura adnotata. *Salluſtii*, ſiue gr. Σαλλεςίε, meminit quoque ſchol. ad Ariſtoph. Plutum, 725. indice Hemſterhuſio ad loc. Ariſt. pag 247. not. 30. Plures criticos et grammaticos veteres, qui in Demoſthenis orationes commentati ſunt, nominat et loca ſcriptaque, in quibus illorum ſit mentio, indicat Taylor in Prolegomenis, quae Reiske, vt inuenit, cruda atque impolita protulit in vol. VIII. oratt. graec. pag. 710 ſqq. atque ego nomina eorum eo ordine, quo Taylorus plus minusque de ſingulis collegit, tantummodo hic ponam. Sunt igitur *Callimachus*, (v. T. praef. Lyſiae.) *Dionyſius Halicarn.*, *Caecilius*, *Vlpianus*, *Tiberius rhetor* de ſchematibus Demoſthenicis, de Dem. et Xenophonte, apud Suidam, de figuris apud Dem. MS. Bodl. *Apſines*, athenienſis ſophiſta egregius, *Didymus*, v. arg. et Taylor. ad or. aduerſus Eubulidem, ſcripſit ad Aeſchinem, *Apollonides*, ὁ Νικαιεὺς, ſcripſit comment. in orat. Περὶ παραπρεσβείας. *Gymnaſius* ſcripſit declamationes et commentar. ad Dem. *Aſpaſius* ſcripſit ad orat. contra Leptinem. *Menander*, *Genethlius*, *Aeſculapius*, *Diocorus*, *Zeno*, *Zoſimus*, *Lyſimachides*, Tayl. ad Lyſiae praefat. *Valcken.* animaduu. ad Ammon. pag. 94. docte copioſeque de illo agit: videtur is ſcripſiſſe contra Caecilium de iis, quae apud rhetoras athenienſes occurrunt; *Marcellinus*, *Libanius*, *Athanaſius*, v. Fabricii B. Gr. tom. IV. pag. 293. *Theo Alexandrinus*, *Numenius*, rhetor, imper. Adriano, ſcripſit argumenta in Demoſthenem; idem *Poſidonius* fecit, *Eratoſthenes*, *Demetrius Epiphanius*, *Diodorus*, Valerii Pollionis filius, ſub imper. Adriano, ſcripſit enarrationem locorum difficilium, quae in Dem. orationibus inueniuntur, *Harpocratio*. *Harl.*

Fuere et alii Demoſthenes. 1) *Demoſthenes*, machaeropoeus, oratoris pater. 2) *Demoſthenes*, Athenienſium dux, cum Antiphonte a Siculis interfectus Olymp. XCI. 4. teſte Thucydide, Plutarcho in Nicia et aliis. vide *Graeuium* ad Lucian. tom. I. pag. 987. 3) *Demoſthenes*, Maſſilienſis, φιλαλήθης, medicus ophthalmicus. 4) *Demoſthenes*, Bithynus, hiſtoricus ac Κτίσεων ſcriptor, de quorum vtroque dixi ſupra in Democrito. 5) *Demoſthenes*, Thrax, qui ſcripſit, teſte Suida, de poetis dithyrambicis, metaphraſin Iliadis et Heſiodi Theogoniae, atque epitomen Damageti Heracleotae. 6) *Demoſthenes*, Mytilenaeus. Plutarch. lib. II. cap. 1. Sympoſ. pag. 633. 7) *Demoſthenes*, Alciphronis filius, Themiſt. orat. X. p. 138. 8) *Demoſthenes*, ἐπὶ τῶν ψήφων τεταγμένος ſub Valente, Nyſſenus lib. I. tom II. p. 314. 9) *Demoſthenes*, ad quem Baſilii M. epiſtola 385. vicarius Cappadociae. Tillemont. tom. VI. Memor. pag. 593 ſqq. 10) *Demoſthenes*, praefectus praetorio ſub Iuſtino, imperatore. v. Alleman. ad Procop. pag. 117. 174 etc. At in ſcholiis ad Apollonium, vbi laudatur Demoſthenes ἐν λιμέσιν, legendum *Timoſthenes*.

IX. AESCHINES [****]) Atrometi literatoris F. Cothocides, Athenienſis, praeceptore vſus eſſe fertur Iſocrate et Antalcida, vel vt Suidas [?] in Αἰσχίνης, et ante hunc Caecilius apud Plutar-

[****]) Demoſthenes falſe dixit, Aeſchinem filium eſſe [illegible], i. e. [illegible], et inde ipſum fecisse [illegible], *[illegible]*, orat pro corona [illegible]. Atrometum γραμματοδιδάσκαλον Suidas appellat. Citatur et Atrometus quidam in ſcholiis graecis ad Apollonium lib. III v. 1178. Quinctil. II. 17. *Aeſchines ab initio* [illegible] *ſatus in litteris* etc. Matrem Aeſchinis tympaniſtriam fuiſſe narrant, vt *Lucianus* in ſomnio tom. I pag. [illegible]. [illegible], rhetorum, pro Aeſchine dixit *Athenaeus* VI. pag. 22[illegible]. et Demoſthenes ipſe alicubi [illegible] ſe vocat Battalum Paeanienſem; at Aeſchinem Cothocidem [illegible]. Alius fuit [illegible] F. Socraticus, de quo dixi ſupra cap XXIII. [illegible]. Alios praeterea ſex *Aeſchines* commc-

Plutarchum Alcidamante, Gorgiae praeceptore, pro quo apud *Photium* in vita Aeſchinis, (male, vt videtur.) nomen Leodamantis ****) occurrit. [Et tamen Pſeudo-Plutarchum ac Photium ſequuti *Vallerius* ad Ariſtotelis rhetor. I. pag. 126. atque *Olearius* ad Philoſtrat. de vit. Soph. I. 18. pag. 509. Leodamanta Aeſchini viam ad eloquentiam praeiuiſſe ſcribunt. At *Ruhnken.* in hiſtoria critica oratorum graecor. pag. LXIII. pro Λεωδάμαντος, et apud *Photium* cod. LXI. pag. 61. pro Ἀνταλκίδα, cum Suida et cum *Xylandro* ad Pſeudo-Plutarchum pag. 837. et cum *Iofio* de ſcriptor. hiſt. phil. III. 1. pag. 216. legere iubet Ἀλκιδάμαντος. Idem Aeſchines fuit quondam ſcriba Eubuli, qui illi, patrono ſuo, patronus adfuit in iudicio de ementita legatione, ſuaque effecit auctoritate, vt populi ſuffragiis liberatus diſcederet. v. *Photium* cod. LXI. pag. 62. *Taylor.* ad Demoſth. orat. de falſa legat. init. *Ruhnken.* l. c. pag. LXV. qui praeter ea errare cenſet *Pſeudo-Plutarch.* pag. 840. l. c. et *Photium* cod. CCLXIV. pag. 1466. nec non *Valeſium* ad Harpocrat. pag. 80. ac *Taylorum* ad Aeſchin. contra Cteſiphontem pag. 611. ſcribentes, Aeſchinem ab Eubulo Probaliſio tum ſeruatum fuiſſe. *Harl.*] — Orator vehemens ac grauis, et, cui ſoli aegre ceſſit, Demoſthenis, aduerſarii ſui iudicio, μεγαλοφωνότατος. [Iudice *Quinctil.* I. O. lib. XII. 10. §. 23. latior eſt et audentior et excelſior reliquis oratoribus graecis, excepto Demoſthene. *Hermogenes* de formis orat. lib. II. pag. 495 ſq. ed. Colon. Allobr. 1614. ſiue pag. 368. ed. Sturmii, Argent. 1571. 8. de vitiis et virtutibus facultatis dicendi Aeſchineae iudicat, et paſſim adfert laudatque loca ex orationibus Aeſchinis. Illius tamen virtutes, tum in eloquutione, tum in rebus, oratorie tractandis, nec non vitia vberius et diligenter perſequutus eſt cl. *Chriſtian. Frid. Matthaei*, (in praeſenti Profeſſor graecae linguae in academia Wittenbergenſi.) in docto libello academico, de Aeſchine, oratore, Lipſiae 1770. 4. rec. in *Reiskii* oratt. graec. vol. IV. ſiue vol. II. Aeſchinis, pag. 1245 ſqq. Legatus miſſus eſt ad Philippum, Macedonem, Olymp. CVIII. 2. A. M. 3659. ante C. N. 344. A. V. C. 408. vid. *Fabrii* Onom. I. pag. 74. *Harl.*] A Demoſthene victus Olymp. CXII. 3. oratione pro corona, Rhodum poſtea conceſſit in exſilium, ibique ſcholam aperuit et docuit. [atque, iudicio plurium grammaticorum ac rhetorum, inuenit Rhodium dicendi genus, quod medium teneret inter conciſam atque ſubtilem Atticam, et luxurioſam Aſiaticam dicendi rationem; ſed confer *Ernesti* initia rhetor. part. II. cap. 6. §. 411 ſqq.] Alexandro M. iam defuncto, quem periiſſe conſtat Olymp. CXIV. 1. Denique relicto Rhodio διδασκαλείῳ, ſiue, vt Philoſtratus vocat, ſophiſtarum Phrontiſterio, conceſſit Samum, et ibi non diu poſt, aetatis LXXV. obiit. vide *Plutarchum* pag. 838. *Suidam*, *Photium* cod.

Ppppp 2

commemorat Laertius II. 64. Alios itidem quinque, vel ſex, Menagius ad Laertii locum. His addes *Aeſchinem*, Syneſii aequalem, qui illum memerat epiſtola III. *Aeſchinis Seii*, praeter Heſychium in Σεσελίσθαι, meminit Suidas in Θεαγένης χρήματα. *Aeſchinis Lamprenſis* Plutarchus in Ariſtide pag. 326. *Aeſchinis*, Athenienſis medici, *Plinius* XXVIII. 4. *Aeſchinis* Eleuſinii Apollonius in Aeſchinis noſtri vita. *Fabr.* adde ſupra ad libr. II. cap. 23. nr. 31. not. *Harl.*

cccc) Leodamantis huius, an Alcidamantis, dubitat etiam *Fuluius Vrſinus* pag. 76. elog. Effigiem vide apud *Iac. Gronou.* tom. II. antiquitatt. gr. tabula 74. quemadmodum Aeſchinis ipſius apud *Vrſinum* pag. 79. et *Gronou.* tab. 94. [*Ruhnken.* l. c. pag. LXIII. ridiculi erroris arguit *Io. Fabrum*, qui ad Fuluii Vrſini Imagg. illuſtr. pag. 51. in gemma, cui Leodamantis nomen inſculptum erat, praeter Leodamantis, Aeſchinis diſcipuli caput ſibi videre viſus eſt. *Harl.*] Caecilium laudat etiam *Photius* cod. LXI. vbi de Aeſchine agit; ſed male excuſum Κικίλιος pag. 28. edit. Hoeſchelii.

cod. LXI. et CLXIV. *Libanium* in comparatione Aeſchinis ac Demoſthenis tom. I. Opp. pag. 131 ſqq. et *Philoſtratum* lib. I. de Sophiſt. cap. 18. pag. 508 ſqq. [pag. 506 ſqq. ed. Olearii, qui in notis plura adtulit, quibus vita, mores et ars oratoria Aeſchinis explicarentur.] Ille pag. 487. [pag. 482. ed. Olear.] notat, Aeſchinem quam plurimas orationes habuiſſe ex tempore, et, ex quorundam ſententia, primum extemporali dicendi ratione, (quam pag. 510. [ſiue ſect. III. pag. 509. edit. Olear. cuius notam conſules] θείως λέγειν et θεοφορήτῳ ὁρμῇ ἀποσχεδιάζειν vocat) vſum fuiſſe: Οἱ δὲ Αἰσχίνου φασὶ τὸ σχεδιάζειν εὕρημα, [quod quidem nuſpiam inuenitur; atque Aeſchines non auctor fuiſſe videtur id genus declamationum, ſed ea. maxime excoluiſſe, vid. *Olear.* pag. 481. not. 16. et pag. 509. not. 1. et 2.] τοῦτον γὰρ πλεύσαντα εἰς Ῥόδον περὶ [παρὰ, Olear.] τὸν Κάρα Μαύσωλον, σχεδίῳ αὐτὸν λόγῳ ᾆσαι (perperam interpres: *extemporali carmine cecinisse*, pro: *extempo alem orationem habuiſſe*, [Olearius vertit, *extemporali huncce oratione laudaſſe.*] ἐμοὶ δὲ πλεῖστα μὲν ἀνθρώπων Αἰσχίνης δοκεῖ σχεδιάσαι, πρεσβεύων τε καὶ ἀποπρεσβεύων, συνηγορῶν τε καὶ δημηγορῶν, καταλιπεῖν δὲ μόνους τοὺς [ſic quoque Olear.] (forte τρεῖς) συγγεγραμμένους τῶν λόγων, ἵνα τῶν Δημοσθένους φροντισμάτων μὴ πολλῷ λίποιτο· σχεδίου δὲ λόγου Γοργίας ἄρξαι· *At mihi quidem frequentiſſime videtur ex tempore dixiſſe Aeſchines, et legatus, et ad legatos, et in foro, et in concione, ſolasque tres orationes conſcriptas reliquiſſe, vt nec hoc nomine Demoſthene multo inferior haberetur, extemporalis tamen eloquentiae initium puto deberi Gorgiae.* Ita reddendus ille locus, quem, vt alia pleraque, interpres [Anton. Bonfinius] non ſatis cepit. [Paullo aliter fuſiusque vertit Olearius.] *Iſidorus Peluſiota* IV. 91. epiſt. quum aliis alia placere dixiſſet, aliis ὕψος Platonis, aliis Thucydidis σεμνότητα, aliis Iſocratis λιτότητα, aliis δεινότητα Demoſthenis, aliis Lyſiae φανερὰν ἅπασι καὶ τετριμμένην λέξιν, aliis Iſaei τὸ δικανικώτερον μὲν Ἰσοκράτους, ὑψηλότερον δὲ Λυσίου· denique addit, alios probare *Aeſchinis* τὸ σαφὲς καὶ τὸ λευκὸν, *perſpicuum et candidum dicendi genus.*

Extant *tres* Aeſchinis *orationes*, velut totidem Charites, [†] quemadmodum *nouem* [dddd]) Aeſchinis Epiſtolae veniebant nomine Muſarum, vt *Photius* teſtatur cod. LXI. et CCLXIV. Sed hodie leguntur ſub Aeſchinis nomine *Epiſtolae* XII. vt ſupra lib. II. cap. 2. n. 6. iam ſignificatum eſt. [Illas vero XII. eſſe ſpurias et proſcribendas, copioſe docet Taylor. in praefatione.] Leguntur etiam in editione operum Aeſchinis ac Demoſthenis, ante orationem Demoſthenis XIX. cum verſione *Hieronymi Wolfii*, tom. I. pag. 121 ſq. Sed diuerſa haec verſio eſt; neſcio, an etiam diuerſa ſit a tranſlatione *Petri Nannii*, qui itidem Aeſchinis epiſtolas latine vertit, ſed iam non eſt ad manus. Poſt Nannium vertit illas *Renatus Guillonius*, Vindocinenſis, et notas adſperſit: vnius epiſtolae verſionem latinam, adhuc in bibliothecarum latebris delitefcentem, confecit *Aretinus*: XIIam epiſt. vertit anonymus, eamque vulgauit *Herv. Scotus* vna cum orationibus Demoſthenis atque Aeſchinis quibusdam 1545. *Fabric.* Codex Mſt. eſt in biblioth. Coislin. pag. 302. De cod. Helmſtadienſi egregio et aliis vide ſupra in notitia codd. Demoſthenicorum et Iſocrateorum, *Reisk.* in dedicatione pag. XIV. et praef. ad varietatem lectionis Aeſchineae, vol. I. pag. 772 ſqq. *Sammetii* praef. ad epiſtolarum Aeſchin. editio-

dddd) *Phot.* cod LXI. Τρεῖς μόνους αὐτοῦ λόγους φασὶ γνησίους εἶναι [illegible] Χάριτας ὠνόμασαν, διά τε τὸ χαρίεν τοῦ λόγου, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν Χαρίτων, Μούσας τε τὰς ἐπιστολὰς διὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν [illegible] Μουσῶν.

editionem pag. 10 ſqq. — De editt. vt orationum, ita quoque epiſtolarum conſul. Taylor. Reiskium et Sammetium. Editae autem ſunt Epiſtolae primum ab *Aldo*, vna cum Epiſt. Fl. M. Libanii, Chionis aliorumque epiſtolis, Venet. 1499. 4. Sunt quoque in collectione epiſtolarum gr. Cuiaciana et in editt. orationum Stephaniana, Tayloriana et Reiskiana. Separatim Louanii in officina Rutgeri Reſcii. 1536. 8. — vitioſe per *Io. Caſelium*, Roſtochii 1578. 8. — Pariſinam per Wechelum memorat Taylor. ſed annum non adſcripſit. Nouiſſima et pleniſſima eſt editio, cuius inſcriptio longa haec eſt:

Aeſchinis rhetoris epiſtolae, vt circumferuntur, duodecim: quas e recenſione Io. Tayloris, Angli, cum eiusdem et Wolfii, Marklandi, Guilonii, Toupii, Io. Iacobi Reiskii et ſuis qualibuscunque notulis e prima Aldi Manutii, Venetiis 1499. impreſſa editione, continua tamen varia lectione codicum, inprimis Helmſtadienſis, adiecta, edidit Iohann Samuel Sammet. Acceſſit appendicis inſtar vna, quae ſupereſt, Aeſchinis Socratici epiſtola. Lipſiae 1771. 8. *Harl.*]

Orationes vero tres, quas ſolas genuinas Aeſchinis noſtri, agnoſcunt etiam veteres, hae ſunt:

1) Κατὰ Τιμάρχου, *aduerſus Timarchum*, Arizeli filium, accuſatorem ſuum, quem flagitioſae vitae reum agit. Confer *Luciani* apologiam pro mercede conductis tom. I. pag. 488. [cap. 7. pag. 714. ed. Reitzii.] *Tzetzae* Chiliad. VI. verſu 5 ſq. qui verſu 60. teſtatur, Timarchum ignominia ab Aeſchine notatum, ſibimet ipſum manus prae aegritudine intuliſſe: ſchol. Hermogen. pag. 297. *ἐγράψατο παραπρεσβείας Αἰσχίνην Τίμαρχος· Αἰσχίνης Τίμαρχον ἑταιρήσεως, Ἀριστογείτων ἀμφότερον ἀξιοῖ κατηγορεῖν. Fabric.* Timarchum laqueo ſibi mortem conſciuiſſe, etiam Plutarchus in vita Aeſchinis, Photius cod. CCLXIV. aliique tradunt: ſed *Taylor.* in praefat. ad hanc orat. pag. 25. edit. Reisk. dubitat de veritate iſtius narrationis, quia nihil illiusmodi compareat ex Demoſthenis oratione de male obita legatione; verum conſtet ſolummodo, viciſſe quidem Aeſchinem, aduerſariumque ſuum ea infamia perculiſſe, quae his moribus ex praeſcripto legum debetur. Idem ex eadem illa Demoſthenis oratione obſeruat, nonnulla, quae Aeſchines in hac cauſſa ſeuere dixerit, hodie deſiderari, et in hanc orationem perpetuam commentationem contexuiſſe *Brodaeum* VIII. Miſcell. 7. Habita eſt oratio Olymp. CVIII. 2. anno aetatis Aeſchin. 45. v. *Taylor.* l. m. et *Corſini* faſt. attic. III. 162. *Harl.*

2) Περὶ παραπρεσβείας, *de perfide obita* ſecunda ad Philippum *legatione*, cuius a Demoſthene accuſatus fuit, *apologia*. [edita eſt cum contraria Demoſthenis et Vlpiani ſcholiis etc. Oxon. 1721. 8.] Fuerunt, qui exiſtimarent, hanc et ſuperiorem orationem non dictas ab Aeſchine Athenis, ſed ſcriptas fuiſſe per otium in exſilio. Vide argumentum graecum huius orationis. *Photius*: *λέγεται δὲ ἔτος πρῶτος ἐκεῖσε* (ἐν Ῥόδῳ) *σχολάζων τὰ πλάσματα καὶ λεγομένας μελέτας συνθεῖναι.* Scholion graecum eximium, idque ineditum, in locum huius orationis e codice Scaligeri profert *Dodwellus* de Cyclis Graec. pag. 742. item *Weſſeling.* ad Itinerar. Hieroſol. pag 604. et ex Dodwello *Corſinus* in faſtis attic. tom. III. pag. 18. *Toup.* ad Theocriti Syracuſanas pag. 239.: Reisk. edidit ſcholia, vt poſtea videbimus. *Harl.*

3) Κατὰ Κτησιφῶντος, *aduerſus Cteſiphontem*, qui auream coronam Demoſtheni decreuerat. [Inſtituta eſt cauſa Cteſiphonti Olymp. CX. 3. vide *Stockii* vit. comparat. Aeſchinis et Demoſth. pag. 100 ſqq. habita autem oratio contra eum Olymp. CXII. 3. qua de re copioſe diſputat *Taylor.* in praefat. ad hanc orat. pag. 370 — 379. ed. Reisk. atque *Palmerii* in Exercitt. ad auctt. etc. et *Corſini* in F. A. diſſ. II. et VIII. rationes colligit et partim examinat.] Hanc praeclaram orationem cum contraria ***) Demoſthenis, quae pro Cteſiphonte de Corona inſcribitur, latine olim verterat *Cicero*, vt teſtatur *Hieronymus* Epiſt. 101. ad Pammach. et *Sidonius* II. 9. epiſt. E recentioribus vtramque tranſtulit *Leonhardus Aretinus*, cuius verſio cum Ciceronis libb. de orat. Venet. 1501. min. fol. v. *Freytag.* adpar. litt. tom. I. pag. 262 ſq. ſupra in Demoſthene.] et cum Cic. operibus typis exſcripta eſt an. 1528. *Ioachimus Perionius.* Pariſiis. 1554. 4. *Dionyſius Lambinus*, cuius cum verſione prodierunt ſeparatim Ingolſtad. 1595. 8. et cum *Io. Sturmii* commentariolo, Argentor 1550. 8. Vulgatae etiam ſunt graece, Argentor. 1545. et Altorfii 1581. 8. [cura Edenis Hildermi D. (a Varel)] emendatius cum noua verſione *P. Foulkeſii* et *Io. Friend.* [*] Oxon. 1696. 8. rec 1715. 8. ibid. *Rodolphi* verſionem latinam memorat *Stockius* in vitis comparatis etc. pag. 101. Italice illa verſa cum contraria Demoſthenis a Nobili Florentino, prodiit Venetiis 1554. 8. gallice a *Iac. Tourreil.* Pariſ. 1721. 4. vid. Iournal des Sçavans, 1722. II. pag. 141 ſqq. *Fabr.* Plura de his aliisque editionibus dixi ſupra in commemoratione editionum orationis contrariae Demoſthenis, vbi quoque de editionibus trium Aeſchin. orationum cum Demoſthenicis egi. *Harl.*

Vniuerſae tres *Aeſchinis* orationes ab *Aldo*, Venetiis 1513. fol. et *H. Stephano* editae ſunt graec. inter alios oratores. 1575. fol. Miror autem, Stephanum omiſiſſe, quae Aldus et Wolfius non omiſerunt, vitam Aeſchinis, auctore anonymo, et Ἐξήγησιν *Apollonii*, grammatici, de vita Aeſchinis, et duplex argumentum in orat. aduerſus Timarchum. *Hieronymus* quidem *Wolfius* cum verſione et notis ſuis orationes Aeſchinis vulgauit in ſuo Demoſthene, et *H. Stephanus* ad calcem oratorum ſuorum, verſionem Wolfii adiecit. Prodierunt etiam duae *Aeſchinis* orationes, vna contra Cteſiphontem, et altera περὶ παραπρεσβείας, cum duabus contrariis Demoſthenis de corona et de male acta legatione, graece Venetiis edente *Friderico Turriſano*, 1549. 8. *Fabr.* [De editione Tayloris iam ſupra ad Demoſthenem potiora ſunt adnotata. Nouam recenſionem orationum et epiſtolarum Aeſch. inſtituit, easque cum variorum n. Brodaei, Iurini, Wolfii, Taylori, Marklandi ſuisque notis edidit *Reiske:*

Oratorum graecorum volumen tertium, Aeſchinis omnia complectens, editionem curauit Io. Iac. I. Reiske — — *vol. quartum, Aeſchinis ſecundum. curauit I. I. R.* Lipſiae 1771. 8.

***) *Plinius* VII. 30. hiſt. « Aeſchines Athenienſis ſummus orator, cum accuſationem, qua fuerat vſus, Rhodi legiſſet, legit et defenſionem, ob quam in illud depulſus fuerat exſilium, mirantibusque, tum magis fuiſſe miraturos, dixit, ſi ipſum oratorem audiuiſſent: in calamitate teſtis ingens factus inimici. » Depulſum fuiſſe in exſilium, negat *Plutarchus*; ſed ipſum ſponte prae taedio et pudore conceſſiſſe, adfirmat pag. 509.

In praefatione de edd. Aldina, Stephaniana et Tayloriana intelligenter agitur [illegible] cat. Textui graeco, ab Reiskio saepius refictus, [illegible] e suis [illegible], [illegible] tum esse, quas Taylor. ad calcem orationis cuiusque relegauerat. [illegible] Aeſch. [illegible] [illegible] ſunt Taylori aliorumque animaduerſiones; pag. 703 ſqq. ſequuntur notulae Claudii Salmaſii ad Aeſchinem, quas ille olim in marginibus orationum graec. a Stephano editarum adſcripſerat, tum ſupplementa adnotationum Ier. Marklandi ad Aeſchinem, in ſchedis Taylori repertarum, et acceſſio ad notas Reiskii. Illas excipiunt ſcholia gr. ad Aeſchinem, ex libro olim Eduardi Bernardi, nunc Bodleiano, a Griesbachio et Whytio exſcripta, et a Reiskio, qui quidem illa parui exiſtimat, (vid. praefat. ad illa pag. 714 ſq.) primum publicata. Dicitur ei codici, ſ. editioni Aldinae Ioſeph. Scaliger et illa ſcholia, et varias lectiones, haud conſtat, vnde petitas, et coniecturas denique, aut emendationes ſuas adſcripſiſſe. Aliud eiusdem Aldinae exemplum, Bernardino ſimillimum, niſi vt alia pauciora illo, alia plura teneat, quod item a Scaligero conſcriptum iisdem notis dicitur, e bibliotheca P. Weſſelingii tranſiit in publicam Vltraiectinam, eiusque apographum, a Goenſio exſcriptum, accepit Reiskius. Denique nactus eſt beneficio Askewii ſchedas Taylori, in quarum altero volumine fuerant orationes Aeſchinis ex edit. H. Stephani, et in chartis interiectis praeter collationes codicum Lockerani, Harleyani et Meadini, etiam ſcholia graeca in or. Timarcheam, eadem cum illis, quae in Bernardino et Vltraiectino libro leguntur, in altero autem volumine fuit exemplum orat. Timarcheae ex edit. Taylori, puris interpolatum chartis, quibus idem Taylor. varias lectiones Meadini codicis in Timarcheam, et praeter ea ſcholia in eandem orationem, ex eodem codice petita, inſcripſerat, ab illis Bernardini libri ſcholiis diuerſa, et raro cum iis conſentientia; ambo tamen illos ſcholiaſtas, Bernardinum et Meadinum, Reiskius in nota p. 757. cenſet, non eſſe duo integros, a ſe diuerſos, diuerſorum auctorum commentarios, ſed excerpta ex vnius veteris grammatici commentario, alia ab aliis profecta, quae cuique arriderent, ea quoque decerpente. Horum ſcholiorum apographa Reiskius ita digeſſit, ordinauit et conſtituit, vt ſcholia, e cod. Bernardi deprompta, inſigniret littera *B.* e Meadino, *M.* In notis modo diuerſitatem lectionis indicauit, modo emendauit, aut paucis illuſtrauit. Scholia ad Aeſchinis orationem de falſa legatione Brockius ad hanc orat. primus quidem iam ediderat; ſed Reiskius addidit lectionis varietatem. In fine prioris volum. leguntur lectionis varietates ex codice Helmſtadienſi praeſtantiſſimo, Meadino aliisque libris, tum ſcriptis, tum editis, excerptae: quae continuantur in vol. II. Illas excipiunt indices egregii et cl. Matthaei libellus [illegible]. Denique orationes Dinarchi, Lycurgi, Demadis et Andocidis. Hic repetam, *[illegible] auctorum, in ſcholiis ad Aeſchinem laudatorum*, ad pagg. ed. H. Stephani, a *Taylore* conditum et a *Reiskio*, praefixa ſtellula, auctum, ex huius ed. vol. I. pag. 718

Aeſchines 27. antepen.

Andocides 14, 39.

* Ariſtophanes 27, 4.

Caecilius 28, 3.

Callimachus 26, 6.

Demetrius Phalereus, 28, 3.

Demoſthenes 4, 27. 22, 31. 29, 25.

Dinarchus 26, 16.

Hermippus 28, 3.

Hype-

Hyperides 29, 14.
Iſocrates 5, 7.
Lycurgus 27, 33.
Marcellinus 29, 3.
Thucydides * 5, 3. 32, 16.
Timaeus 29, 23.
Vlpianus in Demoſthenem 28, 20.

Ad commentarios ipſe ſcholiaſta ſuos ad Demoſthenem prouocat pag. 28, 3. *ἔγνωμεν καὶ τοῦτο ἐν τοῖς δημοσθενικοῖς*, et paullo poſt *ὡς καὶ τοῦτο ἔγνωμεν ἐν τῷ ὑπὲρ Στεφάνου*, quos ad locos Taylor. in Aduerſariis haec adnotauit: „Quaſi *annotaſſet* idem ſcholiaſtes noſter ad Demoſthenem. Neque interea eſt Vlpianus. Nam Vlpianum in ſequentibus laudat.“ Hactenus Reiske. *Harl.*]

Morbum Deliorum peſtilentem, ab Aeſchine deſcriptum, illuſtrat *Hieronymus Mercurialis* III. 18. var. lectionn. Aeſchinis loca quaedam illuſtrat *Palmerius* Exercitt. ad graec. ſcriptores pag. 650 ſqq. [De vita et orationibus Aeſchinis egit Abb. *Vatry* in Actis acad. reg. Pariſ. Inſcription. tom. XIV. — Excerpſerat quaedam ex Aeſchinis oratt. Macar. Chryſocephal. vid. *Villoiſon.* Anecdota graeca, tom. II. pag. 10.]

Fuit etiam oratio olim ſub Aeſchinis nomine, quae inſcribebatur, Δηλιακὸς νόμος; ſed eam alterius fuiſſe Aeſchinis, veteres teſtantur. *Photius*: *ἐκ ἐγκρίνει δὲ αὐτὸν ὁ Καικίλιος, ἀλλ᾽ Αἰσχίνην ἄλλον σύγχρονον τοῦ Ἀθηναίου τὸν πατέρα τοῦ λόγου φησίν.* Hyperidi videtur tribuere Plutarchus. Idem fratres Aeſchinis memorat Aphobum et Democharem, qui Photio et Apollonio, immo ipſi Aeſchini ſunt Ἀφόβητος et Φιλόχαρις. Et in vita Aeſchinis Democharem anonymus vocat Demoſthenis *ἀδελφιδοῦν*.

X. HYPERIDES, Colyttenſis, Atticus, Platonis et Iſocratis auditor, pater rhetoris *Glaucippi* ffff), cuius orationes Plutarchus memorat, amicus Demoſthenis, ſed reip. amantior, vnde non dubitauit illum acceptae ab Harpalo pecuniae accuſare, et ad gggg) exilium compellere. [Varias pro republica ſuſcepit legationes; ad Eleos, *Pauſan.* V. p. 431. et *Pſeudo-Plutarch.* de vitis X. orat. p. 850. A. ad Rhodios, *Pſeudo-Plutarch.* l. c. adnotante *Ruhnkenio* in hiſtoria critica oratorum gr. p. LXXI.] Poſtea eidem Demoſtheni iterum conciliatus, periit eodem fere, quo Demoſthenes, tempore. Nam victis ad Cranonem Olymp. CXIV. 3. Athenienſibus [?] ex templo Cereris, quo confugerat, protractus atque Antipatro traditus eſt, exciſaque, vel, ne patriae res prodere cogeretur, praemorſa lingua, apud Cleonas occubuit. Vide Plutarch. in Phocione p. 754. Cadauer eius inſepultum abiectum, vt

ffff) Conf. *Photium* p. 1490. Eius oratorem contra *Phocionem* laudat *Plutarch.* Phoc. p. 74?. C. [illegible] *Ruhnkenio* in hiſt. crit. orator. graecor. pag. 8?. *Harl.*

gggg) Vide *Plutarchum* in Hyperidis vita, et *Iuſtinum* XIII. 5. *Benedicti Aueranii* diſſ. 76 ſq. ad Ciceronem, tom. II. Oper. p. 245 ſqq. Vetus inſcriptio apud *Iacobum Sponium* p. 117 Miſcell.

ΥΠΕΡΙΔΗΣ ΡΗΤΩΡ

ΤΕΥΣΙΑΔΗΣ ΕΠΟΙΕΙ.

vt notat etiam Suidas in Ὑπερείδης. Sublimitatis expertem et affectus vehementiae commouendi imperitum fuiſſe, notat *Longinus* [ſect. 34 vbi Demoſthenis et Hyperidis comparatio inſtituitur, et virtutes Hyperidis ſummis laudibus extolluntur] p. 190. *Dio* autem *Chryſoſtomus* inter omnes oratores, poſt Demoſthene ipſo et Lyſia, legendum commendat viro, ciuilis eloquentiae ſtudioſo, Hyperidem et Aeſchinem. Locum eius ex diſſertatione inſigni XVIII. ſiue epiſtola potius περὶ λόγου ἀσκήσεως adſcribam: Τῶν γε μὴν Ῥητόρων τίς οὐκ ἐπίσταται; Δημοσθένους μὲν δυνάμει τε ἀπαγγελίας καὶ δεινότητος διανοίας, καὶ πλήθει λόγου πάντας τοὺς ῥήτορας ὑπερβεβληκότα· Λυσίου δὲ βραχύτητι καὶ ἀφελείᾳ καὶ συνέσει διανοίας, καὶ τῇ λεληθυίᾳ τὴν δεινότητα. Πλὴν οὐκ ἂν ἐγώ σοι συμβουλεύσαιμι τὰ πολλὰ τούτοις ἐντυγχάνειν, ἀλλ' Ὑπερείδῃ τε μᾶλλον καὶ Αἰσχίνῃ. Τούτων γὰρ ἁπλούστεραί τε αἱ δυνάμεις, καὶ εὐληπτότεραι αἱ κατασκευαί, καὶ τὸ κάλλος τῶν ὀνομάτων οὐδὲν ἐκείνων λειπόμενον. Ἀλλὰ καὶ Λυκούργῳ συμβουλεύσαιμ' ἂν ἐντυγχάνειν σε, ἐλαφροτέρῳ τούτων ὄντι καὶ ἐμφαίνοντί τινα ἐν τοῖς λόγοις ἁπλότητα τοῦ τρόπου. Argumenta orationum Hyperidis ſcripſerat *Aelius Harpocratio*, teſte Suida [et Eudocia p. 66.] Idem Suidas [nec non Eudocia l. c.] teſtatur, *Caium Harpocrationem* ſcripſiſſe περὶ τῶν Ὑπερείδου καὶ Λυσίου λόγων.

Orationes Hyperidis inter LXXVII. quae ſub eius nomine olim ferebantur, fuerunt genuinae LII. teſte Plutarcho et Photio, (male ϛ´ in Suidae codicibus,) iunctimque vno ordine legebantur, ita, vt tricesimam laudet Harpocration in Κωμιστικὰ πλοῖα. Earum omnium titulos etiamnum habemus ordine litterarum hic a me digeſtos: ex orationibus ipſis ne vnicam [hhhh]) quidem, excepta illa, quae inter Demoſthenicas nr. 17. legitur, περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν. [adde tamen paullo poſt ad orationem πρὸς Ἀριστογείτονα notata.]

Κατ' Ἀθηνογένους α´. β´. Harpocrat. et Apoſtolius XVIII. 11. Prouerb. vbi male editum Πυθηνογένους pro Ἀθηνογένους, vt *Meurſio* in Biblioth. Attica notatum. *Fabric.* [Apud *Longinum* ſect. 34. §. 3. fin. p. 190. edit. Tollii in codd. Dudithii, Ambroſio-Mediolanſi et vtroque Vaticano poſt verba τότε πλέον ἀφίσταται legitur adhuc, quod Dudithius ſcholion habet, τό γέ τοι περὶ Φρυγὸς Ἀθηνογένους. (cod. Ambroſ. Φρυγὸς ἢ Ἀθηνογ. apud Wolfium in prolegomenis ad Demoſthenem Φρυγίας. ἢ Ἀθηνογ.) λογίδιον ἐπιχειρήσας γράφειν, ἔτι μᾶλλον ἂν Ὑπερείδην συνέστησεν. Sed *Henr. Leonard. Schurzfleiſch.* in comment. de Dionyſio Longino περὶ ὕψους ad fidem codd. a Iac. Tollio emiſſorum, recenſito notisque e ſchedis fratris aucto, Witteb. 1711. p. 60 ſq. ſcholion iſtud ita corrigit τό γέ τοι ὑπὲρ Φρύνης ἢ καθ' Ἀθηνογένους λογίδιον, εἰ ἐπιχειρήσειεν, (n. Longinus) ὁ γράφων, vel etiam ἐπιχειρήσας ὁ γράφων etc. et interpretatur — *ſi eam orationem, quam hic ſcriberet, in manus ſumſiſſet recenſuiſſetque Longinus noſter, maiori multo perſuadere adhuc laude eum Hyperidem mactaturum, ſtudioſisque ſublimitatis commendaturum fuiſſe. Harl.*

Ὑπὲρ Ἀκαδήμου. Harpocrat. in Ἡφαιστία.

Περὶ

hhhh) In Bibliotheca Budenſi Matth. Coruini Regis *vidimus integrum Hyperidem cum locupletiſſimis ſcholiis, librum, multis etiam cenſibus redimendum.* Ioh. Alex. Braſſicanus praefat. ad Saluian.

Περὶ τῶν ςρατηγῶν πρὸς Ἀλέξανδρον. Plutarch. in Hyperide. [?]

Περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν. Exſtat, vt iam dixi, inter Demoſthenicas nr. XVII.

Κατ' Ἀντίϐ. Harpocrat. [qui frequenter prouocat ad Hyperidis auctoritatem. vide elenchum veterum ſcriptorum, ab Harpocratione citatorum, in edit. Blancardi p. 371.]

Πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ θρεπτοῦ. *Pollux* [lib. III. ſect. 27.] *Harpocrat.* [in Κολωνέτας etc.]

Κατ' Ἀρισταγόρας α΄. β΄. aduerſus Ariſtagoram meretricem. *Athen.* XIII. *Harpocration* in Ἀφύαι. *Theon.* progymnaſm. p. 14. cuius locum corruptum emendat *Meurſius* III. 8. Attic. Lect.

Κατ' Ἀρισταγόρας ἀπροστασίϐ, α΄. β΄. *Harpocrat.* [*Athen.* XIII. pag. 587. C. D.]

Πρὸς Ἀριστογείτονα iiii). *Harpocrat.* *Vlpianus* in Olynthiac. II. *Suid.* in Ἀνεψηφίσατο. *Fauic.* Huius orationis veteres grammatici ſaepius meminerunt, et fragmentum, latine verſum, ſumſit ex illa *Rutilius Lupus* de figuris ſentent. cap. 19. p. 63 ſqq. vbi conſules doctam notam *Ruhnkenii*, qui ex ſcholiaſte inedito ad Platonis Phileb. p. 74. B. locum ex hac oratione laudat. Inter orationes Demoſthenicas ſunt duae orationes contra Ariſtogitonem, quarum priorem *Reiskius* in adparatu critico ad Demoſthenem vol. III. p. 1187 ſq. 1193. inprimis p. 1199 ſqq. *Hyperidi* confidenter vindicat, eiusque memoriae gratulatur, ad nos monumentum vnum aliquod huius tanti ingenii, magnique id faciendum, iniurias temporum euiciſſe. „Inſunt, ait, huic grauiſſimae orationi Hyperidis illi nerui fortes, inſunt animi nobiles, inſunt acres igniculi, ineſt color vitiis rubentis, vnde Hyperidea agnoſci teſtatur Dio Chryſoſtomus, hunc oratorem prae ipſo Demoſthene homini ciuili impenſius commendans; in quo ille recte et ex animi mei ſententia iudicat.“ Comparat paullo vberius Demoſthenem cum Hyperide, et hunc illi ferme praefert. *Taylor.* in notis ad Demoſth. orationes contra Ariſtogitona, init. pag. 509. edit. Cantabrig. vtramque abiudicat Demoſtheni, eius ingenio atque eloquentia priorem potiſſimum indignam et declamatunculam, qualem hodie vix ſcribamus, eſſe exiſtimat; quod iudicium durum eſſe videtur Reiskio. Idem Taylor. veterum criticorum et grammaticorum, quorum alii adſignant illam orationem Demoſtheni, alii abiudicant, alii haerent, iudicia collegit. *Harl.*

[Κατὰ Ἀριστοφῶντος. *Pollux* VII. ſect. 11. *Harl.*]

[Ὑπὲρ

iiii) *Ariſtogiton*, orator Athenienſis, propter impudentiam, *canis* adpellatus, teſte Suida, compoſuerat ἀπολογίαν πρὸς Δημοσθένην τὸν ςρατηγὸν, πρὸς Λυκοῦργον κατὰ Τιμοθέϐ, κατὰ Τιμάρχϐ, κατὰ Ὑπερίδϐ παρανόμων, (confer *Tzetz.* Chil. VI. v. 94 ſq.) κατὰ Θρασύλλϐ, κατὰ Φρύνης, et Ὀρφανικόν. *Fabric.* Rogante Hyperide, pſephiſma factum eſt, vt ſerui fierent liberi, peregrini ius ciuitatis atticae acciperent, et ἄτιμοι reſtituerentur. Id decretum Ariſtogiton vehementer exagitauit; et Hyperides defendit. vid. *Ruhnken.* ad Rutil. Lupum cap. 19. p. 64. De *Ariſtogitone* moleſto illo adcuſatore, et Demoſthenis in republica adminiſtranda aduerſario, vide infra in vol. ſq. in Elencho philoſophorum [illegible], *Maussacum* ad Harpocrat. p. 117. et *Taylor.* ad init. orationis Aeſchinis contra Timarchum, et ad init. notarum ad Demoſth. orat. contra Ariſtogitona, p. 510. tom. III. edit. Cantabrig. *Harl.*

[Ὑπὲρ Ἁρπάλου. *Pollux* X. 19. qui tamen ipſe addit, ſi non falſa eſt Hyperidis iſta oratio. *Harl.*]

Κατ' Ἀρχεστρατίδου. *Ammonius* in Ἱερά. *Harpocrat.* et *Apſines* Rhetoric. apud quem male legitur Ἀρχεστράτου pro Ἀρχεστρατίδου.

Κατ' Αὐτοκλέους. *Harpocrat.* *Apoſtolius* IX. 6. Prouerb.

Πρὸς Δάμιππον. *Harpocrat.* in Πρόσκλησις.

Δηλιακός. *Plutarch.* in Hyperide et Aeſchine, cui a quibusdam tributus fuit Δηλιακὸς λόγος. *Athenaeus* lib. X [p. ibique Caſaubon.] *Photius*, *Sopater* p. 138. et Anonymus in Hermog. [p. 38. inter rhetor. Aldinos, *Io. Siceliota* comm. MSt. in Hermogenem, apud *Ruhnken.* hiſt. crit. p. 69 ſq. *Heeren* ad Menandr. rhetor. p. 42.] *Priſcianus* lib. XVIII. [*Faber* ad Dion. Longin. ſect. 34. §. 2. nr. 20. p. 190. edit. Tollii.] Ceterum in ſcholiis ad Ariſtoph. Aues 881. male excuſum Ὑπερίδης ἐν τῷ χαλκῷ pro ἐν Δηλιακῷ. Vide *Meurſii* Bibliuth. Attic. et III. 5. Attic. Lect. [*Henr. Valeſ.* in notas Mauſſaci ad Harpocrat. pag. 338. aut in edit. Blancardi p. 135. qui etiam coniecerat ἐν τῷ Κυθνιακῷ, quam poſteriorem coniecturam reiicit probatque priorem *Ruhnken.* in hiſt. crit. orat. graec. pag. LXX.]

Κατὰ Δημάδου. Harpocrat. Athen. Suidas in Λιτή. *Porphyrius* quaeſt. Homer. I. *Etymol. M.* in Ἐπίβολος, vbi male editur κατὰ Δημάρχου. *Fabric.* — Scholiaſt. ad *Ariſtoph.* Plutum 690. *Lycurgo* ἐν τῷ κατὰ Δημάδου λόγῳ aſſignat eundem locum, quem *Harpocration* in Παρέδρας ὄψεις ex *Hyperidis* oratione κατὰ Δημάδου excitat. At, quum conſtet, eaſdem orationes ſaepe diuerſis a veteribus adſcribi: *Hemſterhuſ.* ad Ariſtoph. Plut. p. 230. not. 16. cum Harpocratione, Suida et Photio in Lexico praefert *Hyperidem. Harl.*

Κατὰ Δημάρχου. Vide, quae iam dixi de oratione aduerſus Demadem.

Πρὸς τὴν Δημέου γραφήν. Aduerſus Demeam, Demadis, rhetoris, filium, *Pollux* [X. 15. vbi in edit. Hemſterhuſ. legitur πρὸς Δημέαν et interpretes multi ſunt de ſcriptura] et *Harpocrat.* apud quorum vtrumque male Δημαίου. Vide *Meurſ.* Lect. Attic. lib. I. cap. 5. [Κατὰ Δημέου ξενίας. *Harpocrat.* in voc. Χαλκεῖα, pag. 345. edit. Blancardi. Apud eundem ſaepius citatur, ſed varia ſcriptura, quam *Meurſius* l. c. reſtituit. *Harl.*]

Κατὰ Δημητρίας, ἀποστασίου. Harpocrat.

Κατὰ Δημοσθένους. *Plutarch.* in Hyperide et Demoſthene. *Athenaeus*, *Priſcianus* lib. X. Harpocrat. et Suidas. [P]

Πρὸς Διώνδαν. *Porphyrius* apud Euſeb. X. 3. Praeparat.

Πρὸς Ἐπικλέα. Pollux, Harpocrat.

Ἐπιτάφιος ἐπὶ Λεωσθένει καὶ τοῖς πεσοῦσιν ἐν Λαμιακῷ πολέμῳ. *Diodorus Sic.* lib. XVIII. *Plutarchus* in Hyperide. *Dionyſ. Halicarnaſſeus* in arte cap. 6. *Longinus* Περὶ ὕψους ſect. 34, 2. *Taco* progymnaſm. II. Vide *Meurſii* Lect. Attic. IV. 4. vbi in Plutarchi verbis pro Λεωσθένει male excuſum eſt Δημοσθένει. *Fabric.* Fragmentum nobile ſervauit *Stobaeus* ſerm. CXXIII. p. 618. inde repetitum a *Tayloro* Lect. Lyſiac. cap. III. p. 233 ſq.

p. 232 ſq. edit. Reisk. atque emendatum a *Reiskio* in hiſt. crit. oratorum gr[illegible]c. pag. LXIX. et a *Toupio* ad Longin. de ſublimitate ſect. 34. pag. 148 ſq. edit. [illegible]. *Harl.*

Περὶ τῶν Εὐβούλε δωρεῶν. *Porphyrius* apud Euſeb. X. 3. Praeparat. *Harpocration* in voc. Εὔβελος.

Περὶ [illegible]ογένους ά β'. *Apoſtol.* XVIII. 11. Prouerb. Sed legendum ibi eſt Ἀθηνογένους.

Πρὸς Θαλῆς. *Pollux* VII. 32. ſect. 149.

Ὑπὲρ τῶ ἱππέων κλήρε. ά. β'. *Harpocrat.*

Ὑπὲρ Καλλίππε. *Plutarch.* in Hyperide, *Harpocrat.*

Κατὰ Κόνωνος. *Harpocrat.*

[Ὑπὲρ Κρατίνε. Vetus lexic. in Biblioth. Coislin. pag. 482.]

[Κυθνιακὸς Suid. voc. Θαργήλιον. Sed *Ruhnkenio* in hiſt. crit. oratorum graec. pag. LXX. ſuſpectus eſt titulus, dum alterius ſcriptoris auctoritate confirmetur. *Harl.*]

Ὑπὲρ Λυκόφρονος. *Pollux* [II. 151. VIII. 52. IX. 137. et 156.]

Ὑπὲρ Λυκέργε. *Apſines* in Rhetoric.

Πρὸς Λυκέργε. Vide infra Ὑπὲρ Σιμμίε.

Κατὰ Μαντιθέε. *Athenaeus, Harpocrat.*

Ὑπὲρ Μηκάλε. *Pollux* VII. 33. [191. vbi vid. Iungermann. Μικάλε reſcripſit Kühn. aliter ſenſit Hemſterhuſ. vt actutum adnotabimus.]

Ὑπὲρ Μιμικᾶς. *Pollux* X. 8. ſect. 39. niſi legendum ὑπὲρ Μηκάλε, vti ex VII. 33. ſect. 191. vbi idem fragmentum refertur, conficit Meurſius. *Fabric.* Varia eſt lectio in priore Pollucis loco. Cod. Iungermann. exhibet ἐν τῷ ὑπερμίκας· Kühn. in cod. repetit ὑπὲρ μίκας· ex quo effecit ὑπὲρ νικᾶς, dorice, expoſuitque de Hyperidis oratione, apud Elienſes habita, pro *Callippo*, Athenienſi. Qui quum argueretur ab Hellanodicis, quod victoriam Olympicam ſibi emiſſet ab antagoniſtis, ideoque multa ei eſſet dicta: Hyperides publice miſſus eſt Elidem, vt Calipum victoriamque eius defenderet, multamque abolendam curaret. Hanc orationem et ſimul omnem rem commemorat Plutarchus in vita Hyperidis. Illam vero Kühnii coniecturam Hemſterhuſ. non ſolum adprobauit, ſed etiam in contextum admiſit, et vero reponendam putauit loco paullo ante citato Pollucis lib. VII. 191. vbi Kühnius Μικάλε in contextu reddiderat. *Harl.* Toupius Em. in Suid. IV. pag. 386. ed. nou. Ox. apud Poll. X. 39. reponit περὶ αἰκίας, vt intelligatur oratio aduerſus Mantitheum, vel περὶ οἰκίας (coll. Harpocr. voc. Γρύλλος. *Beck.*

Ὑπὲρ Ξενίππε. *Harpocrat.*

Ὑπὲρ Ξενοφίλε ά, β'. *Harpocrat.* in Κεραμεῖς, [et in Ὑσίαι.]

Περὶ Ὀχετῶ. *Pollux* X. 5. ſect. 30.

Πρὸς Πάγκαλον. *Harpocrat.*

Κατὰ Πατροκλέους. *Harpocrat.* [in Ἐνδείᾳ et Συμμορίᾳ.] *Etymol.* M. *Pollux* [IX. ſect. 36. vbi citatur ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως πρὸς Πατροκλέα.] *Priſcianus* lib. XVIII.

[Κατὰ

[Κατὰ Πατροκλέους. *Harpocrat.* in Παράβυστον. *Pollux* IV. ſect. 122. vbi v. interpr. et infra in oratt. Hyperidis dubiae fidei.]

Πλαταϊκός. *Plutarch.* de gloria Athenienſium pag. 350. B. vbi eam praefert Ariſtidis παραγγελίᾳ νίκης. *Fabric.* At oratio Πλαταϊκὸς eſt Iſocratis. Quare *Ruhnken.* l. c. pag. LXX. adſentitur Valckenario, Δηλιακὸς reponenti. *Harl.*

Κατὰ Πολυεύκτου περὶ τοῦ διαγράμματος, ſiue Περὶ τοῦ Πολυεύκτου ϛρατηγῶν. *Harpocrat. Etymol. M.*

Πρὸς Πυθέαν. Vide Ὑπὲρ Σιμμίου.

Ὑπὲρ τοῦ πυράνδρου κλήρου. *Harpocrat.* [?]

[Ῥοδιακός, oratio, quam habuit Hyperides, legatus ad Rhodios. Grammaticus Sangermanenſis mst. teſte *Ruhnkenio*, in hiſt. crit. orator. graec. pag. LXXI. *Harl.*

Ὑπὲρ Σιμμίου πρὸς Πυθέαν καὶ Λυκοῦργον. *Harpocrat.* in Ἐπιχειροτονία.

Περὶ τῶν ϛρατηγῶν. Supra in Πρὸς Ἀλέξανδρον.

Συνηγορικός. *Pollux.* III. 25. ſect. 125.

Περὶ ταρίχους, α΄, β΄. *Apoſtol.* V. 8. prouerb. [A *Polluce* IX. ſect. 34. citatur ἐν τοῖς ὑπὲρ τοῦ ταρίχους, quod verſum eſt *in ſalſamentis*. *Harpocrat.* in voc. Ναύκληρος citat Hyperidem ἐν τῷ περὶ τοῦ Ταρίχους.]

Πρὸς Τίμανδρον, *Suidas* in Παιδάριον.

Πρὸς Ὑγιαίνοντα, aduerſus Hygiaenontem. *Harpocrat.*

Περὶ τῆς Φυλακῆς τῶν τριηρῶν. *Plutarch.* in Hyperide. *Harpocrat.* tum alibi, tum in Προβόλιον. vbi cum Meurſio legendum ἐν τῷ περὶ τῆς Φυλακῆς τῶν τριήρων ἐπιτροπικῷ. Male enim editur τῶν Τυῤῥηνῶν τροπικῶν.

Κατὰ Φιλιππίδου. *Athen.* lib. XII.

Κατὰ Φιλοκράτους. *Demoſthenes* orat. Περὶ παραπρεσβείας.

Ὑπὲρ Φορμισίου. *Harpocrat.*

Ὑπὲρ Φρύνης, pro Phryne, ſiue, vt vero nomine vocabatur, Mneſarete, meretrice Theſpiaca, quam impietatis accuſauerant Euthias et Ariſtogiton. Ipſa vero diducta tunica et nudato pectore iudicum pedibus ſe aduoluens conſpectu corporis, quod ſpecioſiſſimum habebat, ita, vt pictores ad illius pulchritudinem (***) Veneris imagines ſolerent effingere, teſte *Clemente Alex.* pag. 35. protreptici, iudices amplius permouit, quam Hyperides actione, quanquam admirabili, vt narrant *Quinctilianus* lib. II. cap. 15. *Sextus* II. aduerſus Math. pag. 65. *Plutarchus* in Hyperide. *Athenaeus* lib. XIII. pag. 590. Meminere eiusdem orationis Harpocration pluribus locis, *Quinctilianus* X. 5. Vide et *Alciphronis* Epiſt. 30 ſq. [et ſupra in: Κατ᾽ Ἀθηνογένους.]

(***) Sub meretricum imaginibus Deas adoratas notant *I. Frid. Gronouius* ad Statii Syluas pag. 41 ſq. *Ianus Broukhuſius* ad Propertium pag. 100 ſq. Cum quibus confer, quae de ſanctarum imaginibus in Romana eccleſia obſeruat *Petrus Baylius* in Dictionario Hiſt. Critic. vbi de *Flora* nota (C).

Ὑπὲρ Χαιρεφίλȣ περὶ τȣ̃ ταρίχȣς α΄, β΄. *Pollux*, *Harpocrat.* *Athenaeus* lib. III. [Eadem fuiſſe videtur, quae ſupra Περὶ ταρίχȣς citabatur.]

[Χαλκὸς, male. v. ſupra ad citatam orationem Δηλιακός.]

Πρὸς Χάρητα. *Pollux* [VIII. ſect. 142.] et *Harpocrat.* [¶]

Ex XXV. orationibus dubiae fidei, Hyperidi tributis, has quinque Meurſii induſtria obſeruauit:

Ὑπὲρ Ἁρπάλȣ. *Pollux.* X. 36. ſect. 159.

Κατὰ Δημέȣ, ξενίας. *Harpocrat.*

Ὑπὲρ δημοποιητȣ̃. *Harpocrat.*

Ὑπὲρ Δωροθέȣ. *Harpocrat.* in Ἐπὶ κόῤῥης, vbi teſtatur, hanc orationem ab aliis adſcriptam fuiſſe Philino.

Κατὰ Πατροκλέȣς. *Athen.* [XIII. pag. 587. A. et C.] *Harpocrat.* et *Suidas* in Νεμέας, vbi male editur Κατὰ Προκλέȣς, [in editione tamen Küſteri, ſine vlla nota, recte editum eſt Κατὰ Πατροκλέȣς.] Tamquam genuina Hyperidis citatur ab eodem Suida in Αὐλαία, *Polluce* IV. ſect. 122. et ſcriptore magni Etymologici. Omitto orationem, quam ſub Hyperidis nomine ſcripſit *Himerius*, de qua *Photius* cod. CLXV. et CCXLIII. vbi excerpta quaedam, et *Ariani*, ſophiſtae, declamationem, a *Philoſtrato* memoratam pag. 588. edit. Lipſienſis.

XI. DINARCHVS, Socratis cuiusdam, ſiue Soſtrati F. gente Corinthius, ſed ab adoleſcentia Athenis verſatus, natus eſt Olymp. CIV. 4. archonte Nicophemo. [coniiciente *Dionyſio Halic.* in Dinarcho cap. 4. Floruit, ſecundum cl. *Saxium* in Onom. literar. I. pag. 88. circiter A. O. C. 3686. Olymp. CXV. 2. ante C. N. 317. V. C. 435. *Harl.*] Auditor fuit Theophraſti, et orationes ſcribere coepit anno aetatis XXV. vel XXVI. ſed poſt Hyperidis et Demoſthenis mortem potiſſimum claruit, quorum eloquentiam aemulatus Caſſandri et Antipatri fauit partibus, infeſtus Harpalo. Anaxicrate archonte, Olymp. CXVIII. 2. pulſus in exſilium, [v. *Dionyſ. Hal.* in Dinarcho cap. 2, 3. et 9. collato *Corſino* in faſt. attic. tom. IV. pag. 66. et pag. 74.] cum Chalcide per quindecim annos commoratus eſſet, Athenas beneficio Theophraſti rediit, vbi poſt Antipatri mortem, quae accidit Olymp. CXXI. 3. inſidiis Polyſperchontis, inter cuius familiares fuerat, (vide Plutarch. in Phocione pag. 757.) periit, propior ſeptuagenario. [Annos LXX. ſuperaſſe videtur, ſi ſuſpicio *Dionyſii Halic.* de Dinarcho iudic. cap. IV. pag. 638. vol. V. ed. Reiskii talo nititur firmo, Dinarchum ab exſilio rediiſſe ſeptuagenarium, et, ſi verum eſt, orationem Κατὰ Προξένȣ βλάβης, eſſe habitam a Dinarcho octogenario, vid. *Ruhnken.* ad Rutil. Lupum de fig. ſenten. cap. XVI. pag. 126.) vltimam aetatis metam adtigiſſe videtur. *Harl.*] Κρίθινος, ſ. *hordeaceus* Demoſthenes, velut rhetor ὑπόξυλος dictus eſt, teſte *Hermogene* de form. orat. II. pag. 495. cuius adde ſcholiaſten graecum, pag. 415. Sic *Lucius Plotius Gallus* hordearius rhetor, *Sueton.* de rhet. cap. 2. propter hordei vilitatem, de qua *Gerhard. Kempherus* pag. 324 ſq. ad Calpurnium. *Theodorus*, archiepiſcopus Κρίθινος apud Leonem grammaticum pag. 451. *Hordeacea verba facere* in Su-rosario Perſico pag. 213. *panis aerumnae*, Surenhuſ. tom. IV. Miſchnae pag. 252.

[*Ruhn-*

[*Ruhnken.* ad Rutil. Lup. de fig. lib. II. 5. pag. 88. in Longini fragmento pro — Τίμαρχος, Ἰσοκράτης. Δημοσθένης ὁ Κλέωνος. Ξενοφῶν corrigit — Δείναρχος, Δημοσθένης ὁ Κλεινίου, Ἰσοκράτης, Ἀντιφῶν. Eumdem Dinarchum vocatum eſſe ἀγροικὸν Δημοσθένην ex *Dionyſio Halic.* in Dinarcho pag. 115. (cap. 8. pag. 647. ed. Reisk.) obſeruat, et contra *Io. Taylorum* ad Aeſch. contra Timarchum pag. 84. animaduertit, *Timarchum* oratorum numero eſſe excludendum, atque apud *Rutilium* II. 20, vbi vulgatur *Timarchi*, legendum *Dinarchi* etc. De varia Dinarchi ratione dicendi, et quos atque quomodo imitatus ſit, denique de eius orationibus copioſe egit *Dionyſius Halicarn.* de Dinarcho capp. 5 ſqq. pag. 638 ſqq. *Harl.*] Dinarchos praeterea tres commemorat *Demetrius* llll) *Magnes* apud Dionyſium Halicarnaſſ. [cap. I. pag. 631. Opp. vol. V. edit. Reisk.] 1) *Dinarchum*, poetam, oratore antiquiorem, genere Delium, cuius meminit *Euſebius* Chron. ad num. DCCXX. reſpiciens ſcriptas ab eo Διονύσου πράξεις. Confer *Cyrillum* X. contra Iulian. pag. 341. 2) *Dinarchum*, qui fabulas de rebus Cretenſium collegerat, ὁ τὰς περὶ Κρήτην συναγήοχε μυθολογίας. 3) *Dinarchum*, auctorem λόγου περὶ Ὁμήρου. Ab his omnibus fortaſſe diuerſus eſt *Dinarchus*, quem Hermias in irriſione gentilium, et Nemeſius de natura hominis cap. 4. teſtantur cum Ariſtoxeno ſtatuiſſe, quod anima hominis nihil aliud ſit, quam harmonia. Mentio et alterius Dinarchi apud Plutarchum in Timoleonte pag. 246. atque 248. [?]

Sub Dinarchi, rhetoris, nomine orationes plures quam CLX. olim ferebantur, teſte eodem Demetrio Magnete apud Dionyſium Halicarnaſſeum, libello de Dinarcho, [cap. I. pag. 632. ed. Reisk.]: verum Plutarchus in vita Dinarchi auctor eſt, genuinas ipſius non plures fuiſſe quam mmmmm) LXIV. [*Dionyſ. Halic.* cap 4 ſqq. de Dinarcho ex interno potiſſimum orationum charactere dicendique genere, et ex comparatione cum orationibus Lyſiae, Demoſthenis atque Hyperidis oſtendere conatur, quae, cum publicae, tum priuatae, ſint genuinae Dinarchi orationes, quae ſpuriae: pag. 638 ſq. vniuerſe contendit, Dinarchum coepiſſe orationes ſcribere a viceſimo quinto, vel ſexto aetatis anno, Demoſthene alias tunc etiam florente, et orationes, quae Nicophemo archonte antiquiores ei adſcribuntur, non eſſe genuinas; ita et orationes, ſcriptas a tempore Anaxicratis vſque ad Philippi, inter ſpurias eſſe referendas. Cap. X. pag. 651. incipit recenſere orationes et in claſſes deſcribere: primum, quae orationes *publicae* ſint genuinae; cap. XI. quae *publicae* oratt. ſint ſpuriae; cap. XII. quae *priuatae* oratt. germanae habeantur, et cap. XIII. quae *priuatae* falſo adſcribantur noſtro. Quas veras falſasue habuerit Dionyſius, vel vna ſyllaba adnotabo. Spurias vero non omnes ſuo ordine poſui, multo minus, vt parcerem chartae, cauſſas, cur Dionyſius Hal. ſingulas habuerit ſpurias, adtuli. Inter fictitias, Dinarcho perperam adſcriptas, retulit ille orationes *publicas* pag. 658. Αἰτωλικὸν, Ἀττικὸν, pag. 659. Διφίλῳ δημηγορικὸν, αἰτοῦντι δωρεὰς quam Demoſtheni malit adſcribere Dionyſius; — Ἑρμίᾳ ἐμπορίου ἐπιμελητῇ περὶ τῶν κατηγορηθέντων ἀπολογία, pag. 660. ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐκδοῦναι Ἅρπαλον Ἀλεξάνδρῳ. tum Ἀρκαδικόν. *Priuatas* vero pag. 665 ſqq. Πρὸς Μελάνωπον ὑπὲρ τῆς τριηραρχίας· Πρὸς Μαντίθεον· Πρὸς Ἀμυντικὸν duas orationes: Πρὸς Μήνυθον, μεταλλικόν· Πρὸς Χαρίδημον· Ὑπὲρ αἰτι-

οσσε-

llll) Δῆμος excuſum ex compendio ſcripturae in libris MSS. vſitato. confer *Voſſ.* de Hiſt. gr. pag. 150.

mmmmm) Suidas de Dinarcho: γράψας κατά τινας λόγους τοὺς πάντας ξδ, κατὰ δὲ τὸ ἀληθέστερον, μόνους ξ, lege ξδ.

δόντας pro Megaclide: quarumdam titulos inſerui reliquis, Fabricio memoratis. *Harl.* Ex his titulos LX. amplius, ab antiquis ſcriptoribus ſeruatos, Meurſius in Bibliotheca Attica numerauit, quos, literarum ordine a me digeſtos et nonnihil auctos, infra ponam, in quibus tres obſeruabis orationes, quae adhuc nnnn) exſtant: 1) *Aduerſus Demoſthenem.* 2) *Aduerſus Ariſtogitonem.* 3) *Aduerſus Philoclem.* Has cum aliis oratoribus *Aldus* Venet. 1513. fol. et *H. Stephanus* anno 1575. fol. gr. vulgauit, dehinc graece et latine edidit et Io. Woverio, ſenatori Antwerpiano, dedicauit *Ianus Gruterus*, primam cum *Hieron. Wolfii*, reliquas binas cum verſione *M. Balduini Iſchmi*, Gandauenſis. Hanov. 1615. 8. in quo volumine ſimul Lycurgi, Lesbonactis, Herodis et Demadis orationes graece et latine leguntur. [*Reiskius* in oratorum graecorum vol. IV. gr. cum ſuis et Hieronymi Wolfii adnotationibus: vol. autem VIII. pag. 407 ſqq. dedit *Dionyſii Halicarnaſſei* iudicium de Dinarcho cum notis variorum ſuisque, et pag. 455 ſqq. ſuas curas poſteriores ad Dinarchi, Lycurgi et Andocidis orationes; pag. 612. indices; pag. 691 ſq. *Io. Taylori* ad Dinarchum et Andocidem adnotatiunculas, denique pag. 723 ſq. inſignem veterum ac recentiorum, qui varia ratione de Dinarcho ſcripſerunt, auctorum cumulum. *Harl.*] Sed tituli orationum Dinarchi, quos daturum me iam recipiebam, hi ſunt:

Ἀγάθωνι συνηγορία ſiue Περὶ τῆς Ἀγάθωνος διαμαρτυρίας. *Dionyſ. Halicarnaſſeus* in indice orationum Dinarchi, [Oper. Dionyſ. edit. Reiskii pag. 664. genuina habetur.]

Κατὰ Ἀγασικλέες, ſiue, vt apud Suidam in Σκαφηφόροι. Ἀγησικλέους. Male apud *Dionyſium* Πιστικλέους. [ſed correct. in edit. Reiskii pag. 652. genuina.] Vide *Harpocrationem* in Ἀγασικλῆς et alibi. [*Meurſium* in bibl. att. voc. Δείναρχος.]

Συνηγορία ὑπὲρ Αἰσχίνου κατὰ Λεωνίου. *Dionyſ.* [pag. 652. vbi vide notam. genuina.] *Harpocrat. Suidas* in Κλιμακίζειν, vbi male Ἰσηγορία. Vide *Meurſii* Attic. Lect. V. 24. et Bibl. attic. voc. Δείναρχος.

Πρὸς Ἀμεινοκράτην διαδικασία περὶ καρπῶν χωρίου. *Dionyſ.* [pag. 663. genuina.]

Πρὸς Ἀντιφάνην περὶ τοῦ ἵππου α΄, β΄. *Dionyſ.* [pag. 664. genuina.] *Harpocrat.*

Κατὰ Ἀριστογείτονος. Exſtat. Latine vertit *M. B. Iſchamus.* Prae ceteris probatam notat *Plutarchus* in Dinarchi vita.

Κατ᾽ Ἀριστονίκου περὶ τῶν Ἁρπαλίων. *Dionyſ.* [gen.]

Διαμαρτυρία ὡς οὐκ εἰσὶν ἐπίδικοι Ἀριστοφῶντος θυγατέρες. *Dionyſ.* [pag. 662. gen.] *Harpocrat.*

Πρὸς Ἀρχέστρατον. Confer *Meurſii* Attic. Lect. III. 5. *Dionyſ.* [p. 662. genuina.] *Harpocrat. Suid.* in Ἀποψηφίζεσθαι.

Περὶ τοῦ Ἀρχεφῶντος κλήρου. *Dionyſ.* [pag. 664. genuina.]

Πρὸς Βοιωτὸν παραγραφή. *Dionyſ.* [pag. 664. gen. ſed orationem Πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος ſpuriam habet.]

Κατὰ

nnnn) Exſtat etiam inter Demoſthenis orat. *in Theocrinam*, quam Dinarcho nonnulli tribuerunt

Κατὰ Γνωσίε περὶ τῶν Ἀγρακλίων. * Dionyſ. [gen. Γνωσίε dedit Hudſon. Κατ' Ἀγρακλίε legendum videtur Reiskio in not. ad Dionyſ. iud. pag. 437. in edit. orator. graecor. pag. 437 ſqq.] [P]

Κατὰ Δάε ὑπὲρ ἀνδραπόδων. *Dionyſ.* [p. 664. genuina.]

Κατὰ Δεινίε. Vide ſupra ὑπὲρ Αἰσχίνε.

Κατὰ Δημοσθένες. *Harpocrat.* Dinarchi eſſe negavit Demetrius Magnes oooo). Ceterum ſub eius nomine hodieque exſtat, et cum verſione *Hieron. Wolfii* inter Demoſthenicas legitur numero XVIII. Verum etiam *Gul. Canterus*, ad calcem Ariſtidis. Baſil. 1566. fol.

Κατὰ Διονυσίε τῶ ἐπὶ τῆς διοικήσεως. *Dionyſ.* [gen.]

Πρὸς [illegible] περὶ νεῶν. *Dionyſ.* [p. 663. gen.] *Harpocrat.* Dinarchi ὑπὲρ τῆς νεὼς laudatur etiam ab Harpocrat. in Παρεσία.

[Δοκιμαστικὸς ἀδελφοῖς, (ſi lectio eſt vera.) ὑπὲρ τῶ καινῶς ἐδαφῶς. *Dion. Hal.* pag. 658. ſpuria.]

Συνηγορία καθ' Ἡγελόχε ὑπὲρ ἐπικλήρε. *Dionyſ.* [p. 662. gen.] *Harpocrat.*

Κατὰ Ἡλίκης (male κατὰ Ἡλύκης apud *Dionyſium Halic.* [p. 662. gen.] vide *Meurſ.* Attic. Lect. Lib. III. c. 11.)

Κατὰ Θεοδώρε (apud Harpocrat. in Λιτροφόρος male κατὰ Θεοδότε.) *Dionyſ.* (pag. 654. ſpuria] pppp)

Κατὰ Θεοκρίνε (a quibusdam tributa Demoſtheni, inter cuius orationes hodieque legitur, vbi dicta vide.) [*Dionyſ. Hal.* p. 652 inter genuinas illam recepit.]

Περὶ τῆς ἱερείας διαδικασία. *Harpocr.* [apud Dion. Hal. p. 653. inter genuinas citatur διαδικασία —— ὑπὲρ ἱερωσύνης τῶ Ποσειδῶνος, ſed διαδικ. τῆς ἱερείας τῆς Δήμητρος. *Dion. Hal.* pag. 657. ſpuria eſt.]

Καθ' Ἱμεραίε. *Dionyſ.* [gen.] *Harpocrat.* [Mauſſac. ad Harpocr. voc. Ἀμμωνὶς legit καθ' Ἱμεραίε.]

Ἐπικληρικὸς ὑπὲρ τῆς Ἰοφῶντος θυγατρός. *Dionyſ.* [gen.]

Ὑπὲρ τοῦ ἵππου. Vide ſupra, πρὸς Ἀντιφάνην.

Κατὰ Καλλαίσχρε περὶ τῶν τιμῶν. *Dionyſ.* [gen.] *Harpocrat.*

Καλλίππος ὑπὲρ ὑποστάντε ſ. κατὰ Καλλίππε (ap. Suid. in Ὑποσιμάντες male κατὰ Καλλίστε) *Dionyſ.* [p. 664. gen.] *Harpocrat.*

Κατὰ Καλλισθένες ἔνδειξις. *Harpocrat.*

Κατὰ

oooo) *Demetrius Magnes* apud Dionyſium Halicarnaſſ. [pag. 632. ed. Reisk.] καὶ νομίσειεν ἄν τις εὐήθεις εἶναι πρὸς τὰς ὑπολαβόντας τὸν λόγον τὸν κατὰ Δημοσθένες εἶναι τῶ Δεινάρχε, πολὺ γὰρ ἀπέχει τῶ χαρακτῆρος. Ἀλλ' ὅμως τοσάτας σκοπὰς ἐπιπεπόληκεν, ὥστε τὰς μὲν ἄλλας αὐτῶ λόγας σχεδὸν πω ὑπὲρ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντας ἀγνοεῖν συμβέβηκε, τὸν δὲ μὴ γραφέντα ὑπ' αὐτῶ, μόνον ἐκεῖνε νομίζεσθαι. *Fabric.* Duas autem Dinarchi orationes contra Demoſthenem memorat, alteram περὶ τῶν Ἀγρακλίων, p. 654. genuinis adnumerat; alteram παρανόμων pag. 661. inter ſpurias refert, et tradit, illam in tabulis Pergamenis adſcribi Callicrati. *Harl.*

pppp) Alia oratio priuata κατὰ Θεοδώρε, ψευδομαρτυριῶν, genuina habetur a *Dionyſio Hal.* pag. 664. *Harl.*

Κατὰ Καλλισθένους εἰσαγγελία (male apud *Dionyſium Halic.* κατὰ Κλεισθένους) *Harpocrat.* [gen. vide not. ad Dionyſ. Hal. pag. 653.]

[Κατὰ Κηρύκων. *Dionyſ.* p. 655. ſpuria.]

Κατὰ Κηφισοκλέους καὶ τῶν οἰκείων. *Dionyſ.* [gen. pag. 661] *Harpocrat.*

[Πρὸς τὴν Κηφισῶντος, aut Κηφισοφῶντος, ἀπογραφήν. *Dionyſ. Hal.* p. 653. gen.]

Κατὰ Κλεομέδοντος, αἰκίας, α΄. β΄. *Dionyſ.* [p. 662. genuina.] *Ammonius* in μαρτυρία et ἐκμαρτυρία. *Harpocrat. Porphyrius* apud *Euſeb.* Lib X. praeparat. c. 3. [illegible] Dinarchum in hac orat. multa ad verbum petiiſſe ex orat. Demoſthenis aduerſus Cononem.

Κροκωνιδῶν διαδικασία, *Harpocrat.*

Πρὸς τὴν Κτησιφῶντος ἀπογραφὴν α΄, β΄. *Dionyſ.*

Κατὰ Λεωχάρους. *Suid.* in Δεῦρο. [?]

Κατὰ Λυκούργου εὐθῦναι. *Dionyſ.* [gen.] *Harpocrat. Suidas* in καταλεύσιμον. *Etymolog.* in Ἱεροποιοί.

Πρὸς τοὺς Λυκούργου παῖδας. *Harpocrat.* in ἀπονομή.

Κατὰ Λυσικράτους ὑπὲρ Νικομάχου. *Dionyſ.* T. 2. pag. 114. [pag. 640. ed. Reisk.] *Harpocr.* in Κρᾶσις.

Κατὰ Μεναίχμου. ap. *Suid.* in Πραγματεία, niſi leg. κατὰ Μενεσαίχμου, quae Lycurgi oratio erat: [et *Dionyſ.* p. 659. qui duas citat, abiudicat *Dinarcho.*]

[Κατὰ Μενεκλέους. *Dionyſ.* p. 656. ſpur.]

Περὶ Μνησικλέους ſiue ὑπὲρ τοῦ Μνησικλέους κλήρου. *Dionyſ.* [gen.]

Κατὰ Μοσχίωνος. *Harpocrat.* [*Dionyſ.* p. 655. ſpuria.]

[Περὶ τῆς Μυῤῥίνης καὶ τῆς Μίλακος. *Dionyſ.* pag. 657. ſpuria.]

Ὑπὲρ νεώς. Supra in πρὸς Διοσκουρίδην.

Ὑπὲρ Νικομάχου. Supra in κατὰ Λυσικράτους.

Πρὸς Νικοκράτην. *Dionyſ.* [p. 662. genuina.]

Πρὸς Ξενοφῶντα, ἀποστασίου. *Laertius* II. 52. [*Dionyſ. Halic.* p. 664. inter priuatas genuina habetur.]

Συνηγορία Παρμένοντι ὑπὲρ [illegible], βλάβης. *Dionyſ.* [p. 662. gen.]

Ἐρανικὸς μετὰ τῶν Πατροκλέους παίδων. *Harpocrat.*

Κατὰ Πεδιέως. *Dionyſ.* [p. 663. gen. Sed πρὸς Πεδιέα παραγραφὴ p. 664. ſpuria cenſetur.]

Πειραϊκός. Vide infra Τυῤῥηνικός.

Κατὰ Πισικλέους. Vide ſupra Ἀγασικλέους.

Κατὰ Πυθέου. *Dionyſ.* [gen.] *Harpocrat.* et *Plutarch.* ubi male Πατίου. Vide *Meurſ.* III. 5. Attic. Lect.

Κατὰ Ποθέου. *Stephanus Byz.* in Αἴγιναι, ſed legendum Πυθέου.

Κατὰ Πολυεύκτου ἀπόφασις. *Harpocrat. Suid. Priſcian.*

Κατὰ

Κατὰ Πολυεύκτε βασιλεύειν λαχόντος. δοκιμασία. *Dionyſ.* [p. 651. genuina] *Harpocr.*

Κατὰ Πολυεύκτε δωροδοκίας. *Harpocrat.*

Κατὰ Πολυεύκτε ἐκφυλλοφορηθέντος. ὑπὸ τῆς βελῆς ἔνδειξις. *Dionyſ.* [ibid. genuina] *Harpocrat.* et *Suid.*

Κατὰ Πολυεύκτε περὶ τῦ Γεαφαρίε. male apud Dionyſ. Τεαφαρίε. Vide *Meurſii* III. 11. Attic. Lectt. [et correctum in ed. Reiskii pag. 651. genuina.]

Κατὰ Ποσιδίππε. *Dionyſ.* [p. 662. genuina.] *Harpocrat.* in Οἴκημα.

Πρὸς τὲς Πατροκλέες παῖδας ἐρανικός. *Harpocrat.* et *Dionyſ.* [p. 663. genuina.] vbi male Προκλέες.

Κατὰ Προξένε, βλάβης. *Dionyſ.* T. 2. p. 113. [cap. III. pag. 635 ſq. ed. Reisk. vol. V. Opp. Dionyſii. p. 661. inter genuinas priuatas orationes.] *Plutarchus* in vita, qui ait, hanc orationem, qua Proxenum, hoſpitem et amicum, accuſare non dubitauit Dinarchus, a ſene et oculis capto dictam eſſe primam omnium in foro: antea enim aliis tantum orationes compoſuiſſe, accepta mercede. Meminit etiam Harpocrat. apud quem λαβὼν vitioſe excuſum in ἀργυρῶ θήκη. [alia genuina priuata or. κατὰ Προξένε, ὕβρεως. *Dionyſ. Hal.* pag. 663.] [?]

Κατὰ Πυθέε, ὕβρεως. *Dionyſ.*

Κατὰ Πυθέε, ξενίας. *Dionyſ.* [gen.] *Harpocr. Stephanus* in Αἴγιναι.

Κατὰ Πυθέε, περὶ τῶν κατὰ τὸ ἐμπόριον. *Dionyſ.* [gen.]

[Κατὰ Σπεδίε. *Dionyſ.* p. 657. ſpur.]

Κατὰ Στεφάνε. *Dionyſ.* [genuina.] *Harpocrat.*

Κατὰ Τιμοκράτες. *Dionyſ.* [genuina, alia contra eum p. 657. ſpuria.] *Harpocrat.*

Τυρρηνικός. apud *Harpocrat.* in Κέρκωπες, Λιπάρα, Οἴκημα, Στρομβίδες, Νῆσοι.

Τυῤῥηνικός. *Harpocrat.* [vbi v. not. Valeſ. p. 48. col. 2.] et *Suid.* in Περίστασιν (male ap. *Dionyſ.* πυρηνικός.) [ſed correct. in ed. Reiskii p. 652. et genuina habetur oratio.]

Διαδικασία Φαλερέων. *Dionyſ. Harpocrat.*

Πρὸς Φανοκλέα. *Dionyſ.* [p. 662. genuina.]

Κατὰ Φιλίππε μεταλλικός. *Dionyſ.* [p. 664. gen.]

Κατὰ Φιλοκλέους, ὑπὲρ τῶν Ἁρπαλίων. Exſtat, cum *Iſchami* verſione. [genuina. v. *Dionyſ.* p. 653. ibique not.]

Πρὸς Φιλωτάδην. *Dionyſ.* [p. 663. genuina.]

Κατὰ Φορμισίε, ἀσεβείας. *Dionyſ.* [pag. 652. vbi in contextu adhuc legitur κατὰ Φαρατεβείας, ſed emendatio Meurſii Κ. Φορμισίε, ἀσεβείας affertur; genuina.] *Harpocrat. Suidas* in Ἠλινδημένον. Confer *Meurſium* IV. 16. Attic. Lectt.

Ἀπολογία διαμαρτυρίας πρὸς τὴν Χάρητος εἰσαγγελίαν κατὰ Φειδιάδε γραμματέως. *Dionyſ.* [genuina habetur. pag. 653. alia priuata orat. de hereditate Hetietti ad Charetem, genuina pag. 663.]

Heronis, rhetoris, ἐξήγησιν Δεινάρχου memorat Suidas in Ἥρων.

Atque haec de decem celebribus Oratoribus Atticis dicta ſufficiant. [Ceterorum quidem rhetorum et oratorum graecorum notitiam, licet non in ordine diſpoſitam, ſeruauerat Fabricius libro quarto: ego tamen propter temporis ordinisque rationem paucos adhuc e multis attingam et quantum ſufficiat, ſtrictim perſequar. *Harl.*

DEMADES. De hoc et *Lesbonacte* quia *Fabricius* demum lib. IV. cap. XXV. §. 13 et 14. egerat, ego illas ſectiones ad ſuas ſedes ſuumque opportunum locum reducam, inſertis ſupplementis. De *Demade* peculiarem conſcripſit commentationem *Hauptmannus*, plurimis e Fabricio noſtro hauſtis, immutato ordine, mutatisque verbis, cum adiectione quadam: quam diſſertationem *Reiskius* in vol. IV. oratorum graecorum pag. 243 ſqq. recepit. Plura de eo veterum loca excitauit *Taylor.* in prolegom. ad Demoſth. in orator. graec. vol. VIII. p. 724. Supplementa egregia dedit *Ruhnken.* in hiſtoria critica oratorum pag. LXXI. ſqq. *Lambinus* quoque et *Staveren* in maiore editione ad Cornelium Nepot. XIX. 2. 1. de eo quaedam docte adſcripſerunt: item, quod Demadi publico decreto ſtatua aenea in foro athenienſi poſita eſt, *Freytag.* in Decade oratorum et rhetor. graecor. quibus ſtatuae honoris cauſſa poſitae fuerunt, §. XIIII. pag. 55—63. — Fabricius igitur haec adnotauit:

Demades, Athenienſis, fuit e Laciadis qqqq) populo Oeneidis tribus, patre obſcuro, *Demea* rrrr), nec in ſcholis rhetorum enutritus, ſed qui remigando ssss) victum ſibi comparaſſet; at naturae beneficio atque exercitationis (quod potentiſſimum genus dicendi Quinctilianus appellat,) euaſit orator eloquentiſſimus tttt) et valentiſſimus demagogus. [Hinc προστάτης τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων dicitur ab *Aeliano* V. H. lib. XII. cap. 43. Demagogi autem, iam notante *Perizonio* ad cit. locum Aeliani, populares erant, cauſſamque populi agebant in concionibus, et illuſtres ſaepe accuſabant. adde *Hauptmann* p. 245. 247. 253 ſq.] Vitae impurae ac diſſolutae uuuu), atque ſi Plutarcho credimus xxxx), reip. Athenienſis naufragium, et, qui placeret

qqqq) *Suidas* in Δημάδ. (qui locus fugit praeſtantiſſimum *Meurſium* lib. de populis Atticae,) vbi duos, [tres recenſet], fingit Demades, certe de altero videtur adfirmare, quae priori Demadi, vel Demeae, Demadis filio, rectius tribuuntur. *Fabric.* adde Kuſter. ad Suidae locum, I. pag. 536. *Eudocia* quoque pag. 131. confudiſſe illos videtur. *Harl.*

rrrr) Demades ipſe orat. de duodecennali: γεγονὼς γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Δημέου πατρός, ὡς καὶ ὑμῶν οἱ πρεσβύτεροι γινώσκουσιν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὕτως ἔζων, ὡς ἐδυνάμην, οὔτε κοινῇ τὸν δῆμον ἀδικῶν, οὔτ' ἰδίᾳ λυπῶν οὐδένα τῶν ἐν τῇ πόλει, πειρώμενος δ' ἀεὶ τοῖς ἰδίοις πόνοις τὴν ἀσθένειαν τοῦ βίου διορθώσασθαι. Parentem Demadis obſcurum fuiſſe notat *Aelianus* XII. 43. var. hiſt. [vbi vide Perizon. Nuptiis filius factus eſt opulentus.]

ssss) *Sextus* II. adu. Math. p. 67. de Demade: Κωπηλάτης γὰρ ὤν, ὁμολογεῖται ἄριστος γεγονέναι Ῥήτωρ. *Syrianus* in Hermogen. pag. 16. Τινὲς καὶ τὴν ὅλην ῥητορικὴν τέχνην οὐ βούλονται, ἀλλ' ἐμπειρίαις ἀπὸ τῆς τῶν μεταχειρισαμένων ἀπαιδευσίας ὡρμημένοι, οἷον Δημάδου τοῦ ἀπὸ τῆς κώπης ἀνίκτοις, τὸ τοῦ λόγου, χερσὶν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσαντος, καὶ Ἡγήμονος καὶ Πυθέου καὶ Ἀριστογείτονος. (*Quinctil.* II. Inſtit. cap. 17. *adſerunt, Demadem remigem et Aeſchinem hypocritam oratores fuiſſe.* Conf. *Suidam* in Δημάδης et *Apoſtolium* prouerbio ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα, IV. 17. *Fabr.* adde *Hauptman.* pag. 247. qui laudat praeter ea *Stobaeum* ſerm. XXIX. pag. 204. ed. Baſil. 1549. vbi Demades, interrogatus, quo doctore profecerit? nominaſſe dicitur βῆμα, *tribunal*, indicando, quod in ipſis negotiis experientia quauis ſophiſtarum inſtitutione ſit melior. *Harl.*

tttt) *Plutarch.* in Demoſthenis vita pag. 850. Πλὴν τόν γε Δημάδην πάντες ὡμολόγουν τῇ φύσει χρώμενον ἀνίκητον εἶναι, καὶ παραφέρειν αὐτοσχεδιάζοντα τὰς τοῦ Δημοσθένους σκέψεις καὶ παρασκευάς.

uuuu) Pytheas apud Athenaeum II. p. 44. F. de Demade: ὁ δὲ πορνοβοσκῶν καὶ μεθυσκόμενος κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προγάστωρ ἡμῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνακυκλεῖται. Pytheae huius mentio apud *Plutarchum* Phocione pag. 751.

placent ſibi in magnis opibus, vel per ſe [illegible] corraſis [illegible]). Idem tamen, teſte *Seneca* VI. 28. de benef. [illegible] eum, qui [illegible] vendebat, cum prohibuiſſet magnum [illegible] comparaſſe, quod emimus [illegible] ſine mortem [illegible] non poterat. Plurimum valuit Demades [illegible] apud populum Athenienſem per medium temporis, ſed regum [illegible] potentiae [illegible], cum a populo [illegible] acta ſua conferri intelligeret, [illegible] ipſe [illegible]: [illegible] ἐμῷ. *Neque [illegible], neque in me [illegible].* ([illegible] in [illegible].) Philippo itaque bellum reip. inferenti prae timore ſe [illegible] dedit (*[illegible]* tom. II. pag. [illegible].) cenſuitque vt pacem cum rege inirent, non exſpectatis, quas Phocion [illegible] conditionibus. (Plutarch. in Phocione p. 748.) quin et epiſtolam ad Philippum ſcripſit et filium ad eum miſit, et decretum fecit, τῷ Φιλίππῳ τοῦ Ἑλλήνων [illegible], *[illegible] Philippo [illegible].* [quod tamen Hauptm. p. 243. vix ante pugnam Chaeroneam ponere vult.] In pugna ad Chaeroneam captus, ſed liber paulo poſt dimiſſus legationem ad eumdem regem pro reliquis captiuis [illegible]. [ſecundum fragm. Dem. 2000, ſecundum alios 3000.] et in his 1000. ciuibus [illegible], eorumque libertatem impetrauit. [*Demades* ipſe in orat. Suid. in *Δημάδης*. *Sextus Empiricus* I. contra Grammaticos p. 59.] Alexandro adulans cum Athenis pro concione [illegible] Θεὸν τὸν τρισκαιδέκατον. *[illegible] tertium decimum [illegible] inter XII.* [illegible] Olympios Deos, quod non ferens populus ei indixit multam decem [illegible]), ([illegible] VI. p. [illegible].) vel plane centum talentorum, (ita *Aelianus* Codices V. 12. Var.) quod [illegible] incredibile viſum viris doctiſſimis ad Ael. locum. Demades vero de hoc ſimulacrum [illegible] ſe purgauit: (apud Demetrium §. 301. de elocut.) [illegible] γράφων. *[illegible] Alexandri [illegible].* [illegible] Mortuo rege, Macedonum exercitum Cyclopi excaecato contulit; (id. §. [illegible].) quum vero incertus adhuc de illius obitu rumor increbuiſſet, [illegible], inquit, Ἀλέξανδρος. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. ὄζεν γὰρ ἂν ἡ οἰκουμένη [illegible]. *Non mortuus eſt Alexander, Athenienſis, omnes enim terrae odore cadaueris [illegible] eſſent.* ([illegible] §. 300. et *Plutarch.* in Phocione p. 751.) Dehinc, cum regnum Macedoniae peruenisset ad Antipatrum, non minus ad nutum huius remp. Athenienſium adminiſtrauit [illegible]), ignoſcendum ſibi profeſſus, quoniam ſit [illegible] τὰ ναυάγια τῆς πόλεως, *quod naufragia ciuitatis ſibi eſſent gubernanda.* (*Plutarch.* Phocione, pag. 741.

vvvv) *Plutarchus* in Phocione p. 741. [Δημάδης μὲν γὰρ αὐτὸς ἦν ναυάγιον τῆς πόλεως, οὕτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥστε Ἀντίπατρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῦ γέροντος ἤδη γεγονότος, ὅτι καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου γλῶσσα καὶ κοιλία μόνα ἀπολέλειπται, adde p. 751. a. et *Pauſaniam* Achaicis, p. 547. [it. *Plutarch.* de diu. cupid. p. 525 ſq. *Perizon.* ad Ael. V. H. XIIII. 10.]

wwww) *Plutarch.* p. 755. de muneribus ab Antipatro acceptis meminit et in Apophthegm. p. 188.

xxxx) Quam ſaepe incurrerit in reprehenſionem ciuium ſuorum, inde cognoſci poteſt, quod ter, vel, vt alii volunt, ſepties ab Athenienſibus legum violatarum damnatus et infamia notatus fuerit. v. *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* libr. XVIII. cap. 18. Contra Demadem orationem habuit *Polyeuctus Sphettius*, e qua fragmentum eſt apud *Apſinem* art. rhetor. p. 708. v. *Ruhnken.* in hiſtoria critica orator. graec. pag. LXXI. vbi de hoc, cuius orationes laudantur ab *Ariſtotele* Rhetor. III. p. 749. et *Diogene Laert.* VI. 23. alioque *Polyeucto*, oratore, vberius diſputat. *Harl.*

yyyy) Atque Athenas a Demade Antipatro proditas eſſe, *Pauſanias* lib. VII. 10. pag. 547. memorauit et *Cornel. Nep.* XIX. 2. retulit, Phocionem cum Demade conſenſiſſe de vrbe tradenda Antipatro; quamquam Stauer. in nota vix crediderit, cum iſto homine Phocionem in vlla re conſenſiſſe, et ex *Diodoro Sic.* XVIII. 18. obſeruat, populum ipſum, viribus imparem, coactum fuiſſe, vrbem tradere Antipatro. *Harl.*

pag. 741. conſer p. 752. et praecepta gerendae reip. p. 803.) Denique vna cum filio *Demea* zzzz), itidem oratore, interfectus eſt a Caſſandro, cum apud eum reperta eſſet epiſtola, ad Perdiccam (*Plutarch.* p. 860. vit. Demoſth.) vel Antigonum exarata, qua eum inuitauerat ad inuadendam Macedoniam, Graeciaeque regnum ſibi aſſerendum, quod ἐκ παλαιοῦ καὶ σαπροῦ στήμονος, *ex vetere ac marcido ſtamine* ſuſpenſum eſſet: ita enim vocabat Antipatrum, aetate confectum et cum morbo iam conflictantem. (*Plutarch.* in Phocione p. 755.) Contigit hoc Olymp. CXIV. 4. aaaaa) Suidas non a Caſſandro, ſed Antipatro ipſo interfectum et in lacu Amphipolitano demerſum refert. Ita quod alii narrant de Demoſthene, decem illum talenta a rege accepiſſe, vt taceret; C. Gracchus apud *Gellium* XI. 10. tribuit Demadi bbbbb). Quod vero *Sidonius* VIII. 1. epiſt. Demadem ait fuiſſe Demoſthenis derogatorem, eo fortaſſe inter alia reſpicit, quod Demoſtheni, pro Olynthiis dicenti, fortiter reſtitit Demades, Suida teſte. Neque amico animo inuicem fuiſſe conſtat, tum ex aliis apud Plutarchum in vita Demoſth. tum ex mutuo dicto, quo Demadi clamanti, *ſcilicet Demoſthenes me vult corrigere, ſus Mineruam*, ab eo reſponſum fuit: *iſta quidem Minerua nuper in adulterio eſt deprehenſa.* *Plutarch.* praecept. gerendae Reip. p. 803. Etiam in oratione, quae ſub Demadis fertur nomine, Demoſthenes arguitur conſilium ſplendidum verbis ſed parum vtile dediſſe Athenienſibus, bellum ſuadendo: Δημοσθένης μὲν ἐκύρωσε πόλεμον, καλὴν μὲν τοῖς ὀνόμασιν, ὃ συντήρει δὲ τοῖς ἔργοις συμβολαῖον εἰσεργασάμενος τοῖς πολίταις. Idem *Plutarchus* in vita Demoſth. p. 850. Demadis extemporalem in dicendo facultatem non dubitat praeferre Demoſthenis ſtudio atque adparatui, quem ad dicendum adtulit, et ibidem ex Ariſtone Chio refert dictum Theophraſti, qui, de Demoſthene rogatus, ἄξιος, inquit, τῆς πόλεως, *dignus eſt hac ciuitate orator:* Demadem autem, ὑπὲρ τὴν πόλιν digniorem ciuitatis conditione adfirmauit. Demadem praeter ceteros Atticos facetum celebrat *Cicero* in Oratore c. XXVI. vnde et plura apophthegmata ipſius a Plutarcho, Stobaeo et aliis feruntur, in quibus et illud, quod dicebat, Draconem leges non atramento, ſed ſanguine ſcripſiſſe, vt praeter ceteros narrat *Tzetzes* Chiliad. V. verſ. 342 ſeq. vbi Demades dicitur ῥήτωρ ἄριστος πάλαι, πολὺ δὲ ἀρειότερος αὐτοσχεδιάζων λέγειν. Alia ipſius collegit magnus Eraſmus libro Apophthegmatum ſexto. [Add. de *Demade Hauptman.* §. VI. et VII. pag. 253 ſq.] Sed eodem Cicerone teſte nihil ſcripſit Demades. Ita enim ille in Bruto c. IX. *et is, cuius nulla exſtant ſcripta, Demades.* Similiter *Quintilianus* XII. 10. ait, *in graecis clariſſimos quosdam nihil poſteritati manſurumque mox literis reliquiſſe, vt Periclem et Demadem.* Ex hoc ipſo, quod de clariſſimo oratore illud adfirmat Fabius, eumque Pericli adiungit, ſatis adparet, loqui ipſum Tulliumque de Demade illo, veterum ſcriptis decantatiſſimo, non, vt erudito viro, *Ioanni Meurſio* in Bibl. Attic. viſum, de Demade altero, oratore, Suidae ſoli memorato, aliis omnibus incognito, quem prior adoptauerit. Exſtat tamen

zzzz) Suid. Meminit et *Demeae*, oratoris, praeter *Plutarchum* in Phocione p. 755. et *Athenaeum* XIII. p. 591. *Lucianus* in Timone T. I. pag. 149. [Tzetzes Chil. VI. 98—104.] Alius *Demeas*, gladiatoriae artis repertor ac magiſter primus apud Mantinaeenſes. *Athen.* IV. p. 154. [*Demeas*, e Colytto, populo tribus Aegeidis. *Xenoph.* M. S. II. 7, 6. vbi v. Erneſti.]

aaaaa) Si Antipatro iam mortuo, cum legationis comite Demea, quoddam in gurguſtulum abductus, poſtquam filium necari viderat, eius ſanguine conſperſus tollebatur, inque lacum Amphipolitanum cadauera coniiciebantur, id, quod malit *Hauptmann.* pag. 252. factum fuerit Olymp. CXIV. 4. ſed ſecundum *Diodorum Sic.* XVIII. pag. 293. interiit Demades Olymp. CXV. 2. *Harl.*

bbbbb) Demadem etiam adtigiſſe harpalicam pecuniam, *Ruhnken.* l. c. probat e *Dinarchi* or. contra Demoſth. pag. 101. et contra Ariſtogit. pag. 106. *Harl.*

tamen prioris illius Demadis nomine velut poſt mortuum iam Alexandrum dicta oratio ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας, ſiue pro ſua per duodecennium procuratione geſtis Apologia ad populum Athenienſem. Athenienſes enim, (Ἄνδρες Ἀθηναῖοι) non Olympiadem alloquitur, ad quam a Demade ſcriptam eſſe hanc orationem Suidas auctor eſt, parum accuratus auctor eeeee). Non ab re ſuppoſitam videtur Dionyſio Petauio, quem vide lib. II. epiſt. 7. etſi in illa ex [illegible] ſententiis, in ſuos vſus translatis a Demade, videri poſſit illud, quod ait [illegible] τῷ ῥήματι. Itaque et pro genuina Demadis habetur a Nic. Cauſſino lib. [illegible] de eloquentia ſacra et profana c. XXXIV. Voſſio de natura rhetoricae p. 82. aliisque quam plurimis. Graece primum edita fuit ab Aldo Venet. 1513. fol. deinde ab H. Stephano 1575. fol. cum aliis oratoribus; tum graece et latine a Iano Gruttero, Hanou. 1619. 8. vna cum Dinarchi, Leſbonactis, Lycurgi et Herodis orationibus. [Denique ex Aldino contextu, cum correctione, et diſtinctione in minora membra notisque Hauptmanni in Reiskii orator. graecor. vol. IIII. pag. 243 — 274. Num ἡ ἀντίγραφος τῇ [illegible] apud anonymum in prolegom. rhetor. in Fabr. B. Gr. vol. IX. pag. 598. oratio Demadis cum Hauptmanno pag. 253. ſit habenda, equidem ſubdubito. Harl.] Fragmentum tantum orationis, non orationem integram, ad nos perueniſſe, putabat clariſſ. Neocorus eruditis notis ad Suidam, a quo praeterea Demadi eidem (praeter rem, vt exiſtimo ddddd)) tribuitur Ἱστορία Δήλου καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων.

LESBONAX, cuius Orationes XVI. politicas legiſſe ſe teſtatur *Photius* Cod. LXXIV. antiquior fuiſſe videtur viro docto Leſbonacte, philoſopho, diſcipulo Timocratis Mytilenaeo, Potamonis, qui Tiberio imperante, Romae ſophiſtam egit, patre, de quo vide *Lucianum* de ſaltatione tom. I. p. 810. *Suidam* in Λεσβ. et Ποταμ. [Eudoc. p. 283.] et inſcriptionem veterem graecam, quam edidit *Berkelius* ad Stephanum Byz. in [illegible]. *Leſbonactis*, rhetoris vix *duae Orationes* e ſedecim illis, Photio lectis, exſtant, *vna* perbreuis περὶ τοῦ πολέμου Κορινθίων, vt habet titulus, etſi per totam orationem ne verbulo quidem mentio Corinthi occurrit, ſed Athenienſes in illa inflammantur, vt de Thebanorum ſe vlciſcantur iniuriis. *Altera* προτρεπτικὸς λόγος ſiue exhortatio inſignis ad eoſdem Athenienſes, vt aduerſus Lacedaemonios fortiter rem gerant. Niſi vero a iuniore ſophiſta viderentur hae orationes ſcriptae eſſe, ad tempus belli Peloponneſiaci A. 413. ante Chriſtum natum, qua ratione hic Leſbonax aequalis eſſet Antiphontis et antiquiſſimorum Graeciae oratorum. Sed Herodis Attici et aliorum exemplo conſtat, rhetores iuniores Atticos, (perinde vt de latinis res nota e Seneca et Quintiliano,) exercitii cauſſa argumentum ſaepe ex antiqua hiſtoria repetiiſſe. Igitur neutiquam neceſſe eſt, hunc Leſbonactem antiquiorem haberi illo Mytilenaeo, quem πλεῖστα φιλόσοφα ſcripſiſſe Suidas teſtatur, etſi eundem eſſe fateor nullis me poſſe certis argumentis demon-

eeeee) Olympiada, Alexandri matrem, male intellexerunt, quoniam Suidae locus eſt vitiatus, quem bene explicuit et ita ſanauit *Ruhnken.* pag. LXXII. Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς πανοῦργος καὶ εὐφυὴς (*dicax, facetus*) πρότερον ναύτης (a Proclo ἰχθυοπώλης vocatur in prolegomenis ineditis in Heſiodum) ὧν· ἔγραψεν ἀπολογισμὸν περὶ τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας, ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. τελευτᾷ δὲ κατ᾽ Ὀλυμπιάδα ριε (e Diodoro Siculo) ἐπὶ Ἀντιπάτρου, ὃς κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας, καὶ μετ᾽ Ἀλέξανδρον βασιλεύσας, Θήβας ἀνέστησε. De ἀπολογισμῷ Demadis copioſus eſt *Hauptmann.* p. 256 ſq. et §. IX. ac X. vberius perueſtigat αὐθεντίαν orationis, et, quae quidem grauiora eſſe videntur, argumenta, quibus illam ſpuriam eſſe, oſtendatur. *Harl.*

ddddd) Comprobante Ruhnkenio l. c. *Harl.*

monſtrare. [[illegible] in Onom. part. I. p. 236. ſuſpicatur, Lesbonactis aetatem forte collocari poſſe circa tempora imperatoris Tiberii.] Primus illas duas Lesbonactis orationes graece vulgauit *Aldus* Venet. 1513. fol. Inde *Henricus Stephanus* A. 1575. fol. vterque cum orationibus Aeſchinis, Lyſiae et aliorum. Protrepticum latine vertit *Guil. Canterus* et ad calcem Ariſtidis ſui edidit Baſil. 1566. fol. Vtramque graece et latine, priorem breuem cum ſua vel Andreae Schotti, vt ſuſpicor, alteram cum Canteri verſione vulgauit *Ianus Gruterus*, Hanov. 1619. 8. vna cum orationibus Dinarchi, Lycurgi, Herodis et Demadis. [E recenſione et cum notis *I. Iac. Reiskii*, qui auctorem poſteriore natum aetate et more ſcholaſticorum argumenta ficto tractaſſe, e vetuſta hiſtoria graeca repetita, cenſet, gr. in vol. VIII. orat. graecor.] At iunior, vt exiſtimo, fuit *Lesbonax*, romanus grammaticus, cuius περὶ σχημάτων de figuris grammaticis, ſpiritibus et dictionibus, exſtat MS. in variis bibliothecis Galliae atque Italiae, et vna cum Tiberii, Herodiani, Apoſtolii et aliorum monumentis ſimilis argumenti graece et latine A. 1643. vulgare voluit *Leo Allatius*: neque enim vulgauit, licet edita memoret *Labbeus* p. 283. Bibl. nouae MSS. qui tamen ipſe vidiſſe ea ſe negat. [Libellum primus graece edidit, et notis eruditis illuſtrauit *Valckenaer* ad Ammonium pag. 177 — 198. adde eius praefat. p. X.]

Multi alii oratores Iſocratis, Demadis et Demoſthenis aetate clari, exſtiterunt. Quosdam Iſocratis diſcipulos iam ſupra memorauimus. De reliquis illius aetatis oratoribus, a Cicerone praetermiſſis, docte copioſeque diſſerit *Ruhnkenius* in hiſtoria critica orator. graec. pag. LXXIV. ſq. [illegible] ſaturam illis, quorum plurimos *Fabric.* lib. IV. c. 32 in elencho oratorum rhetorumque celebriorum etc. enumerat, paucis tantum commemorabo: cetera, quae de ſingulis diligenter congeſſit cel. *Ruhnkenius*, in libello obuio lectores ipſi quaerent. Memorabiles igitur ſunt:

CYDIAS, circa Olymp. CVII. 1. cuius oratio περὶ τῆς Σάμου κληρουχίας laudatur ab *Ariſtotele* rhetor. II. pag. 348.

AESION, Demoſthenis condiſcipulus, quem laudat *Ariſtoteles* rhetor. III. pag. 650.

PHILINVS, Nicoſtrati filius, ſi modo idem eſt, cuius mentionem facit Demoſthenes adu. Midiam pag. 144. Tres eius orationes laudat *Harpocration*: 1) πρὸς Λυκοῦργον. Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας. v. Θεωρικά. 2) κατὰ Δωροθέου, ab aliis Hyperidi tributam, [illegible] 3) [illegible] διαδικασία πρὸς Κοιρωνίδας. Harpocr. v. Κοιρωνίδαι, et *Athen.* X. p. 425. B. ibique Caſaubon.

HEGEMON, qui, vt Demades, (v. Syrianus paullo ante not. [illegible] a Fabricio ad Demadem citatus,) nullis literis eruditus ad eloquentiam exercendam peruenisse et ſycophantam egiſſe dicitur: Macedonum partibus fauit et cum amico ſuo, Phocione, periit.

MENESAECHMVS, acerbus aliorum, [illegible].

HEGESIPPVS, in republica eodem, quo Demoſthenes, ſenſu fuit. Critici veteres tribuunt ei duas Demoſthenis orationes, alteram *de Haloneſo*, alteram *de foedere cum Alexandro*.

MOEROCLES, Salaminius, vnus ex impiis demagogis. [illegible] Antipater vel Alexander poſtulauit, vt ſibi cum aliis demagogis dederetur. Laudatur ab *Ariſtotele* rhetor. III. pag. 649.

De POLYEVCTIS et PYTHEA iam quaedam notata ſunt: de *Pythea* copioſius [illegible] ad Rutilium Lupum II. pag. 4[illegible]. De *Stratocle* v. eundem ad Rutil. Lup. lib. I. pag. 32 ſqq.

ANA-

ANAXIMENES, Ariſtocli filius, Lampſacenus, diſcipulus Zoili et Diogenis Cynici, notior tamen vt hiſtoricus et dicendi magiſter, quam vt orator.

AGNON, ſiue AGNONIDES; ingratus erga Phocionem, ſuum benefactorem, quem accuſauit, (*Cornel. Nep.* XIX. 3) ipſe poſtea capitis damnatus eſt et necatus. (*Plutarch.* in Phoc. pag. 759. B.) Scripſit *Rhetorices accuſationem.*

CALLICRATI tributa eſt Dinarchi oratio contra Demoſthenem; quod non de oratione, quae nunc ſupereſt, ſed de alia, quae periit, eſt intelligendum.

Inclinata iam eloquentia, exſtiterunt pauciores, quos *Ruhnkenius* pag. XCI ſqq. perſequitur.

DEMOCLES, Theophraſti diſcipulus.

CHARISIVS, *Cicero* in Bruto cap. 83. *Ruhnken.* ad Rutil. Lup. I. pag. 37.

HEGESIAS, Magnes, orator ex eorum numero, qui Aſiani vocantur: primus aſiaticum genus inuexit, et atticae eloquentiae integritatem corrupit atque ab antiquis cenſoribus valde vituperatur. Scripſit orationes et Alexandri M. hiſtoriam. v. *Ruhnken.* ad Rutil. Lupum, I. pag. 25 ſqq.

CLEOCHARES, Myrleanus, orator aſiaticus. v. *Ruhnken.* ad Rutil. I. pag. 5 ſq. infra libr. III. cap. 8. de ſcriptoribus Alexandri M. atque in Elencho rhetorum graecor.

ISIDORVS, Pergamenus, poſtremus aetate oratorum Aſianorum, quos Rutilius laudat, v. *Ruhnken.* ad illum lib. II. 16. pag. 128.

DAPHNIS, MYRON, SOSICRATES, a Rutilio Lupo laudati, aſiatici oratores fuiſſe videntur. In his ſubſtitit diligentia *Ruhnkenii*, V. C.

PHORMIO, CTESIPPVS, Chabriae, imperatoris, filius, et APHEPSIO in cauſa contra Leptinem clari fuerunt. *Hermog.* Περὶ μεθ. δειν. cap. 24. pag. 551. et alii, quos cl. *Frid. Aug. Wolf.* in prolegom. ad Demoſth. orationem aduerſus Leptinem citat pag. 48 ſq. pag. 52—56. qui ipſe de illis docte agit.

Coronidis loco, non tam argumenti ſimilitudine inuitatus, quam temporis ordine motus adiungam tres nobiles poetas. Primus eſt

HERMESIANAX. Hic enim vixit Philippi et Alexandri M. temporibus. *Pauſan.* Attic. cap. 9. Scripſit 1) tres libros Elegiarum, quos de amicae nomine Λεόντιον inſcripſit. *Athen.* XIII. pag. 597. A. 2) Elegiam ad Eurytionem Centaurum. *Pauſan.* Achaic. 18. 3) Perſica. Ex tertio Leontii libro ſumta eſt elegiae pars, quam ſeruauit *Athenaeus* XIII. pag. 597. et erudite correctam repetiit atque egregie illuſtrauit *Ruhnkenius* in adpendice ad Epiſt. II. criticam p. 283. cum Homeri Hymn. in Cererem editam, vbi in introitu paullo copioſius de Hermeſianacte diſſeruit. Spicilegium tamen haud ſpernendum reliquit ingenio et doctrinae *M. Carol. Dauid Ilgeni*, Rector. ſcholae Nemburg. in progr. Animaduerſiones criticae in fragmentum Hermeſianactis ab Athenaeo lib. XIII. pag. 597. ſeruatum, Lipſiae 1792. 4. — In verſus lat. eleg. tranſtulit *van Santen*, et adiecit ſuae verſioni Hymni Homerici in Cererem, inter ſua carmina. — Emendare etiam quaedam Hermeſ. et aliorum praecipue, quorum

fragmenta conſeruata ſunt ab Athenaeo, loca ſuſtinuit *Stephan. Weſton*, S. T. B. Collegii Etonenſis in acad. Oxonienſi ſocius et eccleſ. Mamhead in agro Deuonienſi rector, in libro inſcripto: *Hermeſianax*, ſiue coniecturae in Athenaeum atque aliquot poetarum graecorum loca, quae cum corriguntur et explicantur, tum carmine donantur, auctore *Steph. Weſton*, Londini 1784. mai. 8. Neque tamen omnes Weſtoni coniecturae, in quibus loca poetarum luxata curare ſtuduit, tulerunt plauſum eruditorum.

PHILETAS, Cous, eodem tempore floruit, poeta inſignis, in genere potiſſimum elegiaco, et grammaticus criticusque [vid. Vol. I. huius Bibl. pag. 518.] magiſter Ptolemaei ſecundi (Suid. in Φιλ.) et Hermeſianactis, (v. verſ. 77. elegiae ſuperſtitis, paullo ante laudatae, ibique Ruhnkenii notam) Eius doctam poeſin imitatus eſt *Propertius*, qui nomen eius aliquoties celebrauit, vide libr. II. eleg. 25. 31. ibique not. Burmann. II. lib. III. eleg. I. 1 ſq. vbi Burmann. plures, qui de hoc poeta egerunt, laudat recteque indicat, eius fragmenta mereri, quae ex Stobaeo, Athenaeo, aliisque auctoribus veteribus et ſcholiaſtis ac grammaticis veteribus in vnum colligantur atque edantur: denique lib. III. eleg. 2, 52. Scripſit epigrammata, elegias, carmen Ναξιακα, cuius tertium librum citat *Tzetzes* ad Lycophron. v. 633. ex emendatione Ruhnken. ad Hermeſianactis fragm. v. 77. vbi quoque de confuſione eius nominis agit. *Stobaeus* loca ex eius Cerere, epigrammatibus, Ἑρμῇ et Paegniis, ſiue ludis et iocis excitat. v. infra, vol. VIII. lib. V. cap. 30. pag. 719. indicem ſcriptorum, a Stobaeo laudatorum. add. *Theocr.* VII. 41. cum ſchol. *Suidam* et *Eudoc.* pag. 424. qui eum inter Grammaticos recenſet, *Toup.* ind. ad addenda Theocriti, infra vol. VII. pag. 68. lib. V. cap. 7. in catalogo grammaticorum graecorum. Sententiae eius quoque reperiuntur in Collectione ſententiarum Frobeniana.

PHANOCLES, cultiſſimus poeta, qui poſt Demoſthenem floruiſſe et elegias ſuas Ἔρωτες ἢ καλοὶ inſcripſiſſe colligitur ex *Clemente Alex.* Strom. VI. p. 750. et Protrept. p. 32. Eius elegiam de Orpheo *Ruhnken.* ex *Stobaeo*, tit. 62. p. 399. recenſuit, epiſtolae ſuae II. criticae pag. 299 ſqq. adiecit, eleganter illuſtrauit, et alia de illo poeta protulit viros que laudauit doctos. Fragmentum eius in elegos latinos tranſtulit *van Santen*, et ſubiunxit ſuae verſioni Hymn. Homerici in Cererem. adde *Valcken.* diatrib. Euripid. poſt Eurip. Hippolytum p. 199 ſq. infra, vol. VI. lib. V. cap. 6. de ſcriptor. eroticis deperditis. *Harl.*

FINIS LIBRI ET VOLVMINIS SECVNDI.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET